Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Navarra
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIORVM SACRORVM

CVM

GLOSSA ORDINARIA:

PRIMVM QVIDEM

A STRABO FVLDENSI,

COLLECTA:

Nunc verò nouis Patrum, cum Græcorum, tum Latinorum explicationibus locupletata: annotatis etiam iis quæ confusè antea citabantur locis.

ET

Postilla NICOLAI LYRANI, Additionibus PAVLI BVRGENSIS, ac MATTHIAE THORYNGI Replicis, ab infinitis mendis purgatis: in commodiorémque ordinem digestis.

Per F. FRANCISCVM FEV-ARDENTIVM Ordinis Minorum, IOANNEM DADRAEVM & IACOBVM DE CVILLY Theologos Doctores Parisienses.

TOMVS SEXTVS:

PARISIIS,

M. D. XC.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBRORVM QVI SEXTO TOMO CONTINENTVR AVTHORVMQVE QVI IN SINGVLOS CITANTVR SERIES.

EPISTOLÆ D. PAVLI.

Ad Romanos 1.
Ad Corinthios 2.
Galathas 1.
Epheſios 1.
Philippenſes 1.
Coloſſenſes 1.
Theſſalonicenſes 2.
Timothæum 2.
Titum 1.
Philemonem 1.
Hebræos 1.

Quas Explicant

A

Algerus.
Ambroſius.
Ambroſius Catharinus.
Ammonius.
Anaſtaſius.
S. Andræas.
Anſelmus.
Arnobius.
Athanaſius.
Athenagoras.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda Venerabilis.
Bernardus.

C

Canones Apoſtolorum.
Caſtanus.
Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.
Cyrillus Alexandrinus.

D

Damaſcenus.
Dionyſius Areopagita.
S. Dominicus.

E

Ephrem Syrus.
Epiphanius.
Euthymius.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.

F

Fulbertus.
Fulgentius.

G

Gennadius.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Niſſenus.

H

Haymo.
Hegeſippus.
Heſichius.
Hieronymus.
Hilarius.
Hildephonſus.
Hugo de Sancto Victore.

I

Iacobus frater Domini.
Idacius.
Idiota.
Irenæus.
Iſidorus.
Iuo Carnotenſis.
Iuſtinus Martyr.

L

Lactantius Firmianus.
Leo Papa.

M

S. Martialis.
Minutius Felix.

O

Oecumenius.
Optatus Mileuitanus.
Origenes.

P

Paſchaſius.
Petrus Bleſenſis.
Petrus Damianus.
Philo Iudæus.
Photius.
Pius.
Primaſius.
Proſper.

R

Rabanus.
Richardus de Sancto Victore.
Rupertus.

S

Sedulius.
Seuerus Sulpitius.
Sophronius.

T

Teleſphorus.
Tertullianus.
Theodoretus.
Theophylactus.
D. Thomas de Aquino.

V

Victorius.

ACTVS APOſtolorum.

A

Ambroſius.
Athanaſius.
Auguſtinus.

B

Beda Venerab.
Bernardus.

C

Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.
Cyrillus Alexandrinus.

D

Damaſcenus.
Dionyſius Areopagita.

E

Ephrem Syrus.
Epiphanius.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.

R

Fulgentius.

G

Gregorius Magnus.
Gregorius Niſſenus.

H

Hieronymus.
Hilarius.
Hippolitus.

I

Irenæus.
Iſidorus.
Iuſtinus Martyr.

L

Lactantius Firmianus.

M

Martialis.
Maximus Epiſcopus.

O

Oecumenius.
Origenes.

P

Philo Iudæus.
Proſper.
Prudentius.

R

Rabanus.
Rupertus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.

EPISTOLÆ CANONICAE.

Iacobi 1.
Petri 2.
Ioannis 3.
Iudæ 1.

A

Alexander primus.
Ambroſius.
Anaſtaſius.
Athanaſius.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda Venerabilis.
Bernardus.
Boethius.

C

Cæſarius Arelatenſis.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Laodicenſe.
Concilium Mileuitanum.
Concilium Vvormatienſe.
Concilium Meldenſe.
Concilium Florentinum.
Cornelius primus.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.

D

Damaſcenus.
Damaſus Papa.
Didymus Alexandrinus.
Dionyſius Areopagita.

E

Ephrem Syrus.
Epiphanius.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.
Euodius.
Euthimius.

F

Fulgentius.

G

Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Primus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Niſſenus.

H

Hieronymus.

I

Innocentius Primus.
Irenæus.
Iunilius Africanus.
Iuſtinus Martyr.

L

Lactantius Firmianus.
Leo primus.

N

Nicephorus.

O

Oecumenius.
Origenes.

P

Philo Iudæus.
Proſper.

R

Rabanus.

S

Saluianus Maſſilienſis.

******

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seneca Philosophus.

T

Tertullianus.
Theophylactus.
Theodoretus.

APOCALYPSIS Ioannis, hanc illustrant

A

Ambrosius.
Andreas.
Arethas Cappadox.
Athanasius.
Augustinus.

B

Basilius.
Bernardus.

C

Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Ancyranum.
Concilium Toletanum.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.

D

Damascenus.
Dionysius Areopagita.

E

Epiphanius.
Eusebius Emissenus.
Eusebius Cæsariensis.
Euthymius.

G

Gilbertus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.

H

Haymo.
Hieronymus.
Hilarius.

I

Irenæus.
Iulianus Toletanus.
Iustinus Martyr.

L

Lactantius Firmianus.

M

Methodius.

O

Oecumenius.
Origenes.

P

Primasius.

R

Richardus à Sancto Victore.
Rupertus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.

INCIPIT PRÆFATIO SANCTI HIERONYMI IN OMNES EPISTOLAS SANCTI PAVLI.

PRIMVM quęritur, quare post euãgelia, quæ supplementũ legis sunt, & in quibus nobis exempla & præcepta viuendi plenissimè digesta sunt, voluerit Apostolus has epistolas ad singulas ecclesias destinare? Hac autem causa factum videtur, vt scilicet initia nascentis ecclesię nouis causis existentibus præueniret, & vt præsentia atq; oriẽtia resecaret vitia: & post futuras excluderet quæstiones, exemplo prophetarum, qui post editam legem Moysi, in qua omnia Dei mandata legebantur, nihilominus tamen doctrina sua rediuiua semper populi compresse re peccata, & propter exemplum viuendi libris ad nostram etiam memoriam trãsmiserunt. Deinde quæritur: Cur non amplius quàm decem epistolas ad ecclesias scripserit? Decẽ sunt enim cum ea quæ dicitur ad Hebræos. Nam reliquæ quatuor ad discipulos specialiter sunt porrectæ: Vt ostenderet nouũ non discrepare à veteri Testamento, & se contra legem non facere Moysi: ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas † destinauit, & quot ille præceptis à Pharaone instituit liberatos, totidem hic epistolis à diaboli & idololatriæ seruitute edocet acquisitos. Nam & duas tabulas lapideas, duorum testamentorum figuram habuisse, viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sanè quæ ad Hebræos scribitur, quidam Pauli non esse contendunt, eo quòd non sit eius nomine titulata, & propter sermonis stylique distantiam, sed aut Barnabæ iuxta Tertullianum, aut Lucæ iuxta quosdam, vel certè Clementis discipuli apostolorum & episcopi Romanæ ecclesiæ post apostolos ordinati. Quibus respondendum est: Si propterea Pauli non erit, quia eius non habet nomen: ergo nec alicuius erit, quia nullius nomine titulatur. Quod si inconueniens, absurdumq; est, ipsius magis esse credenda est, quæ tanto doctrinæ suæ fulget eloquio. Sed quoniã apud Hebræorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur, voluit tacito nomine de figuris legis & veritate Christi reddere rationem, ne odium nominis in fronte præ-titulari vtilitatem excluderet lectionis. Non est sanè mirum, si eloquentior videatur in proprio, id est, Hebræo, quàm in peregrino, id est, in Græco, quæ co, quo cæteræ epistolæ sunt scriptæ sermone. Mouet etiam quosdam, quare Romanorum epistola in primo sit posita, cum eam non primo scriptam ratio manifestet. Nam hanc se proficiscentem Ierosolymam scripsisse testatur, cum Corinthios & alios iam ante, vt ministerium quod secum portaturus erat, colligerent, literis adhortatus sit. Vnde & intelligi quidam volunt ita omnes epistolas ordinatas, vt prima ponerentur, quãuis posterior fuerit destinata, vt per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorũ namque pleriq; tam rudes erãt, vt non intelligerent Dei se gratia & nõ suis meritis esse saluatos, & ob hoc duo inter se populi conflictarent. Idcirco illos indigere asserit corrigi, vitia Gentilitatis priora commemorans. Corinthijs autem iam dicit scientiæ gratiã esse concessam, & non tam omnes increpat, quàm cur peccantes non increpauerint, reprehendit. sicut ait: Auditur inter vos fornicatio. Et iterum: Cõgregatis vobis cum meo spiritu tradere huiusmodi Sathanæ. In secunda verò laudantur: & vt magis ac magis proficiant, commonentur. Galathæ verò iam nullius criminis arguũtur, nisi hoc tãtum quòd callidissimis pseudo apostolis crediderunt. Ephesi sanè nulla repræhensione, sed multa laude sunt digni, quia fidẽ apostolicã seruauerunt. Philippenses etiam multomagis collaudãtur, qui nec audire quidem falsos apostolos voluerunt. Thessalonicenses nihilominus in duabus epistolis omni laude prosequitur, eo ꝙ non solum fidem inconcussam seruauerint veritatis, sed etiam in persecutione ciuium fuerint constãtes inuenti. Colossenses autem tales erãt, vt cum ab Apostolo visi corporaliter non fuissent, hac laude digni haberentur. Et si corpore inquit absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinem vestrũ. De Hebręis verò quid dicendum est? quorũ Thessalonicenses qui plurimum laudati sunt, imitatores facti esse dicuntur. Sicut ipse ait: Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa. Eadem enim passi estis & vos à contribulibus vestris, quæ & illi à Iudæis. Apud ipsos quoque Hebræos eadem commemorat dicens: Nã & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscens vos habere meliorem & manentem substantiam.

† ordinauit

C Tertul. lib. de Pudicitia, cap. 20. Euseb. libr 4. hist. cap. 38.

B

D

E

1. Cor 5.2.

Ibidem. 6.

F

Col. 2 a.

1. Thess. 2.

1. Thess. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

A

INCIPIT PROLOGVS SPECIALIS IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

D

ROmani ſunt qui ex Iudæis & Gentibus crediderunt. Hi ſuperba contentione volebant ſe alterutrum ſuperponere. Nam Iudæi dicebant: Nos ſumus populus Dei, quos ab initio dilexit & fouit. Nos circuncisi ex genere Abraham ſancta deſcendimus ex ſtirpe, & notus retrò
Pſal. 75.a apud Iudæam tãtum Deus. Nos de Aegypto ſignis Dei &
Exod. 14.c virtutibus liberati, mare ſicco pertranſiuimus pede, cum
Ibidẽ. 16 c inimicos noſtros grauiſſimi fluctus inuolueret. Nobis pluit mãna dominus in deſerto, & quaſi filiis ſuis cœleſte pabu-
B lũ miniſtrauit. Nos die noctúq; in columna nubis igniſq; præceſſit, vt nobis in inuio iter oſtẽderet. Atque vt cætera
Exod. 13. d eius circa nos immenſa beneficia taceamus, nos ſoli digni fuimus Dei legem accipere, & vocẽ Dei loquentis audire, eiúſque cognoſcere voluntatem. In qua lege nobis proximus eſt Chriſtus, ad quos etiam ipſe ſe veniſſe teſtatus eſt dicens: Non veni niſi ad oues quæ perierant
Mat. 25 c domus Iſraël: cum vos canes potius quàm homines appellauerit. Aequum ne ergo eſt, vt idola hodie deſerentes, quibus ab initio deſeruiſtis nobis comparemini: & non potius proſelytorum locum ex legis autoritate & conſuetudine deputemini? Et hoc ipſum non merebamini, niſi quia larga ſemper Dei clementia voluit vos ad noſtram imitationem admittere. Gentes etiam econtrario reſpondebãt: Quanto enim maiora erga vos Dei beneficia nar-
C raueritis, tantò maioris vos criminis reos eſſe monſtrabitis. Semper enim his omnibus extitiſtis ingrati. Nam ipſis pedibus quibus aridum mare tranſiſtis, ludebatis ante idola quæ feciſtis: & in ipſo ore quo paulo ante ob necem aduerſariorum domino cantaueratis: ſimulacra vobis fieri popoſcitis: illis oculis quibus venerando Deum in nube vel igne conſpicere ſolebatis, ſimulacra intuebamini. Manna quoque vobis faſtidio fuit, & ſemper in deſerto contra dominum murmuraſtis, ad Aegyptum vnde vos manu valida eiecerat, redire cupientes. Quid plura? Ita patres veſtri crebra prouocatione dominum irritauerunt, vt omnes in eremo morerentur, nec plus ex ſenioribus eorum quàm duo homines terram repromiſſionis intrarẽt. Sed quid antiqua replicamus, cum etiamſi illa minime feciſſetis, de hoc ſolo nemo vos dignos venia iudicaret, quod dominum Chriſtum prophetarum ſemper vobis vocibus repromiſſum, non ſolum ſuſcipere voluiſtis, ſed etiam morte peſſima peremiſtis? Quem nos vt cognouimus, ſtatim credidimus, cum nobis de eo antea non fuerit prædicatum. Vnde probatur, quòd idolis ſeruiuimus, non obſtinationi mentis, ſed ignorantiæ deputan- E
dum. Qui enim cognitum ilico ſequimur, olim vtique ſequeremur ſi antea cognouiſſemus. Sic autem vos de generis nobilitate iactatis, quaſi non morum imitatio magis quàm carnalis natiuitas filios vos faciat eſſe ſanctorum. Denique Eſau & Hiſmael cum de ſtirpe ſint Abrahæ, minime tamen in filiis reputantur. His taliter altercantibus, Apoſtolus ſe medium interponens ita partium dirimit quæſtiones, vt neutrum eorum ſua iuſticia ſalutem meruiſſe confirmet, ambos verò populos & ſcienter & grauiter deliquiſſe. Iudæos quidem, quòd per præuaricationem legis Deum inhonorauerint: Gentes verò, quod cum cognitum de creatura creatorem, vt Deum debuerant venerari, gloriam eius in manu facta mutauerint ſimulacra. Vtroſque etiam ſimiliter veniam conſecutos, æquales eſſe veriſſima ratione demonſtrat, F
& præſertim cùm in eadem lege prædictum ſit & Iudæos & Gentes ad Chriſti fidem vocandos eſſe oſtendat. Quamobrem viciſſim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur.

***

PRO-

A

PROTHEMATA IN OMNES EPISTOLAS PAVLI.

D

Ex prologo Hieron. IN epiſtolis quædam ſunt generalia, quæ omnibus conueniunt, quędam ſpecialia quæ ad ſingulos pertineant. Primo conſideranda, generalia, deinde videamus quæ ſint ſpecialia. Hæc itaque ſunt genera-
Quæſtio 1. lia. Quæritur quare poſt euangelium ſcriptę ſunt epiſtolæ, cum in euangelio ſit doctrinæ perfectio, perfecta regula viuendi, honeſtorum quoque morum integra conformatio? Eſt etiam quæſtio quare dicantur epiſtolæ, & quæ materia earum: & cõmunis intentio omnium. Deinde quæritur de ordine earum & numero. Hæc prædicta generalia ſunt omnibus epiſtolis conuenientia. Iſta vero ſpecialia ſunt. Quæritur enim quibus ſcribantur, & cauſa ſcribendi: quid etiam in ſingulis ſpecialiter intendat. Primæ quæſtioni ſic reſpondetur. Quod ideo ſcriptæ ſunt poſt euangelium, vt in exordio naſcentis eccleſię nos contra callidas hæreticorum præmuniret oppugnationes, orientia quoque vitia reſecaret, & poſt futuras excluderet quæſtiones. In euangelio namque ſic dicta ſunt quædam, vt facile malè intelligentibus ambiguitas & error ſuboriretur. Sicut illud quod dicitur anno. xxx. Chriſtus eſſe baptizatus: vnde quidam hæretici voluerũt concpiere, vt nullus ante. xxx. annum rectè bapti-
Mar. 1.a zaretur. Erant etiam preæterea quædam in euãgelio ſic obſcurè dicta, vt inde fideles etiam dubitarent. Itaque propter hæreſes has & alias quæ tunc in eccleſia pullulabant extirpandas,
B iſtas Apoſtolis ſcripſit epiſtolas. His itaque de cauſis prædictis poſt euangelia ſcriptæ ſunt epiſtolæ. non ſuperfluè: ſed quemadmodum prophetiæ poſt legem, ſic epiſtolæ poſt euangelia valde ſunt vtiles & neceſſariæ. Quamuis enim in lege fuerit perfecta doctrina, nec aliud in prophetis quàm in lege continetur, quædam tamen ibi erant ſub velamine dicta quæ in prophetis apertius expoſita quodammodo dilucidantur.

NOtandum quoque eſt, quod hoc opus à quibuſdam vocatur ſuperadditio: Et eſt tractum de perabola illa euangeli-
Luc. 10 e ca qua dicitur: *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones* i. humanum genus quod de cæleſtis Ieruſalem patria deſcendit in mundum, inter malignos videlicet hoſtes. *Quia etiam deſpoliauerunt eum & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto.* ideſt diuerſorum dogmatum erroribus eum ſubiugauerunt. *Accidit autem: vt ſacerdos quidam & leuita dum tranſirent eadem via, eo viſo præterierunt.* Lex enim & prophetæ humanum genus curare non valuerunt. *Samaritanus autem* cuſtos ille verus, videlicet Chriſtus, *iter faciens*, ideſt, carnem aſſumens, *miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum*, ideſt, gratiam ſpirituſſancti, & noui Teſtam. doctrinam, quæ ſic inebriat, vt terrenorum deſideriorum obliuiſci faciat. *Et imponens illum iumento duxit in ſtabulum, & protulit duos denarios dicens ſtabulario: curam illius habe, & ſi quid ſupererogaueris, ego cum rediero reddam tibi.* Dedit enim apoſtolis & cæteris doctoribus nouum & vetus Teſtamẽtum qui pluſ-
Gen. 28.c ra ſupererogauerunt, vt Paulus & multi alij. Poteſt etiam per hoc opus illa ſcala ſignificari, in qua vidit Iacob aſcendentes
2. Cor. 12. a angelos, quorum typum geſſit Paulus cum ad tertium cælum
1. Cor. 7.a raptus eſt, vbi vidit ſecreta &c. Condeſcendit etiam intantum humanitati & fragilitati, vt diceret: *Vir reddat debitum vxori.*

Haymo. EPiſtolæ dicuntur ſupermiſſæ, ideſt, ſuper euangelium miſſæ. Quatuordecim ſunt epiſtolæ, decem ad eccleſias, quatuor ad perſonas, in quo numero voluit oſtendere euangelio & legi ſe cõcordare. Denarius namque ad decalogum legis, quater-
Ex prologo Hieron. narius ad euangelia pertinet. Romanis in hac epiſtola ſcribit pro altercatione quæ erat inter illos. Altercatio autẽ talis erat.
E Dicebant Iudæi ſe de genere Abrahæ eſſe: ſe etiam legem &
Pſal. 17.g prophetas accepiſſe, & nunquam idola, ſed vnum verum Deum coluiſſe, Gentiles canes immundos appellabant. Econtra Gentiles ſe *in auditu auris obediſſe* dicebant, quod ipſi bono ingenio & ſuæ naturæ aſcribebant. Iudæos autem non ſolum non obe-
Sap. 2.d diſſe Chriſto, verumetiam turpiſſima morte eum condemnaſſe dicebant. Ita ex vtraque parte ſuperbia, & nulla humilitas. Quibus ſe quaſi medium interponit Apoſtolus, vtroſque confutando, vt ſic inuitet ad humilitatem, vt omnia attribuant gratiæ Dei.

Rectè ſcribẽdi epiſtolas mos. Morem rectè ſcribentium epiſtolas ſeruat præponendo ſalutationem, in qua captat beniuolentiam à perſona ſua, vbi dicit: *Paulus Apoſtolus*, ſcilicet, Chriſti. A negotio, vbi dicit, quod

Incipit prœmium Nicolai de Lyra in epiſtolas Pauli.

Sapientia Paul. ECce *deſcripſi eam tibi tripliciter. Pr. xxij. c. Quod verbum de ſapientiæ deſcriptione dicitur: Sapientia Pauli Apoſtoli principaliter conſiſtit in cognitione domini noſtri Ieſu Chriſti pro redemptione humani generis paſſi. propter quod dicit Paulus i. ad Cor. ij a.* Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi tantum Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. *Hanc autem ſapientiam deſcripſit tripliciter. ſ. litteris Hebræis, Græcis, & Latinis, ſicut præſiguratum fuerat in deſcriptione tituli crucis qui ſcriptus fuit Hebraicè, Græcè & Latinè ſicut habetur Io. xix. d. Per hoc enim quod in tribus linguis facta fuit hæc deſcriptio, figuratũ fuit*
C *fidem Chriſti crucifixi per totum orbem fore generaliter publicandam, quod potiſſime impletum fuit per doctrinã Pauli Apoſtoli & ſcripturã. Propter quod potuit dicere verbum peraſſumptum:* Ecce deſcripſi, &c. *In quo notantur quatuor cauſæ huius Apoſtoli doctrinæ. ſ. effectiua, finalis, & formalis.*

Circa primum eſt notãdum, quod licet Paulus fuit ſcriptor huius doctrinæ, quod notatur cum dicitur: Ecce deſcripſi, *hoc tamen fuit miniſterialiter: Chriſtus autem principaliter: propter quod dicit ad Gal. i. b.* Notum vobis facio fratres euangelium Chriſti, quod euangelizatum eſt à me: quia non eſt ſecundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, & neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. *& ideo quia Chriſto reuelante & dictante hanc doctrinam deſcripſit, conuenienter dicere potuit verbum Baruch, quod habetur Iere. xxxvi. d.* Ex ore loquebatur ad me quaſi legẽs in libro omnes ſermones iſtos: & ego ſcribebã in volumine atramento. *Baruch qui interpretatur benedictus, figura fuit Apoſtoli qui cõſecutus eſt miſericordiam, & benedictionẽ Dei. Ieremias, vero qui interpretatur excelſus Deo, Ieſum Chriſtum figurauit quem Deus pater exaltauit,* & dedit illi no. quod eſt ſuper omne no. *vt dicitur Phil. ij. b & ideo bene potuit dicere Paulus Apoſtolus de Chriſto:* Ex ore ſuo loquebatur ad me quaſi legẽs in li. i. *diſtinctè & apertè mihi reuelando: & ego ſcribebam ſecundum eius reuelationem in volumine atramento. Epiſtolas enim ſuas ſaltem aliquas vel pro aliqua parte earum manu propria cõſcripſit. vnde in fine primæ epiſtolæ Cor. d. dicitur:* Salutatio mea manu Pauli: *ſupple ſcripta eſt. hoc enim modo ſignabat epiſtolas ſuas per notariũ conſcriptas, ne ſuo nomine eius epiſtolæ à falſis Apoſtolis ſcriptæ, à fidelibus reciperentur.*

Subiectum ſacrę ſcripturæ. *Circa ſecundũ ſciendum quod ſicut in philoſophia naturali corpus mobile eſt ſubiectũ ſub ratione abſoluta & in partialibus libris ſub rationibus determinatis, vt corpus mobile ad ſitum, in libro cæli & mũdi, & corpus mobile ad formã, in libro de generatione & corruptione: Sic Deus ſub ratione abſoluta eſt ſubiectum in ſacra ſcriptura in partibus vero eius ſub determinatis rationibus, vt in veteri Teſtamẽto ſub ratione creationis, & gubernationis, & in nouo ſub ratione redẽptionis in generali. In epiſtolis vero Pauli ſub ratione magis determinata, ſcilicet ſub ratione redẽptio-*
Cauſa finalis. *nis per ſuã paſſionẽ. ideo dicit Paulus. i. ad Cor. i. d.* Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis filium Dei Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiã. *Hæc igitur ſapientia doctrinæ Pauli quæ eſt cauſa ſubiectiua tangitur cum dicitur: Eam de qua dicit Act. xiij. e.* Nos vobis eam annunciamus, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt, de Chriſto pro ſalute mũdi paſſuro. F

Circa tertium conſiderandũ, quod cauſa finalis huius doctrinæ eſt vtilitas totius eccleſiæ, quæ notatur cum dicitur: Tibi. *i. ad vtilitatem tuam: quia per hãc doctrinam intellectam & opere adimpletam habetur vita gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro: de quo poteſt accipi quod dicitur Prouer. iij. b.* Præcepta mea cor tuum cuſtodiant: longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi. *Dicit annos vitæ, quantum ad vitam gratiæ: & longitudinem dierum, quantum ad vitam gloriæ, quæ æternitatem includit à parte poſt, & pacem. i. quietem appetitus: quia de ratione finis vltimi eſt, quod quietet totaliter appetitum. Circa quartum. ſ. cauſam formalem eſt ſciendũ. quod duplex eſt for-*
Triplex modus agendi. *ma doctrinæ. ſ. forma tractatus & forma tractandi. Forma tractandi eſt modus agendi. qui triplex eſt apud philoſophos. ſ. diffinitiuus, diuiſiuus & probatiuus: & hoc triplici modo vtitur aliũde Apoſtolus. vnde in epiſtola ad Heb. xi. a. fidem diffiniuit dicens:* Fides eſt ſubſtantia rerũ ſperandarum, argumentum non apparentium. *Similiter. i. Cor. xij. [illegible] tiam diuidit dicens:* diuiſiones autem gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. *& ſubdit:* Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ &c. *Similiter. i. Cor. xv. ex Chriſti reſurrectione probat reſurrectionem generalem mortuorum eſſe futurã: ſicut poſſibile eſt in tali materia. Et hæc formalis cauſa tãgitur, cum dicitur:* Tripliciter: *de quo poteſt accipi quod dicitur Eccl. 4. c.* Funiculus triplex difficile rũpitur. *Forma vero tractatus cõſiſtit in diuiſione doctrinæ. Diuiditur autem tota doctrina in tres partes, ſecundum quod tribus præcipuis gentibus ſcribit, primo Romanis qui præcellebant alias Gentes in potentia. ſecundo Græcis qui præcellebant alias Gentes ſapientia. tertio Hebræis qui præcellebant in diuinæ legis notitia. Romanis tantum ſcripſit vnam epiſtolam quæ primo exponitur, ſicut eſt prima reſpectu aliarum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quod ante promiserat. Ab autore, vbi dicit, *qui factus est ei.* Ab auditoribus, vbi dicit, *in quibus estis & vos vo. &c.*

Assignatis rationibus operis, numeri, & ordinis epistolarum, explicato denique vnde & quare Apostolus Romanis scripserit, supereſt de materia & intentione & modo tractandi exequi. Generalis omnium epistolarum materia est doctrina euangelij. Intentio monet ad obediendum euãgelicæ doctrinę. Præterhæc autem in singulis propriasintentiones & materias requirimus. Prima itaque epistola materiam habet Romanorum vitia, atque gratiæ Dei dona, ad quæ eos hortatur. Intentio eorum vitia increpare, & ad veram pacem fraternámque concordiam sub manu gratiæ humiliare. Modus tractandi. More scribentiũ epistolas salutationem præmittit. In qua persoñ suam, negotium, & autorem negotij commendat, in quibus congrue captat beniuolentiam.

com. in hũc locum. HAIMO. Post salutationem vtriusque partis vitia arguit, ostendens Gentiles à naturali ratione, & Iudæos à lege exorbitasse, tasse, Deinde pluribus modis ostendit iustitiã & salutem æque vtrique esse non per legem, sed per fidem Christi, vt à lege eos tollat, & in sola fide Christi eos constituat. Circa finẽ verò moralis subditur institutio, atque in actione gratiarum finem tenet epistola. Inter omnes epistolarũ scriptores in tribus Paulus singulariter excellit. In operis scilicet profunditate: quia cæteris prolixius & ad intelligendum difficilius. In fidei assertione: quia ad fidei catholicæ assertionem cõgrua autoritatum legis & prophetiæ inducuntur testimonia. In gratiæ commendatione: quia contra arrogantes & superbos de suis operibus præsumentes pro commendanda Dei gratia prudenter, & fortiter dimicauit. Qui nimirum & in illo euidentior clariórque apparuit, quia inter alia vehementer ecclesiam Dei persecutus, pro quo summo dignus fuit supplicio: pro maledictione consecutus est gratiam, pro damnatione susceпit misericordiam, in quo & spes nostra plurimum subleuatur.

Paulus excellit scriptores in tribus.

1.Cor.15.a

---

a Haymo. *Romani.* interpretantur sublimes siue tonantes: quia illo tempore quo Apostolus hanc epistolam ad eos misit, cunctis dominabãtur gentibus. Ideoque sublimiores erant omnibus populis, & intonabant præcepta publica & priuata, eorumque fama omnium hominum resonabat in ore.

1.2. contra Iouin. ad finem libri. ✠ HIERON. Vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulũ tuum. Roma, aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos. Serua quod diceris: virtus te excelsam faciat, non voluptas humilem.

l.5. ciuit. ca. 12. ✠ AVGVSTINVS ex Catone Romanos, magnos fecerunt domi industria, foris iustũ imperium, animus in consulendo liber, neque libidine, neque delicto obnoxius.

b *A Corintho.* ORIG. Hãc eum de Corintho scripsisse euidenter monstratur ex eo quod dicit: *Commendo vobis Phebenfororem nostram ministram ecclesiæ, quæ est Cenchris.* Cenchris enim locus dicitur Corintho vicinus, imo portus ipsius Corinthi. Et ex eo quod dicit: *Salutat vos Gaius hospes meus.* de quo scribens Corinthiis commemorat dicens: *Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizaui nisi Crispum & Gaium.*

Rom 16.a

Ibidem d 1.Cor.1.b

HAIMO autem ab Athenis Apostolum scripsisse Romanis dicit in his verbis: Ab Athenis ciuitate Græcorum scripsit apostolus Romanis hanc epistolam: Quos non ipse, non Petrus vel aliquis duodecim apostolorum primum instruxit: sed quidam Iudeorum credentium, qui fide Christi ab apostolis percepta, venientes Romam, vbi princeps orbis residebat, cui erant ipsi subiecti, quæ apud Ierosolymam didicerant, Romanis euangelizauerunt.

C

Euseb. li. 2. hist. cap. 14. & lib. 5. c 8. In ecclesiastica tamen historia sic legitur: Claudij temporibus clementia diuinæ prouidentiæ Petrum ad vrbem Romanam deducit: Iste aduenies primus in vrbe Roma euangelij sui clauibus ianuam regni cælestis aperuit.

✠ IRENÆVS. Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit euangelij, cùm Petrus & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Ecclesiam. Lib.3. ca.1.

✠ HEGESIPPVS. Erant (tempore Neronis) Romæ Petrus & Paulus, doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio, qui virtute suorum operum Neronem aduersum fecerant, captum Simonis magi deliramentis, &c. lib.3.cap.2.

✠ EVSEBIVS Cæs. Claudij Imper. anno. 5. Petrus Apostolus, natione Galilæus, Christianorum Pontifex primus, cùm primùm Antiochenam ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur, vbi euangelium prædicans, 25. annis, eiusdem vrbis episcopus perseuerat. In Chronico.

✠ HIERO. super præsentem epistolam ad Romanos, vbi scriptum est: *Vt aliquid impertiar vobis gaudij spiritualis*, ait sic: Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare se velle Paulus dicit. Non quod minus accepissent à Petro: sed vt duobus apostolis attestantibus atque doctoribus, eorum corroborarent fidem. Harum igitur autoritatum conflictum dirimentes, dicemus Petrum primum prædicasse Romanis quantum ad alios apostolos: sed non primùm quantum ad omnes credentes. Item dicemus Athenis epistolæ partem scripsisse, Corinthi vero perfecisse, atque inde Romanis eam destinasse. Pro altercatione scribit Romanis, confutans modo Iudæos, modo Gentiles, docens eos humiliari, vt omnia attribuant gratiæ Dei. Iudæi salutem generi suo, gentes vero ingenio & naturæ attribuebant. Prima hæc ponitur: quia primum gradum erroris destruit. Commendat persoñam & negocium, & autorem negocij, in quibus congrue captat beneuolentiam.

D E F

☞ *Incipit*

Postilla Nicolai de Lyra super Prologum in epistolam ad Romanos.

Diuisio ✠ ROmani, &c. *In hoc breui prologo ad compendiosam manifestationem dicendorum in subsequenti epistola tria breuiter tanguntur: quia primò describuntur illi, quibus epistola illa est destinata: & hoc in principio prologi, cum dicitur*: Romani: *secundò ponitur causa finalis, ibi*: scripta est causa motiua. *ibi*: Hos reuocat Apostolus. *tertio tangitur locus à quo est transmissa, ibi*: Scribens eis à Corintho. *Secunda pars diuiditur in duas: quia primò describuntur à regione siue patria. Secundò à religione falsa, ibi*: Hi præuenti sunt à falsis apostolis. *vbi circa deceptionem tria tanguntur. primò deceptores ibi*: A falsis apostolis. *secundò forma deceptionis, ibi*: Sub nomine domini nostri Iesu Christi. *tertiò materia in qua erant decepti, ibi*: Quia in legem & prophetas erãt inducti, *quantum, scilicet, ad obseruantiam legalium & ceremoniarum legis: quibus tamen Christus finem imposuit. Circa causam finalem duo tanguntur: quia primò ponitur reuocatio ab errore falsitatis, ibi*: Hos reuocat Apostolus. *secundò inuitatio ad cognitionem veritatis, ibi*: ad veram euangelicam veritatem. *Ex qua breui diuisione satis patent partes prologi. Circa vero tertiam partem, quæ tangit locum à quo transmissa est epistola, altercatio est, & doctorum saltem verbalis controuersia. Nam dicit Haimo, quod ab Athenis ciuitate Græcorum sit transmissa Romanis, quos non ipse, non Petrus vel aliquis. xij. apostolorum primum instruxit: sed quidam Iudæorum credentium, qui fide Christi ab apostolis percepta, venientes Romam, vbi princeps orbis residebat, quæ apud Ierosolymam didicerant, Romanis euangelizauerunt. Origenes vero dicit eam missam à Corintho, cui consonat finis præsentis prologi, cùm dicitur*: Scribens eis à Corintho. *& pro isto inducitur quod scribit Apostolus cap. vlti. a. præsentis epistolæ*: Commendo vobis Phebenfororem nostram quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cenchris. *Cenchris vero, vt dicit Origenes, locus dicitur Corintho vicinus, imo portus ipsius Corinthi. Harum autoritatum conflictus dissolui potest, vt dicatur Paulum partem epistolæ scripsisse Athenis: Corinthi vero perfecisse, atque eam inde Romanis destinasse.*

Argumentum in epistolam Pauli ad Romanos.

a ROmani sunt partis Italiæ. Hi præuenti sunt à falsis Apostolis, & sub nomine domini nostri Iesu Christi in legem & prophetas erant inducti. Hos reuocat Apostolus ad veram euangelicam fidem: scribens eis à b Corintho. 1

B E

☞ *Incipit epistola Pauli ad Romanos.*

CAPVT I.

PAVLVS. BEDA super Actus apostolicos Paulum annopassionis & resurrectionis Christi ad fidem venisse dicit. Tertio vero decimo anno post Christi passionẽ apostolatũ Gẽtiũ cum Barnaba. & Pauli vocabulum accepisse. prius enim Saulus à Saule persecutore vocabatur, quia sicut ille Dauid, hic ecclesiam persecutus est. Quartodecimo autem anno iuxta condictum apostolorum ad magisterium Gentium est profectus.

B Act. 9 a.

Act. 13. Aug. lib. de spiritu & li. c. 7. Ser. 42. de sanctis in hunc locum & in ps. 72.

AVG. Non ob aliud hoc sibi nomen elegit, nisi vt se paruum ostenderet, tanquam minimum apostolorum. Non iactantia aliqua, sed ex Saulo factus est Paulus, id est, ex superbo modicus & quietus Saulus inquietudo & tentatio interpretatur.

C

AMB. Porrò ex more sancto ratio apostolorum illud fecisse perhibetur, qui virtutibus proficientes mutato nomine sunt vocati, vt & ipso nomine essent noui, vt Cephas, vt filij tonitrui.

† ad munus apostolicũ.

Joh. 1. f. Marc. 3. b. Com. ad Philemonem. Act. 13. b. Paulus vnde. Præmio in hanc Epist. Lu 7. f. Act. 13. b.

HIER. Paulus à primo spolio quod ecclesiæ contulit, scilicet à Sergio Paulo proconsule quem apud Cyprum conuertit, hoc sibi nomen assumpsit.

ORIG. In scripturis alios binomios, alios trinomios inuenimus. Sicut Salomon, qui Ecclesiastes & Idida. Matthæus, qui & Leui. Secundũ hanc ergo consuetudinem videtur nobis & Paulus duplici vocitatus vocabulo, sicut in actibus vbi scribitur: *Saulus, qui & Paulus.* euidenter ostenditur.

HIER. Paulus mirabilis sibi electus. Quem & dominus ipse vas electionis vocauit, & tã vita quàm doctrina mirabilẽ fecit.

b *Seruus.* Ex seruo & humili: fecit Deus apostolum & sublimem ita & vos humiles sitis: *Qui enim se humiliat exaltabitur.*

Lu 14. c. infra 8. c. Gal. 4 a. Joh: 15. b. Psa. 44 a.

HAIMO. Seruus amore filiationis & humilitatis, non timoris: *Non enim accepistis spiritum seruitutis, &c.* Item: *Itaque iam nõ est seruus sed liber.* Et iterum, *Iam non dicam vos seruos sed amicos.*

d *Iesu Chri.* AMB. Christus Græcè, Messias Hebraice, Latinè vnctus. Christus quidem vnctus rex & sacerdos visibili oleo, plectus. Christus quidem vnctus rex & sacerdos visibili oleo, plectus. Christus vnctus est diuinitatis gratiæ spiritualis. vnde: *Vnxit te Deus Deus tuus.*

L. adu. Praxean, ca. 20.

✠ TERTVLL. Eo iure quo vtrumq; nomen (Iesu & Christi,) vnius est, idest, Dei filius, etiam alterum sine altero eiusdem est. Et siue Iesus tantummodo positum est, intelligitur & Christus: quia Iesus vnctus est. Siue solummodo Christus, idem est & Iesus, quia vnctus est Iesus. Quorũ nominum alterũ est prosection



CAPVT I.

a ¶ Hebraicè, quietus Græcè, modicus Latinè.
b ¶ Nomen humilitatis, vt ad eam prouocet.
c ¶ Saluatoris, cui meritò omnes seruire regnare.
¶ Regis & sacerdotis.

a PAVLVS seruus b IESV Christi, vocatus † Apostolus, segrẽgatus in euangelium Dei, quod ante promiserat

1 2 3 4 5

a ¶ Aeterna electione, temporali missione. b ¶ Missus, legatus, vel nuncius. c ¶ Ab vtero synagogæ, in qua quasi mortuus fuit.
a ¶ Prædicandum. ¶ Ecce officium. b ¶ Commendatio euangelii a quatuor. c ¶ Completionem. ¶ A tempore. d. Deus pater.
¶ Gratis. ¶ Vt rem vtilem & necessariam. ¶ Ab autore

a b c d e f g h i

per filium suum Iesum Christum dominum nostrum, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei vocatis sanctis: gratia vobis & pax a Deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est Deus cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, quòd sine intermissione memoriam vestri faciam semper in orationibus meis obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desiderio enim desidero videre vos, vt aliquid impertiam vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, id est simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam. Non autem volo vos ignorare fratres quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc, vt aliquem fructum habeam & in vobis sicut & in ceteris gentibus. Græcis ac barbaris sapientibus & insipientibus debitor sum. Ita quod in me promptum est & vobis qui Romæ estis euangelizare. Non enim erubesco euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti Iudæo primùm & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Quia quod notum est Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia cùm cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod & tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam vt contumelias faciant corporibus suis in semetipsis. Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium & colerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori qui est benedictus in sæcula. Amen. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali vsu fœminæ exarserunt in desideriis suis in inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia tradidit illos Deus in reprobum sensum vt faciant ea quæ non conueniunt repletos omni iniquitate malitia fornicatione auaritia nequitia plenos inuidia homicidio contentione dolo malignitate susurrones detractores Deo odibiles contumeliosos superbos elatos inuentores malorum parentibus non obedientes insipientes incompositos sine affectione sine fœdere sine misericordia. Qui cùm iustitiam Dei cognouissent non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte non solùm qui ea faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus.

Propterea inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus autem quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Nescis quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vnicuique secundùm opera sua. His quidem qui secundùm patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt vitam æternam. Iis autem qui ex contentione sunt & qui veritati non acquiescunt acquiescunt autem iniquitati ira & indignatio. Tribulatio & angustia in animam omnis hominis operantis malum Iudæi primùm & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum Iudæo primùm & Græco. Non enim est personarum acceptio apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt sine lege & peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iustificabuntur. Cùm enim gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum & inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus in die cùm iudicabit Deus occulta hominum secundùm euangelium meum per Iesum Christum.

Ecce tu Iudæus cognominaris & requiescis in lege & gloriaris in Deo & nosti voluntatem & probas vtiliora instructus per legem confidis teipsum esse ductorem cæcorum lumen eorum qui in tenebris sunt eruditorem insipientium magistrum puerorum habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium docens teipsum non docens qui prædicas non furandum furaris non mœchandum mœchaberis qui abominaris idola sacrilegium facis qui in lege gloriaris per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes sicut scriptum est. Circumcisio quidem prodest si legem custodias. Quod si præuaricator legis es circumcisio tua præputium facta est. Si ergo præputium legem seruet nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præputium legem consummans te qui per litteram & circumcisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto Iudæus est neque quæ in manifesto in carne est circumcisio. Sed qui in abscondito Iudæus est & circumcisio cordis in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus sed ex Deo est.

Quid ergo amplius est Iudæo aut quæ vtilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Absit. Est autem Deus verax omnis autem homo mendax sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cùm iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat quid dicemus? Numquid iniquus est Deus qui infert iram? Secundùm hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? Et non (sicut blasphemamur & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala vt veniant bona quorum damnatio iusta est. Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus & Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam non est intelligens non est requirens Deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub labiis eorum quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum & viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur vt omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus Deo. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est testificata a lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Iesu quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore vt sit ipse iustus & iustificans eum qui est ex fide Iesu. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem factorum? Non sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & gentium? Etenim vnus Deus qui iustificat circumcisionem ex fide & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit sed legem statuimus.

Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundùm carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est habet gloriam sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur merces non imputatur secundùm gratiam sed secundùm debitum. Ei verò qui non operatur credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad iustitiam secundùm propositionem beatitudinis hominis cui Deus accipit iustitiam sine operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc in circumcisione manet an & in præputio? Dicimus enim fidem Abrahæ reputatam ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est in circumcisione an in præputio? Non in circumcisione sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio vt sit pater omnium credentium per præputium vt reputetur & illis ad iustitiam. Et sit pater circumcisionis non his tantùm qui sunt ex circumcisione sed & his qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius vt hæres esset mundi sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt exinanita est fides & abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex nec præuaricatio. Propterea ex fide vt secundùm gratiam firma sit promissio omni semini non ei qui ex lege est tantùm sed & ei qui ex fide est Abrahæ qui est pater omnium nostrum sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te. Et non infirmatus in fide nec consideravit corpus suum emortuum cùm iam centenarius fere esset & emortuam vuluam Sarræ. In repromissione quoque Dei non hæsitauit diffidentia sed confortatus est fide dans gloriam Deo. Plenissimè sciens quia quæcunque promisit Deus potens est & facere. Propter quod & reputatum est illi ad iustitiam. Non scripta sunt autem propter illum tantùm quia reputatum est illi ad iustitiam sed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Dominum nostrum a mortuis qui traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram.

Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solùm autem sed & gloriamur in tribulationibus scientes quia tribulatio patientiam operatur patientia autem probationem probatio autem spem spes autem non confundit. Quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut quid enim Christus cùm adhuc infirmi essemus secundùm tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis quoniam cùm adhuc peccatores essemus secundùm tempus Christus pro nobis mortuus est. Multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius saluabimur ab ira per ipsum. Si enim cùm inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius multò magis reconciliati saluabimur in vita ipsius. Non solùm autem sed & gloriantes in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum per quem nunc reconciliationem accepimus.

Propterea sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit & per peccatum mors & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo peccatum autem non imputabatur cùm lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ qui est forma futuri. Sed non sicut delictum ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt multò magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem ita & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi. Lex autem subintrauit vt abundaret delictum vbi autem abundauit delictum superabundauit gratia vt sicut regnauit peccatum in morte ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum.

Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres scientibus enim legem loquor quia lex in homine dominatur quamdiu vivit? Nam mulier quæ sub viro est viuenti lege alligata est viro. Quod si mortuus fuerit vir eius soluta est a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Quod si mortuus fuerit vir eius liberata est a lege viri vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit vt fructificemus Deo. Cùm enim essemus in carne passiones peccatorum quæ per legem operabantur in membris nostris vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate litteræ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cùm venisset mandatum peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum. Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum seduxit me & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem vt fiat supra modum peccatum per mandatum peccans. Scimus enim quia lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum venumdatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo bonum hoc ago sed quod odi malum illud facio. Si autem quod nolo illud facio consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi non autem inuenio perficere bonum. Non enim quod volo bonum hoc facio sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Inuenio ergo legem volenti mihi facere bonum quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei carne autem legi peccati.

✻ 1 Reuelatur enim. *Postquam Apostolus affectum suæ charitatis erga Romanos ostendit,hic consequenter vitia eorum arguit. Et diuiditur in duas partes:quia primo arguit vitia Gentilium.Secundo Iudæorum, capitulo sequenti.Prima in duas,quia primo arguit vitia eorum. Secundo, concludit intentum.ibi:*Qui cum iustitiam Dei. *prima adhuc in tres: quia primo arguit eorum vitia contra Deum. Secundo in seipsum, ibi:* Propter quod tradidit.*Tertio in proximum, ibi:* Et sicut non probauerunt.*Prima in duas:quia primo arguit eorum cæcitatem. Secundo peccatorum insequentium grauitatem,ibi:*Et mutauerunt. *Primum autem ostendit per hoc quòd Romani vigebant ratione & industria naturali.vnde dicit Vegetius libro de re militari, quòd Romani quæsierunt dominium totius terræ & orbis non multitudine populi, nec fortitudine corporali,sed sapientia consulum & prudentia militari : propter quod ex cognitione naturali sibi data poterant cognoscere vnum solum Deum verum latria colendum: Quod si fecissent, tanquam de bonis naturalibus Deo grati dedisset eis cognitionem sui supernaturalem,quantum necessarium est habere ad salutẽ,sicut patet de Cornelio Act.x. Sicut enim corpore disposito & organizato per naturam infunditur à Deo anima, sic talis supernaturalis notitia homini disposito per modum prædictum: & sicut deficiente natura in organizatione prædicta non infunditur anima, sic homini indisposito notitia fidei denegatur.Sic enim fuit de Romanis qui de cognitione naturali Deo ingrati superbierunt,& ex consequenti cæcitatem mentis incurrerunt,& grauia peccata commiserunt:propter quod puniendi erant ex iustitia diuina.Et hoc est quod dicitur:*Reuelatur enim.*id est,certitudinaliter expectatur.*

2 Ira Dei. *id est, iustitia & vindicta.* Super omnem im.*s.contra Deum. Est enim pietas cultus Deo exhibitus,secundum Tullium. Et per oppositum impietas importat Dei contemptum.*

3 Et iniu.ho.*id est,peccatum contra proximum cum quo iustè est viuendum.*

4 Eorum qui ve.Dei in iniu.deti. *Veritas enim diuina, quantum est in se,parata est se manifestare: sed malitia hominis impedit in eis hãc manifestationem. & sic quodammodo detinet eam sicut impediens cursum aquæ dicitur eam detinere quod declarat consequenter di.*

5 Quia q.n.est d.*id est,in cõditionibus diuinis per rationem naturalẽ cognitis,cuiusmodi sunt essentialia tributa vt sapiẽtia,bonitas,& similia.*

6 Manife.est in il.*s.hominibus Romanis.*

7 Deus e.m.il.*Et subditur modus manifestationis cum dicitur.*

8 Inuisib.e.ip.*i.attributa Dei essentialia,qua sunt nobis inuisibilia in* ✻ *præsenti*

☞ ✻ Theophilvs Antiochenus. Deus vniuersa cùm non forẽt creauit, vt ex operibus suis quàm magnus,quàm excellẽs sit hominibus innotesceret.Vt anima in humano corpore non videtur, verùm ex corporis motu cognoscitur : sic nec Deus corporeis oculis videri potest,ceterùm ex prouidentia qua singula ordinat,suísque operibus aspicitur & apprehenditur.Quẽadmodum si quis cernat nauẽ, suis armamentis mare sulcare, & in portum appellere, certè credit aliquem à quo gubernetur: sic certè nemo adeo abiecti sit animi, quin credat Deũ esse gubernatorem omnium,quamuis oculis carnalibus eum non assequamur,&c. Legantur etiã in hãc sententiam Basil. in Psal.32. Hieronymus in 3. c.Eccles. Origenes hom.5.in Leuiticum : Chrysostomus hom. 9. ad pop. Ant. Ambr.lib. 3. de Spiritu sancto.c.2.&c.

A

L.1. ad Autolycum.

† creatione

† in hoc vt

† vani facti sunt

† 49. dist,c. hinc etenim ver.albuginem

B

† reptilium

a ¶ Ab homine,non solum ab angelis. ¶ Vel,à constitutione mundi.
b ¶ Per ea,etsi non per legem. c ¶ Non corporea vel imaginaria visione,sed intellectuali.

a enim ipsius à † creatura mundi † per ea quæ facta sunt, intel- 1

a ¶ Quæ omnia gubernat. b ¶ Filius. c Conspicitur.

lecta conspiciuntur:sempiterna quoque eius † virtus & diui- 2 3

a ¶ Spiritussanctus. ¶ Bonitas quæ omnia replet. ¶ De hoc. 4
b ¶ Per naturalem rationem,& creaturæ reuelationem. 5

b nitas, † ita vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent 6

a ¶ A Deo,vt vnum confiterentur principium omnium. b ¶ Bene viuendo & colende. 7
c ¶ De cognitione,sed sibi attribuerunt,in quo vani & falsi fuerunt.

Deum,non sicut Deum glorificauerunt,aut gratias egerunt, 8 9

¶ Putantes se aliquid esse,cum nihil sint. a ¶ Quæ à se non à Deo. b ¶ Ideo.
c ¶ Paulatim vsque ad insipientiam cor eorum deductum est. ¶ Tumore superbiæ obumbrante.

c sed † euanuerũt in cogitationibus suis, et obscuratum est in- 10 11

a ¶ Id est,ratio,quia ab eis credita est esse. b ¶ Ore vel corde.
c ¶ Ecce quomodo euanuerunt. d ¶ A se,non à Deo. e ¶ Ecce quomodo obscuratum est cor. 12

d sipiens cor eorum. † Dicentes enim se esse sapientes, stulti 13

¶ In Deum. a ¶ Non solum sensu peccauerunt,sed etiam opere.
¶ Quantum ad se. b Culturam Deo incorruptibili debitam. 14

e f facti sunt. Et mutauerunt gloriam † incorruptibilis Dei in si- 15

a ¶ In imaginem ei cuius erat assimilata. b ¶ Prius. c ¶ Post. d ¶ Maior hebetudo. e ¶ Inde. 16

g militudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et 17

¶ Deinde. ¶ Idololatriam.s. a ¶ Subtrahendo gratiam tradi permisit. 18

h quadrupedũ & † serpẽtiũ. † Propter quod tradidit illos Deus 19 20

g *Homi.& vo.&c.* Mos fuit ab antiquo Romanis adorare simulacra hominũ:vt Romuli,Iouis, & aliorum.maxime ab aduentu Ænææ in Italiam. Volucrũ autẽ & quadrupedũ & serpẽtiũ,ex quo Alexãdria ab Augusto victa est & Romæ subiugata.

D

Haymo. Romanorũ idololatria

✻ Sedvlivs.Nomen & honorem Dei, idolis dederunt. A viuo enim Deo recedentes,mortuis fauent. Primi enim Babylonij,Deum vocauerunt figmentũ Belis, hominis mortui, qui principatum dicitur in eis egisse.Coluerunt & serpentem draconem quem occidit Daniel homo Dei.Ægyptij colebãt quadrupedem, quem dicebant Apim,in similitudinem vaccæ, quod malum imitatus est Ieroboam. Et volucres quia sacram habebãt aquilam Iouis,graculum,& cornicem.

† dum per opera intelligitur, per videntur

† potentia

† cum se crederent

† immortalis

E

Deus pluribus modis cognoscitur

Haimo.Ostendit quid de Deo scire potuerit. Pluraliter dicit quia pluribus modis cognoscitur,scilicet quòd æternus,omnipotẽs & huiusmodi. Intellecta ipsa inuisibilia per facta, quia per cælum & terram & alias creaturas quas immensas & perpetuas esse intellexerunt,ipsum conditorem,incomparabilem, immensum,æternum,mente conspexerunt.

a *A creatura.*Ab homine,per excellentiam.quia excellit inter alias creaturas, vel propter conuenientiã quã habet cũ omnibus creaturis.est enim localiter in loco,cum corporibus, sentit cum animalibus,intelligit cum angelis.vnde: *Prædicate euangelium omni creaturæ.*

Serm.55.de verb. Dom. sec. Io. Mar.vlt.d

b *Cum cognouissent,&c.*Av g. Viderunt quo veniẽdum esset: sed ingrati ei qui illis præstitit vt viderent, sibi voluerunt tribuere quòd videbant, & facti superbi amiserunt etiam quod videbant. Quod enim curiositate inuenerunt, per superbiam perdiderunt.Quod enim Deus dederat gratis,tulit ingratis.

c *Obscuratum.* Amb.Nebula enim erroris contexit cor illorum,quia cum creatorem ex creaturis cognouissent, nec sicut Deum glorificassent amplius obtusi sunt.

d *Stulti facti sunt.* Ecce quomodo obscuratum est cor, quod est vindicta:sapientes in naturis rerum,stulti in Deo.

Ser 143 de temp.

e *Et mu.* Av g. Hic damnat simulacra impiorum,alij terram, alij solem & huiusmodi venerabantur.

C

f *In simi imag.* Exaggerat stultitiam ad cumulum hebetudinis ostendendum,

g *Homi.*

L. 5. Recognit.

† 23.q. 4.c. Nabuchodonosor. ver. prædestinationẽ Eph.4.c

✻ Clemens Roma. Veteres Ægyptiorum qui de cælesti cursu,& astrorum natura rationem sibi visi sunt reperisse,obsidente sensus eorum dæmone, omnibus contumeliis Dei nomen incommunicabile subiecerunt. Nam alij eorum bouem colendum tradidere,alij Hircum,alij Cattos,nõnulli Ibin, quidam Serpentem,Piscem quoque,Cæpas,& Cloacas, Crepitus ventris,pro numinibus habendos esse docuerunt: & alia innumerabilia quæ pudet nominare.

In Protreptico.

✻ Clemens Alexan.Aegytij per oppida & vicatim bruta coluerunt,pisces,oues,lupos,canes,hircos,boues, muscas,formicas,ciconias, mures, colũbas, &c. dæmones indigenas, feles,mustellas, &c. Scythæ adorabant accinacem, Arabes lapidem,Persæ fluuium,&c.

Apolo.c 24.

✻ Tertvl. Aegyptiis permissa est tam vanæ superstitionis potestas auibus & bestiis consecrandis, & capite damnandis qui aliquem huiusmodi Deum occiderit.

AdDemetr.

✻ Cypria. Fumant vbique in templis vestris hostiarum busta & rogi pecorum:Crocodili,& cynocephali,& lapides,& serpentes à vobis coluntur,&c.

Apolog.

✻ Athenagoras.Aegyptij feles etiam & crocodilos, & serpentes,& aspides,& canes pro diis habent. &c.Legantur Eusebius lib.3.de præparat. euang.c.2. Lactantius libro 2.c.13. & libro 5.c.20.Augustinus libro ciuit. ca.22. &c.Nazianzenus lib.2.de Theologia:Arnobius libris aduers.Gentes:Lactantius: Minutius Felix,&c.

Haymo.

h *Tradidit,&c.* quia nihil fit nisi eius permissione fit.Prius in

☞ desider

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *præsenti,sicut & eius essentia eo q̃ nõ cognoscuntur cognitione intuitiua.*

1 A creatura mũ.*id est,ab homine, qui sic nominatur, eo quòd habet quandam similitudinem cum omni creatura.Habet enim esse cum non viuentibus,viuere cum arboribus,sentire cum animalibus, intelligere cum angelis,& quia omnis alia creatura sensibilis propter hominem facta est, vt diffusè tractat Greg.homil.29.*

2 Per ea quæ facta sunt.*id est,per creaturas.*

3 Intellecta conspi. *Sicut causa per effectum. & sic Philosophi cognouerunt Deum.*

4 Sempiterna quo.eius virt. *i.potentia, quæ est de dictis attributis.*

5 Et diuinitas,*id est,essentia diuina, de qua per creaturas cognoscitur,quòd est vnica,& simplex,& infinita.*

6 Ita vt sint inexcusa.*De contemptu ipsius.Ideo subditur.*

7 Quia cum Deum co.&c.*ratione naturali modo prædicto.*

8 Non sicut,&c.*Cogitantes,quòd improportionabiliter excedit cognitionem nostram,& per consequens super omnia glorificandus.*

9 Aut gratias. *De cognitione naturali à Deo sibi data.*

10 Sed euanuerunt,&c.*Superbientes de ipsa.*

11 Et obscu.&c.*Iusto Dei iudicio propter superbiam eorum.*

12 Dicentes enim se esse sa.*In temporalibus.*

13 Stulti facti sunt.*In spiritualibus.*

14 Et mutauerunt gloriam. *Hic consequenter arguit peccati grauitatem ex cæcitate sequentem.s.idololatriam, quæ maximum peccatum est in genere:quia est contra primum præceptum tabulæ, & non solum vnam idololatriam incurrerunt,sed multiplicem.Audierunt enim, quòd tempore Nabuchodonosor regis Assyriorum ipse incurrerat maleuolentiam & rebellionem subditorum:eò quòd omnes deos eorum exterminari iusserat per Holofernem,Iudith 1.propter quod ad dilatationẽ sui imperij statuerunt omnes deos diuersarum gentium coli. Vnde dicit Leo Papa in sermone Apostolorum Petri & Pauli,quòd ciuitas Romana cum omnibus penè dominaretur gentibus, omnium seruiebat erroribus.Et hoc est quod dicitur hic:*Et mutauerunt gloriã incorrup.Dei : *id est, honorem soli Deo debitum.*

F

15 In simil. imag. corrupt.*quia cultum latriæ soli Deo debitũ exhibuerunt Ioui,Herculi,& pluribus alijs qui fuerũt homines corruptibiles.*

16 Et volucrum.*secundum quod dicitur Isa. 2. d. quòd aliqui adorabant talpas,& vespertiliones.*

17 Et quadrupedum.*Sicut Aegyptij colebant bouem.*

18 Et serpentium.*Sicut Babylonij colebant draconem.*Dan. 14.a. *Et istas idololatrias & alias multas receperunt Romani,vt dictum est.*

19 Propter quod.*Hic consequenter arguit peccata quæ fiunt in proprium subiectum,inter quæ luxuria maximè inquinat: quia in corpus redundat,& maximè vitium contra naturam quod est pessimum cuius tres sunt species in generali.Prima est,mollicies qua aliquis per tactus proprios polluit per seipsum.Et hoc tangit,cum dicitur,*Propter quod.*id est,propter peccatum idololatriæ incursum.*

Tres species pecc. contra naturam

20 Tradidit illos Deus.*i.tradi permisit in pœnã præcedẽtis peccati.*

✻ In

Universidad de Deusto Biblioteca

A desideria cordis: quod eorum erat à Deo sibi relictum. post in immunditiam actu tantam, vt corpora naturaliter repugnantia quadam vi applicarent, & vitio aptiora facerent.

AVGVST. Manifestum est Deum operari in cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates, siue ad bona pro misericordia sua, siue ad mala pro meritis eorum, iudicio vtique suo aliquãdo occulto, aliquãdo aperto, semper autem iusto.

August. lib. de grat. & libero arbi. c. 21.

✻ SEDVLIVS. Tradere, hoc est permittere, non incitare, aut immittere, vt ea quæ in desideriis conciperent, explerẽt in opere. Per hoc quod deserunt, traduntur in desideria cordis sui.

✻ HIERONYM. Tradere in scripturis dicitur Deus, cùm nõ retinet delinquentes propter arbitrij libertaté, sicut in Psalmo dicit, *Et dimisi eos secũdũ desideria cordis eorũ.*

† inter se mutuo — † vltra eum qui cõdidit — † affectus cupiditates — † 32. q. 7. c. vsus. — † per appetentiam sui, alius in aliũ — B

a ¶ Ecce vindicta. b ¶ id est, à se sic parati, non à Deo. c ¶ Postea in actum.
in desideria cordis eorum in immundiciam, vt † contumeliis 1
a ¶ Quantum ad naturam. b ¶ Item vindicta. 2
c ¶ Non aliunde, sed à se habentes, vel in suo sexu. d ¶ Illi afficiunt, &c. repetitio 3
a afficiant corpora sua † in semetipsis. Quia commutauerũt ve- 4
b a ¶ Hoc quod superius vocauit gloriam Dei. ¶ Quod de Deo verum est, dederunt idolo. s. quod sit Deus.
c b ¶ Diligenter ornando. c ¶ Actibus. ¶ Quasi illud esset melius.
d ritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creatu- 5
e a ¶ Quamuis ab illis priuetur suo honore. b Exaltatus super omnia. c ¶ Sine fine. ¶ Tamen.
f ræ † potius quàm creatori, qui est † benedictus in secula, amen. 6
a ¶ Q quia ita peccauerunt in naturam creantem. ¶ Iterum vindicta reperitur, sicut ante culpa. 7
b ¶ Tradi permisit. c Prius in ardorem libidinis, quæ est passio naturæ, nec nominanda, post in actum. ¶ Et verè.
g h Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. † Nã fœ- 8
a ¶ Viri legitimi. b ¶ Inter se agentes. 9
i minæ eorum immutauerũt naturalem vsum in eum vsum qui
k est cõtra naturam. † Similiter autem & masculi relicto naturali 10
a ¶ Ecce peccatum voluntatis, vel desiderij. b ¶ Quæ à se, non à Deo.
vsu fœminæ, exarserunt † in desideriis suis in inuicem, mascu- 11
a ¶ Non tantum exarserunt, sed & b ¶ Actu. ¶ Ita &. ¶ Vindictam dignam. c ¶ Quæ peccato congrua fuit.
l li in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quam 12
13

c *Commu. ve.* AMB. Dum nomen Dei qui est verus, dederunt his qui non sunt dij. D

AVG. Veritas creaturæ à Deo est, sed nõ Deus, quam illi in mẽdaciũ cõuerterunt, creaturas tanquam creatorem colentes.

d *Et colue. &c.* Sed ne dicant, non colo simulacra, sed res eorum, vt solẽ. addit: *Et col.*

e *Ser. c.* Hic damnat quæ in simulacris intelligebant.

f *Amen.* Quasi hoc verũ est, quòd Deo vero benedictio est in secula: diis autem Gentium ad tempus impietas dat honorem. Ideo quod illi dicunt est falsitas.

g *Pas. i.* voluptates quæ etsi delectent, sunt passiones, tñ naturæ nõ nominãdæ.

h *Igno.* HAI. Dicitur quasi si nomine dignitatis. Ignominiosus qui desinit habere dignitatis nomẽ, dum in aliquo crimine deprehẽditur. E

† ignominia — † laudandus — † 32 q. 7 c vsus

✻ AMBROS. Traditi sunt illudendi, & traditi non vt illa agerent quę nolebant, sed vt illa perficerent quæ desiderabant.

✻ OECVMENIVS. Non ipse tradidit, absit: sed eos neglexit, tanquam sua gubernatione indignos. Deinde Satanas acceptos illos tradidit in ea in quæ traditi sunt. Tradidit eos Deus, hoc est, delictum in Deum, propriáque illorum operatio, aut vltronea cæcitas illa tradidit eos in affectus ignominiæ.

Homil. 3. in hanc Epist.

✻ CHRYSOS. Tradidit hoc loco, significat, permisit. Quemadmodum enim si quis exercitus Præfectus, prælio ingrauescente retrocedens abscesserit, hostibus milites tradit, non impellẽs, sed suo auxilio nudans: sic & Deus eos dimisit, quia admittere ipsius præcepta noluerunt, &c.

Homil. 11. in Ezech. — Hie. in cap. 16. Ezech.

a *Afficiant.* GREG. Peccatum quippe quod pœnitentia non diluitur, mox suo pondere ad aliud attrahit. vnde fit, vt non solùm peccatũ sit, sed & causa peccati. Ex illo quippe culpa subsequens oritur. Peccatum verò quod ex peccato oritur, non solum peccatum, sed & pœna peccati est: quia iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati merito etiam in alia cadat.

b *Quia commuta.* Exequitur latius per partes culpam & pœnam, vt comparet. *Quia commuta.* Ostendit per partes mutasse gloriã Dei. s. quòd Deum putauerunt, qui non erat, & coluerũt & seruierunt creaturæ pòtius quàm creatori. Et exequitur partes immundiciæ, quòd fœminæ in fœminas, masculi in masculos. in quibus comparat pœnam culpæ, vt sicut contra naturam creantem peccauerunt, ita in natura propria punirentur. vnde concludit. *Et mercedem.*

Vbi suprà. C

✻ CHRYSOSTO. Cùm Deus homines destituerit, omnia sursum ac deorsum feruntur. Quamobrem non ipsum mòdò dogma illis Satanicum erat, sed & vita diabolica Pauli porrò prudentia meritò hic nobis admirabilis est, vt qui quũ in duas res sibi aduersantes incidisset, vtrasque exactè absoluerit. Volebat enim grauitate, ac reuerentia seruata loqui, sed alterum alteri impedimento erat. Ipso enim naturæ nomine & interpretationem auget, & hac tanquam perapetasmate ad enarrationis verecundiam vtitur. Considera autem quanta cum emphasi dictiones vsurpet. Non enim dixit illos amasse, ac desiderasse inter sese mutuò, sed exarsisse mutuò per appetentiam sui. Vides ab auiditate omne malum exortum, quum ipsum desiderium non sustinet intra propositos terminos consistere. Quicquid enim terminos à Deo statos transgreditur, id absurdarum minimè legitimarum rerum appetens est. c Com

i *Nat. v.* Putas Iuliane Apostolum ex hoc laudasse libidinem, quia vsum fœminæ dixit esse naturalem? Omnẽ profectò vsum fœminæ laudare compelleris, ac per hoc ea quæ committuntur cum fœminis stupra laudabis, quia & illic vtique vsus naturalis est, quamuis damnandus, quia legitimus nõ est. vnde & filij non legitimi, sed naturales vocantur, qui inde nascuntur. Non ergo concupiscentiã carnis in illo verbo laudauit Apostolus, sed naturalem vsum appellauit illum vsum, vnde natura humana potest nascendo subsistere. Nec dixit vsum coniugalem, sed naturalem: eum intelligi volens, qui fit in membris ad hoc creatis, vt per ea possit ad generandum sexus vterque misceri.

August. lib. cont. Iul Pelag. — Augu lib. 2. de nuptiis & cõcup. c. 19. & 20. Et lib. 14 de ciuit. cap. 23.

AMB. Ac per hoc cum eisdem membris & meretrici aliquis miscetur, naturalis est vsus, non tamen laudabilis, sed culpabilis. Ab ea enim parte corporis quæ ad generandũ non est instituta, si etiã cõiuge quisq; vtatur, cõtra naturã & flagitiosum est.

✻ ATHANAS. Olim Phœnissæ mulieres ante idola sua prostituebantur, dedicantes numinibus suum questũ, persuasæ meretricatu ea propitiari, ac prosperitatẽ rerũ inde nasci. Viri quoq; abdicato sexu, mulierũ naturã affectauerunt, tanquã ita honorifica grataq; matri deorũ facturi essent. Omnes autẽ in turpissimis viuũt, & certamen inter se prauitatis suscipere vidẽtur, & vt dixit sanctus ille Christi minister Paulus: Mulieres eorum mutauerunt vsum naturalẽ, in eũ qui est præter naturã, &c. Hęc designantes, confitentur & ostẽdunt deos suos hoc genere vitæ vsos fuisse. Ex Ioue enim, stupra puerorũ & adulteria: ex Venere, meretricatum: ex Rhea, obscœnitatem: ex Marte, cædes: ex aliis, alia huiusmodi didicerunt, quæ vt à legibus vindicantur, ita quicunque purus est auersatur.

Orat. cõtra idola.

k *Masculi.* AVG. Iudicio enim iustissimi Dei traditi sunt, siue deserẽdo siue alio modo explicabili vel inexplicabili in passiones ignominiæ, vt crimina criminib9 vindicarẽtur. Et supplicia peccantium non tantum sunt tormenta, sed & vitiorũ incrementa.

L de grat. & li. arb. c 21. F

✻ AMBR. & SEDVL. Quoniam aliam legem dare non potest Satanas, (nihil enim habet) cõcessa & licita in alium ordinem versat, vt dum aliter fiunt quàm cõcessa sunt, sint peccatũ. Hãc autẽ dicit cõpensationem esse cõtempti Dei. i. turpitudinẽ & contaminationem. Hæc est enim prima causa huius peccati. Quid autem eo peius ac deterius? Quantum enim idololatria per impium & grauissimum delictum est, tantum & compensatio eius horrenda, & persolida passio est.

l *Et mercedem, &c.* AVGVST. Sed istas pœnas pauci vident: ☞ propterea

August. lib. 2. cont. adu. legis & prophe.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In de desi. cor. eo. *Ad consequendũ totaliter propriã concupiscẽtiam.*
2 In immundi. *i. vsque in immundicias maximas.*
3 Vt contu. affi. cor. sua. *In hoc enim valde vilipenditur natura.*
4 Quia commu. ve. Dei in menda. *i. in idolum, ipsum colendo sicut Deum: quasi dicat, propter idololatriã ceciderũt in vilẽ immũdiciã.*
5 Et seruierunt creaturæ. *In idolis.*
6 Potius quã crea. qui est be. &c. *i. ab omnibus semper glorificãdus.*
7 Amen. *Confirmatio huius dicti est. Secunda species peccati contra naturam est Sodomia, quæ transit in personam, in sexu tamen indebito. Et hoc tangitur cum dicitur.*

[S]ecũda species peccati contra na[tu]ram.

8 Propterea tra. illos Deus in passio. igno. *i. valde ignominiosas.*
9 Nam fœmi. eo. immu. natu. vsum in eũ. *Vna alterã polluendo.*
10 Similiter au. & mas. *Vnus alterum polluendo.*
11 Exarserunt in desi. suis. *Ex vehementi enim ardore luxuriæ talis vilitas procedit.*
12 Et mercedem. *id est, punitionem.*
13 Quam opor. *id est, decuit.*

✻ In

☞ propterea eas maxime commemorat Apostolus, & multa enumerat, quæ peccata sunt & pœnę peccati. Inter ipsum enim peccatum apostasię & vltimam pœnam ignis ęterni, media quæ sunt peccata sunt & pœnæ.

a *Oportuit.* Hic causa propter quam traditi sunt sine vlla ambiguitate monstratur.

b *Et sic.* Item quia nondum resipiscunt, in alia cadũt pro eadem culpa. Per sicut pœnam peccato assimilat, vt sicut peccauerunt in sensu Dei, sic puniti sunt in proprio sensu.

c *Et quia non pro.* Quia non nouerunt Deũ, ha. in no. quod ratio probabat. vel quia putauerunt Deũ nescire & negligere mala. Tradidit, &c.

† reprobam mentem — † malis præditos moribus — † Dei osores. — B — † expertes intelligentiæ — † alieni à charitatis affectu — qui

a ¶ In natura sua vindicantes Deum. i. vindictam Dei sustinentes in suo sexu. ¶ Alias quia.
b oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non 1 2
a ¶ Vt nihil intelligant, nisi quod à probitate remotum est. 3
probauerunt Deum habere in noticia, tradidit illos Deus in 4 5
¶ Opere. ¶ Rationi. 6
† reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, re- 7
¶ Illos. Q non parum habentes de. b ¶ Fornicatio omnis vsus præter legitimum connubium. 8
a ¶ Per partes. c ¶ Quæ est multa acquirere, nec superflua pauperibus erogare. 9
c pletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaricia, ne- 10
d c ¶ Dolore alieni boni. b ¶ Pluraliter, quia sunt actus & voluntatis. 11
c ¶ Quando aliud simulatur, & aliud agitur 12
quitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, † ma- 13 14
a ¶ Inter amicos discordiam seminantes. 15
e lignitate, susurrones, detractores, † Deo odibiles, contume- 16
f a ¶ Qui dictis vel factis contumelias & turpia inferunt. b ¶ In honoribus. 17
c ¶ Qui nouum genus mali cuiuscunque inueniunt verbo vel opere. d ¶ Carnalibus vel spiritualibus. 18 e ¶ Sed feris indomitiores. 19
liosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non 20
g a ¶ Non discernentes inter bonum & malum. b ¶ Habitu & incessu. c ¶ Dilectione proximi. 21 22
h obedientes: † insipientes, † incompositos, † sine affectione, 23
i a ¶ In societate. b ¶ Non compatiuntur miseri. b ¶ Item vlterius cadunt. 24
d ¶ Iustum Deum. ¶ Duce ratione. ¶ Prius. 25
k † absque fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam Dei 26 27
a ¶ Tamen. 28
l cognouissent, nõn intellexerunt, quoniam qui talia agunt di- 29
¶ Aeterna. 30
gni sunt morte, † non solum qui ea faciunt, sed etiam 31
¶ Vt nullus excusetur. 32
m qui consentiunt facientibus. 33

† pactorum haud quaquam tenaces — † fœdi fragi — non intellexerunt — † 27. q. 1. c. viduas, in fine

✻ AMBROS. Propter errorem simulachrorum traditi sunt ad turpia facienda in inuicem, & quia impunitatem horum æstimauerunt, incuriosum Deum iudicantes, ac per hoc negligendum, hinc additum est, vt magis ac magis hebetati, ad omnia mala admittenda fierent promptiores: vt facta quæ hominibus non ambigerent displicere, Deum non crederent vindicare. Mox enumerat omnia mala quæ illis superaddita sunt, vt vel sic conuersi ad naturalem intellectum, intelligerent irato Deo hæc sibi prouenisse. Caput autem iniquitatis malitiam dicit, cuius opus fornicationem ponit atque auaritiam. Hæc fornicatio habet in se, & adulterium: sed quod minus est posuit, vt quod maius est multum non possit credi.

d *Omni iniquitate.* enumerat partes, vt apertius accuset malitiam, quando quis damnum molitur alicui. Nequitia, est temeritas quando audet quod nequit vel intemperantia sui. Contentio est impugnatio veritatis per confidentiam clamoris. Malignitas est mala voluntas, cum vltra non potest, vel de beneficijs gratiam non referre.

Haymo. Malicia Nequitia Contentio Malignitas

e *Detractores.* qui aliorum bona negant, vel inuertunt.

f *Deo odibi.* Ne leuis putetur susurratio vel detractio: quia in verbis sunt: addit de eis. *Deo odibiles,* vt intelligant se per solam susurrationẽ & detractionẽ æternã incurrere posse dãnationẽ. D

August. l. 25. ciuit. & in ps. 55. — C

g *Elatos.* Elati sunt qui nolũt pati priorem, vel patrem.

h *Inuentores malorum.* ✻ AMBROS. Imitatores facti patris sui diaboli, idololatriæ malum inuenerunt, per quod omnia vitia in mundo sunt nata, & perditio maxima. Nam diabolus quem ab initio peccare scriptura testatur, quamquã tyrannicæ præsumptioni studeat, non tamen id ausus est profiteri, vt dicat, Ego sum Deus, quamobrem peiores isti sunt, qui non tantum elementis, sed & figmentis tribuunt deitatem.

i *Parentibus non obedientes.* Quãta autem insolẽtia arepti sunt, vt nec parentes suos, quos auctores in natiuitate habẽt, agnoscerent, quique se nasci gauderent, illos tamen per quos esse cœperãt, cõtenebãt. E

k *Inc.* Incompositio corporis indicat qualitatem mentis.

l *Digni sunt mor.* Ne putẽtur his tantum pœnis affligi quibus delectantur, addit vltimam mortem æternam.

✻ SEDVL. Sunt quidam qui se reos non putant, si non operentur quæ mala sunt, assentiunt autem facientibus. Assentire autẽ faciẽtibus est, si cùm posset quis reprehẽdere, taceat, vt audiens fabulas, aduletur, & ita est vt qui fomitem præbent delictis eorum, dignum est vt pari crimine rei habeantur.

✻ CYPRIAN. Consortes & participes alienorum delictorum fiunt, qui delinquentibus fuerint copulati. Apostolus enim manifestat & comprobat morte dignos esse, & ad pœnam venire non tantum illos qui mala faciunt, sed etiam eos qui talia agentibus consentiunt, qui dum malis & peccatoribus illicita communicatione miscentur, nocentium contactibus polluuntur, & dum iunguntur in culpa, sic in pœna separantur.

Epist. 68. quæ est ad clerum & pleb. in his.

✻ CHRYS. Collaudare delinquentes, longè plus est quàm delinquere, propterea quod hoc suffragium proficiscatur ab animo corrupto & insanabili morbo laborante.

Homil. de Dauid & Saule.

m *Qui consentiunt facientibus, &c.* Consentire est tacere cum possis arguere. Vel errorem fouere. ☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA

✻ 1 Quam. opor. *i. docuit.*
2 In semet. r. *de permittente iudicio suo iusto. tertia species peccati contra naturã est, quando exercetur in specie aliena. s. coitus cũ bestijs: propter quod vocatur bestialitas. est & pessimum. Et communiter dicitur vitium innominabile. propter quod Apostolus tacet de ista specie, licet forte eam incurrissent, sicut alias duas præcedentes.*

Tertia species peccati contra naturam

3 Et sicut non, &c. *Hic consequenter arguit peccata eorum in proximum, & primo peccata commissionis. Secundo, omissionis, ibi,* Parentibus inobedien. *Circa primum tangit peccata operis, dicens,* Et sicut non proba. Deum ha. in no. *i. non curauerunt de Dei noticia.*
4 Tradidit il. *idest, tradi permisit.*
5 In reprobum sen. *i. in peruersum iudicium optima iudicando quæ secundum veritatem sunt pessima. & hoc fit per malum habitum acquisitum, sicut gustus male dispositus amara indicat dulcia, & econuerso.*
6 Vt faciant ea. *s. rationi rectæ quæ homo debet vti. Et quæ sint illa primo explicat in generali, di.*
7 Repletos om. *propter auersionem à Deo quæ est in omni peccato.*
8 Malicia. *propter conuersionem indebitam ad creaturam. Secundo, magis explicat in speciali, dicens.*
9 Fornicatione. *sequendo concupiscentiam carnis.*
10 Auaricia. *sequendo concupiscentiam oculorum.* 11 Nequitia. *quantum ad superbiam vitæ. Nequam enim dicitur à nequeo nequis, superbus enim quod nequit attingere ratione sibi debita, assequi nititur ex superbia.* 12 Plenos inui. *quæ sequitur ex superbia. Est enim tristitia de bono alieno, inquantum æstimatur proprij boni diminutiuum.*
13 Homici. co. *quæ ex inuidia oriuntur, sicut patet de Cain, qui fratrem suum per verba iniuriosa occidit, vt dictum fuit Gen. iiij. a*
14 Dolo, mali. *talia procurantes, quando non audent facere manifestè.*
Secundò tangit peccatum oris, dicens. 15 Susurrones. *qui occultè nituntur per verba sua bonorum amicitiam separare. vnde Eccl. xxviij. b.* Susurro & bilinguis maledictus, turbauit enim pacem habẽtes.
16 Detractores. *occultè alicuius famam denigrantes. Differunt enim susurro & detractor fine, quia vnus intendit separare amicitiam, alius denigrare famam.* 17 Deo odi. *propter hæc vitia.*
18 Contumeliosos. *dicentes alijs opprobria.*
19 Super. *De magis falso se iactantes.* 20 Elat. *alios supprimentes.*

Differunt susurro & detractor

21 Inuentores ma. *verbis malis & exemplis alios corrumpentes.*
22 Parentibus. *Hic explicat peccata omissionis, cum dicitur,* Parentibus non obe. *Ad quod tamen tenentur parentibus carnalibus, eò quòd habent ab eis esse & nutrimentum: & parentibus spiritualibus, eò quòd habent ab eis regimen & documentum.* 23 Insipientes. *Eò quòd non recipiunt à parentibus documentum, & ex consequenti.*
24 Incomp. *in actu habitu & gestu.* 25 Absque fœ. *i. sine fidelitate amicitiæ ad alios.* 26 Sine mise. *ad pauperes, & afflictos.*
27 Qui cum i. *Hic Apostolus concludit intentum ex prædictis. [...] enim erant sic culpabiles, sequitur quòd erant damnabiles, nisi fuissent adiuti gratia Dei. Ideo dicit,* Qui cum iu. Dei. *i. Deum esse iustum.*
28 Cognouis. *ratione naturali: hoc enim omnis intellectus & natura clamant.* 29 Non intellexe. *propter cæcitatem in eis causatam ex peccatis. vt prædictum est.* 30 Quoniam qui ta. agunt. *horribilia.*
31 Digni sunt. mor. *non solum temporali, sed etiam æterna.*
32 Non solum qui. *digni sunt hac pœna.*
33 Sed etiam, &c. *Et isti sunt fauentes & præstantes auxilium: & illi qui tenentur corrigere, & tacent. Et hæc correctio duplex est. Vna fraterna, ad quam omnes tenentur, non tamen ad semper, sed pro tempore debito loco & alijs circunstantijs debitis concurrentibus. Alia est cor-*

✻ rectio

Universidad de Deusto Biblioteca

A NICOLAVS DE LYRA

Correctio duplex

✻ rectio punitionis, ad quam tenentur omnes superiores ex officio suscepto. & hęc correctio non solum est propter emendationem peccantis, sed magis propter bonum commune, propter quod non debet superior cessare à tali correctione propter obstinationem seu peiorationem peccantis. sicut fit in correctione fraterna quæ tantum ordinatur ad emendationem fratris, sed punire debet obstinatum etiam morte, si expediat pro bono reipublicæ.

Quoniam dictum est in hoc ca. quòd propter peccatū idololatriæ tradidit Deus Gentiles in peccata luxuriæ vilissima & plura detestabilia, Propter quod ad maiorem dictorum euidentiam quæritur, Vtrum vnum peccatum possit esse alterius peccati pœna.

Et arguitur quòd non: Primo quia pœnæ iustæ sunt & à Deo vt patet per Au. li. lxxxiij. quæstionum. quanquā peccatum autem non est iustum, nec à Deo. ergo, &c.

Item pœnæ sunt adductæ, vt per eas homines adducantur ad bonum virtutis, vt patet per philosophum x. Ethicorum. sed per peccatum non reducitur homo ad bonum virtutis, sed magis ad oppositum ergo, &c.

Contrarium videtur in litera. In pœnam enim idololatriæ Gentilium, inducta sunt alia peccata enormia.

Respondeo, de peccato possumus loqui dupliciter. s. per se, & per accidens. Per se verò consideratur peccatum, secundum quòd egreditur à voluntate: sic enim habet rationē culpæ, propter quod si nullo modo est voluntarium, non est peccatum. Et hoc modo vnum peccatum nō potest esse pœna alterius peccati, quia de ratione pœnæ est, quòd sit contra voluntatem, & sic manifestum est, quòd per se loquendo peccatum non potest D esse pœna peccati. Per accidens autem peccatum potest esse pœna peccati tripliciter. Primo ex parte causæ quæ remouet prohibens. Causæ enim inclinantes ad peccatum sunt passiones inordinatæ, tentatio diaboli, & alia huiusmodi quæ impediuntur per diuinum auxilium, quod iustè subtrahitur propter peccatum, & talis subtractio est huius peccati pœna, & est à Deo qui iustè retrahit auxilium suum ab ingrato. & sic peccatum sequens propter subtractionem diuini auxilij per accidens dicitur pœna præcedentis peccati. Et hoc modo loquitur Apostolus dicens, Propter quod tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, &c. quia subtrahendo suum auxilium permittūtur peccatores vinci à passionibus suis & dæmonum tentationibus. Alio modo potest esse pœna ex parte substantiæ actus peccati, qui afflictionem inducit, & hoc siue sit actus interior, vt patet in ira & inuidia, qui notabiliter affligunt ipsum iratum & inuidum, siue sit actus exterior, sicut aliqui grauibus laboribus & damnis opprimuntur aliquando. vt expleant actum peccati, secundum illud Sap. v. b. Lassati sumus in via iniquitatis. Tertio modo ex parte effectus consequentis. Et his duobus modis vltimis vnum peccatum non solum est pœna præcedentis peccati, sed etiam sui. Ad primum patet, quòd procedit de peccato secundum se considerato. Ad secundum dicendum, quòd hæc punitio qua aliqui permittuntur à Deo in alia peccata ruere, ab bonum virtutis ordinatur, & quandoque ad bonum peccantium, scilicet, cùm post peccatum humiliores & cautiores resurgunt, semper autem ordinatur ad bonum aliorum qui videntes tales de peccato in peccatum sic ruere, magis reformidant peccare.

ADDITIO I.

In ca. j. vbi dicitur in Postil. Segregatus in euangelium Dei.

Dupliciter legitur Apostolus fuisse segregatus. Vno modo ab vtero synagogæ seu doctrinæ Pharisæorum corpore & mente. De quo intelligitur B *illud Gal. j. c.* Qui me segregauit ab vtero matris meæ. *i. synagogæ. Alio modo segregatus legitur ab alijs apostolis, non mente, sed corpore. vnde Act. xiij. a.* Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod assumpsi eos, &c.

ADDITIO II.

In eo. c. j. vbi dicitur in Postil. Ideo declaratur quale sit istud euāgeliū.

Euangelium fuit pluribus expresse promissum. Esa. xlj. g. vbi dicitur, Primus ad Sion dicet, Ecce assum, & Ierusalem euangelistam dabo. *prout fuit in additione declaratum, &c.*

ADDITIO III.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Ad obediendum fidei.

Hoc quod dicitur hic, Ad obediendum fidei, *videtur continuari cum præcedentibus & sequētibus sic intelligēdo, Accipimus apostolatū in omnibus Gentibus ad obediendū fidei. i. vt faciamus Gentes obedire fidei.*

ADDITIO IIII.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Non enim erubesco euangelium.

In hoc quod dicitur, Non enim erubesco euangelium, *videtur secundum glo. increpare illos qui crucem Christi putant ignominiam, vnde cruce confundebantur, de qua potius gloriari deberent cum Apostolo: & sequitur ratio cum subdit,* Virtus Dei est. *i. virtutem Dei annunciat non infirmitatem, sapientiam, non insipientiam. Hæc in glo.* E

ADDITIO V.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. iustitia enim Dei in eo reuelatur.

Iustitia Dei reuelatur in euangelio ex fide in fidē. s. Dei promittentis, in fidem Dei promissa implētis. Nam sicut antiqui iustificati fuerunt ex fide qua crediderunt Deo promittenti salutem futuram per Christum, sic moderni iustificantur in fide quam credunt Deum impleuisse per Christum. promissionem prædictam quod probat per Abac. ij. a. Iustus autem ex fide viuit, *indifferenter loquens de præterita fide siue de præsenti, &c.*

ADDITIO VI.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Vtrum vnum peccatum esse possit alterius peccati pœna.

Hæc quæstio mouetur à sancto Tho. in primo secundæ. q. lxxxij. art. ij. in cor. quæstionis, & soluitur ibi eodem modo sub eisdem verbis.

CAP. II.

Haymo.

a *Propter q. &c.* Hoc communiter de Gentibus & Iudæis. Iudæus iudicabat Gentilem, propter priorem statum. Gentilis Iudæum. vterque homo, non spiritus. Si Iudæus iudicat Gentilem de idololatria, & ipsi idololatrę. Si Gentilis Iudæum de legis præuaricatione, & ipse præuaricator naturalis legis.

† Nam hoc ipso quòd

† qui

b *Inexcusabilis.* quia tu ipse testis es damnationis tuæ, dum alium iudicas, quare hoc? quia eadē agis. C

c *Qui iudi.* In quo ostendit se esse quod non est. i. iustum. *Qui iudicas.* Propter Iudæos hoc & si nondum eos nominatim exprimit, qui in lege gloriantur, & agunt quæ damnant. & quia nondum nominatim eos exprimit ideo dicit, Ira in omnē animam hominis operantis malum, Iudæi & Græci. Et gloria omni operanti bonum, Iudæo & Græco.

✻ Chrys. & Oecumen. Nouerat Apostolus vrbi cōmissum esse orbis principatum. Igitur sermonem ad principes [vertit]. Potest tamen idem priuatis quoque cōuenire. Dicit autem trangressionis magnitudinem. Et ipsi inquit, perpetrabant iniqua, & simul cum perpetrantibus currebant. Vbi enim quispiam ab alio correptus ad iudicium duceretur, ipsi sedebant, illúmque condemnabant, cùm ipsi æqualia perpetrassent, & cum eo ad perpetrandum cucurrissent, & tamen condemnabant, ita nouerant, quod peccarent, seseque multo magis condemnarent. Qui enim malè agit, & tamen similia perpetrantes condemnat, aduersus seipsum fert condemnationem.

CAP. II.

a ¶ Quia omnis faciens & consentiens dignus est morte.

a Propter quod inexcusabilis es ô homo,

a ¶ Tam Iudæus, quàm Gentilis.

b omnis qui iudicas. † In quo enim iudi-

c cas alterum, teipsum condemnas: Ea-

d dem enim agis † quæ iudicas. Sci- 1

a ¶ Quos ita opinamini, nos autem scimus. vel verè inexcusabilis es. ¶ Alias autem.

e mus enim quoniam iudicium Dei

1 ✻ Basil. Cauēdum esse nos monet Apostolus, vt primùm nostra delicta (quæcunque illa sint) emendemus, & tunc demum alios incusemus.

d *Eadem enim agis.* Inanem excusationem Gentium & Iudæorum sua autoritate destruit Apostolus: posset enim excusationem peccati sui dicere Iudæus. Et si eadem me Iudæum defendit genus & lex, me Gentilem ignorantia, contra Apostolus. F

Ethicorum definit. 5 1.

e *Scimus enim quoniam iudicium Dei, &c.* ✻ Oecumen. Si quidem hic non secuneum veritatem est iudicium, nam & multi rei absoluuntur, & insontes condemnantur, in futuro autem secundum veritatem erit. Imò & hic Dei iudicium neque iniustum absoluit, neque iustum condemnat, quum hic ad iudicium in quosdam descenderit.

SEDV

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

✻ Propter quod. *Postquam Apostolus arguit vitia Gentilium, hic consequenter arguit vitia* Iudæorū. *Et diuiditur in tres: quia primo ostēdit eos in culpa, & pœna Gentilibus similes. Secūdo: quo ad aliquid peiores, ibi* Si autem tu Iudæus. *Tertio, quo ad aliquid meliores, in principio se. ca. Prima adhuc in duas: quia primo circa propositum ostendit veritatem. Secundo remouet quorundam errorem, ibi:* Existimas. *Primum ostendit duplici ratione: Prima est, quia apud Gentiles idolatria reputabatur meritoria & fornicatio licita, propter quod talia publice agebāt. Iudæi verò per legē à Deo specialiter sibi datā cognoscebāt ambo esse prohibita propter quod in manifesto à talibus abstinebant, ne secundum legem punirentur in occulto, tamen hæc operabantur: propter quod in peccato erant in Gentilibus similes. Et ideo in fine præcedentis ca. vbi dixit Apostolus:* Quoniam qui talia agunt digni sunt morte, *cōcludit:* Propter quod in. es ô ho *i. tu Iudæus gentiliter viuens, qui iudicas temerariè Gentiles. Et causa subditur.* In quo e. &c. *Et patet litera.*

1 Sci. *Hic ponitur secūda ratio. Licet enim inter peccata manifesta, &* ✻ *occulta*

☞ A ✻ Sedulius. Terrorem incutit, vt Deum quem incuriosum illi dicunt, iste malos secundum veritatem iudicaturum dicat: hoc est, seuerissimè reddere secundum mensuram vniuscuiusque, non parcere. Si enim tu peccator, peccatorem tui similem iudicas, quantomagis Deus iustus te iudicabit iniustum? Humanum iudiciū multis modis corrumpitur, amore, odio, timore, auaritia: sæpe iudicum integritas violatur & contra iustitiæ regulam interdum misericordia inclinatur. Solius ergo Dei est secundū veritatem iudicium.

Bonitas & patientia copiosa

† tolerātiæ & lenitatis.

a *Qui talia agunt, &c.* Haimo. Qui talia faciunt quæ in alijs reprehendunt. Qui in iudicio attendunt personas potentum, diuitum, propinquorum. B

† patientiā

† inuitat

† colligis

Ambrosius.

a ¶ Acquitatem rei non personas. b ¶ Contra. c ¶ Siue Iudæos siue Gentiles. ¶ Nos ita scimus, sed tu existimas. ¶ Opinaris. d ¶ Increpatio cum ironia.

a est secundum veritatē in eos qui talia agunt. Existimas autē 1

b 2

a ¶ Aug. quia hæc potestas data est tibi, & non est in mundo qui te iudicet. hoc quantum ad prælatos. ¶ Carnalis. b ¶ Quæ supra.

hoc ô homo, omnis qui iudicas eos qui talia agūt & facis ea, 3

a ¶ Hoc scilicet. ¶ Quocunque modo. b ¶ Cur ergo modo non punit, quia bonus expectat quod ignoras, an di. c ¶ Copiosam bonitatem.

c quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & 4

5

d a Patientiam & longanimitatem. b ¶ Aug. quia modo tempus misericordiæ. ¶ Ecce Deum nescis misericordem. c ¶ Seuere loquitur. quia mens non reuocatur nisi timore. 6

e f † patiētię & longanimitatis cōtēnis? Ignoras, quoniā benigni 7

¶ Alias. patientiam. a ¶ Quantum in se. b ¶ Sed quia tu durus, & in malo tuo pertinax, de quo nec corde pœnites. 8

g tas Dei ad † pœnitētiā te † adducit. † Secūdū autē duriciā tuā 9

a ¶ Exercendam. b ¶ Quando omnia aperta, & quando reuelabitur quod à nobis modo nescitur. 10 11

h & cor impœnitēs † thesaurizas tibi irām in diē irę & reuela- 12 13

Beda ex lib. sent. Prosp.

b *Existi. autem hoc ô hom.* Communiter legitur hoc capitulum contra Iudæos & Gentiles, potest tamen & specialiter legi contra superstitiosum quemlibet ecclesiæ prælatum.

Haymo.

c *Quia tu effugies.* Peccas dum tibi impunitatē promittis, grauius: quia contemnis bonum Dei, & ignoras te contemnere, & an hoc facis? Increpatio. quasi mirum.

C

d *An diuitias bonitatis.* Amb. Copiosa est bonitas quæ multam & multis peccantibus multa bona ministrat blādiens, vt ad pœnitentiam attrahat. Copiosa patientia, quæ tot & tanta peccantes sustinet nec cito punit. & hoc est longanimitatis, quia non ad horam est, sed longa, per multa expectans tempora. Hæc contemnit qui non sic vtitur ad pœnitentiam, vt Deus intendit, sed ad impunitatem vertit.

e *Patientiæ & lon.* Augus. Patientia est qua per superbiam & procaci mente peccantes non statim punit. Longanimitas est quę per infirmitatem, & nó deliberati animi malicia peccantes diu portat, expectans ad pœnitentiam.

Li. de bono patientiæ.

f *Ignoras.* ✻ Cyprianus. Apostolus peccatorem ad pœnitentiam reuocans dicit: Ignoras quod patientia & bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit? &c. Tandem iustum iudicium Dei dixit esse, quia serum est, quia diu multúmque differtur, vt homini ad vitam longa Dei patientia consulatur. Tunc repręsentatur pœna impio & peccatori, quando iam non potest pœnitentia prodesse peccatori.

li. ad Quirinum c. 35. Eccle. 5.

✻ Idem. Deum ad hoc patientem esse, vt nos pœniteat peccati nostri & reformemur, in Ecclesiastico dicitur, *Ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triste? Est enim altissimus redditor.* Item Paulus. Nunquid opulentiam bonitatis eius, & sustinentiam, & patientiam contemnis, ignorás quia bonitas Dei in pœnitentiam te adducit.

L. de fuga seculi ca. 3. In Psa. 102.

✻ Amb. Quia bonus est Deus sperare potes tuorū peccatorū indulgentiā. Nō vult enim vindicare, qui paratus est ignoscere.

✻ Augus. Quid tā longanimum, & multum in misericordia? Peccatur, & viuitur: accedunt peccata, augetur vita: blasphematur quotidie, & facit solē suum oriri super bonos & malos. Vocat vndiq; ad correctionem, vocat vndiq; ad pœnitentiam, vocat beneficijs creaturæ, vocat impertiendo tempus viuendi, vocat per lectorē, vocat per intimā cogitationē, per flagellum, per misericordiam consolationis. Sed obserua ne longitudine misericordiæ Dei malè vtendo, tu tibi thesaurizes iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, &c. *Vide eundem Tractatu. 33. in Ioannem: & libro primo contra aduersarium legis & prophetarum.* D

Peccatorum tres gradus.

Tres peccatorum gradus in his tribus versibus annotantur. Primus dum impunitatē promittis, ibi: *Existimas.* Secundus & grauior, quia contemnis donum Dei, ibi, *An diuitias.* Tertius & grauissimus, quia ignoras te contemnere, ibi: *Ignoras, &c.*

Augustin in Psal. 49

† Sed iuxta

E

g *Secundum au.* Sunt enim quidam quibus mala quæ agunt displicent, & ducti pœnitentia cordis: quatenus eis datur ex eis exire laborant: de quibus hic non loquitur. Sunt alij quibus placēt mala, & de misericordia Dei nimis præsumentes in eis pertinaciter perdurant in quo illius ostendunt patiētiam, & suam cumulant sarcinam deterius peccando. Sunt & alij quibus displicent quidē mala, sed quoniam grauia esse intelligunt, putant sibi iam non posse ignosci, sicut ille qui dixit: *Maior est iniquitas mea, &c.* Illi ergo nimia spe Deum non iustū autumant: isti vero desperatione Deum nō bonū æstimāt. Ex vtroq; ergo periclitabūtur & sperādo cōtrarijs rebus & cōtrarijs affectionibus laborātes peribunt.

Gen. 4 b.

h *Thesaurizas.* ✻ Ambr. Necesse est enim seueriori pœna vt plectatur, immo flammis perennibus torqueatur, qui longa Dei patientia non solum se emendare noluit, sed adhuc addens ad contemptum peccato exaggerauit.

In psa. 29.

✻ Basilius. Deus cùm sit omnium bonorum largitor, vitam propria voluntate tribuit: iram verò sibi quisque suis flagitijs thesaurizat.

In 16 c. Eze.

✻ Hieronym. Perspicuum est non esse naturalem iram Dei, sed nostris vitiis clemētissimum & mansuetissimum Deum ad iracundiam prouocari, dicente Apostolo, secundum duritiam tuam, & impœnitēs cor, thesaurizas tibi iram, quam Deus naturaliter non habet, &c. F

Hom. 11 in Ezech.

✻ Gregorius. Misericors Deus tempus nobis ad pęnitendum relaxat, sed cùm eius patientiæ gratiam nos ad augmētum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus quod ad parcendum piè disposuit districtius ad feriendum vertit: vt quia reuerti quis etiam spatio temporis accepto noluerit, per hoc mala sua ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit si conuerti voluisset. Vnde scriptum est: Thesaurizas tibi iram, &c.

Co. in hunc loc.

✻ Origenes. Sicut omnia in mensura fecit Deus, & pondere & numero, ita etiam patientiæ eius certa mensura est: quā mensuram credendum est esse consumptam vel ab his qui diluuio periere, vel ab his qui in Sodomis cælesti igne vastati sunt. Vnde & de Amorrhæis dicitur, *Nondum repleta sunt peccata Amorrhæorum vsq; nunc.* fert ergo Deus patienter, & expectat vniuscuiusque pœnitentiam. Sed non nos dissoluat hoc & tardos ad conuersionem faciat quia rursus patientiæ eius & sustentationis certa mensura est.

Gen. 15.

Augusti. de verbis Domini.

Accumulas tibi vindictam, deterius peccando. Hæc impœnitentia est blasphemia in spiritumsanctum.

Ista duo occidunt animas, desperatio & peruersa spes. His ☞ duobus

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *occulta sit distinctio quantum ad humanum iudicium, per quod tantum puniuntur manifesta: tamen quantum ad diuinum iudicium non est in hoc distinctio. quia punit secreta sicut & manifesta, eo quòd ei nihil est occultum. j. Re. xvj. b.* Homo videt ea quæ parent: Deus autem intuetur cor. *Et ideo Iudæi qui similia peccata faciebant in occulto, erant similiter puniendi, sicut & Gentiles facientes talia in manifesto. & sic habetur propositum, scilicet, quòd Iudæi similes Gentilibus erant. Huius rationis ponit virtutem dicens.* Scimus &c. ve. *i. secundū æquitatē iustitiæ.*

1 In eos qui ta. a. *publicè vel occultè.*

2 Existimas au. *Hic remouet circa dicta duplicem errorem. Secūdum remouet ibi:* Non enim est acce. *quorum primus est. quia aliqui impunitatem attribuebant sibi ex dilatione punitionis diuinæ, quasi esset oblita peccata sua. hoc remouet tanquàm erroneum: quia hoc prouenit ex Dei patientia, quæ concedit peccatoribus tempus pœnitentiæ, vt si non pœniteant, appareat eorum condemnatio magis iusta, & similiter perseuerantium præmiatio in bono. Hanc sententiam deducit Apostolus diffusè dicēs,* Existimas autem. *hoc erroneè.*

3 O ho. *&c. i. ô tu Iudæe qui iudicas Gentiles temerarie. vt dictū est.*

4 Quia, &c. iu. d. *i. eius punitionem propter pœnæ dilationem. q. d. non sic erit, sed magis contrarium, quia tu abuteris tempore misericordiæ tibi dato ad pœnitendum. Ideo subditur.*

5 An di. *i. abundantiā.* 6 Bo. eius. *qui à malis non subtrahit bo. naturæ.* 6 Et patientiæ. *quæ differt illationem pœnæ.*

6 Et longa. *quæ diu expectat conuersionem hominum à malo culpæ.*

7 Contemnis? *q. d. sic impunitatem tibi arrogando.*

8 Ignoras quoniam be. Dei. *te toleran.*

9 Ad pœ. te. ad. *quàm diu est in se: quia instinctus suos ad bonum à malis nunquàm aufert penitus quamdiu sunt in via: sed ipsi repellunt eos, & sic remanent in fœcibus suis. ideo subditur.*

10 Secundum autem, &c. *quia non cedit diuino instinctui. durū enim in corporalibus dicitur, quod non cedit tangenti. Et ad similitudinem huius dicitur cor durum quod non obedit instiganti ad bonum.*

11 Thesauriz. ti. &c. *idest, accumulas tibi pœnam.*

12 In die. *idest, vltionis æternæ.*

13 Et reue. iusti. iu. Dei. *tunc enim reuelabuntur secreta cordis vestri.*

3 O ho. b ✻ Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

A duobus fit blasphemia in spiritum sanctum. vnde in euangelio: *Qui peccauerit, vel verbum blasphemiæ dixerit in spiritumsanctum, non remittetur ei hic vel in futuro.* de quo Iohannes in epistola cano. *Est peccatum ad mortem, non pro eo dico vt quis oret.*

Matth 12 c. 1. Ioh. 5. d. Peccatũ in spiritũsanctũ fit duobus modis.

Peccatũ in spiritum sanctum fit duobus modis, scilicet, per obstinationẽ, vel desperationẽ. obstinatio est induratæ in malitia mentis pertinacia per quam fit homo impœnitens. Et hæc impœnitẽtia est blasphemia in spiritumsanctum. Desperatio est qua quis penitus diffidit de Dei bonitate. Et vtrunq; dicitur peccatum in spiritumsanctum.

† sua
† cõtẽtiosi
† hominis

Amb. Verè in spiritumsanctum delinquunt, qui suam maliciam Dei bonitatẽ excedere putant.

B Haymo. Non tibi videatur De⁹ sic misericors, vt nõ videatur iustus, nec ita iustus, vt misereri non velit.

a tionis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera 1
¶ Iusti. a ¶ Bene vsi patientia Dei bene operantur. b ¶ Sunt c ¶ Quia fulgebunt iusti, vt sol in regno pa. sui.
† eius. His quidem † secundum patientiam boni operis gloriã 2
a ¶ Quod ad dexteram Dei facti. b ¶ Quia quod habebunt permanebit. c ¶ Qui hac intentione bona operati sunt, non vt videantur, vt hypocritæ.
& honorem, & incorruptionem, quærentibus vitam æternã. 3
a ¶ Vt vos. b ¶ Vel qui contendunt Deo, nolentes pęnitere. c ¶ Sunt. 4
His autem qui sunt † contentione, et qui non † acquiescunt 5
a ¶ Cum eis dicitur. b ¶ Diffidentes de iudicio futuro. c ¶ Impunitati. d ¶ Pęna. 6
¶ Quod sibi indignabuntur. e ¶ Erit in die iudicij. f ¶ Ante iudicium.
b veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, 7
c ¶ Quod prius ira. a ¶ Quod indignatio, tam Iudæi, quàm Gentilis. 8
d & angustia in omnem animam † operantis malum. Iudæi pri- 9
e a ¶ Maximè quia & scriptam legem habuit. b ¶ Gentilis. c ¶ Quod supra incorruptio. 10
f mũ & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti 11
a ¶ Tempore, vel quod melius instructus, melius operatur. ¶ Gentili. 12
g bonum, Iudæo primũ & Græco. † Non est enim personarum 13
¶ Quia. a ¶ Scripta. i. Gentiles.
acceptio apud Deũ. Quicunq; enim sine lege peccaue nt, 14

* Avg. Si vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissimè dicit scriptura: *Deus reddet vnicuique secundum opera eius*, quo gratia est vita æterna, cùm gratia non ex operibus reddatur, sed gratis detur, Apostolo dicente, *Et qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Et iterum. *Si gratia, iam nõ ex operibus &c?* Ista quæstio nullo modo mihi videtur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra, quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere, propter illud quod ait Dominus. *Sine me nihil potestis facere.* Itaque vita bona nostra nihil aliud est, quàm Dei gratia: sine dubio & vita æterna quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia est: & ipsa enim datur, quia gratis data est illa cui datur.

D lib de grat. & lib. arbit. cap. 8.
Rom 4.
† qui perseuerantes in benefaciẽdo
Io 15.
† obtempe rant

E b *Indignatio*, Ne videatur irasci, & non vindicare: vnde tribulatio, & angustia.

† De pę di. 4 fi. li. ex bono
Eph. 6. b. Colo 3. d.

L de verbis Domini. Iob 41 c. Idem Tractatu 89 in Ioannem Mar 12. c. Mar. 3. d

Avg. Illud peccatum aliqui irremissibile dicunt ideo, quia taliter peccantes pœnitere non possunt habentes corda indurata velut lapides. de quo Iob: *Induratum est cor eius velut lapis.* Alij dicunt irremissibile, quia taliter peccantes nunquàm pęnitent, cum tamen possint. & ideo nunquàm eis remittitur. Vnde supra Matthæum dicitur: Tanta est labes illius peccati, vt deprecandi vtilitatem humilitate subire non possit: etiamsi peccatũ mala conscientia cognoscere & enunciare cogatur. Super Marcum dicitur, quòd talis peccans dignè pœnitere non possit. Sed breuiter intelligendum videtur, non posse nisi vix & difficulter & raro. vnde Aug. Quasi inuitus in reos vindicat dominus, qui in vitam non in mortem à principto constituit homines. Idem: ista impœnitentia, vel cor impęnitens quamdiu quisque in hac carne viuit, non potest iudicari. De nullo enim desperandum est, quamdiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit.

C Nota Dei bonitatem.

a *Qui reddet vni.* qui modò illis quos liberat non reddit, cuius etiam erga iniquos modò larga est bonitas. In futuro autẽ reddet mala pro malis, quoniam iustus: Bona pro malis, quoniam bonus & iustus. Tantum mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est.

Ad iustitiam pertinet, vt nunquam supplicio careant, quorum mens in hac vita nunquã voluit carere peccato: & vt nullus iniquo detur terminus vltionis, qui quamdiu valuit habere, noluit terminum criminis, quare nõ obstat pro temporali peccato æternaliter puniri hominem.

Ambr. Nullum malum impunitum, &c. Hinc est, quòd aliqui malam voluntatem in reprobis tantum pœnã esse volunt, & non culpam: quia nihil meretur. Alij tamen culpam & pœnam, etsi nihil mereãtur, sicut bona voluntas in bonis, nec manet impunita, quia ipsa in se pœna. Vel hoc dicunt intelligi solum de statu præsentis vitæ.

A vt

c *Tribul. & ang.* Interim in anima sola ante iudicium, post iudicium autem ira & indignatio.

d *In omnem.* Quod suprà indefinite ibi. *His autem qui.* hic vniuersaliter, vt includat Iudæum & Gentilem.

e *Animam,* dicit quia de incredulo agit anima, pro cuius perfidia artabitur spirituali pœna.

f *Iu. pri.* Amb. Iudæum semper anteponit: quia credens propter Abraham honorificentior est, diffidens peius tractandus, quia promissa patribus refutauit. — Act 10. c.

* Avgvst. Boni non solum secundum suæ bonæ voluntatis merita præmium consequentur, sed etiam ipsam bonam voluntatem per Dei gratiam consequuti sunt, ac sic adimpletur quod scriptum est: *Gloria, & honor, & pax, omni operanti bonum.* — Epist. 47.

* Sedvl. Hîc contraria superioribus opponuntur: nam gloria contra iram, honor est cõtra indignationem: & quod supra incorruptionem, hîc pacem appellat. Triplex autem diuisio in his sentẽtijs claret. Nã veri Christiani cũ bonis operibus in primo ordine ponuntur, vbi dicit: *His qui secundum pat. boni operis, &c.* In secundo loco incredulos & impios absque bonis operibus ex vtroque populo posuit, dicens: *His autem qui ex contentione, &c.* Tertio incredulos: cum bonis tamen operibus, dicens: *Gloria & honor, &c.* Potest enim fieri, vt ex his qui in lege sunt & Christo non credit, iustitiam diligat, misericordiam teneat, charitatem & continentiam seruet, &c. Hic etiam si vitam non habeat æternam, tamen gloria operum eius, & honor, & pax poteterit non perire, &c. — F

g *Non est enim, &c.* Coæquo Iudæum & Gentilem in pęna & gloria: quia Deus iudicat non secundum personas sed secundum merita: quia vtrosq; secundum modum peccati damnat.

Amb. Prærogatiuum generis non sequitur vt suscipiat causam patrum diffidentem, vel abijciat à se propter indignitatem pa- ren- — Augusti. in psal. 118.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui reddet, &c. secundum opera. *scilicet bonis præmia. Ideo sequitur:*

2 His quidem. *i. illis qui patientia Dei vsi sunt ad bene operandũ.*

3 Gloriam & honorem. *Recipient enim præmium pro virtute in quo consistit ratio honoris. quia secundum Philo. Honor est præmium virtutis. Recipient enim hunc honorem coram multis. s. coram multitudine angelorum: in quo ratio gloriæ consistit, quæ est manifestatio boni. vnde gloria dicitur à claritate, quasi quædã claria, c. mutata in g.*

4 Et in corruptionem. *quia electi resurgent in vitam immortalem & ... Et quia malis per oppositum redduntur tormenta, ideo subditur:*

5 His autem qui sunt ex. *i. peccatoribus obduratis, quorum anima semper contendit, vt dicitur iij. Ethi. quia synderesis seu dictamen rationis malo remurmurat, & sensualitas ad ipsum inclinat. Et sic est contentio inter partes animæ.*

6 Qui non ac. ve. *s. diuinæ pulsanti ad ostium cordis, per se ad bonum instigando & per suos prædicatores mouendo.*

7 Credunt autem. *id est, diabolo iniquitatem suggerenti per se & per ministros suos.*

Ira

8 Ira & indignatio. *Summi iudicis.*

9 Tribulatio. *in prolatione sententiæ. Matt. xxv. d.* Ite maledicti in gnem æternum, &c.

10 In omnem animam. *i. in omnem hominem malum. Nominatur enim hoc totum compositum à parte digniori, sicut Exod. j. a. Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob. i. omnes homines.*

11 Iudæi primum & Græci. *Isti enim præ alijs Gentibus habebant auxilia diuina contra peccata. Iudæi enim per legem, Græci per sapientiam acquisitam: quia tunc philosophia vigebat in Græcia, propter quod peccata istorum magis erant grauia, & per consequens magis puniẽda.*

12 Gloria autem & honor, &c. *Ex dictis patet hæc litera.*

13 Non est enim. *Hic remouetur error secundus. Et primo ponitur hæc remotio. Secundo: cuiusdam dicti declaratio, ibi:* Cum enim Gen. *Error autem iste erat aliquorum Iudæorum impunitatem sibi arrogantium, eo quòd legem à Deo receperant præ cæteris Gentibus, secundum quod dicitur Psal. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni nationi, &c. *Hoc igitur remouet, dicens:* Non est enim person. acce. &c. *Dimittendo præ cæteris impunita Iudæorum peccata.* — Diuisio

14 Quicunque enim si. *id est, legem scriptam non habentes, quales fuerunt Gentiles.*

Sine

A rentum credentem, sed vnumquemq; proprio merito aut remunerat, aut condemnat.

a *Sine lege.* Avg. Aiebat enim Apostolus hic de illa lege quam dedit Moyses populo Israel. Ideo ergo Gentiles sine lege dixit, quia talem legem scriptam non acceperant, quam se accepisse gloriabantur Iudæi.

L. de spiritu & litera.

b *In le.* Avg. Qui nouerunt diuina mandata auferetur ab eis excusatio quam alij habent de ignorãtia. Sed nec ipsi sine pœna erunt. Et licet grauius sit

B peccare hominẽ scientem quàm nescientẽ, non ideo tamen ad ignorantiæ tenebras fugiendũ. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse.

C

c *Iudicab.* Non vt quasi per ignem salui fiãt, quidã dicunt, sed prorsus peribũt. Dicit enim Christus quòd tolerabilius erit Sodomæ in iudicio, quàm Iudæis in Christo non credentibus. Et item quod excusationem non habebunt de peccato infidelitatis: quia venit & locutus est eis: de quo habent excusationem illi, quibus nec per se nec per suos locutus est, qui tamen non effugient damnationem: quia *qui sine le. pe. si. l. per.* Leuiora tamẽ passuri, quia qui plus committit, plus ab eo exigitur: *quia seruus sciens vo. domini sui & non f. &c.*

Mat. 10. b.
† inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam excusantibus. Ioh. 15. d.

a ¶ Non pro legis præuaricatione. ¶ Damnabuntur. b ¶ I. Iudæi. ¶ Legem scriptam habentes. c ¶ Etiam pro legis præuaricatione, in quo aggrauat eos.
a sine lege pêribunt. Et quicunque in lêge peccauerunt, pêr le- 1
b ¶ Id est, non pro auditu legis. 2
c gem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud 3
d a ¶ Etsi apud homines. b ¶ i. gratia iustificat eos, vt adimpleant legem, quia non faciunt vt iustificentur, sed iustificantur vt faciant. c ¶ Iusti habebuntur. 4
e d ¶ Factores iustificabuntur, quia etiam Gentes. & hoc est, Cùm enim. 5
f g Dêum: sed factorẽs iustificabuntur. † Cum enim Gentes quæ 6
¶ Scriptam. a ¶ Orig. Naturali ratione illuminati discernunt facienda & vitanda, quod faceret lex. b ¶ Scilicet, quæ lex mandat. s. credere in Deum & in Christum. 7
legem non habent, naturaliter eã quę legis sunt faciunt † eius- 8
a ¶ Quamuis. ¶ Scriptam Moysi. b ¶ Valent sibi legem. c ¶ Iudiciis operum dum hæc laudant, illa damnant. 9
h modĩ legẽ non habentes, ipsi sibĩ sunt lex, qui ostẽndunt opus 10
a ¶ Firmiter fixum rationi eorum. b ¶ Vnde ipsi sibi testes erunt boni vel mali, inde scientes se meritò damnari, vel saluari. 11
i legis scriptũm in cordibus suis, testimonium reddente illis 12
a Etsi al iis non videatur. b ¶ Non solummodo conscientia operum, sed etiam cogitationum malarum & bonarum, vel genitiui pro ablatiuis more Græcorum. c ¶ Hoc non de credentibus.
conscientia ipsorum, & † inter se cogitationũm inuicem ãccusantium, aut etiam defendentium in diẽ, cũm iudica- 13
¶ Alias bus. a ¶ Hoc de credentibus. ¶ Alias bus. b ¶ Iudicij. c ¶ Reddente testimonium. d ¶ Id est, aperta erunt.
a ¶ Quæ modo sunt occulta. b ¶ Quod totum est certum, secundum euang. &c. c ¶ Id est, Pauli, quod. s. Paulus annunciat.
bit Deus occultã hominum secundum euangelium meũm 14

D na anima imago terrenorum affectuum labe detrita est, vt nulla in ea lineamenta remanserint. Non omnino deletum est quod ibi per imaginem Dei cum crearetur impressum est. Proinde vitio sanato per gratiam, naturaliter fiunt ea quæ legis sunt. Non quod per naturæ nomen negata sit gratia, sed potius per gratiam reparata natura: qua gratia interiori homine renouato lex iusticiæ rescribitur, quam deleuerat culpa.

h *Opus legis.* Est fides, quam vltro habent in cordibus, id est, intimo affectu, vbi fides per dilectionem operatur.

Gal. 5. b.
† 19. q. 2 c. duæ sunt
† ex

* Irenæ. Quare patribus (legis naturæ) non disposuit Dominus testamẽtum? Quia lex non est posita iustis: iusti autem patres virtute decalogi conscriptã habentes in cordibus & animabus suis legẽ, diligentes Deũ qui fecit eos & abstinẽtes erga proximũ ab iniustitia, non fuit necesse admonere eos correptorijs literis, quia habebant in semetipsis iustitiam legis, &c.

L. 4. cap. 30.
E

* Origenes. Hoc enim naturaliter sentire possunt homines, ne homicidium, ne adulterium faciant, ne furentur, ne falsum testimonium dicant, vt honorent parentes, & horum similia fortassis & quod Deus creator omnium, scriptum est in corde gentilium. — F

Lucæ. 12 f.

d *Non e. au.* Amb. Nonne sola lex saluat? non, quia non facit iustos. & hoc est: non enim pro auditu, sed factores quicunque, quod quidem est per gratiam.

e *Sed factores.* idest, qui credunt in Christum, quem lex promisit, quicunque sint quod non est nisi per gratiam.

f *Factores legis, iustificabuntur.* id est: iusti deputabuntur, vel iusti fient à Deo, vt sint factores, Non qui ante erant factores, pòst iustificabuntur, vt si diceretur: homines creabuntur, quia ipsa creatione fit vt sint homines. sic ipsi non qui ante erant factores iustificabuntur, quia etiam Gentes.

Hom. 5. ad Rom.

* Chrys. Rectè addidit, *apud Deum*: etenim apud homines fortasse probi, ac graues, & magnopere se iactitantes videri possint: apud Deum autem longè secus.

Aug. lib. de spiritu & litert c. 21. & 26.

g *Cum enim.* Cum enim dixerat Gentilem damnari si male operaretur, saluari si bene: sed cum legem non habeat, quasi nesciat quid sit bonum quidve malum, videretur sibi neutrum debere imputari. Contra Apostolus: Etsi non habeat scriptam legem, habet naturalem: quia intelligit & sibi conscius est quid sit bonum & quid sit malum. Et ideo credendus est bene vel male operari, & merito saluari vel damnari. Bene operari dico & saluari, quod non est nisi per gratiam & fidem: quæ renouat naturalem imaginem Dei in homine ex vitio & vetustate sopitam: sine qua renouatione male operatur, & damnatur accusante eum conscientia. vitium quippe contra naturam est, quod vtique sanat gratia, Non enim vsq; adeo in huma na ani

* Sedvlivs. Ne quis fortè diceret: legem gentes non habent, ad quã ergo formam poterunt iudicari? Resp. Certum est quod gentes quæ legem non habent. naturaliter quæ sunt legis facere, non pro sabbathis, vel neomeniis, vel sacrificiis, quæ in lege scripta sunt. Non enim hæc lex in cordibus gentilium dicitur esse scripta: sed hoc quod naturaliter sentire possunt. Magis tamen mihi videntur hæc quæ in corde scripta esse dicuntur, euangelicis legibus conuenire, vbi cuncta ad naturalem referũtur æquitatẽ. Quid enim naturalibus sensibus proximius, quàm vt quæ nolunt sibi fieri homines, hæc ne faciant alijs? Hæc autem lex scripta est spiritu Dei viui.

i *Testimonium reddente illis conscientia, &c.* * Sedvli. Hoc ad præsentis vitæ cogitationes pertinere videtur, cùm quid faciendum vel nõ faciendum sit, diutina cogitatione deliberamus, & inuicẽ se cogitationibus accusantibus, quia cogitationes nostræ erũt in die iudicij ante oculos nostros, taquam quædam historię noscendæ, sicut scriptum est. *Arguam te, & statuam illum contra faciem tuam:* — Ps. 49.

* Oecv. In eo iudicio nõ est nobis opus extrinsecis vel accusatoribus, vel vtilia nobis testimonia ferentibus, sed cuiusque cogitationes ac conscientia vel accusabit vel excusabit. Idcirco quamquam hic homines absoluerint, non oportet hos esse securos: nihil enim inde iuuabuntur. Rursum, & si condemnaue- rint,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sine lege. *scilicet, scripta.*

2 Peribunt. *Quia habuerunt legem naturalem bonum & malum ostendentem, vt postea declarabitur.*

3 Et quic. &c. *Id est legẽ Mosaicã habentes, cuiusmodi fuerunt Iudæi.*

4 Per le. *i. punietur inquantum transgressi sunt eã. Et subditur ratio.*

5 Non enim au. le. &c. *q. di. receptio legis nisi sequatur impletio operis, non iustificat. Et ideo de illa acceptione non debet sibi aliquis impunitatem arrogare.*

6 Sed facto. iu. *quicunq; sint illi, siue Iudæi, siue Gentiles.*

7 Cum enim Genti. *Hic declarat quoddam dictum, scilicet, quòd Gentiles habuerant legem naturalem. ideo facientes contra dictamen illius legis merebantur puniri, & viuentes secundum ipsam præmiari. propter quod obseruatio legis naturalis cum fide & cultu vnius Dei, ad quod etiam inducit ratio naturalis, aliquo modo sufficit ad salutem Gentium vsq; ad publicationem euangelij: quia non tenebantur ad legem Moysi. Dicit igitur:* Cum enim Gentes quæ legem non habent. *s. Mosaicã.*

8 Naturaliter ea quę legis sunt fa. *i. ex naturali dictamine rationis.*

Eius-

9 Eiusmodi legem non habentes. *scilicet Mosaicam.*

10 Ipsi sibi sunt. *id est, ratio naturalis, quæ est principalior pars hominis: propter quod dicitur totus homo, vt dictum est suprà. Ipsa quidem est eis lex, quia lex scripta diuina vel humana est à lege naturali deriuata quantum ad agibilia. quia prima principia agibilium sunt impressa intellectui practico, ex quibus deriuantur leges quasi quædam cõclusiones, sicut intellectui speculatiuo impressa sunt primo principia speculabiliũ ... quibus deriuantur scientiæ tanquam quædam veritates conclusæ.* — Lex scripta à lege naturali.

11 Qui ostendunt opus legis. *Quod declarat per effectum ...*

12 Testimonium reddente illis conscientia ipsorum. *Quæ ex naturali dictamine rationis recalcitrat, malo & consentit bono.*

13 Et int. se cog. &c. aut. *Dicuntur autem cogitationes accusantes malæ & defendentes bonæ quæ examinantur & declarantur coram naturali iudicatorio hominis sicut corã iudice per prima principia operabiliũ naturaliter inserta, sicut est illud:* Hoc facias alij, quod tibi vis fieri & nõ facias alteri, qđ tibi. nõ vis fieri. *Et licet hoc iudiciũ fiat in præsenti tamẽ multo clarius fieri in die iudicij. Ideo seqtur:* In di. cũ iu. &c. — Tobiæ. 4. c.

14 Secundum euangelium meum. *Licet enim euangelium sit solius*

Universidad de Deusto Biblioteca

rint, non admodum angi oportet, siquidem nihil ibi nocebunt.

A ✻ Basil. Prauæ igitur cogitationes omnino vitandæ sunt, quas per ignominiam atque socordiam mête nutrimus, vt sunt vitia libidinis, cupiditatis, ambitionis, auaritiæ, reliquorúmque vitiorum semina, quæ primo quidem motu compesci nequeût: quinetiam occasionem potius & materiam ad Dei gratiâ promerendam, exercendámque virtutem suppeditât. Si verò in his blandior aliquantulû mora fuerit, humana tentatio est. Si ad extremû certa ratione deliberationéque firmetur, omnino lætifera est.

Tractat. de inutilibus cogitat.

† Ecce

a ¶ Quia pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio. c ¶ A Iuda patriarcha ex cognitione tibi hoc nomen venit. b ¶ Gentilis habet tantum naturalem legem, tu Iudæus plura.
a per Iesum Christû. † Si autem Iudæus cognominaris, & re-
a ¶ Non vagaris erroribus, vt qui sine lege. b ¶ De cognitione Dei. c ¶ De redemptione quam tibi per prophetas nunc iauit.
quiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti volûtatem eius,
a ¶ De vtilibus vtiliora scis eligere.
& probas † vtiliora instructus per legem, confidis teipsum
a ¶ Quasi non intelligentium. b ¶ Quod etiam illuminare possis.
b c ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt,
¶ Nondum prouectorum Iudæorum. a ¶ Iudæorum qui de lege disserere nesciunt.
eruditorem insipientium, magistrum infantium habentem
a ¶ Id est perfectionem scientiæ. b ¶ Cum hæc omnia habeas.
formam † scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium do-
¶ Cur. ¶ Sicut dicit lex.
ces, teipsum non doces. Qui prædicas non furandum fura-
a ¶ Censum de Christo in lege.
ris. Qui dicis non † mœchandum, mœcharis. Qui abomina-
a ¶ Christum negando. ¶ Cultum Dei dando idolis: quod sæpè fecerunt Iudæi.
ris idola, sacrilegiû facis. Qui in lege gloriaris, per præuarica-
a ¶ Ezechielis verba prophetæ pro suis ponit.
e tionê legis Deû inhonoras. † Nomen enim Dei † per vos blas-
a ¶ Hodie, quia in Christo pater blasphematur. sicut ipse ait, Qui me recipit, non me solum recipit, sed eum qui me misit, sicut olim in Iudæos videbantur Gentes vicisse Deum. b ¶ De contemporaneis ab Ezechiele. c ¶ Et cum talis sit circuncisio non prodest.
f g phematur inter Gêtes, sicut scriptû est. † Circûcisio quidê pro-

† eximia institutus in lege Haymo.

† cognitionis ac. Aug. lib. de spirit. & lit. cap. 8.

† adulterandum, adulteraris.

† Eze. 36 e. secudû lxx.

a *Si autem tu.* Hic Iudæos aggreditur, grauius accusans eos de peccatis, eo φ plura haberent auxilia.

B b *Ducem esse.* Cæcos & in tenebris existentes dicit Gentiles, qui & ratione priuati cæci sunt: etsi quid sciût: tamê in tenebris sunt.

c *Habentem formam.* Vt alijs exemplû sciêtiæ legis sis & veritatis. Quidam enim sciêtiam & intellectû alicuius libri habêt & ita sentiût sicut autor ipse sensit, nô tamen habêt inde veritatê: quia nesciunt quomodo sit verum, nec etiam esse verum: sed Iudæus iactat se habere sensum legis, & scire verû esse sensum illum legis, ita vt aliis habere volentibus sit exemplar.

C d *Qui ergo alium doces, &c.* ✻ Thedor. Ostendit Iudæum nullam ex data sibi lege vtilitatem accepisse, sed tantum propter scripta exultare & sibi valde placere: & alios quidê conari docere, factis autê, verbis suis côtradicere: & frustra in lege gloriari.

✻ Ambros. Hoc est, Tu qui gentiles arguis, quòd sine lege & Deo sint, teipsum non arguis. Diffidens enim de Christo in lege promisso, in eisdem quę arguis, inueniris. Dum negas Christum in lege promissum, fidem eius per malam interpretationê subripis. Adulteras etiam legem, quando veritatem Christi tollis & mêdacium ponis. Sacrilegus es, quando Christum negas. Præuaricator legis es, quâdo sensum legis, qui de incarnatione & diuinitate Christi est præteris & Deum inhonoras, dum testimonium eius quod dedit de filio suo, non recipis.

D ✻ Tertulia. Oportet constantiam commonêdi propriæ conuersationis authoritate dirigere, ne dicta, factis deficientibus, erubescant. L. de patiê.

✻ Cyprian. siue, August. Primus abusionis gradus est, si sine bonis operibus sapiens, & prædicator fuerit qui quod sermone docet, actibus explere, negligit. Auditores enim doctrinę, dicta facere contênunt cùm prædicatoris opera à prędicationis verbis discrepare conspiciunt, &c. L. de duodecim abusionibus seculi c. 1.

e *Nomen enim Dei.* Inter gentes blasphematur nomen Dei per Iudæos: quia credentibus Iudæi suadere nitebantur Christum non esse Deum dicendum. Vel quia olim Gentes non aduertebant Iudæos sibi traditos pro noxis suis, sed idolis suis dabant gloriam de victoria, quasi Iudæorum Deum vicissent in Iudæis. Haymo. E

† propter vos male audit.

✻ Oecumenius. Cû graue esset quod dixerat, Deum inhonoras: prophetam in testem producit, ac si diceret; Nô meus sermo est, sed Isaiæ: Nâ qui ex gêtibus erât, videntes eos praue conuersari, in blasphemias efferebantur, dicentes: Num oportuit vt hos Deus diligeret, aut quippiam eis donaret? An ne hos & esse & futuros malos præcognouerat? Non solùm vos, inquit, Deum inhonoratis, sed aliis quoque id agendi occasionem præbetis. † 22.q.2.c quæritur.§. econtra

F f *Circun. qui.* Ostendit supra legem non iuuare eos modo circuncisionem. Haymo.

g *Prodest.* Quia obediendo Deo, signum facit veritatis, dum populus rudis sub timore Dei custoditur.

Prodest. Hic dicit, & in sequentibus, Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit. Secundum statum diuersorum temporum hoc vult intelligi. Nam secundum statum veteris testamenti olim profuit circuncisio, sed non profuit ad salutem sine spiritualis legis obseruantia. Modo autem, scilicet, tempore gratiæ postquam exhibita est veritas, nihil prodest. Gal. 5. a.

✻ Oecumenius. Quia magnum quiddam videbatur

☞ Circ

✻ Ter

NICOLAVS. DE LYRA.

✻ *Christi tanquam autoris, tamen dicitur euangelium Apostoli tanquam eius prædicatoris.*

1 Per Iesum Christum. *Finale enim iudicium exercebitur per eum.*

2 Si autem tu, &c. *Prius Apostolus ostendit Iudæos & Gentiles in culpa & pœna fuisse similes: hic ostendit Iudæos in aliquo peiores. Et hoc est ex duobus. Secundum ponitur ibi:* Circuncisio *Primum autem est beneficium legis acceptæ: per quam Iudæi præ cæteris Gentibus à Deo fuerût sublimati, secundum quod dicitur Deut. iiij. b.* Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias iustáque iudicia & vniuersam legem? *& quanto status altior tanto casus grauior erat. Et ideo peccatû Iudæorû grauius erat peccato Gentiliû in eodem genere peccati. Dicit igitur.* Si autem tu Iudęus cognominaris. *Et dicit,* cognominaris: *quia primo nominati sunt Hebræi ab Heber, in cuius familia mâsit lingua Hebraica, quæ prius erat omnibus communis, Gen. xj. a.* Erat autê terra labij vnius, &c. *Postea nominati sunt Israelitæ à Iacob, qui nominatus est Israel: Gen. xxxij. f. Et vltra Iudæi à tribu Iuda nobiliori.*

Israelitę Iudæi.

3 Et requi. in le. *non vagando per varios errores sicut Gentiles.*

4 Et gloriaris in Deo. *idest, in notitia vnius Dei.*

5 Et nosti vo. eius. *idest, præcepta in legem expressa.*

6 Et probas vti. *id est scis eligere meliora.*

7 Instructus per legem. *Qui ostendit omnia ista: & non solum ad regimen proprium, sed etiam aliorum: Ideo subditur.*

8 Confidis teipsum. *præsumendo de tali instructione.*

9 Ducem esse cæcorum. *quo ad fidem.*

10 Lumen eorum qui in tenebris sunt. *quantum ad mores.*

11 Eruditorem insipient. *quantum ad maiores.*

12 Magistrum infantium. *quantum ad minores.*

14 Ga

13 Habentem form. scientiæ. *In speculatiuis.*

14 Et veritatis in lege. *In practicis. propter quod concludit peccati grauitatem, dicens.*

15 Qui ergo alium doces, teipsum non. *Et sic peccas in teipsum.*

16 Qui prædicas non furandum furaris. *Et sic peccas in proximum per concupiscentiam oculorum.*

17 Qui dicis non mœchandum, mœcha. *Et sic peccas in proximum per concupiscentiam carnis.*

18 Qui abominaris idola. *Iudæi enim post reditum captiuitatis Babylonicæ non dicuntur idololatrasse, nisi aliqui pauci Machabæorum tempore & timore magis mortis quàm amore idololatriæ, saltem pro maiori parte. tamen fuerunt homines valde cupidi, vt testâtur etiam Iudæi, & maxime circa tempora Christi, propter quod aliqua deputata ad cultum diuinum, sacerdotes & ministri templi suis vsibus applicabant. Ideo subditur:*

19 Sacrilegium facis. *Quod est furtum sacræ rei.*

20 Qui in lege gloriaris. *A Deo tibi data.*

21 Per præuaricationem legis. *quantum est in te. & ad hoc inducit Apostolus scripturam Ezech. xxxvj.*

22 Nomen enim Dei. *tota die. Per hoc enim quòd Iudæi coram Gentibus dicebant se esse populum peculiarem Dei per legem sibi diuinitus datam, & transgrediebantur eam male viuendo: ex hoc dabant occasionem Gentibus blasphemandi Deum qui sibi elegerat talem populum: & sic peccatum eorum aggrauabatur. Secundò propter scandalum, sicut scriptum est Ezech. xxxvj. vt dictum est. hoc tamen est secundum translationem. Lxx. vbi translatio nostra habet: Ingressi sunt ad Gentes & polluerunt nomen meum. Et est eadem sententia.*

23 Circun. qui. *Hic ponitur secundum, ex quo Iudæi erant deterioris*

✻ *cond*

A ☞ Circuncisio, ad eam tandem venit, & ait: Verùm, dicetis magnam vtilemq; rem quandam esse. Vtique fateor, sed tunc quâdo legem factis exprimit.

✻ Hierony. Profuit suo tempore Circuncisis, si iustitia cuius est signaculum adfuit. Epist. 58. quę est ad Dardanum.

✻ August. Sacramentum regenerationis nostræ manifestû esse voluit manifest' Mediator. Erat autê antiquis iustis aliqd occultum, cùm & illi eadem fide salui fierent, quæ fuerat suo tempore reuelanda. Quod si circuncisio antiquis sanctis pro baptismo fuisse creditur, quid respondebitur de iis, qui antequâ hoc præceptum esset, Deo placuerunt, &c. B

† iustificationes.

† pro

† si legem seruauerit.

a ¶ Tibi qui es de genere Abraham. b ¶ Christo credas, spiritualiter custodias. c ¶ Si quod circuncisio exigit non imples, scilicet, vt credas in Christum.
a dest, si legem obserues, si autem præuaricator legis sis, cir-
a ¶ Carnalis. b ¶ Non plus valet, quàm præputium. ¶ A contrariis. c ¶ Gentilis quilibet.
cuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium † iusti-
a ¶ Mandatum per quod homo iustificatur, vel fidem Christi, quam lex venturam ad iustificationem prædixit.
b tiâm legis custodiat, nónne præputium illius † in circunci-
a ¶ Vt sit filius Abrahæ qui est pater fidei. Q Nemo potest hoc negare. ¶ Nonne. ¶ Per gratiam reparata.
c sionê reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præpu-
¶ Perficiens. a ¶ Quamuis doctus sis. ¶ Per scriptam legem. c ¶ Quæ est signum depositionis vitiorum.
tium, † legem consummans, te, qui per literam & circunci-
a ¶ Iudæus est nomine & natione qui labiis confitetur, & corde est remotus.
d sionem pręuaricator legis es. Non enim qui in manifesto Iu-
a ¶ Verè. b ¶ Manufacta est. c ¶ Ablatione cutis. d ¶ Vera.
e dæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio: sed
¶ Corde confitens. ¶ Est verus. ¶ Mundatio. ¶ Est vera. a ¶ Facta per spiritum sanctum.
qui in abscondito Iudęus est, & circuncisio cordis in spiritû,
a ¶ Nô lapideis culteris, vt litera docet. b ¶ Id est quæ vera laudabilis nô est ex homine, sed ex gratia Dei.
f g non literâ: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

✻ Idem. Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, quod erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad significationem purgationis valebat & paruulis originalis veterisque peccati, sicut & baptismus valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo est institutus. L. 2. de nuptiis & conc. cap. 11.

a *Si legem.* Amb. Vt deponas omnia turpia, vt cor circuncidas & credas Christo.

b *Nonne.* Côparatione sui te damnabilem ostendit, qui non per naturam neq; per circuncisionem, sed per legem nouisti, quód ille per naturam, idest, Christum.

C c *Iudicabit, &c.* Videtur ergo in præsenti loco dicere Gentes, quæ in præputio carnis ad fidem Christi venerunt, quas legem spiritualem seruantes comparat & præfert Iudæis, qui per literam & circuncisionem carnis præuaricatores sunt legis, quos & iudicandos ab illis dicit.

D d *Non enim.* Vnde Iudæus potest fieri Gentilis, & Gentilis, Iudæus. *Non enim.* Augustin. in Ps. 75.

e *Iudæus.* Interpretatur confitens: qui enim verè credit & rectè confitetur, verè est Iudæus.

f *Circun. cor.* Origenes. Est quæ purificat animam, & vitiorû maculas abscindit.

✻ Origenes. Nos imbuti per Apostolum, dicimus, quia sicut multa alia in figura & imagine futuræ veritatis fiebant: ita & circuncisio illa carnalis circûcisionis spiritualis formam præferebat. Homil. 3. in Gen.

E ✻ Idem. Marcion cui per allegoriam siue mysticè nihil placet intelligi, quomodo exponet circuncisionem cordis prodesse, cui laus est ex Deo, non hominibus, vt hîc dicitur? Omnino non inueniet quomodo iuxta mentem suam Paulus intelligendus sit: qui vbi docuit circuncisionem exteriorem nihil prodesse: alteram & interiorem subiunxit, cuius typum & figuram illa prætulit. In hunc Apostoli locum.

f *Cuius laus.* Amb. Laudat Deus credentem, non carne circuncisum. Iudæorum laus ex hominibus est, qui si faciunt quod lex iubet sine spiritu tamen timore pœnæ, non amore iustitiæ, & ita non est coram Deo quod apparet coram homine.

g *Non ex ho.* Avgvs. Est illa circuncisio qua illicita concupiscentia amputatur: quod non fit litera docente & iuuante, sed spiritu adiuuante & subsequente.

☞ Cap. F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *conditionis per accidens tamen. Et primo ostendit propositum. Secundo infert corollarium, ibi:* Non enim. *Circa primû sciendû, quòd circûcisio erat quædam protestatio legis seruandæ, Gal. v. a.* Testificor omni homini circuncidêti se, φ debitor sit vniuersę legis. *Igitur sicut professio alicuius religiosæ regulæ multum valet profitenti, si eam impleat opere: & si non impleat, magis est sibi damnabilis, sic circuncisio per accidens erat nociua Iudæis, inquantum erant transgressores legis. Et hoc est quod dicit:* Circun. qui. pro. *Et patet litera vsque ibi:*

1 Circun. tua. prę. *id est, facta est abominabilis* Deo. *sicut Gentiles præputium habentes erant Iudæis abominabiles, intantum, φ dedignabantur cum eis comedere. & per oppositum concludit Apostolus, φ Gentiles incircuncisi opera legis facientes ex rationis naturalis dictamine, vt dictum est suprà. erant Deo accepti. Et hoc est quod dicit:*

2 Si igi. præ. *i. Gentilis incircuncisus.*

3 Iusti. le. cu. *quantum ad præcepta moralia quæ sunt de dictamine rationis*

4 Non. præ. il. in. *idest, tantum sibi valebit sicut circuncisio. q. d. Sic.*

5 Et iu. &c. *Hæc litera est intricata. Et construatur sic.* Et præ. *idest, Gentilis incircuncisus,* Legem con. *idest, opera legis implens.* Quod ex na. *id est, quod fit in eo ex naturalis rationis iudicio.* Iudi. te. *idest, condemnabilem te ostendet.*

6 Qui per li. &c. *id est, factus es transgressor legis, qui tamen habes eam in scripto, & circuncisionem in corpore tuo. q. d. sic condemnabilem te ostendet.*

7 Non enim, &c. *Hîc ex prædictis infert corrollarium, scilicet, quòd duplex est circuncisio. Vna spiritualis, quæ est præcisio culpæ. Alia corporalis, quæ est præcisio pelliculæ cooperientis membrum virile. Et prima melior est secunda, quanto anima melior est corpore. & secundum hoc duplex est Iudæus. Vnus spiritualis, qui habet mentem circuncisam. Alius carnalis habens carnem circuncisam. Et primus melior est sicut & de circûcisione dictum est. Hoc est quod dicitur,* Non enim qui in ma. *idest, circuncisus carne, qui potest hominibus apparere.*

Circuncisio duplex

8 Iudæus est. *scilicet tantum. Et similiter dicit de circûcisione carnis.*

9 Neq; quæ in ma. *sed qui in abscondito Iudæus est, qui circuncisus est mente soli Deo visibili.*

10 Et circun. cordis in spiritu. *scilicet, sancto qui vitia rescindit.*

11 Cuius. *scilicet, circuncisionis spiritualis.*

12 Laus non ex ho. *qui solum vident exteriora.*

13 Sed ex Deo est. *qui videt interiora.*

ADDITIO I.

In c. ij. vbi dicitur in post. Quia primo nominati sunt Hebræi ab Heber. Hebræi non nominantur ab Heber prout in postilla: nec etiam ab Abraham. Ved vnde hæc denominatio deriuetur, ostenditur Matth. xxj. in additione, &c.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in postilla. Nô enim. *Hic ex dictis infert corollarium. Ieremiæ. ix. ca. dicitur sic: Omnes Gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircûcisi sunt corde. Ex quo patet, quòd duplex est præputium scilicet spirituale & corporale. Similiter quòd circûcisio non seruantium legem est facta præputium. Et propheta concordat expressè cum apostolo, &c.*

REPLICA. *In secundo capitulo epistolæ ad Romanos, vbi postillator dicit Hebræos dictos ab Heber, Burgen. opponit. Sed eius oppositum corrigitur Gen. x. & xij.*

CAP. III.

A a QVid ergo amp. Obiicit quod videt posse obijci, vt soluat. Quandoquidem Iudæus fit Gentilis, & econuerso. ergo quid est plus Iudæo, qui dicitur populus peculiaris Dei quàm Gentili qui dicitur canis immundus? Aut quid consecutus est de circuncisione? ad hoc valuit quidem olim, sed nō ideo digniores in fide. & hoc est multum plus est Iudæo secundū priorem statum, & hoc per omnē modum. Omnis modus vel in administratione temporalium, vel reseratione spiritualiū, in quo vtroque multa Iudæis Deus fecit, quæ non Gentibus: & ita secundum priorem statum digniores.

† habet in quo præcellat Iudæus
† commissa
† oracula
B
† faciet irritam.
† Ps. 115. a.
† Ibi. 5.
† iniustitia

✻ THEODO. apud OECVM. Vel, vbi Iudaicam depressisset supercilium ostendissetque eos vanè de circuncisione, ac lege Iudæique appellatione gloriari: ne quis eum suspicetur odio ac inuidentia id agere, subdit, Quæ excellentia est Iudæi, aut quæ vtilitas circ. Siquidem inquit, gentium alienigenarum diuino cultu virtuteq; ornati, diuina fruuntur electione, cur à gentibus segregauit Deus Israelem, & circuncisionem dedit? R. Elegit eorum primogenitores: ab Aegyptiorū violentia liberauit: signa fecit: legem dedit: prophetas misit. Si quidem hoc significat, *Multa per omnem modum.* His tamen silentio præteritis, solam posuit legislationem. C

b *Primum quidem, quia cr.* Qu. Vt alia minora de temporalibus prętermittā, hoc primum & præcipuum pono, quia eloquia domini, idest, lex & prophetæ eis vt amicis sunt credita: per quæ intelligerent de futura redemptione. Sed dices: Non ideo plus? quia non crediderunt eloquijs, vt Christum promissum reciperent quidam eorum. Ad quod non ideo tamen minus profuit credentibus. & hoc est, Nam si quidam non crediderunt, non ideo fides euacuata est.

L. cæle. hie. c. 9.

✻ DIONYS. Areop. Solus fermè Israel præ omnibus ad verissimi Domini intelligentiam cognitionemq; conuersus est: vnde Israeliticam plebem sese diuino cultui deuouisse, illumque hæreditario iure suscepisse sacra scriptura indicat, dicens: *Factus est pars Domini populus eius.* Deut. 32.

✻ OECVME. Poterat ad obiectionē dicere, quod circuncisio carnis typus erat huius quæ per fidem est circuncisio in spiritu. Verùm, hac interim relicta solutione, ad aliam venit. Prodest Iudaismus: ex hoc enim viam salutis didicerūt, legem ducem ad ea quę agenda erant acceperunt. Quod si non seruarunt, sibi ipsis indignentur. c Nun-

CAP. III.

¶ Secundum priorem statum. ¶ De lege & legalibus obseruantijs.
a QVid ergo † amplius Iudæo est, aut quæ 1
¶ Secundum priorem statum, sed in fide Christi nihil. 2
b vtilitas circuncisionis. Mŭltum per om- 3
nem modum. Primū quidem, quia † cre- 4
¶ Lex & prophetæ. ¶ Ideo plus.
dita sunt illis † eloquia Dei. Quid enim 6
c si quidam illorum nō crediderunt? Nun 7
a ¶ Non ideo minus factū credentibus. b ¶ Inexpletā fecit. ¶ Quod euacuata sit. ¶ Sed potius.
d quid incredulitas illorum fidem Dei † euacuauit? Absit † Est 8
¶ Enim. a ¶ Implens promissa. b ¶ Et ita indignus promissione. ¶ Inquantū à seipso est. ¶ Sed.
e autem Deus verax, † omnis autem homo mendax, sicut 9
¶ Verax Deus. a ¶ De promissione filii vel venia ingemiscentis. 10
f scriptum est: † vt iustificeris in sermonibus tuis & vin- 11
a ¶ Vel filium non misisse, vel veniam non dare. b ¶ Hic sensus de Dauid verbis iniuste trahebatur. 12
g cas cūm iudicaris. Si autem † iniquitas nostra iusti-

c *Nunquid inc.* Nunquid quia aliquid credere noluerunt, præiudicabitur cæteris Iudæis, ne digni iudicentur accipere quod Deus promisit fidelibus quippe cum facta sit promissio vt credentibus proficeret. D

d *Fidem.* Vel quidam crediderunt Deo, vel quod Deus hominibus promiserat. Aug. in psa. 115.

e *Omnis autem.* Hoc addit, vt appareat promissionem Dei factā esse, & completam, nō propter misericordiā: vt gratia detur indignis, & cōmendabilior sit gratia. Deus dicitur verax, idest inuariabilis, tā in essentia quàm in promissione. Homo mendax nec verum esse habens & per peccata defluens. E † Ioh. 3. d.

Omnis homo me. qui negat Deum implesse promissa. hoc maxime Iudæus, quem vicit
13 Deus, cū dat promissa.

Omnis homo. Etiam Iudęus, ne dignior videatur in nouo statu.

f *Vt iusti.* ✻ AMB. Sermones Dei pleni sunt veritatis atque iustitiæ: ideoque vera sunt quæcunque loquutus est Dominus de fragilitate humana, quia inclinatum est cor eorum ad nequitiā, propendet ad fraudem, &c. Apo. Dauid F

✻ IDEM. Ideo præbet se Dominus audiendum, vt de se iudicetur, quò magis vincat. Quomodo autem se pręebeat, audi: *Popule meus quid feci tibi, aut in quo contristaui te? Quia ex Aegypto eduxi te, &c.* Graue hoc iudicium cùm Dominus de se postulat contra hominem iudicari. Quid enim respondeas ei, qui vniuersa tibi contulit, omnibus te præfecit? Vocat te in iudiciū: venies, quid responsurus es ei: qui nisi iterum tibi donet peristi: Ideo Dauid iudiciū refugit, & misericordiā poscit dicens: *Ne intres in iudicium cum seruo tuo, &c.* In ps. 39. Mich. 6. Ps. 142.

Q. peccaui vt mittendo filium de stirpe mea sicut promisisti, iustus esse & ex sola iusticia promissionis complesse, non ex meritis meis comproberis, & vincas implendo promissa, cum iudicaris non debere implere propter mea peccata. Vel: Tibi tantū dico me peccasse vt dū ego & omnes peccamus, tu solus iustus appareas in omnibus promissis tuis, & superas omnes in iusticia cum alijs compararis. Vel vicit homo Deus quando iudicatus est, quia propter illam humilitatem Deus *dedit ei nomen quod est super omne nomen.* Quod non pertinet ad superius argumentū, sed additum est ex abundanti. *Vt iusti.* &, Iustus iudex à peccatoribus iudicatus est & in eo vicit: huic itaque nullū peccatum habenti Dauid dicit: Tibi soli peccaui, vt iustificeris qui superas omnes iudices, qui solus iniustè iudicaris. Ang. in psa. 50. Phil. 2. a.

g *Si autem iniqui.* Dixit, quòd Deus verax, & omnis homo mendax. Psal. 50. a.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

Diuisio. QVid ergo amp. *Ostenso in quo Iudæi erant peioris conditionis quàm alij, hic ostenditur, quòd erant melioris. Et diuiditur in duas partes: quia primò ostenditur propositum. Secundò remouetur quoddam obiectum, ibi:* Quis enim. *Et est sententia talis, quòd primò mouet quæstionem ex prædictis, dicens:*

1 Quid ergo ampl. Iud. est? *Idest, melius quàm Gentili.*
2 Aut quæ vtil. cir. *A Deo data patribus sanctis, cuius opera sunt perfecta. Deut. xxij. Et respondet, dicens:*
3 Mul. per om. mo. *Quod ostendit consequenter, dicens:*
4 Pri. qui. quia cre. sunt illis. *Id est, specialiter tradita.*
5 Eloquia Dei. *In lege & prophetis quæ in Deum dirigunt, & ad susceptionem Christi disponunt. Gal. 3. d.* Lex pædagogus noster fuit in Christo. *Et de prophetis dicit Rab. Salo. Hebræus: quòd non sunt locuti nisi ad dies Messiæ: quod est intelligendum de principali intentione, prout declaraui plenius in veteri Testamento. Ratio autem quare lex & prophetæ datæ sunt singulariter populo Iudaico, hæc est, quia Christus secundum carnem inde erat nasciturus, propter quod præ alijs populis decens erat ipsum pollere quadam speciali sanctitate, ad quam inducunt lex & prophetæ.*
6 Quid enim *Hic consequenter remouetur quædam obiectio. Et primò fit propositum. Secundò tollitur quoddam incidens erroneum, ibi:* Si autem. *Circa primum dicit:* Quid enim. *q. d. non obstat prædictis, quòd plures Iudæi fuerunt increduli: quia eorum incredulitas non abstulit fidelitatem Dei de implendo quod promiserat patribus antiquis in datione legis & aduentu Christi: & hoc est quod dicit:* Diuisio.
7 Nunquid incre. illo. fi. Dei. *id est, fidelitatem.*
8 Euacua. Absit. *Et subditur ratio:* Est autem De. ve. *Implēdo promissum, in his quæ pro omittuntur absolutè, cuiusmodi sunt prædicta. Si autem aliquid promittatur à Deo sub conditione, sicut prosperitas temporalis fuit promissa Iudæis si fideliter seruirent ei, non tollitur diuina veritas per aduersitates eis immissas, quando recesserunt à Deo, quia non stabat conditio.*
9 Omnis au. ho. men. *Voluntas enim humana mutabilis est, & ideo potest esse mendax in promissis. Non sic autem Deus, cuius voluntas est immutabilis. Et ad hoc inducit exemplum de promissione facta ipsi Dauid absolutè de conseruatione regni sui & posteris eius: cuius impletio non fuit impedita per peccatum Dauid cū Bethsabee. Et hoc est quod dicitur:*
10 Sicut scriptum est. *Psal. 50. quem fecit Dauid pœnitens de dicto peccato, vt ibidem declaraui.*
11 Vt iustificeris in sermo. tuis. *Ibi præmittitur:* Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. *Et subintelligitur. Remitte mihi:* Vt iustifice. in ser. tuis. *id est, vt veritas sermonis tui appareat de conseruatione regni & Christo nascituro de me, sicut promisisti.*
12 Et vincas cum iudicaris. *Faciendo contrarium quod de te iudicatur à multis. Post enim adulterium Dauid cum Bethsabee, & occisionem Vriæ multi dicebant, quòd promissa Dei facta Dauid erant retractata. quod tamen non erat verum: quia facta fuerunt absolutè.*
13 Si autem iniquitas nostra. *Hic circa prædicta remouet errorem incidentem. Ex hoc enim, quòd ex peccatis hominum apparet iustitia Dei commendabilis, dixerunt aliqui, quòd peccata per se faciunt ad gloriam Dei, quod Apostolus falsum ostendit ducendo ex hoc ad triplex inconueniens. Primum est, quòd Deus esset iniquus inferendo pœnam peccatoribus, cum secundum hoc peccata per se faciant ad gloriam suam. Et hoc est, quod dicit:* Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, *idest, commendabilem facit.*

Quid

A dax & quod indignis dat bona, in quo commendabilior apparet eius iustitia & gratia, vnde carnalis dicens Deum vti malis, quasi instrumento ad gloriam suam eo rem deducit, vt dicat iniquum Deum qui punit peccata quæ sibi prosunt. Quod remouet, dicens.

a *Nunq. iniquus.* Deus verax, & mendax. Si autem hoc est: & ita iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid sequi videtur? Quod Deus iniquus est? Sed nunquid iniquus Deus qui infert mala.

† humano more loquor.
† per meū mendacium excelluit.
† post hac L. 4. cap. 9.
† de nobis male loquuntur. Primum inconueniens.
† ne vnus quidem.

b *Alioquin, quomodo iu.* ✻ IRENÆVS. Homo rationabilis, & secundum hoc similis Deo, liber in arbitrio factus & suæ potestatis, ipse sibi causa est vt aliquā do quidem frumētum aliquando autem palea fiat. B Quapropter & iustè condemnabitur, quoniam rationabilis factus amisit verā rationem, & irrationabiliter viuens, aduersatus est iustitiæ Dei, tradēs se omni terreno spiritui, & omnibus seruiens voluptatibus, &c.

c *Si enim ver.* Interiecta remotione, redit ad probationem carnalis, quòd sit iniquus si punit, quia si inde gloriosior: quid etiam nunc non solum in futuro iudicor, quasi peccator, quod non sum? Vel. *Adhuc.* id est, post conuersionem postquàm dedit dona indigno. Ante enim ex meis non erat gloriosior: ac si diceret: Quod ante remissionem videri poterat, pòst videri non debet, scilicet, quod ego peccator iudicādus sim, quia nunc certum est, quòd dimittendi veritas non abundasset in gloriam, nisi peccassem. Subdit. C Aug. lib. de gratia & libero arbit.

d *Et non sicut.* Qu. Et si istud est, cur scilicet non facimus mala, vt veniant bona? Sicut imponitur nobis hoc sentire, quod est blasphemia, & etiam prædicare occasione huiusmodi verborum: vbi abundauit delictum superabundauit gratia.

-Vel. *Si enim.* Propius iungatur, quomodo iudicabit si iniquus? Qu. Non rectè. quia nec modo iustè iudicaret me quasi peccatorem, quod non sum. Infra 5. d

e *Quid ergo.* Quia plus fecit Iudæo in priore statu: & quia bona eis impleuit nō ex aliquo eorum merito est. *Quid igitur? præcellimus e.* Vel cum omnis homo sit mendax. ergo non præcellimus Gentiles in hoc statu quamuis præcellentiores in priori statu. D Psal. 115. a

a ¶ Et sanctitatem Dei.
a tiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est 1
a ¶ Propter peccata. b ¶ Vindictam & damnationem ¶ Sed. ¶ Vt sit iniquus. 2
¶ Q. hæc quæstio est carnalium.
Deus, qui infert iram? † Secundum hominem dico. Absit. 3
a ¶ Nisi hoc est quod non est iniquus, non potest esse iustus iudex. b Si iniquus. 4
¶ Quasi male bonis, scilicet dans mala, & malis dans bona. c ¶ Quia. 5
b Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundū? Si enim 6
c a ¶ Iustitia. ¶ Hoc quod supra iustitia. b Per peccatum, meum. c Quod supra iniquitas. 7
c ¶ Creuit. d ¶ Id est, si ex peccato meo gloriosior est. 8
veritas Dei † in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, 9
¶ Quid. 10
d quid † adhuc & ego tanquàm peccator iudicor. Et non sicut 11
¶ Nos apostoli. a ¶ Blasphematores b ¶ Sentire & prædicare. c ¶ Hoc scilicet. 12
† blasphemamur, & sicut aiūt nos quidam dicere faciamus 13
a ¶ Idest, vt crescat iustitia & gloria Dei. b ¶ Ideo nō credēdū est eis. c ¶ Et ideo iuste puniūtur. 14
e mala, vt veniant bona: Quorum damnatio iusta est. Quid 15
a Nos Iudæi. ¶ In hac gratia. b Gentiles, ¶ Rationibus ostendimus. 16
f ergo, Præcellimus eos, Nequaquam. † Causati enim su- 17
g a ¶ Ante gratiam, & ideo nullus præcellit alterum. 18
mus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, sicut scri- 19
a De Iudæis de quibus minus videtur. b Quia non venit per fidem ad Christum. 20
ptum est: † Quia non est iustus † quisquam, non est in- 21
a ¶ Non est iustus, quia non intelligit Christum esse Deum, non intelligit ex culpa: quia nō requirit, sed declinat ab eo. b ¶ Ab eo ad malum. 22
h telligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, 23
i

f *Nequa.* Quia non est personarum acceptio apud Deum. Sed in omni *Gente qui timet Deum acceptus est illi.* Supra 2. b Act. 10. c

g *Causati enim sumus.* ✻ THEOPHY. Supra dixerat quod esset aliqua excellentia Iudęis, vt quibus omnino esset credita traditaque lex: nunc verò commōstrat eos nihil habere eximium quo excellāt, quātum ad opera propria pertinet. Etenim cùm non obseruauerunt quæ eis credita erant: magis condemnātur. Proinde præstantiam quandam habuerunt, atque electi sunt à Deo. Simul ac verò propriis operibus contumelia affecerūt Deū, nedum nihil quo excellant, habent, verumetiam, plus commendatur, &c. Iudæi enim æquè ac Græci peccauerunt, vt ne plus dicam. Vnde verò hoc perspicuum est? Ex prophetis Dauide & Esaia, &c. Celeberrimos prophetarum adducit accusatores ipsorum, sibique ipsis consentientes inter se mutuo indicat, &c. - hunc E † Nam ante causis redditis ostendimus. † Psal. 13. a & 52. a

✻ ANSEL. Multis causis & rationibus iam monstrauimus Iudæos & Græcos omnes ante gratiam istam sub peccato esse: & ideo nullus præcedit alium. Superius ostendit gentiles sub peccato esse d. *Tradidit illos Deus in desideria, &c.* Iudæos autem, dicens: *Qui prædicas non furandum, furaris, &c.* Aug. in psal. 13.

h *Non est re.* Ex operibus poterant quærere & inuenire, quòd Christus erat Deus.

i *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat, &c.* Non totam penitus plebem significat, sed alteram partem plebis. Semper enim duo populi sunt in vna plebe: vnde Ieremias: Tunc omnes insurrexerunt in prophetam domini, volentes eum occidere. Et subiecit. *Omnis autem populus non* per- Iere. 28. a Ibidem c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quid dicemus? *Ad inconueniens quod sequitur.*
2 Nunquid iniquus est Deus qui infert iram. *id est, pœnam peccatoribus? Hoc enim sequitur ad dictum eorum erroneum. Ideo sequitur.*
3 Secundum ho. di: *idest, secundum homines errantes dicto modo.*
4 Absit. *scilicet, Deum esse iniquum.*
5 Alio. quo. iu. De. hūc mun. *q. d. nullo modo bene. Si enim esset iniquus, non posset esse bonus iudex: nam æquitas est optima conditio iudicis.*
6 Si enim ve. Dei. *Hic infertur secundum inconueniens. Si enim peccata facerent ad gloriam Dei, sequeretur quòd peccator posset nullo modo malus dici: quia nullus dicitur malus, faciendo illud quod ad gloriam Dei ordinatur. Et hoc est quod dicitur:* Si e. ver. Dei. *id est, eius iustitia.* Secundum
7 In meo men. *id est, per meum peccatū, quod est quoddā mendaciū.*
8 Abundauit in glo. ipsius. *i. declarauit iustitiam eius gloriosam.*
9 Quid adhuc & ego. *Et loquitur Apostolus in persona peccatoris.*
10 Tanquam peccator. *scilicet, reus, & condemnandus propter peccatum. q. d. non esset hoc rationabile, si illud dictum esset verum: & sic ex hoc inconuenienti concluditur esse falsum.*
11 Et non sicut. *Hic infert tertium inconueniens: quia si peccata per se facerent ad gloriam Dei, essent frequentanda, sicut & opera virtutum. Hoc autem inconueniens infert, implicando dictum pseudo apostolorum, qui diffamare nitebantur veros apostolos, vt patet in pluribus locis noui Testamenti. Et ideo ex hoc quod Paulus commendans gratiam Dei dixit:* Vbi abundauit delictū, superabundaret & gratia. *Et infrà. v. b. & ex similibus verbis discipulorum aliorum Christi dicebant pseudo apostoli, quod Paulus & alij Christi discipuli inducebant populos ad multiplicationem peccati, vt sic per multiplicationem malorum venirent bona. Et hoc est quod dicit.* Tertium
Et non sicut blasphemamur. *A pseudo apostolis.*
12 Et sicut aiunt nos quidam dicere. *falso tamen.*
13 Faciamus mala, vt veniant bona. *Imponebant enim veris apostolis, quòd prædicabant multiplicationem peccatorum.*
14 Quorum damna. iu. est. *quia falsum crimen apostolis imponebat. Ex hoc igitur quod peccata non sunt frequentanda, est erroneum: concluditur falsitas istius dicti. s. quod peccata faciant per se ad gloriam Dei. Ad maiorem intellectum prædictorum sciendum, quod peccatum siue malum culpæ auertit à Deo per se: & ideo non facit ad eius gloriam: sed Deus cuius potestas tanta est & bonitas, quod de malis elicit bona, vt patet per Aug. in Enchiridion. Punitionem peccatorum per malum pœnæ cuius est autor, ordinat ad declarationē suæ iusticiæ præter intentionē peccantis: sicut præter intentionē tyrannorū declarauit patientiā martyrū.*
15 Quid ergo? *Postquàm Apostolus ostendit, Iudæos & gentiles similiter indiguisse gratia Dei ante conuersionem, per hoc quòd vtrique in vitia horribilia sunt prolapsi: Hic ostendit eos eadem gratia indigere post conuersionem, per hoc quòd sine ipsa non poterant consequi salutem. & hoc ostendit dupliciter. Primò ex legis imperfectione. secundò ex fidei Christi perfectione, ibi:* Nunc autem. *Primum autem per scripturam ostendit. & ideo primò ipsam allegat, secundò ad propositum applicat, ibi:* Scimus. *Circa primum dicit continuando se ad præcedentia.* Quid ergo. *nos Iudæi, de quibus erat Aposto.* Diuisio
16 Præcellimus eos. *scilicet, gentiles.*
17 Nequaquam. *& subdit causam.*
18 Causa enim su. *idest, rationabiliter ostendimus,* Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. *ante conuersionem, vt patet ex prædictis. & idem sequitur post conuersionem, nisi assit gratia Dei: quia fides informis non sufficit ad salutem.*
19 Sicut scriptum. *Psal. xiij. a. secundum translationem septuaginta.*
20 Quia non est iu. *sine gratia Dei, loquēdo de iusticia perfecta. quæ facit hominem dignum vita æterna. Potest tamen aliquis esse iustus iusticia pollitica per obseruationem legis naturæ & iusticia legali per obseruationem legis Mosaicæ.*
21 Non est intel. *ratione supernæ beatitudinis.*
22 Non est re. de. *per opera meritoria. ad hoc enim requiritur gratia: ideo subditur.* 23 Omnes de. *à via veræ beatitudinis.*

14 Quo

Universidad de Deusto Biblioteca

A permisit illos. Omnes dixit insurrexisse, idest, malos, omnem populum non permisisse, scilicet, bonos.

Aug. in psal. 13. In ps. 52.

a Non est vsque ad. Christus tantum facit bonũ in se & in suis.

✱ HILARIVS. Si res ita se habet, quod *non sit iustus quisquam*, quomodo ergo Deo Abel placuit, Seth probatus est, Isaac similiter, Enoch translat⁹, Noe reseruatus, Melchisedec sanctificat⁹, Abraham electus, Iob inculpatus, & omnes quos Paulus ad Hebræos recensuit, fidei merito Deo probati?

† Psal 5.b. & 13.b.

✱ ORIGEN. Quamuis quis iustus, quamuis sanctus sit, nõ solum inter homines, sed & in supernis creaturis, ad comparationem Dei certum est eum iustificari nõ posse. Vnde in Apocalypsi, nullus inuentus est nisi solus agnus qui librum meruit aperire. Solus ergo Saluator noster iustificatur in conspectu patris, omnis autem creatura ex cõparatione inferiorum iustificatur. Vt si verbi causa dicamus, ad comparationẽ reliqui populi, iusta fuit Maria soror Moysi: & rursum ad comparationem Mariæ iustus erat Aaron: & ad comparationẽ Aaron, iustus erat Moyses, &c. Potest hoc & alio modo explanari, quia donec quis viuit in corpore, iustificari non potest, sed cùm exierit de corpore, & de vitæ huius agone discesserit, &c.

† execratione. B Apoc 5. † calamitas C

a ¶ Cum ipsa declinatione. b ¶ Quia & alios declinare fecerunt. c ¶ Declinauerunt quia. ¶ A Deo quia. ¶ Quia de illis. d Præter Christum. e ¶ Idest, nec vnus: quia nullus nisi Christus.

1 a simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est

a ¶ Quia fetor verborum & operum eorum corrumpit alios. ¶ Quia hiant recipere mortuos, hoc fit vbi audent apertè. 2

3 vsque ad vnum. † Sepulchrum patens est guttur eorum, lin- 4

a ¶ Vbi non audent apertis malis. c ¶ Verbis bona dicentes, sed malum in corde cogitantes. d ¶ Odium insanabile. 5 b ¶ Malis. ¶ Erat. ¶ Idest, sub corde.

guis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorũ.

¶ Etiam. a ¶ Idest, maledicis verbis, vt dæmonium habes, huiusmodi. b ¶ Idest amaris minis. c ¶ Abundanter.

Quorum os † maledictione & amaritudine plenum est, ve- 6

a ¶ Etiam. b ¶ Affectus. c ¶ Quasi homicidæ ex deliberatione. d ¶ Christi & suorum. 7 e ¶ Temporalis pœna. 8

b loces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio 9

c a ¶ Aeterna damnatio. b ¶ Operibus. c ¶ Christum. vnde, pax multa diligentibus nomen tuum domine. 10

& † infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoue-

a ¶ Nec saltem timor Dei inflexit eos à malo. ¶ Qui est initium sapientiæ. b ¶ Hæc Dauid. ¶ Nos autem Apostoli. ¶ Ne alio distorquerent hoc Iudæi.

runt: non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem

a ¶ Psalmi dicuntur lex, quia informant. b ¶ Ad emendationem illorum. c ¶ Supple & de his.

d quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt lo-

a ¶ Ita. b ¶ Etiam Iudæorum. c ¶ A sua gloria. d ¶ Totum Deo tribuens. e ¶ Omnis homo non tantum Gentilis, sine lege scripta reus de impietate, sed etiam Iudæus reus de legis transgressione.

e quitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mun-

¶ Quod debet. a ¶ Ens. b ¶ Carnalis.

f dus Deo: quia ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro g

Mat. 23. d. Ibid 16 a. Isa. 1.a.

b *Veloces pe. eo.* De quibus dominus *Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas.* Et item: *Generatio mala & adultera.* Et de quibus Isaias: *Væ genti peccatrici semini nequam, &c.*

c *Contritio.* Talia faciunt vnde conterantur in hoc seculo, per Titum & Vespasianũ, erunt infelices puniti in anima & corpore. D

d *In le.* Lex aliquando appellatur generaliter vetus Testamentum, vt ibi, *Aperuit dominus discipulis sensum, vt intelligerẽt de eo quæ scripta erant in lege & prophetis & psalmis.* Nonnunquàm psalmi lex vocatur. Sicut dominus ait: *In lege vestra scriptum est Ego dixi, dij estis & filij excelsi omnes.* Et alibi. *Vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.*

Luc. 24.g. Ioh. 10.g. Psal 81.b Ioh 15.d. Psal 34 a.

e *Vt omne os obstrua.* Etiam Iudæorum à sua gloria, iactãtium se pro meritis suis ad fidem venisse, vel ita obstruatur os Iudæorum, sicut superius gentilium qui de bona natura se iactabant. E

Augustin. in epist. ad Galatas.

f *Quia ex ope.* Sicut abstulit gloriam de
11 circuncisione, ita
12 & de cæteris ope-
13 ribus legis vult fa-
14 cere. Et est noua
15 sententia, quamuis
16 iungatur præceden-
17 bus per quia: *Ex*
18 *operibus legis, &c.*
19 Opera legis dicuntur quæ in lege instituta & terminata sunt. vt erant ceremonialia & figuratiua, quæ nunquàm valuerunt conscientiam mundare, etiamsi cum charitate & deuotione fierent. quia non fuerunt instituta in iustificationem, sed in futurorum significationem & peccati infirmitatis ostensionem, quia lex non venit peccata tollere, sed ostendere & punire. F

g *Non iustificabitur omnis caro, &c.* Secundum ceremonialia intellige non moralia: quæ vtique iustificant & in euangelio consummantur.

Amb.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Simul inuti. fa. sunt. *deficientes à consecutione finis vltimi. sicut medicina dicitur inutilis: quæ deficit ab introductione sanitatis.*

2 Non est qui fa. bo. non est vsq; *quia nullus potest facere bonum meritorium sine gratia Dei. & quoniam ipsa subtracta homines communiter labuntur in horribilia peccata, ideo sequitur.*

3 Sep. pa. *Ex sepulchro enim patenti fætor exhalat. sic tales proferũt verba vilia & fœtida, quia ex abundantia cordis os loquitur Mat. xij.*

4 Linguis suis do. age. *proximum decipiendo.*

5 Venenum as. sub la. eo. *occultè detrahendo.*

6 Quorum os ma. *Deum blasphemando.*

7 Et amaritudine ple. *alijs malum persuadendo.*

8 Veloces pedes eorum ad effundendum sangui. *innocentem.*

9 Contritio & infelic. &c. *quasi finaliter conterentur & ad miseriam deducentur.*

10 Et viam pacis non cognoue. *quæ adducit vitam beatam, vbi est pax perfecta. & subditur prædictorum causa:*

11 Non est timor Dei. *qui retrahit à malo.*

12 Ante oculos eorum. *propter quod sine retinaculo currunt ad malum.*

13 Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur. *Hic scripturam allegatam applicat ad propositum. dicens:* Scimus autem quoniam quæcunque lex loquit. *Ex hoc dicunt aliqui expositores, quòd scriptura allegata loquitur tantum de Iudæis qui sub lege Mosaica erãt: sed scriptura immediatè præcedens dissonat, vbi dicitur:* Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. *similiter subsequens immediatè vbi dicitur:* Et omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: *Ex quibus patet, quòd loquitur de Iudæis & gentilibus. Nec obstat quod dicitur:* His qui sub lege sunt, loquitur. *Tum quia dicitur hic qui sub lege indefinitè. & sicut Iudæi erant sub lege naturali. Indefinita verò iuris æquipollet vniuersi. Tum quia non dicitur hic de his qui in lege sunt, sed de his qui sub lege sunt. licet autem liber Psalmorum de quo accepta est scriptura præallegata, datus sit Iudæis sicut & alij libri veteris Testamenti, non solum loquitur de Iudæis, sed etiam de multis alijs gentilibus. sicut declaratum fuit ibi, & per singulos libros veter. Testamen. Sciendum igitur, quòd psalmus decimu tertius de quo assumpta est scriptura secundum sensum literalem de Nabuchodonosor loquitur rege Babylonis & eius exercitu, vt dictum fuit ibidem, tamen secundum Tropologicum conuenienter allegatur de omnibus peccatoribus generaliter. & hoc modo allegat eam Apostolus hic. Sicut prima Corinth. decimo a. scripturam Exodi, allegat in sensu allegorico dicens:* Petra autem erat Christus. *Certum est, enim, quòd petra vnde fluxerunt aquæ in deserto non erat Christus historicè, sed tantum allegoricè, quia ipsum signabat. Dicit igitur Apostolus:* Scimus autem quoniam quæcunque. *scilicet Mosaica, sub qua continetur liber Psalmorum, accipiendo legem generaliter pro omnibus libris veteris Testamenti sicut frequenter accipiunt Iudæi.*

14 His qui sub lege sunt loquitur. *id est, Iudæis. Non tamen solum illis loquitur, sed etiã alijs gentibus. & sic potest intelligi autoritas primũ inducta. Vel aliter:* His qui sub lege sunt loquitur. *indefinitè, id est, gentilibus, qui erant sub lege naturali, & Iudæis qui erant sub lege Moysi, vt prædictum est.*

15 Vt omne os. *scilicet gentilis & Iudæi.*

16 Obstruatur, &c. *id est, quòd non habeat audaciam contra Deum loquendi.*

17 Et subditus fiat omnis mundus Deo. *tanquam eius gratia indigens ad consequendum salutem.*

18 Quia ex operib. le. *Mosaicæ vel naturalis.*

19 Non iusti. omnis ca. *id est, omnis homo.*

✱ Co

✱ AMBROS. Nõ ideo minimè iustificatos homines asserit apud Deum, quia legem iustitiæ non seruauerunt in præceptis, sed quia sacramentum mysterij Dei, quod in Christo est, credere noluerunt. Per hoc enim decreuit Deus iustificare hominẽ, non per legem, &c. A

In epist. ad Galat.

✱ AVGVST. Destruxit superbiam gloriãtem de operibus legis, quæ destrui & deberet & posset, ne gratia fidei videretur non necessaria, si opera legis etiam sine illa iustificare crederentur.

I. de gratia Christi contra Pelag. c. 31. & I. de spiritu & lit. c. 26.

✱ IDEM. Neque contra seipsum dicit, Factores legis iustificabuntur, tanquam per opera non per gratiam iustificetur, cùm dicat gratis iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis: nihilque aliud velit intelligi in eo quod dixit, gratis, nisi quia iustificationem non præcedunt. Apertè quippe alibi dicit, *Si gratia, iam non ex operibus.* Sed sic intelligẽdum est, *Factores legis iustificabuntur, vt sciamus* eos non esse factores legis, nisi iustificentur, vt non iustificatio factoribus accedat, sed factores legis iustificatio præcedat. &c. Cùm, verò dictũ est. *Factores legis iustificabuntur*, quid aliud dictum est, quàm, iustificabuntur? Factores enim legis vtique iusti sunt. B

a ¶ Deo. ¶ Etsi coram hominibus. b ¶ Ex lege non est iustitia, quia tantum cognitio peccati, non consumptio. c ¶ In aduentu Christi.

a corãm illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem 1

b ¶ i. in hac gratia. a ¶ Sine legis imperio vel auxilio. b ¶ Non hominis. c ¶ Non solum data. 2

c ¶ Non dubiè, sed miraculis. ¶ Domino cooperante, & sermonem confirmante. d ¶ Vt certius credant cæteri addit. ¶ Vel testimonium habens. 3

d sine lege, iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & pro- 4

a ¶ Dici iustitiam ex Deo esse. ¶ Hæc qua iustificamur. b ¶ A Deo. c ¶ Fides impetrat quæ lex imperat. 5 d ¶ Qua creditur in Christum iustificatorem impiorum. 6

e phetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes 7

a ¶ Vt magis propriè dicatur. ¶ Iudæos & Gentiles. ¶ Cælitus data. ¶ Verè in omnes. ¶ Iudæi & Gentilis. 8

& super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. 9

a ¶ Tam Iudæi, quàm Gentiles. b ¶ Vel in se, vel in Adam. ¶ Ante. ¶ Adhuc quotidie. c ¶ Iustitia, quæ est gloria Dei, quia per hoc gloriosus apparet Deus. ¶ Non sua. d ¶ Quia omnes peccauerunt, ergo.

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. † Iustifica- 10

f a ¶ Sine meritis. b ¶ Per gratuita dona. 11 c ¶ Vnde, non corruptibilibus auro & argento, sed precioso sanguine vnigeniti filij Dei. ¶ i. precium datum pro nobis. 12

g h ti gratis per gratiã ipsius, & per redemptionẽ quæ est in 13 14

- in cum

† Iustificantur autem

Aug. in epi. ad Galat.

a *Coram illo.* Qui intima videt, vtrum ex amore iustitiæ quid agatur, vel timore pœnæ. quod non vident homines.

Aug. lib. de grat. & lib. arbitrio. Peccatorũ cognitio varia. Gen. 39. d. Ibidẽ. 42. d.

b *Per legem enim.* Hic incipit de lege, vt ostendat iustitiam nõ esse ex ea. *Per le. enim. c. pec.* Non quòd prius prorsus nescirentur, sed quòd non impune futura apud Deum peccata. Quædã peccata ante legem cognoscebantur, vt cum apud Pharaonẽ Ioseph accusatus de crimine adulterij missus fuit in carcerem. Et fratres eius dixerunt, *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.* Quædam autem cognita sunt per legem quæ ante ignorabantur, vt concupiscentia & originale peccatum. Quædam etiam grauiora per legem cognita sunt quam ante putabantur.

August lib. de spiritu & litera.

c *Cognitio pecca.* Si cognoscunt & non cauẽt, præuaricatio est, & ita ira. C

Te-

d *Testifi. à le. & pro.* Quia lex eam multis sacramentis figurauit. Vel in hoc lex prohibet testimonium iustitiæ Dei, quia ea nemo iustificatur. Prophetæ, id prænunciando quod Christi impleuit aduentus. D

e *Iustitia au.* Non qua ipse iustus essentialiter, sed qua induit impium: quando misericorditer de infideli facit fidelem. *Iustitia. au.* Iustitia dixit, non misericordia. Vt cunque quod promiserat Deus in le. & prophe. *scilicet*, aduentum Christi reddidit.

f *Omnes enim peccauerũt, &c.* ✱ ANSELMVS. Verè non est distinctio Iudæi & Græci, quia omnes peccauerunt vel in se, vel in Adam. Quoniam lex siue in paradiso data, siue naturaliter insita, siue in literis promulgata, præuaricata est ab ipsis. *Omnes* ergo *peccauerunt*, & egẽt quotidie gloria Dei, id est, vt Deus magis magisque glorificetur in eis, tribuendo beneficia gratiæ suæ per remissionem quotidianorum delictorum, & multiplicationem virtutum. E

g *Egent glo.* idest, indulgentia & venia peccatorum.

August. lib. de spiritu & lit. cap. 9.

h *Gratis.* Non per legem, non per propriam voluntatem sed per gratiam Christi, quæ donum Dei est, donum autem maximum spiritussanctus est. Non tamen quòd omnino sine nostra voluntate fiat. Sed voluntas nostra ostẽditur infirma per legẽ: vt sanet gratia voluntatem, & sanata voluntas impleat legem, non constituta sub lege nec indigens lege huius gratiæ percipiendæ nulla præcedunt merita, quia meritis impij non gratia, sed pœna debetur, nec ista esset grata, si non daretur gratuita.

Ser. 15 de verbis Apostoli.

✱ AVGVST. Hãc iustificationem & habeamus, & augeamus, & perficiamus. Sed totum ex Deo, non tamen quasi dormientes, non quasi vt non conemur, non quasi vt non velimus. Sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei. Voluntas quidem non est nisi tua, iustitia non est nisi Dei. Esse potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuã &c. Qui fecit te, sine te, non te iustificat sine te. Ergo fecit nescientem, iustificat volentem. &c.

Pro-

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Coram illo. *i. vt sit acceptus Deo pro beatitudine consequenda.*

2 Per leg. enim co. pec. *supple fit, non tamen eius remissio, sed per gratiam Dei. Sed contra hoc videtur quod in Leuitico frequenter dicitur, quòd in oblatione sacrificij pro peccato. s. Orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei. Ad quod dicendum, quòd virtute illius sacrificij secundum se non dimittebatur peccatum, secundum quod dicitur Heb. x. a. Impossibile est sanguine taurorum auferri peccata, sed inquantum illud sacrificium erat quædam protestatio Christi passuri, quam protestationem cognoscebant maiores magis explicitè, minores verò implicitè, & sic virtute fidei Christi gratiam conferente. eo quòd eadem fides erat antiquorũ & modernorum, remittebatur & non virtute sacrificij. & hoc satis ostenditur ex modo loquendi cum dicitur,* Orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei, *quia ex fide & deuotione offerentium remittebatur peccatum.*

Diuisio

3 Nunc au si. le. iu. *Ostenso quòd consequutio salutis non erat nisi per fidem Christi, & hoc ex legis imperfectione. Hic consequenter hoc idem ostendit ex fidei Christi perfectione. Et diuiditur in duas, quia primò hoc facit ratione, secundò exemplo Abrahe. ca. iiij. Prima in duas, quia primò ostenditur propositum, secundò infertur corrollarium, ibi,* Vbi est ergo gloriatio. *Prima adhuc in duas, quia primò ostendit hominem iustificari per fidem Christi. secundò ponitur modus iustificandi, ibi.* Omnes enim. &c. *Circa primum fit talis ratio, Illud propriè iustificat quod facit dignum vita æterna etiam sine lege Mosaica. sed sic est de fide Christi quia Gentilibus eam recipientibus dabatur in signo visibili spiritussanctus: vt patet Act. x. g. de Cornelio & alijs Gentilibus cum eo existentibus, ergo, &c huius rationis ponit minorem, di.* Nunc au. sine lege iusti. Dei. *i. facit Deo acceptum & vita æterna dignum.*

Ma-

4 Manifestata est. *in Gentilibus spiritumsanctum recipientibus modo dicto. qui tamen legem Moysi non seruabant.* F

5 Testificata à lege. *idest, à libris Moysi, qui propriè dicuntur lex apud Hebræos. & Gene. xlix. b. dicitur de Christo, Non auferetur sceptrũ de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, Et in trãslatione Chaldaica quæ apud Hebræos esse autentica habetur. Donec veniat Meßias, & ipse erit expectatio Gentium, quia indifferenter Iudæis & Gentilibus dedit spiritumsanctum.*

6 Et pro. *Iohel. ij. g.* Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem. *idest, super omnem hominem Iudæum siue Gentilem. ideo concludit.*

7 Iustitia autem Dei. *idest, faciens, Deo acceptum.*

8 Per fidem Iesu Christi. *& dicitur.* super omnes. *quantum ad apostolos & alios primò credentes*, & in omnes, *quantum ad alios qui eandem fidem reciperent & recipient per prædicationem Apostolorum & succedentium doctorum.*

9 Non e. est distinctio. *inter* Iudæos *& Gentiles quantum ad iustificationem per Christi fidem loquitur Apostolus de fide formata charitate. quæ iustificat.*

10 Omnes enim. *Hic consequenter ostenditur modus iustificationis huius per causam formalem, efficientem, & finalem & temporis congruentiam, præmittitur tamen huius iustificationis necessitas: cùm dicitur,* Omnes enim p. *tam Iudæi quàm Gentiles.*

11 Et egent glo. Dei. *idest, gratia sui per quam appa et gloriosus. & subditur huius iustificationis modus cum dicitur.*

12 Iustifi. *igitur* gratis. *idem sine meritis nostris.*

13 Per gratiam ipsius. *formaliter.*

14 Et per redemptionem quæ est in Christo Iesu. *id est, per passionem eius efficienter, meritoriè tamen.*

✱ Quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Proposuit Deus propitia.* Ad hoc vt ostenderet se veracem in promissis, quæ ostensio necessario fuit non solum pro remissione præsentium, sed & eorum quæ præcesserunt in sustentatione Dei, Deo.s. patiente, & non puniente, tunc vt ostenderet in hoc tempore Christi quod nullo alio tempore fieri potuit, quòd ipse, scilicet, iustificat & saluat.

August. lib. de spiritu & litera.

b *Fidem in san.* idest, fidem passionis vel per fidem & per passionem, neutrum enim sine altero valet.

c *Propter remis.* Duplex effectus remissionis est, scilicet carere pœna, & frui gloria. primum habuerũt ante Christi mortem iusti, quia pœnã actualem non sentiebant. Sed post Christi mortem data est eis gloria diuinæ visionis: à qua differebantur Deo sustentãte eorum delicta.

Duplex remissionis effectus.

† Operum?

d *In sustentatione.* Patiẽter substinuit De⁹ peccata eorũ qui fuerunt ante legem, & sub lege, nõ puniuit, neque remisit, ita vt gloriam haberent, donec veniret qui delictatam præcedentium quàm subsequentium pretio sui sanguinis absolueret.

B

e *Exclusa est.* Vel exclusum. idest, manifestum est, [In quo debes gloriari, sed non in lege factorum, sed fidei, vt de gloratione laudabili dicat quæ est in domino, Et eam exclusam dicit. id est, vt emineret expressam. Vnde & exclusores dicuntur, quidã artifices argentarij. In qua significatione accipitur etiam illud in psal. vt excludantur. i. emineant qui probati sunt argento. idest, eloquio domini.

f *Iustificari ho.* Non quin credens post per dilectionẽ debeat operari, vt & Abraham filium immolare voluit. Sequuntur etiã opera iustificatum, non præcedunt iustificandum, sed sola fide sine operibus præcedentibus homo fit iustus, vt nõ magis sint iusti. qui opera legis timore fecerant, cum fides per delectationem operetur in corde etiam si foris non exit in opere. vnde & non meritis priorum operũ ad iustitiam fidei venitur, in quo Iudæi se præferebant. bona opera etiam ante fidem inania sunt, ita vt videantur esse magnæ vires, & cursus celerrimus præter viam. Bonum enim opus intentio facit, intentionẽ fides dirigit.

Gen. 22.b.

Gal.5.b.

g *Sine operibus.* præcedentibus, non sequẽtibus, sine quibus est inanis fides, vt Iacobus ait: *Fides sine operibus mortua est.* & ipse Paulus, *Si habuero omnem fi. ita vt m. transf. Ch. a. non ha. n.*

D Iaco. 2.d.

✻ AVGVST. Homines non intelligentes quod ait Apostol. *Arbitramur hominem iustifi. &c.* putauerunt eum dicere, sufficere homini fidem, etiam si male viuat, & bona opera non habeat.

1.Cor.13.a
l. de gratia & lib. arb. cap. 7.

a ¶ Nusquam alibi. b ¶ Christum. c ¶ Longe ante prædixit, vel palam omnibus posuit. d ¶ Misericordem. ¶ Passionis. e ¶ Sine qua nihil placet Deo.

Christo Iesu, quẽm proposuit Deus †propitiatorẽ per fidem 1

a ¶ Vt esset iustus in promissis.

in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remis 2

a ¶ Non tantum præsentium, sed &c. b ¶ Christi aduentum. c ¶ Quæ erant. d ¶ Supportauit peccata, non abstulit tunc, reseruauit vsque ad aduentum. f. 3 4

sionem † præcedentium delictorum, † in sustentatione Dei, ad 5

¶ Vt iustificet. a ¶ Saluationis. ¶ In promissis. ¶ Mortis Christi. b ¶ Aliter non posset ipse iuuare. 6

ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus &

a ¶ Qui credit in ipsum. b ¶ Non ex lege. c ¶ Quia ex fide sine lege est iustitia, ergo non potes gloriari o Iudæe.

iustificans eum qui ex fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio 7 8

a ¶ Ablata est, & attende per quid, non per laborem operum, sed per facilitatem, alias facultatem fidei.

tua? Exclusa est. Per quã legẽ? † Factorũ? Nõ. Sed p legẽ fidei. 9 10

a ¶ Quia fides iustificat. ¶ Ab auctoritate sua hoc ostendit. ¶ Nos Apostoli. b ¶ Quemcunque etiam Gentilem. 11

Arbitrãmur enim iustificari hominẽ p fidẽ sine operib⁹ legis. 12 13

a ¶ Arbitramur quemcunque ho. iust. per fidem: quod credendum, quia & gentium creator. ¶ Vt Iudæorum.

An Iudæorũ Deus tãtum? Nonne & Gentiũ? Imo & Gentiũ. 14

a ¶ Et verè vtrorumque. ¶ Q. cum aliis modis possem probare, hoc solum pono. b ¶ Cum vnus omnium iustificat omnes per eandem causam. 15

Quoniãm quidẽ vnus est Deus qui iustificat circuncisionem 16

Quod absit vt sentiret vas electionis, qui quodam loco, valere in Christo fidem, quæ per dilectionem operatur. Ipsa est quæ fideles Dei separat ab immundis dæmonibus. Nam & ipsi credunt & cõtremiscunt, sed non bene operantur. Non ergo habent istam fidem, ex qua iustus viuit, id est, quæ per dilectionem operatur, vt reddat ei Deus vitam æternam secundum opera eius.

† reconciliatorem
† preteritorum
† quæ tolerauit Deus

E

✻ IDEM. Iacobus vehementer infestus est eis, qui sapiũt fidem sine operibus valere ad salutem, vt illos etiam dæmonibus comparet. &c. *Dicit* etiam quia *fides sine operibus mortua est.* Quousque igitur falluntur, qui fide mortua sibi vitam perpetuam pollicentur.

l. de fide & oper. c.14.

Iac 2.

✻ IDEM. Quomodo iustificabitur homo per fidem sine operibus? Respondet ipse Apostolus. Propterea hoc dixi tibi ô homo, ne quasi de operibus tuis, præsumere videreris, & merito operum tuorum te accepisse fidei gratiam.

Præfat in ps.31.

✻ HIERONYM. Hæretici quanto plures fuerint, tanto magis delinquunt Deo, & gloriantur in populis, & per dulces sermones deuorant domos viduarũ. Cùm enim viderint aliquos delinquentes, aiunt, Nihil aliud quærit Deus, nisi fidei veritatem, quam si custodieritis, non curat quid agatis.

Com. in 4. c. Oseæ.

✻ IDEM. Abutũtur quidam hoc loco apostoli ad destructionem operum iustitiæ, solam fidem posse sufficere affirmantes: cùm tamen alibi dicat Apostolus, Si habuero omnẽ fidẽ, charitatem autẽ nõ habuero, nihil mihi prodest. Addendo autẽ hic, *operibus legis*, ostendit esse etiam gratiæ opera.

Com. in hũc locum.

✻ AMBROSIVS. Quomodo illi qui solum Patrem prædicat, spes nulla est si non profiteatur in eadem veritate & Filium, ita & huius spes frustrata qui solam professionem fidei habet sine bonis operibus.

Com in 2.c ad Titum.

☞ Ab- F

NICOLAVS DE LYRA.

C ✻ 1 Quem proposuit Deus. *qui est est causa efficiens nostræ iustificationis principaliter.*

2 Per fidem. *nos Deo coniungentem.*

3 In sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ. *scilicet finaliter. per hoc enim declarauit se iustum, quòd peccatum Adæ totam naturam humanam inficiens non reliquit impunitum.*

4 In sustentatione Dei. *Sustentauit enim patres in limbo sine pœna sensibili.*

5 Ad ostensionem ius. eius in hoc tem. *scilicet gratiæ in quo ostenditur sua iustitia, quæ facit dignum vita æterna.*

6 Vt sit ipse iustus. *id est manifestè appareat iustus.*

7 Et iustificans eum. *id est quemcunque credentem in Christo.*

8 [Vbi] est gloriatio. *Hic infert quoddam corollarium. secundò soluit obiectionem in contrarium, ibi,* Legem ergo. *Declaratum est, quòd iustitia Dei æqualiter dabatur conuersis ad fidem Christi de Iudaismo & Gentilitate, & ideo concludit Apostolus, quòd Iudæi non debebant Gentiles despicere, gloriando inaniter de legis obseruatione. Quod tamen faciebant in primitiua ecclesia, secundum quòd dicitur Actu. sexto. a.* Factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. *Ad hoc igitur reprimendum dicit Apostolus,* Vbi est ergo gloriatio tua? *O Iudæe qui inaniter gloriaris de lege.*

9 Exclusa est. *quantum ad ceremonialia, quæ tempore legis nouæ non sunt obseruanda, quæ erant mere figuralia. adueniente verò veritate tẽpore Christi cessat figura, Iudicialia verò exclusa sunt inquantum habebant vim obligandi in lege, illa tamen possunt de nouo institui in lege noua, quantum ad illa quæ regimini Christianorum videntur accommoda. Moralia verò manent, quia sunt de lege naturæ, quæ est immutabilis. & subditur modus dictæ exclusionis, cum quæritur.*

10 Per quam le. *facta est dicta exclusio.*

11 Factorum. *id est. per legem veterem, quæ in obseruantijs carnalibus existebat. q. d. non.*

12 Sed per le. fi. *idest, per legem euangelicam quæ spiritualis est, quod confirmat, dicens.*

13 An Iu. *Deus tantum, q. d. non.*

14 Imo. Gentium. *Finis enim correspondet principio. & ideo sicut Iudæi & Gentiles processerunt à Deo, sicut ab vno principio, ita reducuntur ad ipsum sicut ad vnum finem, quæ reductio fit per mediatorem Iesum Christum, ideo subditur.*

15 Quoniam quidem vnus est Deus. *scilicet, Gentilium & Iudæorum.*

16 Qui iustificat circuncisos. *idest, Iudæos circuncisos.*

✻ Ex

A ☞ a *Absit.* lex non destruitur, cum impleta secundum spiritum, cessat secundum literam.

b *Statuimus.* Quia ostendimus completum quod lex dicit, vel statuimus, id est firmamus, cum sine fide infirma esset, quia hic est gratia fidei qua lex impletur. Legis enim status firmatur, quia mystica & ceremonialia spiritualiter implentur, & quod minus in moralibus pertinebat, in euãgelio additur, & quod lex venturum promittebat, fides euangelij iam aduenisse testatur. Mystica ergo & promittentia in euangelio impleta. sunt secũdũ spiritualẽ intelligẽtiã. litera autẽ occidẽs tollitur.

D

† irritam facimus
† stabilimus

a ¶ Idem est ex fide & per fidem. b ¶ Immundos Gentiles. c ¶ Quia dicimus omnes iustificari per fidem.

ẽx fide, & præputium per fidem. Legem ergo † destruimus 1 2 3

¶ idest. moralia præcepta legis.

per fidem, Absit. Sed legem † statuimus. 4 5 6

2.Cor 3. b.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ex fide. *i. per fidem Christi, & non per circuncisionem.*

2 Et præputium. *i. Gentiles præputium habentes.*

3 Per fidem. *scilicet, eiusdem mediatoris Iesu Christi.*

4 Legem ergo destruimus. *Hic consequenter respondet Apostolus cuidam obiectioni. quia per hæc verba & similia imponebant sibi Iudæi, quòd destruebat legem Moysi per prædicationem fidei Christi: vt habetur Act. xxj. d. Hoc igitur remouet, dicens,* Legem ergo. *scilicet Moysi.*

5 Destruimus per fi. Christ. *dest, per prædicationem fidei Christi.*

6 Absit. Sed legem sta. *i. confirmamus quando enim aliquid est via & dispositio ad aliud, ad quod ordinatur sicut ad finem, si cesset sine habito, non propter hoc dicitur destrui: sed magis confirmari, quia virtualiter manet in alio meliori. sicut est de motu ad formam, quia cessat forma introducta & virtualiter manet in ipsa. Lex autem vetus fuit quædam dispositio ad nouam, & ordinata ad ipsam sicut quoddam imperfectum ad rem perfectiorem. vnde dicitur Ierem. xxxj. f.* Ecce dies veniunt, dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, &c. *& subditur.* Et ero eis in Deũ, & ipsi erũt mihi in populũ. *Et ideo lex vetus nõ destruitur, sed magis statuitur, quãtũ ad id in quo cessat simpliciter: cuiusmodi sunt ceremonialia. alia verò nõ sic cessãt, vt dictũ est.*

B

Ad maiorem dictorum & dicendorum intelligentiam quæritur hic Vtrum lex vetus suo tempore iustificaret. Et arguitur primò quòd sic Nam Leuitic. xx. b. dicitur, Custodite leges meas atque iudicia quæ faciens homo in eis viuet. *sed vita spiritualis hominis est per iustitiam. ergo &c. Item per circuncisionem tollebatur culpa originalis, sicut modo per baptismum, sed culpa non aufertur, nisi per gratiam, sicut nec tenebræ nisi per lumen. ergo circuncisio conferebat gratiã: quæ iustificat simpliciter. Item omnes moderni doctores tenent, quòd in circuncisione dabatur gratia, ergo &c. Contra Gal. iij. d.* Si data esset lex quæ posset iustificare, sequeretur quòd Christus gratis mortuus *esset. idest, sine causa, hoc est inconueniens, ergo & illud ex quo sequitur. scilicet. quòd lex vetus iustificaret.*

An lex vetus suo tempore iustificaret.

Circa quod præmittendæ sunt quædam distinctiones. Prima est de iustificatione. quæ potest accipi dupliciter. Vno modo propriè, & sic iustificatio est factio iustitiæ. Alio magis largè pro significatione iustitiæ. sicut vrina dicitur sana: eo quòd est sanitatis significatiua. Secunda distinctio est de iustitia, quæ potest etiam accipi dupliciter. s. vno modo perfectè, secundum quam iustificatur homo apud Deum. Alio modo perfectè: & sic iustitia est virtus politica. Tertia distinctio est de veteri lege. quæ distinguitur secundum præcepta moralia, iudicialia & ceremonialia. Si igitur loquimur de iustitia perfecta, sic solus Deus iustificat efficienter per habitum gratiæ, quam solus infundit Psal. lxxxiij. c. Gratiam & gloriam dabit dominus. *ipsa verò gratia iustificat formaliter. Si verò accipiatur iustificatio largè, sic tota lex vetus iustificabat, quia gratiam iustificantem per Christum dandam significabat. totus enim status illius legis fuit nouæ figuratiuus. j. Corint. x. c.* Omnia enim in figura cõtingebant illis. *Si autem accipiatur iustitia imperfecta, & lex vetus quantum ad moralia & etiam iudicialia, sic iustificabat effectiuè, inquantum per opera legis quæ iusta erant, acquirebatur habitus iustitiæ: & ille habitus acquisitus iustificabat formaliter. iustitia tamen politica, quæ non facit dignum vita æterna: quia opera talis iustitiæ sunt simpliciter opera humana, & per consequens ad consecutionem vitæ æternæ improportionata, quæ excedit facultatem hominis naturalem, secundum illud Isa. lxiiij. b.* Oculus non vidit, &c. *propter quod oportet quòd talis proportio veniat à Deo per habitum ad hoc specialiter infusum. Sciendũ tamen quòd moralia aliter iustificabãt politicè quàm iudicialia, quia moralia præcepta erant de operibus virtutum generaliter, & sic iustificabãt, iustitia pro omni virtute accepta, iudicialia verò erant de contractibus iustis inter homines, & sic iustificabant iustitia minus communi. Si verò accipiatur lex quantum ad ceremonialia purè quæ non continebant aliquid iustum secundum se sed tantum ex legis determinatione, sic lex non iustificabat nisi executiuè, & propter hoc de ceremonialibus dicitur à doctoribus, quòd non iustificabant nisi inquantum fiebant ex obedienda facientium.*

Iustificatio duplex
Iustitia duplex

E

Ad primum igitur dicendum, quòd pro tanto dicebantur præcepta legis custodientes viuere, quia per hoc euadebant pœnam mortis temporalis & corporalis. quæ per legem trãsgressoribus inferebatur in casibus multis, vt patet ex decursu illius legis. Ad secundum dicendum, quòd licet in circuncisione daretur gratia, hoc tamen non erat ex circuncisione, sed ex fide Christi venturi, quam habuit Abrahã, cuius fidei signum fuit circuncisio, sicut dicitur sequen. ca. b. & signum accepit circuncisionis signaculum fidei iustitiæ. quam fidem protestabatur se recipere suscipiens circuncisionem pro se si erat adultus, & per alium si paruulus. eadem enim fides fuit antiquorum & modernorum, sicut dictum est supra: licet modo magis sit explicita. & hoc modo dicunt doctores gratiam fuisse datam in circũcisione. Aliter autẽ datur modo in baptismo, qui habet efficaciã à passione Christi iã cõpletã in effectu, propter quod non solũ est signũ gratiæ in eo datæ, sed etiã causa efficiẽs, instrumẽtalis tamẽ, quia sacramẽta nouæ legis efficiũt quod figurãt. & sic patet ad quæstionẽ & ad argumẽta.

Quomodo in circuncisione dabatur gratia.

ADDITIO I.

In ca. iij. vbi dicitur in postil. Vt iustificeris in ser. tu.

Hoc quod dicitur: Vt iustificeris in sermonibus tuis, *non videtur bene exponi de Christo nascituro prout postil. exponit. Dato enim quòd Dauid fuisset æternaliter condemnatus, posset ex eo descendere Christus, qui ex multis descendit peccatoribus. vt patet in sua genealogia. Vnde prædicta verba melius videntur exponenda secundum Glo. quæ in eodem loco sic dicit, Precatur ergo Dauid vt parcat: & sic impleat quod promisit de venia ingemiscẽti, di.* Quacunq; hora peccator ingemuerit, omniũ iniquitatũ eius nõ recordabor. *q. d. ideo me munda,* Vt iustificeris in sermonibus tuis. *qui sunt de promissione veniæ ingemiscentis.* Et vincas. *i. conuincas eos qui dicunt quòd non parces mihi, eo quòd grauiter peccaui,* Cum iudicaris. *ab eis. hæc in glo. Et de hoc amplius in additione super illum Psal. vide ibi.*

C

Ezech.18.f.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in postil. Sciendum ergo quòd psalmus xiij.

Psalmus iste scilicet, Dixit insipiens. *de quo sumpta est scriptura hic allegata, ad literam propriè exponitur de Iudæo Christi in persona contemptore: sicut Glo. exponit ibidem. quæ quidem expositio magis concordat literæ, prout declaratum fuit supra in additiõe super illum Psal. vnde & Apostolus secundum sensum literalem hic intelligitur allegare. & ideo hoc quod dicitur hic, Sicut scriptum est, ad illud pertinet quod dixerat parum suprà.* Quid igitur præcellimus eos. *scilicet, Iudæi* Gentiles, Nequaquam. Sicut scriptum est. *Glo. de Iudæis, de quibus minus videretur, eo quòd sub lege Dei viuere videbãtur. & secũdũ hunc sensum Glo. continuat expositionem huius allegationis. vide ibi.*

ADDITIO III.

In e. c. vbi dicitur in Postill. Qui iustifi. circũcis. *i. Iudæos circũcisos.*

Per hoc quod dicit Apostolus circuncisionem iustificari ex fide, & præputium per fidem, secundum dominum Petrum de Tharantasia intelligitur, quòd in iustificatione Iudæi fides non solũ est terminus ad quem, sed etiam terminus à quo. procedit enim ex fide in fidem, vt dictum fuit suprà 1. c. in additi. sed in iustificatione Gẽtilis fides est terminus ad quẽ, nõ à quo. Et ideo circuncisionẽ dicit iustificari ex fide, & præputiũ p fidẽ.

ADDITIO IIII.

In e. c. vbi dicitur in Posti. & arguitur primo q, Leu. 18. a. di. Cust. l. m.

Pro parte affirmatiua huius quæstionis posset argui efficacius, vt habetur ex illo dicto Apostoli suprà, Rom. 2. b. vbi sic: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. *Ex quo patet, quod præcepta legis impleta iustificabant. Sed hoc argumentum soluitur à sancto* Tho. *in prima secundæ q. j. art. vlt. in cor. q. & in responsione ad primum argumentum. Sic Apostolus accipit ibi iustificationem pro executione iustitiæ.*

ADDITIO V.

In eo. c. vbi dicitur in postil. Alio modo magis largè pro iustificatione iustitiæ, &c.

F

Largè iustitia non solũ accipitur pro significatione iustitiæ, sed etiam pro dispositione ad iustitiam, sicut medicina dicitur sana, eò quod est dispositiua ad sanitatẽ. Et isto modo etiã lex vetus iustificabat, inquantũ disponebat ad gratiã iustificãtẽ per Christũ accipiendã. vnde Gal. 3. d. Lex pædagogus noster fuit in Christo, &c. *Tho. vt suprà in eod. artic.*

ADDITIO VI.

In eo. c. vbi dicitur in Postil. Si autẽ accipitur iustitia imperfecta, & lex vetus quantum ad moralia.

Per opera legis quæ iusta erãt, non acquirebatur habitus iustitiæ, nisi essent multoties iterata, vt in ij. Ethi. Cum iteratio nõ sit de ratione præcepti: ideo nõ videtur concedendũ simpliciter, quòd præcepta moralia iustificabant effectiuè, etiam loquendo de iustitia politica, nisi cũ hac additione, multoties iterata. sed bene cõceditur simpliciter, quòd iustificabãt secundũ executionẽ iustitiæ, inquãtũ cõtinebãt illud quod est secũdũ se iust. &c.

ADDITIO VII.

In eodem c. vbi dicitur in Postil. Si verò accipiatur lex quantum ad cæremonialia purè, quæ non continebant aliquid iustum.

Præcepta cæremonialia continebant iustitiam secundũ se in generali: prout. s. exhibebantur in cultum Dei. in speciali verò non continebant secundum se iustitiã, nisi ex sola determinatione legis diuinæ. Et ideo tãtũ ex deuotione & obediẽtia facientiũ iustificabant modo præd. Th. vt sup.

REPLICA. *In c. 3. Burg. opponit cõtra expos. Postil. circa id quod allegatur:* Vt iustific. in ser. &c. *Sed ipsius expositio corrigitur circa Psal.* Miserere m. D. s. m. &c. *In eo. c. Psal. 13. a.* Dixit insip. *allegati. Postil. exponit de peccatoribus generaliter. Burgens. autem eum restringit ad Iudæorum contemptorem Christi. sed hoc correctum est in allegato loco.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a Vid ergo di.✻ OECVMENIVS.Intumescebát Iudæi Abrahæ nomine, sempérque proferebát quod circũcisus esset.Hic ergo scopus est Apostolo ostẽdere,ipsum quoque non ex operibus, sed ex fide iustificatum esse. Ait: Quid ergo dicimus Abraham patrẽ nostrum secundum carnẽ inuenisse? quamve assecutus est iustitiam? Ostendit eã quæ est per fidem,vnde & illam vocat rem inuẽtam,quia nõ ex operibus eam nactus est, sed ex fide quæ Dei gratia confertur. Ac si dicat. Quum nostri supercilij ac iactantiæ summa sit in Abraham,considere mus quidnam possumus illum dicere inuenisse. Nactus est iustitiam ex fide, scriptura teste. *Credidit Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.* Opera siquidem habuit vt si cum hominibus qui cum eo versabantur, fuisset in iudicio constitutus: facilè iustificatus fuisset:verùm,vt coram Deo tanquam dignus & æqualis sese præbens dignitatis cum ea quæ inde præbebatur beneficentia ac dono, nequaquam fuisset illam assecutus.

Aug. in psa. 31

†quod gloriétur. †Gen 15.b. Galat.3.a. Iaco.2.d. †imputatũ. - secundum propositum gratiæ Dei.

CAP. IIII.

Quia nemo iustus sine fide.

QVID ergo dicemus inuenisse Abraham pătrem nostrum secundũ cărnem?
a ¶Quem imitari debemus. b ¶i.circuncisionem.
¶Tantum.
1 Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, hăbet † gloriam, sed non
a ¶De hac iustificatione. b ¶Quod est contra illud, qui gloriatur, in domino glorietur.
a ¶Sed habuit apud Deum. Nam script.di.Cre.Abr.&c.
2 apud Deum. Quid enim scriptura dicit? † Credidit Abra-
a ¶Dicenti, In semine tuo b.o.g.& alias, huiusmodi.
b ¶i.fuit ei sufficiens causa ad iustitiam,& est etiam aliis.
3 ham Dĕo,& † reputatum est illi ăd iustitiam. Ei autem qui
4 a ¶i.tempus habet operandi. b ¶i.iustitia. c ¶i.dabitur. d ¶Fidei tantum.
5 opĕratur, mĕrces non imputatur secundum grătiam, sed secundum debĭtum. Ei verò qui nõ operatur, credenti autẽ in
a ¶Operationis suæ. ¶De operibus. ¶Non habet tempus operandi, sicut Abraham habuit.
a ¶Christum. b ¶Gratis impio peccata dimittit. c ¶Quid. ¶i.sufficit.
d ¶Quam opera non meruerunt. ¶i.salutem.
6 eũm qui iustificăt impium, reputătur fidẽs eius ad iustitiã se-
7 ¶Sic decreuit Deus,vt cessante lege fides iustificet. ¶Dico ex gratia, sicut Dauid dicit. ¶Hic & in futuro.
8 cũdũ propositũ gratiæ Dei: sicut & Dauid dicit, beatitudinẽ
9

a b c d e f g

merces est ei,non est ex gratia,sed ex meriti sui debito.Illi verò qui non facit hæc carnalia vel aliqua bona, sed tantum credit,fides sufficit ad iustitiam,& ita attribuit alijs quod dixit Abraham.s. quòd si est iustus ex operibus, habet gloriam, sed non apud Deum,& ideo ex fide. D

e *Sed sec.de.* AVGVSTI.Non tibi blandiaris de meritis,cum tibi reddi mercedem secundum debitum operis audis, tanquàm nõ sit in opere gratia retribuentis, sicut in fide est gratia iustificantis. Vix enim suadeo vllum dici opus ex debito remunerationẽ Dei deposcere,cum esset hoc ipsum quòd agere aliquid possum⁹ vel cogitare vel proloqui,ipsius dono & largitione faciamus. Epist.105.

✻ AVGVST. Attamẽ teneamus fidelissimũ debitorem Deũ, quia tenemus misericordissimum Promissorem. Neque enim aliquid commodamus, vt teneamus eum debitorem,cùm ab eo habeamus quicquid illi offerimus, & ex illo sit quidquid boni sumus. Vnde ergo debitorem? quia promissor est.Non enim dicimus Deo,Redde quod accepisti, sed, redde quod promisisti. Conc.1. in psalm.32. E

✻ IDEM.Promissorum suorum nobis chirographum Deus fecit.Non debendo, sed promittendo debitorem se fecit, id est, non mutuo accipiendo.Non possumus ergo ei dicere, Redde quod accepisti:sed planè dicimus,Redde quod promisisti. Serm 31.de verb.dom.

✻ HAYMO.Ex humana consuetudine sumit exemplum,quádo operantibus secundum meritum damus mercedem,& nullam nobis agũt gratiam nõ operãtibus,si verò damus aliquod beneficium,non merces,sed gratia:ideoque gratiamur ab illis. Et est sensus.Si Abraham propter opera sua posset iustificari sine gratia Dei se præueniente,& sine fide quæ etiam gratis illi data est,non esset ei præmium iustificationis gratis datum, sed debitum esset,vel si alij Iudæi suis operibus fuissent iustificati, non essent vnde referrentur Deo gratiæ.

✻ IRENÆVS.Quia non per circuncisionem & sabbatũ iustificabatur homo,sed in signũ data sunt populo,ostendit quòd ipse Abraham sine circuncisione,& sine obseruatione sabbatorum credidit Deo,& reputatum est illi ad iustitiam. Lib.4.adue. hære.c.30.

Quòd superius hominem dixerat iustificari per fidem, ostendit per Abraham in quo omnes confidunt, qui & per fidem adeptus est iustitiam & promissionem & paternitatem.

b *Secundum car.*i.ex operibus legis. Q.dicimus quòd fuit iustus ex eis,non quia si ex carnali obseruatione est iustus, habet gloriam æternam:quæ ex iustitia sequitur à se, non à Deo. Vel hæc iustificatio est in opinione hominũ,& non apud Deũ. & si hoc est,tunc ex fide iustificatus est. quod probat. Quid enim.Q.Attendite, &c. Heb.6.c.

c *Credidit.*Credere sufficiens causa fuit ei iustitiæ, & est alijs, sed tamen qui habet tempus operandi, ei non dabitur merces secundum gratiam tantum, sed secundum debitum operationis suæ.sed ei qui non habet tempus operandi si credit,sola fides sufficit ad iustitiam, & ita ad salutem secundum gratiam propositam omnibus,vel secũdũ quòd Deus legẽ ante posuit. Aug.lib.16. de ciuit.

d *Ei au.*qui quasi dicat:Abraham est iustus ex fide: sed ei qui operatur illa carnalia, vel aliqua bona vt gratiam mereatur, si merces Aug.Tract. 72.& 82. in Ioannem.

f *Credenti autem in eum qui iustifi.* Non ei.Credit enim illi qui credit vera esse quæ ille loquitur,quod & mali faciunt. Credere illum est credere quòd ille sit Deus,quòd & diaboli faciunt. Sed credere in eum est illum credendo amare, credendo diligere,credendo in eum ire,& eius membris incorporari. Aug. in psa. 77.lib.de cogni.veræ vitæ. ca.37.& Tract. 54 in Ioannem. Credere Deo, Deum &in Deum.

g *Secundum propositum.*Q.sine operibus præcedentibus iustificatur impius.& hoc secundum propositum gratiæ Dei,idest, secundum gratiam Dei propositam omnibus credentibus, vel secundum quòd Deus longè ante posuit.

☞ Re-

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IIII.

✻ QVid ergò di.*Ostẽso per rationem,quòd lex vetus non sufficiebat ad salutem.hic consequenter idem ostenditur per exempla Abrahæ patriarchæ.Circa quod ostenditur primò quid consequutus sit per fidem Christi.secundò magnitudo suæ fidei,ibi,*Qui contra spem.*Prima adhuc in tres,quia primò ostenditur,quòd ex fide consequutus est gratiã iustificantem.Secundò credentium paternitatem,ibi,*Et signum. *Tertiò hæreditatis promißionem,ibi,*Non enim per legem. *Primum autem ostenditur dupliciter.Primò per scripturam.Secundò per rationẽ, ibi,*Ei autem.*Circa primum dicitur.* Diuisio

1 Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum se[cun]dum carnem.*Secundum carnem Apostolus descẽderat ab Abraham.sicut & cæteri Iudæi.secundum autem animam quæ est per infusionem,omnes immediatè sunt à Deo.& respondet ad quæstionem,dicens.*

2 Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.*quia talis iustitia est acquisita & politica,& sic reddit habentem honorabilem inter homines, sed non apud Deum,quia non facit eum æterna vita dignum. vt supra dictum est, & ad hoc probandum inducit scripturam, dicens.*

3 Quid enim scriptura dicit.*de Abrahæ iustificatione.*

4 Credidit Abraham Deo,& reputatum est illi ad iustitiam. *Ex fide igitur iustificatus est & non ex operibus legis.Hoc autem in scriptura habetur Genesis decimoquinto.b.* F

5 Ei autem qui operatur,merces non imputatur secundum gratiam,sed secundum debitum. *Hic ostenditur idem per rationem.Et diuiditur in duas,quia primò ponitur ratio.secundò rationis declaratio,ibi,*Sicut & Dauid.*Ratio enim talis est:Illud quod conceditur alicui sicut merces operanti, non traditur per viam gratiæ, sed per viã debiti.iustitia verò de qua est sermo, conceditur per viam gratiæ, ergo non propter legis opera.Maior huius rationis ponitur, cum dicitur,* Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam.*& subditur minor.* Diuisio

6 Ei verò qui non operatur.*legis opera.*

7 Credenti autem in eum.*quæ fides facit dignum vita æterna.*

8 Secundum propositum.*idest,secundum ordinem gratiæ Dei: & non secundum debiti ordinem. Ex ex hoc subintelligitur conclusio sequens.s.quòd dicta iustitia non ex operibus legis*

✻ IDEM. A duobus admissum est tam graue peccatum, vt in deterius eo natura mutaretur humana, etiam in posteros obligatione peccati, & mortis necessitate transmissa. Mortis autẽ regnũ in homines vsque adeo denominatũ est, vt omnes in secundã quoque mortẽ, cuius nullus est finis, pœna debita præcipites ageret, nisi inde quosdam indebita Dei gratia liberaret.

L. de Eccle. dogm. c. 39.

✻ IDEM. Si quis soli Adæ præuaricationem suam, non etiã eius propagini asserit nocuisse: aut certè mortem tantum corporis, nõ autem & peccatum quod mors est animæ, per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit, cõtra dicens Apostolo dicenti: Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, &c. *Ex hoc loco idẽ rursum contra Pelagianorum errorem euincit omnes paruulos etiam fidelium, originali peccato teneri, lib. 1. de peccatorum meritis & remissione, cap. 9. libro quarto contra duas epist. Pelag. c. 4. lib. 1. contra Iulianũ Pelagianum, c. 2. & lib. 6. ca. 12. Enchiridij ad Laurent. cap. 26. 46. & 51. & Sermone 14. de verbis Apostoli, &c.*

☞ a *In*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Per ipsum. *quia maius est peccatorem iustificare quàm ipsum à pœna liberare. & quia non solum per mortem Christi sumus liberati à pœna, sed etiam consequimur gloriam, ideo subditur:*

2 Si enim cum inimi. *per præuaricationem Adæ.*

3 Reconciliati sumus. *s. patri per mortem filij eius.* multò ma. re. *Deo patri.*

4 Salui erimus. *id est, in vita Christi gloriosa. ad talem enim vitã resurrexit. Et quia vita beata est in nobis quædam inchoatio per gratiã Christi mediatoris, ideo subditur:*

5 Non solum autem. *salui erimus in futuro.*

6 Sed & glo. in Deo. *etiam in præsenti.*

7 Per dom. &c. recõ. ac. *per cõsequens certã spẽ beatitudinis æternæ. & futuræ. Quoniam Apostolus hic facit argumentum à maiori. quòd si iustificati sumus per mortem Christi, multò magis sic iustificati salui erimus per consequutionem beatitudinis. Ex hoc patet intentio Apostoli: quòd maius est impium iustificare, quàm iustificatum glorificare, cuius ratio est, quia impius non potest mereri de condigno suam iustificationem: quia non operatur nisi secundum virtutem naturæ, quæ est improportionata respectu doni gratiæ. sed iustificatus per gratiam mereri potest de condigno vitam beatam, secundum illud Apostoli ij. Timoth. iiij. b.* In reliquo posita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius, &c. *Illud autem meretur aliquis de condigno, quod ei secundum viam iustitiæ est reddendum. Ratio autem huius est, quia valor operis meritorij non solum attenditur secundum quòd procedit ex libero arbitrio. quia sic non est meritorium vitæ beatæ, secundum quod dicit Apostolus Rom. viij. d.* Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, *quæ reuelabitur in nobis, sed etiã attenditur secundum quòd procedit a spiritusancto habitante in homine iustificato per gratiam, & mouente ipsum ad opus meritorium: quia se habet ad liberum arbitrium sicut sessor ad equum. & secundum hoc opus meritorium inquantum est à spiritusancto quo est infiniti valoris, meretur de condigno bonum infinitum, quod in beatitudine redditur obiectiuè.*

8 Propterea. *Hic ostendit nostræ iustificationis modum. Et quoniam opposita iuxta se posita magis elucescunt, & medicina per comparationẽ ad morbũ est disponenda, ideo donum Christi nos iustificans tractat Apostolus per comparationem ad peccatum Adæ: cuius est medicina eius opposita. Et diuiditur in duas partes, quia primò comparat vtrunque quantum ad differentiã, secundò quãtum ad conuenientiam, ibi:* Igitur sicut. *Prima in duas: quia primò describit peccati Adæ generalitatem. secundò doni Christi maioritatem, ibi:* Sed non sicut delictum. *Prima adhuc in duas: quia primò facit quod dictum est. secundò remouet obiectionem in contrarium, ibi:* Vsque ad legem. *Circa primum dicitur:*

9 Sicut per. *scilicet Adã.* intrauit peccatũ in hunc mundũ. *quia peccatũ eis imputatur omnibus ab eo descendẽtibus secundũ vim generatiuã. quia sic sunt mẽbra eius. propter quod vocatur peccatũ originale.*

10 Et per peccatum. *in pœnã huius peccati. quamuis enim corpus Adæ fuerit compositũ ex contrarijs, & sic naturaliter corruptibile: tamen per donũ originalis iustitiæ sibi datũ à Deo in sua conditione poterat non mori: quia si ipsum seruasset. mortem non incurrisset. Sed quia ipso peccante subtracta est originalis iustitia in pœnã sui peccati & per consequẽs incurrit necessitatem moriendi. quæ licet considerato corpore humano in se esset naturalis, tamen considerato statu hominis in sua prima conditione, facta est sibi pœnalis.*

11 Et ita in omnes. *quia qualis factus est per peccatum, tales descendunt ab eo per generationem.*

✻ 1 In

Sap. 2. d.

☞ a *In omnes homines.* Quia etiam ante legem, cùm non ita videretur lege non docente, imputabatur quidem peccatũ apud homines, sed apud Deum apud quem putabatur impune futurum, cum nesciretur iudicaturus: sed vbi lex data est, nouerũt Deum curare humana & iudicare. ante non imputabatur, sed regnauit mors securè, possidẽte homines diabolo pro impunitate credita vsq; ad Moysen. per quẽ rediit cognitio vnius Dei. Regnauit nõ mors: (& sic nõ, legitur est) sed in similes præuaricatori Adæ: qui neglecto Deo, creaturæ seruierunt, sicut ille loco Dei diabolo consensit. Tales erant ferè omnes vsque ad legem. Perpauci, vt Abraham, vni Deo seruierunt, & in eos non regnauit mors, qui sub spe seruati sunt in aduentu Christi liberandi. Libros qui aliter habent, dicit Amb. corruptos: qui dicunt mortem corporum etiam in cultores vnius Dei regnasse vsque ad Moysen: sed cur nõ vsque ad finẽ?

¶ Per vitiatam carnem genitos.
a in omnes homines mors pertransit,

BEATISSIMA DEIPARA VIRGO MARIA PRÆSERVATA FVIT A PECCATO Originali.

Comm. in hũc locum.

✻ AMBROS. CATHARINVS. Sermonem suũ ita temperauit apostolus, vt nihil prorsus adferat præiudicij aduersus veritatem illã, quam de immaculata virginis conceptione vnà cum Ecclesia sancta tenemus: nec verbis eius (si rectè intelligantur) possumus argui. Dicit enim peccatum intrasse in mũdum. Nos autem dicimus, hac mundi appellatione non comprehendi illam beatam Virginem, iuxta intellectum scripturarum, in quibus frequentissimè vox ista, mundus, significat gratia Dei vacuos. Vnde Dominus de discipulis ait: *Mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.* Quod ergo dedit discipulis dominus ex tempore, vt eos de mundo subduceret, hoc non dederit dilectissimæ matri suæ, ac sponsæ, vt nunquam cum iis, ab initio creationis illius qui essent de mundo, computaretur? Nec obstat quòd peccatũ & mors pari passu incedunt: nam non est huiusmodi ordo in apostolo, vt in quem mors intrauit, in eum quoque intrauisse peccatũ, sed econuerso: in quem peccatum, in eũ & mors. Alioqui & Christus mortuus est, & tamen non intrauit in eum peccatum, &c.

Ioa. 17.

In li. 1. sent. dist. 44. art. 3. resp. ad 3. arg.

✻ S. THOMAS de Aquino. Puritas intenditur per recessum à contrario: & ideo potest aliquid inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas b. Mariæ virginis, quæ à peccato originali & actuali immunis fuit.

Exposit. salut. Angel.

✻ IDEM. Maria purissima fuit, quantum ad omnem culpam: quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatũ incurrit.

Tractatu de corpore Christi.

✻ S. DOMINICVS. Sicut primus Adam fuit ex terra virgine & nunquam maledicta formatus, ita decuit in secundo Adam fieri, scilicet Christo: cuius terra, id est, mater virgo Maria nunquam fuit maledicta.

li 3. in Cantic. Cant.

✻ RVPERTVS. Columba iuxta fluenta residet. Tibi autem (ô Maria,) vel tuo pectori omne fluentum scripturarum quàm contiguũ est? Nunquam aduentus spiritalis accipitris tibi esse improuisus, nec te cõsequi, imò nec tibi appropinquare potuit.

li. 4. in Cantic.

✻ IDEM. Vterus tuus nulli viro, nulli carnali commercio accessibilis: & mens tua nulli vitio, nulli spirituali nequitiæ fuit vnquam penetrabilis.

li. de Conceptio. b. Mariæ virg. c. 1.

✻ ANSELM. Si Ieremias qui lugentibus erat propheta futurus, in vulua est sanctificatus: & præcursor Domini, Ioannes Spiritu sancto ex vtero matris est repletus: quis dicere audeat totius seculi propitiatorium, & vnici filij Dei dulcissimum reclinatorium, mox in suæ conceptionis exordio Spiritus sancti gratiæ illustratione destitutum?

Ibid. c. 3.

✻ IDEM. Ille assertor puræ veritatis, & à filio tuo iam in cælo presidente, vas electionis cognominatus, omnes homines peccasse in Adam fatetur. Vera vtique sententia, & cui contradici nefas esse pronuncio. Sed cùm eminentiam gratiæ Dei in te considero, sicut te non intra omnia, sed super omnia quæ facta sunt, inestimabili modo contueor: ita te non lege naturæ aliorum, in tua conceptione deuinctam fuisse opinor: sed singulari diuinitatis virtute & operatione ab omni adiunctione peccati liberrimam.

Ibid. cap. 4.

✻ IDEM. Qui diem b. Mariæ conceptionis tollit Ecclesiæ Dei, aut non attẽdit bene, aut attendere negligit, vel nescit bonũ quod inde procedit creaturę Dei, &c. Quia tãti meriti apud Deũ creatura es, vt mater eius dignissima fieri meruisses: sicut & ipse nõ tãtũ supercastus & mundus, sed & ipsa castitas ipsaq; munditia est: ita tu quoque illam ipsam munditiã de tua carne verũ hominẽ paritura eras, & munda præ omnibus esse debueras. Primordia itaque creationis tuæ merito filij sanctæ Ecclesiæ debent venerari: si casta, si sancta, si à peccati ruga illa credũt esse discreta. Quod cũ aliter credere nulli fas sit, erubescãt insensati, qui tantum diem tantáque mysteria & sacramenta tenebris ignorantiæ excæcati respuunt celebrare, &c.

li. de cõceptu virginali cap 18.

✻ IDEM. Decens erat, vt ea puritate qua maior nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus pater vnicũ filiũ ita dare disponebat, vt naturaliter esset vnus idẽq; Dei patris & virginis filius.

Inuocat. b. Mariæ.

✻ IDEM. O tu benedicta super omnes mulieres, quæ angelos vincis puritate, sanctósque superas pietate!

In Cantic. Cantic.

✻ HVGO à S. Victore. Tu singulariter electa, tu ineffabiliter sublimata, nulla tibi in gratia similis esse potuit, per quã gratia venit super oẽs filios hominũ. Super omnẽ gratiã, grã tua: super omne meritũ excellẽtia tua: eminẽtior cũctis sãctior vniuersis.

In Cantic. cantic.

✻ RICHARDVS à S. Victore. Nemo tã sanctus qui maculã non habuerit & defectum, præter ipsam Mariam. Hæc angelicam in terra adepta est puritatem, & Dei similitudinem in virtutibus & morum perfectione.

Serm. 44.

✻ PETRVS Blesensis. De massa carnis humanę quasi de quadam vniuersitate frugũ, in modum decimæ primitiuæ, Mariæ caro exempta & sanctificata est: & de illa sanctissima carne adhuc dignior quædam portiuncula electa est, quam sibi assumeret Verbum Dei.

Serm de natiuit. Dom.

✻ IVO Carnotensis. Quomodo matrem carnis suæ Dominus sanctificauerit, audiamus, vt inde lætetur Catholicus, immundus confutetur hæreticus. Omnẽ quippe næuũ tã originalis, quã actualis culpæ in ea deleuit: sicque carnẽ de carne eius sumens, eandem in diuinam munditiam transformauit.

li. Contẽpl. de b. Virg. cap. 1.

✻ IDIOTA. O Benedicta virgo Maria, benedicta es ante ortum, in ortu, & post ortũ: ante seculum, in seculo, post seculũ.

Ibi. cap. 2.

✻ IDEM. Tota pulchra es, non in parte, sed in toto: & macula peccati siue mortalis, siue venialis, siue originalis non est in te, nec vnquam fuit, nec erit.

Ibid. cap. 6.

✻ IDEM. Inuenisti virgo Maria, gratiam cælestem, quia fuerunt in te ab originis labe præseruatio, angelica salutatio, Spiritus sancti præuentio.

li. de perpet. virg. b. Mar.

✻ HILDEPHONSVS Toletanus. Quia natiuitas Mariæ tã solenniter colitur, constat ex authoritate Ecclesiæ, quòd nullis quãdo nata est subiacuit delictis, nec contraxit in vtero sanctificata originale peccatum, &c. Nullius natiuitas celebratur in mundo, nisi Christi, Mariæ, atque beati Ioannis. Nisi autẽ beata virgo in vtero matris sanctificata esset, minimè eius natiuitas colenda esset. Nunc autem quia ex authoritate totius Ecclesiæ veneratur, constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse, per quam non solum maledictio Euæ soluta est, verumetiam & benedictio omnibus condonatur.

In salut. angelic.

✻ FVLBERTVS Carnotensis. Aue Maria, electa & insignis inter filias, quæ immaculata semper extitisti ab exordio tuæ creationis, quia paritura eras Creatorem totius sanctitatis.

Serm de assumpt.

✻ PETRVS Damianus. Caro Virginis ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit: sed singularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.

In Martyrol.

✻ BEDA & VSVARDVS. Sexto idus Decembris, Conceptio sanctæ Mariæ perpetuæ virginis.

Serm. de dupl. nat. Christi.

✻ FVLGENTIVS. Primum hominẽ mulier corrupta mente decepit, secundum Virgo incorrupta virginitate concepit. In primi hominis coniuge nequitia diaboli seductam deprauauit mentem: in secundi autem hominis matre, gratia Dei mẽtem integram seruauit & carnem.

In 1. c libri 1. Reg.

✻ GREGOR. Papa. Mõs fuit beatissima virgo Maria, qui omnẽ electæ creaturæ altitudinẽ electionis suę dignitate trãscẽdit.

Orat. 1. de nat. b. Mar.

✻ DAMASCENVS. O beatos Ioachin lũbos, ex quibus semẽ omnino immaculatũ fluxit! O præclarã Annæ vuluam, in qua tacitis incremẽtis ex ea auctus atq; formatus fuit fœtus sanctissimus! O beatũ ventrẽ, qui viuũ cælũ, cælis ipsis latius peperit!

✻ IDEM. Ipsa πρὸ συλλήψεως ἁγνὴ, ante cõceptionem pura fuit.

In Martyrol. In liturg.

✻ CHRYSOST. Pro sanctissima, immaculata, super omnes benedicta, domina nostra deipara. Verè dignum est glorificare te deiparam & semper beatissimã, & penitus incontaminatam matrẽ Dei nostri, honorabiliorem Cherubin, gloriosiorem incomparabiliter Seraphin, quæ citra corruptionẽ Deũ peperisti.

Orat. de quinque hæres. cap. 5.

✻ AVGVS. Dicit tibi Manichæe, Deus creator hominis, filius hominis. Ego matrẽ de qua nascerer feci, ego viam meo itineri præparaui. Hãc quã despicis, mater mea est, sed manu fabricata est mea.

li. de natur. & grat cõt. Pelag. c. 36.

✻ IDEM. Excepta sancta virgine Maria, de qua propter honorẽ Domini, nullã prorsus cùm de peccatis agitur, habere volo quæstionem. Vnde enim scimus quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendũ ex omni parte peccatũ, quæ concipere ac parere meruit eũ, quẽ cõstat nullũ habuisse peccatũ. Hac ergo virgine excepta, si omnes illos sanctos & sanctas cũ hic viuerẽt, cõgregare possemus, & interrogare, vtrũ essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? An non, *Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est?*

Serm. de assump. apud Hieron.

✻ SOPHRONIVS. Bene gratia plena dicitur, quia cæteris

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A per partes præstatur, Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ. Quicquid in ea gestum est, totum puritas & simplicitas, totum gratia & veritas fuit, totum misericordia & iustitia, quæ de cælo prospexit: & ideo immaculata, quia in nullo corrupta. Verè hortus delitiarum, in quo consita sunt vniuersa florum genera, & odoraméta virtutũ, sicq; conclusus, vt nesciat violari neque corrũpi vllis insidiarũ fraudibus. Fons signatus sigillo totius Trinitatis, ex quo vitæ fons manat, in cuius lumine omnes videbimus lumen.

[† quatenus. † imputatur † est.]

[Epist. ad Eust.] ✱ HIERON. Propone tibi beatam Mariam, quæ tantæ extitit puritatis, vt mater Domini esse mereretur.

[In c.11.Isa.] ✱ IDEM. Virgam de radice Iesse sanctam Mariam virginem intelligamus, quæ nullum habuit sibi fruticem cohærentem: de qua & legimus: *Ecce virgo concipiet, &c.*

[li.2.in Luc.] B ✱ AMBROS. Non mirum si Dominus mundum redempturus, diuinam operationem suam inchoauit à matre, vt per quam salus omnibus probatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore.

[Homil de laud.b.Mar.] ✱ EPIPHANI. Pater præparauit virginem filio cælesti sponso, quam Pater dilexit, filius inhabitauit, Spiritus sanctus percupiuit. Virgo est lilium immaculatum, sublimior angelis facta est, superior ipsis Cherubim & Seraphim, placens Christo regi, à Deo in honore habita tanquam ancilla digna, & mater sancta, mater immaculata, &c.

[Ora de lau. sanct mat. Dei.] ✱ EPHREM Syrus. Intemerata, prorsusque pura Virgo deipara, domina gloriosissima & optima, sublimior cælicolis, purior Solis radiis & splendoribus, honoratior Cherubim, sanctior Seraphim, & nulla comparatione cæteris omnibus superis exercitibus gloriosior, &c.

[Epist. ad Epictetum.] ✱ ATHANAS. Idcirco gratia plena cognominata est, eò quòd adimpletione Spiritus sancti omnibus gratiis abundaret, & virtute altissimi obumbraretur, quam virtutem per omnia tempora conceptus etiam habuisse confido. Neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse, &c.

[In Psal. 10.] ✱ ARNOBIVS. Dominus in templo sancto, quod de immaculata Virgine suscepit, sedet in cęlis ad dexteram patris, & in cælo sedes eius.

[Hom. 1. in diuersos.] ✱ ORIGENES. Audite omnes filiæ Euæ, & lætamini. Audite quòd Virgo concipiet, non ex desiderio partum concipiens: quæ neque persuasione serpentis decepta est, neque afflatibus eius venenosis infecta.

[Serm de natiuit. Christi.] ✱ CYPRIAN. Non sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lacesseretur iniuriis: quoniam plurimũ à cæteris differens, natura communicabat, non culpa.

C

[In Liturg.] ✱ IACOBVS frater Domini: Commemorantes sanctissimam, immaculatã, gloriosissimã diuinã nostrã matrem Dei, & semper virginẽ Mariã, omnẽ vitã nostrã Christo commendemus. Dignũ est, vt te verè beatam dicamus, Deiparam, semper beatã, honorabiliorem quàm Cherubim, & gloriosiorem quã Seraphim, quæ sine corruptione Deum verbũ peperisti. Tibi ô plena gratiæ, vniuersa creatura gratulatur, angelorum cœtus, & homi-

a ¶ Merito per eum in omnes, quia causa mortis per eum in omnes. ¶ Etiam sub lege. b ¶ Scriptam vel naturalem. ¶ i. ante legem. c ¶ Quamuis non ita videretur.

a † in quo omnes peccauerunt. Vsque ad legem enim pecca- 1

b a ¶ i. in homine. b ¶ Apud homines quia cæci erant, non apud Deum, cuius iudicio qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. ¶ Apud Deum, sicut malis videbatur. 2

tum erat in mundo. Peccatum autem non † imputabatur 3

a ¶ Quæ peccatũ prohibet. ¶ Rationis in paruulo siue literæ in populo, qua arguente demõstraretur peccatũ. 4 b ¶ Corporalis. ¶ Animæ. c ¶ i. vsque ad legem per Moysen diuinitus promulgatam. 5

c cum lex non † esset. Sed regnauit mors ab Adam vsque 6

¶ Per quem rediit cognitio Dei.

a ¶ Non solum in eos qui per se præuaricando mortem meruisse viderentur, sed etiam in pueros: qui nihil à se meruerunt, præuaricando contra aliquam legem. 7

ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt in simi- 8

a ¶ i. similes præuaricatori Adæ. b ¶ Similitudo. ¶ Quantum Adam. c ¶ Christi. 9

d litudinem præuaricationis Adæ qui est forma futuri. 10

D & hominum genus, quæ es templum sanctificatum, paradisus spiritalis, virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, qui est ante secula, &c.

a *In quo, &c. Vsque ad le.* i. quia nec lex potuit auferre peccatum, sed auxit: siue naturalis, siue scripta: sed non imputabatur. i. ignorabatur: regnauit tamen vsq; ad Moysen. i. legem: quia nec ipsa potuit regnũ mortis auferre, quæ regnat dum nõ finit reatus ad vitam æternam venire, sed ad gehẽnam trahit. hoc regnum sola gratia Christi destruxit etiam in antiquis: præter quos in omnes regnauit: etiã in eos qui non sua propria voluntate peccauerunt, sicut Adam, sed originali tenebantur. vt pueri. *In quo.* AVG. Vt in materia non solum eius exemplo, & omnes ille vnus homo fuerunt. Vel, in quo peccato. Alia enim sunt peccata propria.

E ✱ AVGVST. Quã circũspectè, quã propriè, quàm sine ambiguitate dictum est: *In quo omnes peccauerunt.* Si enim peccatum intellexeris quod per vnũ hominẽ intrauit in mundũ, in quo omnes peccauerunt, certũ manifestumque est, alia esse cuique propria peccata, in quibus hi tãtũ peccãt, quorũ peccata sunt: aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt. Adiungit *Vsque ad legem enim peccatum in mundo fuit.* Hoc est, quia nec lex potuit auferre peccatum, quæ subintrauit vt magis abundaret, siue naturalis lex in qua quisque iam ratione vtens, incipit peccato originali addere & propria, siue ipsa quæ scripta per Moysen populo data est. *Si enim data lex esset quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia.* Quid est autẽ, *peccatum non imputabatur, &c.* nisi ignorabatur, & peccatum esse non putabatur? Neque enim à Deo tanquam non esset habeatur, cùm scriptum sit: *Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.* [l.1.de pecc. merit. & remiss.ca. 10.] [Gal.3.] [Rom 2.]

b *Vsque ad le.* vel Moysen. Includit: quia & tunc peccatum & mors. i. dãnatio. Et sic non est vsque, exclusiuum sicut in cæteris. *Vsque ad le.* Quia iam tunc datum est hominibus remediũ, quo possent liberari: sub qua tamen si essent similes præuaricationi Adæ, in eos mors regnaret: sed lex data est initio egressionis de Aegypto docens de vno Deo, ne regnaret mors: & cœpit in Iudæa primum destrui regnum mortis, nunc vbique. [Aug. lib. 1. de peccat. meritis & remiss.c.11. 12. 13. 14. 15. 16.]

c *Sed reg.* Non imputabatur sed effectus indicabat: quia mors corporalis regnauit quotidie per aliquas passiones, tãdem dissoluendo vsque ad Moysen, cũ minus videretur: *Sed reg.* Sciendum plærósque codices latinos sic habere: Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen in eos qui peccauerunt in similitudinẽ præuaricationis Adæ: vt in similitudinem præuaricationis Adę peccasse accipiant illos qui in illo peccauerunt, vt ei similes crearentur. s. sicut ex homine ita ex peccatore peccatores: ex morituro morituri, damnatóque damnandi.

d *Qui est for.* Adam est forma Christi: quia sicut ille est pater omniũ secundũ carnẽ, sic Christus secundũ fidẽ: & sicut ex latere illius formata est Eua, sic ex illius latere profluxerũt sacramenta, per quæ saluatur ecclesia. ideóque sicut ille communicare potuit filiis suis peccatũ & mortẽ: sic iste suis iustitiã suam & vitam, & etiam iste plus boni suis confert, quã ille mali: & ideo magis potest saluare quã ille perdere. hoc est: similes sunt F

☞ Christi

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 In quo. *scilicet Adam peccante.*

2 Omnes peccauerunt. *qui futuri erant membra ipsius.*

3 Vsque ad leg. *Hic remouet quandã obiectionem in cõtrariũ. quia posset aliquis dicere quòd peccatum non fuit ante legem Moysi, eo quòd peccatum sic diffinitur. quòd est transgreßio legis diuinæ. non potuit autem esse eius transgreßio ante dationem. ergo, &c. Sed hoc non valet: quia à principio fuit lex naturalis inserta mentibus humanis, vt ostẽsum est suprà c. ij propter quod eius transgreßio fuit peccatum. Tamẽ propter multiplicationẽ peccatorũ lex naturalis fuit offuscata, intantum quòd transgreßionem illius legis non reputabant peccata. erant tamen secundũ veritatem: quia erant contra rationis dictamen, & hoc est quod dicitur:*

4 Vsque ad legem enim pec. e. in m. *i. toto tempore ante dationem legis Mosaicæ, nec per legem desinit esse. propter quod ly vsque, non facit exclusionem temporis futuri, sed solum excludit carentiam peccati ante legem datam, licet non reputaretur. ideo subditur.*

5 Peccatum autem. *i. non reputabatur propter offuscationem legis naturalis. ideo vna causa dandi legẽ Mosaicã aßignatur à sanctis fuisse, propter legis naturalis offuscationem. Quòd autem peccatum fuerit ante dationem legis, ostendit per eius pœnam, quæ est mors, vt dictũ est. dicẽs:*

6 Sed regnauit. *tamen ly vsque, non excludit tempus futurum, sed tantũ carentiam mortis ante dationem legis, sicut dictum est de peccato.*

7 Etiam in eos. *i. in paruulos, qui non peccauerunt. peccato actuali, qui tamen sunt mortui.*

8 In similitudinem. *i. quia generati sunt similes ei scilicet destituti originali iustitia cum debito habendi eam.*

9 Qui. *scilicet. Adam.*

10 Est forma. *i. figura Christi, qui futurus erat tempore Adam, non autem tempore Apostoli. Sciendum autem, quòd Adam non erat figura Christi inquantum peccator. sed inquantum principium hominum in esse naturæ: sicut & Christus est principium eorum in esse gratiæ: & quia formatus fuit de terra diuina virtute. sicut & corpus Christi virtute spiritussancti de virgine Maria. Item quia de latere eius formata est Eua, sicut de latere Christi Ecclesia: ex quibus regeneramur in esse gratiæ, sicut ex Adam & Eua generatum est genus humanum in esse naturæ.*

✱ 1 Sed

☞ A Christi & Adam sed non delictum. i. non sic est efficax peccatum Adæ ad damnationẽ, vt gratia Christi ad salutationẽ. Quod est: non pares sunt causæ eorum, nec pares effectus causarum. Quod est ibi: & non sicut per vnum peccatum. Causa Christi est gratia abundans: Ex quo omnia bona homini, sine qua nihil habet boni. Causa Adæ est peccatum illud, cuius rei sunt omnes carnaliter geniti. Cætera peccata habent ex se multa, & sic ex illo originali sunt ad peccandũ magis proni. Et bene hęc causa Christi omnibus suis prodest, quia si causa Adæ omnibus suis nocuit, tunc & hæc potuit suis. Et hoc est: *Si enim in vnius delicto multi mortui sunt.* Effectus enim causę Adę, id est peccati quod intulit, est nõ omnis damnatio, sed quæ pro illo vno debetur. B sunt enim & ex mõstris additis aliæ dãnationes. Effectus donorum Christi est remotis omnib⁹ peccatis originalibus & actualibus, omnis iustificatio & vita ęterna. & bene hoc suis per vnum Christum, quia si illa per vnum Adam suis, tunc & hoc potuit. Adam dicitur futuri forma, quia iam tunc decreuit Deus mysterio per vnum Christum emendare, quod per vnum Adã peccatũ erat. vnde dicitur in Apoc. *Agnus occisus est ab origine mundi.* [† qui peccauit.] [Apoc.5 d.]

a *Sed non si.* Formata in hoc, quòd vnus emendat, vnus peccauit, sed causa Adæ non talis vel qualis Christi: quia vnum est delictum Adæ. quo multi. i. similiter præuaricantes mortui sunt, sed Christi gratia in plures: quia & in hos & in non similiter præuaricantes.

b *Si enim.* AMBRO. Mors regnauit, non regnat, quia qui per legem iudicio Dei noto timorem eius habuerunt, sublati sunt de mortis imperio. ante verò in similes Adæ præualuit. & si ibi regnauit mors, multo magis gratia regnare debet quæ in plures transit, & quæ vitam confert. Quod post dicit omnes similiter peccãtes, accipit Itẽ omnes credẽtes dicit. Nõ enim generalis dãnatio vel iustificatio in omnibus. Vnde postea ait multi.

C c *In gratia.* Gratiam dicit perfectionem virtutum, quæ in homine Christo.

d *Nam*

a ¶ Forma est, sed maius est donum Christi quàm delictum. ¶ Ad. b ¶ Hominis Adæ. c ¶ Vno quidẽ. ¶ i. Omnes filij sui. d ¶ Eius præuaricationem imitantes.

a Sed non sicut delictũ, ita & donũ. Si enim vnius delicto multi 1

b a ¶ Peccatores constituti. b ¶ Gratuitum donum, vel gratia. i. remissio peccatorum. 2 ¶ Abundans & maior est, & omnibus suis magis prodest. c ¶ Alia dona sancti spiritus. ¶ i. Per.

c mortui sunt, multò magis gratia Dei & donũ in gratia vnius 3

a ¶ Non comparatiue, sed absolute: tanquã diceret multos. Abũdans in plures i. in omnes filios trãsit. 4 b ¶ Quia & addita soluit. c ¶ Quia in vno Adæ similes ei damnati sunt. ¶ Fit.

hominis Iesu Christi in plures homines abundauit. Et non 5

a ¶ Fit. b ¶ Sed plus. c ¶ Dei. d ¶ Est procedens. e ¶ Originali. 6

d sicut per vnum † peccatũ, ita & donũ. Nam † iudiciũ ex vno 7

a ¶ Corporalis & æternę mortis, si non remittitur. c ¶ Non ex vno. d ¶ Procedit. 8 b ¶ Christi. e ¶ Non solum ignoscit, sed & iustificat. ¶ Hic. 9

in condemnationẽ. Gratia autẽ ex multis delictis in iustifica- 10

a ¶ Et hoc potest: quia etiam in vitã æternam ducit. b ¶ Quia. c ¶ Etiã si propria non adderẽtur. d ¶ Dissolutio animæ & corporis. e ¶ Etiam ante mortem passiones inferens. f ¶ Adam. g ¶ Quia maior vis est hic, quam sit in regno mortis.

e tionẽm. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnũ, mul- 11

f a ¶ Quia etiam propria soluuntur. b ¶ Remissionis. c ¶ Charismatum. d ¶ Bonæ operationis. 12

g to magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ acci- 13

a ¶ A Deo à se habentes. b ¶ Aeterna. c ¶ Aeternaliter in corruptione. d ¶ Quandoquidem Adam est forma Christi: igitur & quia maius est donum Christi, & plus confert. e ¶ Quàm digne.

h pientes in vitã regnabunt per vnũ Iesum Christũ. Igitur sicut 14

a ¶ Similiter peccantes. ¶ Transiens non immitatione, sed propagatione. 15 b ¶ Itum est ab homine. ¶ Vel processit sententia Dei. ¶ Corporis & animæ. 16

per vnius delictũ in omnes homines in condẽnationẽ, sic &

a ¶ Valentem. b ¶ Si ipsi velint. c ¶ Itum est ab homine. ¶ Vel processit sententia Dei vt prius.

per vnius iustitiã in omnes homines in iustificationem vitæ.

a ¶ Quæ est causa. ¶ Adæ.

i Sicut enim per inobedientiã vnius hominis peccatores con-

a ¶ Id est omnes sui, qui non Christi sunt. b ¶ Merito. ¶ Id est Christi.

k stituti sunt multi, ita & per vnius hominis obedientiam iusti

D d *Nam iudicium.* ✱ AVG. Potest rectè dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apostolo, Iudicium ex vno delicto in condemnationem.

e *Si en. vn. &c.* ✱ ORIGENES. Cũ dixisset Adã figuram fuisse Christi, figuram videlicet ex contrario (nam sicut ille hominibus fuit causa mortis, ita Christus hominibus fuit causa resurrectionis) quia hos probaturus est, non similitudinem tantum demonstrat ac figuram, sed etiam eũ qui erat in similitudinem excessum & abundãtiã. [† condemno.]

✱ THEOPHYL. Si comedisse à ligno vnum hominẽ, mortem fecit regnare, multomagis nos qui gratiæ cùm exuberãtiam tũ copiã & largitatem accepimus, & iustificati sumus, viuemus & regnabimus per vnũ Iesum Christum, cuius fratres, & concorpores, siue in eiusdem corporis vnitatẽ assumpti sumus. E

f *Per vnum regna. &c.* Quia quas vires in illo habuit, in omnes posteriores exercuit, quorum materia fuit: sicut & culpa eius solius fuit, quæ in omnes transfusa est.

g *Multo magis. &c. in vitam. &c.* quia æternaliter, quàm in eis regnauit mors, quia temporaliter & cum fine. [Aug. vbi su.]

h *Per vnius in. &c.* non quòd omnes geniti ab Adam, regenerentur per Christum sed sicut nullius carnalis generatio est nisi per Adam, sic spiritualis nullius nisi per Christum. Si qui essent præter Adam generati, & si qui pręter Christum regenerati, non diceret omnes & omnes. Sicut autem nullus homo præter illam generationem, sic nullus iustus præter istam. Eosdem post dicit multos.

i *Sicut e.* determinat delictum vnius & iustitiam vnius, vt sicut ille merito peccati perdidit, ita iste merito iustitiæ nos liberasse videatur.

k. *Ita & per vni.* Hominis ait, non Dei vel verbi fidem, ne putes antiquos iustos in solo verbo Dei. i. solius verbi fide sine fide incarnationis liberari.

☞ a *Lex*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sed non sicut. *Hic ostendit maioritatem doni Christi: & hoc in duobus. Primò quia peccatum Adæ fuit peccatum hominis puri: sed donum Christi est donum hominis Dei. & hoc est quod dicit:* Sed non sicut delictum ita & donum. *ratione dicta ideo non luditur vlterius.*

2 Si enim vnius delicto. *s. Adæ. & accipitur hic si, pro quia.*

3 Mortui sunt. *omnes enim posteri.*

4 Multo magis gratia. *id est, per gratiam singularis hominis deitati vniti in persona filij, ex qua vnione habet quandam efficaciam meriti infiniti.*

5 In plures abunda. *i. magis excedit in bono quàm peccatum Adæ in malo. Secundò ostenditur maioritas in effectu, quia infectio naturæ propter peccatum Adæ ex vno eius peccato processit, & vnum solum peccatum in posteros transmisit. s. peccatum originale, quod non potest multiplicari in vna persona. sed donum Christi iustificat à multis peccatis, scilicet à peccato originali & actuali: quod quidem actuale multiplicatur varijs modis in eodem homine & hoc est quod dicit:*

6 Et non sicut per. *scilicet Adæ, iniusti facti sunt alij.*

7 Ita & donum. *s. Christi, iusti constituti sunt multi, sed multo plenius. quod probatur cùm dicitur:*

8 Nam iudicium. *id est, sententia.*

9 Ex vno in condem. *aliorum. s. ex vno peccato Adæ transiit in alios, & causans in singulis vnum peccatum.*

10 Gratia autem. *Iesu Christi ex multis delictis in iustificationem habet effectum, sicut dictum est. Et quia gratia Christi non solum iustificat à multis delictis: sed etiam inducit ad gloriam, ideo concludit vltra:* F

11 Si enim in vnius. *scilicet Adæ.*

12 Mors regnauit. *id est, potestatem habuit super posteros.*

13 Multo magis, &c. *à Iesu Christo in baptismo.*

14 In vita. *scilicet beata.*

15 Regnabunt per. *scilicet Iesum Christum, per quem habemus introitum ad cæleste regnum. Dicitur autem hæc gratia baptismalis abundantia gratiæ, quia tollit pœnam & culpam. Et donationis, quia gratis datur. Et iustitiæ, quia facit dignum vita æterna.*

16 Igitur. *Hic Apostolus conuenientiam ostendit peccati & doni Christi. & primò quantum ad peccatum Adæ. secundò quantum ad peccatum superadditum in lege, ibi:* Lex autem. *Primum autem ostendit in duobus. Primum est, quia sicut per delictum Adæ alij sunt condemnati, sic per iustitiam Christi omnes sunt iustificati. & hoc est quod dicitur:* Igitur, &c. *& patet ex dictis litera. Nec valet contra dicta, si dicatur, quòd non sunt omnes iustificati per gratiam Christi: quia hoc non prouenit ex defectu gratiæ. sed ex defectu hominum eam depellentium. Secundum est, quia sicut per inobedientiam Adæ comedentis lignum vetitum posteri facti sunt iniusti: sic per obedientiam Christi in ligno crucis paßi, omnes sunt iustificati quantum ad sufficientiam: & hoc est quod dicitur:* Sicut enim per inobe. vnius. *& patet ex dictis litera.*

10 Gratia

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Lex aut.* Ostenderat Christum dimittere omnia peccata tam originalia quàm actualia, hic addit quòd & à peccato legis liberati i. præuaricatione, vt Iudæi Christo magis sint obnoxij.

In Psa. 102.

✠ AVGVS. Quare lege subintrante abundauit peccatum? Quia nolebant se homines confiteri peccatores, addita lege fuisti sunt & præuaricatores. Præuaricator enim nō est quisque nisi cùm legem transgressus fuerit. c Ergo quia hoc est in lege magnum mysterium, ideo eam datā vt crescente peccato humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanārentur. Istæ sunt viæ occultæ quas noras fecit Moysi, per quem legem dedit qua peccatum abundaret, & superabundaret gratia. Nō enim crudeliter hoc fecit Deus, sed consilio medicinæ. Aliquando enim homo videtur sibi sanus, & ægrotat: & in eo quod ægrotat, quia non sentit, medicū non quærit. Augetur morbus, crescit molestia, quæritur medicus. Lex data est vt gratia quæreretur. Gratia data est, vt lex impleretur. Neqs suo vitio nō implebat, sed vitio prudētię carnis: quod vitium per legē demonstrādum, per gratiā sanandū fuit.

L. sent. Prosperi.

B *Lex autem.* AMB. Dicit hic Apostolus quid peruenerit data legæ, nō quid fecerit lex. Data enim erat in adiutorium naturæ, vtcunque naturæ incerta sunt iustitiæ semina, vt sic exinde magis proficeret, sed populus vsum sequens plus peccauit, diabolo inuertente legem bonam in malum, contra quod Deus omnia dimisit.

Lex au. sub. Natis in peccatis datur lex ad domādā superbiā. Q. nō deest qui iubeat, sed deest qui impleat. quia in peccato nat⁹ implere non potest: ideo natus est Christus. i. grā quæ sanaret.

b *Vt abun. de.* Vt s. qui in sordibus erat præuaricādo magis sordesceret, vt mediocris pædagogum haberet, perfectus signum, & durus sentiret flagellum. *Vt abun. de.* Magnum Dei consilium fuit, vt per legē abundaret delictum, vt in austeritate legis suam intelligentes infirmitatem, infirmi ad medicum confugerent, & auxilium gratiæ, quærerent.

D

c *Vbi autem.* Agit hic de virtute gratiæ, & quanta efficit.

✠ AVGVST. Hoc ad originale homines addiderunt voluntate iam propria, non per Adam: sed hoc quoque soluitur sanaturq; per Christum, quia vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia.

li. 1 de pec. merit. & remiss. ca 15.

✠ IRENAEVS. Mōtiuntur omnes, qui cōtradicunt Adæ saluti, semper seipsos excludentes à vita, in eo quod non credant inuentam ouem, quæ perierat. Si autem illa non est inuenta, adhuc possidetur in perditione omnis hominis generatio. Mendax ergo is, qui prior hanc sententiam, imò hāc ignorantiam & cæcitatem induxit, Tatianus. Qui affectans magister haberi, hoc à semetipso adinuenit, tentans & subinde vti huiusmodi à Paulo assiduè dictis. Quoniā in *Adam omnes moriuntur*: ignorās autē, quoniā *vbi abundauit delictū, superabundauit & gratia.*

L. 3. ca. 39.

Luc. 15.

d *Supera.* Quia & gratia Christi etiam his proficit quos diabolus vincere non potuit: & quia peccatum ad tempus regnauit, gratia in æternum.

✠ AVGVST. Non peccantis merito potuit superabundare gratia, sed subuenientis auxilio: vt videret homo non tantum doctorem sibi esse necessarium, verumetiam adiutorē Deum, à quo eius itinera dirigantur: ne dominetur ei omnis iniquitas, & confugiendo ad opem diuinæ misericordiæ saluetur.

li 83. q. 66.

E

e *Si. re. pecc. in m.* Non addit, per vnum vel per Adam: quia non de illo solum agit quod ex Adam traxerunt homines: sed & de eo quod sua voluntate addiderūt. Sed cum dicit: Gratia regnet, addit, per Iesum Christum, &c. quia per eum non tantum originalis, sed & voluntariorum sit remissio peccatorum.

Aug. vbi su.

✠ CAP.

1 Lex autem. *Hic ostenditur conuenientia domi Christi & peccati tempore legis superadditi. Ad dationem enim legis sequitur ea est multiplicatio præuaricationis, vt dictum est supra, non tamen ex parte legis, sed hominum malitia, quæ nititur in vetitum: & quia cognitio peccati quæ fit per legem, aggrauat ipsum. Et sicut sub lege abundauit delictum, ita ex lege abundat gratia, inquantum Christus sub lege natus est secundum quod dicit Apostolus ad Gal. iiij. a.* At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factū sub lege, &c. *etiam attulit nobis plenitudinem gratiæ. & hoc est quod dicitur:* Lex au. subintra. *post offuscationem legis naturalis.*

C

2 Vt abund. de. *Iu vt, tenetur hic consequutiuè tantum per modum prædictum, non causaliter.*

3 Vbi autem abun. de. *sub lege.*

4 Superabun. & gra. *Per Christum sub lege factum. ideo dicitur Ioan. iij. c.* Quia salus ex Iudæis est.

5 Vt sicut re. pec. in mor. *id est, potestatem habuit deijciendi ad mortem æternam.*

6 Ita & gra. re. *Potenter nos inducendo vitam æternam.*

7 Per Iesum Chri. *Dei & hominum mediatorem.*

Ad maiorem intelligentiam dictorum de originali peccato hic aliqua breuiter sunt notanda. Primum est, quid sit originale peccatum. & quia priuatio cognoscetur per habitum, ideo primò videndum est, qui dicit originalis iustitia: cuius priuatio est originalis culpa. Est autem originalis iustitia quædam humanæ naturæ rectitudo, per quam corpus erat animæ subditum & vires inferiores rationi, quamdiu anima subdita erat suo creatori. Hæc autem rectitudo non erat ex principijs naturæ humanæ, cum corpus humanum sit naturaliter corruptibile, sed à Deo data in prima hominis conditione. secundum quod dicitur Eccle. vij. d. Hoc scio, quòd à principio fecit Deus hominem rectum. *Et quia iustitia est quædam rectitudo, propter hoc talis rectitudo naturæ humanæ bene iustitia vocatur. Et originalis, quia data est humanæ naturæ in sua prima origine. & quia per originem in posteros fuisset transfusa, si ab Adā fuisset seruata: ipse verò peccante iustæ fuit ab eo subtracta. & quia carentia perfectionis quæ debet inesse, culpabilis est in homine, cuiusmodi fuit dicta rectitudo seu originalis iustitia. ideo cuius carentia cum debito eam habendi dicitur peccatum originale, ita quòd debitum habendi est ibi formale. Secundum est quomodo peccatum Adæ posteris imputatur. & satis faciliter videtur quòd imputatur eis ad pœnam. Filij enim frequenter & iustè puniuntur pro peccatis parentum, sed difficilius est videre qualiter imputatur eis ad culpam. de cuius ratione est, quòd sit voluntaria, aliter non esset culpa. non potest autem ei voluntaria voluntate posterorum. Propter quod sciendum, quòd Adam non solum consideratur vt singularis persona, sed etiam vt totius humanæ naturæ principium: à quo alij descendunt tanquam à mouente per vim generationis, & efficiuntur eius membra. & ideo sicut homicidium manu factum dicitur voluntarium à voluntate quæ est in mente, sic suo modo carentia originalis iustitiæ in posteris dicitur voluntaria à voluntate Adæ: & quia accepit eam non solum pro se sed pro tota posteritate: ideo omnes posteri per vim generationis ab eo descendentes in eo fuerunt obligati ad debitum habendi eam. Cum igitur carentia originalis iustitiæ cum debito habendi eam sit culpabilis, vt dictum est. & ideo merito posteris imputatur ad culpam.*

Tertium est, qualiter contrahitur, quia peccatum solum est in anima, quæ non est ex traduce, sed est à Deo per creationem: quinon peccat eam infundendo, nec etiam parentes generando, nec possunt per consequens peccatum originale traducere. vt videtur maximè quando iuuenes baptizati, quia nullus dat alteri quod non habet. Propter quod dicendū, quòd generatio competit hominibus secundum esse quod habet ab Adam: quod est esse naturæ corruptæ: non autem secundum esse gratiæ quod habent per regenerationem baptismalem. generans autem inquantum huiusmodi generat sibi simile. ideo Adam generauit sibi similes in esse naturæ destitutæ originali iustitia, cum debito habendi eam. Et eadem ratione omnes posteri generant sibi similes cum tali defectu: quia descendimus ab Adam secundum carnem, non secundum animam, quæ est à Deo immediate. ideo originalis culpa in carne prouenit in animam sibi coniuncta. Sicut liquor bonus inficitur ex corruptione vasis in quo ponitur, sic & peccatum originale prouenit ex carne causaliter, sed tamen in anima est subiectiuè & formaliter. sicut infirmitas est in cibo corrupto causaliter tantum, quia non est infirmitatis susceptiuus: in corpore verò cibato formaliter est & subiectiue. Ex dictis patet, quòd obiectio de parentibus baptizatis non valet. quia sicut dictum est, non generant secundum esse gratiæ, & vt sunt membra Christi: sed secundum esse naturæ corruptæ, in qua sunt membra Adæ.

Quomodo contrahitur.

F

Peccatū originale in quo.

Quartum est qualiter peccatum originale per gratiam baptismi tollitur. Circa quod sciendum, quòd non est per hoc intelligendum, quòd rectitudo quæ fuit in Adam per baptismum reddat. quia baptizati rebellionem corporis ad animam, & sensualitatis ad rationem in seipsis experiūtur: sed hoc quòd per gratiam Christi tollitur debitum habendi dictam rectitudinem. & sic carentia dictæ rectitudinis non remanet, vt est culpa, quam formaliter sustinebat habendi illam rectitudinem, vt dictū est suprà. sed remanet tantum vt est pœna & virtutis exercendæ materia, contra passiones sensualitatis fortiter pugnando, & infirmitates corporis patienter tolerando, in quibus adiuuat gratia Christi in præsenti ad augmentum meriti electorum. In resurrectione verò finali reparabitur natura, quia resurrectio illa erit ad vitam immortalem per Christum, non immortalitate quæ fuit in statu innocentiæ, qua homo poterat non mori, sed immortalitate gloriæ, qua non poterit mori. sed cum Christo viuet in æternum.

Iustitia originalis.

Peccatū originale.

Quomodo posteris imputetur.

A

ADDITIO I.

In c. v. vbi dicitur in Postil. Vix enim pro iusto quis moritur. *Quod dicitur hic:* Vix enim pro iusto quis moritur: *exponitur sicut in glo. Vix. i. raro moritur aliquis etiam pro iusto. i. pro dilectione iusti & boni, sed um impio. Ideo raro dico forsitan potest inueniri quis. i. aliquis. qui audeat mori pro bono. q. d. sed difficile est inuenire qui hoc faciat. & sequitur:* Commendat autem suam charita. &c. *q. d. pro iusto vel bono vix moritur aliquis, sed Christus pro nobis peccatoribus mortuus est. Vnde in hoc Deus commendat suam charitatem, &c.*

ADDITIO II.

In eo. c. vbi dicitur in Postil. Sicut per vnum hominem. *s. Adam intrauit peccatum in mundum.*

In litera sic habetur: Propterea sicut per vnū hominem in hūc mundum peccatum intrauit. Vbi aduertendum quòd ly propterea *continuat dicenda his quæ dicta fuerunt in proximo: quod secundum Glo. sic intelligitur: Propterea per Christum iustitia & vita procedit in omnes, & per eius gratiam in regeneratos: quia per vnum hominem in hunc mundum peccatū intrauit, &c. & exponatur sicut in Postil. Sed circa hoc aduertendum est, quòd hoc quod Apostolus: præsupponit, s. quòd per vnū hominem. s. per Adam. intrauit peccatū & mors in omnes, negatur cōmuniter ab Hebræis, qui auctoritates nouæ legis venuunt accipere, di. quòd hoc non posset haberi ex libris ab eis receptis: sed hoc est manifeste falsum. Patet enim Gen. iij. d. quòd Deus condemnauit Adam propter peccatum transgressionis ad mortem. di. ibidē:* Puluis es, & in puluerem reuerteris. *quæ quidem pœna quantū ad mortem corporalem manifestè transiuit in posteros. sed quòd illud peccatū transisset in posteros etiā quo ad culpam, potest haberi clarè ex dictis apud eos valde autenticis. habent enim in benedictione sacramēti circūcisionis, quæ est communis apud eos, hæc verba meritò huius. s. sacramēti: Deus vitus pars nostra & protector noster præcepit erui carnē nostrā ab inferis propter fœdus suum quod posuit in carne nostra. Ex quibus quidem verbis quæ apud eos tamē autoritatis sunt, sicut apud nos ea quæ ab vniuersali ecclesia determinatur, manifestè habetur. q. per sacramētū circumcisionis eruebantur ab inferno. Et cum illud sacramentū dabatur in octauo die, vt Leu. xij. a.* Puer autem octo dierum nullo modo per peccatū actuale indigebat erui ab inferno, cū nōdum vsum liberi arbitrij haberet. *Restat ergo, quòd debebat erui à peccato contracto per originē. sed quòd hoc cōtrahatur ab Adam, habetur in multis locis in suo Thalmud. specialiter, in quodā libro super Gen. qui dicitur Bereschith Rabba. in ij. ca. super illud verbū:* Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creati sunt. *Quidam doctor eorum nomine Rabbi Salmai sic dicit: Omnes generationes quæ in sacra scriptura scribuntur, diminutæ sunt, præter duas quæ plenarie scribuntur. s.* Istæ sunt gen. cæ & ter. *Gen. v. a.* Istæ sunt generationes Pharas, Ruth vlt. d. *In quo nobis ostenditur, quòd licet in primordio creatæ fuerunt res. i. homines secundum plenitudinē suā atque perfectionē, tamen quando peccauit Adam primus, diminutæ sunt & corruptæ atque concussæ. Et vlterius non erunt reuerētia ad decentem dispositionem donec veniat filius Phares. i. Christus filius Dauid. de quo Ruth vlt.* Istæ sunt gen. Phares. *Hæc ille. Ad intelligendū tamen dicta sua sciendū est quòd multæ sunt dictiones in sacra scriptura, qua in Hebraica litera dupliciter scribuntur. Vno modo plene, & est quando interponuntur literæ vocales sufficientes ad syllabicandū dictionē prout sonat. Alio modo diminutiuè. & est quando non interponuntur tales literæ vocales, sed syllabicatur dictio per aliquas regulas & pūcta extra dictionem posita. Et quia* תולדות tholdoth *quæ in Hebræo significat generationes scribitur plenè tantūmodo in duobus locis. s. Gen. v. vbi suprà quod dictum est ante peccatū. & Ruth. vlti.* Hæ sunt generationes Phares. *quod dicitur de genealogia Dauid à quo Christus descendit. cæteræ autē* תולדות *scribuntur diminutè: vt cum dicitur:* Hic est liber generationis Adam, *Gen. v. a.* Et hæ sunt generationes Noe, *Gen. vj. b.* Et hæ sunt generationes Ismael, *Gen. xxv. b.* Et hæ sunt generationes Isaac, *ibidem. c.* Et hæ sunt generationes Esau *Gen. xxxvj. a. & sic de cæteris, idcirco prædictus doctor concludit quod dictū est. Si forte quis dicat, & ex tali variatione in modo scribendi non clarè sequitur intentum prædictū. Dicendū, q. mysteria veteri lege tradebātur sub velamine figurarum & signorū, ex quibus tacitè prudentiores aliquid intelligerent veritatis. quod in multis locis sacræ scripturæ coningit. Vnde & Apostolus dicit infrà in vl. c. d. quòd* temporibus æternis, *i. antiquis mysteriū s. Christi, erat tacitū. i. tacitè

Universidad de Deusto Biblioteca

A *diuinum ind tum est rationabilibus, sed etiam cunctis viuentibus, quibus tanquam naturalissimum inditum est generare sibi simile pro suæ naturæ conseruatione, vt dicit Arist. ij. de anima. Multo amplius hoc inditum est rationali creaturæ, vt in bonum suum tendat, & ad boni sibi necessarij conseruationem aspiret. Cum autem bonum & finis rationalis creaturæ sit felicitas, secundum philosophos & theologos. Homo enim secundũ beatum Aug. factus est ad Dei imaginem vt Deum intelligat, intelligendo diligat, diligendo fruatur, fruendo possideat: & hic est finis & beatitudo creaturæ rationalis, ad quam per naturam attingere non potest. In naturæ autem illius institutione non decuit Deum illam frustrare suo fine. habitum igitur iustitiæ originalis superaddit naturæ, vt quod natura ex se non posset, suffragio supernaturalis additamenti valeret. Hoc autem donum fuit datum naturæ pro tota natura conseruanda. Quod igitur naturæ per modum depositi per Deum fideicommissum fuerat, natura debebat. Quamuis igitur Adam per actuale peccatum illam iustitiam perdiderat, hoc naturam à debito habendi non excusat, quia non fuit fideicommissum ipsi Adæ pro Adam solum, sed pro tota natura. Et tali igitur principio legis naturæ surgit debitum habendi iustitiam originalem. non habens igitur culpabilis est, non culpa actuali quæ suppositi est, sed culpa originali, quæ est naturæ. Et hæc est sententia beati Aug. j. retract. ca. ix. Vnde patet ar. Burg. nihil valere. De hac materia scripsi latè ij. sen. a. di. xxx. vsque ad di. xxxiij. & ij. senten. di. iij. Præter hæc vide Scotum dist. xxx. secundi li. in solutione q. primæ pulchrè.* D

CAPVT VI.

Quid. ✲ THEOPH. Quia dixerat, Vbi abundauit peccatum, superexuberauit gratia, aliquis inferre potuisset, Deinceps ergo non desistamus peccare, vt gratia eo maior demonstretur. Isthuc ergo diluit, inquiens per inficiationem, Absit: quod in apertè absurdis facere consueuit. Deinde ratiocinationem ponit. Quoniam mortui sumus peccato per baptisma, mortui erga ipsum facti, vt non porrò obtẽperemus ei: quomodo igitur adhuc viuemus in ipso, vt affecti illi simus atque obediamus ei? Hinc discimus quod omnis sanè fidelis intermoritur, quantum ad peccatũ attinet, per baptisma: segniter autem agens illud denuò viuificat vt ipsi commisceatur: quemadmodum è diuerso virtuti deditus & sedulus hanc sibi mortem nunquam non retinet atq; conseruat, vt etiam plus millies peccatum imperet, ipse tamen veluti mortuus, nec audit nec obsequitur, &c. Sequitur. (B) († post hac.)

(Augu. li. de spiritu, & litera. ca. 16. supr. 5. d.) *Permanebimus.* Hoc peruersi accipiunt ex illo: *Vbi abun. de. su. & gra.* Hoc dicere est esse ingratos gratiæ. Et quia gratia viget, vbi delictum abundauit: non est permanendum in peccato, vt quidam æstimant pro maiori gratia. Non enim peccantis merito sed subuenientis auxilio superabundauit gratia, vbi abundauit delictum. Non ergo permanendum in peccato, sed potius debemus & possumus esse peccato quasi mortui & sepulti per ipsam gratiam & resurgere in iustitiam, & post in vitam æternam.

b *Mortui sumus.* i. liberati à peccato per baptismum, vt iam non dominetur in nobis per gratiam. Mori enim peccato, est liberari à peccato. (Mori pecca.)

c *Quomodo adhuc, &c.* Cum enim hoc præstiterit gratia, vt moreremur peccato, quid aliud facimus si viuimus in eo, nisi vt gratiæ simus ingrati? C

d *An ignoratis.* Mortui peccato quod fit in baptismo, non debemus ei iterum viuere, vt iterum mori sit ei necesse: quia in morte Christi. i. in similitudine mortis Christi, vt sicut semel mortuus est carne, & semper viuit, ita nos semel mortui malo per baptismum, semper viuamus bono. Vel in morte dicit: quia mors est causa huius purificationis.

CAPVT VI.

a Vid ergo dicemus? Permanebimus in 1

a ¶ Vere enim non est permanendum. ¶ Scilicet hoc iam habemus. ¶ Vel si.

peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui 2

a ¶ Quia. b ¶ Vt iam peccatum non dominetur nobis per gratiam Dei. c ¶ Qua ratione. 3

b enim mortui sumus peccato, quomodo

a ¶ Post tantum beneficium. b ¶ Reddemus vires hosti. c ¶ An mortui. ¶ Sæpe arguit illos de ignorantia. Q. non debetis ignorare.

c † adhuc viuemus in illo? An ignoratis 4

a ¶ Cuiuscunque conditionis. b ¶ Purificati à vitiis. c ¶ In institutione eius quæ est in nomine trinitatis, vel operatione Christi qui baptizat verè.

d fratres, quia quicunque baptizati sumus † in Christo Iesu, in 5

a ¶ Vere in baptismate sumus similes morti Christi, quia. ¶ Fide. 6

e morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum 7

a ¶ Ad similitudinem eius. b ¶ Ducti. c ¶ Peccatorum absolutionem. d ¶ Ad hoc sumus commortui & consepulti. 8

illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus 9

(† In Christum Iesum in mortem.) († De conse. di. 4. ca. propriè, in prin.)

e *Consepulti.* Quidquid gestũ est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectiõe, in ascensione, in sedere ad dextram, ita gestum est, vt his rebus mysticè non tantum dictis, sed etiam gestis configuretur vita Christiana. Attende singula Christi qui vixerat vetus homo secũdum pœnam, famem, s. & sitim & huiusmodi, nõ secundum culpam: hoc modo vetustatẽ finiuit & deposuit, vt dolorem crucis sustinens, sic haberet membra distenta & fixa, ne ad priores actus mouerentur, à quibus etiam sepultus quieuit, humanis subtractus aspectibus. exigens à nobis, vt vetustatem peccatorum cum dolore & gemitu pœnitentiæ deponamus: membra per continentiam & iustitiam confixa sint, ne ad priora mala redeamus, à quibus ita perfectè quiescamus, vt nec eorum visio, nec memoria habeatur: & non solum hoc à nobis exigit in sacramento passionis, sed etiam si volumus imitari efficit. E

✲ AVGVST. Cum respondetur paruulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, quia & ipsa responsio ad celebrationẽ pertinet sacramenti: sicut de baptismo Apostolus, Consepulti inquit, sumus Christo per baptismum in mortem. Non ait, sepulturam significamus, sed prorsus ait, consepulti sumus. Sacramentum ergo tantæ rei non nisi eiusdem rei vocabulo nuncupauit. (Epist. 23.)

✲ AMBRO. Quid est *in morte?* Vt quomodo Christus mortuus est, sic & tu mortem degustes. Quomodo Christus mortuus est (li. 2. de sacr. ca. 7.) F

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT VI.

Vid ergo. *Hic circa prædicta Apostolus remouet erroneum dictum. Et primò remouet errorem. secundò dictũ suum confirmat per rationem, ibi:* Qui enim mortui. *Circa primum sciendum, quòd ex hoc quod dixerat cap. præced.* Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, *imponebant ei pseudo apostoli, quòd dicebat permanendum esse in peccatis, sicut dictum est suprà iij. ca. Hunc autem errorem remouet dicens:*

1 Quid ergo. *sicut pseudo apostoli asserunt nos dicere.*

2 Absit. *quia peccatum ad gratiam per se non disponit, sed magis auertit. Quòd autem abundantia gratiæ sequitur post peccatum aliquando, hoc prouenit ex bonitate Dei qui elicit bona ex malis. non tamen semper elicit hoc ad bonum peccantis, sicut patet in damnatione malorum, ex qua Deus elicit augmentum gloriæ electorum.*

3 Qui enim. *Hic probat dictum suum per rationem, ostendens, primò, quòd in peccato non sit permanendum. secundò quòd virtuosè sit operandum. & hæ sunt duæ partes iustitiæ. s. declinare à malo, & facere bonum. secunda pars est ibi:* Liberati autem. *Prima in duas. Primò enim probat peccatum esse dimittendum. secundò docet dimittendi modum, ibi:* Non ergo regnet. *Circa primum ponit duas rationes cõnexas, ideo eas simul ponit & declarat. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd vita frequenter accipitur pro operatione vitæ, sicut intelligere & scire dicuntur vitæ. & ex hoc consequenter vita alicuius dicitur operatio in qua principaliter occupatur. sicut potare dicitur vita ebriosi & peccare vita peccatoris, & agere iustè vita virtuosi hominis. Item generatio vnius contrarij est corruptio alterius, & econuerso. Ex his format duas rationes ad dimittendum peccatum, tot aliter nos mouentes. Prima est: quia per baptismum mortui sumus peccato, & sic de vita peccati nihil amplius debet in nobis apparere. & hoc est quod dicitur:* Qui e. mor. su. pec. quo. a. vi. in il. *opera peccati exercendo. q. d. non decet. consequenter ostendit nos mortuos esse peccato di.*

4 An ignoratis. *q. d. non debetis ignorare.*

5 Quia quicunque. *id est, in fide Christi.*

6 In mor. ipsius ba. *i. per virtutem mortis eius, qua baptismus habet efficaciam.*

7 Consepulti enim. *i. assimilati Christo sepulto, quia sicut Christus sepultus fuit in terra, sic baptizatus mergitur in aqua.*

8 In mortem. *i. in similitudinem mortis respectu vitæ peccatricis. Secunda ratio est, quia mori peccato est nouæ vitæ inchoatio, in qua assimulamur Christo resurgenti. & ideo sicut Christus resurrexit ad vitam immortalem ita hic vita gratiæ non debet amplius in nobis interrumpi per culpam. & hoc est quod dicitur:*

9 Vt quomodo Christus surrexit à mortuis, &c. *id est, per potentiam gloriosam.*

A est peccato, & Deo viuit: ita & tu superioribus illecebris peccatorum mortuus sis per baptismatis sacramentum, & surrexeris per gratiam Christi. Mors ergo est, sed non in mortis corporalis veritate, sed in similitudine.

✲ OECVMENIVS. Quanquam enim baptisma mors non sit corporalis, peccatorum tamen mors esse dicitur. Quãdoquidem vbi baptizamur, fatemur nos mortuos esse mũdo: ac renũciasse peccato & diabolo.

a *Surre. à m.* Mors & resurrectio Christi etiã sacramenta sunt.

b *Nam si complantati &c.* ✲ OECVMENIVS. Similitudinẽ ostẽdere conatur inter nos & Christum. Si complantati siue participes facti sumus mortis. Ob hoc B autem complantatos dicit, quòd quemadmodũ corpus dominicum in terra sepultum, salutem mundo produxit, ita & nostrum in baptismate sepultum, nobisipsis iustitiã produxit. Metaphorica dictio est, *Complantati,* ab arboribus iuxta similitudinem sumpta, quæ simul ad se inuicem plãtatæ sunt, &c. Propriè autem vsus est tropo. Nam sicut planta aliquo tempore velut mortificationem quandam patitur, deinde protinus reuiuiscit ac reuirescit, ita & corpus dominicum ad breue tempus in sepulchro positum, inde repẽte effloruit: nos dum baptizamur etiam sepelimur, & quodammodo veluti plantæ in terra, ita & nos in aqua morientes, repente virentes nostrámque salutem pullulantes, ascendimus. Nam tres baptismi immersiones & emersiones mortem ac resurrectionem significant. Et vide Dei bonitatem. Morte quidem domini C quasi per similitudinem mortui sumus, resurrectionem autem verè participamus.

(De con di. 2. c. iteratur ca. quid sit sanguis. 17. q. 1. c. nuptiarum.) († De cõ. di. 1. c. sufficit. Cõcupiscẽtia triplex.)

a ¶ Longè remotus. b ¶ Verbum vel gratiam Dei. c ¶ Tam firmiter à vitiis resurgentes ad bona opera. d ¶ Positi.

a surrexit à mortuis per gloriam patris, † ita & nos in no- 1

a ¶ Per iustitiam fidei spem gloriæ. b ¶ De bono ad melius. c ¶ Q. ambulemus in nouitate vitæ quod possimus. d ¶ Ad similitudinem arboris.

b uitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus 2

a ¶ Si à veteri ritu remoti firmiter hæremus Deo ipso faciẽte, & similes sumus morti Christi. b ¶ Mox. c ¶ Vt ambulemus in nouitate vitæ. ¶ Christi. d ¶ Facti complantati similitudini. e ¶ Ostendit per quid liceat.

similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc

¶ Ambulemus in nouitate vitæ: nos dico ex Deo. a ¶ i. fomes & consuetudo peccati. b ¶ Qui ex nobis, non ex Deo. c ¶ Cum Christo. d ¶ Crucifixione Christi, ita debilitatus est. e ¶ Dominante ratione.

c scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt de- 3

d a ¶ i. omnia crimina quasi corpus & congeries. b ¶ Ita. c ¶ Non vt non sit, sed vt non cogamur seruire: quia iustificati sumus. 4 5

e struatur corpus peccati: vt vltra non seruiamus peccato. Qui 6

a ¶ Et verè non cogemur, quia iustificati: quia. b ¶ Peccato, vt non simus. c ¶ Iustus est & liber à peccato. d ¶ Si ita mortui sumus peccato, sicut Christus semel mortuus est pœnæ. Vel, Si commortui sumus Christo, id est, similes morti eius, sicut suprà dictum est, præter prædicta hoc habebimus, quia viuemus in æterna vita. 7

f enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mor- 8

tui sumus cum Christo, credimus: quia simul etiam vi- 9 10

a ¶ Tali vita quali & ipse. b ¶ Non alibi, sed ibidem cum eo. c ¶ Vel a.

g uemus cum illo. † Scientes, quòd Christus resurgens ex 11

a ¶ Longè remotus. b ¶ i. post hac. c ¶ Dissoluitur diuisione animæ & corporis. ¶ Aliqua passione.

mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non † do- 12

a ¶ Vere Christus iam non moritur, quia semel mortuus: semel, quia pro peccato tollendo: quod vna morte fecit, quæ ad hoc suffecit. ¶ Vel peccato. i. peccati similitudini. i. carni, in qua non est peccatum, sed similitudo peccati. ¶ Pro nostro tollendo.

h minabitur. † Quòd enim mortuus est peccato: mor- 13 14

a ¶ Mors non dominabitur in Christo, sed potius. b ¶ Ad similitudinem Dei patris. ¶ Sicut vita patris, ita & vita Christi nullam inquietudinem recipit. c ¶ Sicut Christus semel mortuus, ita peccatum in vobis, & non oporteat iterari. 15 16

i tuus est semel. † Quòd autem viuit, viuit Deo. Ita & vos 17 18

(† Ephe. 4. c. Col. 3. b.) († dominatur.)

(Aug. in epi. ad Galat.) c *Vetus homo.* id est, veteres actus sunt crucifixi, id est, mortui. *Quia ve. homo no.* Vetustas nostra & maledictio in duobus consistit, scilicet, in culpa & pœna. Christus autem sua simpla vetustate nostram duplam consumpsit. In sepulchro enim vno die & duabus noctibus quieuit: Per vnum diẽ simpla eius vetustas signatur, per duas verò noctes gemina nostra. vnde: Culpam nostram Christus deleuit præsentem, præteritam, & futuram. Præteritam remittendo, præsentem ab ea retrahendo, futuram, vt vitaremus gratiam conferendo, Pœnam quoque similiter consumpsit, gehennalem prorsus delendo, vt eam verè pœnitentes non sentiant. Temporalem verò non penitus quidem tulit: manet enim fames, sitis, mors, & huiusmodi: sed regnum & dominiũ eius deiecit, & in nouissimo penitus exterminabit. (Vetustas humana in duobus. Vide Augu. libr. 4. de de Trin. c. 3.)

d *Vt destruatur corpus peccati.* Carne, scilicet, spiritui subdita.

✲ THEOPHYLACTVS. *Vetus homo,* id est, malitia, *simul crucifixus est:* hoc est, perinde, vt corpus Christi in baptismate sepultus est, *vt aboleatur corpus peccati,* id est, ex variis partibus cõpositum vitium, ac tanquam vnum corpus sit peccatum: vel, corpus nostrum ad peccandũ procliue. Propterea infert, *vt ne porrò inseruiamus peccato.* Volo enim, inquit, ipsum esse mortuum, non vt excindatur planè vel destruatur, sed vt ne peccet corpus ipsum. D

e *Qui enim mortuus.* ✲ OECVMENIVS. Hoc est. A peccato liberatus est, seséque in libertatẽ asseruit. Quidã autem de baptismate hoc accepẽrũt, in quo consepulti sumus Christo, eo quod nõ sit aliud baptisma, sicut nec Christus iterum postea mortuus est, cui consepulti sumus, simulq; resurreximus.

f *Si autem mortui sumus.* Si autem in nouitate vitæ ambulauerimus, sanè etiã resurgemus, sicut Christus ex mortuis resurrexit. Resurrectionẽ enim prædicat. Si mortui sumus cum Christo, sicut certè mortui sumus per baptismum: credimus, quòd etiam viuemus cum ipso, videlicet beata illa ac immortali vita, quæ post resurrectionem erit. Quod dicit, credimus, adhortationis est & consilij. E

g *Scientes quod Christus.* ✲ AVGVST. Vnus resurrexit iam non moriturus. Resurrexit Lazarus, sed moriturus: resurrexit filia archisynagogi, sed moritura: resurrexit filius viduæ, sed moriturus: resurrexit Christus non moriturus. Audi apostolum, *Christus resurgens, &c.* Talem spera resurrectionem, & propter hoc esto Christianus, non propter fœlicitatem terræ huius. (In Psa. 126.)

✲ ORIGENES. Si enim iterũ moreretur, qui commoriuntur, & conuiuent ei, iterũ cõmorienti commorerentur. Idcirco absoluta sententia definit apostolus quod Christus iam non morietur, vt & hi qui conuiuent ei, de æternitate vitæ securi sint. F

✲ OECVMENIVS. Indubitatũ esse oportet, quòd Christus amplius nõ morietur, propterea enim mortuus est, vt mortem cassaret. Et in tantum, inquit, non morietur, vt illud quoque quod semel mortuus est, non tanquam morti obnoxius id passus est, sicut cæteri homines: sed ob mundi peccatum, vt illud de medio auferret.

h *Quòd enim mor. est peccat.* ✲ AVGVSTIN. Sacramentis baptismis Apostolus commẽdat, vt quomodo ille semel moriendo similitudini peccati mortuus prędicatur, ita quicunque fuerit in illo baptizatus, eidem rei cui illa fuit similitudo moriatur, id est, peccato: & viuat à lauacro renascendo, sicut ille à sepulchro resurgendo. (Lib. de baptis. ij ar.)

i *Ita & vos.* Quidquid supra dixit esse hominibus per gratiam Christi, hic Romanis attribuit.

a Non

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. *sine interruptione mortis culpæ.*

2 Si e. complantati sumus si. *quasi dicat per mortem Christi sumus euulsi de peccato tanquam de terra mala, & plantati in terra gratiæ bona cum Christo.*

3 Scientes, quia vetus homo no. *id est, conuersus peccator.*

4 Simul crucifixus est. *vt vltra non viuat tali vita: sicut nec Christus vltra passibili vita vixit.*

5 Vt de. cor. pec. *id est, congeries peccatorum sicut Matt. 6. c. dicitur:* Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit, *id est, tota congeries operum tuorum, vt ibidem dicit glo.*

6 Vt vltra non seruiamus peccato. *nos ei subijciendo.*

7 Qui enim mor. est *id est, configuratus morti Christi per baptismũ.*

8 Iustificatus est à pecca. *quia baptismus delet pœnam & culpam.*

9 Si autem mortui sumus, &c. *id est, eius morti configurati.*

10 Credimus quia simul. *vita gratiæ, quia corruptio vitæ veteris est inchoatio nouæ.*

11 Scientes, quòd Christus. *quia surrexit ad vitam immortalem.*

12 Mors illi vltra non dominabitur. *damnatis mors gehennæ, licet non moriantur corpore.*

13 Quòd enim mortuus. *scilicet, Christus.*

14 Peccato. *id est, pro peccato tollendo.*

15 Mortuus est semel. *Vnica enim mors Christi sufficit ad tollendum omnia peccata præterita, præsentia, & futura.*

16 Quòd autem viuit. *scilicet, Christus.*

17 Viuit Deo. *id est, vita diuina. Inquantum enim Deus vita diuina est sibi naturalis, & inquantum homo est sibi communicata. Igitur ex prædictis concludit.*

18 Ita & vos existimate vos mor. *per totalem dimissionem culpæ.*

1 Viuentes

☞ a *Non ergo.* Quia suprà dixit nos mortuos esse peccatis, & non debere viuere in eo, cum nemo sine peccato: determinat à quibus maximè est cauendum, quasi concludat quod suprà quærebatur: Permanebimus in peccato.

A

In Psal. 30.

✻ AVGVSTINVS. Non dixit, non sit, sed *non regnet.* Inest peccatum cum delectaris: regnat, cùm consenseris. Ex quadã parte hæres Deo, ex quadam parte delectaris seculo. Illud quo delectaris seculo pugnat aduersus mentẽ, quę cohæret Deo. Cohæreat, non deficiat, non se dimittat, magnũ adiutoriũ habet. Vincet quod in illa sibi rebellat, perseueret in pugnãdo.

† 50. di. c. pōderet. in fin. De cō dist. 4. c. non ex quo quisque. §. hoc meminisse.

In Psal. 75.

B

✻ IDEM. Quid est, *non regnet?* Ipse exponit. Ad obediẽdũ, inquit, desideriis eius. Non tu obedis desideriis tuis, nõ sequeris illa desideria, non illis cõsentis. Est ibi peccatũ, sed iam amisit regnum quando iam non in te regnat peccatum.

Aug. in Psal. 55. & 75.

b *Obediatis concupi.* Concupiscentia aliquando nomẽ est fomitis. s. vitij innati. Aliquando actus interioris, qui est etiam in primo motu, qui dicitur propassio: & in secundo, qui dicitur delectatio: & in tertio, qui dicitur consensus. Hic non prohibet cõcupiscentiã, quę est in primo motu, quia non est in potestate nostra quando surgat: sed Dei gratia cõpescere possumus, ne vsq; ad delectationẽ & cõsensum perueniat, quod prohibet.

c *Sed neque exhibeatis.* ✻ THEOPHYL. Vbi sunt Manichæi qui corpus natura dicunt prauum? Armorũ enim hic nomine censetur: arma verò indifferentia sunt & media inter vitium & virtutem. Sic militi ensis est instrumẽtum pro ciuibus, prædoni contra ciues.

C

✻ HAYMO. Membra corporis nostri ad hoc facta sunt, & sensus dati, vt nobis necessaria procurent & Deo militent. Si autem inclinamus aures ad audiendum declarationem de proximo, verba otiosa, & carmina meretricum: si aperimus oculos ad concupiscendam mulierem: si malam famam ex nobis diffundimus: si delectamur in odoribus meretricum: si os aperimus ad loquendam blasphemiam in Deum vel proximum: si extẽdimus manus ad rapinam: si dirigimus pedes ad effundendum sanguinem, tunc membra nostra exhibemus arma militantia peccato & diabolo, &c.

D

a ¶Virtutibus.
existimate vos mortuos quidẽ esse peccato, viuẽtes autem 1
a ¶In honore Dei. b ¶Et hoc opere Christi. alibi nulla spes. c ¶Quia ita mortui estis peccato. d ¶Etsi fit. e ¶Fomes peccati.
a Deo in Christo Iesu domino nostro. † Non ergo regnet pec- 2
a ¶Ens. ¶Iam vestri iuris. b ¶Per peccatum. ¶Quod fiet immortale in futuro, si non regnet peccatum, vel quod per hoc peccatum regnauerit, moriturũ est in æternũ. c ¶Consentiendo & operando. d ¶Etsi cupitis ex infirmitate. 3
b catum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscen- 4
a ¶Sed nec concupiscatis, quod est exhibere & habilia facere mem. quæ tunc sunt arma. b ¶Quibus impleantur. 5
c tiis eius. Sed neq; exhibeatis corpora vestra arma iniquitatis
a ¶Concupiscentiæ. b ¶Habiles facite. c ¶Quod potestis, quia viui, debetis. qui mortui eratis. d ¶Vitiis & peccatis. e ¶Virtutibus. 6
peccato, sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuen- 7
a ¶Etsi implere non potestis, vel velitis: quo habiles eritis & præparati. b ¶Quibus iustitia impleatur. c ¶Exhibete quod leuiter potestis. 8
d tes, et membra vestra arma iustitiæ Deo. Peccatũ enim vo- 9
a Vt olim solebat. b ¶Quæ non iuuabat c ¶Quæ refrigerat & iuuat. 10
bis non dominabitur. Nõ enim sub lege estis, sed sub gratia. 11
a ¶Terrente. 12
¶Hac fiducia.
e Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, 13
a ¶Bene promittente. b ¶Non debetis peccare sed benè operari, quoniam, &c. c ¶Affectatis. 14
f sed sub gratia? absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis 15
a ¶Vt pronos. b ¶Consentiendo & operando. c ¶Ad eius voluntatem cogemini quadam necessitate, quam impertitur consuetudo ad eius voluntatem. d ¶Postquam obedistis etsi non ante cum primum exhiberetis vos. 16 17
vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, si- 18
a ¶Ducentis. b ¶Peccatum maius, vel æternam pęnam. c ¶Iustitiæ ducentis ad maiorem iustitiam, vel æternam vitam. d ¶Eius estis cui vos datis. Ego autem ago gratias de eo quod cum primum tales, modo non estis. 19 20
g ue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Gratias 21 22

d *Peccatũ enim vobis.* ✻ AVGV. Sub lege enim positis non sub gratia dominabitur peccatum: à quo non fit homo liber lege, sed gratia. Non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt quos reos facit iubẽdo, nõ adiuuando. Gratia quippe adiuuat vt legis quisq; sit factor: sine qua gratia sub lege positus, tantummodo erit legis auditor.

Li. de gratia & lib. arb.

E

e *Quid ergo?* Q. Quia lex à Deo, peccat, qui eam dimittit pro gratia. *Quid ergo? Peccabimus.* Quia non sub lege, quę terret, sed sub gratia, quę bene promittit: quid ergo? peccabimus? Hoc quidam, qui legem quasi coherentem vel coercentem prædicant, & tenendam.

f *An nescitis quoniam, &c.* Ne Deum profitentes verbis, facti simus diaboli, præmonet nos esse seruos eius cuius voluntatem facimus.

✻ THEODOR. Cui seruire volueris oportet ei iubenti te parere. Non enim fieri potest, vt duobus dominis simul seruias. Repugnat autem ex diametro iustitia & peccatum.

g *Gratias autem Deo, &c.* Et eorum mutationem ostendit, & quàm sit ei hoc gratum aperuit, Deo hymnum offerens. Eratis enim inquit, serui peccati: vestra autem sponte liberáque animi voluntate illius dominium excussistis, & spiritalem doctrinam amplexi estis.

F

☞ a *Formam*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Viuentes autem Deo. *id est vita gratiæ.*

2 In Chri. Ie. do. *i. per Iesum Christũ tanquã per mediatorẽ nostrũ.*

3 Non ergo. *Postquam induxit nos ad dimittendum peccatum: hic consequenter docet dimittendi modum. Et diuiditur in duas: quia primò describitur modus huius dimissionis, secundò, ostenditur nobis possibilis, ibi:* Peccatum enim. *Modus autem vitandi peccatum, est per repressionem fomitis. ideo dicit:* Non er. re. p in ve. *ita, quòd ad eius impulsum statim moueamini ad opus perficiendum.*

Diuisio.

4 Vt obe. con. e. *Ideo enim est ordo peruersus: quia appetitus sensitiuus debet obedire rationi.* Sed ne. exhi. mem. ve. *i. non aptetis ea ad malum. Sicut enim per frequentem actum carpentarij quædam fit impressio artis in manu artificis, aptans eam ad rectè & faciliter percutiendum, sic ex frequentatione operũ mali fit quædam impressio in membris corporis, aptans ea ad malè operandum. Et dicit.*

5 Iniquitatis. *propter quædam peccata, quæ sunt contra Deum.*

6 Peccato. *quantum ad ea, quæ sunt in proximum vel in seipsum.*

7 Sed exhibe. vos Deo. *id est, aptate vos ad seruiendum ei.*

8 Et memb. ve. ar. iu. *i. instrumenta ad iustitiæ opera, per frequentationem enim boni operis fit impressio in membris corporis, per quam redduntur promptè mobilia ad opus bonum.*

9 Peccat. e. *Hic consequenter ostenditur dictus modus nobis possibilis. Et diuiditur in duas. primò ostenditur propositum, secũdò soluitur argumentum ad oppositum, ibi:* Quid ergo. *Circa primũ sciendum, quòd repressio fomitis est nobis possibilis, quia per gratiã Christi possumus vitare omne peccatum mortale, carẽtibus autẽ hac gratia non sic est possibile: quia licet non sit necessariũ eos peccare cõtinuè, tamen non possunt diu vitare peccatum mortale. Cuius ratio est, quia sicut existentes in gratia nõ possunt omnino vitare peccatum veniale, eo quòd sensualitas in eis non est totaliter subdita rationi, sic in carentibus gratia ratio non est subiecta Deo: & ideo nõ possunt diu stare quin incidant in peccatum mortale: Maximè in repentinis in quibus agit homo secundũ habitum & finem præconceptum. Gratia autem sic Deo coniungit, & inclinationem fomitis diminuit, quòd habens eam vitare potest omne peccatum mortale, & hoc est quod dicitur:* Peccatum enim, *id est, fomes inclinans ad peccatum.*

Diuisio.

10 Vobis non domina. *sicut dominatur carentibus gratia ratione dicta, ideo subditur.*

11 Non enim sub le. estis. *s. Mosaica, quæ gratiam non conferebat.*

12 Sed sub gratia. *scilicet, Christi, cuius sacramẽta gratiã cõferunt.*

13 Quid ergo? pecc. *Hic remouetur quædam obiectio quæ posset fieri contra illud dictum Apostoli: Non sub lege, sed sub gratia. Peccatum enim est transgressio legis diuinæ. Si igitur absoluti sumus à lege, per consequens ab eius transgressione, vt videtur: & sic habemus libertatẽ agendi contra legem, & hoc est quod dicitur:* Quid ergo? Peccabimus? *agendo liberè contra legem.*

14 Quoniam non sumus sub lege. *& respondet di.*

15 Absit. *quasi dicat, Nõ valet obiectio: quia tempore nouæ legis manent præcepta moralia, eo quòd sunt de dictamine rationis rectæ: propter quod non sumus absoluti ab eorum obligatione, ideo subditur.*

16 An nescitis. *quasi diceret, scire debetis.*

17 Quoniam cui exhibetis vos seruos. *ad eius nutum.*

18 Serui estis eius. *hoc est per se notum.*

19 Siue peccati. *id est, cuius seruitus ducit ad mortem gehennæ.*

20 Siue obeditionis. *præceptis diuinis.*

21 Ad iu. *hic obtinendam, & in futuro vitam æternam ideo subdit.*

22 Gratias autem Deo, quòd fuistis serui pecca. *sed modo non estis. Gratiæ enim non sunt agendæ de peccati commissione, sed de eius dimissione.*

✻ 1 Obedistis

☞ a *Formam doctrinæ.* Nostra doctrina est forma, quæ imaginem Dei deformatam restituit.

A

Tractat. 41. in Ioan.

b *Liberati autem à peccato, &c.* ✻ AVGVSTINVS. Non dicat Christianus, liber sum, in libertatem vocatus sum: seruus eram: sed redemptus sum, & ipsa redemptione liber effectus sum, faciam quod volo, nemo me prohibeat à voluntate mea, si liber sum: sed si ista voluntate peccatum facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad liberè peccandum: sed vtere ad non peccãdum. Erit enim volũtas tua libera, si fuerit pia: eris liber, si fueris seruus, liber peccati, seruus iustitiæ.

† serua ipsi

c *Humanum dico propter infirmitatẽ.* Hactenus ostendit apostolus non esse peccandum: Hic dicit quid deinceps sit agendũ, vt, scilicet, seruiatur iustitię, de qua nullus est, qui possit se excusare, quia nullus est, qui nõ possit benè operari, saltẽ voluntate: quod idem est per gratiam.

B

a ¶Aliquando & modo non. b ¶Per hoc serui facti iustitiæ. i. Christi. c ¶Nunc. d ¶Non specie tenus. ¶Animi iudicio, quia per naturam: non per legem, voluntate, non timore.
autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex 1
¶Tendentes. a ¶Euangelij. b ¶Formam. ¶Alias qua. c ¶Non per vos, sed gratiæ Dei. d ¶Per hoc. ¶Per alium.
a corde in eam formam doctrinæ, in quam † traditi estis. Libe- 2
b a ¶Fomite ne regnet. b ¶Consentiendo & operando. c ¶Et ideo leue quoddam. ¶Quia plus debetis iustitiæ quàm peccato. 3
c rati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. † Humanum 4
a ¶Maiora deberem dicere, si possetis ferre, sed parco infirmitati. b ¶Quæ est ex carne. c ¶Quia hoc inhumanum. 5 6
d dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim ex- 7
a ¶Præparauistis voluntate duce. b ¶Quæ vestri iuris essent si velletis. c ¶Operando. d ¶Carnis, quæ corpus inquinat. ¶Vt luxuriæ. e ¶Etsi corpus non inquinet, animam tamen corrumpit.
hibuistis membra vestra † seruire immunditiæ & iniquitati 8 9
a ¶Iniquitati dico ducenti ad consummationem mali. b ¶Similiter. c ¶Cum sitis liberati à peccato. d ¶Præparatæ. e ¶Quæ vestri iuris. f ¶Operando.
e ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra serui- 10
a ¶Ducenti. b ¶Ad consummationem boni. c ¶Ideo est seruiendum iustitiæ. ¶Cum peccatum dominaretur vobis. 11 12
re iustitiæ in sanctificationem. † Cùm enim serui esse- 13
a ¶Caruistis domino iustitiæ. b ¶Et fuit fructus vnde erubescatis, & finis mors. ¶Maiorem turpitudinem in hac vita. ¶Q. malum. 14 15
f tis peccati, liberi fuistis iustitiæ. † Quem ergo fru- 16
a ¶Turpitudinibus peccatorum. b ¶In quorum memoria. c ¶Cum sanæ mentis estis. 17
g ctum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? 18
h a ¶De fructu quæro, nam de fine patet. ¶Exitus vitæ & actuum. b ¶Vnde: Computruerunt iumenta in stercore suo. ¶Æterna. c ¶Ita tunc. d ¶Cum conuersi estis. e ¶Cuius tunc serui. f ¶Tunc liberi iustitiæ. 19 20
i k Nam finis illorũ mors est. Nũc verò liberati à peccato, serui 21

✻ THEODORETVS. Natura adhortationem metior. Scio enim, quæ in mortali corpore mouẽtur animi perturbationes.

✻ ANSELMVS. Id est, quod potestis portare dico, quòd non excedat vires humanitatis & fragilitatis vestræ, sed quod satis complere potestis: & hoc facio propter infirmitatem, id est, debilitatem & fragilitatem carnis, id est, carnalitatis vestræ, quia video vos adhuc esse debiles secundum carnem, & ideo humanè vos instruo.

d *Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire, &c.* AVGVSTT. Si non plus, vel quantum tunc, ne fides quasi aspera & importabilis fugeretur.

Sicut tunc nullus timor coegit, sed libido voluptásque peccati duxit, sic modo delectatio iustitiæ adultæ, etsi nondum perfectæ. vnde dixit: Humanum.

e *Ita nunc.* quia plus etiam deberet amari iustitia, quàm tunc fuit iniquitas, vt pro iustitia toleret homo dolores, & contemnat omnia, etiam mortem.

✻ THEODORETVS. Per hæc quoq; ostendit corpus non esse accusandum, sed quæ eum malè ducit, mentem. Nihil autem à nobis quod non præstari possit, exigit: sed, vt quæ peccato exhibuimus, ea sola iustitiæ præbeamus.

C

Epist. 144.

✻ AVGVSTINVS. Quid est autem, sicut illud, ita & hoc, nisi quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido voluptásque peccati, sic ad iustè viuendum non vos supplicij metus vrgeat, sed ducat delectatio charitásque iustitiæ?

D

✻ IDEM. Quando peccabatis, delectabimini in peccatis vestris: timor vos adducebat ad peccandum, an suauitas peccati? Respondebitis suauitas. Ducat vos ad recta facta suauitas & dulcedo iustitiæ. Amate iustitiã quomodo amastis iniquitatem. Digna est iustitia, quæ à vobis impetret, vt exhibeatis illi quod exhibuistis iniqtati: hoc est, humanum dico, hoc infirmitas vestra tolerare adhuc potest.

Serm. 17 de verb. Apost.

† traducti.

f *Liberi.* Libertas serui est, quãdo eũ peccare delectat, quod est ex libero arbitrio. Liberaliter seruit qui voluntatem domini libenter facit, sic & iustitiæ liberè seruit, qui amat, qui lętatur.

† 47. dis. ca. omnes. 33. 4. t. requisiti.

A gust. in Enchirid.

† Ioan. 8 c.

g *Quę ergo fructum.* Hęc rememoratio facit priora abhorrere, & magis obnoxios gratiæ.

E

† Esa. 1. g.

h *Erubescitis.* AVGVSTIN. Est enim quædam temporalis confusio, scilicet, perturbatio animi respicientis peccata sua, & respectione horrentis, & horrore erubescentis, & erubescendo corrigentis.

In Psal. 30.

i *Finis illo. m.* quia mors est digna retributio pro peccato: sed vita æterna, quæ est finis iustorum, sola gratia datur per Christum, quia & merita ex gratia, & reddetur gratia pro gratia.

✻ OECVMENIVS. Quæ vobis, inquit, erat vtilitas veteris malitiæ? Nulla adeo, vt vos etiam illius pudeat. Peccatum enim res est adeo mala, vt vbi quis fuerit liberatus, ob ipsum rubore suffundatur.

✻ HAYMO. Romani antequam ad fidem domini venirent, omnibus vitiis & turpitudinibus seruiebant, quod etiam turpe est dicere, & sunt in hac epistola superius cõmemorata. Venientes autem ad fidẽ erubescebant non solum facto, sed etiam recordatione eorum, vnde volens eos confirmare ne ad illa reuerterentur d. Quid boni consequuti estis, vel quam remunerationem bonam habuistis in illis immunditiis quas dudum perpetrastis? Nam consummatio illorum peccatorum mors æterna est. Quando enim homo in peccatis criminalibus moritur, finis peccatorum mors est illi, quia mortem æternam inde accipit.

k *Nunc verò lib.* AVGVSTINVS. Liberos dixit iustitiæ, non liberatos: nunc à peccato non liberos, ne sibi hoc tribuant, sed dicit proinde liberatos, ad sententiam domini: *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.*

F

Ioan. 8 c.

☞ a *Stipendia.*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Obedistis autem. *Hic ponit tria ex quibus laudabilis redditur obedientia. Primum quòd sit prompta, cum dicit:* obedistis. *& non dicit, obedietis. Secundum, quòd sit voluntaria. ideo subditur.*

Obedientia laudatur propter tria.

2 Ex corde. *Per cor enim quod mouet alia membra intelligitur voluntas, quæ mouet alias vires ad operationes suas. Tertio, quòd sit discreta, ideo subditur.*

3 In eã for. do. *scilicet, catholicæ per Christũ & Apostolos prædicatæ.*

4 Liberati. *Postquam induxit Apostolus ad peccatum dimittendum, hic inducit ad virtuosè agendum, & hoc ex duobus, scilicet, ex operis facilitate & eius vtilitate, secundum est ibi:* Cum enim. *Circa primum dicit continuans se ad præcedẽtia:* Liberati au. à pe. *per eius dimissionẽ.*

Diuisio.

5 Serui fact. est. iu. *id est, obligati ad iustitiæ operationem.*

6 Humanum dico. *q. d. hoc est facilè & consonum rationi, per consuetudinem enim talis operatio delectabilis redditur, vt patet ad sensum, & habetur 2. Ethic. ideo concludit.*

7 Sicut enim ex. *id est, ea fecistis habilia ex consuetudine mala.*

8 Seruire immunditiæ. *id est, ad seruiendum peccatis carnalibus.*

9 Iniquitati. *id est, peccatis spiritualibus.*

10 Ad iniquitatem. *id est, ad mali vestri consummationem, secundum illud Apoc. 22. c.* Qui in sordibus est, sordescat adhuc.

11 Ita nunc. *id est, tempore gratiæ.*

12 Exhibete memb. ve. *per bonam consuetudinem habilitantes ea.*

13 Serui. iu. *q. d. Illud est leue, scilicet, quòd non plus laboris requiritur in seruitute Dei, quæ ducit ad gloriam, quàm in seruitute diaboli, quæ ducit ad gehennam.*

14 In sanctificationem. *id est, ad sanctitatis consummationem, secundum illud Apoc. 22. c.* Sanctus sanctificetur adhuc.

15 Cum enim ser. es. *Hoc ad idem inducit ex virtuosi operis vtilitate, & hoc per comparationem ad damnum quod est in opere peccati, dicens:* Cum enim ser. esse. pec. *id est, spoliati à bono iustitiæ, quod est damnum maximum: ideo subdit.*

16 Quem ergo fructum habuistis tunc. *id est, quam vtilitatem.*

17 In quibus nunc eru. *post pœnitentiam. q. d. nullam vtilitatem habuistis, sed damnum maximum. ideo subditur.*

18 Nam finis illorum. *id est peccato seruientium.*

19 Mors est. *scilicet gehennæ. Et per oppositum concludit vtilitatem vitæ virtuosæ, di.*

20 Nunc verò li. à pec. *per eius dimissionem.*

21 Serui autem facti Deo. *per iustitiæ operationem.*

✻ 1 Habetis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Stipendia.* id est, militiæ diabolicæ debitum. quod redditur, non donatur. *Stipendium.* à stipe pēdenda, id est, substantia ponderanda. Antiquitus enim potius ponderabatur pecunia quam numerabatur, quæ pro patria militantibus ex publico ærario dabatur, & dicit: *Stipendia enim pec. mors.* vt mortem peccato non immerito illatā, sed debitam demonstraret. Posset etiam dici: Stipendium vitę vita æterna. Sed maluit dicere, gratia Dei vita æterna, vt intelligeremus Deum ad æternam vitam pro sua miseratione nos perducere, non meritis. Vnde vita æterna, quæ in fine à Deo meritis præcedētibus redditur, (quæ nō à nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam) rectè & ipsa gratia nuncupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratis, quia non meritis datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Confitendum est ergo ideo gratiam vitam æternam vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini. Accipimus ergo gratiam pro gratia, scilicet, gratiam glorificationis pro gratia iustificationis.

Stipēdium. — Augu. epist. 105. quæ est Sixtū presb. Idem lib de corrept. & gratia, c. 13. — †Donum.

✲ AVGVSTINVS. Quia & ipsa bona nobis ex Deo sunt, à quo nobis & fides est & dilectio, propterea idem ipse doctor gentium, etiam ipsam vitam æternam gratiam nuncupauit. D — Lib de gratia & lib. arbit. c 7.

✲ IDEM. Vita bona nostra nihil aliud est, quàm Dei gratia: sine dubio & vita æterna, quę bonæ vitæ redditur Dei gratia est: & ipsa enim datur, quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur, tantummodo gratia est: hæc autem, quæ illi datur quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia, vt verum sit, quia *reddet vnicuique Deus secundum opera eius.* — Ibi. cap 8. — Math 16. Rom 2.

✲ IDEM. Ipsam vitam æternam, quæ certa merces est, bonorum operum, gratiam Dei appellat apostolus, quia ipsa hominis merita bona Dei sunt, munera, quibus cùm vita æterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur. — Enchirid c. 307.

a ¶Quasi per aliū. b ¶In præsenti. c ¶Vobis congruū. ¶Ducti. d ¶In virtutū consummationē.
autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificatio- 1
a ¶Habetis. b ¶Quæ est in fine. c ¶Quasi emeritorum sunt. ¶Aeterna. 2
nem, finem verò vitā æternā. Stipendia enim peccati mors: 3
a ¶Datur. b ¶Quæ est finis iustorum sola. c ¶.i. per. ¶Cur dicitur per Christum, & non per legis obseruantiam? quia iam finem habet, & non dat vitam, sed auget peccatum. 4
†Gratia autem Dei vitā æterna, in Christo Iesu dño nostro. 5

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Habetis fructum vestrum. *qui duplex est, scilicet, gratia in præsenti. ideo dicitur.*

B 2 In sanctificationem. *Et gloria in futuro. ideo subditur.*

3 Finem verò. *Sed quia Deus punit citra condignum, ideo subditur.*

4 Stipendia enim peccati mors. *& præmiat vltra condignum, si consideretur opus meritorum inquantum procedit ab homine, ita quòd gratia concurrit cum iustitia. ideo subditur.*

5 Gratia autem Dei vita æterna, in Christo Iesu domino nostro. *id est, per Iesum Christum mediatorem nostrum.* E

ADDITIO I.

In cap. 6. vbi dicitur in Postil. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.

Hoc quod dicitur: Cum enim serui essetis peccati & liberi fuistis iustitiæ: *sic videtur exponendum, Illi enim, qui sunt serui peccati ex diuturna consuetudine, credunt se iam non esse obligatos iustitiæ, eo modo quo dicitur Iere. 2. d.* A seculo confregisti iugum: dixisti non seruiam, *id est libera sum. Decipitur enim homo, credens esse libertatem agere quidquid vult sine freno legis, prout infrà c. 7. in Postil.*

ADDITIO II.

In eod. ca. vbi dicitur in Postil. Sed quia Deus punit citra condignum, ideo subditur: Stipendia enim peccati mors est.

Apostolus punitionem peccati stipēdium nominauit. Stipendium enim dicitur à stipependenda. i. substantia ponderandæ. Antiquitus enim potius pōderabatur pecunia, quæ militantibus pro patria tribuebatur, quàm numerabatur. ideo dixit: stipendia peccati mors: vt mortem peccato non immeritò illatam demonstraret. Stipendium enim pro opere diabolicæ militationis, vt debitum redditur non donatur.

ADDITIO III.

Gratia verò nisi gratis detur, gratia nō est. Vnde quia ipsa hominis bona merita Dei numera sunt, quibus cū vita æterna redditur, quid nisi gratia redditur, cum ipsa merita ex gratia sint? Noluit ergo dicere, stipendium iustitiæ vita æterna, sed maluit dicere gratia Dei vita æterna: quia eadem merita quibus redditur, non à nobis sunt, sed in nobis à Deo facta sunt per gratiam. Hæc ex glo in hoc loco.

CAPVT VII.

Aug. lib. 83. q. q. 66. — a AN *igno.* Hactenus de vi gratiæ: Nunc, quòd lex vltra non est tenenda, & agit de fine legis, & priori eius inutilitate: ne ergo mirentur Romani, quia apostolus dicit: *Non estis sub lege sed sub gratia.* Supra dicebatur non iustificare, hic debere cessare: quia data vsq; ad Christum. Ordo. An ignoratis hoc. s. quia lex in homine dominatur quāto tempore viuit, quod nō debetis ignorare: qa legem scitis, & ego loquor scientibus legē: in qua quod dico manifestatur, si spiritualiter intelligatur. C

Vel, *lex.* Moysi dominatur in homine, vt ei obediatur: quia & vos scitis legē Moysi, *Scientibus enim, &c.* Et sic dupliciter potest legi litera, vel de lege naturali, vel de lege Mosaica.

b *Viuit.* Mortua enim dicitur lex, cum cessat eius autoritas.

Ambros. — c *Nam quæ sub vi.* Vt firmet animos eorū exēplo humanæ legis vtitur. Sciūt legē Romani, quia nō sunt Barbari, sed naturalē iustitiā cōprehēderunt, partim ex Græcis, sicut Gręci & Hebræi.

Lib. 83. q. q. 66. — ✲ AVG. Apostolus in hac similitudine in qua de viro & muliere loque-
re loque

re loquitur, tria consideranda cōmendat, mulierē, virum, & legem. Mulierē. s. subiugatā viro per vinculum legis. Quo vinculo morte viri liberatur, vt cui vult nubat. Deinde incipit rē loqui, cui explanādæ ac probādæ similitudinē induxit. In qua etiā re, tria similiter attēdenda sunt, homo, peccatū, lex. Tamdiu enim dicit sub lege hominē, quādiu viuit peccato, queādmodum mulier tādiu sub lege viri est, quamdiu viuit vir. Hoc autē peccatum hîc intelligendū est, quod accessit per legē. Quod peccatū dicit supra modum esse, quoniā iam cū appareat esse peccatū, tamen adiuncta præuaricatione cumulatur, &c. F

Nam quæ sub vi. Hoc exemplo docet Christianum à lege factorum exutum, non ab omni lege: vt mulier à lege viri, non à lege naturæ: nec vltra Christianus debet esse sub lege. Si enim lex ei viuit, adulter est, nec prodest ei Christianum dici.

d *Igitur viuente marito, vocabitur adultera.* Si seruans legem mortuam, vult esse fidei, adulter est in vtroque, nec prodest ei Christus.

☞ c Si

†1. Cor. 7 g. — † obnoxia. — † iudicabitur.

CAPVT VII.

a ¶Hoc ignoro. s. b ¶Naturalis. ¶Lex naturæ generalis est, & non scripta.
a AN ignoratis fratres, scientibus enim le- 1 2
a ¶Vt ei obediat. ¶Quandiu statum habet ipsa lex. c ¶Persimile.
gem loquor, quia lex in homine domi- 3
b ¶Proponit specialem legem.
c natur, quāto tempore viuit. †Nam quę 4
a ¶Vt non possit discedere ab eo. ¶Sic etiam quandiu lex statum habet, debet seruari. b ¶Sic si lex statū amittit, soluitur homo.
†sub viro est mulier, viuente viro alli-
a ¶Quia viuente viro alligata est legi viri. b ¶Sic qui præuaricatur lege frāce peccat.
gāta est legi. Si autē mortu⁹ fuerit vir eius, soluta est à lege vi-
d ri. Igitur viuēte marito, †vocabitur adultera, si fuerit cū alio

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

✲ AN igno. *Postquam apostolus ostēdit virtutem fidei Christi in peccatorum dimissione, hic idem ostendit in legis cessatione. Et diuiditur in duas. primò ostendit propositum. secundò cōcludit, quòd in Christo sit firmiter permanendum, capitulo sequenti. Prima adhuc in duas. primò ostendit legis cessationem. secundò circa hoc remouet errorem, ibi:* Quid ergo dice. *Prima adhuc in duas, primò probat propositum. secundo declarat quoddam suppositum. ibi:* Cum enim essemus. *Circa primum sciendum, quòd lex Mosaica fuit imperfecta respectu nouæ legis: quia status illius populi fuit quasi status puerilis. Gal. 3. d.* Lex pædagogus noster fuit in Christo: *adueniente verò statu virili cessat puerilis, ita adueniente lege noua, quæ est perfectionis, cessauit vetus quantum ad ceremonialia & iudicialia. Dicit ergo.* — Diuisio.

1 An

1 An ignoratis fratres. *q. d. Non cuius causam subdit.*

2 Scien. e. le. lo. *De Romanis enim credentibus aliqui erant conuersi de Iudaismo, & illi sciebant legem Mosaicam: aliqui de Gentibus, & illi sciebant legem ciuilem.*

3 Quia lex in homine do. quanto tempo. *id est. scitis, quòd lex Mosaica vel ciuilis habet virtutem ad coercendū, quanto tempore in suo robore manet: & ideo ipsa cessante sicut lex Mosaica cessauit, adueniente lege noua, non est amplius obligatoria. Et ad hoc inducitur exemplum de muliere, quæ est sub lege viri: quæ obligatio cessat per mortem viri. vnde si vir resurgeret, non teneretur eum recipere nisi de condecentia: & cum hoc superueniente nouo consensu. & idem iudicium est de viro resurgente respectu vxoris. quia in hoc ad paria iudicantur: & hoc est quod dicitur.*

4 Nam quæ sub viro est mulier. *Et patet litera ex dictis vsque.*

✲ 1 Itaque

☞ A a *Si autem mortuus fuerit vir.* Sic finita lege non præuaricatur, qui ad Christum transit dimissis figuris.

AVGVSTINVS. Mortua enim lege non sunt adulteri, qui in Christo sunt.

✲ THEODORETVS. Adulteram, inquit, vocat lex, non eam, quæ post mortē coniugis alij cōiungitur, sed eam, quæ cōiuge superstite cū alio copulatur: eam enim, vt quę legē matrimonij iniuria afficiebat, puniri iubet. Clarū est ergo, quòd postquam vir vitam finierit, ex lege, & nō contra legem facit vidua, quæ alij nupserit. Et sciebat, quidē apostolus, quòd lex viuentibus quoq; separandi matrimonij facultatem dederit, quando id non gratū esset: sed dominicum præceptum exaudiit quod dicit hanc legē Mosen dedisse ad cordis Iudæorum duritiam: sed lege naturæ hæc nō ita habuisse. B

† affectus. — † vigebant.

b *Itaque fratres, &c.*

✲ THEODORET. Atqui exemplo conuenienter consequens erat dicere: Lex mortificata est, hoc est, cessauit. Sed Iudæorum imbecillitatis rationem habens: nec hæreticis veteri testamento infestis, eius accusandæ occasionem dare volens, non dixit legem cessauisse: sed nos legi mortificatos esse per baptismum salutarem: deinde cùm resurrexissemus, alteri coniunctos esse, qui ex mortuis resurrexit, hoc est, domino Christo.

August lib. 83. qæst. q. 66. & ser. 4. de verb. Apost. — c *Per corpus Christi.* quia Christus fuit impletio & veritas: legalia verò figura & vmbra Christi fuerunt, & eorum, quæ in Christo impleta sunt.

d *Cum enim essemus.* Hîc quatuor actus hominis ponit, ante legem, sub lege, sub gratia: deinde in alia vita vbi nullum bellum.

✲ OECVMENIVS. Id est, in conuersatione secundum legē. Nam carnē vocauit datas carni sanctiones, puta de cibo, potu, lepra, ac similibus. *In carne,* id est, carnali vita. Non autem dixit, in lege, ne despiceretur sermo: adhuc enim legem colebant. *Ea quæ per legem sunt,* Nam cōcupiscentiam, inquit, non nouissem, nisi lex dixisset, Nō cōcupisces. hæc ergo per legē sunt cognita. Rursum non dixit, Membra operantur, ne accusaret carnem: sed, *operabantur in membris ad fructificandum morti,* ostendens quod extrinsecus operatione Satanæ accidat, vt cooperentur ad mortem. Per peccata enim sacrificamus morti. C

D e *Nunc au. so. su.* AVG. In præcedenti similitudine tria sunt: vir, mulier, & lex. Et rursus in hac re propter quam similitudo inducta similiter sunt tria, anima, peccatum & lex. Sed in illa vir moritur, vt soluta, quæ sit mulier ipsa nubat: hîc autem non peccatū, sed ipsa anima moritur peccato, quæ seruit mente legi Dei, quamuis ipse passiones nōdū mortuæ sint, quādiu carne seruit legi peccati. Restat ergo ei adhuc aliquid, quòd eū non vincant. — Aug. lib. 83. q. q. 66. & ser de verb. Apost.

f *A lege mort.* Aucta est enim concupiscētia cum lex prohiberet vbi nō erat fides, & ad cumulum peccatorum, præuaricationis crimen adiectum est: quia vbi nō est lex, nec præuaricatio. — Viuēdi modus hominis quadruplex.

✲ OECVMENIVS. E Rursum quod erat odiosum fugiēs nō dixit, soluta est lex, sed, *Nos à lege soluti sumus,* hoc est, absoluti ac liberati, quia mortui sumus peccato. Nam hoc detinebat, & surreximus, non per legem, sed per Christum. Manifestum ergo est, quod à lege quidem absoluti sumus tanquam mortui, subditi autem Christo, qui nos à morte liberauit.

✲ AVGVSTINVS. Hoc vtile est, vt sentiat anima seipsam non sibi sufficere ad extrahendum se de seruitute peccati, atque hoc modo detumescente atque extincta omni superbia, subdatur liberatori suo, synceréque homo dicat, *Adhæsit anima mea post te, &c.* Lex autem peccati dicitur, nō quia lex ipsa peccatum est, sed quia peccatoribus imponitur. Idem etiam lex mortis, quia stipendium peccati mors. Vehementius enim peccamus lege prohibente, quàm si nulla lege prohiberemur. — Lib. 83. q. q. 6.

g *In nouita. spi.* Operibus noui hominis, quæ non nostris viribus vel lege attingimus, sed gratia. s. spiritus in quibus sic est immorādum, vt nihil addatur de legis operibus, quæ vetusta sunt.

h *Quid ergo di.* Quandoquidem lex mortis est & auxit vires peccati, detinens à bona operatione: videtur ergo lex peccatū, id est, docens peccare, vel talis pro qua donata peccauit autor eius, quasi malæ rei. Non, sed potius bonum est: peccatum fecit agnoscere; quia prius nesciebantur quædam vel esse peccata, vel adeo esse grauia, vel esse punienda. F

☞ a *Absit:*

¶Sublata lege data remissione peccati. a ¶Ita hi, qui iuncti sunt euangelio, per gratiam liberati. b ¶Ita.
a viro. Si autē mortuus fuerit vir eius, liberāta est à lege viri: vt
a ¶Mortua lege, non sunt adulteri, qui cum Christo sunt. b ¶Iuxta hāc similitudinem. c ¶Apostoli.
b nōn sit adultera, si cū alio fuerit viro. Itaq; fratres mei, & vos 1
a ¶Non modo dimisistis legem, sed etiam. ¶Nihil debetis legi, quæ data est vsque ad Christum. ¶Dimissis peccatis. b ¶.i. Figuratiuis. c ¶Per mysterium incarnationis, vel completionem veritatis. d ¶.i. Christi cuius non pudeat esse: quia ipse est.
c mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis vos alterius, 2
a ¶Et cuius vtique sumus. b ¶Modo. ¶Qui steriles sub lege. c ¶Qui prius morti. ¶Velimus. d ¶Modo Deo & non vt olim. 3
d qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Cum enim es- 4
a ¶Carnali sensu. ¶Quæ carnis sunt operantes quod est sub lege. b ¶.i. concupiscentiæ, quæ sunt causæ, causa peccatorum mortalium. i. consensus & operis. c ¶Vel notæ, vel auctæ, vitio vel fomite faciente. 5 6
semus in carne, † & passiones peccatorum, quæ per le- 7 8
a ¶Ducebant membra ad mala opera. b ¶Quasi per instrumenta sua. c ¶In. d ¶Facerent digna æterna morte. 9
gem erant, † operabantur in membris nostris, vt fructi- 10
a ¶Cum sumus Christi. b ¶Remissis peccatis. c ¶Quæ est causa peccati. ¶Vel lex mortis est, quia peccantes interficit. 11
e ficarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, 12
f a ¶Nec vnquam nisi gratia Dei solueremur. b ¶Soluti. c ¶Lege fidei, quæ est in animo innouato, quæ etiam hominem facit spiritualem: & ideo lex spiritus. 13
g in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiri- 14
a ¶Senuit, enim, quia cessauit. b ¶Occidentis. c ¶Hic quæritur vtrum ipsa sit mala: quia videbatur culpasse legem. 15
h tus, & non in vetustate literæ. Quid ergo dicemus? Lex 16 17

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Itaq;. *vbi cōcludit propositū, applicans ad hoc dictū exemplum, di.* Itaq; fra. m. & v. *ex eodē patre & matre geniti: s. ex Christo & ecclesia.*

2 Mortificati estis legi. *scilicet, Mosaicæ.*

3 Per Corpus Christi. *id est, per incorporationem cum Christo facti membra ipsius per baptismum, quæ est generatio noua vitæ & spiritualis: & per consequens est corruptio vitæ veteris & legalis: quia generatio vnius est corruptio alterius.* 4 Vt sitis vos alterius. *id est, Christi.*

5 Qui ex mortuis resurrexit. *incipiendo nouam vitam.*

6 Vt fructificetis Deo. *opera nouæ vitæ faciendo*

7 Cū e. esse. in car. *Hic cōsequēter probat suppositū quoddā. s. q̄ debent fructificare Deo. Cuius ratio est, quia fructus sapit naturam terræ in qua plantatur arbor. Conuersi verò ad fide Christi per baptismum euelluntur de mala terra, & plātantur in bona. scilicet, in Christo vt dictum est, suprà ca. præce. ergo debent fructificare Christo. & hoc est quod dicitur:* Cū enim esse. in car. *id est, carnaliter viuentes ante conuersionem.*

8 Passiones pec. *id est, concupiscentiæ carnales:* Quæ bene dicuntur *passiones, quia abijciunt à substantia nostra spoliando nos gratuitis & vulnerando in naturalibus.* 9 Quæ per legē erāt. *inquantū concupiscentiæ per legē erant occasionaliter excitatæ, vt dicetur, infrà eo. ca.*

10 Operaban. in m. no. *inducēdo illa ad perpetrationē mali, vt oculū ad impudicè aspiciēdū, & manū ad immūda tāgēdū & sic de alijs mēbris.*

11 Vt fructi. mo. *id est, opera morte digna facerent, quia tunc plantati eramus in mala terra.* 12 Nunc autē. *i. tempore gratiæ & nouæ legis.* 13 Soluti su. à le. mor. *i. à lege Mosaica, quæ dicitur hic lex mortis, quia mortē inferebat corporalē transgressoribus in casibus multis, vt patet ex decursu illius legis. Et quia legalia in passione ipsius Christi sunt mortua, per cōsequens tunc soluti sumus à lege mortis.* 14 In qua de. *obligati vsq; ad tēpus Christi, per quem ab eius obligatione liberati, propter quod subditur.* 15 Ita vt ser. in no. spi. *s. secundū regulā nouæ legis.* 16 Et non in vetu. lite. *i. secundū regulam legis veteris, quæ est lex scripta. Et hoc est intelligendū, quantum ad ea in quibus lex vetus est per nouā euacuata: de quibus plenius dictū est, suprà. Lex autē noua bene dicitur nouitas spiritus, quia non fuit scripta per Christū, sed impressa cordibus Apostolorū per spiritumsanctū renouantē corda & linguas eorū, Act. 2 de hac autē nouitate legis nouæ & vetustate veteris, & inscriptione vtriusq; dicitur Iere. 31. e.* Ecce dies veniūt, dicit dñs, & feriā domui Israel & domui Iuda fœdus nouū, nō secūdū pactū quod pepigi cū patribus vestris, &c. *Et subditur:* Dabo legem meā in visceribus eorū, & in corde eorū scribā eam, & nō in tabulis lapideis vel in chartis. *Per hoc autē dicit quod dominus: fœdus nouū, retractauit prius, quod fuit datū antiquis patribus, prout deducitur Heb. 8.* 17 Quid ergo di. *Hic remouet errorē occasione prædictorum incidentē. Ex hoc enim, q̄ Apostolus legē, veterē vocauit legē mortis, posset aliquis credere, q̄ illa lex fuisset mala: sicut credidit Machineus di. quòd à diabolo fuit data, & ideo hunc errorē remouet Apostolus: Ostendens primò, quòd non fuit mala. secundò, quòd fuit bona, ibi:* Lex quidē sancta, *& tertiò, agit de lege fomitis occasione habita, ibi:* Video aliam legem. *Prima adhuc in duas: quia primò ostendit, quòd lex non est causa mali. secundò, quòd est eius aliqualiter occasio ex parte nostri, ibi:* Occasione autem. *Circa primū dicit:* Quid ergo dicemus? Lex peccatū est. *idē: Sequitur ne ex dictis nostris, quòd lex sit causa peccati.* — Diuisio.

✲ 1 Absit

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ a *Abſit. Sed peccatum.* Oſtendit legem non eſſe peccatum, ſed
A indicem peccati: vt ſic anima reatus ſollicitudine ad percipiendam gratiam conuerteretur.

✻ THEODORETVS. Multa poſuit in iis, quæ prius dicta ſunt, quæ his, qui legem vellent maledictis impetere, præberét occaſionem ad eam accuſandam, niſi afferret propoſitã quęſtionum ſolutionem. Ac primùm quidem blaſphemã & improbam eſſe oſtendit interrogationem, & negatiuam poſuit orationem, *Abſit*. Deinde docet legis vtilitatem. Nõ ſolum inquit, non eſt lex peccati magiſtra, ſed cõtra, peccati accuſatrix. Neque enim cognouiſſem, quid malum, niſi illa me docuiſſet.
B Illud autem, *Non cognoui. Neſciebam*, non hîc ignorationem omnino ſignificant, ſed hoc dicit, naturalis diſcretionis exactiorem cepi cognitionem per legem.

†De cõſt.c. nã concupiſcentiam.
†Exo.20.c. Deut 5.c.
†genuit.
†quondam.

a ¶i. male docens, vel faciens peccata, &c. quæ ſuprà. ¶Scilicet, bona. b ¶A Deo vt per legem vel eſſe puniendum.
a peccatum eſt? Abſit. † Sed peccatum non cognoui, niſi per 1
¶In parte. a ¶Vel peccatum eſſe, vel tam graue. b ¶Per eam factus eſt homo doctus, ſed peius eſt victus dum ſine gratia. 2 3
b legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: 4
c a ¶Ecce lex bona, tamen ex ea malum, quia peccatum, id eſt, fomes peccati vel diabolus. b ¶Fomes, initium, ſcilicet, concupiſcentiæ, vel diabolus autor peccati. 5
d †Non cõcupiſces. Occaſione autem accepta, peccatum per 6
a ¶Conſenſus Dei & operationis. b ¶Per mandatum dixi, quia cum lex non erat. ¶Hic primus actus hominis notatur ante legem. 7
e mandatum †operatum eſt in me omnẽ concupiſcentiã. Sine 8
a ¶Diabolus vel fomes peccati. b ¶Debile, vel ignotum latebat, non apparebat. c ¶Rationalis homo d ¶Videbar mihi viuere. 9
f lege enim peccatum mortuũ erat. Egõ autem viuebã ſine le-
g ¶Ad comparationem huius mortis. ¶Tempore ante legem. a ¶Exterior homo. ¶Prius ſopitum. b ¶Apparuit, innotuit.
h ge†aliquando. Sed cum veniſſet mãdatum, peccãtũ reuixit.
i a ¶Interior homo. b ¶Aucto peccato & addita præuaricatione. ¶Noui me mortuum. c ¶Ita. d ¶Benè attendenti. ¶Peccanti. ¶Non obſeruanti. e ¶Legis.
k Egõ autẽ mortuus ſum, ẽt inuentũ eſt mihi mandãtum quod
a ¶Obedienti. ¶Obſeruanti. ¶Intentione dantis, quia bonum. b Idem, non aliud. c ¶Non ex ſui vitio, ſed ratione prædictæ occaſionis. ¶Aeternam. d Quomodo ad mortem. e ¶Vel diabolus. ¶Carnalitas. f ¶Ex prohibitione aucto deſiderio, dulcis fit. 10
l m erat ad vitã, hoc eſſe ad mortẽ. Nam peccatũ occaſione ac- 11

Lib. 5. adu. Mar.c.13. ✻ TERTVLLIANVS. Erubeſce Marcion, *abſit*: abominatur apoſtolus criminationem legis. O ſummum præconium legis, per quam liquuit delictum latere.

Aug.lib 83. quæſt. 9.66 & ſer.4. de vero. Apoſt. Exod. 20.c. b *Nam concu.* Hoc legit apoſtolus generale, vnde omnia. Bona lex, quæ dum hoc prohibet, omnia prohibet. *Concupiſcentiam.* Aliqui generalem intelligunt. Alij illam de qua in decalogo. *Non concupiſces rem proximi tui vel vxorem.* Generalem, quia ex ea omne malum.

c *Neſciebam.* In ſua perſona generalem agit cauſam.

d *Occaſione autem accepta.* Quia talis eſt noſtra carnalitas, vt ardentius deſideret prohibita: quibus non memoratis, iaceret quaſi ſopita. Et diabolus videns legem in auxilium hominibus datam: magis exarſit & magis inſtitit, vt eam verteret illis in perniciem cum prius quaſi ſecurè poſſidens minus tentaret,
C vel occaſione accepta in ipſis rebus, vt viſa muliere vel auro.

e *Omnem concu* (AMBRO.) dicens, cuncta peccata ſignat. Erat enim ante peccatum, ſed non omne, quando crimen præuaricationis adhuc deerat. Sed omne peccatum modo acceſſit, quia etiam præuaricatio.

Vbi ſuprà. AVGVSTINVS. Aucta eſt enim concupiſcentia ex prohibitione legis, quando adhuc gratia deerat liberantis.

Homo idẽ duplex. f *Ego autem viue. ſine lege.* Patet: quia non ex ſua, ſed ex perſona hominis generaliter loquitur.

✻ THEODORETVS. Niſi enim ſit lex, quæ quid ſit agendum oſtendat, & quod non agendum prohibeat, non eſt locus peccato. Exemplo hoc manifeſtum efficit. Adam enim ante transgreſſionem non habebat metũ mortis. *Sed cùm veniſſet mãdatum, &c.* Cùm enim Deus de arboribus ſtatuiſſet prȩceptum, ſtatim diabolus per ſerpentem acceſſit ad mulierem, & fallacibus ſermonibus vſus eſt. Illa ineſcata cùm fructus pulchritudinem aſpexiſſet, à voluptate quidẽ ſuperata eſt, præceptum autem tranſiliit. Vnà autem cum Adã mortis decretum accepit: fuerat enim ille etiã eſus particeps. D

✻ OECVMENIVS. Quando viuebam ſine lege? Aut priuſquã præceptum daretur protoplaſtis, aut ante Moſem viuebã, hoc eſt, mortuus non erã multitudine peccatorum. Tũc enim ſolum accuſatorem habebã naturalem legem, nunc autem & ſcriptam. Vides quomodo lex ex incidẽti nocuerit? *Porrò cùm veniſſet præceptum, &c.* Præceptum dicit legem. Dicens autem, *reuixit*, oſtendit quidem fuiſſe antea peccatum, ſed in quiete: lex autem tanquam beneficium præſtans, illud manifeſtauit, vt fugeremus, ſed legis aſſiſtentia his, qui non fugerunt nocumento fuit. E

Augu.ſer.4. de verbis Apoſt. *Ego autem viuebam.* Nota duos homines in eodem, interiorem & exteriorem, id eſt, rationem & fomitem, qui eſt in carne. Interiorem dicit conſentire legi, & eius teſtimonio bonam eſſe legem approbat. Exteriorem verò contra interiorem & contra legem repugnare & captiuare, & per legem maiorem poteſtatem peccandi habere.

g *Viuebam.* Non terrebar morte ex peccato, quia non apparebat. Q.d. Neſciebam eſſe peccatum, & ideo ſecurè viuebam.

h *Sed cum ve.* Hic ſecundus actus ſub lege. Id eſt: Hic loquitur apoſtolus in ſtatu hominis poſiti ſub lege. Q. *Sine lege viuebant, ſed cum, &c.*

i *Reuixit.* Cœpit apparere & rebellare. *Reuixit*, ait, non vixit. Vixerat enim aliquando in paradiſo, quando contra præceptum datum ſatis apparebat admiſſum. Sed cum homines nati peccatores ſine mandato viuerent, tanquã mortuũ latebat ſine cognitione, quia ſine cohibitione: Sed data lege, in notitia hominis reuixit, quod in notitia primi hominis aliquãdo vixerat. F

k *Inuentum.* Ante erat ſibi ignoratus peccator, ſed modo factus manifeſtus ſibi præuaricator.

l *Nam.* Q. Quomodo mihi datum eſt ad mortem? Quia per illud ſeductus falſa dulcedine.

m *Occaſione accepta, &c.* Quod concupiſcitur, fit dulcius dum ☞ vetatur

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Abſit. *i. non ſequitur hoc. Quod probat. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd peccatum nõ vitatur niſi inquantum cognoſcitur eſſe malum: Secundum enim quod dicit Dionyſius. Nullus intendens, malum operatur, ſed bonum, igitur illud per quod peccatũ cognoſcitur eſſe malum, non eſt per ſe cauſa peccandi ſed magis eſt per ſe cauſa vitandi peccatũ. Lex autem vetus eſt huiuſmodi: quia ante eius dationem ex cõſuetudine peccandi lex naturalis in cordibus hominũ ſic erat obfuſcata, quòd multa reputabant licentia, quæ tamen per ſe erant mala, & maximè circa actus interiores animæ: propter quod data fuit lex ad cognitionem clariorem illi populo, de quo Chriſtus erat naſciturus. propter quod erat præ cæteris inſtruendus: quia debebat vigere ſpeciali ſanctitate. Lex igitur non eſt cauſa peccati per ſe. Huius deductionis Apoſtolus ponit virtutem, ſcilicet, lex dat peccati cognitionem dicens,*

2 Sed pec. nõ co. *eſſe malũ ſaltẽ in multis, propter obfuſcationẽ legis naturalis. Et loquitur Apoſtolus in perſona generis humani ſic obfuſcati.*

3 Niſi per le. *quæ fuit data ad quandam legis naturalis renouationem. Et ponit exemplum de actu interioris peccati, dicens.*

4 Nam concu. neſci. *ſupple peccatum eſſe. Licet hoc exprimatur in aliquibus libris, non tamen eſt de textu. nec in libris correctis: Sed quia ſubintelligendum eſt, aliqui doctores poſuerunt illud in glo. interlineari: quæ poſtea per ignorantiam ſcriptorum inſerta eſt textui.*

Niſi

5 Niſi lex di. Non concu. *Exod. 20. in hoc prohibens actum interiorem reſpectu mali.*

Lex cauſa peccati dupliciter. 6 Occaſione autem. *Hîc conſequenter oſtendit, quòd lex aliqualiter fuit occaſio peccati ex parte noſtra. Vno modo ab interiori: quia homo appetit libertatem, & frequenter in hoc decipitur, credens eſſe libertatem, agere quidquid vult ſine fræno legis: quod tamen eſt deſtructio libertatis ſecundum Philoſophum, & ideo homo nititur in vetitũ, propter quod per legem concupiſcentia fuit in contrarium excitata. Alio modo ab exteriori. Dæmon enim per tentationem magis nititur deijcere homines qui ſunt in ſtatu ſanctiori, populus autem Iſrael per ſuſceptionẽ legis in ſtatu ſanctiori fuit poſitus, Deut. 4.b.* Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias iuſtaq; iudicia & vniuerſam legẽ, &c. *Propter quod poſt legem datã dæmon magis conabatur in eo concupiſcentiam excitare, & hoc eſt quod dicitur:* Occaſio. au. ac. *duobus dictis modis.*

7 Peccatum. *id eſt, concupiſcentia: Quæ dicitur peccatum, eo quòd eſt cauſa peccati, eo modo quo ſol dicitur calidus: quia eſt cauſa caloris.*

8 Per mandatum, *id eſt, per legem, quæ frequenter mandatum dicitur: eo quòd continet Dei mandata.*

9 Operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. *id eſt, augmentabat in me incentiuum peccandi.*

10 Nam peccatum. *id eſt concupiſcentia.*

11 Occaſione accepta per mandatum. *modis dictis.*

✻ 1 Sed

☞ vetatur, & ſic fallit peccatum per mandatum. Ex prohibitione
A nanque vbi charitas deficit, deſiderium mali creſcit: quo acto dulcius fit quod prohibetur, & ita fallit falſa dulcedine. Fallax enim dulcedo eſt, quam plures atque maiores pœnarum amaritudines ſequuntur.

Augu.ſer 4. de verbis Apoſt. a *Seduxit.* A bono ad malum traxit. & per hoc ad æternam damnationem perduxit.

b *Occidit.* AVGV. Gladio tuo quẽ portabas, inimicus occidit: armis tuis te interemit. Mandato enim tanquã gladio armatus eras, vt inimicum occideres: quod nõ vales ſi de te præſumis: Eſto ergo humilis & poteris vincere.

† operatur.
†ſceleſtius.

¶Gladio tuo occidit te. a ¶Quia acceſſit & præuaricatio. b ¶Quia lex eſt ad vitam, & prohibet, & fecit peccatum cognoſcere, ergo bona.
a b cepta per mandatũ ſeduxit me, & per illud occidit. † Itaque 1 2
a ¶Quia benè iubet & prohibet. b ¶Opera legis. ¶Laus legis.
c d lex quidem ſanctã, & mandãtum ſanctum & iuſtum & bo- 3
e a ¶Hic quæritur vtrum lex, etſi bona ſit, tamen efficiendo damnoſa. ¶Non enim eſt ex ipſa lege, ſed ex vitio hominis. 4 5
f g num. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? 6
a ¶Fomes peccati. b ¶Tunc apparet quando rationem trahit ad conſenſum & operationem. c ¶Legem, ſcilicet. 7 8
h Abſit. Sed peccãtum, vt appareat peccatum, per bõ- 9
i a ¶Peccatum actuale quod eſt cauſa mortis. b ¶Intantum. c ¶Pluſquam ante, non mediocriter, quia etiam præuaricatio acceſſit. 10 11
k num † operatum eſt mihi mortem, vt fiat ſuprà mo- 12
a ¶i. peccare faciens. b ¶Fomes. c ¶Sine quo nec tantum ardebat, & per quod accreuit præuaricatio. d ¶Lex non eſt mors, vel, eſt bona. e ¶Quia. 13
dum † peccans peccatum per mandãtum. Scimus enim, 14

c *Itaque lex quidem.* Ipſa eſt ſancta, ſane docens.

d *Et mandatum.* id eſt, quod per eam præcipitur.

e *Sanctum.* in ſe.

f *Et iuſtum.* id eſt, iuſtificans peccatorem.

✻ THEODORETVS. Legem appellat eam, quæ Moſaica dicitur: mandatum verò quod Adæ datum eſt. Quamobrem ipſum quoque pluribus laudibus ornauit, vt quòd à pluribus accuſaretur, &c. Sanctum quidem, vt id quod oportet docuerit.
B Iuſtum autem, vt quod in tranſgreſſores rectè ſententiam tulerit. Bonum verò, vt quod iis, qui illud ſeruant vitam præparet.

Lib. 5. adu. Mar.c.13. ✻ TERTVLLIA. Quid Deo legis imputas Marcion, quod legi eius Apoſtolus imputare non audet? Atquin & accumulat, lex ſancta, & præceptum eius iuſtum & bonum. Si taliter veneratur legem Creatoris, quomodo ipſum deſtruat neſcio. Quis diſcernit duos deos, iuſtum alium, bonum alium, quum is vtrunque debeat credi, cuius præceptum & bonum & iuſtum eſt.

g *Et bonum.* Id eſt, vtile acquirens vitam. Et cum conſtet mihi, quòd lex bona, & tamen ex ea mihi mors, vt ſuprà dictum eſt. D ergo quod bonum eſt, factum eſt mors, id eſt, datur mihi à Deo, ita vt ſit efficiens cauſa mortis? Non: ſed fomes eſt efficiens, qui bonam rem vertit in malum.

h *Vt appareat peccatum.* Non dico, vt ſit, quia etiam erat, quando non apparebat, vt ſuprà. Concupiſcentiam neſciebam. Non dixit, Non habebam. † 1.Ti.1.b.

i *Per bonum operatum eſt mihi mortem.* Legem. Non vtique efficientem peccatum, ſed potius demonſtrantem & prohibentem illud.

✻ THEODORETVS. Locus eſt obſcurus propter breuitatem. Hoc autem dicit. Propter bonũ, id eſt, per legem & mandatum oſtenditur mihi peccatum, ſcilicet, malum & improbum. Et quomodo oſtenditur operans mortem? Ex fructu enim cognoſco arborem, & dum video mortem, illius matrem odi. Lex autem horum mihi magiſtra. Non eſt ergo lex mala, quæ hæc docet: ſed peccatum malum eſt, quod mortem conciliat. Ad id autem quod eſt deterius inclinatio, facit, vt peccatum ſit in noſtra electione.

k *Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum.* ✻ THEODORETVS. Ei, *vt fiat*, deeſt aliquid. Subauditur enim, *apertum* Hoc igitur eſt. Vt per mandatum manifeſtetur peccatum ſuprà modum peccare, hoc eſt, eſſe malum & nequam. E

✻ OECVMENIVS. Vt oſtenderetur, inquit, quàm ſceleſtum, quàm prauum, improbum, ac violentum ſit peccatum: per id quod bonum erat, nempe ipſam legem, operatum eſt mortem. Maximum autẽ robur peccati indicat, oſtendere volens Chriſti bonitatem, & quantum ſit eius donum, qui graui hoc & ineuitabili malo nos liberauit.

☞ ✻ AMBRO

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Seduxit me. *trahendo me ad conſenſum peccati mortalis.*

Diuiſio. 2 Et per illud occidit. *me inducendo ad opus.*

3 Itaque lex quidem ſancta. *Poſtquàm Apoſtolus oſtendit legem non eſſe malam, hîc oſtendit eam eſſe bonam. Et primò facit propoſitum. ſecundò, remouet obiectionem in contrarium, ibi: Quid ergo. Circa primum dicit:* Itaque lex quidem ſancta. *quod ſtatim declarat: quia intentio legis eſt homines facere bonos, decimo Ethicorum. Lex vetus eſt huiuſmodi: quia ordinabat homines ad Deum per præcepta ceremonialia. ideo ſubditur.*

4 Et mandatum ſanctum. *Illud enim ſanctum dicitur, quod ad Dei cultum ordinatur. Item ordinabat iuſtè viuere ad proximum per præcepta iudicialia, propter quod ſubditur.*

C 5 Et iuſtum & bonum. *Item ordinabat hominem ad ſeipſum per moralia præcepta, de quibus ſubditur:* Et bonum.

6 Quod ergo bonum eſt, factum eſt mors? *Hîc conſequenter remouet quandam obiectionem in contrarium. ſecundò, confirmat ſuum propoſitum, ibi:* Scimus autem. *Primò enim facit obiectionem. poſſet enim aliquis dicere: Licet lex ſit bona ſecundum ſe & abſolutè, tamen mala eſt etiam per ſe homini lapſo, in quo eſt carnis ad ſpiritum rebellio, quæ per legem excitatur, vt dictum eſt. Quia ſicut licet vinũ ſit abſolutè bonum, tamen malum eſt febricitanti. & hoc eſt quod dicitur:* Quod ergo bonum eſt, *in ſe. ſcilicet lex.* mihi factum eſt mors, *conſequenter hoc remouet di.*

7 Abſit. *Non enim ſimile eſt de vino: quia vinum per ſe & directè augmentat calorem febrilem, & ſic malum eſt febricitanti. lex autem per ſe non eſt febricitatiua concupiſcentiæ, ſed magis repreſſiua, propter quod talis excitatio prouenit ex hominis malitia, & dæmonis nequitia, vt dictum eſt, propter quod lex ex hoc non poteſt dici mala. Sicut aliquando ex bono actu alicuius, alius ex ſua malitia ſcãdalizatur, nec ex hoc operans bonum vel eius actus peioratur, niſi faceret intentione alium ſcandalizandi: & tunc actus eius ex tali intentione eſſet malus. Dicit igitur:* Abſit, *ſcilicet, legem eſſe malam per ſe homini lapſo.*

8 Sed peccatum. *id eſt, concupiſcentia.*

9 Vt

9 Vt appareat peccatum. *id eſt, vt appareat mala.*

10 Per bonum. *id eſt, per legem: quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*

11 Operatum eſt mihi mortem. *ſcilicet, ipſa concupiſcentia ex malitia hominis & nequitia dæmonis duxit me ad peccatum mortale.*

12 Vt fiat ſupra modum peccans peccatum. *id eſt, ipſa concupiſcentia excitata inducens ad peccatum.*

13 Per mandatum. *id eſt, per legem, occaſionaliter tamen ſolum, ita quòd cum dicitur hîc:* Vt fiat. *ly,* vt, *non tenetur cauſaliter: quia lex per ſe non excitat concupiſcentiam, ſed conſecutiuè tantum: quia ad dationem legis ſecuta eſt concupiſcentiæ excitatio per malitiam hominis & nequitiam dæmonis.* F

Diuiſio. 14 Scimus enim, quia lex ſpiritalis eſt. *Hîc Apoſtolus confirmat ſuum propoſitum per teſtimonium legis naturalis, & hoc dupliciter. primò in malis. ſecundò in bonis, ibi:* Inuenio igitur.

Homini pars duplex. *Ad euidentiam huius ſciendum, quòd lex ſcripta, diuina vel humana, eſt quædam determinatio legis naturalis, & ideo ſi eſt legi naturali conſona, bona eſt. Sicut concluſio, quæ primis principijs concordat, & minor propoſitio, quæ accipitur ſub maiori, benè accipitur. Item aduertendum, quòd in homine eſt duplex pars, ſcilicet, ratio, & ſenſualitas, quæ aliter nominantur ſpiritus, & caro: & homo interior, & exterior, per rationem verò homo eſt homo, per quam diſtinguitur à brutis. 1. Metaphyſic. Animalia imaginationibus & memorijs viuunt: homo verò ratione & intellectu. propter quod illud quod agit homo, vel vult ſecundum dictamen rectæ rationis, illud dicitur propriè agere vel velle: quia illud agit inquantum homo. illud autem quod agit vel ſequens impulſum ſenſualitatis, non dicitur propriè agere vel velle, quia non conuenit ei ſecundum, quòd homo, ſed prout conuenit cum brutis. Iſtis igitur ſuppoſitis ſit talis ratio. Illa lex eſt bona, quæ prohibet ſequi concupiſcentiam carnalem ſeu ſenſualitatem: quia in hoc eſt conſona legi naturali, lex autem Moſaica eſt huiuſmodi, di.* Non concupiſces, *vt dictum eſt ſuprà, ergo, &c. Hanc autem ſententiam ponit Apoſtolus intricatè & diffuſè, di.* Scimus enim quia lex ſpiritalis eſt, *id eſt, ordinans hominem ad ſequendum inſtinctum ſpiritus vel rationis.* Exod. 20.c.

✻ 1 Ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

✲Ambros. Vt ostendat Paulus plus peccatum esse sub lege, quàm fuerat ante legem, supra hunc modum peccatorum ampliorem modum significat creuisse post legem, inuidia & astutia Satanæ, vt prouidentia Dei contraria fieret homini, cùm timore legis minime peccare debuerint,

Vt fiat supra modum.

Quia per legem non defecit, sed magis solitis cupiditatibus creuit. *Supra m.* quia etiam præuaricatio, vel peccatum diabolus, qui per bonum incensus est, & contraria suasit, in quo apparet inimicus.

a *Quia lex spi.* Malis quod punit, lex iusta est. Bonis spiritualis est: quia peccatū prohibet & visibilia coli. Lex ergo Moysi spiritualis est: quia in ea sunt, quæ Dei sunt, & quia spiritualiter est intelligenda. Lex autem spiritus dicitur lex euangelij, vbi Deus ipse est: Ibi verba: hic res.

b *Ego autem.* Hucusque legem excusauit, quòd non debet refundi in eam culpa: hîc dicit, quòd nec in principalem naturam, id est, rationem, secūdum id quod à Deo habet: & ita non in creatorem, sed in homines, qui ex se vitiati sunt, vt prauis motibus resistere nequeant.

B ✲Theophylactvs. Ego carnalis sum, hoc est, vniuersa humana natura cùm quæ ante sanctam legem, tum quæ tempore legis, vniuersam affectuum turbam sibi aggregatam habuit. Non enim tantum mortales facti sumus ex Adami præuaricatione, verumetiam affectus prauos natura sub peccato vendita recipit, dominatui peccati subdita, ita, vt caput erigere nequeat. Hæc autem omnia de mortalibus, qui ante Christi in carnem aduentum fuere, dicit, etiam si propriam personam posuerit.

✲Oecvmenivs. Non dicit, Vos, qui legem transgredimini, ne grauem redderet sermonem ac molestum: sed, Ego, inquit: quæ illorum erant in seipso figurans. Ita autem & in sequentibus facit asperitatem & vehementiam diminuens ac leniens, transformato in seipsum sermone.

✲Origenes. Paulus tanquam Ecclesiæ doctor, hîc in semetipso infirmorum personam suscipit.

In c 9. Danielis.

✲Hieronymvs. Daniel dicens, *Peccauimus, iniquè egimus, &c.* peccata populi enumerat ex persona propria, quod & Apostolum in epistola ad Rom. c. 7. facere legimus.

✲Chrysostomvs. Cùm alibi dicat Paulus. In carne ambulantes, non secundum carnem militamus: & rursus: Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus, hæc non in Pauli persona, sed peccantium intelligenda, quam in semetipso Paulus expressit.

Exposit. quarūdā propo. ex hac epistol. præpos. 41. C Ibi propos. 42.

✲Avgvstinvs. Quod ait, lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, satis ostendit non posse impleri legem, nisi à spiritalibus, quales facit gratia Dei. Similis enim quisque factus ipsi legi, facile implet quod præcepit: nec erit sub illa, sed cum illa. Is est autem, qui iam non capitur temporalibus bonis, nec terretur temporalibus malis. Quod autem ait, *Venundatus sub peccato*, intelligendum quod vnusquisque peccando animam suam diabolo vendit, accepto tanquam pretio dulcedine voluptatis.

c *Carnalis sum.* Non indecenter hoc: & de seipso Apostolus secundum carnem quamdiu hic viuit propter carnis motus. Et hoc bene dicit omnis sanctus.

d *Venundatus sub peccato.* Et hoc ex culpa primi hominis, qui pro delectatione cibi vetiti se & omnes alios vendidit. Vt sub peccato, id est, seruii peccati sint. Vel vnusquisque vendidit se consuetudine propriæ voluntatis. D Gen. 3. a.

e *Quod e.o.* Probat, quòd seruus est peccati: quia quod operor secūdum exteriorem dimittendo bona vel faciendo mala. intelligo secundum interiorem non esse operādum. Verè operor quod non intelligo, quia & dimitto bonum quod volo, & facio malū quod nolo. Dimitto, & facio, sunt partes, operor, volo, & nolo, effectus intelligo. Et est probatio à partibus & ab effectu. Et hoc est: Non enim quod volo ego interior. Naturaliter quidem ratio vult bonum, sed voluntas hæc semper caret effectu, nisi gratia Dei velle suum ad amandum bonum addiderit quod ad effectum poteſt perduci. Est enim velle naturæ, velle gratiæ, velle vitij. Velle naturæ per se impotens est, nec palmam meretur: sed vincitur & trahitur à velle vitij, nisi velle gratiæ subueniat: quod velle vitij fugat, & velle naturæ liberat. Augu. ser. 5. de verb. Apost. Velle multiplex.

f *Non intelligo.* Quia aliud videt se per legem scire, & aliud agere.

g *Non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod.* Subiectus peccato, facit quod non vult. E

h *Facio.* Concupisco, non quòd post concupiscentiam Apostolus eat, & eum ad mala trahat: Luctabatur, non suggabatur. de se hoc tibi proponit, ne de hoc desperes in te.

i *Si autem quod nolo illud.* Ostendit carnalem seruum esse peccati, ex quo est malum. Hic alterum ostendit, id est, bonam naturam à Deo creatam, quæ consentit legi, & malum non facit. Q. Non ago quod volo, & ago quod nolo. Si autem hoc est, id est, si quod nolo dimittere, tamen dimitto, lege illud idem præcipiente: & quod nolo facere, tamen facio: lege idem prohibente: tunc consentio legi, quæ quod nolo prohibet, & quod volo præcipit: consentio legi & testis sum, quòd est bona.

✲Avgvstinvs. His quidem satis lex ab omni criminatione defenditur. Sed cauendum ne quis arbitretur his verbis auferri nobis liberum voluntatis arbitrium, quod non ita est. Nunc enim homo describitur sub lege positus ante gratiam. Tunc enim peccatis vincitur, dum viribus suis iustè viuere conatur sine adiutorio liberantis gratiæ Dei. In libero autem arbitrio habet, vt credat liberè, & accipiat gratiam, vt iam illo, qui eam donat liberante & adiuuante, non peccet. Vbi suprà. propos. 44.

✲Theodoretvs. Illa autem, *non volo. &. odi*, non necessitatem, sed imbecillitatem significant. Non enim necessitate, aut vi aliqua impulsi peccamus: sed à voluptate deliniti, ea facimus, quæ vt scelerata & flagitiosa abhorremus.

k *Nunc autem iam non ego.* Iam redemptus: iam accepta gratia Christi qui fui ante sub peccato venundatus. Non ego. Libera est mens, caro captiua. Habitat, etsi non consentiendo ei, viuit ex fide. Sunt desideria, sed si non regnant, ipse non facit, faceret autem si consentiret. Augu. ser. 5. de verb. Apost. F

l *Sed quod habitat in me.* Quomodo habitat, cum non sit substantia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum. Ipsaq; corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens diuinæ sententiæ datæ in Adam, cuius consortio anima maculatur peccato.

☞ a *Peccatum:*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Ego autem carnalis sum. *id est, sequens carnis seu sensualitatis impulsum. Et loquitur Apostolus, vt supra dictum est in persona generis humani lapsi: In quo plures sunt sequentes impulsum sensualitatis, quàm rationis.*

2 Venundatus sub peccato. *scilicet, primorum parentum, per quos genus humanum incurrit rebellionem carnis ad spiritum. ideo sequitur.*

3 Quod enim operor. *sensualitatem sequens.*

4 Non intelligo. *id est, intus non lego consonans dictamini legis naturalis, sed magis contrarians.*

5 Non enim quod volo bonum. *secundum rationis dictamen.*

6 Hoc ago. *impeditus sensualitatis impulsu.*

7 Sed quod odio malum. *secundum rationem.*

8 Illud facio. *tactus à sensualitate.*

9 Si autem quod nolo. *secundum rationem.*

10 Illud facio. *tactus per sensualitatem.*

11 Consentio legi, quoniam bona est. *quia prohibet illud quod est odibile secundum dictamen rationis rectæ.*

12 Nunc autem iam non ego operor illud. *Quia non operor illud secundum. quòd homo sed quòd bestiale, vt dictum est supra.*

13 Sed quod habitat in me peccatum. *id est, concupiscentia, quæ dicitur peccatum modo. supra dicto quia impellit ad hoc operandum.*

✲ 1 Scio

☞ a *Peccatum: Scio enim quia nō habitat in me, hoc est in carne mea bonum.* ✲Irenævs. Dominus est qui saluat nos, quia per semetipsos nō habebāt homines saluari: & propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians ait, Scio quoniam non habitat in carne mea bonum, significans quoniam non à nobis, sed à Deo est bonum salutis nostræ. lib. 3 c. 22.

✲Avgvst. Cessi intelligētioribus, imò veritati, vt viderem in istis apostoli vocibus, gemitum esse Sanctorum, contra carnales concupiscentias dimicantium. Qui cùm mē te sint spirituales, adhuc tamen isto corruptibili corpore quod aggrauat animam, rectè intelligunter esse carnales, quia erūt & corpore spiritales. Hinc factum est vt sic ista intelligerem quemadmodum intellexit Hilarius, Gregorius, Ambrosius, & cæteri Ecclesiæ sancti notique doctores, &c. lib. 6. cont. Iulia. Pelag. c. 11.

Lex carnis, ad quam diabolus, vt ad suam legem accedat, cooperatur.

b *Nam vel.* Velle non: quia velle bonū adiacet mihi, quia iuxta carnem iacet & quiescit impotens surgere ad bonum operandum. Iuxta: quia naturale est quodammodo bonum velle per rationem, sed tale est hoc velle, quod semper vi carnis superatur: velle autem Dei carnem superat. *Velle.* Bona sunt quæ iubet lex, adeo vt naturaliter amet, & facere velit, sed deest virtus perficiendi. Aug. lib. 3. con Iul. Pelag. c. 26. & lib. de nupt. & concup. c 50.

Velle. Avg. Semper bonus vult penitus non concupiscere, sed nunquam hoc perficit in hac vita. Ser. 5. de verbis Apostoli.

c *Persi.* Non ait facere, sed perficere quia non nihil facit: Agit bonum: quia concupiscentiæ non consentit: sed non perficit vt omnino non concupiscat. sic & hostis agit malum, dum mouet desiderium, sed non perficit, quia non perrahit ad malum.

d *Non e. quod vo.* Bonum perficere nō inuenio, quia nec bonum illud quod volo. A parte à qua minus videretur ostendit, sed econtrario malum, quia etiam illud quod nolo, &c. Vel, non inuenio bonum, quia non est ibi. Multi enim stulti non inueniunt bonum in aliqua re, quod tamen est ibi.

✲Theophylact. Cùm ait, *non inuenio*, vim & insidias peccati demonstrauit, Liberat enim cùm essentiam animæ, tum essentiam carnis à crimine & accusatione, totúmque in prauam operationem & voluntatem transfert. Nam cùm dicit, *quod nolo*, animam liberat à crimine: cùm verò subdit, *iam non ego operor illud*, carnem ab accusatione immunem seruat. Et quid igitur est quod malum operatur? Peccatum quod est (iuxta Chrysostomi sententiam) praua voluntas, & peccandi auida. Ista verò non est opus Dei, sed nostra motio & affectus. C

e *Si au. q. no.* Concludit superiorem sententiam: ergo ego non operor illud, scilicet malum, ex quo prior quæstio concluditur, scilicet, quòd consentit legi Dei.

f *Sed q. h. in me p.* Pressus peccato eius voluntatem facit quod tamen est vitio hominis. Hoc dicit, vt notet de quantis Deus homi hominem eruit.

✲Avgvst. Iam enim motus desideriorum malorum non ipse operabatur, quibus non consentiebat ad perpetranda peccata. Peccati autem nomine, quod in illo habitabat, ipsam nuncupabat concupiscentiam, quia peccato facta est, & si consentientem traxerit atque illexerit, concipit paritque peccatum.

✲Idem. Ipsa cōcupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non cōsentiunt, atque vt ea perpetrent, à regina mēte mēbra non dantur, vt si non sit quod scriptum est, *Non concupisces.*, fiat saltem quod alibi legitur. *Post concupiscentias tuas non eas.* Sed quia modo quodam loquēdi peccatum vocatur, quòd peccato facta est, & peccatum si vicerit facit reum, reatus eius valet in regenerato. Quē reatū Christi gratia per remissionē omniū peccatorū in regenerato, si ad mala opera ei quodāmodo iubenti non obediat, valere nō sinat. Sic autē vocatur peccatū, quia peccato facta est, cùm iam in regeneratis non sit ipsa peccatum: sicut vocatur lingua locutio quam facit lingua: & manus vocatur scriptura quā facit manus. Item sic vocatur peccatum, quia peccatum si vincit facit: sicut vocatur frigus pigrum, non quòd à pigris fiat, sed quòd pigros facit. lib. 1. de vitiis & concupisc. c. 23. Exod. 20. Eccl. 18.

g *Inuenio igi.* Dixerat legem bonam, naturam bonā, quæ idem vult, & ei consentit: hic adiūgit bonam legem bonæ naturæ adiutricem: & tamen exterior homo coniuncta illa duo vincit: vt homo per neutrum posse euadere videns, obnoxius sit gratiæ.

✲Theod. Dicit autem. Et lex bona mihi esse videtur: laudo enim quæ ab ea constituta sunt vt se rectè habentia, & simiiter ac ipsa, & quæ sunt honesta diligo, & quæ sunt contraria odio habeo. Sed mihi tamen malum adiacet, hoc est peccatum (videlicet concupiscentia) quòd habeam corpus mortale & patibile, animæque socordiam & imbecillitatem. Deinde mentis perturbationem pugnam apertius ostendens d. *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem.* Interiorem hominem dicit mentem. F

✲Photivs apud Oecvm. Inuenio legem, hoc est, intellexi ac deprehendi vim & naturam legis, & de ea comperi quod nihil potuerit auxiliari. Vnde hoc manifestum est? Quia volenti mihi facere bonum, nihil fert auxilij: sed similiter malum adiacet, inefficax est mihi ad agendum quod cupio. In hoc ex eo diligenter de lege comperi, quantum posset, quæ ve sit eius natura: quia in me volente bonum operari, inuenio adiacere malum, neque ab ea eiectum est à me. Itaque oportet per baptismum ad Christum eius depulsorem accedere, relicta lege.

h *Volenti.* Tantum: quia perficere non possum, quia malum rationi propè est, infidians in carne est quasi ad ianuas animæ, & aliud cogit facere, quam vult homo & lex.

i *Sec. inte.* Amb Quia caro ex Adāt raducitur, peccatū in se habet, si anima traduceretur & ipsa haberet: quia anima Adę peccauit, si verò anima peccatūin se haberet, homo nō se cognosceret. ☞ *Video.*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Scio enim. *per experientiam rebellionis carnis ad spiritum.*

2 Quia non habitat in me. *hoc est in carne mea.*

3 Bonum. *i. inclinatio ad bonum, sed magis ad oppositum: Et dicit.*

4 In car. mea. *scilicet corruptibili & corrupta per peccatum Adæ: quia talis inclinatio mala non fuit in carne humana pro statu innocentiæ.*

Vel aliter: In carne mea. quasi dicat. sn alia parte mei, scilicet in ratione, non est inclinatio ad malum, sed ad bonum. Ratio enim ad optima deprecatur. ideo subditur.

5 Nam vel. *f. bonum.*

6 Adiacet mi. *secundum rationem.*

7 Perficere autem bonum non inuenio. *propter sensualitatem impedientem.*

8 Non enim quod volo bonū, hoc facio, sed quod nolo, &c. *Ex Exponatur vt prius. quia repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.*

9 Inuenio igitur legem. *hic ostenditur idem per testimonium legis naturalis in bonis, cui concordat lex præcipiendo illa quæ homo vult & agit sequendo dictamen rectæ rationis: vt Deum colere, parentes honorare, & huiusmodi. & hoc est quod dicitur.* Inuenio igitur legem. *scilicet consonam.*

10 Volenti mihi facere bonum, &c. *secundum legis naturalis dictamen.*

11 Quoniam mihi malum adiacet. *quia magis promptus est homo ad persiciendum malum in opere quàm bonum, propter corruptionem naturæ.*

12 Conde. enim le. Dei. *i. ei concordo.*

13 Secundum inte. ho. *i. secundum naturalē rationis dictamen: quia ratio dicitur homo interior, & sensualitas exterior.*

d

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Video au.* Avg. Ad corpus mortis pertinet, vt lex membrorum repugnet legi mentis dum caro aduersus spiritum concupiscit. Sed lex peccati non regnat, cum non obeditur desideriis eius. Gal.5.c

b *Legem in mem.* Rectè fomes peccati lex dicitur: quia legitimè factum est, vt qui non obediuit suo superiori, ei non seruiat suum inferius.i.caro.

† Dis.6.c.in fi 23.q.5 c. si Paulus. in prin.

✻ Avg. Nobis pudendum est, quòd imperio nostro caro non seruit: quia hoc fit per infirmitatem, quam peccando meruimus, vocatúrque peccatum habitans in membris nostris. Sic est autem hoc peccatum, vt sit pœna peccati. li.2. de pec. mer. & remis.c.22.

†ex hoc corpore morti obnoxio

† Gratia ago Deo

✻ Idem. Ego de concupiscentia dixi, quæ est in membris repugnans legi mentis, quamuis reatus eius in omnium peccatorum remissione transierit: manet tamen actu in homine secum confligente per continentiam. Actu manet, non quidem abstrahendo & illiciendo mentem, eiusque consensu concipiendo & pariendo peccata: sed mala quibus mens resistit desideria commouendo. lib. 6. cont. Iulia.Pelag. c.8. B

a ¶ Partim libertas reddita. b ¶ Condelector legi, sed. c ¶ Partim restat infirmitas. d ¶ Fomitem qui regnat. e ¶ Vt in oculo ad concupiscendum: & in manu ad operandum.

a interiorem hominē. † Video autem aliam legem in mem- 1

b a ¶ Legi & rationi meæ coniunctis in vnum. b ¶ Per consensum & operationem. ¶ Quia consuetudine dominatur. c ¶ Ex carne non mente.

c bris meis repugnātem legi mentis meæ, & † captiuū ducē- 2 3

a ¶ Peccatum enim lex, quia dominatur. b ¶ Quanto autem vicinior, tanto periculosior. c ¶ Id est, ex carne. d ¶ Quia captiuatus sum ergo, quia natus sub peccato. ¶ Quia carnalis

d tem me in legem peccati, quæ est in membris meis. † Infelix 4

a ¶ Spiritualis. b ¶ Et cum per me non possum, quis nisi magnus aliquis. c ¶ De dominio carnis in qua mors.

e ego homo, quis me liberabit † de corpore mortis huius? 5

f a ¶ Non lex, non vires propriæ, sed.

g † Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igi- 6

a ¶ Quia gratia liberat. b ¶ Rationalis & interior homo. c ¶ Habens vt prius fomitem. d ¶ Voluntate. e ¶ Potens sum seruire. f ¶ Et ideo non remissius agendum, sed cauendum ne regnet. 7 8

tur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autē legi peccati. 9

✻ Idem. Lex peccati quæ in membris est corporis mortis huius, & remissa est regeneratione spiritali, & manet in carne mortali. Remissa scilicet, quia reatus solutus est sacramēto, quo renascuntur fideles: manet autem quia operatur desideria contra quæ dimicant & fideles. lib.2.contr. Iulia.Pelag. c.1.

Captiuum. Ex carne, ex parte: quia mens repugnat, & condelectatur legi Dei. Sic de ipso apostolo legitur: mens non consentit peccato, mors contendit, mens non consentit. Est in me quiddam mortuum quiddam viuum: quid inde sperandum?

c *Et captiuum me ducentem, &c.* ✻ Oecvmen. Pulchrè dicit Nam pugna mota inter peccatum, legísque præcepta, videlicet cogitatione peccato contradicente, discedit cum victoria peccatum, misero homine in captiuum assumpto. Legem peccati periphrasticè vocat peccatum *. quæ est in membris meis:* quæ per mea membra pugnat aduersum me. C

✻ Avg. Captiuum, sed ex carne, & ex parte. Nam mens repugnat, & condelectatur legi Dei. Sic enim intelligere debemus. Iam ergo si mens non consentit peccato titillanti, suggerenti, blandienti, quia habet alias interius delectationes suas, est in me quiddam mortuum, & quiddam viuum: mors contendit, mens non consentit. D

d *Infe.* non in mente, sed in carne.

e *Quis me li.* Liberabitur cum mortale hoc induet immortalitatē, vbi nulla concupiscentia permanebit. Modo interim quid? 1.Cor 15.g *Ego ip.m.s.le.d.* non cōsentiendo *car. au. l.p.* concupiscendo.

f Vel: *De c.i.* congregatione ingruentium malorū, vel peccatorū. † captiuantem

✻ Avg. Vbi natura istam perdidit libertatem, quam sibi dare exoptat, d. *Quis me liberabit, &c.* Vtique de vitiis corporis dicit. Nam de corpore mors corporis separat, sed cōtracta ex eo vitia cohęrent, quibus iusta pœna debetur. lib. de nat. & grat.c.55. † 15.q.1.c. 1 §. ex voluntate. E

Vbicunq; autem istā perdiderit libertatē, certè inseparabilis est possibilitas illa naturæ, habet posse per naturale subsidium, habet velle per liberum arbitrium, cur quærit baptismatis sacramentum? Sinatur orare, sinatur adiutorium medici potentissimi flagitare. Neq; enim sibi sufficit, qui d. *Infæ. ego ho. quis me, &c.* aut plenā libertatē habere dicendus est, qui adhuc postulat liberari.

✻ Theod. Hæc omnia disseruit apostolus, vt ostēderet quales eramus ante gratiam, & quales post gratiam: & veluti suscepta persona eorum qui ante gratiam à peccato obsessi sunt, tanquam à mediis hostibus circundatus, & seruire coactus, grauiter gemit ac lamentatur, &c.

g *Igi. ego ip.* Hîc tertius actus in lege spiritus. *Igi.e.* Sed quia dicit gratia se esse liberatum, ne quis torpeat securus, quasi peccatum non vltra noceat, determinat quomodo sit liberatio si in gratia manserit. Alioquin peccatum iterum occupabit *Ego ip.* Ego in carne, ego in mente: non duo, sed vnus ex vtroque: mente non consentio, carne concupisco. Aug. Ser 6. de verb. Apost.

Ab hoc loco: Scimus enim, quia lex spiritualis, ad finē vsque huius capituli, vtrū ex propria, an ex vniuersalis hominis persona hæc melius accipiantur, non omnino perspicuum est. F

Dicit Aug. aliquando sibi visum fuisse in hoc apostoli sermone describi hominē sub lege. Sed vt ait, nō est nisi homo gratię, qui cōdelectatur legi Dei & cōsentit: & qui nō operatur, malū, nec vult & qui ignorat.i.nō approbat: & cui nihil dānationis nūc est: sicut in sequēti ostēditur, & tamē adhuc esse carnalē de se dicit.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Video aut. aliam legem in membris. *Hîc habita occasione ex dictis de lege naturali & diuina, determinat de lege fomitis: cuius primò malitiam ostendit, secundò ab eo liberari petit, ibi:* Infœlix ego homo. *Circa primum ostendit eius malitiam: per hoc quòd non est legi naturali consona, sed magis contraria: & ideo non dicitur lex nisi per modū trāslationis. nam bona ad mala transferimus, sicut dicitur bonus latro. v. Metaph. & hoc modo leges tyrannorum leges dicuntur, & sic est de lege fomitis, de qua dicit:* Vi.au.ali.leg.*i. inclinationem quæ dicit membra tanquam legata ad mala: & sic dicitur lex à ligando.* Diuisio

2 Repu.le.ment.m.*i. legi naturali: quæ impressa est menti.*

3 Et captiuum ducentem, &c. *per consuetudinem peccandi, quæ tenet hominem in peccato sicut captiuum in carcere.*

4 Infœlix ego homo. *Hîc consequēter petit liberari, dicens in persona generis humani:* Infœlix ego homo. *per corruptionem naturæ.*

5 Quis me li. *Non dicit de corpore absolutè: quia facit ad beatitudinem animæ: quæ non erit perfectè beata, donec fuerit suo corpori reunita, sed dicit:* De cor.m.hu. *quia sancti resurgent in corpore immortali. & respondet Apostolus.*

6 Gratia Dei per Ie. *quia in præsenti liberat à lege fomitis inquantum est culpa, vnde & in renatis per baptismum primi motus non sunt culpa, sed solum pœna, & exercendæ virtutis materia. In futuro verò liberabit etiam à lege fomitis, inquantum est pœna: quando reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Phil. iij.c. Ex prædictis igitur concludit.*

7 Igitur ego ipse. *in vita præsenti.*

8 Mente seruio legi Dei. *i. secundum inclinationem rationis.*

9 Carne au. legi pec. *i. sequendo carnis inclinationē.* Legi peccati.

CAP. VIII.

Nihil igi. Avg. Sicut bona quædā malis non proficiunt, sic quædam maculæ si sunt leues, sine quibus humana vita non ducitur, nihil impediunt ad coronam. Ser.6. de verbis Apostoli.

CAP. VIII.

¶ Quia mente seruio legi Dei. a ¶ Tempore gratiæ. b ¶ Quia maculæ ex carne non obsunt.

a Nihil igitur nūc damnationis est his qui sunt in 1

a ¶ in quo omnia peccata soluuntur. ¶ Obediunt. b ¶ Q his nihil damnationis. c ¶ Et si quandoque cadunt.

Christo Iesu qui nōn secūdum carnē ambulant. 2 3

a *Nihil ig. nunc.* Etsi ante, nō nunc cum in Christo. *Nihil d.* Quia per gratiam baptismatis & lauacrum regenerationis solutus est, & ipse reatus cū quo eras natus, & quidquid ante commisisti.

✻ Avg Et si habent desideria carnis quibus non consentiunt, & si lex membrorum repugnet legi mētis eorum, & captiuare vult mētem: tamen quia per gratiam baptismatis Apud Bedā.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

✻ Nihil igitur. *Postquam apostolus ostendit cessationem legis factam per Christum. Hic consequenter ostendit, quòd Christo sit totaliter adhærendum. & diuiditur in duas: quia primò facit quod dictum est. Secundò ne videatur Iudæos tanquam exosos relinquere, ostendit erga eos suum affectum ca. se. Prima in duas: quia primò ostendit huius adhæsionis fructum vel vtilitatem. secundò, modum eius seu firmitatem, ibi:* Quis ergo nos superabit. *Prima adhuc in duas: quia primò ostendit fructum huiusmodi quantum ad euasionem mali. secundò quantum ad consecutionem boni, ibi:* Quicunque enim spiritu Dei. *Prima adhuc in duas: quia primò ponit intentum. secundò declarat ipsum, ibi:* Nam quod impossibile. *Circa primum dicit.* Diuisio

1 Nihil ig.n.dam.*i. nulla damnationis causa.*

2 Ex his qui sunt in Chri.Ie. *per fidem charitate formatam.*

3 Qui non se.car.*i. non operantur: sed magis secūdum spiritum quātum*

matis & lauachrum regenerationis solutus est & ipse reatus cū quo eras natus, & quicquid antea consensisti malæ cōcupiscentiæ, siue quolibet flagitio, &c. omnia deleta sunt in illo fonte quo seruus intrasti, vnde liber existi. Quia ergo hæc ita sunt, nulla ergo nunc condemnatio his qui sunt in Christo Iesu. Nulla est nunc, antea fuit. A

Hoc malum fecerat generatio, sed hoc bonū fecit regeneratio.

a *Lex e.spi.* Hic ostēdit per quid gratia liberet per spiritum sanctum.

* sed secundum spiritum. Aug. lib de nupt. & cōcup.c.32.& lib.83.q.67.

Lex spiritus. Est spiritus sanctus qui docet quid sit agendum, & quid nō: qui est dator vitæ, & hoc per Christum qui dat spiritum: & quomodo in Christo exponit.

Vel lex spiritus. Lex fidei qui dicitur spiritus: quia Deus cuius fides est, spiritus est. Vel, lex fidei per quā viuificamur quam spiritus ponit in corde. Vel lex spiritus vitæ, quia & peccare nōvult, & à morte reuocat, & quia spiritu.i.mēte creditur, & spiritus est qđ creditur, & spiritus est cuius fides est. B

Lex e. spiritus. Lex Moysi, lex spiritus.i spiritualis: quia prohibet peccare, sed non vitæ, quia non viuificauit remissis peccatis. Ambrosius

Distinctio ista satis est necessaria: Lex, inquit, spiritus vitæ. Ecce vna lex. A lege peccati & mortis. Ecce altera lex. Et sequitur quod impossibile erat legi. Ecce tertia lex. Hæc est lex per Moysen data in monte Sina. Duæ ergo leges hic bonæ sunt.s. lex fidei quæ peccatum tollit, & lex Moysi: quæ peccatum ostēdit & prohibet. Lex verò peccati mala, quia reos facit. Lex triplex

Lex quam ponit spiritus, liberat à lege carnis: quod non potuit facere tertia lex Moysi. Lex carnis non est Dei, sed peccati & mortis: hæc reos facit. Lex Moysi sancta & Dei est: quæ ostēdit malum, sed non tollit. Lex spiritus quæ est lex fidei & gratię, malum tollit.

b *Nam quod impossi.* Quomodo in Christo facta sit liberatio, ostendit.

c *Per carn.* Per carnalitatem, quæ rebellabat, & audita lege amplius est incitata: sic infirmata est lex literæ per carnem: & ideo erat ei impossibile liberare à lege peccati & mortis.

✻ Avg. Quod autem ait, *Quod impossibile erat legi, &c.* manifestissimè docet præcepta legis propterea non impleta, quamuis essent implēda, quoniam quibus data erat lex ante gratiam, dediti erant carnalibus bonis, & ex his acquirere beatitudinē cupiebant, neq; metuebant nisi cùm talibus bonis imminebat aduersitas, & ideo cùm illa temporalia deturbarentur, facilè recedebant à præceptis legis. Infirmabatur ergo lex non implendo quod præcipiebat, non sua culpa, sed per carnem, id est, per eos homines qui carnalia bona apppetendo, non amabant legis iustitiam, sed ei temporalia commoda præponebant. Exposi. quarundam propos. epist. ad Rom. prop. 48. D

a ¶ q. d. quis, Potes ne secundum carnem ambulare, possum: quia. ¶ Vel ideo nihil damnationis est, quia lex liberat à peccato. b ¶ Alias bit. c ¶ Lege Moysi, quæ præuaricationis est causa & mortis. ¶ A consensu & opere.

a *Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege 1

a ¶ Quia. ¶ Damnauit peccatum. b ¶ Damnare peccatum. c ¶ Naturali. ¶ Vel scriptæ. d ¶ In qua re. s. in iustificatione implenda. 2

b peccati & mortis. Nām quod impossibile erat legi, † in quo 3

a ¶ Lex. b ¶ Per carnales obseruantias non poterant iustificare. ¶ Per fomitem peccati, per carnalitatem quæ. c ¶ Consubstantialem. d ¶ Per hominem cognoscibilem faciens. 4 5

c infirmabātur per carnem, Deus filium suum mittens † in 6

d a ¶ Non in carnem peccatricem, sed ei similem per passibilitatem & mortalitatem. b ¶ i. pro eo quod factus est hostia pro peccato. c ¶ Deleuit. 7

e f similitudinēm carnis peccati, & de peccato damnauit pec- 8 9

g a ¶ Christi in qua vetus homo noster crucifixus est. b ¶ Lex præcipit, spiritus implet. c ¶ Talibus. 10

h catum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui 11

a ¶ Actibus. ¶ Et si aliquando cadamus. 12

non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritū. 13

d *Filium suum mit.* Avgvst. Non vbi nō erat: qui vbique est, venit in virginem, qui ante in virgine erat, quam creauit, elegit: quā elegit, creauit, attulit virgini fœcūditatē, nō abstulit virginitatē veniens in vterum virginis, fuit enim ibi per vnionem naturæ, qualiter ante non erat. Ita & in mūdo erat & in mūdum venisse dicitur, quia visibilis mundo apparuit. Aug.l.83.q.67.

† ea parte qua imbecillis erat.

† sub specie carnis peccato obnoxiæ.

e *In simi.car.pec.* non in carnē peccatricem: quia non eum mater concupiscentia, sed gratia concepit. Non peccatrix ergo fuit, quia nec in libidinis concupiscentia concepta: nec peccati causam in se habuit: nec in ea peccauit. In pœna ergo similis nostræ, non in qualitate peccati.

✠ Avgvstin. Prædestinatis à Deo, vocatis, iustificatis, glorificatis, qui vult aduersari, paret se si potest bellare aduersus Deum. Vbi enim audiuimus, *Si Deus pro nobis, &c.* ibi audiuimus, qui Deũ vincit, lædit nos. Et quis est qui vincit omnipotentẽ? Quicũque reluctari voluerit, sibi nocet. Hoc de cælo Christus Saulo clamauit, *Non tibi expedit cõtra stimulum calcitare.*

Serm. 16 de verb. Apost.

† donabit? Act. 9.

E

Ser. de nata. martyrum qui est 48. de sanctis.

✠ Idem. Omnium quidem fidelium Christianorum, maximè tamen martyrum vox est, *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Fremebat mundus aduersus eos, populi meditabantur inania, principes conuenerunt in vnum, excogitabantur noui cruciatus, & pœnas incredibiles inueniebat ingeniosa crudelitas. Obruebantur opprobriis, falsis arguebantur criminibus, custodiis includebantur, vngulis arabantur, ferro perimebantur, bestiis subigebantur, ignibus cremabantur, & dicebant: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Totus mundus contra vos, & dicitis, *quis contra nos?* Respondent tibi. Et quis est totus mundus, quando pro eo morimur qui fecit totum mundum: sæuire possunt, maledicere possunt, calumniari possunt, falsis opprobriis agitare possunt, & vt breuiter dicam, possunt non solum corpus perimere, sed etiam dilaniare, & quid facient? *Ecce Deus auxiliator mihi est, & dominus susceptor est animæ meæ.* Et quid mihi obest, si sit mundus interfector corporis mei, cũ dominus adiutor est animæ meæ? Quid mihi deerit si laceret membra mea inimicus, quãdo capillos meos Deus dinumerat? Ergo dicamus ex fide, dicamus in spe, dicamus flagrantissima charitate, *Si Deus, &c.*

Psalm. 53. Matth. 10.

g *Tradidit.* (Avgvst.) Dicitur, quia pater tradidit filium, verum autor calicis huius est etiã ipse qui bibit. Vnde Apostolus: *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Si ergo pater filium tradidit, & filius seipsum. Iudas quid fecit? Pater tradendo filium bene fecit, filius tradendo seipsum bene fecit. Iudas tradendo magistrum pro auaritia male fecit. Nõ enim quod nobis præstitum est de passione Christi, malitiæ Iudæ deputabitur: habebit ille meritum malitiæ Christus laudem gratiæ.

Augus. in psalm. 65. Ephe. 5. a

F

h *Omnia.* Minus est nobis omnia dare quam nostri causa morti illum tradere.

Omnia superiora. Deus trinitas. s. ad videndũ siue fruendum. Aequalia, angeli quibus æquabimur in futuro ad cõuiuendum, etsi non inferiores. Inferiora quoque nostra sunt ad dominandum. Et similiter quædam etiam superiora, vt sublimes angeli, & vniuersa ministeria cælestia nostra sunt: Non dominio, sed vsu: sicut res domini famulorum sunt ad victum, vel ornamentum, vel aliud huiusmodi.

a Quis

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1. Cor. 6. d qui adhæret Christo vnus spiritus est cum ipso.

1 Nam quid oremus sicut op. i. *sicut expediens ad salutem.*

2 Nescimus. *propria virtute, sed frequenter in hoc deficimus sed hũc defectum supplet spiritussanctus. Ideo subditur.*

3 Sed ipse spiritus postulat pro nobis. i. *postulare nos facit, sicut Gen. xxij. c. dixit Abrahæ dominus:* Nunc cognoui, quòd timeas dominum, *id est, alios cognoscere feci.*

4 Qui autem scrutatur corda. *scilicet Deus pater,*

5 Scit quid desideret. i. *scire facit: vna est enim scientia patris & filij & spiritussancti. Alio modo exponitur pars ista de spiritu angelico nobis dato ad custodiam: qui dirigit nos in orando, & in aliis actibus bonis. Et sic exponitur litera ista sic: Similiter autem & spiritus angelicus adiuuat infirmitatem nostram, nos dirigendo quantum ex se est, quia sollicitus est de nostra salute. Nam quid oremus sicut oportet ad salutem, nescimus, propter intellectus nostri perplexitatem. Sed ipse spiritus postulat pro nobis preces nostras offerendo Deo Tob. xij. c.* Quando orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos, &c *Sequitur*: Ego obtuli orationem tuam domino. Gemitibus inenarrabilibus. *Per hoc designatur desiderium angelorum de salute hominum: quod est inenarrabile à nobis eo quòd non est cognoscibile nobis perfectè.* Qui autem scrutatur corda. *scilicet Deus:* Scit, quid desideret spiritus. *Quia mens angelica est sibi totaliter manifesta.*

6 Quia secun. Deũ. *id est, sanctè & ordinatè* Postulat pro sanctis.

7 Scimus autem quoniam diligentibus Deum. *Hic consequenter ostendit bonum adhærentium Christo in actu voluntatis, qui est diligere: per quem alia bona diriguntur in Deum, & sic dicit:* Scimus quoniam diligentibus Deum. *dilectione charitatiua & perseuerante.*

8 Omnia cooperantur, &c. *id est, prædestinationem.*

9 Vocati sunt sancti. *in præsenti per gratiam sanctificantem. Istis enim & peccata in bonum proueniunt: quia fortiores & cautiores resurgunt, & etiam in gloria ad bonum eorum facit peccatorum memoria. Sicut cicatrices ad gloriam militis qui finaliter in bello triumphauit. Eis verò qui diligunt Deum secundum præsentem iustitiam tantum peccata non sic cædunt ad bonum eorum. Ideo subditur.*

10 Nam quos præ. & prædestina. *& non alios.*

✠ Confor

NICOLAVS DE LYRA.

1 Conformes. fie. imagi. fi. sui. *quia filiatio adoptiua Dei est quædam similitudo filiationis naturalis diuinæ.*

✠ 2 Vt sit ipse, &c. fr. i. *fidelibus quia* non confunditur eos fratres nominare. Heb. ij. *Sciendum autem, quod cum dicitur sic: Quos præscisuit & prædestinauit, præscientia non accipitur hic prout opponitur prædestinationi, sicut damnandi dicuntur præsciri: sed accipitur prout est præambulum ad prædestinationem. Electionem à Deo, præcognoscuntur ab eo: quia non eligit ignorans, & à casu: tamen non est ibi præcessio nisi rationis tantum: quia prædestinationem æternam sequuntur alia bona, quæ destinatis in tempore conferuntur ideo subditur.*

3 Quos au. præde. hos & vo. *per fidem ad se liberum arbitrium trahentio.*

4 Et quos vocauit ip. & iusti. *per gratiam.*

5 Quos au. iusti. illos & magni. *per gloriam. quia gratia est arra animæ.*

6 Quid ergo dicemus. *Postquam ostendit magnitudinem boni adhærentium Christo. hic consequenter ostendit huius boni certitudinem: quia non potest ab electis auferri per violentiam, ideo subditur.*

7 Si D. pro n. Et *accipitur hic si, pro quia. quia Deus est pro electis.*

8 Quis con. nos *q. d. nullus: quia nullus potest resistere potestati diuinæ: Et quod sit pro electis, consequenter ostendit dicens.*

9 Qui etiam proprio fi. suo. *naturali.*

10 Non peper. &c. *Et maxime dilectione ad electos.*

11 Quo non. *Argumentum est à maiori. Item prædictum bonum non potest tol. i ab electis per accusationem. ideo subditur.*

✠ 1 Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ a *Quis accusabit. a.* Nisus diaboli accusatio dicitur.

A ✠ AVGVSTINVS. Quia dementissimũ est credere, Deum accusaturum electos suos, & Christum eos condemnaturum, ita pronunciabitur hic locus, vt præcedat percontatio, sequatur interrogatio. Inter percontationem autem & interrogationem hoc veteres interesse dixerũt, quod ad percontationem multa respõderi possunt, ad interrogationem verò, aut nõ, aut, etiam. Pronunciabitur ergo ita vt post percõtationem qua dicimus, *Quis accusabit aduersus electos Dei?* Illud quod sequitur sono interrogantis enuntietur. *Deus qui iustificat?* vt tacitè respondeatur, non, &c.

L. 3. de doct. Christi. c. 3.

✠ OECVMEN. Multi impij accusabant credentes, dicit ergo: Quis idoneus est vt accuset, aut redarguat eos qui à Deo sunt electi? Et vide quod non dicit, Dei seruos, aut credentes: sed *electos*, dignitatem extollens. Quũ enim Deus propria sententia quempiam iustificauerit, quis illum condemnabit? Quod si etiã condemnauerit, quid proderit? Secundum interrogationem idem producit de Christo, tanquam in his quæ sunt irrefragabilia. Quis inquit, ille qui condemnet, quum Spiritus auxilietur infirmitatibus nostris, Pater iustificet, Filius verò pro nobis mortuus sit?

† morti tradimur

B

b *Ad dexte Dei.* In honore quo Deus cuius postulatio non potest contemni.

c *Interpellat.* Dum quotidie hominẽ quem assumpsit, & graue genus mortis quod pro nobis sustinuit, vultui paterno offert.

d *Quis nos separabit, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Cùm demonstrasset ineffabilem dilectionem Patris & Filij & Spiritus sancti erga nos, veluti iam diuino numine adflatus exclamat. *Quis nos sep, &c.* Adeo enim dilectum, tantáque dignatum prouidentia, nihil est quod dissepararé possit. Tribulationis autem nomine complexus est omnia quæcunque adfligere queũt, etiam si ea non expresserit. Et ne videatur afflictio & angustia signum esse diuinæ derelictionis, profert in medium prophetam, qui antea hæc vaticinatus sit, maximámque cõsolationem indicarit esse pro Dei gloria pati, adeoque occidi totum diem: quod sanè sit animi voluntate atque proposito: Naturæ namque hoc est impossibile, &c. *Legatur August. Serm. 16. de verbis Apostoli in Psalm. 44. libro 22. de ciuitate cap. 23. libro de moribus ecclesiæ catholicæ. cap. 11. Chrysostomus homilia 55. in Genesim. Cyprianus epistola octaua & vigesimasexta in aditione Pamelij, &c.* D E

† Psal. 43.d

† per

a ¶ Et cum hoc ita sit, nullius accusatio nocet. b ¶ Ita vt sit. ¶ Vt noceat. c ¶ Quos præsciuit. d ¶ Alius non potest: Deus non vult, quia ipse est qui 1

a Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? 2

a ¶ Cum nullus accuset. b ¶ Qui possit inferre mortem. ¶ Nullus poterit inferre qui velit. Solus enim Christus posset, sed non vult. c ¶ Nunquid. d ¶ Pro illis. ¶ Vult damnare.

Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est: 3 4

a ¶ Dico mortuus. b ¶ Quod maius est vt & nos resurgamus. c ¶ Et quod maximum est. d ¶ In bonis potioribus. e ¶ Patris. f ¶ Medius inter Deum & homines.

b imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam in-

a ¶ Repræsentatione humana. ¶ Non voce sed miseratione. b ¶ Et cum ita sint. c ¶ Nunquid hæc aduersa.

c terpellat pro nobis? Quis ergo separabit nos à charitate Chri 5

d a ¶ Corporum afflictio. b ¶ Mentis anxietas. c ¶ De loco ad locum. d ¶ Penuria cibi. e ¶ Vestitus penuria.

sti? Tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an nudi- 6

a ¶ Apparatus mortis. b ¶ Ipsa mors. c ¶ Quia tibi inseparabiliter adhæremus.

e tas, an periculum, an gladius? Sicut scriptũ est: † Quia pro- 7

a ¶ Variis tormentis. b ¶ Tota vita. c ¶ Sine respectu misericordiæ. d ¶ Quæ non prosunt nisi occisæ.

pter te † mortificamur tota die æstimati sumus vt oues oc- 8

a ¶ Tribulationibus & tormentis positi. b ¶ Superiores efficiuntur. c ¶ Non propter nos. d ¶ Cuius beneficium superat prædicta.

cisionis. Sed in his omnibus superamus † propter eũ qui dile

a Superamus dico. b ¶ Ex promissione eius dicentis, non te deseram, neque derelinquam. 9 c ¶ Quam minantur. 10

xit nos. Certus sum enim, quia neque mors neque vita ne- 11

¶ Promissa. ¶ Minor ordo. ¶ Mediocris. a ¶ Maior qui miracula facit. 12 b ¶ Præsentia bona vel mala. 13

f que angeli, neq; principatus, neq; † Virtutes, neq; instantia, 14

e Vel, *Sicut scriptum est.* Quasi, aliquis diceret: Cur ista commemoras? sunt ne nobis hæc mala? Respondet. Vtique ista mala sunt nobis. *Sicut scriptum est: Quia propter te mortifica. &c.* Propter te: causam notat, sine qua corona martyrij non redditur. Martyrem enim non facit pœna, sed causa: quia ipse pro nobis passus est, vt & nos propter ipsum patiamur: *Sed in his omnibus superamus.*

Aug ser. 48 de sanctis.

f *Neque an. ne. prin. ne. vir.* Hi ordines accipiuntur de malis angelis, & de bonis si fieri posset.

☞ a Neque

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quis ac. ad. e. D. *in iudicio finali? q. di. nullus. Et subditur causa.*

2 Deus est qui iusti. *sentẽtiãdo pro electis. ideo. pars aduersa dæmonum nõ audebit mutare:* Non etiã *per modũ condẽnationis. ideo subditur.*

3 Quis est qui con. *q. d. nullus & subditur ratio.*

4 Chri. Ie. &c. qui e. in. pro no. *apud patrem ostendendo latus & vulnera: & sic tollitur omnis condemnationis causa.*

5 Quis er. *Postquam Apostolus ostendit quod Christo sit adhærendum, hic consequenter ostendit huius adhærentiæ modum qui debet esse firmus: Quam firmitatem ostendit dupliciter. Primò ex parte corporis, secundò ex parte animæ, ibi:* Certus sum. *Ex parte verò corporis: apparet firmitas adhæsionis, quando quis pro nulla passione illata corpori separatur à Christo: Et ponit Apostolus septem passiones quarum maxima est mors: quia est vltimum terribilium in vita præsenti secundum Philosophum. ideo ponitur vltimò cum dicitur: An gladius. Aliæ sunt dispositiones ad mortem: aliquæ tamen propinquæ, & aliæ magis remotæ. Inter propinquas est probabilitas mortis imminentis, quæ dupliciter accipitur. Vno modo quantum est in re, & quantum ad hoc dicitur: An periculum. Alio modo quantum est in apprehensione animæ, & quantum ad hoc dicitur.*

C

Passionum mortis sufficientia.

6 An an. *Dicitur enim quis angustiari quãdo est in arcto positus. Passiones verò magis remotæ, & dispositiones ad mortẽ contingunt propter subtractionem necessarij ad vitam, scilicet alimenti & tegumẽti: Et quantum ad hæc duo dicitur:* An fames? an nuditas? *Vel contingunt propter illationem nocumenti: Quod quidem nocumentum consideratur dupliciter. Vno modo, vt est ab hoste. & quantum ad hoc dicitur:* An persecutio? *Alio modo inquantum recipitur in corpore patientis: & sic dicitur* Tribulatio? *Apostolus autem in scribendo non curauit multum de tali ordine artificiali, sed dimisit hoc expositoribus. Quod autem talia paterentur sancti, ostẽdit inducens ad hoc autoritatem, Psal. xliij. d.*

7 Quia pro te mor.. *i. ad mortem per afflictiones & tormenta ducimur, sicut patet in martyribus.*

8 Aesti. sumus vt oues occi. *quarum occisio reputatur vtilis pro lana & carnibus habendis: Sic tyranni bona martyrum rapiebant, & cum hoc obsequium se præstare Deo reputabant Ioh. xvj. a.* Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo.

Deceptionũ varietas.

9 Cer. *s. Hic consequẽter ostẽditur firmitas ex parte animæ, in hoc quod non est separabilis à Christo per aliquid illatum sibi, cuiusmodi est deceptio. Quæ aliquando prouenit ex parte illius qui decipitur, eo quod est in passione positus: sicut timens ad modicum strepitum, credit irruere in hostes. maximè verò passiones sunt timor mortis & amor vitæ. Et quantum ad ista dicitur:* Cer. sum. enim quia neque mors. *i. timor mortis.* F

10 Neque vita. *i. amor vitæ. Aliquando contingit deceptio ex parte decipientis, eo quod multum creditur eius dictis: & hoc remouet dicens.*

11 Neque angeli. *qui sunt de infimo ordine primæ hierarchiæ.*

12 Neq; prin. *qui sunt de tertio ordine eiusdẽ hierarchiæ. Et sub istis intelliguntur archangeli qui sunt de medio ordine. Et dicuntur archangeli, quasi principes angeli, ab archos quod est princeps.*

13 Neque virtu. *Angeli sunt de secundo ordine mediæ hierarchiæ. Et sub istis intelligũtur potestates, qui sunt de infimo ordine eiusdem hierarchiæ. Istos autem angelos exprimit Apostolus: quia sunt de quinque ordinibus quorum officia sonant in ministeriũ circa nos. Angeli verò de quatuor ordinibus superioribus sunt assistentes Deo. q. d. Apostolus: quãuis angelis qui mittuntur in ministeriũ est multum credendum, tamen non possent separare à charitate Christi per aliquam deceptionem. Non est autẽ per hoc intelligendum, quod angeli sancti velint nos decipere: sed quod si vellent, non possent. Aliqua enim propositio cõditionalis est vera cuius vtraque pars est falsa, & impossibilis, sicut ista: Si homo volat, habet alas. sic est in proposito. & per talem modũ dicit Apostolus Gal. j. b.* Licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis preterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

14 Neque instan. *i. quæcunque præsentia non poterunt nos separare à charitate Christi. De præterito non facit mentionem: quia non faciunt in hoc difficultatem. Aliquando verò contingit decipi per dæmonem: quia aliquando decipit potestate, de qua dicitur Iob. xlj. d.* Non est potestas super terram quæ comparetur ei. *Quam excludit di.*

✠ a Neque

☞ a *Neque alti. ne. pro.*

A AMBRO. i. nec prospera vel aduersa. vnde Salomon: *Diuitias & paupertates ne dederis mihi: ne repletus mẽdax fiam, vel pauper rapiã, & periurem nomẽ Dei.* Multi peccant altitudine, multi necessitate. Contra hoc preponitur Achaz in Isaia, qui nolebat petere signum neque in alto neque in profundo. Remediũ de Christo, qui neque elatus potestate qua æqualis patri, nec turbatus de electione mortis, qui est signũ in alto, & in profundo: ne ille vel regia potestate extolleretur, vel erumna turbaretur, sicut tunc erat pro bello Assyriorum. D

Prou. 30.

Isai 7.b

a ¶ Bona vel mala. b ¶ Violentia alicuius c ¶ Humanæ potestatis: vel eleuatio Sathanæ.

a neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque 1

a ¶ Sapientia alicuius. ¶ Vel si diabolus monstret infernum: vel minetur præcipitium. 2 b ¶ Vel noua: vt equus bipes si fiat, vt fecit Iamnes & Mambres. 3

profundum, neque creatura aliqua poterit nos separare 4

a ¶ Qua cum diligimus. b ¶ Quia omnibus melior Deus. c ¶ Nobis. d ¶ Deus charitatem suam in Christo nobis ostendit quem pro nobis tradidit. ¶ Non à nobis

à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Neque fortitudo. *Aliquando verò mendositate promittendo maiora, quàm possit facere, sicut Christo homini. Matth. iiij. b.* Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. *quod excluditur cum dicitur.*

2 Ne. al. *à dæmone promissa. Aliquando verò malitia occulta, quod excluditur ibi.*

3 Neque profun. *s. malitia dæmonis. & vt omnia generaliter excludat subdit.*

4 Ne. creatura aliqua pote. *Et loquitur hic Apostolus de prædestinatis. & quantum ad desperationem finalem: quia licet peccent aliquando, tamen semper in charitate Christi moriuntur.*

ADDITIO I.

In c. viij. vbi dicitur in po. Nullus enim damnatur nisi pro peccato origi. vel mor.

Licet enim sancti patres descenderunt ad Limbum pro pœna per Adam incursa: non tamen propter hoc dicendi sunt damnati prout videtur dicere Postil. Tales enim fuerunt à Deo prædestinati. & sic secundum propositum æternum sunt vocati.

ADDITIO II.

B *In e. ca. vbi dicitur in Postil.* De peccato. *i. de seipso facto hostia pro peccato.*

Quod dicitur hic: De peccato damnauit peccatum, *potest aliter exponi, vt videtur magis propriè. Pro quo sciendum, quod crucifigentes Christum, maximum peccatum commiserunt, vt est manifestum: de quo peccato Deus deleuit. i. abstulit peccata nostra. & hoc est quod dicitur.* De peccato. *i. de passione Christi, quod maximum peccatũ fuit respectu inferentium.* Damnauit peccatum. *i. deleuit, &c. vt in pos. Quæ quidem expositio videtur magis propria inquantum hæc dictio peccatum, vniformiter accipitur vtrobique. Et continuatur ad præcedentia sic. Nã impossibile erat legi naturali seu scriptæ, quod ex peccato quod est quadã transgressio legis eliceret bonum redemptionis: sed hoc ad solum Deum pertinet, qui adeo est bonus, vt etiam ex malis bonum eliciat secundum Augus. & hoc est quod dicit: Nam quod impossibile erat legi, Deus filiũ suum mittens de peccato damnauit peccatum.*

ADDITIO III.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. In quo clamamus, *idest, Deum vocare possumus. Abba pater.*

Quod dicitur: In quo clamamus Abba pater. *referri potest ad duas nationes quibus scribebat. s. ad Iudæos & Gentiles. Iudæi enim vocabant Deum Abba in sua lingua: Romani verò pater in sua, &c.*

REPLICA. *In ca. autem viij. vbi dicit Postil. Quod damnatio est pro mortali vel originali peccato aut pro pœna incursa per Adam. Bur. vult non debere dici patres ad limbum descendentes damnatos, quia fuerunt per sententiam, & chirographum deputati ad pœnam damni: quæ sententia dici potest damnatio quamuis non æterna.*

C

In eo. ca. vbi dicitur: De peccato damnauit peccatum *Postil. sicut glo. exponit quod Christus de peccato. i. de seipso hostia pro peccato facto damnauit peccatum. Quòd autem hostia pro peccato peccatũ dicitur, probat per illud Hosee. iiij. vbi dicitur:* Peccata populi mei comedent. *i. hostias pro peccato comedent. Burg. autem dicit magis propriã esse expositionem: vt peccatum teneatur vniformiter, vt de peccato Iudæorũ crucifigentium damnauit peccatum. sed ista expositio Bur. videtur cõtra rationem: Nam nihil eiusdem rationis est destructiuum suijpsius. Nam sicut vnumquodque inquãtum tale naturaliter est conseruatiuum suipsius, ita nihil est destructiuum cuiuscunque, nisi sit ei aliquo genere oppositionis oppositum. Valde igitur impropriè oportet dici peccatũ destruere peccatum, tenendo peccatum vniformiter. Grammatici enim proprietatem talium orationum saluare volentes, vtuntur relatiuo diuersitatis, non idẽtitatis, vt mulier saluauit quæ damnauit. Sicut per hominem mors, ita per hominem resurrectio mortuorum. Oportet igitur hic peccatum non accipi vniformiter. nã passio Christi prædicata est à Deo & à Iudæo: Vt à Deo fuit, est optima & vt à Iudæo est pessima: Vt à Deo habuit rationem saluatiuam, & peccati destructiuam: non autem vt à Iudæo: quia sic fuit malum: malum autem non destruit malum propriè & vniformiter, sed potius auget. Nec valet declaratio Bur. quã dicit, quod solus Deus adeo bonus est, vt sciat elicere bonum, ex malis Iudæorum crucifigentium: quod erat impossibile legi, vt in ipsa ex peccato, quod est ipsius legis trãsgressio, eliceretur bonum redemptionis. Illa enim declaratio falsificat literam apostoli: nam si Deus ex maiori malo. s. Iudæorũ crucifixione sciuit elicere bonũ redemptionis, sciuit hoc idem ex minori malo. s. legis trãsgressione. Dicitur autẽ litera Apostoli hoc legi impossibile: quod falsum esset secundum Bur. interpretationem: quia Deus potest ex quocunque malo elicere quodcunque bonum. Melius igitur & propriè magister & Postillator exponit illũ passum, dicens: Impossibile erat legi, vt per legem quantumcunque obseruatam destrueretur malum, quia lex ostẽdit peccatum, non tollit, ideo Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati factus est peccatum. i. hostia pro peccato: & hoc peccato damnatum. i. deletum est peccatum.* E F

In eo. ca. vbi dicitur: Abba pater. *Bur. dicit esse Abba nomẽ Hebraicũ sed Mar. xiij. d. dicit esse nomen Syrum: Ita etiam potest esse Græcũ quod ibidem videbatur reprehendere Postil. & in hoc cap. allegat suum correptorium: Exod. xxxiij. vbi etiam vide corruptionem eiusdem.*

CAP. IX

a *Veri. di.* Modo nihil potest separare, sed olim fui separatus. vnde modo doleo, & sic mala iam in bonum conuertuntur.

✠ THEOPHYLACT. Demonstraturus est in procursu quod non omnes qui ex Abrahã, semen ipsius sint. Ne verò ex affectu hæc videatur dicere, anteuertit, ac de Hebræis commodiora blandioráque dicit, suspicionem hanc adimens, cõfiteturque se illos excellenter amare. Producit autem tres in testimonium, Christum, suam ipsius conscientiam, & Spiritum sanctum.

Verita. di. AMB. Quia contra Iudæos loqui visus est, affectum suum circa eos ostẽdit, quod iurando firmat. Dolet genus suum beneficio Christi priuari. Optabam ait, nõ opto: quia scit se talẽ nõ posse à Christo separari: tamẽ affectum circa illos ostendit, de quibus multa præconia enumerat, vt omnibus pro eis dolorem incutiat. qui tãto peiores sunt Gentilibus, quod prærogatiuam patrum & promissionis prodiderunt. propensius enim malum est, dignitatem perdidisse, quàm non habuisse. Sed hoc est inquit, quod Deus dixit futurum, vt non filij carnis sint semen Abrahæ, sed qui fidem habent, per quam natus est Isaac: Isaac in typo Christi, Iacob & Esau duorum populorum. Iob fuit ex filiis Esau. quintus ab Abraham, hoc est nepos Esau.

b *Quoniam tristitia est mihi magna, &c.* ✠ THEODOR. Imper-

☞ fecta

CAP. IX.

¶ Positus. a ¶ In aliqua parte.

a Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testi- 1

a Et si vos non creditis. c Radicata & fundata.

monium perhibente mihi consciẽtia mea in spiritu 2

a ¶ Et spiritus est testis. ¶ De hoc quod. b ¶ Stupor mentis. c ¶ Non horarius d ¶ Compunctionis

b sancto quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor 3 4

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

✠ 1 VErita di. *Postquam ostendit Apostolus cessationem legis factam per Christum & quod ei est totaliter adhærendum, ne per hoc videatur Iudæos derelinquere tanquam exosos. ideo consequenter hic ostendit erga eos suum affectum. & hoc tripliciter. Primò dolẽdo de eorum obstinatione. secũdum, orando pro eorũ conuersione: ca. se. tertiò. compescendo Gentiles ab eorũ insultatione, cap. xj. Prima in duas, quia primo ostendit suum affectum. secũdò, remouet incidens dubium, ibi: Non autem. Circa primum dicit:* Veri. au. di. in. *Et est modus iurandi ad assertionem sui dicti. Ex quo patet, quod iurare non est peccatum viris perfectis ex causa rationabili sicut erat in proposito: quia Iudæi de facili nõ credebant sibi.*

Diuisio

2 Conscientia m. *bene ordinata.*

3 Quoniam tri. est. mi. ma. *quantum ad mentem.*

4 Et cõnti. dolor. *ex anima redundans ad carnem. & supplendum est pro Iudæorum infidelitate: Quod declarat di.*

✠ 1 Opta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecta quidem est orationis compositio. Adiici enim oportebat, propter sullæorum reiectionem, vel infidelitatem. Sed caute & parce loquens hæc quidem verba non posuit, sed per ea quæ deinceps sequuntur, hæc se sensisse docet.

a *Optabam enim ego &c.* ✠ IDEM. Anathema habet duplicẽ intelligentiam. Nam & quod Deo consecratum est, anathema nominatur: & quod ab eo est alienum, habet eandem appellationem. Hic autem diuinus Paulus secundam posuit significationẽ, ostendens qua esset affectione in suos contribules & cognatos. Et non dixit, vellem, sed, optaré esse alienus à Christo, vt illi cum illo familiaritate & consuetudine inita, fructum salutis assequerentur. Propemodũ dicens: Ego quem nec vita, nec mors, nec præsentia, nec futura, nec vlla alia creatura separare poterit à charitate Dei quæ est in Christo Iesu, pro Iudæorum salute lubentissimè ab ipso separarer.

✠ HIERONYM. Pespiciamus eundem & Moysi & Pauli erga creditum sibi gregem profectum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Et hoc ipsum est dicere, *Optabam anathema esse, &, dele me de libro quem scripsisti.* Simulque cerne Apostolum quantæ charitatis in Christum sit, vt pro illo cupiat mori & solus perire, dummodo in eum credat omne hominum genus. Perire autem non in perpetuum, sed in præsentiarum, id est, ab hac vita migrare. *Qui enim perdiderit animam suam pro Christo, inuam faciet eam.* Vult ergo Apostolus perire in carne, vt alij saluentur in spiritu: seu sanguinem fundere, vt à crimine conseruentur. Quod autem anathema interdum occisionem significet, multis veteris testamenti testimoniis probari potest.

✠ IDEM. Non quod ipse perire desideret, cui viuere Christus est, & mori lucrum: sed magis meretur vitam, dum saluare vult cæteros.

b *Pro fratribus.* Vel pro his terra hendis qui modo sunt fratres in fide, qui sunt & cognati mei: & ita grauius peccabam.

c *Quorum adoptio est filiorum, &c.* ✠ OECVMEN. Ostendit Deum nihil prætermisisse ad Iudæorum beneficientiam: ipsi verò propria ingratitudine ac improbitate ab omnibus exciderunt. Ideo etiam Dei dona enumerat, adoptionem, gloriam, legislationem, ac reliqua.

✠ HAYMO. Quorum adoptio est filiorum, ideſt, electio illorum, quia ex ipsis ad optati sunt filij, & ipse populus vocabatur filius Dei primogenitus. Gloria erat illis, quòd de omnibus gentibus in peculiarem Dei plebem sunt electi. Illis etiam testamentum vetus datum: vel (sicut quidam codices habent) testamenta, vetus videlicet & nouum, si voluerint credere. Et legislatio, ideſt, datio, ad eos pertinet, quia per Moysen eis data est. Et obsequium, cultus videlicet diuinæ religionis qui est illi traditus. Promissa quoque de Christo & de redemptione ipsorum, & vita æterna illis data sunt. Quorum patres subaudi fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob, &c.

d *Qui est super omnia Deus, &c.* ✠ TERTVLL. Deos omnino non dicam nec dominos, sed Apostolum sequar, vt si pariter nominandi fuerint Pater & Filius, Deum patrem appellem, & Iesum Christum dominum nominem, solum autem Christum potero Deum dicere sicut idem Apostolus. Ex quibus Christus, qui est Deus super omnia benedictus in æuum omne.

✠ NOVATIANVS. Nullius hominis hæc vox esse potest. Ego & pater vnum sumus, hanc vocem de conscientia diuinitatis Christus solus edicit. Omnibus diuinitatis Christi probationibus & rebus instructus Apostolus Thomas, respondet, dominus meus, & Deus meus. Quod & Apostolus Paulus, *Qui est super omnia Deus benedictus in secula*, in suis literis scribit, &c. *Sic Hilarius lib. 4. & 8. de Trinitate: Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 3. Augustinus lib. 1. contra Faustum, cap. 3. & 6. Cyrillus lib. 1. Thesauri, cap. 5. Athanasius Orat. 2. contra Arrianos: Victorinus lib. 1. contra Arrianos: Idacius lib. 1. contra Varimadum. Cassianus lib. 3. de incarnatione: Gregorius homilia 8. in Ezechielem, &c.*

e *Non autem quod exci.* Consolatur dolorem suum Apostolus, hos olim Deus saluandos non decreuit præscius, non personarum acceptor. Nullum enim damnat antequam peccet, nullum coronat antequam vincat: sed præscientia diffinitum habet, qualis vniuscuiusque futura sit voluntas, ex qua damnetur vel coronetur.

Quia dolebat de Iudæis, consolatur se inueniens scriptum: non omnes esse saluandos, sed tantum similes Isaac. In his ostendit quod sola gratia Dei faciet filios Dei. *Non autem exci. ver. Dei.* Dixit, quod promissio æternæ hæreditatis facta est Iudæis: sed quia ipsi ex magna parte non crediderunt, videbatur verbum Dei non esse impletum. Ad quod respondet: etsi in quibusdam non est impletum, in aliis tamen, scilicet, in Gentibus credentibus impletum, est, qui modo veri sunt filij Abrahæ.

Non au. ex. Q. Etsi ita laborauit: etsi non omnes credunt, non tamen excidit verbum Dei, vel non dico quod exciderit. Verbum Dei excidere est promissa non implere.

☞ a *In*

a ¶ Non specietenus. ¶ Et merito doleo. b ¶ Qui modo apostolus. c ¶ Separatio aliorum.

a cordi meo. † Optabam enim ego b ipse anathema esse à 1

a ¶ Pro Iudæis, qui fratres in lege, quorum legem volebam defendere. ¶ A Christo errantibus. b ¶ Et ideo amplius iuuandi.

b Christo pro frãtribus meis, qui sunt b cognati mei secundum 2

a ¶ De tribu Beniamin. b ¶ Veri secundum bonos, vel genere. c ¶ Ad quos pertiner. 3

c carnẽm qui sunt Israëlitæ: quorum adoptio est filiorum, & 4

a ¶ Quia populus peculiaris: vel modo per miracula quæ faciunt. b ¶ Nouum. c ¶ Quorum. d ¶ Quam vetus per figuras ferret. e ¶ Cultus Dei vnius. f ¶ Quorum. g ¶ Quibus factæ sunt promissiones.

glória, & testamẽtũ, & legislátio, & obsequiũm, & promissa, 4

a ¶ Laus à prioribus. b ¶ Sunt. c ¶ Laus à posterioribus. d ¶ Vnde: Homo natus est in ea. e ¶ Et si secundum carnem natus sit de patribus. 5 6

d quorum b patres, ex quibus est Christus secundum c carnẽ, qui 7

a ¶ Vnde & fundauit eam altissimus b ¶ Verum est quod ipse sit Deus c ¶ Quod huic veritati contradicebam modo confirmo. 8

e est supẽr omnia Deus benedictus in secula amẽn. Non au- 9 10 11 12

¶ Et si ita laborauit, & si omnes non credunt, Non tamen exci. ver. ¶ Non irrita est promissio, etsi non omnes salui, quia Non omnes.

✠ 1 Opta. enim, &c. ana. esse, *ideſt, separatum ab eo: Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo referendo ad tempus, in quo persequebatur Christum in membris suis, Act. vij. & hoc ex zelo Iudaicæ legis. & sic optabat se separatum esse à Christo. Alio modo referendo ad tempus post conuersionem suam, in quo prædicabat fidem catholicam: & tunc aliquando optabat separari à Christo per dilationem suæ gloriæ ad tempus, vt intenderet conuersioni Iudæorum ad fidem Christi. vnde dicit ad Phi. j. d.* Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, permanere autem in carne necessarium est propter vos.

2 Pro frã. meis, *scilicet conuertendis.*

3 Qui sunt co. mei. *Fuit enim Apostolus natione Iudæus de tribu Beniamin vt ipsemet dicit, infrà xi. & Phi. iij.* Quorum adoptio est filiorum, *quia populus ille specialiter dictus est filius Dei, Exod. iiij. f.* Filius meus primo-genitus Israël.

4 Et gloria. *quia ei factæ sunt apparitiones diuinæ.*

5 Et testamentum, *quantum ad mandata Dei data populo per Moysen.*

6 Et legis. latio. *quantum ad præcepta decalogi à Deo data populo, Exodi xx.*

7 Et obsequium. *diuini cultus.*

8 Et promissa. *prophetarum de Christo.*

9 Quorum patres, ex quibus est Christus, & cætera. *vt patet Matth. j.*

10 Secundum carnem. *Hoc dicitur ad ostendendum, quod in Christo non solum est humana natura, secundum quam descendit à patribus veteris Testamenti, sed etiam diuina. secundum quam procedit à patre. ideo subditur.*

11 Qui est super omnia De. ben. *Ex quo manifestè patet error Arrij dicentis Christum puram creaturam.*

12 Non autem. *Hic circa prædicta remouet dubium. Ex hoc enim quod dicit promissa de Christo facta Iudæis, qui tamen non receperunt eum posset aliquis credere frustratum fuisse promissum diuinum: ideo hoc remouet per duplex exemplum, secundum penitur ibi.* Non solum. *Circa primum dicit:* Non autem. *supple, sequitur.*

☞ a *Quod*

☞ a *Israel.i.* in Christo vocante gratia congregantur.

In Isaac promissione præfigurati sunt, non qui seipsos iustos, sed quos Deus facit: hi sunt filij liberæ quæ sursum est, quæ est mater nostra. Filij carnis sunt terrenę Ierusalem, quę seruit cum filiis suis. Sicut Isaac non meruit, vt nasciturus promitteretur, sic & isti, sed sola gratia promissa est eis data filiorũ adoptio.

b *Non solum autem il.* Sara habuit promissionẽ, sed & Rebecca habuit promissionẽ, habens. s. duos filios *ex vno con. Isaac patris no.* Ex vno concubitu dicit, ne videantur merita parentũ differẽtia in generatis sed patris. i. in stitutoris nostri, quẽ imitemur, si volumus esse filij Dei. Promissio facta Saræ, ostendit quod propter genus nullus saluatur. Ista Rebeccæ, quod propter nullum meritum suum vel parentum aliquis eligitur, sed sola gratiæ.

✠ OECVMEN. Et quid mirum in quit, quod Iudæorum hi soli in semen Abraham reputentur qui crediderũt, increduli verò non ita? Nam & hoc in aliis veteribus inuenies. Siquidẽ Isaac reputatur solus in semen, cum tamen alij essent à Cetura filij. Nec id solum, sed & Rebecca ex vno Isaac accepto semine, quũ duos peperisset, non habuit duos qui Deo placerẽt, aut in semẽ Abrahã reputarentur, idque cùm nondũ essent nati. Sic & de Iudæis: fideles quidem & semen Abrahã sunt & salui fiunt: infideles verò non ita.

c *Cum enim nondum nati.* Rebecca habuit promissionem hanc: *maior seruiet minori.* i. Esau persequendo, proficiet Iacob.

d *Non ex operi.* Futuris quæ bona vel mala non erant futura, nisi apposita gratia vel subtracta.

e *Maior seruiet mi.* Hoc ad literã: quia Idumæi qui de Esau, qui & Edom dicitur, subditi fuerũt filiis Israël: sed magis in hac prophetia intenditur, q̃ populus Iudæorum maior. i. in cultu vnius Dei prior, minori. i. posteriori Christiano esset seruiturus.

f *Iacob di. &c.* In Iacob nihil inuenit amãdum, nisi misericordiæ suæ donum. In Esau nihil odit, nisi originale peccatum. Sed quo modo hoc rectè, cum nihil egissent: quia res est stupenda, sibi obiicit: Ex misericordia, velle & currere: quod apparet in aliis ex eadem massa cui debita est perditio.

Gal. 4 d Aug. epist. 105. & li. 1. ad Simplicianũ, qu. 2. † excidit

Hiero. quæ. 10. ad Hedibiam. Gen. 5. e

Aug. lib. 16. de ciui. c. 47. Idem lib. 1. ad Simplicianũ. qu. 2.

† Gen. 18. b † in tempore hoc. 7 cc cubitũ.

Quæst. 9. ad Algasiam. Io. 10.

Exod. 32.

Io 12.

In c. 1. Ioan.

Exod. 4.

Gen. 25. c

Aug. lib. de prædestina. & gratia, ca. 4. 5. 6. 7.

Act. 10. c

Arrij er. 01

Quare Deꝰ Iacob dilexit. Au. epi. 105.

† quia

† Gen. 21. b Gal. 4 d

Epist 105.

† Malac. 1. a. 47. dii. c. quãtũlibet.

a 1 Quod exci. ver. diuinum. *ab impletione ex infidelitate Iudæorum: quia aliqui eorum vt apostoli. & plures alij receperunt fidem Christi, in quibus promissum Dei impletum est.*

2 Non enim omnes qui ex Israël, *ideſt, à Iacob, alio nomine dicto Israel Gene. xxxij. descenderunt supple.*

3 Hi sunt Israëlitæ. *per imitationem fidei eius: Quod declarat in filiis Abrahæ, qui non omnes dicti sunt semen eius, sed illi tantum qui descenderunt per Isaac. & hoc est quod dicitur.*

4 Neque qui semen sunt Abrahæ, *secundum testimonium scripturæ.*

5 Omnes fi. *quia filij Abrahæ de Agar. & de Cethura non sunt dicti semen eius: Quod ostendit per scripturam Gen. xxj. b.* Sed in Isaac vocabitur tibi semen. *De aliis autem filiis subditur.*

6 Non qui filij carnis. *virtute naturali genti, cuiusmodi fuerunt Ismael, & filij Cethuræ.*

7 Hi filij Dei. *ad eius cultum electi.*

8 Sed qui filij sunt promissionis. *scilicet diuinæ.*

9 Aestimantur in semine. *scilicet Abrahæ: Et qui sint illi, ostendit per scripturam dicens:* Promissionis enim ver. &c. *quod subditur.*

10 Secundum hoc tem. *ideſt anno reuoluto.*

11 Veniam ad te & erit Sa. filius. *Gen. xviij. b. Allegatur autem hæc autoritas, & alia sequentes secundum translationem septuaginta, quæ tempore Apostoli erat multum autentica: Dicitur autem hic Isaac quæ promissionis filius, quia virtute diuina, natura iuuante fuit genitus: quia pater erat centenarius, & mater sterilis & nonagenaria. Igitur cum promissio facta Abrahæ. Gen. xxv. c. quod semẽ suum esset futurum sicut stellæ. antequam aliquẽ haberet filium, vt ibidem dicitur: & tamen hæc promissio non fuit impleta in omnibus eius filiis, sed solum in Isaac vt dictum est, non dicitur frustrata, sic nec promissio per prophetas de Christo frustrata est, q. amuis non omnes Iudæi ipsum receperint per fidem, sed aliqui ad hoc electi.*

12 Non so. *Hic inducitur aliud exemplum ad propositum. Et dividitur in duas partes. quia primò ponitur exemplum, secundò remouetur ex hoc dubium. ibi:* Quid ergo dicemus? *Est autem exemplum hoc de filiis Isaac, qui licet esset promissionis filius, vt dictum est, & per eum implenda promissio diuina de semine Abrahæ, non tamen impleta fuit in duobus filiis suis Esau & Iacob: sed in Iacob tantum: tamen dicitur firma, & veraciter esse impleta. Et eadẽ ratione promissio de Christo licet nõ fuerit impleta in omnibus Iudæis sed in aliquibus ad hoc specialiter electis. Dicitur igitur:* Non solum autẽ illa. *s. Sara habuit filium ex adiutorio gratiæ.*

13 Sed & Rebecca. *secundum quod dicitur Gen. xxv. c.* Deprecatusque est Isaac dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.

14 Ex vno con. habens geminos filios. *Hoc non est de textu, sed subintelligitur, propter quod fuit positum per modum gla. & postea insertum textui per scriptores.*

15 Cum enim nondum na. *f. s. Esau & Iacob.*

16 Vt secundum electio. *i. prædestinationem Dei liberam.*

17 Propositum Dei ma. *i. promissio Dei firma esset & impleretur.*

18 Non ex operibus. *quia nondum nati erant.*

19 Sed ex vocante. *f. ex Deo, cuius electio præcedit omnia ista.*

20 Dictum est ei. *scilicet Rebeccæ: Gen. xxv. c.*

21 Quia ma. *scilicet Esau.*

22 Serui mi. *hoc fuit impletum tempore Dauid descendẽte de Iacob: quia Idumæam fecit sibi tributariam. 4. Re. viij. d.* Et quia illa reprobatio Esau, & electio Iacobi fuit signum reprobationis & electionis ad gloriam. *Ideo subditur.*

23 Sicut scri est. *Malachiæ. j. a.*

24 Iacob dilexi, &c. *Circa partem istam per hoc quod dicitur hic: Cum nihil boni egissent aut mali, tollitur error Origenis qui dicit, quod merita præcedentia in alia vita istam præcedente sunt causa prædestinationis & reprobationis diuinæ: quia sic Esau & Iacob in illa vita aliquid boni vel mali egissent: quod hic simpliciter excluditur. Item ante vitam huius mundi non fuit alia, aliter non incœpisset mundus simpliciter, sicut dicitur in principio Gen. Item: si fuisset talis vita, merita tamen creaturæ ibi facta non potuissent esse causa prædestinationis, quæ est actus voluntatis diuinæ. quia temporale non potest esse causa æterni. Hoc igitur repulso tãquã erroneo, alij dixerũt, quod præscientia meritorũ quæ æterna est, & causa prædestinationis, qua Deus vult dare gloriã alicui:*

Diuisio.

✠ *Sicut*

☞ a *Quid*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a Quid er. Quia sine merito hunc elegit,hunc reprobauit: dicetur iniquus Deus? Non:quia hunc per misericordiam elegit, illum per iustitiā reprobauit.In quo neutro est iniquitas: hunc per misericordiam, quia ita dicit Moyses : hunc per iustitiam, quia ita dicit scriptura inducens Deum loquentem Pharaoni.

August. epi. 105 & Ser. 20. de verbis Apost. Gen. 25.c Exod. 33.

b Ab. Cōstat,quod nullus liberatur, nisi gratuita misericordia : nullus dānatur, nisi æquissima iustitia. Sed cur potius hunc quàm hunc liberet : scrutetur qui potest tam profundum iudicium, veruntamē caueat præcipitium.

† Exo. 33 d — † de pæ. d. 2 c. si enim ver. liberi Vbi suprà

a Quia sine merito elegit hunc,& illum reprobat. b ¶ Respiciens ad prædicta.
a lexi Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid 1
a ¶ Id est,iniquus dicetur Deus.Non. ¶ Deus inductus à Moyse. b ¶ Vocando interius.
b iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit. † Miserebor 2
c a ¶ Prædestinando. b ¶ Ecce nulla merita in iustificando præcedunt. c ¶ Vitam æternam dando & perseuerantiam. d ¶ Vocando.
cui misertus sum,& misecordiam prestabo cuius miserebor. 3
a ¶ Quia ex misericordia præparat quos vult & vocat. b ¶ Est velle bonum. c ¶ Est currere.i.operari. 4
d ¶ Ecce non propter futura quæ præuidet. 5
d † Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est 6
¶ Ex apposita gratia,sunt bona:quia ex subtracta mala:Quod quidem est per iustitiam. 7
a ¶ In hanc eandem malitiam vt deterior fias,quia qui in sordibus est sordescat adhuc.
Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni : † Quia in hoc ip- 8
a ¶ i.per. ¶ Vel contra. b ¶ Induratum. ¶ In signis & miraculis. ¶ Et malis bene vtitur. 9
c ¶ Per ostensam virtutem.
e sum † excitaui te, vt ostendam in te † virtutem meam, 10
a ¶ Exemplum de Pharaone ad Esau pertinet: qui iusto iudicio Dei licet occulto,reprobatus est,sicut Iacob electus. 11
& vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra.

✻ Avgvst. Cùm dixisset, absit vt iniquitas sit apud Deū, tanquam ei diceremus, vnde hoc ostēdis, cùm asseras non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, maior seruiet minori? Moysi,inquit,dicit,miserebor cui misertus ero,&c.Vbi nunc merita? Vbi opera vel præterita vel futura tanquam liberi arbitrij viribus adimpleta siue adimplenda? Nonne apertam protulit Apostolus de gratuitæ gratiæ commendatione sententiam? Nonne stultam fecit Deus hæreticorum sententiam?&c.

† seruaui † potētiam — B

c *Miserebor cui misertus*, idest, cui præscio miserendum,& apud me mansurum. hoc est dare illi cui dandum est, non dare illi cui dandum non est.vt eum vocet,quem sciat obaudire:Vt Dauid qui post veniā tam bene perstitit. Saul nō auditus in prece non perstitit, sed ad idola conuersus est:vnde iuste reprobatus esse à præscio videtur.

d *Igitur non vo.&c.*Tanquam diceret:Non sufficit sola voluntas hominis,si non sit etiā misericordia Dei. Cui dicitur:Econtra : Non sufficit etiam misericordia Dei, si non sit volūtas hominis: Ac per hoc si rectè dictum est illud: Cur etiam à contrario non rectè dicitur: Non miserentis est Dei, sed volentis est hominis?Restat ergò vt rectè dictum hoc intelligatur,vt totum Deo detur:qui hominis voluntatem bonam,& præparat ad iuuandam, & adiuuat præparatam. volentem prçuenit vt velit, volentem subsequitur ne frustra velit.

Aug.lib.83. quæst.q.68. & lib. 1. ad simpli qu.2. Amb.epi.64

✻ Avgvst. Quod ait, non est volentis neque currentis, &c.non tollit liberum voluntatis arbitrium, sed non sufficere dicit velle nostrum, nisi adiuuet Deus, misericordes nos efficiendo ad bene operandum per donum Spiritus sancti, ad hoc referens quod superius dixit:*Miserebor cui misertus ero, &c* Quia neque velle possumus, nisi vocemur : & cùm post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi Deus & vires currentibus præbeat,& perducat quò vocat. Manifestum est ergo nō volentis, neque currentis, sed miserentis esse Dei quod benè operamur: quāquam ibi sit etiam voluntas nostra,quæ sola nihil posset.

Exposit.quarūdam propos.epist.ad Ro. pro.62. — D

✻ Idem.Concludit Apostolus, cuius vult miseretur,& quē vult obdurat. Cuius enim miseretur, facit eum bonum operari: & quem obdurat, relinquit eum vt mala operetur. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedenti impietati, vt & bona per Dei donum operemur, & mala per supplicium: cùm tamen homini non auferatur liberum voluntatis arbitrium, siue ad credendum Deo vt consequatur nos misericordia, siue ad impietatem vt consequatur nos supplicium.

Ibidem. — † Exod.9. d — E

✻ Idem. Quærimus meritum obdurationis, & inuenimus. Merito namque peccati vniuersa massa damnata est : nec obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam.

Epist.105.

Avgvstinvs. Quis porrò tam impiè desipit, vt dicat Deum malas hominum voluntates quas voluerit, & quando voluerit in bonum non posse conuertere cum voluntati eius nihil resistat? Sed cum facit, per misericordiam facit: cum autem non facit, per iudicium non facit. Miseretur vtique secundum gratiam quæ gratis datur. Obdurat autem secundum iudicium quod meritis redditur. vnde datur intelligi: Vbi obduratio Dei fit, nolle misereri, vt non ab illo irrogetur aliquid quo homo deterior: sed tantum quo sit melior, non erogetur. Ideo non, quod dictum est: *Non volentis neque cur. sed mi. est Dei.* ita etiam dictum est, non volentis neque currentis, sed obdurantis Dei:quia non obdurat impertiēdo malum, sed non largiendo bonum : quod facit æquitate sua,sicut ex misericordia sua gratiam præstat.

In Enchiridio,cap.98. Serm.20.de verb.Apost.

e *Exci.*vel suscitaui,vel seruaui. Amb.In hoc ipsū te seruaui,cū indignus

Nicolavs de Lyra.

✻ *Sicut rex dat militi equum,eo quod scit vel æstimat ipsum bene vsurum. Sed hoc non valet, quia merita vt præscita, sunt ordinata ad gloriam sicut ad finem.Volens autem rectè & ordinatè,cuiusmodi est Deus qui non potest aliquid velle, nisi rectè & ordinatè:nullo modo vult finem propter ea quæ sunt ad finem, sed econuerso:& ideo merita vt præscita à Deo, sine præscientia meritorum non potest esse ratio prædestinationis sed procedit ex mera liberalitate diuina,ex qua aliquis ad gloriā.& ex hoc consequenter prouidet sibi dare gratiam,per quam possit mereri. Nec valet exemplum de rege & milite:quia bonus vsus equi non est à rege causaliter:sicut meritum est à Deo principaliter.* C

1 Quid er.di. *Hic ex dictis mouet dubium. s. vtrum ex hoc,quod ex duobus fratribus omnino æqualibus vnus reprobatur,& alius eligitur,ipse dicatur iniustus.& hoc est quod dicit :* Quid ergo dice.Nunquid iniquit.apud De. *reprobando Esau:Iacob electo?*

Diuisio. 2 Absit. *Hic soluit hanc dubitationem. Et diuiditur in duas. primò dubitatio soluitur.secundo in contrariū obijcitur,ibi:*Dicit itaque. *Prima in duas,secundum duplicem modum soluendi.secūda ibi:*Dicit enim scriptura.*Circa primum sciendum,quod in illo quod alicui datur ex mera gratia, iniustitia non habet locum.si non detur alteri:quia gratia potest vni fieri,& non alteri,sine iniustitia.& hoc dicit manifestè Saluator Mat.xx.b.de cultoribus vineæ:*Amice non fa.ti.iniu.tolle quod tuū est & va. *Hanc sententiam declarat Apostolus per autoritatem scripturæ:Exod.xxxiij.d.dicens,*

3 Cui mi.sum.*in æterna prædestinatione.*

4 Et miseri.præst.*dando gloriam in effectu.*

5 Cui mi.*concedendo nunc sibi gratiam finalem.Licet enim in effectibus diuinæ prædestinationis, prius sit causa posterioris per modum disponentis, & posterius prioris per modum finis.sicut infusio gratiæ est propter meritum sicut propter finem, & opus meritorium propter gloriam. & gratia est principium operis meritorij : & opus meritorium facit gratia dignum, tamen totius prædestinationis non est alia causa, nisi voluntas diuina. Ideo concludit Apostolus.*

5 Igitur non vo.neque cur. *s. hominis quantum ad affectum vel effectum facere bonum meritorium,quod excedit hominis facultatem.* F

7 Sed mi.est Dei. *qui sua mera liberalitate æternaliter elegit ad gloriam,& temporaliter electis dat gratiam.*

Reprobatio Dei. 8 Dicit enim. *Hic consequenter idem ostenditur ex malorum punitione. Circa quod sciendum quod reprobatio aliquando accipitur largè: & sic dicit simplicem negationem ad gloriam.& sic non habet causam in re,nec in Dei præscientia, sicut nec electio seu prædestinatio ei opposita. Alio modo propriè:& sic est ordinatio alicuius ad pœnam,quæ non est iusta nec à Deo volita nisi propter culpam:Et ideo reprobationem sic dictam, qua Deus aliquos reprobat præcedit in Deo secundum ratione tantum præsciētia peccatorum. Sic igitur non electi à Deo in peccatū ruunt, non propter Dei defectum cum non deficiat eis instinctus diuini ab bonū, vt dictum est.s. sed per defectum liberi arbitrij non recipiētis illos instinctus:& sic eis gratia iustè denegatur:& sic vlterius in peccatis indurantur ex malitia sua per se,sed per accidens tantum à Deo:quia remouet prohibens. subtrahendo gratiam quæ nata est cor humanum mollificare, retrahit tamen eam iustè,vt dictum est. & sic indurati ordinantur ad pœnam. Et sic patet,quod in punitione iniustorum, & malorum nulla est iniustitia apud Deum. Ad hanc sententiam inducit Apostolus scripturā,di.* Dicit e.scrip.Pha. *Exo ix.d.loquens in persona domini.*

9 Quia in h.ip.*i. per flagella super te. & populum tuum miraculosè inducta.*

10 Excita. te. *quia nata erant te ad pœnitentiam inducere, sed quia illis abusus est Pharao cor suum indurando : ideo non valuerunt ei. Fuerunt tamen ad gloriam Dei annunciandum per orbem,sicut videmus impletum.& hoc est quod dicitur.*

11 Vto. in te vir. m. *per facta mirabilia.* Et vt annun. *Concludit igitur.*

✻ 1 Ergo

A dignus esses viuere.Vel suscitaui te,quia cum apud Deum mortuus esset,modicum tempus accepit : vt in eo omnes gētes Dei virtutem addiscerent. *Excitaui.*Malus eras,sed quasi sopitus:ego autem ostendens tibi signa excitaui te in eandem maliciam, vt deterior fias. Et hoc iustū est,*vt qui in sordibus est sordescat adhuc.*

Apo. 22.c

Nec hoc inutile, sed vt te indurato ostendam virtutem meam signis Aegypti.

a ¶ Quia Iacob dile. Esau,&c. b ¶ Gratuito. c ¶ Quia Esau & Pharao. d ¶ Iusto iudicio. ¶ Quia ex voluntate.
a b Ergo cuius vult miseretur,& quem vult indurat.Dicis itaque 1
a ¶ Si offendimus. ¶ Ab aliquo vt bene faciat. b ¶ Qui nos obdurat. 2
c mihi:Quid adhuc † queritur? Voluntati enim eius quis resi- 3
a Hanc impudentiam retundit Apostolus. ¶ Te & illum attende. 4
b ¶ Tu homo,ille Deus. ¶ Tu caro,ille spiritus. c ¶ Cui displicet,quia Deus conqueritur. 5
d ¶ Hoc sumit de Isaia.
d stit? O homo tu quis es,qui * respondeas Deo?† Nunquid fig- 6
a ¶ Sic & tu fingeris. b ¶ A quo factum est. c ¶ Qui nihil ei debet. 7
d ¶ Contra factorem opus non potest conqueri. e ¶ Vere non potest dicere hoc:quia.
mentum dicit ei qui se finxit:quia me fecisti sic?An non habet 8
¶ Iustam. ¶ Qui de luto operatur.
e potestatē figulus luti ex eadē massa facere aliud quidē vas in

✻ Avgvstin. De Pharaone facilè respondetur, prioribus meritis quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignum effectum cui obduraretur cor, vt nec manifestissimis signis iubētis Dei crederet.Ex eadem ergo massa peccatorum,& vasa misericordiæ protulit, cum eum deprecarentur filij Israël : & vasa iræ quorum supplicio illos erudiret,idest, Pharaonem & populum eius : quia quamuis essent vtrique peccatores,& propterea ad vnam massam pertinerent, aliter tractandi erant qui vni Deo ingemuerant vt eis subueniret,& aliter illi quorum iniustis oneribus ingemuerant.

Lib. 83. qu. q. 68.

B a *Ergo cu. vult.* Meritum misericordiæ nullum est, meritum obdurationis peccatum massæ totius damnatæ. Nec obdurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo misericordiam, sicut nec digni sunt,quòd facit æquitate occulta:& ab humanis sensibus remota.quia non aperit Apostolus.sed miratur:O altitudo diui.

Infrà 11.d

✻ Avgvstinvs. Cùm dicitur,*quem vult indurat*, humanæ mentis intentio verbi nouitate confunditur. Sed non ita intelligendum est, quasi Deus in homine ipsam quæ non esset duritiā cordis operetur. Quid enim aliud est duritia, quàm Dei obuiare mandatis? vnde beatus Stephanus dicebat,dura ceruice,& non circunciso corde & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis. Quā qui à Deo fieri putat,propterea quod dictum est, *quē vult indurat*,ipsum prçuaricationis intueatur exordium, & Deo donante mandatum,&c.Indurare dicitur, quem emollire noluerit:sic excæcare,quem illuminare noluerit : sic repellere,quem vocare noluerit.

Lib.de prædest. & gratia,cap.4.

b *Indu.*Non quasi quenquam peccare cogat,sed tantum quibusdam:quia peccantibus misericordiā iustificationis suæ non largitur.& ob hoc eos obdurare dicitur,quia eorum non miseretur,non quia impellit vt peccent. Eorum autem non miseretur quibus gratiam non esse prçbendam çquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima iudicat.

August. epi. 105.

C c *Quid adhuc.* Postquam constat ex voluntate Dei esse quare inquiritur, vnde alius sit bonus, alius sit malus : Non est opus, quia talis erit quisque qualem vult Deus esse, & ideo iniustè alium damnat alium saluat : Vel, quid quæritur,idest, cur nititur aliquis bene agere, cum nihil possit, nisi quod Deus velit? D Vel cur conqueritur Deus de peccatis hominum, cum nequeant vitare quod ipse vult?Sic solent carnales in voluptatibus viuentes aduersus Deum murmurare,& voluntati eius non suo vitio, quod mali sunt deputare. Quos redarguit Apostolus ab huiusmodi præsumptione. O homo caro, nō spiritus:tu miser quis es? cuius valentiæ ? qui respondeas Deo, idest, intelligas quæ Deus facit,scilicet cur huius miseretur,& te indurat : Q.si tibi diceretur, nescires respondere, idest, intelligere pro tua carnalitate:nec te ad hoc iuuat tua sapientia, nec aliqua virtus tua. Vel quid respondeas, idest, quibus rationibus contra Deum agamus, quod iniustè eligat vel reprobet.

† 45. dist. ca. de Iudæis † conqueritur,aut incusat? si Deus. — * ex aduerso † Isa. 45. b Iere. 18.a

d *O. Ho.* Hoc non ex inopia rationis reddendç,sed hominem ad se reuocat.

✻ Avgvstinvs. O homo, quis sit ille attende, qui sis tu attende. Ille Deus est, tu homo. Si iustitiam tibi loqui videris te, & fons ille iustitiæ siccatus est? Si iustum loqueris, vnde tibi? Primum ergo fidei fundamentum pone. Nunquid iniquitas apud Deum? Latêre te æquitas potest, esse ibi iniquitas non potest. Melior est fidelis ignorantia, quàm temeraria scientia. Deus mihi dicit per Apostolum, ô homo, tu quis es qui respondeas Deo : & ego indignor quia non noui iustitiam Dei, &c. Non potest videri tempore fidei, videbitur tempore speciei. Ibi æquitatem Dei videbis, & sine codice in verbo leges. Cùm peruenerimus, æquitatem Dei videbimus : & iam non erit ibi dicere, quare huic subuenit, & huic non : quare iste adductus est gubernatione Dei vt baptizaretur, ille ad baptismum non peruenit. Tu ratiocinare, ego mirer:tu disputa, ego credam : altitudinem video, ad profundum non peruenio, &c.

Serm.22.de verbis Apo. — E

e *Ex eadem massa.* Sic tota massa humani generis iustè corrupta, & lutosa est : si inde vas in honorem : misericordia est. si in contumeliam : iustum est,quia hoc erat ex natura:Ecce iustitia in his qui non habent tempus operandi : De his autem qui habent tempus subdit:*quid si de vo.* s. quid respondeas Deo.

✻ Avgvstinvs. Quid nos hîc docuit, nisi ex illa massa primi hominis cui merito mors debetur, non ad merita hominum, sed ad Dei misericordiam pertinere, quod quisque liberatur? Atque ita non esse iniquitatem apud Deum, quia neque remittendo neque exigendo quod debetur iniustus est? Ibi enim grata est indulgentia, vbi iusta posset esse vindicta. Hæc massa si esset vtique media,

Epist.106. — F

Nicolavs de Lyra.

✻ 1 Ergo cu.v.mi.*dando ei gratiam finalem & gloriam : & hoc conuenit ei per se.*

2 Et quem v. in. *& tamen hoc conuenit ei tantum per accidens & iustè, vt prædictum est.*

3 Dicis itaque. *Soluta dubitatione : hic arguit in contrarium. Et primò argumentum ponitur : secundò soluitur, ibi :* O hom. *Argumentum tale est Ex quo,ex voluntate Dei dependet induratio peccatoris, & vocatio iusti, videretur alicui, quod peccatum & iustitia non essent imputanda homini ad meritum,vel demeritum : quia voluntas Dei non potest superari. & hoc est quod dicitur :* Dicis itaque mi. *i. arguis ex dictis meis contra me.*

4 Quid adhuc queritur? *de præmio iustorum, & punitione iniustorum.*

5 Voluntati enim eius quis re. *quasi dicat, nullus. & sic totum videtur Deo imputandum, & per consequens iniustitia peccatorum vel irrationabilitas in punitione eorum.*

Diuisio 6 O homo. *Hic soluitur argumentum. & secundò,declaratur quoddam dictum ibi:Sicut in Hosee. Prima in duas secundum duplicem solutionem.Secunda ibi: An non habet. Primò igitur soluit ostendendo argumentum irrationabile ex parte hominis arguentis. Qui enim arguit factum alicuius,debet illud intelligere,aliter arguit irrationabiliter sed minimum opus Dei non potest homo ad plenum intelligere, vtpote de folio arboris,quare sit tantæ quantitatis,& talis figuræ:& sic de aliis conditionibus, & multominus intelligere potest maxima opera eius : de quibus sunt electio & reprobatio. ergo, &c. Et hoc est quod dicitur :* O homo tu quis es,qui respon.Deo *: facta eius arguendo.*

7 Nunquid figmentum dicit &c. *q. d. Non : quia non intelligit modum,nec rationem suæ fictionis : & sic est in proposito.*

8 An non habet,&c. *Hic ponitur secunda solutio, per quam ostenditur argumentum non valere, quia non concludit Dei voluntatem irrationabilem esse vel iniustam. Vult enim primò, & per se Deus suam gloriam, quæ sicut manifestatur per viam misericordiæ in electis, qui vocantur ad gloriam, ita per viam iustitiæ in reprobis, qui reseruantur ad pœnam. Sicut gloria regis terreni non solum relucet in palatio vbi honorantur milites, sed etiam in patibulo, vbi puniuntur malefactores. Sic igitur voluntas diuina rationabiliter eligit aliquos ad beatitudinem, in quibus maxime relucet sua misericordia : & aliquos dimittit non eligendo, qui ex seipsis ruunt in peccatum, & finaliter obdurantur : & sic iustè à Deo puniuntur : quorum punitio cedit ad gloriam Dei & electorum. Et ad hanc sententiam inducit Apostolus exemplum de figulo, qui rationabiliter ex eadem massa format quædam vasa ad officia honorabilia, & quædam ad contemptibilia, di.* An non habet potestatem figulus luti,&c. *quasi dicat, imo. & multo fortius Deus in humana natura, quæ plus habet à Deo à quo est per creationem quàm lutum à figulo: quod non est creatum ab ipso sed supponit ipsum in opere suo. ideo subditur.*

✻ 9 Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

dia,vt quemadmodum nihil boni, nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas vt ea fierent vasa in contumeliam. Cùm verò per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuersa defluxerint, proculdubio quod ex ea fiunt vasa in honorem, non ipsius iustitiæ quæ gratiam nullam præcessit,sed Dei misericordiæ est: quod verò in cõtumeliam non iniquitati Dei, quæ absit vt sit apud Deũ, sed iudicio deputandum est.

✠ IDEM. Exquo in paradiso natura nostra peccauit, ab eadem diuina prouidentia, non secũdum spiritum sed secundum carnem mortali generatione formamur, & omnes vna massa luti facti sumus, quod est massa peccati. Cùm ergo meritum peccando amiserimus, & misericordia Dei remota, nihil aliud peccantibus nisi dãnatio eterna debeatur,quid sibi vult homo de hac massa, vt Deo respondeat & dicat, *Quare me sic fecisti?* Si vis ista cognoscere,noli esse lutum,sed efficere filius Dei per illius misericordiam qui dedit potestatem filios Dei fieri credentibus in nomine eius.

✠ AMBROS. Talem ergo te præbe bonis studiis,& prompta fide,vt Deus tui misereatur, & vocet te sicut ecclesiam vocauit,dicens: Palam factus sum quærentibus me, apparui his qui me non interrogabant.

a *Aliud in contu.* Vas non in honorem, sed in contumeliam: si vile est,ex selutum habet,non ex figulo.

b *Quid si Deus.* Q. Iam ostensum est.quod etsi Deus nihil boni det, non tamen iniquus est: Sed quid dices: si quibusdam & bona dedit, scilicet, cum essent apti in interitum, sustinuit in multa patientia, & interim dum expectabat ostendit multis indiciis, vel ipsos aliquando puniendo, vel alios coram ipsis, vt futuram iram sibi cauerent.Et in hoc quod sustinuit,& iram ostendit notificabat potentiam, quod per malos purgat bonos: quasi dicere poteris,quod iuste subtrahit gratiam,& damnat illos qui ita expectati nolluerunt resipiscere, sed abusi sunt hac gratia.

c *Sustinuit.* Sustinet Deus malos vt ordinatè disperdat; & vtitur illis instrumento tanquam ad salutem bonorum.

Nullum enim Deus,vel angelorum, vel hominum crearet, quem malum futurum esse præsciret, nisi pariter nosset eos, quibus bonorum vsibus commodaret.

d *Vt ostende.* Q. Ad hoc patitur malos,& præostendit iram,& ad notitiam sui trahit,vt ostenderet in vasa misericordiæ, idest, in lectis per misericordiam diuitias gloriæ,idest,quàm diues,& quàm magna sit & gloriosa misericordia: ob hoc tot bona dat malis, vt conuincat eos iustè damnari, vt fideles eum magis diligant quibus gratiam ipsam conseruauit.

Nota quod quibusdam nec gratiam apponit, cum aliis infert eam quasi coactis. Vnde Ambrosius de præscientia: Pharaonem damnandum censuit, sciens eum se non correcturum. Apostolũ verò Paulum elegit, præsciis vtique quod futurus esset fidelis. Quibusdam autẽ data est gratia in vsum vt Sauli, Iudæ, & illis quibus dixit: *Ecce nomina vestra scripta sunt in cælo:* & postea abierũt retrò: De quibus Amb. sed hoc propter iusti tiam cui deseruiebãt. quia hoc est iustum, vt vnicuique respondeat pro merito. Ac si diceret: digni estis nũc vita æterna: quia erant boni, & nomina eorum erant scripta in cælo propter iustitiam cui deseruiebant. Secundum verò præscientiam erãt in numero malorum. de iustitia enim iudicat Deus, nõ de præscietia. Vnde Moysi dicit: *Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ.* vt secũdum iudiciũ iudicis tunc videatur deleri cũ peccat, iuxta præscientiã tamen nunquam in libro vitæ fuerat. vnde Ioh. *Ex nobis exierunt, sed non erãt ex nobis.* Ecõtra tunc aliquis videtur ascribi, cũ malus esse desinit, qui secundũ præscientiã nunquã defuit. Cum ergo ex gratuita misericordia apponat gratiã quibus vult, & liberat quos vult, manifestè respondit diues, & gloriosa bonitas sua.

e *Si.in Ho.* Cum ostensum sit, quod ex sola gratia sint filij, incipit probare per prophetas, quod hi sunt ex vtroque populo.

f *Vocabo,&c.* ✠ THEOD. Cùm Deus iussisset Oseæ vxorẽ meretricẽ accipere, natos filios iussit appellari, nõ populum, &, non dilectam, quæ Iudæis euentura erant prædicens, Sed rursus tamen benignè pollicetur: Et nõ populus, vocabitur populus, & non dilecta, dilecta. Considerate ergo, inquit Apostolus, quod vos quoque non semper eadem habuistis: sed aliquãdo quidem non populus, & rursus, populus vocati estis. Nihil ergo in præsentia absurdũ aut alienũ factum est. Pro more enim electi estis. Sed & si rursus volueritis, populus vocabimini. Nam etiam gẽtes quæ non erant populus, nunc populus dicuntur.

✠ AVGVST. Hoc testimoniũ propheticũ de vocatione populi gentiũ, qui prius non pertinebat ad Deum, etiã Apostoli intellexerunt. Et quia ipse quoque populus gentium specialiter est in filiis Abrahę, ac per hoc rectè dicitur Israël, sequitur: *Et cõgregabuntur filij Iuda,& filij Israël in idipsum, & ponent sibimet principatum vnũ: & ascendent à terra.* Hoc si adhuc velimus exponere, eloquij prophetici obtũdetur sapor. Recolatur tamẽ lapis ille angularis, & duo illi parietes, vnus ex Iudæis, alter ex gẽtibus, &c.

g *Isaias autem pro Israel, &c.* ✠ THEOD. Opportunè admodũ

☞ hoc

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quid si Deus vo.&c. iram.*i. vindictam suæ iustitiæ.*
2 Et no.fa.po.*s.in punitione peccatorum.*
3 Sustinuit in mul,&c.va.iræ.*i. peccatores. Qui dicuntur vasa iræ: quia continent Dei offensas. Sustinet autem Deus eos patienter: quia non statim infert pœnam: sed expectat eorum pœnitentiam: qua tamen expectatione finaliter abutuntur: & sic iustius puniuntur. ideo subditur.*
4 Apta in inte. *Et quia vt dictum est, cedit ad gloriam Dei, & electorum, ideo subditur.*
5 Vt ostenderet diui.glo.suæ.*idest, abundantiam eius.*
6 In vasa misericordiæ.*scilicet electos.*
7 Quos & vocauit.*primò ad fidem: quia postea ad gloriam.*
8 Non solum ex Iudæis.sed etiam ex Gentibus.*quia fides Christi prædicata est omnibus nationibus.*
9 Sicut in Ho.*Hic consequenter declarat vltimo dictũ, scilicet quod ex Iudæis & Gentibus vocati sunt electi, plures tamen ex Gentilibus. Et diuidutur in duas. primò declarat Apostolus hanc vocationem. secundò assignat eius rationem ibi: Quid ergo. Primum autem declarat per scripturam, di.* Sicut in Hosee dicit, *primo cap.b.*
10 Vocabo non plebem meam. *idest Gentilitatem. Quæ primò dicta est non est plebs diuina, eo quod non habuit legem, & prophetas, sicut habuit plebs Iudaica.*
11 Plebem meam. *propter conuersionem eius deuotam ad fidem catholicam.*
12 Et non dilectam. *idest, Gentilitatem prius idololatriæ deditam, quæ Deo est odiosa.*
13 Dilectam meam. *per latriæ susceptionem.*
14 Et non misericordiam consecutam. *tempore veteris Testamenti.*
15 Misericordiam consecutam. *tempore noui. Et ad idem facit quod subditur.*
16 Et erit hoc loco v. *Et patet litera quæ loquitur de vocatione Gẽtium. quæ plurimi sunt vocati. Consequenter inducitur autoritas Isa. x. f. loquentis de vocatione Iudæorum, quia pauci sunt vocati. Ideo subditur.*

✠ Si

hoc testimonium posuit,docens quod ab initio Deus præuidit & eos qui ad fidem accessurant,& eos qui infidelitatis morbo laborabant. Quia enim dicebant Iudæi paucos ex ipsis suscepisse prædicationem,alios autem omnes eam vt impostură fugere,ostendit multis iam retro seculis hæc quoque prædicta fuisse,& quod etiam si sint innumerabiles,non omnes salutem assequentur, sed ij demum qui fide ornati fuerint. Abbreuiatum enim verbũ fidem appellauit. Nã quod lex multis præceptis docuit, id Christi confessio præstitit, & fidem conciliauit. Est autem hæc compendiosa, & quę multis circuitionibus non eget.

✠ AVGVST. *Verbũ* inquit, *consummans & breuians faciet dominus super terram,* id est, vt compendio fidei per gratiam saluos faciet credentes,nõ per innumerabiles obseruationes quibus illa multitudo seruiliter onerata præmebatur. Per gratiam nobis quippe verbum consummans dicit, *Iugum meum leue est, & sarcina mea leuis.*

a *Si fuer.* Ecce sic dicitur salus Iudæorum, vt maior pars sit excæcata.

b *Verbum enim.* Subditur prophetia per quid salui, vt gloria operum excludatur. Verbum euangelij ad perfectionem ducit, & omnia legalia in vno Christo abbreuiat: Tamen æquũ priori, vt nihil desit ad iustitiam de omnibus præfiguratis, vel quæ æquasunt retinet, vt moralia quæ ius est tolli, vt figuras recidit.

c *Et abbre.in æqui.* vt compendio fidei per gratiam saluet, non per innumeras obseruationes.

d *Nisi dominus Sabbaoth.* Dominus fecit verbum, & tamen necessarium erat, quòd nisi esset semen. idest, verbum, &c. Vel reliquiæ saluæ erunt, & nisi per illas gens perisset. Et hoc est, Nisi dominus exercituũ, quãdo alios excæcauit reliquisset ad nostram vtilitatem semen. idest, apostolos, de quibus seges Christi creuit.

✠ OECVMEN. Per hæc territat & increpat illos, ac si diceret, Nisi quidam vestrum certè crederent essent in Christum, à Sodomis nullo pacto differretis, quamquam de cognatione Abrahæ gloriamini. Vel potius dictum propheticum ad id referẽdũ est quod dicitur, Faciet abbreuiatum sermonem, tãquam dixisset, Nisi dedisset Dominus perfectam euangelij legem per filium suum ad iustitiam & salutem nostram, omnes vt Sodoma facti fuissemus. Nam semẽ euangelicam legem significat, sicut etiam dicit dominus, *Exijt qui seminat ad seminandum, &c.* Possemus autem & seminis loco Apostolos intelligere, qui ex omnibus Iudæis in morem seminis electi, orbi relicti sunt, omnésque gentes vt Christi ecclesia fierent coluerunt.

e *Et sicut Go.si.* Vtrunque posuit, vt notet similitudinem culpę & pœnæ. q. d. pares essem' in pœna, quia similes essemus in culpa.

f *Quid ergo dicemus, &c.* ✠ THEOPHYLACT. Apertissimã hic dilectionem adducit, ostendens vnde gentes assumptæ, Ist ae litęverò repulsi.

Gentes inquit, ex fide iustitiam tenentes, reuera sunt iustificatę: Israelitæ verò legem iustitię, hoc est, ex operibus persequentes & quærentes, ad iustificationem sui non peruenerunt. Neque enim potuerunt iustificari ex operibus legis.

g *Israel.* Israel vero sequutus est legem quasi retro, quia nunquàm attingit spiritualem intelligentiam.

h *Sectando iustitiam* Lex Moysi, lex iustitiæ si bene sit intellecta. Vel iustitiam, quæ est ex timore pœnæ, non amore iustitiæ.

i *Non ex fi.* Non enim ex fide quærebat iustitiã, quia non petiuit à Deo, non credidit in eum qui iustificat impium, Non credens Deum operari in homine quo iustificetur.

k *Offenderunt.* Ad similitudinem parui lapidis, à quo non cauetur, Christus habilis fuit offendere, latens in humilitate. Cui attestatur Isa. viij. c. Ecce in euidenti pono, idest, nasci facio, in Sion. idest, in Iudæis Christum, à quo paruo non caueatur, & petram scandali. idest, ex toto conterentem, in futuro contristantem.

☞ Lapis

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris. *idest, in magno numero valde.*
2 Reliquiæ saluæ fient. *ex eo, id est, pauci comparatiuè. sicut patet in apostolis, & aliis credentibus ex Iudæis. Sciendũ tamen, quòd Isaias loquitur de filijs Israel euadentibus manum regis Assyriorum, regno Israel sub Hosee captiuato, qui postea venerunt ad regnum Iudæ tempore Sedechiæ, verè conuersi ad Deum, audito miraculo de percussione exercitus Sennacherib. Sed quia illa conuersio paucorum fuit figura conuersionis apostolorũ & aliorum paucorũ de Iudæis in aduentu Christi, ideo hoc allegatur ab ipso sicut suprà dictum est de electione Iacob. & repro batione Esau temporali, quæ fuit signum æternæ. Et subditur de vocatione Gentium & Iudæorum ad fidem Christi.*
3 Verbum enim consum. *scilicet, euangelium, quod est legis perfectiuum.*
4 Et abbreuians. *quia rescindit legalia, quæ non seruantur in lege noua.*
5 In æquitate. *quia retinet moralia præcepta, equitatem iuris naturalis continentia. Ad illud verbum euangelicum vocati sunt commmniter Iudæi, & Gentiles. Sed & quia pauci comparatiuè de Iudæis credituerunt vt dictum est, ideo ad hoc iterum inducitur autoritas Isa. x. c.*
6 Nisi dominus sabaoth. *idest, exercituum. per quod angeli designantur.*
7 Reliquisset no. sem. *id est aliquos vocatos ad fidem de Iudæis.*
8 Sicut Sodoma facti essemus. *i. totaliter à veritate subuersi.*
9 Quid er. *Hic consequenter Apostolus reddit causam, qualiter plures vocati sunt de Gentibus, quod tamen videtur mirabile, eo quòd erant idololatræ. & hoc est quod dicit:* Quid erg. dic. *præ admiratione huius.*
10 Quòd Gen. quę non sect. iu. *eo quòd colebant idola.*
11 Apprehenderunt. *Id est consecutæ sunt.*
12 Iustitiam *per celerem conuersionem ad fidem Christi, videntes per apostolos atque discipulos in nomine ipsius miracula fieri. sicut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis.*
13 Iustitiam autem quæ ex fi. est. *quæ facit dignum vita æterna. Quod dicitur hic ad distinctionem iustitiæ quæ erat ex operibus legis Mosaicæ, quæ hoc non faciebat. vt dictum est suprà. iij. ca. Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.*
14 Israel autem sectando legem iustitię. *per cultum vnius Dei.*
15 In legem iustitiæ non peruenit. *ide. i, in legem fidei catholicæ, quæ iustificat iustitia infusa faciente dignum vita æterna.*
16 Quarę? *sup. contingit hoc.*
17 Quia non ex fide. *scilicet, Christi quærebant iustificari, sine qua tamen nunquam fuit salus.*
18 Sed quasi ex operibus. *s. legis Mosaicæ quærebant iustificari. quod tamen facere non poterant opera illa. sed fides, vt declaratum est suprà. iij. ca. & ex hoc repulerunt Christum. Ideo subditur.*
19 Offenderunt enim. *idest, causam ruinæ acceperunt.*
20 In lapidem offensionis. *idest, in Christum. qui sic nominatus est in sacra scriptura; Isa. xxviij. d.*

e

Universidad de Deusto Biblioteca

A Lapis offensionis dicit Christus secundum statum quo apparuit hic malis. Petra scandali, secundum quòd in futuro faciet malis.

† offensionis

† pudore afficitur.

a *Et pe.sc.* Ante positionem, Christus ante passionem, quo tempore scandalizati sunt Iudæi irascentes & indignantes, quia se filium Dei faceret. lapis per positionem. Christus in passione, quando maximè offenderunt, & excæcati sunt. D

Ioh. 19.

a ¶ Patenter, & in euidenti. b ¶ Iudæis. c ¶ Christum, à quo quasi paruo lapillo non cauetur. d ¶ Eundem Christum, ex toto malos conterentem in futuro.

cut scriptum est: † Ecce pono in Sion lapidem offensionis, 1

a ¶ Siue Iudæus siue Gentilis. b ¶ Non modo offensio malis, sed bonis defensio erit. ¶ Cum venerit in futuro. 2

a & petram † scandali, & omnis qui credit in eum, † non con- 3 fundetur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce pono in Sion la. *Et sicut probatum fuit Isa. xxviij. hæc autoritas ad literam intelligitur de Christo, in quem offenderunt principes Iudæorum. Primò blasphemantes eius humanitatem dicentes,* Ecce homo vorax & potator vini, &c. *Lucæ. vij. e. & hoc dixerunt ex inuidia. Secundò dicendo blasphemias contra eius diuinitatem. Matt. xij. b.* In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. *sic enim opera diuinitatis dæmonibus attribuebant.*

2 Et omnis qui cre. in e. *per fidem charitate formatam,*

3 Non con. *finaliter, sed magis honorabitur in gloria. Hæc autoritas & aliæ allegantur ab Apostolo secundum translationem septuaginta. In translatione verò nostra Isa. xxviij. d. sic habetur,* Qui crediderit, non festinet. *Quod dupliciter potest intelligi, vt dictum fuit ibi. Vno modo referendo ad tempus Isaiæ. vt sit sensus, Qui crediderit meæ prophetiæ. Non festinet, credens quòd Christus sit statim venturus, quia inter Isaiam & aduentum Christi primum fuit longum tempus. Alio modo referendo ad tempus Christi loquentis de aduentu suo ad iudicium. & sic est sensus, Qui crediderit Christo prædicanti, non festinet, credens quòd cito sit venturus ad iudicium & secundum vtrunque modum credens & non festinans, non reportat confusionem. ideo. LXX. transtulerunt hoc modo, quia non semper transtulerunt verbum ex verbo, sed aliquando sensum ex sensu.*

ADDITIO I.

In cap. ix. vbi dicitur in Postilla, Excitaui te.

Vbi dicitur. Excitaui te. *in Hebr. habetur,* Seruaui te. *prout in glos. vbi dicitur. Alij codices sic habent,* In hoc ipsum seruaui te. *& est sensus, O Pharao, hæc dicit dominus, Cum tantis malis esses reus, vt indignus esses viuere, te tamen Deus reseruauit viuere, vt in te ostendat virtutem suam, prout in Postil. &c.* B

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in Postil. Qui crediderit, non festinet.

Vbi dicitur hic, Non cõfundetur, *seu* non festinet. *in Heb. habetur quoddam verbum, quod significat indifferenter non festinet vel non festinauit. & in significato secundo est sensus, quòd qui crediderit Christo, de quo ibi propheta loquitur, non festinabit ad credendum. eo quòd doctrina Christi maximè est supra sensum hominis. Vnde discipuli qui eius doctrinam audierunt, & eius miracula viderunt, non tamen festinauerunt credere. vnde eis dicitur etiam post resurrectionem.* Tardi corde ad credendum. *Luc. vl. d. Et Mar. vl. Apostolis dicitur,* Exprobrauit Deus incredulitatem eorum. *& secundum hunc sensum hæc autoritas quodammodo facit ad aliqualem excusationem Iudæorum, qui non ita cito crediderunt Christo. quam excusationem, licet non perfectam seu legitimam intendere videtur Apostolus, cum statim de eis dicit in principio sequen. ca.* Testimonium perhibeo de illis, quòd æmulationem quidem Dei habent. E

CAP. X.

a FRatres. ✠ THEODOR. Postquam eos sic moderatè reprehendisset, rursus ostendit qua sit in eos affectione, ne propter reprehensiones maleuolentiæ opinionem conciperēt, maiores enim accusationes reseruauit vltimas. Cupio inquit: & opto, vt hi omnes salutem assequantur.

Ser. 15. de verbis Apo.

✠ AVGVST. deprecatur pro non credētibus, vt credant, pro auersis, vt conuertantur. Videtis quia nec ipsa conuersio sine Dei fiat adiutorio? deprecatio inquit, ad Deum pro illis in salutem.

* bona
† 15. q. 1 c. 1. §. de eisdem.

c *Testi. e. per. il. q.* AMB. De his dicit, qui non inuidia sed ex errore Christum non receperunt, quibus Petrus, Scio, quòd per ignorantiam hoc egistis.

Ioh 6. g.

d *Non se. sci.* Stultum enim est legem venerari, & Deum legis persequi.

Act. 3. c.

CAP. X.

¶ Tamen. ¶ Non ficta.

FRatres * voluntas quidem cordis mei 1

a ¶ Hoc innuit, quod ex gratia detur. ¶ A me. ¶ Offendentibus.

b & obsecratio ad Deum fit pro illis in 2

a ¶ Vt Deus illis det fidem per quam saluentur. b ¶ Iustum est vt obsecrem, quia æmulationem Dei habent, necesse est quia non secundum scientiam, qui olim similis illis fui. 3 c ¶ Ego. 4

c salutem. † Testimoniū enim perhibeo 5

a ¶ Zelum Dei. ¶ Præ dilectione Dei putant se facere. 6

d illis, quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non se- 7

a ¶ Diligendi. b ¶ Verè non secundum scientiam; c ¶ Quæ est per fidem Christi quæ est à Deo. d ¶ Quæ est per carnis obseruantias.

e cundum sciẽtiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam 8

✠ AVGVST. Zelum inquit, Dei habent, noui, scio. Apud illos fui, talis fui. Quid est, non secundum scientiam? Quod clausum posuerat aperuit, *Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti,* Gloriantes de operibus, excludunt à se gratiam: & tanquam de sanitate sua falsa præsumētes, respuunt medicinā. Contra tales & Dominus dixerat, *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã.* Hæc est ergo tota scientia magna hominis, scire quia per se nihil est, & quoniam quicquid est, ex Deo, & per Deum est.

Ser. 45 de verb. Dom. & Tract. in ps. 70.

Matth. 9.

Ne ex odio videatur loqui, vel ne Gentes eos ex toto abijcerent, subdit tamen, fratres, v. qui. c. &c.

b *Et obse.* Voluntas enim, vt ad vera credenda moueatur non sibi sufficit, nisi per gratiam Deus sibi opituletur. vnde, Nemo venit ad me, nisi cui datum fuerit à patre meo. C

e *Igno. e.* Non quæ Deus iustus, sed quæ homini est Deo. F

Testi. *Iusti-*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. X.

Diuisio

1 FRatres. *Hic consequenter Apostolus ostendit affectum suum erga Iudæos, orando pro salute eorum. Et diuiditur in duas: primò ponit orationis suæ modum. secundò motiuum, ibi,* Testimonium. *Circa primum dicit,* Fra. vo. qui. *q. d. oro pro ipsis non solum ore, sed etiam corde.*

2 Et ob. ad De. *i. deprecatio eius per rem sacram. & hic modus orandi est magis efficax ad impetrandum, quia innititur merito rei sacræ quæ interponitur, vt cum dicitur, per passionem tuam libera eos. & huiusmodi. & sic orabat Paulus pro Iudæis. ideo subditur.*

3 Fit. pro. il. *scilicet, à me.*

4 In sa. *idest, vt conuertantur & salutem consequantur.*

5 Testi. e. *Hic consequenter ponit orationis suæ motiuum. & diuiditur in duas, primò dictum motiuum ponitur. secundò dictum suũ declarat, ibi: Finis enim. Motiuum autem Apostoli erat, quia Iudæi persequendo fidem Christi habebant zelum Dei indiscretum tamen, & in talibus est cõpatiendum. vnde & Apostolus qui primò persecutus est ecclesiam Dei: ex tali zelo dicit de seipso. j. Timoth. j. d.* Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. *dicit igitur,* Testimo. *quia fuerat socius eorum in facto.*

6 Quòd æm. *idest, zelum.*

7 Quidem Dei ha. *Quod declarat. dicens:* Ign. e. Dei iu. *quæ facit dignum vita æterna & habetur ex fide Christi formata. ista tamen ignorantia non excusat, quia iuris est.*

8 Et suam quæren. sta. *Quod exponunt aliqui de sacerdotibus & legisperitis, qui irritum faciebant mandatum Dei propter traditiones suas, Mat. xv. a. sed hoc non videtur esse verum, quia immediatè præmittitur, quòd*

a *Iustitiæ Dei non sunt sub.* Hæc est iustitia Dei, quæ non in præcepto legis quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi constituta est. A

b *Finis.* Non consumens, sed perficiens. perficit ergo iustitiam per fidem sine operibus legis.

c *Christus.* Ex Christo est iustitia: quia si per legem scriptam vel naturalem esset, si non fide Christi: ergo Christus gratis moreretur.

† Leui. 18. a

✠ HAYMO. Nolentes se subdere fidei Christi & Euangelio eius, & legem volẽtes statuere, per quã se putabant posse iustificari sine gratia Christi, Euangelicæ doctrinæ noluerunt colla submittere. B

a ¶ Vel volentes. b ¶ Vt superbi. c ¶ Qua Deus iustificat credentes. ¶ Ignorant iustitiam Dei, quia Christum qui est dator iustitiæ, qui adimplet quod lex prædicit.

a quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. † Finis e- 1

b ¶ Qui etiam valet. 2

a ¶ Christus tantum est iustitia ad salutem, qua iusticia legis ad præsentem vitam tantum valet. 3

c nim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. † Moyses e- 4

d ¶ Alias dixit. a ¶ Quæ est ex timore, non amore. 5

e nim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit 6

a ¶ Quasi sine gratia adiuuante. b ¶ Non punietur legali pœna. c ¶ De illa ita, sed de 7 iustitia fidei sic Moyses dicit vel ipsa sic dicitur in corde hominis, quod obseruata ducit ad cælum, non 8 obseruata ducit ad abyssum.

f homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est, iustitia sic dicit: 9

a ¶ Quia. ¶ Cogitare. ¶ Verba apostoli quibus aperit sensum præmissorum verborum Moysi. 10

g † Ne dixeris in corde tuo: quis ascẽdet in cælum, id est Chri 11

h ¶ Quantum ad te. ¶ Verba apostoli. 12

stũ deducere? Aut quis descẽdet in abyssum? Hoc est Chri- 13 14

g *Ne dix. in cor. tuo.* Iustitia fidei est ne dubitetur de spe Dei, quæ in Christo est, ne diffidat Christum spoliasse infernum, & cum animabus cælum ascendisse, vnde iustus efficitur. *Ne di. in c. t.* idest, ne saltem cogites, quis ascendet, idest, nullus homo ascendet, quia qui hoc cogitat negat Christum ascendisse. Aut ne cogites, quis descẽdet. i. nullus descendet, quod est pro non obseruata lege, quia hoc cogitare, est Christum a. m. re. i. credere quòd Christus non descendit in infernum, quia si illi qui iustitiam nõ obseruant, non descendunt, Abraham & antiqui patres multò minus descenderunt. Si autẽ illi non descenderũt, tũc nec Christus, qui non nisi pro illis liberandis descendit. Vel ita, Cum audieris, inquit, prædicari Christũ post resurrectionem ascendisse in cælum, noli dicere in corde tuo, mendaciũ est. Quis enim ascendet? quia hæc infidelitas quãtum in te est, Christum de cælo ad terram deducit. Similiter cum & tu audis prædicari, quòd Christus ad infernum descendit, noli dicere, mendacium est: Quis enim descendit in abyssum? Ideo ne hoc dicas: quia hoc dicere, est Christum reuocare ex mortuis, quantum in te est. D

† De conse. dist. 4. si quis autem. in fi.

† De. 30. c.

I 17. de ciuitatis Dei.

✠ AVGVSTINVS. Carnales Israelitæ terrenæ Hierusalem ciues, qui iustitiam quam dat homini Deus, qui solus est iustus atque iustificans, & velut à se sibi partam non ab illo impertitam, volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Vtique quia superbi, de suo putantes non de Dei posse placere se Deo.

Iusticia duplex

l. 4. cap. 26.

d *Ad iustitiam.* Non humanam, sed diuinam. Est enim humana & diuina. de humana ibi, *Moyses.* de diuina ibi, *Quæ autem ex.*

✠ IRENÆVS. Quomodo finis legis Christus, si initium eius fuisset? Qui enim finem intulit, hic & initium operatus est.

✠ PHOTIVS apud OECVM. Quo pacto finis legis est Christus? Quia iustificauit, & ea quæ lex voluit quidem facere, sed non potuit, hæc veniens Christus perfecit & compleuit in eos qui in se crederent. Quoniam autem iustitiam legis vocauit, ne existimarent legem posse iustificare, dicit Christum finem esse legis & completionem. Qui enim in Christum credit, complet legem. Ad iustitiam omni credenti, id est, ad iustificandum eum qui verè legem perficeret, hoc est, fidelem & credentem.

Leuit. 18 a.
Aug in epi. ad Galat. & Tractatu 77. in Io.

e *Scrip.* In Nume. & Leui. ita habetur, *Qui fecerit ea, viuet in illis.*

f *Viuet in ea.* Habet istud præmium, ne ista morte puniatur. Non enim magna iustitia timere, nec habet meritum apud Deum.

Ne

✠ OECVMEN. Ne putaretur fides facilis ad assequendum, ac facilè despiceretur, propterea ostendit ad eam quoque labore opus esse, & aduersus latentes cogitationes ipsam habere luctam. Siquidem *ne dicas*, inquit, *in corde tuo*, hoc est, ne cogites quidem, vel omnem cogitationem foras eiice, &c. Mosis autem testimonium iuxta suam magnam sapientiam Apostolus ad Christum retulit. Ne vacilles, inquit, neque in mente tua dicas, Quomodo Christus descendit de cœlis, carnémque assumpsit? Aut quo pacto mortuus surrexit ex abysso, id est, ab infimis locis: sed omnem cogitationem foras eiice. Prope te est verbum, id est, contracta est in breui salus, nec externis egens laboribus: in corde enim & in lingua sita est, solido tamen ac prudenti opus habet animo. E

h *Id est, Christum deducere.* id est, negare Christum ascendisse.

Prope

C

NICOLAVS DE LYRA. F

quòd ex zelo Dei mouebantur, licet indiscrete. irritantes verò Dei mandata propter traditiones suas, non mouebantur ex zelo Dei, sed ex zelo sui. s. propter quæstum vel gloriam temporalem vt ostenditur ibidem. & ideo cum dicitur.

1 Et su. quæ. statue. *intelligitur de iustitia ex operibus legis, quæ dicitur hic sua, Tum quia lex illa fuerit eis data, tum quia legalia iam erant mortua, & sic non erant amplius ipsius Dei, sed Iudæorum eam pertinaciter defendentium.*

2 Iusti. D. non sunt sub. *i. iustitiæ quæ habetur per fidem Christi, cui repugnabant contradicendo.*

Diuisio

3 Finis e. *Hic Apostolus declarat intentum. s. quòd iustitia faciens dignum vita æterna, non erat ex lege, sed ex fide Christi. Et diuiditur in tres. primò ostendit huius fidei vtilitatem. secundò facilitatem ibi,* Sed quod dicit, *tertiò ex hoc arguit non credentium infidelitatem, ibi,* Quo modo ergo: *Circa primum sciendum, quòd perfectio non consistit in dispositione materiæ, sed in introductione formæ, ad quã dispositio finaliter ordinatur, vt patet in naturalibus & artificialibus. Lex autem vetus ordinabatur ad Christum sicut imperfectum ad perfectum. vnde Apostolus Gal. iij. d. dicit,* Lex pædagogus noster fuit in Christo. *& Ra. Sa. Hebræus & alij plures doct. Heb. dicunt, quòd vniuersi prophetæ nõ sunt loquuti nisi ad dies Messiæ. i. propter Christi tempus finaliter. & ideo iustitia quæ facit dignum vita æterna, non erat in lege, quæ fuit imperfecta, sed est ex fide Christi. cui perfectio debetur. & hoc est quod dicitur,* Finis e. le. *scilicet, Mosaica.*

Perfectio in quo consistat.

4 Christus. *supple est, quia ad ipsum ordinabatur, vt dictum est.*

5 Ad iusti. *iustitia infusa.*

6 Omni credenti. *Vnde patres vet. Test. non erant iustificati ex operibus legis, sed ex fide Christi, vt dictum est suprà. iij. ca. & iiij. & Act. xv. dicit,* Per dominum nostrum Iesum Christum credimus saluari, & sicut & illi, *patres ve. Test. & ad hanc sententiam inducitur scriptura, cum dicitur.*

7 Moyses enim. *s. Leui. xviij.*

8 Quoniam iu. quæ ex le. est. *Quia per impletionem operum legis euadebatur mors corporalis, quæ transgressoribus inferebatur in casibus multis, sed non viuificabat spiritualiter vt dictum est. suprà. iij. ca.*

9 Quæ autem. *i. de iustitia quæ per fidem Christi habetur.*

10 Sic dicit, *Moyses Deute. xxx.*

11 Ne di. in cor. t. quis. *negatiuè accipitur.*

12 Id est Christum de. *s. de superioribus ad inferiora, quod est negare Christum ascendisse ad cælestia.*

13 Aut quis de. in abys. *negatiuè similiter.*

14 Hoc est Christum à mor. re. *Quod est negare descendisse Christum ad limbum ad animas patrum inde liberandas. sic exponit Glo. passum istum, quem sequuntur expositores nostri communiter sed quia expositio ista non videtur concordare in aliquo cum sententia Deu. xxx. vnde accipitur hæc scriptura, nec etiam cum litera sequenti, vt patet intuẽti. ideo aliter potest exponi tamen sine præiudicio sic,* Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in *Cælum, negatiuè, Id est, Christum deducere, id est, dicere, quòd nondum venit in mundum adductus per obedientiam patris. Aut quis descendet in abyssum, similiter negatiuè. Hoc est Christum à mortuis reuocare. i. dicere, quod non fuit mortuus, & nec per consequens resurrexit à mortuis, vitam immortalem inchoando, Vtrunque enim dicebant Iudæi tempore Apostoli, & adhuc dicunt negando Christum venisse, & per consequens resurrexisse à mortuis, Hæc autem expositio consonat literæ sequenti, cum dicitur, Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum. s. venisse tanquàm Christum promissum in lege, & in corde tuo credideris quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Similiter consonat sententiæ Deut. xxx. vnde scriptura hæc accipitur,* Ne dixeris in corde tuo, &c. *Hoc enim dicitur ibi, vt patet manifestè, ad excludendum excusationem quæ posset fieri de Mosaicæ legis obseruatio-*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Prope est ver.* idest, vtile est, vel non est aliquid inconueniés vel dicere vel credere.

Prope. non longè à natura animorum: & loquendi ratione, quod nobis dicitur vt credamus.

Aug. Tract. 80. in Ioh. scriptura

b *Hoc est ver.* De quo dominus ait, *Nam vos mundi estis propter verbum quod loquutus sum vobis.* Nō ait: per baptismum. Quare? nisi quia & in aqua verbum mundat, detrahe verbū, & quid est aqua, nisi aqua. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentū. Vnde est ista tāta virtus aquæ, vt corpus tangat: & cor abluat, nisi faciēte verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus remanens.

† excitauit

✻ Theod. Vtrisque opus est, & fide vera, & confessione libera, vt coronetur fidei certitudine, & lingua clara insignis que reddatur, audacter veritatem prædicans.

a ¶ Et hoc ne dixerimus, sed potius hoc crede verbo quod dicit scriptura. b In Deuter. c ¶ Vtile, quia iustificat, & saluat. ¶ Christus, vel eius prædicatio.

a stum ex mortuis reuocare. Sed quid dicit scripturā? † Prope 1

a ¶ Christus, qui est verbum in principio apud patrem. b ¶ Ad confitendum c ¶ Ad credendum. d ¶ Exponit scripturam Moysi. e ¶ Quo & baptisma consecratur. 2

b est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei

a ¶ Prope debet esse. b ¶ Cum aliquis impugnat. c Non opera legis. 3

quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum 4

¶ Resurrexisse, vel quod ipse est dominus & Iesus. i. Saluator.

c Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum † suscita- 5

a ¶ Credit ad salutem quia iustitiam quæ est causa salutis. ¶ i per fidem cordis iustificatur aliquis. i. de impio fit pius.

uit à mortuis, saluus eris. † Corde enim creditur ad iustitiam, 6

d a ¶ Post cordis fidem aliter non valet. b ¶ Quæ superadditur fidei, vt in martyribus. c ¶ Non modo ad iustitiam. ¶ Verè corde cre. ad iust. d ¶ Per Isaiam.

e ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura:

¶ Non tantum Iudæus, sed & gentilis. a ¶ Erubescet in futuro, & si hic confundi videatur. b ¶ Omnis. ¶ Sed in omni gente qui timet Deum, hic acceptus est illi. c ¶ Quia.

f † Omnis qui credit in illum nō † confundetur. Non enim est 7

a ¶ Non est distinctio. b ¶ Creator. 8

distinctio Iudæi & Græci. † Nam idem dominus omnium 9

a ¶ Sufficiens ditare omnes. b ¶ Inuocant fide & opere. ¶ Aliis non diues. c ¶ Ab autoritate Isaiæ probat quod dixerat. d ¶ Iudæus vel gentilis.

g diues in omnes qui inuocant illū. † Omnis enim quicunque 10

h a ¶ Bene se subiiciendo. b ¶ In æterna beatitudine. c ¶ Sed hoc non potest aduersus.

i inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quomodo ergo in- 11

D ✻ Hilarius. Pietas est non ambigere, & iustitia est credere, & salus est confiteri.

l. 10. de Trinit.

✻ Nazianzenus. Credere solū iustitia est, salus autē perfecta confiteri, loquendique libertatem addere scientiæ.

Orat. 21. & Tractatu de fide.

✻ Idem. Si dicis mihi, homousion (quod est vnius essentiæ nomen) ob hoc nominari non oportere, quia in scripturis diuinis non contineatur, quæro autem ô homo qui hæc prohibes, vtrum ideo nominare non debeā, quia scriptum non est, an quia ita credi non licet? Quod si ita ita credēdum est, cur non ita profitendum? Corde enim inquit Apost. creditur ad iustitiam, ore autem, &c.

† Deu. 30. c

† 11 q. 3. nolite timere. De cōse. di. 4. c. baptismi vicem.

✻ Augst. Parum est in corde habere Christum, & nolle confiteri dū timetur opprobrium, sed exprobrantibus respondendum est verbum. Vt autem hoc martyres possent, promissum est eis, *Nō estis vos qui loquimini, sed Spiritus. &c.*

In ps. 118.

† Isa. 28 d. Mat. 28 b. † pudefiet. † 2. Co 2. b † De pœ. di. 3. adhuc pendi † Iohel. 2. g Act. 2. a. Mar. 14.

E ✻ Cyprianus. Adorato domino, Magi hilares alio tramite in suam patriam reuertuntur, quia necesse est vt qui credūt ad iustitiam, ore etiam confessi sunt ad salutem. deinde vias eligāt arctiores, & se districtioribus mandatis obligent.

Ser. de stella & magis.

✻ Guitmundus. Quoniā scriptum est, *Corde creditur, &c.* liquet omnino, quoniam quamuis in corde fides recta teneatur quæ iustificet, pernecessaria est tamen in ore confessio quæ nos saluet.

Initio libri de Trinitate.

✻ Algerus. Quantum valeat etiam sine baptismi visibili sacramento, quod ait Apostolus, *Corde creditur, &c.* in illo latrone declaratum est.

l. 3. de sacr. c. 7.

f *Omnis qui credit in illum, &c.* ✻ Oecumenius. Testimonium produxit vt ostendat non esse in fide differentiam inter Iudæum & ethnicum. Omnibus communem gratiā prædicat, & quod in superioribus fecit multis sermonibus fastum volēs detrahere Iudeorum, id nunc breuibus facit, quia non est discrimen inquit: Iudæi & Græci.

g *Qui inuo* Orans inuocat: sed hoc certè non potest, nisi prius credat. Qui ergo inuocant, non modo credunt, sed etiam orāt, vt postquam crediderit alicuius animus non desinat id postulare, quod promisit Deus toto corde vigilantibus, quia credere dat remissionem peccatorum. Inuocare impetrat promissa Dei.

h *Quomodo inuo. &c.* Probato, quia de vtroque assumuntur populo, ostendit per quid, scilicet, per remissionem vtrisque factam, quam qui non receperit inexcusabilis.

i *Quomodo ergo, &c.* Inuocatio saluat, ergo oportet credere: quia.

Quomodo inuo. Credere est ex auditu, audire ex prædicatione, prędicare ex missione Dei, vt ita totum descendat ex fonte gratiæ. Prædicatio ex missione, quia & pseudo bene nunciantes

D'ns

B ✻ Haymo. Christus exterius in ore per cōfessionem, interius in corde per credulitatem, sicut hic dicitur, & alias vbi dicit idem Apostolus, Christum in interiori homine habitare per fidem in cordibus nostris. *Hoc est verbum fidei quod prædicamus*, nos Apostoli. Hoc est verbum inquit, filius Dei patris, in quem secundum prædicationem nostram credere oportet.

Aug. tract. 23. in io.

c *Quia si confitea.* Ecce laus fidei & merces. Laus fidei est, si credideris, quia dominus est Iesus, id est Saluator, & quia resurrexit. Merces verò salus æterna.

In ps. 202.

✻ Augst. Non enim laus fidei Christianorum est quia credunt mortuum Christum, sed quia credunt resurrexisse Christum. Nam & mortuum paganus credit. Hoc tibi pro crimine obiicit, quia mortuum credidisti. Quæ igitur laus tua? Credere resurrexisse Christū, & sperare te resurrecturum esse per Christum. Hæc est laus fidei.

l. 1. de trini.

✻ Idem. Meritum fidei nostræ resurrectio Domini est. Nam mortuam esse illam carnem in cruce passionis etiam inimici eius credunt, sed resurrexisse non credunt. Quod firmissimè credentes tanquam de petræ soliditate contuemur. Vnde certa spe adoptionem expectamus redemptionem corporis nostri, quia hoc in membris Christi speramus, quod perfectum esse in capite nostro cognoscimus.

d *Cor. creditur.* Cætera potest nolens, sed credere non potest, nisi volens.

August. in ps. 30

e *Confess.o.* Confiteri est dicere, quid sit in corde, aliter loqui, est, non confiteri. Quod est in corde debet esse in ore, quia in fronte, idest, in sede pudoris, non sine causa fit signum crucis, ne Christi opprobria Christianus erubescat. Peccatum fuit Petro ore negare, cum crederet corde. Cum enim lachrymis diluit quod negauerat, si saluti faciebat quod corde tenebat. veritas enim & credenda est & loquenda.

August lib. contra mendacium.

C

Hi-

NICOLAVS DE LYRA.

ne: quia vt ibi dicitur, Non oportet ascendere in cælum vel mare transfretare, vt inde apportetur & sic seruetur, quia iam erat data illi populo, & sic scripta Dei digito quantum ad præcepta decalogi: & per Moysem quantum ad alia. propter quod ibidem subditur, Iuxta te est sermo in ore tuo, &c. *Deuteronomium verò fuit figura nouæ legis, vt dicit Hiero. ad Paulinum. propter quod scriptura præallegata figuratiuè dicitur hic de noua lege. ad cuius obseruationem tenentur omnes, & maximè Iudæi, quibus spiritualiter Christus promissus fuit & personaliter prædicauit. & sic cum dicitur hic:* Ne dixeris in corde tuo, &c. *tollitur excusatio de nouæ legis obseruantia: quæ per Christum iam est data, & per spiritum sanctum in cordibus credentium descripta. ideo subditur,* Pro. est verbum. *idest, per Christum resurgentem vita spiritualis & immortalis inchoata, quæ lex facere non poterat.*

1 Sed quid. *Hic ostenditur iustitia quæ est per fidem Christi facilitas, cum dicitur, Sed quid dicit scri. de ista iustitia.*

Pro-

2 Prope est ver. *Hoc est dictum non exigitur nisi credere & confiteri. scilicet, in casu mortis in quo tollitur facultas operandi.*

3 Hoc est verb. *scilicet, Christi.* F

4 Quod prædica. &c. *esse verum Christum saluatorem nostrum.*

5 Et in corde tuo cred. &c. sus. à m. *ad vitam immortalem.*

6 Saluus eris. *salute æterna. In credulitate enim istorum duorum articulorum fidei includuntur & intelligitur credulitas aliorum, Et adducitur scripturæ testimonium, cum dicitur.*

7 Omnis enim qui credit in illum, non con. *Isaiæ xxviij. quod ad literam intelligitur de Christo, vt dictum est in fine ca. præcedentis.*

8 Non enim est distinctio Iudæi & Græci, *quantum ad iustitiam, quæ est per fidem Christi.*

9 Nam id. do. *scilicet, Iudæorū & Gentiliū, vt dictū est supra. in ca.*

10 Diues in omnes qui. *i. potens omnes exaudire. Et ad hoc inducitur autoritas Iohel. ij. cum dicitur, Omnis enim quicunque in. &c.*

11 Quomodo er. *Hic consequenter arguitur infidelitas non creden-*

tium.

A Deus mitti, qui in bonum malo nouit vti. Aliquando & malos malis mittit ex ira, vt vicissim per se, sicut iustum est pereāt.

✻ Theodor. Docet quod Iudæi sua sponte salute priuati sunt, oblatam prædicationem nolentes admittere. Sed huius rei probationem non adducit apertè: sed alia orationis methodo. Oportet inquit, prius credere, deinde inuocare. Fieri autem non potest vt credat, qui doctrinam non perceperit, ea autem haberi non potest, si desint qui prædicent, eos autem rursus constituit electio, manuū ve impositio. Cùm hæc tanquam ad Iudæorum defensioné posuisset, per ipsa aduersus illos accusationem adauget, & quod vltimum est, primum posuit de prædicatorum missione, ostendens hęc multis retro seculis fuisse prędicta, allata Esaiæ prophetia.

† De hære. cum ex iniuncto. & c. excommunicamus. §. quia vero nonnulli.

† Isa. 53 a.

a ¶ Q. Non inuocabunt, nisi credant. b ¶ Non creditur illi, cui obedientia negatur. c ¶ Nec olim aliquis credidit, qui non aliquo modo audiuit.

uocabunt in quem nō crediderunt? Aut quomodo credent 1

¶ Non credent, nisi audiant. a ¶ Non audient nisi prædicetur eis. b ¶ Qui prædicanti resistit, auctorem non recipit.

ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine præ- 2

a ¶ Non prædicabunt, nisi mittantur. Non sunt veri Apostoli, nisi missi.

a dicante: † Quomodo verò prædicabūt, nisi mittantur? Sicut 3

a ¶ In Isaia vel in Naum propheta. ¶ Sed missi quia. b ¶ Aduentus Apostolorum qui illuminant mundum. c ¶ Annunciantium.

b scriptum est: † Quàm speciosi pedes euangelizantium pa- 4

c a ¶ Reconciliationem. b ¶ Bene nunciat, qui quod de ore prædicat, opere implet. c ¶ Futura. d ¶ Q. Omnes audierunt per apostolos. ¶ Cum enim ex gratia auditus, necessaria est & alia gratia, quæ cor moueat.

d cēm, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euan 5

a ¶ Aliquos obedire, non omnes. ¶ Quasi aliquis. b ¶ Non omnibus, his quæ à nobis audiunt, vel quæ nos audiuimus à te.

e gelio. Isaias enim dicit: † Domine, quis credidit auditui 6

a ¶ Quia aliquis credit ex auditu, & si non omnis. b ¶ Aliquando & si non vbique. c ¶ Non merita nostra. d ¶ Alias Christi.

f g nostro? Ergò fides ex auditu, auditus autē per verbum Dei. 7

a ¶ Ex auditu crediderunt, sed qui non crediderunt, nunquid non audi. q. d. per hoc excusabiles. b ¶ i. Non modo proximi, sed & vltimi audierunt. 8

h i Sed dico: Nunquid non audierunt? † Et quidem in omnem 9

D mittētis. Nisi enim dicatur aliquid nec audiri potest nec credi.

In ps. 118.

✻ Augst. Quamuis enim Deus docet intrinsecus, tamen fides ex auditu est. Et quomodo audient sine prædicante? Neque enim quia Deus dat incrementum, ideo non est plantandum neque rigandum.

✻ Haymo. Primū audit quis prædicatorem loqui quomodo debeat credere, deinde accipit fidē. Auditus autem per verbū Christi. quod prædicatur ab Apostolis & doctoribus verbum Christi est, quia non alia prædicant, quàm quę in euangelio continentur, quod ab ore Christi est prolatū. Vel, quæ ipse Christus reuelat eis in corde, & loquitur per ora illorum.

† Isa 52. b Naum. 1. b

h *Et quid.* Vel equidem. i. certè, & ita inexcusabiles sicut in Psa. ostēdit Dauid di.

† Psal. 18. a.

Psal 18. a.

Aug in Enchirid. & li. contra adu. legis & proph.

a *Quomodo verò prædi. nisi mit.* Ecce apparet, quod & ad gentes, missi sunt prædicatores, & sic refellit eos Apostolus qui putabant Iudæis tantum prædicandum esse euangelium.

b *Quàm spe.* Quia mundum illuminant, in quo apparet à Deo missos, alioquin hoc non poterant.

B c *Pacem.* Reconciliationem inter populum & populum diruta maceria legalis ritus in Iudæis, & idololatriæ in Gentibus. Et inter Deum impios per fidem iustificantem, & homines in eum credentes.

d *Euangeli. bo.* Pacem super pacem, quia & regnum Dei pax est.

✻ Theod. Apostolis domum ingredientibus iussit Dominus dicere. *Pax huic domui.* Significabant enim diuinam reconciliationem, & bonorum perceptionem. Eorum pedes speciosos appellat, vt qui pulchrum cursum peragant, vt qui à dominicis fiat abluti manibus.

✻ Oecumen. Itaque si aliter credere non poterant nisi audirent, & nisi eis prædicaretur: est autem illis prædicatum, & audierunt, planè manifestum est quod Deus nihil prætermiserit: ij verò qui non crediderunt, de seipsis conquærantur.

Augu. tract. 50. in Io.

e *Isaias enim dicit, &c.* Præscius Deus prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit, neque præscisset mala eorum, nisi ea haberent. Sic etiam excæcat quod est deserendo, non faciendo, & hoc meruit voluntas. Si dicitur non possunt Iudæi credere quia *Isaias* prædixit: dico non possunt, quia nolunt, quod Deus præsciuit prædixit, sed non fecit. Non possunt, dum superbi, dū tales, vt. s. omnia suis viribus attribuerent, vt negarent sibi necessarium esse diuinum auxilium ad bene operandum.

f *Fides ex.* Etsi Deus intus doceat, tamē præco exterius annūciat.

g *Per verb.* i. per gratiā Christi doctores verbi euāgelici nobis mit-

i *In omnem ter. ex. so. eo.* Nec hoc tempore Apostoli impletum est sed spiritu sancto reuelante videt implēdum in posteris, Loquutus est igitur præteritiuè propter certitudinem prophetiæ. Dicendo igitur, eorum, non solum de apostolis, sed & de eorū posteris intelligi voluit. Sic & illud, *Testes mihi eritis vsque ad vltimum terræ.*

August. epi. 79. quæ est ad Hesych. Act 1. a.

✻ Irenæus. Ecclesia per vniuersum orbem vsque ad fines terræ seminata, & ab Apostolis, & à discipulis eorum accepit eam fidem quæ est in vnum Deum patrem omnipotentem, &c. Hāc prædicationé cùm acceperit & hanc fidē, diligenter custodit, quasi vnam domum inhabitās, & similiter credit iis quasi vnam animam habens, & vnum cor, & consonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quasi vnū possidens os. Et neque hæ quæ in Germania sunt fundatæ ecclesiæ, aliter credunt aut tradunt, neque hæ quæ in Hiberis, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Aegypto, neque hæ quæ in Lybia, neque hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ, &c.

l 1. c. 2 & 3. E

✻ Hegesippus. Ex quo cœpit congregatio Christianorū, in omne hominum penetrauit genus, nec vlla natio Romani orbis remansit, quæ cultus eius expers relinqueretur.

l. 2. de exci. c. 12.

✻ Tertul. Cui dextram tenet pater Deus, nisi Christo filio suo? quem exaudierunt omnes gentes, id est, cui omnes crediderunt, cuius & prædicatores Apostoli in psalmis Dauid ostendūtur. *In vniuersa* inquit, *terra exiit sonus eorum.* In quē enim alium vniuersæ gentes crediderunt, nisi in Christum qui iam venit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt, Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitant Mesopotamian, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Asiam, & Pamphyliam, immorātes Aegyptum, & regionem Africæ quę est trans Cyrenem inhabitantes, Romani & incolę, tunc & in Hierusalem Iudęi, & cæ

l. adu. Iud. c. 7.

tulo-

F

C

NICOLAVS DE LYRA.

tium. & primò generaliter omnium, secundò, specialiter Iudæorum, ibi, Sed dico. Circa primum arguitur fidelitas omnium per hoc quod fides catholica publicata fuit per orbem à tempore apostolorum, Et quia immediatè prædixerat Apostolus, Omnis quicunque inuocauerit nomē domini, saluus erit. *ideo continuando sententiam dicit,* Quomodo ergo inuo, in quem non cre. *q. d. nullo modo, quia oratio præsupponit fidem orationis.*

1 Aut quomodo credent ei. *quia fides præsupponit auditum à Deo per reuelationem, vel ab homine per prædicationem, ideo subditur.*

2 Quomodo autem audient. *Actus verò prædicandi præsupponit autoritatem officij, ideo subditur.*

3 Quomodo verò pręd. ni. *à Deo? sicut prophetæ. vel ab eius locum tenente, sicut prædicatores alij. & ad hoc inducitur scriptura Isaiæ. lij.*

4 Quàm speciosi pedes euangeli. *quod intelligitur de prædicatoribus euangelij. vt dictum fuit ibidem. ideo subditur.*

5 Sed non omnes, &c. *prædicationem eius recipiendo, Ad quod inducitur autoritas Isa. liij. vbi ad literam loquitur de Christo, vt ibi fuit declaratum.*

6 Domine quis credidit auditui nostro. *quia Isaias & alij prophetæ audierunt à Deo mysterium Christi, quod crediderunt pauci de Iudæis specialiter. ideo concludit Apostolus.*

7 Ergo fi. &c. *& patet ex dictis sententia.*

8 Sed dico, Nunquid. *idest, habent ne executionem suæ infidelitatis propter defectum suæ publicationis? q. d. non: Ad quod inducit autoritatem, Psal. xviij.*

9 Et quidem in omnem ter. *A tempore enim Apostolorum publicatum fuit euangelium per orbem vniuersum, sicut plenius ostendi scribendo super Psal. xviij. Potest tamē hic breuiter repetit. Apostoli nanque ad publicandum euangelium per orbem exierunt de Ierusalem, quæ est in medio climate terræ habitabilis. & viuente beato Petro apostolo prædicatum fuit euangelium procedendo versus occidentem vsque ad mare oceanum, vbi est terminus habitabilis terræ secundum astrologos. Sanctus enim Sauinianus in ciuitate Senonensi, quæ tunc erat metropolis Franciæ ædificauit ecclesiam Petri, quem audierat iam passum, sed cognito postea quod adhuc viuebat nominauit illam ecclesiam beati Petri viui, in qua pluries ego fui, qui hæc conscripsi. Et alij qui cum sancto Sauiniano venerunt in Franciam in alijs locis prædicauerunt vsque ad oceanum, Et eadem ratione euangelium fuit publicatum ad orientem, meridiem, & aquilonem respectu Ierusalem, quia Christi discipuli exierunt circunquaque ad prædicandum*

Ecclesia sancti Petri viui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulorum varietates, Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, Galliarum diuersę nationes, Britannorū inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & prouinciarum, & insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus. In quibus omnibus locis Christi nomen, qui iam venit, a regnat, &c.

a *Sed dico, Nunquid Israel.* Quia possent & audisse & non cognouisse, affirmat eos & cognouisse.

b *Cog.* Quia contradicere non potuit ratione vel autoritate sed non verè cognouit, vt menti eorum bene cederet.

c *Ad æmul.* Inuidiā f Iudęis, dum Gentes g eorum Deum suum h dicunt, & promissiones & legem eorum & prophetas ad se pertinere.

d *In non Gen.* Gentiles non prius dicebantur gens sancta, vel modo non gens, quia non quales geniti.

¶ Fama. ¶ Ex omni parte. a ¶ Ipsa.

terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eo-

a ¶ Omnes audierunt, sed de Iudæis specialiter dicо, Nunquid, &c. b ¶ Cognouit vtique, quia Moyses qui primus, idest, magnus & alii post eum.

b rum. Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? Primus Moy-

a ¶ Ad inuidiam de conuersione Gentium. b ¶ Permittam adduci. c ¶ idest, Gentiles, qui prius non Gens vel modo non Gens. 1 2

c ses dicit: † Ego ad æmulationem vos adducam † in non Ge- 3 4

a ¶ Quæ Deum non nouerat. b ¶ Permittam in vos irasci & persequi, & cum hoc factum videant, attendant quod venerit. c ¶ Et si præuideret pœnam imminere, tamen audet. ¶ Non tantum Moyses hoc dicit, sed & Isaias.

e tem: in Gentem insipiẽtem, in iram vos † mittam, † Isaiás 5

¶ Expersona. a ¶ Sponte me obtuli. b ¶ Et inde inuidia Iudæorum. ¶ Per se. 6

autem audet, & dicit, Inuẽtus sum ā non quærentibus me, 7

¶ In manifesto. ¶ Ab aliis. ¶ Ita ad Gentes. 8

palam apparui his qui me nō interrogabant. † Ad Israël au- 9

¶ Opera & affectus. ¶ Iudæorum.

tem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non 10

¶ Quod peius est.

credentem* sed & contradicentem mihi.

e *In Gen.inst.* In idest, contra Gentem insipientem, id est contra Gentiles qui Deum verum non nouerant.

f *Tota die.* Toto tempore, quo cum eis commemoratus sum, & mundum illuminaui. Vel manus in cruce, vel opera & affectus ampliaui.

g *Expan.ma.* Q. Ampliora ostēdi Iudæis, quia nullum eis beneficium negauit. nā mortuos illorum suscitauit, diuersas eorum infirmitates curauit. Ille enim dicitur manus expandere, qui poscentibus beneficia largiter tribuit.

h *Manus meas.* Hoc non de manibus in cruce extensis. sed de operibus quæ illi populo exhibuit. Vel, de manibus in cruce extensis potest hoc accipi, vt positum sit totum pro parte. *Tota die.* ergo. idest, diei parte totius. *Expandi.* in cruce. *Manus meas ad po. non cre.* sed contradicentem, quod peius est.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed di. *Hic consequenter arguit incredulitatem Iudæorum specialiter, quia Christum prædicantem audierunt & miracula eius viderunt. vnde dicit Nicodemus in lege peritus, Ioha.iij.a.* Scimus, quia à Deo venisti magister, Nemo enim potest hęc signa facere, quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo. *& hoc est quod dicitur,* Sed dico, Nunquid, &c. *q.d. imo plus quam alij, & illa cognitio fuit in legis peritis excęcata ex inuidia contra Christum, eo quòd capit prædicare contra vitia eorum. & sic quantum potuerunt, auerterunt populum ab ipso ex quo facta est populi excæcatio & Gentilium illuminatio. ad quos conuertendos transierunt apostoli relictis Iudeis. Act. xiij.g.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis ęternæ vitę, ecce conuertimur ad Gentes, *& hoc prædixit Moyses, Deuter.xxxij.c.*

2 Ego ad e. *id est ad inuidiam.*

3 Vos adducam. *idest, adduci permittam contra Christum ex deceptione*

4 In non gen. *idest, dimittendo vos in incredulitate loco illius gentis, quæ apud vos erat nullius reputationis. Iudæi enim non reputabant Gentiles esse gentes, sed vocabant eos canes, sicut dictum fuit super illud Exod.xxij.d. Sed proijcietis eam canibus.*

5 In iram vos i. *in punitionem per vindictam meam, quod per Romanos fuit impletum occidendo & captiuando populum Iudaicum, inducitur autem ad hoc auctoritas Isa. lxv.a. de illuminatione Gentium, cum dicitur.*

6 Inuentus sum, &c. i. *à Gentilibus idolis seruientibus qui prædicationem apostolorum receperunt deuotè, & sic fuerunt illuminati. & subditur de Iudæorum excæcatione.*

7 Ad Israel autem dicit. *in persona domini.*

8 Tota die. ex. *ad te conferendo beneficia toto tempore legis Mosaicæ.*

9 Ad po. non cre. *Prophetis primo. & postea Christo.*

10 Sed contra. *Primo repellendo verba prophetarum meorum, & eos occidendo. & postea mei: sum in persona propria.*

ADDITIO. I.

In ca.x. vbi dicitur in Postil. Aut quo modo credent ei, quem non audierunt.

Ex hoc quod dicit Apostolus. Quomodo credent ei, quem nō audierunt &c. *& postea quibusdam interpositis concludit: ergo fides ex auditu. Quidam volunt inferre, quod fides catholica, de qua hic agitur, sit acquisita, quia hæc fides vt dicunt, generaretur in homine, ex hoc quod audiens credit prædicatori, & adhibet fidem dictis eius, non fidem infusam sed acquisitam ex tali auditu. Idem volunt arguere ex dictis Aug. xiiij. de ciui. Dei, quòd fides generatur in nobis, & nutritur per scientiam*

Ad fidem duo re quiruntur

ergo sine infusione. Sed bene consideranti hoc non sequitur ex dictis Apostoli, nec etiam Aug. Ad quod sciendum quòd secundum sanctum Thom. ij.q.vj.ar.j.in cor. quæst. Ad fidem theologicam de qua agitur, duo requiruntur. Vnum est vt homini credibilia proponantur, aliud est assensus firmus credentiæ, ad ea quæ proponuntur. Huius quidem assensus potest duplex causa considerari. Vna quidem exterius inducẽs per fidem vel auditum, sicut miraculum visum vel persuasio hominis, quorum neutrum est sufficiens causa ad assensum prædictum. videntium enim idem miraculum & audientium eandem prædicationem, vnus credit, & alius non. Vnde oportet ponere aliam causam interiorem, quæ monet hominem intus ad assentiendum his quæ sunt fidei.

Nec est autem dicendum hanc causam solum esse liberum arbitrium, sicut Pelagiani dicebant. esset enim contra Apostolum ad Eph.ij.b. de fide dicentem. Dei enim donum est. Nec valet dicere, quod ibi dicit Apostolus de fide formata. nā secundū Glo.j.Cor.xiij. fides etiā quæ est sine charitate, donū Dei est. Cuius ratio secundum Tho. vbi suprà est. nam cum homo assentiendo his quæ sunt fidei, eleuatur super naturam suam, oportet quòd hoc insit ei ex super naturali principio interius mouente, quod est Deus. Vnde cum Apostolus dicit hic, Quomodo credent ei quem non audierunt, & fides ex auditu, *loquitur de causa proponente ad credendum quæ licet communiter requiratur ad fidem, sit tamen causa sine qua non, non tamen sufficit ad causandum assensum seu habitum fidei sine causa*

causa super naturali interius mouente, vt dictum est. & ideo cum Augustinus dixisset, Fides ex auditu, *statim subiungit,* Auditus autem per verbum Christi. *Glo. idest, per gratiam Christi. Similiter dicendum est quod dictum Aug. prætatum intelligendum est per modū exterioris persuasionis: sufficiens autem & propria causa fidei est illud quod interius monet ad assensum, quod est donum Dei. Vlterius suprædicti nituntur proposito suum excludere ex auctoritate Augustini epistola contra Manicheum di. Non crederem euangelio. nisi crederem ecclesiæ catholicæ illud approbanti. Vnde dicunt, quòd fide acquisita creditur euangelio, eo quòd ecclesia tenet suos scriptores esse veraces, & sic audiens acquirit sibi habitum credendi eorum dictis. Sed nec ex hac autoritate habent intentum: nam explicatio credendorum communiter fit per reuelationem diuinam in sacris libris canonicis contentam. quæ quidem reuelatio de communi cursu oportet, quòd veniat ad inferiores homines per maiores, sicut ad homines per angelos. & ad inferiores angelos per maiores diuinorum notitia prouenit, secundum Dionysium de cælesti Ierarchia. Vnde quia inter omnes gradus ecclesiæ, autoritas vniuersalis ecclesiæ in his quæ sunt fidei præcellit, eo quòd non potest in his deficere. dicente domino ipso Petro in persona ecclesiæ, Lu.xxij.d. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. ideo licet habitus fidei à Deo sit infusus, tamen in explicationem credendorum quæ in sacra scriptura principaliter continentur, recurrendum est ad auctoritatem vniuersalis ecclesiæ. Et hoc insinuat Aug. cum dicit, Non crederem euang. &c.*

Quòd fides sit acquisita quinque rationes.

Sed quia prædicti opinantes conantur tollere necessitatem ponendi fidem infusam de credibilibus nobis reuelatis per aliquas rationes apparentes, quod est contra Glo. & communem expositionem doctorum, deo videtur discurrendum de illis rationibus, vt veritas magis illucescat. Quarum rationum vna talis est, quia vt dicunt, ad omnem certitudinem actus credendi quam experimur in nobis, sufficit fides acquisita, ergo superfluum est ponere infusam. Et consequentium ex hoc probant, quod frustrasit per plura quod potest fieri per pauciora. Antecedens autē per hoc, quod sicut firmiter adhęremus historijs & gestis scriptis de rebus bellicis, & alijs quæ scribuntur in chronicis suæ acquisitæ, per hoc quòd credimus

eos

eos esse veraces, qui huiusmodi libros canonis condiderunt. ergo præter A fidem acquisitam superfluit omnis alia quæ ad certitudinem actus credendi ponitur habenda, &c. Vlterius arguunt ad propositum suum per exemplum de hæretico, qui sic firmiter adhæret erroribus suo, quod etiam pro fide illius vult mori, quæ quidem hæresis est acquisita, & est in ratione inclinans: sunt firmiter in illum errorem, & hoc sine persuasione rationis vel argumento, sed solum quia credit auditui & doctrinę aliorum & præpositi conceptui. Ex quo concludunt: quòd similiter per fidem acquisitam potest quis firmiter adhærere credibilibus nobis reuelatis sine fide infusa. Vlterius arguunt sic: Si fides infunderetur nobis à Deo, illa nō posset corrumpi in nobis: nec minui. Consequentiam probant, quia ille habitus à Deo creatur & sicut non generatur ex actibus nostris, ita nec corrumpitur. præsertim quia ille habitus cum corrumpitur, totaliter annihilatur, quod non potest fieri per creaturam. quia sicut non potest creare, ita nec annihilare. Nec etiam per demeritum potest corrumpi, quia etiam dæmones credunt, licet habeant odium Dei quod est maximū peccatorum. Ex quo patet quòd fides potest stare etiam cum maximo peccato. Vlterius arguunt, quòd si habitus fidei esset à Deo infusus, esset perfectior omni habitu acquisito, & per consequens actus credendi per fidem infusam esset perfectior quàm actus intelligendi prima principia, quod dicunt esse inconueniens. Vlteriùs ad suum propositum ostendendum sic dicunt, Donatur quòd vnus Iudæus non baptizatus nutriatur inter fideles, more fidelium disciplinatus, talis fide acquisita crederet, & adhæreret omnibus quibus nos credimus, sicut & fide acquisita quilibet nostrum ex auditu aliorum quorum veracitati credit. Credimus enim multa tempora transiuisse, & Romam esse quam nunquam vidimus. sic etiam per fidem acquisitam ex auditu firmiter credimus reuelatis in scripturis & ecclesię approbanti veritatem illorum.

Impugnatio rationū B

Considerandum tamen esse quòd prædictæ rationes nō concludunt intentum suum. Ad primum enim dicendum, quòd quidquid sit de cōsequentia, antecedens non est rationabiliter dictum. Manifestū est enim, quòd plus requiritur ad certitudinem fidei habendam de his quæ in sacra scriptura & euangelio continentur, quam de his quæ in gestis scriptis de rebus bellicis in chronicis habentur. Nam secundum Philosophum j. Ethi. Disciplinati est in tantum certitudinem inquirere secundum vnumquodque genus, in quantum natura rei recipit seu requirit. Constat autem, quòd ea quæ principaliter traduntur in sacra doctrina excedunt faculatem humanæ naturæ, vt cum ibi asseritur quòd Deus est trinus & vnus, & quòd filius Dei est incarnatus, & fuit passus & mortuus, & huiusmodi. Vnde & propheta dicebat, Domine quis credidit auditui nostro, Isa. 53.a. *q.d. talia prædicamus seu prophetamus, quæ nullus posset per se credere, cum facultatem humanæ naturæ excedant. & ideo nullus disciplinatus talibus adhæret certitudinaliter ex sola hominum narratione, quantuncunque eos veraces reputaret. quia propter ad fidem de talibus habēdam oportuit fieri miracula facultatem totius naturæ excedentia, quibus visis homines disponerentur ad habitum fidei recipiendum. nō enim solum prædicationes, seu frequentes narrationes ad hoc sufficiunt, sicut in alijs gestis seu historijs vt communiter, nisi miraculis confirmarentur. Vnde Marc. vlti. d. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Quæ autem in historijs bellicis cōmuniter traduntur, non excedunt humanæ naturæ facultatem: & ideo in talibus sufficit narratio cōmuna proborum virorum ad eorum firmum assensum habendum. præsertim cum non inueniuntur alij tales narrationes negantes. quia tunc etiā in huiusmodi historijs de rebus bellicis disciplinatus rationabiliter dubitaret cui parti contradictionis assentiret. Quæ quidem contradictio circa ea quæ in sacra scriptura traduntur maxime reperitur. Maior enim est turba hæreticorum infidelium seu paganorum negantium multa de his quæ in sacra scriptura continentur, quàm fidelium credentium eadem. ex quibus patet assumptum seu antecedens prædictæ rationis minus ve-*

rum. *Ad secundum dicēdum, quòd cum illa quæ per fidem traduntur excedunt humanam facultatem, vt dictum est, de quibus Eccl.iij.* Plurima D supra sensum hominis ostensa sunt tibi. *inde est quòd hæreses sibi oppositę habent apparentias, & quasi euidentia secundum communem dictamen naturalis rationis humanæ lumine supernaturali carentis. Vnde tales hæretici non indigent fide infusa ad hoc vt talibus erroribus adhæreant, quia ex quo carent lumine fidei, sine quo vera credibilia non cernuntur, remanet in eis firmiter ignorantia veritatis, per quam suis erroribus firmissimè adhærent, præsertim cum in talibus diabolica suggestio solet interuenire. Vnde Apostolus Petrus dicit,* 1.Per.5.d. diabolus circumit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. *Ex quo patet, quòd diabolus circumit ad persuadendum contra fidem. Ad tertium dicēdum, quòd quamuis habitus charitatis sit altior & nobilior quàm habitus fidei, tamen per vnum actum peccati mortalis amittitur. Sic non est inconueniens, quod habitus fidei per aliquod peccatum amittatur. habitus enim à Deo infusi libere à Deo dantur. sic & iuste à Deo subtrahuntur, secundum dispositionem subiectorum. Nec talis subtractio propriè dicitur annihilatio, sed quædam cessatio influxus diuini, sicut per clausuram fenestræ lux solaris subtrahitur sine aliqua annihilatione. Nec obstat quod obijcitur de dæmonibus. Tum quia odium Dei & alia quæ pertinent ad malitiam eorum, licet sint pessima, non tamen sunt demeritoria, cum iam sint ipsi in termino damnationis. & sic non potest mereri nec demereri. Secus est de viatoribus, qui per peccata demerentur. vt ab eis subtrahantur dona Dei. Tum quia ex hoc quod dicitur ab Apostolo, Dęmones credunt. non est necessarium concedere, quòd habeant fidem etiā informem, sed tantum actum fidei: qui est credere. Non enim credunt ex habitu ad hoc inclinante, sed coacti ex signorum euidentia & frequentia, & ex perspicuitate naturalis intellectus. sicut etiam qui* E *operatur iustitia solum ex coactione, non dicitur iustus quasi habens habitum iustitiæ. Ad quartum dicendum, quòd actus fidei est dignior simpliciter cæteris habitibus acquisitis intellectualibus, inquantum habet certiorem causam, eo quòd fides innititur diuinæ veritati, quod non faciunt alij habitus intellectuales acquisiti, licet sint certiores secundum quod. s. quo ad nos. Nec etiam certitudo fidei acquisitæ est similis certitudini fidei infusę in adhæsionis firmitate. Illa enim quorum fides acquiritur ex narratione assidua seu relatione humana, per contrarium corrumpuntur per assuefactionem, sicut contingit in alijs habitibus acquisitis. Certitudo autem, quæ est per fidem à Deo infusam, non potest corrumpi per talia. vn de apostolus Petrus dicit.* Vt probatio fidei vestræ multò præciosior sit auro, &c. j.Pet.j.b. *Habet etiam fides infusa nobiliorē effectū. s. purificationem cordis, iuxta illud Act.xv.c.* Fide purificans corda eorum. *Ad quintum dicendum, quòd fides seu credulitas quæ ex sola reuelatiōe humana acquiritur, nō est fides theologica de qua loquimur: Nā fides theologica non assentit alicui credibili, nisi quia est à Deo ordinatū & sanctū reuelatum. vnde ipsi veritati diuinæ innititur tanquam medio, vnde si aliquis crederet omnia quæ à fidelibus creduntur, non tamē ea crederet tanquam à Deo reuelata: talis non haberet fidem theologicam. Sicut si aliquis haberet notitiam alicuius conclusionis geometricæ per medium dialecticum tantum: ex hoc non acquireret habitum geometricum de illa cōclusione. Ex quibus patet quòd prædicta verba Apostoli de fide in hoc c. cōsenta intelligenda sunt prout in Glo. modo suprædicto.*

ADDITIO II.

In eo.c. vbi dicitur in Postil. Et ideò hęc prædixit Moyses Deute.33. Sententia horum duorum versuum. Ipsi me prouocauerūt, &c. : Ego prouocabo eos, qui in carmine Mosaico continentur, habetur propriè in additione Deuter. xxxij. super eisdem versibus, Et ibidem ostenditur quòd Moyses statum hodiernum Iudæorum à Christo recedentium prænosticauit: Quod propriè concordat cum intentione Apostoli in hoc loco. Sed quia illa additio est aliqualiter prolixa. ideo remitto ibi:

CAP. XI.

C a Dico ergo. Quia tot autoritatibus confutauit Iudęos, insultare possent Gentiles, dicentes eos ex toto repulsos esse, contra quos incipit sic.

b *Nunquid Deus repulit. &c.* ✠ THEOP. Num si populus incred

CAP. XI.

a ¶ Dicere videor, quòd Deus repulit po. c ¶ Sed nunquid hoc dixi, vel
b ¶ Ex toto. c ¶ Vel plebem suam. ¶ Iudæos, quibus tot fecit.
¶ Vel hæreditatem. ¶ Si dico infideles Iudæos, non tamen omnes.

a b Ico ergo: Nunquid Deus repulit popu-

a ¶ Quia me & alios prædestinatos non repulit.
b ¶ Iudæus non proselytus, sed ex semine Abrahæ, lineam Beniamin.

b lum suum? Absit. Nām & ego Israēlita 4

a ¶ Ne reputetur de Ismael. b ¶ Sicut me repulit Israel.

sum ex semine Abrahæ, de tribu Beniāmin. Non repulit 5

R

credulus & inobediēs factus est, ea propter cassatæ sunt promissiones? Respondet, Minimè. Non enim repulit Deus populū suum quem scierat idoneū esse antequam fidem reciperet: quandoquidem & ego Israelites sum, &c.

✠ AVGVS. Ex illo populo

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XI.

✠ 1 Dico ergo, *Hic consequenter Apostolus ostendit affectū suum erga Iudæos, cōpescendo Gentiles ab eorum insultatione. per hoc enim cauſabatur discordia ex parte Gentium: quia incredulitatem Iudaicam etiam conuersis de Iudaismo improbabant. quod reprimit Apostolus primo rationibus sumptis ex casu Iudæorum. secundò ex conuersione Gentium: ibi,* Quod si aliqui ex ramis. *tertiò, ex consideratione diuinorum iudiciorum, ibi,* Nolo autem vos ignorare. *Circa primum ponit tres rationes prima est, quia casus Iudæorū non est vniuersalis. secunda,*

Diuisio

quia non est mutabilis, ibi, Dico ergo. *tertia, quia non est irrecuperabilis, ibi:* Vobis autem dico. *Prima adhuc in duas: quia primò declarat propositum. secundò, concludit intentum. ibi:* Quid ergo: *Primum autem declarat exemplo duplici. & primum est suppositus. dicit igitur:*

2 Nunquid Deus re. *generaliter.*

3 Populum suum. *s. Iudaicum, qui dicebatur populus peculiaris Dei.*

4 Absit. *Nam & ego Israelita sum, &c. qui tamen sum vocatus, non solum ad ipsum Christi, sed etiam ad eius apostolatum: ideo cōcludit:*

5 Non repul. Deus. *id est, prædestinauit de Iudæis, vt patet in Paulo & alijs Apostolis. Secundum exemplum de Elia, qui credebat totum po-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

populo Israel quicunque in Christo crediderunt, illi sunt filij promissionis, deputantur in semine, & pertinent ad hæreditatem Dei. Hinc sunt Ioseph homo iustus, virgo Maria, Ioannes Baptista, parentes eius, Simeon senex, Anna vidua, beati Apostoli, Nathanael, Ioseph, multitudo quæ præcedebat & sequebatur, dicens, Benedictus qui venit, & illi quorum die vno tria: & alio quinque millia baptizati sunt, sancti diaconi, & tot ecclesiæ Iudææ quæ in Christo erant. Hinc & ipse Paulus manè lupus rapiens prædam, & ad vesperum diuidens escas. Nam quod ait, *Non repulit Deus plebẽ suam quam præsciuit*. illi Psalmo respondet vbi scriptum est, *Quoniam non repellet dominus plebem suam. &c.*

a *Præsciuit*. pro prædestinauit, posuit. Sic enim debet accipi, ex sequentibus patet: ideò autem dixit, præsciit, ne iterum Iudæi superbiãt ex eo quod dixit, eos non repulsos, & plebem Dei.

b *An nescitis*. Q. ita reliquias in hoc tempore, sicut cum Elias solus sibi videretur, qui si ignorauit & alios præter se reseruatos, non mirum si isti ignorent.

c *Reliqui mihi, &c.* ✲ Avgvst. Solum te putas esse seruum bene laborantem? Sunt & alij me timentes & non pauci. Nam septem millia ibi habeo. Et adiunxit, Sic ergo & in hoc tempore. Crediderunt aliqui Iudæi, & multi fuerunt reprobati, sicut ille qui vulpium foueas gestabat in animo. Quid est autem, reliqui mihi? Ego illos elegi: quia vidi mentes eorum de me præsumentes, non de se, nec de Baal, non sunt mutati. Sic sunt vt à me facti sunt. Et tu qui loqueris, nisi de me præsumeres, vbi esses? Nisi gratia mea plenus esses, nónne ante Baal etiam ipse genu flecteres? Noli ergo in hoc gloriari, vt putes te in seruitio tuo non habere conseruos. Sunt quos elegi sicut & te, &c. Caue igitur, ô Christiane, caue superbiam. Licet enim imitator sanctorum sis, totum semper gratiæ reputa, &c.

C *Septem*

d *Septem milia*. Per septenarium, vniuersitas, per millenarium perfectio designatur.

e *Si ergo*. Q. quia tunc erant multi, & si nesciret Elias. Ergo sic, id est, ita latenter vel per eandem gratiam.

Sic ergo & in hoc tempore, &c. Haymo. Id est, in Domini aduentu, & Apostolorum prædicatione, *reliquiæ saluæ factæ sunt*, de quibus suprà dictum est: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Si vt temporibus Heliæ dono gratiæ Dei multi reseruati sunt ne adorarẽt idola, sic temporibus Apostolorum multi ex Iudæis secundum electionem gratiæ Dei saluati sunt veniendo ad fidem, qui & reliquiæ appellantur. Et considerandum, quia secundum electionẽ gratiæ Dei, id est, secundum prædestinationis donum saluæ factæ sunt: non secundum merita operum ipsorum. Si autem gratia salui facti sunt illi qui crediderunt ex Iudæis, iam non fuit ex operibus legis, per quę putabant se iustificari posse illi qui in infidelitate remanserunt.

f ✲ *Alioqui gratia iam non est gratia*. Hoc est, si aliter salui facti sunt, quod non potest fieri nisi gratia Dei, ergo ipsa gratia iam non erit gratia, sed meritum.

g *Quid ergo?* Audito, quòd reliquię saluæ factę sunt, gratia: non ex operibus, quid ergo dicendum est?

h *Electio autem consequuta est*. Electio gratię est, non meritorum. Excæcatio verò meritorum est. Excæcati enim sunt, quia credere noluerunt, sicut illi qui voluerunt credidérunt. Misericordia igitur & iudicium in ipsis voluntatibus facta sunt à Deo. Illis vel per misericordiam gratiam apponente, ipsos verò per iudicium excæcari permittente. Quicunque enim cũ intellexerit & credere noluit, id debet consequi quod vult, ne de cætero possit credere. In voluntate ergo sua adiuti sunt, vt quia scientes verum dicebant esse falsum. de cætero nó intelligerent quod verum est, hoc meretur inuidia malæ voluntatis, non ita de his qui errore hoc agunt.

F *Dedit*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *pulum ad idololatriam conuersum, & omnes alios prophetas occisos, & tamen non erat ita. & hoc est quod dicitur.*

1 An nescitis quid dicit scriptura in Elia. *quasi dicat. scire debetis.*

2 Quemadmo, interpel. De, pro Israel. *non zelo vindictæ, sed amore iustitiæ. iij. Reg. xix.*

3 Domine prophetas tuos occiderunt. *vt non remaneant cultores Dei.*

4 Altaria tua suffoderunt, *vt non inueniatur locus te colendi.*

5 Et ego relictus sum solus. *Sicut enim credebat. quia spiritus non semper tangit corda prophetarum, nec de omnibus, vnde dixit Eliæus iiij. Regum. iiij. d. de Sunamite*, Anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit à me.

6 Et quærunt animam meam. *vt nihil remaneat de cultu diuino.*

7 Sed quid dicit illi diuinum responsum, *ad repellendum eius dictum.*

8 Reliqui mihi. *ideſt, conseruaui.*

9 Septem mi. vi. qui non cur. *Et ideo non est solus. consequenter applicatur ad propositum.*

10 Sic ergo & in, &c. *scilicet, legis nouæ.*

11 Reliquiæ secund um elec. gratiæ Dei, &c. *scilicet specialiter aliqui ex Iudæis ad hoc electi ex gratia Dei salui facti sunt per fidẽ Christi, sicut patet de apostolis & de alijs primis credentibus, qui fere fuerunt omnes de Iudæis.*

12 Si autem gra. sal. fa. sunt, *dicto modo.*

13 Iam non ex operi. *scilicet, legis quæ hoc facere non poterant. vt suprà dictum est.*

14 *Alioquin* gratia. *Quia quod redditur ex operibus, debitum est, & non gratia.*

15 Quid etgo? *Hic concluditur intentum. scilicet, quòd casus Iudæorum non est generalis. dicit ergo*, Quid ergo; *supple sequitur ex dictis.*

16 Quod quærebat Israel. *ideſt, maior pars populi.*

17 Hoc non est conse. *scilicet, iustitiam per fidem Christi, cuius aduentum expectabant Iudæi.*

18 Electio autem consecuta est. *ideſt, Apostoli & alij ad hoc electi.*

19 Cæteri verò ex. sunt. *manentes in infidelitate.*

20 Sicut scriptum est, *Isa. vj.*

✲ De-

a *Dedit illis*, Malam compunctionem hoc signat, quia sæpè fit, vt etiam bonum sit homini molestum, vt Pharisæis doctrina Christi: & sic spiritum compunctionis appellat mentem inuidentem, qua inuiderunt doctrinæ Christi.

b *Vsque in ho.* ideſt, quandiu poterit dici hodiernus dies, id est: vsque in præsentem diem, omnium ad quos hoc scriptum perueniet.

c *Mensa. i.* scriptura. *eorum.* id est, ipsis primò oblata est. & *coram ipsis* posita, quia in eius carnalibus obseruationibus delectantur. Vel, *coram eis.* Quia si rationem vel lent attendere, possent intelligere.

d *In laqueum.* &c. Sicut seipsos acetum mihi obtulerunt, sic fiat illis, coram ipsis, quia iniquitatem nouerunt, & in ea perstiterunt.

In laq. &c. Scriptura quę intelligentibus est panis, illaqueat, dum male intelligitur, & pro ea prædicatio Christi respuitur. Fuit & causa captiuitatis, dum zelo eius Christum occiderunt, & in illa captiuitate causa scandali & opprobrij, & post causa æternæ damnationis, quæ specialiter retributio dicitur.

c *Obscu. ocu.* Quia sine causa non viderunt, fiat eis non videre.

Obscur. ocu. Hæc verba non optantis voto, sed prædicentis of ficio dicuntur.

f *Dico ergo, Nunq.* Quia dico excæcatos autoritate prophetarum, putatis quòd irrecuperabiliter & sine vtilitate. Sed casus eorum prodest, & possunt restitui, ne quis eos despiciat.

✲ Avgvst. Iudæi qui Christum occiderunt, & in eum credere noluerunt, quia oportebat eum mori & resurgere, vastati infelicius à Romanis, funditúsque à suo regno, vbi iam eis alienigenæ dominabantur, eradicati, dispersique per terras, per scripturas suas testimonio, nobis sunt prophetias non nos finxisse de Christo. Quas plurimi eorum considerantes, & ante passionem, & maximè post eius resurrectionem crediderunt in eum. De quibus prædictum est. *Reliquiæ saluæ fient.* Cæteri verò excæcati sunt, de quibus dictũ est, *fiat mẽsa eorum in laqueum, &c.* Ps. 68.

✲ Theophylac. Cùm abundè satis eos reprehendisset, nunc consolationem eis meditatur, atque interrogat. Nunquid impegerunt vt caderent? Hoc est, Nunquid incurabiliter deliquerunt? Haud quaquam. Impegerunt enim, verùm non vt caderẽt omnino, vt nunquam erigi possent. Etenim seruabuntur circa tempus consummationis, vtin progressu orationis dicet.

g *Salus.* Dum diuisi per mundum in testimonium sunt non fictas de Christo esse prophetias.

h *Vt il. æmul.* Hoc sæpè factum est, & plenius fiet in fine seculi, quando Iudæi Christianos sequentur in fide Christi. Tunc enim manus Moysi reuocabitur in sinum, tunc Moyses noster reuertetur ad matrem, & ad fratres. Potest etiã intelligi, vt gentes Iudęos emulentur, id est, credãt, sicut & ipsi credebãt. Vel vt Dei æmulatione circa opera eorum mala moueantur.

i *Quod si.* Dixit delictum Iudæorum prodesse: quòd si est, tunc magis conuersio eorum.

k *Quanto magis.* Id est, si malum eorum vertit Deus in bonum, i. in diuitias mundi, multò magis bonũ eorum, cum in fine plenitudo eorum conuersa ditabit Gentes doctrina & exẽplo, in quo ostendit nec inutilem, nec irrecuperabilem casum eorum.

✲ Origenes. Considera in his Dei sapientiam, quomodo apud eum ne ipsa quidem delicta & lapsus absque vtilitate sint. Sed cum vnusquisq; ex propositi sui libertate delinquat, dispensatio diuinæ sapientiæ hoc ipso in quo illi damno suæ negligentię pauperes fiunt, alios diuites facit.

✲ Haymo. In Iudæorum delicto, salus gentibus est procurata, quia nisi Iudei perissent, nequaquam gentes saluarentur. Delictum dicitur quasi derelictum: & delictum fit in cogitatione, peccatũ verò in operatione. Sed Apostolus indifferenter ponit delictum pro peccato. Delictũ ergo Iudęorum mors Christi fuit, & cor impœnitens cum infidelitate, cuius morte

gent

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Dedit illis Deus spiritum compunctionis. *ideſt, inuidiæ pungentis corda eorum ex odio Christi & suorum fidelium: ex quo secuta est excæcatio & obduratio. ideo subditur.*

2 Oculos vt non videant & aures vt non audiant, &c. *Dauid dicit de eodem Psal. xxviij.*

3 Fiat mensa eorum, &c. *ideſt, sacra scriptura, in qua nutriti fuerunt Iudæi.*

4 Coram ipsis in laqueum, &c. *Ex odio enim Christi moti fuerunt legisperiti ad deprauandum scripturas de Christo loquentes. sicut plenius ostendi in pluribus locis veteris Testamenti, & sic ipsi sequentes eos erroribus sunt illaqueati.*

5 Et in captionem, &c. *per Titum Vespasianum.*

6 Et in scandalum, &c. *Quia nobiles eorum fuerunt ducti ad tormenta ad infamandum populum de rebellione & infidelitate erga Romanos.*

7 Et in retributionem illis, &c. *Hæc enim in vindictam mortis Christi contigerunt eis. Luc. xix Et quia ex prædictis secuta est excæcatio illorum & obduratio. ideo subditur.*

8 Obscurentur oculi eorum ne videant, &c. *quantum ad excæcationem intellectus.*

9 Et dorsum eorum, &c. *id est, voluntas sic nominata, quia debet supportare omnia.*

10 Semper incurua, &c. *quia per obdurationem efficitur tortuosa.*

11 Dico ergo. *Hic ostenditur, quòd casus Iudæorum non fuit inutilis ex hoc enim occasionaliter factum est, quod apostoli relinquentes Iudæa transierunt ad conuertendum Gentiles per orbem. Act. xv. sicut iam allegatum est suprà, & hoc est quod dicitur.*

12 Nunquid sic offenderunt, &c. *Iudæi.*

13 Vt caderent. *scilicet, & nulla sequeretur vtilitas.*

14 Absit. *quia secundum quòd dicit Augustinus in ench. Deus adeo est omnipotens & bonus, quòd non permitteret mala fieri nisi ex eis eliceret maiora bona. ideo subditur:*

15 Sed illorum delicto salus est Gentibus, &c. *occasionaliter modo prædicto.*

16 Vt illos æmulentur, &c. *id est, imitentur. Iudæi enim qui modo conuertuntur: & multo magis circa finem mundi detecta falsitate Antichristi, in hoc imitantur & imitabuntur Gentiles conuersos ad fidem Christi.*

17 Quòd si deli. eo. *scilicet Iudæorum.*

18 Diui. sunt mundi. *occasionaliter modo dicto.*

19 Et diminutio eorum, &c. *id est pauci viri simplices & illiterati, & quasi nullius reputationis, quales sunt apostoli.*

20 Diuitiæ sunt Gentium, &c. *quia fundauerunt ecclesias inter Gentes.*

21 Quantò magis plenitudo eorum, &c. *supple erit magnum bonum in finali conuersione eorum.*

22 Vobis enim. *Hic consequenter reprimit insultationem Gentium, per hoc quòd casus Iudæorum non est irrecuperabilis, quod ostendit exemplo duplici, scilicet patriarcharum & apostolorum, qui fuerunt Iudæi: propter quod Apostolus se laboraturum ad conuersionem eorum dicit: Vo. enim di. Gen. ne insultetis Iudæi.*

✲ Quan-

A gentiles sunt redempti:& sacro baptismate abluti : quos debēt Iudæi æmulari in fide,vt credentes sicut illi credunt,salui fiant.

a *Quamdiu*.Etsi Apostolus Gentium:tamen honorificabo ministerium vltra hoc quod debeo superaddendo,vt etiam de Iudæis laborem tentans : si hac non succedit via, aggrediar alia. quod non facerem, si de salute eorū desperarem. ✻THEOPHILAC. Rursum Iudæos consolans, gentium cristas deiicit,inquiens. Laudo vos gētes propter duo hæc. Alterum quia mihi necessarium est tanquam religionis vestræ institutori, glorificare ministerium meum, hoc est,vos: alterum vt ad æmulationem permoueam carnem meam,hoc est, secundum carnem cognatos mihi Iudæos.Per carnem genuinam naturæ propagationē,& affectum amoris natiui erga eos commonstrauit. Et seruem,nō dixit,omnes:sed aliquos.Clanculum autem eorum diuitiam subindicat.fortasse enim contentione & æmulatione quadam accensi, imitabuntur gentes,& credent aliqui. B

† primitiæ sanctæ sunt

a ¶ Quod semper est. b ¶ Non Iudæorum. c ¶ Quia ad Gentes missus.
a quandiu quidem ego sum Gentium apostolus ministerium 1
a ¶ Vel cum prosperitate,vel cum aduersitate. b ¶ Id est imitandum me. 2
c ¶ Prouocare valeam.
meum honorificabo,si quomodo ad æmulandum prouocem 3
a ¶ Iudæos. b ¶ Vel vt ¶ Sic. c ¶ Gratia Dei adiuuante. d ¶ Saltem. e ¶ Et ideo de illis laboro : quia vtilis erat assumptio ad informationem Gentium: Et vere. 4
b carnem meam, et saluos faciam aliquos ex illis. Si enim † a- 5
a ¶ Infidelitas. ¶ Erit a ¶ Reliquorum. 6
missio eorum reconciliatio est mundi,quæ assumptio,nisi vi- 7
¶ Potest sanctificari. 8
a ¶ Gentium ex eo mortuæ.
c d e ta ex mortuis? Quod si † delibatio sancta est, & massa. Et si 9
a ¶ Probat adhuc Iudæos posse assumi,vt reprimat Gentes. b ¶ Naturalibus c ¶ A promissione excisi. 10
¶ idest,scilicet. d ¶ O Gentilis. 11
f g radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu au 12
a ¶ Sterilis naturaliter & amarus. b Aliena operatione coniunctus. 13
c ¶ In loco fractorum d ¶ Factus es 14
c ¶ Patriarcharum,& prophetarum. ¶ Particeps
h tem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis 15
a ¶ Apostolorum qui præ omnibus habent spiritum radicis. b ¶ Fructiferi populi Iudaici 16
c ¶ Si in quam hoc est. ante aduentum Christi.
¶ Quia & si putata est oliua,non tamen amputata. d ¶ id est,insultare malis alterius.
& pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ra- 17
a ¶ Fractos. b ¶ Tu Gentilis. c ¶ Dicitur tibi,quia gens illa nihil à te: sed tu ab ea fidem habes. 18
mos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix 19
20

b *Si enim amissio*.✻THEOPHILAC.Si iratus ipsis Deus, alia donauit aliis, hostesque amicos fecit:quando ipsos assumpserit ac receperit denuo, quid non donaturus est? Vita namque ex mortuis tunc erit,hoc est, infinita planè bona : hoc enim per vitam indicat:simul autem & altius quiddam innuit. Quemadmodum inquit ex mortuis resurrectio non propter Iudæos cōtinget,sic aliorum salus propter ipsos non aderit præstò , nisi illi fidem habuerint. Quæcunq; enim pro ipsis dicere videtur, ea dicit frigidam gratiam illis impertiens , vt medici haud rarò laborantibus solent.

C c *Quòd si deliba*.Dixi quòd assumptio eorum erit multum vtilis : quam ne dicatis non posse fieri , quasi totum genus sit repudiatum.Quia si delibatio,id est,pauci de illis assumpti,vt apostoli & alij discipuli sunt sancti. D

d *Et massa*.id est,genus potest sanctificari.

AMBROSIVS.Est autem delibatio parua ex aliqua re assumptio ad experimentum totius massæ,vt ex cibo vel potu.

e *Et si ra*.id est, patriarchæ , à quibus contrahunt sancti humorem fidei.

f *Et rami*.qui de eorum genere excreuerunt in eis fundati.

✻AVGVST. Franguntur superbi rami, humilis inseratur oleaster:maneat tamen radix,illis præcisis, illis receptis. Vbi manet radix? In patriarchis. Etenim patria Christi, populus Israel,quia ex eis venit secundum carnem. Sed huius arboris radix Abraham, Isaac, & Iacob patriarchæ sancti . Et vbi isti? In requie apud Deum, in honore magno, &c. E

Tract.16.in Io.
† reiectio

✻HAYMO. Patres veteris testamēti sunt massa & radix: rami, qui ex illis processerunt Apostoli. Sicut ergo radix bona bonum succum diffundit per ramos,ita Apostoli qui originem duxerunt à sanctis patribus,& eorum fidem imitati sunt sancti & boni rami fuerunt.Potest & per radicē intelligi Christus,per ramos Apostoli alijque credentes.

g *Quod si aliqui ex ramis*.✻IRENÆVS.Moyses Æthiopissam accepit vxorem,quam Israelitidem fecit, præsignificans quoniam oleaster inseritur in oliuam , & participans pinguedinis eius erit.Per nuptias Moysi,nuptiæ Verbi ostendebantur,& per Æthiopissam coniugem,ea quæ ex gentibus est Ecclesia manifestabatur : cui qui detrahunt, non erunt mundi. Leprosi enim erunt(vt Maria)& abiicientur à iustorum castris. L.4.c.37. Num.12.

h *Socius*:in spe promissionis:hoc contra morem . Bona enim arbor in non bonam inseri solet,hic non bona in bonam.

☞ *Dicis* F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quamdiu quidem.*Gal.ij. b.* Creditum est mihi euangelium præputij,sicut & Petro circuncisionis.

2 Ministerium meum ho.*addendo vltra debitum , scilicet , laborando pro conuersione Iudæorum cum tamen ex officio tenear solis Gentibus prædicare.*

3 Si quomodo ad æmu.*id est,ad imitandum me.*

4 Prouocem car.me.*id est , Iudæos, de quibus carnaliter descendit, vt dicit in princi.huius ca.*

5 Et sal.fa.*Sciebat enim Apostolus,quòd nondum erat tempus conuersionis eorum ad plenum.& quòd istud sit vtile ad bonum, ostendit dicens,*

6 Si enim amis.eorum,*per infidelitatem.*

7 Reconciliatio est mundi, &c. *occasionaliter, vt prædictum est.*

8 Quæ assump.*eorum ad fidem.*

9 Nisi vita ex mortuis. *quia Iudæi scientes scripturas conuersi ad fidem magis poterant proficere quàm alij , vt patet de Paulo & Apollo & pluribus alijs .Et ad hoc inducit exemplum de Apostolis,di.*

10 Quòd si delibatio sancta est.*id est.Apostoli,qui fuerunt quasi quædam delibatio de Massa Iudaica.*

11 Et si ra.*idest,patriarchæ, qui fuerunt quasi radices plebis Iudaicæ. per hoc intendit Apostolus ostendere, quòd Iudæi sunt habiles ad bonum, & quantum ad hoc tenet similitudo.& sic eorum casus non est irreparabilis.*

12 Quòd si ali.*Hic consequenter Apostolus reprimit Gentiles ab insultatione Iudæorum ratione sumpta ex conuersione Gentium. & primò facit ad propositum.secundò,remouet obiectionem in contrarium,ibi :* Dicis ergo. *Ratio autem consistit in hoc quòd licet multitudo Iudæorum ceciderit per infidelitatem,tamen per aliquos eorum stantes in fide , scilicet: Apostolos & alios discipulos Gentiles conuersi sunt & inserti arbori procedenti per fidem in imitatione patriarcharum.& hoc est quod dicitur.*Quòd si aliqui ex r.*idest,ex Iudæis procedentibus secundum carnem ex patriarchis,qui fuerunt radix arboris.*

13 Fracti sunt.*per infidelitatem suam.*

14 Tu autem cum oleaster.*idest , oliua syluestris ad bonum fructum inhabilis,quia Gentiles non habebant legem & prophetas,nec etiam cultum Dei:sed erant idololatriæ dediti.*

15 Insertus es in il.*idest,ramis stantibus qui sunt Apostoli & alij fideles Iudæi.*

16 Et socius ra.*id est,fidei patriarcharum.*

17 Et pinguedinis oliuæ factus es,&c,*id est,Christi doctrinæ & gratiæ:*

18 Noli gloriari aduersus ramos. *id est , Iudæos per infidelitatem fractos.*

19 Quòd si gloriaris , &c. *supple , hoc est inaniter.*

20 Non tu radicem portas , sed radix te , &c. *quia Gentiles bonum suæ conuersionis habuerunt ex Iudæis , & non econuerso.*

✻Dicis

☞ a *Dicis ergo fr.* Q. Non contra stantes tamen contra eos licet gloriari,qui causa insertionis meæ repulsi sunt.Quod remouet Apostolus, ita.Benedicis:quia verū est, quòd fracti propter incredulitatem sunt: tu stas fide, idest, non merito tuo,sed gratia Dei:& ideo noli superbire,ne & tu frangaris per superbiam, vt ille per incredulitatem.Non es stabilis, si per quos stas , destruis. Facilè decipitur,qui alienis malis gaudet. A

Aug.in psal. 72.& 134.
† constitisti
† Ne efferaris animo

B b * *Fide stas.* Dei est beneficium, quòd tu stas,non tuum meritum.

c *Sed time.* Ne tantæ gratiæ beneficium amittas , & in supplicium incidas.Castus enim timor est cum cauet anima ne De' illam desertus deserat. Augu. epist 120.cap.20.

C ✻HIERON.Gentiles credētes instruit, ne glorientur super Iudæorum lapsu, sed potius timeant ne & ipsi corruant. Alioquisuper tales qui in aliorum miseriis gloriantur,effundit Dominus quasi aquam iram suam. In c.5. Ose.

✻IDEM. Ne cadentibus Iudæis , Gentilis exultet , & alienā ruinam suam ædificationem puter : sed vnusquisq; se ex suis viribus,non ex alterius imbecillitate metiatur. In c.2. Mic.

† apud vosmetipsos superbi.

¶ O Gentilis. ¶ Dicis. a ¶ Sed.
a te.Dicis ergo:fracti sunt rami,vt ego inserar.Bene propter in 1
a ¶ i.suo vitio,vnde tibi oportunitas salutis non propter te. 2
b ¶ Et ideo.
b credulitatem fracti sunt: tu autem fide † stas. † Noli altum sa 3 4
¶ Superbire. a ¶ Offendere. ¶ Caste. b ¶ Time quod oportet quia.
c ¶ Prærogatiua patrum quibus facta est promissio. 5
c pere , sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non peper- 6
d a ¶ Sed vide. b Alieno. Hoc contingat,quod & vtique contingere potest. 7
c ¶ Quia fide stas. d Bonitate suadet,seueritate terret. ¶ Per vtranque disce humiliari e ¶ Id est districtam iustitiam.
e cit,ne fortè nec tibi parcat.Vide ergo bonitatem & seuerita- 8
¶ Quia per incredulitatem fracti. 9
g tem Dei.In eos quidem qui ceciderunt seueritatem.In te au
a ¶ Qua tibi beneficium confert. b ¶ Si tamen. c ¶ Vt totum Deo tribuas.
¶ Ea. d ¶ Nisi permanseris.
f tem bonitatem Dei , si permanseris in bonitate alioquin &
a ¶ Sicut illi. b ¶ A sancta radice. ¶ Seueritatem Dei sentiens.
c ¶ Q Non solum tu non excideris,si permanseris in bono.
¶ Ideo non despiciendi.
tu excideris: Sed & illi si non permanserint in incredulitate, 10
a ¶ Si non permanserint in incr. quod vtique potest fieri. b ¶ Sibi, quia etiam inde natus est.
c ¶ Potens inserere,nam inserentur,& hoc à minori.
inserentur.Potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam
a ¶ Quia inde natus. b ¶ Vi Dei. c ¶ Ritibus Gentium sterilium. d ¶ Quia idololatria & huiusmodi gentibus ex vsu sunt quasi naturalia.
h si tu ex naturali excisus es oleastro , & contra naturam inser-
a ¶ Vnitus per fidem patriarchis & apostolis qui pinguedinem sancti spiritus habuerunt.
b ¶ Si hoc est quanto magis,&c. c ¶ Edocti lege cultum Dei.
i tus es in bonam oliuam , quantò magis hi qui secundum na-
a Vnientur suo populo. b ¶ Inserentur Iudæi & vere,quia & interim quidam & tandem plenitudo,& hoc volo vos scire.
k turam inserentur suæ oliuæ.Nolo enim vos ignorare fratres 11
a ¶ Occultum Dei iudicium. Mysterium dico, ne puteris vos hoc vestro ingenio posse discutere. 12
mysteriū hoc,vt nō sitis † vobisipsis sapientes , quia cæcitas 13
a ¶ Non omnes excæcati. b ¶ Non ex natura sed culpa. c ¶ Vt vel quousque , vt causa notetur & terminus. d ¶ Postquam intrauerit. 14
ex parte cōtigit in Israël donec plenitudo Gentiū intraret,et 15
a Prædicante Elia & Enoch. b AEmulando Gentes. c ¶ Israel saluus fieret. d ¶ In Isaia. 16
c ¶ Secundum carnem. 17
l sic omnis Israël saluus fieret. Sicut scriptum est † Veniet 18
19

L.1.de interpel cap.9.

✻AMBRO.Non licuit tibi scire homo, alta sapientiæ: ideo tibi scriptum est,Noli altum sapere, sed time. Quid curiosè quæris inuestigare,quod tibi non expedire scire,nec cognoscere datur ? Paulus audiuit secreta, quæ prohibitus est aliis intimare.Quomodo ergo homo quod nō audiuit,inquirit? Imperatoris tibi non licet scire consilia & vis scire diuina?

d *Si enim*.Iudæis non pepercit Deus,qui à sanctis patribus originem ducebant:ex quorum etiam Gente ipse carnem assumpsit:multò minus vobis parcet,si à fide recesseritis,vel in superbia intumueritis.

e *Vide ergo bonitatem,&c.*✻OECVM.Ad Deum eiusque gratiam totum refert negotium,Neque enim ait: Vide quantum laboris habuisti,bonorúmque operum.

Si

g *Si permanseris in bonitate.* Si digna Dei benignitate operatus fueris,neque enim tibi sola fide opus est. D

f *Seueritatem autem Dei.* Quod eis non pepercerit, eo quòd patrum virtute indignos ipsos inuenerit:

✻CHRYSOST. Harum vtraque saluti nostræ magnopere conducit.Neq; enim ea tantum dicenda sunt : quæ pertinent ad iram,verumetiam quæ ad moderationem,vt neque in desperationem coniicias auditores , neque in socordiam. Homi. in 9. c.Isa.

h *Contra naturam.* Dicitur quòd est contra consuetudinem naturæ , vt surculus fructum radicis ferat. Deus tamen nihil contra naturam facit , quia id est natura,quod facit.Summa natura opus Dei; contra quam nihil fit , sed contra consuetam nobis. Aug. in ps. 13.& 50. E

i *Oli.* Intelligitur hic fides patrum.

k *Nolo enim vos ignorare,&c.* AVGVST. Legis defensores,legis tractatores , legis doctores,legis intellectores , auctorem legis crucifixerunt. O cæcitas! Ipsa est, quæ ex parte cecidit in Israel , vt crucifigeretur Christus , & plenitudo gentium intraret. Ser de illuminat. cæci nati. F

✻GENNADIVS apud OECVME.Ne magnum de vobisipsis cogitetis decepti , quasi cæteris sapientiores essetis: discite breuiter horrendum omnino mysterium , quod ineffabilem ostendit circa omnes Dei prouidentiam, Nempe, quòd Israelitis præter electionem. (Nam hoc est quod ait , ex parte) excæcatis, salutémque repellentibus , ad vos eam transtulit Deus. Vbi autem vos adoptati fueritis , rursum omnes quoque illos gratia assumet Nam hoc ipsum quoque attestatur Esaiæ oraculum Vbi igitur omnes ingressi fueritis ad fidem, tunc etiam Israel credendo saluus erit.Israel autem vocat eos, qui in Iudaismo permanserant. Isa.59.d.

l *Veniet ex Sion qui eripiat, & auer.&c.* THEOPHYLACTVS. Esaiam rursus adducit clamantem : Quoniam veniet ex Sion qui possit seruare,& purgabit Israelitarum peccata. Ecquando

☞ hæc

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Dicis ergo. *Hic consequenter remouet obiectionem.secundò infert conclusionem,ibi:Vide ergo Circa primum ponit obiectionem,dicens:*Dicis ergo.*i.tu Gentilis insertus dicto modo argues sic:*

2 Fracti sunt ra.*& sic possum gloriari contra ramos fractos,licet non contra radicem:hic consequenter remouet dubium,dicens:*

3 Bene propter incred.*id est,bene dicis si dicas eos esse fractos propter infidelitatem suam,non autem propter tuam insertionem, nisi occasionaliter tantum,& non per se.*

4 Tu autem fide stas. *Quæ non est à te , sed est donum Dei , propter quod non debes inde superbire,sed magis humiliari:ideò subditur:*

5 Noli altum sapere,sed time. *Et subditur ratio.*

6 Si enim Deus naturalibus ramis.*id est,Iudæis superbientibus.*

7 Non pepercit.*Eos grauiter puniendo.*

8 Fortè nec tibi parcat. *Si superbieris. Nec dicitur hic fortè, vt est nota dubij ex parte Dei.sed fertilitatis liberi arbitrij.*

9 Vide ergo bonitatem & sæueritatem. *Hic ex prædictis concludit,quòd Gentilis conuersus habet materiam ex prædictis considerandi in se diuinam bonitatem,per quam stat in fide & gratia Christi. & seueritatē iustitiæ eius in Iudæis excidentibus à fide Christi & hoc est quod dicit* Vide er.bonit.& seuerit.Dei.*& patet ex dictis litera vsque ibi:*

10 Sed & illi si non permanserint in incre.*quia ramus naturalis maiorem habet aptitudinem vt inseratur cæteris paribus quàm extraneus à radice propria,vt patet ex dictis.*

11 Nolo enim.*Hic Apostolus reprimit Gentiles ab insultatione Iudæorum ratione sumpta ex consideratione diuinorum iudiciorum. Et diuiditur in tres:primò ostendit Iudæorum præsentem excæcationem & futuram illuminationem.secundò,declarat vtriusq; causam,ibi:* Secundum euange.*tertiò ex dictis concludit diuinæ sapientiæ profunditatem ibi:* O altitudo diui.*Circa primum dicit:*Nolo enim vos ignora. fratres. *id est,vos Gentiles cōuersi ad fidē Christi:& sic per fidē facti fratres mei.*

12 Mysterium hoc.*idest ,secretum diuinum.*

13 Vt non si.vo.*id est,secundū æstimationē vestrā & hoc dicit Apostolus ad reprimendum eorum præsumptionē & quia sit illud secretū ostendit,dicens:* 14 Quia cœci ex par.*& non ex toto.*

15 Contigit in Is.*quia apostoli & credentes primi de Iudæis fuerunt valde illuminati:*

16 Donec pl.g.in.*fidem Christi recipiendo.Sciendum tamen , quòd illud donec,non tenetur hic causaliter,sed tantum consecutiuè & occasionaliter:quia Iudæis excæcatis apostoli transierunt ad gentes conuertendas.*

17 Et sic,&c.sal.fa.*in fine mundi detecta falsitate Antichristi : quia tunc Iudæi constanter mortem suscipient pro fide Christi.*

18 Sicut scri.est:*Isaiæ.lix.*

19 Veni.*Ibi primò fuit fides Christi prædicata : & inde ad omnes alios deriuata de præterito,& deriuanda in futuro,sicut dixi plenius. Isa.lix.*

✻ Et

Universidad de Deusto Biblioteca

A hæc erunt: Quando abstulero peccata eorum, hoc est, cùm per baptismū eos dimissione noxæ donauero. Quare cùm nōdum hæc assecuti sint (sunt enim indurati & excæcati) in posterum hanc consequentur.

a *Impietatem.* Legalis obseruantiæ cultum. Cultus Iudæorum ab aduentu Christi est impietas.

b *Abstule.* Hoc erit in fine quando prædicatione Eliæ & Enoch conuertentur Iudæi, vnde per Malachiam: *Mittā vobis Eliam Thesbitem qui conuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patrē.* vt intelligāt filij vt patres, i. vt prophetæ intellexerunt. B (Mal 4.b.)

c *Secundum euan. &c.* AVGVSTIN. Vel ita Tunc conuerterētur: sed modo inimici quidem sunt Christi, & quidē nostri. Iterū ex se ex suo, scilicet, vitio. Sed hoc est secundum euangelium & propter vos, idest, ad profectum euangelij & vestrum. C

†De econse. di.4 c. sine pœnitentia.
† Dona quidem, & vocatio Dei e iusmodi sūt vt eorum illum pœnitere nō possit.
† per
† per vestri
†De pœ.di. 3..c totam
† Sap.17.a.

d *Inimi.pro.* Ostēdit hoc ex Dei dispositione prouenire. Ex se enim possunt inimicari, quod proficit euangelio, Deo vtente malis ad bonum, vt cum faciant contra voluntatem Dei impleatur voluntas Dei sapienter omnia disponens.

D *na,* id est, promissiones: *& voca.* id est, electio ab æterno sunt sine pœnitentia, idest, sine immutatione consilij Dei. Vel ideo dico secundum electionem: quibus Deus fidem inspirat, sine præcedenti eorum pœnitentia inspirat. Sine peccato. Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum vel planctum, vel opus aliquod, nisi solam fidē: & omnia gratis condonat. hoc ideo, ne putent illos non posse accipere misericordiam, quia eos dolere non vident. (Ambros. de conf.d. 4.c. Sine pœnit.)

g *Sicut enim.* i. qua ratione vos olim permisit Deus nō credere, scilicet ne causam superbiendi haberetis postea conuersi. E

h *Vt & ipsi* Experti, nō per legem esse salutem, sed per gratiam: vt & sic per humilitatem consequerentur misericordiā.

✠ ORIGENES. Paulus altius intuens causas, quomodo Deus malū propositum nō continuò resecet & excidat, sed compatitur & reseruat: prospiciēs quod aliquid boni in alijs facturus sit per alterius propositum mali: dixit non initio hominum malitiam arbitrij libertate pullulātem atque crescentem Deum resecare: sed permittere eos vti proposito suo, nempe quòd sciat & prospiciat multorum profectum & vtilitatem ex malitiæ eorum occasione consurgere. Et tantum apud Deum virtuti locus est, vt & malitiæ opus, quamuis illi perniciosa sit de quo procedit, beneficium tamen præstare dispensetur ei cui agones cōmouet, cùm fuerit superata. F († omnes) († profunditatem.)

a ¶ De Iudæis. b ¶ Vi, quod est interim quando aliquis vix conuertitur. c ¶ Voluntariè. ¶ In fine, quando facile. d ¶ Infidelitatem. e ¶ Iudæis. ¶ Erit.

a ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Et hoc 1

a ¶ Quia ego ipse faciam quod promisi. b ¶ Promissio complebitur. c ¶ Remisero. ¶ Tunc conuertentur, sed modo inimici.

b illis à me testamentum, cùm abstulero peccata eorum. Se- 2

c a ¶ Propter. b ¶ Quod contra legem eorum, non propter gentes. c ¶ Vt vobis locus intrandi esset ad fidem. ¶ Ad vtilitatem vestram. ¶ Ecce quare pars excæcata, & pars illuminata. d ¶ Quidam sunt inimici secundum euangelium, & propter vos, quidam autem charissimi vel dilecti secundum electionem. 3

d cundum euangelium quidem inimici propter vos. Secun- 4

a ¶ Non propter merita. b ¶ i. propter promissiones patribus factas.

e f dum electionem autem charissimi propter patres. † Sine pœ 5

a ¶ Mutatione. b Remissio peccatorum in baptismo. ¶ Promissiones. c ¶ Vel electio ab æterno. ¶ Interior & gratuita. ¶ Quam nullius meritum præuenit. ¶ Ad fidem. d ¶ Ita opus erat, vt & alij inimici, alij electi.

g nitentia autem sunt dona & vocatio Dei. Sicut enim ali- 6

a ¶ Longo tempore, plus quàm isti. b ¶ Quod valuit ad hoc vt modo humiles credatis. c ¶ Probato quòd deficit natura. i. per liberum arbitrium iuuari non potuistis. ¶ Nuper.

quando & vos non credidistis Deo, nunc autem mise-

a ¶ Quæ est aliqua causa vestræ misericordiæ.

ricordiam consecuti estis † propter incredulitatem istorum,

¶ Iudæi. a ¶ Ne post conuersi materiam gloriandi habeant. b ¶ Venientes. ¶ i. non habuerunt fidei gratiam per Dei misericordiam, sicut vos.

h ita & isti nunc non crediderunt † in vestram misericordiam, vt

¶ Humiliati. a ¶ Fidei gratiam. b ¶ Ideo ita de vtrisque factum est.

i & ipsi misericordiam consequantur. † Conclusit enim Deus † om

a ¶ Iudæos, & Gentes. b ¶ Quia aliter ex superbia terrent. c ¶ Et quare sic Ne putes comprehendi posse. d ¶ Quia multa scit & profunda.

k l nia in incredulitate, vt omnium misereatur. † O † altitudo diuitia- 7

✠ AVGVST. Quid est, *secundum Euangelium quidem inimici propter vos.* nisi quod eorum inimicitia qua occiderunt Christū, Euangelio sicut videmus sine dubitatione profecit? Et hoc ostendit ex Dei dispositione venisse, qui bene vti nouit etiam malis, non, vt ei prosint vasa iræ, sed vt ipso illis bene vtente prosint vasis misericordiæ. Est ergo in malorum potestate peccare, sed Dei diuidentis tenebras & ordinantis eas, vt hinc etiā quod faciunt contra voluntatē Dei, nō impleatur nisi voluntas Dei. Tanta quippe ab inimicis Iudæis manus Domini & consilium prædestinauit fieri, quanta necessaria fuerant Euangelio propter vos. Sed quid est, *Secūdum electionem dilecti propter patres?* Nunquid inimici illi qui in suis inimicitiis perierunt, & adhuc pereunt, sunt dilecti? Absit. Vtrumque licet inter se contrarium, id est, inimici & dilecti, quamuis non in eosdem homines, tamen in eandem gentem conuenit Iudæorum & ad idem carnale semen Israel, alijs eorum ad claudicationem, alijs ad benedictionem pertinentibus. (L de præde stin. sanctorum ca. 16.)

e *Propter pa.* Electi sunt dilecti propter patres, quibus hæc promissa sunt: quia non vocati ea vocatione qua multi nō præsciti qui tamen pereunt. de qua dictum est, *Multi sunt vocati, pau. verò ele.* sed ea qua electi, quæ sine mutatione: quia qui audit à patre venit ad filium, qui non perdit quicquàm de omni dato: quisquis verò perit, non inde fuit. vnde: *A nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt.* (Mat. 20. b.) (1.Ioh.2.c.)

f *Sine pœniten. Secundum ele. & propter pa.* sunt saluandi: quia *dona,* (Augusti.lib. de præ dest. sanc.ca.16.)

i *Con.* idest, permisit concludi. Hic videtur aliquo modo mysterium exponere. *Conclusit enim Deus omnia in infideli.* vt de amaritudine infidelitatis suæ pœnitendo confusi ad dulcedinem misericordiæ Dei credendo conuersi humiliores permanerent, vt & gratia muneris esset gratissima, & clamarent. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine.* (Aug.lib.21. de ciu.c.24.) (Psa.30.)

k *Omnium.* idest, Iudæorum & Gentium, non quòd nullum damnaturus sit, quod quidem falsò opinati sunt. Valde enim paruū sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum Dei, ad discutiendum gratiam gratuitam nullis meritis præcedentibus redditam. Nec tā mouet nos, quòd gratia pręstatur indignis, quàm quòd æque indignis aliis denegatur.

AVGVSTINVS. Scio, quòd sicut impossibilitas, ita & iniquitàs non est apud Deum, & scio quòd superbis resistit, humilibus dat gratiam. Illud verò obscurum est, quare quibusdam indignis dat. quibusdam negat. aliquid ergo est in abdito & profundo iudiciorum Dei. Nec illud perspicuū est, quare hoc modo saluauerit Iudæos & Gentes, vt prius permitteret eos concludi in infidelitate. (Iaco.4.d. Augustin. de spiri. & lit.)

l *O altitudo diui. &c.* ✠ AVGVSTINVS. Quarum diuitiarum ☞ est (Epist.105.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et hoc il. à me testa. *id est fides catholica in nouo Testamento publicata, & in Iudæis pro tunc complenda.*

2 Cum abstu. pec. eo. *per fidem iustificantem.*

3 Secundum e. i *Hic consequenter ostendit vtriusq; causam & primò excæcationis. Cuius ponitur duplex causa. Vna est repulsi doctrinæ Christi quæ tangitur, cùm dicitur:* Secundum euan. quidem ini. *Alia est inuidia de gratia Gentibus data, quæ tangitur ibi:* Propter vos. *consequenter ponit causam illuminationis, cum dicitur.*

4 Secundum ele. autem cha. pro. pa. *idest, propter merita patrum aliqui nunc sunt ad fidem electi, & plures eligentur in fine mundi, Ad quod inducit rationem di.*

5 Si-

5 Sine pœnitentia autem. *id est, sine mutabilitate, quia apud Deum non est transmutatio. Iac. 1. c.*

6 Sunt dona & vocatio Dei. *id est, promissa facta patribus de donis eorum semini fiendis. & ideo implebuntur tempore suo. Et consequenter inducit ad hoc congruentiam: quia sicut Gentiles ante aduentum Christi fuerunt sub peccato idololatriæ, ita & post aduentum Iudæi dimissi sunt sub infidelitatis peccato pro maiori parte: & si in istis & in illis ostenditur humana fragilitas in eorum peccatis, & diuina bonitas in beneficio vocationis. Iudæi enim nunc dimissi finaliter vocabuntur: vt dictum est. & hoc est quod dicitur:* Sicut enim aliquando, &c. *patet ex dictis in litera.*

7 O altitudo diuitiarum. *Hic vltimo concluditur ex prædictis profunditas diuinæ sapientiæ in suis iudicijs, & hoc dupliciter. Primò enim* ✠ *con-*

☞ est altitudo sapientiæ & sciētiæ eius? Ex his sunt diuitiæ gloriæ A eius in vasa misericordię quæ vocat in adoptionē, quas diuitias notas vult facere per vasa iræ quæ facta sunt in perditionē. Et quę sunt viæ inuestigabiles? Misericordia, qua cuius vult miseretur, non iniustitia, sed misericordiæ gratia: & quē vult obdurat, nō iniquitate: sed veritate vindictæ. Quę igitur merita sua iactaturus est liberat⁹, cui si digna suis meritis redderentur, nō esset nisi damnatus? Nulla ne igitur sunt merita iustorū? Sunt B planè quia iusti sunt, sed vt iusti fierēt merita non fuerunt. Iu- C sti enim facti sunt cùm iustificati sunt, sed sicut dixit Apostolus, *iustificati gratis per gratiam ipsius.*

† imperuestigabiles.
† Sap:9 c. Isa.40.c. 1.Cor. 2.d.
† honor & * seculorū. Rom. 4.

a ¶ De rebus spiritualibus. b ¶ De mundanis. ¶ Sicut sapientia & scientia eius sunt incomprehensibiles, sic & iudicia, pro quibus cepit de sapientia & scientia.

rum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia 1

a ¶ id est, dispositionos de omnibus rebus. b ¶ Verè alta sapientia & scientia. ¶ Hoc Isaias dicit.

a sunt iudicia eius, & † inuestigabiles viæ eius. † Quis enim co 2

¶ In sapientia & scientia. a ¶ In dispositione & exhibitione rerum, quis fuit cuius consilio ageret, vel qui eius consilium sciret.

b gnouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut 3

c a ¶ Fidem, & bona opera. ¶ A Deo. b ¶ Merces, ex hoc quod prior dedit fidem suam. ¶ Nullus, quia potius. c ¶ Ex patre, ex quo filius.

d quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per 4

a ¶ Filium, per quem omnia. b ¶ Spiritu sancto, quia sola dilectione creauit, & conseruat omnia. 5

e ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi † gloria in secula. * † amen. 6 7

✠ HILA. Humanæ infirmitatis est, religiosa confessio ex Deo hoc solum nosse, quòd Deus est: Cæterùm secreta illa & profunda imperspicabilis iudicij decreta, mens terrena non penetrat. Inuestigare quidē ea, pium est: sed inscrutabilia ea esse cōfitenda sunt: quorum alterum religiosæ voluntatis est, alterum imperspicabilis naturæ, &c. (In psal 119.)

✠ NAZIAN. Orat. 16. ORIGEN. lib. 1. periarchon, cap. 2. &c.

Si quis quærat, quare sic saluantur, cum multi alij modi saluationum sunt? hoc se nescire innuit per admirationem Apostolus. Nota per hoc, quòd creaturas ortas esse conspicimus Deū patrem, à quo omnia habent principium minime esse dubitamus. Iterum quia si esset sine ratione, quasi res fatua videretur. Dum igitur rationem (quæ procedit ex seipso, non ipse à ratione) proculdubio scimus habere, idest, filium per quē cunctatam rationabiliter disposita cernimus, & à patre processisse fideliter credimus: & quia Deum patrem, eo quòd talem habeat rationem, & rationem, eo q à tali processit patre gaudere cognoscimus: & ideo gaudium illud & bonitatem esse spiritum ex vtroq; procedentem, in quo spiritu omnia consistunt minime ambigimus: quod gaudium & benignitatem, etiam vsq; ad creaturas peruenire nequaquàm dubitamus: & ideo dicitur spiritus procedere, idest, dari, nō quantum ad patrem & filiū, sed quantum ad homines, quia si aliquod bonum in aliquo videmus, per spiritum ei datum à patre, & filio credimus. Notādum, quòd dicere rationem ex patre bonitatem quoque & gaudium ex vtroque procedere, sicut dicit Aug. nihil aliud est quàm filium generare. quòd autem dicitur spiritus à patre & filio procedere, hoc est, mittitur, datur, & à seipso etiam.

a *Viæ eius.* idest, in impletiones dispositionis, quia nec in exhibitione potest cognosci quid disposuit.

b *Consil.* Est vnigenitus filius eius, qui & angelus magni cōsilij appellatur. Sed ex hominib⁹ & angelis nullus fuit ei cōsiliarius. D (Isa 9.b. secū dum Lxx.)

✠ TERTVL. Nemo vtique, quia nulla vis natura substantiæ alterius aderat illi. Porrò si de aliquo operatus est necesse est ab ea ipsa acceperit & consilium & tractatū dispositionis, vt viam intelligentiæ & scientiæ, &c. (libr contr. Hermog.)

✠ CHRYS. Quando scriptura significare vult Deum nullius egere, dicit eum non habere consiliarium: quando autem docet æqualē Vnigeniti gloriam cum patre, consiliarium vocat Christum, sicut propheta egit. (Isa. 9.) Paulus autem voluit hoc loco persuadere patrē nullo indigere. E (Ho. contra Anomæos.)

c *Aut quis pri.* Et si iudicia non possumus scire, vel hoc constat, quòd ex sola gratia dat. (Aug.lib. de natura boni con. Manich.ca 27. 28 29)

d *Quo. ex ip. &c.* Et per in, distinctionem personarum indicant, ipse idem pronomen repetitum, identitatē substantiæ: & quia talis ipsi gloria, non iustis ipsis. *Ex ip.* non de ipso sunt omnia. Ex ipso enim sunt cælum & terra, quia fecit ea non autem de ipso, quia non de substantia sua. In ipso sunt omnia quæ cōdidit, non tamen inquinant eū qui peccāt, de cuius sapientia dicitur: *Attingit omnia propter sui mundiciā, & nihil inquinatum in eo incurrit.* (Loquendi modus de trinitate variis præpositionibus distinguitur.)

AVG. Oportet vt creatorem per ea quæ facta sunt intellectu conspicientes trinitatem intelligamus. Cuius trinitatis vestigiū in creaturis apparet. in illa enim trinitate summa origo est omnium rerum, & perfectissima pulchritudo, & beatissima dilectio. Itaque illa tria à se inuicem determinari videntur, & in se etiam infinita sunt, ita & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & vnum omnia. Non igitur confusè accipiendum est, quod ait Apostolus: Ex ipso & per ipsum & in ipso. Ex ipso, dicens propter patrem. Per ipsum, propter filium. In ipso, propter spiritum sanctum. Neque patrem volens intelligi dixit, ex ipso, vt sic intelligas omnia esse ex patre, vt neges omnia esse ex filio, vel ex spiritusancto, cum ex patre & per patrem & in patre omnia esse sanè dici possit. Similiter & de filio & spiritusancto dici potest. At per hoc dum dicitur: *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia:* sine dubio patris & filij & spiritussancti demonstratur ęqualitas. Et quia non ante nominauerat patrem vel filium vel spiritumsanctum, sed Deum & dominum, quod & ipsa trinitas dici potest, singula horum trium referri ad singulos voluit. F (Idem libr. 1. de Trin. cap 6. lib 2 de Genesi ad lite. Sapi 7 d. Trinitatis vestigia)

e *Omn.* Quæ naturaliter sunt non peccata quæ naturā vitiāt: quæ ex volūtate peccantiū nascūtur. In creaturis vestigiū apparet trinitatis. in trinitate summa origo est omniū rerū perfecta pulchritudo & beatissima dilectio. Hinc est moralis admonitio post tractatum legis & fidei, naturā Iudaici populi & Gentilis. ☞ CAP (Vide Basil. lib.de Spir. sa.c.5. Amb. lib de Spir. san cap. 10. Nazian.lib. 3.de Theolog. Augus. episto.66.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *concluditur hoc ex Dei eminentia, secundò ex humana deficientia, ibi:* Quis enim. *Circa primum dicit:* O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. *id est, profunditas vtriusque. sicut dicitur Ioānis quarto. b.* Puteus altus est, *id est profundus: Et dicit sapientiæ quantum ad diuina, & scientiæ, quantum ad fienda circa homines quorum rationes non possunt à nobis attingi. Ideo subditur.*

1 Quàm incomprehensibilia. *Quia supra capacitatem naturæ intellectualis sunt excessiua.*

2 Quis enim. *Hoc idem ostenditur ex nostræ cognitionis deficientia, cum dicitur:* Quis enim cog. &c. *q. d. nullus: quia oculus noster habet se ad diuina si ut oculus noctuæ ad lucem solis. ij. Metaph.*

3 Aut quis prior de. &c. *q. d. nullus: quia hoc est impossibile, quia omnem virtutem non solum operandi sed etiam cogitandi & essendi ab ipso habeamus: quod declarat, dicens.*

4 Quo. ex. ip. *quantum ad potentiam productiuam quæ patri appropriatur.*

5 Et per. *quantum ad sapientiā exemplarem, quæ appropriatur filio.*

6 Et in ip. *Sicut in fine & conseruante per bonitatem quæ spirituisancto appropriatur. ideo subditur.*

7 Ipsi glo. *Aliqui libri habent interpositas duas dictiones, scilicet, honor & seculorum: sed non sunt de textu. nec habentur in libris correctis.*

ADDITIO I.

In ca. xj. vbi dicitur in Postil. Si autem gratia salui facti sunt. *dicto modo iam non ex operibus.*

Si quæratur quomodo ex autoritate ab apostolo allegata quæ sumpta est iij. Reg. xix. de Elia concludatur q reliquiæ illæ saluabuntur ex gratia. Ad quod dicendum, quòd hoc Apostolus ostendit ex hoc, quòd in responso diuino ad Eliā dicitur: Reliqui mihi septem milia virorum. *Non enim dixit relicti sunt aut relinquentur sed reliqui mihi, vt manifestè ostendat quòd ex sua mera gratia & liberalitate eos reliquit.*

ADDITIO II.

In eo. c. vbi dicitur in posti. Et dorsum eorū. *i. volūtas sic nominata. Quod hic dicitur* dorsum. *non est necesse quòd per hoc intelligatur voluntas, prout in Postilla: sed planè potest intelligi de dorso Incuruatur enim dorsum alicuius per aggrauationem ponderis. Vnde quia Iudæi in hac captiuitate existentes in vindictam mortis Christi continuè aggrauantur per iuga & seruitutes dominorum, idcirco dorsum eorum semper videtur incuruari ex talibus: & quia ista non credunt eis euenire in vindictam mortis Christi, vt dictū est: sed alijs causis friuolis attribuunt: ideo præmittit.* Obscurentur oculi eorum ne videant. *q. d propheticè nō optatiuè: tanta est miseria istorum, quòd oculi eorum non videbunt qua ratione dorsum eorum semper incuruatur modo prædicto.*

ADDITIO III.

In eo. c. vbi dicitur in Po. O altitudo diuitiarū sapiētię & sciētię Dei. *Ea quæ pertinēt ad sapientiam diuinā possunt dici alta, eo q sunt inattingibilia à nobis: Similiter & profunda, eo q sunt à nobis inscrutabilia. Vnde nō est necesse, q altitudo in hoc loco interpretetur per profunditatem. Idem notādum, quòd hæc verba apostoli, scilicet,* O altitudo di. &c. *continuantur ad præcedentia secundum Glo sic, præmiserat Apostolus sententiā miræ profunditatis, scilicet, quòd Deus conclusit omnia in incredulitate vt omnium misereatur, cuius profunditatis veluti horrore percussus & velut abyssi altitudinē expauescens clamat:* O altitudo: *non enim sensus hominis attingit ad discutiendam iustitiam iudiciorum Dei, seu ad discutiendam gratiam gratuitam nullis meritis præcedentibus redditam: & de hoc amplius in glo.*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A

Cap. xii.

Obsecro vos. Hucusq; satis vtramq; partem humiliauit, & gloriã de priori statu annullauit, modo quasi finito negocio deinceps ad moralitatẽ tendit. Obscero vos. Hucusq; ,ne alter aduersus alterum superbiret: hinc vt alter de alterius vtilitate laboret.

a *Obsecro per.* i. per apostolatum misericordiam à Deo mihi commissam, vel misericorditer à Deo vobis datam.

† Eph.5 d. B lib. 10. de ciuit. cap. 6. † rationalẽ culeum obseq.

b ✻ *Ho.* Avgvs. Verum sacrificiũ est omne opus quod agitur, vt sancta societate inhęream⁹ Deo, relatum ad eum finẽ boni, quo veraciter beati esse possimus. Vnde ipse homo, Dei nomine consecratus & Deo deuotus, inquantum mundo moritur vt Deo viuat, sacrificium, est, Corpus enim nostrum cùm temperantia castigamus, si hoc propter Deum facimus sacrificium est, ad quod hortatur Apostolus. Quanto verò magis anima ipsa cùm se refert ad Deum vt igne amoris eius accensa, formam secularis concupiscentiæ amittat eique tanquam incommutabili formæ, subdita reformetur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium. Quod idem Apostolus consequenter adiungit: *Sed reformamini in nouitate mentis vestræ, &c.*

† transformemini per renouationem mẽtis † Eph.5.d. 1.The.4.a. C

✻ Photivs apud Oecvm. Ipsæ, inquit, Dei miserationes per quas salui facti estis, obsecrant vos, *vt exhibeatis corpora, &c.* optima vita admonet esse conuersandum, addẽs, *Rationalem cultum vestrum, &c.* postulat vt fidei rectitudinem prosequantur. Vtrumque enim oportet, & fidem vitę, & vitam fidei esse conformem. Siquidem quemadmodum is qui rectam obtulerit fidem si prauus sit moribus, operibus suis confessionem accusat fidei: ita etiam qui bonas exhibet actiones, si fidem impiam præponat, cùm impius sit, etiam actiones deprauat, ac diuulgat nullũ in eis inesse fructum spiritualem. Quia verò dixerat, *hostiam*, ne quis existimaret quod nosipsos iuberemur iugulare & immolare, subiũxit, *viuentem*. Quo autem modo erit corpus hostia? Videant quæ recta sunt oculi: lingua in Dei laudibus, manus in præceptis Dei exerceantur. Hanc hostiam à Iudaica discerminans dicit *sanctam beneplacentem, &, rationalem*. Iudaica enim cùm corporea esset, non ad modum sancta erat aut beneplacens, vt potè irrationalia mactans. D

CAP. XII.

a ¶ Quia in ipso omnia. a ¶ Quod rogo fraternitas exigit. 1
a OBsecro itaque vos fratres per misericordiã 2
a ¶ Offeratis. b ¶ Non tantum mentes, licet caro repugnet. 4
c ¶ In mortificatione carnalium desideriorum.
b Dei, † vt exhibeatis corpora vestra, hostiã 3 5
a ¶ Per bona opera. b ¶ In bonis firmã. c ¶ Vt bona intẽtione faciatis. 6
viuẽntem, sanctãm, Deo placẽntẽ, † ratio-
a ¶ Cum discretione, ne quid nimis. b ¶ Totum in prædictis. 7
¶ Sit. c ¶ In vestra enim manu est. d ¶ Formam secularis concupiscentiæ accipere. 8
c nãbile obsequium vestrum. Et nolite cõformari huic secũ- 9
a ¶ In Adam deformati, vel item itemque quasi de die in diem. b ¶ Ad modum noui hominis. 10
c Cui non dominatur peccatum. ¶ Alias mentis nostræ. a ¶ Experimento quid Deus velit. 11
d lo, sed † reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis 12
a ¶ Quia quidquid Deus vult bonum est. b Illis qui intelligunt & experti sunt. 13
c ¶ Præceptionibus. ¶ In omni bonitate, vt nihil melius sit.
e † quæ sit voluntas Dei † bona, & beneplacens, & perfecta, 14 15

✻ Basili. Optima abstinentię meta ac regula hæc sit, vt neque delitiæ, neque corporis afflictio spectentur: sed vtrobique vitetur immodestia. ne vel corpulentia grauetur, vel morbidum factum imbecille reddatur corpus ad Dei obeunda mandata. — lib de virg. & Ora asceti ca.

E — Gregor. ho. 22. in Ezec. — † quod bonum est, accep tumque & perfectũ.

Avgvs. Olim hostia occidebatur, vt homines causa peccati subiecti morte ostenderentur. Nunc quia à peccato liberi, viua hostia offertur in signum vitæ æternæ.

c *Noli.con.* Avg. Hic anima Deo fit sacrificium cum igne amoris incensa formã concupiscentiæ secularis amittit, & Deo se referens illi tanquàm incommutabili formæ subdita reformatur. *Nolite conforma.* Generalis prohibitio. Sed reformamini regularis iussio. Ibi continentia, hic iustitia. hoc ad concupiscere, illud ad declinandum à malo, hoc ad faciendum bonũ. Non concupiscendo enim vetustate expoliamur, & diligendo nouitate induimur. — lib. 10 de ciuit. cap 6. — Augustinus lib. de perfect. iustit.

d *Reformamini.* Quia partim amissa est imago Dei, vt incipiat ab illo reformari à quo formata est. Non enim reformare seipsam potest, sicut potuit deformare.

✻ Avgvst. Potest & sic accipi, vt quemadmodum Christus nobis mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes: quod quidem & ad ipsam resurrectionẽ corporũ pertinet. — lib. 22. de ciuit. c 16.

e *Quæ sit vo.* Voluntas Dei dicitur siue ipsa qua vult quæ in Deo est, siue illud quod vult. Hic accipitur Dei voluntas qua vult, quæ semper impletur, quæ beneplacitum Dei siue dispositio interdum appellatur. de qua Propheta ait: — Voluntas Dei. F

☞ *Omnia*

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. XII.

Diuisio

✻ 1 Obsecro. *Postquam Apostolus Romanos ad concordiam reduxit, hic consequenter eos in moribus instruit. Et diuiditur in duas: quia primò facit hoc verbo prædicationis: secundò, facit exemplo imitationis, rememorando quasdam personas eis imitabiles, cap. 16. Prima in duas. primò instruit omnes communiter. secundò existentes in aliquibus statibus principaliter, specialiter cap. seq. Prima adhuc in duas: quia primò instruit omnes communiter in his quæ ad Deum, secundò in his, quæ ad proximum. ibi,* Sicut enim in vno. *Prima adhuc in duas. primò instruit omnes communiter in ordine ad Deum: secundò ex parte animæ, ibi:* Et nolite conformari. *Circa primum dicit:* Obsecro vos. *secundum quod dicit Seneca: Generosus est hominis animus, & facilius ducitur quàm trahatur. propter quod Apostolus magis vtitur obsecrationis verbo quàm præcepti.*

Seneca. Macerationis carnis cõditiones septem

2 Per mise. Dei. *Peccata relaxantem.*

3 Vt exhib. corp. *Hic per ordinem tangit Apostolus septem conditiones quæ macerationem carnis Deo faciunt acceptam. Prima est, quòd sit voluntaria. quod notatur cum dicitur:* Vt ex. *secunda, quòd sit in carne propria, ideo dicit:*

4 Corpora ve. *Non aliena. contra illos qui saluari credunt per pœnitentiam aliorum. tertia, quòd sit cõcupiscentiæ mortificatiua, ideo dicit:*

5 Hostiam. *Aliter enim esset vana, sicut medicina quæ non curat morbum. quarta quòd sit bonorum operum productiua: ideo dicit:*

6 Viuen. *Viuens enim dicitur, quod habet in se principium sui motus. quinta, quòd sit continua sicut vitia carnis continuè pullulant, ideo dicit,*

7 Sanctam. *id est, firmam, sanctum enim in vna eius significatione, idem est, quod firmum. sexta, quòd sit bene ordinata s. ad Dei gloriam, & non ad laudem propriam. ideo dicit,* Deo pla. *septima, quòd sit rationabilis, siue discreta. ideo dicit:*

8 Rationabile obse. *Quod fit quando caro sic maceratur, quòd natura seruatur. & vitia excluduntur, Sicut enim ibi potest esse defectus. s. quando caro lasciuire permittitur: ita & superabundantia. s. quando corpus redditur ineptum ad debita opera & officia exequenda. vnde dicit Hieron. de rapina Holocaustũ offert, qui austeritate nimia corpus suum immoderatè affligit. Aduertendum tamen: quòd non eadem opera conueniunt omnibus. & ideo aliqua abstinentia laudabilis est in vno, quæ tamen non est laudabilis in altero: Sicut si coniugatus tantam faciat abstinentiam, quòd non possit reddere debitum vxori tempore competenti, non est laudabilis. in religioso tamen qui non habet hoc debitum reddere, laudabilis esset. Et similiter aliqua abstinentia laudabilis est in iuuenibus, in quibus viget concupiscẽtia carnalis, quæ in senibus sic non esset laudabilis, quia non sic in eis viget concupiscentia carnalis: & posset esse alicuius boni impeditiua, & de similibus simile iudicium habeatur.*

Coniugatorũ abstinentia moderamen habere debet & quare.

9 Et nolite. *Hic consequenter instruit omnes communiter quantum ad animam: & primò quantum ad affectum, secundò, quantum ad intentum, ibi.* Dico enim. *Et est sciendum, quòd amor transformat amantem in amatũ. vnde dicit Aug. Si terram diligis terra es: si aurũ diligis, aurũ es: & si Deum diligis, Deus es. s. participatiuè, secundum illud Psal 81. b.* Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. *ideo dicit:* Et nolite confor. huic sæc. *i. delectabilibus huius mundi.*

10 Sed reformamini. *Imago enim Dei, ad quam sumus conformati, deformatur in nobis per peccatum, sed per Dei gratiam reformatur.*

11 In nouitate sensus vestri. *Sicut enim per peccatum cognitio obfuscatur, sic per gratiam renouatur, & quia habens affectum bene ordinatum rectè iudicat, ideo subditur:*

12 Vt probetis. *i. experiri possitis per spiritum sanctum habitantem in vobis.*

13 Quæ sit voluntas Dei bona. *Quantũ ad bona naturæ ipsa dãdo.*

14 Et beneplacens. *Quantum ad bona gratiæ.*

15 Et perfecta. *quantum ad bona gloriæ. Potest etiam aliter sic exponi:* Quæ sit voluntas. *quantum ad incipientes.* Et beneplacens. *quantum ad proficientes.* Ea perfecta. *quantum ad peruenientes.*

✻ Di-

☞ A *Omnia quæcunque voluit fecit*: & Apostolus: *Voluntati eius quis resistet?* Omnia ergo bona quæ fiunt, Deus fieri vult, quorum ipse autor est. Mala verò non vult fieri, nec tamen vult non fieri. Si enim vellet non fieri & fierent, voluntati eius aliquid resisteret, sed tantum ea fieri præscit. Præterea voluntas Dei dicitur eius operatio vel permissio. vnde Aug. Nõ fit aliquid quod omnipotens fieri nõ velit, vel sinẽdo vt fiat, vel ipse faciendo. Itẽ voluntas Dei interdum dicitur eius cõsiliũ vel approbatio.

Basil. de contractior. regulis. q. 176. Psal. 113 b. supra. 9. d. Aug. li. Enchiridiõ 96. — † De rerũ. c. 1. lib. 6. — † sentire de se. — † moderatè

a *Dico enim.* Hoc est sacrificium Christianorum, multi vnum corpus sunt in Christo. Hoc enim in sacramẽto altaris fidelibus voto demonstratur ecclesiæ, quæ in ea re quam offert significatur. Sicut enim panis ex multis granis conficitur, ita ex multis fidelium mẽbris sancta cõstat ecclesia, qui creatoris sui participatione cõgaudẽt: cui⁹ munere sancti sunt. quod & in sequenti ostenditur, vbi ait: *Multi vnũ corpus sumus in Christo*: quod non potest fieri, nisi sapiant ad sobrietatem, quod hic præcipit.

August. 10. de ciuit. c 6. B — † 89 dis c. 1 De sum. tri. c. dãnamus — † iuxta portionem — † impartit 1. Cor. 10. d. C

a ¶ Illud obsecro, hic autem prohibeo. b ¶ Apostolatus. ¶ Quia non omnes agunt. 1
a Dicò enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt 2
a ¶ Inuestigare de mysteriis diuinis.
inter vos, † non plus sapere quàm oportet sapere, sed 3
a ¶ Sine præsumptione.
b sapere † ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus di- 4
c a ¶ Secundum quantitatem vel qualitatem. b ¶ Quia & fidem mensuratè partitur Deus vnicuique. hæc est fides operans per dilectionem.
c ¶ Ideo mensuratè diuisit, quia multi vnum corpus, & ideo non omnia necessaria danda sunt in vno.
d uisit mensuram fidei. † Sicut enim in vno corpore multa 5
e membra habemus, omnia autem membra non eundem
a ¶ Per diuersa dona. b ¶ Inuicem subseruiendo.
actum habent. Ita multi vnum corpus sumus in Christo,
a ¶ Nullus excluditur. ¶ Maior, vel minor. b ¶ Aliis seruientes, aliis indigentes.
c ¶ Alias igitur.
f singuli autem alter alterius membra, habentes autem dona- 6
g a ¶ sumus alter alterius membra.
tiones secũdum gratiam, quæ data est nobis, differẽtes. Siue 7
a ¶ Futurorum vel quorumlibet occultorum. b ¶ Quam supra mensuram. ¶ Vt presbyteri.
c ¶ Habentes ecclesiasticum. 8
prophetiam † secundum rationem fidei. Siue ministerium in 9
a ¶ Sumus membra aliorum. ¶ Assiduè. b Qui docendi gratiam habet. 10
c ¶ In exhibitione doctrinæ sit membrum alterius. d ¶ Qui gratiam exhortandi habet.
ministrando, siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in 11
a ¶ Sit membrum alterius. b ¶ Eleemosynas. c ¶ Sit membrum alterius non in duplicitate 12
præsentis & futuræ gloriæ. d ¶ Vt princeps. 13
h exhortando. Qui † tribuit in simplicitate. Qui præest in 14 15

b *Sapere.* Quod iustitiæ terminos non egrediatur: quod nobis solum vtile sit, & nulli obsit.

✻ Basilivs. Cùm duo sint mortalium ordines, vnus eorum quibus gubernatio aliorum credita est, alter eorum quibus ordinatum est vt obsequantur & obediant pro varietate chrismatũ. Arbitror priores debere omnia scire, vt quosuis placita Dei doceant, cuicunq; ostendentes quæ sibi conueniãt, parati semper ad satisfactionem de ea quæ in nobis est fide reddere. Aliorũ verò quisquis memor Apostoli dicentis, *Non plus sapere quàm oportet, &c* quæ se concernunt, diligenter discat & sapiat, nihil amplius per curiositatem inuestigans, vt dignus reddatur voce Domini, *Euge serue bone & fidelis, &c.*

L. de cõtra. regul. q. 35 — Pet 3. — Matth. 25.

✻ Thod. Græcè σωφρονεῖν, mentis sanitatẽ Apostolus appellauit, docens superbiam esse morbum mentis. Suum autem Dominum est imitatus, qui beatos pronunciauit, pauperes spiritu. Docet etiam mensurã, ad quam vsque de se sentire oportet, gratiam in hoc loco vocans fidem. Per fidem enim datur gratia, & pro mensura fidei dona gratiæ suppeditat.

c *Et vnicuiq;.* Sicut monuit ne de priori statu superbiant, ita nec de bonis quæ in fide acceperunt. *Et vni.* Maiori vel minori ea ratione, qua Deus diuisim dedit dona mensurata, quæ fides meretur: quod ideo fecit, vt nec ecclesia indigeat & subseruiendi materia, vt sit mutua dilectio. vnde subdit: Sicut enim, &c. *Et. vnicui.* Si pro viribus suis nutritur, infans crescit, aliter deficit.

d *Men. si.* Et fidẽ. bona mensuratè partitur Deus sine qua nulla opera. Christo non ad mensuram datus est spiritus, sed cæteris omnibus. vnde Ioannes de Christo ait: *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.* Cæteris diuiditur non spiritus quidem, sed dona eius. D — Io. 5. d.

e *Sicut enim in vno.* ✻ Theodor. Apposita similitudo doctrinæ de charitate. Vnaqueque enim pars corporis non est sibi solum vtilis, sed communem affert vtilitatem, ita etiam conuenit eum qui aliquam gratiam accepit, apertè scire se hoc donum communis vtilitatis gratia accepisse. Corpus enim vnũ sunt ij qui crediderunt, membrum autem, vsum nostrũ, & id quod nobis opus est, supplet. E

Habentes donationes. ✻ Theophylac. Non dixit, dona maiora aut minora habentes, sed diuersa, nec actiones, sed charismata vel dona, vt superbos comprimat, eorũque arrogantiam demittat. Dei enim ĩquit, donum est, non tuum vel opus, vel rectè factũ quod accepisti: & gratia est quæ istud impertit. Porrò vt ignaues & segnes excitet, verũ ostendit quod & nos aliquid contribuimus, vt accipiamus dona: *Siue prophetiã*, inquit, ad analogiam fidei. Etsi enim gratia est, non tamen simpliciter effunditur, sed quatenus inuenerit vas fidei sibi oblatum, eatenus influit & affluit. F

f *Singuli autem alter alterius membra, habentes, &c* Ad hæc habentes bona differentia. Vel singuli sumus membra, igitur in differentibus donis hoc agatur.

g *Siue prophetiam secundum rationem fidei, Siue ministrando. &c.* habentes simus membra aliorum, vt illis prophetemus. Habentes dico *secundum ra. fidei.* quia prout exigit fides eorum, vel auditorum prophetia datur. *Siue prophetiam.* A prophetia incipit, quia credentes accepto spiritu prophetabunt.

✻ Theodoret. Appellat prophetiam non solum eorum quæ futura sunt præscientiam, sed occultorum etiam cognitionem. ministerium autem prædicandi munus. Doctrinam, diuinorum dogmatum cognitionem. Adhortationem, suasionem ad virtutem. *Qui tribuit in simplicitate.* Non aliorum captans gloriam, sed eius qui indiget inopiæ subueniens, nec apud se ratiocinans, an quæ habet sibi sufficiant, an non, sed in Deo spem ponens, eóque fretus liberalitatem suppeditans,

h *Qui præest.* ✻ Theodore. Cum quadam vehementia & amplificatione omnia statuit: & curationem quidem appellat diligentem, ne sit nomen absque re. Beneficentiæ autem læti-

☞ tiam

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Dico enim. *Hic consequenter instruit omnes communiter quantum ad intellectum. vt scilicet de pertinentibus ad fidem inquirant curiosè dicens:* Dico enim per gratiam quæ data est mihi. *id est, per officium apostolatus mihi iniunctum præcipio.*

2 Omnibus qui sunt in vos. *cuiuscunque conditionis seu status.*

3 Non plus sapere quàm oportet. *quia qui perscrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Prouer. xxv. d.*

4 Et vnicuiq; sicut Deus diui. men. fi. *Non enim est in hoc eadẽ omnibus mensura: quia illi qui habent fidẽ prædicare & contra infideles defendere, debẽt circa pertinẽtia ad fidẽ profundius inquirere & studere.*

5 Sicut enim in vno corpore. *Hic consequenter instruit omnes in ordine ad proximum: primò in promotione boni secundò in vitatione mali, ibi:* Non alta sapientes: *Prima adhuc in duas: quia primò facit propositum in bono speciali. secundò in communi, ibi:* Dilectio sine simulatione.

Circa primum sciendum. quod aliqua bona Dei dantur aliquibus specialiter. j. Corin. xij. a. Alij quidem per spiritũ datur sermo scientiæ, &c. *Dantur tamen pro communi vtilitate, sicut in corpore humano oculus videt pro toto corpore, & pes ambulat, & sic de alijs: & hoc est quod dicit:* Sicut enim in vno cor. *& patet ex dictis in litera vsq; ibi:*

6 Sin. a. alt. alte. memb. *i. communicantes alijs dona data vobis, sicut membra corporis adinuicem communicant officia sua modo dicto. & consequenter magis applicat in speciali, di.*

7 Siue prophetiam. *quantum ad noticiam occultorum pertinentium ad salutem. ideo subditur.*

8 Secun. ra. fi. *quæ dirigit in salutem.*

9 Siue minist. *in administratione sacramentorum, quod pertinet ad sacerdotes.* 10 Siue qui docet. *quod pertinet ad doctores.*

11 Qui exhortatur. *quantum ad prædicatores.*

12 In exhortando. *scilicet non tantum verbo sed etiam facto.*

13 Qui tribuit. *habens abundantiam facultatum.*

14 In simplicitate. *id est, propter Deum debet tribuere,*

15 Qui præest. *in spiritualibus vel temporalibus quod pertinet ad prælatos & principes.*

✻ In

A ciā adiungit,erogationis lucrum ostendens. Solent enim gaudere qui lucrantur.Esse quoque dilectionem sinceram & germanam præcipit,& simulationis personam eiicit.

Iac.2.c.

a *Qui mise.* Quotidiana medicina,quotidianis vulneribus, & si leuioribus: tamen *iudicium sine misericordia fiet ei,qui non facit misericordiam.* Quisquis quasi nimis iustus & securus iudicium expectat sine misericordia, sibi iram prouocat. Misericordia hæc multiplex est peccanti ignoscere,oppresso subuenire,&c.& ideo subdit: cū præmissum sit,qui tribuit in simplicitate. Simplicitas excludit hypocrisim, hylaritas gaudium ostendit,fretum spe futuri.

† diligentia — † Amos.5. — B — Iere.48.b.

b *Odientes mal. &c.*

✠ Theod. Vitium vehemēter odisse,bonorum autem operationi valde coniungi præcepit, affectione tanquam colla aliqua vtentes. Addit Habete ardentem & fratribus conuenientem inter vos affectionem: cedat autem vnusquisque proximo primas partes. Hoc est enim veræ amicitiæ indicium.Puram & sinceram animi promptitudinem ad ea quæ sunt honesta ostendentes, & socordiam omnino eiicientes.

† 73.dist.in nomine. — † 14.q.5. certū est.c. cum sancti. — † Gaudere † flere. — † Eodem animo alii in alios affecti i.estote vnius animi & affectus — † accommodantes.

C

c *Non pigri.* Maledictus qui facit opera Dei negligenter, piger sine spe est. Et ideo vt frigus pigriciæ pellatur, Sitis feruen.&c.

d *Spiritu feruentes.* Spiritum gratiam appellauit,ei autem materiam,tanquam igni ligna pręberē,promptitudinem vocauit, Ideo iubet nos spiritu seruere,& habere ardens rerum diuinarū desiderium.

Domino s ruientes,&c. Qui enim feruet spiritu,Domino promptè & alacriter seruit, & expectat fructum bonorum quæ sperātur:& tentationes quæ inuadunt,superat eorum insultibus tolerantiam obiiciens,& diuinæ gratiæ auxilium assiduè implorans.Hoc enim dixit.*Oratio. instan.* id est,assiduè hoc facientes. D

e *Domi.vel tempori seruien.&c.* Quamuis feruentes non tamen passim & importunè verba Dei ingeratis,sed tempori, id est, oportunitati seruientes.

a ¶ Vt sollicitè agat. ¶ Sit membrum. al. oppresso b ¶ Qui habet gratiam subueniendi vel compatiendi c ¶ Læto animo subueniat. d ¶ Hæc est, qua diuersa bona vniuntur.
a †sollicitudine.Qui miseretur ī hilaritate. Dilectio sine simu- 1 2
a ¶ Et sic erit alter m.alterius. b ¶ Vt nec dilectio amici malum amare faciat, nec malum bonum dimittere. c ¶ i. quam.s.fratres habent inter se,vel volentes à fratribus rediligi. 3 4
b latione.†Odiêntes malum,adhærentes bono.†Charitatem 5
a ¶ In qualibet reuerentia. b ¶ Non est fraternus amor, nisi mutuis se præueniant obsequiis. 6
fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præue- 7
a ¶ Sollicite corde sitis. b ¶ Opere. c ¶ Et ideo. d ¶ Et si actu non potestis implere quod vultis. ¶ Igne charitatis. e ¶ Vel tempori.
c nientes.Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino 8 9
d ¶ Quod proximo,credite vos impendere domino. a ¶ Et in his nō nisi æterna speretis. b ¶ Etsi in his bonis mala occurrunt. c ¶ Vt pati possitis.
e f seruientes.Spe gaudentes,in tribulatione patiētes, orationi 10
g a ¶ Quia ad hoc differtur res. ¶ Patimini,& sanctis passis vestra communia facite. b ¶ Et recipite sanctos in hospicio. ¶ Exemplo Abrahæ & Loth. 11
h instantes.Necessitatibus sanctorum communicantes, † ho- 12
a ¶ i.bona orate. b ¶ Remouet à communi consuetudine.
spitalitatē sectātes. †Benedicite persequentibus vos.Benedi- 13
a ¶ Item,itemque. b ¶ Q. Sine admixtione amaritudinis. c ¶ Et debetis. d ¶ Pro defectu. e ¶ De re vnde flendum sit.
citē & nolite maledicere.† Gaudēre cū gaudētibus,†flēre cū
¶ Cum gaudio vel fletu. a ¶ Et pro his omnibus. b ¶ In corde saltem.
flentibus. † Idipsum inuicem sentientes. Nōn altā sapien- 14 15
¶ Humilium imitatores.
i k tes; sed humilibus † consentientes : Nolite esse † pru- 16 17 18

f *Feruen.* Spiritus ignis est quo feruet charitas. vnde dominus ait: Ignem veni mittere in terram? & quid volo, nisi ardeat?

Aug.in psal.115. — Lucæ.12.f. — † 1.Pet.2.c. — E — Augustin.in psal.83.

g *Spe gaudentes.* Certi de futuris gaudent, & ideo patientes in tribulatione.

h *Nece.* ✠ Chrys. Non dicit, Necessitatibus eorum subuenite,sed communicate: ostendens quod plus accipient quàm præstent,& quod res ista negociatio sit, cōmunicatio siquidem est, tu pecuniam adfers,illi fiduciam tibi erga Deum quem huiuscemodi largitionibus promeremur.

✠ Orig. Memini in latinis exemplaribus magis haberi, Memorijs sanctorum communicantes. Verùm nos nec cōsuetudinē turbamus nec veritati præiudicamus,maximè cùm vtrunq; conueniat ædificationi.Nam vsibus sanctorum honestè non quasi stipem indigentibus,sed censum nostrum cum ipsis quodammodo habere communem: & meminisse sanctorum siue in collectis solemnibus,siue pro eo vt ex recordatione eorum proficiamus,aptum & conueniens videtur.

† arrogantes

✠ Amb. Manifestum est,vt qui preces suas exaudiri vult,æmulus debet esse vitæ sanctorum.Cùm imitatur enim,cōmunicat.

i *Consenti.* Quod non fit ore tantum quia tunc est vera humilitas,si non est in sola lingua,ne præsumentes de se non condoleant alijs,sed exprobrent.

Augustin.in psal.118.

k *Nolite esse prudentes.* ✠ Theophil. Hoc est,ne existimetis vos vobis sufficere,neque opus esse vobis consultore alio, aut eo

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In solli.*de adimplendo regimine sibi commisso.*
2 Qui mise.*miseriam alterius releuando,quod pertinet ad potentes.*
3 In hilaritate.*supple hoc faciat. Contra illos, qui austeritatem in vultu & verbis ostendunt miseris.antequam eos releuent in aliquo.*
4 Dilectio sine simulatione.*Hic Apostolus instruit de communicatione omnium bonorum.Et diuiditur in tres partes : quia primo instruit de communicatione in affectu.secundò in effectu, ibi :* Honore. *tertio in signo, ibi:*Benedicite.*Circa primum sciendum,quòd amor est desideriū boni alicuius,quod debet esse communiter in omnibus:& amor iste primò debet esse verus,quia secundum Philosophum.viij.Ethicorum: Qui falsificant amicitiam sunt magis digni morte, quàm illi qui falsificant pecuniam.ideo dicit:*Dilectio sine simulatione.*Secundo debet esse discretus, vt sic ametur natura,vt vitium odio habeatur ideo dicit.*
5 Odientes malum.*Tertiò debet esse firmus ,ita quòd amor non sit puerilis.ideo dicit.*
6 Adhærentes bono. *Adhærentia enim firmitatem importat. Quarto debet esse communis absq; acceptione.ideo dicit:* Charitatem frater.
7 Honore inuicem. *Hic consequenter instruit de communicatione bonorum in effectu. & primò quantum ad bonum reuerentiæ dicens:* Honore inuicem præuenientes. *Quilibet enim deficit in aliquo bono, quod est in altero,& sic potest eum considerare vt meliorem se.& sic honorando præuenire.secundò instruit quantum ad bonum obsequij,dicens:*
8 Sollicitu.non pigri.*præstando humilitatem proximis in effectu.*
9 Spiritu feruen.*Vt hoc fiat ex bono affectu.*
10 Domino seruientes.*Vt hoc fiat principaliter propter Deum : & sic ei prohibetur obsequium. & per consequens ab eo expectatur præmiū. ideo subditur,*
11 Spe gau.*Et quia spes mercedis habendæ facit patienter sustinere, ideo subditur,*
12 In tribulatione patien.*Et hęc per orationem impetrantur,& seruantur,ideo subditur,*Orationi instantes,*Tertiò instruit Apostolus de communicatione beneficij. & primò ad simul commorantes,dicens.*
13 Necessitatibus san. communicantes. *Secundò ad peregrinos transeuntes,dicens:Hospitalitatem sectantes.*
14 Benedicite. *Hic Apostolus instruit de communicatione bonorum in signo. Principale verò signum inter homines est loquutio, quæ indicat mentis conceptum,& quantum ad hoc dicit:*Benedicite perse.vos.*Et multò magis benefacientibus vobis. Signum autem secundarium est exterior gestus,& maximè faciei,in qua parte magis relucet dispositio animi.& sic dicit:*Gaudere cum gauden.
15 Idipsum inuicem.*Aliter esset mendacium: quod est falsa significatio in voce vel in alio signo quod tenet vicem vocis.*
16 Non alta sa.*Postquam instruxit de communicatione boni,hic consequenter instruit de communicatione mali. Et hoc dupliciter. Primò vt malum alteri non inferatur secundò vt illatum ab altero æquanimiter toleretur,ibi:* Non vosmetipsos.*Circa primum aduertendum, quòd primò nocumentum infert proximo nostra superbia,quæ est principium omnis peccati.ideo hoc prohibet,dicens:*Non al.sa.*proximū cōculcando.*
17 Sed hu.consen.*cum eis humiliter conuersando.secundò nocumentum infert astutia nostra proximo malum machinando, quod prohibet, dicens.*
18 Nolite esse pru. *Et accipitur hic prudentia similitudinariè : quia vera prudentia non est nisi in bonis,sed astutia in malis, quæ prudentia dicitur eo quòd cautè scit quærere vias nocendi:nam bonum ad mala transferimus sicut dicimus prudens vel bonus latro. v. metaph. & sic dicitur in proposito.Tertio nocent proximo nostra mala manifesta ipsos scandalizando:quod prohibet di.*Prouidentes bo.&c. *Quarto nocumentum infert prosequutio aperta.quod prohibet,di.*Quod ex vobis est,&c.

✠ Non

A eo, qui quid deceat,suggerat. Nam & Moses etiam si cum Deo familiariter colloqueretur, opus tamen habuit consultore socero.

Exod.18.

✠ Chrysostomvs. Licet enim mirum in modum sapiens sis,& perspicias ea,quæ oportet,attamen homo es,& consilio tibi opus est.Solius enim Dei est nullius indigere, & nullo opus habere consiliario.

Hom.de ferendis reprehensionibus. — † 13.q.3.c. 1.sex. — Deut.32. — -non tātum corām Deo, sed etiam.

✠ Haymo. Apud se prudēs est, & non apud Deum, qui sapientiam quam habet,non authori omnis sapientiæ deputat,sed sibi suisq; meritis, & ingeniis, siue studiis suis, quales fuerunt illi Philosophi de quibus initio huius epistolæ. Aliter. Apud se prudens est, qui cùm sit stultus, sapientem se esse putat,& gloriatur in se, quia sperat scire quod nescit. Vel tertio modo, Prudens apud se esse dicitur, qui vindictam expetendo suas iniurias vlciscitur.

† Deu 32.e. Heb.10.f. — † 13.q.4.c. hæc autem vita. — B

a ¶ .i.ne prudentiam vestram apud vos tantum, sed magis apud proximos exerceatis, etiam si quis eorum vos offendit.
a dentês apud vosmetipsos. †Nulli malum pro malo redden-
a ¶ Mente ne licita cum scandalo fiant. b ¶ In cordis secreto.
b tes,prouidêntes † bona,non tantum corām Deo, sed etiam
a ¶ Vt non fiat scandalum,sed boni exemplum:quia illud fieri debet,quod & Deo non displiceat,& fratri scandalum non sit. b ¶ Vt assentiam,si non saltem facite quantum in vobis est, vel si fieri potest: quia difficile est quod tamen ex vobis,id est,ex vestra potestate.
c corām omnibus hominibus. † Si fieri potest, quod ex vobis
a ¶ Vnde: Et cum his,qui oderunt pacem eram pacificus.
est, cum omnibus hominibus pacem habentes. † Non vos- 1
a ¶ Referentes aduersarios. b ¶ Iudicio Dei,eorum.
d metipsos defendêntes charissimi, sed date locum iræ. Scri-
a ¶ In prouerbiis. ¶ Et ita,qui hoc non facit Deum contemnit. b ¶ Seruate. c ¶ Vindicabo.
ptūm est enim : † Mihi † vindictām, & ego retribuam, dicit 2
¶ Non solum non defendatis.
e dominus, † Sed etsi esurierit inimicus tuus,ciba illum: si sitit,
a ¶ Feruorem charitatis vel spiritussancti,vel pęnitentiæ ardorem.
f potum da illi. Hoc enim faciens, cārbones ignis cōgeres su- 3
a ¶ Mentem. b ¶ Et si non pęnitet,tamen,quia si percutis similis ei nequam fies. ¶ Patiendo. 4
g per cāput eius. Nōli vinci à malo,sed vince in bono malum. 5

a *Nulli malum pro malo,&c.* ✠ Oecvmenivs. Si vituperandus ac miser est, qui malum facit,quare non fugis malorū imitationem? Sed, vt te vlciscaris, obnoxium constituis temetipsum ac socium impietatis.

b *Prouidentes bona,&c.* Nō satis est tantum non reddere mala, sed oportet illi quoque prouidere, qui male facit nobis. Nam & in superioribus non satis illi fuit, ne maledicerent persequentibus,sed etiam benedicere iussit.

✠ Theophylactvs. Non, vt ad vanam gloriam viuamus, dicit, sed, vt ne exhibeamus occasionem aduersum nos maleuolis. Exigit enim à nobis,vt citra scandalum & offensionem ducamus vitam, quandoquidem non pauci sint, qui nos nostráque obseruent.

C

c *Si fieri potest, &c.* ✠ Theophylact. Pulchrè dixit, Si fieri potest. Nonnunquā enim fieri non potest, vt pacem quispiam complectatur, cùm de pietate certamen fuerit, quando de iniuria affectes. Ait igitur. Quod tui est officij facias,nec cuipiam occasionem præbeas bellorum vel tumultuum. Sin pietatem debellari impugnaríque conspexeris, fortiter consiste, pro veritate dimicans : non homini quidem infensus, sed impietati, illum ipsum miserans,ipsámque duntaxat impugnans. D

d *Date lo.* Ille dat locum iræ, qui permittit aduersarium facere quod vult. *Date locum iræ.* non præcipit,vt vindicare nolint à Deo,scilicet,quod clamant sancti, non quidem propterea exaturandum odium, sed *lætabitur iustus, cum viderit vindictam.* Præcipit autem, vt non ipsi se vindicantes dent locum iræ Dei, qui dicit, *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Si ergo vult bonus, vt Deus inimicum puniat, nonne est hoc reddere malum pro malo? Vel ita nō diligit nec benefacit inimico. Sed bonus magis cupit corrigi inimicum, quàm puniri, etiam cum Deus punit non delectatur de pœna, quia non odit eum : sed de Dei iustitia,quoniam Deum diligit: quia & Deus (quum in hoc sequitur) si pluit super iustos: tamen & in hoc seculo asperius corripit, & pertinaces in fine damnat.

† honesta. — † 11.q.3.inter verba. — † Pro.25. — † vltio. — E

e *Sed si esurierit.* Nota insolentiam,sed coniunctionis.Ita enim prosequendum est,quasi non interposita vtraq; sit coniunctio.

f *Hoc enim faciens.* ✠ Theophylact. Hoc dixit indulgens pusillanimitati iniuriam passi.Nihil enim adeo suaue est,atque hostem videre punitum. Ac propemodum talia dicit: Vis vlcisci te de hoste? Beneficium illi exhibe:tum acerbiori eum supplicio affecisti.

✠ Origenes. Potest enim fieri,vt amens,ferus, ac barbarus inimicus, si sentiat beneficium nostrum, si humanitatem,si affectum, commissi pœnitudinem gerat: & ex hoc ignis in eo quidā succendatur,& pro cōmisso eum contorqueat & adurat.

✠ Avgvst. Ne putaueris maliuolentiæ facinus(his verbis, *Carbones ignis congeres,&c.*)iuberi,sed ne dubitaueris figuratè dictum. Et cùm possit dupliciter interpretari, vno modo ad nocendum,altero ad præstādum, ad beneficentiam te potius charitas reuocet, vt intelligas carbones ignis esse vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus superbia sanatur eius, qui dolet se inimicum fuisse hominis à quo eius miseriæ subuenitur. F

Li.3. de doctri. Chri. c.

g *Vince in bono.* Bonitate contende contra illum,& est salubre certamen ne sint duo mali.

Aug.in Psal.36.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non vosmet. *Hic instruit de malè illato , vt patienter toleretur,* di. Non vosmet defend.*Et ad hoc inducit scripturam Deut.30.c.*
2 Mihi vin.& ego retribuā. *vbi translatio nostra habet :* Mea est vltio,&c. *& non solum instruit, vt malum ab aduersarijs illatum toleretur , sed etiam, vt bonum eis impendatur. di.* Si esurierit inimicus tuus,&c. *& subditur ratio.*
3 Hoc enim fa.carbones ignis,&c. *id est , occasiones accendendi ignem dilectionis in eo erga te.si tamen in malitia sua perseuerauerit.*
4 Noli vinci à malo. *id est,incidere in odium eius.*
5 Sed vin. in bono malum. *scilicet , tentationes impellentes te ad odium eius. Sciendum tamen,quod illa, quæ dicuntur hic:*Non vosmetipsos, &c. *non sunt præcepta, sed consilia, nisi in casu, scilicet,si ex defensione videretur probabiliter malum magnum insurgere , quod esset contra honorem Dei. Sciendum autem,quòd in aliquo casu non expedit sic sustinere, scilicet , quando per hoc malis datur audacia malefaciendi. vnde dicit Grego in mora. Quidam cum temporalia bona à nobis rapiūt, sunt tolerandi, quidam verò obseruata charitate prohibendi : non solum cura ne nostra subtrahantur,sed ne rapientes non sua seipsos perdant.*

ADDITIO I.

*In c.12.vbi dicitur in Postil.*Vt exhibeatis corpora vestra,&c.
In his verbis apostoli,scilicet : Vt exhibeatis corpora vestra, &c. *præter illas conditiones , quæ in Postilla tanguntur, quæ veræ sunt, & in proposito propriæ sunt:tamē quædā alia,quæ hic videtur innuere Apostolus.s quòd oblata per fides Christi excedere debent ea quæ apud veteres offerebantur.Olim enim apud veteres animalia occisa offerebantur:nunc autem viuam hostiam debēt offerre:ideo dicit:Vel exhibeatis corpora vestra non corpora animalium. Hostiam viuentem , non occisam vel mortuam.Sanctam, Deo placentem.Illa enim,quæ olim offerebantur,non habebāt sanctitatem Deo placentē in seipsis,quia non ex opere operato placabant. vnde Psal.* Nunquid manducabo carnes taurorum. *Nunc autem : quia per macerationem carnis corporum vitia perimuntur , ideo talia ex seipsis Deo placent,qui peccatores ad pœnitentiam vult cōuerti. Olim etiam in quolibet sacrificio sal offerebatur, quod signum est discretionis in quolibet opere bono requisitæ,nūc autem illud quod per sal significatur,quod melius est,scilicet,discretio offertur.vnde dicit:*Rationabile obsequium vestrum, *prout in Postilla.*

ADDITIO II.

In eod.cap vbi in Postil. dicitur : Vt probetis,id est,vt experiri possitis per spiritumsanctum habitantem in vobis.
Hoc quod dicitur: Vt probetis,quæ sit voluntas Dei bona, &c. *potest totaliter exponi. Ad quod sciendū.quòd voluntas Dei, quæ dicitur voluntas signi multipliciter dicitur, vt in 1.sententiarū dist. 45.Et quantum ad propositum spectat tripliciter. s. prohibitionis, præcepti & consilij.Voluntas Dei,quæ manifestatur in prohibitione est bona. Ille enim,qui se abstinet à prohibitis per diuinam legem bonus debet dici : sed hoc solo non dicitur beneplacens , quia non sufficit solum recedere à malo ad beneplacendum Deo, nisi cū hoc faciat bonū:& sic dicitur beneplacens. Volūtas autē Dei,quæ significatur in cōsilijs diuinis dicitur perfecta,quia ea implēs dicitur perfectus.iuxta illud Mat.19 e.*Si vis perfectus esse,&c.

ADDITIO III.

*In eo.c.vbi dicitur in Posti.*Hoc enim faciēs carbo.ignis.con.&c.
Hoc quod dicitur in prouerbijs : Si esurierit inimicus,&c. Carbones ignis congeres super caput eius: *exponitur ibi sic,id est,induces ad pœnitentiam de malo quod tibi fecit,seu facere attentauit,&c.*

f

Universidad de Deusto Biblioteca

CAPVT XIII.

A a Omnis anima. Et si ita perfecti in corpore Christi: tamen omnis anima, id est, omnis homo à parte totum, quasi non solum corpore, sed & voluntate seruiatis. Videbatur enim, quòd infideles domini fidelibus non deberent dominari, etsi fideles deberent esse æquales: quam etiam superbiam apostolus remouet.

Aug. Tract. 102. in Io.

✠ Irenævs. Sicut in principio mentitus est diabolus, ita & in fine mentiebatur dicens, Hæc omnia mihi tradita sunt, & cui volo do ea. Nō enim ipse determinauit huius seculi regna, sed Deus. *Regis enim cor in manu Dei est.* Et per Salomonē ait. *Per me reges regnant.* Et Paulus hoc ipsum ait: *Omnibus potestatibus sublimioribus subiecti estote, &c.* Hæc nō de angelicis potestatibus dixit, sed de his, quæ sunt secundum homines potestates. Hoc & Dominus confirmauit, tributorum exactoribus iubens pro se, & pro Petro dari tributum. Quoniam enim absistens à Deo homo in tantum efferauit, vt etiam consanguinem, hostem sibi putaret, & in omni inquietudine, & homicidio, & auaritia, sine timore versaretur, imposuit illi Deus humanum timorem, (Non enim cognoscebant timorem Domini,) vt potestati hominum subiecti, & lege eorum astricti, aliquid assequantur iustitiæ, & moderentur ad inuicem, in manifesto positum gladium timentes. Ad vtilitatem ergo gentilium, terrenum regnum positum est à Deo, sed non à diabolo, qui nunquam quietus est, vt timentes non se alterutrum homines vice piscium consumant, sed per legum positiones repercutiant multiplicem iniustitiam. Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu & reges constituuntur apti his, qui illo tempore ab illis regantur. Quidam enim illorum ad correctionem & vtilitatem subiectorum dantur, & conseruationem iustitiæ: quidam autem ad timorem, & pœnam, & increpationem: quid autem ad illusionem, & contumeliam, & superbiam, quemadmodum & digni sunt, Dei iusto iudicio in omnibus æqualiter superueniente.

Lib. 5 c. 24. † Sap. 6 a. 11. q. 1. c. magnum. 23. q. 5 prodest. † 22. q. 1. c. mouet. §. sicut. 23. q. 1. quid culpatur. Genes. 2. Matth 4. Prouer. 21. Prouerb. 8. Matth. 17. B

✠ Tertvllianvs. Quod attinet ad honores regum vel imperatorum, satis præscriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere, secūdum Apostoli præceptum subditos magistratibus, & principibus. Sed intra limites disciplinæ, quousque ab idololatria separamur. Propterea enim & exemplum illud trium fratrū præcucurrit, qui aliàs obsequentes erga regem Nabuchodonosor, honorem imaginis eius constantissimè respuerint. Sic & Daniel cætera Dario subnixus, tamdiu fuit in officio, quamdiu à periculo disciplinę vacaret. Nam id ne subiret, non magis leones regios timuit, quàm illi regios ignes.

Lib. de idololatria ca. 15. C

b *Non est enim potestas.* Potestas est à Deo: sed quæ à Deo ordinata sunt, ergo potestas est ordinata. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, de bona potestate patet, quòd eam perfecit Deus. Rationabiliter de mala videri potest dum & boni per eam purgantur, & mali damnantur & ipsa in deterius præcipitatur. Et scias, quòd nomine potestatis interdum accipitur potestas ipsa, quæ datur alicui à Deo, aliquando ipse homo habens potestatem: quod diligens lector distinguat.

Potestas etiam mala à Deo. D

Malitia hominum cupiditatem nocendi per se habet, potestatem autem si Deus non dat, non habet: ideóque diabolus antequam aliquid tolleret Iob, dicebat domino: *Mitte manum tuam*, id est, da potestatē. Quia etiam nocentium potestas nō est nisi à Deo, sicut scriptum est loquente sapientia: *Per me reges regnant, & tyranni per me tenēt terram.* Vnde & Iob de domino ait. *Qui facit regnare hypocritā propter peruersitatem populi.* Et de populo Israel dicit dominus: *Dedi eis regem in ira mea.* Datur inquā improbis nocendi potestas, vt bonorum patiētia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Nam per potestatem diabolo data & Iob probatus est, vt iustus appareret, & Petrus tentatus est, ne de se præsumeret: & Paulus colaphizatus, ne se extolleret: & Iudas damnatus, vt se suspenderet.

Aug. in Psal. Iob. 1. Prou. 8. b. Iob. 34. d. Osee 13. c. Idem lib. de natur. boni. † 11. q. 3. qui resistit. † accipient. Iob. 1. & 2. Mat. 26. g. 2. Cor 12. c. Matt. 27. E

c *Quæ au. sunt.* id est, rationabiliter à Deo disposita, Iob ait: *Deus potentes non abijcit, cum & ipse potens sit.*

Iob. 36 a.

Gregorivs. Deum quippe imitari desiderat, qui fastigium potentiæ alienis intentus vtilitatibus & non suis laudibus administrat. Qui prælatus cæteris prodesse appetit, non præesse. Tumoris nanq; elatio, non ordo potestatis in crimine est. Potentiam Deus distribuit, elationem potentiæ malitia nostræ mentis inuenit. Tollamus ergo, quod de nostro contulimus: & bona sunt, quæ domino largiente possidemus, quia nequaquam iusta potentia, sed actio praua damnatur.

✠ Avgvstinvs. Non tribuamus dandi regni atque imperij potestatem, nisi Deo verè, qui dat fœlicitatem in regno cœlorum solis piis: regnum verò terrenum & piis, & impiis, sicut ei placet, cui nihil iniustè placet, &c. Qui dedit Mario, ipse & Caio Cæsari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianos, vel patri, vel filio, suauissimis imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo: & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostatę Iuliano. Hæc planè Deus vnus & verus regit, & gubenat, vt placet. Et si occultis causis, nunquid iniustis, &c. Origenes hom. 4. in lib. Nume. Ambro. in c. 4. Lucę.

Lib. 5. de ciuit. cap. 21.

d *Qui autem re.* Avgv. Si iubeat quod non licet, hic sanè contemnet potestatem timēdo potestatem maiorem: ergo si aliud imperator, aliud Deus iubeat, contempto illo obtemperandum est Deo.

Augu. ser. 6. de verb. Apost.

e *Principes.* Dicit, qui propter corrigendam vitam & prohibenda aduersa creantur, Dei habentes imaginem, vt sub vno cæteri.

F

f *Non sunt ti. bo. &c.* Si bonus est princeps, benè operantē non punit, sed diligit. Si malus, non nocet bono, sed purgat eum, Malus debet timere, quia instituti sunt principes, vt mala puniant.

g *Vis autem non timere, &c.* ✠ Gregorivs. Neque tamen ideo bona agenda sunt, vt potestas huius mūdi nulla timeatur, aut per hæc gloria trāsitoriæ laudis sumatur: sed cùm infirmam mentem

Tertia parte curæ pastoralis. c. 4.

CAPVT XIII.

a ¶Secularibus bonis vel malis b ¶In hoc quod sublimes. i. in mundanis, vel causa notatur. i. quia sublimiores sunt.

a Omnis † anima potestatibus sublimioribus 1

a ¶Et ideo debet subiici. ¶ Vnde. Non haberes in me po. nisi desuper da. ti. fuis. 2

b subdita sit. † Nōn est enim potestas, nisi à 3

a ¶ Rationabiliter disposita.

c Deo. Quæ autē sunt, à Deo ordināta sunt.

& huiusmodi. a ¶Vi vel dolo. b ¶In his, quæ ad potestatem pertinent. ¶. i. tributis c ¶. i. habenti potestatem Dei ordinatione d ¶Quod tam graue est.

† Itaque, qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit. Qui

¶Et ideo non debet quis resistere, sed subiici. a ¶Merito acquirent damnationem.

d autem resistunt, ipsi sibi damnationem † acquirunt. Nām 4

a ¶Boni vel mali. b ¶Ad timorem his, qui benè operantur. c ¶Quasi malè operantibus sunt timori, tu autem, &c. 5

e f g principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

✠ Omnis anima. *Postquam Apostolus de moribus instruxit Romanos generaliter, hic consequenter idem facit specialiter, & primò instruit minores, secundò maiores cap. sequen. Prima diuiditur in tres: quia primò ostendit, quòd minores debent superioribus subiectionem, secundò subuentionem, ibi:* Ideóque necessitati. *tertiò dilectionem, ibi:* Nemini quicquam. *Primum probat dupliciter. Primò ex diuina ordinatione, cui bonum est obedire & malum resistere. Ex ordinatione verò diuina est, quòd superiores regant inferiores, & inferiores eis obediant, vt patet in natura corporali, in elementis, quæ reguntur ex influentia corporis cælestis: vnde dicit Philosophus. 1. Meteororum, quòd tota regio elementaris contiguatur lationi astrorum, vt omnis virtus eius gubernetur inde. Similiter hoc patet in natura spirituali: quia angeli inferiores reguntur & illuminantur per superiores: & ita debet esse in hominibus: & hoc est quod dicit.*

Diuisio.

1 Omnis anima. *id est, omnis homo totum à parte digniori denominando.*

2 Potestatibus sublimioribus. *prælatis in spirituabus: & principibus terrenis in temporalibus, & subditur ratio.*

3 Non est enim potestas nisi à Deo. *concessa & ordinata. Cætera patent ex dictis vsque ibi.*

4 Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem. *æternam: vnde dicit Saluator. Luc. 10.* Qui vos spernit me spernit, &c. *Aliquando etiam temporalem, quia puniuntur in corpore vel in rebus, secundò probat propositum ex officijs superiorum, per quæ reprimuntur mala inquantum ex punitione malorum alij terrentur: & sic à malis arcent, & hoc est quod dicitur.*

5 Nam principes non sunt, &c. *id est, ratione boni operis, quia sicut per eorum officia reprimuntur mali, ita promouentur boni. Intentio eorum debet esse, vt subiectos faciant bonos, cætera patent vsque ibi.*

A mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret, vt & prauitatem vitaret simul & laudem, prædicator egregius ei admonendo aliquid obtulit, & aliquid tulit. Concedendo enim leuia, subtraxit acriora: vt quia ad deserenda cuncta simul non assurgeret, dum in quodam suo animus familiariter relinquitur, à quodam suo sine labore toleretur.

a *Habebis lau.* Si iusta est ipsa laudante, si iniqua, ipsa tibi laudis occasionem præbente.

b *Dei e. mi.* Ideo dati sunt rectores, ne mala fiant.

† 23 q. 5. c. non solū, & q. li. c. 1.

c *Vindex in iram.* id est, propter iram Dei vindicādam, vel vindex in iram Dei ostēdendam: quia hæc punitio indicat persistentes in malo grauius puniendos.

✠ Tertvllianvs. Tanta est apud homines homicidij vindicta, quanta ipsa, quæ vindicatur natura. Quis non præferat seculi iustitiam, quam & Apostolus nō frustra gladio armata contestatur, quæ pro homine sæuiendo religiosa est?

Lib. de anima, cap. 33. B † Exo. 20. b

✠ Leo Papa. Debet imperator, incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatā, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statutā defendas, & veram pacem his, quæ sunt turbata restituas.

Epistol. ad Leonē. Aug.

✠ Avgvstinvs. Aliter seruit rex Deo: quia homo est, aliter quia rex est. Quia homo est seruit ei viuēdo fideliter, quia verò etiam rex est seruit, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes sanciendo: sicut seruiuit Ezechias lucos & templa idolorum destruendo: Iosias talia & talia faciendo: rex Niniuitarum vniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo: Darius idolū frāgendum in potestatem Danieli dando: Nabuchodonosor blasphemiam lege terribili prohibēdo, &c.

Epist. 50.

✠ Bernardvs. Melius hæretici gladio coercerentur, illius videlicet, qui nō sine causa gladium portat, quàm in suum errorem multos traiicere permittantur. Dei enim ille minister est, vindex in iram ei, qui malè agit. Mirabātur aliqui, quòd non modò patienter, sed etiam læti, vt videbantur, ducerentur ad mortem: sed qui minus aduertunt quanta sit potestas diaboli, non solum in corpora hominum, sed etiam in corda, quę semel permissus possederat. Nónne plus est sibimet hominem iniicere manus, quàm id libenter ab alio sustinere.

Ser. 66. in Cantic 1. C

✠ Hieronymvs. Tacita me forsitan cogitatione reprehendas, quòd in absentem (Vigilantium hæreticum) inuehar fatebor tibi dolorem meum. Sacrilegium tantum patienter audire non possum. Legi enim Siromasten Phinees, austeritatem Eliæ, zelum Simonis Cananæi, Petri sæueritatem Ananiam & Sapphiram trucidantis, Pauliq; constantiam, qui Elymam magum æterna cæcitate damnauit, Non est crudelitas, pro Deo pietas. Vnde & in lege dicitur: Si frater tuus, & amicus, & vxor, quæ est in sinu tuo, deprauare te voluerit a veritate: sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum, & auferes malum de medio Israel.

Epi. 53 quæ est adu. Vigil. ad Ripariū presbyt. Deut. 12.

d *Ideo enim.* Subditi esse debetis, quia etiam ideo. id est, propter ostendēdam subiectionem præstatis quasi reddituris: quia reddent dum pugnant pro patria, & dum agunt iudicia, vos præstatis seruientes Deo. Per hoc enim, quòd illis tributa datis, Deo seruitis, quia ministri Dei sunt, Vel præstatis tributa, quia ministri Dei sunt, vt boni laudentur, mali puniantur. Illi dico seruientes vobis, propter hoc dum patriam defendunt.

D

e *Tribu.* Vel, tributum quod domi soluitur. Vectigal quod ad domum domini vehitur.

✠ Ivstin. martyr. Vectigalia tributáque à vobis (Imperat.) instituta, vbique ante omnes conamur pendere, sicut nos ipse Christus docuit. Nam cùm sciscitarentur ab eo, Num oporteat tributum dari Cæsari, respondit, *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt, Dei Deo.*

† oportet esse subditos. Apolog. 2. † incūbētes. † 23. q. ii c. si in morte. Matt. 12. c. 2. Timo. 2. E Matth 22.

✠ Ambros. Si tributum petit imperator, non negamus: agri ecclesiæ soluunt tributum. Si agros desiderat imperator, potestatem habet vendicandorum: tollat eos si libitum est. Imperatori non dono, sed non nego.

Lib. 5. epist. ep. 32 & 11. q. 1 c. Si tributum.

✠ Concilivm Lateranense. Clericus tametsi à tributorum præstatione liber sit, tamen si ad id necessitas adegerit, propriis etiam bonis parcendum non est, quatenus reipublicæ saluti consulatur.

f *Nemini quic.* Pax ad omnes, dilectio inter fratres. Aliter enim verè fratres non sunt.

g *Diligatis.* Mentio fit hic de charitate: quia valet ad hanc humilitatem. Sola enim charitas est, quæ etiam reddita semper retinet debitorem. Redditur enim cùm impenditur, debetur autem etiam si reddita fuerit: quia nullum est tempus, quo impendenda non sit. Nec cum redditur amittitur, sed potius reddendo multiplicatur, habendo enim redditur, non carendo, vt pecunia, quæ reddi non potest, nisi habeatur, nec haberi nisi reddatur, immo cum redditur ab homine, crescit in homine, & tanto maior acquiritur quanto pluribus redditur.

Charitas quomodo reddenda. Aug. epi. 62. quæ est ad celestinum diaconum. F

h *Diligit proximum.* Cum duo præcepta sint charitatis, pro vtroque vnum sæpe ponitur, quia nec Deus sine proximo, nec sine Deo proximus diligitur vel potest diligi. Dilectio proximi in factis apparet, dilectio Dei amplius latet. Ideo hanc specialius ponit, de qua dominus ait: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem:* vbi illud mandatum maius dilectionis Dei videtur esse prætermissum. Sed bene intelligentibus vtrunque inuenitur in singulis: quia qui diligit Deum, nec potest ipsum contemnere quem Deus præcipit diligi, & qui sanctè ac spiritualiter diligit proximum, quid in illo diligit nisi Deum?

Augu. lib. 8 de Trinit.

i *Proximum, legem.* Omnem hominem intelligi oportet, quia nemo est, cum quo sit operandum malum. Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt, aut quia iniusti sunt, amare debet. Sic enim & seipsum amare debet, scilicet, vel quia iustus est, vel vt iustus fit. Qui enim aliter se diligit, iniustè se diligit: quia ad hoc se diligit, vt sit iniustus, ad hoc ergo, vt sit malus, ergo iam se non

Aug exposi. in episto. ad Galat. Et in Psal. 11.

a ¶Quæcunque sit. b ¶Et non est, vnde timeas. c ¶Etiam si mala, dum tibi est causa maioris coronæ.

a non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex

a ¶Verè ex illa habebis laudem, quia Dei minister est tibi faciens bonum, siue bonus siue malus. b ¶Bono non est timendum.

b illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum

a ¶Timendum est, quia habet gladium iudiciariam potestatem, non sine causa: sed vt malos puniat, & hoc est, Dei minister, loco Dei vindicat.

feceris, time. † Nō enim sine causa gladium portat. Dei enim 1

¶. i. ad damnum eius. a ¶Quia minister Dei. b ¶Vel necessitas necessariæ ordinationi. 2

c minister est: vindex in iram ei, qui male agit. Ideoq; † neces- 3

¶Quasi ex necessitate. a ¶Principis vitandam vel Dei.

sitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam pro- 4

a ¶Vt munda sit mens vestra diligendo prælatum. b ¶Hæc est probatio subiectionis. 5

d pter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri 6

a ¶Propter hoc ipsum tributum seruiunt vobis in defensione patriæ. b ¶Quia ministri Dei. 7

enim Dei sunt, in hoc ipsum † seruientes. † Reddite ergo 8 9

a ¶Vt, scilicet, laudetur disciplina euangelica. b ¶Debetis. c ¶Quod regiones soluunt. d ¶Reddite. e ¶Debetis. f ¶Stipendium quod datur dominis, quando merces per patriam vehuntur. g ¶Reddite. 10

e omnibus debita. Cui tributum tributum, cui vectigal vecti- 11

a ¶Debetis. b ¶Vt assurgere. c ¶Reddite. d ¶Vt dominium timeamus, & vereamur personas. e ¶Cætera ita soluite, vt non debeatis aliquid. 12

f gal, cui honorem honorem, cui timorem timorem. Nemini 13

¶Charitatem ita soluite, vt semper debeatis. 14

g quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim di- 15

¶Et hoc per partes ostendit.

h i ligit proximum, legem impleuit. † Nam nō adulterabis, non

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non e. si. *Potestas enim secularis portat gladium domini materialem, potestas ecclesiastica spiritualem. Et subditur causa.* 2 Dei e. m. est: vin. in i. *i. in punitionē ei, qui male agit.* 3 Ideoque n. *Hic ostendit, quòd inferiores debent superioribus subuentionem ad necessaria secundum status sui conditionem: quia nemo militat suis stipendijs, & hoc est quod dicitur:* Adeoque ne. *scilicet, superiorū procurandæ.* 4 Su. e. *soluendo ratam vestram debitam.* 5 Non so. pro. i. *i. punitionem vitandam.* 7 Sed etiam pro, con. *Quia quilibet tenetur reddere debitum: Et explicat magis in speciali, dicens.* 7 Ideo enim & t. p. *ad hoc enim principaliter sunt instituta.* 8 Ministri enim d. *s. quia sunt executores suæ iustitiæ.* 9 In hoc ipsum ser. *scilicet, Deo & etiam hominibus rempublicā conseruantes: ideo concludit.* 10 Reddite er. &c. cui tri. *s. principibus. Est enim tributum, quod redditur pro tota patria.* 11 Cui ve. *pro vectione rerū cuiusmodi sunt pedagia: & hoc soluitur à singulari persona: quia non omnes talia habent soluere, quæ reddenda sunt pedagiarijs, qui communiter hoc accipiunt ad talem finem.* 12 Cui ti. *s. dominis.* 13 Cui hono. *s. virtuosis & in dignitatibus existentibus, qui sunt custodes virtutis.* 14 Nemini quicquam. *Hic consequenter ostendit, quòd inferiores debent superioribus dilectionem & primò ostēdit propositum, secundò quòd tempore nouæ legis hoc debitum est maximè reddendum, ibi.* Et hoc sciētes. *Circa primum dicit:* Nemini quidq. *Hoc enim habet speciale hoc debitum, quòd quantumcunque reddatur de præterito vel præsenti, adhuc debetur reddendum in futuro.*

15 Qui enim dili. proxi. le. imple. *Omnia enim mandata decalogi*

Decalogi ordinatio ad dilectionem.

non diligit. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.*

Psal. 10. b a *Et hoc scien.* PHOTIVS apud OECVMEN. Hoc prædictis A appensum est, & ad illa redditur, quũ sit magis intensio, & exhortationem manifestet prædictorum, *Omnis anima potest, &c. Reddite omnibus debita. Nemini quicquam debeatis, &c.* Hæc ergo facite ait, propter prædicta, & ob id maximè, quòd sciamus tempus vitę nostræ abbreuiatum, & oportet nos veluti ex somno quãtocius excitari: Manifestum enim est quòd nunc multomagis fini vitę nostræ accedimus, quàm tum cùm credidimus. Salutem vocat finem vitæ, quia tunc his, qui digni sunt, salus ac fruitio magis detegitur, &c.

occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non
a ¶Per Moysen. b ¶Quod Moyses fecit in Leuitico.
concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc † verbo
a ¶Continetur, impletur. b ¶In bono, quoniam, qui diligit iniquitatem, odit animam suam. c ¶Qui diligit, bene facit, quia nullum malum: & ideo plenitudo legis.
instauratur: † Diliges proximum tuũ, sicut teipsum. Dilectio 1
a ¶Plenè legem implet, qui diligit. 2
proximi malum non operatur. † Plenitudo ergo legis est di- 3
¶Scimus, quia dilectio malum non operatur. a ¶De torpore. 4
a lectio: Et hoc scientes tempus, quia hora est iã nos de somno 5
b a ¶Benè operando. b ¶Surgere debemus. c ¶Magis debita per opera bona 6
d ¶Aeterna quæ nobis promittitur. e ¶Tunc. 7
c surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam † cum 8
d a ¶Quia credidimus & operati sumus, turpius est nisi surgamus. ¶Tantum. 9
e credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. 10
¶Propter interfertas causas. a ¶Vt ornamento. b ¶Virtutes. c ¶Quæ lux. i. fides exigit. 11
f Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, 12
a ¶Acceptis virtutibus: in actu earum exerceamus nos sicut decet in die fidei. 13
b ¶Hæc sunt opera tenebrarum. ¶Luxuriosis conuiuiis. 14
g sicut in die honestè ambulemus. † Non in commessationi- 15

†Leui. 19 b

† sermone summatim comprehẽditur.

† Consummatur.

† tum cum credebamus.

†44. di. c. 1. Luc. 21 f

B

HAYMO. Mos est scripturæ sacræ horam sępissimè pro tempore ponere, sicut & diem. Hæc igitur hora tempus est euangelicæ prædicationis, finísque seculi, in qua sumus iam positi, de quo aliàs dicit: *Ecce nunc tempus acceptabile, &c.* Dicit ergo omnibus credentibus: Hoc scientes scimus, quia tempus est nos de somno pigritiæ & desidiæ surgere: de somno quoque infidelitatis, vitiorum, atque ignorantiæ. Ille surgit, qui iacebat: & nos si hactenus iacuimus in vitiis, & torpore vitiorum, surgamus ad bona opera agenda, & laboremus viriliter studioséque.

Alia commendatio charitatis. Nam malum non facit, & opportunitatem parat bene operandi.

Et hoc scientes. scilicet, quia hora est. vel sicut quidam libri habent: hoc tempus, scilicet gratiæ, scientes. Iam ex quo dilectionem habuimus. est hora, id est, opportunitas, sed breuis.

b *Somno surgere.* Somnus est negligentia vel ignorantia.

c *Nunc enim.* Causæ interpositæ, quare surgere debeamus.

C d *Propior est.* Bene operãs vicinus est æternæ vitæ. Baptismus enim est ad veniam, vita bona ad coronam.

Vel, propior, quia plus morti proximi sumus.

OECVMEN. Propior est nostra salus, præsertim quod vita paululum retracta, propius efficitur tempus resurrectionis ac salutis nostræ, quàm tum cùm initio venimus ad fidem. Si fuerimus vt oportet, præparati, salutaris nobis erit iudicij dies: sin autem, perniciosus. Verisimile est quod Romani initio quidem tanquam recentes in fide feruerent, postmodũ vero languescerent. Hoc ergo latenter innuit, ac si dicat: Quanto propinquior est nunc nostra salus, hoc est, iudicij dies salutaris, magis diligentes esse oportet, & non segnes effici.

e *Nox præcessit.* Item quare surgere debent ostenditur: quia, *nox* infidelitatis & ignorãtiæ, *Præcessit.* i. fuit: sed modo non est: cuius memoria monet, vt caueatis. *Dies*, æterna beatitudo. *Appropin.* dum peccata remissa, dum iusti per gratiam. *Nox*, vetus homo, qui in baptismo præteriit. *Dies*: sol iustitiæ, cuius luce veritatem didicerunt, vt sciant quid agendum sit. D

OECVM. Noctem vocat præsentem vitam, quòd nihil à somniis differant quæ in ea sunt: diem verò tempus futurum, quòd in eo manifestanda sint occulta.

HAYMO. Nox est cæcitatis infidelitatis, ignorantia, conuersatio tenebrosa in peccatis. Ista nox quotidie præcedit in electis, & ad vitam æternã prædestinatis appropinquat dies, illuminatio videlicet fidei, cognitio sanctę Trinitatis, & splendor virtutum, quoniam dum transeunt quotidie per mortem corporis ab ærumnis huius seculi, in lucem supernę claritatis colliguntur. Vel etiam per mortem possumus intelligere omne spatium præsentis vitæ, vsque ad finem seculi.

CHRYSOSTOMVS. Quando noctem ad diluculum vsque properare videmus, garrientémque hirundinem audiuimus, proximum excitamus, solicitando alius ad alium, diem factum dicimus, exurgere, & ad facienda contendere incipimus. Quod igitur in temporalibus facimus, istud & hîc faciamus. Exuamus phantasias, liberemur ab huius vitæ somniis, excutiamus profundum mentis soporem, induamúsque loco vestimenti virtutem. E

f *Operate.* Opera mala, quæ ex tenebris ignorantiæ venerunt vel tenebras amant, & ad tenebras ducunt.

g *Non in commess.* Nota in his Romanos tangi: & ideo non est eis ius gloriandi. Horum autem morborum superbia est mater, & humanæ laudis auiditas, quæ etiam hypocrisim sæpe generat: huic non resistit, nisi crebris diuinorum librorum testimoniis incutiatur timor & charitas.

TERTVLLIANVS. Appendices gulæ, lasciuia atque luxuria est. Quam societatem Apostolus sciens, cùm præmisisset, Non in ebrietatibus, nec in comessationibus, adiunxit: nec in cubilibus & libidinibus. Aduers. psychicos, c. 17

CHRYSOSTOMVS. Bibere non prohibet, sed præter mensuram bibere: neque vino simpliciter vti, sed cum ebrietate vti vetat.

AVGVSTINVS. Horum trium criminum cubilia & impudicitiæ: ita magnum crimen putatur, vt nemo ecclesiastico ministerio, & sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculauerit. Et rectè omnino. Sed quare solum? Comessationes enim & ebrietates: ita licitæ putantur, vt in honore etiam martyrum, non solum per dies solennes (quod est lugendum) sed etiam quotidie celebrentur. Quæ fœditas flagitiosa & sacrilega saltem de sanctorum corporum sepulchris, saltem Epist. 64. F

NICOLAVS DE LYRA.

ordinantur ad actum diligendi: quia præcepta primæ tabulæ ordinantur ad diligendum Deum, & præcepta secundæ tabulæ ad diligendum proximum. Per primum enim quod est: Honora patrem tuum, &c. *præcipitur reddi debitum omni proximo: per alia quæ sunt negatiua, præcipitur caueri ab eius documento. ideo subditur.*

1 Dilectio pro. ma. non ope. *i. cauet inferre malum proximo: & sic concluditur.*

2 Plenitu. ergo le. *i. plenaria obseruatio eius.*

3 Est dile. *Quia diligitur Deus super omnia, & proximus sicut ipsemet diligens.*

4 Et hoc sci. tem. *Hîc consequenter ostenditur, quòd hoc debitum est maximè reddendum tempore nouæ legis: quæ est lex amoris sicut lex vetus fuit lex timoris. ideo dicit:* Et hoc scien. tem. *i. conditionem temporis legis nouæ.*

5 Quia hor. est iam n. de so. fur. *i. de ocio ad opera charitatis: quia sicut dicit Greg. Charitas operatur magna si est: si autem renuit operari amor non est.*

6 Nunc e. *i. tempore gratiæ.*

7 Propior est n. sa. *Quia per Christum ianua salutis est aperta quæ tempore legis erat clausa. ideo subditur.*

8 Quam cum cre. *s. plus quam ante Christi aduentum tunc enim sciebant se patres descensuros ad inferni limbum. vnde dicit Iacob patriarcha Gen. xxxvij. g.* Descendam ad filium meum lugens in infernum: *Et sanctus Iob xvij. d.* In profundissimum inferni descendent omnia mea.

9 Nox præ. *i. obscuritas figurarum veteris legis.*

10 Dies au. appropin. &c. *id est, claritas veritatis reuelatæ in noua lege.*

11 Abiiciamus ergo opera tene. *id est, peccata, quæ dicuntur tenebrarum opera, eo quòd in tenebris fiunt, Ioan. iij. c. Qui male agit, odit lucem: & quia obtenebrant animam, secundum quod dicit Philosophus in libr. Ethicorum: Ignorat omnis malus. & quia ducunt ad tenebras exteriores. s. gehenna.* Peccata quare opera tenebrarum.

12 Et indu. ar. l. *i. virtutes quæ dicuntur arma lucis: quia contra peccati tenebras muniunt, & quia in luce fiunt, Ioan. iij. c. Qui facit veritatem, venit ad lucem, Et quia illuminant animam, & finaliter ducunt ad lucem æternam, ideo subditur.* Virtutes quare arma lucis.

13 Sicut in die. *s. iudicij.*

14 Honestè ambulemus. *id est, ad gloriam.*

15 Non in comessationibus & ebrietatibus. *vitando peccata gulæ.*

Non

saltem de locis sacramentorum, de domibus orationum, arceatur. De contentione autem & dolo quid attinet dicere, quando ista vitia non in plebe, sed in nostro numero grauiora sunt? A

a *Et carnis curã, &c.*

CHRYSOSTOMVS. Quemadmodum non bibere, sed inebriari: non nubere, sed lasciuire: ita neque carnis curam agere simpliciter prohibuit, sed ad concupiscentias addidit, quale est cùm necessarius vsus exceditur. Nam & Timotheo scribit: Modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Fugite ergo ebrios, ventricolas, delicatulos, qui nihil non faciunt, vt lasciuiant, & concupiscentiam inflamment, &c. D

a ¶Pigritiæ dormienti. b ¶Et luxuria, quæ de cibo & potu nimio.
bus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in 1
a ¶Vt solebant se inuicem præferendo in quo minor inuidebat maiori. b ¶Q. Prædicta ne faciatis. c ¶i. Formam Christi. 2
contentione & æmulatione, sed induimini dominum Ie-
¶Quem induci non cogemini seruire carni ¶Non dico in necessariis ad sustentationem. a ¶Illicitis.
a sum Christum, † & carnis curam ne feceritis in desideriis.

†Gal. 5. d. 1. Pet. 2 b. De cõse. di. 5 non mediocriter.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nõ in comessationibus & ebrietatibus. *vitando peccata gulæ.*

2 Non in contentione & æmu. *quantum ad peccata spiritualia, quæ sunt grauioris culpæ.*

3 Sed induimini dominum. *imitando sanctitatem conuersationis suæ.*

4 Et carnis curam ne feceritis in deside. *i. superfluis ita, quòd per hoc non excluditur necessitas. sed tantum superfluitas.*

ADDITIO.

In cap. 13. vbi dicitur in Postilla: Sicut in die, scilicet, iudicij.

Quod hîc dicitur. Sicut in die, non videtur propriè exponendum de die iudicij. Non enim possumus in hac vita, quæ multis incommodis & necessitatibus est subdita, sicut in die iudicij ambulare. Sed quia tẽpus gratiæ comparauit diei, di. Dies autem appropinquauit. Similiter virtutes comparauit armis lucis di. Induamur arma lucis. ideo subdit: Sicut in die honestè ambulemus, id est, in actu virtutum nos exerceamus honestè, sicut illi, qui in clara die ambulant, honestius habent incedere, quàm quia ambulant de nocte.

CAPVT XIIII.

a I*nfirmum au.* Perfectæ fidei est nullum cibum discernere, vel immũdum putare: quia *omnia munda mundis.* Sed quidam infirmi censebant à quibusdam abstinendum, & ita inter Romanos contentio. vnde præcipit tales assumere, non abiicere: sed patiendo exẽplo & verbo ad fidẽ erigere. Et si incognitũ est, quo quis animo faciat, non inde disceptare. Titum 1 d. B

AVGV. Neque diiudicemus cogitationes eius, id est, quasi audeamus sentẽtiam ferre de alieno corde, quod non videmus. Ideo sequitur & dicit, Et alius quidem credit manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Quia illo tempore multi iam firmi in fide, & scientes secundum sententiã domini, quod non macularent ea, quæ in os intrarent, sed quæ exeunt, indifferenter sumebant cibos salua conscientia, quidam verò infirmiores abstinebãt à carnibus & à vino, ne vel nescientes inciderent in ea, quæ idolis sacrificabãtur, omnis enim tunc immolatitia caro in macello venundabatur, & de primitiis vini libabant gentes simulacris suis, & quædam in ipsis torcularibus sacrificia faciebant. Iubet ergo Apostolus & his, qui salua conscientia talibus alimentis vtebantur non spernere infirmitatem illorum, qui se à talibus cibis & potu abstinebant, & illis infirmis ne eos, qui carnibus vescebantur, & vinum bibebant, tanquam pollui iudicarent. Libro vno expositionis quarundam propositionũ ex epist. ad Rom. C

b *Non in discepta.* Non est damnandus cuius cogitatio non est aperta, vel de quo nescimus qualis post sit futurus.

HIERON. Nolite secundum vestras cogitationes quem lex non iudicat iudicare.

c *Infirmus.* Qui cibos discernit, putans alios mundos, alios immundos, eo quòd Iudæi prohibiti sunt edere, hunc suo iudicio relinquendum dicit, ne cum scrupulo edat. Vel licet perfecta fides, quæ omnia: tamen infirmum, qui timet casum, qui facilè impetu libidinis sternitur, edat olus, id est, tenues & aridos cibos, qui non sunt fomentum vitiorum, & abstineat ab illis quibus libido excitatur. Crassitudo enim carnium & deliciosæ epulæ prouocant corpus ad libidinem. Nota cõtra crapulosos clericos. E

a ¶Ita in vobisipsis honesti sitis, vt dictum est. ¶Illum qui nondum perfectè credit, vt credendum est. b ¶Vt Christus ægrotos. ¶Ad sanandum. c ¶Vt de occulto iudiceris reum.
a Infirmum autem in fide assumite, non 1
b † in disceptationibus cogitationum. 2
a ¶Hic talis potest assumere alios. b ¶Posse. c ¶Humanis vsibus data. 3
Alius enim credit † mãducare se omnia. 4
a ¶Hic indiget assumi, qui permittitur edere olus, in quo nulla quæstio. b ¶Et cum hæc ita sint. 5
c Qui autẽ infirmus est, olus manducet. 6 7
a ¶Omnia indifferenter. ¶Abstinentem. b ¶Quia voluntatis est edere vel non edere. 8
d Is qui manducat, non mãducantem non spernat. Et qui non 9

AMBROSIVS. Hunc ergo remittit iudicio suo, ne scandalum passus à charitate, quæ mater est animarum, recedat cum mentis perturbatione, cum Christiani pacifici debeãt esse ac quieti. Li. 3 de Virginib.

† ad diiudicationes disceptatio.

† vescẽdum esse quibuslibet.

IDEM. Dominus pro vniuscuiusq; viribus impartiri vobis alimenta dignatus, ne aut infirmum validior cibus opprimat, aut validum & fortem exilia alimenta non satient, *qui enim infirmus est olus manducet*, ait Paulus. in 9. c. Lucæ. Epist. 82.

IDEM. Hic fiducia lectionis nisi dubitet omnia edenda, quæ data sunt humanis vsibus: legit enim in Genesi, *omnia valdè bona esse, quæ creauit Deus*, ideo nihil reiiciendum: quia nec Enoch, qui Deo placuit primus, neque Noe, qui in diluuio solus iustus inuentus est, neque Abraham, Isaac, & Iacob, ab his leguntur abstinuisse. F

d *Is qui man.* Suprà præcepit non disceptare de cogitationibus aliorum, hîc præcipit non spernere.

HIERONYMVS. Habebant inter se scandala, illi illos quasi carnales iudicabant, & illi illos tanquam stultos irridebant, & superstitiosos iudicabant.

CHRYSOSTOMVS. Non dicit ne accuset, non dicit ne corrigat, sed ne vituperet, ne auersetur, ostendens quod, qui talis est, rem committat multo risu dignam.

HIERONYMVS. Non inter ieiunia & saturitatem æqualia merita dispensat, sed contra eos loquitur, qui in Christum Li. 2. in Iouinianum.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

I*Nfirmum au. Postquam Apostolus ostendit qualiter minores habere se debeant ad superiores, hîc instruxit maiores, vt bene se habeant ad minores, & primò in euitatione mali, secundò in operatione boni, ca. seq. Prima adhuc in duas: quia primò hortatur superiores, ne inferiores contemnant, secundò ne eos scandalizent, ibi :* Non ergo amplius. *Prima adhuc in duas, quia primò proponit intentum, secundò inducit rationes ad hoc persuadendum, ibi:* Tu quis es. *Circa primum dicit.* Diuisio.

1 Infirmum au. in fi. *s. de nouo conuersum & de lege catholica minus sufficienter instructum.*

2 Assum. *vos maiores. id est, ad vos sumite, eum instruendo dulciter & charitatiuè.*

3 Non in di. cogi. *id est, non iudicantes malè de ipso, donec appareat manifestè.*

4 Alius enim cre. man. se omnia, *licitè: & ille est, qui est instructus in noua lege, qui scit ceremonialia mortificata in Christi passione, & sic licitè comedit cibaria prohibita in veteri lege.*

5 Qui autem infir. est. *i. conuersus de Iudaismo & non perfectè instructus de isto: & sic dubitat adhuc an hoc sibi liceat.*

6 Olus man. *propter scrupulum suæ cõscientiæ: quia certus est, quòd olera manducare fuit licitum omni tempore. Circa quod sciendum, quòd legalia, quantum ad ceremonialia obseruanda fuerunt vsque ad passionem Christi. vnde & Christus ea obseruauit, & imminente sua passione agnum paschalem cum suis discipulis comedit. Post publicationem verò euangelij obseruatio eorũ est mortifera: quia hoc est significare, ꝙ veritas per ipsa significata nondũ per Christum est impleta. Tempore verò intermedio. s. à passione Christi vsq; ad publicatione euangelij, licitum fuit ea obseruare, maximè conuersis de Iudaismo, dum tamen ibi non ponerent fidẽ: credendo firmiter, ꝙ sine tali obseruatione fides Christi nõ sufficeret ad salutem: & hoc modo leguntur Apostoli in Actibus apostolorum ea obseruasse. secundum quod declarat Aug. in epistola ad Hieronym. diffusè: & secundum istum intellectum subditur.* Quæ legalia seruãda.

7 Is qui mãd. *cibaria lege prohibita instructus, ꝙ ista sunt sibi licita.*

8 Non ma. *reputans eum rudem & ignarum, & stolidum, fatuum, & melancholicum.*

9 Et qui non mandu. *abstinendo ex conscientia dubia.*

A ſtum credentes adhuc Iudaizabant,& eos,qui ex gentibus crediderant monet, vt non ſcandalizent illos cibo ſuo, qui adhuc infirmiores erant.

Manifeſta quæ ſint. Aug lib. 2. de ſer. Do. in monte.

a Non iudi. De manifeſtis iudicandum,& non occultis. Manifeſta verò ſunt, quæ non poſſunt bono animo fieri, vt ſunt ſtupra,blaſphemiæ,furta & huiuſmodi: de quibus iudicare nobis permittitur. Sed ea, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partē interpretemur, vt de cibis: quia poſſunt bono animo & ſimplici corde ſine vitio concupiſcentiæ,quicunque humani cibi indifferenter ſumi.

† Iaco.4.c. 2.q.1.c.multi. in fine & ca Deus. in ſi 30.q.5.c. nullū ante.

Libro vno expoſitionis quarundam propoſitionū ex epiſt. ad Rom.

✱AVGVST. In his rebus, quæ ita comprehenduntur,vt eas bono & caſto animo nō poſſe fieri manifeſtū ſit, non improbatur ſi iudicemus: itaque hoc quod de cibis dicit,quia ignoratur quo animo fiat, non vult nos eſſe iudices, ſed Deum. De illo autē nefario ſtupro, vbi vxorem quidam patris habuit, præcepit debere iudicari:non enim poterat ille dicere, bono animo ſe tam immane flagitium commiſiſſe.

B

Augu lib.de corrept. & gratia.

b Domino ſuo ſtat. De incognito corde alieni ſerui tu non habes iudicare,ſed ſuus dominus:ad cuius honorem ſtat,qui ſtat: ad quem pertinet & caſus cadentis,qui poteſt erigere vel iudicare. Stat,aut cadit,ideo dicit: quia ambiguum eſt, forſan ſtat, qui putatur cadere.

c Stat aut cadit. Per hoc oſtendit,ſe neſcire quo animo ille ſe agat in dubiis.

C d Stabit autem. Hic innuit,quòd ambigua debemus in meliorem partem vertere: & plus ſalutem quàm mortem reorum optare, &in futuro ſpem boni habere, etſi aliter ſit in præſenti.

Stabit autem. Quia neque ſi edit reus eſt, neque ſi non edit, ſi tamen deuotione hoc agit.

✱HIERONYMVS.& Primaſius,ſiue moritur,quia illo propter Deum abſtinet,& ille ſecundum Deum manducat.

e Nam alius. Suprà dixit,quòd alij omnia manducant,alij non omnia, de generibus ciborum agens hoc dicit,quòd alij omni tempore, alij aliquo certo tempore abſtinent, & vtrunque rectè fieri poſſe dicit.

✱HIERONYMVS.Iudæi inter diem,& diem iudicare non poterant, ergo de ieiunio & abſtinentia dicit, quæ nō ſunt ſub certo modo legis redacta, vt vnuſquiſque tantum faciat quantum poteſt,quantum mercedem habere voluerit. Vnde ſequitur. Vnuſquiſq; id faciat in tali cauſa quod melius eſſe iudicat. Item hoc eſt quod dicit aliquos eſſe, qui certis anni temporibus alios eſſe, qui omni tempore vitæ ſuæ ab eſu carnium decreuerunt abſtinendum. D

a ¶Omnia. ¶Non credat peccare, cum neſciat quo animo. b ¶Neuter alterum,vterque enim ſeruus Dei eſt. c ¶Manducantem vel non manducantem.

a manducat,manducantem non iudicet. Deus enim illum aſ- 1

a ¶Ad fidem. b ¶Et cum hoc eſt,ergo. c ¶Cuius valentiæ. d ¶Damnandum affirmas,quod non debes cū ſit alterius ſeruus. e ¶Quia conſcientia edat vel non edat,Deus iudex eſt cuius ſeruus eſt. 2

b ſumpſit. † Tu quis es,qui iudicas alienum ſeruum? Domino 3

a ¶Hoc de prædeſtinatis. ¶Stare poterit domino ſuo. b ¶De quo nulli eſt ambiguum. c ¶Ne ſtare ſibi arroget. 4

c ſuo ſtat aut cadit,ſtabit autē. Potens enim eſt Deus † ſtatuere 5 6

d a ¶Q ſtabit dico,& poteſt credi ſtaturus eſſe,quia quod agit ex iudicio agit. b ¶Eſſe eligendum in abſtinentia interpoſitum. q.quidam certis diebus:quoniam omni die putant abſtinendum. 7 8

e illum. Nam alius iudicat diem † inter diem,alius autem iudi- 9

a ¶Eſſe eligendum in abſtinentia. b ¶Vt qui edit,cum gratiarum actione edit, & qui abſtinet, pro Deo faciat. ¶Eorum. c ¶.i.ſecundum ſuam conſcientiam. d ¶In melius.

f cat omnem diem. † Vnuſquiſque † in ſuo ſenſu abundet. Qui 10

a ¶.i.ad honorem & laudē domini facit.¶Deo.¶Placere ſe putat Deo. b ¶Omnia.¶Ad laudē domini. 11

b *Ne supra alienũ.* ✠ CHRYSOS. Hæc dicens ostendit se quam alienissimũ esse ab innanis gloriæ studio, illósque instruit, quòd non gloriæ desiderio, aut honoris ab ipsis acquirendi studio, scribere ad eos proposuerit sed vt ministerium suum impleat, sacerdotiumque suũ perficiat tanquam qui salutem illorum amet. Alienum autem fundamentum Apostolorum dicit non iuxta personæ qualitatem, neque iuxta prædicationis naturam, sed secundũ mercedis rationem. Alioqui prædicationes ipsæ alienæ non erant nisi quãtum ad mercedem pertinebat. Merces enim laborum qui ab aliis desudati sũt aliena erant Paulo.

c *Et qui non au. &c.* Vt verus esset de verbo Dei intellectus festinauit Gentes veritatem imbuere.

† Isa. 52.

† sæpe.

* & prohibitus sum vsque adhuc.

B

† 22 q. 2 c. beatus.

† cõmunicationem.

¶ Circumquaque. ¶ Mare. ¶ Plene prædicauerim.
per circumitum vsque ad Illyricum repleuerim euangelium
* Alias Dei. ¶ In tali loco. a ¶ Pseudo Apostolis.
a Christi. Sic autem euangelium hoc prædicaui, nõ vbi nõmi- 1
a ¶ Si enim illud facerem, hoc inde contingeret. ¶ i. ne prædicarem iam per alios conuersis, non quòd hoc non faceret, si contigisset.
b natus est Christus, nẽ supra alienum fundamentum ædifica-
a ¶ Ita feci. ¶ In Isaia ita fieri. ¶ Prius.
rem. Sed sicut scriptum est: † Quoniã quibus non est annun- 2
¶ Christo. ¶ Credent. a ¶ Prius. b ¶ Prædicationem alicuius de Deo. c ¶ Meam prædicationem esse veram.
c ciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.
a ¶ Quia tot prædicaui. b ¶ Vt pseudo apostolorum commenta praua excluderet. ¶ Sicut in initio epistolæ dixit.
d Propter quod et impediebar † plurimũ venire ad vos, & pro-
¶ Causam morandi.
hibitus sum vsque adhuc. Nunc verò vlterius locũ non habẽs 3
in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad 4 5
a ¶ Quia & hos præoccupare festinat. b ¶ Vbi difficile iter pseudo apostolis, & ideo tardare licuit.
vos ex multis iam præcedentibus annis. † Sed cũ in Hispaniã 6
a ¶ Quasi ex me nihil possum. b ¶ Quia non indigens longa mora, sed interim vos præparetis, ne me à cæteris retardetis.
proficisci cœpero, spero quòd præteriens videam vos, & à 7 8
a ¶ In Hispaniam. b ¶ Illa quę modo discors. ¶ Temporis. i. aliquandiu. c ¶ De fructu vestro lætatus.
vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero. 9
a ¶ Quia hic non habeo locum, & vos desidero. igitur Nunc. * i. indilate. ¶ Non eos coegi. 10
e Nunc igitur proficiscar in Ierusalẽ ministrare sanctis. † Pro- 11
f bauerunt enim Macedonia & Achaia † collationem aliquã 12
¶ Vel sanctos. ¶ Probauerunt. 13
g facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem. Placuit 14
h a ¶ Adeo vult esse misericordes, vt & hoc deberi dicat ab eo qui misericordiam expectat. 15
b ¶ Iudæorum qui prædicatores miserunt eis. 16
i enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorũ 17 18

D

aut omittere quin Romam iret, & in Hispanias ascenderet, vt pro grauiori labore, maiore frueretur mercede laboris. ✠ CHRYSOST. Postquam Paulus Romam ingressus est, ibi quanta cum modestia annunciat veritatem, quanta cum libertate obstruit ora impiorum! Verum, nec ibi stare contentus, etiam in Hispaniam percurrit.

Hom. 7. de laud. Pauli.

✠ ADO Viennensis. Nerone necdum in tãtam Christianorum persecutionem erumpente, quarum postea, creditur Paulus ad Hispanias peruenisse, & Arelatæ Trophimũ, Viennę Crescentem discipulos suos ad prædicãdũ reliqsse.

In sexta ætate.

e *Sanctis.* Qui omnium rerũ suarũ vẽditarum precia posuerunt ad pedes apostolorum, & passi sunt à cõtribulibus: de his cõmunis erat cura omnibus apl̃is. ✠ SEDVL. Sancti erãt in Ierusalẽ, qui omnibus suis distractis, & ante pedes apostolorũ depositis, orationi, contemplationi ac doctrinę vacabãt. ✠ HIER. Hoc cõtra illos facit qui gloriã pfectiõis impugnãt.

E

† Visum enim Macedoniæ & Achaiæ.

f *Probauerunt enim.* Ad huiusmodi opera Romanos inuitat: quia qui per misericordiam Dei viuit, pius debet esse cõfratri.

g *In paupe.* Hi totos se dederunt diuinis obsequiis, nihil mũdanum curantes, exemplũ bonæ cõuersationis dabãt fidelibus.

Augu. li. de catechizandis rudibus.

h *Placuit enim.* ✠ HAYMO. Quid acceperunt Macedones & Achaici siue Achæi à Sanctis qui erant Hierosolymis, vt eorum debitores essent? Tribus modis erant debitores eorũ: vel quia eos in fide pręcesserãt, qui ab Apostolis & prædicatoribus erudiebantur, vel quia eorũ exẽplo, & doctrina proficiẽbãt: vel quia etiã vnius fidei erãt & vnũ Deũ patrẽ habentes fratres erãt in fide. Omnes enim Christiani qui fratres sunt in fide debitores sibi sunt: vt alter alterius onera portet. Gal. 6. Posset & quarto modo intelligi, in hoc eos existere debitores eorum, quia illi die ac nocte pro salute illorum orationibus insistebant vt fides Christi in eis corroboraretur.

i *Nam si spiritualium.* ✠ HIERON. Quia doctores ex ipsis habebant, & socij facti fuerant radicis & pinguedinis oliuæ, ideóque vnusquisque in quo abundat debet alteri impertire.

F

d *Propter quod.* ✠ BASILIVS. Eorum quæ in domino rectè aguntur, alia mentis proposito, & iudicio absoluũtur: alia per corpus perficiuntur, vel studioso opere, vel tolerãtia. Quæcunque in animi sita sunt proposito, illa nullo modo potest impedire: voluntas quippe hominis subiacet solius Dei imperio. Iis verò quæ corporali operatione perficiuntur, sepe numero permittit etiam Deus accidere impedimentum, ad probandum, vel arguendum eum qui impeditur, vt vel si bonum propositum mutet, arguatur, quales sunt ij de quibus: *Ad tẽpus credunt &c.* Aut si in bono perseuerauerit, probatus reddatur in virtutum studio ac diligentia: sicut Apostolus: qui cũ sepe statuisset proficisci ad Romanos, impeditusque toties fuisset, nihilominus à proposito non destitit donec illud impleret.

li de cõtradictoribus Reg. c. 275.

Luc. 7.

C

✠ ATHANAS. Vt væ illi est qui non euangelizat, ita ipse Paulus docens & prædicans euangelium, pro gaudio & corona ipse discipulos suos habebat. Quapropter studium fuit sancto viro vsque ad Illyricum illud prædicare, neque segnescere ☞ a Vt

Epi. ad Dracontium.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sic autem. *& patet ex dictis litera. Consequenter adducit ad propositum autoritatem Esa. 52.*

2 Quo. qui. *i. Gentiles: quia per prædicationem Pauli fuerunt illuminati per fidem Christi: quia de Christo non audierunt per prophetas sicut Iudæi, nec per alios apostolos, sicut alij Gentiles, quibus prædicauerant, sicut Matthæus Aegyptijs prædicauit & alij alijs Gentibus pluribus, quibus iam ante prædicauerant.*

3 Pro. quod. *Hic consequẽter excusat se Apostolus de hoc ꝙ Romanos adhuc corporaliter non visitauit. primò declarans sui aduentus impedimentum. secundò amoto impedimento promittit suũ aduentum, ibi:* Nunc verò. *tertiò ad hæc complenda petit orationis suffragiũ, ibi:* Obsecro igitur. *Circa primum dicit:* Pro. quod & imp. pl. &c. *quia plurimo tẽpore Apostolus fuit occupatus in prædicando Gentibus in partibus Græciæ: quæ pro magna parte erant seductæ à philosophis prophanis & à falsis prophetis ante prædicationem Apostoli, vel post, sicut patebit infrà domino concedente in alijs epistolis.* 4 Nunc ve. *Hic consequenter promittit suum aduentum dicens:* Nunc ve. *vlterius.*

5 Lo. non ha. *i. non habens necessitatem ibi manendi amplius. quia licet non omnes essent conuersi, tamen per ciuitates & loca erant per Apostolum episcopi & presbyteri ordinati, qui ad conuertendum residuos, & instruendum conuersos sufficiebant absque præsentia Apostoli: propter quod festinabat ad alia loca maiora, in quibus incũbebat prædicandi necessitas.* 6 Cupiditatem autem hab. *quia ciuitas Romana totius orbis terrarũ erat capitanea.* 7 Sed cum. *Sicut enim prædicauerat in Oriente: ita desiderabat hoc facere in occidente, vbi est Hispania.*

8 Spe. quòd. *Per hoc innuit quòd non intendebat ibi diu morari, eo quòd Petrus Apostolus cum suis discipulis erat Romæ: & sic prædicatio Pauli non erat ibi necessaria sicut in Hispania.*

9 Et à vobis. *quia tunc Hispania erat Romanis subiecta, vt patet 1. Machab. viij.* 10 Si vo. pri. *i. delectatus in conuersatione & in fide vestra: & sic accipitur hic frui largè.*

11 Nunc igitur. *i. antequam vado Romam.*

12 Proficiscar in. *Conuersi enim ad fidem manentes in Ierusalem, vt essent perfectionis exemplum cæteris, abrenunciabant omnibus terrenis quantum ad proprietatem. vt patet Act. iiij. vt liberius orationi vacarent & prædicationi: propter quod vocantur hic sancti: & Apostoli solliciti fuerunt vt alij conuersi qui non abrenunciabant suis bonis terrenis, sustentarent eos suis eleemosynis. & hoc negotium Petrus & Ioannes recommendauerunt Paulo. vt patet Gal. ij. & ipse sollicite fecit, vt patet hic.*

13 Probauerunt. *i. consenserunt.* 14 Macedo. & Ach. *conuersi de terris istis: & per hoc intelliguntur conuersi de alijs locis.*

15 Collationem aliquam. *id est, donationem de bonis suis.*

16 In pauperes. *i. qui sunt de numero sanctorum.*

17 Et debi. *scilicet vt hoc faciant eis.*

18 Nam si sp. *quia prædicatio euangelij exiuit à Ierusalem, vt frequenter dictum est suprà.* ✠ 1 Debent

☞ a *Hoc autem cum.* ✠ HAYMO. Spiritu prophetico afflatus talia cum securitate dicebat. Quod autem dicit *in abundantia benedictionis Christi veniam*, tale est quale & illud, quod in exordio huius epistolæ dixit: *Desidero (ingens) venire ad vos vt aliquid gratiæ spiritalis impartiar vobis ad confirmandos vos.* In abundãtia benedictionis veniã, id est, in plenitudine virtutum vt mea prædicatione quod minus habetis in fide, percipiatis ex virtute miraculorum quę apud vos operabor, roboremini in eadẽ fide vt maiorem Christi gratiam in meo aduentu percipere mereamini: sic etenim fecit: quia veniens ꝙ illis deerat in fide & charitate & cæteris reb. spiritualib⁹ suo aduentu suppleuit. ✠ HIERON. Sciẽs apostolus quoniam propter prædicationem Christi Romã vinctus ducendus erat in abundantia benedictionis prædicat se esse venturum, vel certè quoniam sibi conscius erat, nihilominus se habere gratiam ab aliis apostolis.

A

* laborãtẽ.

B

† ministeriũ hoc meũ quod exhibeo, acceptum sit.

¶ Vtique. ¶ Ipsi.
participes facti sunt, Gentiles debent & in carnalibus mini- 1
a ¶ Iudæis. b ¶ Quia illis hoc placuit. s. facere communionem sanctis, qui sunt in Ierusalem. 2
c ¶ i. cum perfecero opus administrationis. d ¶ Sub signo cuiusque ecclesiæ.
a strare eis. Hoc autẽ cũ consummauero, & assignauero eis fru- 3
a ¶ Et ideo interim corrigite vos. b ¶ Per vos transibo, sed tamen certus sum de gratia Dei.
ctum hũc, proficiscar per vos in Hispaniã. Scio autem quoniã 4
a ¶ Iam diu voto. b ¶ Ita vt vobis multum prodero per benedictionem Christi. 5
c ¶ Hæc est virtus signorum qua confirmati sunt. d ¶ Tandem re ipsa.
veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam.
¶ Et ideo. ¶ Si eum diligitis.
Obsecro igitur vos fratres per dominum nostrũ Iesum Chri- 6
a ¶ Si in vobis est charitas quam spiritus facit. ¶ Per.
b stum & per charitatẽ spiritus vt * adiuuetis in orationibus ve-
¶ Habitis. ¶ Ne quod defero auferant.
stris pro me ad dominũ, vt liberer ab infidelibus qui sunt in
a ¶ Mihi adiuncti. b ¶ Quasi sufficiens non diminuta.
c Iudæa, & † obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierosolymis 7
a ¶ Orate ita fieri vt hoc facto. b ¶ Hoc dicit vt ostendat omnia cum voluntate se agere. 8
c ¶ Vel vt. ¶ Quod erit illis pacatis. 9
sanctis, ut veniã ad vos in gaudio per volũtatẽ Dei, et † refri- 10
a ¶ Q venturum me spero, sed siue veniam siue non.
d gerer vobiscũ. Deus autẽ pacis sit cũ omnibus vobis, amen. 11 12

b *Vt adiuue.* Multi minimi dum congregantur vnanimes, fiũt magni, & multorum preces impossibile est vt non impetrent. Si ergo eum videre cupiunt, orent vt liberatum eum recipiant cum gaudio charitatis.

D

✠ ORIGENES. Orationes ecclesiæ & postulationes etiamsi inferioris esse meriti videantur hi à quibus oratio postulatur, non contemnendas docet.

Homil. 2. in Psal. 50.

✠ CHRYSO. O rem admirandam! O ineffabilis clementia Dei! homo mortuus Dauid scilicet, viuis patrocinatur! O Iustorum & post consummationem inexpugnabilis virorum pugna! pro his omnib⁹ gratias agamus Deo, & tales nos exhibeamus in hac vita qui possimus inuenire requiem sempiternam cum sanctis. ✠ HIERONY. Intantum iustitiam diligit Deus, vt etiã posteros sanctorum hominũ, etiam vita functorum, non suis meritis eorum & virtute tueatur.

E

† refocillet

c *Accepta.* Vt illi intellecta charitate illius erga se, cũ illo vnanimes Deo gratias agãt. Magnus enim profectus est ei, cuius ministerio multi facti læti Deũ laudant.

d *Deus au. pa.* Christus qui ait: *Pacem meam do vobis, & pacem meam re. vo* qui cũ suis vsque ad consummationẽ seculi, ita & cũ istis, Sic ipse ait: *Vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consumm. secul.* ☞ CAP.

Ioan. 14. d.

Matt. 28. d.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Debent & in car. *necessarijs ad vitam corporalem.*

2 Ministrare. *Sicut enim prælatis debentur sumptus ex debito necessitatis, eo quòd sunt prædicatores ex officio: ita alijs qui faciunt hoc ex gratia, debentur debito honestatis.*

3 Hoc au. c. *assignando eis eleemosynam per me missam.*

4 Proficisc. *ita enim proponebat facere.*

5 Scio au. *i. in abundantia bonorum spiritualium, sicut Gen. xxx. d. dixit Iacob ad Laban:* Benedixit tibi Deus ad introitum meum, *de multiplicatione bonorum temporalium: & magis propriè benedictio dicitur de multiplicatione bonorum spiritualium.*

Circa partem istam duo sunt notanda. Primum est solicitudo Apostoli circa ecclesiam Dei, quia publicato euangelio in partibus orientis festinabat Ierusalem ad ministrandum vitæ necessaria sanctis, & inde celeriter Romam transiens ad prædicandum verbum Dei in partibus occidentis. Ex quo nostra negligentia ostenditur valde reprehensibilis. Secundũ est: quia ex dictis videtur, quòd Paulus in Hispania prædicauit: cuius contrarium videtur dicere decretum di. xj. ca. Quis nesciat. *s. quòd de apostolis solus Petrus docuerit in his prouincijs, Italia, Gallia, Hispania, Aphrica, & Sicilia. Propter quod dicunt aliqui, quòd Paulus prædicare proposuit in Hispania supposita Dei voluntate sicut dicitur hic: propter quod verum dixit, licet ibi non fuerit impedimento superueniente. Alij verò dicunt, quòd in Hispania prædicauit: & hoc dicit Isidorus in lib. de ortu & obitu auctorum. Et idem videtur dicere Hiero. in li. illustrium virorum, quòd Paulus in prima satisfactione à Nerone dimissus in occidentis partibus prædicauit. Ad decretum autem respondent aliqui, quòd non negat simpliciter in Hispania Paulum & in alijs dictis prouincijs prædicasse: sed dicit quòd hoc non legitur. Sed contra hoc videtur quod dicitur Act. vl. Paulum biennio Romæ fuisse, & ibidem disputasse & docuisse: quæ tamen est in Italia de qua loquitur decretum sicut & de Hispania. Propter quod aliter potest dici, quòd intentio decreti est quòd nullus prædicauit vel ecclesias cõstituit in dictis prouincijs nisi Petrus, vel alij & ordinatione & iussione ipsius: & hoc modo Paulus in Italia & Hispania non prædicauit.*

An Paulus Hispanis prædicauerit.

C

6 Obsecro. *Hic consequenter Apostolus petit orationum suffragia, vt impleantur prædicta: quia eundo Ierusalem, ab insidijs Iudæorum, ei imminebant in via & termino multa pericula, sicut habuit per reuelationem, & patuit ex euentu Act. xx. ideo dicit:* Obsecro au. vos fra. per domin. *Et patet litera vsque ibi:*

7 Et obsequij. *i. eleemosyna per obsequium meum à Gẽtibus oblata.*

8 Accepta fiat. *scilicet Deo ad gloriam.*

9 Sanctis. *pauperibus ad eorum indigentiam releuandam.*

10 Vt veniam. *officio dicto peracto.*

11 Et refrig. *per receptionem spiritualium bonorum post multas tribulationes illatas mihi.*

F

12 Deus au. *Confirmatio est prædictorum.* ✠ CAP.

ADDITIO I.

In ca. xv. vbi dicitur in Postil. Improperia improperan. ti. ce. super me.

Improperia improperantium Deo ceciderunt super Christum: quia non recipiendo Christum Deo qui ipsum misit improperati sunt, & improperia ceciderunt super Christum qui quasi blasphemus ab eis occiditur, vt in glo.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Propterea confitebor tibi in Gentib.

Hæc autoritas Psal. Confitebor ti. &c. *non mysticè sed propriè ad literam intelligitur de Christo qui confiteri facit credentes fideles de Gentibus: Vnde statim subiungitur in Psal.* Faciens misericordiam Christo suo Dauid & semini eius vsque in seculum. *Christi enim regnum qui de semine Dauid factus est secundum carnem, ad Rom. 1. est vsque in seculum: quia regni eius non erit finis. &c.*

ADDITIO III.

In eo. c. xv. vbi dicitur in Postil. Et iterum. dicit, Isa. 35. Læta. Gentes.

Hæc autoritas quæ allegatur ab Apostolo cum dicit. Lętamini Gentes cum ple. eius: *non est in Isaia, sed potius in Deuter. 32. vbi dicitur:* Laudate Gentes cũ plebe eius. *Hebraica veritas habet: Lætamini Gentes vel exultate Gentes cum plebe eius. Quæ quidem autoritas ad literam intelligitur de vocatione Gentium, prout ibidem fuit plenè expositum in additione super illud verbum:* Laudate Gentes. *vide ibi.*

REPLICA. *In ca. xv. Bur. culpare Apostolum non veretur, quasi falsam fecerit allegationẽ, dicendo: Et iterũ Isa. ait* Lætamini Gentes cum plebe eius. *Dicit enim Burg. quòd illa allegata autoritas non est in Isa sed Deut. xxxij. Hic contra Burg. præsumptionem dico duo. Primũ quòd Burg. malè emendat allegatũ Apostoli, quia quod allegat Deut. nõ consonat intentioni Apostoli secundum verba, nec secundum sensum. Patet primum, quia non habetur ibi: Lætamini Gentes: sed habetur:* Laudate Gentes populũ eius. *Patet secũdum quòd non correspondet illa litera intentioni Apostoli: quia ibi assignatur pro causa dicti vindicta cũ subditur:* Quia sanguinẽ seruorũ suorũ vlciscetur. *Hic autẽ causa dicti Apostoli non est vita, sed gratia: quia vocatio Iudæorum & Gentiliũ. Vnde pro causa lætitiæ Gentis cũ plebe Apostolus antecedenter dixit: Propter veritatẽ. s. promissionũ, vocauit Deus Iudæos per plebẽ significatos. & per misericordiam vocauit Gentiles per Gentes significatos. Propterea inquit Apostolus:* Confitebor tibi in Gentibus, &c. *Et iterũ:* Lætamini Gentes cum plebe. *s. ratione talis vocationis non vindictæ quæ describitur Deu. xxxij. Non est igitur multum mirandũ, quòd Burg. Postillatorem inuadit, qui Apostolo non pepercit. Contra igitur præsumptionem eiusdem Bur. dico secundò quòd Apostolus rectè Isa. allegat: quia Isa. xxxv. habetur sensus quẽ hic vult Apostolus: quamuis in alijs verbis. Ait enim Isa. de lætitia deserta Iudææ & solitudinis. i. Gentilitatis, prout exponit hic Postil. & Burg. ibi eum non reprehendit. Et causa huius lætitiæ est, vt ibi dicitur congregatio Gentis & plebis in vnam ecclesiam Christi: sic & illud ca. in sensu consonat hic Apostolo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XVI.

a *Comme.a.v.* Amodo multos proponit, quibus credere debeant Romani. Q. Ita facire vt dixi. hos autē imitamini.

b *Phœbem.* s. Phœbe ditissima & nobilissima mulier fuit, quæ ecclesiam in loco Cenchris sua substantia sustentabat. Ea verò tūc temporis pro aliquo negocio Romā profecta est, per quā forsan hāc misit epistolam.

† meam

✲ CHRYSOSTO. Vide quantum illam honoret. Nam illam & ante reliquos omnes commemorat & sororem vocat. Non est autē modici momēti, Pauli Sororem vocari. Dignitatem quoque adiicit, ministram illam vocās. Tales oportet esse mulieres, non in tortis crinibus, aut auro, aut vestimento sumptuoso: sed talib⁹ factis adornatas & cōspicuas. Quæna regina adeo splēdit? &c

c *Quæ est in ministerio Ecclesiæ quæ est, &c.*

✲ HIER. Sicut etiā in oriētalibus diaconissæ mulieres, in suo sexu ministrare videtur in Baptismo siue in ministerio verbi: quia priuatim docuisse fœminas inuenimus, sicut Priscillam, cuius vir Aquila vocabatur. Vel,

d *Suscipiatis.* Vt alij codices habēt, i. valde honestè & honorificè.

e *Aquila.* Vir Priscillæ: qui coadiutores Pauli, Rom am ad confirmationem eorum venerāt. Sic & omnes alij quos salutat.

✲ AMBRO. Hi ex Iudæis fuerunt, qui credentes facti sunt socij laboris Apostolici, vt etiam cæteros ipsi exhortarentur ad fidem rectam.

Homil. 30. in mor. ali.

✲ CHRYSOSTOM. Quid maius, quid par esse poterit, quod mulier illa (Priscilla) Paulo fuerit adiumento? Quòd propriis periculis doctorem orbis conseruarit? Obserua quot & quantæ reginæ in obscuro sint silentio, dum interea tabernaculorum textoris vxor vbique cum suo textore circumfertur, mulierisque illius gloria, quatenus sol iste terram contuetur, eatenus discurrit. Totus siquidem orbis, & Persæ, & Scythæ, & Thraces, & qui in extremis habitant, mulieris huius philosophiam venerantur, beatamque dicunt. Quantas diuitias, quot diademata quot vestes purpureas cum gaudio nō proiiceres, vt tale testimonium acquireres? Non veretur vas benedictionis, mulierē, coadiutricē suā vocare, sed & gloriatur in eo. Naturam quippe fœminei sexus nō aspicit, sed volūtatem coronat. Disce mulieris huius ornatum, non corpori circundatū, sed animam ornantem, nūquam depositū in arca, sed in cēlo recondītum. Vide illorum circa prædicationē laborem, in martyrio coronam, in habitus honestatis studium, dilectionē erga Paulum, erga Christū amorē, &c.

f *Ecclesiæ Gen.* Quia hi laborant ad profectum Gentium exhortantes fidē Christi, qui etiam pericula pro Apostolo pati non recusauerunt. vnde Romani eis obedire debent.

g *Salutate Mariam.* SEDVL. docet et am in hoc fœminas debere pro ecclesiis Dei laborare: nam & laborant cùm docent adolescentulas sobriæ esse, diligere viros suos, filios enutrire, pudicæ esse, castas, domum bene regentes, benignas, subditas viris suis, hospitio recipere, sanctorum pedes lauare, &c.

h *Appel.* Per tentationes inuentus est fidelis in Christo: etsi non suus amicus, vel particeps operis. ☞ a *Aristo*

☞ a *Aristobo.* Solebat congregare fratres in Christo, quos salutat adeo probans factum illius.

b *Ex Narcissi.* Narcissus dicitur fuisse presbyter qui peregrinando confirmabat sanctos fratres, qui quia præsens tunc non aderat, suos salutat: & quia non omnium illorū merita nouerat discernit, subdēs: *qui sunt in do.* i. eos quos dignos videritis.

† familiaribus.

c *Laborauit.* Labor hic de quo crebrius Apostolus est in exhortatione & in ministerio sanctorum, & in præssura & in egestate ꝓpter Deū.

d *Et matrem.* Pro sanctitate eius vocat suam matrem, cuius filium proposuit pro ecclesiastico officio.

† Mercuriū

e *Et omnes.* Omnes quibus scribit, & quos nominat, iubet se salutare inuicem in oculo sancto, id est in pace Christi, vt religiosa sint oscula non carnalia.

✲ HAYMO. Iam quia ego non sum præsens vt vos omnes possim osculari, osculamini vos inuicem mei amoris causa, cum acceperitis hanc epistolam. Ex hoc loco aliisq; similibus, mos traditus est ecclesiæ, vt conuenientes fideles in ecclesiam, ad audiendum verbum diuinum Missarumq; celeb rationem, post orationes osculo dilectionis suscipiant se inuicem.

† contra.

f *Christi.* Quæ in Christo confidunt, non in alia re.

g *Vel vt ob.* Pseudo apostolos tangit, quos in tota epistola cauendos esse monet.

✲ HIERON. De illis dicit, qui ex circuncisione illo tempore venerant, Ieiunia, & abstinentiā destruentes, Neomenias & sabbata, & cæteras ferias, ventris gratia prædicabant dissentiētes & apostolica doctrina, & fratrib⁹ offendicula preparētes.

Hom. 32.

✲ CHRYSOST. Parænesis iterum, & post parænesim precatio. Cùm enim dixisset, vt eos qui dissidia gignunt, obseruēt, illisque non obtemperent, adiicit: *Deus autem pacis conteret, &c.*

Observa verò quàm placide adhortetur, non in persona consiliarij, sed in persona domestici, istud, multòque honore faciēs. Nam & fratres illos vocat, & supplicat. Obsecro vos, hoc est, diligenter satagite vt perscrutemini & cognoscatis eos qui dissidia & offendicula contra doctrinā quā didicistis gignūt. Ista siquidem potissimū est ecclesiæ subuersio, in partes diuisam esse. Hæc diaboli sunt arma, hoc pacto omnia sursum ac deorsum voluuntur. Donec enim vnitum fuerit ecclesiæ corpus, nullum valet habere introitum Satanas: verùm à dissidiis oritur offendiculum. Vnde autē dissidia? Ab eo quod ventri, aliisq; affectibus seruitur. Nam qui tales sunt, inquit, Deo non seruiunt, sed ventri.

h *Et per dulces serm.*

✲ CHRYSOST. Insidiarum modus aliū morbum habet, nimirum adulationem. Per blandiloquentiā inquit, seducunt corda innocentum. Rectè autem dicit per blandiloquentiam: obsequium quippe illorum in verbis hæret, mens verò talis non est, sed dolo referta.

† phil. 3. d.

✲ IRENÆVS. Hæretici suadenter illiciunt per verborū artem simpliciores ad requirendi modum: malè autem perdūt eos in eo quod blasphement, impiam ipsorum sententiam faciant in fabricatore, non discernere valentium verum à falso. Error enim secundum semetipsum non ostenditur, ne denudatus fiat comprehensibilis, &c.

Præfat in li. primum.

✲ HIERON. Quando vrgeri ceperint, aut scribendum illis fuerit, miras strophas videas: sic verba temperant, sic ordinem vertunt, & ambigua quæque concinnant, vt & nostram, & aduersatiorum confessionem teneant, vt aliter hæreticus, aliter catholicus audiat, &c.

☞ a *Vestra*

Diuisio

1 COmmen.au.vo. *Postquā Apostolus instruxit Romanos in moribus verbo prædicationis, hic consequenter idem facit exemplo imitationis, proponens eis quasdam personas imitabiles. Et diuiditur in duas: quia primò proponit exempla ad imitandum. secundò, ad perseuerandum, ibi:* Salutat vos. *Prima in duas: quia primò proponit imitanda. secundo vitanda, vt opposita iuxta se posita magis eluceſcant. secunda ibi:* Rogo autem vos. *Prima adhuc in duas: quia primò nominat personas sibi familiares. secundò: communes, ibi:* Salutate Appellem. *Prima in tres: quia primò nominat personas sibi familiares ratione beneficij, secundò, ratione meriti, ibi:* Salutate Ephenetum: *tertiò, ratione consortij, ibi:* Salutate Ampliatum. *Prima adhuc in duas: quia primò salutat personas sibi familiares ratione beneficij sibi & aliis facti communiter. secundò sibi specialiter, ibi:* Salutate Priscam. *Circa primum dicit:* Cōmen. *i. commendabilem scribo.*

2 Phœbem. *nostrā s. religione Christianitatis, nō cognatione carnis.*

3 Quæ est in ministe. ec. quæ est Cen. *est enim Cenchris portus maris propè Corinthum, vbi ista Phœbe ecclesiā edificauerat, & ibi Dei ministros suis sumptibus sustentabat.*

4 Vt eam su. *erat enim profectura ad curiam Cæsaris pro suis negociis, eo quòd illa prouincia erat subiecta Romanis, & per eam scripsit epistolam hanc Apostolus, vt innuit glossa: Hier. tamen dicit quòd Apostolus misit eam per Timotheum, ad quod concordandum potest dici quòd Timotheus iuit in societate huius dominæ & ambo fuerunt in legatione. vel quia Apostolus scripturam duplicauit propter pericula maris, & vnam misit per Phœbem, aliam per Timotheum.*

5 Dignè san *i. vt decet sanctos.*

6 Et asci. *quia inter conuersos ad fidem Romæ aliqui erant de familia imperatoris. vnde Phil. vl. d, dicitur: Salutāt vos q sunt de Cæsaris domo.*

7 Etenim ip. asti. *adiuuando & ministrando mihi & aliis beneficia.*

8 Salutate Pris. *hic consequenter nominat personas imitabiles & sibi familiares ratione beneficij sibi impensi di.* Salutate Prisc. & Aqui. *erat ante Pris. uxor Aquilæ Iudæi, cui præponit ea Apostolus quia prius credidit, & ordo gratiæ ꝓponēdus est ordini naturæ, vel q ea erat magis famosa.*

9 Adiuto. me. *hoc habetur Act. xviij. vbi hæc mulier nominatur Priscilla sicut Ioanna & Ioannita. dicitur enim Act. xviij. e. quòd Paulus māsit cum eis in Corintho cum fuissent expulsi de Roma per Claudium Imperatorem & cum eodem Paulo inde recesserunt mota seditione contra Paulum à Iudæis.*

10 Qui pro anima m. *i. pro vita mea seruanda.*

11 Suas cer. *sup. exponendo se periculo mortis: Nec hoc feceru nt contra ordinem charitatis: quia sciebant vitam Pauli magis nece ſſariam ecclesiæ propter quod eā sue propriæ vitæ præponebāt ex magna charitate.*

12 Quibus non. *qui fuerunt pro communi vtilitate ecclesiæ.*

13 Et dome. eo. ec. *i. congregationem eorū fidelium in domo eorū.*

14 Salutate E. *hic cōsequenter exprimit personas sibi familiares ratione meriti & primò ratione fidei qualis fuit Ephenetus, de quo subditur:*

15 Qui est primi. Asiæ *i. primo regeneratus in Christo: & sic fuit exemplar aliorum ad credendum: & quia homo literatus erat, Romam erat ad alios instruendum. secundò ratione meriti in operatione, ibi:*

16 Saluta. Ma. *erat enim ciuis Romana laborans ad communem pacem conuersorum ad fidem, ideo subditur:*

17 Quæ mul. la. in vo. *unde & ipsa dissensionem orientem inter eos, eo quòd Iudæi præferebant se Gentilibus & econuerso: vt dictum est. sup. i. ca. denunciauit Apostolo tanquam ei qui posset prodesse & vellet. tertiò ratione meriti in prædicatione di.*

18 Salutate And. & lu. *erant enim Iudæi natione, & forte de tribu Apostoli: & multas tribulationes sustinuerāt sicut ipse pro nomine Christi.*

19 Qui sunt no. *erant enim de. lxx. Christi discipuli. ideo subditur:*

20 Qui & an. me fue. in Chri. *quia prius vocati ab eo.*

21 Salu. Am. *hic consequenter nominat personas sibi familiares ratione consortij: & nominat hic tres, sed non exprimit vbi associauerunt eum, patet litera.*

22 Saluta. Ap. *Hic consequēter proponit exēpla personarū minus sibi*

Ostulum multiplex.

specialium. & primo quantum ad exempla in fide. secundo in bona operatione, ibi: Salutate Triphenam. *tertiò quantum ad exempla concordiæ, ibi:* Salutate Asincretum. *Circa primum ponit quatuor exēpla de fide. primum est pro ea viriliter pugnando, cum dicit:* Saluta. Ap. pro. in Chri. *i. probatum in fide Christi per tribulationum tolerantiam. secundum est fideles congregando.*

1 Saluta. eos qui sunt. *fecerat enim iste domum ad fideles pauperes congregandum: & in ista salutatione principaliter intelligitur tanquam principalis in domo. tertium est in fide proficiendo dicens.*

2 Salu. He. co. *natione & religione. quartum est congregatos in fide solidando dicens:*

3 Salutate eos. *Iste Narcissus fuit quidam presbyter discurrens per ciuitates & loca confirmando credentes in fide, & fideles pauperes recipiebat hospitio, & sic salutat eos cum ipso, vel vt hic dicit glossa tunc erat absens pro confirmatione fidelium: propter quod Apostolus non nominat ipsum, sed illos de domo sua.*

4 Saluta. Tri. *Hic consequenter ponit exempla operationis bone. & primò, in administratione bonorum corporalium: & nominat hic tres matronas quæ talia exercebant. erat enim consuetudo apud matronas deuotas hoc facere, vt patet in Actibus, & in alijs legendis plurium sanctorum. verūtamen quia tertia alias duas in hoc opere præcellebat. & ideo dicitur de ipsa:*

5 Quæ multum. *id est, amore domini.*

6 Salutate Ru. *Hic consequenter ponit exempla bonæ operationis. & primò in administratione bonorum spiritualium di.* Saluta. Ru. *qui erat sacerdos promptus ad diuina ministranda.*

7 Et matrem eius. *carnalem.*

8 Et meam. *spiritualem.*

9 Saluta. Asi. *hic ponit exempla concordiæ nominans plures habitātes & concordes charitate ad aliorum imitationem: & eadem ratione salutat sequentes, di.*

10 Salutate Philo. *Hic consequenter ostendit qualiter se debent habere ad alias fideles personas quas non nominauerat di.*

11 Salutate in. *Iste modus erat recipiendi fideles in primitiua ecclesia in signum concordiæ & charitatis. & bene dicit:*

12 In oscu. san. *ad excludendum osculum adulatorium, quo Absalon osculabatur populum. ij. Regum xv. a. Et osculum simulatorium quo Ioab osculatus fuit Amasan. ij. Re. xx. c. Et osculum proditorium, quo Iudas osculatus fuit dominum, Mat. xxvj. g. Et osculum impudicum, Prou. vij. b. de muliere adultera: apprehensisque deosculabatur iuuenem, &c.*

13 Rogo autem. *Postquam Apostolus proposuit imitanda, hic consequenter proponit euitanda. Et diuiditur in duas, quia primò ponit suam exhortationem. secundò, subiungit suam orationem ibi:* Deus autem pacis. *Prima adhuc in duas: quia primò ponit exhortationem ratione sumpta ex parte euitationis. secundò ex parte deuitantium, ibi:* Vestra autem obedientia. *Circa primum dicit:* Ro. au. v. fra. vt ob. e. *diligenter considerando & euitando.*

14 Qui disse. *id est, declinationes à rectitudine fidei.*

15 Et of. præ. do. *præbendo alijs occasionem ruinæ. Hoc autem faciebant pseudo apostoli, quos Apostolus monet euitare. Et consequenter ostenditur qualiter possint cognosci: quia malum non euitatur nisi cognitum. & hoc ostendit ex tribus. s. ex fine, quia prædicant & docent propter bonum vtile & delectabile. ideo dicit:* Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, *sed suo ventri. Secundò ex modo loquendi, qui a vitia maiorum palpant & eis adulantur. ideo dicit:* Et per dulces sermones & benedictiones, *&c. Tertiò ex eis quibus loquuntur. ideo dicitur:*

16 Seducunt cor. *i. quia simplices primò decipiuntur qui talibus facilius acquiescunt. Et dicuntur hic innocentes, non à puritate conscientiæ, sed à defectu industriæ. sicut Prou. xiiij b. Innocēs credit omni verbo.*

✲ 1 Vestra

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Vestra enim.* Ideo moneo vitare,quia vestra fides & obediẽ-
A tia vbique laudatur : quia estis in capite mundi, & sic exemplo vestro iam possent alij corrumpi. Vel rogo vitare, quia leuiter obeditis , quod bonum est & inde gaudeo , sed volo vt sitis sapientes in bono discernendo, & sine aliqua parte mali.

b *Deus autem.* Vos sitis sapientes: Deus autem *conte.Sa.* i. falsos prædicatores, vel quemlibet vobis aduersantem hominem vel diabolum.

† simpliciũ.
† synceros.

c *Sub pe.* Vt caput i. primos motus suggestionum contemnatis,sicut Euæ in figura ecclesiæ dictum est.

d *Gratia.* Gratiam quã promisit in aduẽtu suo,iã optat eis.

e *Salutat vos.* Tot & tanti congaudẽt vestro cœpto , & ideo pseuerare vos decet.

† quæstor ærarius.

f *Et vniuersa.* Et supra dixerat omnes ecclesias : sed hic dicit ecclesiam alterius
B prouinciæ, vnde Caius erat.

g *Ei autem.* Sic ego moneo.Ei autem qui potest vos confirmare sit gloria,à quo solo omnia. In quo epistolæ notatur summa.

h *Secũ. re.* Mysterium dicit incarnationem Christi , &c.

† obeditionem.

a † innocentium. Vestra enim obedientia in † omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes b esse in bono , & † simplices in malo. Deus autem pacis conc terat Sathanam sub pedibus vestris † velociter. Gratia dominid e ni nostri Iesu Christi vobiscum. Salutat vos Timotheus frater, & adiutor meus , & Lucius & Iason & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego tertius, qui scripsi epistolam hanc in dof mino.Salutat vos Caius hospes meus,& † vniuersa ecclesia in domino. Salutat vos Erastus † arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vog bis, amen.Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euãh gelium meum , et prædicationem Iesu Christi , secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti , quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum , secundum præi ceptum æterni Dei,& † obediẽtiã fidei,in cunctis Gentibus

† omni loco.
† breui.
† Totius ecclesiæ.

nia prophetarum : quia quamuis multa de gentibus antè di- D
xisset , tamen quomodo & in Christo vnum fierent & Iudæi, nemo tam apertè cognouerat.

Scrip.pro. ab eo reseratis, testimonium dantibus huic prædicationi. *Patefac.* in cunctis Gentibus ad obediendum.i. vt obediant fidei bene operando. *Taciti* aliis,sed cogniti soli Deo : quia etsi sit modo hominibus reuelatum, tamen soli Deo cognitum est , quia solus nouit cur ita factum est. In quo reprimit inquisitores qui quærunt: Cur tãtum distulit Deus? Cur tot Gentes perire permisit?

i *Aeterni Dei.* Solus Deus propriè æternus dicitur: quia sine initio , & sine fine: Non sic ignis æternus : qui licet sine fine , initium tamen habet.Illa est ergo vera æternitas quæ est vera immortalitas: Hæc est illa summa incommutabilitas, E
quã solus Deus habet, quòd immutari omnino non potest: Aliud est enim aliquid non mutari, cũ possit mutari , aliud autẽ non posse prorsus mutari. Sic ergo homo dicitur bonus, non tamẽ sicut Deus,

Aeternitas vera.

quæ æternis temporibus erant abscondita : quia licet ex aliqua parte antiquis patribus fuissent cognita , plenè tamen à nullo fuerũt scita,quousq; suo tẽpore per ipsum Christũ sũt reuelata.

✽ HIERONYM. Mysterium de vocatione vniuersarum gentium in lege diu fuerat occultum : quod nunc per Paulum euidenter patefactum est euangelium in Christo per testimonia

de quo dictum est : *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Sic homo dicitur immortalis anima , non tamen sicut Deus de quo dictum est: *Solus habet immortalitatem.* Sic & homo dicitur sapiens , non tamen sicut Deus, de quo dictum est: *Soli Deo sapienti*: Sic dicitur ignis æternus, non tamen sicut Deus : cuius solius immortalitas ipsa est vera æternitas.

Luc.8.d.
1. Tim.6.c.

☞ a Soli

NICOLAVS DE LYRA.

✽ 1 Vestra enim. *Hic consequenter hortatur eos ratione sumpta ex parte ipsorum : quia Romani dominabantur toti mundo. & ideo bona exempla eorum deferebantur ad omnes partes orbis per nuntios de Roma venientes: propter quod fideles Romæ manentes magis debebant declinare doctrinam & consortia malorum , vt bonum exemplum darent alijs per mundum. ideo dicit :* Vestra au. obe. *in fide euangelij.*

2 In omnem locum. *modo dicto.*

C 3 Gau.igitur in v. *eo quòd bonitas vestra redundat in alias partes.*

4 Sed vo. v. sa. *scilicet cognoscendo & operando.*

5 Et sim.in m. *s.operando,non in cognoscendo: quia cognitio mali vt euitetur, non solum est bona, sed etiam necessaria ad salutem.*

6 Deus autem. *Hic consequenter adiungit auxilium suæ orationis: & primò in euitandis malis di.* Deus au. pa. *s. autor & conseruator.*

7 Conterat sa. *i.aduersarium nostræ salutis,& secundo in bonis consequendis. ideo subditur:* Gratia domini, &c.

8 Salut.vos. *Suprà posuit apostolus exempla ad imitandum in bono, hic ponit consequenter exempla ad perseuerandum in bono eorum incepto: ostendens , quòd multi valentes de eorum bono gaudebant : propter quod magis perseuerare debebant. Dicit igitur :* Sal.vos Ti. *Ephesiorum episcopus.*

9 Adiutor meus. *In prædicatione Euangelij.*

10 Et Luc. *qui fuit comes Apostoli indiuiduus : vt dicit Hieron. Et patet ex Actibus apostolorum.*

11 Et Iason &c. *i. natione Iudæi : de quibus habetur in Actibus.*

12 Saluto vos ego. *Non est hic Tertius nomen numerale , sed nomen personale notarij Pauli , de cuius licentia iste posuit nomen suum in salutatione.*

13 Salutat vos Ca. *Corinthiorum episcopus , cui Ioannes scripsit epistolam : qui prædicatores euangelij recipiebat. & ideo Paulus quando ibat illuc, ad ipsum declinabat.*

14 Et vniuersa. *regimini Caij subiecta.*

15 Salu. vos Era ar. *i. princeps eius. Et sic dictus ab archos quod est princeps.*

Vel aliter & fortè melius arcarius dicitur , quia custos erat publicæ arcæ : vbi scripta & acta ciuitatis reponebantur vel vectigalia.

16 Et quar. fr. *Non sanguine sed fidei religione , & est hic Quartus nomen personale.*

17 Gratia domini. *hoc dicitur ad confirmandum prædicta.*

18 Ei autem. *Hæc est vltima pars epistolæ s.eius conclusio quæ diuisa fuit contra procemium & narrationem à principio in qua concludit Apostolus epistolam suam & diuinarum gratiarum actionem. & hoc concludit ex duobus. s. quia vocatio ad fidem est per ipsum & eius confirmatio , & ex hoc quòd mysterium Christi nostris temporibus reuelauit, quod ab antiquis temporibus fuit desideratum , & ante tempora soli Deo cognitum. Dicit igitur :* Ei autem qui potens est vos confirmare. *s. Deo vni & trino. sit supple honor & gloria. Quod hic accipitur ex fine huius partis iterum construatur cum sequentibus alijs.* F

19 Iuxta euangelium. *i. prædicationem: quod tamen est Christi,vt actoris , ideo subditur:*

20 Et. *pro id est.*

21 Prædicationem Iesu. *quem prædico autorem euangelij.*

22 Secundum reuel. *i. sacri secreti redemptionis nostræ, quod est in euangelio reseratum. propter quod Septuaginta interpretes, vbi Isa. ix.d. habet nostra translatio : Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis,pater futuri seculi,princeps pacis : sic transtulerunt: Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus.*

23 Temporibus æternis. *hominibus, Deo tamen cogniti. Dicitur autem æternis temporibus,quia æternitas qua mensuratur cognitio diuina nõ apprehenditur à nobis,nisi per comparationem ad tempus infinitũ.*

24 Quod nunc. *scilicet, tempore nouæ legis.*

25 Per scri. *Apostolis reseratas , Luc. vlti. g. Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.*

26 Secundum præ. *secundum ordinem eius quia æternaliter disposuit fienda in tempore.*

27 Et obedientiam. *i.vt cunctæ Gentes obediant fidei.*

✽ 1 Cogni

☞ a *Soli sa. Deo.* Hic error quibusdam surrepit arbitrantibus so-
A lum patrem hic significari,& ipsum solũ verè sapientẽ esse,cum tamen non sit dictum, Soli sapienti patri,sed,soli sapienti Deo: & Deus vnus ipsa trinitas : vt sic intelligamus solũ Deũ sapientem,sicut intelligimus solum Deum potentem.i.patrẽ & filium & spiritum:qui est vnus & solus Deus,cui soli seruire iubemur. Si tamẽ dixisset Apostolus: Soli sapiẽti patri.Non tamen sic separaret filiũ vel spiritumsanctum. Sicut in Apoca. de filio legitur , qui habet nomen scriptum , quod nemo scit nisi ipse.Nec ideo tamen dicitur pater nescire hoc nomen, à quo & filius inseparabilis.Sicut ergo scit pater,quod nemo scire dictus est,nisi filius,quia inseparabiles sunt pater & filius. Sic etiam si dictum esset, soli sapienti patri, simul intelligi deberet & filius & spiritussanctus,quia inseparabiles sunt.

† patefacti

a † cognĩti soli sapiẽti Deo per Iesum Christum: † Cui honor
b & gloria in secula seculorum, Amen.

b *Cui ho.*Si auferas,cui,absoluta est lectio.Beatus August.dicit apponi,& tractat quod debeat accipi.

AVGVST.Quod additur:Cui gloria , cũ sufficeret ei gloria, inusitata nostræ linguæ locutio est,non sensus ambiguus.Idem est dicere inusitato ordine verborum,ei gloria per Iesum Christum,cui gloria.Quod est vsitato ordine,ei gloria,cui per Iesum Christum gloria. Per Christum est gloria patri.i. clara cũ laude notitia: quia per eum innotuit hominibus Deus trinitas , quod est mysterium.

✽ CHRYSOSTO. Aemulatores nos Pauli , eiusdemque dignos patrocinio nos exibeamus , nec hîc solum vocem Pauli audiamus , sed & illic postquam discesserimus , athletam hunc
B Christi videre mereamur.Imo si hîc audiuerimus,& illic ipsum omnino videbimus,licet non è propinquo stantes : videbimus tamen prorsus apud regalem thronum splendentem.Vbi Che- D
rubin Deum glorificant, vbi Seraphin volant , illic Paulum videbimus cum Petro in sanctorum choro Chorypheum existẽtem & præsidentem , geminàque illic dilectione fruemur, &c. Quis mihi nunc dabit Romæ circunfundi corpori Pauli, affigi sepulchro,videre puluerẽ corporis illius, quæ adhuc in Christo deerãt adimplentis, stigmata illius gestantis, prædicationẽ euangelij vbique seminantis? Puluerem inquam , oris illius per quod Christus locutus est,per quod lux emicuit quouis fulgore clarior , & vox exiliit dæmonibus quouis tonitru terribilior. Si enim vestimenta eius horruerunt , multomagis vocem. Ipsa illos vicit, hæc orbem terrarum expurgauit , hæc morbos dissoluit,vitium expulit,veritatem superinduxit , Christum habuit inhabitatorẽ,&c.Non solum oris , sed & cordis illius puluerem videre vellem:quod si quis totius orbis cor dixerit , innumerorúmque bonorum fontem , & principium, & elementum primarium nostræ salutis , certè non errauerit,&c. Videre rursus vellem puluerem manuum illius quæ in vinculis fuerũt, per quarum impositionem Spiritus sanctus dabatur , per quas hæ literæ scriptæ sunt : & quas cum vidisset vipera, in rogũ ardentem decidit. Puluerem videre vellem oculorum bene excæcatorum primò , deinde verò ad orbis salutem respiciẽtium, qui & Christum in corpore videre meruerunt, &c. Vellem & pedum illorum videre puluerem,qui per orbem currentes non laborarunt, &c. Et quid opus est singula recensere? Vellem videre sepulchrum , quo recondita sunt arma illa iustitiæ, E
arma lucis , in quibus viuebat Christus , templa Spiritus sancti, &c.

Hom. 32.in hanc epist. ad Rom.

† suprà 11.d honor &

NICOLAVS DE LYRA.

✽ 1 Co.so.sa. Deo. *Hoc refertur ad illud quod prædicitur temporibus æternis taciti.*

2 Per Iesum,&c.*qui est mediator noster ad reducendũ nos in Deum.*

3 Cui.s.*Christo.*

4 Honor.*qui est reuerẽtia in testimonium virtutis exhibita.In Christo enim homine sunt omnes virtutes & charismata.*

5 Et gloria.*quæ est honor exhibitus alicui coram multis.Honor autem exhibetur Christo homini coram sanctis & angelis.*

6 In secula seculorum,amen.*idest æternaliter,cuius æternæ gloriæ nos participes faciat , qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.*

ADDITIO.

In ca.xvj.vbi dicitur in Postilla.Temporibus æternis taciti. Dicitur autem mysterium Christi temporibus æternis tacitum.Nam licet ex aliqua parte antiquis patribus fuit cognitum,tamen plenè à nullo erat præscitum,quousque suo tempore per ipsum Christum fuit reuelatum, & per scripturas prophetarum ab eo reseratas testificatum, vt in glo.

Prologus in epistolam primam ad Corinthios incipit.

EPistola prima ad Corinthios multas causas diuersasq; complectitur,quarum partem relatione fratrũ cognouit Apostolus. Partim ipsorum Corinthiorũ sunt literis indicatæ. Nonnullas vero pro officij sui cura , aut emendat , & variis curationibus medetur, diuersa infirmitate lan-
C guentibus. Nam apud eos primùm curatur dissensionis vitium, quod multi pseudo apostolorum intulerunt vnitatem scindentes ecclesiæ, vt proprij nominis facerẽt sectatores : quod his exprobrat verbis Apostolus:† Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrum dicit : Ego quidem sum Pauli,ego autem Apollo,ego verò Cephe, ego autem Christi.Et ob hoc quidem horum se dicit facere nominum mentionẽ,vt multò magis erubescant id se facere sub falsorum apostolorum nominibus : quod etiã si sub Pauli & Petri fieret nomine,displiceret.Secunda causa eius inducitur,qui paternæ oblitus reuerentiæ vxorem sibi non erubuit facere de nouerca. Quod facinus licet fornicationem appellauerit Apostolus, tamen ita condemnauit , vt in vltionem facti autorem talis operis diabolo iudicauerit deputandum,imposita iudiciorum & litiũ tertia quæstione. Quarto loco matrimoniorũ iura tractantur his. Quinto loco virginitatis consilium velut è vicino coniungitur. Sexto loco de escarum licentia disputatur.Septimo atque octauo loco de attondẽdo viris, & mulieribus velando capite,ac sacramentorum communione F
præcipitur. Nono loco æmulatio quæ diuersitate donorum spiritualium nascebatur sub exẽplo membrorum & corporis castigatur. Decimo resurrectionis spes multis & argumentis & rationibus approbatur. Vltimo de colligendis ad necessitatem sanctorum nomine charitatis cura, vel ædificatio cultui imponitur. Interseruntur his pauca , quæ aut , vt quibusdam videtur, pendent ex superioribus,aut habẽt, licet proprias tamen paruulas actiones.

Infrà 1.c

Incipit expositio argumenti epistolæ primæ ad Corint.

a COr s. Ach. hi ab ipso Apostolo Paulo conuersi sunt: qui præcepto domini admonitus resedit apud Corinthios per annum vnum & mẽses sex , docens inter eos verbum Dei:sed post per pseudo multifariè subuersi, vt de baptistis se iactarẽt, vnitatẽ ecclesię scin-

Incipit argumentum.

a COrinthij sunt Achaici,& hi similiter ab Apostolo audierunt verbum veritatis,& subuersi sunt multifariè à falsis apostolis. Quidã à philosophiæ verbosa eloquentia. alij secta legis Iudaicæ inducti sunt. Hos

Universidad de Deusto Biblioteca

A dētes, & sacrorū virtutē & vsum ex ministrorum meritis iudicarent, vel cōtempto Apostolo de sapientibus seculi. Sunt & alia capitula in suis locis notanda. De huiusmodi scribit eis apostolus à schismatibus illos reuocans ad vnitatem. Huic epistolæ sicut & aliis salutationem præscribit, & nomen suum quod celebre erat omnibus gentibus præponit, vt magistri nomine audito acquiescant correctioni. Et quia eis viluerat, apponit dignitatis nomen, vt est Apostolus, & non humilitatis, vt seruus. D

reuocat Apostolus ad veram fidem & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Timotheū discipulū suum.

Incipit epistola Pauli prima ad Corinthios.

a Pau.vo. Idest ab omnibus priuilegio nominis dictus: *Apostolus Iesu Christi.* Hic non seruum se nominat: quia potius erat opus autoritate & commendatione contra superbiam Corinthiorum, apud quos viluerat.

✽ SEDVLIVS. Vt enim iudices huius seculi, qui nobiliores esse videntur, ex regibus quibus seruiunt, ex dignitate qua intumescunt, vocabula sortiuntur: ita & apostolus grandem inter christianos sibi vindicās dignitatem, Apostolum se Christi titulo prænotauit: vt & ipsa lecturos nomine authoritate terreret, indicās omnes qui in Christo crederent, debere sibi esse subiectos. († per Christum Iesum) B

✽ HIERONY. Voluntate Dei vocatur quisque ad fidem, sed sua sponte & suo arbitrio creditur. sicut ait in actibus: *Non fui incredulus cælesti visioni.* († infrà 14.d) († de gratia) (Act. 26.)

b *Et Sosthe.* Ecce per eum qui inter eos versabatur, culpas eorum se rescisse innuit.

c *Fra.* Per hoc remouet, quod non malo animo ei notificauerit, sed ex charitate & desiderio correctionis.

✽ HAYMO. Quare interponebat Apostolus nomina discipulorum suorū in suis epistolis? Ob duas causas: siue vt maioris authoritatis essent, secūdum quod dominus dixit. *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum*, & aliquis diceret, quia vnius mēdacio ista excogitata sunt: siue vt impleret quod ipse docebat dicens in quodam loco: *Si cui reuelatum fuerit aliquid sedenti, prior taceat.* Nam quando dictabat epistolas, discipuli eius aderant in præsentia: & si forte alicui illorū aliter aut alia reuelata essent per spiritum sanctū, quàm ipse dicebat, quia idē spiritus erat in discipulis, qui & in magistro, sicut ab illo dicebatur, ita ponebat in ordinem, non inuidens bonus magister discipulis: & insuper nomen illius in exordio cum suo ponebat, quia quandam partem ibi habebat. (Matth. 18.) (1.Cor 3.)

CAP. I.

a ¶ A deo vel hominibus. ¶ Electus.
b ¶ Dei voluntate missus ad prædicandum Gentibus ad Christum.
a Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi 1
a ¶ Quod non illi: vestri pseudo. ¶ Non per iram.
b ¶ Hic dicitur Apostolo de eis nunciasse.
b per voluntatem Dei, & Sosthenes frater 2
a ¶ Non hominum vt vos facitis. ¶ Determinat cui scribat. 3
c ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctifi- 4
a ¶ In baptismo per Christum, non per homines. 5
b ¶ Qui vocati per prædicationem, deinde sancti facti sint vel præelectis à Deo, vt sancti sint, ita vt nihil ab homine. 6
c ¶ Quod vere dum serui. vnde: Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in ve. 7
d catis † in Christo Iesu vocatis sanctis, cum omnibus qui inuo- 8
a ¶ Non aliud ab eo. b ¶ Quod vere inuocat dum ab eo credunt regi & saluari. 9
c ¶ Mihi primitus commisso. d ¶ Corinthiorum. 10
cant nomē domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum 11
a ¶ Stantibus vt maneant, lapsis vt redeant. b ¶ Mentis tranquillitas. 12
c ¶ Ne vnio putetur personæ. 13
e f & nostro. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & do- 14
a ¶ Corde, lingua, opere. b ¶ A quo omnia credo esse, non ab hominibus. 15
mino Iesu Christo. † Gratias ago Deo meo semper pro 16
a ¶ Dum considero gratiam .i. dona Christi. ¶ Non aliunde. 17
vobis † in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu: 18

d *Cū omni* i. & omnibus scribit suffraganeis Corin. q in eis dē viciis laborabant.

e *Gratia.* Primū proponit de bonis, vt his alij cōformentur.

f *Et do. Iesu Christo.* Quia à patre personali quidē proprietate distinctus est, sed vnus cum ipso vnitate substantiæ Deus. E

✽ *Gratias Deo meo ago.* CHRYSOSTO. Monet vt ab orationibus semper incipiam⁹, & ante omnia Deo gratias agamus, cui nihil gratius, nihil acceptius, quàm & sibi & aliis gratū esse beneficiorum. Quamobrē in omni ferè epistola, hoc vtitur principio.

✽ AVGVST. Omnium quidem Deus est, sed eorū propriè Deus dicitur, qui eum diligunt, qui eum tenent, qui illum possident, qui illum colūt, qui tanquam de magna domo ipsius, sunt familia eius, redempti magno sanguine vnici filij. (In psal. 55.)

Omnium quidem Deus est potestate qua creat. Sed eorum propriè Deus dicitur, qui eum diligunt: tenent, possident, qui illum colunt, quibus subuenit. (Deus meus quare.)

☞ g *In omnibus.*

Postilla Nicolai de Ly. super episto. Pauli ad Corinthios.

CAP. I.

✽ 1 Paulus vo. Apostolus. *Hic incipit secunda pars epistolarum Pauli Apostoli, in qua incipit scribere Græcè. In præcedenti enim epistola præscripserat Romanis Latinè. Et diuiditur in duas partes: quia primò describit aliquibus ecclesiis. Secundo specialibus personis. Secunda pars incipit in prima epistola ad Timotheum. Prima diuiditur in sex partes secundum numerum ecclesiarum: quæ patebunt prosequendo domino concedente. Circa primum considerandum, quòd Apostolus in epistola præcedenti commendauerat gratiam Dei per quam Iudæi & Gentiles in vna sunt ecclesia coniuncti & per quam debent charitatiue adinuicem colligari. Gratia vero confertur in ecclesiæ sacramentis, & ideo post epistolam ad Romanos, in qua fit sermo de Christi gratia conuenienter ponuntur epistolæ ad Corinthios, in quibus epistolis eos instruit de ipsis sacramentis. Et diuiditur in duas partes secundum duas epistolas. In prima Apostolus instruit Corinthios de ecclesiæ sacramentis. In secunda, de sacramentorum ministris. In hac autem epistola primò præmittit Apostolus salutationem. Secundo, prosequitur suam intentionem, ibi:* Gratias ago. *In salutatione verò tria ponit. Primum est personæ salutantes, dicens,* Paulus vocatus Apostolus. *Ratio verò huius nominis Pauli & modus suæ vocationis ad Apostolatum ponuntur suprà j.c. ad Romanos.* (C) (Diuisio) (Diuisio)

2 Per voluntatem Dei. *Scilicet per voluntatem beneplaciti. mali verò prælati sunt per eius voluntatē digni, quæ dicitur permissio inquantum à Deo permittuntur in tali officio.*

3 Et Sosthenes fra. *Hunc autem Apostolus secum ponit in salutatione, quia detulerat ad eum defectus Corinthiorum, tanquam ad eum qui prodesse poterat & volebat, & ne Corinthij crederent ipsum Sosthenem hoc fecisse nō ex charitate, sed alia causa: ideo Apostolus posuit ipsum in salutatione Corinthiorum, tanquam optantem salutem eorum, vt per hoc ostenderet quod Sosthenes charitate fraterna motus detulerat ad ipsum defectus Corinthiorum. Secundo ponit personas salutatas, dicens.*

4 Ecclesiæ Dei. *i. congregationi fidelium.*

5 Quæ est Corinthi. *quantum ad fideles in ciuitate habitantes.*

6 Vocatis sanctis: *quia per gratiam diuinæ vocationis venerant ad sanctitatem.*

7 Cum omnibus qui inuocant nomen domini no. Iesu Christi. *quantum ad fideles habitantes non solum in ciuitate, sed etiam in tota diocesi. Ideo subditur.* F

8 In omni loco ipsorum. *i. subiecto iurisdictioni episcopi, & aliorum illius ecclesiæ ministrorum.*

9 Et nostro, *Per hoc enim, quod subijciebantur episcopo ciuitatis, non erant exempti à potestate Apostoli. Tertiò ponit bona salutaria & optata, dicens.*

10 Gratia vo. *In præsenti.*

11 Et p. *i. gloria in futuro, in qua pax perficitur, quia appetitus ibi terminatur siue quietatur: veruntamen quia hæc bona sunt à Deo solo sicut ab actore. Ideo subditur.*

12 A Deo patre nostro. *Quia est pater omnium per creationem, sed fidelium tantum per gratiæ adoptionem.*

13 Et domino Iesu Christo. *Qui est mediator nostræ salutis.*

14 Gratias ago. *Hic consequenter prosequitur Apostolus suam intentionem seu tractatum epistolarem, in qua Apostolus primò gratias agit de bonis Corinthiorum, vt libentius accipiant eius correctionem. Secundò procedit ad eorum instructionem, ibi:* Obsecro autem vos. *Circa primum dicit:* Gratias ago Deo meo. *Licet enim sit Deus omnium, tamen, dicitur specialiter Deus bonorum per fidem & deuotionem.*

15 Sēper. *i. in omnibus horis mihi ad orandum congruis & deputatis.*

16 Pro vobis. *sicut pro filiis charissimis.*

17 In gratia. Dei, quæ data est vobis. *idest propter gratiam vobis datam.*

18 In Christo Iesu. *idest à plenitudine gratiæ eius secundum quòd dicitur Iohannis primo. b. De plenitudine eius omnes accepimus.*

✽ 1 Quia

☞ A a *In omnibus.* Supponit partes aliquas in omni verbo. i. in omni genere linguarum, vel in omni modo prædicandi. i. minoribus, mediocribus, & perfectis.

✽ HIERONY. In omnibus virtutibus, per sapientiā quæ amicos Dei & prophetas cōstituit: Itē aliter hoc dicēdo Apostolus ostendit eos qn ad fidē Christi accesserūt, omni gratia tūc ditatos: nūc autē nō iuxta fidem conuersantes, vacuefactā monstrat gratiā, q̄ perceperūt. († quibus rebus, vel, quē admodum.)

b *Sicut testimo.* i. ita verbū & scientiā teneatis, sicut ego prædicaui & testimonio prophetarum cōfirmaui. Vel quia firmiter fidem quam prædicaui tenetis, omnib⁹ donis repleti estis. († nō destituamini in vllo dono.) († inculpatos)

c *Obsecro.* His laudatis inuitat alios ad horum similitudinē. († infrà 10.c 1.Thes.5.d)

d *Sitis autem perfecti in eodē sensu.* ✽ OECVMENIVS. Hoc est, & sermonibus, & operibus, & sententia, & sensu sitis cōformes. Et ne inficias eant, testes eos pducit, qui tūc Chloæ erāt: Nam etsi manifestū, inquit, sit peccatum vestrum fratres tamen estis. B († integrum corpus, eadē mente.)

✽ OPTATVS Mileuitanus. Shisma sūmū malū esse, & vos minimè negare poteritis. Et tamen Dathā, Abyron, & Chore perditos magistros vestros, sine trepidatione estis imitati: nec ponere ante oculos vestros voluistis, hoc malum & verbis Dei esse prohibitū, & admissum grauiter vindicatum. Deinde, esse distantiā delictorum, aut remissio aut pœna. Parricidium principale delictū est, & tamen Cain nec reus à Deo percutitur, sed occisus insuper à Deo vindicatur. Hominū centum millia sacrilega post nunciū Ionę, ieiuniū parui temporis & oratio indulgentiā meruit: quod non sunt cōsecuti, qui populos Dei primitus ausi sunt scindere. Tot millibus virorum Israël Aaron vnum sanctum Deus prefecerat sacerdotē: sed cùm ministri eius Sacerdotium non sibi debitum concupiscētes, seducta parte populi illicitè inuaderēt, ducentos, & quod excurrit, ministros secū perituros, cum thuribulis in fronte seducti populi posuerunt. Deus cui displicet schisma, hoc libēter videre nō potuit. Iratus igitur, quod in sacrilegos & parricidam non fecerat, in schismaticos fecit. Mandata est terræ fames, statim fauces suas in populi diuisores aperuit, & cōtemptores mandatorum Dei, auido ore absorbuit, &c. (Lib. 1. cont. Par. Donat.) D

¶ Donis. ¶ In Christo, non in homine.
a quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo & in 1 2
a ¶ Intellectu scripturarum. b ¶ i. quæ de eiusdem testimoniis prophetarum prædicaui.
b omni scientia, † sicut testimonium Christi confirmatum est 3
a ¶ Diuites. b ¶ Quod necesse sit, & si non omnia habent quæ apostoli. c ¶ Spiritusancti. 4
d ¶ Cum desiderio, quia certi inde & parati. 5
in vobis, ità ut † nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus 6
a ¶ Visionem quæ post mortem vel in die iudicij, quam impij timent. b ¶ A qua expectatione non deficiatis: ipse est enim. 7 8
reuelationem domini nostri Iesu Christi. Qui & cōfirmabit 9
a ¶ Cuiusque. b ¶ Et si non sine peccato. 10
c ¶ Cum cuique post mortem manifestatur, vel confirmabit vos semper mente euntes in illum diem.
vos vsque in finem † sine crimine, in die aduentus domini 11
a ¶ Confirmabit quia. ¶ i. verus in promissis. b ¶ Qui aduersos vocauit, iam facilius conuersos confirmabit.
nostri Iesu Christi. † Fidelis Deus per quē vocati estis in so- 12
¶ Non modo apostolorum vel angelorum: sed.
c cietatem filij eius domini nostri Iesu Christi. Obsecro autem 13
a ¶ Alios. b ¶ Si vultis esse eius à quo nominamini Christiani.
vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt † id- 14
a ¶ Quod prædicti dicunt. b ¶ Oris confessione, & interius habeatis in corde. c ¶ Diuisiones. 15
d ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis † schismata. Sitis 16
a ¶ Sed. b ¶ In eadem voluntate qua prædicti. c ¶ Et in eadem intelligentia, ita & perfecti sitis. 17
autem † perfecti in eodem sensu, & in eadē scientia. Signifi- 18 19
a ¶ Hoc ideo dico, quia. ¶ Literis. b ¶ Tamen. c ¶ Locus est, vel qui sunt illius matronæ.
e catū est enim mihi de vobis fratres mei † ab his qui sūt Cloes 20
a ¶ Hoc.s. b ¶ De disciplina dominica. c ¶ Non solum contentiones, sed & verba quæ dicitis.
f quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dicō, quòd 21
a ¶ Q. Alius hoc dicit, alius illud. b ¶ i. à Paulo baptizatus.
g vnusquisque vestrum dicit: Egō quidem sum Pauli, ego 22
a ¶ Hoc est quasi idololatra. b ¶ Hoc bene illi, quales supra laudauit qui ostium habent fidei.
h autem Apollo, ego verò Cephæ, egō autem Christi.

(- aduentus) († idem) († dissidia.) († à familiaribus Cloes)

e *Cloes.* Nomen loci vel personæ. Aliquibus enim videtur locus esse, ac si diceretur, ab his qui sūt Antiochię. Aliquibus autem fœmina fuisse videtur Deo deuota cū qua multi essent colentes Deum. E

f *Hoc au.di.* Hic cōtra baptistas agere incipit, de quibus illi gloriabantur.

g *Ego qui.* Sub suo nomine & apostolorum notat pseudo, ne si diceret in nomine ipsius vel illius, videretur eis inuidere, & sibi velle attribuere. Vel si non in nomine maiorum nec minorum.

h *Ego verò Cepha.* Petrus dicitur in figura Christiani populi à petra Christo: *Tu es Petrus*, à petra quā confessus es: & super hāc petram. i. super me, non super te. Non enim dicuntur Petri, sed ☞ Christi,

(August. li 3. cont. liter. Petil. tract. 47. in Io in psal. 55. 71. 128. & li. 5. de baptis. Mat. 16.c)

NICOLAVS DE LYRA.

✽ 1 Quia in omnibus *s. pertinētibus ad salutem.* 2 Diuites facti e. *i. abundantes.* 3 In illo. *i. per illum.* 4 In omni verbo. *Quia linguis omnibus loquebantur, tunc enim baptizatis per impositionē manuum apostolorum dabatur donum linguarum, vt patet in actibus in pluribus locis.*

Vel, dicit: In omni verbo. *Quia abundabant in verbis doctrinæ: sed quia verbum non profertur nec ordinatur nisi procedat ex habitu scientiæ. Ideo subditur.* 5 In omni scientia. *i intelligētia scripturarum ad salutem pertinentium. Hoc tamen intelligendum est de maioribus illius ecclesiæ, ad quos spectabat docere.* C

6 Sicut testi. &c. *i. secundum concordiam ad eius euangelium. quod supple.* 7 Confirmatum est, &c. *Id est firmiter radicatum, aliter non esset recta scientia, si à Christi testimonio discordaret.*

8 Ita vt nihil vobis, &c. *Et in hoc ostendit gratiæ perfectionem.*

9 Expectantibus reuelationē, &c. *In die iudicij quæ reuelatio bonos faciet beatos in re: sed expectatio huius reuelationis facit eos beatos in spe. Isa. xxx. d.* Beati omnes qui expectant eum. *Et ideo de tali expectatione Corinthiorum Apostolus gratias agit Deo: & quod hæc expectatio non sit vana. sed est auxilio Dei firma. Ideo subdit.*

10 Qui & confirmabit, &c. *i. sine peccato mortali, quia peccatū veniale non potest etiam à perfectis omnino vitari.*

11 In die aduentus, &c. *Hoc dicit, quia qui sine crimine in die mortis inuenitur, in die iudicij sine crimine præsentabitur, & prædicta confirmat per fidelitatem Dei dicens.* 12 Fidelis Deus, &c. *s. ad fidē. Et sic non deficiet vobis in auxiliando vt perueniatis ad gloriam. Sed potest hîc quæri, quomodo Apostolus de Corinthiis tāta dicat præmia, cū statim postea subdat, quod inter eos erant schismata. Ad quod dicendū, quòd illa schismata non erant cōmunia, sed erant ibi multi boni & literati ac charitate cōiuncti, in quibus verificabatur verbū Apostoli. vnde dicitur quod infra aliqui Corinthiorum dicebāt* Ego autem sum Christi. *Et isti non faciebāt contentionē propter baptistas quia totā efficaciā baptismi Christo attribuebant.* 13 Obsecro autem. *Hic consequenter Apostolus incipit eos instruere. Et diuiditur in duas partes: quia primò instruit eos de sacramentis. Secundò de quibusdam aliis decimo sexto capitu.*

Circa primū sciendum, quòd in sacramentis tria sunt. s. ipsum sacramentum, & res signata & contenta quæ est gratia, & res signata & non contenta, quæ est resurrectionis gloria. Et ideo primò agit de sacramētis. Secundò de gratijs duodecimo cap. Tertiò de gloria resurrectionis, xv. ca. Prima adhuc in tres: quia primò agit de pertinentibus ad sacramentū baptismi, & cū hoc de modo docēdi, eo quòd scribitur Marci vltimo d. Docete omnes Gentes, baptizantes eos, &c. *Secūdò agit de sacramēto matrimonij v. cap. Tertiò de sacramento eucharistiæ, viij. cap.*

Circa primum sciendū, quod inter Corinth. erat dissensio propter baptistas & doctores: quia baptizati ab vno apostolo præferebant se baptizatis ab alio, quasi baptismus haberet efficaciam à ministro. Aliqui etiam doctrinam philosophorum verbis ornatā reputabant magis efficacem doctrina apostolorum talibus carente. Et ideo circa hoc duo facit Apostolus: quia primò remouet Apostolus contentionē. Secundò contētionis causam, ca. iij. Prima in tres: quia primò ponit suam admonitionē. Secūdò aperit eius intentionē, ibi: Significatū est. *Tertiò admonitionis rationē, ibi:* Diuisus est Christus. *Circa primū admonet eos gratiosè, vt eius admonitio magis recipiatur. Admonet enim eos humiliter, di.* Obsecro: *& non præcipio. Et etiam charitatiuè, dicens.* 14 Fratres. *quod est nomē amoris: & etiā reuerēter, dicēs.* 15 Per nomē, &c. *Et etiā vtiliter: quia admonet eos de vtilitate & cōcordia inter eos, de vita pariter & doctrina, dicens.* 16 Vt idipsum, &c. *ita q in verbis & factis vestris nō appareat aliqua discordia.* 17 Sitis autem, &c. *de agendis.* F (Diuisio)

18 Et in ea. &c. *De contēplandis.* 19 Significatū est. *Hic consequenter Apostolus aperit suæ monitionis intentionem. Ad hoc enim monuerat eos de charitate & cōcordia, vt conuenientius argueret discordiā ipsorū auditā. Ideo dicit;* Significatum est enim mihi de vo. fra. m. *Charitatiuè eos alloquitur, vt correctio eius melius suscipiatur.*

20 Ab his, &c. *Secundū aliquos nomen est matronæ deuotæ, in cuius domo plures fideles manebāt. Secundū alios est nomē loci prope Corinth. vbi habitabāt fideles de contentione Corinth. dolentes. Et si primo modo accipiatur vel secūdò, Sosthenes erat in illa societate, à qua fuit missus ex bono zelo hoc denunciare Apostolo.* Quia c. s. in. v. *Consequenter exprimit modum contentionis, di.* 21 Hoc. au. di. *i. refero.* (Cloes)

22 Quod vnus. ve. di. Ego quidem sum P. &c. *Quilibet enim*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi,ne esset spes in nomine, & ne esent tot baptismi quot sequi.Ministerium baptizādi dedit suis seruis Christus,potestatem autem retinuit sibi:quā si vellet poterat seruis suis dare, vt tanta vis esset in baptismo serui,quantam vim habet baptismus a domino datus:& ideo non differt, siue bonus siue malus, cui contingit ministeriū baptizandi baptizet. Inde etiam nemo dicit,baptismus meus, cum dicat:euangeliū meū, prudentia mea, gloria mea:licet hæc sint à Deo, in quibus differētia est.In hiis enim ali⁹ alio doctior, & ali⁹ alio melius operatur. In baptismate autē alius alio magis minusue baptizatus siue ab inferiore,siue à maiore baptizetur, dici non potest.

a ¶ Sed. b ¶ Vt sit vobis autor salutis.

a Diuisus est Christus. Nūquid Paulus crucifixus est pro vo- 1
b c bis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo 3
meo, quod neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & 4
Caium:nē quis dicat, quod in nomine meo † baptizati sitis. † baptizauerim
Baptizaui autem & Stephanæ domum. Cæterum nescio, si 5
quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me 6

a ¶ f.quod peccata dimittere. b ¶ In inuocatione nominis Pauli. ¶ Quia de baptistis gloriamini
¶ De hoc. ¶ Contendentium. a ¶ Qui non sunt de contentione vestra.
a ¶ Non ideo hoc dico quin bonum sit baptizare, sed ne quis. b ¶ De quo magis gloriaremini.
a ¶ Non solum filios. b ¶ Matronæ. c ¶ Familiam quæ non est de contentione.
¶ Qui sit de contentiosis. ¶ Ratio cur tam paucos baptizauit.

✠ HAYMO. Apud Corinthios emerserant hęretici, post discessum apostoli maxime si qui ex circuncisione erant Iudæi credentes , qui quoscunque baptisabant , suos esse dicebant filios;baptisantes eos in nomine suo : & illi qui ab eis baptisabantur:gaudebant eos appellari filios esse illorum à quibus baptisati fuerant. Credentes vero qui erant fidem & doctrinam Apostoli tenentes,dicebant: *Ego sum Christi*, quod vtique bene dicebant,quia sic est dicēdum. Ergo Apostolus vt comperit talia geri apud Corinthios,scripsit eis ista quæ dicūtur hīc,ostendens illorum errorem,sed nomina authorum non prodens.

B a *Dui.est*,secundum vos *Chri.* quasi multos facitis Christos. i. datores gratiarum. Vel qui operatur idem in omnibus diuisus est:dū creditur in isto plus operari:in illo minus. Vel quia hoc dicitis:modo à vobis diuisus est Christus.i.separatus.

Augu tract. 11 in Io m.

b *Nū.P.c.est*.Per hoc verum quod tenebant, facit erubescere de falsis : sicut per Christi resurrectionē quam credebant probat resurrectionem mortuorum quam negabant.

✠ CHRYSO. Intuere vtilē sententiā,quo pacto in proprio nomine omnia huiusmodi superuacanea ostēdit, quodque talis honor decet neminē.Neue his verbis inuidia vsus videatur frequenter de seipso verba facit.Et animaduerte eius prudentiam. Non enim dicet nunquid Paulus mundum condidit? Nunquid Paulus vos ex nihilo vt essetis, effecit? Sed ea tātum quæ eximia erant fideliū, & multæ beneuolētię opera meminit, crucē scilicet & baptisma , & quæ ex his prouenerunt bona.Mundi nāque opificiū sed maxime Dei in crucem consensus,eius ostēdunt benignitatē : & non dixit nūquid Paulus mortuus est pro vobis? nunquid Paulus crucifixus est?in quo etiam mortis genus affert. D

✠ AVGVST. Nos qui sumus vocamúrque Christiani, nō in Petrum credimus,sed in quem credidit Petrus:Petri de Christo ædificati sermonibus , beneficiis eius adiuti.Ille Petri magister Christus in doctrina , quæ ad vitam ducit æternam , ipse est & magister noster. Lib.18.ciui. Dei cap 54.

✠ IDEM. Apostoli per euangelium suscitantes semen fratri suo Christo,quotquot genuerūt,non Paulianos,aut Petrianos, sed Christianos nominauerunt. Paulus cùm videret quosdam currere ad nomen suum exclamauit : Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Sumus enim Christiani,non Petriani,&c. In psal. 44. E

c *Gratias ago Deo, &c.* AVGVST. Paulus gratias agit Deo,quod neminē ipsorū baptizauerit,qui tanquā obliti in cuius nomine baptizati essēt, per hominū se nomina diuidebant. Cùm enim tantum valet baptismus per hominē contēptibilē, quantū per Apostolū datus,ita nec illius,sed Christi esse cognoscitur,&c. Li.c. de baptismo.

a *Sed*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ nominabat se ab illo , à quo baptizatus erat : quasi baptismus vnius esset maioris efficaciæ quām alterius , cū tamen omnes deberent se nominare à Christo,qui solus baptizat interius, secūdum quod dicitur Ioh.j.e. Super quem videris spiritum sanctum descendētem & manentem super eum,hic est qui baptizat in spiritu sancto , & ideo baptismus non habet efficaciam à ministris,sed à solo Christo. Propter quod ad euitādum errorem Corinthiorum fuit introductū in Græcia,cuius quędam pars est Achaia,in qua est Corinthus , vt baptizaretur in hac forma. *s. baptizatur seruus Iesu Christi,&c.*Sed cessāte errore ecclesia cōmuniter baptizauit sub hac forma:Ego baptizo te in nomine patris,& cū qua melius exprimitur forma baptismi à Christo tradita, Matthei vltimo.d. Docete omnes gētes baptizātes eos in nomine patris & filij, &c. quia in forma ecclesia exprimitur persona baptizantis ministerialiter,cum dicitur : Ego te baptizo:vt videntur verba Christi sonare.

C Diuisio 1 Diuisus est,&c. Hic consequenter Apostolus ponit rationē suæ monitionis.*s.quod dissensiones non debent esse inter eos.*Et primò ostendit hoc in baptismo. Secundò, in doctrinæ verbo,ibi : Non in sapientia verbi. Prima adhuc in duas,quia primò ponit suæ monitionis rationem. Secundò excludit à se suspicionem,ibi:Gratias ago Deo meo.Circa primum dicit:Diuisus est Christus.*q.d.*videtur sequi ex verbis vestris qui maiorē efficaciam vnius baptismo, quām baptismo alterius attribuitis , quia solus Christus baptizat interius,vt dictum est:& ideo si baptismatibus plurium varias virtutes attribuitis,sequitur quod Christus sit diuisus , aliter operando in baptismatibus à diuersis ministris.

Et ad maiorē intelligentiam sciendū,quod Christus in baptismo duplicem habet virtutē propriam. Vna est diuina qua cū patre & spiritu sancto mundat interius à peccato.Et hæc potestas nulli creaturæ cōmunicari potuit,sicut nec deitas. Alia cōpetit ei secundum naturam humanam quæ dicitur potestas excellentiæ in sacramētis.Et consistit in quatuor.Primum est,quod solus Christus instituit sacramēta.Secundū, quod effectū sacramenti qui est character potuit cōferre sine sacramēto.Si autem de gratia quæ est effectus sacramenti loquimur , datur à solo Deo principaliter , à Christo verò homine ministerialiter tantū:tamē principalius cæteris ministris,quia est instrumentū deitati coniunctū.Tertiū est,quod virtus passionis eius operatur in baptismo & in aliis sacramētis. Quartū, q. ad eius inuocationē sacramenta cōferuntur. Hanc autē potestatē excellētiæ maxime quantū ad hoc vltimū potuit ministris cōferre.*s.* in eorum nominibus cōferretur baptismus,sed tamē cōmunicare noluit,ne schisma fieret in ecclesia.*s.*quod tot baptismata crederētur quot ministri. Propter quod subditur. 2 Nunquid Paulus,&c.*q.d.*nō:quia baptismus non habet efficaciam à passione alicuius sancti, nisi solius Christi. propter quod eius efficacia nō debet alteri attribui. 3 Aut in nomine, &c.*q.d.* non,sed tantū in nomine Christi, quia de Christo dicitur, *Act.iiij.b.* Nec enim aliud nomen est sub cęlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.

Potestas excellētiæ sacramentorū in quatuor.

Sed contra hoc videtur esse illud quod dicitur Matth.vlti.d. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii, & spiritus sancti,& sic non erant homines baptizādi, in nomine solius Christi sed in nomine totius trinitatis. *Ad quod dicendū,quod in primitiua ecclesia nomē Christi erat odiosum multis,procurātibus hoc Iudeis in sua malitia obstinatis. propter q. vt nomen Christi amabile & venerabile redderetur Apostoli baptizabant in nomine Christi, vt habetur Act. viij.* Et hoc fecerūt speciali ordinatione spiritus sancti:Verūtamē in nomine Christi tota trinitas intelligitur:quia Christus idē est quod vnctus, & sic intelligitur pater vngues,& spiritus sanctus qui est ipsa vnctio. Postquā autem nomen Christi factum est magnum est celebre in Gentibus:ecclesia vtitur forma à Christo instituta,baptizando in nomine patris & filij & spiritus sancti.Tamen illi qui fic etiam baptizantur,in nomine Christi baptizantur,quod nomen in nomine filij intelligitur.Igitur quia Christi nomen & eius passio & nō alterius conferunt efficaciam baptismo, ideo qui hanc efficaciam aliis tribuunt,Christum diuidunt. F

3 Gratias ago. Hic consequenter Apostolus excludit à se suspicionem, ne fortè crederent aliqui hanc diuisionem ex ipso habuisse occasionem, dicens Gratias ago Deo meo , quòd neminem vestrum baptizaui, nisi Crispū & Caium:ne quis dicat.Paucos enim baptizauerat , & illos signanter nominat, quia de illis non erant qui illam diuisionem faciebant. 4 Baptizaui autem,&c.*i.*eius familiam.

5 Cæterum nescio,&c Hoc adiūgit, ne fortè aliquis alius cum istis ab eo fuisset baptizatus,de quo non aduerterat:eo quod memoria hominū labilis est:& sic falsitas verbis eius imponeretur à falsis apostolis. Cōsequenter assignat causam quare paucos baptizauit,dicens.

6 Non enim mi. &c. *Sed contra hoc videtur esse quod dicitur Mat. vlti.* Vtes ergo docete omnes gētes,baptizantes eos,&c Et sic apostoli à Christo missi fuerunt ad baptizandū,sicut ad docendū. *Ad quod dicendū, quod licet Christus* miserit apostolos ad vtrunque,tamē principaliter ad docendū, & ideo per seipsos prædicabant,per ministros autē inferiores vt frequentius baptizabāt.Cuius ratio est , quia virtus vel sapientia baptizantis nihil operatur in baptismo,propter quod nō refert per ministrum maiorē vel minorem baptizari: virtus autē & sapientia prædicātis multum valde conferunt in prædicatione , & ideo apostoli qui maiores erant circa prædicationem , se magis occupabant exemplo Christi , qui per seipsum docebat,& per suos discipulos baptizabat , vt habetur *Ioh.iiij.* Apostoli quare per se prædicabāt.

✠ a Non

a *Sed euange.*Perfectè enim baptizare & minus docti possunt. Perfectè autē euangelizare multò difficilius est & rarioris operis.Ideo doctor gentium pluribus excellentior,euangelizare se missum dicit non baptizare.Hoc tamen necessitate instante interdum egit. A

b *Non in sapi.* Contra sapientiam seculi. *Non in sapi.per.* Sapientiam dicit philosophorum,quæ dicitur etsi non sit , vel quæ verbosos facit, q. crux.i.mors Christi euacuatur:& impossibile secūdū naturam iudicatur,vt deus immortalis moreretur.

c *Verbi.*Ibi cōpositio verborū quęritur,vbi teste virtute ipsa veritas se nō cōmēdat.

Euacuatur.Etiam crux Christi,si quomodo vel bona natura, vel alio aliquo modo præter eam credatur esse iustitia & vita æterna.

✠ HAYMO.Hæretici & Philosophi prædicabant in sapientia verbi,hoc est culto & polito sermone,vt placerent suis auditoribus:& ipsi apparerent docti:vel etiam in sapientia verbi prædicabant,quæ ea quæ mūdus,ideſt amatores,& philosophi humanæ sapientiæ,stulta putant,non prædicabāt illi.Verbi gratia Christi natiuitatem ex virgine,mortem,& resurrectionem quæ omnia illi denegabant,dicentes aliquid non posse gigni,nisi ex commixtione alterius seminis:& Deum qui spiritus est, nō esse hominem factū , neque filium Dei mori potuisse,sed quādo voluit apparuit, & quādo voluit recessit,neq; resurrexit, quia non mortuus est.Ista omnia philosophi & hæretici quia per humanam sapientiam penetrare nō poterant , dicebant mendacium, & annihilabāt passionē Christi.Sed Apostolus prædicebat simplicibus verbis Christum esse natum de virgine,mortuū, & resurrexisse,vt auditores eius intelligere possent quę loquebatur. B

d *Pereuntibus.*i.sapientibus mundi, quorum & sapientia perit, & falsa ostenditur,& ipsi damnandi sunt.

e *Dei vir.*Dū occisus diabolum vicit,& hominē liberauit , vel virtutē dat credētibus per quam fiunt miracula,cum res exigit.

f *Scriptum est enim.*Ideo non misit me in sapiētia , quia prædixerat ,quod in prædicatione eam non reciperet euāgelica , sed perderet & reprobaret de collegio prędicatorum suorum:& sic factum est.

g *Perdam sa.*Non ergò de sapientioribus gloriandum.

BERNARDVS. ✠ Perdiderunt sapientiam quia sua sapientia perdidit eos.

✠ HIERONY. Hoc in aduentu saluatoris asserit impletū:id est, ad nihilū redigam.Eligendo piscatores , artē Rhetoricā & philosophiam reprobauit. Queritur plane vnde sit ipsa sapiētia quā reprobat Deus. Scriptū est enim, *quod omnis sapientia à domino Deo sit* , id de bona naturaducit exordiū. Hoc enim habet sensus humanus,vt quocunque cum tetēderis cōsequatur,& paulatim meditādi proficiat. Inde est quod multi illiterati pœmata componunt tā exquisita quæ viri eruditissimi admirentur. Hunc ergo sensum quem Deus ad se ex creaturis agnoscendum & suā voluntatem inquirendam dederat , illi ad inquirenda superflua & curiosa verterunt. D Sermo 74. super cauci.

h *Vbi sa.* Inter prędicatores,inter quos si esse voluit,sapientiam illā abiicere oportuit.Scriba , qui de moribus vel actibus præcepta dat.Cōquisitor,qui secreta naturæ rimatur.Tales non recipit,sed stultos facit.Vel pereuntibus dico,sicut scriptū est,quod perderet & reprobam falsāmque faceret.

*Vbi sa.*probate.Falsæ sapientiæ insultat apostolus. Vbi? quasi nihil valet.Et est inuectio in Iudęos & in Gentiles.Nam Scribę Iudæorum & legisdoctores , & si nihil impossibile Deo credūt, tamen quia in lege non adeò apertè habēt , diffidunt Dei filium esse mortuū & huiusmodi. Gentilibus verò pro humana ratione stultitia est. E

Sapiens Genus vtriusque est & Scribæ & inquisitoris.

i *Nonne stultam.&c.sapien.hu.mun.*

✠ AVGVST. Ipse modus quo mundus credidit,si cōsideretur, incredibilior inuenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis , & omnino quātum ad istorum doctrinas attinet,impollitos, non peritos grammatica,non armatos dialectica,non rhetorica inflatos,piscatores Christus cū retibus fidei ad mare huius seculi pauciſſimos misit,atque ita ex omni genere tam multos pisces, & tanto mirabiliores , quāto rariores,etiam ipsos philosophos cepit. Duobus incredibilibus si placet,addamus hoc tertium. Iam ergo tria sunt incredibilia , quæ tamen facta sunt. Incredi- Lib. 22. ciuit.cap.5.

bile

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non in sa. *Hic consequenter reprobat contentionē Corinthiorū ex parte doctrinæ:quia eorum aliqui doctrinā pseudoapostolorū ornatā verbis & rationibus humanæ sapientiæ præferebāt doctrinæ apostolorū Christi,quæ non erat in foliis verborū.sed in virtute spiritus sancti:propter quod Apostolus primò ostēdit modū illū non esse conuenientē doctrinæ Christi.*

Diuisio C *Secundò,declarat se non fuisse vsum tali modo docēdi,ca.se.* Circa primū ponit intentum dicens:Non in sa.Et continuatur cū præcedēti litera sic: *quia dixerat:*Non enim misit me Christus baptizare, sed euan.*i.* euangeliū prædicare.Non in sapientia verbi *i.in* sapientia mundana,

Vide Hier. epist.ad magnum. *euangeliū prædicare.*Non in sapientia verbi *i.in* sapientia mundana, quæ ornatis verbis & rationibus sumptis ex apparentibus secundū sensum *imitit*ur.Illa autē quæ sunt fidei,excedūt humanā rationē & sensum. Et ideo ille modus docendi non est cōueniens doctrinæ fidei.Sed cōtra hoc videtur esse,quod multi doctores cathol ci , vt *Au.* & alij in doctrina fidei, detur esse,quod multi doctores cathol ci , vt *Au.* & alij in doctrina fidei, Differūt docere in doctrina verbi.& vti sapiētia verbi *vsi* sunt rationibus humanis & verbis ornatis.*Ad quod dicēdū,quod aliud est docere in doctrina verbi , & aliud vti sapientia verbi in his quæ sunt* docere in doctrina verbi , & aliud vti sapientia verbi in his quæ sunt *fide*i:quia docere in sapiētia verbi est, quando accipitur humana sapientia pro principali radice doctrinæ , vt solū quis approbet quod sapientia mūdana continet:& hoc est fidei corruptiuū. Vti autē sapiētia verbi est supdana continet:& hoc est fidei corruptiuū. Vti autē sapiētia verbi est *sup*positis fundamentis fidei,si qua vera in dictis Philosophorū fidei accōmodata philosophi dixerūt,non solū formidāda non sunt,sed etiā ab eis tāmoda philosophi dixerūt,non solū formidāda non sunt,sed etiā ab eis tāmoda *philo*s

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bile est enim Christum resurrexisse in carne, & in cælum ascédisse cum carne. Incredibile est mũdum rem tam incredibilem credidisse. Incredibile est homines ignobiles, infirmos, paucissimos, imperitos rem tam incredibilem tam efficaciter mundo, & in illo etiam doctis persuadere potuisse.

a ¶ Quæ secundum rationem huius mundi.

Vbi stultum: & infirmũ Dei cõtemnitur, quæ est secũdum rationes mundi quæ impossibile iudicat, quod in naturis rerũ non videt.

Iohan. 1. b. Sapiẽtiam mundi stultam fecit. Nã per stultitiam credentes saluat. Et cur ostẽdit per hoc quod præmisit? quia non cognouit mũdus per sapiẽtiã suã, vt fides & salus ex Deo sit, non ex sapiẽtia. Sed in Dei sapientia, quæ in tenebris lucet. ideo *Verbum caro factum est*. Sicut enim curatio via est ad sanitatem, sic medicina sapiẽtiæ per hominis susceptionem est nostris accommodata vulneribus, vt quibusdam quasi contrariis, & quibusdam quasi similibus curentur. Serpentis enim

B astutia. i. sapientia decepti sumus, Dei sapientia liberamur. Et sicut illa sapientia vocabatur & stultitia erat, sic ista quæ vocatur stultitia, sapientia est. Ecce cõtraria. Similia vero sunt, quod per fœminam deceptos, per fœminam natus liberaret: Christus homo, homines: mortalis, mortales. Vel mundus per suam sapientiam imprudentem non cognouit Deum in Dei sapientia. i. quia sapientia mundi ante nescíuit Deum per sapientiam Dei. i. per hanc magnificentiam mundi, ac tam sapienter instituti opificij ornatum, creatoris sui non est venerata sapientia.

a *Placuit Deo per stul. præ. sal. f. cre.* i. crucis fide æternitatem prouenire mortalibus: vt ibi salus reperiretur, vbi stultitia creditur.

✠ Gregorius. Cum Deũ qui est sapientia, nequaquam per sapientiam suam mundus inueniret: placuit vt Deum hominem factum per humanitatis stultitiam cognosceret: quatenus eius sapientia ad nostram stultitiam descẽderet, & Lucem supernæ prudentiæ luto suæ carnis illuminata nostra cæcitas videret, natus igitur ex patre sine tempore ex matre nasci dignatus est in tempore, vt per hoc quod ortum suum inter initiũ finémque cõcluderet humanæ mentis oculis ortum qui ait initio fuit, nec fine angusta tus aperiret.

D Tomo 1. li. 29. expositionis in Iob.

a ¶ Quæ ingenio nominis sapientia videatur.

stultam fecit Deus sapientiã huius mundi? Nam † quia in 1
a ¶ Per filium. ¶ Hoc fecit alto consilio, ne superbirent. b ¶ Sapientes mundi per suam sapientiam, vbi est superbia. 2

† postquã.

Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, 3
a ¶ Ex placito enim est. b ¶ Vel per imperitos sapientia mundi prædicatores: vel rem prædicatam, quæ stulta videtur, sicut est passio Christi, & mors, vbi humilitas. 4

a placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere cre- 5 6
a ¶ Nescientes humilitatem Dei. b ¶ Potentiæ. c ¶ Quæ ingenio nominis sapientia videatur. 7

b dentes. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam 8 9
c quærunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iu- 10 11
¶ Ita & vobis si de sapientibus estis.
d dæis autem scandalũ, Gentibus autẽ stultitiam: ipsis autem 12
a ¶ Ad vitam: non communi vocatione, sed qua sunt præscit. ¶ Qui mortuus mortem vicit. 13
vocatis Iudæis atque Græcis † Christum Dei virtutem, 14

† Dist. 38. c. fi iuxta.

ci sapientiam, vtrum quod prędicatur natura patiatur. Sed nos contra prædicamus Christum crucifixum: quod non est Iudęis signum potentiæ, sed scandalum: quia irascuntur contra prædicantes rubore sceleris sui. Vel ideo videtur stultitia quod prædicamus, quia Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam, & nos contra facimus. & tamen per istam stultitiam saluat Deus credentes.

Aug. tract. 15. in Io.

E

c *Nos autem prædicamus Christũ crucifixum.* ✠ Ambrosius. Nunquid ipsis Christus virtus quibus scandalum, aut ipsis sapientia quibus stultitia? Sed quoniam quidam ex eisdem iustificabuntur fide, quidam autẽ sua impietate obdurabuntur: vnum credentium & non credentium genus sub vocatorum appellatione discreuit. vt quos à fide significabat alienos, eos quamuis audissent euangelium, ostenderet vocatione extraneos.

De vocatione gentium li. 1. cap. 3.

d *Ipsis autem vocatis.* Quod sic iunge: Dixi quoniam Iudęi petunt signa, & Græci sapientiam: & in crucifixione quam prædicamus est magna virtus Dei, & magna sapiẽtia Dei, etsi reprobis al

bis aliter videtur: ipsis tamen qui vocati sunt ad vitam, non cõmuni vocatione, sed illa qua præsciti vocantur, apparet Christi passio virtus & sapientia, vt. s. salus sit ex Deo, non ex arbitrio Iudæi vel Græci.

Vel *sp. v.* prædicamus Christum. i. Christi fidem vel passionem. s. Dei virtutem: quia per fidem eorũ peccata remittũtur, & dæmones pelluntur, & cum res exigit, miracula fiunt.

Li. 1. de fide cap 5.

✠ Ambrosius. Ergo si Christus Dei virtus, quia virtus Dei sempiterna, sempiternus igitur & Christus.

† De præb. cap. penulti.

a *Et Dei sa.* quia credentes in Christum crucifixũ intelligunt Dei sapiẽtiam Christum esse. Christus enim sapientia patris est, sicut & virtus patris est. Ipse est verbũ patris & manus, per quem tãquam manu & verbo omnia fecit pater. Vnde: *Opera manuum tuarum sunt cæli.* Et iterum. *Verbo domini cæli firmati sunt.*

† claro genere nati. Au. in ps. 18. Idem li. 15. de Trinita.

Psal. 101. d Ibid. 32. b

Caue ne intelligas dici Dei filium sapientiam Dei tanquam ipse solus sit intelligens & sapiẽs sibi & patri & spiritui sancto, tanquam pater non sit sapiens de seipso, sed de filio. Est enim Deus pater sapiens ea qua ipse est sua sapientia, & filius sapientia patris est sapiens de sapiẽtia qua est pater, de quo est genitus filius. Sic & pater est intelligens ea qua ipse est sua intelligẽtia, filius autem intelligentia patris est intelligens de intelligentia qua est pater, de qua genitus est.

Filius quomodo sapiẽtia Dei. Idem lib. 7. de Trinit.

b *Quia quod stultum est Dei sapientius, &c.* ✠ Hieron. Quod stultum putatur Dei, omnem humanam sapientiam antecedit: quia sapientia sua liberari non potuerant qui per crucis mysterium sunt saluati. Mortem quam nec gigantes euadere potuerunt crucifixi infirmitas superauit.

Au. in ps. 48. Idẽ in ps. 65.

c *Videte enim.* Verè stultum & infirmum Dei, est sapientius & fortius hominibus. Quod in vobis potestis experiri. Insipiẽtes enim & infirmi vos vocauerũt, inter stulta & infirma Dei enumerati sunt tales vocatores, qui tamen confundunt sapiẽtes & fortes. Et verè sunt tales, quia non multi. Non autem ait nulli, forsan pro se, qui solus inter apostolos secularium literarũ petitus, terrenarũ opum diues, Romanæ dignitatis parentela conspicuus fuit: qui tamen hæc nihili pendit, nec vsus est eis.

✠ Avgvst. Nathanael nõ solus primus nõ inuenitur in Apostolis, sed nec medius, nec vltimus, tametsi ei tantũ testimonium perhibuit Filius Dei: *Ecce verus Israelita, in quo dolus nõ est.* Quæritur causa: Eruditus & peritus legis fuit, propterea noluit eum dominus inter discipulos ponere, quia idiotas elegit, vnde confunderet mundũ. Audi Apostolum dicẽtem. Non multi sapientes secũdum carnem, nõ multi potentes, nõ nobiles: sed infirma Deus, &c. Si doctus eligeretur, fortasse ideo se diceret electũ, quia doctrina eius meruit eligi. Dominus itaque volens superborũ frangere ceruices, nõ quæsiuit per oratorem, piscatorem: sed de piscatore lucratus est imperatorẽ. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator: per quem postea crederet non solum orator, sed & imperator. Nullus nobilis primò electus est, nullus doctus, quia infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Idem ser. de B. Petro.

Tractu 7. in Ioan.

† secundũ mundum.

d *Sed quæ stul.* Ecce contra ordinationem Dei faciunt apertè, quia sapientiam seculi iactant, cum Deus humilitatẽ proponat. Venit enim humilis Deus quærens humiles, non altos. Qui etsi primum elegerit pauperes, indoctos, infirmos, nõ tamen relinquit sapiẽtes, diuites, nobiles, sed si eos primos eligeret, merito talium rerum sibi videretur eligi: & ita superbia qua homo cecidit, nisi præcederet piscator, non humilis sequeretur orator. Vnde Nathanael doctus in Apostolum non est electus.

e *Vt non glorietur.* De se, sed de Deo, quod ibi ostenditur: qui gloriatur, in domino glorietur.

f *Ex ip. au.* Non glorietur quis ex se, sed tamen est alia gloria,

quia

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *stultam faciendo quod impossibile iudicabat. Et quia de sapientibus huius mundi nullos aut paucos in principio elegit pro prædicatione euangelij. Cuius ratio assignatur, cum dicitur.*

1 Nam quia in Dei sapientia. *idest ex cognitione creaturarum, quæ sunt quoddam Dei speculum.*

C 2 Non cognouit mundus. *idest sapientes mundi.*

3 Per sapientiam. *scilicet mundanam.*

4 Deum. *In cuius cognitionem ducit speculum creaturarum, secũdum quod dicitur Romanorum. 1. c.* Qui cum cognouissent eum, non glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum &c. *Ideo subditur.*

5 Placuit Deo per stul. præ. sal. fa. cre. *id est per aliũ modum quàm per sapientiam philosophorum, scilicet per prædicationem crucis: quod philosophi stultum reputabant, propter defectum intellectus eorum. Multò enim est rationabilius credere alicui propositum proposita per suscitationem mortui vel aliquid huiusmodi, de quo certum est quod non potest fieri nisi à Deo, qui non potest esse testis vel confirmator falsitatis: quam cuicunque conclusioni humana ratione probatæ, quæ potest deficere. In hoc enim egit sicut doctor benevolus, qui videns discipulos non capere veritatem ab ipso propositam per vnam viam, procedit ad aliam.*

6 Quo. & Iu. *Hic consequenter Apostolus manifestat suam probationem, scilicet quòd inniti sapientiæ verbi non conuenit doctrinæ fidei, quia euacuat salutem per crucem Christi, dicens:* Quo. & Iu. signa pe. *Lex enim Iudæorum data fuit in terrore diuinæ potestatis, Exod. xx. Et ideò à quocunque asserente doctrinam aliquam petebãt signa diuinæ virtutis ad eius probationem.*

7 Et Græci sa. quæ. *Erãt enim imbuti scientijs philosophicis quæ per rationes procedũt, & ideo nihil recipere volebãt, nisi ratione probaretur.*

8 Nos autem. *Christum.*

9 Prædi. Chri. cru. *Est autem Christus nomen suppositi duplicem naturam habentis, diuinam ab æterno, & humanam ex tempore, propter quod illud quod est proprium cuilibet naturæ de isto supposito dicitur verè ita quod est ibi communicatio idiomatum. Sicut enim hæc est vera de Christo quod hic homo creauit stellas, ita ista, Deus crucifixus est.*

10 Iudæis qui. scan. *id est occasionem ruinæ: non ex natura rei prædicatæ, sed ex Iudæorum cæcitate, qui Christum expectabant & adhuc expectant venturum in maxima potestate. & ideo considerantes infirmitatem carnis assumptæ acceperunt occasionem ruinæ, negantes ipsum & manentes in sua infidelitate: & tamen prophetæ eis declarauerũt vtrunque, scilicet potestatem & infirmitatem vẽturi (Christ: Zach. ix. b.* Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator, & ipse pauper. *Per hoc enim quod dicitur:* Rex iustus & Saluator, *ostenditur eius potestas. Per hoc autem quod subditur:* Et ipse pauper: *ostenditur eius assumpta infirmitas. Sunt etiam multæ aliæ prophetiæ quæ loquuntur de aduentu Christi, cum potestate magna, & aliæ de eius aduentu in infirmitate & passibilitate. Et primæ vt in pluribus referuntur ad aduentum Christi ad iudicium: secundæ verò ad aduentum eius in carne. Veruntamen & in isto aduentu primò venit in potestate miraculorum, quibus declarata fuit eius diuinitas, sicut per passibilitatem eius carnis humanitas: & sic eorum scandalum non fuit datum, sed acceptum.*

Sciendum tamen, quod hanc ruinam Iudæorum ex consideratione infirmitatis Christi præcessit odium & inuidia contra Christum, eò quòd publicè prædicabat contra vitia eorum. Et sic cognitio quam habebant de Christo per impletionem prophetiarum, fuit in eis obscurata, & tunc ceperũt scripturas peruersè interpretari, vt dicitur infrà 2. c. a. & plenius fuit dictum Mat. xxj.

11 Gentibus au. stulti. *Stultũ enim videbatur eis dicere Deum fuisse mortuum, quia nesciebant vtramque naturam in vno supposito considerare, quod Christiani credunt & confitentur tanquam veritatem operibus diuinis testificatam, & à veris prophetis prænunciatam, in quibus non potest esse falsitas. Ideo subditur:*

12 Ipsis autem voca. *scilicet ad fidem Christi.*

13 Iudęis atque Græ. *ideò, Iudæis atque Gentibus indifferenter.*

14 Christum Dei virtutem. *supple esse prædicamus.*

✠ 1 Et Dei

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et Dei sap. *Maxima enim Dei virtus & eius sapientia apparet in Christi crucifixione. Nam hoc modo conuenientissime facta est humani generis redemptio vt ille qui erat debitor, satisfaceret ratione humanitatis assumptæ, & redimeret qui poterat ratione deitatis adiunctæ. Ideo subditur.*

C 2 Quia quod st. est Dei. *i. dicitur de Deo secundum errorem Gentilium, vt dictum est.*

3 Sapientius est hominibus. *i. continet maiorem sapientiam quàm ab hominibus possit capi ad plenum.*

4 Et quod infirmum est Dei. *i. quod videtur infirmitatem attribuere deitati, vt quod Deus passus sit, & mortuus.*

5 Fortius est hominibus. *i. continet maximam virtutem: quia deitas passa est nihil, sed humanitas tantum, cuius meritum ratione deitatis cui adiuncta est efficaciam habuit ad redimendum genus humanum, quod tota humana natura non potuit facere.*

6 Videte enim. *Hic consequenter ostendit, quod modus docendi per sapientiam verbi non conuenit fidei catholicæ ratione sumpta ex parte docentium. Modus enim docendi debet conformari scientiæ docentis. Primi verò vtpote Apostoli & alij Christi discipuli pro maiori parte carebant hac scientia. ergò, &c. quia primis debent cæteri conformari. Huius ergò rationis primo ponit minorem. Secundò defectus mundanæ sapientiæ in doctis doctoribus supplebionem, ibi:* Ex ipso. *Circa primum dicit:* Videte

Diuisio

enim vocationem ve. fra. *i. diligenter considerate modum vocationis vestræ.*

7 Quia non multi. *vocantium vos per suam prædicationem.*

8 Sapientes. *i. philosophicis literis exercitati, quia pro maiori parte erant illiterati & simplices. Vnde de Petro & Iohanne dicitur Act. iiij. c.* Videntes autem Petri constantiam & Iohannis, cõperto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur, &c.

9 Non multi potentes. *Sed pauperes victum propriis manibus acquirentes.*

10 Non multi nobiles. *Sed rustici & de plebe humili. Dicit autem,*

non multi: *quia aliqui de sapientibus literatis & nobilibus & potentibus à principio crediderunt & fidem prædicauerunt, sicut Nicodemus, Gamaliel, Paulus: & Manahẽ Herodis tetrarchæ collactaneus. Sicut enim pro maiori parte primi credentes fuerunt simplices & illiterati & impotentes, ne fides humanæ attribueretur industriæ vel potentiæ, sic aliqui licet pauci comparatiue fuerunt literati & nobiles, ne fides ascriberetur ignorantiæ & ruditati. Sicut & de lege Mahumeti, quam nullus sapiens & literatus à principio recepit: sed tantum homines rudes & carnales, quibus prop fuit carnalia, quibus homines assentiunt de facili: & fretus multitudine, coegit cæteros ad receptionem suæ legis, dicens se missum à Deo in armorum potentia, & non in miraculis.*

11 Sed quæ stulta sunt mun. ele. Deus. *i. homines illiteratos & simplices qui reputabantur idiotæ, vt dictum est de Petro & Iohanne.*

12 Vt confundat sap. *i. offendat eos confusibiles. abscondendo ab eis propter superbiam suam cælestia mysteria, quæ simplicibus reuelauit.*

13 Et infirma m. ele. De. *homines impotentes secundum mundum.*

14 Vt confundat for. *i. fortes huius mundi, ostendendo quod per suam fortitudinem consequuntur salutem.*

15 Et ignobilia mundi. *i. homines de plebe humili.*

16 Et ea quæ non sunt. *i. homines nullius reputationis.*

17 Vt ea quæ sunt. *reputationis magnæ in hoc mundo.*

18 Destrueret. *i. ad humilitatem reduceret. sicut patet in Const. antino Imperatore, qui beato Siluestro Christi vicario, officium stratoris exhibuit.*

19 Vt non glorie. omnis ca. *idest, nullus homo eleuetur per superbiam in cõspectu eius. sed magis humilietur, propter quod modus docendi in humilitate conuenientes est fidei doctrinæ.*

20 Ex ipso autem. *Hic consequenter, ne prædicatores euangelij vilipendatur vt abiecti, ostendit quod defectus sapientiæ mundanæ & potentiæ supplebantur in ipsis. scilicet ex virtute Dei. cuius instrumenta erant Apostoli: & ideo totum attribuendum est sibi sicut principali agenti: & est tanta potentia, quod omnem defectum potest supplere. & hoc est quod dicitur:* Ex ipso autem. *i. ex virtute ipsius Dei.*

Universidad de Deusto Biblioteca

quia ex ipso vos estis.

A a *Qui factus est sapientia no. &c.* i. illuminans nos ad veritatem. Ideo autem dicitur nobis esse sapientia, quia temporaliter.i.ex aliquo tempore nos ad illum conuertimur, vt cum illo maneamus in æternum. Et ipsa sapiētia caro facta est, & habitabit in nobis. Et hoc facit.i. nos illuminat. Quia factus est nobis iustitia. i. quia prius iustificat nos bona operatione. Iustitia enim quæ viuit in seipsa, proculdubio Deus est, & quæ incōmutabiliter viuit. Sicut autem cum sit vita, nobis sit iustitia, cum tamen eius efficimur participes: ita cum cohærendo iustè viuimus: & per hoc ipse est nobis iustitia, quia prius est sanctificatio.i. quia prius in baptismo emundat nos. Et hoc ideo, quia prius factus est nobis redemptio. i. quia prius redemit nos patiendo. Et hoc totum ideo factum est, vt nullus glorietur, nisi de donis Dei.

† 2.Co 10.d Iere 9 g

a estis in Christo Iesu, qui factus est sapientiā nobis à Deo & 1
a ¶ Bona operatione prius nos iustificans. b ¶ In baptismo prius nos emundans. 2
c ¶ Quia prius pro nobis patiendo nos redemit. 3
iustitiā & sanctificatiō & redēmptio, vt quemadmodum 4
a ¶ Ieremia vbi sic habetur: In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me: quia ego dominus. 5
scrîptum est: † Qui gloriatur, in domino glorietur. 6

a ¶ Ad veritatem nos illuminans.

D ✱ HAYMO. Non debemus pueriliter intelligere filiū Dei secundum diuinitatē esse factum: sed genitum à Deo patre ante omnia secula, licet secūdū humanitatē factus sit in vtero virginali opere spiritussancti: sed ita est intelligēdum, factus est nobis sapientia, idest factus est vt nobis esset sapientia & nos faceret sapientes. Tale quid in psalmo habetur 104. factus est mihi dominus in refugium, quod nihil est aliud nisi factus est vt in illo refugiū haberemus. Et in propheticis libris factum est verbum domini ad Ioel & ad Osee, idest factum est vt loqueretur verbum domini ad Ioel. verbum etenim domini non factum est sed genitum. Dicamus & aliter, factus est nobis sapientia à Deo patre idest ille qui genitus est ante omnia secula factus est homo vt nos faceret sapientes.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vos estis in Chri.Ie. *i. facti Christi membra per fidem & charitatem.*
2 Qui fa.est sa. *& potest supplere omnem ignorantiam.*
B 3 Et iustitia. *contra impotentiam.*
4 Et san.& re. *contra ignobilitatem: quia per gratiam sanctificantem coniungimur Deo, vbi est maxima nobilitas: & per redemptionem Christi liberamur à seruitute peccati, quæ est maxima vilitas.*
E 5 Vt quemad.scr.est. *Iere.ix.*
6 Qui glo.in do.glo. *& non in potentia vel sapientia carnali & humana, quia per talia non est hominum vocatio ad fidem & salutem, sed per Dei gratiam, vt dictum est.*

Prima ad Corin.j.c. vbi dicitur in Postil. Pau. vocatus Apostolus.

ADDITIO I.

Secūdum glo. hic aliter incipit, quàm ad Romanos, quia alia causa est hic quam ibi: hic enim non vocat se seruum sicut ibi: quia potius erat opus hic autoritate contra superbiam Corinthiorum, apud quos vixerat Apostolus. Dicit etiam per voluntatem Dei contra pseudo apostolos, qui nec missi sunt à Deo, nec verum est quod dicunt. Hæc in glo.

ADDITIO II.

In eo.ca. vbi dicitur in Post. Vbi doctorum paruulorum. *In Isai.xxxiij. hæc autoritas sic habetur: vbi est literatus, vbi legis ponderans, vbi doctor, paruulorum? & in hoc quod dicitur:* Vbi est literatus, *intelligitur philosophus secundum glo. vbi dicit:* verba legis ponderans, *intelligitur propriè Pharisæus & Scriba qui verba legis potius quàm mentem legis ponderant. vnde Mat.xij.a. Curari hominem in sabbatho dicebant esse licitum, verba legis ponderantes, non mentem. In hoc autem quod dicit: Vbi doctor paruulorum, intelligitur legisperitus. qui dicitur doctor paruulorum: quia ad Gal.iij.d. Lex pædagogus noster fuit in Christo.*

F

CAP. II.

a ET, &c. ✱ PROSPER. Nō igitur in verborū splendore, sed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat, non vocibus delectetur populi acclamantis sibi, sed fletibus, nec plausum à populo studeat expectare, sed gemitum.

C b *Non enim iu.* Qui minus capaci altiora loquitur, non vtilitatem, sed sui ostentationem facit.

¶ Sicut alij non sapientes electi sunt ad apostolatum, ita etiam ego qui eram sapiens fui quasi non essem sapiens. a ¶ O.

a ET ego cum venissem ad vos frātres, veni 1
a ¶ Vel subtilitate. b ¶ Secundum logicam, vt logicis rationibus vterer. c ¶ In sublimitate. 2
d ¶ Quæ in pseudo laudatis contra Deum. ¶ Secundum phisicam. 3
nō in † sublimitatē sermōnis aūt sapiēn- 4
a ¶ Quæ de Christo testati sunt prophetię.
tiæ, annuncians vobis testimōniū Chri-
a ¶ Non per illam sublimitatem: quia nec per eam quæ de Deo, & hoc ex iudicio feci.
b sti. Nōn enim iudicaui me scire aliquid 5
a ¶ Minus capaces. b ¶ Quod rector & saluator: & hoc per crucifixionem
c ¶ Quàm humilis fuit prædicatio mea apud vos: humilis & persona
c intēr vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ēgo 6
a ¶ Idest in tribulatione. b ¶ Anxio animo c ¶ Corporis.
in infirmitāte & timōre & tremōre multo fui apud vos:

mihi parat insidias, fugio ad viscera misericordiæ domini mei, & recedit à me. In omnibus aduersitatibus non inueni tam efficax remediū quā vulnera Christi. In illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Nihil tam ad mortem amarū, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte domini mei. Mors eius meritum meum, refugium meum, salus, vita, & resurrectio mea, &c. Non possum terreri multitudine peccatorum meorum, si mors domini in mentem venerit: quoniam peccata mea illum vincere non possunt. Claui & lancea clamant mihi, quòd verè reconciliatus sum Christo, si eum amauero. Longinus aperuit mihi latus Christi lancea, & ego intraui, & ibi requiesco securus. Extendit brachia sua in cruce, paratus in amplexus peccatorum. Inter brachia Saluatoris mei & viuere volo, & mori cupio, &c.

† eminētia.

Aug. lib. de fide & operibus ca. 10. Manualis, cap. 21.

c *Ni.Ies.Ch.* ✱ AVGVSTINVS. Tuta & firma requies est infirmis & peccatoribus, in vulneribus saluatoris. Securus illic habito, patent mihi viscera per vulnera. Quicquid ex me mihi deest, vsurpo mihi ex vulneribus domini mei, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quæ effluant. Per foramina corporis, patent mihi arcana cordis. Patet magnum pietatis sacramentum, &c. Cùm me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cùm me præmit caro mea, recordatione vulnerum domini mei resurgo. Cùm diabolus mihi

Cap. 23.

Cap. 22.

Christum prædicat non solū qui fidem astruit, sed qui mores quibus

Christū prædicare. Rom.6.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

Diuisio

1 ET ego cum ve. *Ostenso quis sit modus conueniens fidei doctrinæ, hic consequenter ostendit se illo modo vti. Et diuitur in tres partes, quia primò ostendit se non fuisse vsum apud Corinthios aliqua excellentia seculari. Secundò ostendit apud quos vtebatur hoc modo docendi, ibi:* Sapientiam loquimur. *Tertiò assignatur ratio dicti, ibi:* Quæ & loquimur. *Circa primum dicit.*
2 Et ego cum ve. ad v. fra. *i. ad prædicandum vobis fidem catholicam.*
3 Veni non in s.ser. *vtendo verbis rhetoricis.*
4 Aut sa. *vtendo rationibus philosophicis. & subditur causa.*
5 Non e. iu. me sci. aliq. *idest, non ostendi me scire nisi grossa & plana quæ pertinēt ad salutem per crucem Christi factam. Consequenter ostendit se non fuisse vsum excellentia potentiæ, dicens.*
6 Et e. in infir. & ti. & tre. mul. fui a. vos. *Et dicit:* Infirmi. *quantum ad mentis sufferentiam tribulationum.* Et ti. *quantum ad mentis concussionem propter maiora mala imminentia.* Et tremo. *propter redundantiam interioris concussionis ad carnem. Consequenter ostendit se non fuisse vsum excellentia eloquentiæ, dicens.*

1 Et ser-

A quibus in eo viuitur instruit. In crucifixo discitur, quòd vetus homo crucifixus est, vt non seruiatur peccato. Non ergo ita accipiendum est quod hic dicit Apostolus tanquam ea tantum dixerit, quæ sunt credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda: aut in vita, aut in moribus: ei qui accedit ad compagem corporis Christi.

Hom. 10. in Ezech.

✱ GREGO. Quia vos capere diuinitatis eius mysteria nō posse pensaui, sola vobis humanitate eius infirma sum loquutus.

a *Perfe.* Non cognitores & doctores, quibus opus non est, sed auditores iā capaces.

lib. 5. aduersus hær. c. 6.

✱ IRENÆVS. Perfectos dicens eos qui perceperunt spiritum Dei, & omnibus linguis loquūtur, per spiritum Dei, quēadmodum & ipse loquebatur.

Tract. 98. in Ioan.

B ✱ AVG. Quos autem perfectos voluerit hoc loco intelligi, subiecit atq; ait: Qui per habitum exercitatos habent sensus ad separandum bonum à malo.

a ¶ Qui priuatim fiebat. b ¶ Quæ in communi fiebat.
& sermō meus & prædicātio mea non in † persuasibilibus 1
a ¶ Etsi persuasibilia, non per humanam sapientiam, vt pseudo. 2
b ¶ i. ostendi me habere spiritumsanctum & virtutem in miraculis. 3
humānæ sapiētiæ verbis, sed in ostēnsione spiritus & † vir- 4
a ¶ Ideo ita feci. b ¶ Vt non attribuatur homini, sed Deo. 5
tutis: vt fides vestra nōn sit in sapientia hominum, sed in 6
a ¶ Inter vos incapaces locuti sumus simpliciter. ¶ De secretis fidei. 7
a virtute Dei. Sapientiām autem loquimur inter perfectos. 8
¶ Quam. a ¶ Qui humanis nititur rationibus.
b Malignorum spirituum, vel philosophorum.
Sapientiam vero non hūius seculi, neque principūm hu- 9
a ¶ Quorum sapientia destruitur. b ¶ De redemptione hominum. ¶ Christum. 10
ius seculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapien- 11
a ¶ Sapientia. b ¶ Vt nesciant pseudo. c ¶ Sapientiam. 12
b tiam in mystērio quæ abscōndita est, quam † præde- 13
c ¶ Præparauit. a ¶ Antequam mundus esset. 14
b ¶ Qui eā prædicamus vel vt omnes æternā cōsequamur. c ¶ Apostolorū. d Bene dico, abscōdita.
d stinauit Deus ānte secula in gloriām nostrām: quām ne- 15
a ¶ Dæmonum, vel philosophorum, vel doctorum in lege. b ¶ Quod inde apparet. 16
c ¶ Sapientiam de redemptione humani generis per Christi mortem implendam.
e mo principūm huius seculi cognouit. Si enim cogno- 17
a ¶ Non suggereret diabolus illum crucifigi per quem ius perderet, nec homines facerent si Deum esse scirent. b ¶ Sed non cognouerunt. 18
f uissent, nūnquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed

† persuasoriis

† potentiæ

† præfiniērat

D comprehensibilis, sed spiritus efficacia credibilis.

An diabolus cognouerit Christum. Mat. 8. d

d *Quam ne. prin.* Quod legitur quòd diabolus Christum recognoscebat & timebat cum dicebat Christo: *Quid venisti nos torquere ante tempus?* Sciendum est, quòd non ideo dicebat, vt esse Deum intelligeret: sed dubius erat: & taliter extorquere veritatem vtrum verè esset Deus volebat. Vel hoc magis ex suspitione quàm ex cognitione dixisse credendi sunt. Non enim aliter sciērunt dæmones, quàm sciērūt principes. Sciēbant enim ipsum esse, qui promissus erat in lege, non tamen mysterium eius, quod filius Dei erat & ab æterno. Neque sciebant sacramentum incarnationis, passionis, & redēptionis.

E e *Si enim cogno.* Vel minores illū esse Messiam in lege promissum. Vel maiores Deū esse, vel Dei filium: *nunquam dominū gloriæ crucifixissent.*

b *In my.* Exponendo mysteria veteris Testamenti in quibus Christus significatus est, vt in hostia Abel, vel Abrahæ.

✱ HIER. In euangelio quod continet Natiuitatem Christi, passionem, &c.

lib. 2. de fide cap. 3.

✱ AMBROS. Vbi mysterium passionis exprimitur nō vtiq; generationis æternæ series declaratur.

c *Quæ ab.* quia non verbis, sed in virtute: non humana ratione com

✱ OECVMEN. Si cognouissent pontifices & Pharisæi quod à cruce tanta gentibus esset salus futura, nequaquam ad hoc peruenissent, vt eum crucifigerent: eligentes potius inuidia labescere, quàm vt gentes saluæ fierent, & ipsis eiectis illæ eorum loco substituerentur.

L. 1. de Trinit. & lib. 2. contra Maximinum & lib. de quæst. noui test. q. 48.

f *Nunquam dominum gloriæ crucifixissent, &c.* AVGVSTINVS. Ex forma serui crucifixus est, & tamen Deus gloriæ crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio quæ Deum homi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et sermo me. *docendo aliquos in secreto.*
2 Et prædicatio mea. *docendo populum in publico.*
3 Non in persuasibilibus humanæ sapien. verbis. *rhetoricè loquendo.*
4 Sed in osten. spi. *quia recipientes prædicationem eius accipiebant à Deo spiritumsanctum in signo visibili, sicut dicitur de prædicatione Petri, Act. x. g.* Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritussanctus super omnes, qui audierunt verbum, &c. *Et quia spiritussanctus in Apostolo loquebatur.*
C 5 Et virtutis. *Quia miracula faciebat virtute diuina ad confirmandum suam doctrinam. Et etiam quia virtuosè viuendo dabat exempla virtutis.*
6 Vt fides vestra non sit in sapientia hominum. *i. innitatur sapiētiæ humanæ, quæ est ruinosum fundamentum.*
7 Sed in virtute Dei. *quæ est fundamentum stabile & firmum.*

Diuisio

8 Sapienti.au. *Hîc consequenter ostendit Apostolus apud quos vtebatur excellentia sapientiæ. Et diuiditur in duas, quia primò ostendit propositum. Secundò qualis sit hæc sapientia, dicit ibi:* Sapientia verò. *Circa primum dicit:* Sap.au. loquimur inter per. *Circa quod sciendum, quòd perfectio hominis attenditur in eo quod est supremum in ipso. s. intellectu & voluntate: & circa excellentissimum obiectum, quod est ipse Deus. & ideo perfectus est ille, qui habet mentem eleuatam super corporalia, & ad intelligendum diuina & amandum: & talibus præponenda sunt ardua fidei catholicæ. & sic faciebat Apostolus.*

Perfectio hominis

Diuisio

9 Sapientiam verò. *Hîc consequenter ostendit qualis sit hæc sapientia, ostendens primò, quòd sit infidelibus occultata. Secundò, quòd est fidelibus manifestata, ibi:* Nobis autem. *Circa primum dicit:* Sapientiā verò non huius se. *i. inter perfectos non loquimur sapientiam mundanā rationibus principaliter innitentem.*
10 Neque principum hu. seculi. *i. potentum à quibus ortum & autoritatem habet sapientia legum. Vel principes hîc dicuntur sacerdotes & scribæ Iudæorum qui frequenter nominātur principes eorum in euangelio, & in Actibus apostolorum, eò quòd populus per eos gubernabatur, & sapientia istorum fuit: & adhuc reputatur inter Iudæos, volentes scripturas prophetarum de Christo aliter interpretari. Et huic secundæ expositioni consonat magis litera sequens, vt videbitur.*
11 Qui destruun. *i. destruentur de propinquo. quia cito post Romani Ierusalem & sacerdotes Iudæorum destruxerunt ex ordinatione diuina in vindictam mortis Christi. Vnde videtur hîc Apostolus hoc prophetando prædixisse. Per hoc autem quod dicitur, qui destruuntur: excludi videtur quod ab aliquibus dicitur. s. quòd principes huius seculi hîc dicuntur dæmones: quia sunt immortales: nisi eorum destructio dicatur hîc suæ potestatis ablatio: quæ ablata est ex parte per mortem Christi, & magis aufertur in iudicio finali.*
12 Sed l. Dei sapientiam. *i. prædicamus Dei filium, qui est virtus & sapientia patris.*
13 In mysterio quæ abscondi est. *i. in secreto incarnationis: quia nunc videmus tantum in ænigmate & per speculum.* 1. Cor. 13. d
14 Quam prædestinauit Deus. *i. ordinauit ab æterno.*
F 15 In gloriam nostram. *quam consequimur per Christum Dei sapientiam: Et quia in ipso est obiectiuè gloria nostra: quia beati reficiuntur interius aspectu suæ deitatis, & exterius in aspectu suæ humanitatis, sicut dicit Aug. super Ioannem.*
16 Quam nemo principum. *i. peritorum in lege Iudæorum.*
17 Cognouit: *eo quòd pauci eorum respectiuè cognouerunt, sicut dicitur. Nemo est in foro: quando pauci sunt ibi respectu multitudinis quæ solet conuenire. De principibus enim Iudæorum plures crediderunt, licet pauci comparatiuè respectu non credentium, sicut patet de Nicodemo qui credidit, Ioan. iij. & xij. dicitur:* Ex principibus multi crediderunt in eum.
18 Si enim cognouissent, nunquam dominum glo. crucifi. *Contrarium autem huius videtur Matth. xxj super illud.* Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres: venite & occidamus eum. *Vbi dicit Hier. Manifestè dominus probat his verbis Iudæorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. De hoc plenius dixi suprà xxj c. Mat. Et breuiter potest repeti conclusio. s. quòd periti Iudæorum qui principes hîc dicuntur, cognouerunt Iesum Nazarenum esse Messiam in lege & prophetis promissum: quia videbant prophetias de ipso impletas, quantum ad tempus & locum & alias circunstantias. Sed quia cœpit prædicare contra vitia eorum publicè: cognitio illa per odium & inuidiam contra Christum insurgentem, fuit in eis obscurata, & cœperunt prophetias aliter interpretari. Et sic dicitur hîc.* Si enim cognouissent nun. do. glo. cruci. *Non enim cognouerūt tempore crucifixionis, licet ante cognouissent. Et secundum hoc intelligitur dictum Hier. allegatum. Per hoc autem quod dicitur de principibus, quòd dominum crucifixerunt, videtur quòd non dicuntur hîc principes potentes huius seculi dantes leges Gentibus: quia non crucifixerunt Christum, nisi hoc referatur ad Pilatum: Quod non videtur rationabiliter dici, quia non fecit hoc nisi impulsus à principibus Iudæorum: Nec erat Imperator qui leges condere poterat. Ad probandum autem dictam ignorātiam allegat scripturam Isa. lxiiij.*

Christus cognitus Messias.

Quod

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ hominem faceret, & hominē Deum. Quid tamen propter quid,
A & quid secundum quid dicatur, prudens & diligens lector intelligat. Nam ecce diximus: quia secundum id quod Deus est suos glorificat, secundum hoc. s. quòd dominus gloriæ est, & tamen dñs gloriæ crucifixus est, quia rectè dicitur crucifixus Deus, nō ex virtute diuinitatis sed ex infirmitate carnis. vna enim persona est Christus Deus & homo. Ideo dicitur. *Nemo ascendit in cælum: nisi qui de cælo descendit.* Si ergò attendas distinctionem substantiarum. i. naturarum, filius autem Dei descendit, & filius hominis crucifixus est: propter hanc vnitatē personæ nō solum filium hominis descendisse
B de cælo, sed etiam dixit esse in cælo cum loqueretur in terra. Absit autem vt sic Christus senserit mortem, vt quātum in se est vita, vitam perdidit. Si enim hoc ita esset, vitę fons vitā amisisset: Sēsit igitur mortem participatione humani affectus, quē sponte susceperat, non naturæ suæ perdidit potentiam per quam cuncta viuificat. Sic in sepulchro carnem suam commoriendo non deseruit, sicut in vtero virginis connascendo formauit. Mortuus est ergò non discedēte vita, sic passus non pereunte potentia. *Nemo aufert animam eius ab eo, quia potestatem habet ponendi, & potestatem sumendi eam.* Vno igitur eodémque tempore erat verè mortuus, verè viuus, in quo & mortem susceptio mortalitatis excepit: & vitam diuinitas nō perdidit. Mortem igitur Dei filius & in anima non pertulit, & in maiestate non sensit. Sed tamen participatione infirmitatis rex gloriæ crucifixus est.

[Margin: † Isa. 64. b — † Quæ — Ioan 3. b — * à Christo — † sermonibus quos docet humana sapientia sed quos docet. — Ioan 10. d]

a ¶ In Isaia. ¶ Hoc scriptum. s.
b ¶ Quia non est color. ¶ i. visu corporeo vel auditu non potest cognosci. c ¶ Quia nō est solus.
a sicut scriptum est: † Quod oculus non vidit, nec auris audi- 1
a ¶ Quia nō est aliquid terrenū. b ¶ Non cognoscitur ratione eius qui carnalis est, nō spiritualis. 2
c ¶ Ea. d ¶ Sapientia Dei. i. Christus, qui diligentibus Deum in præmium est præparatus.
b uit, nec in cor hominis, ascendit, quæ præparauit Deus his 3
c a ¶ Illi non nouerunt, sed nobis spiritibus non hominibus. i. spiritualibus non carnalibus. quod pseudo non sunt.
b ¶ Per spiritum enim intelligimus Deum præparatum bonis in præmium.
qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit Deus per spiritū 4
¶ Bene per eum, quia. a ¶ Scrutari facit. b ¶ Vt de essentia Dei.
d suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. 5
a ¶ Spiritus Dei, & non alius, quia. ¶ Voluntates & secreta. ¶ Alicuius. ¶ Animus. ¶ Ipsius, & non alterius.
e Quis enim scit hominū quæ sunt hominis, nisi spiritus ho-
a ¶ Occulta & secreta. b ¶ Qui adhuc homo fit. i. carnalis.
minis qui in ipso est. Itaque & quæ Dei sunt nemo cogno-
a ¶ i. spiritussanctus. & illi quos cognoscere facit. b ¶ Spiritus Dei nouit, & nos eum accipimus. c ¶ i. quod docemur de sapientia mundi, sed quæ de Deo est.
f uit, nisi spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius 6
a ¶ Inde probatur, quia scimus. ¶ Q. Ad hoc accepimus eum. ¶ Per eum.
g mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut 7
h a ¶ Q. scimus quæ à Deo donata sunt nobis.
b ¶ Non tantum scimus, sed &. ¶ Illi pseudo alia loquuntur.
i sciamus quæ * à Deo donata sunt nobis quæ & loqui- 8
a ¶ Ratione vel ornatu.
mur non † in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in 9 10
a ¶ Quia spiritus interius docet auditores. b ¶ Ita moderātes, vt quibusdā altiora, quibusdā humilia. 11
k doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. 12

cere dicitur: quia sine illo tu non faceres. D
c *Quis enim scit hominū quæ sunt ho. &c.* ✠ HIER. Quæ cogitationes versentur in homine. Item alia expositio. Præclarum hoc aduersus hæreticos qui creaturam Spiritum sanctum dicunt. Vnde hic ostenditur non solum creaturā non esse, verūetiam quod ipse sol⁹ interiora Dei & profunda rimetur, quippe vt eiusdem naturæ atque substantiæ sit cum Christo.
f *Nos au. spi. &c.* Nō spiritum pythonicum, qui solet coniecturis quæ mundi sunt diuinare, qui per Sybillā loquutus est, qui per verisimilia sæpe fallitur & fallit. *Nos au. non spiri. hu.* Spiritus Dei est spiritus charitatis: spiritus huius mundi, spiritus elationis. Nec moueat q spiritussanctus tātū hic nominatur, & solus scire dicitur: Ab hac enim non excluditur pater & filius; sicut ab eo, & Christus dicitur solus & verus Deus, nō excluditur spiritussanctus, cū dicitur: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verū & solum Deū, &c.* E

[Margin: Aug. Tract. 85 in Io. & lib 2. cōtra Maximinū. — Ioan. 17. a]

a *Sicut scri. est.* In Isaia, *Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te.* [Isa. 64. b]
✠ HIER. Memoratum scilicet principum mens hæc videre non potuit, quia credere noluerunt.
✠ AVG. Hoc nosse primitus, & Christiano corde tenere debemus, non ad præsentis tēporis bona nos factos esse Christianos, sed nescio ad quid aliud, quàm quod Deus iam promittit, & [Ser. de verbis Apost.]
C homo nondū capit. De hoc dictum est: *Quod oculus non vidit, &c.* Ergo quia hoc bonum, tam magnū, tam præclarum, tā ineffabile non inuenit hominē præceptorē, tenuit Deū promissorē, &c.
b *Nec in cor hominis.* Infra cor hominis est quod in cor ascendit: Super cor est æternum, ad quod cor ascendit. Vel non est homo, sed spiritus qui nouit.
c *Ascendit.* Res dicitur in corde ascendere, quia benè intellecta placet.
d *Scruta. &c.* Scrutari dicitur spiritus Dei omnia, non vt quod nesciat, inueniat: sed quia nihil relinquit omnino quod nesciat, vel quia scrutari te facit. quod enim dono ipsius tu facis, ille facere [Aug in psal. 52. & 108. & tract. 32. in Ioan.]

g *Sed spi. qui ex Deo est.* AVG. Spiritussanctus vtiq; patris & filij est, nec nō & noster. Quod enim datū est, etiā ad eū qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaq; spiritussanctus nō tantū patris & filij qui dederūt, sed etiā noster est qui accepimus. Et non est iste spiritus noster in quo sumus: quia ipse spiritus noster in quo sumus: quia ipse spiritus est hominis, qui in ipso est. Et ipsum tamen spiritū qui hominis est accipimus. Sed aliud est quod accipimus, vt essemus, aliud quod accipimus vt sancti essemus. Spiritus autē hominis in scriptura accipitur, pro ipsa anima vel ipsius animæ potentia rationalis. Dedit enim nobis naturam vt essemus, animam, vt viueremus, mentem, vt intelligeremus. [lib. 5. de Trinit. — Spiritus hominis.]
h *Vt scia.* Multi habent dona Dei, & nesciēdo à quo habeāt impia vanitate iactantur. Nemo donis Dei beatus, qui danti est ingratus. vnde in euangelio: Qui habet dabitur ei. Plenè habere est scire, vnde habeas. Qui ergo non habet. i. qui nescit vnde habeat, & quod habet auferetur ab eo. F [Luc. 8. c]
i *Non in do. hu.* HIER. Malebat enim illa sola puritate veritatis ostendere, quàm eloquij tinctione fucare. [Augu. tract. 202. in Io — lib. 5. de Trinit.]
✠ HILA. Adsit licet secularis doctrinæ elaborata restitutio, adsit vitæ innocentia, hæc quidem proficient ad conscientiæ gratulationem, non tamen cognitionem consequentur.
k *Spiritua.* Quod Corinthij non estis: & ideo culpa vestra est, non nostra quòd maiora non diximus.
✠ CHRYS. Verum quidnam significat, *Spiritualibus spiritualia cōparātes?* Hoc est cū dubiū spirituale fit à spiritualibus testimonia adducimus, vt exempli gratia: dico Christum resurrexisse & ex virgine natū. Adduco testimonia, figuras demonstrationes, Ionæ. s. in cete morā, & ei⁹ postmodū liberationē, steriliū partus, ☞ sacræ

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quod o. non. vi. &c. *i. sapientia prædicta in mysterio abscondita non fuit cognita cognitione sensitiua, quæ potißimè habetur per visum & auditum. Nec etiam cognitione intellectiua naturali: quia excedit facultatem intellectus. propter quod subditur.* 2 Nec in cor. ho. ascē. *i. propria virtute, per reuelationem tamē cognoscitur, vt cōsequenter dicetur.* 3 Quæ præ. D. his qui di. il. *quia radix merendi est dilectio charitatiua. & ideo diligentibus præparauit Deus filium suum habendum in via per fidē & charitatē, & in patria per clarā visionē & perfectā fruitionē.* 4 Nobis au. *Hic consequenter ostendit, q dicta sapientia à fidelibus manifestata dicens:* Nobis au. re *per spiritumsanctum, qui* docet omnem veritatem, *Ioan. xvj. Et q sit efficax ad hoc, probat per hoc quod subditur:* 5 Spiri. e. om. sc. e. p. d. *i. intima. Quod sic declaratur per simile, cum dicitur.* Quis enim scit, &c. *Pro eo enim, q spiritus hominis est sibi consubstantialis, cognoscit omnia eius intima, & nullus alius nisi ipse Deus qui est intimior homini, quàm spiritus proprius: sic spiritus Dei qui est consubstantialis sibi, cognoscit omnia intima Dei: & per consequens potest ea reuelare, quādo vult, & expedit ecclesiæ: quod fecit principaliter Apostolis. Ideo subditur.* 6 Nos au. non spi. hi. mun. ac. *i. notitiam mundanam & amorem quibus impellitur homo ad quærēdum & amandum temporalia. Spiritus enim importat quēdam impulsum vitalem progredientem à corde in exteriora membra: propter quod notitia & amor impellentes ad aliquid agendum: spiritus similitudinariè nominantur.* 7 Sed spi. qui ex Deo est. *i. amorē inflāmantē ad diuina.* 8 Vt scia. quæ à Deo do. sunt no. *s. gratias gratis datas, vt prophetia, & scripturarum intelligentia, &c. & huiusmodi. de quibus agitur infra xij. ca. & cognoscuntur ab habente, quia dantur ad vtilitatem ecclesiæ. Potest etiam dici: quòd Apostolus loquitur de bonis futuræ gloriæ, quæ donata sunt in nobis in spe, sed non adhuc in re.* 9 Quæ & loquimur. *Hic consequenter reddit rationem, quare talia loquebatur inter perfectos tantū, quia illis tradenda sunt documēta quæ possunt ea capere & non aliis, quia hoc esset frustra. Ideo dicit:* Quæ & loqui. in doctis hu. sap. ver. *s. Rethoricis aut Philosophicis.* 10 Sed in do. *i. sicut spiritussanctus nos instruit ad loquendum.* 11 Spirituali. *s. hominibus.* 12 Spiri. con. *i. tradentes eis spiritualia documēta, eo q possunt capere.* ✠ Anima.

[Margin: Notitia & amor quomodo spiritus.]

☞ sacræ scilicet & Rebeccæ & aliarum. In paradiso arborum suc-
A culum productum, non ex seminibus pullantibus non pluuiarū moratione, non subactis sulcis. Futura enim ficta sunt & tāquam in vmbra scripta maioribus nostris vt cum venerunt credantur. Et rursum ostendo quo pacto ex terra homo, & ex solo homine fœmina nullo coitu facti sunt, quemadmodum ipsa terra à nullo cum conditoris virtus ad omnia vbique satisfecisset: si ergo spiritualibus spiritualia comparo, minimè mihi opus est, externa sapientia neque ratiocinationibus neq; confirmationibus.
a *Anima. au. ho.* Dicitur vita qui fertur dissoluta lasciuia animæ suæ, quam intra naturalis ordinis metas spiritus rector non continet eo q ipse Deo
B regendum se non subiicit. Animi verò sensus dicitur animalis, qui Deo iuxta corporum phantasiam vel legis literam vel rationem physicam iudicat.
b *Quia spi. exami.* Animalis non potest intelligere spiritualia, quia examinatur. i. examinatio & comprobatio fit illorum spiritualiter. i. à spirituali. Vel

[Margin: † diiudicatur — Aug. lib. 1. de bapt. lib. 83. q. & in psal. 113. — † mentem]

a ¶ Nos scimus quæ donata sunt nobis: sed. ¶ Vt pseudo.
b ¶ Vt partum virginis & resurrectionem.
a Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus 1
¶ Secundum humanum sensum. ¶ Ideo. ¶ Spiritualia. 2
b Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia 3
¶ Et vere non potest. ¶ Animalis non potest.
a ¶ Certa fide occultorum: non patienti cognitione. ¶ Intelligit & discernit. 4
c spiritualiter † examinatur. Spiritualis autem † iudicat om- 5
d a ¶ A nullo homine animali. ¶ Animalis.
e nia, & ipse à nemine iudicatur. Sicut scriptum est: † Quis 6
a ¶ Qui hæc fecit per quem sapientia mundi stulta est.
b ¶ Quasi nullus. c ¶ Vt dicat: quid hoc sic fecisti. 7
enim cognouit sensum domini: aut quis † instruxit eum?
a ¶ Q. Nemo carnalium cognouit sensum domini.
f Nos autem † sensum Christi habemus.

Vel animalis non intelligit spiritualia, quia spiritualiter. i. per spiritualia tantum probatur quòd animalis est: quia audita improbat, & non aliud ei proponunt, nisi vt examinetur. D
c *Spiritua. au. ho.* Est vel vita vel scientia, Spiritualis est vita, qui spiritum domini habēs rectorem animā regit. Scientia verò spiritualis est qui etsi ex parte & per speculum videt, tamen de eo secūdum imagines corporum, vel legis literam, vel humanam philosophiam non sapit: sed spiritui Dei subiectus certissimè ac fideliter iudicat. [† diiudicat]
d *Omnia.* Non quidem quæ continet diuina scientia, sed quæ ad iustitiam & vitam sufficiunt. i. omnia iudicanda. [† Isa. 40. c — † consilium dedit ei?]
e *Iudicatur.* i. intelligitur vtrum bene aut malè intelligat, vel reprehenditur. Et hoc probat, quia *quis cognouit sensum domini.* & eum nos habemus, & ideo non possunt eos illi vestri iudicare vt solent. E
f *Nos autem, &c.* Qui iam vltra homines sumus vnus spiritus cum Deo: *habemus sensum Christi.* fide certa tenentes ea quæ sunt Christi.
☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Anima. autem homo. *qui scilicet habet intellectum & affectum depressos ad sensibilia.*
2 Non perci. ea quæ sunt spi. Dei. *id est. spiritualia bona sicut lingua febricitantis infecta cholera amara non percipit dulcia, sed magis iudicat illa amara. Ideo subditur.*
3 Stultitia enim est illi. &c. *tamen secundum veritatem sit ibi maxima sapientia. Et subditur causa talis falsi iudicij, cum subditur.*
4 Quia spiritua. exami. *i. verè cognoscitur. s. bonum spirituale: iudicium enim de superiori per id quod est inferius non habetur, sed magis econuerso. Ideo subditur.*
5 Spiritua. au. iu. omnia. *s. bona prout sunt in re: quia qualis vnusquisque est, talis finis sibi videtur: propter quod iudicium verum accipiendum est secundum quod iudicat bene dispositus, sicut iudicium verum Dei saporibus accipiendum est per respectum ad gustum sanum & non infectum, vt dictum est de linga febricitantis. Spiritualis autem homo habet intellectum illustratum & affectum ordinatum: ideò optimè de spiritualibus iudicat: non autem animalis qui habet intellectum & affectum recuruatos ad sensibilia. Ideo subditur de spirituali.*
C
6 Et ipse à ne. iudi. *i. à nullo homine animali. quod probat consequenter autoritate scripturæ, Isa. xl.*
7 Quis enim cogno. sen. dom. *q. d. nullus nisi ipse. Et ideo illi qui non habent spiritum* Dei, *non possunt de diuinis iudicare, quia oportet illa cognosci, de quibus iudicium fit. spirituales autem viri qui habent spiritum Dei ipsos illustrante de diuinis hoc possunt, quales fuerunt apostoli. Ideo subditur:* Nos autem sensum Christi habemus.
✠ CAP. F

ADDITIO I.

In cap. ij. vbi dicitur in Postil. In mysterio absconditam. *i. in secreto incarnationis.*

Secundum glo. apostoli loquebantur sapientiam, id est, Christum, in quo ostensa est Dei sapientia, scilicet filius Dei incarnatus, quæ quidem sapientia dicitur in mysterio abscondita, quia in scripturis ve. Test. significatur seu figuratur.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Si enim cognouissent, nūquam dominum gloriæ crucifixissent. [Rom. 11. d]

Hoc quod dicit Apostolus: Si enim cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent: *referendum est ad Deitatem Christi, quam principes Iudæorum nunquam cognouerunt fuisse in Christo personaliter. de qua deitate statim suprà dixerat, quòd fuit in mysterio abscondita quam nemo principum huius seculi cognouit: & ideo de ipsa immediatè subiungit. Si enim cognouissent. s. deitatem Christi immediatè ante dictam, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Christus enim est Deus gloriæ, secundum quod est Deus: & ideo cognitio de qua hic loquitur Apostolus manifestum est esse referendam ad cognitionem deitatis Christi. Quòd autem arguitur in contrarium de illo verbo Matth. xxj. d.* Agricolæ dixerunt intra se: Hic est hæres, venite occidamus eum. *Ex quo verbo Hier. infert, quòd principes non per ignorantiam, sed per inuidiam filium Dei crucifixerunt. Intelligendum est quòd illi maiores non habuerunt ignorantiam de hoc quòd Iesus Nazarenus erat Messias in lege & prophetis promissus: quia de hoc erant satis informati per prophetias de ipso impletas, prout in Postilla. Sed de deitate ipsius oportet dicere ipsos habuisse ignorantiam. Si enim agricolæ illi qui dixerunt:* Hic est hæres: *æstimassent Christum hæredem secundum diuinitatem, scilicet quòd eadem esset deitas patris & filij, sicut in temporalibus eandem rem habet filius per hæreditatem quam pater habebat: nulla eos amentia ad tantam potuisset trahere insaniam, vt crederent diuinam maiestatē in propria persona superare. Quòd enim Deus seu dij transcendunt omnes potestates communiter tenetur etiam apud idololatras qui non veros deos, sed fictos habent. Vnde ridiculum esset dicere, quòd eo ipso quòd principes illi credebant ipsum hæredem, scilicet Deum verum, conarentur eum interficere: Sed licet crederent ipsum esse prophetam seu sanctißimum, hominem purum tamen: non esset multum mirandum, quòd ex inuidia seu rancore vellent occidere eum. Iam enim Moysem & Aaron qui sanctißimi fuerunt, & à Deo approbati per multa miracula, populus Iudaicus voluit lapidare, Numer. decimoquarto. Et similiter contigit de pluribus sanctis veteris Testamenti. Vnde quod dicitur.* Hic est hæres: *intelligendum de regno temporali ipsius Dauid: ipsi quod principaliter expectabant & adhuc expectant restituendum per Meßiam. Nec valet dicere, quòd tempore crucifixionis non cognouerant, licet ante cognouissent, prout videtur dicere Postil. quia parabola euangelica manifestè loquitur de tempore crucifixionis, cum dicit: Hic est hæres, venite occidamus eum. Et attendendum quòd Postil. in hoc loco non aperit mentem suam, scilicet an prædicti principes Iudæorum tēpore passionis Christi cognouerunt Christum esse Deum vel non: sed super ca. supra dictum Mat. xxj. expressè asserit, quòd cognouerunt illum esse Deum, quod etiā ibi conatur probare, sed fuit satis improbatum in additione super illud ca. prout plenius ibidem potest haberi.*

[Margin: Deitas Christi Iudæorū principes latuit.]

REPLICA. *In epistola j ad Corinth. ij. b. vbi dicitur:* Si enim cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent, *dicit Burgen. hic Postil. mentem suam non aperuisse. quod falsum est: nam conclusionem probatam Matth. xxj. hic repetit: & ad locum illum remittit. Et quòd Bur. dicit illam conclusionem in illo loco Matth. xxj. satis per se improbatam, est falsum: quia vt patet in corru. ibidem Burgen. nihil probat, sed replet quaternos.*

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. III.

A a ET ego fratr. ✱ GREG. Quasi his verbis dicat, idcirco vos ad excelsum non duxi, quia spiritualem sensum vobiscū velut Saul puerum non habebatis: quare & causam insinuans ait, *Adhuc enim estis carnales.* Sequitur. In c.9. libri 1.Reg.

b *Tanquam par.* Sicut enim crux Christi aliis stultitia est, aliis scandalum, vocatis autem est virtus Dei. Ita idem aliis est lac, aliis cibus est secūdum quòd capacitas eorum plus vel minus capit. Vt hi qui dicunt: Ego sum illius vel illius: aliter acceperūt de Christo crucifixo quàm qui dicit: *Mihi absit gloriari nisi in cruce domini.* Eadem simul audiunt, spirituales & carnales, & quique pro modo suo capiunt, nec necesse est, vt aliqua secreta taceantur paruulis, dicēda perfectis. ideo quia dicit Apostolus: *Nō po. tui lo. vob. qua. spi.* quid est: Non potuistis quæ dicebam intelligere vt spirituales, sed vt carnales. Si enim vt spirituales, non dicerent: *Ego sum Pauli.*

Aug. tracta. 98. in Ioan. — Gal.6.c — † Suprà 1.b — B — * & factiones — † carnales. — † Quis — † vt cuique

CAP. III.

¶ Sensum Christi habemus. ¶ Tamen. a ¶ Qui possem. b ¶ Non debui.
a ET ego fratres non potui loqui vobis 1
a ¶ Sicut soleo spiritualibus. b ¶ i.carnaliter viuentibus.
quasi spiritualibus, sed † quasi carnali- 2
a ¶ Et hoc tam diligenter feci. b ¶ Cognitione. c ¶ Non altiora prædicaui. Quare.
b bus. Tanquam paruulis in Christo † lac
¶ Facilem doctrinam. a ¶ Dulcem ac nutrientem. ¶ Quia. ¶ Quandiu vobiscum eram.
vobis potum dedi, non escam. Nondum 3
¶ Et si ab illis pseudo edocti. a ¶ Recipere escam. 4
c enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim 5
¶ Vere estis carnales, quia contentiosi. a ¶ Inuidia de baptistis. b ¶ Verbis.
d carnales estis. † Cum enim sit inter vos & † zelus & conten- 6
a ¶ Quod aliquid ab homine esse putatis. b ¶ In peius proficitis. 7
tio, *nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? 8
¶ Expositio zeli & contentionis. ¶ Non est hoc minus à Gentilitate. 9
Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius au-
a ¶ Vt sperantes in Deo sunt dij. ¶ Quandoquidem in his gloriamini.
tem: ego Apollo, nonne † homines estis? † Quid igi- 10
¶ Q. sunt ne ipsi gratiæ, quæ in sacramentis datur, autores. ¶ Qui maior. Non Deus qui dat, sed ministri per quos dat: & ideo in Deo gloriandum non in eis.
e tur est Apollo? † Quid verò Paulus? † Ministri eius cui 11
a ¶ Et hoc non vno eodémque modo faciunt. b ¶ Diuisit officia singulis. ¶ Paulus.
credidistis, & † vnicuique sicut dominus dedit. † Ego 12 13
¶ Ad fidem conuerti. ¶ Baptismo. ¶ Non vos. ¶ Muneris.
plantaui, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. 14 15

✱ IRENÆVS. Id est, cum quidē aduentum domini, quē secundum hominem didicisset, nondum autem spiritus patris requiescit super vos, propter vestram infirmitatem, cum sitis adhuc propter vestram infirmitatem carnales.

✱ HAYMO. Simplicē doctrinā de humanitate Christi, nō solidū cibū de diuinitate Christi & misterio trinitatis dedi vobis. lib.4.ca.75.

c *Adhuc enim carna.* Arguit eos qui quærebantur se dudum nō audisse spiritualia, cum adhuc indigni essent audire. Aug. in psal. 130.

d *Cum enim inter vos sit.* ✱ GREG. Scriptura sacra tribus modis hominem appellat, scilicet aliquando per naturam, aliquando per culpam, aliquando per infirmitatem. Homo quippe per naturam dicitur sicut scriptum est Genesis 1. Faciamus hominem. & homo per culpam sicut est Psal.81. Vos autem sicut homines moriemini, ac si apertè dicat: sicut delinquentes obibitis: vnde & apostolus Paulus ait, *Cum sit inter vos zelus.* L.4.Moral. C D

e *Ministri eius.* AVG. Homo exterius ministrat quasi seruus, non vt aliquid de eo speretur: Deus incrementū dat qui iustificādo informat & rigando fœcundat: homo loquitur, Deus docet intus. vnde: *Beatus quem tu erudieris domine. Qui plantat & qui rigat,* foris operatur. Qui dat incrementum, intus opitulatur. Si non dāt sancti incrementum, impendunt tamen adiumentum, sed non de suo. quia inquit: *Sine me nihil potestis facere.* Igitur fides rigādo est nutrienda. Hoc igitur loquendo agitur, docendo, suadendo: Christus interius docet inspirando. Illa inspiratio vnctio est, sine qua sermo hominis perstrepit inaniter. Creator qui redemit & ad fidem vocat, intus suadendo loquitur quibus vult. Cum verbum Dei auribus insonat, miscetur potentia Dei, cum sono vocis, vt qui incitat prædicantem, confirmet auditorem: vocem format homo exterius, sed Deus imprimit intus & ei obedit, quem gratia præuenit, quia Deus operatur velle & perficere.

Aug. tra. 5. 15. & 80 in Ioan. — † loquendū fuit vt — † 35.q.3.c. quædā lex. §.quod scripsi. — Psal.93.h — † æmulatio — E — Ioan.15.a — Aug. lib. 3. de Trin. tracta 3 in epistol. Io & & tract. 26. in Ioan. — † Nisi ministri — † 19.di.c.secundum 1.q.1.c.si iustus. & c nūquam. — Phil 2.b

✱ GREGORIVS. Plantare quippe & rigare adiuuare est, quod vtrumque vacuum erit ministerium, si in corde Deus non dat incrementum. Li. 17. Moral.

Vnum

F

NICOAVS DE LYRA.

CAP. III.

✱ ET ego fra. *Postquam Apostolus remouit Corinthiorum contentionem, hic consequenter remouet contentionis causam, quæ erat ex hoc quòd aliquibus ministris ecclesiæ nimis attribuebant, & aliquos nimis contemnebant. primò ergo remouet primum, secundò secundum. cap. sequenti. Prima in duas. quia primò ostendit damnum ex tali attributione quod patiebantur. Secundò, remouet illam attributionem. ibi:* Quid igitur est Apollo? *Circa primum ostendit, quòd ex tali attributione quam habebant inter se adhuc animales aut carnales erant. propter quod doctrinam perfectam fidei capere non poterant: & sic impediebantur à consequutione magni, ideo dicit.*

1 Et ego fratres non potui loqui vobis spiri.&c. *propter dictam causam.*

2 Sed quasi c.tan.par. in Christo. *i. vobis annunciaui minora fidei secundum vestram capacitatem.*

3 Non escam. *i. perfectam doctrinam.*

4 Non e. pote. ca *q.d. non subtraxi vobis hanc doctrinam ex inuidia, sed ex vestra impotentia.*

5 Sed nec nunc quidem po. *quamdiu in tali carnalitate manetis. Quod enim ca. præcedenti vocauit animalitatem, hic vocat carnalitatē. Et quòd adhuc sint tales ostendit di.*

6 Cum e. sit inter vos. ze. *i. inuidia.*

7 Et con. *Oriens ex ipsa.*

8 Nonne carna. estis. *q.d. patet quòd sic. hæc non sunt nisi inter carnales, qui de bonis corporalibus contendunt, eo quòd à pluribus integrè haberi non possunt: sed ex diuisione diminuitur pars vniuscuiusque, & sic oritur contentio, quia quilibet vult facere partem suam meliorem. Spiritualia verò bona à pluribus perfectè possunt possideri. imo perfectius quā ab vno: propter quod inter viros spirituales qui talia bona quærunt, non est zelus nec contentio.*

9 Et se. ho. am. *q.d. Sic. Modus enim intelligendi connaturalis homini est per reflexionem ad phantasmata, & volendi per conuersionem ad appetitum sensitiuum. & ideo secundum hominem ambulare, est ambulare per modum animalitatis, nisi spiritus hominis à Deo sursum eleuetur: quod fit in spiritualibus viris.*

10 Quid igi. *Hic consequenter remouet attributionem, ex qua dictum damnum incurrebant. Et diuiditur in tres partes: quia primò ostendit quid ministris ecclesiæ conuenit secundum veritatem. secundò, excludit errorem, ibi* Nemo. *tertiò, infert conclusionem, ibi:* Nemo itaque. *Prima adhuc in duas. quia primò ostendit actionem ministrorum. secundò mercedem eorum ibi:* Vnusquisque autem. *Circa primum dicit:* Quid igitur est Apollo, quid verò Pau. *vt per hoc intelligantur: alij ecclesiæ ministri. Et respondet ad quæstionem propositam dicens.* Diuisio

11 Mini. eius cui credidistis, &c. *id est, Christi quasi dicat. Ipsi non sunt principales doctores fidei vel operatores baptismi, sed solum ministri Christi, inquantum ministerialiter operantes exterius. Christus autem docet & baptizat interius: propter quod talia ministris non sunt attribuenda.*

12 Et vnicui. si. d. de *q.d. adhuc tale ministerium non est in eis ex virtute propria, sed solum ex Dei gratia. Quod autem operentur solum exterius, probat consequenter: dicens.*

13 Ego plantaui. *annunciando vobis primò ea quæ sunt fidei.*

14 Apollo rigauit. *post me vos docendo.*

15 Deus autem incrementum dedit. *quasi dicat: ego & ipse nihil egimus ad salutem & fidem vestram interius operādo. sed solus Deus illuminando vos per fidem, & mundando per gratiam & sanctificando. Nos autem solummodo egimus exterius ministrando, sicut plantator arboris vel rigator non faciunt eius radicationem vel incrementum, sed virtus naturæ. Propter quod concludit.*

✱ Itaque

a *Vnum sunt.* Posset videri, quòd si nihil ex se dant, tamen Deus magis per hunc quàm per illum. A

✱ TERTVL. Quis autem non intelligat, alterum esse Apollo, alterum Paulum non eundem atque ipsum Apollo pariter, & Paulum. Deniq; ediuerso vniuscuiusque sunt officia prolata: alter enim qui plantat & alter qui rigat, hos tamen duos, non quod vnus sit, sed quod vnū sint proposuit Apostolus Paulus, & alter quidam sit Apollo, alter vero Paulus, quantum ad personarum distinctionem pertinet vnum ambo sint: nam quando duorum vna sententia est, veritas vna est, fides vna est, vna atque eadem religio est, vnus etiā Dei timor est, vnum sunt, etiam si duo sint ipsum sunt dū ipsum sapiunt. Etenim quos personæ spatio inuicem diuidit, eosdem rursus inuicem religionis ratio conducit. lib. de Trinitat. — B

b *Vnusquisque au. propriam, &c.* ✱ AMB. Datur ergo vnicuique fine merito vnde tendat ad meritum, & datur ante vllum laborem, vnde quisque mercedem accipiat secūdum laborem suum.

† De presby. nō bapt. c.si. De sum tri. c. vnico, in clement. 1.q.1.c.cū Paulus. — lib.2. de vocat. gēt. c.2.

✱ AVG. Cùm promerueris Deum viuendo ex fide, accipies præmium, immortalitatem, & vitam æternam: & illa gratia est. Non pro merito quidem accipies vitam æternam, sed tantum pro gratia. Si enim ipsa fides gratia est, & vita æterna gratia est, & vita æterna quasi merces est fidei. Videtur quidem Deus vitam æternam tanquam debitam reddere. Cui debitam? Fideli, quia promeruit illam per fidem. Sed quia ipsa fides gratia est, & vita æterna gratia est pro gratia. Audi Paulum flagitantem debitum, qui primò indebitam susceperat gratiam. *De cætero reposita est mihi corona iustitiæ.* Iam debitum flagitat, iam debitum exigit. *Reddet mihi,* inquit, *Dominus, iustus iudex.* Vt ante susciperet gratiam misericordem patrem opus habebat: vt præmium gratiæ, iudicem iustum. Tract. 3. in Ioan.

C c *Adiutores.* In colendo agro dominico: non deprauatores, vt quidam aiunt. Quod inde patet, quia vos estis agricultura.

✱ GREGOR. Nam cum ei quem ipse per internam gratiam infundit, nos exhortationis voce cōcurrimus: hoc quod ille per spiritumsanctum egit intrinsecus, nos ministerio vocis adiuuamus: & tunc sola nostra exhortatione ad perfectionem ducitur, cùm in corde Deus fuerit qui adiuuetur. lib 17. Moral c.26.

d *Agri.* quia colit vos ad fructum. *Ædificatio:* quia qui colit habitat in vobis. Et ita idem est ager & ædificium, quod non in rebus visibilibus. Nos colimus Deum adorando, non ornando. Ille autem sic nos colit, quòd & meliores nos reddit. Aug. in psal. 66. — D

✱ AMBROSIVS. Agriculturæ ergo huius atque ædificationis intantum quisque adiutor & operarius ac minister est, inquantum vnicuique dominus dederit. lib. de voca. gent. ca. 2.

a ¶ Et quia Deus dat tantum incrementum. ¶ Dando ex se.
Itaque neque qui plātat est aliquid, neque qui rigat: sed qui 1 2
a ¶ Remissionem peccatorum, & omnia alia bona. b ¶ Interius. c ¶ Solus. d ¶ Plantat Paulus, rigat Apollo. e ¶ Ministri indifferentes.
a incrementū dāt Deus. Qui plantāt autē, & qui rigat, vnūm
a ¶ In dando non differunt, sed in labore & mercede.
b sunt. Vnusquisq; autē propriam mercedē accipiet secundū 3
a ¶ Forinsecus ministrandi. b ¶ Quia si non damus incrementum, impēdimus tamen aliquod adiumentum. c ¶ Dum extirpantur vitia. 4
c d suū lāborem. Dei enim sumus † adiutores, Dei āgricultura 5
a ¶ Impositione virtutum. b ¶ Quibus ego posui funda.&c. c ¶ i. apostolatum. d ¶ Quia non à me hoc habui. ¶ Gratis.
estis, Dei ædificātio estis. Secūdū grātiam Dei quæ dāta est 6
a ¶ Discretione vtens. b ¶ Princeps ædificij. c ¶ Fidem Christi, non aliam, sed quæ per dilectionem operatur. d ¶ Quisquam habens fidem, quia ad eum hoc pertinet.
mihi, vt sapiens architectus fundāmētū posui, aliūs autē su 7 8
a ¶ Bona opera. b ¶ Quod non vno modo est, sed. a ¶ Cuiusmodi opera, vtrum secundum nos, vel illos. 9
perædificāt. Vnusquisq; autē videat quōmodo superædifi- 10
a ¶ De superædificatione tantum videndum est: quia. b ¶ Ad quod videntur niti pseudo. 11
e cet. † Fūdāmētū enim aliud nemo potest ponere, pręter id 12
¶ A me alias qui ¶ Fides Christi. a ¶ Fundamentum nemo potest mutare. ¶ Sed de superædificatione videndum est tantum, quia manifestum erit opus cu.
f g qd positū est, qd est Christ⁹ Iesus. † Si qs autē superædificāt 13

e *Funda. e.* AVG. Fides gratiæ Christianæ. i. ea quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento neminem perire permittit. Super hoc fundamentum alius superædificat aurum, arg. lapides prætiosos, is videlicet, qui cogitat quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo. Alius superædificat super hoc fundamentum ligna, fœnū, sti. is videlicet qui cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat mundo. Illius opus non exuritur, qui ea non dilexit, quorū amissione crucietur. Exuritur autem huius opus, quia sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Sed quoniā alterutra conditione proposita, eis potius malet carere quàm Christo, nec timore amittēdi talia deserit Christū, quāuis doleat cum amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem. Iste ignis est tribulationis tentatio, de qua scriptum est: *Vasa figuli probat fornax, & homines tentatio tribulationis probat.*

Gal 5 b — Aug. lib. de fide & operibus, c.15. — In ps. 26. — Enchiridij c.67.& 68. — Infrà 7.f — † cooperarij — lib.21 de ciuit. Dei. ca. 21 & 26. — E — † De pœ. di. 2 c. si enim. §. cæterum. — Eccl.27.a

f *Christus.* i. fides Christi: secundum quam per dilectionē operatur, per quam Christus habitat in cordibus. Aliud non est fundamentum. hæc autem neminem perire sinit.

✱ ATHANASIVS. Necesse est autem fundamentum tale esse, qualia ea quæ superædificantur, vt cōgruant inter se. Verbum igitur quatenus verbum non habet aliquos qui secū congruant, vnigenitum enim est: cæterum quatenus homo factus est, similes sibi & congruentes habet, vtpote cum quibus etiam similem carnem induerit. Quocirca quantum ad humanitatem fundatur, vt & nos super eum veluti pretiosi lapides inædificemur, efficiamúrque templum habitantis in nobis Spiritus sancti. Ser. 3. cōtra Arrianos. — F

g *Si quis au.* AMB. Alius superædificat, id est, qui superuenientes post apostolos docent, sed videant vt ædificatio congruat fundamento. *Fundamen. aliud.* quia nemo præter Christum loquens commenta sua commendaret. In auro ar. la. præ. præclaram doctrinam significat, in tribus aliis vana doctrina signatur, quæ si modo fallit, in igne apparebit: quia ardebit bona permanente, & erit ei bonæ. s. doctrinæ merces vita æterna. *Detrimen.* verò malæ, quia pœnas patietur, *saluus.* quia non interibit fidei substantia qua constat, sicut mala doctrina quæ accidēs est. *quasi per ignem.* quia non sine pœna, cum perfidi in æternum pereāt, prodest illis ex parte credidisse Deum.

Aurum

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat. *scilicet operando interius, sed solus Deus.*

2 Qui plantat autem & qui rigat vnum sunt. *scilicet conditione naturæ & ministerij operatione. propter quod vnus non est præferendus & alter contemnendus.*

3 Vnusquisque. *Hic consequenter ostendit mercedem ministrorum, ne fortè crederet aliquis ipsos non esse remunerandos, eo quòd dixerat:* Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat. *Et diuiditur in tres: quia primò declarat ministrorum mercedem. secundò eorum varietatem, ibi:* Secundum gratiam Dei. *Tertiò infert quandam conclusionem, ibi:* Nescitis. *Circa primum dicit:* Vnusquisque autem. *ministrorum ecclesiæ.* Diuisio

4 Propriam mer. ac. *quia non omnes æqualiter laborant extensiuè nec intensiuè.*

5 Dei enim su. adiu. *q.d. Licet non agamus interius illuminando vel iustificando, tamen agimus aliquid ad hoc exterius ministerium adh bendo, quod non caret præmio.*

6 Secundum gra. *Hic consequenter ponit ministrantium variationē. di.* Secun. gra. Dei quæ d. est m. *& non propria virtute.*

7 Vt sa. ar. *i. principalis inter ministros: Quod non dicit ad iactātiam, sed ad Dei gloriam, propter quod præmisit, secundum Dei gratiam.*

8 Funda. po. *prima initia vobis fidei annuntiando.*

9 Alius autem su. *id est, alij doctores post me vos docentes docuerunt sequentia.*

10 Vnusquisque au. vi. *i. diligenter attendat.*

11 Quomodo superædi. *id est, qualiter doceat, vt eius doctrina non discrepet à fundamento sed magis ei conueniat. & quid sit hoc fundamētum, subdit.*

12 Fundamen. enim a. *id est, solus Christus vel fides ipsius est fundamentum.*

Sed cōtra hoc videtur Apoc. xxj. d. vbi dicitur: quòd xij. apostoli sunt xij. fundamenta ciuitatis Dei, per quam intelligitur ecclesia. Ad quod dicendum, quòd fundamentum dupliciter potest accipi. Vno modo propriè. s. illud quod habet firmitatem & stabilitatem ex se. & sic solus Christus est fundamentum ecclesiæ. Alio modo impropriè & largè. s. illud quod adhæret primò fundamento iam posito, sicut sunt lapides primarij fundamento inhærentes. & sic Apostoli dicuntur ecclesiæ fundamenta, quia primitus adhæserunt Christo. Fundamentum duplex

13 Si quis autem superædi. *Per hoc intelligitur sana doctrina fundamento fidei receptæ apposita. Per aurum doctrina circa amorem diuinum. Per argentum, doctrina pertinens ad cōtemplationem spiritualium creaturarum, per quam ascenditur ad Dei cognitionem. Per lapides prætiosos, doctrina pertinens ad alias virtutes animam ornantes.*

✱ Ligna,

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ a *Aurum.ar.la.* AVG. Hæc tria ædificant contemptores ſeculi. A qui ſua omnia pauperibus dant. Vel qui tanquam non habentes habent aurum in contemplatione Dei, argentum in dilectione proximi, lapides pre. in operibus bonis: quæ non conſumuntur ab igne, ſed nihil vel parum ipſum ſentiunt. Ligna, fœnũ, ſtipulã ædificant: qui etſi aliena non rapiunt: rebus tamen infirmitati cõceſſis, aliqua dilectione inhærent, qui ſecũdum ſuos amandi modos, diutius vt lignum, vel minus vt fœnum, vel minimum vt ſtipula ignem ſuſtinebunt. Et quia hæc Deo prǫponunt, ſalui erunt per fundamẽtũ. Qui verò hæc Deo præponunt, vel crimina committunt, non ſuperædificant, ſed fundamentum deſtruunt.

Aug. in pſal. 26 Enchiridij c. 67.68.

- domini

¶ Vt cogitet tantum quæ Dei ſunt.
a ſupra fundamentum hoc aurum, argẽtum, lapides pretio- 1
a ¶ Dum diuiſi cogitant quæ mundi ſunt, quibus ſine dolore carere non poſſunt. ¶ Etſi non modo. 2
b ſos, ligna, fœnum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus manifeſtũ 3
a ¶ In quo ſecreta patent. b ¶ Illud opus. c ¶ Pœna purgatoria bonis. d ¶ Quicunque modo negat. i. abſcondit peccata ſua. 4
c erit. Dies enim domini declarabit: † quia in igne reuelabi- 5 6
a ¶ Firmum vel ſolubile. b ¶ Præſentis vel futuri iudicij.
d tur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius 7 8

† quod in igne reuelatur

✠ HIERON In eccleſia tria ſunt genera bonorum. Eſt bonum, melius optimum. Tria ſunt econtrario genera malorum, malum, peius, peſſimum Prima auro, argento, lapidi prętioſo: ſecunda lignis, fœno & ſtipulæ comparantur.

b *Ligna fœ.ſti.* Nõ hæc de malis operibus accipienda ſunt quaſi fides ſine operibus ſaluet, quod non eſt. B

Aug. in pſal. 80.

AVG. Non ſibi polliceatur quiſquam habens nefaria opera regnum Dei, & dicat: Quoniam habeo ſignum Chriſti & ſacramenta, non delebor in æternum, ſed per ignem ſaluus ero. Ait enim Apoſtolus: *Fundamentum poſitum eſt, &c.* Quid eſt etiam inquiunt, quod ſequitur, alius ſuperædificat au.ar.la. pre.li.fœ. ſti. Hoc eſt, qui ſupra fundamentum iuſta opera ædificat aurum ar. la. præ. ædificat. Si autem peccata, lignum. fœ.ſti. Cyrillus quoque ait: Natura peccati ſimilis eſt materiæ quæ citò conſumitur igni, quam ædificari Apoſtolus à peccatoribus dicit, qui ſupra fundamentum Chriſti ædificant li. fœ.ſti. In quo manifeſtè oſtenditur quædam eſſe peccata ita leuia, vt ſtipulæ comparentur, fœno & li.

lib 4. in Leuitic.

Lignum, fœnum, ſtipulam quidam intelligunt opera bona, quæ quidem ad ſui & ſuorum, vel ad ſuſtentationem indigentium ex miſericordia faciunt. Sed quia hæc opera faciunt cum aliquo amore temporalium, ideo hæc opera dicuntur arſura, C non quòd eo puniantur qui hoc faciunt, ſed quia terrenum aliquem affectum habent cum hæc faciunt. Nec ille terrenus affectus eſt adeo malus, vt deſtruat fundamentum & fidem quæ per charitatem operatur: & talis affectus venialis eſt. Sed potius lig.fœ.ſti. accipiuntur nõ bona opera, nec mala quæ ſunt damnabilia, ſed peccata venialia. vnde Gregor. Quamuis hoc de igne præſentis tribulationis poſſit intelligi, tamẽ ſi quis de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſollicitè eſt: quia eum dixit per ignem poſſe ſaluari, non qui ſuper hoc fundamentum ferrum vel æs vel plumbum ædificat. i. peccata maiora. & ideo duriora & inſolubilia, ſed qui ædificat lig. fœ.ſti. i. peccata minima atque leuiſſima, quæ ignis facilè conſumat.

lib. 4. Dialogor. c. 39. Aug. ſer 41. de Sanctis.

c *Dies enim.* Hic dies eſt hominis pro nutu ſuo agentis, ſed in iudicio vel morte cuiuſque dies eſt domini ſecundum merita iudicantis, etiam hic iudicium incipit à domo Dei. i. à ſaluandis incipit pœna, quæ conſummabitur in reprobis. Ideo enim puniuntur electi, vt ibi non puniantur. In quo die eſt ignis tribulationis quo vritur amor rerum temporalium, dum contriſtantur de amiſſis. vnde & dicitur: *Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi.* Ignis verò extremi iudicij tandiu durabit, quouſque purgati ſint qui ſaluandi erunt.

Origen. Ambroſ. 1. Cor 7.

d *Ignis.* Tribulationis: qui omnes *probabit.* in fine.

✠ ORIGE. Si poſt fundamentũ Ieſu Chriſti, non ſolum in corde tuo aurum, & argentum & lapidẽ prætioſum ædificaueris: verumetiam lignum, fœnum, & ſtipulam, quid tibi vis fieri, cùm anima ſeiuncta fuerit à corpore? Vtrumnam ingredi vis in ſancta cum lignis tuis, cum fœno, & ſtipula, vt polluas regnũ Dei? D An propter lignum, fœnum, & ſtipulam foris reſidere; & pro auro, argẽto, & lapide prætioſo nihil mercedis accipere? Sed neq; hoc æquum eſt. Quid igitur ſequitur, niſi vt primum propter ligna, ignis tibi detur, qui conſummat lignum, fœnum, & ſtipulã.

✠ THEOD. Nonnulli exiſtimãt hæc ab Apoſtolo dicta eſſe de dogmatibus, ego autẽ exiſtimo eum hæc dicere de actiua virtute & vitio. Aurum, argẽtum, lapides prætioſos appellat ſpecies virtutis: ligna autẽ, fœ. & ſti. ea quæ ſunt virtuti contraria. Doctores diuinas quidẽ doctrinas exhibent, ex his autẽ qui audiũt, hi quidẽ ſeipſos aurũ, illi verò argentũ, alij prætioſos ſeipſos reddunt, ſtudioſè ea quę dicuntur attendẽtes. Alij autẽ in ſocordia, & ignauia vitã agentes, lignorũ, & fœni, & ſtipulæ quod facitè exuri poteſt, imitãtur, vitiũ eligentes. Materiæ autẽ differentiã non vita præſens, ſed futura coarguet. Hoc enim dixit illud: *Dies reuelabit*, pro eo quod eſt, dies iudicij, &c. τοῦτο τὸ πῦρ πιστεύομεν καθαρτήριον, ἵνα καθαρίζονται αἱ ψυχαὶ ὡς χρυσίον ἐν τῷ χωνευτηρίῳ, &c. Hũc ipſum ignẽ purgatoriũ credim⁹, in quo purgãtur animę, perinde atq; aurũ, in cõflatorio. E

✠ AMMONIVS. Credimus hunc ignem eſſe καθαρσιμον, expiatorium, in quo defunctorum animæ purgantur, & repurgantur, ſicut aurum repurgatur à ſcoria in fornace.

✠ OECVM. Saluabitur dolorẽ paſſus, ſicut veriſimile eſt de eo qui per ignẽ trãſierit, ſibíque vnitas modicas expurgarit. Solius namque Dei eſt perfectò peccato carere, homines verò & ſi maximè iuſti fuerint, non perfectè puri ſunt, &c. In interpretatione Iſaiæ, diuus Baſilius facta huius verbi mentione, pro purificatione ipſum accipit.

✠ AMB. Cũ dicit apoſtolus, *ſic tamẽ quaſi per ignẽ*, oſtẽdit ſaluũ quidẽ illũ futurũ, ſed pœnas ignis paſſurũ, vt per ignẽ purgatus fiat ſalu⁹, & nõ ſicut perfidi, æterno igne in ꝑpetuũ torqueatur.

✠ HIERO. Peccatores Eccleſiæ qui confitentur quidem rectam fidẽ, ſed propter vitiorum ſordes, purgantibus ſe indigent flammis, idcirco nunc Dominus ad ignem ſe, iudicium vocare ſe monſtrat, vt vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probet.

In cap. 7. Amos.

✠ AVG. Domine, in hac vita purges me, & talẽ me reddas, cui iã emendatorio igne non opus ſit, propter illos, qui ſalui erunt ſic tamen quaſi per ignem. Quare niſi quia hic ædificant ſupra fundamentum ligna, fœnum, ſtipulam? Si ædificarent aurũ, argentum, lapides prætioſos, & de vtroque igne ſecuri eſſent: non ſolum de illo æterno qui cruciaturus eſt impios: ſed etiam de illo, qui emendabit illos qui per ignem ſalui erunt. F

In pſ. 36.

✠ IDEM. Hi qui tẽporalibus pœnis digna geſſerũt, de quibus apoſtolus dicit, *Si cuius opus arſerit, detrimentũ patietur, &c.* per fluuiũ igneũ, de quo propheticus ſermo, (Dan-7.) & vada feruentibus globis horrẽda tranſibũt. Quãta fuerit peccati materia, tãta & pertranſeundi mora. Quantũ exegerit culpa, tantũ ſibi ex homine vendicabit quædam flãmæ rationabilis diſciplina. Et quãtum ſtulta iniquitas ſuggeſſerit, tantum ſapiens pœna deſæuiet.

lib. 50. Homil. ho 16.

✠ GREG. De quibuſdam leuibus culpis eſſe ante iudicium Purgatorius ignis credẽdus eſt, pro eo quod veritas dicit: *Si quis in Spirit. ſanct. blaſphemiam dixerit, neq; in hoc ſeculo remittetur ei, neq; in futuro.* In qua ſentẽtia datur intelligi, quaſdã culpas in hoc ſeculo, quaſdam in futuro poſſe laxari. Quod enim de vno negatur, de quibuſdam conceditur. Nam cùm Paulus dicat: *Si quis ſuperædificauerit, &c.* quamuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito, poſſit intelligi, tamen ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum eſt dictum eſſe de peccatis minutis, quæ ignis facilè conſumat.

libr. 4. Dialog c. 39 Matth. 12.

Ignis probabit. Duos ignes futuros legimus. Vnũ æternũ, quo ☞ æterna

Ignis duplex futurus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ligna, fœ.ſti. *Dixerunt aliqui quòd per hoc intelligitur falſa doctrina combuſtione digna ſicut ſubditur poſtea. Sed hoc non videtur intẽtio Apoſtoli. Primò, quia dicit iſta fundamenta fidei ſuperadi. falſa verò doctrina non ſuperadditur, ſed magis per eam fundamentum hoc deſtruitur. Secundò: quia ſubdit, quòd licet tale opus arſerit, operans tamen finaliter ſaluus erit. Quod non poteſt dici de doctoribus falſam doctrinam habentibus. Et ideo dicendum, quòd per iſta intelligitur vera doctrina, curioſa tamen & vana ſeu cupiditate quæſtus deprauata, non in ſe, ſed ex parte docentis, & talis doctrina ſtat cum fundamento: doctor tamen meretur pœnam purgatorij, & ſic finaliter ſaluari. Et de vtraque doctrina ſubditur.*

2 Vniuſcu.opus. *ſ. doctoris boni & curioſi.*

3 Maniſe.e. *in die iudicij. qui accipitur hic pro die mortis: quia qualis vnuſquiſque in die mortis inuenitur. ſ. in ſtatu ſaluandorum vel damnandorum, talis in die iudicij præſentabitur. ideo ſubditur.*

4 Dies e.d, de. *Veniet enim dominus ad iudicium cuiuſlibet in particulari in die mortis ſuæ.*

5 Quia in igne reue. *ſ. purgatorij: Qui idem eſt cum igne inferni, ſecundum quod dicit Grego. Sicut enim in eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ſic idem ignis purgat electos & damnat reprobos. Sed reprobis eſt ad ſemper, electis tantum ad tempus. ideo ſubditur.*

Ignis idem purgatorij & inferni.

6 Et vniuſcu.opus. *ſ. doctoris vtilis & inutilis eccleſiæ.*

7 Quale ſit, ignis probabit. *id eſt, manifeſtabit.*

8 Si cuius opus man. quod ſuperædi. *i. ſi ædificauit doctrinam bonam ſanam & ſtabilem.*

3 Mani ✠ Merce

☞ æternaliter punientur reprobi, qui ſequetur iudicium. Alterum A qui præcedet, quo exuretur facies mundi huius, qui emendabit eos, qui ſuperædificauerunt lignum, fœnum, ſtipulã. Qui autem aurum, ar.la.pre. de vtroque igne ſecuri ſunt.

a *Mercedem.* Non ſolum poſt finem, ſed & in hac vita habet ſuã requiem anima contemnentis omnia.

✠ AVG. Nam prius purgãdus eſt igne purgationis, qui in aliud ſeculum diſtulit fructum cõuerſionis. Hîc autem ignis etſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt: excedit enim omnem pœnam quam vnquã paſſus eſt aliquis in hac vita. Studeat ergo delicta ſic corrigere, vt poſt mortem non oporteat talem pœnã tolerare.

lib de vera & falſa pœnitentia. † exuſtum fuerit. † tanquam

¶ In igne. ¶ Nihil perdet, quia quod amauit, inueniet.
a opus mãſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si 1
a ¶ Cremabile erit. b ¶ Minoris gloriæ, vel patietur aliquid. 2
c ¶ Etſi hic vritur dolore amiſſorum, non tamen ea præfert Deo.
cuius opus † ãrſerit, detrimentum patietur. Ipſe autẽ ſaluus 3
a ¶ Rem cremabilem per ignem ferens, qua cremata euadet ipſe.
b ¶ Sed. c ¶ In quibus Deus ſedet.
b erit, ſic tamen † quaſi per ignem, † Neſcitis, quia templum 4
a ¶ Qui vos conſummat, in bonis ſcilicet. b ¶ Vel pſeudo, vel homo ei conſentiendo. 5
c Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autẽ tem- 6
a ¶ Corpus & animam. 7
d plum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. † Templũ enim 8
a ¶ A tempore baptiſmi. b ¶ Cauete ergo vobis.
c ¶ Secundum corpus & animam. d ¶ Et ideo. e ¶ Q. Deus hoc negligat. ¶ Sed.
e Dei ſanctũm eſt, quod eſtis vós. Nẽmo † vos ſeducat Si quis 9
¶ Sibi. a ¶ i. ſecundum ſapientiam huius mundi. 10
b ¶ Apud ſe: & Deum contra naturam poſſe credat.
videtur inter vos ſapiens eſſe in hõc ſeculo, ſtultus fiat, 11
a ¶ Vera ſapientia. b ¶ Merito apud ſe ſtultus, quia ita apud Deum.
f vt ſit ſapiẽns. † Sapientia enim huius mundi ſtultitia 12
a ¶ Qui facit, quod fieri poſſe mundus negat. ¶ In Iob. ¶ Falſos oſtendam. 13
g eſt apud Dẽum. Scriptum eſt enim: † Comprehendam 14
a ¶ Mundi. b ¶ Faciendo aliter quàm dicunt. ¶ In Pſalmo.
h ſapiẽntes in aſtũcia eorum. Et iterum: Dominus nouit 15

† Infra 6. d 2. Cor. 6. d Matt. 6. b
† 28. di. c. de cemimus.
† ſe
† Qui comprehendit.

b *Neſcitis: quia.* Hoc præmiſit vt illos compungat, qui turpiter viuentes corpora ſua violant, B maximè ille qui vxorem patris habet. Hic agit de ſtructoribus fundamenti.

† Ro. 1 c

✠ HAYMO. A tempore baptiſmatis incipit habitare in nobis Spirituſſanctus: & templum illius ſunt omnes angeli & omnes Iuſti.

✠ ATHANAS. Quibus verbis declarauit eſſe verbũ Dei: iam vbi templum, ibi & Deus vt in ſuo tẽplo, ait enim: *Neſcitis quod corpora veſtra templum ſunt ſpirituſſancti habitantis in vobis?* Quod ſi non glorificas incolam tui Deum, factus es fanum idolorum.

lib. de communi eſſentia patris & filij & ſpirituſſancti.

c *Si quis autem.* Iſte ſaluus per ignem, ſed ſi quis voluerit templum quod vos eſtis, diſper. illum. Et neſcitis hoc.

d *Templum.* AVG. In quibus Deus habitat per fidem. *Templum Dei.* i. ſpirituſſancti. vnde ſubdit: *& ſpiritus Dei habitat.* Nota quòd ſpiritus dicitur hic Deus. cum enim præmiſerit: Eſtis templum Dei. Non ſubdit: Et Deus habitat: Sed ſpiritus Dei habitat in vobis. In quo apertè oſtendit ſpiritum Dei eſſe Deum. Vbique enim adeſt ſpirituſſanctus ad homines in æterna vita regenerãdos. Spirituſſanctus igitur in cæleſtibus ſedet cum patre & filio, & in templo ſuo habitat. ſ. in ſanctis. Qui ſunt tẽplum Dei modo per fidem ambulantes. Et templum Dei erunt aliquando etiam ſecundum ſpeciem, qualiter etiam nunc ſunt templum angeli Dei.

Aug. li. 7. de Trinit. Ioan. 4. d

AVG. Sed diceret aliquis: Antequam faceret Deus cælum & terram, antequam faceret ſanctos, vbi habitabat? In ſe habitat Deus, apud ſe habitat, & apud ſe eſt. Non ergo ſic ſunt ſancti domus Dei, vt ipſa ſubtracta cadat Deus: imo ſic habitat Deus in ſanctis, vt ſi ipſe diſceſſerit, cadant. Propterea ſciendum, quòd non niſi ſtultiſſimè dici poteſt, ſpiritum non habere locum in noſtro corpore, quod totum anima noſtra impleuerit. Stultius etiam dicitur anguſtiis alicubi impediri Trinitatem, vt pater & filius & ſpirituſſanctus alicubi ſimul eſſe non poſſint. Verum illud multò mirabilius, quòd cum Deus vbique ſit totus, non tamen in omnibus habitat. D Quis porrò audeat opinari, niſi inſeparabilitatem Trinitatis penitus ignoret, quòd in aliquo poſſit habitare pater aut filius, in quo non habitet ſpirituſſanctus? Aut in aliquo ſpirituſſanctus, in quo non pater aut filius? Fatendum eſt igitur vbique eſſe Deum per diuinitatis præſentiã: ſed nõ vbique per inhabitationis gratiam. Propter hanc enim inhabitationem vbi gratia dilectionis eius agnoſcitur, non dicimus: *Pater noſter, qui es vbique*, cum & hoc verum ſit: ſed, *qui es in cælis.* Illud quoque mirabile eſt, ꝙ Deus eſt inhabitator quorundam nondum cognoſcentium Deum, & non quorundam ſe cognoſcentium. Illi enim ad templum Dei non pertinent: qui cognoſcentes Deum, nõ ſicut Deũ glorificant. Ad templum autẽ Dei pertinent paruuli ſanctificati ſacramento E Chriſti, & regenerati ſpirituſancto, qui nõdum poſſunt cognoſcere Deum. Igitur quem non potuerunt illi noſſe nec habere, iſti poterunt habere antequam noſſe. Beatiſſimi autem ſunt illi, quibus hoc eſt Deum habere quod noſſe.

Aug. in pſal. 122. & lib. contra Maximinum. Vbi Deus à principio habitauerit Aug. epiſto. 57.

✠ BERNARDVS. Curate ergo fratres, ſpirituali huic ædificio (quod eſtis vos) ne forte cum in ſuperiora proficere cęperit, vacillet, & corruat, ſi lignis fortibus non fuerit ſubnixum & colligatum: curate inquam illi tigna dare imputribilia & immobilia, timorem videlicet domini illum caſtum qui permanet in ſeculum ſeculi: patientiam, de qua ſcriptum eſt, quia patiẽtia pauperum non peribit in finem, &c.

Serm. 46. in cantica cantico.

✠ HIER. Siue ſuum corpus peccãdo, ſiue eccleſiam ad prauam doctrinam reducendo, vel certè exemplo proprio deſtruẽdo. Solent hunc locum Nouatiani opponere ad pœnitentiã excludendam. Quibus reſpondendum eſt, ad quid hoc ipſum ſcribitur: ſpem veniæ non habebunt.

e *Si quis videtur inter vos ſapiens, &c.* ✠ HAYMO. Hoc dupliciter poteſt intelligi & diſtingui hoc modo: ſi quis vult veram ſapientiam habere, ſic diſtingue. in hoc ſeculo ſtultus fiat, id eſt, hoc credat de Chriſto, quod ſapientibus huius ſeculi ſtultũ videtur. Aliter ſi quis videtur eſſe ſapiens in hoc ſeculo, & ſubinferendum, ſtultus fiat vt ſit ſapiens apud Deum, qui potuit agere quod humana ſapientia denegabat.

f *Sap.e.hu.mun.&c.* AMB. Abuſiuè ponitur ſapiẽtia pro aſtutia.

Aug. in pſal. 10. & 94.

✠ CHRYS. Nõ enim tantũ nihil cõfert ſed impedimẽto eſt. Oportet igitur vt eã abiiciamus vt puta quæ detrimẽtũ afferat.

g *Comprehendam ſapientes in aſtutia.* ✠ HIER. Ad effugiendum manum Dei, nulla ſuffragatur aſtutia.

h *Do.no. &c.* ✠ CHRYS. Iudicia nãq; hominũ ſæpe fallũtur, Dei autẽ ſapiẽtia irreprehẽſibilis eſt, & nunquã coargui poteſt.

☞ Nemo F

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Mercedem ac. *euolando ad patriam.*

2 Si cu. op. ar. *eo ꝙ eſt doctrina curioſa, vel dicto modo deprauata.*

3 Detrimentum pa. *quia ad tempus pœna ſenſus & pœna damni punietur. tamen finaliter ſaluabitur. Aliqui vero exponunt hanc ſuperædificationem de operibus ſuperadditis fundamento, & in eodem homine. qui ſi ſuper illud fundamentum in ſe acceptũ ſuperædificat faciens bona opera per aurum, argentum lapides prẽcioſos ſignata: euolet ad gloriam. Si autem ſuperædificet peccata venialia, per lignum, fœnum, ſtipulã ſignata, eo quòd non deſtruunt fundamentum, ſed ſtant cum eo: ipſe punietur in purgatorio & finaliter ſaluabitur, ſed hæc expoſitio ſecundum literã præcedentem & ſubſequentem magis videtur moralis quàm literalis.*

4 Neſcitis. *hic conſequenter ex prædictis infert concluſionem ſ. quòd corrumpens fideles per falſam doctrinam meretur damnationem, & magis quàm ille qui violat templum materiale, quantò ſpiritualia corporalibus præferuntur. Dicit igitur:* Neſcitis. *quaſi di. ſcire debetis.*

5 Quia tem. Dei eſt. *ſpirituale.*

6 Et ſpi Dei ha. in vo. *per gratiam.*

7 Si quis au. tẽ D. *per falſam doctrinã fundamenta fidei ſubuertẽdo.*

8 Diſper. il. D. *æternaliter damnando.*

9 Nemo

9 Nemo. *Oſtenſo quid conueniat miniſtris eccleſiæ ſecundum veritatem, hic conſequenter remouet contrarium errorem di.* Nemo ſe ſed. *Sic eſt in Græco & in libris correctis. Corinthij enim ſemetipſos ſeducebant, attribuẽdo miniſtris eccleſiæ quod eſt proprium Chriſti, vt dictum eſt ſuprà, propter quod Apoſtolus hoc prohibet di.* Nemo ſe ſedu. *modo dicto.*

10 Si quis vi. inter v. ſa. eſſe. *aſſerens contrarium huius doctrinæ per aliquam rationem apparentem.*

11 Stultus fi. *i. illam æſtimationem deponat, & his quæ ſunt fidei humiliter ſe ſupponat.*

12 Vt ſit. ſ. *ſapientia quæ de ſurſum eſt. vnde dicitur Prou xxx.a.* Loquutus eſt vir cum quo Deus erat, & qui Deo ſecum commorãte confortatur: ait: Stultiſſimus ſum virorum, &c. *ideo ſubditur ratio de abiectione mundanæ ſapientiæ, cum dicitur.*

13 Sap.e.h.m. ſtul. eſt a. De. *Maximum enim principiũ erroris eſt velle metiri diuina, & illa quæ totaliter tranſcendunt intellectũ humanũ per rationẽ humanã. Simile eſt enim ac ſi noctua vellet iudicare de luce ſolis, facultatẽ ſui vis⁹ totaliter excedẽte, & ad hoc inducitur ſcriptura Iob v.*

14 Comprehen. ſa. in aſtu. eo. *per hoc enim comprehenduntur quòd ſapientia eorum falſa oſtenditur. Et ſimiliter autoritate pſal. xciij.*

15 Domi. no. c. ſa. quo. *applicatæ ad diuina quæ ipſas tranſcendunt.*

✠ Nemo

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Nemo, &c. in homi.* baptistis vel doctoribus. *Nemo in ho.* Quia
A vestri sunt ipsi quia omnia vestra sunt, ad seruiendum vobis data, & non est gloriandum, nisi de rebus excellentioribus.
b *In hominibus.* Quia non sunt datores gratiarum, siue boni siue mali sint, sed tantum ministri.
c *Omnia enim.* Singulos non sibi defendant doctores vel baptistas, cum omnibus sit. *Mundus* noster, si curius eius in Dei voluntate ponimus. *Vita* præsens nostra, si modestè & cum gloria Dei agitur. *Mors*, si spe futuri libenter pro Christo moriamur.

† Iob 5.b Psal. 93. † 13.q.7.c. quod aut:. in fi.

a ¶ Carnalium. ¶ Mundi. ¶ Falsæ. ¶ Et quia stulta apud Deum.

a cogitationes †sapientium, quoniã vanæ sunt. Nemo itaq; 1
a ¶ Quasi melius ab vno quàm ab alio. b ¶ Ad vestrum sensum data.
b glorietur in hominibus. † Omnia enim vestra sunt, siue 2
c a ¶ Non solum minores. b ¶ Quì omnibus maior. c ¶ Etiam elementa nobis seruiunt.
Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, si- 3 4
a ¶ Quibus sustentati Deo seruiunt. b ¶ Spe quorum seruitur.
c b ¶ Hæc vestra, quia omnia quotquot sunt. 5
ue mors, siue præsentiã, siue futura. Omnia enim vestra 6
a ¶ Non hominis, & ideo non in homine gloriandum.
d b ¶ Et ita mediante Christo vos estis Dei. 7 8
e sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. 9

† hominum

d *Vos autem Christi.* Vt sicut hęc nobis, ita nos Christo subiiciamur.
e *Christus au. Dei.* Voluntatẽ eius faciens, vt & nos faciamus ipsius. Cur ergo ad iniuriam Christi de hominibus aliquid speratis?

Aug. tract. 60. in Io. in ps. 93. & lio. 83. quæst.

B NICOLAVS DE LYRA.

1 Nemo ita. *Hic Apostolus conclusionem concludit principaliter intentam. s. quòd non sit gloriandum de ministris ecclesiæ illo modo quo gloriabantur Corinthij, sed de solo Christo. ideo dicit:* Nemo ita. glor. in ho. *diuina ministrantibus. & ideo subditur ratio.*
2 Omnia enim vestra sunt, siue Pau. *Et nominat ministros maiores: per hoc intelligens multò fortius minores. & omnes sunt ministri ecclesiæ, & per consequens quodam modo subiecti fidelium communitati, inquantum sunt missi à Christo pro salute fidelium. de subiectis non est gloriandum, sed de superioribus.*
3 Siue mun. *i. creatura:* qui deseruiũt hominibus ad necessitatem huius vitæ & instructionẽ, *inquantũ ex ipsis accipitur cognitio de creatore.*
4 Siue vita *s. præsens: quæ deseruit homini inquantum ordinatur, vt in ea homo mereatur.*
5 Siue mors. *quæ similiter ei seruit si patienter toleretur.*
6 Siue pr. *i. dona & virtutes, quibus in præsenti iuuantur ad beatitudinis consecutionem.*
7 Siue fu. *i. bona æterna quæ speramus. Et sic omnia creata ad fideles ordinantur propter gloriam eorum, Rom. viij. e.* Diligentibus Deum omnia co. in bo. his, &c.
8 Vos au. Chri. *quoniam fideles vlterius ordinantur ad Christum, sicut exercitus ad ducem, & membra ad caput. propter hoc de ipso solo fideles debent gloriari, & non de ministris inferioribus.*
9 Christus au. Dei. *i. sicut Christus gloriatur de patre, Sap. ij. c.* Gloriatur se patrem habere Deum. *Et, Ioan. viij. f.* Ego honorifico patrem, & vos inhonorastis me.

ADDITIO I.

In ca. ij vbi dicitur in Postil. Ego plantaui.

Glossa. Ego plantaui. *i. prædicatione ad fidem conuerti,* Apollo riguit. *s. baptismo: sed Deus non nos incrementum dedit: quia Deus tantum dat incrementum ex se.*

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in Postil. Aliqui exponunt hanc superædificationem operibus superadditis fundamento fidei.

Hæc expositio secunda quam Postil. dicit esse moralem, non minus literalis videtur quàm prima. Doctrina enim curiosa & vana non magis significatur per lignum, fœnum, & stipulam secundum propriam literæ significationem quàm peccata venialia: sed in vtraque expositione oportet quòd lignum fœnum & stipula intelligantur parabolicè seu similitudinariè. & sic continentur in sensu literali, prout fuit dictum in quæstione super prologum Gen. in responsione ad quartum argu. In epistolis enim Apostoli non est quærendus nisi sensus literalis. non enim ipsius verba fuerunt allegoriz. anda seu moralizanda, sed potius enucleanda, prout ostensum fuit in prædicta q. art. v. Vnde quòd aliquando allegant autoritates sacræ scripturæ in sensu mystico, vt Gal. iiij. d. De duobus filiis Abrahæ dicit: quæ sunt per allegoriam dicta. hoc etiam faciunt alij doctores, qui allegant autoritates sacræ scripturæ in diuersis sensibus, licet illa quæ ipsi tradunt non sint exponenda nisi ad literam.

REPLICA. *In ca vbi Apostolus dicit:* Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc aurum & argentum, fœnum, stipulam, &c. *dicit Postil. quosdam illam superædificationem exponere de operibus vitæ superadditis fundamento fidei. Sed dicit Postil. illam expositionem magis moralem quam literalem. eo quòd litera frequès & præcedens est de doctrina fundamentali & superædificata. Sed hoc agè ferens Bur. dicit quòd in dicto Apostoli non debet quæri moralizatio. Sed mirum videtur, cum quælibet scriptura contuens aliquid moralitatis possit moralizari. & præsens passus sic exponitur multipliciter, etiam secundum Bur. Quarum vna expositio pertinet ad fidem & doctrinam, alia ad actus & opera. Et vulgo dicitur q̃ credere, pertinet ad allegoriã, agere autem ad mores & tropologiam. Igitur illæ duæ expositiones ad vnum sensum non pertinent, prout vult Burg. Si igitur primus sensus est allegoricus & literalis, secundus erit moralis, quia de agendis. Nec est inconueniens moralitatem super allegoriam fundari quæstione sui prologi per eum allegata non obstante: in qua multis dubia continentur, ne dixerim falsa: de quibus differere non est præsentis operis. Et notandum hic, quòd Bur. in quæstione illa allegata, & in multis aliis ponit pro certo, q̃ ex solo sensu literali potest fieri efficax argumentum. Hic autem ponit, quòd Apostolus aliquando allegat scripturam in sensu mystico. Ex quo dicto & prius dicto sequitur, quòd Apostolus frustra allegat, quia huiusmodi allegata efficaciter nihil probant: quod non est de Apostolo legisperito sentiendum, qui etiam non ab homine, sed per reuelationem habuit euangelium, vt patet ex Gal. j.*

Diuisio

CAP. IIII.

a Sic nos. Hactenus
a de gloria pseu-
b do: hic de suo cõtẽ-
c ptu agit. *Sic nos.* hoc ideo ait Apostolus, quia de eo minus sentiebant: sed sic homo sentiat, vt Deus qui eum elegit.

† 2. Cor. 6. a Ioel. 3. d † mysterio-rum

✠ CHRYSOST. Cùm eorum contudisset insolentiam, intuere quo rursum pacto eos allicit, dicens: *vt ministros Christi.* Non igitur prætermisso domino à seruis & ministris te appelles. Ministros autem (inquit) quoniam non omnibus ea danda sunt, sed indigentibus, & iis quibus dispensari oportet.

b E

¶ Et eum hoc sit nec nimis nec minus de nobis arbitremini.
a ¶ Non dominos. b ¶ Quod non pseudo.

†Ic nos existimet homo vt ministrõs Christi & 1
a ¶ Secundum modum cuiusque mysteria vel ministeria diuidimus. 2
dispẽsatores † ministeriorum Dei. † Hic iam 3

Aug. epist. 140.

b *Et dis.* Avg. Non solum boni, sed etiam malidispẽsatores sunt. Nisi enim per bonos dispensaretur, non redẽt Apostolus diceret: Imitatores mei estote. Rursus, si nõ per malos: non diceret dominus de quibusdam: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. Dispensatores enim sunt, per quorum ministerium peruenitur ad æternam salutem. Non enim esse salutis illius dispẽsatorem per verbum & sacramentum, est illius esse participem.

† Quod supereit autẽ illud requiritur in dispensatoribus. Matth. 23. a

c *Hic iam quæ.* Ita de nobis æstimãdum, sed hic inter vos, quod non

D Libr. de Natiuite. lezione lita cap. 13.

Tom. 1 lib 5. exp. mor in 5. ca. Iob

In c. 3 Iob.

non alibi, *Iam* in præsenti cum expectandum esset, donec Deus
A iudicet.

✠ HAYMO. Dispensatores fuerunt, quia sicut aliquis pater familias elegit dispensatorem in domo sua, qui conseruis suis secundum suam voluntatem singulis illorum bona sua distribuat, quibusdam amplius, quibusdam minus, & quibusdam hora tertia, quibusdã nona: sic Christus elegit Paulum, & reliquos qui mysteria euangelij sui secundum generalitatẽ auditorum distribuerẽt perfectis videlicet & qui capacioris sensus intellectúsque erant, alta & profunda mysteria de diuinitate omnipotentis Dei cõmitterent, simplicioribus verò simpliciora quæ capere possent. Quodvtrumque idem egregius prædicator agebat, sicut ipse dicit 1. Corinth. 3. *Sapientiam Dei loquimur inter perfectos.* Istorum mysteriorum diuinorum dispensator erat ipse, ideóque se volebat haberi à suis auditoribus quod erat, id est, minister Christi & dispensator sacramẽtorũ eius, in quo nõ verba tãtũ, sed virtus fulgebat.

a ¶ Qui fecilicet. ¶ Ordo quis inter dispẽsatores inueniatur vt fidelis: cui possit credi vt bene dispenset.

quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.
a ¶ Quòd inter nos quæritur, quod non esset quærendum, sed quidquid alij faciant.
b ¶ Quasi infidelis dispensator. 1

† 6 q. 1. cap. beatus.

† mihi autẽm pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab hu- 2
a ¶ Intellectu, qui non videt occulta & potest falli. b ¶ Quì melius nouit me quàm vos, & ita periculum est vobis de ignotis iudicare. c ¶ In nullo me remordet conscientia.

† iudicio. † De pœ. di stinct. 3. c. ad huc perfidi instãt. ante fi.

b mano † die. Sed neque meipsum iudico. † Nihil enim mihi 3
a ¶ Ideſt, non ideo me iustum puto: quia potest esse quod nescio. Delicta enim quis intelligit.
b ¶ Neque ego neque vos sed.
c ¶ Melius nouit me quàm illi, sed melius Deus quàm ego.

conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autẽ iu- 4
a ¶ Ideſt, qui potest, & debet me iudicare. b ¶ Quì nouit omnia.
c ¶ Et quia dominus est. ¶ Iudicii.

† 11. q. 1. c. facerdotibus. in fi.

dicat me dominus est. † Itaque nolite ante tẽpus iudicare, 5
¶ Scilicet. ¶ Iudicare. a ¶ Et quia tunc omnia nota omnibus, poterunt de se iudicare & de aliis.

B

† illustrabit rus est.

d quoadusque veniat dominus, qui & † illuminabit absconde
e a ¶ Gesta & cogitata tunc erunt aperta. b ¶ Etiam bonas cogitationes.
f dita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc
a ¶ Remuneratio. b ¶ Pro modo suo, c ¶ Dixi non gloriandum in nobis. ¶ Cum in nobis non gloriaremini.

laus erit vnicuique à Deo. Hęc autem fratres transfiguraui 6
a ¶ Humiliatem vestram. b ¶ Hanc. scilicet. c ¶ Quimaiores sumus.

†quid suprà id quod scri prũ est. scrutaris (sub. de vobis) & ne hic similias, & ille huius noie insteminis alius aduersus alium. August. libr. 83 quę. & in ps. 36. 41. & 142.

g in me, & Apollo propter vôs, vt in nobis discatis, ne † su- 7
a ¶ Agendo vltra. b ¶ In Ieremia. ¶ Quì gloriatur in do. glo. ¶ Se vel doctore.

hprà quàm scriptum est, vnus aduersus aliũ infletur pro alio. 8 9

C Augus. trac. 30. & 90. in Ioan. Infrà 10. ca.

Aug. de trin. lib. 15. ca. 12.

Ambr. in 1. ad Cor. 4.

Ambr. in 1. ad Cor. 4.

Ambr. in 1. ad Cor. 4

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ptizatus quàm tu, quia melior est Nouatus Donato.

A a *Quis enim te dis.* à massa perditorum? nullus nisi Deus Vel si baptizatus à Petro, quomodo discerneris ab eo qui à Paulo? nihil ille, nihil tu.

Augu. epist. ad valẽtinũ.

Vel redarguit illos eosdem, qui gloriabantur de magisterio pseudo. Q. gloriaris pro illis, sed quid habes ab illis quod nõ à me: & si a me, quid contra me gloriaris, quoniam idem à me acceperis?

b *Quid au.* Aliud genus arrogantiæ amouere conatur. s. ne homo superbiat propter aliquam gratiam à Deo sibi datam, putans se eam habere à se vel à ministro.

B

✠ HIERON. Magnas agit Deo gratias qui per libertatẽ arbitrij rebellis in Deum est, quam nos libenter amplectamus ita duntaxat, vt agamus semper gratias largitori. Sciamúsque nos nihil esse, nisi quod donauit in nobis ipse seruauerit.

AdCtesiphõten contra pelagianos.

c *Si autem ac.* Hoc contra illos, qui eadẽ quæ ab Apostolo acceperant audientes, de magisterio pseudo apostolorum gloriabantur, qui per eloquentiã se commendantes, gloriam in se vertebant? cùm Apostolus contemptibilẽ se videri fecerat, vt gloriã Deo faceret. Ideo Apostolus ironicè eis loquitur, quasi concedens quod eis de seipsis videbatur, cum subdit.

Aug. Tract. 27 in Io & in psal. 58. & 85.

C

d *Iam satu.* Q. Increpo vos di. Quid gloriaris, &c. Sed nõ rectè videor hoc facere: quia vos iam, &c. *Iam sat. iam di.* ironia, ac si diceret, Non est ita. Irascẽtis enim verba sunt nõ cõfirmantis.

✠ CHRYSOST. Hoc est, Nulla re iam indigetis, perfecti euasistis, ipsum tenetis apicem. Nullius necessitatem vos habere arbitramini, non apostolorum. Iam saturati estis, & rectè hoc verbo vsus est, à tempore ostendens, non verisimilem, neq; rationabilem eorum opinionem esse. Quam exprobrans eis (inquit) Tam cito finem attigistis. Quod impossibile erat fieri propter temporis breuitatem. Perfectiora namque in futuro seculo manent: paucis enim satiari imbecillis est animæ, à paucis verò ditescere putare, stomachantis est & miseri? si quidem pietas insatiabilis est. Sed sanè puerilis est ingenij à principio omnia se accepisse arbitrari, & nondum ipsis contactis initiis, ac si finem attigerit, superbire. D

e *Regnetis.* Verè regnare est de spe & promissis Dei securum esse, & in aduersis gaudere.

f *Puto enim.* Q. Nullatenus putandũ est. Ironicè enim loquitur. Ideo sine nobis, quia mala quæ patimur. *De. osten. nos apo. nouis.* de quibus non curet, *tanquam mor. desti.* id est, ad nullam vtilitatem, sed ad mortem reseruatos. Quid per hoc videtur? quia ad spectaculũ nostrũ quasi ad mõstrum conueniunt: per quod magis probamur amici Dei. Vel, ideo deberetis nobiscũ regnare, quia puto, & certus sũ quòd nos sumus similes nouissimis Eliæ & Enoch in tribulationibus. E

g *Tanquam morti.* Vt qui à victoribus morti seruabantur, ad quod spectaculum conueniebat populus, sic ad derisionem Eliæ tunc, & nunc apostolorum mali.

Mala. 4. b.

h *Et ange.* Boni angeli & boni homines laudant, mali irrident: hæc sunt dextera & sinistra: sed nec illa eleuãt, nec ista frangũt.

Au. in ps. 38.

i *Propter Christum.* Cuius crucem prædicamus, quod vos tacentes videmini in Christo prudentes.

k ✠ *Nos infirmi.* HAYMO. Hæc omnia per contrarium intelligi debent, & ironicè proferenda sunt: quoniam quod videtur denegare, hoc affirmat: & hoc denegat quod affirmare videtur. q. d. nos prudentes vos stulti. nos fortes qui aduersa huius mundi sustinemus pro Christo: vos infirmi qui talia & similia non audetis sustinere, nos nobiles de genere patriarcharum descendentes vos ignobiles, id est, siue nomine dignitatis de genere gentilium idola colentium. F

l *Esurimus.* AMBR. Veritatem prædicantes, gratiam non habent apud homines.

✠ OECVMENIVS. Ad eos, qui delitiis affluebant, dicitur, colaphis cædimur: ad eos, qui intumescebãt, incertis vagamur sedibus, hoc est ob persecutionem, certum non habemus consistendi locum.

m *Maledicimur & benedicimus.* ✠ HIERONYMVS. Rogamus Deum pro his qui nos blasphemant.

☞ Tanq

¶ A perditis nisi Deus. a ¶ Quod si dicis, fides tua, vel oratio, vel iustitia, iterum interrogo. Q. ha. quod non acce.

a b Quis enim te † discernit? † Quid autem habes, quod non 1 2

¶ A Deo. ¶ In te vel illis.

c accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acce- 3

a ¶ A Deo, sed à te vel ab illis b ¶ Sed vos. ¶ Tam cito c ¶ Pleni. d ¶ Spiritusancto. e Quasi vt & alios saturare potestis. f ¶ Ironia. g ¶ Sic putabant gloriantes de pseudo apostolis. h ¶ Regitis nos.

d e peris? Iam saturati estis, iã diuites facti estis. Sine nobis † re- 4

a Vere. ¶ Et his pie optat. b ¶ Ita. c ¶ Vos sequamur cum nos sequi dedignemini, quos quidem sequi deberetis, quia nos reuera regnamus, sed timeo ne sine nobis. 5 6

f gnatis: & vtinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus. Pu- 7

a ¶ Vilissimos vel similes Eliæ & Enoch. 8

to enim quòd Deus nos apostolos nouissimos ostendit tan- 9

g quam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mun- 10 11

a ¶ Vel bonis vt confortent, vel malis vt insultent. b ¶ Et c ¶ Increpatio cum ironia. Q. quod totum econtra est.

h do, & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christũ, vos 12

i ¶ Afflicti ¶ Potestate.

k autem prudentes † in Christo. Nos † infirmi, vos autem for-

¶ Securi. ¶ Reuerendi. ¶ Despecti. a ¶ Et. b ¶ .i. continue .i. vsque ad tempus.

tes: Vos † nobiles, nos autem † ignobiles Vsq; in hanc ho- 13

l ram & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædi- 14

a ¶ Pro persecutione mutamus loca. ¶ Fugamur, ne plures doceamus. ¶ Quia nemo dat. b ¶ Scilicet, pro nobis necessariis.

mur, & † instabiles sumus, & laboramus operãtes manibus 15

¶ Et. a ¶ Hortando alios ad bonum. b ¶ Tormenta. 16

m nostris. Maledicimur, & benedicimus, persequutionem pa- 17

† diiudicat
† De pœni. di. 2. Apostolus.
† regnũade pti estis,
† per Christum.
† imbecilles
† clari
† cõtempti.
† incertis vagamur sedibus.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quis enim te dis. *id est, facit te eleuari super alios per superbiam Et si dicatur hoc est propter aliquam gratiam specialem scientiæ vel facundiæ: hoc excludit.*

2 Quid autem ha. *q. d. nihil. quia totum est à Deo. ideo concludit:*

3 Quid gloriaris, &c. *q. d. Non est occasio superbiendi, sed magis humiliandi. vnde dicit Greg. home. xxxj. Tantò esse humilior & ad seruiendum Deo promptior quisq; debet ex munere, quantò obligatiorem se esse conspicit in reddenda ratione. ideo subditur.*

4 Iam saturati estis, &c. *idest, repleti doctrina fidei. Ironicè loquitur vt ostendat præsumptionem eorum derisibilem.*

5 Iam di. fa. e. *in charismatibus spiritualibus.*

6 Sine. *idest, in statu perfectionis estis secundum æstimationem vestram.*

7 Et vtinam regnetis, &c. *secundum veritatem. hoc autem dicit, vt ostendat se charitatiuè eos arguere.*

8 Puto, &c. *Hîc assignat causam quare contemnebantur apostoli veri. s. propter miserias quas sustinebant in præsenti de bonis temporalibus non curantes. ideo dicit:* Puto enim. *id est, putare me cogitis, hanc esse vestram æstimationem.*

9 Quòd Deus nos apostolos. *abiectos.*

10 Ostendit tanquam. morti, &c. *id est, morte dignos secundum hominum iudicium. ideo subditur:*

11 Quia spe fa. su. *Ad videndum enim occisionem & persecutionem fidelium in primitiua ecclesia conueniebant multi diuersimodè tamen moti. quia mundani homines veniebant ad contemnendum eos & persequendum. ideo dicit,* Mundo. *Angeli etiam aliquando apparebant ad eos cõsolandum & roborandum. ideo dicit:* Et angelis. *& aliquæ personæ deuotæ conueniebant ad compatiendum, exemplum patientiæ accipiendum. de quibus subditur:* Et homini. *Et quia pro talibus apostoli veri contemnebantur, vt dictum est, ideo subdit Apostolus.*

12 Nos stulti pro. *secundum reputationem vestram & infidelium.*

13 Vsq; in. *idest, continue à tempore receptionis fidei catholicæ vsque ad præsens.*

14 Es. etsi. *veritatem enim prædicantes & vitia arguentes incurrebãt odium humanum & sic patiebantur multiplicem defectum & etiam insultum.*

15 Et insta. *id est. non habentes domicilium stabile.*

16 Et la. ope. *sicut dicitur de Paulo Act. xviij. Aliquando enim hoc faciebant quia non inueniebant qui darent eis necessaria vitæ: Et aliquando ne grauarent fideles, & aliquando ad dandum fidelibus exemplum vitandi ocium, vt habetur ij. Thessalo. iij.*

17 Maledicimur & be. *secundum doctrinam Christi.*

✠ Blas-

☞ a *Tanquam purgamenta.* Per hæc omnia probamur in Christo prudentes & fortes. A

b *Facti sumus omnium.* HAYMO, id est, despectissimi vt vilissimi omniũ. peripsema est propria Limatura, & rasura æris aut alicuius vel purgamentum pomi, siue quisquiliæ domus.

c *Non vt confundã vos.* Asperablãdis mitigat, vt salutaris medicus.

✠ CHRYSOSTOM. Quod verbis facit, id non fecisse testatur, vel fecisse potius non tamen prauo animo & odioso. Nam & optima ea medicina est, quã quispiam loquitur, animi sui excusationem afferens. Si quidem tacere non poterat ita dum inemẽdati permãsissent. Si dixisset autem, & vulnus, quod inflixerat non curasset, acerbum & durum fuisset. Itaq; diligẽtius quod dixerat, excusat.

B

d *Pædagogorum.* Dum pædagogos nominat, pueros significat.

✠ HAYM. Pedagogi dicuntur, quòd pedibus agãt, idest ductẽt, siue ducant pueros, idem sunt & pedissequi. Pater prius generat filium, postmodũ viro pædagogo committit ad instruẽdum: & cum multos possit habere pedagogos, non tamen nisi vnum patrem. Sic Paulus per predicationem genuerat Christo Corinthios. sed post discessum eius, acceperant multos pædagogos, nũ solum bonos, sed etiam multos pseudo videlicet apostolos: Quapropter dicit ipse: Licet, multos magistros & doctores habeant, tamen non possunt habere plures patres, videlicet nisi illum qui primum eis fidem prædicauit.

C

e *Per euangelium.* Addidit per euãgelium, ne ipsius putaretur esse quod Dei est. Ait enim dominus in euangelio: Ne vobis dicatis patrem in terra, vnus est enim pater Deus, non vt hoc nomen cæteris tollatur, sed ne gratia Dei qua in æternam vitam generamur, naturæ vel potestati, vel etiam sanctitati cuiusquã hominis tribuatur.

Matt. 23. a Augusti. ex tract. 1 s. 77

✠ CHRYSOST. In Christo Iesu non in meipso hoc cogito. Rursum eos qui in seipsis gloriantur quod docti sunt tangit. Vos (inquit) signaculum mei apostolatus: & rursum ego plantaui. Non dixit ego vobis verbum annũciaui. sed genui & quo naturali nomine vtitur. Siquidem vnũ conatus est vt scilicet suum in illos amorem ostẽderet. Illi namque à me accipientes adduxerunt vos. Quod autem fideles sitis à me perfectum est. D

f ✠ *Rogo vos fratres.* HIERO. Bonorum filiorum est in omnibus bonos imitari parentes.

g *Ideo misi ad vos Timoth.* ✠ CHRYSO. Considera ex his verbis generosum Pauli animum qui igne calidior est atque agilior. Volebat namque omnibus auxilio esse, & maximè tantopere laborantibus, & seditiosis Corinthijs. Quippe qui plane norat, quantum dicipulis vtilitatis afferret præsentia sua, quantum autem absentia detrimenti: & illud quidem in epistola ad Philipenses significauit, quũ inquit, non in præsentia mea tantum, sed multò magis nũc in absentia mea, cũ metu & tremore vestram salutem operamini. Hoc autem in hac ostendit epistola, dicens, Tanquã non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam, veniam tamen. Festinabat igitur & desiderabat adesse ipse. Quod quum adhuc sibi nõ liceret, præsentiæ suæ promissione eos dirigit. Neque hoc duntaxat dicit, sed suum mittit discipulum, ideo inquit misi ad vos Timothæum E F

h *Tanquam non venturus sim ad vos.* ✠ AVGVST. Iam apparet hic eum loqui de vindicta, quia virgam nominat. Nũquid tamẽ & virga sine charitate est? Sed quod sequitur spiritus mansuetudinis, admonet intelligi, quia & virga charitatẽ habet. Sed aliud est charitas seueritatis, aliud charitas mansuetudinis. Vna quidem charitas est, sed diuersa in diuersis operatur.

Lib. 3. cõtra epist. parmẽ. cap. 1.

i *Si do. vo.* Ideo dicit, vt ostenderet, quòd si non iret, Deum noluisse, causa vtique indignitatis illorum.

k *In vir.* AVG. Terroris verba infert, vt inflati humiliarentur, & se præpararent ad recipiendum eum. Absit autem, vt pij filij dicerent: Si in virga venturus es, noli venire. Melius enim est, erudiri in virga patris, quàm perire in blãdimẽto prædonis.

☞ CAP.

a ¶ Patienter. b ¶ Q. magi, malefici. c ¶ Deum pro illis vel eos ne blasphement nos.

a timur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquã 1

a ¶ De quibus mundus inquinetur & abiectus purgetur. b ¶ Reputari. c ¶ Purgamentum ferri vel pomi, & quidquid de qualibet materia vt purgatio reddatur, abiicitur.

b purgamenta huius mundi facti sumus, omnium † peripsema 2

a ¶ Continue, vsque ad hoc tempus. b ¶ Et si dixero vos infla. &c. Non. c ¶ idest, erubescentiam faciam vobis.

c usq; adhuc. † Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt fi- 3

a ¶ Pro quibus tot passus sum. b ¶ Filii, Nam ego pater. 4 ¶ Finitum pro infinito posuit. 5

d lios meos charissimos moneo, Nam si † decem milia pæda-

a ¶ Eruditorum qui non genuerint. ¶ Tantum. b ¶ Qui genuissent.

gogorum habeatis in Christo sed non multos patres. Nam

a ¶ In fide Christi, non in me. b ¶ Tantum. c ¶ Quia genui ergo ex debito Ro.

e f in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. † Rogo ergo 6

a ¶ Non pseudo. b ¶ Vt imitemini me. 7

g vos fratres, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo 8

a ¶ Per hunc creditur missa epistola. ¶ In fide ¶ Bene agendo.

misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fi-

¶ In prædicatione a ¶ Institutiones meas. b ¶ Et ideo tenendæ.

delis in domino, qui † vos commonefaciat vias meas quæ

a ¶ Ego b ¶ Terrarum. c ¶ Et ideo autenticè.

h sunt in Christo Iesu, sicut vbique in omni ecclesia doceo: Tã

¶ Opus erat, mitti, quia. a ¶ De philosophis, quorum terrena gloriantur sapientia. 9

quam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Ve-

a ¶ Post commonitionem promittit se ire ad illos, b ¶ Nisi culpa vestra impedierit. ¶ Probabo.

i niam autem cito ad vos, si dominus voluerit: & cognoscam 10

¶ Humanæ sapientiæ. a ¶ Superbia alta sapiendi cæteros iudicandi. b In fide & bona operatione. 11

non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. † Non 12

a ¶ Q. Ideo non quæram sermonem, quia. b ¶ Causa regni Dei. c ¶ Q. Non sermo humanæ sapientiæ, sed virtus est causa regni Dei. d ¶ Vere veniam, sed. Quid horum.

k enim in sermone est regnũ Dei, sed in virtute. Quid vultis? in 13

a ¶ Correctionis, vbi & si sit, non tamen videtur esse charitas. b ¶ In manifesta dilectione, vt bona suppleam. ¶ Vt parcam peccatis.

virga veniã ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? 14

† tãtum tamẽ tu n
† 28. q. 1. c. sic enim. vltra mediũ.
† innumeros pędagogos
† Adhortor
† Ephe. 5. a. Phil. 3. d. Infrà. 11. a.
† vobis in memoriam reducet
† 37 dist. c. omnẽ vim. Supra 2. dist. Par li magna p testas.
sicut & ego Christi.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Blasphe. *orando pro blasphemantibus nos, secundum dictum Saluatoris Mat. v. g. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.*

2 Tanquam pur. *idest, immundiciæ inficientes mundũ quæ sunt amouendæ. Iudæi enim & Gentiles dicebant mundum infici per vitam & doctrinam apostolorum. & per consequens ipsum debere purgari per mortem eorum.*

3 Omnium peripsema. *περίψημα, id est opertura pomi, à peri quod est circum, & psema quod est figura. Reputabantur enim apostoli remouendi ab hominibus, sicut opertura à fructu.*

4 Non vt confun. *Hic consequenter insistit Corinthiorum correctioni. Et primò simplici verbo dicens:* Non vt confun. vos. *i. non quæro. confusionem vestram, sed emendationem vestram: quia reputo vos.*

5 Filios meos chari. *quia fundamentum fidei eis annunciauit. Alij verò instruxerũt eos de quibusdam minoribus. propter quod vocat eos pædagogos, se autem patrem eorum. ideo subdit:*

6 Rogo ergo vos fratres, imitatores mei esto. &c. *sicut boni filij.*

7 Sicut & ego Chri. *cui obtempero sicut vero patri. Secundò corrigit eos nuntio ad hoc idoneo: d.*

8 Ideo misi. *& patet litera. Tertiò flagello comminationis dicens.* Tan

9 Tan. &c. sic infl. *contendentes adinuicẽ. vt suprà declaratum est.*

10 Si dominus voluerit. *hoc addit, quia voluntas diuina est in omnibus pr supponenda.*

11 Et cognosc. non. *id est, sermonem rhetoricum, de quo gloriantur.*

12 Sed virt. *in operibus virtuosis & miraculosis. Q. In his quidem sunt impotentes: cum tamen prædicatio euangelij per talia deberet confirmari, vt habetur Mar. vl. d.* Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. *ideo subditur.* Non enim in sermone.

13 Quid vultis in vir. *id est, ad vos corrigendos cum flagello, si inuenero vos rebelles. Habebat enim Apostolus potestatem tradendi tales Sathanæ cruciandos corporaliter ad eorum correctionem, vt habetur infrà, capit. sequen.*

14 An in charitate, &c. *si inuenero vos humiles & emendatos saltẽ in parte, per hoc autem quod dicitur hic:* An in charit. *non excluditur charitas à correctione Apostoli fienda cum flagello, quia si flagellaret, charitatiuè faceret: sed dicitur ad designandum, quòd correptus actu per flagellum, non ita sentit dulcedinem charitatis illius qui corrigit, sicut sentiret si per verba consolatoria hoc faceret. tamen transeunte flagello, bene postea cognoscitur charitas flagellantis.*

✠ CAP.

ADDITIO I.

In ca. iiij. vbi dicitur in Postil. Hoc autẽ fratres transfiguraui *in me. Quod dicitur hic:* Hoc autem fratres transfigu. &c *sic videtur exponendum conformiter ad glo. Dixerat enim Apostolus non esse gloriandum*

Universidad de Deusto Biblioteca

† iam Deū in corpore vestro, & in spiritu vestro quæ sunt Dei.
E

Diligenter attēde, quòd cum de rebus duabus vel pluribus dicitur: vnus est vel vna est & de his quæ diuersę, & de his quę sunt vnius substātiæ dici potest. Diuersæ enim substantiæ sunt spiritus hominis, & spiritus Dei. & tamen dicitur, Qui adhæ. domino vnus spiritus, &c. Vbi autē dicitur de duobus aut pluribus vnum sunt, nec additur quod vnum, non diuersæ intelliguntur, sed vnius esse substantiæ. sic dictū est. Qui plātat, & qui rigat vnū sunt. Itē, Ego & pater vnū sumus Si ergo de his qui diuersæ substātiæ sunt, rectè dicitur, quòd sint vnus spiritus, quanto magis qui vnius substātiæ sunt, rectè dicitur vnus Deus esse.

✱ Grego. Deo namque adhæremus quando Spiritussancti gratiam abundanter accipimus, & vnus spiritus cum eo efficimur, quando diuinæ volūtati, mēte ore & opere cōcordamus.

Tomo 2. libro 4. exposi in 10. c. i. Reg. Aug. lib. de conflict. vitior. & virt. c. 24. Sermo. 250. de tempore.

c *Fugite forni.* Cum alijs vitijs potest expectari conflictus, sed hāc fugite, ne approximetis, quia nō aliter potest melius vinci.

✱ Avgvs. Reliqua vitia Deo auxiliante debemus in præsenti expugnare, libidinem vero fugiendo superare.

d *Omne enim pecca.* Nullum peccatum intantum dehonestat & coinquinat corpus, vt illud. Vel aliter, *Omn. pecca. ex. cor.* i. extra vxorem, quæ vnum corpus cum viro dicitur, præter istud. Nam pro nullo alio debent separari, nisi pro isto. Ideo autem separātur, quia & contra corporis vnitatem, & contra thori fidem, & contra sobolis intentionem peccant. Aliter, Qui criminaliter peccat, fera dicitur, non homo, & contra corpus suum peccat. i. extra ecclesiā, quia p̄ venialibus ab ecclesia nō separatur. Sed qui forni. extra cor. su. pec. i. extra ecclesiam, vt ab ea eijciatur.

Hier. In coniugio positus quæcunque fecerit peccata non infuscat vxorem propriam. si autem fornicatus fuerit cū alijs, maculat eam, vt non sit licita, sed quasi adultera, vt vir pœnitētiam accipere debet, si patitur virum in adulterio manere. Inde habemus, quòd nisi resipuerit vir, debet eum dimittere vxor.

Aug. lib. q. ex nouo testa. q 50.

Omne e. pec. Quia cætera peccata: & si per corpus generātur, nō tamen animā ita carnali concupiscentiæ faciunt obstrictam & obnoxiam, quemadmodum in solo opere fornicationis corporalis fit. Commisceri enim facit animam cum ipso corpore libidinis...

C

e *Qui autem for.* Non dicitur propter quantitatē fornicationis, ꝙ ipsa sola sit in corpore, & alia extra corpus. Plura enim adeò magna, vt fornicatio, vel maiora. Sed propter qualitatem, quia turpius coinquinant corpus, quàm alia peccata.

✱ Ambr. Cum dicit, *in corpus suum*, tamen in Christū eū peccare demonstrat, nam subiunxit. *Non estis vestri, Empt. e. e. pre. ma.*

ad Virgi. lapsā c. 4.

f *Temp. sun spi.* Et hoc patet, ꝙ Spiritussanctus Deus est. Si enim non esset Deus templū vtique nosipsos non haberet. Non solū autē spiritussanctus, sed etiam pater & filius tēplum nos habet. Templum ergo Dei, hoc est, totius trinitatis sancta ecclesia est.

✱ Superius dixit. tēplū Dei, hic Spiritus sancti, q̄a in substantia idē est Spūssanctus, quod & De⁹. Et in quo habitat Spiritussan. habitat pater habitat & filius, quia sicut sunt vnius substātiæ, vniusq; deitatis, ita inseparabiles sunt. Quādocūq; animus & delectatio trahit nos ad libidinē, vel ad aliquod vitium, debemus considerare, ꝙ nō sumus nostri, neq; nostrę potestatis, sed Christi serui sumus cuius volūtati obedire debemus, cuius sanguine redēpti sumus, sicut sequētia manifestant. Pulsatur corpus delectatione, vult anima cōsentire, debet rationabilitas ad se redire, ac dicere: Quid cogitas? Quid æstuaris? quo vis ire? Non es tuæ potestatis, sed Christi seruus es, qui te redemit pretioso sanguine suo à diaboli captiuitate: & quid iterū vis captiuari à diabolo, & eius potestati subdi, qui tibi ex primo parēte omnē gloriā abstulit? Dum talia cogitare cœperit, omnipotentis Dei gratia protectus, euadet laqueos incentiuæ delectationis.

g *Et por. De.* Portare Deum, est imaginem Dei in rebus bene gestis ostendere.

F

h *De. in corpo.* Si non parcis tibi propter te, parce vel propter Deū, qui te sibi fecit domū. Quā si euertis, peccas in Deū, quod graue est gen⁹ peccati. Aliud verò genus est peccare in homine.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vnū cor. ef *cū ea. q.d. Sic. Quod probat per scripturā, Ge. ij.* 2 Erūt enim, inquit, d. in ca. v. *quod dicitur de actu matrimoniali. & similiter est de actu fornicarij in parte, vt dictū est, licet non in toto.* 3 Qui au. adhæ. d. *per fidem & amorem.* 4 Vnus spi. est. *non secundum rem. sed secundum affectionem.* 5 Fugite for. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex corporis inquinatione, quæ non sic est in alijs viitjs. hoc enim vitiū redūdat ad corpus per aspectum impudicum, per auditum & loquelam turpium & postea per totius corporis tactū immundum, propter quod fornicatio est vitanda. Huius autem rationis primò ostendit conclus. di.* Fugite for. *quia hoc vitium non vincitur nisi per fugā, in alijs autem vitijs quanto plus descendit homo ad cogitandum particulares conditiones: tantò plus inuenit vnde peccatū sibi displiceat, & se retrahat. in fornicatione verò quantò plus descendit ad cogitandum particulares delectationes in osculis, in tactibus: & consimilib. tantò plus inualescit tētatio, propter quod vitium hoc vincitur occasiones fugiendo & cogitationes. Et subditur fugiendi ratio, cum dicitur.* 6 Omne enim pec. quod. fe. h. ex. cor. e. *Alia enim peccata communiter inficiunt solam animam, quia non perficiuntur in delectatione corporis, sicut auaritia, odium, & inuidia, & huiusmodi. Sed fornicatio non solum animam, sed etiam corpus inquinat, quia perficitur in delectatione corporali, intantū quòd protūc absorbetur intellectus. & efficitur homo quasi equus & mulus. Gula verò licet perficiatur in delectatione corporis, illa tamē delectatio non est ita vehemēs, quòd absorbeat intellectū. Potest tamen dici, ꝙ cū Apostolus dicit,* Om. pec. est extra cor. præ. forni. *sub fornicatione etiā intelligitur gula, eo ꝙ gula præparat luxuriæ materiā, sicut ab arte nauifactiua, quæ ligna dolata cōpaginat, intelligitur ars dolatiua lignorū, quia præparat sibi materiam.* 7 An nesc. *Hic ponitur quarta ratio: quæ accipitur ex sancti spiritus dignitate, qui habitat in renatis per gratiam baptismalem, & sic corpora eorum sunt queadmodū spiritussancti templū, quia viuificatur ab anima spiritusancto inhabitata. & hoc est quod dicit,* An ne. *& patet litera ex dictis vsque ibi.* 8 Et non est. v. *i. vestri iuris sed Christi. cuius ratio subditur.* 9 Emp. e. e. pre. ma. *s. Christi sanguine precioso. Res enim empta pertinet ad ius emptoris. ideo concluditur.* 10 Glor. er. & p. do. in cor. v. *Quod fit quando mācipat diuino obsequio, sicut equus portat dominū suū: quādo eius obsequio mancipatur, talis enim mancipatio in diuinis obsequiis exigit mūdiciam castitatis. & per consequens fugam fornicationis.*

Tertia ratio.
Quarta pars

ADDIT. I. In c. vj. vbi dicitur in Postilla. Secul. ig. iud. &c.

Sicut iam Apostolus reprehendit eos qui causas agebant apud infideles contemptis fidelibus, hic nūc reprehendit eos qui contemptibiles iudices licet fideles cōstituebant. ideo dicit. Si iudicia habueritis constituite cōtemptibiles. *i. indiscretos qui sunt in ecclesia. q.d. hoc est quod fecistis vos, ex quo coacti fratres recurrerūt ad infideles. Quod redarguit in eis Apostolus ironice loquēs. & ideo subiecit,* Ad vere. &c. *hæc in Gl. secūdū quā scietiā huius dicti vertitur in cōtrariū illi⁹ ꝙ est in Post. tamē expositio Posti. in hoc loco videtur magis cōcordare planiori sensui literæ.*

ADDITIO II.

In eo ca vbi dicitur in Postilla. Esca ventri debetur modo dicto *Qui dixerat, quia non erant repetenda bona, hic dicit quia quādoque*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A *licet repetere.f. propter necessitatem victus.& hoc est quod dicitur, Esca debetur ventri, Reficimus enim quotidianas ruinas corporis edendo, & bibendo.vn e per escam notantur necessaria naturæ. Et venter debetur escis, qui aliter non potest sustentari. Et ideo licet nostra repetere propter necessitatem, sed quia non est multum pro his laborandū cū sint transitoria, ideo subdit. Deus autē & hūc & hæ destruet. hæc in Gl.&c.* D

CAP. VII.

¶ Fornicatio fugienda est, sed nubere licet. ¶ Hoc dico.

a DE quibus autem scripsistis mihi: bonum 1
est homini † mulierem non tangere. 2
¶ Sed. ¶ Vitandam. 3
b † Propter fornicationem autem vnus- 4
a ¶ Non concubinam, vt excludantur qui diuinis autoritatibus vxorem habere non possunt. 5
quisque suam vxorem habeat, & vna-
¶ Legitimum. ¶ Et postquam coniuncti. 6
c quæque suum habeat † virum. Vxori igitur † debitum red-
¶ Quia.
dat, similiter autem & vxor viro. † Mulier sui corporis 7

† vxorem — † maritum — † Vxor

CAP. VII.

a DE *quibus.* Occasione fornicationis quam prohibet, continuat de nuptijs, vnde illi quę sierant. Et agit tripliciter, secundum consilium, secundum indulgentiam, secundum præceptum.

Causæ contractionis matrimonii. Cum pseudo per hypocrisim, vt puriores essent, nuptias improbarent, quia hoc non placuit Corinthijs, hoc solum ab Apostolo quæsierunt.

Nota quòd vnicuique liceat vxorem accipere, nisi faciat sibi illicitum propter votum vel aliquid tale.

Coniugium siue matrimonium est maritalis coniunctio maris & fœminæ indiuidualem vitæ consuetudinem retineus. Et est bona res coniugium, vnum de sacramentis ecclesiæ tenens B imaginem coniunctionis Christi & ecclesiæ. vnde *Hoc autem dico magnum sacramentum esse in Christo & ecclesia.* Christus enim matrimonium approbans nuptijs interfuit, & eas miraculo cōmendauit. Etiam primum coniugium inter primos parentes Deus instituit. Causa efficiens matrimonij est consensus maritalis de præsenti per verba expressus. vnde matrimonium non facit coitus, sed voluntas.

Eph. 5 g. Ioan. 2 a. Gen. 2 d. — Au. li. de bono coniugii, c.6. & 24. li. 16 de ciui. c 25

CHRYSOS. Non defloratio virginitatis sed pactio coniugalis matrimonium facit. Causa verò propter quam contrahi debet, est procreatio sobolis, & vitatio fornicationis. Sunt & aliæ causæ honestæ, vt inimicorū reconciliatio, pacis redintegratio.

Nuptiarum bonum triplex. AVGVST. Quod est præter intentionem generationis, non est nuptiarum malum, sed veniale propter nuptiarum bonum. Quod est tripertitum, fides, proles, sacramentum. Fides, ne cum alio vel alia coeatur. Proles, vt religiose educetur. Sacramentum, ne cōiugium separetur. His tribus bonis excusatur coitus carnalis qui est inter cō iuges, ita vt vel non sit peccatum, vel veniale. Quando enim causa prolis conueniunt, excusatur vt nō sit peccatū. Quādo vero causa concupiscentiæ satiandæ vel refrænandæ, veniale est.

Aug in Enchirid. c.78. & lib q. de gen. c.7. — † 13. di c. nerui. 32 4. q. 2 c. sicut non. — † debitam beniuolentiam — † 72. q. 2. c. sunt qui dicunt De cō sang c. non debet.

b *Propter fornicationem autem.* GREG. Ecce iam cælestibus secretis inseritur, & tamen per condescensionis viscera, carnalium cubile perscrutatur, & quem subleuatus ad inuisibilia erigit hūc mētis oculum ad secreta coniugiū inflectit. Cœlum contemplatione transcēdit, nec tamen stratum carnalium sollicitudine deserit, quia cōpage charitatis, summis simul & infimis iunctus, & in semetipso virtute spiritus, ad alta valenter capitur, & pietate in alijs æquanimiter ad ima reuocatur. E

tomo. 2. lib i. epistola. ex registro.

c *Vxori igitur vir debitum reddat.* CHRYSOST. Sed quidnā debitus honor significat? vxor sui corporis non habet potestatē, sed & serua, & domina est viri, & si debitam recusas seruitutē Deū offendisti. Quod si dimittere vis, cū vir permittat, ad breue saltē tēpus fiat. propterea debitū rē appellauit, vt neminem suiipsius dominū esse ostendat, sed inuicem seruos, cum igitur ad te tētandum meretrix accesserit, dicas non esse tuum corpus sed vxoris. Itidem dicat vxor. Quod si corporis non habet potestatem, neque vxor, neque vir, multo minus pecuniarum, &c.

Tom. 2. li. 6. expol. in ca. 15. Regum.

GREGOR. Debent quidē coniuges debitum sibi inuicem reddere sed turpiter conuenire debent. Nolite

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

1 DE quibus autem scripsistis. *Postquàm Apostolus instruxit Corinthios de vitando fornicationis vitio, hic consequenter eos instruit de matrimonio. Et diuiditur in duas partes. quia primò instruit matrimonium contrahentes, secundò ipsum pro meliori bono fugientes, ibi.* De virginibus autem. *Prima adhuc in duas, quia primò instruit de matrimonio contrahendo, secundò de ipso non dissoluendo, ibi,* His autem. *Circa primum sciendum, quòd aliqui zelum habentes, sed non secundum scientiam, in detestationē fornicationis etiam matrimonium contenebant & aliqui faciebant hoc ex hypocrisi, vt magis eis tanquam sanctioribus crederetur, & idem fiet circa finem mundi.j.Tim.iiij.a.* Prohibentium nubere, &c. *hoc autem videbatur durū fidelibus Corinthijs. ideo super hoc scripserūt Apostolo. Ad quod hic respondens ostendit primò quid sit perfectionis, secundò, quid necessitatis, ibi* Propter fornicationem. C *Circa primum respondendo dicit,* De qui.autē scri.mi. *circa matrimonium.* 2 Bonū.est ho.*i.perfectum.* 3 Mul.non tan. *sed simpliciter cōtinere. Circa quod sciēdū, quòd sicut vis nutritiua ordinatur ad cōseruationē indiuidui, ita vis generatiua ad conseruationem speciei. & ideo sicut dici nō potest, quòd bonū sit homini quātū ad indiuiduū alimento nō vti, ita non potest dici quòd bonū sit homini quantū ad speciem, mulierem non tangere. Sed hoc est bonum homini quātū ad indiuiduū. Et primò ratione animæ, quæ per hoc eleuatur ad cognitionē veritatis, vnde dicit Aug.ij. soli loquiorū, Nihil sic deijcit ab actu veritatis cognoscendæ, sicut tactus iste corporū sine quo vxor haberi nō potest, quia tenetur ei reddere debitum per actū carnis, in quo absorbetur intellectus. vnde & populo legem diuinam accepturo præceptum fuit Exo.xix.c.* Ne appropinquetis vxoribus vestris, *Secundò ratione corporis quod per matrimonium subijcitur perpetuæ seruituti coniugis. Vir enim non habet potestatem sui corporis, sed vxor, nec similiter vxor, sed vir, vt habetur infra.eo. ca. Seruitus autem de se est amara. Tertiò ex parte rerum exteriorum, quarum occupatione & sollicitudine multum implicatur matrimonium, quia oportet prouideri de necessarijs non solum pro se, sed etiam pro vxore & liberis.* 4 Propter forni. *Hic vltimò ostendit quid sit necessitatis, & primò ad matrimoniū contractū, secundò, quantū ad eius vsum, ibi:* Vxori. *Circa primū sciendū, quòd vis generatiua ordinatur ad conseruationem speciei per filiorum generationem. ad quod opus mulier data est in adiutorium viro, propter quod prima necessitas instituendi matrimonium fuit propter procreationem prolis Gen.j.d.* Masculum & fœminam creauit eos, benedixit eis, & ait, Crescite & multi. &c. *sed hæc necessitas fuit maximè circa institutionem generis humani, quando oportebat multiplicari populū Dei per generationem carnalem, & ideo Apostolus cōsiderās genus humanū sic multiplicatū, & populum Dei per regenerationē spiritualē multiplicādum Ioh.iij.a.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, nō potest introire in regnum *Dei ideo Apostolus hic prætermisit hanc necessitatem qua matrimoniū fuit institutū in subsidiū seu officiū naturæ. Et ponit secundā necessitatem qua institutū est in remedium culpæ. In renatis enim per baptismum remanet adhuc concupiscentia carnis, & maximè ad actus venereos propter vehementiā delectationis. licet autem maioris perfectionis sit hāc concupiscentiam superare totaliter per continentiam, tamen hæc perfectio non potest in omnibus esse: sed in paucioribus propter pronitatē ad sequendum concupiscentiam, vnde dicit Saluator Matth.xix.b.* Non omnes capiunt verbum hoc. *ideo necesse est, vt partim concupiscentia cedatur & partim superetur. Quod fit dum actus generationis rationē ordinatur, & sic homo non totaliter concupiscentia ducitur, sed magis concupiscentia subditur rationi. Habet autē hoc ratio naturalis, quòd homo sic vtatur actu generationis prout conuenit generationi, & educationi filiorum. Vnde & in brutis animalibus hoc inuenitur quòd illis speciebus animaliū in quibus sola fœmina non sufficit ad educationem prolis, masculus cum fœmina nutrit prolem. Ad hoc autem requiritur, quòd masculus propriam prolem cognoscat, propter quod in omnibus talibus* F *animalibus naturaliter est indita masculis sollicitudo de certitudine prolis, vt patet in turturibus & columbis. & huiusmodi: & sic in eis non sunt vagi concubitus, ex quibus incertitudo prolis sequeretur, sed determinatis masculis determinatæ fœminæ coniunguntur, saltem vsque ad prolis educationem factam. In canibus autem & huiusmodi, vbi sola fœmina nutrit prolem: sunt cubitus vagi, Nunc autem ita est, quòd in specie humana maximè requiritur masculus ad nutrimentum prolis, quæ multo diutius est inualida ad quærendū necessaria quàm in alijs animalibus, & nō solū propter nutritionem filiorū requiritur masculus, sed etiā propter instructionem ad quā adhuc requiritur magnū tempus. vnde ad* He.xij.c. Patres quidē carnis nostræ habu.eru.&c. *Propter quod ratio naturalis dictat, quòd in specie humana non sint vagi concubitus & incerti, cuiusmodi sunt concubitus fornicarij, sed sint determinati viri ad determinatā fœminam. Et hæc determinatio fit per matrimonij legem. ideo dicit Apostolus,* Prop.forni.au. *scilicet vitandā in illis qui non possunt continere.* 5 Vnusq.su.vxo.ha. *ad quam determinatè accedat, & ipsa ad eum, & sic tolluntur cōcubitus vagi.* 6 Vxor. *Hic consequenter prosequitur de vsu matrimonij. Et diuiditur in duas partes, quia primò agit de debiti redditione. secūdò, de eius intermissione, ibi,* Nolite. *Circa primū dicit,* Vxo.vir.de.re. *per carnalē copulā, & similiter econuerso, quia hic est vsus matrimonij in quo vir & vxor ad paria iudicantur. Propter quod mulier de latere viri formata fuit, non de capite, nec pedibus, quia non debet esse domina nec ancilla, sed socia. Et ratione huius debiti subdit.di.* 7 Mul.sui cor. *quia vnus coniugū non potest continere altero inuito, vel alteri se tradere ad generationis actum, sed ad inuicem debent habere vsum proprij corporis quantum ad hunc actum, impedimento legitimo cessante.*

Tactus mulierum nocivus propter tria Aug. li. Soliloquiorum. c.10. — Quòd concubitus humanus sit determinatus.

Non

¶ a ¶ Ad alium. b ¶ In hoc pares, in aliis vir præest. c ¶ Hic dominiū non tollitur, sed vitium.
potestatem non habet, sed vir, Similiter autem & vir
a ¶ Quia neuter habet potestatem, ergo. b ¶ Subtrahere debitum, quod possit esse causa adulterij. 1
a sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite frau- 2
a ¶ f. vt condicto abstineatis propter grasiarum actiones. ¶ Expeditius.
dare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vace- 3
¶ Naturalem vsum. a ¶ Et si culpa venialis est, quod non in fornicatione. 4
tis *orationi, & iterum reuertimini † in id ipsum, ne ten-
¶ Ne occasio detur diabolo trahendi in laqueum fornicationis vel adulterii. ¶ Totum. 5
b tet vos Sathanas propter † incontinentiam vestram. Hoc 6
¶ Et ideo non peccat qui aliter agit, imo peccat qui sic agit, sed leuius. 7
† autem secundum indulgentiam dico, non secun-
a ¶ Et si hoc indugeo, tamen volo. ¶ Castos
c dum imperium. † Volo autem omnes vos homines 8

* ieiunio & † in vnum, † intemperantiam — † Nam velim

a *Nolite fraudare inuicem.* AVGVST. Venerabilis Paulus ait A Nolite fraudare inuicem, &c. Quod putari posset non esse peccatum, misceri. f. coniugi non filiorum procreandorum causa, quod bonum est nuptiale, sed etiam carnalis voluptatis, vt fornicationis siue adulterij siue cuiusque alterius immunditię, vt est mortiferum malum quod etiam turpe est dicere quo potest tentāte Sathana, libido pertrahere incōtinentium deuitet infirmitas: posset ergo, vt dixi hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset, Hoc ergo dico secundum veniam, non secundum imperium. Quis autē neget non esse peccatum cū dari veniam facientibus, apostolica authoritate fateatur propter hæc atque huiusmodi peccata & alia, Licet eis minora, quæ fiunt verborum & cogitationum offensionibus apostolo Iacobo cap. 3. d icēte. *In multis offendimus omnes*, oportet crebro quotidiéque oremus dominum atque dicamus, *dimitte nobis debita nostra.*

in enchiridio. — † 13. dis c. nerui. 32. q. 2. c quicquid

IDEM. Sed fortè dicatur. Si licet, & bonum est nubere, cur Sacerdotibus nō licet vxores habere. Et quis nescit vnumquod B que suam legē habere? Est enim omnino quod generaliter omnibus nō liceat, est item quod alijs licet, & alijs non licet, & quod aliquando licet, & aliquando non licet. fornicari omnibus semper non licet: negotiari verò aliquando licet, aliquando non licet. Et Christiano conuenire cum sua vxore aliquando licet aliquando non licet. Ait enim Apostolus, Ex consensu abstinendum ad tempus, vt vacetur orationi. Nunquid omne, quodquod ante cæteros licet, ante imperatorē licet? Quantomagis in Dei causis? Ac per hoc Antistitē eius puriorem esse cæteris oportet, ipsius enim personam habere videtur, est enim vicarius eius, vt quod cæteris licet, illi non liceat, quia necesse habet quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. &c.

1. quæst. ex vtroque testam mixtim. q. 127.

b *Hoc au. se. in.* Dicet aliquis, si hic secundum veniam concessit D Apostolus, ergo peccatum sunt nunptiæ. Cui enim venia nisi peccato conceditur? Planè quod infirmitati concessit Apostolus secundum veniam, audeo dicere peccatum esse. Veniā nanque concedēs Apostolus, cōcubitum attendit coniugatorum vbi est incontinentię malum. Incōtinentiæ malum est, quòd vir cognoscit vxorem etiam vltra necessitatē procreādi liberos, sed & ibi est nuptiarū bonum. Non enimquia incōtinentiæ ibi malum est, ideo cōnubium quod est præter intētionem generationis, nō est donū. imo verò non propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale. Hoc bonum nuptiarum non reprehendit Apostolus, sed malum incontinētiæ. Concubitus is necessarius causa generandi inculpabilis, & E solus ipse nuptialis est. Ille verò qui vltra necessitatem progreditur, nō rationi, sed libidini obsequitur. Cum igitur culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui propriè nuptijs imputandus est, quid secundum veniam concedit Apostolus, nisi quòd coniuges debitū carnis exposcunt, nō voluntate propagandi, sed libidinis voluptate, quæ tamen voluptas nō propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniā. Quocirca etiam hinc sunt laudabiles nuptiæ, quia etiam illud quod non pertinet ad se ignosci faciunt propter se. Neque enim iste concubitus quo seruitur concupiscentiæ, agitur vt impleatur fœtus, quem postulant nuptiæ. Omnino igitur in genere suo nuptiæ bonæ sunt: quia fidem thori seruant, & prolis suscipiendæ causa vtrunque sexum commiscent, & impietatem separationis horrent.

Aug. Ench. c 78. & lib. de bono viduitatis, cap. 2.

c *Volo autem vos omnes. &c.* AVGVST. Doctor gentium & pu

l. de grat. & lib. arb. c.4.

NICOLAVS DE LYRA.

1 No. *Hic consequenter agit de debiti intermissione. & secundò, de* C *eius reiteratione, ibi,* Et iterum. *Circa primam sciendum, quòd actus coniugalis bene est aliquando intermittendus, maximè sacris temporibus, vt coniuges melius vacent spiritualibus, & hoc est quod dicit,* Nolite frau.in. *subtrahendo vsum corporis proprij ei cui debetur.*

2 Nisi for.ex con. *vtriusque.*

3 Ad tempus, vt va.ora. *quæ est eleuatio mentis in Deum. Mens autem deprimitur per carnalem actum etiam in matrimonio.*

Diuisio. 4 Et ite. *Hic consequenter agit de reiteratione actus coniugalis. Et diuiditur in duas, quia primò circa hoc dat suum documentum. secundò, declarat quoddam dictum ibi, Hoc autem dico. Circa primum dicit,* Et ite. reuer.in id ipsum. *f. ad reddendum debitum finito tempore orationis. secundum quod dicitur Ecc.iij.a.* Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. 5 Ne ten.vos Sa. *de adulterio.*

6 Prop.incon.ve. *Id est pronitatem ad actum carnis.*

7 Hoc aut. *hic manifestat dictum suum & primò ostendit in quo sensu accipi debeat. secundò, ad hoc rationem assignat, ibi,* Volo autem. *tertiò, exponit quod dixit, ibi.* Dico autem.

Circa primum sciendum, quòd aliquis posset accipere dictum Apostoli de reiteratione debiti tanquam necessarium ad salutem, quòd non intellexit. ideo dicit, Hoc autem dico *secundum indulgentiam, & non secundum imperium. i. tradens sub præcepto tanquam ad salutem necessariū. Possent enim coniuges de communi consensu simpliciter continere.*

Permissio duplex. *Sed videtur Apostolus hic impropriè loqui dicens,* Hoc autem dico secundum indulgentiam. *quia indulgentia non est nisi de malo. actus verò matrimoniali non est malus. Ad quod dicendum, quòd indulgentia accipitur hic pro permissione. Permissio autē fit dupliciter, Vno modo de minori malo ad vitandum maius malum, sicut Moyses permisit libellum repudij ad euitandum vxoricidium, Mat. xix. & talis permissio non fit in euangelio propter eius perfectionem. Heb.vj.a.* Ad perfectionem feramur. *In veteri lege facta fuit ex eius imperfectione, Heb. vij.c.* Nihil ad perfectum adduxit lex. *Alio modo fit de minori bono, per hoc quòd maius bonum non percipitur. sic est in proposito. Ex hoc enim quòd Apostolus virginitatem non præcepit indulget matrimonium. Potest etiam aliter solui prout indulgentia respicit malum.*

Actus coniugalis triplex. *Circa quod sciendum, quòd actus coniugalis aliquando est sine omni culpa, vt cum ordinatur ad prolem procreandam ad cultum Dei, vel cum sit causa reddendi debitum, quia primò modo est actus religionis, secundò iusticiæ. Et si fiat ex charitate non solum est sine culpa, sed etiam meritorius, quia omnis actus virtutis factus ex charitate meritorius est. Si verò actus matrimonialis exercetur ad satisfaciendum concupiscenciæ, tunc habet culpam annexam venialem, quādo sistit intra limites matrimoniales. Mortalem verò quando non sistit, vt pote quia vtitur vxore* B *modo indebito, vel quia æquè libenter aliam cognosceret. Primo modo actus matrimonialis non requirit indulgentiam, sed præmiū. Secundò modo habet indulgentiam inquantum consentiens concupiscentiæ in sua vxore, tamen non in alia, non fit reus peccati mortalis: sed tantum venialis. Tertiò modo indulgentiam habet, quia reus est peccati mortalis.*

8 Volo au. *Hic consequenter Apostolus assignat rationem sui dicti. Et primo eius quod dixerat,* Non secundum imperium. *secundò eius quod dixerat secundum indulgentiam, ibi:* Vnusquisque autem. *Circa primum sciendum, quòd nullus sapiens præcipit contra illud quod vult: Matrimonium autem contrahere & vti contracto contrariatur virginitati, nisi contrahens certificatus fuerit, quòd actus matrimonialis ab eo non exigetur, sicut fuit de beata virgine. virginitatē autem volebat Apostolus. ideo bene dicit:* Volo au.om.vos ho.esse. si.meip. *i. omnes virginitatem seruare. Fuit autem Apostolus virgo. vnde & in eius decollatione in testimonium suæ virginitatis fluxit lac de eius corpore, qui loquēs de matrimonio & eius actu propter hanc voluntatem non fuit loquutus secundum imperium. Sed videtur, quòd voluntas Apostoli non fuerit rationabilis: quia si omnes à tēpore eius fuissent cōtinentes, extūc cessasset generatio hominū: & sic nō fuisset cōpletus numerus electorū. Ad hoc dicūt aliqui quòd reuelatū fuerat Apostolo, quòd si omnes sui tēporis cōtinuissent, adhuc sufficerēt ad implēdū numerū electorū. Sed hoc dictū nullū habet scripturæ vel rationis fundamētū. Propter quod dicendū, quòd Apostolus volebat hoc voluntate antecedente, sed nō volūtate consequente. sicut.1.Tim. ij.c. dicitur, quòd* Deus vult omnes homines saluos fieri. *f. voluntate antecedente: nō tamen omnes saluantur, quia non vult voluntate consequēte. Dicitur autē voluntas antecedens, qua aliquis vult aliquid absolutè, & in generali tāquā melius simpliciter. Cōsequens verò qua vult aliquid cōsideratis cōditionibus proprijs & circūstātijs. Primo modo vult homo merces suas seruare. Secundo modo nō vult eas seruare, quando in periculo positus proijcit eas in mare. & hoc modo consideratis meritis, & demeritis hominū, Deus vult tantū aliquos saluari, & aliquos damnari: licet velit omnes saluari in quodam generali, inquantum sunt ad imaginem suam facti & beatitudinis capaces. Et eodem modo volebat Paulus Apostolus homines continentes esse, inquantum continentia est maius bonum quàm matrimonium. considerata tamen fragilitate hominum volebat aliquos matrimonio iungi.*

Voluntas antecedēs, & cōsequēs

Sed

Universidad de Deusto Biblioteca

A pudicitiam coniugalem per quam non fiunt adulteria, & perfectiorem continentiam per quam nullus concubitus quæritur sermone suo commendans, & hoc & illud donum Dei esse monstrat scribens ad Corinthios, & admonens coniuges ne se inuicem fraudent, quos cùm admonuisset adiecit. *Vellem vos esse sicut meipsum*, quia vtique ipse ab omni concubitu abstinebat. Et continuo subiunxit, *Sed vnusquisque proprium donum habet à Deo.* Nũquid tã multa quæ præcipiuntur in lege Dei, ne fornicationes & adulteria committantur, inducant aliud quàm liberum arbitrium.

† contrahant matrimonium. † 31 q 4.c. de neptis. 32.q 5 c pudo.§.cum ergo.& q.7. c.apostolis

a *Vnusquisque.* AVGVS. Et ideo non debet quis constringi, ne prohibitus à licitis admittat illicita, sed ipse quid sequatur eligat, sed tamen in hoc propensiorem esse melius est. *Vnusquisque.pro.d.* Satis hic etiam ostendit pudicitiam coniugalem esse donum Dei. Non tantum enim continentium, sed etiã coniugatorum castitas donum Dei est.

b *Pro.ha.* Quia in hoc quisque iuuatur quod appetit auidius.

c *Di.a.* Hic dat consilium.

B ✠ AVGVST. Hæc illorum sunt, qui nullam vouerunt continentiam Deo. Cæterũ, quisquis se castrauerit propter regnum cælorum, & in corde suo continentiam Deo vouerit, non solum mortifero fornicationis crimine maculetur, verum etiam si aut vir mulierem accipere, aut mulier nubere voluerit secundum Apostoli sententiam, damnationem habebit, quia primam fidem irritam fecit. (l. de fide ad Petr c 3.)

✠ ANSELMVS. Ideo multi continere se non valent, quia non toto corde id appetunt, & propterea non merentur adiuuari diuinitus. Illum enim Deus adiuuat, quem videt tota virtute contendere, nec sinit illum tentari supra vires proprias. (2.Tim.5.)

d *Vri.* Est desiderijs agi vel vinci. Non ergo ideo dicit melius, quasi bonum sit vri, & nubere melius, sed consuetudinem loquutionis est sequutus.

✠ CHRYSOST. Ostendit quanta sit desiderij vis. Hoc autem eiusmodi est. Si valide cogeris, & libidine incenderis, laboribus te & sudoribus libera, nequando decidas.

✠ THEODOR. Si cupiditatis impetũ ferre nõ potestis, sed ad hoc sustinẽdũ certamẽ imbecillo animo estis, quoniã ad ea quę honesta & pulchra sunt, nõ habetis alacre & ardẽs animi propositũ, nulla lex prohibet quo minus matrimoniũ contrahatis.

✠ HAYMO. Melius est vxorẽ ducere quàm vri. quod est

C propriè, calore corporis cogente, libidinem explere, & quodcunque

a ¶ Et si non sunt casti, habent alia quibus saluari possunt. b ¶ Sibi competens.

a esse sicut meipsum. Sed enim vnusquisque proprium donum 1

a ¶ Coniugium est ex Deo, sicuti & continentia. ¶ i. in coniugio potest saluari. b ¶ i. in viduali, vel virginali continentia. c ¶ Coniuncti debitum reddant, sed non nuptis i. virginibus. Dico.

c habet à Deo. Alius quidem sic, alius verò sic. Dicò autem vo- 2

¶ Castè.

bis non nuptis & viduis: bonum est si sic permaneant sicut & 3 4

¶ Legitimè.

ego. Quòd si se non continent, † nubant. Melius est enim nu- 5 6

a ¶ Ardere libidine b ¶ Hoc consulo non coniunctis, sed iunctis præcipio.

d bere quàm vri. † His autem qui matrimonio iuncti sunt, præ- 7 8

a ¶ Quasi hoc præceptum ego inuenerim, sed dominus in propria persona præcepit. b ¶ Hoc de vtroque fideli.

cipio, nõn ego, sed dominus: vxorem à viro non † discedere. 9

a ¶ Causa fornicationis. b ¶ Viuenti viro c ¶ Si non continet.

e Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recon- 10 11

a ¶ Supplendum est hic quod de vxore præmisit, quod si dimiserit, non ducat aliam, vel reconcilietur vxori. ¶ Nisi causa fornicationis.

f g ciliari. Et vir vxorem nõn dimittat. † Nam cæteris ego dico, 12 13 14

que nefas perpetrare.

D ✠ ANSEL. Quæ propter mentis imbecillitatem non possunt continere carnis impulsionem, nubant, ne in barathrum diaboli per fornicationem corruant. Nam melius est nubere, quàm vri ardore desideriorum carnalium. Sine culpa scilicet ad matrimoniũ veniunt, si tamẽ nec dum meliora deuouerunt. Vri autem est desideriis carnis æstuare, cùm enim mens calori carnis consentit, vritur. Pati verò desideria, & non vinci, illustris viri est & perfecti.

e *Quod si di.* Aliud est discedere, aliud ex communi cõsensu continere. Illud enim malum est, hoc bonum. († separati.)

AMB. Ideo non subdit de viro sicut de muliere, quia licet viro aliã ducere, quia inferior nõ omnino hac lege vtitur, quia potior quod à falsariis dicitur esse appositum.

† 28. q. 1. c. 1. & c iam nunc. De diuor. c. gaudemus. 3 Esd 9. b. Aug. li 83. quæst Idem. li. ad Pollent li de bono coniug. c.7.

f *Et vir vxo.* Non debet vir dimittere vxorem, quia faceret eã mœchari, Quòd si illa est adultera non facit, sed adulteram dimittit, Causa quam Christus excepit hic tacetur, quia notissima est, scilicet, fornicationis.

E ✠ CHRYSOST. Cùm propter continentiam, & alias causas fieri diuortia contingat, melius quidẽ est, inquit, ne fiant à principio. Quòd si fiant, maneat vxor cum viro, quamuis non misceatur. Verùm nullum alium virum ducat.

✠ AVGVST. Vsque adeò fœdus illud initum nuptiale cuiusdam sacramenti res est, vt nec ipsa separatione irritum fiat. quãdoquidem viuente viro à quo relicta est, mœchatur si alteri nupserit, & ille huius mali causa est qui reliquit.

✠ IDEM. Tantum valet illud sociale vinculum coniugum, vt cùm causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi soluatur. Posset enim homo dimittere sterilem vxorem, & ducere de qua filios habeat, & tamen non licet, &c.

g *Nam cæte.* vbi vterque fidelis hoc præceptum domini dedi. Nam cæteris vbi non vterque fidelis, quod in initio ecclesiæ contingit, cum euangelium prædicari cœpit.

✠ SEDVL. Qui videlicet neque ambo Christiani sunt, quapropter? scilicet vt dimittatur coniunx infidelis vt in consequẽtib. Apostolus dicit, quãuis melius sit nõ dimittere. Attamẽ non licet secundum præceptum domini vt dimittatur coniux, nisi causa fornicationis: Fornicatio est etiã ipsa infidelitas. Dicimus autem, permisit causa fornicationis vxorẽ dimitti, sed quia permisit, nõ iussit, dedit Apostolo locũ monẽdi, vt qui voluerit nõ dimittat vxorẽ infidelẽ, quia sic fortasse possit fidelis fieri. F

☞ Av-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed e. vnusquisque. *Hic consequenter assignat rationem, quare de matrimonio concesso dixit. secundum indulgentiam, quia scilicet quilibet non est tantæ virtutis, quòd possit continere. & hoc est quod dicit,* Sed enim vnusq. pro. do. ha, à Deo, *scilicet, vt posset continere.*

2 Alius. ve. sic. *idest, quòd posset castitatem maritalem custodire, & in ea Deo seruire, vnde Math. xxv. a. de Christo sub parabola hominis peregre proficiscentis, quòd vocatis seruis suis tradit illis bona, & vnicuique secundum propriam virtutem.* 3 Dico au. *Quod obscurè dixerat, magis declarat dicens.* Dico au. non nup. *i. virginibus.*

4 Et viduis. b. est il. si sic perman. *idest, continenter viuendo.*

5 Quòd si se no. *idest, si donum continendi non acceperint à Deo.*

6 Nubant. *matrimonium contrahendo.*

7 Melius est enim nu. quam vri. *i. quam concupiscentia superari. Cõcupiscentia enim quidam ignis est, & ideo qui ab ipsa impugnatur incalescit. qui autem superatur per concupiscentiam vritur. Et considerandum, quòd Apostolus hic vtitur comparatione abusiua, quia concupiscentia vri, malum est simpliciter, nubere autem bonum, minus tamen quàm continere. est igitur sensus.* Melius est. *i. magis eligibile est, quòd homo minus donum habeat quàm quòd malum incurrat.*

8 His autem. *Hic consequenter instruit eos qui matrimonio iuncti sunt, de ipso non dissoluendo. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit propositum. secundò occasione eius dat generale documentum, ibi, Et vnum quemque. Prima adhuc in duas, quia primò agit de indissolubilitate matrimonij quando vterque coniugum est fidelis. Secundò quando alter est infidelis. ibi. Cæteris autem Prima adhuc in duas, quia primò docet eos de indissolubilitate matrimonij. secundò, quid sit agendum quando contigit ipsum aliquo modo separari, ibi, Quòd si discesserit. Circa primum dicit.* His au. &c. Præcipio non ego sed do. *i. non præcipio propria, sed autoritate diuina.* (Diuisio.)

9 Vxorem à viro non dis. *Sicut enim dictum est suprà, matrimonium primò fuit institutum ad legitimæ prolis procreationem, in cuius nutritione, & instructione de moribus requiritur magnum tempus. propter quod ratio dictat, quòd vir & vxor per totam vitam inseparabiliter coniungantur, & ideo matrimonium sic diffinitur, quòd est personarum legitimarum coniunctio indiuiduam, idest, indiuisam vitæ consuetudinem retinens. Propter quod non discedere vxorem à viro cadit sub precepto, excepta causa fornicationis, quem casum excepit Saluator Mat. xxv. & idem de discessu viri ab vxore. In hoc enim ad paria iudicantur.* (Matrimonium.)

10 Quòd si discess. *Hic consequenter ostenditur quid sit agendũ quando aliqualiter separatur matrimonium. licet enim vinculum matrimonij consummati sit indissolubile, nisi per mortem alterius corporalem, tamen ex causa fornicationis probata potest dissolui quantùm ad thorum & quoad cohabitationem, & sic dicit Apostolus,* Quòd si disc. *vxor à viro in casu dicto,* 11 Manere innu. *supple præcipit dominus.*

12 Aut viro. *Sicut enim poterat nõ discedere à viro sub spe correctionis eius, ita post discessum potest ei reconciliari, & etiam debet si nõ possit continere, quia non potest alteri nubere ipso viuente.* 13 Nam cæteris. *Hic consequenter agitur de dissolutione & solutione matrimonij, quando alter coniugum est infidelis. Et diuiditur in duas partes, quia primò agit in recessu ex parte fidelis, secũdò ex parte infidelis, ibi,* Quòd si infidelis. *Circa primum dicit,* Nam cæteri. *qui sunt disparis cultus.*

14 Dic. eg. n. do. *id est do consiliũ, sed non est ad hoc diuinũ præceptũ.*

✠ Si

A ✠ AVGVST. Hic primò videndum est quibus *cæteris*. Dicebat enim superius ex domini persona, *His qui sunt in coniugio*, sed nõ hoc sequitur. Ita enim subiungit, *Si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.* Ergo nũc etiam dicit his qui sunt in coniugio. Quid sibi ergo vult quod ait, *cæteris*, Nisi quia eis superius loquebatur qui sic copulati erant, vt pariter in fide Christi essent. cæteris autem nunc dicit, id est, eis qui sic copulati sunt, vt non ambo fideles sint. Sed quid eis dicit, *Si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, &c.* Si ergo non præcipit ex Domini persona, sed ex sua persona monet, ita est hoc bonũ,

B vt si quis aliter fecerit, non sit præcepti trãsgressor. Aliud est enim quod iubetur, aliud quod monetur, aliud quod ignoscitur. Iubetur mulier à viro non discedere, aliter ergo nõ licet facere. Monetur autẽ vir fidelis si habet vxorẽ infidelẽ consentientẽ secum habitare, nõ eã dimittere. Licet ergo & dimittere, quia non est præceptũ Domini ne dimittat, sed consilium Apostoli, sicut monetur virgo non nubere. Sed si nupserit, consilium quidẽ non tenebit, sed contra præceptũ non faciet. Ignoscitur tamen cùm dicitur, Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium.

(l 1. de serm. domin. in monte.)

a *Si quis frater, &c.* Idololatria & quælibet noxia superstitio fornicatio est, & dominus causa fornicationis quidem permisit vxorem dimitti, sed non iussit, & sic dedit locum Apostolo monendi, vt qui noluerit, non dimittat infidelem, quæ forsan erit fidelis. Si fornicatio carnis detestanda est in cõiuge, quãto magis fornicatio mentis. i. infidelitas? Iussit Esdras imo dominus per eum vxores dimittere alienigenas, per quas ad deos ibant alienos. Et per Moysen dominus iusserat ne quis vxorem alienigenam duceret, merito ergo quas duxerant domino prohibente, domino iubente dimiserunt. (Aug. li 1 de ser. Dom in monte. Idololatria fornicatio)

✠ CHRYSOST. Quemadmodum cùm de abijciendis meretricibus disputat, correctione rem facit faciliorem his verbis, Non vtique fornicarijs huius mundi: ita in hoc loco multa vtitur facilitate, inquiens, Si qua vxor virum, aut vir vxorem infidelem habet, non dimittat eam. Quid dicis, an infidelis manebit cum viro, fornicaria verò minimè. Atqui minus vitij est fornicatio, quàm infidelitas. Minus quidem fateor. Sed Deus suis maiorem in modum parcit, hoc & in eo qui decem millia talenta debebat ostendit, etenim illum cùm sibi tantum deberet, non puniuit, cùm autem à cõseruo exigeret, totum repetiit debitum. (Sap. 5. c.)

✠ TERTVL. Manifestum est scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio gentili inuenti à Dei gratia fuerunt, secundum verba ipsa, Si quis, inquit, fidelis vxorem habet infidelem, non dicit vxorem ducit infidelem. (l 2. ad Vxo.)

AMB. Non est imputandum matrimonium quod extra decretum Dei factum est, sed cum cognoscitur emendandum.

AVGVST. Cum verò cœpisset Gentibus euangelium prædicari iam coniunctos Gentiles Gentilibus comperit, ex quibus si non ambo crederent, sed vnus vel vna, & infidelis cum fi-

C deli, consentiret habitare nec prohiberi à domino debuit fide-

¶ Ex Deo. a ¶ Proprio ore. b ¶ Fidelis conuersus ad fidem in coniugio.

a non dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc 1 2

a ¶ Non præcipit, sed consulit, vt si quis aliter agat non sit transgressor, sicut post de virginibus consulit. Augu. monet ergo quod est lucrandi occasio cum posset licite relinquere. ¶ Sed non expedit. ¶ Idem subdit de muliere.

consentit habitare cum illo, nõn dimittat illam. Et si qua mu- 3 4

lier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare

a ¶ Dum non horret nomen Christi.

b cum illa, non dimittet virum. † Sanctificatus est enim vir in- 5 6

a ¶ i. munda est mulier infidelis quantum ad virum fidelem, ipse enim vir fidelis ex eius coniunctione non contaminatur, veram enim fidelis habet pudicitiam in infideli coniuge.

fidelis per mulierem fidelem, & sanctificatã est mulier infide

a ¶ Si disceditis, & si non est legale matrimonium. b ¶ De copula nati. ¶ Vel spurij vel infideles. c ¶ Non legitimi.

c lis per virum fidelem. Alioquin filij vestri immundi essent, 7 8

¶ Si permanetis. ¶ Sancti. a ¶ Vel vir vel mulier. b ¶ Odio fidei. c ¶ Non pro eo fidem deserat.

d nunc autẽ mundi sunt. † Quod si infidelis discedit, discedat. 9 10

fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo enim non prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde quàm in carne. Ideo autem nec iuberi, quia non contra iussionem domini Gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat per iustitiã, sed licitum non erat faciendum propter liberam beniuolentiam. D

b *Sanctifica.est.* quia hoc sæpe contingit, quòd alter per alterum ad fidem cõuertitur. Vel mundus est vir infidelis quantũ ad fidelẽ mulierem, & nullam ex eius coniunctione immũdiciam patitur mulier fidelis.

Aug. lib. 3. de peccat. merit. & remiss. c. 12. & li. 2. c 26. † 28.q. 1 c. iam nunc

✠ AVGVST. Credo, iam prouenerat, vt nõnullæ fẹminæ per viros fideles, & viri per vxores fideles in fidem venirent. Et quãuis non dicens nomina, exemplis tamen hortatus est ad confirmandum consilium suum.

lib. 1 de ser. Dom in monte. † 28. q. 1. c. simili modo & c si infideles. E

c *Alioquin.* Si dimittitis inuicem nolentes cohabitare, & alijs vos copulatis adulteri estis & filij vestri spurij & ideo immundi. nunc sancti, quia de licitis coniugijs nati, & sub creatoris veneratione nati. Vel si vicissim dimittunt filij qui maiorem partem sequuntur, in infidelitate manebunt. Maior enim tunc erat numerus infidelium quàm fidelium: Nunc autem sancti, idest, Christiani, siue vno ex parentibus autore siue vtroque. (Ambros.)

d *Nunc autem sancti sunt.* ✠ CHRYSOST. hoc est, non immũdi. Ipse autem sanctos appellauit, verbi exuperantia iterum malæ suspicionis metum amouens.

✠ AVGVST. Aut sic accipiendum est quòd exempla iam præcesserant & virorum quos vxores, & fœminarum quas mariti lucrifecerant Christo, & paruulorum ad quos faciendos Christianos voluntas Christiana etiam vnius parentis euicerat, aut si (quod & magis Apostoli verba videntur sonare, & quodammodo cogere) aliqua illic est intelligẽda sanctificatio, qua sanctificabantur vir vel mulier infidelis in cõiuge fideli, & qua sancti nascebantur filij fidelium, siue quia in menstruo cruore mulieris à concubitu continebat quicunque vir vel fœmina, id in lege didicerat (nam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figuratè intelligenda sunt) siue propter aliam quamlibet, quæ ibi apertè proposita non est, ex ipsa necessitudine cõiugiorum atque filiorum sanctitatis aspergine, illud tamẽ sine dubitatione tenendum est, quęcumque illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos atque ad dimittenda peccata, nisi Christiani & ecclesiastici institutione sacramenti efficientur fideles. Nam nec coniuges infideles, quamlibet sanctis & iustis coniugibus adhæreant, ab iniquitate mundantur, nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisque procreati, originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati. (Ex li. ad Marcellinũ) (Ezechi. 18.)

✠ IDEM. Illa sanctificatio cuiuscunque modi, quam in filijs fidelium esse dixit Apostolus, ad istam de baptismo, & de peccati origine vel remissione quæstionem omnino non pertinet. (l. de baptis. paruul.)

✠ SEDVL. Nunc sancti sunt, quia fideles per prædicationem suorum parentum Item, filij vestri immũdi essent, si infidelem parẽtẽ comitarentur iam nõ baptizati, aut si baptizati essent, ex Christianitate in paganismũ trãsirẽt infidelẽ parẽtẽ sectando. F

☞ TER.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si quis frater. *i. Christianus.* 2 Vxor. ha. infi. *vt pote quando vir conuertitur ad fidem. & non vxor.* 3 Et hæc cons. hab. *pacificè & sine contumelia fidei Christianæ.* 4 Nõ dimit. *Et idem subdit de vxore fideli virum infidelem habente. cum dicitur.* Et si qua muli. *In hoc enim sunt ad paria. & Subditur ratio talis mansionis fidelis cum infideli, cum dicitur.* 5 Sanctifi. est e. *i. conuersus ad fidem.* 6 Vir infid. per mul. fid. *ipsum ad hoc inducentem. Hoc enim frequenter fiebat in primitiua ecclesia, scilicet quòd vxor fidelis conuertebat virum infidelem, & econuerso vir vxorem.* 7 Alioquin. *Hic ponitur ad idem secunda ratio ex parte prolis, quæ per conuersionem parentis infidelis modo dicto adducebatur ad fidem. Si autem fidelis coniux discederet, proles cum infideli remaneret, quia tunc pars infidelium cum talibus præualebat, tum quia erant pauci fideles & sub infidelibus constituti. & hoc est quod dicitur.* Alioq. fil. ve. im. es. *i. in infidelitate remanerent, ratione dicta.* 8 Nunc au. fa. su. *i. adducti ad fidem modo dicto. videtur autem quòd Apostoli dictum sit contra sacram scripturam, quia. j. Esdr. ix.* Sanctus Esdras fecit abiici vxores alienigenas cum filiis suis à filiis Israel fidelibus. *Item contra sacros canones, quia xxviij. q. j. c.* Iudæi. *dicitur, quòd non potest infidelis in eius coniunctione permanere quæ iam ad Christianam translata est fidem. Ad primum dicendum, quòd matrimonialia illa erant contracta contra Dei prohibitionem, quæ habetur Deu. vij. ideo nulla erãt, quia nullũ matrimoniũ cõtra Dei prohibitionẽ potest esse ratum, propter quod Esdras fecit illa separari, & bene. Ad secundum dicendum, quòd in primitiua ecclesia passim conuertebantur aliqui de Iudæis, & similiter de Gentibus & illo tempore loquitur Apostolus, quia tunc spes erat quòd infidelis traheretur ad fidem per fidelem personam in matrimonio sibi iunctam. procedente verò tempore Iudæi fuerũt obstinati, nõ sic autẽ Gentiles. & ideo fidelis permittebatur habitare cũ infideli de Gẽtibus, non tamẽ de Iudæis. Modo verò pari passu ambulãt, quia vtrique reputãtur obstinati, & sic nõ permittitur fidelis habitare cũ infideli de istis nec de illis & hoc modo loquitur decretum allegatum.* 9 Quòd si infi. *Hic consequenter loquitur de discessu infidelis, cum dicitur,* Quòd si. infid. dis. *in odium fidei Christianæ.* 10 Disce. *q. d. liberatus est fidelis à coniunctione eius, & potest alteri contrahere. Et subditur causa, cum dicitur.*

✠ Non

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✻ Tertvl. Apoſtolus ex ſanctificato alterutro ſexu ſanctos procreari ait, tam ex ſeminis prærogatiua, quàm ex inſtitutionis diſciplina. Ceterùm, inquit, immundi naſcerentur, quaſi deſignatos tamen ſanctitatis, ac per hoc etiam ſalutis intelligi volens fidelium filios: vt huius ſpei pignora matrimoniis quæ retinenda cenſuerat patrocinaretur. Alioquin meminerat Dominicæ definitionis, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non introibit in regnum Dei*, id eſt, nō erit ſanctus. (A; Io.3.)

a *Non enim.* Non eſt ratū cōiugium quod ſine Deo: & ideo nō eſt peccatū dimiſſio propter Deum, ſi alij copulatur. Si ambo credunt, per cognitionem Dei confirmatur coniugium. († ſic; † ordino)

b *In pace.* Non oportet litigare cum diſcedente, quia odio Dei diſcedit. († accerſat)

B

c *Vnde enim.* Avg. Hortatus ſuper ea quæ euenerunt, nunc quia eadem fieri poſſunt. Hæc non lege iubēte, ſed libera charitate fiunt. (li.1.ad Pollent.; † potius.)

d *Diuiſit.* cuiquam quando ſaluetur, id eſt, ſcit quando credet, & ſuſtinet, ſic & tu expecta. († Sup.6.d. 1.Pe.1.d.)

e *Circumciſus aliquis vo. eſt.* Avg. Nuſquā aufert conſuetudinem, quæ ſeruata non impedit ſalutem, monens ne in talibus ſpes ſalutis ponatur, cùm tantum pro offenſione infirmorum ſeruentur. vnde dicit nihil ea eſſe, ſubdens: *Circuncißio nihil.* (In expoſitione Epiſt. ad Galat.)

✻ Sedvl. *Non adducat præputium.* Id eſt, Non putet ſe ſuperfluè circumciſum, ne hoc pœniteat. Fuit enim neceſſarium ſuo tempore. Sine hoc modo non adducat præputium, vt quis ſine legis cæremoniis viuat, quia cum quibuſdam permittebant Apoſtoli legalia cuſtodiri, ne ſubito à lege ſubtracti ſcandalum paterentur.

f *Vnuſquiſque in ea.* Hoc ad eas conditiones, vel vitę conſuetudines reſpicit, quæ nihil obſunt fidei boniſque moribus. Sicut enim coniux, ſic & latro ad Chriſti fidem vocatur. Sed ille in coniugio, non à coniugio, Iſte verò non in latrocinio. ſed à latrocinio. Non enim neceſſe eſt, vt coniuges deſinant eſſe coniuges propter fidem Chriſti, ſicut neceſſe eſt, vt latrones deſinant eſſe latrones. (Aug.lib.G. ad Pollentium.; C; D)

g *Seruus v.* Suprà poſuit vnum exemplum de ritu viuendi, hic aliud de conditionis dicitur officio.

h *Magis vte.* Quia quanto quis propter Deū deſpectior eſt in hoc ſeculo, tantò magis exaltabitur in futuro.

i *Libertus.* Quia ereptus à peccatis, quæ ſeruos faciunt: nec ſeruus cōditione deſpiciatur, nec liber ereptus elatus ſeruo ſe præponat.

k *Emptie.* Reddite vicem, vt vos ſerui ſitis Chriſti, nō hominum. Hi ſunt ſerui hominū, qui humanis ſe ſubiiciunt ſuperſtitionibus.

✻ Tertvl. Quod ſciam, non ſumus noſtri, ſed pretio empti, & quali pretio? ſanguine Dei. Lædentes igitur carnem iſtam, eum lædimus. (lib. 1. ad Vxor.; E)

l *Serui hominum.* Quod contingit vobis ſi dicatis, *Ego ſum Pauli, ego Apollo.* († Eph.c.4.a. 21.q.1.c.1. de regu.c.licet in prin.)

✻ Chryso. Hoc non tantum ad ſeruos, ſed ad liberos dictum eſt. Contingit enim vt ſeruus nō ſit ſeruus, & liber ſit ſeruus. Et quonā pacto ſeruus non eſt ſeruus? Cùm propter Deum omnia facit, cùm nō eſt ſimulator neque, neque quidquam vt oculis ſeruiat operatur. Ita fit, vt hominum ſeruus liber fiat. Vel contrà, liber ſeruus efficitur, cùm inter homines malus quidem miniſter eſt, vel propter gulam, &c. Huiuſmodi enim homo maximè omnium ſeruus eſt, quamuis ſit liber. Cōſidera quæſo vtrumq; Seruus erat Ioſeph, verùm nō hominum ſeruus. Quare in ſeruitute omnium liberrimus erat, dominæ autē ſub cuius imperio erat nō paruit voluntati. contra libera illa maiorē in modū omnium ſeruā erat, cùm ſeruo ſuo blādiretur, hortaretúrq;, ſed libero nō perſuaſit quod facere noluit. Audiāt ſerui & liberi, vter ſeruiuit, qui rogatus eſt, an qui rogauit? quæ hortata eſt, an qui contēpſit ſupplicem. Etenim termini ſeruis à Deo conſtituti ſunt, & quouſque in his progrediendum ſit, ſancitum eſt, & præterire eos neminem oportet, &c. (F)

☞ Idem.

a ¶ id eſt, non cogitur infidelem ſequi, ſed quandiu poſſunt in pace eſſe, non ſeparentur. ſi in eo perſtauerunt vocari, in eo manendum eſt. b ¶ id eſt, in infidelitate.
a Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater vel ſoror in eiuſmo- 1
a ¶ Ideo non debemus eſſe cauſa diſcordiæ. b ¶ Vere manendum, quia vnde ſcis. c ¶ Fidelis. 2
b di. In pace autē vocauit vos Deus. Vndē enim ſcis mulier, ſi 3
a ¶ Forſan poſſet credere, qui non horret nomen Chriſti. ¶ Fidelis. ¶ Infidelem. 4
c virū ſaluum facies, Aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam
a ¶ Ita te habeas ad tuum comparem. ¶ Vtrique viro præeſſe, vxori ſubeſſe. b ¶ Dedit. c ¶ id eſt, in eo ſtatu, in quo Deus vocauit, non à quo.
d faciēs. Niſi vnicuique ſicut diuiſit Deus. Et ūnūquemque ſi 5
a ¶ Perſeueranter, ſi non ſtatim proficit. ¶ Vnuſquiſque. ¶ Niſi. b ¶ Tenendum vobis quod omnes tenent. 6
cut vocauit Deus, ita ambulet. Et † ſicut vbique in omni- 7
a ¶ Qui in eo ſtatu poteſt quiſque manere ſ. coniugij, ſicut & in cæteris quæ ſaluti impedimentum non afferunt. verbi gratia. ¶ Hoc ſ. doceo, quòd vnuſquiſque permaneat in ſtatu ſuo.
e bus eccleſijs † doceo. Circūncîſus aliquis vocatus eſt, non 8
a ¶ Non cogatur adducere. b ¶ Ritus Gentilium.
† addûcat præputiūm. In præputio autem aliquis vocatus 9
¶ i. non cogatur ad Iudaicos ritus, a ¶ Ad ſalutem nec prodeſt nec obeſt hoc vel illud. i. Iudaicus vel Gentilis ritus.
eſt, non circūcidatur. Circūmciſio nihil eſt, & præputiū ni- 10
a ¶ Non adducat &c. Sed. 11
f hil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. † Vnuſquiſque in
a ¶ Non à qua. b ¶ Conditione vocationi non repugnante. ¶ Sicut.
g quâ vocatione vocātus eſt, permaneat. Seruus vocatus es. 12
¶ Quaſi velis hoc effugere. a ¶ Seruitute. 13
h non ſit tibi curæ. Sed & ſi potes liber fieri, † mâgis vtere. 14
¶ Quæ eſt cauſa humilitatis. a ¶ Quia æque vt dominus ſeruus Chriſti eſt. b ¶ Id eſt in fide domini vocatus, vel in operatione domini. c ¶ Id eſt ac ſi diceret ſeruus, ſed honeſtius nomen. 15 16
Qui enim in dōmino vocatus eſt ſeruus, libērtus eſt domi- 17
a ¶ A Deo. quod crimen eſt. b ¶ Quod perfectius eſt. c ¶ Vterque ſeruus, quia pre. em. 18
i ni. Similiter q; liber vôcatus eſt, ſeruūs eſt Chriſti. † Prêcio 19
¶ Sanguine Chriſti. a ¶ Et quia empti. b ¶ Ita ſcilicet vt poſt ponatis ſeruitium domini. c ¶ Quia nullus ſtatus nocet. 20
k l empti eſtis. Nōlite fieri ſerūi hominum. Vnuſquiſque er- 21

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non enim ſeruituti ſubiect. *id eſt, Chriſtianus vel Chriſtiana.*
2 In eiuſmodi. *Vt teneatur infidelem aliquo modo ſequi, aut contendere in iudicio vel alibi pro eius cohabitatione. & ſubditur cauſa.*
3 In pace autem vocauit vos D. *Non in litigiis & contentionibus. Sed quia poſſet aliquis arguere in contrarium, ſcilicet quòd teneretur hoc facere, vt poſſet infidelem per cohabitationem ad fidem conuertere. ideo hoc remouet, di.*
4 Vnde enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies. *q.d. non poteſt hoc ſcire niſi per diuinam reuelationem, propter quod ſubditur.*
5 Niſi vnicuique ſicut diuiſit Deus. *id eſt ordinauit reuelari, ſecundum autem viam humanam magis probabile videtur, quòd infidelis ſubuerteret fidelem ſi ſequeretur eum diſcedētē ex odio fidei Chriſtianæ.*
6 Vnum quemque. *Poſtquam Apoſtolus egit de ſolutione & diſſolutione matrimonij, vbi dixerat, quòd fidelis debet manere cum infideli, ſi poteſt abſque contumelia Chriſti. Hic conſequenter ex incidenti dat generale documentum ſtandi in ſtatu in quo quis vocatur ad fidem, di.* Vnumquemque ſicut vocauit Deus ita ambulet. *quantum ad illa quæ non repugnant ſtatui fidei.*
7 Et ſicut in omnibus eccleſijs doceo. *quaſi dicat non ſolum vobis Corinthijs, ſed & alijs hoc dixi. quia doctrina fidei debet habere vnitatē, & maximè in hoc, quòd quilibet ſit cōtētus de ſtatu in quo vocatus eſt ad fidē niſi impediat Dei ſeruitutē, & explicat magis in ſpeciali dicēs.*
8 Circunc. ali. vo. eſt, non ad præp. *id eſt, non ſequatur ritum Gentilium qui ſemper fuit illicitus.*
9 In præpu. au. aliquis vo. eſt, non c. *volens obſeruare legalia quæ ceſſauerunt in morte Chriſti, maximè quantum ad ceremonialia, de quibus fuit circuncißio cui ſuccedit baptiſmus in noua lege. ideo ſubditur.*
10 Circunciſio ni. eſt *id eſt, nihil facit ad ſalutem.*
11 Sed ob. m. De. *Mat. xix. c. Si vis ad vitā ingre. ſer. mā. Sunt enim de dictamine iuris naturalis, propter quod obligatio eorū ſemper manet.*
12 Seruus vo. es. *ad fidem.*
13 Non ſit ti. cu. *i. non feras hanc conditionem moleſtè, nam in illa potes Chriſto ſeruire.*
14 Sed & ſi po. li. fie. *ex gratia domini tui, vel alia via de facili.*
15 Magis vte. *ſ. ſeruitute quàm ante ſeruiendo Chriſto in mēbris ſuis, exemplo Chriſti, qui ſicut miniſter erat cum diſcipulis. Et propter hoc Papa ſeruum ſeruorum Dei ſe vocat in libris ſuis.*
16 Qui e. in do. vo. eſt ſeruus. *conſtruatur ſic litera.* Qui enim ſeruus. *exiſtens in conditione.*
17 In dom. vo. eſt. *id eſt, vocatus ad fidem.*
18 Libertus eſt domini. *id eſt: liberè poteſt ſeruire Deo, & æqualis eſt meriti apud Deum, ſicut ille quem vocat exiſtentem in libertate.*
19 Similiter qui liber vo. eſt ſer. eſt Chriſti. *ſicut & ille qui vocatus eſt ſeruilis conditionis exiſtens. vnde dicit Amb. Apud Deum bona ſeruitus & bona libertas æqua lance appenduntur. Et quòd vterque ſit æqualiter ſeruus Chriſti, oſtenditur conſequenter, cum dicitur.*
20 Precio em. eſtis. *i. ſanguine Chriſti, qui æqualiter effuſus eſt pro vtroque. emptus verò ſeruus efficitur emptoris.*
21 Nolite fieri ſer. ho. *dimittendo ſeruitutem Dei pro ſeruitute hominum. vtraque enim poteſt ſimul ſtare, vt cum quis propter Deum humiliter ſuſtinet hominis ſeruitutem.*

✻ De

☞ ✻ Idem. Nolite fieri ſerui hominum, hoc eſt, nolite eis parere, cum turpia præcipiunt. verùm neque nobiſipſis ſic ſerui fieri velimus. (A)

a *De virginibus.* Cauſa illius fornicatoris, de omni fornicatione vitanda docet. (Aug. lib. de ſancta virginit. c.13 & 14.)

✻ Sedvl. Scriptis reſpondet; quia illi dicebant, vbi eſt præcepta virginitas? vt ſuperfluum demonſtrarent, quod ſub præcepto non eſt. Ita virginitatem prætulimus, vt tamen nuptiarum ordinem ſeruemus, quia ſi Dominus virginitatem imperaret, condemnare videretur coniugium, & ſeminarium hominum excideret, vnde virginitas procreata eſt. Quare præceptū domini de virginib⁹ nō habuit, quia maioris mercedis eſt quod nō cogitur. ſed offertur. († 28. q.1.c. ſic enim.; † præſentē; B)

✻ Avgvst. Non vt hoc conſilium alienum exiſtimemus à domino, cùm continuò ſequatur, & dicat, tanquam miſericordiam conſequutus à domino vt fidelis eſſem. Secundum ergo Deum dat conſilium fidele, in eo ſpiritu de quo ait, Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeo. Verumtamen aliud eſt domini iubentis imperium, aliud conſerui ſecundum miſericordiam charitatis quæ illi eſt à Domino inſpirata atque donata, fidele conſilium. Ibi aliud facere non licet, hic autem licet. (li.1.ad Pollentium.; † cōtractū.; † 31.di.c. lex.31. d.ſt. c.1.)

b *Exiſtimo hoc bonum eſſe.* ✻ Sedvl. Exiſtimo, hic non pro dubio ponitur, ſed pro certo.

c *Neceßitatem.* Dicit penurias ſeculi quas ſæpe patiuntur coniugati, Infirmis infirmam rationem prætendit. Poſſet enim digniorem reddidiſſe virginitatis rationem eius munus amplius commendando. Supergreditur enim virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis aſſimilantur. Maior tamē victoria virginum eſt quàm angelorum. Angeli enim ſine carne viuūt, virgines verò in carne triumphant. Inde eſt, quòd in tabernaculo domini ſupremum operimentum erat de pellibus hiacynthinis, per quod intelligitur cœlibū vita, habet enim hiacynthus ſpecie ſimilē throno, ita qui in carne virgineā puritatem ſeruant ſupercæleſtibus ſimilātur. Hi ſunt qui cū mulieribus non ſunt inquinati, & ſequuntur agnū quocunq; ierit. (Aug ſer 82. de verbis Apoſt & lib. 1. ad pollēt.; Exo. 25.a.; D; Aug.lib.de ſancta virginit c.15 16. Apo.14.a.)

d *Si nupſerit virgo, non peccauit.* ✻ Hiron. Non illa virgo quę ſemet Dei cultui dedicauit: harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritā fecit. Virgines enim quæ poſt conſecrationē nupſerint, non tā adulteræ ſunt, quàm inceſtæ. (li.1. contra Iouin.)

✻ Basilivs. Legatur libro de vera virginitate, & epiſto. ad virginem lapſam, quæ eſt 185.

e *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.* ✻ Greg. Mag. De coniugibus Paulus dicit, Tribul. carnis habebunt huiuſmodi. Sed tribulationē carnis hîc pati poſſunt etiam, iam qui ſpiritaliter viuunt. Cur ergo ineſſe coniugibus carnis tribulatio quaſi ſpecialiter dicitur, quę etiam à vita ſpiritaliū longè non eſt, niſi quòd hi frequenter maiores tribulationes ex carne ſuſcipiunt, qui carnis voluptatibus delectātur? († De trāsla epi.c quanto.; † diuortium; lib.12 Moral.cap.14.; † Afflictionem; E)

f *Hoc itaq. dico.* Hic ad tēperantiā monet. Q. Quia cōiūgemini, dum ſine peccato poſſit fieri: itaque hoc conſilium do vobis.

g *Tanquam non habentes ſint.* Quod vtique facit qui habens vxorem reddit, non exigit debitum: & qui propter infirmitatem propriam ducit vxorem, plangens potius: quia ſine vxore eſſe non potuit, quàm gaudēs, quia duxit, & maximè quia pari conſenſu continentiam ſeruant. Gratiora ſanè coniugia iudicanda ſunt, quæ ſiue filiis procreatis, ſiue prole contempta continentiam pari conſenſu ſeruare poterunt. (Au.inpſ.24. & 147. Note de continētia. coniugali.)

✻ Sedvl. Ille vxorem habens, ſed quaſi non habet, qui ſic ſtudet placere coniugi, vt tamen non diſpliceat creatori. (Paſtoral. 3. part. Admonition. 28.)

✻ Gregor. Vxorem quaſi non habendo habet, qui tranſitoria eſſe cuncta conſpiciens, curam carnis ex neceſſitate tolerat, ſed æterna gaudia ſpiritus ex deſiderio expectat. Vxorem quaſi non habendo habet, qui ſic per illam carnali conſolatione vtitur, vt tamen nunquā ad praua opera à meliori intētionis

☞ rectitu

a ¶ Non à quo, quia nullus ſtatus nocet in quo quis vocatur. b ¶ Statu. ¶ In obſeruatione mandatorum Dei.
go in quo vocatus eſt, fratres, in hōc permaneat apud Deū.
a ¶ De coniunctis dedi præceptum domini, vbi vterque eſt fidelis, vel meum conſilium de, vbi alter infidelis. b ¶ Aliqua lege præcipientis vt contineant vel nubant.
a † De virginibus autem præceptum dōmini non habeo, 1
a ¶ Non præceptum. ¶ A ſpiritu ſancto mihi inſpiratum idem quod ſupra dedi, non nubendi. vbi tamen aliud licet. ¶ Apoſtolatum.
cōnſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à 2
a ¶ Ita. b ¶ In diſpenſatione mihi credita. c ¶ Quia Apoſtolus & fidelis, ergo hoc conſilium do, ſcilicet nubendi, quia exiſtimo hoc, id eſt in virginitate permanere. 3
domino, ūt ſim fidēlis. Exiſtimo ergo bonum hoc eſſe pro- 4
a ¶ Non ſolum ſpe æternæ vitæ. b ¶ Ita exiſtimo, quia ita vere eſt ſcilicet. 5
b pter † inſtantem neceſſitatem: quoniam bonum eſt homini
¶ In virginitate. ¶ Tamen ſi. ¶ Et ſi inſtat neceſſitas. ¶ Sed ſo.
c ſic eſſe. † Alligatus es vxori, noli quærere † ſolutionem. Solu- 6
¶ Si potes continere. ¶ Sed tamen.
tus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si autem acceperis v- 7 8
¶ Similiter. a ¶ Non peccant, tamen leuius eſt eſſe ſine coniugio, quia.
d xorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, nō peccauit. † Tri- 9
a ¶ Pro neceſſarijs rebus prouidendis ſibi & filijs. b ¶ Dum conſulo hoc euitare. vel dum concedo quod vultis, & ſi graue. ¶ Tribulationem carnis habebunt Ego autem vo. par.
e f bulationē tamen carnis habēbunt huiuſmodi. Egō autē vo- 10
a ¶ Quo non generatione carnali propagandus eſt populus Dei, ſed regeneratione ſpirituali colligendus. 11
b ¶ Hoc ſolum reſtat agendum.
bis parco. Hoc itaq; dico fratres tēpūs † breue eſt. † Reliquū 12
a ¶ Studendo Dei ſeruitio. non operi carnis. 13
b ¶ Pro aliqua proſperitate ſeculi.
g eſt, vt & qui habēt vxores tânquā non habētes ſint, & q; gāu- 14

C NICOLAVS DE LYRA.

1 De virgi. au. *Poſtquam Apoſtolus egit de matrimonio, hic conſequenter agit de fugientibus matrimonium pro meliori bono. Et primò pro cōtinentia virginali. ſecundò, de fugientibus pro continentia viduali, ibi,* Mulier alligata. *Prima in duas, quia primò agit de virginibus, ſecundò, de virginum cuſtodibus, ibi,* Si quis autem turpem. *Prima in tres quia primò declarat perfectionem quæ eſt in ſtatu virginali, ſecundò qualiter poſſit participari in ſtatu coniugali, ibi,* Hoc itaque. *tertiò quod circa hoc magis debeat optari, ibi.* Volo autem. *Prima adhuc in duas, quia primò oſtendit quid ſit imperfectum. ſecundò quid licitum, ibi,* Alligatus es. *Circa primum dicit Apoſtolus,* De virgi. au. *ſcilicet, quòd prædicem virginitatem eſſe neceſſariam ad ſalutem, quia tantæ altitudinis & perfectionis eſt, quòd pauci poſſunt eam attingere. vnde dicit Saluator Matt. xix. b.* Sunt eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos propter regnum cælorum. qui poteſt capere capiat. *q.d. pauci inueniuntur ad hoc idonei.*
2 Conſi. au. do. *tanquam de meliori bono, propter rationes ſupradictas eo. ca.*
3 Tanquam miſericor. conſe. *non ſolum in Chriſtianitatis ſtatu: ſed etiam in apoſtolatus ſtatu. per quem autoritatem & ſcientiam conſulendi habeo. propter quod ſubdit ſuum conſilium, dicens.*
4 Exiſtimo ergo bonum hoc eſſe. *id eſt ſimpliciter continere.*
5 Propter inſtantem neceſſitatem. *id eſt ad euitandum occupationem circa neceſſitatem vitæ præſentis. quæ incumbit coniugatis circa prouiſionem vxoris & prolis. per quam homo retrahitur à bono contemplationis & diuinæ dilectionis.*
6 Alligatus es. *Hic conſequenter oſtenditur quòd ſit licitum. ſ. matrimonium contrahere, & in contracto manere. ideo dicit,* Alligatus es vxori, noli quærere. *quia forſitan caderes per incontinentiā. Experti enim delectatione venereorum in actu coniugali reuertuntur ad eam de facili.* (F)
7 Solutus es ab vxo. *ſi potes continere, quod eſt maius bonum. ideo non eſt dimittendum pro minori.*
8 Si autem acceperis vxorem non pecca. *quia hoc eſt licitum viro, & etiam mulieri. ideo ſubditur,* Et ſi nupſerit virgo.
9 Tribulationem tamen. *ſcilicet matrimonio iuncti, quia imminet eis anxietas mentis, & labor corporis circa prouiſionem ſuæ domus & prolis, & quia alter coniugum de facili ſuſpicatur fraudem in altero de corpore. & ſi anxiatur in mente, cuius anxietatis redundatio fit in carne.*
10 Ego autem vobis parco, *quaſi dicat: non ſolum oſtendo vobis viā perfectionis, quæ difficilis eſt in obſeruantia virginitatis, ſed etiam matrimonium ad quod licitè & benè declinare poteſtis.*
11 Hoc itaque dico. *Hic conſequenter oſtendit qualiter perfectio virginum poſſit haberi aliquo modo à coniugatis. ſ. à litibus abſtinendo, quantum fieri poteſt bono modo, & ad ſuperna tendendo: Dicit igitur,* Hoc itaque dico fratres. *Vos ad perfectionem inuitando.*
12 Tempus breue eſt. *ſ. vitæ humanæ: propter quod quilibet debet quantum poteſt ad perfectionem conari quandiu habet tempus merendi. ideo ſubditur.*
13 Reliquum eſt, &c. tanquam non haben. ſint. *Quod fit dupliciter. Vno modo quòd reddant debitum, non tamen exigant. Alio modo perfectius, vt vterque coniugum de communi conſenſu incipiat continere: propter maius bonum adipiſcendum.*
14 Et qui gaud. *id eſt, materiam gaudendi habent ex aliqua temporali proſperitate circa ſe, prolem & familiam contingente.*

✻ Tan-

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ rectitudine eius amore flectatur. Non flendo autẽ flere, est hic
A aduersa exteriora plangere, vt tamen nouerit æternę quoque spei consolatione gaudere. Et rursum non gaudendo gaudere, est hic de infimis animum attolere, vt tamen nunquam desinat summa formidare.

✲ SEDVLI. Flet, sed tanquam si nõ fleat, qui sic tẽporalibus damnis affligitur, vt tamen de æternis lucris semper animum consoletur. Gaudet quoque tanquam si non gaudeat, qui sic temporalibus bonis hilarescit, vt tamen semper propetua tormenta consideret, & in hoc quod mẽtem gaudio subleuet, hãc continuò pondere prouidi timoris præmat. Emit quoque tãquam non possidẽs, qui & ad vsum terrena præparat, & tamẽ cauta cogitatiõe præuidet, quod hæc citius derelinquat. Mũdo quoque vtitur, sed quasi non vtatur, qui & necessaria cuncta exterius ad vitæ suę ministerium redigit, & tamen hæc nõ sinit suæ menti dominari, sed vt subiecta foris seruiant, & nunquam intentionem ad alia tendentis frangant.

† habitus
† cœlebs
† Diuisa est mulier & virgo. Innupta curat ea quæ dom.
B
† dominum obsecrand'.
† indecorũ virgini suæ putat, si prętereat nubẽdi tempu'.

a Tanquam non. Vt ex bonis eius bona faciant, non mali fiant. Quę ne putentur mala, bonis dantur, Itemque tollũtur, vt probentur. Ne verò putentur summa, dantur & malis, itemque tolluntur vt crucientur.

C

Pre-

a ¶ Intus tumentes corrumpi. b ¶ Pro casibus coniugii, vel aliqua tristitia seculi.
a dent, tanquam non gaudentes, & qui flent, tanquã nõ flen- 1 2
a ¶ Vt qui prouident filiis. b ¶ Non apponant cor perituris rebus. c ¶ Vt & vniuersaliter colligam. 3
tes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur 4
a ¶ Quotidie senescit. b ¶ Pulchritudo, non substantia. 5
b hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim † figura 6
a ¶ Si nubitis hoc consilio, sed magis volo. b ¶ Rei vxori, qua diminuta propensius vigilatur. ¶ Quia. 7
huius mundi. Volo autẽ vos sine sollicitudine esse. Qui † sine 8
¶ Vt impleat. a ¶ Non quomodo mundo seruiat. 9
vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat 10 11
¶ Interiori pulchritudine. ¶ Sed ¶ De domo regenda.
Deo. † Qui autem † cum vxore est, sollicitus est quæ sunt
a ¶ Etiam. b ¶ Quia partim Deo, partim seruit mundo. c ¶ Similiter vidua & virgo. 12
mũdi, quomodo placeat vxori. † Et diuisus est. Mulier innu- 13
c ¶ Non natura, sed actu. a ¶ Iam non cogitat ne damnetur à Deo, quod est timor custos malorum.
d pta, & virgo quæ innupta est, cogitat quæ domini sunt, vt sit
a ¶ Actionibus quæ geruntur ministerio corporis. b ¶ Voluntate. c ¶ Non vt sancta non sit, etsi minus, non enim potest fieri vt non sit sanctum corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus.
sancta in corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat
a ¶ Consulo non nubere, sed ad vtilitatem hoc dico, vt expeditius Deo seruiatis, non vt si incontinentes estis, sim vobis laqueus fornicationis & occasio.
quæ sunt mundi. quomodo placeat viro. † Porro hoc ad vti- 14
¶ Maiorem.
e litatem vestram dico, non vt laqueũ vobis iniiciam, sed † ad 15
id quod honestum est, & quod † facultatem præbeat sine 16 17
¶ Quod est in coniugio. ¶ Sc. a ¶ Etsi honestius & expeditius tamen si quis, &c. ¶ Ne etsi virgo non peccat, custos eius videatur peccare, dicit. Si quis, &c. 18
f impedimento † domino obseruandi. Si quis autem † turpem 19
a ¶ Quandoque ¶ De. c ¶ Vltra pubertatem. 20
se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta: & ita 21 22

b Præterit enim fi. AMBROS. Ideo hęc quasi non sint existimanda sunt, quia pręterit, & vt nouis corporibus nouus mundus conueniat, igne purgabitur. D
Aug. lib. 20. ciuit. c. 24.

✲ GREGOR. Ac si apertè diceret, Nolite constanter mũdum diligere, quando & ipse non potest quem diligitis stare. Incassum cor quasi manentes figitis, dum fugit ipse quem amatis.
Vbi suprà.

✲ AVGVS. Figura huius mundi pręterit, non natura.
lib. 20. ciui.

c Cogitat quæ do. Hæc enim de damnatione non timens & de salute secura, cogitat tantum quæ domini sunt.
Aug. lib. de fide ad pet. cap. 42.

d Vt sit sancta & corpo. & spiritu. Hoc & nupta, sed amplius innupta, quæ libera à necessitatibus mundanis, quibus astricta est nupta, intensius vacat cælestibus præceptis.
† De cle cõiuga. c. diuersi.
† duxit vxorem
E

✲ SEDVL. Quid prodest carnẽ habere virginem, si mẽtem quis nupserit? Vt sit frequẽs oratio, impedit enim coniugium iugitatem orationis.
† 27 q. 1. c. de viduis. 2.
† vt id
† decorum est, sequamini & adhęreatis domino absque vlla distractione.

e Non vt laque. AVGVST. Sed ad id tendens dico, quòd honestum est, vt homo sit castus corpore & animo, non quòd turpe sit coniugiũ, sed quòd hoc honestius & facilitatem habeat.
Aug. lib. de bono viduitatis ca. 4 & 5. Idem ser. 18 de verb. Apost.

f Si quis autem tur. Sicut de virginibus determinauit, sic de custodibus determinato.

✲ SEDVL. Turpis videbitur, si cùm ad perfectam atatem peruenit, neutrum deliberet, vel virginitatem seruare, vel nubere, ☞ si nub

F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Tanquam non g. *Cogitando, quòd non multum est gaudendum nisi de bonis spiritualibus & æternis. Prosperitas enim temporalis frequenter vergit in nocumentum.*

2 Et qui flent. *i. tristitiæ materiam habent, quod frequenter contingit in matrimonio propter varias causas contingentes circa coniuges prolem & familiam.*

3 Tanquam non flentes. *Patienter sustinentes & ex spe retributionis æternæ consolationem recipiendo.*

4 Et qui emunt, tanquam non possident. *Cogitando quòd* non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. *Hebr. xiij. c.*

5 Et qui vtuntur hoc mund. *i. possunt vti bonis huius mundi. eo quòd sint diuites in corpore sani.*

6 Tanquam non vtantur. *Accipiendo de bonis præsentibus quantum minus potest fieri salua tamen decentia status & personarum. Et quia hæc sunt difficilia, ideo subditur ad hoc ratio motiua, cum dicitur.*

7 Præterit enim fi. huius mundi. *Quia est in continua variabilitate propter quod parum curandum est de bonis præsentis vitæ, quia nihil est ibi stabile. Vel potest hoc referri ad finem mundi appropinquantem, tunc enim cessabit figura. i. cursus huius mundi. quia tamen manebit eius substantia s. corpora cælestia & elementa, ideo non dicitur, Præterit substantia huius mundi, sed eius figura.*

8 Volo au. *Hic ostendit consequenter quod circa prædicta sit magis eligendum quàntum est de se. s. continentia virginalis quæ aufert mundi sollicitudinem, & animam eleuat ad cognitionem Dei & eius dilectionẽ. & hoc est quod dicit,* Volo au. *Loquendo de sollicitudine bona spiritualia impediente.*

9 Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt. *idest, habet aptitudinem, vt sollicitus sit de bonis spiritualibus & æternis.*

10 Qui autem cum vxore est sollicitus est quæ sunt mundi. *ad prouidendum necessaria sibi, familiæ & vxori.*

Quomo-

11 Quomodo placeat vxori. *Non solum per dictam sollicitudinem, sed etiam per redditionem debiti.*

12 Et diuisus est. *Partim seruiens mundo. & partim Deo, quantumcunque bene viuat in matrimonio.*

13 Et mu. innu. *Quia idem est ex parte mulieris, sicut ex parte viri. & patet ex dictis in litera.*

14 Porrò hoc ad ve. vti. *ostendendo vobis id quod est melius & magis eligibile potentibus continere.*

15 Non vt laqueum vobis iniiciam. *Quia non dico hoc tanquam necessarium ad salutem, hoc enim esset illaqueare infirmos, qui non possunt continere.*

16 Sed ad id quod honestum est. *Continentia enim est honestissima.*

17 Et quod facul. præbeat sine im. domino obsecrandi. *idest, facere seruiendi, quam facultatem præbet continentia auferens impedimenta Deo liberè seruiendi, quæ frequenter contingunt ex coniunctione matrimonij propter sollicitudinem annexam circa temporalia. & patet per prædicta.*

18 Si quis au. tur. *Hic consequenter agit Apostolus de virginum custodibus, qui in primitiua ecclesia erant patres carnales & patres spirituales idest, episcopi, quibus à parentibus tradebantur aliquando virgines custodiendæ igitur si custos virginis postquam ipsa venerit ad ætatem adultam videat per signa probabilia ipsam voluntariam de virginitate seruanda, debet eam sic custodire, sin autẽ, nuptui tradere, & hoc est quod dicitur:* Si quis autem turpem. *idest, male gratiosum.*
Custodes virginum.

19 Se vi. exist. super vir. sua. *idest, super virgine quæ est in sua custodia.*

20 Quòd superadul. *idest, iam peruenerit ad ætatem nubilem.*

21 Et ita op. fi. *Quia cursus temporis & ætatem non potest impediri. Potest autem custos talis virginis malè gratiosus videri dupliciter. Vno modo à virgine cui displicet à nuptijs retardari. Alio modo ab alijs qui timent de lapsu virginis, cuius verecundia in custodem reuerteretur. ideo subditur.*

Quòd

☞ si nubere volenti non permittat, & illa fuerit fornicata.
A a *Melius facit.* quia apud Deum meritum illi collocat, & à seculi sollicitudine liberat illam. Et ideo rectè ait: Melius est enim quod licet & expedit, quàm quod licet, & non expedit.

AVGV. Hic enim bene vtitur homo malo, ibi verò bene vtitur bono. Duo enim hæc: scilicet bonum & malum: & hæc duo, bonus vsus, & malus vsus, sibimet adiũcta quatuor differentias faciunt. Bene vtitur aliquis bono continentiam dedicans Deo. Male vtitur quis bono, continentiam dedicans idolo. Malè vtitur quis malo, concupiscentiam relaxans adulterio. Bene vtitur malo concupiscentiam restringens cõnubio. Sic ergo melius est bene vti bono, quàm bene vti malo.

li. de baptismo paruulor.
† si iũgatur matrimonio.
Vsus boni & mali quadruplex.
† 28. q. 1. c. sic enim.
† 2. q. 7. ca. cataemiã. De sepul. c. de vxore. De secund. nup. ca. pen.
† iuxta meã sententiam.
B

b *Mulier alli.* Dixerat mulierem causa fornicationis à viro recedentem manere innuptã, aut viro suo reconciliari: & non dixerat, an maneret toto tempore vitæ suæ, an tempore viri: hoc determinat. Continuatio: Virgo semper potest nubere cui vult, sed mulier. i. vidua separata à viro viuente viro alligata est legi, &c.

c *Quòd si dor.* AVGVST. Non dicit primus vel secundus, vel quotus nec nobis diffiniendum quod non diffinit Apostolus: vnde nec vllas debeo damnare nuptias, nec eis verecundiã numerositatis auferre. Dominus autem septemuiram non dãnat, nec dicit in resurrectione non posse esse. Sed tantum: neque nubent neque nubentur. vnde nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt quoties voluerint nubant: nec ex corde meo quaslibet nuptias condemnare. Quod dicitur vniuiræ, hoc omni viduæ. D

li. de sancta viduitate.
Matt. 22. c. Secundæ nuptiæ nõ prohibitę.

a ¶ Quia virgo non vult continere. ¶ Vt nubat, quia virgo non vult continere. b ¶ Virgo. c ¶ Custos. ¶ Custos. ¶ Virgo. d ¶ Ideo dico si oportet non peccat, nam de isto patet.
oportet fieri, quod vult faciat, nõ peccat, † si nubat. Nam qui 1 2
a ¶ In proposito, non curans vel sobolem vel aliud huiusmodi. b ¶ Cum virgo velit continere 3
statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, pote- 4
¶ Sed. a ¶ Implendæ. b ¶ Qui. c ¶ Non ex leuitate statuit, sed ex iudicio mentis bonum esse decreuit. 5
statem autem habens suæ voluntatis, et hoc † iudicauit in 6
a ¶ Non ingerens fomitem nuptiarum. ¶ Non tantum non peccat. ¶ Et quia ita oportet fieri, vt diximus. 7
corde suo seruare virginem suam, bene facit. † Igitur & qui 8
¶ Quia licet quod facit. a ¶ Cum habeat potestatem suæ voluntatis. 9
matrimonio iungit virginem suam bene facit, & qui non iũ-
a ¶ Similiter vidua potest nubere, sed beatius est continere, vel, virgo quocunque tempore potest nubere, sed coniugata etiam si dimissa est, non potest dum viuit vir. b ¶ Viri.
a git melius facit. † Mulier alligata est † legi, quanto tempore 10
b a ¶ Vt non liceat alij nubere. ¶ Tamẽ primæ nuptiæ à domino secũdæ permissæ. b ¶ i. permittitur ei vt. 11
c viuit uir eius. Quòd si dormierit vir eius liberata est à lege. 12
a ¶ Sine turpitudine & vitio suæ religionis vel suæ legis. 13
d Cui vult nubat, tantum in domino. † Beatior autem erit si sic 14
e ¶ Innupta. a ¶ Quod vos non putatis. 15
f permanserit † secundum meum consilium. Puto autem 16
a ¶ Sicut alij apostoli. b ¶ Quo inspirante hæc & alia suadeo.
quòd & ego spiritum Dei habeam.

d *Cui vult. &c.* ✲ SEDVL. Tantummodo Christiano, non Gentili: tantùm in Domino propter continentiam.

✲ TERTVL. Nec quod ait, Cui velit nubat, malè vteremur, adiecit, Tantũ in Domino, id est, in nomine Domini, qđ est indubitatè Christiano.
li. 2. ad vxorem. c. 2.

e *Beatior au.* Satis ostendit beatam esse etiam post mortem viri iterum nubentẽ fidelem, sed beatiorem non nubentem. Vnde maximè Cathafrigarum & Nouatianorum hæreses concidũt quas buccis sonantibus non sapiẽtibus, Tertulianus inflat, dum secũdas nuptias tãquam illicitas maledico dẽte conscidit, quas omnino licitas Apostolus sobria mente concedit.
† decreuit.
† matrimonio.
† 32. q. 1. c. si.

AMBRO. De tertiis autem & quartis, & de vltra pluribus nuptiis, solent homines mouere quæstionem. Sed quis audet diffinire quod nec Apostolum video diffinisse?

E

f *Putò autem.* Non dubitat Apostolus sed contemptores increpat, vt & dominus dicens: Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis: Vel, Putas inueniet fidem in terra? verbo dubitationis infidelitatem arguit.
Augu tract. 37. in Ioan. Ioan. 8. c. Luc. 8. c.

✲ SEDVL. Hoc est, nolite contemnere, quia non ex me hoc ipsum est quod dico, sed spiritus Dei est qui loquitur in me, quem contemni non expedit.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Quod vult. *virgo custodita.*
2 Faciat. *matrimonium contrahendo. quia in hoc.*
3 Non pecc. *nec eius custos peccat.*
4 Nam qui sta. *firmus de custodia virginis.*
5 Non ha. *tradendi eam nuptui: quia non videt eam ad hoc inclinari, nec timet de eius lapsu verecundari.*
6 Potestatem. *de custodia secura virginis.*
7 Et hoc iud. *absque coniugio.*
8 Bene fa. *seruans eam in statu perfectiori. propter quod cõcludit:*
9 Igitur. *Et patet litera ex dictis.*
10 Mulier. *Hic vltimò agit de viduis, di.* Mulier alli. est leg. *i. vinculo coniugali.*
11 Quanto tempore. *vita corporali.*
12 Quòd si dor. *per mortem corporalem.*
13 Liberata est à lege. *id est, à dicto vinculo.*
14 Cui vult. *id est, dum tamen vir sit fidelis, quia non potest contrahere cum infideli.*
15 Beatior autem. *s. in continentia viduali: Tum quia sic permanendo liberius seruire potest domino: Tum quia secundæ nuptiæ sunt signum incontinentiæ.*
16 Puto aut. *Hoc autem addit ad ostendendum, quòd suo consilio sit credendum, nec dicit puto. dubitatiuè: quia certus erat per reuelationem spiritum Dei se habere, sed dicit hoc ad tollendam aliquorum iactantiam, ne se assererent præsumptuosè spiritum Dei habere: quia nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit, Eccle. 9. a.*

F

C

CAPVT VIII.

D E *his au.* Q. Scitis æque mecum, quod licet ea comedere: quia omnes sciẽtiam habemus. de his dicit qui

¶ Quæsistis, & docui. Sed de istis non fuit opus quærere, quia scitis vt ego. ¶ De idolothitis. ¶ Posse comedi.
DE his autem quæ idolis sacrificantur, sci- 1
a ¶ De creatore & creaturis.
mus, quia omnes scientiam habemus. 2

qui habentes scientiam cum offendiculo edebant. Quos primùm arguit, nec sufficiẽter scire dicit. Alij autem ignari sub veneratione idoli comedebant. ☞ SEDV.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT VIII.

DE his au. *Postquam Apostolus Corinthios instruxit de matrimonio, hic consequenter eos instruxit de eucharistia sacramento. Et diuiditur in duas partes: quia primò excludit vitium contrarium, quod est participatio mensæ idolorum. secundò accedit ad propositum ostendendum ca. xj. Prima in duas: quia primò excludit participationis occasionem. secundò ipsam participationem ca. x. Prima adhuc in duas, quia primò excludit dictam occasionem. secundò inducit ad oppositam perfectionem, ibi. Circa primum sciẽdum, quòd inter Corinthios erant aliqui scioli cognoscentes, quòd carnes idolis immolatæ ex hoc non consequuntur aliquam consecrationem, vt Gentiles credebant, nec aliquam immũditiam, vt Iudæi æstimabant. ideo indifferenter carnes immolatas idolis coram quibuscunque comedebant in scandalum infirmorum: & sic eorum scientia erat alijs occasio ruinæ: propter quod sic Apostolus procedit: quia primò declarat scientiam non valere. nisi sit ordinata secundum charitatem. secundò de idolothicis ostendit veritatem, ibi:* De escis. *tertiò arguit scandalizantium temeritatem, ibi:* Sed non. *Circa primum dicit:*
Diuisio.

1 De his autem. s. *quòd nullam consecrationem aut immundiciam contrahunt.*

2 Quia omnes. *videlicet, quòd est vnus Deus creator omnium, & quòd omnis creatura eius bona est. Sciendum tamen, quòd Apostolus hic loquitur de Corinthijs intelligentibus, & non de simplicibus, vt patebit magis in sequentibus. & quia inter illos scientes aliqui habebant scientiã charitate ordinatam, aliqui verò non: ideò subdit:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

✠ Sedvl. Hic Paulus scriptis Corinthiorum respondet, quia illi epistolam scripserunt ad eum, vt scirent quid faceret: Nam alij eorum in templis idolorum idolothyta manducabãt, vt contemnerent idolum: Quidam verò qui erant infirmi in fide & conscientia, non audebant manducare, & contristabantur valde alios vidêtes coram se manducare, qui dicebãt: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil sit idolũ, & hac imagine magis quàm ratione veritatis errabant. Idolothytum, i. idolo occisũ, vel immolatum. *θύω* Græcè, occido. Itaq; solas carnes immolatas hoc nomine significabãt.

✠ Chrysost. Ante omnia necessarium est, vt quid sibi hic locus velit enarremus. Cùm multi apud Corinthios sentirent, non quæ ingrediuntur coinquinare hominem, sed quæ exeunt, & idola, ligna, lapides, dæmones neque nocere neque prodesse posse, perfecta huius rei cognitione immodicè vtebãtur in suum & aliorum detrimentum: etenim in idola ingrediebantur, & ipsorum mensæ fiebant participes, & magnum inde exitium comparabant. Quidam enim adhuc idola formidantes nescij ea despicere illorum cœnis aberant, cùm præstantiores id facere viderent, & hinc maximè lædebantur. Neque enim eodem quo illi animo proposita attingebant, sed tanquam in idolorum sacrificiis: hæcque ad idololatriam via præparabatur. Præterea ipsi idem certè perfectiores non parum lædebãtur. cùm dæmonum mensis fruerentur: hoc igitur crimen erat. Beatus autem Paulus hoc reprehensurus non continuò inuehitur, cum stultitiæ id potius esset, quàm malitiæ. Quare, admonitione potius, quàm terrore, aut vehementiore ira principio vtendum erat, &c.

a *Scientia inf.* Avgv. Per se inutilis est scientia, cum charitate vtilis. Per se inflat in superbiam, vt dæmones qui Græco nomine à scientia sic sunt nominati. Propter elationem scientiæ datus est Paulo stimulus. Melius est scire infirmitatem nostram quàm naturas rerum, quàm scientiam qui apponit dolorem peregrinationis ex desiderio patriæ.

Avg. Humilium virtus est de scientia non gloriari.

Avg. Vbi est scientia, charitas est necessaria, ne infletur.

✠ Sedvl. Illa scientia inflat, quæ ex sensu proprio & humano descendit & quæ coniecturis magis vtitur, quàm exemplis. Charitas verò ædificat, quia non quærit quæ sua sunt, sed quæ ædificant fratres. Illius ergo charitas ædificat qui dicit: Licet me non impediat manducare idolothyta, tamen propter idolum, ne aliis displiceat, non manducabo.

✠ Chryso. *Scientia autem, &c.* Itaque cùm charitate non munitur, vertitur in stultitiam. Sed neque charitas, inquit, sine scientia aliquid lucri habet: non tamẽ ita loquutus est, sed tanquã consentaneũ omittens, maiorem in modum hoc illius egere ostendit. Qui enim diligit, etsi quid ei deficiat, tamen quamprimum propter charitatẽ scientiã consequitur, quemadmodum Cornelius, & alij plerique. At qui scientiam habet, charitatem verò minimè: non modo nihil consequetur scientiæ, sed quam habet amittit, & sæpenumero in dementiã vertitur. Quare scientia non est author charitatis, sed contra, &c.

✠ Gregor. Quem charitas ædificando non erigit, sciẽtia instando peruertit. Vnde fit plerumque vt hypocritarum dicta & audientes non eruditant, & eosdem ipsos qui ea proferunt, elatos laudibus deteriores reddant.

b *Quod si quis.* ✠ Sedvl. Hoc est, si quis sibi videtur sapiens & si quem inflat scientia, *nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire*, i. sine elatione, cum humilitate & charitate.

✠ Leo Magn. Nemo ad cognitionem veritatis magis propinquat, quàm qui intelligit, in rebus diuinis, etiam si multũ proficiat, semper sibi superesse quod quærat. Nam qui se ad id quò tendit peruenisse præsumit, non quærendo reperit, sed in inquisitione defecit.

c *Si quis autẽ diligit Deũ.* Hic diligit Deũ, qui charitatis causa scientiam mitigat: vt prosit fratri pro quo Christus mortuus est.

d *De esca.* Vituperata sciẽtia eorũ, tandẽ aperit quę est ea vera.

e *Idolum nih. est in mundo.* Ambro. i. inter creaturas mundi. Materiam enim Deus formauit, sed stultitia hominum formam dedit. Quæcunque facta sunt naturaliter: quęcunque enim sunt in creaturis, facta sunt per verbum. Sed forma hominis in idolo non est facta per verbum, sicut nec peccatum per verbum. Sed est nihil, & nihil fiunt homines cum peccãt. Vel illud quod putabãt esse idolum, nihil est. Aestimabant enim idolum esse personam subsistentem ex simulacro & spiritu præsidẽte. Vel idolum nihil est in mundo, idest, nullius rei quæ sit in mundo similitudinem habens. Idolum enim hic appellat spem quam non vidit oculus, sed animus sibi fingit. Ideo distinctè in lege dictũ est: *Non facies idolum, neque omnem similitudinem rei.* Similitudo verò est cum aliquid ex his quæ sunt in cælo & in terra: vel in aquis format.

✠ Chryso. Non sunt igitur idola, non sunt simulachra. Sunt quidẽ, sed nihil possunt, neque dij sunt, sed lapides & dæmones. Ad vtrosque enim hoc in loco extenditur, & ad obtusiores & eos qui videntur philosophari. Cùm enim nihil amplius quàm lapides alij intelligant, alij autem potentias quasdam in ipsis habitare prædicent, quas deos appellant: ad illos inquit, quod nihil est idolum in mundo: ad hos verò, quòd nullus Deus nisi vnus.

f *Nisi vnus.* Hoc dicit ne putetur Deus esse in idolo.

Avgv. Vnus enim tantum Deus est pater & filius & spiritussanctus, id est, ipsa trinitas vnus Deus est. Nullaque sit partiũ in deitatis vnitate diuisio. Non enim deus pater pars est Dei. Tres enim personæ sunt pater & filius & spiritussanctus, & hi tres (quia vnius substantiæ sunt) vnum sunt, & summè vnũ sunt: quia ibi nulla naturarum, nulla est diuersas volũtatum. Si enim natura vnum essent, & cõsensione nõ essent, nõ summè vnum essent. Si verò in natura dispares essent, vnum nõ essent. Porrò Christus vna persona est geminæ substantiæ: quia & Deus & homo est. Nec tamen deus vel homo pars huius personæ dici potest. Idẽ alioquin filius dei antequã sumeret formã serui non erat totus & creuit, eũ homo diuinitati eius accessit. Quòd si in vna persona pars non potest esse deus, quantò magis pars trinitatis esse nõ potest quæcunq; vnus in tribus. Huius ergo trinitatis nec tertia pars est vnus, nec maius aliquid oẽs quã singuli.

g *Nobis tamen.* Gentibus plures: quos terret deus noster. i. dæmones qui volentes videri dij sibi exigunt quę vero deo debentur, aras, sacrificia, & alia. Noster verò homines deos facit.

& Iu

Homil. 9. de Nat. Dom.

Augu. l. 18. cõt. Faustũ.

Idolũ & similitudo differunt.

Leuit. 26. a.

Ii. 2. contra Maximinũ. l. 1. de ciuit. & in Ps 135

NICOLAVS DE LYRA.

1 Scientia inflat. *i. scientia sine charitate facit superbire.*
2 Charitas verò ædificat. *i. scientia ex charitate cordi nata est eleẽtæ ædificatiua.*
3 Si quis autem se existimat. *i. præsumens de sua scientia plus credit scire se, quàm sciat in veritate.*
4 Nondum cognouit quemadmodum oporteat eum s. *i. de se sentire humiliter & vti sua scientia charitatiuè. & talis scientia approbatur à deo. ideo sequitur:*
5 Si quis autem. *In cuius vera dilectione includitur proximi dilectio.*
6 Hic cognitus est ab eo. *cognitione approbationis*
7 De escis au. *Hic consequenter ostendit veritatẽ de sacrificiis idolorum*
quæ dicuntur idolothyta, di. De escis au. quæ ido. immo. scimus. *nos magis intelligentes.*
8 Quia ni. est ido. in m. *Materia autem idoli est aliquares, vtpote aurum, argentum, lapis, vel lignum: sed propria ratio ideli est, quod sit repræsentatiuum dei. repræsentat autẽ falsum deum: & sic idolum nihil est. Falsum enim & non ens conuertuntur, sicut verum & ens: Quod autem nihil est nullã immunditiã aut consecrationem potest dare rei immolatæ.*
9 Et quòd n. *quia natura diuina non est multiplicabilis.*
10 Nam & si sunt qui dicantur dij siue. *q. d. hoc prouenit ex deceptione hominum nomen deitatis aliis à deo falsò attribuentium.*
11 Nobis ta. *in virtute fidei existentibus.*
12 Vnus deus. *omnium per creationem. de quo subditur:*

✠ 1 Ex

In scripturis non dicuntur angeli dij, ne putarẽtur colendi: sed nomine officij angeli, vt ille colatur cuius sunt nuncij. *Deus deorum rex magnus super omnes Deos*: hoc non nisi de sanctis.

Psalm. 94. a. Deus tribus modis dicitur.

Deus. Tribus modis dicitur. Substantiuè, dicitur Deus trinitas. Adoptiuè sancti qui per adoptionis gratiam dii sunt. Nuncupatiuè, dæmones & idola.

a *Ex quo.* Omnia à patre, sed per filium creata sunt. Nec alia per filiũ, alia per patrem, sed eadẽ: alioquin iam non omnia per patrem, nec omnia per filium: si autem omnia per patrem, & omnia per filiũ: ergo eadem per patrẽ quæ & per filium facta sunt: æqualis est ergo patri filius, & inseparabilis operatio vtriusque.

† veso.

† tanquam simulachris immolatũ.

B

† aliquid nobis super est.

b *Et vnus.* De Christo pro humanitate subdit, sed de spiritu sancto non oportuit.

L. 9 in Ioan. cap. 10.

✠ Cyril. Alexandr. Hæc priminter in animis nostris splendere fides debet, quæ sine differentia in patrem & filiũ est, & in filium dico etiã postea quã factus homo, est in Spiritum sanctũ. Nec aliquis non insanus tẽplũ de virgine sumptũ à Dei verbo separabit. Vnus est enim Dominus Iesus Christus, vt Paulus ait: qui autem in duos filios Christũ diuidit, is fidem penitus negat, &c.

L. 2. Thesauri cap 2.

✠ Idem. Vehemẽter errat qui præter patris & filij nomina & res, aliud quippiã non æqualiter dici de vtrisque opinatur: nec dicentẽ Paulũ audit: Vnus Deus pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus, per quẽ omnia: Apertè patri & deũ esse, & vnũ esse attribuit: filio autẽ & dominũ esse & vnũ. Nõ igitur propter hoc filius nõ erit deus, quoniã pater vnus deus appellatus est? Sed si hic, nec deus pater dominus erit, quoniã filius vnus dominus appellatur. Absit hęc impietas. Nã quũ pater Deus sit, filiꝰ quoq; deus est: & quũ filius dñs sit, pater quoq; dñs est, &c.

Li. 7. contra Iulianum.

c *Sed nõ.* ✠ Sedvl. Nõ omnes sciũt quòd propter cõtemptũ idoli hoc facitis, sed putãt vos propter veneratione hoc facere.

C

d *Quidã autẽ.* ✠ Cyril. Quòd ab esu idolis immolatorũ credentes abducere consueuimus, si quis voluerit discere, causam dicemus. Quin vnus & solus verè Deus sit, id scire solùm aliorum deorum nomen exosum facere, & omni abominatione contaminare credimus: & hoc demonstrauit sapientissimus Paulus, qui scripsit: Scio enim quòd nullus est deus nisi vnus, & quòd nullum sit idolum in mundo. Igitur negantes omnino idola existentia, neque diis immolatum esse aliquid dicimus. Edimus autem pura cõscientia, Deo gloriam dantes, quin nobis ómnium eduliorum liberum & non damnosum largitus est vsum. Si autem quis infirmus adhuc est, nec validam mentem habet, existimatq; esse aliquid etiam verè idolothyton, nõdumq; progressus est ad tã lynceram fidem, indulgemus: sicut quidã ludimagistri, parvulos instituẽtes paulatimque prouehentes ad perfectissimã rei experientiã. Proinde omnino nihil offendit eos qui assederint in fide, si fortè attigerit idolothyta.

e *Polluitur.* Per illos qui habent scientiã vnius Dei, sed non cum charitate, per quos in hunc errorẽ infirmi inducebantur, quorum non cibus polluitur, sed conscientia.

f *Peribit infi.* ✠ Avg. Quomodo putatis decipi posse simulacris homines quæ à Christianis honorari putantur? Nouit, inquis, Deus cor meum: sed frater tuus non nouit cor tuum. Si infirmus es, caue maiorem ægritudinem: Si firmus es, cura fratris infirmitatem, &c. Quid facis de conscientia infirmi quam percutis? Quid facis de pretio, si contemnis quod emptum est? vide quanti emptum est. Peribit inquit, infirmus in tua scientia, quam te dicis habere vt scias quia nihil est idolum, & animo cogites deum, & sic recumbas in idolio: in hac scientia peribit infirmus. Et ne contemnas infirmum, addidit.

g *Propter quem.* Quem vis contemnere, precium ipsius attende, & cum morte Christi totum mundum appende. Et ne adhuc te putares in infirmum peccare, & leue duceres peccatum ac paruipenderes.

a In F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ex quo. *sunt effectu.*
2 Et nos in. *Non solum secundum esse naturæ, quod conseruatur ab illo, s. d secundum esse gratiæ per quod spirituali modo creatura rationabilis est in illo.*
3 Et vnus do. *s. vnitate personæ non naturæ: quia naturam habet diuinam ab æterno, & humanam ex tempore.*
4 Per quem. *Producta sunt & subsistunt secundum diuinitatẽ: quia per verbum diuinum, quod est filius, omnia facta sunt, Ioh. 1. Omnia per ipsum facta sunt. & in esse conseruantur, Heb. 1. a.* Portans omnia verbo virtutis suæ.
5 Et nos, &c. *Sumus specialiter constituti in esse gratiæ.*
6 Sed non. *Hic consequenter arguit temeritatem illorum, qui de sua scientia præsumentes comedebant indifferenter idolothita: quod videntes fideles simplices, potissimè conuersi de Gentibus, credebant eos comedere ad modum Gentilium. s. in veneration em idoli, & exemplo eorũ inducebantur ad sic comedendum: & sic peccabant grauiter reuertentes ad ritum Gentilium: & per consequens illi qui sua scientia abutente: similes ad hoc inducebant. & hoc est quod dicit:* Sed non in omnibus. *s. fidelibus.*
7 Est scientia. *Cognoscendi quòd idolum nihil est, & quòd nullam immunditiam aut consecrationem dat carnibus immolatis. & de istis simplicibus subdit:*
8 Quidam autem. *i. credentes quòd idolum habeat aliquid numinis.*
9 Vsque nunc. *i. quasi habent aliquid consecrationis ab idolo & in reuerentia idoli.*
10 Polluitur. *per peccatum.*
11 Esca autem. *i. non facit nos maioris meriti quantum est de se, vel demeriti. ideo subditur:*
12 Neque enim. *i. abstinentia à cibo immolato idolis vel eius comestio non facit nos deficere a gratia, vel proficere in ea, sed intentio & modus comedendi & abstinendi faciunt deficere à gratia: Sicut cum aliquis comedit intentione venerandi idolum, prout faciebant simplices Christiani: vel modo indiscreto, prout faciebant scientes præsumptuosi, talia faciunt à gratia deficere. & hoc est quod dicit.*
13 Videte autem. *i. diligenter attendite vos scientes.*
14 Ne fortè. *i. scientia qua cognoscitis idolothita esse licita ad manducandum, quantum ex natura est rei.*
15 Offendiculũ. *i. offendere faciat infirmos vel ignorantes. Et subdit modum per quem faciebant eos offendere, dicens:*
16 Si quis enim. *i. simplex Christianus.*
17 Viderit eum. *prædictam de idolothitis.*
18 In idolio, &c. *i. comedentes in loco, vbi comeduntur carnes idolis immolatæ.*
19 Nonne conscientia. *id est, ad cædendum prona.*
20 Aedificabitur. *i. ad manducandum in veneration em idoli trahetur. q. d. sic: quia credit sapientiorem hoc modo comedere.*
21 Et peribit infirm. *quod ammodo idololatrando.*
22 In tua scientia. *id est, occasione tuæ scientiæ.*
23 Propter quem. *Propter quod salus eius non esset sic contẽnẽda.*
24 Sic autem. *i. tale peccatum non est solum contra proximum, sed etiam contra Deum, propter quod concludit Apostolus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Christum, inquit, *peccatis.* ✠ IDEM. Quomodo enim non peccas in Christum, qui peccas in membrum Christi? Nemo ergo contemnat quando peccat in fratrem, &c.

a *In Christo.* In Christum peccare, est Christum negare. In Christo in his quæ sunt Christi. In Christo, cuius regnum diminuistis.

b *Quapropter, si e'ca.* ✠ CHRYSO. Hoc magistri optimi est officium, suo exemplo erudire quæ dicit. Et non dicit, siue iuste, siue iniuste: sed quomodocumque. Et non dico, inquit, idolothytum, quod & propter aliam causam prohibetur: sed & quod licet & permittitur, scandalizat, etiam illis abstinebo, neque vna aut altera die, sed toto vitæ tempore. Non enim mãducabo, inquit, carnes in æternum. Et non inquit, Ne perdam fratrem: sed simpliciter, vt non scandalizem. Etenim vltimæ

a ¶ Cuius membra sunt. b ¶ Et quia in Christo peccatis, abstinete sicut etiam ab omni carne.

a in Christo peccatis. † Quapropter si esca scandalizat fratrẽ 1
b a ¶ Non solum immolatam. vita manducabo. b ¶ Sicut constat quod non post mortem, sic certus sum quòd non in futuro. ¶ i. nec hic, nec in futuro. c ¶ Non quòd mala sit esca, sed
b meum, non manducabo cărnem in ætĕrnum, nè fratrem meum scandalizem.

† Ro. 14. d. De renũ. c. nisi. §. pro graui. 23. q. 3. ca. i. §. ité sicut legitur

calceorum futorem esse, alterum coriarium, statuarium verò alium: sed considera fidelem illum esse & fratrem. Illorum nãque sumus discipuli piscatorum, publicanorum, tentoriorum opificum. Christus autem in fabrili domo educatus est, & fabri sponsam matrem habere non est dedignatus, & ab ipsis incunabulis in præsepe iacuit, &c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quapropter si. *Talis enim abstinentia ad euitandum scandalum infirmorum est meritoria & etiam necessaria ad salutem, saltem quousque doceant infirmos, quòd talis comestio non est illicita.*

CAPVT IX.

Augu. li. de opere monach.

NOn sum lib. Incipit se proponere in exemplum, vt sicut ipse abstinet à licitis pro scandalo fratrum, ita & illi. Q. Abstinete ab hoc licito: quia ego habeo libertatem accipiendi stipendia, & tamen non accipio. Et si sic inductum sit, intendit tamen se comprobare apostolum: quia occasione pseudo minus de eo senserunt Corinthij.

✠ CHRYSO. Cùm dixisset, *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum*, quod quidem non fecit: pollicitus est autem se facturum, si necesse foret: ne quis diceret, frustra te iactas, & verbis tantùm philosopharis, quod & mihi & cuilibet hominum facile est: si recta animi sententia id dicis, re ipsa ostendas quid contempseris, ne fratrem scandalizares: propterea iam conatur sententiam suam ostendere, quo pacto à concessis abstineat, ne fratri scandalum faciat, quamuis nulla lege cogatur, &c.

Liber. licet mihi quod aliis apostolis de euangelio viuere.

✠ CHRYSOST. Suis ipse laudibus auditorem aggreditur, cùm res ipsa eum cogat ad se laudandum: ita enim Corinthij emendabantur. Et iterum, cũ nihil magnum de se dicere velit, vide quo pacto vtroque ad necessitatem vtitur, tãtum seipsum laudans, non quantum sibiipsi videbatur, sed quantũ propositæ materiæ exigebat necessitas. Cumque posset dicere: me omniũ maximè accipere decet, & magis quàm illis, quia magis laborani: non ita dixit, quia videbatur quandam habere prælationem. Qua autem ratione illi magni essent, & à quibus iustè acciperent, ea dumtaxat ponit, ita inquiens.

a ✠ *Nõ sum Apost. non sum liber?* Hoc est: nonne meipsius habeo potestatem? Nunquid alicui seruio, qui me cogat & prohibeat acciperé? Sed habẽt aliquid amplius illi, qui cũ Christo cõuersati sunt. Sed neq; ego ea priuat' sum visione, idcirco profectur.

b ✠ *Nonne Chri.* Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo visus est mihi: quæ non parua erat prærogatiua, &c. Deinde ne rursum diceret, Et quid hoc? Quamuis Apostol' sis, quãuis liber, quamuis Christũ videris, nullum tamen Apostoli opus ostendisti. Et quanam ratione debes accipere? idcirco deinde addidit.

b ✠ *Nonne op.* Hoc magnũ est. Illa enim nullam sine hoc afferunt vtilitatem. Nam & Iudas Apostolus fuit, & liber, & Christum vidit: sed quoniam Apostoli non fecit opera, nihil sanè ei illa profuerunt. Et cùm magnum quiddam esset loquutus, animaduerte quonam pacto id corrigit, cũ inquit, in Dño: hoc est, diuinũ est, nõ meũ.

c ✠ *Si alijs non.* Intuere nihil in verbis superfluũ: sed orbem terrarum dicere potuit, & gentes barbaras, & terram, & mare, sed quid superfluis opus est, inquit, cùm hæc ad præsentem materiam sufficiant? Non igitur dico quæ apud alios præclarè sunt à me gesta, sed ea quorum vos estis testes. Itaque si non aliunde, à vobis maximè me accipere oportebat. Veruntamen à quibus maximè oportuit accipere (magister enim vester erã) ab his nihil accepi, &c.

d ✠ *Nam signacu.* Hæc est probatio & si vult, inquit, quispiam vnde me apostolum esse constet intelligere, vos ego testes adhibeo. Omnia namque quæ apostoli erant opera, in vobis ostendi, & nihil prætermisi, quod etiam in secũda meminit epistola: Tametsi nihil sum, signa tamẽ apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, & signis, & prodigiis, & virtutibus, &c.

a *Nunqu*

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT IX.

✠ NOn sum. *Tollquam Apostolus reprehendit aliquorum indiscretionem, hic consequenter inducit eos ad perfectionem, scilicet vt à licitis abstineant, ne infirmos scandalizent. & etiam vt sibi & alijs magis proficiant per virtutis exemplum. Et primò ad hoc inducit ad perfectum sui exemplo, secundò currentiũ in stadio, ibi:* Nescitis quòd hi. *Circa primum sciendũ, quod Apostolus se ponit alijs in exemplũ in hoc quòd licet haberet potestatẽ accipiendi sumptus ab alijs quibus prædicabat, tamen ab inebat, victũ quærens ex proprio labore, vt magis proficeret in prædicatione per hoc enim apparebat, q̃ non quærebat tẽporale lucrũ, sed saluté animarũ. per hoc etiã prædicebatur via falsis apostolis, qui prædicabãt causa tẽporalis lucri. Sic ergo procedit: quia primò declarat propositũ. secundò remouet dubium, ibi:* Non autẽ scripsi. *Prima in tres: quia primò declarat propositum autoritate. secundò ratione. ibi:* Si vos nobis. *tertiò exemplo, ibi:* Nescitis quòd hi qui. *Primũ autẽ declarat triplici autoritate. scilicet officij apostolici, & vsus publici, & autoritate veteris Testamenti. secunda, ibi:* Quis militat. *tertia, ibi:* Nunquid secundum. *Circa primum sciendum, quod aliqui malignantes dicebant Paulũ non esse apostolũ: eo quòd nõ fuit corporaliter cũ domino ieſu sicut alij apostoli. ideo primò declarat se esse apostolum. secundò probat intentum ibi:* Nunquid. *Circa primum dicit:* Non sum liber. *i. habens liberam potestatem accipiendi sumptus pro publicatione euangelij. q. d. imo habeo rationem officij, de quo dicit:*

1 Non sum. *q. d. imo quia sum à Deo missus ad prædicandum euangelium. Act. xiij. a. Segregate mihi Barnabam & Saulum. &c.*

2 Nonne Chrys. *q. d. imo: quia in via cum appropinquaret Damasco, vt aliqui dicunt licet non sic scriptum Act. ix. sed solum q̃ audiuit eũ loquentem: quia non omnia scripta sunt. Vidit etiam in raptu quæ fuit excellentior visio quã aliorũ apostolorũ quia vidit ipsum in gloria sua ad dexteram patris sedentem, secundum quòd dicit Augu. q̃ vidit diuinam essentiam. vnde 9. Corinth. xij. a. dicit se raptum fuisse vsque ad tertium cælum. Probat etiam vlterius apostolatum suum per effectum, di.*

3 Nonne opus. *id est, effectus mei apostolatus.*

4 Vos estis. *i. principaliter agente Deo. q. d. imo: quia à me habuistis initia fidei. ideo dicit:*

5 Et si aliis. *q. d. & si alij vellent hoc negare, vos tamẽ non potestis.*

6 Nam signaculũ. *i. forma doctrinæ Christi per me vobis est impressa, sicut per alios apostolos impressa est illis quibus prædicauerunt.*

7 Sicut & cæteri apostoli. & fratres domi. *id est, eius cognati, scilicet Iacobus & Iudas & reliqui.*

8 Et Cephas. *id est, Petrus sic nominatus à Christo. Ioan. j. f.*

9 An solus ego & Barnaba. *q. d. nulla ratio est quare priuemur hac potestate, quam habuerunt alij apostoli.*

10 Quis militat. *Hic consequenter ostendit propositum autoritate publici vsus & rationabilis, di.* Quis militat suis stipendiis vnquã? *q. d. nullus. imo milites stipendia sumunt à populo terræ quam defendũt. Idem ostendit in agricolis & gregum pastoribus. apostoli verò fuerunt milites contra hæreticos insurgentes, & in vineæ domini cultores, & gregis dominici pastores: propter quod à populo sumptus eis debebantur.*

11 Nunquid. *Hic consequenter ostendit propositum autoritate legis diuinæ, di.* Nunquid secundum hominem. *id est, ex autoritate consuetudinis humanæ factum.*

12 Hæc dico. *scilicet quòd prædicatores sumptus habere debeant à populo. q. d. imo: & hoc cum autoritate diuinæ legis.*

A Matt. 10. b. Aug. lib. de opere monach. c. 4. & 5.

a *Nunquid non.* AVG. Permisit enim dominus, nõ iussit apostolis accipere necessaria à subditis, vt quisquis vellet, eo vteretur, quod sibi liceret ex domini constitutione. Si quis verò vti nollet, non contra iussum faceret, sed de suo iure cederet. Potestas est, non iussio domini, accipere sumptus.

b *Sororem mulier.* Dominus in comitatu suo mulieres habuit ne viderentur alienæ à salute, quæ & ministrabant ei. sic & apostoli.

† respõsio.

Sororem mul. Dominus cui angeli ministrant, infirmis compatiens, loculos habuit, quo mitteretur pecunia à fidelibus data victui necessaria: quos commẽdauit Iudæ, vt fures si non possemus vitare, disceremus in ecclesia tolerare. Et mulieres ministraturas secum se voluit, ostendens quia à plebibus deberetur euangelistis.

Ioan. 12. a.

† 13. q. 1. c. ecclesias. de præben. & di. c. cũ se cũdã Apost.

† An non & lex eadem.

B

L. de opere Monac. ca. 4. & 5.

✠ SEDVL. In Græco sorores (ἀδελφὰς) non mulieres legitur.

✠ AVGV. Ostendit sibi licere quod cæteris apostolis, id est, vt non operetur manibus suis, sed ex euangelio viuat, sicut Dominus eis constituit. Ad hoc enim & fideles mulieres habentes terrenam substãtiam ibant cum eis, & ministrabant eis de substantia sua, vt nullius indigerent horum quæ ad necessaria vitæ huius pertinent. Quod B. Paulus licere sibi quidem demõstrat, sicut & cæteri Apostoli faciebant, sed ea potestate vti se noluisse postea commemorat. hoc quidam non intelligentes non fororem mulierem circumducendi, sed vxorem interpretati sunt. Fefellit eos verbi Græci ambiguitas, quòd scilicet & vxor & mulier eodem verbo Græcè dicitur: quanquam hoc ita posuerit Apostolus, vt falli non debuerint, quia neque mulierem tantummodo ait, sed fororem mulierem: neque ducendi, sed circumducendi. Veruntamen alios interpretes non fefellit hæc ambiguitas, & mulierem, non vxorem interpretati sunt. Quod quisquis putat non potuisse ab Apostolis fieri vt cum eis sanctæ conuersationis mulieres irent quacunque euangelium prædicarent, vt eis de sua substantia ministrarent necessaria, euangelium audiat, & cognoscat quemadmodum hoc ipsius Domini exemplo faciebant, &c. In euangelio enim scriptum

Luc. 8.

est: Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans regnum Dei, & duodecim cũ illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus immundis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalenæ, de qua vij. dæmonia exierant, Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Hoc exemplum Domini imitabantur Apostoli ad accipiendum debitum sibi cibum.

C c *Aut solus.* ✠ BEDA. Quia omnes Euangelistæ & ministri verbi Dei habebant potestatem à Domino acceptam vt non operarentur manibus suis, sed ex euangelio viuerent, operantes tantummodo spiritalia in prædicatione regni cælorum & ædificatione pacis Ecclesiæ. Omnes pariter habebant hanc potestatem: quã tamen isti non vtebantur amplius impendentes ecclesiæ, sicut in illis vbi euangelizabant, infirmis congruere iudicabãt. Et ideo ne coapostolos suos reprehendisse videretur, subiunxit & dixit vt sequitur:

d *Operandi.* AMB. Operandi, honestius, pro accipiendi.

† 31 dist. c. ommno. 28. q. 1 c. hinc nunc. in fi.

e *Quis militat, &c.* ✠ CHRYSOST. Tu autẽ animaduerte quàm accommodata hęc exempla ad propositam adduxit materiam, & quomodo primùm meminit periculosæ militiæ & armorum & bellorũ: huiusmodi enim apostolatus, vel potius his longè maius. Nõ enim aduersus homines solùm bellum his erat, verũ etiam aduersus dæmones, & illorum principem, exercitus. Quod igitur, inquit, quòd ea quæ neque externi principes crudeles & inuicti exigunt, hoc est militare, periclitari, de suis milites se alere facultatibus, quomodo vn quam Christus hoc exigeret? & neque vno contentus est exemplo. Qui enim vilior est & crassior, in hoc maximè acquiescere consueuit, quando communem consuetudinem videt cum diuinis legibus conuenire: quare ad aliud venit inquiens.

D

E

Augu. li. de opere monach. c. 15. L. de ferm. domin in monte.

Quis milit. Ne quia abstinet, coapostolos reprehendisse videretur addit: Quis militat.

f *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?* Per illud pericla, hoc autem laborem & miseriam multam & curam ostendit: & tertium item addit exemplum his verbis:

g *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Multam diligentiã, & magistro debitam erga subditos ostendit. Quod ex his apparet: Etenim milites, & agricolæ, & pastores erant Apostoli, non bellorum, neque terræ, neque brutorum animantium, sed ratione fruentium animarum, & eius exercitus qui aduersus dæmones armatur,

✠ SEDVL. Per comparationem vineæ & gregis, populũ vult intelligi, sicut scriptum est: Vineam de Aegypto transtulisti, &c. Et, *Dabo vobis pastores secundum cor meum.*

Psal. 79. Hierem. 3.

h *Et de lacte.* Lac gregis dicitur quidquid à plebe præpositis datur. Et his verbis satis indicat Apostolus non sibi aliquid vsurpasse vltra debitum coapostolos suos, si (sicut dominus constituit ex euangelio) viuentes panem gratuitum manducabant: ab eis sumptum, quibus gratuitam gratiam prædicabant.

i *Nunquid secundum hominem hæc dico?* CHRYSOST. Hoc est, Nunquid ego humanis dumtaxat exemplis rem meam confirmo, an & lex hæc non dicit?

F

a *Script*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Scriptum est enim, &c. Non alligabis.* ✻ CHRYSOST. Ex multa hac abundãtia confirmare annititur. At ne quis diceret, Et quid ad nos quod de bobus loquutus es? exprimit hoc diligenter his verbis.

b *Nunquid de bobus.* Curæ quidem sunt: verùm non ita vt de ijs legem instituat.

✻ HAYMO. Rectè prædicatores bobus comparantur, quia sicut illi vomere exarant terram, ita prædicatores ligone verbi Dei excolunt corda auditorum, vt ferant fructus salutis æternæ. Et cùm non solùm de bobus, sed etiam de passeribus cura sit Deo, vt in euangelio ostẽditur: non ita tamen curabat de bobus, vt inter præcepta quæ homini dedit ad salutem sui præciperet curam bouis habere. Nec enim necesse est per scriptam legem monere hominem, quomodo boui suo consulat.

(† Deut. 25.a 25.q.1 c. firmissime.) († suis spe, quod ipsi suæ particeps esse debeat.) († erga vos.) († 28.q.1.c. iam nunc.) B († 13.q.1. ecclesias § quia ergo. 16 q.1. doctos. De præben. c. cũ secũdũ & ca. extirpandæ.)

c *Si nos vob. &c.* ✻ CHRYSOST. Ecce quartam quam affert rationem, quod prębere oporteat. Cũ enim dixisset, quis militat suis stipẽdiis, & quis plantat vineam, & quis pascit gregem, etiam addit bouem triturantem: nunc aliam ostendit causam maximè rationabilem, qua mererentur accipere, quòd multò maiora præberent, non tantum laborarent. Quid ergo est? *Si nos vobis spiritualia, &c.* Vides iustissimam causam, & superioribus probabiliorem. Illic enim dixit carnale semen, carnalis & fructus: hîc autem semen spirituale, & remuneratio carnalis. Vt enim non nimium se iactarent, eo quòd magistris victum exhiberent, ostendit eos maiora accipere quàm dare. Agricolæ enim quæ seminant, ea accipiunt: nos autem cùm in vestris animis spiritualia seminemus, metimus carnalia, &c.

d *Si alij potestatis.* ✻ CHRYSOST. Ecce alteram rationem, & ipsam item ab exemplis non tam sublimibus. Nam neque C Petri hoc in loco meminit, neque Apostolorum, sed aliorum D quorundam qui alieni erant, aduersus quos posterius accingitur, de quibus dicit: Sustinetis si quis vos deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, &c. (2. Cor. 11.) Et aduersus illorum bellum iam præludit. Quamobrẽ non dixit, Si alij à vobis accipiunt, sed eorum procacitatem, violentiam, negotiationem significans, inquit: Si alij potestatis vestræ participes sunt, hoc est, possident vos, sub potestate habent, tanquã seruis abutuntur, non accipientes tantùm, sed multa cum diligentia & authoritate. Idcirco addidit. *Quare non potius nos?* quod vtique non dixisset, si de Apostolis sermo haberetur: sed cõstat quosdam violatores & ipsos deceptores p hos significari, &c. († 13.q.1 c. ecclesias §. quia ergo. De præb. c. cũ ex offi. cij)

e *Sed non vsi sumus.* ✻ HAYMO. Omnia incommoda sustinemus ego & Barnabas, sitim videlicet, famem, nuditatẽ, omnémq; indigẽtiã. († sacris.) E

f ✻ *Ne quod offendiculum.* id est, ne dicatur de nobis, quòd causa quæstus & lucri tẽporalis potius prædicemus euangelium, quàm causa salutis animarum & renumerationis æternæ, habeaturque euangelium venale. († tamen.)

Ne quod offendiculum, &c. Forsan & hi auari erant: vel se licentiam peccandi emisse putarent, vel libertatẽ arguendi Apostolus imminueret.

g *Nescitis.* Redit rursus etiam atque etiam commendãs quia sibi liceat: & tamen non faciat. Naturalis ratio hoc habet, vt quis inde viuat vbi laborat. (Luc. 10.a. Ibidem.)

h *Dominus ordi. Ecce ego mitto vos, &c.* Et Paulo post: *In quancunque domum intraueritis in eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt.* (Aug. in Psa. 104.)

i *Ego autem.* Abstinet à sumptibus ne sit forma pseudo apostolis rapacibus.

☞ a Bonum

¶ Non prohibebis prædicatorem viuere de prædicatione.
a Scriptũ est enim in lege Moysi: † Nõ alligabis os boui tritu- 1
a ¶ Sed ne hoc videatur ad literam dictum, subdit: b ¶ Vt de his in lege daretur pręceptum.
c ¶ Non pro bobus, quia propter nos tantum non alligabis os boui tri.
b ranti. Nũnquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtiq; 2
a ¶ Hæc propter nos: quia & alia ad idem spectantia, & hoc est. ¶ Hæc. b ¶ Non pro spe. 3
hęc dicit? Nãm ꝑpter nos vtiq; scripta sunt, qm̃ debet in spe 4
¶ Non quòd hęc principalis sis intentio. b ¶ Grana à paleis discernit. c ¶ Stipendiorum.
a ¶ Corda aperit ad fidem. ¶ Iterum probat per rationes.
c qui arat arare: & qui triturat † in spe frũctus percipiendi. † Si 5
a ¶ Quæ spiritum vestrum viuificant, vel quæ ex spiritusancto data sunt.
nos vobis spiritualia seminauimus, magnũ est si nos vestra 6
¶ Ad sustentationem. ¶ Iterum à minori. ¶ Tam potenter vtuntur vestris vt vosipsi.
d carnalia metamus? Si alij potestatis † vestræ participes sunt, 7
a ¶ Qui causa salutis vestræ laboramus. b ¶ Ecce licet nobis accipere. 8
c ¶ Quia forsitan non egere eum dicerent, contra hoc subdit.
e quare nõ poti⁹ nos? † Sed nõ vsi sumus hac potestate. Sed om 9
a ¶ Quia si acciperet Apostolus, pseudo iam libere acciperent: & sic in prædicatione durarent: & ita impedimentum fieret euangelio. 10 11
f nia sustinemus, ne quod offendiculũ demus euãgelio Chri- 12
a ¶ Item se probat habere potestatem per similitudinem sacerdotum Gentilium vel Iudæorum. 13
b ¶ In templo. ¶ Vel hoc de Gentibus. c ¶ Vt artifices. 14
g sti. † Nescitis quoniam qui in † sacrario operantur, quæ de 15
¶ Vt sacerdotes de Iudæis. 16
† sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario 17
a ¶ Quia partem habent de his quæ offeruntur. b ¶ Et sicut hic fit.
c ¶ Rationabiliter disposuit de prędicatoribus, vt expeditiores sint ad prædicandum verbum Dei.
h participant. Ita dominus ordinauit, his qui euangelium an- 18
a ¶ Dignus est enim operarius mercede sua. b ¶ Tot modis constat licere vel autoritate vel exemplo.
c ¶ Sed nec vti volo.
i nunciant, de euangelio viuere. Ego † autem nullo horũ usus

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Scriptum est. *Deu. xxv. a.* Non alliga. os bo. tri. *i. prædicatori laboranti in area domini: Et quòd sic debeat principaliter intelligi ostendit, dicens:*

2 Nunquid de bob. *Circa quod sciendum, quòd licet diuina prouidentia generaliter se extendebat ad omnia quantumcunque minima, tamen intellectualis natura speciali modo subijcitur prouidentiæ diuinæ, inquantum habet dominium sui actus & capax est supernæ beatitudinis: & hoc modo non est cura Deo de bobus irrationabilibus: quia non sunt huius finis capaces. Lex autem diuina directiua est in beatitudinem supernaturalem: propter quod dicta veteris Testamenti sunt ad hoc referenda immediatè quantum ad illa quæ directè loquuntur de futura beatitudine vel mediatè, inquantum corporalia facta veteris Testamenti sunt figura noui. secundum quod dicitur cap. sequenti. Omnia in figura contingebãt illis: Et hoc modo illud præceptum de ore bouis triturantis non alligando fuit figura de victu prædicatoris non denegando. ideo dicit:*

3 An propter nos. *q. d. imo: quia figura est propter ipsum figuratũ sicut circulus ante tabernã pendens est propter vinum in cellario existẽs.*

4 Quoniam deb. *i. in securitate accipiendi sumptus.* Non tamen *dicit propter spem: quia præmium prædicatoris non est sumptus tẽporalis, sed fructus æternæ beatitudinis. Comparatur autem hic prædicator aranti inquantum aperit corda hominum ad fidem suscipiendam, sicut arans terram aperit ad seminum susceptionem. Et similiter trituranti inquantũ sua prædicatione segregantur boni à malis: sicut grana à paleis.*

5 Si nos. *Hîc consequenter probatur Apostolus propositum ratione triplici. Prima est. Rationabile enim est, quòd communicanti bona maiora cuiusmodi sunt spiritualia, administratur minora quæ sunt corporalia: sic autem est in proposito: ergo, &c. & hoc est quod dicit.* Si nos vobis spiritualia seminauim. *& accipitur hic si, pro quia.* F

6 Magnum est, si nos, &c. *i. bona ad sustentationem carnis necessaria. q. d. non: imo est modicum respectu boni quod vobis ministramus.*

7 Si alij. *Hîc ponitur ad hoc secunda ratio: quia pseudo apostoli accipiebant sumptus, & multo magis veri accipere poterant. ideo dicit:* Si alij. *id est pseudo apostoli.*

8 Potestatis vestræ. *id est, bonorum temporalium in potestate vestra existentium,*

9 Participes sunt. *inde viuendo.*

10 Quare non. *q. d. imo potiorem rationem habemus.*

11 Sed non vsi. *Rationibus supra positis. Sed quia posset aliquis dicere: ideo Apostolus sumptus non accepit, quia non indiguit. ideo remouet hoc dicens:*

12 Sed omnia suf. *s. penuriam & laborem ad victum acquirendum.*

13 Ne quod offendi. *id est, impedimentum.*

14 Demus euan. *i. prædicationi euangelij. per hoc enim præcludebatur via prædicandi falsis apostolis prædicantibus causa lucri temporalis: quorum prædicatio erat impedimentum veritatis euangelicæ, quia admiscebant falsa veris. Similiter tollebatur impedimentum ex parte Corinthiorum, qui fortè erant auari saltem multi: propter quod minus libenter recepissent prædicationem euangelij si sumptus ab eis accepissent.*

15 Nescitis. *Hîc consequenter ponitur tertia ratio, habet enim hoc ratio naturalis, vt inde quis viuat, circa quod laborat. ideo dicit:* Nescit. *q. d. scire debetis: imo quia hoc est notorium.*

16 Quoniam qui. *i. in templo, operantur. s. sacerdotes & ministri.*

17 Quæ de sa. *i. habent inde victum: hoc enim erat commune apud Iudæos & Gentiles.*

18 Ita & dominus. *Vt patet Mat. x. b. vbi de prædicatoribus dicitur: Dignus est operarius cibo suo.*

✻ 1 Non

☞ A a *Bonum est mihi magis mori, quã vt gloriam, &c.* Quisquis enim eo quòd sibi debetur vti non vult, amplius impendit ecclesiæ. Maximam ergo habebat gloriam Apostolus apud Deum, non exigendo stipendium ab infirmis, vel de suis laboribus transigendo quotidianum victum.

AMBR. Hoc est quod stabulario ad quem vulneratus ille qui incidit in latrones perductus est, dominus ait: Si quid amplius erogaueris, reddam tibi. Amplius erogabat Apostolus q suis stipendiis militabat. Vel gloriam suã dicit quã habet apud Deum de hoc, quòd pseudo repellebat à ꝑdicatione, non accipiendo, qui non nisi pro tẽporalibus prædicabant. († 1.q.2.c. sacerdos. in fi.) († gloriationem.) († 23 q.6.c. iam verò.) († commissa) († gratuitũ efficiam.)

Gloriam. quam habet apud Deum infirmis compatiens.

b *Nam etsi euan. &c.* Pro mercede: Vel si ita euangelizauero, *non est mi. glo.* quia tũc esset pro necessitate, B quia *væ.* id est, penuria esset sicut pseudo. († 28.q.1.c. iam nunc.) († 45. dis. ca. recedite.)

c *Necessitas.* huius vitæ sustentandæ.

d *Væ.* quia vnde viuam non habeo.

e *Si enim volens.* Sine vlla necessitate huius vitæ. *Si enim vo.* Quia ex voluntate est merces. Videamus quomodo. s. si ita ex dilectione facio, vt potius patiar penuriã quã abutar potestate.

f *Si autem inuit.* Vt quòd necessitate cogatur, aliis prodero, non mihi.

g *Dispensatio mihi.* Hic dispensatio talis intelligitur, vt quasi seruus alienum censum dispenset: vnde ipse nihil capiat præter cibaria. Alibi dispensator dicitur qui vt filius ministrat euãgelium cohæredibus. Non debemus ideo euangelizare, vt mãducemus: sed ideo manducare, vt euangelizemus, vt cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adiicitur. vt illud impleatur. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius & hæc omnia adiicientur vobis. (Matt. 6 d.) Propter regnum Dei tantum debemus omnia operari, non solam vel cum regno Dei mercedem temporalem meditari.

h *Cùm liber essem.* ✻ HAYMO. Non solùm secundum naturam, vt pote de genere patriarcharum descendens, verũetiã.

i *Ex omni us.* Negotiis hominum, nihil ab eis accipiendo,

C *Omnium* subaudis hominum, *me seruum feci*, supportãdo omnes, veluti bonus procurator supportat infirmos, maximè vos, ô Corinthij per meam patientiam. Feci autem hoc non calliditatis astutia, sed compatiẽtis affectu, *vt plures lucrifacerẽ Christo.*

✻ CHRYSO. Non solùm non accepi inquit, neque solùm non vsus sum potestate hac: sed seruum me feci, & seruitutem variam & multifariam seruiui, &c. D

k *Factus sum.* ✻ HAYMO. Subaudis legis obseruator, adhuc tondendo caput in Cenchris, quæ est portus Corinthij, offerendo munera Hierosolimis, secundum quod in Actib. Apost. habetur, quando purificatus ascendit in templum, & circumcidendo Timothæũ propter Iudæos: vt *Iudæos lucrarer.* (Act. 16.) († inanem reddat.)

✻ GREGOR. Neque egregius prædicator vt quasi Iudæus fieret, ad perfidiam erupit: neque vt quasi sub lege esset, ad carnale sacrificiũ rediit: neque vt omnibus omnia fieret, simplicitatem mentis in erroris varietatem cõmutauit: sed condescẽdẽdo appropinquat fidelibus, non cadendo: vt videlicet singulos in se suscipiens, & se in singulos transfigurans, compatiendo colligeret, si ita ipse vt illi esset, quid impendi sibi ab aliis rectè voluisset, &c. E

l *Tanquam iu.* HIERON. Non verè Iudæus, sicut nec verè Gentilis, quibus in cibis & huiusmodi assensit, nec tamẽ in cultu idolorum, quia in Christo nec circumcisio est aliquid, nec præputium. Dispensatoriè itaque simulabat se Iudæum. Sed AVG. hæc dicit fieri compassione misericordiæ, non simulatione: vt qui ministrat ægroto fit quasi æger, non cum febres se habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat quomodo sibi seruiri velit, si ægrotaret. (Gal. 6. d.) (Aug. li. cõt. mendac. ca. 11.)

AVG. Tanquam Iudæus. Non simulandi versutia, vt se fingeret Iudæum sicut quidam putant. Liberè enim illa fecit, sicut ait: Circuncisus non adducat præ. Verè ergo, non fictè, vt Iudæus (quod erat) vixit: sicut nec fallaciter Gentilem se finxit, sed licitè omnibus cibis, permisit vti, cui omnis creatura non simulatè, sed verè bona erat. Sicut ergo hos ritus gentilium verè, sic & sacramenta Iudæorum non fallaciter suscepit, vt illis simplex, istis esset duplex, aliud habens in corde, aliud in ostẽsione. Ita etiam cum dicit; *Quis infirmatur & ego non infirmor?* non infirmitatem alterius simulauit, sed doluit. Ita etiam, quòd factus est infirmis infirmus, non erat mendacium, sed verè dixit & sibi sumptus deberi, & tamen abstinuit, ne videretur venditor euangelij. Non ergo est fallax & versipellis simulatio, sed omnibus congruit eius misericors compassio, portatque infirmitatem eorum in compassione: ita eis subueniendo, sicut ipse F (In Psa. 103. Episto. ad Hieron.) (1. Cor 11. g.)

☞ sibi

a ¶ Quod liceat accipere. b ¶ Hæc. i. vt ego accipiam. c ¶ Quia si sumerem perderem gloriam, & malo mori, vel volo magis mori. i. affligi.
a sum. Nõn scripsi autem hæc, vt ita fiant in me. † Bonum est 1
a ¶ Quod esset si acciperet cum scandalo. 2
enim mihi magis mori, quàm ut † gloriam meam quis † eua- 3
a ¶ An euacuetur? ¶ Tantum. b ¶ De hoc solo non fit gloria, quia necesse est hoc pro iniunctione, nec audeo dimittere, quia væ erit. 4
b cuet? Nãm etsi euãngelizauero, non est mihi gloria. Neces- 5
c a ¶ Sicut mihi iniunctum est. 6
d sitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est si non euãnge- 7
a ¶ Si necessitate hoc facio, non est gloria, sed si voluntas adiungitur necessitati, vt ex dilectione prædicem, tunc est mihi gloria. ¶ Sed. 8 9
e lizauero. † Si ẽnim volens hoc ago, mercedem habeo. Si au- 10
f ¶ Etsi mercedem non habeo: aliis dispenso & proficio. 11
g tem inuitus, dispensatio mihi † credita est. Quæ ergo est mer- 12
¶ Hoc. s. a ¶ Stabiliam. 13
ces mea? vt euangelium prædicans † sine sumptu põnam 14
a ¶ Quod esset si acciperem. b ¶ Quia non libere argueret. 15
euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio? 16
a ¶ Vtique quod dixi faciam. nam & maius feci. b ¶ Nullius meritis obnoxius.
¶ Vt commodis omnium seruirem.
h † Nãm cũ liber essem, ex omnibus omniũ me seruum feci, vt 17
i a ¶ Lucrum prædicationis meæ facerem. b ¶ Et me modificaui omnibus. 18
c ¶ In cibis & huiusmodi, & quia Timotheum circuncidit.
k plures lucrifacerẽ. † Et factus sum Iudæis tanquã Iudæus, vt 19

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non scripsit. *Hic consequenter Apostolus remouet dubium. posset enim aliquis credere, quòd prædicta dixisset Apostolus eo quòd vellet accipere sumptus: ideo hoc remouet. Et diuiditur in duas partes: quia primò ostendit se nolle vti potestate. secundò quòd vult magis alijs seruire. ibi:* Nam cum liber. *Circa primum dicit:* Non scripsi au. hæc. *de potestate accipiendi sumptus.* (Diuisio.)

2 Vt ita fi. *id est, vt accipiam. Et subdit rationem, dicens:*

3 Bonum est enim, &c. *i. minus malum est hoc. Minus enim malum respectu maioris habet rationem eligibilis & boni.*

4 Quàm vt gl. *i. mercedem quam expecto de prædicatione euangelij sine sumptu rationibus prædictis.*

5 Quis euacuet? *q. d. hoc est mihi malum maximum.*

6 Nam & si euan. *i. euangelium prædicauero sumptus accipiendo.*

7 Non est mi. *i. non supererogo, sed tantum impleo præceptum mihi iniunctum ideo subdit:*

8 Necessitas enim. *ex præcepto Dei.*

9 Væ enim mihi. *ex omissione præcepti.*

10 Si enim volens, &c. *inquantum obedio.*

11 Si autem. *Sicut Balaam benedicebat populo Israël, Num. xxiij.*

12 Dispensatio mi. *i. proficio alijs, sed non mihi. sicut & prophetiæ Balaam profecerunt alijs, sed non sibi.*

13 Quæ est ergo. *s. ex bono supererogationis & prædicatione euangelij respondet.*

14 Vt euan. prædicans. *sumptus non accipiendo.*

15 Sine sumptu. *Per hoc præcludens viam falsis apostolis, & condescendens Corinthijs, vt prædictum est. ideo subditur:*

16 Vt non ab. potestate. *aperiendo viam falsis apostolis, & præcludendo viam Corinthijs. si sumptus acciperem: quia tunc apostoli falsi audacius sumptus acciperent: & frequentius prædicarent, immiscendo veris falsa: quod est abuti prædicatione euangelica. & sic dicit Apostolus:* Vt non a. p. *i. non dem occasionem alijs abutendi. accipere enim sumptus erat licitũ sibi, vt patet per prædicta, sed abstinere erat supererogationis.*

17 Nam cum li. *Hic consequenter ostendit se omnibus velle seruire & condescendere tamen absque peccato, vt omnes posset inducere ad salutem, dicens:* Nam cum li. *i. nullus hominis cura obligatus.*

18 Omnium me ser. *Omnibus gratis prædicando, & eorum infirmitatibus condescendendo.*

19 Et factus sum. *legalia obseruando vtpote Timotheum circumcidendo, Act. xvj. & in templo cum alijs Iudæis se purificando: Act. xxj. Circa obseruationem verò legalium distinguit Aug. tria tempora. Primum à tempore legis datæ vsque ad mortem Christi. & tunc illa obseruatio cadebat sub præcepto: Iudæis tamen quibus lex fuit data. Tertium est à tempore euangelij publicati & deinceps. & extunc illa obseruatio fuit mortifera: quia declarata est eorum cessatio. Secundum verò tempus fuit intermedium à passione Christi vsque ad publicationem euangelij, & illo tempore poterant ceremonialia obseruari à conuersis de Iudaismo: ita tamen quòd non ponerent ibi fidem, credendo quòd sine obseruatione fidei Christi non sufficeret ad salutem. & hoc modo Paulus qui de Iudaismo erat conuersus illo tempore legalia legitur obseruasse.* (Obseruationis legaliũ tempus triplex.)

15 Sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi si in his esset subueniri voluisset, quasi infirmitates eorum
A ipse haberet. Fit enim quasi ægrotus qui mi strat ægroto: nõ
cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis
cogitat, quomodo sibi vellet seruiri si ægrotaret: non simulauit
quæ fecit similia Iudæis, sicut nec quæ fecit similia Gentibus.

HIERO. ad AVG. Nec multum interest inter meam & tuam sententiam: quia ego dico Pe.& Pau.timore fidelium & Iudæorum legem exercuisse, imo simulasse mãdata. Tu autem hoc asseris eos fecisse timentes,non mentiẽtis astu, sed patientis affectu: dummodo illis constet vel metu vel misericordia eos simulasse se esse quod non erant.

a *Hu qui sub.* Samaritanis q libros Moysi recipiunt, quibus nõ couuntur Iudei. Sunt autem ex origine Per
B rum quos sublato † præmium Israel posuit rex Assyriorum vel Persarum ad incolenda loca † certat. Samariæ.

✠ HAYMON. b *Hu qui sine lege.* i. gẽtilibus, factus sum.
c *Tanquam sine lege.* consentiendo gentilium Philosophis apud Athenas, vnum Deum esse qui cuncta fecerat, & animas immortales esse, & homines ab vno Deo principium sumpsisse, visus est eis quasi vnus ex ipsis, licet idola non adoraret: paulatimque trahebat eos ad illa quæ minus credebant, suadẽs vt in eum crederent, per quem omnia facta sunt, id est, in filium Dei.

d *Factus sum infirmis.* Iudæis & gentibus in sensu & intellectu, qui magna non poterant capere, *infirmis*, comparando & coæquando me illorum infirmitati & pusillanimitati: *Vt infirmos* sensu & intellectu, *lucrifacerem*, talia prædicando, quæ eorum capacitati congruebant, & quæ ipsi capere poterant.

Aug.l.83.q.
C c *Omnibus omnia.* Omnibus cessit, non tamen religionem excessit. *Omnibus omnia fa.* Non mentientis astu, sed compatientis affectu.i. non omnia mala eorum fallaciter agendo,sed omnium malis tanquam sua essent misericorditer medicando aliis agens quod sibi fieri vellet, si opus esset. Cogitat enim, vt homo,se esse potuisse in eis vitiis in quibus sunt alij. vnde alibi dicit: *Considerans teipsum. ne & tu tenteris.*

Gal.6. a. f *Omnia autem facio propter euang.* ✠ HAYMO. i. propter Christum, cui euangelium testimonium perhibet, *vt particeps eius*, id est particeps euangelij *efficiar.* Sic videntur hæc verba D
sonare, & sic loquitur Apostolus, quasi euangelium rationis capax sit: acsi diceret: vt particeps euãgelij efficiar.i. vt præmia quæ in euãgelio promittũtur in regno cęlorũ consequi merear.

Aug. in psa. 39.& 37. g *Nescitis quòd hi qui in stadio currunt, &c.* Ostendit quanta est vtilitas legis nostræ, in qua non vni, sed omnibus ꝓmissa est palma: & qui prior venit expectat vt coronetur cum posteriori: *Nescitis quod hi.* Pro euangelio omnia: quia nisi omnia fecero, & ab omnibus quæ contra sunt abstinuero, non habebo præmium. Vel ideo sic omnibus insto, quia omnes possunt habere coronã: vel quia si *multi vocati, tamen pauci electi:* vt vel sic ex multis pauci eligantur.

Matt. 20.b. h *Brauium.* est præmium cursus.

✠ HAYMO. Volens egregius prædicator Corinthios, omnesque fideles prouocare ad cursum bonæ operationis, quatenus pertingere ad brauium æternæ vocationis merearentur: dat inde comparationem cuius exemplo accendantur ad victoriam æternam captandam, &c. E

✠ SEDVL. Stadium, est octaua pars miliarij. cxxv passus habens: Passus verò quinque habet pedes. Hic autẽ stadio cursum iustitiæ vel fidei cõparauit. Brauiũ, est lamina argentea ad palmæ mẽsurã, quæ à rege militibus datur: & est sermo Græcus.

i ✠ *Sic currite.* Per viã mandatorum in abstinentia,cæteriſq; virtutibus, sicut in theatro omnes quidem currunt, sed vnus accipit palmam. Curramus credendo, sperando, desiderando, corpus castigando.

k *Vt comprehendatis.* ✠ IDEM. Coronam vitæ æternæ, de qua ipse dicit: Reposita est mihi corona iustitiæ.

l *Omnis enim qui.* De rebus non laudandis trahuntur multæ F
similitudines. vt in euangelio de iniquo Iudice, qui viduã nolebat audire, & pigro qui tædio panes eomnodat. ita hic non commendantur agonistica & ludicra. Luc. 18.a. ibidẽ 11.a.

m *Non quasi.* In incertum currit qui talia facit, vt ex quibusdam sperare, ex aliis desperare possit.

Non quasi in incertum. ✠ SEDVL. Non enim in incertũ currit, qui ad cælestem Hierosolymam festinat. Incertum verò est, qui in stadio currunt, vtrum pere piant palmam, an non.

a Non

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 His qui sub lege. *i. Samaritanis & Saducæis qui quinque libros Moysi tantum recipiebant, qui propriè dicuntur lex apud Hebræos.*
2 Quasi sub le. *condescendendo eis quantum poteram tantum in licitis.*
3 His qui sine. *i.Gentilibus qui legem scriptam non habebant.*
4 Tanquam sine. *condescendendo eis: quod tamen abominabile videbatur Iudæis legem tenentibus,*
5 Cùm sine lege. *Tenebat enim legem Mo si quantum ad moralia, quæ manent in lege noua, in qua erat Paulus. ideo subdatur:* Sed in lege. Christ. *Sequitur:*
6 Factus sum. *abstinendo à cibis licitis. ad vitandum scandalum infirmorum, vt patet ex supradictis. Et vt omnes status includat, subdit:*
7 Omnibus omnia. *Omnibus quantùm licite possum conando, & condescendendo. & causam ad hoc mouendi ostendit, dicens:*
8 Omnia autem fa. *vt currat sine impedimento.*
9 Vt particeps e. *i promissionum eius.s. gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro quæ promittuntur in euangelio. Item particeps eius.i. meritorũ recipientium euangelium per meam prædicationem.*
10 Nescitis. *Postquam Apostolus instruxit Corinthios ad perfectionem suipsius exemplo, hic consequenter idem facit exemplo currentium in stadio & agonizantium exercitio: qui omnia sui cursus & agonis impeditiua sollicitè deuitant, & omnia promotiua diligenter procurant. Vita verò præsens, est quædam agonizatio contra insultus tentationum, & quidam cursus ad beatitudinis brauium, dicit igitur:* Nescitis. *q. d. imo: quia hoc est notorium.*
11 Sed vnus acc. *q.d. ita & pauci de multis accipiunt brauium æternæ felicitatis qui fideliter & perseueranter currunt per opera charitatis, Matth. xx. b.* Multi sunt vocati, pauci verò electi. *propter quod concludit:*
12 Sic currite. *fideliter & perseueranter.*
13 Vt comprehendatis. *brauium æternæ vitæ. Consequenter ponit exemplum de agonizantibus, dicens:*
14 Omnis enim. *vt habeat victoriam.*
15 Ab omnibus. *quæ impediunt ipsam.*
16 Illi quidem. *q.d.si faciunt hoc propter temporale præmium,multo magis debemus hoc facere propter æternum,abstinendo ab omnibus impedimentis nostræ salutis, & exercendo nos in omnibus promotiuis. ideo concludit de seipso:*
17 Ego igitur sic. *Per viam charitatis.*
18 Non quasi in. *Quia certus erat de sua beatitudine futura per diuinam reuelationem. ij. ad Timoth. iiij. b.* Reposita est mihi corona iustitiæ, &c.
19 Sic pugno. *contra tentationes.*

✠ 1 Non

a ✠ *Non quasi aerem verberans.* Hoc est, non inania confectans,
A sicut qui in agone contendit,aerem verberat telis.
De verb. Apostoli apud Bedam. Lib.9.in c.7. ad Rom. b *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* ✠ AVGVST. Suo timore nos terruit. Quid enim faciet agnus, vbi aries tremit?

✠ ORIGENES. Habuit(Paulus) aliquando metum,& timuit ne fortè caderet: & qui cælestium virtutum aduersum se si commoueatur bella non metuit,aliquando vel carnem suam metuit, & ex ea consurgẽtes insidias for-

¶Non verbis,sed rebus contendo:vel non inaniter,vt non qui pro hoste ferit aerem.
a ¶Reprimo illicitos motus corporis.

† 3.q.5.c.i Paulus. † subiicio. a non quasi aerem verberans. †Sed †castigo corpus meum,& 1 2
b a ¶Rationis. b ¶Cum alio tenderet suo tremore aries terret agnos. 3
c in seruitutẽm rẽdigo, ne† forte cum aliis prædicauerim,ipse 4 5
† quomodo sit,vtrum. b ¶A Deo reprobatus.
rẽprobus efficiar.

midauit,quando dicebat: Macero corpus meum, &c. Et ideo præ cæteris omnibus carnis infidiæ formidandæ sunt, & ille, qui de nobis procedit hostis cauẽdus est ipse,donec in tantum profectum veniat anima, vt dulcedine charitatis Dei astricta corporis blandimenta, & carnis illecebras abhorreſcat vnus cũ Deo spiritus facta. D

c *Ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus.&c.* Quod cito cõtingere posset, tũc aliis magis cauendũ, ne offendendo sint reprobi. Aug.ser.19. de verb. Apost.& lib.de agone Christiano,c.6.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non quasi aerem ver. *non inaniter sicut ille, qui aerem percutit.*
2 Sed cast.cor.meum. *reprimendo carnis ſtumulum.*
3 Et in ser.redi. *ſrationis rectæ,cui vires ſenſitiuæ debent obedire.*
4 Ne fortè cum aliis prædi. *eos inducendo ad opera perfectionis.*
5 Ipse repro.ef. *per incautelam meã contra tentationem: Licet enim sciret ſe de numero electorum esse, vt prædictum est, tamen non debebat omittere aliquid de contingentibus ad salutem conſequendam: quia sicut sub Dei prædestinatione cadit talem esse saluandum, ita etiam cadunt media per quæ conſecuturus est salutem, vt quod ſit per opera talium virtutum & huiuſmodi: Propter quod dicitur. 2. Pet.1.* Satagite, vt per bona opera certam vocationem vestram & electionem faciatis. † essem obnoxius legi.

CAPVT X.

B NOlo enim. Volenti comprehendere sic est agendum: non enim baptisma & sacramenta sufficiunt, vt quidam putãt: sicut nec Iudæis beneficia Dei valuerunt, cum post pecca rent.

✠ SEDVL. Hic cõparat duas plebes, veteris, scilicet, & noui Testamenti, & exemplo prioris terret secundum populum.

b *Quoniã pa.* exemplo Iudæorũ, qui negligẽtia sua offenderunt solicitos facit.

c *Sub nu.* AVGVST. quia omnia in figura nostri.

d *In Moy. bap.* In ducatu Moysi purgati per visa signa illa. Vel, signũ baptismi acceperũt, quod credentibus idem valuit. *Bap. sunt in.* quia à morte liberati & per eam mundati ab ignorantia Dei, quę premebat omnes Gentes, & præparati ad accipiendam legem. Vel baptizati dicũtur, quia gerebant formam nostri sacramenti. Moyses Christum, nubes spiritum sanctum, mare baptismum significat.

e *Eandem, & eum.* i. fide: diuersa in tempore, diuersa in specie. *Esca. Christus panis est, qui de cœ. descen. si quis ex hoc manducat, non morietur.* Sed quod pertinet ad virtutẽ sacramenti, non ad visibile sacramentum, qui mãducat intus non foris, corde, non qui premit dente.

Eandem est. Idem in mysterio cibus & potus illorum, qui nostet, ſ. significatione idem, non specie: quia idem Christus illis in petra figuratus, nobis in carne manifestatus. *Escam &.* Manna & aquam dicit spiritalia, quia non natura, sed Dei virtute parata, habentia futuri mysterij figuram.

f *Spiritalem.* i. spirituale, aliquid significantem. Cum dicit spiritalem, ostendit spiritualiter intelligi in Christo. & hoc de omnibus innuit, vnum exponit: *Petra erat Christus.*

✠ AVGVST. Si enim petra Christus propter firmitatem, cur non & manna Christus, tanquam panis viuus, qui de cælo descendit, quo vere, qui vescuntur spiritaliter viuunt? Nam illi veterem figuram carnaliter accipientes, mortui sunt. Sed cùm dicit Apostolus, Eundem cibum spiritalem manducauerunt, ostendit & illud spiritaliter intelligi in Christo: sicut & potum cur spiritalẽ dixisset aperuit, cùm subiunxit: Petra autem erat Christus. Quo aperto, cũcta fulserũt. Cur ergo non & nubes & colũna Christus, quia rectus & firmus & fulciens infirmitatem nostram, per noctem lucẽs, per diem non lucens: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant? Rubet & mare rubrum, baptismus vtique Christi sanguine cõsecratus. Ho- E

Ex li. cõtra Faust. apud Bedam

CAPVT X.

a ¶Ita legendum est.
a b c OLo enim vos ignorare fratres, quoniã 1 2
a ¶Institutores nostræ fidei. b ¶Tam boni quam mali. c ¶Protegente ab æstu & cœna Aegyptios,ne viderentur ab eis.
pãtres nostri omnes sub nũbe fuerunt, & 3 4
a ¶Aug. exponit maris rubri transitum. Si figura maris tantum valuit, vt perduceret populum ad manna, quantum baptismus Christi. ¶Mersis hostibus. ¶In ducatu Moysi.
d omnes mare trãsierũt & omnes in Moy- 5 6
¶Spiritu. ¶Aqua. a ¶Manna quod significabat Christum: & idem credentibus effecit. alij manducauerunt & mortui sunt, quod non Moyses & alij boni.
e se baptizati sunt in nube & in mari. †Et omnes eandẽ escam 7 8 9
f spiritalem manducauerunt: & † omnes eundem potum 10 11
¶Aquam de petra. ¶Signum sanguinis Christi, & idem credentibus effecit.
g spiritalem biberunt. † Bibebant autem de spiritali † con-

stes sequentes à tergo moriuntur, peccata præterita. Ducitur populus per desertum: Baptizati omnes nondum perfruentes promissa patria, sed non vident sperando, & per patientiam expectando, tanquam in deserto sunt, &c.

Spiri man. Nam corporalem alteram illi manna, nos aliud. Patres, nostri non illorum. Spiritalem: Quam nos, aliud illi, aliud nos: sed specie visibili aliud, quod tamen hoc idem significaret virtute spirituali. Aug. lib.16. contr. Faust.

g *Consequente eos. Petra.* id est, satisfaciente voluntati eorum: quia quoquo irent, aquæ innundantes secutæ sunt: sic Christus in deserto huius mundi suos comitatur. Vel, *consequente*, id est, secuturam veritatem significante.

✠ SEDVL. Quia Christus postmodum sequutus, cuius figuram tunc petra gerebat: idcirco dixit: Consequente eos petra. Alij putant, quòd fluuius sequutus sit eos per desertum.

Petra autem. Solet res, quæ significatur nomine rei quam significat nominari.

Petra. id est, Christus sequebatur, quia vbi huma num deficiebat suffragium, aderat. Aug.li. 2.de Trinit.ca.6. tract.in Ioã. & lib.16 cõtra Faust c. 17.

a Erat

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT X.

✠ 1 NOlo e. vos igno.fra. *Postquam Apostolus reprehendit Corinthios circa participationem mensæ idolorum datam ab aliquibus additur in duas partes: quia primò declarat punitionem participantium. ad occasionem: Hic consequenter excludit ipsam participationem. Et dicit primò ex hoc concludit propositum, ibi:* Propter quod. *Circa primum secund

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Erat Christus.* non per substantiam, sed per significationem.
Petra Chri. AVGVST. In signis diuersis eadem fides, sed illi venturo, nos veniſſe creditmus: ibi petra Christus, nobis quod in altari ponitur est Christus. Si speciem visibilem attendas, aliud est, si intelligibilem significationem, eundem potum spiritalem biberunt.

AVGVST. In signo percussa est petra de virga bis. Gemina percussio duo ligna crucis significat. De petra educta est aqua accedente virga: quia ligno accedente ad petram Christum, gratia spiritualis manauit.

b *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.*
✠ HAYMO. Hoc ideo posuit, quoniã multi propter infidelitatẽ mortui sunt in eremo: non intelligentes beneficium Dei, quadraginta vi-delicet milia.

AVGVST. Cùm dicit, Non in pluribus eorum: erant ergo ibi aliqui in quibus beneplacitũ est Deo. Et cùm essent omnia cõmunia sacramenta, non communis erat omnibus gratia, quæ sacramẽtorum virtus est, &c.

c *Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis.* Illos tangit, qui in idolio epulabantur, putantes se immunes à crimine.

d *Sedit populus.* Per commemorationem illorum notat ea, quę in Corinthiis sunt, offẽdens quã grauiter punita sint in Iudæis.

e *Ludere.* id est, adorare: quod ludo puerorum simile. Facilis namque ad lusum est puericia. Quid autem lusui puerili tam simile est quàm idola adorare?

f *Neque tente. Christum si.* Nota Christum Deum quem tentauerunt Iudæi, & ideo à serpentibus perierunt, donec serpens æneus erectus est, quẽ qui intuebantur, à morsibus sanabantur.

g *In figura.* Ecce ostendit cur signa illa iam non obseruantur, cum res manifesta sit ad correctionem nostram.

h *Scripta sunt autem ad correptionem.* Non propter nos tantum.

AVGVST. Per hæc enim exẽpla ad correctiorẽ vitam prouocamur, vt aut præmium, si obedientes fuerimus, aut propsiorem pœnam inobedientes mereamur.

Scripta sunt autẽ. Ecce hic aperuit, cur illæ literæ veteris Testamenti accipiuntur à nobis.

i *Fines secu.* Quia in vltima ætate sumus, & tot exemplis priorũ magis corrigi debemus. Vel fines seculi deuenerunt in nos, secularitas in nobis finitur: & ideo turpius si peccamus.

k *Vi.ne cadat.* Vt qui præsumẽtes de scientia, cum scãdalo fratrum edebant idolothita, & de pseudo gloriantes, iudicabãt Apostolum, cum ipsi essent rei.

AVGV. *Videat ne ca.* Superbiam amputat, ne per eam tentatur sicut Iudæi tẽtati sunt, & perierũt: quia detrahẽtes Moysi Deum tentauerunt: ita hi detrahẽtes Apostolo, Deum tentant.

Videat ne ca. Non quòd penitus sit aliquis sine casu, sed tentatio, id est, peccati delectatio, non apprehendat, id est, tationem in consensum non ducat, nisi humana, id est, nisi de his sine quibus ista vita non agitur.

l *Tentatio vos.* Hortatur vt humana tentatio illos apprehendat, non alia. Humana enim tentatio est, vt in necessitate vel

¶Quæ Christum significat. & fidei idem fuit. ¶Quæ? ¶In signo. a ¶His omnibus beneficiis ad literam vſi sunt Iudæi.

a ¶Qui offenderunt dominum. ¶Iudæorum. ¶Inde apparet.

a ¶Ne putetis iam homines finxiſſe. hæc dicit. ¶Non propter ipſos tantum hæc facta sunt. b ¶Ita. ¶Conſideranter eorum ſupplicia. ¶Ne ita peccemus, ne ſimiliter pereamus.

¶Per idolothita.

¶In Exodo.

a ¶Ita ve vos in idolio. b ¶Quidam de populo. c ¶Coram vitulo.

a Ludos facere in veneratione vituli. ¶Vt aliqui in vobis. b ¶Cum Madianitis mulieribus.

¶Ideo. a ¶Vt faciunt illi, qui deſperant de reſurrectione.

a ¶Dicentes: Nunquid poterit parare men. in de. b ¶Donec ſerpens æneus erectus eſt.

a ¶Vt contra me facitis, vel qui minora dona ſpiritus habent contra Deum.

¶Contra Moyſen. a ¶Angelo. qui extra terminos promiſſæ terræ eos perceſſit. b ¶Propter ſua peccata hæc eis cõingerunt: & non modo propter hoc, ſed etiam vt figurarent quod ea ſimilibus peteremus.

¶Noſtri. ¶Aliter erit maior pœna.

¶Noſtræ ætat. a ¶Quia illi & ſi beneficiis vſi perierunt.

a ¶Per bona. b ¶Peccando vel peccare faciendo. ¶A ſe. à Deo enim ſtat, qui ſtat, à ſe cadit, qui cadit. c ¶Et ſi fiat, quam permittit Deus, quæ eſt ad probandos bonos & malos puniendos.

Exod. 17. b.
†Exo. 32. b.
† Nu. 25. b.
B
† Nu. 21. c.
† Iud 8. c.
†termini æratum.
† 49. di cap. hic etc. in De pæni. 2. c. inter hæc ſciendum. Auguſt. in Pſal. 77.
C
Tract. 63. in Ioan.
Aug. lib. 16. conf. Fauſt. c. 28. lib. 18. ca. 6 lib. 22. c. 4. & li. 50. homil ho. 27.
Num. 21. c.
Aug. lib. de ſpirit. & lit. c. 21
† poculum.
† communicatio.
E
- & de vno calice.
1. Reg. 28. a.
Libro 2 de ſermo. Domini in mõte, c. 1 apud Bedam
Libro de ſpiritu & litera
Ex ſerm de cor. & ſang. Domini apud Bedã. Ioan. 6. ſ.
F
Tẽtatio humana. Aug. lib. q. ve. ac noui. Teſt. q. 99.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Petra autem erat Christus. *ſ. figuratiuè eo modo loquendi quo imago Herculi Hercules nominatur.*

2 Sed non in plu. *Hic conſequenter oſtendit punitionem ingratorum, di.* Sed non in plu. *q. d. licet beneficia iſta corporalia fuerunt omnibus communia, non tamen iuſtificans gratia. Quod declarat per effectum, di.*

3 Nam proſtra. *ſ. multi eorum horribili morte in ſignum iræ diuinæ, vt patet ac exploratoribus Numer. 24. & de Chore & ſibi adhærentibus Numer. 26.*

4 Hæc autem in ſi. *ſ. quòd ſimiliter & grauius puniemur, ſi de beneficijs Dei in lege noua collatis ingrati fuerimus, ad peccata reuertentes. ideo ſubditur.*

5 Vt non ſimus concu. *malo. Et patet litera vſque ibi.* Quemadmo. ſcri. eſt, *Exod. 32.*

6 Sedit populus manducare & bibere. *in veneratione vituli fabricati.*

7 Et ſurrexe. ludere. *id est, idololatrare: in veneration vituli cantabant in choro.*

8 Neque fornicemur. *cum mulieribus Madianitis, vt habetur Numer. 25. c.* Et ceciderunt vna die viginti tria milia. *Nec hoc eſt contra illud quod dicitur Num. 25. quòd ceciderunt vigintiquatuor milia, quia minor numerus includitur in maiori: & ideo quod verum eſt de maiori, etiam verum eſt de minori.*

9 Neque tentemus ſicut quidam eorũ tentauerunt. *Exod. 27. Tentantes enim Deum, qui tentauerunt Chriſtum ſecundum deitatem, qui ſic fuit tempore veteris Teſtamenti, & etiam ante ſecula propter quod dicit Apoſtolus Heb. 13. b.* Ieſus Chriſtus heri & hodie, *ſcilicet, veteris Teſtamenti ac noui Teſtamenti tempore.* Et ipſe in ſecula. *id eſt, in æternitate.*

10 Et a ſerpentibus perierunt. *Nume. 21.*

11 Neque murmuratueritis. *contra Deum.*

12 Sicut quidam eorum murmurauerunt. *vt patet in Exodo, & libro Numeri, in pluribus locis.*

13 Et perierunt ab exterminatore. *id eſt, ab angelo eos percutiente extra terminos terræ promiſſionis.*

14 Hæc autem omnia in figura contingebant illis. *id eſt, ad ſignificandum, quòd ſic grauius fiet nobis, ſi fuerimus ſimiles eis. ideo ſubditur:*

15 Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram. *Dicitur enim vulgariter, quòd pulchriter ſe caſtigat qui exemplo alterius ſe emendat.*

16 In quos fines ſeculorum deuenerunt. *Hoc dupliciter poteſt exponi. Vno modo quòd ly quos, referatur ad homines noui Teſtamenti: quod tempus dicitur eſſe finis mundi quia non ſuccedet alia lex nouæ legi & ſic dicitur 1. Ioan. 2. Nouiſſima hora eſt. igitur ſenſus eſt: Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt, id eſt in nos, qui ſumus in vltima etate ſeculi. propter quod ex punitionibus precedẽtibus debemus corrigi. Alio modo poteſt exponi ita. quòd ly quos, referatur ad tempus veteris Teſta. & iungatur cum hoc nomine fines & ſic eſt ſenſus: Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram. ſ. antiquorum punitiones. In quos fines ſeculorum deuenerunt, id est, vt attendamus qualiter per diuerſa tempora peccatores vitam præſentem miſerabiliter finierunt propter peccata ſua.*

17 Ita. &c. *Hiç conſequenter ex predictis cautos nos reddit, di.* Itaq; qui. *in Deo propter bona opera. & benedicit: Exiſtimat, quia neſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit: poteſt tamen de hoc habere aliquam coniecturam.*

18 Videat ne. *ad impulſum tentationis: & propter defectum humanæ fragilitatis, ideo ſubdit.*

19 Tenta. v. *i. non ducat vos in conſenſum & operationem. ideo tentari non eſt malum. ſed eſt virtutis exercitium, ſi tentationi viriliter reſiſtatur. propter quod in perſona viri perfecti dicitur: Pſal. 25. a.* Proba me domine, & tenta me.

✠ 1 Niſi

A vel preſſura non diffidat homo, de Deo auxilium humanum requirendo. Propter Christum ergo pati humana tentatio est, per quam proficitur apud Deum.

AVGVST. Humana tentatio est aliter ſapere, quàm res ſe habet, & cum bono animo. Nimis autem amando ſententiam ſuam, vel inuidendo melioribus vſque ad præcidendæ communionis & condendi ſchiſmatis vel hæreſis ſacrilegiũ peruenire, diabolica præſumptio eſt. In nullo autem aliter ſapere quã res ſe habet, angelica perfectio eſt. Humana igitur tentatio eſt credo cum quis bono animo, ſecundum humanã tamen fragilitatem in aliquo labitur conſilio, vel cum irritatur in fratrem ſtudio cor rigendi, plus tamen quàm Christiana tranquillitas poſtulat. Et quia homines ſumus, ſed ſpe angeli, quibus in reſurrectione æquabimur, ſi non eſt in nobis perfectio angeli, non ſit præſumptio diaboli.

✠ PRIMASIVS. Sunt humanæ tentationes, cùm bono quiſque animo ſecundum humanam tantum fragilitatem in aliquo conſilio labitur, aut irritatur in fratre ſtudio corrigendi, paulò tamen amplius quàm Chriſtiana tranquillitas poſtulat.

✠ IDEM. Humana tentatio eſt arbitrij vana præſumptio, &c. Quid tam humanum, quàm de occultis hominum non rectè ſentire: vt homo credat bonum, quem neſcit malum: & iterum opinione non certa credat malum, quem non probauit malum: & ante tempus iudicet, quod neſcit, &c.

a *Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur, &c.* ✠ AVGVSTINVS. In hac ſententia ſatis oſtendit non id nobis orandum eſſe, vt non tentemur, ſed ne in tentationem inducamur. Inducimur enim ſi tales acciderint quales ferre non poſſumus.

✠ IDEM. Aliter dicimus, non mihi habuit fidem, aliter, non mihi ſeruauit fidem. Nã illud eſt, non credidit quod dixi, iſtud, non fecit quod dixi. Secundum hanc fidem qua credimus fideles ſumus Deo: ſecundum verò illam qua fit quod promittitur, etiam Deus fidelis eſt nobis. Hoc enim dicit Apoſtolus: Fidelis eſt Deus, &c.

Tract. in Pſal. 61. ✠ IDEM. Diabolus, poteſtas quædam eſt. Plerunque tamen vult nocere, & non poteſt, quia poteſtas illius ſub poteſtate eſt. Nam ſi tantum poſſet nocere diabolus quantum vult, num aliquis iuſtorum remaneret? aut aliquis fidelium eſſet in terra? Ipſe per vaſa ſua quaſi impellit parietem inclinatum, ſed tãtum impellit, quantã accipit poteſtatẽ. Vt autem nõ cadat paries, ſuſcipiet dominus: quoniã qui dat poteſtatem tẽtatori, ipſe tentato præbet miſericordiã. Ad menſurã permittitur tẽtare diabolus. Et potabis nos, inquit, in lachrymis in menſura. Tantum ammittitur ille tentare, quantum tibi prodeſt, vt exercearis, &c.

b *Poſitis ſuſti.* Quod ſit per humilitatem. Humilitas enim in omni tentatione cuſtodit, vt illi non crepent in fornace, qui non habent ventum ſuperbiæ.

c *Propter.* Quia ſola ſacramẽta non ſãluant, & quia qui cadit punitur, & quia auxiliũ Dei nõ deeſt, fugite ab idolorum cultu. Vel, ne commẽdent ſapiẽtes idolothita cum offendiculo infirmorũ, qui bus idololatræ viderẽtur. Vel, ne ipſi infirmi idololatræ ſint, & vt fugiatis loquor altum aliquid quaſi prudentibus: & ideo diligẽter diiudicate. Vel, modo loquor infirmis, vt ſupra prudentibus.

d *Fugite.* Nemo ſit aſſiduus in idolio, nil ſperet de eo. De eo enim ſperare eſt de Deo dubitare, vt & Saul, qui ad idololatriam rediit, ſperans aliquid de ea.

e *Vt prudentibus loquor.* ✠ SEDVL. Suadet vt prudentibus, quò libentius audiatur.

f *Calix be.* Ideo fugiendum à cultura idolorum, quia vt comedens idolothitum vnum eſt cũ dæmone, ſic per corpus Chriſti vnum eſt cum Chriſto. *Calix* id eſt, communicatio calicis, nonne communicatio, ſcilicet, Chriſti eſt, id eſt, nonne facit nos habere quandam communionem cum vita eius.

Vel, Calix benedictionis, non ſolum à Chriſto in cœna eſt benedictus, ſed cui etiam nos ſacerdotes benedicimus.

g *Panis quem frã.* AVGV. Chriſtus quando manducatur, vita manducatur: Sed quis audeat manducare dominũ ſuum? Et tamen ipſe inuitans nos ad manducandum, ait: *Qui manducat me, viuit propter me.* Nec occiditur Chriſtus, vt mãducetur, ſed mortuos viuificat, quando manducatur: reficit, nõ deficit: viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus. Nec cum manducamus, partes de illo facimus. Equidem in ſacramento ſic fit. Norunt fideles quemadmodum manducauerũt carnem Chriſti. Vnuſquiſque accipit partem ſuã: vnde & ipſa gratia partes vocatur. per partes, manducatur & manet integer. Totus per partes manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cælo. Nam & integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando venit in virginem impleuit eam, nec receſſit ab illo. Venit in carnem, vt eum homines manducarent, & manebat apud patrem integer, vt angelos paſceret.

h *Quoniã vnus, &c.* Vnus panis vnione fidei, ſpei & charitatis.

Corpus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Niſi hu. *i. illa tentatio, quæ nõ poteſt deuitari totaliter ab homine in vita præſent. ſ. de peccato veniali. Quod autẽ tentationi ad peccatũ mortale ducenti valeat homo reſiſtere cum adiutorio Dei, oſtendit. di.*

2 Fidelis autem. *in præmiſſis implendis.*

3 Qui non. *quia promiſit adiutorium in tentationibus poſitis, ſi fideliter recurrant ad ipſum. ideo ſubditur.*

4 Sed fa. etiam. *vos totaliter adiuuans, vt ipſa tentatio vobis proueniat ad augmentum meriti per eius ſuperationem. ideo ſubditur.*

5 Vt poſſitis. *id est, tentationibus praualere.*

6 Propter quod. *Hic conſequenter ex dictis concludit propoſitũ ſ. q. participatio menſæ idolorũ eſt fugienda. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit propoſitum. ſecundò oſtendit qualiter immolatis idolis ſit vtendum. ibi: omnia.*

Circa primum facit talem rationem: Illud per quod ſeparamur à corpore Chriſti myſtico, & coniungimur diabolo, eſt ſumme faciendum: ſed participatio menſæ idolorum eſt huiuſmodi, ergo eſt fugienda. Huius rationis primò ponit concluſionem, dicens.

7 Fugite ab idolorum. *Non ſolum vitando idololatriæ actum, ſed etiam eius occaſiones.*

8 Vt pruden. *Hic cõſequenter ponit dictæ rationis virtutẽ oſtendens primò q. per participationẽ menſæ idolorũ ab eo ſeparamur, ibi:* Quid ergo. *terriò, quòd per hoc pœnã meremur, ibi:* An æmulamur. *Circa primum captat benevolentiam audientium, vt eius dicta melius recipiantur, di.*

Diuiſio.

9 Voſpſi iu. *i. aduertite veritatem eorum, quæ ſequuntur.*

10 Calix. *Hic accipitur continens pro contento.*

11 Benedictionis. *Tũ quia per Dei benedictionẽ cõſecratur: Tũ quia percipiẽs eũ deuotè benedictione Dei per augmentum gratiæ conſequitur.*

12 Cui be. *nos ſacerdotes, quia licet conſecratio iſta fiat ſ. la diuina virtute, tamen ſacerdotes proferunt conſecrationis verba: non in perſona Dei. Et quia in hoc ſunt eius miniſtri, ideo pro tanto benedicere dicuntur ſeu conſecrare.*

13 Nonne cõ. *Circa quod ſciendum, quòd euchariſtia ſacramentum eſt quoddam ſpirituale nutrimẽtum: & ideo ſit ſub duplici ſpecie, ſcilicet, potus & cibi: quia vtrunque requiritur ad rationem nutrimenti perfecti: tamen iſtud nutrimentum ſpirituale contrario modo ſe habet ad nutrimentum corporale: quantũ ad hoc, quòd corporale nutrimentum conuertitur in nutritũ, ſed hoc nutrimentũ ſpirituale cõuertit in ſe nutritũ. vnde dicit Aug. in perſona huius ſacramenti: Cibus ſum grandium, non me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me: quia huius ſacramenti perceptio percipientem incorporat ipſi Chriſto: & ideo per ceptio huius calicis eſt communicatio ſanguinis Chriſti, & idem ſubditur de corpore.*

14 Et pa. quem. *Ad dandum fidelibus. Licet enim non remaneat ibi ſubſtantia panis, ſed tantum eius accidentia, nominatur tamen panis propter eius ſpecies remanentes.* 15 Nonne participatio. *q d. ſic, modo prædicto. ideo ſubditur.* 16 Quoniam vnus pa. &c. *Per hoc enim quod Chriſto incorporamur in hoc ſacramento, efficimur panis vnus quod animodo & vnum corpus in Chriſto.*

✠ 1 Videte

Universidad de Deusto Biblioteca

Corpus per subministrationem charitatis: quia vnum sumus, & vnum sentire debemus dicit: vt fides vna vnum habeat sensum & opus. *Quoniam vnus panis, &c.* Exponit quomodo calix benedictionis & panis fiant accipienti caro & sanguis Christi.

A

Aug.lib.21. de ciui.c.25. li. de corre. Donatista. c.30. De præsentia Dei ad Dardanum.

AVGVST. Per vnitatem enim panis & vnitatem corporis, charitatē oportet intelligi, quæ si desit, iudiciū sibi sumit, qui sumit.

TIPICE autem vnus panis & vnum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo, quod sicut vnus panis ex multis granis, & vnū corpus ex multis mēbris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulāte connectitur.

B

† 34.q.2.c. non satis. † & mensæ. † prouocamus. Li. quæstio. Exo ti.132. & li. contra inimic. legis & prophetarum.

a *Videte.* Similitudo est ad intelligendum quod suprà dictum est, Q.

AVGVST. Ideo addidit, *secundum carnem*, quia est Israel secundum spiritum, qui veteres vmbras iam non sequitur, sed eam consequentem, quæ illis vmbris præcedentibus significata est, veritatem: & immolat Deo in corpore Christi sacrificium laudis, ex quo Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum, &c.

Aug.lib.cō. adult. legis & prophetarum. Sedul.

b *Nonne, qui edunt ho.* illas legis, scilicet, carnalis Israel, *partici. sunt altaris:* Sunt vtique. Sic qui edunt carnem Christi & sanguinem eius bibunt, participes eius sunt.

Vel, *Videte Isra.* id est, discite homines videntes Deum, qualiter se habeant carnalia, id est, idololatria. Sicut enim nos de vno pane & calice participantes sumus conformes corpori Christi, sic qui edunt hostias idolo oblatas, sunt participes altaris erroris, id est, dæmonis.

C

Aug.lib.20. cōtra Faust. ca 18. & lib. cont. adult. leg & prop. c 18.19.20. Contra mathematicos.

c *Quid ergo.* Quia dixi, fugite à cultura idolorum, videor dicere, quòd *idolis imo. sit aliquid* magnum. Q. Non hoc dico, sed potius dico quod ea, quæ Gentes immolant, dæmoniis immolant: quia in idolo diabolus colitur, qui peior est idolo. Et quia ab idololatria prohibebat, vnde locus iste sumpsit exordium, ne putarent ideo non nocere si de sacrificiis ederent idolorum: quia idolum nihil est: confirmauit & idolum nihil esse: & se non prohibere ista, ideo quòd idolum sit aliquid: *sed quia dæmo. & non Deo immolantur.*

D

Lib.2. de doctrin Chri.

d *Socios fieri dæmo.* AVGVSTINVS. Ad hoc genus etiam pertinent consultationes & pacta quædam significationum cum dæmonibus placita atque fœderata: qualia sunt molimina magicarum artium, auspicum & augurum, atq; ligaturæ & remedia, quę fiunt in præcātationibus & quibusdā notis, & quibusdam rebus suspēdendis & illigandis. Nec illi ab hoc genere perniciosæ superstitionis segregādi sunt, qui genethliaci ob nataliū dierum cōsiderationes: nunc autē vulgò mathematici, qui conantur actionum euentus prædicere.

† De conse. di.2. c.relatum. August. 32. cōtra Faust. c 13. & cōt. adult leg. & proph c.19. † Deu 32 c. † Deu.33.c.

a ¶ .i.carnalia legis seruantem præcepta, etiam in vmbris sacrificiorum seruientem. ¶ Est & Israel secundum spiritum. ¶ Q. Sunt vtique. ¶ Ita vos Christi. b ¶ Illas carnalis Israel.

a mus. Videte Israel secundū carnem. † Nonne, qui edunt hō-

b stias participes sunt altaris? Quid ergo? Dico, quòd idolis

c ¶ Magnum.

immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Sed, quę

a ¶ Infideles. b ¶ Sub tegmine idoli occultum est mysterium iniquitatis, qui peior est idolo. ¶ In idolo diabolus colitur, c ¶ Alicui. d ¶ Ego autem.

immolant Gentes dæmoniis immolant, & non Deo. † Nolo

a ¶ Qui fideles. b ¶ Quod non est nisi conscientia idolis vel conscientia fratris, qui scandalizatur exemplo vestro. ¶ Quia.

d autem vos socios fieri dæmoniorum. † Non potestis calicem

¶ Vniri Deo & dæmoni.

domini bibere, & calicem dæmoniorum: nō potestis mensæ

e domini participes esse, † & mensæ dæmoniorum. An † æmu-

¶ Ad iram prouocamus idolothita comedentes. a ¶ Vt valeamus ei resistere. b ¶ Non tamen dico non licitos esse hos cibos. ¶ De his dicit, quæ ad escam pertinent.

f lamur dominū? Nunquid fortiores sumus illo? † Omnia mihi

a ¶ Adiuuant me in cursu: sed magis impediunt. ¶ Idem aliter infringit. b ¶ Quia comedens idolothitum scandalum facit proximo.

g h licent, sed non omnia † expediūt. Omnia mihi licent, sed nōn

E

e *An æmulamur dominum? Nunquid, &c.* Videntur æmulari & inuidere domino, cuius regnum dimiserunt, qui scandalo fratrū comedunt. vnde male cedet cum non fortiores. An æmulemur dominum. Zelo inuidiæ Sathanas idololatriam inuenit, vt homines negando Deum, idolis seruiant, & creator sibi cultum debitum perdat.

† Eccl 37.d † condicunt

SEDVL. *An æmulemur, &c.* Nunquid non irritamus eum ad zelum contra nos, & ad iracundiam prouocamus hoc facientes. Aliter. *An æmulemur dominum,* id est, nunquid exemplum domini habemus, qui conuersatus in carne, nunquid comedit idolothyta? *Nunquid fortiores illo sumus,* fide & scientia, vt faciamus quod dominus ipse non fecit, nec manducauit, quasi diligentiores eo essemus?

Aug.li.1. de morib. eccl. cath. c 33.

f *Omnia mihi licent.* Potestate liberi arbitrij & doctrina legis naturalis: Non quia omnia liceant etiam illicita, sed ecce ponamus licere omnia.

F

g *Omnia.* secundum legem naturæ licent: quia omnia munda de cibis etiam de idolothitis agitur.

h *Licent, sed non omnia expedi.* id est, præcepto nullo domini prohibentur.

SEDVLIVS. *Omnia mihi licent.* Id est, omnia, quæ lege non prohibentur, licent, quia per se non habent peccatum, sed non semper expediunt: quia occasionem nōnunquam generant

NICOLAVS DE LYRA.

1 Videte Israel, &c. *Hic consequenter declarat, quod dictum est per exemplum de veteri Testamento acceptum: in quo sacerdotes de hostijs oblatis in altari viuentes, dicebantur participes altaris. & hoc est quod dicitur:* Videte Israel secundum carnem, *id est, secundum obseruantias veteris legis, quæ Heb.9. dicuntur iustitiæ carnis.*

2 Nonne qui edunt, &c. *q. d. sic: & ex hoc concluditur à simili, quòd percipientes corpus & sanguinem Christi, efficiuntur participes ipsius modo dicto.*

3 Quid ergo? *Hic consequenter ostendit, quòd per participatione mensæ idolorum efficiuntur homines participes dæmoniorum. & per consequens à Deo separantur. dicit igitur:* Quid ergo di. *id est, quòd oblatum idolis ex hoc contrahat aliquam sanctificationem vel mundiciam.*

4 Aut quod ido. *q. d. non dico hoc, sed magis contrarium, vt patet ex supradictis, cap. 8.*

5 Sed quæ immolant. *id est, sed dico, quòd immolata idolis à Gentibus.*

6 Dæmoniis immo. *Tum quia dæmones ad hoc inducebant: Tum quia in idolis responsa dabant.*

7 Et non Deo. *scilicet, vero. quod tamen erroneè Gentiles æstimabant idola colentes. propter quod idolum nihil est. vt ostensum est suprà 8. cap. licet materia idoli sit res aliqua & etiam dæmon.*

8 Nolo autem vos so. fie. dæ. *idolis immolando, vel idolothita in venerationem idoli comedendo: vel etiam comedendo indiscretè, infirmos fideles scandalizando, vt supra dictum est. 8. cap. Vel etiam Gentiles in errore suo per talem comestionem confirmando, vt postea magis exprimitur.*

9 Non potestis calicem domini bibere. *scilicet, dignè qui vnit vos Christo.*

10 Et calicem dæmo. *aliquo dictorum modorum, in quibus est mortale peccatum, separans nos à Christo: ideo subditur.*

11 Non potestis men. domi. par. esse: *per augmentum gratiæ quod est effectus sacramenti eucharistiæ.*

12 Et men. dæ. *per cuius participationem incurritur mortale peccatum gratiæ corruptiuum.*

13 An æmula. *Hic consequenter ponitur huius participationis pœna, cùm dicitur:* An æmul. *id est, prouocamus eum ad iram per talem participationem. q. d. sic. quia separamur ab eo & coniungimur eius aduersario, scilicet, diabolo. quoniam ira est appetitus vindictæ: ideo per hoc incurrimus pœnam à Deo inferendam. Et si dicatur, quòd poterimus eam euadere, hoc consequenter excludit dicens.*

14 Nunquid for. su. il. *q. d. non: quia virtutis est infinitæ, & sic non poterimus ei resistere.*

Diuisio.

15 Omnia. *Hic consequēter ostendit qualiter immolatis idolis sit vtendum. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est. secundò quasdam conclusiones inducit, ibi: Siue ergo manducatis. Prima adhuc in duas: quia primò ostendit qualiter sit vtendum coram infirmis fidelibus. secundò coram Gentilibus, ibi: Si quis vo. Et sensus primi patet ex supradictis. 8. c. Comedere idolathita non est illicitum de natura rei. tamen illicitum est comedere cū scandalo infirmorum. & hoc est quod dicit Apostolus.* Omnia mi. li. *i. idolothitum comedere est mihi licitum de se.*

16 Sed non omnia ex. *mihi ad salutem, sed magis impediunt eam. vtpotè si māducauero idolothita infirmū scienter scādalizando: quia hoc inducit contemptum fraternæ salutis: quod est contra charitatē proximi.*

17 Omnia mihi li. *i. cibaria in lege prohibita, sunt mihi licita.*

18 Sed non omnia ædi. *s. proximum. sed magis deædificant aliquando. In primitiua enim ecclesia conuersi de Iudaismo, & adhuc infirmi scandalizabantur de tali comestione, propter quod in eorum præsentia saltem erat ad tempus abstinendum: ideo subditur.*

10 Et · 1 Nemo

generant delinquendi, vel offendendi fratres. Omne autem quod licet expedit.

A

Lib. ad Polleniū, apud Bedam

AVGVST. Ostendit ea, quæ licita sunt, (id est, nullo domini præcepto prohibentur) sicut expedit potius esse tractanda, non præcepto legis, sed consilio charitatis.

Aug.lib.cōtra Adimāt. ca.14. & lib. de mor. eccle.c.33.

a *Omne quod in ma.* quia licita sunt, & tamen nō est vtendum eis semper, determinat quomodo liceat edere, vel non edere.

†Psal.23.a. †30.di ca. si quis carnē. 23.q.3.c.1.

CANON APOSTOL. Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali cōsortio, nuptiis & carnibus, & vino abstinuerit, non propterea quò mens ad cultū pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationem, oblitus quod omnia pulchra valdè, & quòd masculū & fœminam Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei vocat ad calumniā: aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reiicitor. Consimiliter & laicus.

B

†tales estote, vt nulli præbeatis offēdiculū.

CANON 52. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino festiuis diebus non vtatur, & id per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis: deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis autor sit offendiculi.

C

b *Domini est ter.* Non potest esse immundum quod domini est.

Epist. ad Publicol.

AVGVST. Holus vel quilibet fructus in quolibet agro natus eius est, qui creauit, quia dñi est terra, &c. Et omnis creatura Dei bona est. Sed si illud quod in agris nascitur, sacrificatur idolo, tunc inter idolothyta deputādum est. Itaque aut certum est esse idolothytum, aut certum est non esse, aut ignoratur. Si ergo certum est esse, melius Christiana virtute respuitur: Si autem vel non est, vel nescitur, sine vllo conscientiæ scrupulo in vsum necessitatis assumitur.

c *Si quis vocat vos infidelium, &c.* SEDVL. Non dixit, ite: quia tunc solum debet Christianus ire ad infidelem, si nouit esse profectum, id est, si scit posse eum lucrari.

D

d *Propter illum.* Quia qui idolis seruit, per hoc gloriabitur & confirmabitur in errore, & fratribus malum datur exemplum.

e *Vt quid enim li.* Q. quid opus est, vt putet causa venerationis edere? Iudicor enim non distare ab idololatra. *Vt quid li.* pro alio dimittēdum est, quia aliter de licito damnabilis essem, & de actione gratiarum vituperarer ab imperitis, qui putarēt me sentire idolū aliquid magnum esse.

a ¶ Proximos. b ¶ Et ideo. ¶ Tantum. ¶ Vt eum ædificent.

omnia ædificānt. Nemo quod suum est quærat, sed quod al-

¶ Venditur. ¶ Si vultis.

a terius. Omne quod in macello venit, manducate, nihil in-

¶ Sed an idolothitum sit vel non. ¶ Astantis infirmi. ¶ Manducate quia. ¶ Omnia quibus terra impletur.

b terrogantes propter conscientiam. † Domini est terra & ple-

¶ Item. ¶ Ad cęnam.

c nitudo eius. Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire, omne

d quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes pro-

pter conscientiam. † Si quis autem dixerit, hoc immolatum

a ¶ Non quia immundus sit cibus, sed. b ¶ Ne te credat edere sub veneratione idoli, & glorietur in superstitione sua.

est idolis, nolite mānducare propter illum, qui indicauit, &

¶ Aliorum. vt iam mox determinat. ¶ Quæ firma.

propter conscientiam. Conscientiam autem dico nō tuam,

¶ Infirmi. ¶ De eo, quòd libere licet damnet propter alium, qui aliquid inde suspicatur impium.

e sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena

¶ Gratias agendo Deo. ¶ Cur cado in blasphemiam imperitorum?

conscientia? Si enim ego cū gratia participo, quid † blasphe-

a ¶ Et quia hæc contingunt inde mala.

f mor pro eo, quòd gratias ago? † Siue ergo manducatis, siue

¶ Si hæc rectè fiunt laus Dei sunt. a ¶ Laudem cum inuocatione creatoris.

g bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriām Dei facite.

a ¶ Scandalo. b ¶ Qui abhorrent idola. ¶ Quæ non sic arguuntur, sed in suo errore confirmantur.

h † Sine offensiōne estote Iūdæis & Gentibus ecclesiæ Dei: si-

¶ Sine scandalo cuiusquam agens.

i cut & ego per omnia omnibus placeo: Non quærens quod

¶ Tantum. ¶ Non terrenum vtile.

mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

Aug.in Psal. 146.

f *Siue ergo man.* Nō solum ergo vox tua sonet laudes Dei, sed etiam opera tua cōcordent cū voce tua. Cū enim voce cātaueris, silebis aliquādo vita. Sed sic cāta, vt nunquam sileas. Si enim ore clamas, & fraudem cogitas, siluisti à laude Dei: & quod grauius est, in blasphemiā perrexisti. Cū enim laudatur Deus de bono opere tuo, laudas Deum: & cū blasphematur Deus de malo opere tuo, blasphemas Deum. Si ergo quod māducas & bibis, ad refectionem corporis sumis, reparationémque membrorum, gratias agens ei, qui tibi tribuit mortali & fragili ista supplementorum solatia, cibus tuus & potus laudat Deum. Si verò modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites, quantaslibet laudes Dei lingua tua sonet, vita blasphemat.

E † maledicor. † Col.3.c.

F

g *Omnia in gloriam Dei.* SEDVL. Hoc est nihil faciatis, nisi in quo glorificetur Deus.

h *Ecclesiæ Dei.* quantum ad infirmos quibus fiunt offendicula, dum eorum exemplo adhærent his, quæ inimica sunt Deo.

i *Omni. pla.* Qui hominibus propter veritatē placet, iā non ipse illis, sed veritas placet. Si propter seipsum placet homo, superbia est, hoc est, & quod alibi dixi: Si hominibus placerē, seruus Christi non essem. Sed nunquid placebat persecutoribus suis? Placebat omni generi hominum, quod Christi congregabat ecclesiam, siue iam intus positis siue introducendis in eam.

Aug. lib. de correptione gratia. Gal.1.b.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nemo, &c. quærat. *s. quod sibi placitum est in talibus.* 2 Sed quod al. *abstinendo & euitando scandalū ipsius. Et consequenter ostendit qualiter comedere idolothitum sit licitū dicens.* 3 Omne quod in ma. ve. *i. venditur communiter omnibus.* 4 Manduca. *tanquam licitum ex se: veruntamen potest fieri illicitum propter scandalū infirmorum: ideo subditur.* 5 Nihil inter. *s. vtrū immolatum sit idolis aut non.* 6 Propter con. *s. fratris astantis infirmi, vt dicit glo qui scandalizarent ex tali comestione credendo, quòd fieret in veneratione idoli, si comederet idolothitum post talem certificationem. Sed quòd ante possit comedere licitè probet per Psalmum 23.a.* 7 Domini est ter. & plenit. e. *i. animalia terram replentia, & per cōsequens de se sunt munda: quia domini nihil est immundum, nec immundiciā contrahunt per idolum.* 8 Si quis. *Hic consequenter ostenditur qualiter vtendum sit idolothitis coram Gētilibus, dicens:* Si quis vo. vos infi. *ex aliqua familiaritate & amicitia licita.* 9 Et vultis ire. *q. d. vobis licet, quia non præsumitur, quod ex tali vocatione velit vos ad infidelitatem suam trahere, imo frequēter factum est, quòd firmi in fide sic vocati trahebant vocantes ad fidē.* 10 Omne quod vo. ap. man. *tanquā vobis licitū: quia tamen potest fieri per accidens illicitū, ideo subditur.* 11 Nihil interro. &c. *Et cuiusmodi sit conscientia exprimemur postea.* 12 Si quis au. *s. Gentilis.* 13 Dixerit hoc immo. &c. *qui crederet vos comedere in veneratione idoli, sicut ipse.* 14 Et pro con. *Et ostendit cuius s. conscientiā, di.* 14 Con. autē di. &c. *Quia tu scis cibum de se licitum. loquitur enim Apostolus talia scientibus. vnde suprà dixit: Vt sapientibus loquor, &c.* 15 Sed alteri. *s. Gentilis iudicantis illud immolatum esse idolis, vel assistētis iudicanti: quia videns peritum in lege Christiana talia comedere, gloriatur de sua superstitione, & firmabitur in illa magis quā ante. ideo subditur.* 16 Vt quid enim li. *q. d. non est rationabile, quod ego sic abutar libertate comedendi talia, quòd per hoc iudicer Gentibus sicut idololatra.* 17 Si enim e. *i. comedere possum talia cum gratiarū actione in secreto.* 18 Quid blasphe. *id est, quare expono me blasphemijs Gentiliū iudicantium me idololatram, coram eis?* 19 Pro eo, &c. *i. pro comestione quam possum licitè facere cū Dei gratiarum actione in eorum absentia. q. d. merito reprehensibilis essem si talibus iudicijs infidelium & blasphemijs me exponerem.* 20 Siue ergo. *Hic ex prædictis infert conclusiones duas. Prima est respectu Dei. cum dicetur:* Siue er. man. siue bi. *Quod immediatè pertinet ad sustentationē corporis.* 21 Vel aliud, &c. *quantum ad alia negotia vos contingentia.* 22 Omnia in glo. &c. *Tota enim creatura ordinatur ad Deū sicut exercitus ad ducem, vt habetur 12. Metaphic. Exercitus autē bene ordinatus primò & principaliter quærit gloriā ducis quod est victoria. Et eodē modo omnis creatura & potissimè rationalis in omnibus operibus suis primò & principaliter debet quærere gloriā conditoris, sicut etiam videmus, quod manus naturaliter se exponit abscisioni pro conseruatione capitis, præponēs eius bonū proprio bono suo.* 23 Sine offen. *Hic ponitur secunda conclusio, quæ est respectu proximi, dicens:* Sine offen. estote Iud. *i. manentibus in Iudaismo.* 24 Et Gen. *i. in Gentilitate existentibus.* 25 Et ecclesię Dei. *i. credentibus tam ex Gentibus quā ex Iudæis: condescendendo omnibus quantum fieri potest sine peccato: quia per talē cōdescensionē conuersi ex istis vel illis in fide magis stabiliuntur, & nō conuersi ad fidē attrahuntur, & ad hoc proponit se in exemplo, di.* Sicut & ego. *& subdit rationem dicens.* 26 Non quærens, &c. *i. proprium bonum, sed commune: quia quanto bonum est communius, tanto diuinius & desirabilius: & maximè respectu vltimi finis cōsequēdi, quod est in proposito. ideo sequitur.* 27 Vt sal. fi. *æternaliter.*

CAP.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAPVT XI.

A a Mitatores. Sunt gradus in ecclesia maiorum & minorum, vt illi exemplo præcedāt, hi imitatione sequantur. Sed & qui præcedunt, si neminem sequuntur, errabunt: sequuntur ergo aliquem, id est, Christum.

Aug. in Psal. 34.

b Lau. &c. De velationibus in quibus arguit illos suas traditiones non seruantes: quia illorum aliqui viri velato capite, & aliquę mulieres nō velato capite orabant, aut prophetabāt. vnde & succenset eis Apostol⁹, quia cū esset eis Apostol⁹, immemores erāt traditionum eius. Quasi etsi de aliis culpo, laudo de hoc. ironia.

† supra 4.d.

†Ephe. 5.

B ✻ SEDVL. & PRIMAS. Quid est quòd subito laudat, quos ante vituperauit? Idem vbi legis præcepta non habet, blandimentis prouocat ad rationem. Nunc primū dicit: Volo autē.

c Viri, &c. Vel nomine viri intelligitur hic spiritus, nō ille spiritussanctus, qui cū patre & filio immutabilis manet, & dignis animis incōmutabiliter datur. Sed spiritus hominis, qui quasi animæ maritus, animalem affectionem tanquam coniugem regit, de quo dicit Apostolus: Nemo scit, quæ sunt hominis. de quo & dominus ait mulieri Samaritanę. Vade voca virum tuū. Hic ergo spiritus cum præsens, id est, intentus est, se Deo subiicit pietate, intelligit spiritualiter, quæ sunt domini luce sapientiæ illustratus. Huius viri. D

Augu. lib. 2. de adulteri. coniug. c. 4. & li q veteris & noui test. q. 24.

d Caput Christus est. quia spiritus hominis regitur à sapientia Dei, quæ Christus est: in quo sicut in capite sunt omnes sensus spirituales, id est, plenitudo gratiarum, de qua accipit vir iste. per hoc autem est vir caput mulieris, id est, rector animalitatis, quæ regitur à spiritu tanquā mulier à viro.

Caput vi. In quo habet omnes sensus spirituales, sicut in capite corporalis. Et quia viri caput est Christus sine alio mediante: & per Christū Deus, in signum libertatis, non habet velum quod est subiectionis signum.

† De sacra vnctione c. vnico De hæreticis. c. vergentis.

✻ CHRYSOSTOMVS. Hoc in loco prosiliūt in nos hæretici ex his verbis minorem filium suspicantes. Verùm seipsos oppugnant. Nam si caput mulieris vir est, eiusdē autem substantiæ est & caput & corpus, caput verò Christi Deus est, sequitur eiusdem esse substantiæ & patrem & filium, &c. E

† probo sufficit seu, de honestat.

e Ca. ve. Pater: quia filius à patre est & de patre, nō pater à filio vel de filio. Ille huius principiū, vnde & caput eius dicitur: Vel Deus. i. diuina essentia vel trinitas, caput Christi secundū q hominem, quia diuinitas vtpote creatrix caput est creaturæ assumptæ.

Augu. 7. de Trin. c. 6. & lib 12. ca 7. lib. de spiritu & anima, c. 34.

f Orans aut. Quia in aliis vbi est, potest valere, sed nondum

CAPVT XI.

¶Et in hoc. ¶Vt nullum defendatis. ¶Et per me Christi.
a †Mitatores mei estote, sicut & ego Chri 1
¶Qui nullum offendit, sed omnes saluare venit. 2
b sti. Laudabo autē vos fratres, quòd per 3
¶Meæ autoritatis. ¶Tam perfectè.
omnia mei memores estis: & sicut tra- 4
didi vobis præcepta mea tenetis. †Volo 5
¶Vtile ad sequentia. a ¶Dominus, quia per eum creatus.
c autem vos scire, quòd omnis viri caput
¶Rector. a ¶Quia ex eius costa, sed virtute Dei.
d Christus est. †Caput autem mulieris vir. Caput verò Christi 6
e a ¶Trinitas, secundum quod homo. ¶Pater, secundum quod filius à patre. b ¶Ideo. c ¶Etiam potens vel. d ¶Aliquid à Deo ¶Scripturas referans. e ¶Quasi non liberæ mentis. f ¶Quia turpe illud facere velato capite.
Deus. Omnis vir orās, aut prophetās velato capite, †deturpat 7
a ¶Quia vir caput mulieris. ¶Quæ inferior & subiecta viro. b ¶Sine signo subiectionis, quam debet viro, quasi nihil sit medium ad Deum. 8
f caput suū. Omnis autē mulier orās, aut prophetās nō vela- 9 10

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

1 Imitato. mei, &c. Postquā Apostolus remouit à fidelibus illud, quod est cōtrariū eucharistiæ sacramēto s. participationē mēsæ idolorū, hic cōsequēter eos instruit de sacramēto eucharistiæ. Circa quod primò ponit præambulū. secūdò accedit ad propositū declarādū ibi: Volo aūt. Prima in duas: quia primo ponit quandā generalē monitionē. secūdò circa hunc ostēdit Corinthiorū dispositionē. ibi: Laudo autē. Circa primū sciendū, q inferiora naturaliter imitātur superiora. & in hoc cōsistit perfectio eorū. Primum autē exemplar imitationis verū est filius Dei, Ioan. 1. a. Omnia per ipsum facta sunt. propter quod omniū perfectio cōsistit in imitatione huius exēplaris: quia nō poterat à nobis videri in sua deitate, factus est homo, vt nobis hominibus humanū præberet exēplar visibile. Et sicut deitatis eius exēplar imitātur primò angeli, & secūdò cæteræ creaturæ, sic humanitatis exēplar primò prælatis ecclesiæ præponitur imitādū, Ioan. 13. b. Exemplū dedi vobis, vt quemadmodū ego fe. &c. hoc enim dictū fuit apostolis quorū successores sunt episcopi. 21. di. c. In nouo Test. Secūdò prælati Christi exēplo informatum præponitur fidelibus in exēplum. ideo dicit Apostolus: Imitatores mei estote. qui sum vester apostolus, vt dictū est supra ix. ca. 2 Sicut & e. Chri. Quia subditi nō tenētur prælatis obedire inquantū deuiant à Christo. 3 Laudo autem vos fra. Hic consequēter ponitur dispositio Corinthiorū circa dictam monitionem: inter quos erant aliqui boni dolētes de contentionibus aliorū, vt dictū est. supra, & secundū hoc verbū Apostoli intelligitur dictū seriose, cū dicitur: Laudo autem vos fratres, &c. mei estis. exempla mea fideliter imitando. 4 Et sicut tradidi vobis, &c. humiliter obediendo. Alij autem erant cōtentiosi & male ordinati: & secundū hoc verbū Apostoli intelligitur ironicè. cuius sensus literalis accipiendus est per contrariū, sicut sensus parabolæ per simile. & sic est sensus: Lau. autem vos. &c. i. vitupero vos. quia nec imitamini me exēplis nec præceptis meis obeditis. Et hoc secundò modo exponit Glos. cui consonare magis videtur sequens litera. 5 Vo. autē. Hic cōsequēter Apostolus accedit ad propositū docēdo Corinthios de sacramēto eucharistiæ. & diuiditur in tres partes: quia primò redarguit errores eorū circa huius sacramēti celebritatē. secūdò declarat huius sacramēti dignitatē, ibi: Ego sum. tertiò docet ritū cōuenientē ibi: Itaque fra. Prima adhuc in tres: quia primò reprehēdit errorē eorū circa habitū. secūdò circa cōuictum, ibi: Hoc autem præcipio. tertiò circa cibū, ibi: Conuenientibus igi. vo. Prima adhuc in duas: quia primò ponit quoddā documentū, ex quo reprehēsio sequēs sumitur. secūdò monitio subditur ibi: Omnis autem vir. Circa primū ponit triplicē comparationem. prima est hominis ad Christū qui est caput hominū: ideo homines cōparantur ad ipsum, sicut mēbra ad caput & hoc quadruplici rōne. Prima accipitur ex perfectione: quia sicut in capite sunt omnes sensus solo tactu exeūte in alijs membris, sic in Christo est gratiæ plenitudo, Ioh. 1. b. Vidimus eum quasi vnige. à pa. ple. gratiæ & veritatis. in alijs autē hominibus sunt gratiæ singulares, sicut dicitur ca. se. Alij per spiritū datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, &c. Secunda accipitur ex eminentia. quia sicut caput supereminet cæteris membris, sic etiā Christus supereminet non solū hominibus sed etiā angelis, Eph. 1. d. Constituens eū ad dexterā suam in cælestibus super omnē prin. & potestatē, &c. Tertia accipitur ex influētia, quia sicut caput influit cæteris mēbris sensum & motū corporalē, sic Christus influit cæteris mebris ecclesiæ sensum & motū gratiæ, Col. 2. b. Caput ex quo totū corpus p nexus & cōiunctiones subministratū est. Quarta accipitur ex cōformitate in natura quā habet caput ad mēbra, & similiter Christus homo ad homines, Phil. 2. a In similitudinē hominis factus est, &c. & hoc est quod dicitur: Volo aūt vos. Secūda cōparatio est hominis ad hominē q similimodo. 6 Caput aūt. Primò rōne perfectionis: q vir est perfectior rōne corporis, fœmina enim est mas occasionatus, vt dicit Philosophus li. de generatiōe animaliū. Est etiā perfectior rōne animæ, q viuacitas prudētiæ magis viget in viro quā in muliere. Scdò rōne supereminētiæ. vnde mulieri dicitur Gen. 3. c. Sub viri potestate eris. Tertiò rōne influētiæ: Tū q vir regit mulierē: Tū q in opere generationis vir habet virtutē actiuā, mulier verò passiuā. Quartò rōne cōuenientiæ in natura: quia vir & mulier nō differūt spē. ideo dicitur: Caput aūt mu. vir. Tertia cōparatio est Christi ad Deū patrē. q suo modo est caput filij secūdum deitatē: excepta prima rōne sumpta ex perfectione. Nō enim pater est pfectior filio: verū tamē est principiū filij: & sic habet quādā eminētiā inquātum non est ex alio: influit etiā quodāmodo in filiū, inquātū quidquid habet filius, habet à patre nascēdo, sunt etiā nō solū similes in natura, sed etiā vnū, distincti tātū in psona. Si verò accipiatur cōparatio secūdū humanitatē, sic Deus est caput Christi suo modo secūdū quatuor cōditiones præmissas: q Deus pfectiōis est infinitæ, Christus inquātū homo finitæ. supereminet etiā Deus Christo inquātū homini, vt creator creaturæ, influit etiā ei plenitudinē gratiæ. est etiā ibi similitudo naturæ inquātū humana natura est ad imaginē & similitudinē Dei facta, Gen. 1. d. Facia. ho. ad ima. Dei, &c. ideo dicitur, Caput verò Christi Deus. 7 Oīs vir. Præmisso documēto hic cōsequēter subditur monitio: Cuius ratio sumitur ex illo documēto Et diuiditur in duas partes: q primò ponitur monitio ex parte viri. secūdò ex parte mulieris ibi: Oīs aūt mu. Circa primū cōsiderandū, q vir assistēs iudici debet dignitatē suā præferre. Deo aūt, q oīm iudex est, assistit hō dupliciter. Vno modo orādo, q tūc humana refert ad Deū. Alio modo pphetādo, & tūc diuina refert ad homines. & accipitur hic pphetare put qs reuelata diuinitus alijs refert ad ecclesiæ ædificationē. vnde supra illud: Prophetās, dicit. Glo. i. scripturas referās, quod est intelligēdū quādo hoc fit in psona ecclesiæ. Et similiter dicēdū de orare. Isti verò act⁹ exercere debēt capite nō velato: q p hoc designatur q exercēs immediate subest Deo, q inter caput suū & Deū nō est velamētū mediū, sicut nec inter ecclesiā & Deū. ideo dicitur: Om. v. o. in psona ecclesiæ, vt sacerdos cōsecrās. 8 Aut pro. epistolā vel euāgeliū, seu lectionē in choro referēs. vel aliqd huiusmodi. 9 Vela. c. de ca. su. i. indecēter exercet talem actū sicut turpitudo corporis consurgit ex inordinatione membrorum nec obstat prædictis, q aliqui decenter orāt cooperto capite in secreto vel vt singulares psonæ: q talis coopertio fit ad maiorē mētis qetudinē. Apostolus aūt hic loquitur de oratione facta publicè & in psona totius ecclesiæ: & eadē ratione ea, quæ dicūtur in ecclesia à tota multitudine sicut psalmi cōueniēter possunt cātari velato capite: q verbū Apostoli intelligitur quādo aliqd ab vno cātatur quasi singulariter se Deo præsentāte in psona ecclesiæ. Similiter prædicās siue docēs in scholis refert sacrā scripturā, vt loquēs in psona ppria ideo cooperto capite possunt cōueniēter fieri talia. 10 Oīs au. Hic cōsequēter ponit monitionē, ex parte

Diuisio. — C — Diuisio. — Vir caput mulieris propter quatuor. — F

A suo iudici se offert & colloquitur, vbi conditionem suam necesse est profiteri.

a Decaluetur. Decaluari mulierem quantum ad apostolum turpe, detonderi quantum ad ipsam.

✻ SEDVL. & PRIMASIVS. Notat consuetudinem Corinthiorum, qua mulieres eorum intecto capite ad ecclesias veniebant, gloriantes in crinibus, quod nō solū inhonestū erat, sed etiam concupiscentiæ fomēta præstabat videntibus, & viri comam nutrirēt indifferenter, & vescebātur in templis, & inflati sapiētia seculari, resurrectionem carnis negarēt. B

b Nam si non velatur mulier tondeatur. Si verò turpe est, &c. ✻ AVGVST. Nolo de ornamentis aureis vel vestibus pręproperā habeas in prohibendo sententiam, nisi eos, qui neque coniugati, neque coniugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo. Illi autem cogitant, quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viri vxoribus, vel mulieres maritis. Nisi quòd capillos nudare fœminas (quas etiā caput velare iubet Apostolus) nec maritatas decet. Fucare autem pigmentis, quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua nō dubito ipsos etiam maritos nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari, & hoc secundum veniam, non secundum imperium. Nam verus ornatus, maximè Christianorum & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax, verùm ne auri quidem, vestisque pompa, sed mores boni sunt. C Execranda autem superstitio ligaturarum in quibus etiam inaures virorum in summis ex vna parte auriculis suspensæ deputantur, non ad placendum hominibus, sed ad seruiendum dæmonibus adhibetur, &c. D

Epistol. ad Possidoniū apud Bedā.

c Quoniam imago. Imago & similitudo pro se inuicē accipiuntur, sed tamen in hoc propriè est similitudo animæ cum Deo, quòd incircūscripta, quòd vbique tota & simul.

† rasa esset.

✻ SEDVL. Sicut inter imaginem, & eū cuius imago est, nullum velamen interponitur: ita vir nō debet velamē habere, quia nulla creatura inter Deum & ipsum interposita est, si generaliter ad naturalem viri gloriam respexeris. E

Quoniā imago. AVGVST. Homo dicitur imago Dei, & ad imaginem, quia non æqualis, sed quadam similitudine accedit. Filius imago, non ad imaginē, quia æqualis patri. Homo ad imaginem, vt sicut Deus præest omnibus per potentiam, sic homo terrenis per intelligentiam. Fœmina in adiutorium, non ad carnalem concupiscentiam, quia nec corruptibilia corpora tunc habebant antequam eos mortalitas inuaderet. In adiutoriū quippe, vt habeat vir gloriā de ea, cum ei præiret ad Deū: & se ei daret ad imitandum sanctitate sicut ipse esset gloria Dei, cum eius sapientiam sequeretur. vnde: Non enim vir ex muliere, & non est creatus vir propter mulierē. Hoc in eodē viro, dū ratio subiugat sibi animalitatē: q si ratione consentiente animalis nimis ad exteriora progreditur, mox ambo veritate nudati, apertis oculis conscientiæ F

Vbi suprà. — Genes. 3. b.

a ¶Et verè. b ¶Tantundem est ad turpitudinem.
a to capite, deturpat caput suum. Vnum est enim ac si † de- 1
a ¶Non velata decaluatur, quia aut decaluabitur, aut tondebitur: quod constat eam nolle. ¶Et decaluetur vel etiam tondeatur: sed, Si turpe est.
b caluetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si ve- 2
¶Qui maior est.
rò turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput
¶Signum subiectionis habere, quasi non liber ad Deum. a ¶Honor obstat ne velet: quia imago & gloria Dei, non debet abscondi.
c suum. Vir quidem non debet velare caput, quoniam 3
¶Quia ex eo, non vir eius quia.
imago & gloria est Dei. Mulier autem gloria viri est. Non 4
a ¶Adam. ¶Eua. ¶Eua. b ¶Alia ratio cur gloria viri: & quia. ¶Adam. c ¶In adiutorium. 5
enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Etenim non est 6
¶Eua. a ¶In adiutorium viri.
creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.
a Et ostendatur subiecta, & quia præuaricatio per eam cępit velet caput, non habeat liberum, propter sacerdotum reuerentiam: vt sicut ante iudicem, ita ante vicarium sacerdotem sic subiecta viro, vel ne sacerdotes intuentes eius faciem irritentur ad libidinem. b ¶Vel potestatem, alia litera.
¶Grata est enim sanctis angelis & sacrata & pia significatio ista.
Ideo debet mulier velamē habere supra caput suum propter 7

NICOLAVS DE LYRA.

mulieris. & diuiditur in tres partes: quia primò facit quod dictum est. secundò ad hoc probationem inducit, ibi: Vnum est. tertiò iudicium auditoribus committit, ibi: Vosipsi iudicate. Circa primum dicit: Omnis au. mu. &c. de. ca. su. i. indecenter exercet talem actum, vt dictum est de capitis deturpatione. Sed contra hoc videtur quod dicitur. 1. Timo. 2. d. Docere autem mulieri non permitto, quid ergo pertinet ad eam orare publicè & prophetare? Dicendum. quòd Apostolus intelligit ibi de sermocinationibus & doctrinationibus publicis: hic verò de orationibus & informationibus quas mulieres religiosæ in suis collegijs faciunt: quæ fierent indecenter capite non velato.

1 Vnum est e. Hic consequenter ad probationem dicti inducit triplicem rationem. prima sumitur per cōparationem ad naturam humanam. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd natura cæteris animalibus prouidit sufficienter de auxilijs ad vitam conseruandam, vt de cornibus & de vnguibus & huiusmodi ad sui defensionem, de corio duro, pilis, plumis & huiusmodi contra aëris intemperiem, hæc autem non potuit facere homini propter complectionis teneritudinem, & quia natura humana est determinata ad vnum, sicut est natura brutorum. Dedit sibi tamen talia imperfecta per excogitationem rationis & per operationem manuum perficienda. Sicut natura dedit homini capillos ad tegumentum capitis. Sed quia hoc tegumentum est insufficiens, per artem perficit addens sibi aliud tegumentum. Sic igitur eadem ratio videtur de tegumento capitis naturali & artificiali. Naturale autem est mulieri, vt comam nutriat: habet enim ad hoc dispositionem ex humiditate naturæ, quæ maior est in mulieribus quàm in viris, propter quod quædam inclinatio naturalis est in mulieribus ad nutritionem comæ, propter quod communiter accidit, quòd mulieres plus student ad hoc quàm viri. Ex quo sequitur conuenientius esse mulieres vti velamine capitis artificiali quàm viros, ideo deturpat caput suum si non velet, & hoc est quod dicitur: Vnum est enim ac si de. i. eiusdem rationis est & incontinentiæ ac si velamine naturali priuaretur. q. d. si abijcit velamen artificiale, pari ratione abijciat naturale. Nec obstat, quòd sanctimoniales tondentur: hoc enim fit in signum, quòd immediatè Christo desponsantur & à subiectione viri liberantur. Consequenter concludit propositum suum, di.

2 Si verò tur. est, &c. suum. q. d. quia hoc est turpe: nisi in illis, quæ Christo desponsantur, vt dictum est, ideo indecens est, quòd sit sine velamine capitis

3 Vir quidem. Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex comparatione viri ad Deum, & est ratio talis: Vir est gloria Dei, mulier autem gloria viri, gloria Dei est reuelanda, gloria autem hominum occultanda; propter quod decens est caput in mulieribus velari, non autem viri. Prima pars huius rationis ponitur, cum dicitur: Vir quidem non debet velare caput su. quia imago & gloria Dei est. Est autem imago Dei imperfecta, quia in alia natura, sicut imago regis in cera vel alia materia: filius autem regis est imago eius perfecta. Et similiter solus filius Dei est imago patris perfecta, quia in eadem natura. virtutem imperfecta: propter quod magis dicitur esse ad imaginem Dei quàm eius imago. Est etiam gloria Dei. Gloria autem à claritate dicitur, quasi quædam claria. c. mutata. in g. Si igitur accipitur claritas Dei, quam habet in se, sic vir non est gloria Dei: sed magis econuerso. Si autem accipiatur claritas Dei, id est, vt ab ipsa deriuata, sic homo est gloria Dei, quia claritas intellectus humani, quæ magis viget in viro quàm in muliere, deriuatur à claritate Dei secundum illud Psal. 4. b. Signatum est super nos lumen vultus tui domine.

Consequenter ponitur pars secunda, cum dicitur.

4 Mulier au. Non dicit imago viri ad designandum, quòd tam vir, quàm mulier immediatè sunt ad imaginem Dei, secundum naturam intellectualem: vir tamen perfectius, vt dictum est: sed dicit, quòd est gloria viri, quia deriuata est à viro, Genes. 2. d. Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est: ideo subditur.

5 Non e. v. Hic consequenter idem ostenditur ex fine, cum dicitur.

6 Ete. non est. sed econuerso, quia facta est in adiutorium viri Gen. 2. & naturaliter subiecta viro, velamen autem capitis est signum subiectionis, propter quod concluditur: Ideo debet mu. &c.

7 Prop. an. Hic consequenter ponitur tertia ratio, & secundò circa prædicta remouetur dubitatio, ibi: Veruntamen. Hæc tertia ratio sumitur ex comparatione ad angelos cœtibus fidelium assistentes, secundum illud Psalm. 137. In conspe. an. Psal. ti. propter quod viri & mulieres decenter se debent habere pro reuerentia angelorum. Alio modo potest exponi, vt sacerdotes dicantur hic angeli, secundum illud Malach. 2. Labia sacer. cu. scien. &c. propter quod mulieres debent orare velatæ, ne viri ex aspectu non velatarum ad concupiscentiam prouocentur.

Diuisio. — Naturæ dispar prouisio. — Moniales cur tōdeantur.

1 Veruntā.

6 Quotiescunq;&c. *Dicit panem,propter species panis remanentes: hunc, propter idem numero corpus Christi significatum & contextum.*

7 Mortem d.an. *ipsam representando per hoc sacramentum.*

8 Donec ve.ad iu. *Per quod datur intelligi, quòd celebratio huius sacramenti non deficiet in ecclesia vsque ad finem mundi. vnde dicit Salvator Matth.vlt.d.* Ecce vobiscum sum omni bus diebus vsq; ad cõsummationem seculi. *quia in hoc sacramento est totus Christus secundum humanitatem & deitatem,vt patet in præcedentibus.*

9 Itaque. *Offensa dignitate huius sacramenti, hic consequenter Apostolus inducit fideles ad debitam eius sumptionem. Et diuiditur in duas: quia primò ostendit periculum indignè sumentium. secundò adhibet remedium,ibi,* Probet autem. *Circa primũ dicit:* Itaque qui man.pa.h. *id est,hoc sacramentum in quo sub specie panis continetur verum corpus Christi:& sub specie vini verus sanguis eius.*

Diuisio

10 Indignè. *quæ indignitas triplicitter potest contingere. Vno modo ex ipsa celebratione,vt si quis non obseruet ritum à Christo institutum,offerendo alium panem quàm de tritico,& aliud vinum quàm de vite.& similiter si non obseruet institutã ecclesiæ circa eucharistiæ cõsecrationem. Alio modo ex parte celebrãtis vel sumentis, hoc sacramentum sumendo.*

Indignitas sumẽdi triplex.

✻ *s.cum*

✻ *s.cũ volũtate peccãdi mortaliter de futuro,vel impœnitens de præterito.*

1 Reus c.c,& *s.do. Glo. pœnas mortis Christi exoluet.i. punietur ac si Christum occiderit. Quod non est intelligendũ secundum æqualitatem, sed secundum quandam similitudinem. Maius enim peccatum est agendo cõtra humanitatem Christi in specie propria quàm in aliena:quia hoc est contemptibilius & horribilius. Item quia Iudæi occidentes Christum moti fuerunt ex odio & inuidia quæ notabiliter aggrauauerunt peccatum. Alio modo accipitur indignitas ex parte sumentis ex defectu deuotionis, vt pote quia distracta mente ex occupatione temporalium accedit ad hoc sacramentum: habitualiter tamen retinet debitam reuerentiam. Et talis indignitas non facit sumentem reum corporis & sanguinis domini , impedit tamen fructum sacramenti saltem in parte.*

Contra dicta arguunt aliqui dicentes,q̃ peccatores actu possunt accedere ad hoc sacramentum,sicut infirmus actu ad medicamentum. Sed hoc non valet:quia sicut baptismus datur ad regenerãdum in vita spirituali, sic eucharistia ad nutriendum regeneratum. nihil autem nutritur nisi viuum.ij.de anima. propter quod in sumentibus hoc sacramentum requiritur vita gratiæ.

2 Probet au. *Hic consequenter adhibet remedium contra dictum periculum. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit propositum.secundò,declarat quoddam dictum.ibi:* Ideo. *Circa primum dicit:* Probet autem seip.ho. *proprium conscientiam diligenter examinando & emundando.*

Diuisio

3 Et sic de pa.il.edat , &c.i. *tunc fructuose potest hoc sacramentum sumere. Fit autem hic mentio de duplici specie : nam in primitiua ecclesia dabatur fidelibus:sed propter periculum effusionis sanguinis,modo datur tantum sub specie panis. Sacerdes tamen celebrans accipit sub vtraq; specie,non tantum pro se,sed etiam pro aliis.*

4 Qui enim man.& bib.indi. *modo supradicto.*

5 Iudicium si.man.& bib.i. *ad suam condemnationem sumit.*

6 Non diiudicans cor.do.i. *non discernens ab aliis cibis sumens eodem modo sicut alios cibos. Sed contra hoc videtur quod dicitur Ioã. vj s.*

An sæpius sumẽda eucharistia.

Qui manducat me,viuet propter me. *Ad quod dicendum,q̃ intelligi tur de digne manducantibus tantum. Sciendum etiã , q̃ ex hoc verbo dicunt aliqui , q̃ hoc sacramentum sit frequenter sumendũ ad vitam gratiæ continuandam & augmentandam. Alij autem attendentes dignitatem sacramenti & indigne sumentium periculum,dicunt q̃ rarius est sumendum. Aug.autem neutrum vituperat,quia vtrunq; bene potest fieri. sicut Zacheus recepit hospitio suo dominum gaudens,Lu.xix.a. Et Centurio repulit eum ab hospitio suo,d.* Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum,&c. *Mat.viij.b.& vtrunq; laudatur. Primum enim procedit ex amore.secundum ex reuerentia & timore. Amor autem simpliciter præponitur timori:ideo frequentatio huius sacramenti est simpliciter melior:Veruntamen quod est simpliciter melius non est semper melius quantum ad aliquem,propter eius indispositionem. Propter quod quilibet debet diligenter considerare in seipso quem effectum habeat huius sacramenti frequens susceptio: quia si ex hoc crescit feruor deuotionis & potentia resistendi peccatis,frequentandum est hoc sacramentum: si autem,rarius est sumendum.*

7 Ideo in.v. *Hic consequenter manifestat quoddã dictum.s.q̃ sumens indignè iudicium sibi manducat & bibit. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd si Deus omnia mala præsentaliter puniret , nihil futuro iudicio reseruaretur. Iterum si nulla mala puniret in præsenti , eius prouidentia nulla hominibus videretur:Neutrum est conueniens. ideo aliqua reseruat futuro iudicio puniẽda , & aliqua punit in præsenti. Et maximè circa principium legislationis videtur conuenientis talia punitio , vt ex terrore alij inducantur ad obseruantiam: Sicut Exo.xxxij.dicitur,post legislationem immediatè multa milia hominum occisa fuerunt in vituli conflatilis adoratione. Et similiter in primitiua ecclesia post lationem legis nouæ per Christum, Ananias & Saphira puniti fuerunt subitanea morte pro peccato furti & mendacij,vt ex terrore alij à consimilibus cauerent. Act. v. Et similiter in primitiua ecclesia fuerunt multi puniti terribiliter ex eadem causa,propter indignam susceptionem huius sacramenti , & per hoc manifestatur iudicium Dei:propter quod dicitur:* Ideo.i. *propter indignam eucharistiæ sumptionem.*

8 Inter vos mu.in.s. *puniti diuinitus infirmitate corporali.*

9 Et im. *longa valitudine laborantes.*

10 Et dor.mu. *somno mortis corporalis:à Deo subitò interfecti.*

11 Quòd si nosm.di. *conscientias nostras examinando & purgando ante sumptionem sacramenti.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A cogitet quàm sit contremiscenda illa pœna cùm percipientibus alijs vitam æternam, alij præcipitētur in mortem æternam, &c.

lib. Sententiar. Prosperi, sent. 110.

✻ IDEM. Peccata, siue magna siue parua impunita esse non possunt: quia aut homine pœnitente, aut Deo iudicante plectū- tur. Cessat autem vindicta diuina, si conuersio præcurrat humana. Amat enim Deus pœnitētibus parcere: & eos qui semetipsos iudicāt, non iudicare.

ibi. sen 187.

✻ IDEM Bene currit ad remissionē peccatorum qui displicet sibi. Apud iudicem enim iustum & misericordem, qui se accusat, excusat.

† De cōs. di. 2. c. liquido.

a *Dū iudicamur, &c.* Eisdem qui patiuntur etiā pœna est aliquando purgatio, vt prophetæ Addo qui prohibitus comedit: qui viuus potuit terreri vel contristari de eo quod non erat futurus mortuus. Dictum est enim ei: *Non inferetur cadauer tuum in sepulchro patrum tuorū,* Et per hoc inobedientia prophetæ puniri potuit, ne ad supplicium tartareum eius anima raperetur.

† ad condēnationem. Aug. lib. de cura pro mort. ag. 3. Reg. 13. e 2. Par. 12. d

B lib. sent. Prosperi, sent. 5.

✻ AVGVST. Diuina bonitas ideo maximè irascitur in hoc seculo, ne irascatur in futuro: & misericorditer temporalem adhibet seueritatem, ne æternam iustè inferat vltionem. D

✻ IDEM. Tu propitius fuisti illis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Etiam vlciscens, propitius fuisti: non solum donans peccata, sed etiam vindicans propitius fuisti. Illi ergo Deus irascitur, quem peccantem non flagellat. Nam cui verè propitius est, non solum donat peccata ne noceant ad futurum seculum, sed & castigat, ne semper peccare delectet. (In Psal 98.)

a ¶ Pœnitendo. b ¶ Puniremur. c ¶ Sed nec iudicium aliis inutile.
a sos diiudicaremus, non vtiq; diiudicaremur. Dū iudicamur 1 2 3
a ¶ Secundum alios. b ¶ Cum amatoribus mundi. 4
b autem à domino, corripimur, vt non cum hoc mundo dam- 5
a ¶ Q. Infidelis est qui inconsideratè accedit. b Ne similis pœna vobis contingat. ¶ Ad similitudinem dominicæ cœnæ. 6 7
nemur. † Itaque fratres mei cum conuenitis ad manducan- 8
¶ Ieiuni. ¶ Sed. ¶ Terrenis, pascatur. a ¶ Suos cibos, nec post eucharistiam sumat. 9
c dum, inuicē expectate. Si quis esurit, domi manducet, vt nō 10
a ¶ De eodem: sed his carere non potestis. 11
d † in iudiciū cōueniatis. Cætera autem cū venero, disponam. 12 13

b *Corripimur.* In paucis omnium emendatio, quia timore pœnæ nostræ alij emendantur.

c *Inuicem expe.* AMB. Vt multorum oblatio simul celebretur. & omnibus ministretur.

d *Cætera cùm venero disponam.* ✻ AVG. Hinc intelligi datur, quia multum erat vt in epistola totum illis agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla horum diuersitate variatur. (Ex Epistola 118. ad Ianua. c. 6.) E

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non vti. di. *i. puniremur à domino per modum talem. Notandum verò quòd Apostolus in hoc iungit se alijs, non quia esset culpabilis, sed ostendens se iunctum esse cum eis charitate.*

2 Dum iu. au. à do. *id est, punimur dicto modo.*

3 Corripimur. *quia talis pœna ad correctionem inducitur: Et hoc dupliciter. Vno modo ad correctionem non punitorum, quando punitio est ad mortem corporalem. Alio modo ad correctionem punitorum & etiam non punitorum. s. quando punitio est per infirmitatem & imbecillitatem.*

4 Vt non cum h. m. *id est, hominibus mundanè viuentibus.*

5 Damnemur. *s. æternaliter.*

6 Itaque. *Hic vltimò concludit Apostolus intentum reducendo fideles ad debitum modum. d.* Itaque fr. m. cum con. *in ecclesia.*

7 Ad man. *i. ad sumendum hoc sacramentum.*

8 Inui. ex. *vt simul sumatis: quia sacramentū est ecclesiasticæ vnitatis.*

9 Si quis es. *non potens hoc expectare.*

10 Domi man. *cibos suos communes, postmodum tamen eucharistiam non sumpturus eodem die: poterit tamen in alia. Communicabant enim fideles communiter quotidie in primitiua ecclesia.*

11 Vt non in iu. con. *id est, ad damnationem vestram.*

12 Cætera au. c. ve. *ad vos.*

13 Disponam. *Ex quo patet, quòd ecclesia multa tenet ex ordinatione Apostolorum, quæ tamen in sacra scriptura non habentur expresse: propter quod sequenda est consuetudo ecclesiæ.*

ADDITIO I.

In ca. xj. vbi dicitur in postil. Quia sicut caput influit cæteris membris sensum.

Circa influxum gratiæ à capite Christo in membris ecclesiæ duo considerantur. Quorum vnum correspondet sensui. s. fides: Nam sicut per sensum rectè dispositum cognoscuntur sensibilia quæ naturaliter pertinent ad corporis sustentationem seu conseruationem, sic per fidem cognoscuntur credibilia quæ pertinent ad salutem animæ. Aliud verò correspondet motui. s. charitas: Sicut enim per motum corporalem rationabiliter ordinatum homo tendit ad ea quæ sunt naturaliter sibi conuenientia, sic per virtutem charitatis homo tendit in finem sibi supernaturaliter conuenientem.

ADDITIO II.

In eodem ca. vbi dicitur in Postilla. Veruntamen est principium filij: & sic habet quandam eminentiam inquantum non est ex alio.

C *Eminentia videtur importare seu sonare quandam inæqualitatem: & ideo in diuinis personis quæ omnino sunt coæternæ & coæquales, non videtur securum posse attribui eminentiam vni personæ respectu alterius. Ad hoc autem q pater non est ab alio, filius autem est à patre, bene dicendum, quòd in diuinis sit ordo originis, tamen absque prioritate, vt in prima parte. q. xlij. arti. iij. in corpore quæstionis. & similiter absque præeminentia. Nam filius per generationem pertingit ad habendam eandem perfectionem naturæ quæ est in patre, &c.*

REPLICA. *In ca. xj. dicit postil. Secundum comparationem perfectionis filium esse æqualem patri, sed secundum comparationem originis pater habet aliquam eminentiam: quia non est ab alio. Bur. dicit non esse securū vti termino eminentiæ in diuinis & prioris & posterioris. Sed hoc est contra beatū Hila. ix. de trin. circa medium: vbi ponit cōtra Arrianā hæresim asserentem filiū imparem patri, dicens: Quāuis pater secundū authoritatē generationis sit filio maior, filius tamē secundū doni cōfessionē nō est patre minor. De ordine originis priori & posteriori eiusdē ordinis in diuinis dicit B. Aug. in de triplici habitaculo. In prima videbimus quomodo pater præcedit origine filiū. sed & grādis est disputatio de hoc ordine inter scholā fratrū minorū & pdicatorū, quæ nō sunt præsentis propositi.* F

CAP. XII.

a *DE spi.* De bonis sancti spiritus: pro quorum maioribus alij superbiebant, minores inuidebant & desperabāt, quasi nūquā habituri.

CAP. XII.

¶ De illis post: sed. a ¶ Quod veritas habet, vt non sit schisma inter vos, sed pax.
a DE spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. 1
Dicturus quod omnia bona à spiritusancto præmittit similitudines in contrario. ¶ Vt experti. ¶ Cui impietati repugnat ratio. 2 3
b Scitis autem quoniam cū Gentes essetis, ad simulacra muta 4

b *Scitis au.* Spiritualia traditurus priora commemorat, vt sicut tunc imago idolorum ita nunc Dei. *Scitis.* Vt experti: quòd *cum es G.* i. Gentiliter viuentes, eratis.

✻ CHRYSOST. Totus hic locus valde obscurus est, obscuritatem autem & rerum ignorantia & defectus facit, earum scilicet quæ tunc contingebant, nunc autem abditæ sunt. Si qui enim baptizabantur, linguis quam primum loquebantur, neque tantum linguis, sed multi prophetabant. Nonnulli aliis prædicti erant potestatibus. Nam cùm ab idolis recederēt, neque manifestè scirent, neque veteribus libris assueti baptizarentur, mox spiritum accipiebant. Cùm autem Spiritum nō cernerent, quippe qui inuisibilis est, sensibile quoddam indicium dabat operationis illius gratia, & hic quidem Persarum, ille Romanorum, Iudæorum alius, alius alia quadam lingua loquebatur. Ex quo exterius etiam perspicuum erat, spiritū in ipso esse, dum loqueretur. Quare ita eum appellat, dicens: *Vnicuique autem manifestatio spiritus datur ad vtilitatem:* gratias, manifestatio

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

✻ 1 DE spiritualibus. *Postquam Apostolus prosequutus est de tribus sacramentis in quibus errabant Corinthij. s. baptismo, matrimonio, eucharistia: hic consequenter tractat de gratia quæ continetur in sacramentis. Et diuiditur in duas partes: quia primò proponit intentum, secundò prosequitur. ibi* Scitis. *Circa primum proponit intentum, dicens:* De spiritua. au. *i. de gratijs à Deo datis.* (Diuisio.)

2 Nolo v. ig. f. *i. intendo vos instruere. quia sicut dicit Seneca: Magnum ingratitudinis genus est ignorare beneficia accepta.*

3 Scitis a. *hic consequenter prosequitur intentum. Et diuiditur in duas: quia primò commendat Dei gratiam in generali. secundò prosequitur in speciali, ibi:* Diuisiones verò. *Circa primum commendat Dei gratiam ex tribus. primò, quia sine ea non vitatur peccatum mortale & quātū ad hoc dicit:* Sci. e. q. c. G. ess. *i. Gentiliter viuentes absq; Dei gratia.* (Diuisio)

4 Ad simulacra mu. *adoranda.*

A festationem spiritus appellat. Nam cùm hoc primum Apostoli signum acceperunt, etiam fideles hanc linguarum gratiam accipiebant, neque hanc dūtaxat, sed & alia plura huiusmodi faciebant miracula & donis pollebāt, alij minoribus, maioribus alij: sed maximè linguarum, quod eis simultatis causa factum est nō suapte natura, sed accipientium stultitia. Qui enim maioribus erant præditi, contra eos qui minores acceperant, nitebantur. Illi rursus dolebant, & inuidia in maiores ferebantur. Cùm igitur læthalis hinc plaga oriretur, & inter eos charitas solueretur, hoc agit maximè vt eos corrigat, &c. Neque tantùm hoc eos perturbabat, sed illud, quòd multi Vates illic erant, vtpote cum ea ciuitas magis gentilitati inhæreret, & cum aliis etiā hoc modo impediretur, & perturbaretur. Ideo à principio vaticinij & prophetiæ ponit differentiam. Propterea enim B discernendorum spirituum vim accipiebant, vt iudicarent & intelligerent quisnam mundo spiritu loqueretur, quis immundo. Diabolus enim iniquissimus prophetantes ingrediebatur, & pseudoprophetas faciebat, qui etiam futura prædicebant. Deinde cùm primùm eorum verba obscura essent, nondum euenientibus quæ prædicebantur, & facilè imponebant: falsum enim & verum exitus arguebat: ne ante finem auditores deciperentur, dat eis signum, quo ante rei euentum, & hunc & illum ostenderet, & hinc accepta occasione & principio in donorum mentionem descendit, & contentionem corrigit quę inde proueniebat. Primum tamen de Vatibus sermonem his verbis aggreditur: *De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres.* Spiritualia signa appellat, quoniam maximè solius spiritus opera sunt, nihil humano eis studio conferente ad huiusmodi miracula facienda: & cū de his disputaturus sit, primùm, vt dixi, differentiam vaticinij & prophetiæ ponit, inquiens: *Scitis enim cùm gētes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* Cuius loci sententia hæc est: In idolis si quis vnquam ab immundo spiritu deprehendebatur, & vaticinabatur, tanquam ductus trahebatur à spiritu deuinctus, nihil sciens quid diceret. Hoc enim vatis proprium est, mente cō- C moueri, & necessario compelli, & trahi tanquam furiis percitum. Propheta autem non eiusmodi est, sed sobria mente & modesta quæ loquitur omnia vt decet nouit. Itaque ante finem saltem hinc & Vates cognoscitur & propheta. Hęc Chrysostomus.

(Vatis & Prophetæ differentia.)

† vtcumque — † per spiritum — † 1. q. 1. c. multę autē.

¶ A maligno spiritu. ¶ Eratis.
a † prout ducebamini † euntes. Ideo notum vobis facio: 1
a ¶ Tunc qui se abrumpit à Christi corpore, non habet hoc à spiritusancto. 2
b c quòd nemo † in spiritu Dei loquens dicit † anathema 3
a ¶ Verè verbo. s. cogitatione, & opere, Iesus est dominus. 4
d Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in 5
e a ¶ Id est, per. b ¶ Q. Nemo potest vitare malum & facere bonum nisi per ipsum: sed tamen. c ¶ Donorum spiritus. d ¶ Dator æquè quantum ad se benignus omnibus. 6
f spiritusancto. † Diuisiones verò gratiarum sunt: idem 7

a *Euntes.* Nomen quasi assidui.

b *Ideo no.* Quia per singula charismata hominibus magis gloriam quàm Deo dabant, nesciētes hoc à spiritusancto ministrari. In omnibus ostendit laudem Dei esse in gratiam, vt sicut tūc imago idoli totū malum fuit ex homine, ita nunc ex spiritu Dei omnia bona credantur. Ideo quia scitis quòd spiritus malus retractans vos à bono duxit ad tam irrationabile malum. i. idololatriam: per hoc facile vobis notum facio, quòd per spiritū Dei abstinetur à malo, & fit bonum. & hoc est. (Aug. lib. 2. ser. dom. in monte.) D

c *Nemo in sp. d lo.* cogitando, loquendo, operando. *Dicit.* similiter tribus modis. s. corde, ore, & opere: aliquam separationem, à Iesu. i. quodlibet peccatum: quæ vox humano errore est, vt omne falsum quod est, abstinetur per spiritum à malo. (Aug. tracta. 74. in Io. Sedulius.) († sequentes vel adducti) († anathema Iesum. i. maledicit & execratur Iesum.)

Vel: *Non* dicit *ana.* cui? Iesu: vt dicat eum vel non esse à Deo, vel minorem Deo. (In spiritusancto dicitur dupliciter.)

✻ CHRYSOST. Primam superius proposuit Vatis & prophetæ differētiam: Altera, quam in sequentibus affert his verbis, *Ideo notum vob. facio, quòd nemo in spiritu Dei loquens dicit, Anathema Iesu.* Deinde aliam, *Et nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in Spiritusancto.* Quum videris, inquit, quempiam eius nomen non appellantē, vel anathematizantem, Vatem eum esse tibi persuadeas: at cōtrà quum in nomine Iesu omnia loquentem, spiritalem esse intellige, &c. E Quid igitur? nullus dæmon Deum nominat? Nonne dæmonium habentes dicebant, *Nouimus quòd filius Dei es?* Nunquid Paulo dicebant, *Hi homines serui Dei altissimi sunt?* Sed verberati & coacti, spontè autem minimè. (Marc 1. Act. 14.)

✻ AVGVSTINVS. *Nemo potest dicere, &c.* Ille propriè dicit, qui voluntatem ac mentem suam sono vocis enunciat. (De ser. Domini in mōte. lib. 2. tra. 74. in Ioan.)

✻ IDEM Et quis Dominum Iesum, nisi qui eum diligit, dicit, si eo modo dicit, quo intelligi Apostolus voluit? Multi enim voce dicunt, corde autem & factis negant: sicut de talibus ait: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Si negatur factis, proculdubio etiam dicitur factis. &c. (Tit. 1.)

d *Et ne.* Quantumcunq; sit, dicit verè. i. cogitatione, verbo, opere: Iesus est dominus, & ego seruus eius: nisi per spiritumsanctū, à quo omne verum. Quod est: Bene operari est per spiritum. Nō enim adulatione hominum Iesus dicitur dominus, vt in idolis quæ ab hominibus dij dicuntur, cum non sint. Non ergo fauor est hominum & beneficium, quòd Iesus dominus dicitur, sed donum Dei, qui mysterium suum hominibus declarauit. Qui dicit hoc, non præstat beneficium religioni, sed accipit. Et gratia F hominum est, quòd idola dij dicuntur, cum non sunt. vnde & antistites eorum illis subiecti sunt. hîc verò aliter: vnde humiliari debent, vt patiantur se argui: nō quærant adulationibus deliniri. (Aug. exposi. in epistola ad Romanos inchoata. c. 2.)

Dicit. Propriè dicit qui voluntatem & mentem suam voce enunciat. Generaliter autē ibi: *Non omnis qui dicit mihi: domine, &c.* (Aug. lib. 9. de Trinit. Matt. 7. c)

e *Nisi in sp.* Q. Bene operari & omne bonum est per spiritumsanctum. & ideo tunc maior non despiciat minorem, quia nihil habet nisi à spiritusancto.

f *Diuisiones v.* Hoc commune omnibus: sed gratiæ sunt diuisæ, ne

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Prout ducebami. euntes. *Et dicit ducebamini, instinctu dæmonum vel propria inclinatione, vel hominum persuasione. Secundò commendat gratiam Dei, quia per ipsam vitatur peccatum mortale & quantum ad hoc subditur.*

2 Ideo no. vo. fa. q ne. in sp. Dei lo. di. *blasphemiam contra Christum. Et accipitur hic blasphemia large pro omni peccato mortali in quo est quædam blasphemia Dei, inquantum separat ab eo. Nec propter hoc dictum sequitur, quòd homo gratiam habens sit impeccabilis: quia non necessitatur ad vtendum gratia: & sic ex proprio defectu potest peccare mortaliter: & sic non operatur ex gratia. propter quod notabiliter dicit Apostolus.*

3 Nemo in spiri. Dei lo. *i. gratia spiritussancti vtens.* Dicit, *verbo vel facto.*

4 Anathema Ie. *i. quodcunque separatiuū à Christo. Anathema enim separationem importat. Tertiò commendat gratiam ex hoc, quòd nullus sine ea potest bonum meritorium operari & quantum ad hoc subditur.*

5 Et ne po. di. do. Ie. ni. in spi. *Sed cōtra hoc videtur quod dicit Saluator Matt. vij. c.* Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum. *gratia verò ad illud introducit: ergo potest quis dicere nomen Iesu absque gratia. Dicendum, quòd aliquis potest dicere in spiritusancto aliquid dupliciter. vno modo spiritusancto mouente nō tamen habito. & hæc motio duplex est. vna per generalem influxū. & hoc modo dicit Ambr. quòd omne verum à quocunque dicatur à spiritusancto est. alia per influxum specialem: & maximè in his quæ excedunt facultatem naturæ. & hoc modo Balaam multa vera futura prædixit, Nu. xxiij. &* Caiphas prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente, *Io. xj. c. Alio modo dicitur aliquid in spiritusancto ipso mouente & habito per gratiam in mente. & hoc modo intelligitur dictum Apostoli, quòd nemo potest dicere dominus Iesus. s. verè, ita quòd Iesus sit veraciter ipsius dominus & ipse seruus eius: quod non potest esse sine spiritusancto ipsum inhabitante per gratiam, & mouente ipsum saltem per influentiam generalem. & hoc etiam requiritur in omni opere meritorio: in quo facto dicit se homo seruum Iesu Christi, eum dominum veraciter recognoscens.*

6 Diuisiones. *Hic consequenter Apostolus prosequitur intentum de gratiis in speciali & primò declarat gratiæ gratis datæ conditionem. secundò charitatis quæ idem est cum gratia gratum faciente: vel habet inseparabiliter eam annexam, se. cap. tertiò comparat gratias gratis datas adinuicem. xiij. cap. Prima in duas: quia primò distinguit gratias gratis datas in quodam generali. secundò magis in speciali, ibi:* Vnicuique. *Circa primum considerandum, quòd gratia gratum faciens principaliter datur propter bonum illius cui datur. s. vt eum dignum faciat vita beata. Gratia verò gratis data datur principaliter propter bonum ecclesiæ & nō illius cui datur: sicut donum prophetiæ vel linguarū & huiusmodi, quæ aliquando dantur non habentibus gratiam gratum facientem. Ad talem verò vtilitatem requiritur facultas loquendi & operandi: quæ datur per donum gratiæ, vtpote per donum linguarum: vt possit aliquis fidem prædicare gentibus diuersorum idiomatum: & per donum miraculorum ad fidem confirmandam. & sic de aliis gratis datis, quæ aliquando dantur hominibus malis, secundum quod dicit Saluator Mat. vij. c.* Multi dicent mihi in die illa: Domine, domine, in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus. & tunc confitebor illis: quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. *Igitur quantum ad illa dona. s. facultatem loquendi vel operandi ad vtilitatem ecclesiæ præbentia, dicit Apostolus:* Diuisiones ve. gra. s. *quia plures tales, vt videbitur infra.* 7 Idem au. s. *quia perfectiones quæ sunt* (Diuisio) (Gratię quare dentur)

Universidad de Deusto Biblioteca

A ☞ ne minor desperet: ne maior dum audit gratias, superbiat.

Aug. epist. 54. ad Dardan.

Diuisiones. Sicut qui dicit dominus Iesus ex gratia habet, ita in officiis ecclesiæ, gratia est non diuisa per personas, sed indiscretè trium personarum vnum opus est.

Diuisiones gr. Gratias dicit ipsas virtutes gratis à Deo datas, sicut fidem & spem & huiusmodi: quarum effectus sunt quãtum ad proximos ministratio, quantum ad se operatio. Quòd dicit *Spiritus d.* Eadẽ prorsus substantia intelligitur, sed trinitas in personis.

† ad quod expedit

✱ Chrysost. Ex primo & altero signo & Vates & Prophetas manifestos facit: inde non temerè in miraculorum sermonem venit, sed vt orientem tollat dissensionem, & persuadeat, vt qui minores habent gratias, non doleant, & qui maiores, non superbiant. Quare in hunc modum incipit.

† efficaciæ potentiarum

B

a ¶ Quibus alij aliis subseruiant.

autem spiritus, Et diuisiones † ministrationum sunt: idẽ au- 1

¶ Filius. ¶ Pro arbitrio suo dans singulis. a ¶ Opera maiora. s. & minora. ¶ Dator.

a b tem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem verò 2

¶ Pater. ¶ Necessaria. 3

c Deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem da- 4

d a ¶ i. Gratia per quam patet, quòd in eo spiritus. b ¶ Ecclesiæ. c ¶ Quia & minor prodest. ¶ Per partes quod dixerat determinat.

tur manifestatio spiritus † ad vtilitatem, Alij quidem datur 5

a ¶ Non per meritum. b ¶ Non solum sapientia. i. de diuinis intelligentia & scientia de humanis: sed etiam earum sermo vt aliis possint eloqui. 6

e per spiritum sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ se- 8

a ¶ Constantia fidei, vel sermo. 9

f cundum eundem spiritum. Alteri fidês in eodem spiritu. 7

¶ Curandi infirmos. ¶ Eodem omnibus.

a ¶ Miraculorum contra naturam.

Alij gratia sanitatũ in vno spiritu. Alij † operatio virtutum, 10

11

a ¶ Prædicere futura. b ¶ Vt discernat quod audit: quo spiritu bono an malo dicatur, quia & diabolus bona seductoriè dicit. 12

c ¶ i. loqui diuersis linguis. 13

alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarũ, alij 14

res, non superbiant. Quare in hunc modum incipit.

Diuisiones autem donorum sunt, idem autem spiritus. Admonet primùm, qui minorem habet gratiam, & propterea dolet, Quamobrem inquit, doles? Num quòd non accepisti, quantum alius? Sed intellige quòd dona sunt, & nõ debitum, & lenies dolorem tuum. Ideo mox inquit, Diuisiones donorum sunt, & non signorum neque miraculorum, sed donũ muneris nomine persuadens non tantopere dolendum, sed habendam gratiam.

lib. ad Dardanum de præsentia Dei.

✱ Avg. Diuidens ergo, non ipse diuisus, quia ipse vnus est atque idem, &c.

a *Et diui. ope. sunt, &c.* ✱ Sedvl. Id est, insigniũ virtutũ ac miraculorum Deo nomen competit, qui potẽtialiter hæc per suos electissimos operatur. Hæc itaque tria nomina, id est, Spiritus, & Dominus, & Deus, Spiritui sancto conueniunt, qui gratis & non merito cuncta spirando ac seruus ministrat, & potentialiter quasi Deus perficit.

C

b *Idem ve. De.* Hoc ait, ne pater & filius & spiritussanctus alia separatim operari videantur, ex eo quòd spiritui gratias, & domino ministrationes, & Deo operationes supposuerat, omnia referens ad vnum Deum subdit: Quia *Deus. s. operatur omnia.*

c *Omnia in omnibus.* Nõ vni omnia tribuit, sed in omnibus omnia operatur, vt quod non habet quis in se, habeat in alio, & sic maneat charitas & humilitas.

Si amas vnitatem, tibi habet quisquis in illa habet aliquid. Solus

D

Solus oculus videt, sed non sibi soli. hæc charitas est donum spiritus quod superat omnia, vt post dicet.

Aug. tracta. 32 in Io.

d *Vnicuique.* Diuisa sunt bona, & non ad meritum alicuius singulariter dantur, sed ad vtilitatem ædificandæ ecclesiæ.

Tracta 32. in Ioan.

✱ Avgvs. Accepimus & nos spiritumsanctum si amamus ecclesiam, si charitate compaginamur, si catholico nomine & fide gaudemus. Credamus fratres, quantum quisque amat ecclesiam Christi, tantum habet Spiritumsanctum.

✱ Sedvl. *Ad vtilitatem,* Non ad inanẽ gloriam, vt vultis variis loqui linguis, sed ad vtilitatem incredulorum & infidelium.

Sedulius. Aug. lib. 13. confes. cap. 18. lib. 12. de Trin. & in psal. 135.

e *Sapientia. sci.* Sapiẽtia enim contemplatione æternorũ. Sciẽtia in actione temporalium, vnde in Iob: Ecce pietas. i. cultus Dei est sapientia, qui Græcè theosebia. Et quis hic cultus eius, nisi amor & cognitio eius? Abstinere autem à malis scientia est. mala autem in temporalibus sunt: in quibus cautè & prudenter versandum est. Cui datur sapientia quasi sol est: Cui sciẽtia: luna in nocte seculi: quibus cætera dantur, stellę sunt: quia hæc in nocte sunt necessaria. vnde: *Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis.*

E

Psal. 135. a Aug. lib. 1. Retracta. & libro 12. de genesi ad liter. Matth. 17.

f *Alteri fi.* Et fides inter dona Dei & munera est. Non ergo sola charitas, sed charitas cum fide à Deo nobis est.

✱ Chrysost. Fidem non eam dico quæ dogmatum est, sed signorum, de qua Christus, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dicetis huic monti, transi hinc, & transibit, &c.

✱ Idem. Operationes autem virtutum, & donum sanandi possidere, non est idem. Qui enim habebat donum sanandi, curabat solùm: qui autem operationes virtutum, etiam puniebat. Virtus enim est non sanare tantùm, sed etiam punire, quemadmodum Paulus cæcauit, & Paulus perdidit.

Act. 13 & 5.

Alij autem prophetia, alij discretio spirituum. ✱ Chrys. Quid hoc significat? Cognitionem quisnam spiritalis sit, quis nõ, quis propheta, & quis deceptor.

F

Alij genera linguar. alij interpretatio sermon. ✱ Chrys. Hic enim sciebat quid ipse diceret, sed alteri interpretari nõ poterat: alius hæc vtraque possidebat, vel horum alterum.

✱ Sedvl. *Alij interpret. sermon.* Hoc est ex alia in aliam linguam, aut difficilium sermonum explanatio.

☞ a Sermonum

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *in creaturis diuisim, in Deo sunt coniunctim. Secundò requiritur autoritas quæ habetur per ministerium, vt per apostolatum, sacerdotiũ & huiusmodi. & quantum ad hoc dicit.*

1 Et di. m. sidem au. d. *cui omnia seruiunt. tertiò requiritur operum executio. & quantum ad hoc subdit.*

2 Et diuisio. op. s. *In eodem enim officio vt apostolatu & huiusmodi vnus plus alio operatur. vt Paulus dixit de seipso* j. Cor. xv. b. Amplius illis omnibus laboraui. *& similiter in vna gratia. vtpote prophetiæ vel gratia miraculorum vnus alio plus abundat.*

3 Idem verò, &c. *Effectus enim primæ causæ necessario requiritur in omni effectu aliarum causarum.*

4 Vnicuique. *hic consequenter accedit ad distinctionẽ dictorum magis in speciali. & primo gratiarum, secundò ministrationum, ibi: Et quosdam quidem: Prima adhuc in duas: quia primò ponit gratiarum distinctionem. secundo adhibet similitudinem, ibi: Sicut enim corpus. Circa primum dicit:* Vnicuique, &c. ma. *i. gratia gratis data per quam spiritussanctus manifestatur, datur.* 5 Ad v. *s. ecclesiæ, vt prædictum est.*

6 Alij qui per spi. &c. *Circa istam distinctionem considerandum, ꝙ sicut dictum est: Gratiæ gratis datæ dantur ad vtilitatem ecclesiæ: quod potissimè fit per doctrinam: quantum ad ea quæ sunt fidei. Ad quod tria requiruntur, primum est, cognitio diuinorum, secundum confirmatio eorum, & tertium debita prolatio verborum. Quantum ad primum, tria sunt necessaria. primum est quòd principia sint certissima, & quantum ad hoc ponitur.*

Ad doctrinam fidei tria requiruntur. Diuisio. Fides

7 Fides. *quæ est certitudo de rebus inuisibilibus: quæ supponuntur vt principia catholicæ doctrinæ. Vnde dicitur Heb. xj. a.* Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. *Et accipitur hic argumentum pro certitudine. ex quo patet, ꝙ non accipitur hic certitudo euidentiæ. sed adhærentiæ. vnde: Secundus philosophus diffiniens fidem dixit: Fides est ignotæ rei miranda certitudo. Secundum est cognitio conclusionum principalium ex dictis principiis sequentium. & quãtum ad hoc dicitur.*

8 Sermo sa. *quæ est cognitio diuinorum ex articulis fidei sequentium. Tertium est cognitio effectuum, per quos interdum oportet causas manifestare. & quantum ad hoc ponitur.*

9 Sermo sci. *quæ est cognitio rerum humanarũ. quia* inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur, *Rom. j. c. Circa secundum quod est confirmatio doctrinæ catholicæ sciendum, ꝙ in his quæ subsunt rationi naturali confirmatio est per argumenta ex principiis euidẽtibus deducta. In his autem quæ sunt supra rationem diuinitus reuelata, confirmatio est per ea quæ sunt diuinæ virtutis propria. Et hoc fit dupliciter. Vno modo quando ad confirmationem fidei fit opus miraculosum. Et hoc siue fit ad salutem corporum. & quantum ad hoc ponitur.*

10 Gratia sa. *Siue ordinetur ad solam diuinæ potestatis manifestationem, vt statio solis vel aliquid huiusmodi: & quantum ad hoc ponit.*

11 Operatio. *Alio modo quantum ad confirmationem fidei manifestatur aliquid occultum quod scire solius Dei est proprium, sicut sunt contingentia futura. & quantum ad hoc ponitur.*

12 Prophe. *vel cordiũ occulta, secũdum quod dicit* j. Reg. xvj. b. *Homo videt ea quæ parent: Deus autẽ intuetur cor. & quantum ad hoc dicitur.*

13 Discre. spi. *Circa tertium quod est facultas pronunciandi aliis ea quæ sunt doctrinæ catholicæ duo requirũtur. s. facultas idiomatis, vt pronuncians possit à quibuscunque intelligi, & secundum hoc dicitur.*

14 Genera lin. *& cognitio sensus eorũ quæ proferenda sunt. & quantum ad hoc ponitur.*

✱ Inter

A ☞ a *Sermonum.* Vel sermones sunt allegoricæ pronunciationes quæ in prophetis & in euangeliis.

Ioan. 20. f

b *Hæc autem omnia.* Vide quod Apostolus dicit hîc spiritumsanctũ dare dona, Alibi verò dicit: quia datus est. Christus etiam dicit: *Accipite spiritumsanctum.* Vnde cum donũ Dei audiunt dici spiritumsanctum: illud genus locutionis agnoscant quod dicit Apostolus: In expoliatione corporis carnis nihil aliud est quã ipsa caro. ita donum spiritussancti, nihil aliud est quàm spiritussanctus.

Aug. in psal. 118. & 142.

† linguarũ.

Avg. Intantũ ergo donũ Dei est, inquãtum datur eis quibus datur. Apud se autem Deus est, & si nemini detur. Cum enim datur: sua voluntate datur, & ipse idem omnia operatur diuidẽs singulis prout vult.

† Iudæus. † liber.

Lib. 15. de Trinit.

c *Vnus atque idem spi.* Avgvst. Quod suprà dixit tres operari: hîc spiritum: quia enim vnius naturæ quod vnus operatur, & tres operantur. Vnus & idem, ne tot putentur quot opera: non quod sine patre & filio spiritus operetur. Inseparabilis est enim operatio trinitatis.

B

a Linguarum vel visionum. vt Ioseph. ¶ i. & si diuersa. b ¶ In substantia.

a interpretatio † sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus 1

b a ¶ Inuariabilis. b ¶ Non ipse diuisus. c Sicut qui Deus est. d ¶ Ideo diuersis diuersa dat: quia. 2

c atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. † Sicut enim 3

d ¶ Coniunctione membrorum. ¶ Diuersa. 4

corpus vnum est, & membra habet multa: omnia autẽ mem- 5

¶ Quamuis. ¶ Subministrando. a ¶ Omnes fideles sunt

e bra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita et

a Vt non dicam corpus Christi: quia ipse Christus sunt tam minores, quàm maiores. ¶ Quia. ¶ Sancto. ¶ Ducti.

f Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus 6

¶ Abluti. ¶ Natione diuersi. ¶ Conditione diuersi. 7

baptizati sumus, siue † Iudæi, siue † Gentiles, siue † serui, siue 8

a ¶ In acceptione diuersorum donorum. b ¶ Bene omnes vnum. c ¶ Cui ecclesia similis. 9

g † liberi, & omnes † in vno spiritu potati sumus. Nam & cor- 10

a ¶ Ita & in ecclesia. ¶ Non omnes vnius officij & doni. b ¶ Quia idem spiritus dat omnia. 11

c ¶ Aliquis cui donum inferius datur. 12

h pus nõn est vnum mẽbrum, sed multa, Si dixerit pes: quoniã 13

a ¶ Tam dignus, vt ille cui operatio virtutum datur. b ¶ Q quia de primis non est, non ideo non est necessarius.

non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de

¶ Similiter. a ¶ Qui habet scientiam. b ¶ Vt qui habet sermonem scientiæ vel sapientiæ.

corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non

a ¶ Est vtique adhuc: quia si non est illud, potest esse aliud.

i sum de corpore: num ideo nõ est de corpore? Si totũ corpus 14

d *Diuidens sin.* Vnde nec huic dolẽndum, nec illi superbiendũ. *Vt vult.* Qui solus nouit quod conueniat, & gratis, non ad meritum hominum.

Aug. in psal. 30. & 42.

e *Ita & Christus.* Caput & corpus dicitur Christus, propter ineffabilem vnitatem capitis & membrorum. Vnus spiritus facit omnia in membris Christi corporis, sicut vna anima videt in oculo, audit in aure, & in cæteris omnibus omnia facit.

In Psal. 42.

✱ Avgvst. Videatis quanta gratia pertineatis ad Deum, vt ipse voluerit esse vobiscum vnus, qui est cum patre vnum. Quomodo cum patre vnum? Ego & pater vnum sumus. Quomodo nobiscum vnus? Non dicit, inquit, in seminibus, tãquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo, quod est Christus.

✱ Sedvl. Notandum quòd tota Ecclesia cum suo capite Christus appellatur. nam vt corpus non est vnum membrum, ita non potest totum corpus vnum officium agere, hoc est, vt totum corpus vel videat, vel audita, sed vnumquodque membrum suum officium habet.

C

f *Etenim.* Ostendit quomodo corpus Christi vnum: quia omnes in vno spiritu abluti: ducti sumus in hoc, vt post simus vnũ corpus, vnanimes per illum vnum spiritum, vt totum corpus vna anima vegetatur. Et quia omnes potati sumus in acceptione diuersorum donorum spiritussancti, in vno spiritu: quia omnia dona ad vnum efficiendum dirigit, non vllius persona contemnenda vel præferenda, nec hominibus gloria Dei danda: quia vnus & idem in omnibus.

D

g *Nam & cor.* Ambrosivs. Ostendit per similitudinem humani corporis vnitatem corporis Christi idest ecclesiæ habere varietatem officiorũ & diuersitatem hanc nõ tollere vnitatem: sicut humani corporis vnitas non in singularitate consistit, sed in multis mẽbris, vt inuicem sibi præstent quod debent.

Aug. in psal. 87. & 130.

† Ro. 12. b Eph. 4. a Sy. dist. cap. singula.

h *Si dixerit pes, quoniam non sum manus, nõ sum de corpore, &c.* ✱ Sedvl. Pes Ecclesiæ dici solet, q ad intercedẽdũ egreditur. Manus, ille qui operatur. Os, ille q docet, vel loquitur linguis.

In Psal. 130

† Gentilis † seruus, † vnũ spiritũ hausimus

✱ Avgvst. In vno corpore si sit sanitas, & non aduersum se litigent membra, & auris videt in oculo, & oculus audit in aure. Nec obiici potest auri, quia non videt, vt dicatur ei, nihil es. Nũquid videre & discernere colores potes, quod facit oculus? Respondet enim auris de pace corporis, & dicit, ibi sum vbi est oculus, in eo corpore sum. In me non video, in illo cũ quo sum, video. Itaque cùm auris dicit, oculus mihi videt: oculus dicit, auris mihi audit: oculi & aures dicunt, manus nobis operantur, &c. Omnia membra quidquid possunt faciunt, vt de infimo & exiguo loco spina quæ inhæserat, educatur. Sic ergo fratres, quisquis in corpore Christi non potest resuscitare mortuũ, non illud quærat, ne discordet in corpore: quomodo si auris quærat videre discordare potest. Nam quod non accepit non potest facere. Sed si ei obiectum fuerit & dictum, si iustus esses, resuscitares mortuum, quomodo resuscitauit Petrus in Christo. Cùm ergo hoc audierit homo qui proficit, quasi obiectam calumniam ab ignaris paganis, ab hominibus nescientibus quid loquãtur, respõdeat & dicat: Quid dicis? Non es iustus, quia non facis miracula. Posses & auri dicere, non es in corpore, quia non vides. Faceres inquit, & tu sicut & Petrus fecit. Sed & Petrus mihi fecit, quia in eo corpore sum in quo & Petrus fecit: in illo quod potest possum, à quo diuisus non sum. Quod minus possum, compatitur mihi, & quod plus potest, congaudeo illi.

E

F

i *Si totum.* Q. Si in ecclesia omnes essent vnius officij quomodo impleretur necessitas corporis, cuius gubernationi diuersis opus est.

☞ a Si totum

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Inter. ser. *Dicit igitur Apostolus. Alij quidem datur, &c. & patet litera ex dictis vsque ibi.* 2 Hæc autem, &c. *per hoc tollitur error Gentilium qui diuersas gratias attribuebant diuersis diis: vt sapientiam Ioui: loquutionem Mercurio, & sic de aliis.* 3 Diuidens sin. *per hoc tollitur error eorum qui dixerunt, Deum cognitionem habere rerum in vniuersali tantũ, & non singulariũ.* 4 Prout vult. *per hoc tollitur error attribuentium diuersitatem donorum fato vel constellationibus, vel humano merito, & non diuinæ voluntati sicut causæ primæ.*

Diuisio

5 Sicut e. cor. *Hic manifestat prædicta per similitudinem corporis naturalis. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur similitudo in generali. secundo explicatur magis in speciali, ibi:* Nam & corpus. *Similitudo autem est in hoc: quod sicut multa membra faciunt vnum corpus naturale: sic & fideles in Christo regenerati per baptismum facti sunt membra Christi: & sic faciunt sub capite Christo vnum corpus mysticũ. Dicit igitur:* Sicut e. c. *Ista vnitas non est indiuisibilitatis qualis est vnitas pũcti: nec continuitatis qualis est vnitas lineæ: sed est vnitas perfectionis qua aliquod vnum perfectione ex multis constituitur, vt habetur. v. metaph. ita & Christus qui est caput nostrum vnus est in persona. & per consequens omnes fideles sibi iuncti per fidem faciunt vnum corpus mysticum. Quod declarat consequenter. di.* 6 Etenim in vno spi. *s. sancto.* 7 Omnes nos, &c. *mysticum.* 8 Baptizati sumus. *qui baptismus est spiritualis generatio.* 9 Siue Iudæi. *q. d. Hanc vnitatem non impedit diuersitas gentis præcedens baptismus.*

Diuisio. Vnitas multiplex.

10 Siue ser. &c. *q. d. diuersitas conditionis hanc vnitatem non impedit. vnde dicit Ambro. In domino bona seruitus & bona libertas æqua lãce appenduntur.* 11 Et omnes in vno, &c. *in potu sacramentali.*

12 Nam & corpus non est, &c. *Hic consequenter similitudinẽ applicat magis in speciali, & primo quantum ad corpus naturale. secundo, quantum ad mysticum, ibi: Vos autem estis. Prima in duas. quia primo describit corporis naturalis integritatem. secundo membrorum habitudinẽ, ibi:* Non potest. *Quantum ad primum dicit,* Nam & corpus non est vnum mem. &c. *quia omnia membra concurrunt ad integritatem vnius corporis compositi & perfecti ex multis organis deseruientibus diuersis animæ potentijs. vnde 2. de anima dicitur: Anima est actus corporis physici organici. ideo subditur.*

Diuisio

13 Si dixerit pes quoniam, &c. *q. d. nõ sequitur. licet enim membra abinuicem distinguantur: ex illis tamen perficitur vnum corpus vnitate perfectionis. & sic potest dici de singulis membris. Quod probat cõsequenter ducendo ad duplex inconueniens. primum est: quia tolleretur id quod est necessarium corpori. ideo dicit.*

14 Si totum, &c. *q. d. tolleretur. Et eodem modo potest dici de singulis membris: quia sicut oculus est necessarius corpori ad dirigendum, ita manus ad operandum, & pes ad ambulandũ. & sic de aliis. Ideo subditur.*

✱ a Nunc

☞ a *Si totum corpus oculus.* ✻ SEDVL. Hoc eſt, ſi omnes doctores ſunt: *Vbi auditus?* Id eſt vbi ſunt auditores? *Si totum auditus*, ſi omnes ſunt auditores: *Vbi odoratus?* Hoc eſt, quis erit boni odoris, malíne diſcretor.

b *Membra, vnumquod.* Vt nihil deſit illi: ita & in eccleſia diuerſas perſonas quibus tribuit munera diuerſa.

c *Quod ſi eſſent.* Non modo multitudo ſenſuum periret: ſed etiã corpus. Ita ſi in eccleſia omnes eſſet vnius officij & dignitatis: non diſcernerentur membra neque corpus.

c *Aut iterum ca. pe.* Ipſa dignitas contẽptibilis eſt ſine ſubiectis. Officium enim eſt per quod dignitas conſtat. Magnus imperator neceſſarium habet exercitũ.

d *Non poteſt oculus.* ✻ SEDVL. Ideſt, vir theoricæ vitæ, *dicere manui*, Homini actualis vitæ, &c. Ideo autem inuicem indigemus, vt magis ac magis charitas cõfirmetur: Nam ſi vnus omnia haberet, aduerſus cæteros inflaretur. *Quæ videntur mẽbra corp. infirmiora*, venter, & cætera inteſtina: *Neceſſariora*, ideſt, dum vitã corporis cuſtodiunt. Itaque mẽbra quæ ſpernitis in eccleſia, maioris vtilitatis approbantur, ſic in corpore ſine pedibus & manibus viuitur, ſine inteſtinis omnino non viuitur.

[margin: † noſtri. † diſsidium † idem † honorificatur.]

¶Auris. ¶Auris. a ¶Diſcretio ſpirituum. ¶Nares. b ¶Sed propter hæc inconuenientia vitanda.
a oculus, vbi auditus? Si totum auditus vbi odoratus? Nunc au- 1
a ¶Prouida & rationabili voluntate aptauit. b ¶Diuerſa. c ¶Maius vel minus d ¶In conſtitutione corporis.
b tem poſuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore
a ¶Sicut ſibi viſum eſt. b ¶Modo multa. c ¶Vnius officij. d ¶Quod non niſi diuerſis ſubſiſtere poteſt.
c ſicut voluit. Quòd ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi cor- 2
a ¶Ne corpus pereat. ¶Sunt. ¶De omnibus.
pus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem cor- 3
a ¶Diuerſa ſunt: ſed maiora non poſſunt dicere minoribus quod eis non egeant. b Quia ſi oculus præuidet, manus operatur. 4
d e pus. Non poteſt autem dicere oculus manui, opera tua non 5
a ¶Poteſt enim aliquis humilis quod non ſublimis.
indigeo: aut iterum caput pedibus: non eſtis mihi neceſſarij.
¶Viliora.
Sed multò magis quę videntur membra corporis † infirmio- 6
¶Aliquando. a ¶Et quæ putamus inferiora: à ſuperioribus non debent ſperni: ſed amplius honorari.
ra eſſe, neceſſariora ſunt. Et quæ putamus † ignobiliora mẽ- 7
a ¶Veſtimentorum. b ¶Ita minus dignis exhortatio neceſſaria, qua aliquis honor illis detur vt fiant vtiles. 8
bra eſſe corporis, his honorem abũdantiorẽ † circundamus. 9
a ¶Vt pudenda. ¶Per aliquod peccatum. b ¶Conſolationem in orationibus.
f Et quæ inhoneſta ſunt † noſtra abundantiorem honeſtatem 10
a ¶A nobis ea celantibus. b ¶Quæ per ſe ſatis honorem habent. c Eorum quæ illis ſiunt, ſed per ea ſunt alia honoranda.
g hãbẽt. Honeſta autẽ noſtra nullius egent. Sed Deus tẽperauit 11
h a ¶Membro. ¶In ſe. b ¶Ampliorem. ¶Per digna membra.
corpus, ei cui deerat abundantiorẽ tribuẽdo honorẽ, vt non 12
a ¶Diſcordia b ¶Humano vel eccleſia. ¶Potius. ¶Vbi debet eſſe vnitas. ¶In rebus agendis.
i ſit † ſchiſma in corpore: ſed † in idipſum pro inuicẽ ſolicita 13
a ¶In aduerſis. b ¶Compati debent.
k ſint membra. Et ſi quid patitur vnum membrũ, compatiũtur 14
a ¶Quaſi ſuum ſit malum. ¶De bonis.
omnia mẽbra. Siue † gloriatur vnũ mẽbrũ, cõgaudẽt omnia 15
a ¶Quid ad nos iſta? Reſpondet. b ¶Vnitate fidei c ¶Capitis. d ¶Pendentia. e ¶Chriſto capite & commembro. 16
l m mẽbra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & mẽbra † de mẽbro. 17 18

[margin: Augu.li 50. hom ho 15. † imbecilliora † minus honeſta. † exponimus. † ex parte. i. aliqua parte mẽbrorũ]

[margin: Aug li. 21. cont Fauſt. cap. 9. Id in li 50. hom. homilia 15.]

f *Inhoneſta ſunt.* Abſit vt in membris ſanctorum aliqua ſit turpitudo: ſed dicuntur inhoneſta, quia non habent ſpeciem decoris quam habẽt ea quæ in promptu ſunt. Vel propter legem membrorum quæ de peccato venit: vſus membrorum illicitus turpis eſt, non membra ipſa.

Inhoneſta. Egeſtate & habitu aliquãdo vitæ mũdioris ſunt. Vel illi qui in eccleſia per aliquod peccatũ inhoneſti ſunt abũdantius adiuuãtur conſolationibus & orationibus, vt honeſti fiant.

g *Honeſta autem.* Q. Ita & fratribus in quibus ſtudiũ piæ conuerſationis ornauit honeſtas, nihil eſt ꝙ addatur à nobis.

h *Sed Deus tẽperauit.* Remoto illo quod obeſt: ponit illud ꝙ prodeſt, ſcilicet contemperationem.

i *Sed in idipſum pro inuicem.* Q. Sollicita ſint membra, vt tendant in idipſum. i. in id ſollicitudinis ꝙ ſit ipſum, ideſt indifferens, vt non minus pro alio quã pro ſe.

k *Et ſi quid patitur.* AMBRO. Hoc de mẽbris corporis ambiguum non eſt, quia ſi oculus vel pes capiatur aliqua ægritudine, totum corpus cõdolet. Ita & nos decet condolere fratribus, ſi quid aduerſitatis emerſerit, & lætari ſi bene ceſſerit.

l *Vos eſtis corpus Chriſti, &c.* ✻ CHRYSOST. Ne quis enim dicat, nihil ad nos exemplum corporis pertinere, natura ſerui, cũ quidquid à nobis fiat, liberũ ſit, & voluntatis totum, ipſum neceſſitudini noſtræ accommodans, & tãtam animorum concordiam, quanta mẽbrorum natura ſit, eſſe debere docens: vos verò corpus, inquit, eſtis Chriſti. Quòd ſi corpus noſtrum ſeditioſum eſſe non decet, quanto minus Chriſti? tanto profecto, quanto gratia potentior eſt quàm natura.

m *De membro.* Vel à me membro cuius prædicatione inſtituti eſtis.

☞ a *Et quoſ.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nũc autem. *i. ſic diſpoſuit ea in corpore, quodque deſeruit toti corpori. oculus enim videt pro toto corpore, & pes ſimiliter ambulat. & ſic de aliis. & ideo ſituantur in vno corpore.*

2 Quòd ſi, &c. *Hic ducit ad ſecundum inconueniens: quia tolleretur integritas corporis: ad quam neceſſario requiritur diuerſitas membrorum: vt prædictũ eſt. ideo dicit:* Quòd ſi eſſent omnia vnum mẽ. vbi corpus? *ſ. organicum perfectibile per animam. q.d. nuſquã, propter quod ſubdit.* 3 Nũc autem. *ab inuidem diſtincta.* 4 Vnum autem. *ex illis conſtitutum vnitate perfectionis.* 5 Non poteſt. *Hic cõſequenter oſtendit, habitudinem membrorum adinuicem. & primò quantum ad cultum exteriorem, ibi:* Et quæ putamus *tertiò quantum ad mutuã ſolicitudinem, ibi:* Sed in id ipſum. *Quantum ad primum dicit:* Non poteſt autem dicere ocu. manui: opera tua non indigeo, &c. *quia ſicut manus indiget directione oculi, ita oculus protectione manus ne lædatur: & lotione ſi fœdetur. & ſic de aliis.*

[margin: Diuiſio.]

6 Sed multo magis quæ viden. *ſicut quæ facile læduntur.*

7 Neceſſariora ſunt. *Directio enim oculi eſt omnibus aliis mẽbris valde neceſſaria: & ex tali mutua neceßitate apparet manifeſte omnia mẽbra de integritate vnius corporis eſſe.*

8 Et quæ. *Hic conſequenter comparat adinuicem omnia mẽbra quantum ad cultum exteriorem, qui magis adhibetur membris ignobilibus. & hoc eſt quod dicitur:* Et quæ putamus ignobiliora mẽbra eſſe corporis. *vt pudenda & partes egeſtioni deſeruientes propter aliquam fœditatem.*

9 His honorem abun. *i. ea diligenter tegimus.*

10 Honeſta autem noſtra nullius egent. *ſ. operimenti, vt facies in qua vigent omnes ſenſus.*

11 Sed Deus, &c. *i. ſic ordinauit quod illa membra quæ videntur inhoneſta diligentius tegimus ex inſtinctu naturæ cuius eſt autor.*

12 Vt non ſit ſchiſma, &c. *i. vt appareat manifeſtè, quòd omnia membra ſint de vnius corporis integritate.*

13 Sed in idipſum. *Hic conſequenter comparat membra adinuicem quantum ad mutuam ſollicitudinem laborando vnum pro altero, & compatiendo vnum alteri. ideo dicit:* Sed in idipſum pro in. ſolli. ſint mem. *ſicut manus laborat pro neceſſariis aliis partibus: vt in tegumento, defenſione, & ſimilibus.* 14 Et ſi quid, &c. *ſicut patet, quod læſo pede ſtatim oculus aſpicit ad læſionem, & manus apponitur ad conſolationem.* 15 Siue gloriatur vnum mem. *ex aliqua conſolatione.*

16 Congaudent omnia. *inde conſolata. Ex his omnibus patet, quod pertinent ad vnum corpus.* 17 Vos autem. *Hic aptat ſimilitudinem corporis naturalis ad myſticum, dicens:* Vos autem eſtis corp. Chriſti. *per coniunctionem charitatis & fidei adinuicem & ad Chriſtum.*

18 Et membra de membro *i. dependentia vnum ab altero & ad vnum ordinata. Huius autem corporis oculi ſunt prælati & doctores, qui habent alios dirigere. Auditus verò clerici, qui ſunt eorum diſcipuli. Odoratus religioſi, qui debent reſpirare cæleſtia, Cantic. j.a.* In odore vnguentorum tuorum currimus. *Manus autem, potentes laici, qui habent defendere per potentiam clerum & inferiorem populum. Pedes verò vulgares homines ſuo laborè vt agricultura & huiuſmodi totum corpus myſticum ſuſtentantes. Et licet ſint ignobiliora membra, tamen ſunt valde neceſſaria. Videmus etiam quod nullus ſtatus prædictus conuenienter poteſt ſtare ſine aliis, propter quod debent pro inuicem ſollicitare de neceſſariis pro communi vtilitate corporis myſtici ſua officia exercentes.*

[margin: Mẽbra eccleſiæ.]

☙ 1 Et quoſdam.

☞ a *Et quoſ. qui.* Determinat his de donis Dei, quæ altiora, & quæ ſint inferiora. De his enim putabant Corinthij, quod minus eſſet maius, quod maius eſſet minus.

b *Primum.* dignitate & tempore *apoſtolos* vitæ Chriſti prædicantes.

c *Secun. pro.* myſteria ſcripturarum vel futura reuelantes.

d *Tertio do.* præcepta viuendi dantes, vel qui pueros literis imbuunt.

e *Genera li.* Ecce donum Dei eſt, multas ſcire linguas. Et nota quod vltimum ponit illud quod illi primũ ponebant.

✻ SEDVL. Nunc phyſicam ſimilitudinem myſticè explanat.

✻ CHRYSOST. Apoſtolos prælocauit, vt qui omnia in ſe donorum genera haberent. Neque enim alios Apoſtolos, alios prophetas, inquit, in eccleſia Deus locauit, ſed primum, ſecundum, tertium adiunxit, hoc ipſum quod dixi oſtendens.

[margin: † Eph. 4.b † ſubſidia † infrà 14.a]

¶Exponit diuerſitatem in fidelibus, quam dixit in membris. a ¶Dignitate & tempore.
a b † Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia, primũm apo- 1
a ¶Omnium ordinatores & iudices. b ¶Aug. qui poſt aduentum, non qui eum prænunciauerunt, de quibus in Actibus apoſtolorum. 2
c ¶Qui miracula faciunt.
c d ſtõlos, ſecũdo prophetas, tertio doctores, deinde † virtutes, 3 4
a ¶Qui infirmos ſanant. b ¶Qui maioribus ferunt opem, vt Titus Apoſtolo, vel archidiſcopis. c ¶Minorum perſonarum prælationes, vt presbyteri. ¶Qui plebi documento ſunt. 5
exinde grãtias curationum, † opitulationes, gubernationes, 6
a ¶In plerique vacat. b ¶Diuerſis hæc, quia non omnibus omnia, quia ſic non eſſet quibus ex officia ſeruirent. 7 8
e genera linguarum, interpretationes ſermonum. † Nunquid 9
f omnes apoſtoli? Nunquid omnes prophetæ? Nũquid omnes 10
g doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiã curationum habent? Nunquid omnes linguis loquuntur?
a ¶Scripturas vel linguas b ¶Sed de his deſiderate vtiliora, non linguas vt ſoletis.
h Nunquid omnes interpretãntur? † Æmulãmini autem cha- 11
a ¶Et præter prædicta. b ¶Maius omnibus donum. 12
c ¶Eundi ad Deum. i. charitatem: quia prædicta non ſemper ad meritum, ſed ad honorem Dei oſtendendum Gentibus. 13 14
i riſmata † meliora. Et adhũc excellentiorem viãm vobis de- 15 16
monſtro.

[margin: † poteſtates † Sectemini verò dona potiora.]

Secundo prophetas. ✻ SEDVL. noui teſtamenti, vt fuit Agabus & filiæ Philippi.

Tertio doctores. ✻ CHRYSOST. Poſt prophetam doctorem locauit, quòd illud quidem totum eſt muneris diuini, hoc & laboris humani.

Deinde virtutes. ✻ SEDVL. Facientes maiora ſigna, vt mortuos ſuſcitare.

✻ CHRYSOST. Pulchrè ſanationum dona à poteſtate, ſic vt ſuprà: diſcernit. Poteſtas enim ſanatione maior eſt. Qui poteſtatem habet, & caſtigat, & ſanat: qui donum ſanandi, ſanat modò.

Exinde gratias curationum. ✻ SEDVL. Vt leproſos mundare, &c.

Opitulationes. ✻ SEDVL. Ideſt, eleemoſynæ erga pauperes.

✻ CHRYSOST. Hoccine igitur donum Dei eſt? Maximum iſthuc quidem diuinæ beneficentiæ ſignum in rebus ſpiritus œconomum & hortatorem eſſe.

Gubernationes. ✻ SEDVL. Eccleſiarũ Dei.

f *Nun. omnes pro, &c.* Qui hęc nõ habet in ſe: amet in aliis ea. & in eis iam hæc habet quæ in ſe non habet.

g *Nunq. omn. Apoſto.* ✻ SEDVL. Sicut nec totum corpus oculus eſt. Quod enim in ſingulis hominib. vniuerſa dona ſpiritusſancti eſſe non poſſunt, nõ ſpiritusſãcti, ſed hominis infirmitati deputandum eſt.

h *Æmulamini autem chariſmata meliora.* ✻ SEDVL. Ideſt, imitemini dona meliora, quàm loqui linguis.

i *Excellentiorem viam.* Charitatem, quia maius omnibus prædictis donum: Vnde in fine his qui dicunt: *Domine, in nomine tuo prophetauimus: dæmonia eiecimus: virtutes fecimus, dicet dominus: Recedite à me, non noui vos operarij iniquitatis.*

[margin: Matt. 7. c Augu. lib. de ſanctis virg. cap. 45. Ibidem. d]

✻ CHRYSOST. Non maiora ſed meliora ſectari iubet: nec donum, ſed viam donorum dixit, quò magis quod dicturus eſt, tollat. Non enim vnum, duóue aut tria vobis dona, ſed viam vnam ad omnia iſta perducentem monſtro: nec viam ſolum, ſed excellentem, nec vlli mortalium inacceſſam, &c.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et quoſdam. *Hic poſt diſtinctionem gratiarum diſtinguit miniſtrationes. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponit diſtinctionem, ſecundò, manifeſtationem eius. ibi:* Nunquid omnes vos. *tertiò, circa miniſterium ordinat hominum affectionem, ibi:* Aemulamini. *Prima adhuc in duas: quia primò, diſtinguit miniſtrationes principales. ſecundo, minus principales, ibi:* Opitulationes. *Maiores autem eccleſiæ miniſtri ſunt Apoſtoli: Ad quorum officia pertinent: ſcilicet regimen populi: doctrina, & miraculorum operatio pro confirmatione doctrinæ. De his tribus dicitur Lu.ix.a.* Conuocatis autem duodecim Apoſtolis dedit eis poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent, & miſit illos prædicare regnum Dei, &c. *In poteſtatibus autẽ ordinatis, illud quod eſt ſupremum reſeruatur ſupremæ potẽtiæ. alia autem aliis communicantur. Regimen verò populi ſupremũ eſt in his tribus: quia alia duo ordinantur ad ipſum: ideo regimẽ eccleſiæ proprius eſt ſtatus apoſtolici, qui eſt ſuperior ſtatus eccleſiæ, & poſt eum alij ſtatus per ordinem. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus:* Et quoſdam quidam poſuit Deus in eccleſia. *i. diſpoſuit ordinatè.*

[margin: Diuiſio. Tria ad Apoſtolorum officia pertinentia.]

2 Primum Ap. *quibus eſt commiſſum eccleſiæ regimen, Luc.xxij.c.* Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ, &c.

3 Secundò pro. *accipientes à Deo immediatè reuelationes.*

4 Tertio do. *qui reuelata aliis explanant inferioribus. De his duobus dicitur Act.xiij.a.* Erant autẽ in eccleſia quæ erat Antiochiæ prophetæ & doctores. *Nec contra hoc eſt quod dicitur Mat.xi.b.* Lex & prophetæ vſque ad Ioannem. *hoc enim dicitur de prophetis prænũciantibus aduentum Chriſti in carnem qui tunc ceſſauerunt, non tamen ceſſauit prophetia ſimpliciter. Quartus gradus eſt eorum quibus communicatur gratia miraculorum, quæ fuit communicata aliis ab Apoſtolis. & quantum ad hoc dicitur.*

5 Virtutes. *quantum ad eos qui faciunt miracula in elementis.*

6 Exinde g. c. *quantum ad eos qui faciunt miracula in corporibus humanis.*

7 Opitulationes. *Hic conſequenter diſtinguit ſecundarias adminiſtrationes, di.* Opitulationes *quantum ad illos qui ferunt opem maioribus prælatis, cuiuſmodi ſunt decani, archidiaconi.*

8 Gubernationes. *quantum ad parochiales ſacerdotes.*

9 Genera lin. *quantum ad illos qui variis linguis loquebantur in primitiua eccleſia, ne propter defectum idiomatis impediretur euangelica doctrina.*

10 Interpretationes ſ. *quantum ad illos qui occultas ſententias explanabant.*

11 Nunquid. *Conſequenter manifeſtat dictam diſtinctionem per hoc, quod tunc non omnes adminiſtrationes iſtæ concedebantur omnibus, ſed diuerſæ diuerſis: ſicut diſtincta officia diſtinctis membris corporis. Oculus enim videt, & pes ambulat. & ſic de aliis: Non enim omnia omnibus expediunt. ideo dicitur,* Nunquid *enim* omnes Ap. *q.d. non: & patet litera.*

12 Aemulamini. *Hic conſequenter ordinat affectionem hominum circa dicta miniſteria: quæ licet ſint bona & eccleſiæ neceſſaria, tamen non ſunt ſic appetenda, ſicut charitas & ſimilia quæ faciunt hominem vitæ æterna dignum. Non ſic autem dicta miniſteria. ideo dicit Apoſtolus:* Aemulamini *i. deſiderate.*

13 Chariſmata me. *i. meliora ſpiritusſancti dona.*

14 Et adhuc. *præter dicta miniſteria.*

15 Excellentiorem vo. *eundi ad patriam cæleſtem.*

16 Demonſtro. *ca. ſequenti.*

☙ CAP.

ADDITIO I.

In ca. xij. vbi dicitur in poſt. Circa iſtam diſtinctionem conſiderandum, quod ſicut dictum eſt gratiæ gratis datæ dantur ad vtilitatem eccleſiæ. Hæc diſtinctio Apoſtoli de diuiſione gratiarum gratis datarum declaratur plenè in prima ſecundæ. q. cxi. arti. iiij. in corpore quæſtionis, in quo continentur omnia quæ hic tradit Poſtilla. & pleniori modo vide ibi, &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. XIII.

A a SI linguis,&c. Probat quod charitas excellētior est: quia hæc alia, sine illa non valent, & illa sine istis.

b *Si lin.ho.* Minus scientium: vel *angelorum*. i. perfectorum. *Vel linguis.* omniū *hominum Angelorum*. Quibus præpositi minoribus quod de Dei voluntate primi sentiunt significant. Quod fit aliquibus nutibus, aut signis, vel quibus ad homines missi vtuntur.

c *Si ling. homin. loquar, & Angelorum.* ✱ SEDVL. Id est, nō solùm omnium linguis, sed etiam si quæ Angelorum linguæ.

Ex serm. de miraculo 5. panum.

✱ AVGVSTIN. Quid est vestis nuptialis? Queramus illam in litteris sacris. Quę est vestis nuptialis? Sine dubio est aliquid quod boni & mali commune non habent. Hoc inuestigem⁹, & inueniemus vestem nuptialem in donis Dei. Quid est quod commune non habent boni & mali? Quòd homines sumus, & pecora non sumus, Dei donum est, sed commune est hoc cum bonis & cum malis: quod nobis lux de cælo oritur, de nube pluuiæ descendunt, fontes manant, agri fructificant, dona sunt, sed bonis malisque communia. Intremus ad nuptias, foris alios relinquamus qui non venerunt vocati, ipsos conuiuas (idest Christianos) cōsideremus. Baptismus Dei donum est, habent illum boni & mali. Altaris sacramenta simul accipiunt & boni & mali. Prophetauit Saul iniquus, & viro sanctissimo atque iustiss. infestus, dum eum persequeretur prophetauit. Nunquid credere dicuntur soli boni? Et dæmones credunt, & contremiscunt. Quid facio? excussi omnia, & ad vestem illam nondum perueni. Quodam loco Paulus Apost. attulit mihi magnum inuolucrum magnarum rerum, & posuit ante me. Et dixi ei: ostende mihi si fortè vestem nuptialem reperisti. Cæpit excutere singula, & dicere, si linguis homin. loquar & angel. si habeam omnem scient. & prophet. & fidē, si distrib. omnia mea pauper. & trad. corp. meū vt ardeam. Magnæ vestes, nondum tamen est illa nuptialis. Iam profer nobis nuptialem vestem. Si charitatem inquit, non habeam, nihil sum: nihil mihi prodest. Ecce vestis nuptialis. Induite vos ô cōuiuæ, vt securi discūbatis. Nolite dicere: ad istam vestem habendam, pauperes sumus. Vestite, & vestimini, hiems est. Vestite nudos, nudus est Christus, &c. Hæc August.

B † De pœn. di. 3. ca. n.

D ✱ GREGOR. MAGN. Bona loquēs, sed per amorem eadem bona nō sequēs velut ęs aut cymbalū sonitū reddit, quia ipse non sētit verba quę facit. (L. 34 Mora. cap 4.)

d *Charitatem autem.* Charitas est fōs prius bonorum, cui alienus nō communicat. Quæ vt oleum non potest premi in imo, sed superexilit. Quāta est: quæ si desit, frustra habentur cętera: si assit, habentur omnia? (Aug. li. 1 de baptis. cont. Donat. ca. 8.)

E e *Velut æs son.&c.* Sicut impulsu aliquo non per se resonans, sic loquens linguis, non per se qui nescit, sed virtute spiritus profert eam quibus audientes mulceat.

f *Et si habuero prophetiam.* Vt Balaam & Caiphas & Saul. (Leg. Aug li. de bap. par.)

g *Mysteria.* Vt & Iudas cum apostolis: & diabolus: qui (vt Ezechiel dicit) mysteria diuina nouit.

h *Scientiā.* Vt scribæ & Pharisæi, vnde: *Vos habetis clauē scientiæ. sed nec intratis, nec alios intrare sinitis.* Habēt hæc vtique & mali, q̄ & cōfitebūtur in iudicio, vbi nō audebūt mētiri. quibus nō dicetur: Non habuistis: sed nō noui vos: q̄a sine charitate habuerūt. (Mat. 23. b. Mat. 7. d)

i *Charitatē &c.* AVGVST. Hæc est vestis, qua induti cōuiuæ securi discūbūt. Hac veste pellitur frigus, quo frigebat Petrus calefaciens se ad prunas Caiphę. Hæc sola est quæ diuiditur inter filios regni & perditionis. Dantur quidem & alia per spiritum munera: sed sine charitate nihil prosunt, vt dominus ait: Qui habet, dabitur ei: & qui non habet, & id quod habet auferetur ab eo. Habet quidem gratiam possidendi nomen Christianum, sed non habet charitatē vtēdi: & ideo q̄ habet auferetur ab eo. (Serm. de miraculo quinque panum. Ioh. 18 c. Mar. 4. c. Aug. li 1. de bap. ca 8. & 9. & tracta. tu 6. & 9. in Ioan.)

k *Si distri.* Impar facultas multum vel parum danti, sed non impar

CAP. XIII.

¶ Quod alicui datur ad gloriam Dei, non ad meritum.

SI linguis hominum loquar & angelorū,

a ¶ Qua potest carere omnibus linguis loquens.

charitatem autem non habeam, factus

a ¶ Quod inutiliter sibi contunditur aliis significat. b ¶ Sibi non prodest, alios delectat nesciens.

sum velut ęs sonans aut cymbalum tinniens,

a ¶ Futurorum.

Et si habuero prophetiam, & nouerim

a ¶ Occulta ve. testa. & noui. ¶ Diuinam & humanam.

mysteria omnia, & omnem scientiam: † & si habuero

a ¶ De omni re vnde est habenda. b ¶ Perfecta.f. c ¶ Ad litteram: vel dæmones à patientibus.

omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem

a ¶ Et si illa magna. b ¶ Cautela eleemosynæ vt pluribus prosit. c ¶ Necessaria.

non habuero, nihil sum. Et si distribuero in † cibos pau-

a ¶ Non diuitum qui reddant. b ¶ Quidquid licet mihi habere. c ¶ Vt Laurentius, quod & iactanter fit: vt ab Empedocle.

perum omnes facultates meas, † & si tradidero corpus

meum † ita vt ardeam, charitatem autem non habuero,

† de conse. dis. 4. c. solet. † alimoniā. † vt cōburar.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

C 1 SI linguis. *Postquā Apostolus docuit de gratiis datis, hic cōsequenter tractat de charitate quæ idem est cū gratia gratum faciente, vel inseparabiliter ei annexa. Et diuiditur in tres partes: quia primò ostendit eius excellentiā respectu donorū prædictorū quantū ad eius necessitatem. secūdò, quantū ad eius vtilitatē, ibi:* Charitas patiēs est. *tertiò, quātum ad eius stabilitatem, ibi:* Charitas nunquā excidit. *Circa primū ostendit primò, quod sine charitate non valēt dona quæ pertinēt ad locutionē. secundò, quod nec ea quæ pertinent ad cognitionem, ibi:* Si habuero. *tertiò, quod nec ea quæ pertinent ad operationem, ibi:* Et si distribuero. *& per hæc tria dona intelligit alia. Dicit igitur.* 2 Si lin.ho.l. *i. omniū hominū per donum linguarū.* 3 Et an. *Circa quod sciendū, quod in angelis est duplex cognitio: Vna qua videt diuinā essentiā: & de illa vnus nō docet aliū: quia omnes immediatè vidēt eā. Alia verò cognitio est in eis de aliis. Et hæc est duplex. Vna est de ministeriis diuinæ prouidentiæ exequendis Et de his superiores loquūtur & docēt inferiores, & nō econuerso. Alia est de conceptibus propriis. & sic etiam inferiores docēt superiores & loquuntur eis, sicut econuerso. Considerandū etiam, quod in angelis est aliquid naturaliter notum aliis: & ideo quando illud naturaliter notū, ab vno angelo ordinatur ad manifestandū alteri, id quod est sibi occultum, tunc est angelica locutio. Quæ quidem ordinatio dependet ex voluntate angeli proponentis vel ordinantis: & sic potest loqui vni & non alteri: potestas igitur hoc faciendi dicitur angeli lingua.*

Diuisio. Cognitio in angelis duplex.

Per hoc intelligitur quod donum locutionis quantumcunque excellens non valet sine charitate. ideo subditur.

4 Factus sum. *Sonus enim talium quantumcunque sit discretus, non tamen est viuus. Sicut autem corpus viuit per animam (qua carent æs & cymbalum) sic anima spiritualiter viuit per charitatē: propter quod omnis locutio quæ est sine charitate mortua est. Aes autem eo quod est planum, ex vna percussione reddit simplicem sonū. ideo significat eos qui veritatem simpliciter annunciant. Cymbalum autem eo quod est concauum ex vna percussione multiplicat sonum, ideo significat eos qui veritatem multipliciter annūciant, adducēdo plures similitudines & eliciēdo multas conclusiones & huiusmodi.* 5 Et si ha. *Hic cōsequenter idē ostēdit de donis pertinentibus ad cognitionē. di.* Et si habue prophetiā. *per quā occulta diuinitus reuelātur. ij. Pet. j. d.* Non volūtate humana allata est aliquādo ꝓphetia, sed spiritusancto inspirati locuti *sunt* sancti Dei homines, &c. 6 Et no. &c. *i. deitatis occulta quę pertinēt ad sapientiā. sup. ij. b.* Loquimur Dei sapientiā in mysterio quę abscōdita est. 7 Et omnē sci. *siue diuinitus datā, vt apostoli habuerunt, siue humanitus acquisitam, vt philosophi.* 8 Et si ha. *i. imperfectam.* 9 Ita vt, &c. *Ex hoc obijciūt aliqui, quod nulli sancti habuerunt fidem perfectā, quia non legitur aliquis eorū montes transtulisse. Sed hoc non valet, quia manifestatio spiritus per miracula datur ad vtilitatē ecclesiæ vt supr. dictū est. propter quod sancti fecerūt miracula prout vtilitati ecclesiæ cōpetebat: & si cōpetens fuisset, montes æquè transtulissent: qui maiora fecerunt mortuos suscitando, cæcos illuminando & huiusmodi: quæ fieri non possent nisi virtute diuina. Translatio verò montium virtute dæmonum posset fieri, si dimitterentur propriæ virtuti.*

F 10 Charitatē, &c. *quantum ad esse gloriæ. Sciendum etiam, quod Apostolus hic loquitur de sapientia & scientia, prout sunt gratiæ gratis datæ quæ haberi possent sine charitate, sicut prophetia & fides: Modo autem prout sapientia & scientia computantur inter septem spiritussancti dona, quæ sunt inseparabiliter charitati annexæ.* 11 Et si distribuero. *Hic consequenter idē facit de donis pertinentibus ad operationem, dicens:* Et si distri. *i. pluribus diuisero: quia pietas ad plura se extendit.*

12 Omnes fa, &c. *Per hoc tangitur perfecta pietas. Mat. xix. c.* Si vis perfectus esse, vade & vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus, &c. *Inter opera virtutis quæ sunt ad proximum pro principali ponit opera pietatis: quia sicut dicitur. ij. ad Timo. iiij. c.* Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futurę.

13 Et si tradidero, &c. *Inter omnia quæ sustinet homo propter Deū, martyrium est potissimum, & maximè quando quis offert se voluntariè. propter quod exprimitur cum dicitur:* Et si tradidero corpus meum: *offerendo voluntariè propter Christum*

14 Ita vt ardeam. *quod est martyrij genus acerbissimum.*

15 Charitatem autem, &c. *Ad consecutionem vitæ beatæ: quia charitas dirigit opera ad finem vltimum: propter quod ipsa sublata deficiunt ab illo fine.*

✱ 1 Charitas

A impar est charitas. Et ideo tantum est dare calicem aquæ frigidæ quantum fuit Zacheo dare dimidium patrimonij. In charitate dignoscuntur discipuli Christi, non in prophetia, fide, & aliis quæ habent & non discipuli. (Luc. 19.)

a *Si distrib. in cibos paup. &c.* ✱ SEDVL. Hoc est, si nō propter Deū, sed propter gloriam humanā. *Et tradide. corp. meum, &c.* Id est, in martyrium: si in ipso martyrio aduersus fratrem retineam iram: contemnens eum, qui iussit nos malitiā proximi obliuisci, & in ipsa etiam morte præuaricator existens.

† Inuidet, charitas nō est procax, vel nō adulatur aut ostentat sese.

b *Charitas pa. est, &c.* AVGVSTIN. Hæc sunt arma quibus miles Christi armatur. Cuius armaturæ quasi præcipua arma permisit, patientiam & benignitatem.

† De pœn. dis. 2. c. charitas nūquā

B ORIGE. Altera, illata à proximis mala æquanimiter portat: alia, sua bona proximis desiderabiliter impendit. (Grego. quoque lib. 22. Moral. 18.)

D c *Non æmulatur.* Quia non eam aliena fœlicitas contristat.

d *Non agit perperam.* ✱ SEDVL. Idest cōtra rationem, vt Gennadius dicit. Vel perperam, vitiosè, corruptè.

e *Non infl.* Quia non eam sua fœlicitas attollit.

f *Non quærit sua.* non est amatrix pecuniæ.

g *Omnia credit.* Sed Deo. Non dicit, omnibus credit. (Aug. li. 21. de ciuit. ca. 27. & li 50. homil 34.)

h *Omnia sperat.* Sic in patribus. i. in populo Israël apparuit, qui sperabant habere quod promittebat Deus.

i *Omnia susti.* In capite, idest, in Christo, qui patiēter expectauit gloriā resurrectionis & ascensionis.

k *Charitas.* Item dignior: quia nec in hoc seculo, nec in futuro finitur, & si opera eius cessent.

E l *Nunquam excidit.* Si credendo & sperando diligimus quod nondum videtur: quanto magis cum videbitur?

a ¶ Item charitas ideo dignior est: quia hæc bona affert. b ¶ Habitu patientiæ in anima. c ¶ Larga egenis.

nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Cha-

a ¶ Non inuidet: quia alterius bonum diligit vt suum. b ¶ Peruerse. c ¶ Si prospere succedit.

ritas nō † æmulatur, non agit perperam, non inflatur, † non

a ¶ Non vult aliis præponi. b ¶ Tantum: vel ablata non repetit. c ¶ Non prouocatur ad iram.

est ambitiosa, † nō quærit quæ sua sunt. Non irritatur, nō co-

a ¶ Non solum non nocet, sed nec cogitat. ¶ Sed dolet videns aliquem ruere:

b ¶ Operibus iustitiæ, vel verbis veritatis.

gitat malū, nō gaudet super iniquitate: cōgaudet autē verita-

a ¶ In actu pro veritate. ¶ Sicut in Noe apparet. b ¶ Quod veritas suadet.

¶ Vt in Abraham apparuit. c ¶ Quæ veritas promittit. d ¶ Promissa patienter expectat.

ti. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

¶ Sed. ¶ Futurorum. a ¶ Quando omnia præsentia erunt.

† Charitas nūquā excidit. Siue ꝓphetię † euacuabūtur siue lin-

a Quid enim alicui diceretur, vbi omnes eadem intelligent. ¶ Quomodo per speculum.

b ¶ Cum per ipsam rem erit. c ¶ Prophetia & scientia destruetur, quia ex parte sunt, idest imperfectæ.

gūę cessabūt, siue sciētia destruetur. Ex parte em̄ cognoscim⁹,

† 11. q. 3. c illud infra 10. † Phil. 2 c † non agit inhonestè vel non est fastidiosa. † abolebūtur.

c Non — a Euacua-

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Charitas patiens est. *Hic consequenter ostenditur eminentia charitatis quantum ad vtilitatem: quia per ipsam implentur omnia virtutis opera. Et primò hoc ostenditur in duobus actibus generalibus virtutis, cum dicitur:* Charitas patiens est. *Omnis enim actus virtutis cōsistit in hoc, quod aliquis bene sustinet sibi illata mala, vel in hoc quod bene operatur bona. quantum ad primum dicitur* Charitas patiens est. *quantum ad secundum.*

Diuisio.

2 Benigna est. *i. facit patientem in malis tolerandis, & benignum in bonis operādis. benignitas enim dicitur quasi bona igneitas: Quod fit quādo ex igne charitatis, animus hominis sic liquescit, quod bona habita non sibi soli retinet, sed ad alios extendit.*

3 Non æmulatur. *Consequenter explicat in speciali opera virtutum quæ per charitatem efficiuntur. Et diuiditur in duas partes: quia primò ostendit qualiter charitas facit vitare malum. Secundò qualiter facit agere bonum, ibi:* Congaudet.

Diuisio.

C *Circa primum sciendum, quod homo non agit malum cōtra Deum sic quod ei noceat: sed sibi & proximo bene nocet. Primo ergo ostendit quod charitas facit vitare malum contra proximū: Et hoc malum. Vel est in affectu, vt quando quis dolet de bonis proximi & de malis eius gaudet: quod fit per inuidiam, quam remouet charitas: quia cōtrariatur ei directè. Ideo dicit:* Non ęmulatur. *i. inuidet: Habet enim æmulari plures significationes quæ continentur in hoc versu: Aemulor inflatur, amat, inuidet ac imitatur. Vel malum cōtra proximū, est in effectu. Et sic dicitur de charitate.*

4 Non agit perperam. *i. peruerse.*

5 Non inflatur. *Hic secundo ostendit qualiter charitas facit vitare malum hominis in seipsum. Primò: quia remouet inordinationem superbiæ quæ est principiū omnis mali, dicens:* Non inflatur: *quia charitas excludit tumorem superbiæ. Inflatus enim habet magnitudinem apparentem, sed non existentem: sic superbus videtur sibi magnus, cum tamē non sit secundum veritatem. Et quoniam ambitio est filia superbiæ, ideo cōsequenter dicit de charitate.*

6 Non est ambitiosa. *i. facit ambitionem vitare. Secūdò: quia remouet inordinationem cupiditatis. Et quantum ad hoc dicitur.*

7 Non quærit, &c. *Repetendo ea cum scandalo. Tertiò: quia remouet inordinationem iræ. Ideo dicitur.*

8 Non irrita. *i. non prouocatur ad iracūdiam. Quartò: remouet inordinationem elationis quæ est in mente. Ideo dicitur.*

9 Non cogitat, &c. *i. non permittit hominem cogitare qualiter perficiat opere.*

10 Non gaudet, &c. *i. non permittit peccare ex elatione vel malitia, quæ faciunt de malo gaudere, Prouer. ij. c.* Lætantur cum malè fecerint & exultant in rebus pessimis, *de quibus facit charitas magis lugere.*

11 Congaudet. *Hic consequenter ostenditur qualiter charitas facit operari bonum. Et primo quoad proximum, cum dicitur:* Congaudet autē veri. *s. proximi. Quæ triplex, &c. s. veritas vitæ, doctrinæ & iustitiæ.*

12 Omnia suffert. *Infirmitates proximi charitatiuè supportando. Secundo, facit opera bona erga Deum, quod fit per virtutes theologicas. Ideo dicitur.*

13 Omnia credit. *quæ tamen diuinitus à Deo sunt tradita: à quo non possunt tradi falsa, cum sit prima regula veritatis. Credere verò omnia quæ traduntur ab homine, leuitatis est. vnde Prouer. xiiij. b.* Innocens credit omni verbo. *In Hebræo habetur: Stolidus credit omni verbo. Ideo innocentia accipitur ibi pro defectu sensus.*

14 Omnia sperat. *diuinitus promissa. Et ne spes frangatur propter dilationem, subditur.*

15 Omnia sustinet. *Per longanimitatem patienter expectando promissa.* 16. Charitas nunquam, &c. *Hic consequēter ostendit excellentiam charitatis respectu aliorū donorū quantum ad permanentiam. Et diuiditur in duas partes: quia primò proponit hanc permanentiam. Secundò probat eam, ibi:* Ex parte. *Circa primū dicit:* Charitas nūquam excidit, *Quod aliqui mali intelligentes dixerūt, quòd charitas semel habita non potest amitti. quod est falsum: quia dicitur Apocal. ij. a.* Charitatem tuam primam reliquisti. *Ideo sic intelligitur dictum Apostoli:* Charitas nunquam excidit. *i. Vtens charitate: quia sic habens charitatē non peccat, nec auertitur à Deo. Et hoc modo intelligitur illud. j. Ioh. iij. b.* Omnis qui natus ex Deo, non peccat: *scilicet inquātum natus vel vtens gratia in hac natiuitate data. Item dicta sententia illorum non conuenit intentioni Apostoli, qui non loquitur hic de cessatione spiritualium donorum per mortale peccatum, sed de cessatione donorum pertinentium ad hanc vitā per gloriam superuenientem. Et hoc modo charitas nō excidit: quia sicut est in vita, sic permanebit in patria cum augumēto.*

Diuisio. F

17 Siue prophetiæ, &c. *Prophetia enim est respectu futuri: status autem patriæ futurum non expectabit, sed erit ibi finale complementum omnium: sic enim prophetia est cognitio ænigmatica: quæ cessat in patria, vbi est clara cognitio.*

18 Siue linguæ, &c. *quod non est intelligendum de corporalibus linguis: quia sancti resurgent in integritate corporis. Similiter hæc cessatio non est intelligenda quātum ad vsum linguarum: quia ibi erit laus vocalis, secundum quod dicit Glo. super illud Ps. cxlix.* Exultationes Dei in gutture eorum. *Sed intelligendum est de dono linguarum, quo aliqui in primitiua ecclesia linguis variis loquebātur, Act. ij. propter illos qui non intelligebant linguam natiuā apostolorum: quæ tunc cessabunt, quia quilibet quamcunque linguam intelliget, propter quod non erit necessarium loqui variis linguis. In primo etiam statu generis humani erat vnus populus, & labium vnum omnium. Gen. xi. Et multò magis videtur quod sic fiet in vltimo statu consummationis omnium.*

19 Siue scientia, &c. *s. sciētia hic acquisita non quo ad species intelligibiles vel quo ad habitum, sed quo ad actum qui modo est per conuersionem ad phantasmata. tali verò conuersione non indiget anima separata.*

20 Ex parte. *Hic consequenter probat propositum. Secundò concludit intentū, ibi:* Nunc autē. *Circa primū facit talē rationē, dicēs: Adueniente perfectione, tollitur imperfectio ei opposita: status autē gloriæ perfectissimus est: ergo adueniente perfectione tollūtur dona habentia imperfectionem, vel simpliciter: vel quātum ad id quod est imperfectionis. omnia sunt huiusmodi præter charitatem quæ est idem cum gratia gratū faciēte. Vel habet eam inseparabiliter annexā: ergo in gloria tolluntur omnia simpliciter, vel secundū quid. In ista ratione sic procedit: quia primò ponit minorem. Secundò maiorem cum sua deductione, ibi:* Cum autē venerit. *Tertiò minoris probationem, ibi:* Videmus nūc. *Circa primum dicit:* Ex parte enim cognoscimus. *i. imperfecta est scientia nostra quæ habetur in via, & maximè quæ est de Deo ad quæ se habet intellectus noster: sicut oculus noctuæ ad lucem solis ij. Metaph.*

Diuisio.

✱ 1 Et ex

A a *Euacuabi. quod.* Destructio imperfectionis est, quãdo id quod imperfectum est impletur in verum.

Hic opponitur à quibusdam quod eadem ratione charitas debeat dici euacuari: quia modo ex parte est comparatione futuri status. Ad quod quidam dicunt: non ipsam scientiam. i. donum sciẽtiæ euacuari: sed modum, quia modo cognoscimus ænigmaticè & vmbratiliter & obscurè, tunc autem per speciẽ. i. clarissimè. Sed & ad hoc inquiunt illi. Omnes modo imperfectè diligimus: tũc autem perfectissimè, ergo modus diligendi euacuabitur. sic ergo charitas potest dici euacuãda vt scientia. Ad quod illi: Verum quod de charitate sicut de sciẽtia omnis imperfectio tolletur. Sed sicut duo sunt diligenda, Deus & proximus: ita & duo principales modi: vt scilicet Deus propter se, & proximus propter Deum. Hi modi in futuro non euacuabuntur, sed modus imperfectionis tolletur.

Augu. lib. 1. cõtra felicẽ Manich. ca. 11. & li. de mirab. sacræ script. ca. 7.

† Maxima ex his.

¶ Imperfectè: quasi scientia ex parte est, prophetia ex parte est. ¶ Sed omne quod ex parte est destruetur. Cum. s. vene. quod perfect. &c.

& ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cũ essem paruulus, ¶ Per simile. ¶ More paruuli. ¶ Humana res. loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt ¶ Perfectæ ætatis. ¶ Postposui omnia illa. paruulus. Quando autem factus sum vir † euacuaui quæ erãt ¶ Similiter paruuli. ¶ Nos. ¶ De Deo. ¶ Imaginem obscuram. ¶ Creaturas in quibus aliqua similitudo Dei relucet: & hoc satis obscurè. paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc au- ¶ Manifestè. ¶ A similitudine directo vultu se sapientium. ¶ Ego ipse etiam. ¶ Obscurè & imperfectè. tem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autẽ co- ¶ Tunc cognoscam, sed nunc: vt ad id perueniam. gnoscam, sicut & cognitus sum. Nũc autẽ manet fides, spes, ¶ Q. pauca, sed multum vtilia ¶ Quæ his decedentibus permanebit aucta. charitas, tria hæc. † Maior autem horum est charitas.

Alij dicunt: Non solum modum scientiæ, sed etiam actum siue ipsam scientiam quæ nunc est in futuro euacuari. De actu quidem & vsu ipsius scientiæ probabile est quod euacuetur: de ipsa verò scientia non adeo. Scientia enim est ipsa mentis qualitas: cuius actus est visio ipsa qua videmus nunc: à qua ad aliam perducemur. vnde: *Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus.*

1. Ioh. 3. a

b *Nunc.* Imagines per fidem videntur.

c *Videmus nunc per speculum, &c.* ✲ GREGOR. Speculari nobis est, de altitudine scripturarum æterna bona contemplari.

Li. 3. Expo. in 1. Reg. cap. 5. li. 15. de Tri.

✲ AVGVST. Sicut nomine speculi imaginem voluit intelligi, ita nomine ænigmatis quamuis similitudinem, tamen obscuram, & ad perspiciendum difficilem, &c.

d *Tunc.* res ipsæ.

e *Tunc co.* i. videbo promissa, sicut videor. hoc est, præsentem ad Deum esse, vbi Christus est. Vel sicut præscitus sum cognoscere quod modo est secretum.

D *Speculum.* Est anima: vi cuius aliquo modo Deum noscimus, sed obscure.

Aug. lib. 15. de Trin. ca. 8 & Tract. 101. in Io. li. 83 quæst. q. 65.

Aenigma. Est non omnis, sed obscura allegoria. vnde sicut per speculum imaginem, ita nomine ænigmatis similitudinem quamuis obscuram & ad percipiendum difficilem significauit.

f *Tunc autem facie ad faciem.* ✲ CHRYSOSTOMVS. Non equidem quod facies Deo quædam sit, sed quò clarius manifestiúsque dicat.

† aboleui.

g *Tunc cognoscam sicut & cognitus sum.* ✲ SEDVL. Non ait, intãtum cognoscam, quantum à Deo cognitus sum, sed, sicut & cognitus sum: & sicut non æqualitas, sed similitudo ostenditur.

E

h *Fides spes, &c.* AVGVST. Quibus scientia & prophetia militat sine quibus nullius iusti est vita ista perfecta.

Enchirid. cap. 117.

✲ SEDVL. & PRIMAS. In præsenti tria hæc, in futuro sola charitas permanebit. Maius est ergo quod semper erit, quàm quod aliquando cessabit.

✲ AVGVSTIN. Tria hæc sunt quibus & scientia omnis & prophetia militat, fides, spes, charitas, sed fidei succedit beatitudo ipsa ad quam peruenturi sumus. Charitas autem istis decedentibus, augebitur potius. Si enim credendo diligimus quod nondum videmus, quanto magis cùm illud videre cœperimus? & si sperando diligimus quo nondum peruenimus, quanto magis cùm peruenerimus? Inter temporalia enim atque æterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur antequã habeatur, vilescit autem cùm aduenerit. Non enim satiat animam, cui vera & certa sedes est æternitas: æternum autem ardentius diligitur adeptum, quàm desideratum, &c.

Li. de doct. Christiana

i *Maior autem horum est cha.* Cui fides & spes non potest deesse, sed fides & spes sine charitate possunt esse.

☞ a *Secta.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ex parte pro. *idest, perfecta est cognitio prophetica, eo quod est ænigmatica. Et per ista duo dona intelliguntur alia imperfecta excludendo.*

C

2 Cum au. *hic ponit maiorem, dicens:* Cum autem ve. quod perfe. est, *idest, status gloriæ qui perfectissimus est.*

3 Euacua. quod ex parte est, *idest, imperfectum. Quod declarat per simile de statu puerili imperfecto, qui cessat adueniente statu virili perfecto, dicens.*

4 Cum es. par. &c. *s. balbutiendo & imperfectè.*

5 Sapiebam vt par. *approbando aliqua quæ magis essent reprobanda: Et similiter reprobando quæ magis essent approbanda.*

6 Cogitabam vt par. *s. vana & inutilia.*

7 Quando au. fa. sum vir, &c. *s. prædicta & consimilia perfectioni virili non conuenientia.*

8 Videmus nunc. *Hic ponit minoris probationem. s. quod alia dona à charite sunt imperfecta. dicens:* Videmus nunc per spe. *Sensibile enim cognoscitur tripliciter. Vno modo per sui præsentiam in sensu, sicut lux videtur quæ recipitur in oculo propter sui diaphaneitatẽ. Alio modo non per sui præsentiam, sed per speciem in sensu receptam: tamen immediatè à sensibili deriuatam, sicut videtur color. Tertio modo per speciem non deriuatam immediatè à sensibili in sensu, sed in alio, sicut videtur aliquid in speculo. Consimilis habetur de Deo triplex cognitio naturalis. Vno modo per essentiam suam, quæ soli Deo conuenit. Alio modo per similitudinem immediate à Deo deriuatam in cognoscente. & hæc cognitio conuenit angelo, cuius essentia est quædam Dei similitudo. per quam naturaliter cognoscit Deum. Tertio modo cognoscitur à nobis quasi in speculo, inquantum per creaturas à nobis cognitas sicut per speculũ ducimur in Dei cognitionem. Ex ordine enim creaturarum & bonitate venimus in cognitionem sapientiæ & bonitatis diuinæ. Ideo dicit.* Vide. nunc. *s. Deum.*

Sẽsibile tripliciter cognoscitur.

Cognitio Dei naturale triplex.

9 Per speculum in ænigmate. *Quia hæc similitudo creaturarum ad Deum obscura est, & valde imperfecta, & per consequens nostra cognitio de Deo in via.*

10 Tunc autem. *i. in patria.*

11 Facie ad faciem. *Et clarè & nudè videbimus diuinam essentiam.*

F

12 Nunc cognosco. *Deum.* ex parte. *i. obscurè & imperfectè.*

13 Tunc autem, &c. sicut & cognitus sum. *A Deo. Sicut enim cognoscit essentiam nostram. ita tunc cognoscemus suam. Tamen ly sicut, non importat æqualitatem cognitionis, sed similitudinem tantum longinquam. Si autem ex his arguatur quod charitas sicut alia dona euacuatur, quia est imperfecta dicendum. quod non valet: quia quando imperfectio conuenit alicui per se, tunc euacuatur adueniente perfectione: si autem insit per accidens, manet: sicut imperfectio est de ratione pueritiæ, non autem de ratione humanitatis. & ideo adueniente statu virili cessat pueritia: non autem humanitas cui per accidens competit imperfectio, inquantum. s. est in puero. Imperfectio verò per se respicit scientiam nostram & prophetiam, vt prædictum est: propter quod euacuantur. Charitati verò competit imperfectio per accidens. s. propter imperfectionem cognitionis adiunctæ. Charitate enim competit per se in Deum tendere: sed quod nunc imperfectè tendit in eum, est per accidens propter cognitionis imperfectionem, vt dictum est: propter quod manet adueniente cognitione perfecta.*

14 Nunc autem. *Hic concludit non conclusionem principaliter intentam. s. quod charitas excellit omnia alia dona, dicens:* Nunc autem, *i. tempore viæ.*

15 Manent fides, spes, charitas: tria hæc. *Per istam fidem & spem intelliguntur ista dona de quibus non expresse facit mentionem: quæ sunt euacuanda in patria.*

16 Maior autem horum est cha. *Fides enim & spes sunt excellentiora cæteris donis euacuandis: quia sunt virtutes theologicæ, quæ dantur nobis ad coniungendum nos Deo. Alia verò dona sunt quædam dispositiones nobis datæ, vt reddamur bene mobiles à spiritusancto, & sic ordinantur ad virtutes theologicas vt ad fines. Et ex hoc sequitur, quod ex quo charitas est maior fide & spe, quod etiã sit maior cæteris donis. Quod enim est maius maiore, est maius minore.*

✲ ADDITIO

ADDITIO I.

A *In ca. xiij. vbi dicitur in postil. Potestas ergo hoc faciendi dicitur angeli lingua.*

Cum locutio exterior per quam aliquis loquitur alteri fiat per aliquod sensibile signũ, puta voce vel nutu, vel aliquo corporis membro, puta lingua vel digito, quod angelis competere non potest: ideo quidam per hoc quod dicitur hic: Linguis angelorum: intelligunt linguam perfectorum hominum. Homines enim perfecti quãdoque angeli dicuntur in scriptura. Vel dicendum est secundum sanctum Tho. j. parte. q. cvij. ar. j. in cor. quæstionis. quod lingua angelorum non propriè, sed metaphorice dicitur ipsa potestas angeli, qua suum conceptum alteri manifestat.

ADDITIO II.

In eodem capitulo vbi dicitur in postilla: æs autem, eo, quod est planum ex vna percußione reddit simplicem sonum, &c.

D

Per hoc quod dicitur: Velut æs sonans, cymbalum tinniens, intelligitur secundum Glo. quod ista sic sonantia sibi non prosunt, licet alios quandoque delectẽt. in quo est aperta comparationis similitudo: quia sicut æs & cymbalum cum pulsu aliquo non per se resonant, sic loquens linguis non per se, sed virtute spiritus profert ea quibus audientes mulceat.

ADDITIO III.

In eo ca. vbi dicitur: Omnia suffert.

Hoc quod dicitur: Omnia suffert: intelligitur secundum Glo. pro veritate. In hoc autem quod dicitur: Omnia credit: Notandum quod non dicit: Omnibus credit: quia non omnibus, sed tantum Deo firmiter credit, &c.

CAP XIIII.

a *Secta. charita. &c.* ✲ AVGVST. Dulce & salubre vinculum mẽtium, sine qua diues pauper est, & in qua pauper diues est. Hęc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima, in Abel sacrificio grata, in Noë per diluuiũ secura, in Abrahę peregrinatione fidelissima, in Moyse inter iniurias leuissima, in Dauid tribulationibus mansuetissima: in tribus pueris blandos ignes innocenter spectat, in Machabæis sæuos ignes fortiter tolerat. Casta in Susanna erga virũ, in Anna post virum, in Maria præter virum. Libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendum, diuina in Christo ad ignoscendum.

Sermo de laudib. charitat.

B

† Spiritu

† cõgregationem.

CAP. XIIII.

¶ Ergo. ¶ Toto desiderio. ¶ Desiderate etiam alia dona spiritus vt linguas & alia: sed post charitatem, magis prophetiam quàm linguas.

SEctamini charitatem, æmulamini spiritalia, magis autẽ vt prophetetis. † Qui ¶ Incognita & peregrina. ¶ i. non intelligentiæ hominum. ¶ Aliqua signa sine intellectu. enim loquitur lingua, non hominibus ¶ Cuius laudes dicit. ¶ Non hominibus. ¶ Qui homo sit. i. carnalis. ¶ Intelligit. loquitur, sed Deo. Nemo enim audit. ¶ Non mens, sed inferior vis animæ. ¶ Non ipse. ¶ De Deo secreta. ¶ De isto dico quod non hominibus: Nam qui prophe. ¶ Mente intelligendo & interpretatione aperiendo. ¶ Exponit scripturas, quæ multis occultæ. † Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, ho- ¶ Incipientium. ¶ Prouectorum. minibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & cõ- ¶ Desolatorum. ¶ Item ideo. ¶ Quod est spiritu. ¶ Vt plus. ¶ Si tamen intelligit. solationẽ. Qui loquitur lingua, semetipsum ędificat. Qui autẽ ¶ Quod est mente loqui. ¶ Quantum ad se. ¶ Quamuis autem sic prophetiam linguæ præponam, tamen. ¶ Quod donum Dei, & ideo non prohibebo. ꝓphetat † ecclesiã Dei ædificat. Volo aũt vos oẽs loqui linguis

† supr. 12. d

b *Aemulamini spirit. magis autẽ vt prophetetis:* ✲ PRIMAS. & SEDVL. Spiritualia dona vos æmulari & quærere non prohibeo, idest, etiã loqui linguis: sed magis hortor, vt ꝓphetetis: idest, prædicetis. Ideo autẽ prædicatio prophetia dicitur: sicut enim ꝓphetia in tribus temporibus continetur, ita & prædicatio in præsenti corrigit, & præteritas passiones sanctorũ in memoriam reuocat, & de pœnis præmiisque futuris terret ac solatur.

E

c *Qui enim lo. lingua.* Quando lingua loquens se non intelligebat, vt si quis alicuius linguæ prolationem & non significationem sciret.

AVGVSTINVS. Vel ita vt aliter accipiatur lingua, & fiat distinctio inter spiritũ & mẽtem. quia enim in lingua in membro illo quod mouemus in ore, cum loquimur, signa rerũ dãtur, nõ res ipsę proferuntur: ideo trãslato verbo, linguã, hic dicit prolationem: vbi sunt significationes velut imagines rerũ, quę vt intelligãtur, indigẽt mẽte. i. intellectu mẽtis. Dũ verò nõ intelliguntur,

Lib. 2. de Gen. ad lit.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

1 SEctami. ch. *Superius Apostolus determinauit gratiarum gratis datarum conditionem. hic consequentur circa eas ponit quandam comparationem, ostendens quod prophetia sit eminentior dono linguarum. Et ad euidentiam dicendorum considerandum. quod ad prophetiam requiritur intellectuale lumen ad intelligendum visionis significatum. Pharao enim qui vidit spicas, Gen. xlj. & Balthasar manum scribentẽ: Dan. v. ille dormiens, iste vigilans, non fuerunt prophetæ propriè loquendo: quia non habuerũt intellectum visionum. Sed Ioseph & Daniel qui intellexerunt, veri prophetæ fuerunt. Sic igitur accipitur hic prophetare. s. visiones sibi vel aliis factas per lumen intellectuale sibi datum exponere. vnde dicitur Dan. x. a.* Intelligentia opus est in visione. *Sciendũ etiam, quod in primitiua ecclesia pauci erant quibus imminebat prædicare, propter quod Deus tunc dedit donum linguarum multis de illis: vt sine impedimento exercere possent officium prædicationis. Corinthij verò tanquam curiosi magis volebãt hoc donum quàm prophetiæ. Et sic loqui lingua, accipitur hic pro locutione non intellecta perfectè, nec explanata: sicut grãmaticus purus potest loqui prophetias in Latino: non tamen exponere. Et secundum hunc intellectum Apostolus præfert prophetizare loqui linguis. Et diuiditur in duas partes, quia primò hanc eminentiam ostendit. Secundò, qualiter sit vtendum vtroque dono, ibi:* Quid ergo. *Primum ostendit dupliciter. Primò rationibus sumptis ex parte fidelium, ibi:* Fratres mei. *prima adhuc in duas: quia primò ostendit propositum, quo ad vsum linguarum in prædicando. Secundò, in orando, ibi:* Nam si orem. *Prima adhuc in duas: quia primò probat propositum per rationem. Secundò, per exempla, ibi:* Nunc autem. *Circa primum continuat se ad præcedentia, dicens:* Sectamini cha. *Eo quod dixerat eam præcellere secreta dona, ca. præce. ideo ex illis quasi concludendo dicit quod præ cæteris debent charitatem sequi. veruntamen quia propter hoc non sunt alia dona contemnenda, subdit.*

C

Diuisio

2 Aemu. spi. *idest. desiderate seu amate alia dona, vt prophetiæ donum & linguarum.*

3 Magis au. *scilicet, desiderate.*

4 Vt pro. *quia prophetia præcellit dona linguarum. Quod consequenter probat duplici ratione. Prima ponitur, cum dicitur.*

5 Qui enim lo. lin. *diuersa idiomata.*

6 Non hominibus loquitur. *i. ad vtilitatem hominum. Sicut enim dictum est suprà, per loqui linguã siue linguis, intelligitur locutio non intellecta, sicut aliquis simplex dicit horas canonicas. non tamen intelligit vel explanat. sicut cum quis simpliciter intelligit tantum significata verborum, non tamen perfectæ locutionis sensum: quia nesciret exponere: immo ad intelligendum doctore indigeret: & in donum linguarum non sufficiebat ad exhortandum siue prædicandum, sed tantum ad orandum. Ideo subditur:*

F

7 Sed Deo. *cum quo loquitur homo in oratione.* 8 Nemo, &c. *idest, intelligit per talem locutionem sensum interius latentem.*

8 Spiritus autem, &c. *s. sensus latentes per donum prophetiæ reuelando: & ideo tale donum sequitur ædificatio ecclesiæ. Ideo subditur.*

9 Nam qui prophetat. *i. sibi vel aliis reuelata reserat vel explanat.*

10 Hominibus lo. *i. ad vtilitatem hominum.*

11 Et exhorta. *proficientium.*

12 Et consolationem. *Lugentiũ seu perfectorum. Ex prædictis formatur talis ratio. Illud quod est ad honorem Dei & vtilitatem proximi, est melius illo quod est ad honorẽ Dei tantũ: prophetia verò est ad vtrũque: donum linguarum non: sed ad honorem Dei tãtum, vt patet ex dictis, ergo. &c.*

13 Qui loquitur. *Hic ponitur secunda ratio, quæ talis est: Melius est illud quo aliquis proficit sibi & aliis, cuiusmodi est prophetia, quàm illud quo proficit sibi tantum: sicut est donũ linguarum per se tamen acceptum: quia per hoc non potest alios instruere. Et hoc est quod dicit:* Qui loquitur lin. semetipsum ædificat. *sibi proficiendo scripturas recitat orando vel studendo.*

14 Qui autem pro. *Scripturas reserãdo vel explanando scriptis vel verbis.* 15 Ecclesiam, &c. *i. cõgregationem fidelium. Et ne aliquis ex dictis crederet non esse curandum de dono linguarum: ideo hoc remouet, dicens.* 16 Volo autem. *i. desidero.*

17 Omnes vos lo. lin. *tanquam aliquod bonum.*

✲ 1 Magis

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, dicuntur in spiritu, non in mente. Mens enim hic accipitur superior vis animæ. Spiritus, vis eiusdem animę inferior, cui rerum imagines imprimuntur. Lingua verò, quælibet signorum prolatio: ergo cum intellectus accedit qui est mentis, vel reuelatio sit, vel agnitio, vel prophetia, vel doctrina. Sciẽdum quod loquens lingua, aliquando non intelligebat, aliquando intelligebat, sed aliis exponere non valebat: sed alius fortè in terpretabatur. Aliquãdo & videbat & intelligebat & interpretabatur. vt verbi gratia: Pharao in spiritu, vidit septẽ boues: illorúmque prolatio quasi lingua fuit, sed non intellexit quod significaret. ideóque, ppheta non erat. Proinde q rerũ similitudines demõstrabantur in spiritu, si non intelligebat, nõdũ erat propheta. Magisque propheta dicendus est, q interpretatur, quod alius videt, vt Ioseph magis quã Pharao. Pharao vidit in spiritu, Ioseph mẽte. Eius spiritus informatus erat, vt videret imagines. huius mẽs illuminata, vt intelligeret veritatem. Ideo in illa erat lingua, in ista prophetia: quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationis interpretatio. Minus ergo est propheta, qui rerum significatarum solo spiritu videt imagines. Magis propheta qui solo earum intellectu prædituς est. Sed maximè qui in vtroque præcellit, vt Daniel: qui & somnium regis quod vidérat: dixit, & quid significa ret, aperuit.

✠ Chrysost. Cõparat hìc inter se dona, extenuans illud linguarum, non inuti le prorsus quidem, nec vtile tamẽ vehementer per sese osten dens: multum enim ab illo sibi placebant, egregium quidda m esse rati, vt quod primum omnium Apostoli tanta cum admiratione obtinuissent, non tamen propterea aliis præferendu m erat. Quò igitur Apostoli istud primum omnium tenuer int? quia proficiscendum quoquo versus fuit. Et quẽadmodu m eo tempore, cùm turris extrueretur, vna lingua in multas se ẽabatur: ita tum quidem multæ sæpe in vnum quendam hominem confluebant, idémque Persarum, Romanorum, Indorum, & multorum præterea linguis, spiritu insusurante loquebatur, atque id munus, munus tum vocabatur linguarum, multis scilicet omnino vocibus vtendi facultatem præbens. Hìc igitur quo nomine tollat, quo nomine deprimat, videamus. Nam quod inquit, qui linguis loquitur, non hominibus loquitur, nemo enim audit, extenuare vult, monstrans non esse arduum vehementer. Quod porrò subiungit, spiritu verò loquitur mysteria, tollit rursum, ne vel superuacuum, vel inutile, temeréque concessum putemus. Qui prophetat autem, hominibus loquitur, ædificationem, exhortationem, consolationem. Vides egregium hoc esse munus, vnde monstrarit, nempe quia communiter pluribus vtile est, vides vt præferat vbique, quicquid communem respicit vtilitatem, &c.

a *Nunc au.* Dixi maior est qui prophetat, quàm qui loquitur lingua. In meipso autem videre potestis, quod lingua non prodest, prophetia prodest. *Nunc autem.* Quando fideles: quid tunc quando infideles?

b *Aut in reuelatione.* vt exponam reuelationem. Reuelatio est quando per figuras ostenduntur quędam mysteria, vt in Apocalypsi.

c *Aut in scientia.* vt exponam ea quæ ad scíendum pertinent. Ea sunt quæ fidem illuminant, vt de natura diuinitatis.

d *Aut in prophetia.* vt exponam scripturas quæ de futuris agunt.

e *Aut in doctrina.* vt exponam scripturas quę mores informãt. Vel reuelatio est subita aliquarum rerum ostensio per spiritum. vnde post: si cui sedenti reuelatum fuerit. Prophetia est vt Isa. vel cæterorum, quam sine humana industria spiritussanctus paulatim reuelat. Scientia est eorum quæ proprio studio didicit. Doctrina est eorum quæ alio docente.

f *Tamen quæ sine.* Per me ostendit linguam non valere sine interprete. Per me dico, quod ostendi qui sum rationalis, tamen per inanimata idem patet.

g *Etenim si incer.* Item per aliam similitudinem. *Etenim si incer. &c.* Iudæis erat vsus tubæ in festis & in bellis diuersis sonis.

✠ Chrysost. A superuacuis (tibia, cythara, &c.) orationem ad necessaria transfert. Non in cythara solùm, sed in tuba etiam videre id ipsum licet, inquit, sed & huic sui quidam numeri sunt, & nunc bellicum sonum, nunc alium reddunt, nũc ad prælium, nunc è prælio vocant. Atque id quidem nisi quis discernat, de summis extremísque rebus periclitatur: id quod pulchrè significauit detrimentum ostendens. Quis ad bellum enim apparabitur, inquit? numeros igitur distinctos nisi habeat, ne tuba quidẽ fuerit. Sed quid adnos ista, dices? maximè verò ad nos, idcireo subiungit: *Sic et vos*, inquit, *nisi manifestũ sermonẽ dederitis, quomodo scietur id quod dicitur?* Ita nihil habere magnificum linguas, vndique fere monstrauit. Quò ergo, si nihil habent, concessa sunt? Primùm vt prodessent accipienti: quòd si cæteris quoque velis, interpretationem coniungas oportet, &c.

h *Tam multa.* Ideo in aëra. Quia tam multa vt sunt genera linguarum. quod est: tantum valet hæc locutio ac si omnibus linguis loqueremini, quas nunquam vllus intelligeret: & de omnibus rebus in vnaquaque lingua, quia nulla res est sine sua voce in vnaquaque lingua. Vel, *Tam multa. vt sunt ge. lin. in hoc mun.* quia loquimini omnibus linguis, & de omnibus rebus.

☞ a *Et sine*

Gen 41.a

† Quinetiã

*tibia.

Dan. 5. c

Diuisio

Reuelatio.

† significãtem.

Prophetia † verbi gratia.

Scientia. Doctrina.

† magis quam omnes vos † mente mea

Augu. l. 12. de gen ad lit. c. 8 Et li de Trini. 14. cap. 16.

† Alioqui

Ti act. 12. Ioanes.

† qui loqui tur

† sectatores Amen.

† excellatis.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

✠ 1 Magis au. s. *volo vos.*
2 Prophetare. *quoniam melius est. Ideo subditur.*
3 Nam ma. est. *si tamẽ vtrunque donũ per se sumatur. Ideo subditur.*
4 Nisi for. inter. *scripturas explanando: quod pertinet ad prophetiam, & sic tale hab et vtrunque donum. s. linguarum & prophetiæ: quod est melius quàm habere alteram tantum. cæterus paribus.*
5 Nunc au. *His consequenter ostendit propositum per exempla: & primò per exemplum suipsius, dicens:* Nunc au. frat. siue ad vos. *ideſt, vtens tantummodo dono linguarum quod habeo.*
6 Quid vo. pro. *nisi vobis explanauero dicta mea. q. d. nihil. Hæc autem explanatio potest esse primò circa diuina hominibus occulta: quæ tamen scire necesse est. vel expedit. Et quantum ad hoc dicit:* Aut in reuelatione. *Secundò: circa humana, quorum cognitio ad salutem est vtilis vel necessaria. Et quantum ad hoc subdit.*
7 Aut in scientia. *quæ proprie accipiendo est de terrenis. Tertiò circa futura contingentia. & quantum ad hoc subdit.* Aut in prophe. *Quarto: circa moralia. & quantum ad hoc dicit:* Aut in doct.
8 Tamen quę. *Hic ponit secundum exemplum in rebus inanimatis, instrumentis musicis, quæ si sonum confusum emittant, nescitur quid canitur: sed requiritur determinatio soni per varium tactum instru. & hoc est quod dicit:* Tamẽ quæ si. anima. *hic accipitur vox simul tudinarie tantum: quia propriè loquendo sonus est in animatis. vt dicitur. 2. de anima. Vox est percussio aeris respirati ab anima ad vocalem arteriam cum imagine significandi. Et sic vox hic accipitur pro sono. Cætera patent vsque ibi.*
9 Etenim si in. *Vbi ponitur aliud exemplum de tuba quæ aliter sonat inuitando ad consilium, aliter vocãdo ad festum, & aliter prouocando ad bellum, vt habetur li. Nume. x. propter quod nullus præparat se ad bellũ, nisi sonet determinato modo ad hoc statuto. Et similiter locutio linguarum non valet ad ædificationem, nisi sensus explanetur. Et patet litera vsque ibi.*
10 Ita & vos per li. *supple non proficietis ecclesiæ.*
11 Nisi ma. ser. de. *explanatum modo prædicto quod pertinet ad prophetiam. Ideo subditur.*
12 Eritis enim, &c. *in vnum.* 13 Tam mul. *sidiomata.*
☞ 1 Et sine

a *Et sine vo.* Multæ sunt linguæ, sed habent proprias significationes vocum, vt intelligantur.

b *Si ergo nesci.* Et quia alij sine interprete non intelligerent, ergo ero barbarus.

✠ Chrys. Haud igitur calumnior ego linguas, sed esse inutiles dico, quantisper sunt ignotæ. Deinde vt ne molestior oratio sit, crimen æquat: *Barbarus* inquit, *ille mihi, & ego illi* nõ vtique ob naturam vocis, sed ob imperitiam, &c.

c *Sic & vos.* Vel sub sub vna distinctione, sic, Et propter hoc ne sitis barbari, & vos vt ego quærite vt abundetis.

d *Spiritus meus orat.* Spiritus vocatur vis animæ inferior mente, vbi corporalium rerum similitudines imprimuntur. Mens altera superior vis animæ, vt supra. Spiritus Pharaonis informatus est, vt videret imagines, mens Ioseph illuminata est, vt intelligeret.

e *Sine fructu.* Amb. Ita enim si lingua incognita quis loquatur, vel signa aliquarum rerum sine intellectu proferat, sicut solent Latini hominesGræcè cantare, oblectari sono verborum nescientes tamen quid dicant.

f *Orabo spiritu.* ideſt, ita loqui approbo, vt signa rerum formẽt in spiritu, & eorum intellectus refulgeat in mente. Vel, *Orabo*, ore & mente.

✠ Sedvl. Est autem spiritus vis quædam animæ mente inferior, vbi corporalium rerum similitudines exprimuntur.

Orabo spiritu. &c. ✠ Sevvl. Oratio hoc loco oris narratio intelligitur. Ergo orabo spiritu, hoc est, ignora lingua in spiritu meo expressa loquar.

g ✠ *Orabo & mente.* Id est, intellectu mentis meæ aliis prædicabo, qui enim interpretatur, necesse est vt ipse prius intelligat quod alijs dicturus est.

h ✠ *Cæterùm, si benedix. Spiri.* Id est sine interpretatione, quatenus aliis clarescat quod loqueris, quis supplet locum idiotæ? Idiotę id est nuper baptizati, & qui nullam præter propriam intelligit linguã, quod propriũ est auditoribus.

i *Quomodo dicet Amen.* ✠ Sedv. Hoc est, quomodo tuæ benedictioni perhibet testimonium, vel cõsensum, cùm ignoret ipsius linguæ qualitatem.

k *Amen.* Avg. Nota quòd hoc verbũ amen, nec Græcum nec Latinũ est, sed Hebræum, & interpretatur, verũ. Cùm que posset dici, verũ, non dicitur, sed amen. Nec Græcus tamen, nec Latinus interpres ausus est facere, ne vilesceret nudatum, sed honorem haberet velamento secreti.

l *Nam tu quidem bene gratias agis.*

✠ Sedvl. Quod superius dixerat, si benedixeris spiritu, hoc ipsum exponit. Nã benedicere spiritu, est gratias agere, licèt ignoratis ideo linguã.

m *Gratias ago. de.* Proponit se exemplũ, quòd non debẽt loqui linguis nisi ad ædificationem, sicut ipse qui omnes nouit. *Gra. ago.* Ne æmulus per inuidiam videretur dicere, Deprimit in aliis quod in se non haberet, ostendit omnium horum se loqui linguis, di. *Gra.*

n *Sed in ecclesia volo sensu meo quinque verba loqui &c.* ✠ Sedv. Mauult paucaverba lucida sensu recto loqui, quàm innumera-

☞ bilia

† vim Gen. 41. Ibidem.

Augu. l. 12. de gen ad lit. c. 8 Et li de Trini. 14. cap. 16.

† Alioqui

† magis quam omnes vos † mente mea

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et sine vo. ni. est. *ideſt, sine significatione vocis significatiuæ & sensu locutionis nihil est cognitum ad vtilitatem ecclesiæ, immo derisibile est, sicut loqui aliquid idioma ignoranti. Ideo subditur.*
2 Si ergo nes. vir. *ideſt, significationem.*
3 Ero ei cui lo. ba. *extraneę loquens, sicut si aliquis faciens bovas canonicas & non intelligens loquatur alteri similiter ignoranti, Ideo subditur.*
4 Sic & vos. *ne sitis similes barbaris, quod debetis vitare. Et ratio subditur cum dicitur.*
5 Quoniam æmu. est is spi. *i. amatores bonorum spiritualium.*
6 Querite vt ab. *non solum verbo, sed magis intellectu ad explanationem verbi. Ideo subditur.*
7 Et ideo qui lo. lingua. *habens donum linguarum.*
8 Oret vt in. *i. vt à Deo prophetia sibi detur tanquã melius bonum.*
9 Nam si orem *Postquam ostendit præeminentiam prophetiæ respectu doni linguarum in prædicatione: hic consequenter idem ostendit in actu doni linguarum in prædicatione. Secundò, in publica, ibi,* Cæterum. *Circa primum facit talem rationem, Oratio quæ reficit intellectum & affectum vel nata est reficere, melior est illa quæ reficit intantum affectum, sic est in proposito, quia per donum linguarum præcisè proferri posset, sic est in proposito, quia per donum linguarum præcisè proferri possit, sic est in proposito, quia per donum linguarum præcisè proferri possit, sic est in proposito, quia per donum linguarum præcisè proferri possit

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A bilia obscura & incognita, quæ auditores non ædificant, quia meliora sunt pauca verba quæ prosunt, quàm multa quæ non prosunt.

a *Nolite pueri effici sensibus.* ✠ SEDVL. Ac si diceret, puerilis est variarum linguarum cupiditas, in qua sola delectatio est, non vtilitas, nisi accedat interpretatio. Aut, nolite pueri effici sensib. sed scire debetis quare datæ sunt linguæ.

Aug. lib. 83. quæstio q. 61 & in ps. 43. 46. & 112.

b *Sed ma.p.e.* Vt sitis remoti à malicia, vt paruuli, studētes his quę prosunt, quod est perfectio sensus.

c *In lege,* Ratio quare non debēt quęrere linguas, quia in signum sunt infidelibus, quod ipsi iā non sunt, & non ad ædificationem quæ necessaria est iā fidelibus.

B *In lege.* AMB. Dicit linguas quibus velatur veritas mutandas, quia etiam omnia velamina legis veteris dominus per prophetam esse mutanda dixit, vt fidelibus perspicua fieret veritas remoto legalium figurarum velamine. Ex hac similitudine ostēdit linguas quibus tegitur veritas non esse appetendas, nec dari propter fideles, sicut in veteri lege velamen erat, vt indignis & infidelibus velaretur veritas.

† indocti.

† coarguitur.

In lege script. est. ✠ SEDVL. Legem vocat prophetiam Isaiæ.

d *Alijs linguis.* AMB. Non de sabbato, & neomenijs, & circuncisione & huiusmodi, sed nouū Testamentum. Vel, non in reuelatione, qua indigni sunt, sed in parabolis dicitur eis Euāgeliū.

✠ SE-

✠ SEDVL. Ideo hoc dicit, vt ostendat quòd in isto tempore linguis alijs non indigetur, dum multi fideles sunt, & vnaquæque lingua doctorem habet ex se. Nam linguæ in principio ideo datæ sunt, vt infideles crederent ipsarum admiratione, atque sua lingua docerentur. Vnde sequitur.

¶ Infinita verba. ¶ Tantum. ¶ Sic & vos agite. a ¶ Per imperitiam. ¶ Vt non intelligatis quæ dicitis, vt pueri.
a milia verborum in lingua. Fratres, nolite pueri effici sensibus,
a ¶ In innocentia. b ¶ Vt intelligatis plenè quod dicitis.
b c sed malitia paruuli estote: sensibus autem perfecti sitis. In le-
a ¶ Ne quæratis linguas, quia. b ¶ In prophetia Esaiæ, quæ hic dicitur lex. c ¶ Scilicet hoc. d ¶ Diuersis generibus linguarum. e ¶ Quàm beneuolis & fidelibus. ¶ Et aliis verbis de spiritualibus & terrenis.
d gē enim scriptum est. † Quoniam in aliis linguis, et in labiis
a ¶ Per Apostolos. b ¶ Iudaico. ¶ Maleuolo. c ¶ Hoc faciam, vt vel sic exaudiant. ¶ Sed nec sic exau. In quo notat linguas esse datas in signum infidelibus, vnde subdit, Itaque lin.
e aliis loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit domi-
a ¶ Qui credunt omnia posse Deum. b ¶ Ad fidem nouitate miraculi mouentis.
f nus. Itaque linguæ in signū sunt non fidelibus sed infidelibus.
a ¶ Vt sensibus perfecti sint fideles. ¶ Datæ sunt. b ¶ Ne sanctum detur canibus. ¶ Vt ædificentur.
Prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo con-
¶ Fideles. ¶ Sine interprete.
g ueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquātur:
a ¶ Alias ta. b ¶ Alias lis. c ¶ Cùm alter alterum non intelligat. ¶ Quasi arreptitij.
intrent autē † idiotæ aut infideles, nonnē dicēt, quid insanitis?
¶ Viritim exponant.
Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel
a ¶ De aliquo suo errore. b ¶ Damnabilis ostenditur. c ¶ Peccata sua quæ nesciebat tunc peccata.
idiota: † conuincitur, diiudicatur ab omnibus: Occulta enim
a ¶ Sibi. ¶ Expositionibus eorum. ¶ Humilians se.
cordis eius manifesta fiūnt. Et ita cadens in faciem adorabit
a ¶ Qui se sibi per vos notificauit. b ¶ Ore quod habet corde.
h Deum, pronuncians quòd verè Deus sit in nobis. Quid ergo

Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus. ✠ SEDVL. Hic ostenditur crescente fide signa cessare, quando infidelium causa danda esse prędicantur.

e *Et nec sic ex.* Hoc de his prędixit quos præscijt non credituros, quibus propter peccata non patet vel placet veritas. † Isa. 28. c

f *Itaq.l.in sig.* i. sermones Dei incognita lingua & peregrina obscuri sunt ne videantur à perfidis, vt cum audiuntur, signum sit quia propter perfidiā factū est, ne audientes intelligāt, hoc vtique fit infidelibus quibus tegūtur sensus, fidelibus autem cōuenit prophetia & non lingua incognita. Aug. lib 15. de Trinit. E

g *Si ergo conue.* Alia ratio cur non debēt loqui linguis. Q. quia linguæ sunt in signum. non ad ædificationem, *Si ergo, &c.* Impostura tenebras quærit, & falsa pro veris ostendit, sicut pagani tectis vanitatibus illuduntur, hic nil astutè fuscatū est, sed simpliciter & apertè vn⁹ laudatur De⁹, quia si null⁹ intelligeret, posset videri seductio quę linguis caueretur, cū pudor esset reuelari.

h *Quid er.* Iā incipit determinare quo modo linguis sit vtēdū.

☞ q.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ C *quæ pertinent ad mores: & sic habentur alia quatuor. s. virtutes & vitia pœna & gloria. Et quia ista debent prædicare cum breuitate sermonis. Ideo dicit Apostolus,* Quinque verba. *idest, pauca.*

1 Fratres mei. *Postquam Apostolus ostendit prophetam præcellere donum linguarum rationibus sumptis ex parte fidelium, hic consequenter idem ostendit ratione sumpta ex parte infidelium. Circa quod primò excitat attentionem Corinthiorum, dicens.*

2 Nolite pueri effici sensibus. *i. in discretione boni & mali, pueri enim frequenter præeligunt minus bonum maiori, hoc autem dicit Apostolus ne præeligant donum linguarum prophetiæ, quod est maius bonū.*

3 Sed mali par. esto. *idest, non cogitetis malum: sicut paruuli deficiunt cogitando talia.*

4 Sensibus autem perfe. *idest, ea quæ dicitis sic intelligatis perfectè, vt possitis alios instruere, quod pertinet ad prophetiam,*

5 In lege enim scriptum est. *Hic consequenter facit suam rationem quæ talis est: quòd quando aliqua duo ad vnum finem ordinantur, illud est melius quod est efficacius ad finem illum consequendum, Donum autem linguarum & donum prophetiæ ordinantur ad conuersionem infidelium ad quam efficacius est donum prophetiæ ergo &c. Minorem huius rationis probat dupliciter. Primo autoritate, dicens,* In le.e.sc.est. *Non accipitur lex hic strictè. s. pro quinque libris Moysi, sed pro toto veteri Testamento, quia quod hic allegatur scribitur Isa. xxviij. secundum translationem Septuaginta.*

6 Quoniam in alijs linguis & in labijs loquar popu.h. *idest, populo Iudaico, quod fuit impletum. Act. ij. quando* Iudæi *congregati in Ierusalē de diuersis terris audierūt credētes, loquētes in omnibus linguis.*

7 Et nec &c. *Licet enim tūc aliqui ad Christū fuerunt conuersi, tamen plures manserunt obstinati, & conuersi magis fuerunt per verbum Petri referantis scripturas prophetarum, quod pertinet ad prophetiam, quàm per donum linguarum. vt patet Act. ij. Et sic patet, quòd donum prophetiæ plus valet ad conuersionem infidelium, quàm donum linguarum.*

8 Itaque lin. in si. s. *Diuinæ virtutis.*

9 Non fi. *i. pro fidelibus, qui iam credunt.*

10 Sed inf. *vt prædicatores Euangelij intelligi possint ab omnibus singularum linguarum, & sic conuerti ad fidem Christi.*

Prophetiæ

11 Prophetiæ au. non in. *i. Gentilibus, qui non habuerunt legem nec prophetas.*

12 Sed fi. *i. Iudæis vnum Deum credentibus. de quibus fuerunt Apostoli, alijque Christi discipuli, & alij credentes primi fere omnes, per quorum prædicationem conuersi sunt Gentiles. Et sic prophetia plus valuit ad conuersionem infidelium quàm donum linguarum, sicut ad instructionem fidelium plus, valet scientia quàm eloquentia.*

13 Si er. *Hic secundò declarat minorem facto, dicens,* Si er.c.vn.ec. *Causa orationis vel perceptionis sacramenti vel aliquo huiusmodi.*

14 Et omnes. *fideles.*

15 Linguis loquantur: intrent autem. *i. ignorantes idioma.*

16 Aut in non.d. *quia vos reputabunt insanos. vnde Apostolis sic loquentes reputati fuerunt ebrij, Act. ij. b. Et sic in tali casu donum linguarum esset magis ad confusionem fidelium quàm ad conuersionem infidelium, & sic etiam fuisset Act. ij. c. Nisi Petrus per donum prophetiæ ostendisset contrarium interpretando dicta prophetarum.*

17 Si au.o.prop. *non simul, sed successiuè exponendo scripturas vel reuelationes sibi vel alijs factas.*

18 Intret autem quis infidelis vel idiota, con. *Illis successiuè prophetantibus, inquantum ostendunt vitam Gentilium irrationabilē Et sic.*

19 Dijiudicatur ab o. *i. condemnabilis ostenditur.*

20 Occulta e.&c. ma.fi. *Inquantum ex prædicatione tali vel expositione tanguntur multa pertinentia ad fidem & mores, ex quorum auditu conuertitur ad cogitandum mala in corde suo latentia, & ad pœnitendum corde & confitendum ore. Potest etiam aliter intelligi. Nam in primitiua ecclesia ad conuersionem infidelium fuit pluribus fidelibus diuinitus concessum secreta cordium cognoscere, ex quorum reuelatione aliqui conuertebantur ab infidelitate, sicut mulier Samaritana credidit in Christum ex reuelatione sui delicti, Iohan. iiij.*

21 Et ita cadens in fac.&c. *Humilians se coram Deo ex dicta prædicatione, vel secreti reuelatione.*

22 Adorabit Deum. *Conuersus ad ipsum.*

23 Pronuncians. *Id est ore confitens.*

24 Quod verè Deus in vobis sit. *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, Roma. x. c.*

25 Quid er. est fr. *Hic ostendit Apostolus qualiter sit vtendum donis*

✠ pro

☞ A Q. Quandoquidem hæc veniunt de locutione linguarū. ergo quid agendum de his est, Q. Cætera sub modis ad ædificationē agenda sunt: lingua verò sic est vtendum. *Vnusquisque.* Ideò nullus se excuset.

a *Psalmum ha.* Laudem Dei, per canticum.

b *Doctrinam.* Sensum spiritualem per prudentiam.

† canticum

c *Aut vt mul. tres.* non plus quàm tres. ne occupet diem, & non sit locus prophetis scripturas differentibus.

d *Sibi autem loqua.* Sibi loquitur qui compungitur ex his quæ dicit, Et ideo ad honorem Dei, quem laudat vel orat.

† ad summum

Deut 7.b.

e *Prophetæ duo.* quia sufficit sermo tot hominum, & in ore duorum vel trium stat omne verbum.

f *Quod si alij.* AMB. Datur inferiori, quod non superiori.

† cōsolatio accipiat

B g *Et spiritus.* Loquēs debet cedere sedenti, quia spiritus qui vnus est, sed pluraliter dicitur propter multos prophetas quos replet, vel propter plura eius dona, subditus est prophetis. vt quando volunt, tacere possint, & quando volunt loqui possint, & non cogit eos vt phithonicos clamare vel aliqua subticere.

† confusionis

- doceo. † 23. dis. c. mulier. 1. Ti 2 c.

AMB. vnde si prior non cedit, videtur nō esse spiritus Dei verè subditus, quia aliter dissensionis esset & nō pacis. Ita hoc modo vobis dico, sicut in omnibus nō est nouū vel singulare, ideo

C

a ¶ Habet aliquod donum quo potest vti ad ædificationem, quia alius. b ¶ i. gratia Dei psalmum intelligit.
a est fratres? Cùm conuenitis vnusquisque vestrum † psalmum
a ¶ Alius. ¶ De moribus. ¶ Alius ¶ Reuelationem. ¶ Alius.
b habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet,
a ¶ Alius. ¶ Linguarum vel scripturarum. ¶ Autem.
interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Siue
a ¶ Cætera suis modis, lingua autem sic. b ¶ Aliquis. ¶ Fiat loquutio. c ¶ i. duo vel tres loquantur.
c lingua quis loquitur † secundum duos, aut † vt multùm tres, &
a ¶ Ecclesiæ vel. vnus post alium, vel intercise. b ¶ Aliquis dicat vel exponat populo. c ¶ Linguis loquens.
d † per partes, & vnus interpretetur. Si autē non fuerit interpres
a ¶ Vbi nihil debet esse nisi ædificatio. b ¶ Tacitè oret. ¶ Linguis. c ¶ Non ergo plures qui lingua loquantur.
e taceat in ecclesia. Sibi autem loquatur & Deo. Prophetæ duo
¶ Tantum. a ¶ Sigillatim. b ¶ Quæ dicunt. c ¶ Per spiritum sanctum.
f aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Quòd si alij reuelatum
a ¶ Aliquid melius. b ¶ Qui audiebat. c ¶ Det isti locum. d ¶ Etiam sedentes. ¶ Non simul, ne conturbatio fiat.
fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes † per singulos
¶ Etiam maiores. a ¶ Etiam minores.
g prophetare, vt omnes discāt, & omnes † exhortentur. Et spi-
¶ Alios. a ¶ Dum suggerunt, & conatus bonos iuuant.
h ritus prophetarum prophetis † subiectus est. Non enim est
¶ Discordiæ, a ¶ Et ideo alter cedat alteri. ¶ Etiam.
i † dissensionis Deus, sed pacis, sicut in omnibus ecclesiis san-
a ¶ Et si dixi, quod potestis omnes prophetare. b ¶ Vt non loquantur linguis, nec prophetent. ¶ Ab aliqua autoritate.
k ctorum doceo. † Mulieres in ecclesiis taceant. Non enim per-

D ideo firmiter tenete.

Spiritus prophetar. prophetis subiectus est, ✠ SEDVL. quia spiritualis gratia, quæ fuit in prophetis subiecta est nobis Apostolis, & Apostolicis viris, ac prædicatoribus. Siue spiritus humilitatis, charitatis, qui est in prophetis, id est prædicatoribus debet subiect⁹ esse alijs prophetis. id est, prædicatoribus, & idcirco alterutrum sibi inuicem cedant, vt vno loquente prior taceat, quia Deus qui in ipsis est, nō est dissentionis, sed pacis. Itaque per hæc omnia hortatur eos ad concordiam, ne magnitudine donorum & sapientiæ nascantur discordiæ.

† fiat per binos † vicissim. Duo in prophetis

h *Non enim est dissen. Deus.* Dissensionis esset, si quos replet simul loqui cōpelleret.

i *Sicut in omnibus. &c.* Vel mulieres taceāt, sicut ego doceo in omnibus ecclesijs.

† singulatio E

k *Mulieres vestræ taceant. &c.* ✠ SEDV. Supra dixit, prophetæ duo aut tres deiudicent, sed ne putaretur feminæ in hoc cōcludi, ideo subiungit & dicit, Mulieres taceant. Sicut & lex dicit in Genesi, *Sub viri potestate eris & erit reuersio tua ad virum tuum, & ipse tui dominabitur.* Turpe est enim mulieres in ecclesia loqui. Alibi autem concedit eas docere suam prudentiam & castitatem, sed hoc priuatim.

† sunt subiecti.

F

☞ Turpe

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *prophetiæ & linguarum. Et primò facit hoc in generali. Secundo, magis in speciali, ibi,* Siue lingua. *Circa primum dicit,* Quid ergo est fratres. *s. vobis agendum. s. quod sequitur.*

1 Cum conuenit. *ad ecclesiam.*

2 Vnusquisque vestrum psalmum habet. *vel in se, vel in aliquo de congregatione fidelium: qui donum sibi datum potest in alios refundere, quia non dantur singulis omnia dona, sed diuisim, vt dictum est suprà. xij. ca. Et idem intelligendum est de alijs sequentibus. Per psalmum verò intelligitur canticum ad laudandum Deum.*

3 Doctrinam ha. *i. gratiam prædicandi ad informationem morum.*

4 Linguam habet. *i. donum linguarum.*

5 Apochalypsim habet. *i. reuelationem.*

6 Interpretationem habet. *Id est virtutem explanandi obscura.*

7 Omnia ad ædificationem fiant. *quilibet enim debet gratia sibi data vti ad ædificationem ecclesiæ.*

8 Siue lingua. *Hic ostendit propositum magis in speciali. Et primò quantum ad donum linguarum. Secundò, quantum ad donum prophetiæ ibi* Prophetæ autem. *Circa primum dicit, quòd dono linguarum nō est vtendum à multis, sed sufficit quòd à paucis propter occupationem temporis, Ideo dicunt,* Siue lingua quis loquitur secundum duos. *scilicet, homines.* Aut vt multum tres. *id est ad plus. secundum quod dicitur Deuter. xvij. b. in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.*

9 Et per partes. *i. successiuè. Vel:* Per partes. *i, intercise post alium. vt post vnam partem locutionis fiat eius expositio, & post aliam similiter. Et hoc modo fit expositio, quando prædicatores prædicant per interpretem hominibus ignotæ linguæ. ideo subditur,* Et vnus interpretetur.

10 Si autem non fuerit inter. *s. ille qui loquitur linguis.*

11 Taceat in ecclesia. *dum alius interpretatur.*

12 Sibi autem lo. & Deo. *Orando Deum in secreto. In ecclesia verò seruatur dicta consuetudo de numero loquentium, in missa enim repræsentatur donum linguarum per epistolam & euangelium. & sic secundū duos actus seruatur testimonium. In matutinis verò triplex testimonium repræsentatur per triplicem nocturnum, & antiquitus dicebantur diuisim secundum tres vigilias noctis.*

13 Prophetæ. *Hic consequenter ostendit qualiter sit vtendum dono prophetiæ. Et primò ostenditur debitus vsus. Secundo: quibus est prohibitus, ibi:* Mulieres. *Circa primum sciendum, quod vsus prophetiæ hic accipitur pro proponere verbum exhortationis ad plebem sacras scripturas exponendo. in primitiua verò ecclesia plures habebant hoc donum: propter quod ne confusio fieret, Apostolus ordinauit, quod exerceretur à duobus tantum, vel à tribus ad plus & successiuè. Et hoc est quod dicitur:* Prophetæ duo aut tres di. *scripturas exponendo non simul, sed successiuè.*

14 Et cæteri diiudi. *i. attentè audiant, vt sic possint discernere, quæ sint melius dicta & magis necessaria.*

15 Quod si alij reue. fue. seden. *i. si alicui de autoribus facta fuerit reuelatio per spiritumsanctum de aliquo pro ædificatione tunc proponendo.*

16 Prior taceat. *Dando isti locum loquendi. Et subditur causa.*

17 Potestis enim omnes. *reuelationem spiritussancti habentes.*

18 Per sin. prophetare. *vnus post alium competenti tempore.*

19 Vt omnes discant. *qui audiunt.*

20 Et omnes exhor. *ad hoc apti. Sed quia posset aliquis dicere, non est in potestate sic loquentis tacere, quia loquitur ex spiritussancti motione. Hoc remouet dicens.*

21 Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. *Hoc est, est in potestate eorum. Circa quod sciendum, quòd duo sunt in prophetis. s. illuminatio mentis prophetæ. Et hoc non est in potestate eius, quia spiritus prophetiæ non semper adest prophetis. Aliud est illuminationis sibi factæ pronunciatio. Et hoc est in potestate prophetæ quia potest loqui & tacere, prout expedit honori diuino & vtilitati ecclesiæ. Et sic est in proposito: quia si plures simul loquerentur esset confusio, & vnus alterum impediret: ex quo sequeretur diuisio cuius Deus non est auctor. Ideo subditur,* Non enim est dissensionis Deus. *Sciendū tamen, quòd non semper in potestate prophetæ est tacere, imo aliquando spiritus mouet ipsum ad loquendum contra voluntatem suam. sicut patet de Balaam Nume. xxiij. & xxiiij. quòd benedictionem populi Israel tacere non poterat, hoc enim erat ad gloriam Dei. non sic autem in proposito, vt patet ex dictis.*

22 Mulieres. *Hic consequenter ostendit quibus personis prophetandi actus sit prohibitus. s. mulieribus. Et primò facit quod dictum est. Secundò aliquorum proteruiam excludit, ibi,* An à vobis. *Circa primum dicit,* Mulieres in ecclesijs taceant. *Scilicet cessando, à doctrina, non tamen ab oratione secreta. Et subditur ratio.* Diuisio

23 Non enim permittitur eis loqui. *i. docere, quod pertinet ad doctores siue prælatos & superiores, Et ideo repugnat sexui muliebri. Tū*

l 2

Universidad de Deusto Biblioteca

A a Turpe est. quia contra disciplinam.
b An à vobis. Sic se iactabant, quasi beneficium darent, non acciperent. An à vobis ver. Increpatio quasi suis institutionibus dimissis aliquas nouas vellent inducere, quod non possunt, quia ab eis non processit verbum Dei, nec soli acceperunt. Itē ideo mea tenere debetis, quia quę scribo mandata Dei sunt. Et oportet vt ita cognoscat esse, si quis est propheta vel spiritualis, alioquin si cōtra vadit, nec propheta, nec spiritualis. Spirituales qui non prophetæ sunt, qui non habent noticiam de futuris.
c Si quis vide. pro. Quod vtique nō est quia vere est, ita cognoscit. & qui hæc ignorat, ignorabitur. idest, improbabitur. Pusilli in cruce gloriantes & si ignorant quæ subtilissimè differuntur, ad gloriam perueniunt, quia non perit vnus de pusillis pro quibus Christus mortuus est.

† Gen 3.c.

† 37. dist. c. ideo in fi. & 38. di. c. qui ca 15. q. 1 c. 1. § ex voluntate.

† decenter, B

d Cogno. Innuit difficilia esse verba epistolarum, cum à propheta vel spirituali iubet cognosci. D
e Si quis a. ig. Sed si quis hæc ignorat, & non vult credere esse mandata Dei, ignorabitur, vt in euange. Nescio vos. i. non noui vos esse meos, vel inter prædestinatos. Mat 25.d. Si q. au. ig. Non dicit de his qui nō possunt discernere ineffabilem trinitatis vnitatem, sed de prædictis quæ ad fidem & mores ædificant, scilicet, vt linguis prophetia prępo natur, vt non perturbatè geratur, quasi prophetiæ spiritus etiā inuitos loqui cogat, vt mulieres taceant, vt omnia honestè & secundum ordinem fiant. Coercent ergo, & ad pacificum ordinem reuocāt inquietos, tanto ad seditionem faciliores, quantò sibi videbantur spiritu excellentiores, cum superbiendo cuncta turbarent. E

a ¶ In ecclesia. ¶ Præcipitur quod verum innuit. ¶ In Gen. sub potestate viri eris, & ipse dominatur tui.
mittitur eis loq, † sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si qd au- 1
¶ Quia pro peccato quod induxit semper debet verecundari. 2
a tē volūt discere, domi viros suos interrogēt. Turpe est enim 3
¶ Immo à nobis ad vos.
b mulieri loqui in ecclesia. An à vobis verbum Dei processit, 4
¶ Ideo quod tenent alii tenere. ¶ Tanquam pseudo, qui non diuina sed terrena pro desideriis hominum docebant. 5
c Aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse aut
a ¶ Vt videtur. b ¶ Vere & spiritualiter intelligat. 7
d spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia domini sunt
a ¶ Hæc esse Dei mandata. b ¶ A Deo in futuro. ¶ Quia interpretatio ædificat. 8
e mandata. † Si quis autem ignorat, † ignorabitur. Itaque fra- † ignoret.
a ¶ Desiderate. ¶ Tantum. ¶ Ne sit dissensio. 9
tres, æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohi- 10 11
a ¶ Sed tam hæc quàm alia. b ¶ Non pueriliter. ¶ Cum pace. c ¶ Prædictum vtilius præponatur.
bere. Omnia autem † honestè & secundum ordinem fiant 12 13
in vobis.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ propter defectum intelligentiæ, Tum quia mulier naturaliter debet esse subiecta viro. Ideo subditur.
1 Sed subditas esse, sicut & lex dicit. Gen. 3. c. Sub viri potestate eris. prophetia tamen quantum ad illuminationem mentis non repugnat sexui muliebri & sic leguntur multæ mulieres prophetasse. Nec solum excluduntur ab actu docendi in ecclesia publice, sed etiam ab actu quærendi ibidem per modum disputationis. Ideo subditur.
2 Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogēt. vt de auditis in ecclesia plenius informentur. Et causam dicti silentij tangit, cum dicitur.
3 Turpe est enim mulier. i. indecens est sibi, Loqui in ecclesia. Et per oppositum decens est eam tacere in locis publicis. Propter quod in iure cautum est, ne mulieres exerceant opus aduocandi.
4 An à vobis. Hic consequenter excludit aliquorū proteruiam, quia conuersi de Gentilitate possent dicere, quòd ordinatio Apostoli non esset bona, eo quòd in templis Veneris & Dianæ mulieres forsitan publicè docebant, quod repellit apostolus, dicens, An à vobis. Gentibus.
5 Verbum Dei processit. q. d. non: sed à Iudæis, quibus data sunt scripturæ legis & prophetarum. & ideo modus & ordo doctrinæ scripturæ magis est deriuandus à Iudæis in Gentiles quàm econuerso.
6 Si quis vi. pro es. aut s. qui potest omnia iudicare, vt dictū sup. ij. c.
7 Cognoscat quæ sc. v. quia domini sunt mandata. i. poterit cognoscere, quòd ordinatio non solum processit à me, sed à Deo.
8 Si quis a. ig. ex negligentia vel malicia illa quæ scire tenetur.
9 Ignorabitur. à Deo.
10 Itaque. Hic vltimò ponit conclusionem intentam. s. quòd dona spiritussancti sunt appetenda, & quòd eis vtendum est ordinatè, & à personis quas decet vti. ideo dicitur, Itaque fr. æmu. tanquam melius bonū quàm loqui linguis, vt patet ex supradictis. Verum tamen loqui linguis est quoddam bonum, ideo subditur.
11 Et loqui lin. no. prohi. successiuè, sed plures simul loquendo.
12 Omnia au. ho. idest, prout decet viros & mulieres.
13 Et sec. ord. ad vitandum confusionem fiant in vobis.

CAP. XV.

Aug. lib. 3. de cons. eu. c. 25.

a Notum autem. ✠ THEODOR. Postquam diuinus Apostolus de spiritualibus doctrinam perfecit, conducibile existimauit etiam de resurrectione verba facere. Quidam enim impostores eos seducebant, dicentes non futurā C corporum resurrectionem. Cum autē esset spiritali sapientia plenus, non hoc solummodo ac simpliciter facit, sed primum docet scopum ac institutum humanæ naturæ à domino susceptæ, & ostendit & crucem, & passionem, & seruatoris resurrectionē fuisse propter resurrectionem communem.
✠ CHRYSOST. Vide qua æquitate orditur, vides vt à principio nihil noui, nil alieni inducturum se monstret, nam qui quod cognitum iam & notum facit, nihil aliud quàm quod in obliuionem venerat in memoriā reducit.
✠ HIERON. Quidā Co- F

CAP. XV.

¶ De spiritualibus hucusque, sed modo Mo. a ¶ De resurrectione mortuorum.
a Notum autem vobis facio fratres euāngeliū quod 1 - in vobis
a ¶ Non nouum. b ¶ Dignum acceptione iudicastis. ¶ Turpius si modo illud proiicitis, in quo leuitatis arguit eos. ¶ Qui sine eo caditis. ¶ Per bona opera. c ¶ Stare datur vobis. 2 3 4
prædicāui vobis, & quod accēpistis, in quo & stā- 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XV.

Notum au. v. fa. Postquam Apostolus tractauit de sacramentis, & de gratia quæ confertur in eis, hic consequenter tractat de gloria resurrectionis ad quam finaliter ordinantur. Et diuiditur in duas, quia primò resurrectionis Christi præmittit tractatum. Secundò probat ex hoc communem resurrectionē hominum, ib: Si autem Christus. Prima adhuc in duas: quia primò commendat doctrinam euangelicam in communi. secundò denuntiat quæ oportet scire circa resurrectionem Christi, ibi. Tradidi enim. Circa primum dicit:

Diuisio

1 Notum aut. vo. fa. id est, ad memoriam vobis reduco.
2 Euangel. quod præd. id est, doctrinam euangelicam, cuius excellentiam ostendit ex quatuor. Primò ex eius prædicatoribus, qui sunt Apostoli excellentes viri, & hoc tangitur cùm dicitur:

Euangelii excellentia in quatuor

3 Quod prædic. Ego apostolus & alij similes mei. Secundò ex auditoribus. qui communiter receperunt doctrinam euangelicam per orbē, quod est signum veritatis huius doctrinæ, secundum quòd arguit Aug. Quia si per vera miracula est sic recepta communiter, certū est sic eam esse verissimam & sanctissimam: eo quòd Deus non potest esse testis falsitatis, quæ testificatio fit veris miraculis. Mar. vlt. d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Si autem dicatur, quòd sine miraculis fuit sic recepta, hoc reputandum est maximum miraculum, quòd tam ardua & inaudita, & supra sensum humanum existentia recepta sint tam communiter non solum à simplicibus, sed etiam à sapientissimis & potentissimis viris. Et si arguatur contra hoc de lege Mahumeti falsa: quæ tamen à multis est recepta. Dicendum quòd non est simile, quia vi armorum primò sibi multitudinem rudem subiugauit, & legem dedit promittens delitias & potentiam obseruatoribus: ad quæ homines sunt proni. Fides autem catholica per Christum & apostolos prædicata, modo contrario est recepta à pauperibus eam prædicantibus ad paupertatem & austeritatē, & mundi contemptum inducentibus, & ideo non fuisset recepta à sapientibus huius mundi & potentibus, sicut videmus impletum, nisi hoc fuisset virtute signorum. & hæc receptio tangitur cum dicitur.
4 Quòd & acc. v. & alij sapientes huius mundi. Tunc enim sapientia maximè vigebat in Græcia. Tertiò commendatur ex hoc quòd eleuat ad superna, ibi.
5 In quo & sta. s. sursum erecti ad Deum. Quartò ex hoc quòd ipsa ✠ sola

A Corinthiorum etiam resurrectionem carnis ausi fuerant ex veteris scientiæ præsumptione negare, qui hic ab Apostolo arguuntur.
✠ AMBROSIVS. Ostendit illis, quia si in hac causa, quæ subiecta est, à traditione eius seducti sunt, perdiderunt quod crediderunt. Omnis enim spes credentium in hoc sensu est, quia mortui resurgent.
✠ CHRYSOSTOMVS. Vides vt ipsos testes aduocet dictorum? & non quod audiuistis, sed quod suscepistis, inquit, velut depositum quoddam reposcens, ostendēns que non verbis, sed re, sed signis, sed miraculis receptum, & quod teneāt prorsus.

† De cel. mis. c. cum marthæ.

illico resurrectionem corporum esse dicit, sed hoc ipsum confirmat lōgius ratione petita, quòd Christus mortuus sit, inquit, ingens fundamentum, basim solidam perstruens resurrectioni. Non solum mortuus est, quanquam astruendæ resurrectioni fuisset hoc satis, sed pro peccatis, inquit, est nostris mortuus. D Opere pretium hic sit eos qui Manichæo morbo laborant, veritatis hostes & proprię salutis insidiatores audire quid dicāt. Quid dicunt igitur, Mortem hic nihil aliud significare Paulo quàm in peccatis esse, Resurrectionem vero peccatis liberari. Verùm non simpliciter mortuum, sed pro peccatis nostris mortuum dixit, etiam inuitos ad corpoream Christi mortē recipiēdā cogēs, & per hoc ante mortē etiā, peccatis liberū fuisse probans. Nā qui pro peccatis moritur alienis, liberum ipsum peccato esse consequetur. E

† quo pacto

a ¶ Iam ex celsitudine & in futuro in veritate rei & speciei.
a tis, per quod & saluamini: † qua ratione prædicauerim vo- 1
¶ Saluamini nisi, &c. a ¶ Illud quod prædicaui, Nam istud tradidi & trado. 2
b bis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in 3
¶ Inter maxima. ¶ A spiritu sancto, non finxit. a ¶ Alias quia Iesus. 4
c d e primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est 5
a ¶ Non pro sua necessitate. ¶ Et hoc dico. ¶ Sequendo. 6
f g prō peccatis nostris secundum scripturas. Et quia sepul- 7
a ¶ Probata vera morte, & hoc tam cito vt ea potestate credatur nos posse suscitare. 8
h tus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, 9
a ¶ Tradidi. ¶ Petro. ¶ In conclaui. 10
i k et quia visus est Cephæ, & post hæc vndecim. † Deinde 11 12 13

✠ THEODORETVS. Doctrinæ laudem rursus admiscuit, B eos ad audiendum præparans. Propterea dixit, In quo statis, & stationem confirmans adiecit, per quod & saluamini. Hoc autem dicit, Volo vobis in mentem reuocare Euangelium quod à me inter vos prædicatum est, quod prompto quidem, & alacri animo suscepistis, quæ autem ex eo oritur salutem expectatis. Id autem vobis in memoriam reuoco, volens eum scopum & institutum ostendere. Hoc enim dixit illud, Quanam ratione prædicauerim in vobis.
✠ AMBROSIVS. Quod autem dicit, In quo & statis: his dicit qui firmi erant in fide traditionis huius. Promiscuis enim loquitur, vt & hi qui in fide fixi sunt, gaudeant: & qui nutant, corripi se doleant, & corrigantur.
a Per quod & sal. Si retinetis illud euangelium, id est, resurrectionem mortuorum, ea ratione qua confirmaui vobis, id est, per resurrectionem Christi, Tenetis dico.
b Si tenetis, &c. ✠ THEODORETVS. Si enim non creditur resurrectio corporum, superuacanea est prædicatio Euangelij.
✠ CHRYSOSTOMVS. Circa iugulum vulnus, & non de re friuola certamen, sed de summa fidei esse ostendens: & hoc leuius nunc quidem: progressu verò postquam incaluit, nudo deinceps capite clamans, Si Christus enim suscitatus non est, inane videlicet est preconium nostrum, inanis vestra fides, & in peccatis adhuc estis.
c Nisi frustra credidistis. Quod est, aut tenetis resurrectionem mortuorum, aut in cassum est fides quæ non accipitur nisi spe resurrectionis.
d Tradidi enim vobis ✠ THEODORETVS. Neque enim ipse inueni prędicationem, nec humanas sum rationes sequutus, sed à domino Christo accepi doctrinam.
✠ CHRYSOSTOMVS. Ne hic quidem dixit, docui, sed eadem voce vsus, tradidi, inquit, quod & accepit: nec se didicisse, sed accepisse testatus: duo confirmans, & quod obtrudere sua in euangelij negatio fas non sit, & quod rerum ipsarum certitudine, non verbis nudis fuerunt instituti, quod paulo post probat, omnia Christo accepta ferens, nullúmque dogmatum suorum humanum esse docens.
Ostensurus eis resurrectionem iustorum futuram, probat eam per resurrectionem Christi, de qua non dubitabant.
C e Quoniam Christus mortuus est. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non illico

✠ OECVMENIVS. Veram volens ostendere mortem, & non phantasiam, vt quibusdā videtur hæreticis, addidit, secundum scripturas. Et nihil noui actum sit, quod prædictū & præfiguratum non fuerit, sed & quod verè mortuus, quia sepultura mortis confirmatio est.
De morte præmittitur, vt sicut vera mors ostenditur, vera resurrectio teneatur.
f Scripturas. veteris testamenti, quæ mortem Christi futuram cecinerunt. vnde Isaias, Vt ouis ad occisionem ductus est. Et item, Tolletur à terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Etiam tradidi.
g Quia sepultus est ✠ CHRYSOSTOMVS. Confirmat hoc priora, nam quod sepelitur corpus prorsus est: hic autem non secundum scripturas dixit, quanquam id potuisset: seu quod sepulchrum tunc, & modo omnibus esset notum, seu quod ad omnia pertinet, quod secundum scripturas dicit. Sed vbinam sepultum esse, tertia die resurrexisse scriptura docet? Per eum quem Ionas gessit typum quem & ipse citauit. Quemadmodum Ionas in ventre ceti erat, inquit, dies tres, tres noctes. Per rubum in deserto: nam & ille flagrans, non conflagrauit: sic corpus illud mortuum est quidem, sed morti subditum perpetuò non mansit. Idem innuit apud Danielem draco: nam vt ille cibum quem propheta dabat, simul ac gustauit, crepuit medius. Sic corpore Christi sorpto, tartarus est discissus, corpore huius ventrem eius perrumpente remeantéque.

Io. 2. Math. 12. Exod. 3.

Dan. 14.

Et hoc similiter secundum scripturas: Ait enim Isa. Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua. Et item: Erit, inquit, sepulchrum eius gloriosum.
h Resurrexit tertia die. Et hoc dixi secundum scripturas. Inqui enim Osee, Post biduum viuificabit nos, & in die tertio resurgemus, & viuemus in conspectu eius.

Osee 6. a.

AMB. Si mortuus & sepultus resurrexit, ne dubitetis mortuos & sepultos resurgere.
i Visus est Ce. Prius quàm alijs viris quibus apparuisse legitur in euangelio, aliter contrarium esset, quòd primò mulieribus apparuisse legitur.

Luc. 24. b.

k Post hæc vnde. AVG. Alia litera habet duodecim, per quod Synec- F

l. 3. de cons. euan. c. 25.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ sola ducit ad beatitudinem, ibi.
1 Per quod & s. Ad hoc tamen quòd ad beatitudinem perducat duo requiruntur. Vnum est quòd teneatur eo modo quo ab apostolis est prædicata. s. non innitendo principaliter rationibus humanis, sed autoritati diuinæ & miraculis. ideo subditur.
2 Qua ra. præd. vo. si te. q. di. prædicatio mea non processit ratione humana sed diuina. Secundum est quòd fides non sit vacua bonis operibus, sine quibus est mortua: & per consequens frustra. ideo subditur.
3 Nisi frustra cre.
4 Tradidi enim. Hic consequenter ostendit quid sit tenendum de Christi resurrectione. Et ponit quatuor de Christo. s. eius mortem, sepulturam, resurrectionem, apparitionem, quæ pertinent ad articulos fidei de incarnatione Christi, Dicit igitur, Tradidi enim vobis in primis. i. inter prima credenda. quia articuli fidei sunt principia ex quibus alia credenda deducuntur, tanquam conclusiones ex eis elicitæ.

Iaco 2. d.

5 Quod & ac. q. d. hoc autoritate propria non feci, sed autoritate Dei: quæ sunt illa, subdit.
6 Quoniam Christus mortuus est pro peccatis. no. non suis, Isa. liij. c. Propter scelus populi mei percussi eum. ideo subditur.
7 Secundum sc. s. Isaiæ & aliorum prophetarum ex spiritusancto loquentium. Et sic mors ista fuit pro peccatis nostris à Deo præordinata.
8 Et quia se. est. vt veritas mortis eius probaretur.
9 Et quia resurrexit tertia die secundum. Isti tamen dies accipiendi sunt per synecdochen, quia primus & tertius non fuerunt integri.
10 Et quia vi. est. post resurrectionem.
11 Cephæ. i. Petro, Luc. vlt. De apparitionibus autem factis mulieribus non facit Apostolus mentionem, quia inducit apparitiones ad confirmationem fidei de resurrectione Christi. ideo illas tantum inducit quæ factæ fuerunt personis magis autenticis.
12 Et post h. vn. s. apostolis, quæ apparitio fuit facta post dies octo suæ resurrectionis Thoma præsente, Ioh. xx. Prius tamen apparuerat decem apostolis Thoma absente, vt habetur ibidem. Dicit vndecim, quia Iudas qui fuerat duodecimus, iā mortuus erat, & Matthias nondū erat electus.
13 Deinde visus est plus. Ista apparitio fuit facta in Galilea, Mat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Synecdochem accipitur. Vbi enim pars maior est aut potior, A
solet eius nomine etiam illud comprehendi, quod ad ipsum
nomen non pertinet, qualiter & illud dictum est, Nonne ego
duodecim vos elegi, cum tamen Iudas de electis non esset.
Hunc enim numerum cum articulo Græci codices habent, vt
non quicunque, sed il
li in eo numero intel
liganter.

✠ THEOD. Cum vel
set se omnium homi
num vilissimum, & abiectissimum appel
lare, omnibus his re
lictis qui in vtero perfecti fuerunt, deinde lege naturæ nati sunt, abortiuo fœ- a
tui seipsum compa-
rat, qui in hominum
catalogo non recen-
sentur.

✠ AMBROS. Appa-
ruit illi primum in cę
lo, post oranti in tem
plo. Abortiuum se di
xit, quia extra tem- c
pus natus in Christo, d
apostolatum accepit,
iam Christo in celos
recepto cum carne.

a *Abort.* extra tem-
pus legitimum natus.
ideſt, antequam de-
beat, vel post in Chri
sto apostolatū accepit
ā Christo assumpto.

Vel similis aborti-
uo, quia sum minimus, causa humili ta-
tis. vel tēpore & voca
tione, nō dignitate, la
bore & prædicatione.

b *Non sum di.* Cur ergo Apostolus? *Gra. a.d.* Primum sola gra-
tia,

¶ Hoc est, in euangelio.

visus est, plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus 1
a ¶ Qui testes sunt & quærit. b ¶ In hoc testimonio permanentes.
¶ Cito resurrectioni.
multi manent vsque adhuc: quidam autem dormierunt.
¶ Nec hoc in Euangelio. b ¶ Singulariter. 2
¶ In ascensione. 3
Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. † No- 4
¶ Post ascensionem. a ¶ Simili abortiuo, qui coactus est ad Deum conuerti, vt abortiuus 5
nasci. 6
uissimè autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi.
a ¶ Si præcedentia sua merita attenderentur. ¶ Qui etiam.
b † Ego enim minimus apostolorum, qui non sum dignus vo- 7
cari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiā Dei. † Gra- 8
¶ Apostolus. ¶ Apostolatus. ¶ Ociosa.
tia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me † vacua 9
a ¶ In tot populis, quos non illi. b ¶ Sigillatim. 10
non fuit. † Sed illis omnibus abundantius laborauī. Non au- c
¶ Ne hoc à se putetur sine gratia.
a ¶ Solus. b ¶ Cum libero arbitrio. c ¶ Mortuus resurrexit, quia sic prædica. 11
tem ego, sed gratia Dei mecum. Siue enim † ego, siue illi, sic 12
a ¶ Vbique scilicet. ¶ Per gratiam. ¶ Christum surrexisse. 13
b ¶ Per gratiam. ¶ Ita constat Christum surrexisse.
¶ Et si hoc est. c ¶ Qui est causa efficiens resurrectionis mortuorum. 15
prædicauimus, & sic crēdidistis. Si autem Christus prædica- e f 16
tur, quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in 17
¶ Futura. ¶ Dicunt non esse futuram, & si hoc est.
vobis, quoniā resurrectio mortuorū non est? Si autē resurre- 18
¶ Quod totum propter suos.
a ¶ Ne quis neget resurrectionem Christi, subdit inconuenientia.
ctio mortuorū non est, neque Christus resurrexit. Si autem 19
¶ Inutilis. a ¶ Inutilis est, cum nulla remuneratio sit secutura.
¶ Quod non vultis.
Christus nō resurrexit: inanis est ergo prædicatio nostra † ina- 20
sum, nec resurrexisse.

✠ THEODORET. Diuitias & occultare
conatur, & aperire
cogitur, neque enim
apertè dicit, quid est,
sed sum quod sum.

c *Abundantius.* Hoc
magis impletum est,
quia de opere ma-
nuum vixit, nec euan
gelio minus fecit.

d *Labora.* Ego & a-
lij apostoli, quia in
hac prædicatione.
Vel, verè per gratiā,
quia ego & il. sic. ideſt,
per gratiam *prædica-
ui.*

e *Et sic cre.* Arguit
eos: quia cum hæc
manifesta fides esset
apud omnes eccle-
sias: illi tamen inde
defecerant.

f *Si au. Chr.* Hucusq; Christum resur-
rexisse ostendit. Nūc
per resurrectionem
eius probat resurre-
ctionem mortuo-
rum.

AMB. Hoc pseu-
do negant dicentes
Christum non venis
se in carne, nec pas

☞ *Inueni.*

Aug. tract. 3 & 75. in Io

† de Deo,

† 23. q 6. c. 5

† Eph. 2. h. Aug. l de præd & gra tia. c. 11 & lib. de gratia & li. arb. c. 5.

† De remm. c. nisi. §. qui perpe

† igitur

† vacua

Aug. tract. 122. in Io. & li. 14. ciu.

† inanis. † b. otile cō fuetudo † 1. Tim. 1. c Aug. l. 2. cōtra Faustū. c. 2. & in ps. 103.

Aug. l. 2. de doctr. Chri.

Diuisio

a *Inueni. autem.* Hæc & alia ideo inferuntur, vt erubescatis cu-
jus errorem hæc consequuntur, quę etiam ipse damnat. Ne er-
go in hoc errore remaneat dicit, *inueni, &c.*

b *Aduersus Deū.* AVG. HIER. Non minore, sed maiore fortaſ
sis scelere in Deo laudatur falsitas, qnàm vituperatur veritas.

c *Quod si Chr. non.* Si
Christus non resurre
xit, Christus in mor-
te retinetur. Et si a
morte, tunc & in
peccato quod causa b
mortis. Er si in pecca c
to tenetur, peccata
vestra remittere non
potuit. Et ita adhuc
estis in peccatis ve-
stris, quę remissa vo-
bis credebatis, & sic
est vana fides vestra.

B ✠ THEOD. Domini
cæ enim mortis ty-
pus est baptismus, d
est autem typus su-
peruacaneus, si non
habet remissionem
peccatorum. adhuc
itaque fertur onus
peccatorum, hoc qui
dē certe illi adiecit,
quod Christus mor-
tuus est pro peccatis
nostris secundū scri-
pturas.

d *Si in hac vita tan-
tum in Christo. &c.*

✠ AMBROS. Manifestum est, quia & in hac præsenti Vita, &
in futura speramus in Christo. Neque enim hic deserit ser-
uos suos Christus, sed dat illis gratiam, & in futuro erunt in glo
ria æterna, Si autem futuræ vitæ spes non esset omnibus homi-
nibus (quod dixit) miserabiliores essemus, vtquid enim ieiunia,
vigiliæ, exitus, mundi vita, iustitia, misericordia, mors, si pro his
nulla merces erit in futuro. Increduli autē vel hac vita fruūtur.

e *Quoniam qui. per ho.* AVG. Ecce primitiæ homo & homo. D
Homo ad vitam, homo ad mortem, sed ille non nisi homo, iste
Deus & homo.

✠ TERTV. Nemo tā carnaliter viuit, q̄ q negat carnis resurrect. lib. de resu car. c. 11.

✠ CHRYSOST. Si per hominem, certe per eum qui corpus ha
bet, Industriam porrò
vide, vt aliud etiam ar
gumentum necessā-
rium excogitarit. Non
aliū quàm qui victus
est instaurare bellum,
non aliam quàm pro-
stratam creaturam re-
cuperare victoriā pos
se, sic tandem ignomi
niam aboleri.

✠ THEODOR. Respi
cite ad basim, & fun
damentum g eneris, &
videte primum paren
tem sequitur os esse po-
steros, eósque omnes
mortales esse effectos,
quoniam ille mortа-
litatem susceperat, ita
omnis hominum na-
tura Dominum Chri-
stum sequetur, & erit
resurrectionis partici-
ceps.

f *Et si.* Per sicut, nota
tur similitudo & cau-
sa, quia sicut ex cor-
ruptione Adæ ad mor

Aug. tract. in Io. lib. 6. cōt. Iul pe lag c. 12. & lib. 20 ciui. c 20.

a ¶ Non solum hoc inconueniens sequitur sed. ¶ Nos apostoli quibus omnes credunt.
nis est & fides vestra. Inuenimur autē & falsi testes Dei, quo- 1
a ¶ Qui de falsa laude sua irascitur. ¶ Cui nimis displicet falsitas. 2
niam testimonium diximus † aduersus Deum, quòd suscita-
uerit Christum, quem non suscitauit, si mortui nō resurgunt.
a ¶ Deus non suscitauit Iesum, si mortui non resurgunt, nam non resurrexit si illud est. 3
Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.
¶ Sed. a ¶ Falsa, non tantum inutilis.
Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. 4
a ¶ Vere falsa. ¶ Si Christus. ¶ Non surrexit. ¶ Post baptismum.
¶ Quæ remissa credebatis. b ¶ Et quia vos estis in peccatis, Ergo & qui mortui in 5
fide Christi mortui fuerunt in peccatis, & ideo perierunt. Verecundiam illis incutit & terrorem. 6
Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormie-
¶ In fide Christi. ¶ Item aliud inconueniens. a ¶ Vt resurrectionem non spere- 7
mus. ¶ In fide Christi. 8
runt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum sumus spe- d
a ¶ Qui vel hoc seculo fruuntur. 9
rantes in Christo, miserabiliores sumus omnibus homini- 10
¶ Sed pro his inconuenientibus vitandis apparet, quod Christus resurrexit, quia prius aliis
tempore & dignitate surrexit.
bus. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ 11
a ¶ Qui facile integri resurgent de morte tanquam de somno. ¶ Mortuorum. 12
b ¶ Q. Per Christum hominem poterunt surgere, quia per hominem multo minō-
rem venit mors.
e dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per 13
¶ Et si hoc est, ergo. ¶ Per quem. a ¶ A quo mortem & mortis me-
ritum traxerunt. b ¶ Quia eius filij. c ¶ Corporali morte.
f hominē resurrectio mortuorū. Et sicut in Adam omnes mō- 14
tem, ita ex spiritu Christi ad vitam.

Et sicut in Adam. AVGVSTINVS. Omnes in Adam moriun-
tur in Christo viuificātur. quia nemo ad mortem nisi per illum,
nemo ad vitam nisi per istum, quia sicut per Adā omnes mor-
tales & pœna facti sunt filij seculi, ita & per Christum omnes
immortales in gratia fiunt filij Dei.

☞ *Vnus-*

C NICOLAVS DE LYRA. F

✠ *mum. Consequenter ostendit consequentiam primi inconuenientis, di-
cens.*

1 Inuenimur autem. *nos prædicatores euangelij.*

2 Falsi testes Dei. *asserendo quod non fecit: quia asserimus quòd re-
suscitauit Christum hominem, quod non est verum.*

3 Si mor. non resur. *id est, impossibilis est resurrectio mortuorum,
quia humanitas Christi eius di- m specie est cum aliis hominibus. Vlterius
probat consequentiam alterius inconuenientis, dicens.*

4 Quòd si Christ. non resurrexit, vana est fides vestra, scilicet,
*sine effectu bono, quia nulla salvitas purgat à peccato. ideo sub-
dit.*

5 Adhuc enim estis in peccatis vestris. *à quibus non estis mun-
dati per fidem Christi, si Christus non resurrexit, & sic concludit vte-
rius.*

6 Ergo & qui dormie. *id est mortui sunt.*

7 In Chr. *id est in fide Christi.*

8 Perierunt. *quod tamen est inconueniens, eo quòd sanctissimè vixe-
runt, & omnis rationaliter loquens dicit opera talis vitæ à Deo remu-
neranda esse, & maxime debebat esse inconueniens Corinthijs cùm fidem
catholicam susceperunt, quibus scribebat apostolus. Sed quia posset ali-
quis dicere, quòd hec remuneratio sit in præsenti vita, & non in alia, si-
cut dixerunt amici Iob, vt ibidem fuit declaratum. ideo excludit hoc A-
postolus di.*

9 Si in hac vi. tan. in Chri. su. spe. *expectantes ab eo remunerari.*

10 Miserabiliores su. o. ho. *qui ad minus perfruuntur bonis huius vi
tæ, nos autem patimur mala. In primitiua ecclesia fideles multa sustine-
bant aduersa. Sed contrarium huius posset argui de multis philoso-
phis, qui voluptates & diuitias huius vitæ contempserunt: & cum hoc re-
surrectionem mortuorum negabant, nec tamen dicuntur miserabiliores
esse alijs hominibus, sed meliores. Dicendum, quòd non est simile de ip-
sis & Christianis, quia philosophi fecerunt hoc propter maior a bona con-
sequenda, scilicet, virtutes intellectuales & morales, in quibus consistit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Vnusquisque.* Ordines exponit vt de certa & tempora, quando factum sit: & quando futurum sit, vt resurgant mortui.

✠ AMBROS. Nunc ordinem resurrectionis vult exponere, ne ideo putarent fabulosum esse, quia facta non est adhuc in ceteris. ordinem illis exponit, & tempora quando facta sit, & quando futuram vt resurgant mortui.

✠ THEOD. Ita etiã dominus docet in sacris euangelijs, quod agnos quidé statuet à dextris: hædos autem à sinistris.

✠ CHRYSOST. Non est enim cur, cum resurrectionem eãdem audis, eisdem omnes fruituros esse rebus, suspiceris. Nam si ne supplicium quidem omnium est idé, multomagis peccatorum & sanctorum discrimen ingens erit.

b *Primitiæ Christus.*

B ✠ THEOD. Hoc est, primus resurrexit.

c *Deinde qui sunt.* Vel alia litera. *Deinde hi qui sunt Chr. in adu.* eius. s. resurgent. Deinde qui sunt Christi, &c. s. qui in Christum credunt, qui minus eo digni sunt resurgẽt posteriores tempore, & dignitate minores. Et qui sunt Christi, exponit subdens, Qui in ad. eius cre. &c.

d *Deinde ſi.* Hoc ponit ad commendationem resurrectionis, qua impleta finis erit mundi.

✠ CHRYSOST. Nam quum consurgent illi res omnes ceteræ finem suum consequentur non quemadmodum nunc post quam resurrexit Christus, altè adhuc omnia constiterunt, ideo in aduentu ipsius, inquit, vt de hoc tempore loquutum scias.

✠ THEODOR. Pro eo quod est communis omnium resurrectio. Quando enim ea facta fuerit, omnia finem accipient, & res præsentes, & prophetarum prædictiones.

e *Cùm tra.re.* Cum contemplando Deo tradiderit, non quòd ipse adiuuet sibi, quia vnus Deus cum patre. Cùm tradiderit. i. deſt, cum perduxerit ad speciem, in quibus modo regnat per fidem, quia tunc reuelabitur à filio pater. vnde, *Nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui vo. ſi. reuelare.* s. vbi essentia filij cum patre videbitur, quod solis mundis cordibus dabitur, quod est summa beatitudo.

Aug. l. 1. de Trin. c. 8. 9. 10. & lib. ad Orosiũ. cõtra Priscill. c 7.

Luc. 10. d.

Matt. 5. a.

A v G. ad honoratum præsbyterum. Cum tradiderit regnum, quod seminauit, cum venit minor patre, perducet ad speciem in qua æqualis non recessit à patre.

Quæſt. 69.

A v G. de. lxxxiij. q. Aliter dicitur regnum Christi omnis creatura, secũdum potestatem deitatis. scilicet, aliter ecclesia secundum proprietatem fidei quæ de illo est.

THEOD

✠ THEOD. Tradidit regnum Deo & patri, non ipse regno nudatus sed tyrannum diabolum, & omnes eius adiutores subiungens, & vt omues se submittant, & vniuersorum Deum agnoscant, efficiens. D

✠ AMBROS. Traditio autem hæc regni est, vt cùm omnia filio fuerint subiecta, & adorauerint illum vt Deum, destructa morte, tunc filius ostendet illis non se esse ex quo omnia, sed per quẽ sunt omnia, & hoc erit tradere regnum Deo & patri, ostendere ipsum esse, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, & tunc, erit finis. destructio tamen mortis † aduenerit est resurrectio mortuorum.

† in aduẽtu ipſius.

† ſuprà. 4. b.

✠ THEOPHY. Duo sunt apud sacras literas regnorum genera, alterum sit & coniunctione quadam & sanguinis necessitudine, alterum ex ipsa rerum creatione. Imperat enim Deus & gentilibus, & Iudæis, & horũ dæmonibus vel inuitis iure creationis, quippe quia eos condiderit. Imperat autem fidelibus ipsis & sanctis, vltro sese illi subiicientibus, coniunctionis de causa. Eiusmodi itaque regnum & patri tradit, hoc est perfectius reddit. Exempli gratia Imperator quispiam filio bellum adiuersus remotissimas nationes procurandum demãdat. Subactis itaque gentibus illis, & bello finito, dici tunc quidem filius potest, bellum patri tradidisse, hoc est demandatum sibi à patre negotium absoluisse. Dicit itaque Paulus, tunc omnia finem esse iam nacta, cum ea suæ ditioni subiecerit filius. Christus namque in nobis tunc perfectè imperium est habiturus, cum non amplius inter nos dissidebimus, nec Deo partim, partim dæmonibus paruerimus. Quo fit vt patri Christus, haud secus quam à tyranno quopiam arreptum Imperium, expeditum & liberum tradat. E

f *Cum eua.* Dum durat mundus angeli angelis præsunt, demones dæmonibus, homines hominibus: ad vtilitatem viuentiũ, vel ad deceptionem. Sed hominibus collectis iam omnis prælatio cessabit, quia necessaria non erit. Aug. vbi supra.

Cum cua. A v G. Quia tunc notum erit omnibus, nihil horum aliquos terrenos vel cælestes habuisse ex se, sed ex illo ex quo sunt omnia.

g *Oportet autem it. reg.* id est, regnum eius interim manifestari, donec omnes inimici eum regnare fateantur: quo amplius non erit manifestius, etsi amplius duret. Ita etiã oculi nostri ad deum nostrũ, donec miserea. &c. Nõ vt tũc auertatur, sed vt ni- Au. l. de trin. Psal. 21. ☞ hil

a ¶ Quia eius filii adoptiui, spirituali regeneratione. b ¶ Hoc omnes communiter habebunt, sed tamen differenter.

a riuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque 1
a ¶ Martyr vt martyr. ſi. & cæteri. b ¶ Dignitate. c ¶ Primus tempore, & maximus dignitate. d ¶ Qui prior surrexit, vt fidem faceret & formam daret cæteris.
b in suo ordine. Primitiæ Christus. Deinde hi qui sunt Christi, 2
c a ¶ ipsum ad remunerandos bonos venturum. b ¶ Erit consummatio. 3
d † qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis, cùm 4
e a ¶ Christus repræsentauerit quos in bonis operibus rexit Deo creatori, & ideo patri, quia a ia persona, quod tunc scietur. b ¶ In quantum bono. ¶ In quantum Deus. c ¶ Cum omnes in suo regno exaltabit, sicut ipse ex humilitate regnat quam habuit. d ¶ Tunc cessabit timor, regnabit charitas, non erit inter præsidentes & subditos vlla dissensio. 5 6 7
f trãdiderit regnum Deo & patri, cùm † euacuauerit omnem 8
a ¶ Maiores. b ¶ Minores. c ¶ Qui miracula faciunt, vel fortes homines. 9
d ¶ Tunc aperte regnabit, sed & interim necesse est quod occultè, quia aliter scripturæ falsæ essent qui quia & modo regnat, potestis suos suscitare.
g principãtum & potestãtem & virtutem. Oportet autem 10

NICOLAVS DE LYRA.

C ✠ *Ita nisi tantum suggerendo Adæ comeſtionem ligni vetiti, vnde & si Adam steriſſet Eua peccante, peccatum originale non fuiſſet inductum.*

1 Vnusquisque in suo. *Hic Apostolus declarat duplex adiunctum. Primum e. resurrectionis ordo, qui tangitur cum dicitur,* Vnusquisque in suo or. *ſupple resurget.*

2 Primitiæ Chri. *Resurrectio enim Christi prior est tempore & dignitate. Inter alios autem qui resurgent in fine mundi non est ordo temporis, quia omnes simul resurgent, secundum quod dicitur. infrà. eo. ca. In momento, in ictu oculi, &c. sed erit ibi ordo dignitatis, quia martyr resurget vt martyr, & Apostolus vt Apostolus, & sic de alijs. de quibus subditur.*

3 Deinde. *i. poſt Christum tempore & dignitate.*

4 Hi qui sunt Chr. *membra ipsius per fidem charitate formatam.*

5 Qui in aduen. eius cre. *i. primum quo venit in carnem, & secundum quo veniet ad iudicium.*

6 Deinde. *Hic declarat secundum. ſ. resurrectionis finem. & primò quantum ad consecutionem boni. secundò quantum ad amotionem mali, ibi:* Oportet autem. *Quãtum ad primum dicit,* Deinde. *ideſt, poſt hoc.*

7 Finis. *ſ. resurrectionis erit. & iſte finis non erit in hoc quòd vinant vita corporali voluptuosa. vt Iudæi & Saraceni fingunt. talis enim secundum Philoſophum. ſ. Ethi. est vita secundum propter quod in ea consistere non potest felicitas humana. sed in clara Dei visione & fruitione, quæ conueniunt homini secundum illud quod est in eo ſummum. ſ. voluntatem & intellectum, & reſpectu optimi obiecti. Ideo subditur.* F

8 Cum tra.re. Deo pa. *ideſt, cum Christus adduxerit fideles, in quibus regnat ad clarum aspectum sui creatoris. & quia ministerium angelorum ordinatur ad hoc vt fideles beatitudinem consequantur ideo tunc cessabit illud ministerium. propter quod subditur.*

9 Cum eua. omnem prin. & p. & vir *tamen remanebunt ordines angelorum distincti quantum ad eminentiam gloriæ secundum hierarchias & ordines. Nominat autem ipſos tres ordines, quia sunt superiores quantum ad illos quorum officia executionem important circa hoc inferiora. Et ſub principatibus intelligantur archangeli & angeli custodiæ singulorum hominum deputati.*

10 Oportet autem. *Hic declarat finem resurrectionis quantum ad amotionem mali. tunc enim amouebitur malum culpæ per punitionem. iuſtam malorum. & quantum ad hoc dicitur.* Oportet autem illum re. do. po. omnes inimi. sub pe. ſu. *Non tamen tunc deſinet regnare, quia hic donec, non facit exclusionem futuri regni sicut. Matth. 5. dicitur de Ioſeph & Maria, quòd non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. tunc amouebitur malum pœnæ, ideo ſubditur.*

✠ No-

☞ A hil amplius requirant. Et ita dicendo, donec, maiorem excludit manifestationem regni, non ampliorem permanentiam.

a *Donec ponam.* ✠ THEODORETVS. Donec, non significat tempus, sed docet eum esse omnes inimicos subiugaturũ. Huic

Psalm. 109. simile est id quod à Dauid dictum est. *Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ.*

†Psa. 109. a. Si autem dicunt ij qui cum Arrio & Eunomio sentiunt, hãc vocem de solo filio esse positam, audiant ipsum quoq; Deum dicentem. *Ego ſum, ego ſum, & donec conſenuerris ego ſum.* Aquo autem ita intelligetur, ab eo inuenietur Deus vniuersorũ habere suam essentiam senectuti hominum commoderatam. Sed hæc nugari insanorum est hominum. Aternus enim & vniuersorum Deus, ei autem est etiam coæternus vnigenitus suus filius. Habet autem etiam regnum æternum, & hoc nos apertè docuit Daniel. *Eius enim,* inquit, *regnum, eſt regnum æternum. quod non diſſoluetur in æternum.*

Isa. 43. † palam est excipiendũ.

B Daniel. 7.

✠ THEOPHYLACTVS. Vides quemadmodum, Donec, particula, hîc non vt futurum tollat posita sit, sed ea quæ explicata est causa: perstat enim eius Imperium, donec omnia compleat.

b *Nouiſſi. autem.* Inter alia constat, quòd & potestatem suscitãdi habet, cum subdit: Nouissimè autem.

Nouiſſimè autem inimica deſtruetur. Modo regnat, & tunc regnabit: sed nouissimè, ideſt, post omnia destruetur mors, quòd amplius non dissoluetur, sicut hæretici arbitrantur. Nouissimè. Quia nó erit quod destruat: postquàm hoc mortale induet immortalitatem.

c *Inimica.* Cui inimicamur: vel ipsa nobis. Iterum commendatio resurrectionis.

d *Præter eum qui ſubiecit ei omnia.* A v G v S T I N v S. Quia sicut ex nullo est, ita nulla ratione potest alicui esse subiectus, Ipse enim principium est omnium.

✠ THEODORETVS. Diuinus Apostolus suspicans ne damnum ex Græcis oriretur fabulis, hæc adiecit, humilioribus verbis vtens propter illlorum humilitatem. Dicant autem qui cõtradicunt cuiusmodi nam sit illa subiectio? Atqui si verũ volũt considerare, nunc ostendit obedientiã, dum humanam suscepit naturam, & nostram salutem procurauit. ea enim quæ sunt nostra sibi applicat, & sua facit, quandoquidem eius corpus appellamur, ipse autem nostrum caput nominatur. C

Aug. libr. 83 quæſt. q. 69. Sent. cõtra Arrian. c 37. lib de Trin. cap. 8. 9. 10 lib. 2 contr. Maximin. e *Nam cum ſubiecta illi fuerint omnia, &c.* Non quin & modo, omnia & ipse subiectus. Sed quod semper est, tũc in aliquo fieri dicitur, cum ab eo incipit cognosci, vt sanctificetur nomen, id est sanctum esse innotescat. Ita etiam cum tradiderit re. ideſt, cũ patrem regnare monstrauerit. Quod modo creditur. Euacuabit omnem principatum: quia omnibus erit notum nihil per se potestatis habuisse terrenos vel cælestes nisi à Deo: quia tunc nulli spes in alio, nisi in Deo. Cum omnes adorauerint Christum vt Deum, tunc Christus Deum se ostendet. Sed de Deo, vt vnius principij summa auctoritas maneat. D

f *Vt ſit Deus omnia.* quia cum dicit omnis creatura Christum esse suum caput, Christi caput Deum: Non tantum in omnibus: quia in confessione omnium vnus erit Deus, sed & omnia, quia ex ipso sunt.

✠ AMBROSIVS. Cum dixit, *omnia in omnibus,* hoc significauit, quia & ex ipso sunt, & in ipsis est. Ex ipso quia ab ipso creata sunt: in ipsis autem quia in omnium confessione vnus erit Deus. Non tamen sic subijcitur filius patri, sicut filio creatura. † eius † Pſal. 8. b. Hebr. 2. b.

E ✠ CHRYSOSTOMVS. Vt in ipso omnia deuincta sint, ne quis duo principia sine principio, aut regnum quoddá aliud diuisum esse suspicetur, ne quid omnino ab ipso non pendens extet.

✠ THEODORETVS. Nunc enim vbiq; quidem est per essentiam, habet enim naturam quæ non potest circunscribi & *in ipſo viuimus, & mouemur, & ſumus,* vt ait diuinus Apostolus, sed per gratam comprobationem non est in omnibus. Complacet enim in eis qui ipsum timent, & in eis qui sperant in eius misericordia. Quamquam nec in eis quidem est omnia. *Nemo enim à ſorde mundus eſt. & non iuſti cabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Ergo in ijs quidem complacet quæ rectè gerunt, non complacet autem in ijs quæ peccant. Act. 17. Iob 15. Pſalm. 142.

g *Vt ſit Deus omnia.* Ipse est finis quem suprà breuiter concludens posuit: post membratim explicans. Aug. lib 22. de ciu. c. 30. & in pſal. 105.

h *Omnia.* vt nemo cohærentium ei: amet aduersus eum suam propriã voluntatem, & tunc manifestum sit quod dicitur: Quid habes quod non accepisti? *Omnia.* quia Deus erit vnde satientur. *Omnia.* quæ honestè desiderantur, vita, salus, gloria, pax, finis desideriorum. In dispari claritate erit per gaudium, quia de vna re, vt quod habebunt singuli commune sit omnibus: quia gloria capitis omnium erit per vinculum charitatis.

Vt ſit Deus. vnus cum patre & spiritu sancto.

Omnia. quæ desiderari possunt.

i *In omnibus,* membris suis: quia præmium virtutis erit ipse qui dedit virtutem, quia Deus erit vnde satientur.

k *Baptizantur.* pro peccatis delendis. Vel, pro se mortuis faciendis ad similitudinem mortis Christi quid facient cum non sint vitam habituri.

✠ AMB. In tantum ratam vult ostendere resurrectionẽ mortuorum, vt exemplum det eorum, qui tam securi erant de futura resurrectione, vt etiam pro mortuis baptisarentur, si quem forte mors præueniſſet timentes ne aut malè aut non resurgeret qui baptisatus non fuerat, viuus nomine mortui tingebatur vnde subiecit. *Vt quid baptizantur pro illo.* Exemplo hoc non factum illorũ probat, sed fixam fidẽ in resurrectionem ostendit.

l *Si omnino, &c.* Vt nec Christus surrexerit, vt quid baptizantur cum non dimittantur, si Christus non resurrexit.

☞ Vel

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nouissimè autem ini. deſt. mors. *quia resurrectio erit ad vitam immortalem: cum qua non potest mors stare. Ad declarationem prædictorum subdit.*

2 Omnia enim sub. sub pe. *Hoc enim scriptum est de Christo. Pſal. viij. vt ibi declaratum fuit. propter quod oportet illud impleri in consummatione finali.*

3 Cum autem dicat omnia subie. &c. *q. di. nihil erit tunc exclusum à subiectione sub Christo homine:*

4 Præter eum qui subie. *Christus enim inquantum homo minor est patre Deo. ideo subditur.* Tunc ipse filius sub. erit, &c.

5 Vt sit Deus omnia in omnibus. *id est, in omnibus appareat, quòd omnis potestas & dignitas omnibus insit à Deo: in quo est ratio vltimæ beatitudinis.*

6 Alioquin. *Hic consequenter resurrectionem probat per sanctorum vitam. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponit probationem. & secundò q̃ nandam monitionem, ibi:* Nolite. *Primum exponitur dupliciter. Vno modo dicunt aliqui credentes. quòd baptiſmus receptus ab aliquo viuẽte valeret mortuo, & sic faciebant pluries se baptizari: semel pro se, & alias pro amicis suis defunctis. Et secũdum hoc dicit Apostolus:* Alioquin. *id est, resurrectio non erit.*

Diuiſio

7 Quid facient qui baptizantur, &c. *q. d. nihil proficiet eis. Sed quia non videtur probabile, quòd Apostolus in sua probatione proceda ex aliquorum errore: quia non esset probatio simpliciter, sed tantum ad illos errantes, ducendo illos ad illud quod habebant pro inconuenienti. ideo aliter exponitur quod dicitur hic.*

8 Pro mortuis: Si omnino mortui non resur. *id est, pro peccatis mortalibus. quæ sunt opera mortua: pro quibus abluendis recipitur baptiſmus: qui tamen non proficeret si non esset resurrectio. Ad hoc enim recipitur, vt à peccatis mundatus sit vita beata dignus. Consequenter ducit ad aliud inconueniens, scilicet. quòd Christiani quibus tunc scribebat, frustra ſu. inerent tribulationes huius mundi, si non remunerarentur in alia vita. Ideo dicit.*

✠ Vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vel. Fuerunt quidã imperiti qui baptizabantur pro his qui de hac vita sine baptismo discesserant, putantes illis prodesse. vnde ait: *Quid facient.* id est, quid illis proderit qui resurrecturi nõ sunt? *Et si omni. non re. vt quid ba.* cum peccata non remittantur, ni si causa futuræ resurrectionis? Q. Si stulti, adeo certi sunt de resurrectione, vos non debetis dubitare.

a *Quotidie morior &c.* ✠ Chrysostom. Nam cum multa pericula esse ostẽdisset, ne velut deplorans il la commemorare videretur, non solum non doleo inquit, sed glorior etiã ista pro vobis ferẽs. Bifariam vero gloriatur, & qđ propter ipsos pericli tetur, & quod videat pulchrè crescentes. Sed qui moritur in dies? Audio voluntate, & quod promptus ad rem sit.

b *Propter vestram.* Vel: Per ve. glo. iu. Ve rum iurare non est peccatũ sed non ideo in dubijs iurandũ est: & tutius est non iurare, quàm consuetudine iurandi pejerare. Falsum verò iurare, grauissimum est peccatum. Contra præceptum non est iuratio: quæ non est à malo iurantis, sed incrẽduli vel infirmi, qui aliter non credit.

c *Secundum hominem ad bestias pugn.* id est, rationabiliter agens; quia hominis est credere, non mori hominem vt bestiam.

✠ Theodoretvs. Si humana quidem spectetur consideratio, à bestijs deuoratus sum, sed admirabiliter, & præter opinionem sum seruatus. Cuius ergo periculi quem fructum capiam, si non est mortuorum resurrectio.

✠ Chrysos. Quid est secundum hominem? quantum fetitatis in homines cadit, depugnaui cum bestijs.

✠ Ambrosivs. Hoc est, si secundum humanum sensum bestijs offerri non timui, nihil profeci.

✠ Tertvllianvs. Quotidie morior vtique periculis carnis, per quam depugnauit ad bestias Ephesi, illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ, de qua in secunda ad eosdem. Nolumus enim vos ignorare fratres de passura nostra apud Asiam quod supra quam grauati sumus supra vires, vti de vita hęsitaremus. Omnia hęc, nisi fallor, enumerat: vt nolens vanam credi

credi carnis conflictationem, indubitatè velit credi carnis resurrectionem. Vana enim habenda est conflictatio eius, cuius nulla erit resurrectio.

d *Quid mihi prodest, si mortui non resurgunt*, id est, disputaui.

e *Manducemus & bibamus. cras enim moriemur.* Hoc propter eos qui quasi futurum sit post mortem, ventri tantum studẽt vt pecora, dicẽtes: Quis inde venit? Non audi ui vocem cuiusquàm inde venientis. Quibus dicitur: Stulte: si pater tuus surgeret, crederes? Dominus omnium surrexit, & non credis. Qui voluit mori & surgere, vt omnes vni crederemus, ne à multis deciperemur. Credere pars patri iterum moriturọ, & non credis iam immortali, qui deniq; testimonium habet in cœlo, testimonium interra, testimonium ab angelis, testimonium ab inferis?

f *Nolite seduci, &c.* àpseudo: qui de medicina quẽrunt vulnus, & de scripturis conantur torquere vinculum vnde laqueum, mortis iniiciant.

g *Corrumpunt bonos mores. &c.* ✠ Theodoretvs. Bonos hic leues vocauit qui facile decipiuntur.

✠ Tertvllianvs. Conuictum atque commercia Deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati per apostolum, Bonos corrumpunt mores congressus mali. Loquaces, otiosæ, vinosæ, curiosæ, contubernales, vel maximè proposito viduitatis officiũt. Per loquacitatem irrepunt verba pudoris inimica; per otium à veritate deducunt: per vinolentiam quidnis mali insinuant: per curiositatis emulationem libidines conuehunt.

h *Euigi.* Hæc nolite: sed *eui.* à corpore: & sic eritis *iusti.* & post: *Nolite pecca.* illis consentiendo, quia ignorant Deum.

i *Sed di. ali.* Hactenus per rationes probauit, modo per ipsam rerum naturam posse fieri ostendit. Q. per hæc probatur. sed tamen dicit, quasi per naturam fieri non possit: Et si resurgent: *quali. cor.* Q. Non poterit aliud esse quàm modo, id est, passibile & mortale: *Insipiens.* qui non attendis quod quotidie vides.

☞ Qua-

a ¶ Quilibet mortui.

no mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Vt 1
a ¶ A prædictis discernit. ¶ Qui sapientes videmur. a ¶ Pericula patimur. c ¶ Non solum pericula patior, sed. d ¶ Pericula mortis subeo. ¶ Vel per vestram gloriam iuro.
a lum pericula patior, sed. d Pericula mortis subeo. ¶ Vel per vestram gloriam iuro.
b quid & nos periclitamur omni hora? †Quotidie morior † pro 2
a ¶ Vt vor gloriam consequamini. b ¶ Iam in spe. ¶ Vel Q. Non humanam, sed æternam. 3
c ¶ Idest, dum considero, quod ipse per passionem est glorificatus. 4
pter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu 5
¶ Iterum. ¶ Contra bestialiter sapientes.
c domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui 6 7
a ¶ Iterum. Si non resurgunt, hoc solum restat.
d Epheſi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt †. Man- 8
e ¶ Hoc de Isaia. & est vox Iudæorum desperantium in captiuitate. ¶ In proximo. a ¶ Propter 9
hæc omnia. Noli. sedu. per pseudo nec colloqui illis, quia colloquia illorum virtutes necant, dum faciunt non sperare resurrecti. enem.
f ducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. 10
a ¶ Contra illos. 11
g Corrumpunt bonos mores colloquia † praua. Euigilate iu- 12
h a ¶ Quod exigit iustitia Dei. b Qui, scilicet, mortuos resurreturos, stultum esse dicebant credere. 13
sti & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam ha- 14
a Pudeat credere ignaris. ¶ Et hoc. ¶ Vt eis acquiescere vereamini. ¶ Vel vere cundiam. 15
¶ Id est, vtilitatem. a ¶ Ignorantium Deum. 16
i bent. Ad † reuerentiam vobis loquor. Sed dicet aliquis: 17

a *Quali au.cor.* ✠ Tertvl. Vnicuiq; seminum suum corpus deputauit, non suum, id est, non pristinum. vt tunc & illud suum sit, quod extrinsecus à Deo acquirit. Serui igitur exemplo, & conserua speculum eius carni, eandem credens fructificaturam quæ sit seminata, ipsam, & si pleniorem. non aliam etsi aliter reuertentem.

Vnde quia naturalium cognitione per quam nostram de resurrectione hic talis improbat fidem, sibi sapiens esse videtur, cum nonsit: congruè respondet ei Apostolus.

b *Insipiens tu: quod se.* Ita mortuus poterit viuere, & meliori corpore: vt quod seminas, melius surgit.

✠ Chrysosto. Quia cum ethnicis res est apud fideles: rationibus vtitur raro. Vocibus seminũ pro prijs repudiatis (cuiusmodi sunt germinat, crescit solsitur, putrefit,) eas quæ earni nostræ respondẽt accomodauit, viuificatur, moritur, quæ non seminum iam, sed corporum propria sunt, nec postquam moritur viuet, inquit, sed quod plus ob hoc viuit, quia moritur.

✠ Ambrosivs. Cum animali homine non vtique legis authoritate agit, vt exemplis suadeat, quæ si reciperet, non erraret, sed physica ratione, de quæ sibi blanditur, vt non credat resurgere resoluta & mortua corpora. Ostendit enim mortua rursum reparari ad vitam, & multiplicata vt confundatur error humanus.

✠ Theodoretvs. Respice semina, & sulcos sepulchra imitantes, & semina quæ non secus ac corpora sepeliuntur, deinde nascuntur, & germinant, Non enim corpus quod futurum est seminas, hoc est, non spicam sed nudum granum, vel frumenti, vel alicuius ex alijs. Nomina autem apte commutauit. Non enim dixit: Non nascitur nisi moriatur, nostra autem nomina seminibus imposuit, nostram ex illis resurrectionem ostendens.

c *Deus a. d.* Sicut ergo nudum granum seminatur, & Dei nutu quodam quodãmodo vestitũ resurgit, multa secum habẽs incremẽta, ita mortuꝰ Dei virtute poterit viuere, & meliori corpore resurgere.

d *Vnicuiq, se.* Ita & nobis nostra antiqua, vt Iob ait: *Quem visurus sum ego ipse, & non alius.* Sed erit differẽtia in gloria & dignitate, quãuis de eadẽ materia. Sicut nõ omnis caro est eiusdẽ dignitatis, licet de eisdem elementis.

e *Et c.* Omnis caro corpus, sed non econuerso: vt lignum.

✠ Tertvlli a. Non omnis caro eadem caro. Non ad denegandam substãtiæ communionem, sed prærogatiuę perequa rionem corpus, honoris nõ generis, in differentiam redigens.

f *Cælestia.* Sunt resurgentium, terrestriaan tequàm moriantur, quę ex Adam: vt quia Christus cælestis est, ex eo corpora cælestia dicantur, & non iam caro dicantur. Ex Adam verò quiaterre stris est terrestria corpora.

✠ Theodoret. Qui enim cœlis digni sunt, gloria quę cœlestibus conuenit amicientur. Qui autem in terrenis cogitationibus hæserunt, suo instituto conueniens indumentum acceperunt.

g *Aliacl aritàs solis, &c.* Sicut ista corpora cum vnius naturæ sint diuersę tamen sunt claritatis, sic & homines cum sint vnius generis, dissimilis tamen gloriæ erunt in resurrectione. Vt claritati solis, illorum dignitas exequetur, qui centesimum numerum habent: Lunari verò claritati, qui sexagesimum: Stellis verò qui trieesimum quæ sierunt. Tetris autem stellis & omnium nouissimis perfidorum resurrectio similis est. Infidelitas enim non potest claram resurrectionem habere, quia sicut carbo cinere suo coopertus obcęcatur, ita & hi perfidia & erroris tenebris circumdati luce carebunt.

h *Stella enim à stella differt, &c.* Aug. *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, etsi idem denarius, ideſt vita æterna omnibus. Vna est enim beatitudo, quam iusti percipiunt, & dispar retributionis qualitas:

☞ Cum

¶ Quomodo potest esse? ¶ Qui iam cinis.
a Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore veniẽt? 1
a ¶ Probatio quomodo resurgent. ¶ Qui non attendis quòd granum. ¶ Vegetatur. 2
b Insipiens tu. Quod seminas non viuificatur, nisi prius moria- 3
¶ Probatio quali corpore. a ¶ Substantiam non negat, sed dignam qualitatem cum adoleuerit.
b ¶ Quale. ¶ Idem in essentia, in qualitate diuersum.
tur. Et quid seminas? Nõ corpus quod futurum est seminas, 4
¶ Granum. ¶ Seminum.
sed nudum granum, †vt puta tritici, aut alicuius cæterorum. 5
¶ Grano. a ¶ Cum palea & arista. b ¶ Non omnibus granis idem corpus.
c Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuique seminum 6
a ¶ Vt tritico tritici. b ¶ Eiusdem dignitatis.
d proprium corpus. Non omnis caro eadem, sed alia homi- 7
¶ Non iam caro dicitur. ¶ Sunt. 8
e num, alia pecorum, alia volucrum, alia autẽ piscium. Et cor-
a ¶ Non solum terrestria differunt inter se, sed & à cælestibus.
f pora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia quidẽ cælestium 9
a ¶ Etiam ipsa cælestia inter se differunt.
¶ Et si vnius naturæ, diuersæ sunt claritatis, ita homines in resurrectione. 10
g gloria, alia autem terrestrium. Alia † claritas solis, alia clari- 11
¶ Ab illis differunt, quia inter se. 12
h tas lunæ, & alia claritas stellarũ. Stella enim à stella differt in 13

NCOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt quid & nos. *scilicet Christiani.*
2 Periclitamur omni hora. *Tunc enim Christiani frequenter ducebantur ad tormenta.*
3 Quotidie morior. *ideſt, periculi mortis me expono.*
4 Propter vestram gloriam fratres. *ſd est, propter gloriam in vobis acquirendam,*
5 Quam habeo in Christo Iesu domi *scilicet in certa ſpe per reuelationem Chri. i. ij. ad Timoth. iiij. b. Repoſita est mihi corona iuſtitiæ, &c. Vlterius ducit ad tertium inconueniens, scilicet quòd homines currẽt ſine fræno sicut bestiæ ad delectabilia huius vitæ. Quod est magnum inconueniens dignitati naturæ humanæ ſi non ſit alia vita, in qua pro bonis & malis reddantur pœnæ & præmia & ſecundum hoc dicit.*
6 Si secundum hominem. *id est, ſecundum rationem qua differt homo à bestijs.*
7 Sed ad bestias pugnaui Epheſi. *Id est, ad homines reſurrectionem negantes, & per conſequens beſtialiter viuentes.*
8 Quid mihi prodeſt, ſi mortui non resurgunt? *Quaſi dicat: Nihil. ſed magis videretur eſſe currendum cum eis ad voluptates humanæ vitæ dicendo cum eis.*
9 Manducemus & bibamus. *Id est, voluptuoſè viuamus.*
10 Cras enim: *id est, cito.*
11 Morietur. *id est, totaliter deficiemus ſicut beſtiæ. Vnde in perſona talium dicitur Sap. ij. b. Vmbra tranſitus eſt tempus noſtrum, &c.* Et ſequitur: *Venite ergo, & fruamur bonis huius, &c.*
12 Nolite. *Hic ex prædictis ponit quandam monitionẽ. & primò quantum ad infirmos, dicẽs:* Nolite ſeduci. *à negantibus reſurrectionẽ, curendo cum eis ad vitæ voluptatem ſine fræno.*
13 Corrumpunt mo. bo. *& maximè quæ inducunt homines ad præſentis vitæ delectabilia: ad quam pronitatem habet ex corruptione naturæ humanæ. Secundò ponit monitionem quantum ad perfectos, dicẽs.*
14 Euigilate iu. *ideſt, vos perfecti ſitis ſolliciti vitare peccatum non ſolum in vobis, ſed etiam in alijs qui ſunt imperfecti. de quibus ſubditur.*
15 Igno. enim Dei qui. *minus rectè ſapientes de reſurrectione.*
16 Ad re. vo. lo. *id est, ad verecundiam veſtram, vt per hoc ſitis ſolliciti, quia defectus inferiorum redundat in verecundiam ſuperiorum.*
17 Sed di. *Poſtquam Apoſtolus ex reſurrectione Chriſti oſtendit reſurrectionem aliorum, hic conſequenter oſtendit qualitatem reſurgentium. Circa quod sciendum, quòd aliqui concedentes reſurrectionem futuram, dicebant eam fore ad conſimiles actus & vitã, ſicut in vita præſenti. Vnde quidam Philoſophi dixerunt: Poſt annum magnum, qui continet 35. milia annorum ſolarium. Plato reſurget habiturus eaſdem ſcholas quas habuit aliquando Athenis, & eoſdem ſcholares, Alij verò, ſcilicet, Iudæi & Saraceni, licet in aliquo differunt, tamen in hoc conueniunt quòd dicunt reſurrectionem fore ad vitam animalem delectabilibus carnis vtentem, non tamen omnino ad actus conſimiles: quia tunc erit vita vtens voluptatibus carnis ſine impedimento. Ex perſona igitur talia dicentium mouet Apoſtolus queſtionem, di.* Sed di. ali. *male ſentiens de reſurrectione.*

✠ Quomo-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quom. re. *hoc dicebant illi qui reputabant illam impoſsibilem.*
2 Qua. a. co. vtendo *deſitijs carnalibus ſicut nunc, aut per alium modũ.*
3 Inſipiens. *Hic conſequenter ſoluit vtramq; queſtionem. & primò ſecundam. ſecundò primam, ibi:* Ecce myſterium. *Solutio primæ queſtionis ſtat in hoc, quòd reſurget idem corpus numero quo ad ſubſtantiam, ſed habebit aliam qualitatem. Et diuiditur in duas partes. quia primò oſtendit propoſitum. ſecundò quæ ſit differentia qualitatis, ibi:* Seminatur. *Prima adhuc in duas. nam intantum declarat dupliciter Apoſtolus primò per exempla. ſecundò per rationem, ibi:* Si eſt corpus. *Prima adhuc in duas. quia primò inducit exempla eiuſdem ſpeciei. ſecundò alterius ſpeciei, ibi:* Non omnis caro. *Circa primum ponit exemplum de grano ſeminato, ex quo ſurgit aliud granum eiuſdem ſpeciei: non tamen eodem modo adornatum. quia primum eſt nudum. ſecundum palea vpertum: & per incrementum pullulat procedendo de herba ad perfectionem. & hoc est quod dicit:* Inſipiens tu. quod ſe. *& patet litera. Sciendum tamen, quòd Apoſtolus non intendit, quòd ſit ſimile in reſurrectione quantum ad hoc quod poſitum, quia ſi natura poteſt idem numero reparare quantum ad ſubſtantiam, mutata qualitate. Et quia opus naturæ est opus Dei naturam dirigentis, ideo ſubditur de grani pullulatione.*
4 Deus au. dat il. c. ſi. vult. *Ex hoc enim, quòd videmus ſagittam regulatè tendere ad ſignum, quæ tamen caret intellectu, arguimus quòd ab aliquo intelligente dirigitur. ita ex hoc quòd naturam videmus tendere ad certum finem quem non cogniſcit, arguimus quòd dirigitur à Deo cognoſcente.*
5 Et vnic. ſe. pro. *in quantitate & figura & ſimilibus ſecundum determinatam naturam ſpeciei.*
6 Non o. *Hic conſequenter declarat propoſitum per exempla diuerſarum ſpecierum. & primò comparando corpora terreſtria ad inuicem: ſecundò cælestia ad terreſtria. ibi:* Et corpora. *tertiò cælestia ad inuicem, ibi:* Alia clarit. *Circa primum dicit:* Non o. ca ca. ca. *quia ſunt diuerſarum ſpecierum, vt patet de carne hominis, pecoris & auis. & tamen eſt eadem materia quæ est ſub forma hominis. & hoc eſt quod dicitur.*
7 Sed al. ho. *Ex hoc concluditur. quòd cum hoc fiet virtute naturæ, virtute Dei poterit fieri: quòd caro morientis & reſurg entis erit eadem identitate naturæ, ſed alterius gloriæ.*
8 Et cor. *Hic exemplificat comparando corpora cælestia ad terreſtria, quæ conueniunt inquantum corpora: Quantitas enim eſt eiuſdem rationis in his & in illis, tamen differunt in qualitatibus ſuis. Et ex hoc concludit. quòd eadem erunt corpora morientium & reſurgentium, tamen aliarum qualitatum. & patet litera hoc excepto.*
9 Sed al. qui. cæ. gl. *id est, decor & ornatus corporum cælestium:* al. au. terre.
10 Alia cl. *Hic exemplificat comparando adinuicem corpora cæleſtia, ſcilicet, ſtellas, quæ differunt in claritate: & tamen cõueniunt in hoc: quia omnes ſunt cæleſtis naturæ, prout diſtinguitur contra elementarem ſimiliter corpora morientium & reſurgentium erunt eiuſdem naturæ, ſed alterius gloriæ. Per hoc autem quod dicitur:* Alia cla. ſo. *intelligitur claritas Chriſti.*
11 Alia cla. lu. *id est, virginis Mariæ.*
12 Et al cla. ſtel. *id est, aliorum ſanctorum. Et quia ſecundum diuerſa merita varie participabunt lumen gloriæ. ideo ſubditur.*
13 Stella e. à ſtel. d. *Aduertendum tamen, q. omnia iſta exempla poſita deficiunt à propoſito, quia non habent identitatem ſpecificam vel numeralem, vt patet ex dictis. Corpus autem reſurgens habet identitatẽ numeralem ad prius mortuum. Exempla enim nõ ponuntur quia ita ſint, ſed vt ſentiat qui addiſcit, vt per exemplum ſibi cognitum manducatur*

✠ ad

Universidad de Deusto Biblioteca

A Cum sint imparis claritatis Deus est omnia in omnibus, vt quia Deus charitas est, & per charitatem fiet: vt quod habent singuli communiter sit omnium.

Ibidem ✱TERTVL. Alia solis gloria, id est, Christi, & alia lunæ, id est, ecclesiæ: & alia stellarum, idest, seminis Abrahæ, stella enim differt a stella in gloria, & corpora terrena, & cęlestia, Iudeus scilicet, & Christianus, Postremo cum per differentiam gratiæ, non substantiæ cóclusisset, Si inquit & resurrectio mortuorum. Quomodo? non, de aliquo alio, sed de sola gloria differens.

† ignominia
† potentia

✱THEODORET. B Ita etiam ex iustis, alij quidé resplendent sicut sol, alij verò sicut luna, alij autem clarissimarum stellarú splédorem imitabuntur: alij autem obscurioribus assimilabuntur.

* corpus †Gene. 2. b.

✱CHRYSOSTO. Vt in terrestribus enim sic in cælestibus quoq; diuersitas quædam est non parua, C prorsus ad extrema vsq; peruadens. Non enim soli luna, aut luna stellis differt modo, sed stellæ stellis, omnia sint in cœlo licet, tamen gloria visuntur alia alijs maiore. Quid igitur hinc proficiemus? quod in regno qui sunt omnes, non eadem omnes regni gloria fruuntur; in igne qui sunt omnes, non eadem omnes supplicij crudelitate coquentur.

✱PROSPER. Quomodo alij pro confessione martyrij, alij pro integritate virginali, alij pro continentia viduali, alij pro pudicitia cóiugali diuersis honoribus sine inuidia fulgeant, impij non videbunt. (Lib de glo. & reg. sanc. cap 5.)

a *Semina.* id est, quamuis homo ex quo concipitur vsq; ad dissolutionem sit in corruptione, tamen surget in incorruptione.

✱THEODOR. Vbiq; posuit illud, seminatur, Iubens nos bono animo esse, vt pote quod nascatur, id quod seminatur. Animale autem vocat, quod ab anima gubernatur, spirituale autem quod à spiritu regitur. Hanc autem gratiam ij qui digni sunt multi

¶ Ita differenti corpore resurgent mortui. a ¶ Sed hoc omnes communiter, quod incorrupti resurgent. sed.

a claritate, sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corru-

¶ Sepelitur, vel mortificatur. a i. immortale, & impassibile. ¶ Moritur & sepelitur. b ¶ Sine omni honore. 1

ptione, surget in incorruptione. Seminatur† in ignobilitate,

a ¶ Gloriosum. b ¶ Immobile, irregibile, quia non valet se mouere, vel regere. ¶ Quia tale, cui qualibet noceant. c ¶ Potentia cui nihil noceat. 2 3

surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in † virtute. 4

a ¶ Verè viuum, & vegetatum. ¶ Quid per singula? b ¶ Quod cibis sustentatur. ¶ Quod iam his non egeat. 5

b Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Si est 6

c ¶ Siquidem est animale, est & animale quod spirituale probat per Genesim, Factus est pri. ho. cor. animale, spirituale nouissimus. 7

d ¶ Alias sicut. 8

corpus animale, est & † corpus spirituale. Sic scriptum est. 9 10

e ¶ Hic exponit quid sit animale corpus. a ¶ i. viuere potentem. i. vitam dare corpori, per sustentationem tamen ciborum corpus viuificantem. 11

f † Factus est primus homo Adam in animam viuentem, 12

¶ Hoc addit Apostolus. ¶ Hic quid spirituale. a ¶ Qui tollit corruptionem. b ¶ In Christo. hoc expertus vnusquisque idem sibi expectet. 13

g nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius 14 15

D multiplicem accipient. Propterea enim id quod nunc datum est, arra dicitur, vt pote multiplici illic danda gratia.

b *Corpus anima.* idest, quod nihil habet ab anima, nisi q; sanctificatur per eam, sicut animalia. (Aug. epist. 146. Li 9. de Gen. lit. c. 10. En chir. c. 10.)

c *Surget spi.* transiens in naturá spiritus, quia agile, leue, cibis nó indigens. Cum dixit corpus transiturú ad incorruptionem, corruptionis métionem facit, vt ostédatur maior dignitas resurrectionis.

Surg. spirit. Non dicit spiritus, vt corpus vertatur in spiritú, vt quidam putant. Vnde dominus: *Palpate & vi. quia spiritus car. & ossa nó habet.* spirituale, qa spiritui plenè subdetur. non iam repugnabit, nec alimentis egebit, vt & homo ante peccatum eguit. (Luc. 24. f.) E

d *Si est cor.* Verè surget corpus spirituale, quia *Si* modo est, *animale est*, idest, constat esse quandoq; *spiritua.* Sicut enim animales sumus quia pater noster carnalis factus est in animá viuentem. Sic erimus in resurrectione spirituales: quia pater noster spiritualis factus est in sua resurrectione in spiritum viuificantem, Quod sic exponit.

e *Sic scri.* in Genesi. Nos esse animales ab animali patre procreatos. *In ani. vi.* id est, potentem viuere tantum per sustentamé ta. Non viuificantem. Christus *in spi. vi.* idest, qui ita corpus viuificaret, vt vltra non egeret aliqua sustentatione, neç esset solubile. Vel, *Si est co. anima.* quasi à relatiuis. Cum dicitur corpus frustra additur animale, nisi sit aliud spirituale, ad cuius discrepantiam dicatur animale. F

f *Homo.* Totum genus humanum sunt duo homines, primus & secundus: Ex illo nati, ex hoc renati. Christus dicitur Adam, quia de eadem materia. Nouissimus, quia post cum non succedit homo alius, qui. sit caput vel autor humani corporis.

g *Sed n.* Dixit corpora nostra futura spiritualia: Sed ne quis dubitet,

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *ad intelligendum, qualiter idem corpus numero resurget, differens tamen secundum qualitates.*

1 Seminatur. *Hic consequenter ostendit differentiam corporis resurgentis & mortui quantum ad quatuor dotes corporis gloriosi.* Seminatur in c. *idest, in terra sepelitur corpus corruptibile. Vel seminatur, id est, per naturam generatur.*

2 Surget in inc. *idest, corpus resurgens habebit incorruptibilitatem per dotem impassibilitatis.*

3 Semina. in ig. *id est corpus obscurum & vile.*

4 Surget in glo. *id est, corpus habens dotem claritatis.*

5 Seminat. in i. *id est, corpus ab anima de difficili mobile. quia* corpus quod corrumpitur aggrauat animam *Sap. ix.*

6 Surget in v. *idest, mobilitate, scilicet secundum voluntatem animæ. per dotem agilitatis.*

7 Semin. cor. ani. *id est, grossum, impotens esse cum alio corpore non glorioso.*

8 Surget cor. sp. *id est, potens esse cum alio corpore non glorioso, sicut suo modo spiritus simul est cum corpore. & hoc erit per dotem subtilitatis, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt quòd hoc non erit per dotem subtilitatis, sed per assistentiam diuinæ virtutis hoc facientis. Qui verò melius dicunt quantum ad hoc diffusius habet tractari. iiij. sententiarum. In statu verò resurrectionis cessabunt operationes animales, scilicet generatio, nutritio, & augmentum: & corpus absq; fatigatione seruit animæ in spiritualibus operibus: & secundum hoc etiam potest dici, quòd corpus quod nunc est animale, id est seruiens in operibus animalibus, tunc erit spirituale, id est, seruiens in operibus spiritualibus. Sciendum etiá quòd quatuor dotes dictæ non insunt corpori glorioso ex compositione corporis cælestis, vt dixerunt aliqui, sed ex gloria animæ in corpus redundante, secundum quòd dicit Augu. ad Dioscorum. Ex hoc autem quòd anima perficit corpus videmus in præsenti quatuor peruenire corpori. scilicet, esse, & conseruatio à corruptione. Recedente enim anima corpus expirat & marcescit, j. de anima. Pulchritudinem seu claritatem, & etiam motum amittens.*

amittens. Et quantò anima magis perficit corpus, tantò quatuor hæc insunt corpori perfectius. In statu verò beatitudinis anima perficiet corpus in supremo: propter quod dabit sibi esse spirituale dicto modo, & incorruptibilitatem claritatem & agilitatem.

9 Si est cor. *Postquàm declarauit Apostolus identitatem corporum resurgentium quantum ad naturam & differentiam quantum ad qualitates per exempla. hic cósequéter idem ostendit per rationem, quæ talis est. Duo sunt principia generis humani. Vnum secundum vitam gratiæ, scilicet Christus. Si igitur animalitas & ea consequentia, quæ respiciunt vitam naturæ deriuantur ad omnes per Adam: multò fortius spiritalitas respiciens vitam gratiæ deriuabitur ad omnes sufficienter per Christú. quæ spiritualitas hic inchoatur per gratiam, & in futuro consummabitur per gloriam in corpus redundantem per quatuor dotes modo prædicto. & hoc est quod dicit,* Si est cor. ani. *Et accipitur si, pro quia.*

10 Est & c. spi. *quia iam est in Christo qui resurrexit in corpore glorioso & in alijs in futuro erit.*

11 Sic scriptum. *Genes. ij. b.*

12 Factus est pri. & c in a. vi. *id est, vitam animalem corpori dátem.*

13 Nouis. Adam. *idest, Christus: qui dicitur nouissimus Adam: quia post Christum non erit aliud principium vitæ humanæ.*

14 In spi. vi. *quia sicut Adam consequutus est perfectionem sui esse per animam informantem, ita Christus perfectionem sui esse inquantum homo per spiritussancti plenitudinem. Et quia anima non viuificat, nisi proprium corpus, ideo Adam solum factus est in animam viuentem, sed non viuificantem alios: Christus auté in spiritum viuentem & viuificantem, quia spiritus est qui viuificat, cuius plenitudo fuit in Christo non solum ad sufficientiam pro se, sed etiam per redundantiam in alios. Et quia ordo naturæ est procedere ab imperfecto ad perfectum in natura humana, ideo subditur:*

15 Sed non prius quod spirituale. *Vnde cõmuniter in antiquis primogeniti fuerunt animales vt patet de Cain, Esau, Ismaele, & multis alijs. Ratio quare primus homo factus est in animam viuentem tantum, subditur cum dicitur:*

✱Per

A bitet, an animale possit fieri spirituale, probat per similitudiné Christi: Q. factus est in spiritu viuifi. *Sed non pri.* fuit in eo illud *quod est spi. sed quod est ani. deinde spi.* Sic & de nobis poterit fieri.

a *Prim. homo.* Primus in animam viuentem: *quod de ter.* & ideo *ter.* idest, animalis & passibilis ex natura.

(lib. de car. Christi. c. 8.) ✱TERTVL. Legimus planè. Primus homo de terræ limo. Secundus homo de cęlo. Non tamen ad materiæ differétiam spectat, sed tantum terrenæ retro substantiæ carnis primi hominis, id est Adæ: cęlesté de spiritu substantiam opponit secundi hominis, idest, Christi. Et adeo ad spiritum, non ad carnem refert, vt quos sic comparat constat in hac carne terrena cęlestes fieri, spiritu scilicet. Quod si secundum carnem cœlestis Christus, non comparentur illi non secundum carnem cœlestes. Si ergo qui fiunt cœlestes qualis est Christus, terrenam carnis substantiam gestauit; hinc quoq; confirmatur ipsum etiam Christum in carne terrena fuisse cœlestem, sicut sunt qui ei adæquantur.

* cælestis

a quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spiritua-

B b le est. Primus homo de terra terrenus, secundus homo * de 1

a ¶ Id est, animales. 2

cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni. Et qualis cæ- 3

¶ Id est, spirituales. a ¶ Vt possimus esse cælestes. b ¶ Sicut exemplo Adæ terrena dileximus. 4

lestis, tales & cęlestes. Igitur sicut portauimus imaginem ter- 5 6

a ¶ Id est, omnino nos subiiciamus ei. ¶ Post baptismum. b ¶ i. obedientiam. Sed si non portauerimus, non erimus cælestes, & hoc est, Hoc autem.

c reni, portemus, & imaginem cælestis. Hoc autem dico 7 8

a ¶ Id est, dediti vitiis, quæ de carne & sanguine oriuntur.

d fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non 9

a ¶ Quia. b ¶ Quæ est effectus carnis & sanguinis. c ¶ Seu immortale. 10

e f possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit. Ec- 11

a ¶ Quod multis est occultum, ¶ Hos. f. ¶ Tam boni, quàm mali. ¶ Quia etiam viui reperti, Christo veniente morientur. 12

g ce mysterium vobis dico: † Omnes quidem resurgemus, 13

C

✱THEODORETVS. Secundum eius aduentum significauit. Illinc enim nobis apparebit.

✱AMBROS. Cælestis dicitur qui non humanæ fragilitatis ritu, sed diuinę maiestatis nutu, & conceptus est & enixus. Nam vsq; adeo naturam nostri habuit, vt secundus Adam dicatur, & homo.

(Aug epi. ad Dardan. & Dialogo ad Oros. q 4.) b *Secun.* Spiritualis, quia *de cœlo.* idest, quia diuina natura fuit humanæ vnita: & ideo *cœlestis.* idest, spiritualis in resurrectione, Et quia primus pater fuit terrenus, tales sunt omnes.

Cælestis. non humano ritu, sed diuino nutu conceptus est & natus.

✱AMBRO. Si Ideo vt hæretici volunt nostri generis assumptus homo non fuit, qui cœlestis dicitur, ergo nec isti naturæ nostræ sunt qui cœlestes appellantur. Si vero de his nemo dubitat, nec de illo est ambigendum.

Igitur sicut portauimus imaginem terreni, &c. ✱CHRYSOSTO. Quemadmodum gestauimus imaginem terreni, hoc est, quemadmodum patrauimus mala gestemus imaginem cœlestis, hoc est operemur bona.

✱THEODOR. Quemadmodum terreni primi parentis execrationis, & mortis fuimus participes, ita etiam erimus participes gloriæ Domini cælestis. Græcè enim φορέσομεν. hoc est i. portabimus per prædicationem, non φορέσωμεν. hoc est portemus, admonitoriè ab eo dictum est.

(Aug. lib. 11. côtr. Faust. c. 3. li 2. cont. adu. legis, c. 6 Enchirid. capit. 91.) c *Hoc au. di.* Iudæi credebant futuram resurrectionem, sed more huius vitæ, vt nuberent & generarent. vnde Saducæis quidé non poterant respondere. Quod Apostolus remouet.

d *Quia ca.* Per carnem & sanguinem, ventrem & libidinem, idest,

D idest, opera carnis, quæ ibi non erunt significat.

(Libr de res car. c. 50) ✱TERTVLLIANVS. Dum pro meritis distinctionem resurrectionis opus substantiæ non genus patitur, apparét hinc quoq; carnem & sanguinem nomine culpæ non substantiæ arceri à Dei regno, nomine tamen formæ resurgere in iudicium, quia nó resurgant in regnú. Adhuc dicam: Caro & sanguis regnum Dei possidere nó possunt, Meritò sola & per semetipsa, vt ostenderet spiritum adhuc illis necessarium. Spiritus enim est qui viuificat in regnú Dei, caro nihil prodest. Prodesse tamé illis aliud potest, id est, spiratus, & per spiritú quoque opera spiritus. E

* ipse dominus

✱THEODORETVS. Carnem & sanguinem naturam humaná appellat, fieri autem non potest vt ea cùm sit adhuc mortalis regnum cœleste assequatur. Sed clarum est, quod cùm à corruptione & interitu aliena effecta fuerit, promissis bonis fruetur.

✱AMBROSIVS. Frequenter scriptura carnem pro operibus nominat carnis, vt ibi. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Aliter: Caro sicut est regnum Dei non possidebit nisi immortalitate vestita.

✱CHRYSOST. Carnem hic opera illa mala appellat: quod ipsum etiam alibi sæpe facit, velut cum ait, vos verò non estis in carne. Planè igitur aliud non vult, quàm ideo se hæc monere quî discas operibus malis ad Dei regnum non perueniri. (Roma 8.)

e *Neq; corruptio incorruptelam pos.* caro. Sed ne putares secundú, substantiam carnis hoc dici aperuit. Ideo dixi: Caro non possidebit regnú Dei: quia corruptio mortalitatis, quæ nomine carnis hîc ostenditur. Et quasi diceret: Quomodo caro erit, & non erit caro? Exponit: Ecce my. vo.

f *Ecce.* Quia dixit resurrecturos in gloriá. & post: *Caro & sanguis non possidebit regnú Dei:* quomodo hoc distinguendum sit aperit. (Au. li. 20. ciui. c. 20. lib. de fide ad Petr. ca. 3. & 29.)

✱THEODORET. Misterium dicitur quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur, eos ergo cósolatur, quæ sunt occulta declarans.

✱CHRYSOST Stupendum quiddam & arcanum, quodque non omnes nossent erat dicturus, quo quidem quod arcana promat, haud leui in precio apud se fuisse declarauit.

g *Omnes quidem.* Vel secundum Hiero. qui viuos repertos non morituros asserit, ad Marcellam scribens. Omnes mortui resurgent, non omnes viui reperti immutabuntur, sed soli sancti. (Aug. vbi supra.)

HIERO. ad Marcellam: Interrogaueras quod dicit Apostolus in aduétu domini saluatoris rapi quosdam viuentes obuiam in nubibus: vt non præueniantur ab his qui in Christo dormierunt. Visq; nosse vtrum sic occurrant in corporibus, vt non ante moriantur, cum & dominus noster mortuus sit: & Enoch atque Elias secundum Apocalypsim Ioannis morituri esse, dicantur,

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Primus homo de ter. *supple formatus est, Gene. ij. b.*

2 Terrenus. *idest, animalis.*

3 Secundus ho. *idest, Christus.*

4 De cœlo. *supple formatus est: Non quia habuerit corpus cœleste, vt dixerunt Manichæi: sed quia deitas cui vnitum est corpus illud de cælo venit per effectum nouum: & prior est quàm corpus Christi.*

5 Qualis terrenus tales & terreni. *idest, ab Adam carnaliter deriuati sunt carnales, sed à Christo spirituales. Vita verò spiritualis est vita cælestis. propter quod concludit:*

6 Igitur sicut portauimus, &c *per peccatum: quod fecit nos similes Adæ transgressori.*

7 Portemus & imaginem cęlest. *per vitam gratiæ Christo nos conformantis. quia aliter non possumus ad beatitudinem peruenire. propter quod subditur.*

8 Hoc au. di. fratres. *q. d. Nisi portetis imaginem Christi per gratiá, quæ est quædam inchoatio vitæ cælestis, non poteritis ad regnum gloriæ peruenire.*

9 Quia ca. & san. *id est, homines dediti vitijs & delitijs.*

10 Regnum d. *quia nec ad illud intrabunt, Apoc. xxj. g.* Non intrabit in ea aliquid coinquinatum, &c.

11 Neque cor. *quia corpus quod immortale resurget vltra corruptioni subiacebit, Rom. viij. d. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, &c.*

12 Ecce mysterium. *Hic consequenter soluitur secunda quæstio, scilicet de resurrectionis ordine & modo. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur quæstionis solutio. secundò: solutionis confirmatio, ibi.* Cú autem. *Tertiò, vtilis monitio, ibi:* Itaque. *Prima adhuc in tres, quia primò ponitur resurgentium diuersitas. secundò, temporis vnitas, ibi:* In momento. *tertiò resurrectionis necessitas, ibi:* Oportet autem. *Circa primum sciendum, quòd licet resurrectio sit communis omnibus, non tamen resurrectionis modus siue terminus: quia soli boni resurgent in corpore glorioso per dotes. Et hoc est quod dicit Apostolus:* Ecce my. vob. di. *idest, rem grandem & difficilem ad capiendum.*

13 Omnes quidem re. *tam boni quàm mali.*

✱Sed

Universidad de Deusto Biblioteca

tur,ne,s.vllus sit qui non gustauerit mortem?Hoc ex ipsius conti
A nētia loci sciri potest ꝙ sancti qui in aduentu domini saluatoris in corpore fuerint deprehensi,in eisdem corporibus occurrant ei:ita tamē vt ingloriū & corruptū & mortale, gloria & incorruptione & immortalitate mutetur:vt qualia corpora surrectura sint in talem substantiam etiam viuorum corpora transformentur.Vnde dicit in alio loco Apostolus.*propter quod nolumus spoliari.sed superuestiri, vt absorbeatur mortale hoc à vita*, ne, scilicet, corpus ab anima deseratur: sed anima corpore habitante fiat inclytum quod ante ingloriū fuit.De Enoch aut Elia, quos vēturos Apocalypsis refert, & esse morituros, non est istius tēporis disputatio, cum omnis ille liber aut spiritualiter intelligendus (vt nos ęstimamus) aut si carnalē interpretationem sequimur,Iudaicis fabulis ac quiescendum sit, vt rursum ædificetur Ierusalem & hostiæ offerantur in templo,& spirituali cultu imminuto carnales obtineant ceremoniæ.

Suprà.5.a.

B

† Cū corruptibile hoc induerit in corruptionem.

✠ AMBROSIVS.Omnes enim homines resurgent, sed soli qui regnaturi sunt in gloriam immutabuntur.Siue ita; Omnes resurgemus qui in aduentu Christi mortui inueniemur, non
C omnes immutabuntur,qui in corpore sint reperti,quia soli sancti beatitudinis gloriam consequentur.

✠ THEO.Non solum enim qui mortui sunt resurgent à corruptione,& intentu alieni,sed ij etiam qui adhuc supersunt,induentur incorruptione.

✠ CHRYS.Non moriemur omnes,omnes tamen immutabimur,etiam ij qui non moriuntur, mortales enim & ij, ne igitur si mori, inquit, contingat ob id terreare tanquam non resurrecturus.Sunt enim quidam,sunt qui etiā hoc subterfugient quibus ad resurrectionem illam non erit hoc satis tamē, verum illa corpora nondum mortua etiam immutari,& incorruptibilitatem consequi nihilominus oportebit.

a *In ictu ocu.*Quia in momento est mora. Addit in ictu oculi, idest,quàm cito icit oculus visa vel icitur palpebra,idest, summa celeritate. *In ictu ocu.*idest,quamcito oculi radius transit ad remota, & transuolat media & si sit ibi prius & post, tamen quasi simul totum sit. D

Aug.lib. de sex.quę contra pag. q.1.

✠ THEOD.Ostendit quàm breui temporis spacio facienda sit resurrectio. In momento autem,Græcè est ἐν ἀτόμῳ, id est, in atomo. Atomum autem vocat corpus subtilissimum ac tenuissimum quod in sole apparet,quod sectionē non suscipit propter nimiam breuitatem.Ictum autē oculi vocat motum pupillæ.Per hęc autem ostendit Dei iussum & resurrectionem mortuorum. E

a ¶ In immortalitatem. b ¶ In breuissimo & minimo,& angustissimo temporis spacio. ¶ Vt mirabilior sit resurrectio.

a sed non omnes immutabimur.In momento, in ictu oculi, in 1

b a ¶ Et hoc per tubam,id est,per vocem magnam & manifestam,postquam non erit alia. 2
b ¶ An erit sonus. c ¶ Peccatores,vel omnes. 3

nouissima tuba.Canet enim tuba, & mortui resurgent incor- 4

a ¶ Sine diminution e membrorum. b ¶ Boni. 5
c ¶ In gloriam immortalitatis,& impassibilitatis.
d ¶ Immutabimur, quia oportet pro eo quod bene seruiuimus, velquia promissum.

c rupti,& nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc 6

a ¶ Vt ornamentum. b ¶ Vt vltra non esuriat,vel aliquatenus lædatur.
c ¶ id est,hoc corpus quod ostenditur.
d ¶ Vt vltra non moriatur,vel dissoluatur.

induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalita- 7

a ¶ Verè induet immortalitatem, quia tunc fiet,id est,implebitur, & nunquam aliter impleretur.
b ¶ Ne quis putet dictum de morte interiori, quod iam factum est.

te.† Cùm autē * mortale hoc induerit immortalitatē,tunc fiet 8

* corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem &. Matt.25.a. 1.The 4.d.

b *In nouis.*idest,in nouissimo signo,quod dabitur, vt ista impleantur.Hęc tuba est clamor.vnde dicitur:*Media nocte cla.fa.est: ecce spon. ve.* Tubæ nomine aliquod eu idens & præclarum signum dicitur.quod vox archangeli,& tuba Dei alibi dicitur, Et in euangel. Vox quam audient mortui qui in monumētis sunt & procedent,&c.

✠ AMBROSI.Nouissimus aduentus intelligitur Christi.Mortui autem vel peccatores intelligendi sunt,qui etiam viuentes mortui esse dicuntur:aut quia immortales,aut quia absque aliqua membrorum diminutione resurgent ad pœnam dicuntur resurgere incorrupti,vel certe simpliciter omnes mortuos resurgere dicit,& solos sanctos cum ijs viui qui iusti inuenti fuerint in gloriam immutari.

Ioh.5.d.

c *Immu.*Exponit quomodo hoc fiat, vel qualis sit immutatio.

✠ CHRYSOS.Illud vos non de seipso, verum de omnibus tum in vita repertis intelligens.

d *Oportet enim corruptibile hoc induere incorrupt.ion& mortale:&c.* Secundum hoc dicitur:Caro non pos.r.d.quia non erit ibi corruptio,& mortalitas,id est non secundū has qualitates,sed eadem substantia.Dicendo enim hoc in eadē quasi digitū tendit, F

☞ vt ea-

a In

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed non.o.*de statu animalitatis ad statum spiritualitatis per dotes corporis modo prædicto.*

Momētum capitur dupliciter

2 In momento. *Hic consequentr ponitur circa resurrectionem temporis vnitas siue breuitas·Circa quod sciendum,quod,momentum dupliciter accipitur, Vno modo pro nunc indiuisibili,aliquando pro breui tēpore,quasi imperceptibili,Et idem dicendum de ictu oculi quia si accipitur pro apertione palpebræ, fit in tempore valde breui,si autem pro ipsa visione fit in instanti indiuisibili.Et vtrumq; concurret in resurrectione quia collectio puluerum quæ fit in ministerio angelico per motum localē, fiet in tempore quasi imperceptibili:sed reformatio corporis & vnio animæ ad ipsum fiet virtute diuina & in instanti.& hoc est quod dicitur:*In mome.in ictu o.*fiet resurrectio dicto modo. Per hoc excluditur error Lactantij dicentis resurrectionem non esse futuram omniū simul,sed martyres ante alios resurgent per mille annos,& tunc Christus descendet & poßidebit cum eis corporale regnum Ierusalem mille annis.*

Contra Lactantium

3 In nouis.tu.*idest,in voce Christi dicentis.Surgite mortui ad iudicium.Et dicitur hic tuba ad similitudinem tubæ veteris Testamenti. Cuius vox erat ad quatuor,scilicet,ad conuocandum concilium.ad pugnandum.ad solennizandum festum.& ad castra mouendum.Ad vocem enim Christi tunc congregabuntur omnes ad iudicium.creaturæ inuitabuntur ad peccatores impugnandum.Sap.vj.d.*Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos,*& angeli ad solemnizandū gloriæ festum mouebuntur tunc castra:quia mali ibunt in supplicium,& iusti in gaudium, ad vocem Christi dicentis impijs:*Ite,&c.*& iustis:*Venite, &c.*Mat.25. Deitas tamen Christi erit resurrectionis causa principalis humanitas instrumentalis.Et quia posita causa sufficiēti ponitur effectus.ideo subditur.*

4 Canet e.tu.& mor.*idest sine diminutione membrorum. Quidquid enim pertinet ad integritatem naturæ,omnibus dabitur,vt communius dicitur.sed quod pertinet ad gloriam dabitur tantum electis.ideo subditur:*

5 Et nos immu.*de statu scilicet miseriæ ad statum gloriæ.*

6 Oportete.*Hic consequenter ostenditur resurrecti.nis neceßitas quæ accipitur ex tribus.Primò ex perfectione naturæ humanæ. quæ non esset perfecta,nisi anima sit corpori coniuncta. propter quod separari est animæ per accidens & contra eius naturalem inclinationem:nullum tale autem potest esse perpetuum,Secundò ex impletione diuinæ iustitiæ, scilicet,vt corpus simul puniatur cum anima & præmietur sicut anima peccauit in corpore & in eo meruit. Tertiò ex conformitate membrorū ad caput Christum,scilicet quantum ad electos.qui resurrexit per iteratam vnionem animæ ad corpus:Nec obstat dictum Philosophi.ij.de generatione,scilicet,quòd illa quorum substantia corrumpitur,non redeunt eadem nnmero,sed solum specie:quia loquitur de redeuntibus per morum& viam naturæ,contra illos qui dicebant eadem numero per naturam posse iterari Deus autem hoc potest,cuius virtus est infinita,& potest agere sine motu.Dicit Apostolus.*Oportet enim corru.hoc indue.incorru. *idest, naturam humanam resurgere incorruptibilem rationibus dictis. & hoc erit omnibus commune.*

Neceßitas resurrectionis ex tribus

7 Et mortale hoc indu.immor,*idest mutationem in melius: quod erit speciale electis. Et dicit, induere: quia sicut vestimentum aliunde aduenit corpori sic dicta incorruptio in omnibus,& immortalitas in electis non erit ex principijs naturæ causata.Et per hoc soluitur dictum Philosophi.x metaph.scilicet,quòd corruptibile & incorruptibile genere differunt. & per consequens non potest esse idem numero. Verum enim concludit,quando corruptio & incorruptio ad idem principium reducuntur. Sed non est inconueniens,quòd idem numero quod per naturam est corruptibile,à Deo fiet incorruptibile:sicut idem liberum arbitrium quod modo est mutabile,tunc erit cōfirmatum.Per dicta soluta est quæstio illorum qui quærebant:Quomodo resurgent mortui?reputantes eam impoßibilē.*

8 Cum autem.*Hic consequenter confirmat quod dictum est in solutione de sanctorum immortalitate. & hoc per autoritatem sacræ scripturæ Hoseæ.xiij.d.vbi nos habemus;*Ero mors tua ô mors. *Trāslatio LXX.habet: Absorpta est in mors in victoria.quod tunc implebitur, vt patet ex prædictis.Propter quod Apostolus congaudens in spiritu propter certam expectationem illius status,quasi insultans morti dicit.*

✠ Vbi

☞ vt eadem caro quæ videtur resurrectura monstretur. Oportet
A enim induere incorruptionem:Et hoc non ad tempus tantum, quod ibi ostendit,& morta.hoc indue.immorta.

✠ THEODOR.Apertè docuit non aliud resurgere, sed idipsum quod corrumpitur,Tanquam enim quodam digito hoc dicto id ostendit dicēs, Corruptibile hoc, & mortale hoc.

✠ TERTVL.Quid mortale nisi caro? quid corruptiuū nisi sanguis. Ac ne putes aliquid aliud sentire Apostolum prouidentem tibi, vt de carne dictum intelligas laborantem quū dicit, istud corruptiuum & istud mortale cutem ipsam tenēs dicit.Certe istud nisi de subiecto, nisi de cōparenti pronuntiasse non potuit Demōstrationis corporalis est verbum.Aliud autem corruptiuum,aliud corruptela:& aliud mortale,& aliud mortalitas.Aliud enim quod patitur,& quod pati efficit.Ita quæ patiuntur corruptelam & mortalitatem,caro scilicet,& sanguis, ea necesse est patiantur & in corruptelam,& immortalitatem.

† Hos.13.d Libr.de resur. carnis. cap.51.

† tuus mors aculeus? vbi tua inferne victoria?

B

a ¶ In Isaia vel Osee,ita,Ero mors tua o mors. b ¶ Aeternaliter.
c ¶ Dissolutio,vel diabolus ex parte absorptus,in futuro penitus absorbebitur.
d ¶ In resurrectione Christi.

a sermo qui scriptus est:† Absorpta est mors in † victoria. Vbi 1

b a ¶ Potentia qua omnes dissoluebas.
b ¶ Peccatum originale vnde mors exit,vt ipse exponit,non quod mors fecit, peccato enim morimur,non morte peccamus.

c est mors victoria tua?Vbi † est mors stimulus tuus? Stimulus 2

a ¶ Quod pungit. b ¶ Augmentum ne quis dicat quemquam à lege iuuari, sed à Deo tantum.

d autem mortis peccatum est. Virtus verò peccati,lex. Deo au- 3

¶ Ago. ¶ Peccati & mortis. a ¶ Non per legem.

e tem gratias,qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum

a ¶ Quia pes Christum vincimus. b ¶ In fide resurrectionis.

Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote & 4

a ¶ Vt à pseudo moueri non poßitis. b ¶ Spe resurrectionis. c ¶ Spem habentes. 5

f immobiles abundantes in opere domini, semper scientes, 6

a ¶ Sine remuneratione. b ¶ In sermone domini. 7

quòd labor vester non est inanis in domino. 8

a *Absorpta est.*id est,destructa in victoria Christi.vel in hoc modum vincendi excessit,Christum inuadendo: vel in hoc quòd serui,vel vincunt concupiscentias carnis.

Aug. li 84. quæst 9.7. 69.70.

b *Vbi est mors vic.tua.*Verba prophetæ, vel Apostoli lætantis est & morti insultantis in persona resurgentium, vt certior sit resurrectio:Vicisti in moriētibus victa es in resurgentibus. Vel mors est delectatio peccati quæ ex actu peccandi fit. D

Ser.161.de temp.& de pecca.mer. & remis. c. 11.

c *Stimulus mortis peccatum.*✠ THEOD.Id enim naturam morti tradit.

✠ AMBROS.Sagitta mortis peccatum,per quod animæ iugulantur:

✠ THEOD.Peccatum enim non imputaretur si lex nō esset.

† victoriam

✠ AMBR.Cum fortius & maius sit per sciētiam peccatum.

d *Vir.verò p.*quia lex prohibendo auget peccati cupiditatem nisi diffundat spiritus charitatem.

e *Qui dedit nobis vi.*

✠ AMBROSIVS. Victoriam illius peccati, in quo lex per carnalem nostram voluntatem fuerat infirmata, quam Christus crucis exemplo destruxit. E

✠ CHRYSOST.Nam ipse trophæum statuit, coronarum nos participes fecit,idque non ex debito sed ex gratia & misericordia.

f *Abundantes in opere domini semper,&c.*✠ BASILIVS. Cū aut delatum à Deo sibi munus multiplicat iuuandus, & ad virtutem promouendus ijs quibus benignè facit, vel quandoque maiore studio persequitur opus domini, quàm ea quę vulgò apud homines.

Regul.bre. interrogat. 290.

✠ CHRYSOSTOMVS Hoc est vita syncera:non dixit:operantes bonum:sed abundantes, quo scilicet spontè,& ex abundanti peragamus istud,& stadium aliquando transiliamus.

☞ CAP

✠
C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vbi est mors victoria,tua?*qua prosternebas omnes. q.d. non apparebit vltrà.*

2 Vbi est mors stimulus tuus.*id est, peccatum, per quod humana natura morti addicta fuit, quasi per stimulum, Roma.v.b.Per peccatum mors. ideo subditur:* Stimulus autem mortis peccatum est. *Sed quia posset aliquis dicere, peccatum per legem fuisse ablatum: hoc remouet dicens:*

3 Virtus verò peccati lex.*quasi dicat peccatum magis viguit ex lege,non per se & directe,sed ex humana malicia per legem occasione accepta,eo quòd humana malitia nititur in vetitum, sicut plenius fuit declaratum Roma.vij.super illud,Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. De hac autem victoria per Christum inchoata, & in fine mundi consummanda,gratiæ sunt agendæ.ideo subditur:* Deo autem gratias:qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum.*& patet litera.*

4 Itaq; frat.*Hic vltimò ponitur vtilis monitio ne Corinthij corrumpantur à pseudo apostolis resurrectionem negantibus cum dicitur*, Itaq; fratres mei.*non carnali cognatione,sed Christiana religione.*

5 Dilecti.*charitatiua dilectione.*

6 Stabi.estote & im.*in fide resurrectionis futuræ.*

7 Abundantes in opere.*quia fides sine operibus mortua est.Ia.ij. d.*

8 Scientes quod la.*sed tunc magnificè remuneratur à Deo,sicut dicitur Sapi.iij.d.*Bonorum laborum gloriosus est fructus.

✠ CAP.

ADDITIO I.

In ca.xv.vbi dicitur in Postil.Etsi arguatur contra hoc de lege Mahumeti falsa.

Receptio legis Mahumeti nullo modo est aßimilanda receptioni legis euangelicæ:Nam vt dicit postil.Lex Mahumeti vi armorum fuit recepta quod per suum Alchoranum nefandum potest comprobari. Dicitur enim ibi,quòd Mahumetus petiuit à Deo: quòd concederet sibi facultatem faciendi miracula,vt Gentes crederent ei.Ad quod vt asserit fuit sibi responsum à Deo,quòd non decebat:nam iam miserat Deus Moysen cum magnis miraculis & portentis,& tamen non steterunt in fide sua: & postea miserat Iesum facientem magna miracula:tamen pauci crediderunt.nec extiterunt in fide sua:& ideo disposuerat Deus,quòd ipse,scilicet Mahumetus solum in potentia gladij daret legem:vt qui nollent eū recipere, interficerentur.Hæc sunt in Alchoranosentētialiter:ex quo non poßunt fingere quòd per Mahumetum fuerint facta aliqua miracula.Item est manifestum, quòd Mahumetus nihil credendum tradidit transcendens ea quæ comprehendi poßunt per phantasiam humanam,Dicit enim de paradiso,quòd sunt ibi delectabilia corporalia,in quibus præmia beatorum posuit:& ideo ab hominibus medici intellectus fuerunt recepta. Secus est de fide catholica, in qua quod oculus non vidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit,traduntur credenda,quæ nullomodo fuissent recepta,nisi miraculis cofirmarentur.Faciunt etiam adhac aliæ rationes, quæ in postil. traduntur,&c.

Legis Mahumetæ varietas.

Esa. 64.b. suprà 2.b.

ADDITIO II.

*In eo.ca.vbi dicitur in postil.*Vt sit Deus omnia in omnibus.

*Hoc quod dicitur:*Vt sit Deus omnia in omnibus.*sic exponitur in gl.vt nemo cohærentiū ei, idest, Christo, amet aliquid aduersus eum: & tunc manifestum est quòd dicitur,quid habes quod non accepisti:tūc enim manifestum erit nihil boni aliquē habere seu habuisse,nisi à Christo, &c.*

ADDITIO III.

*In eodem ca.vbi dicitur in postilla:*Si secundum hominem.

*Super hoc quod dicitur,*secūdum hominem.*Gl.idest, rationabiliter. quia hominis est credere,non mori hominem vt bestiam.Iterum.*Si mortui nō resurgent,solum restat,vt manducemus & bibamus:cras moriemur.

CAP. XVI.

A De colle. Avg. Post alia, de collectis faciendis in sanctos qui erāt in Ierosolymis breuiter monet. Quod non est contra illud *Nolite cogitare de crastino*. Nō est enim cogitare de crastino, si quis humano more ista cogitet: sed si quis propter ista Deo militet, vt in operib⁹ suis nō regnum Dei, sed istorum acquisitionem intueatur.

Matth.6.d

† collationibus.

✻ Theodore. Λόγιαν, idest, collationem, ceu collectam pecuniarum appellat. Galatarum autē non temere ac simpliciter meminit, sed significans quod illis etiam præcepit hoc facere.

† cōmodū fuerit.

✻ Ambrosivs. De sumptibus dicit qui per singulas ecclesias collecti, Hierosolymam sanctis pauperibus mittebantur.

† magnificentiam † operę precium † 22 q.2.c. aīaduertendum. §. sed aliud

B ✻ Chrysost. Collationem verò collectionem vocat: ab ipso statim initio rem facilem reddēs: nam cùm ab omnibus in cōmune confertur tollerabilior erogatio singulis eua dit.

† efficax,

D riret, si apud ecclesiam dimitterent, præcipit, vt secum deferrent, & tuto loco reponerent quoadusque ipse veniret. Et hoc per singulos dies dominicos faciebāt, quia quod paulatim colligitur, nec graue est, & multum inuenitur.

Aug lib. de serm. Dom. in monte.

c *Per.* i. dominica die. Quia vna dies sabbathi vel vna sabbathorum, vel prima sabbathi vocatur apud Iudæos dies quē nunc dominicum appellamus.

CAP. XVI.

¶ De aliis remouet. ¶ Propter vsus sanctorum.

De† collectis autem quę fiunt in sanctos, 1
a ¶ Ideo tenendum est.
a sicut ordinaui in ecclesijs Galathiæ, ita 2
a ¶ Colligite. b ¶ Vnam diem septimanæ. c Colligite. 3
b & vos facite per vnam sabbathi. Vnus- 4
¶ Ne dicatis non esse fidelem ministrum, cui credatis. 5
a ¶ Et cauens ne iterum sibi sumat.
c quisque vestrum apud se reponat, recon
¶ Non quod grauet. a ¶ Ideo ante.
a Quia grauaret si totum subito simul darent.
dēs quod ei † bene placuerit, ut non cùm venero, tunc colle 6
a ¶ Dignos iudicaueritis. b ¶ idest, cum epistolis meis & vestris 7
laudatoriis & commendatoriis deferentium & mittentium.
ctæ fiāt. Cùm autē pręsens fuero, quos probaueritis per episto 8
¶ Donum. ¶ Si magnæ res fuerint. 9
las, hos mittam perferre † gratiam vestram in Ierusalē. Quod 10
si† dignum fuerit vt ego eam, mecum ibunt. † Veniam autem 11
a ¶ Cum per omnia loca transiero vsque Macedoniam. b ¶ Quia non est opus ibi morari. 12
ad vos, cùm Macedoniam pertransibo. Nam Macedoniā per- 13
¶ Quia multa corrigenda ibi. 14
d transibo. Apud vos autem forsitan manebo vel etiam hyema 15
bo, vt vos me deducatis quocūq; iero. Nolo enim vos modo 16
in transitu videre: spero enim me aliquantum temporis mane
¶ Inde misit epistolam.
re apud vos, si dominus permiserit. Permanebo autem Ephe-
a ¶ Multa corda ad audiendum parata.
si vsque ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est mag- 17
a ¶ Quia non contradicunt prædicatio. b ¶ Q. Quid ergo opus est ibi morari? respondet, aduer. &c.
c ¶ Qui conantur impedire d Ad vos. 18
num & † euidens & aduersarij multi. Si autem venerit Ti- 19

✻ Theophyl. Per vnam sabbati, dominicum diem intelligit. Cuius diei commemoratione ad eleemosynas erogandas hortatur, Quin & diei eius recordatur mysterium. Prudenter autem iniungit vnumquēque, quodlibet recondere, hoc est, quodcunque destinauerit Deus seruare, & quod factu facile sit cuique conferenti. Neque enim dixit statim conferte, ne quem fortè cuius essent tenues tūc facultates, pusillum quidpiā tribuere potuisset, *sed recondat*, (inquit) *apud seipsum quisque & cumulet, auctumq;, & cumulatum deinceps deferat.*

E

✻ Ambros. De sumptibus dicit qui per singulas ecclesias collecti Hierosolymam sanctis pauperibus mittebantur.

Com.super Mich.ca.4.

a *In sanctos.* ✻ Hieronymvs. Sancti autem pauperes ij erant in Hierusalem, qui primum in Christum crediderant de Iudæis, & proiecti à parentibus & cognatis, tam possessiones quàm vniuersam suppellectilem sacerdotibus templi ac populo vastante perdiderunt.

Ambrosius.

b *Ita & vos.* Præcipit Apostolus omnem plebem die dominico conuenire ad ecclesiam & illuc deferre quòd vnusquisq; C ad opus sanctorum dare volebat. Et ne à malis ministris deperiret,

✻ Theodoretvs. Eorum arbitrio quantitatem permittit, docens, quòd animas, quæ ea quę sunt optima eligunt, Deus adiuuat. Hoc enim dicit illud, ὅτι ἂν εὐοδῶται, Quicquid recta via successerit.

Est autem facto conueniens quoque dies dominicus, qui est resurrectione honoratus. F

✻ Ambrosivs. Vt paulatim reseruantes non vna hora grauari se putent, vt hilares datores diligantur à Deo.

d *Manebo vel etiam hyemabo, &c.* Sicut medicus moram habuit, vbi multi ægrotant.

☞ Obsecro

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

✻ 1 DE collectis autem. *Postquàm Apostolus instruxit Corinthios de his quæ pertinent ad ecclesiæ sacramenta, hic consequenter instruit eos de conuersatione debita & honesta. & primò qualiter se habeāt ad extraneos. secundò ad seipsos & vicinos, ibi:* Vigilate. *tertiò in fine epistolæ salutat eos, ibi:* Sal. vos. *Prima adhuc in tres. quia primò instruit eos qualiter se habeant erga collegium pauperum absentium secundò qualiter ad seipsum, ibi:* Veniam autem. *tertiò qualiter ad alium Christi discipulum, ibi:* Si autem venerit. *Circa primum sciendum, quòd in primitiua ecclesia in Ierusalem congregata vendebant omnes possessiones suas, & erant illis omnia communia, vt habetur Act.iiij. Et ideo facta fame in Iudæa, de qua habetur Act.xj. fideles qui erant in Ierusalem: afflicti fuerunt pœna & penuria propter quod Apostoli statuerunt, vt fideles in alijs locis existentes iuuarent eos. Et hoc negocium fuit specialiter commissum Paulo & Barnabæ vt habetur Gal.ij.b.* Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt pauperum memores essemus. *ideo Apostolus Corinthios instruit de collatione talis eleemosynæ & eius conseruatione, & missione eius in Ierusalem, dicens.* De col.au.&c.in san. *Id est, propter fideles in Ierusalem habitantes, qui dicuntur sancti, quia præ cæteris credentibus erant religiosi, abrenunciando bonorum temporalium proprietati.*

2 Sicut or.in ec.Gal. *Nomen est regionis in Græcia à Gallicis acquisitæ sub Brennio duce. in qua regione Corinthus est metropolis.*

3 Ita & vos. *collectam eleemosynæ pro fidelibus qui sunt in Ierusalem.*

4 Per vnam sab. *Id est, prima die hebdomadæ: quæ vocatur sabbatum in pluribus locis scripturæ: vnde Lucæ.xviij.b. Ieiuno bis in sabbato idest. in hebdomada. Similiter vna accipitur pro prima. Gen.j.a. Factum est mane & vespere dies vnus. Ita enim consueuerāt fideles conuenire ad ecclesiā dominica die, quæ est hebdomadis prima dies. propter quod dictæ collectæ dabantur magis aptè. Consequenter magis instruit de conseruatione huius eleemosynæ. dicens.*

5 Vnusquisque ve.&c. *vt tollatur suspitio infidelis conseruationis, si committeretur alteri.*

6 Vt non cum venero. *ad prædicandum.*

7 Tunc collectæ fiant. *Quia possent dicere pseudo apostoli, quòd causa quæstus venisset Apostolus, & sic occasionem acciperent quæstum quærendi: consequenter instruit eos de modo mittendi, dicens.*

8 Cum autem præsens. *vobiscum.*

9 Quos probaue *fideles & aptos ad hoc opus.*

10 Per epistolas. *vobis à me scriptas.*

11 Hos mit.per.gr. *id est, eleemosynam à vobis gratis datam.*

12 In Ierusalem. *fidelibus ibidem habitantibus.*

13 Quòd si dignum fu.&c. *id est, si negocium hoc requirit, & Deo placuerit.*

14 Mecum ibunt. *vt per meam præsentiam de ipsis tollatur suspitio: & per eorum præsentiam oblocutio contra me à falsis apostolis, qui aliter possent dicere mendaciter, quòd illam pecuniam applicarem meis vsibus.*

15 Veniam au. *Hic consequenter instruit Corinthios qualiter se habeāt ad seipsum. promittens eis suum aduentum, di.* Veniam au.ad vos. *Sed se excusat de temporis dilatione. subdens:*

16 Cum Mace.pertransi. *per quam habebat transire ex ordinatione Dei pro fidelium salute. Cætera patent in litera vsq; ibi.*

17 Ostium enim mi. apertum. *idest, multa corda hominum parata ad audiendum euangelium Christi.*

18 Et ad multi. *idest, infideles & pseudo apostoli, qui conantur impedire profectum. Et per hoc ostendit Apostolus dilationem sui aduentus esse necessariam ad tempus.*

19 Si au. *Hic consequenter ostendit qualiter se debeant habere ad duplicem doctorem alium, Primus est Thimothæus: de quo scribit eis quod si*

✻ venerit

☞ A a *Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ & Fortunati, &c.* Ordo huius literæ respicit & pendet vsque illuc, vt & vos subditi sitis.

b *Spiritum meum & vestrum, &c.* Meum, lætitia: vestrum charitate.

† hortatus sum.

c *Mara natha. Gratia domini nostri Iesu Christi.* id est, donec veniat dominus, vel in aduentu domini. Mara natha enim interpretatur, dominus venit. Et est compositū ex Syro & Græco: magisque Syrum est quàm Hebræū. Anathema verò Græcū, B interpretatur condēnatus vel separatus. Simul ergo Greco & Syro vtitur verbo.

Mara natha. Aug. Dispu. cum Pascentia Arriano.

.& Fortunati, & Achaici.

† de aduentu. † mihi vestri.

✻ Ambros. Sicut illis, qui eum amant, redemptio venturus est Christus, ita qui eum nō amant, anathema sit, id est, vt illos abominetur & perdat Maranatha magis Syrum est quā Hebræum tamen ex sermone vtrarum linguarum aliquid Hebræum sonat, & interpretatur dominus C noster venit.

• apud quos & hospitor.

מרן אתא mara nata, i. dominus noster venit.

✻ Theodoretvs. Id posuit Corinthiorum

a ¶ Aug. Forsan iam ibi timuerat commotionem per contentionem pseudo apostolorum. 1
mothæus, videte vt sine timore sit apud vos. Opus enim do-
mini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. De-
ducite autem illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim il-
a ¶ Qui secum sunt. b ¶ Qui erant episcopus eorum ab Apostolo ordinatus. ¶ Quia hunc Corinthij requisierant, qui cum non posset eos sedare, ierat ad Apostolum Ephesum.
lum cum fratribus. De Appollo autem fratre notū vobis fa-
cio. quoniam multum † rogaui eum, vt veniret ad vos cum
¶ Qui timet incorrectos.
fratribus, & vtique non fuit voluntas eius, vt nunc veniret.
a ¶ Oportunum. ¶ Cum vos correcti fueritis. b ¶ Vos autem. ¶ Contra astutias diaboli.
c ¶ Stanti non obrepit somnus.
Veniet autem cum † ei vacuum fuerit. Vigilate & state in fi- 2
a ¶ Mulierum inconstantia est. b ¶ In domino. ¶ Vt sit in vestra virtute profectus. c ¶ Etiā correctio 3
d ¶ Non causa inanis gloriæ. 4
de, viriliter agite, & confortamini: omnia enim vestra in cha- 5
¶ Qui. 6
a ritate fiant. Obsecro autem vos Fratres, nostis domum Ste- 7
¶ Hoc cū Apostolo fuerūt in prędicatione Corinthiorum. ¶ Primi crediderūt in Achaia. ¶ Vt ministrarēt. 8
phanæ & Fortunati & Achaici, quoniā sunt primitię Achaię, 9
& in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos, & vt vos 10
subditi sitis eiusmodi omni cooperanti & laboranti. Gaudeo 11
a ¶ Quia præsentes sunt apud vos è quibus est vobis profectus: vel quia mihi pro vobis ministrare venerunt, quod vos deberetis facere. 12
autem † in pręsentia Stephanæ & Fortunati, & Achaici: quo- 13
a ¶ Ministrauerunt mihi quod vos non fecistis.
niam id quod † vobis deerat, ipsi suppleuerunt. † Refecerunt 14
a ¶ Quem pauerunt. b ¶ Quibus Apostolum seruauerunt. c ¶ Honorate. 15
b enim spiritum & meum & vestrum. Cognoscite ergo, qui 16
a ¶ Illos. ¶ Quod ego scribo omnes desiderant. 17
eiusmodi sunt. Salutant vos ecclesiæ Asiæ. Salutāt vos in do- 18
a ¶ Apud quos hospitor. b ¶ Fratrum congregatione.
mino multum Aquila & Prisca, cum domestica sua ecclesia, 19
apud quos & hospitor. Salutant vos fratres omnes. Salutate 20
a ¶ Vero corde in signum pacis. b ¶ Vt sciant epistolam eius esse, subdit: Sa.&c. c ¶ Scripta.
¶ Fideles saluto, sed.
inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. † Si quis 21
a ¶ Vel condemnatus. ¶ Separatus a Deo. Donec veniet dominus, vel in aduentu domini. 22
non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema
a ¶ Hæc est salutatio Pauli. b ¶ Sit. 23
c mara natha. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscū. Cha- 24
a ¶ Ea Charitate vos inuicem & Deum diligite, qua ego vos & Deū diligo. ¶ Nō secundū amorem seculi. 25
ritas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen. 26

D rinthiorū se de eloquentia iactantium superciliū deprimēs, & non esse opus doctrina, sed fide.

✻ Chrysostomvs. Hoc vno verbo conterret omnes, eos qui membra sua, faciunt membra meretricis, eos qui sacrificātes idolo offendunt fratrem, eos, qui nomina sibi ab hominibus imponunt, & qui resurrectionem non credunt. Non terruit autem solum, sed virtutis interim viam, malitiæ fontem ostēdit. Vt enim charitas quoties inualescit, omnium vitiorum genera extinguit: sic quoties remittit illa, locus statim vitiis fit, statim pullulant mala. Non Græca autem, sed Hebraica lingua voluit vti, ostendens non solum non fastidire se simplicitatem, sed vehementer etiam amare. Cuius verò gratia hæc dicit? Dispensationē humanitatis Christi confirmans, ex qua resurrectionis argumēta pleraq; omnia collegit. E F

-notū vobis facio quoniam.

† oportunitatē erit nactus.

† Refocillauerunt.

† 23.q.4.ca. Guiliarius. 24.q.3. c.cū ergo. §. itē. ver. in alia.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *venerit Corinthum, quòd recipiant eum amicabiliter, di*

1 Vt si Timo.&c. *& etiam reuerenter, cum dicitur:* Ne quis ergo il.spe. *& quòd conducatur in securitate ibi:* Deduci autem il.&c. *Secundus est Apollo, qui recesserat à Corinthijs propter contentiones eorum vadens ad Apostolum, quem postea petierunt ab Apostolo remitti Corinthum, de quo scribit Apostolus, quòd ipsum rogauerat super hoc: non tamen præcipit, licet posset, quia magnis viris non debet de facili præceptum imponi, sed magis excusat eum dicens.*

2 Veniet autem cum ei va. *id est, oportunum.*

3 Vigilate. *hic consequenter instruit eos, qualiter se debeant adinuicem habere. & primò in communi. di.*

Vigi. *in feruore orationis.*

4 State in fide. *resurrectionis futuræ.*

5 Viriliter agite. *in exercitio bonæ operationis.*

6 Et confortamini. *in domino. in spe æternæ retributionis.*

7 Omnia enim vestra. *scilicet, opera.*

8 In cha. *sine qua nullum opus est meritorium veræ beatitudinis.*

9 Obse.vos. *hic instruit eos de modo se habendi ad aliquas personas speciales inter Corinthios existentes, quæ alias præcellebant in fide & deuotione & operibus pietatis. propter quod Apostolus monet Corinthios, vt habeant erga illas specialem amicitiam, reuerentiam, & honorem.*

10 Quo.sunt pri.Ach. *id est, primi & principales in fide & operibus bonis.*

11 Vt & vos. *debitam ipsis reuerentiam exhibendo.*

12 Gaudeo au. *quia per præsentiam eorum vos estis meliorati in fide & moribus. ideo subditur.*

13 Quo.id quod vo.de. *ab perfectionem boni.*

14 Ipsi sup. *Et quia de hoc profectu gaudebat Apostolus, subdit.*

15 Refecerunt enim. *gaudio spirituali.*

16 Et vestrum. *ex profectu boni. ideo concludit.*

17 Cog.

17 Cog.ergo qui.e.sunt. *eos debitè venerando.*

18 Salutant. *Hic vltimò ponitur salutat.o. & primò ponit Apostolus aliorum salutationem di.*

Salutant. *& patet litera, his exceptis.*

19 Aquila & Pri. *Recesserant enim de Corintho cum Apostolo, vt habetur Actu. xviij. propter quod in hac salutatione Corinthiorum specialiter exprimuntur.*

20 Salutate inuicem in os. *exponatur sicut suprà Rom.vlt. Secundò ponit salutationem suam, di.*

21 Salutatio mea ma. Pauli. *hoc enim ponebat in fine epistolarum suarum manu propria scriptum, ne illi quibus scribebat deciperentur à falsis Apostolis sub nomine Pauli malam doctrinam scribentibus. Vltimò imprecamur maledictionem obstinatis in malo, di.*

22 Si quis non a.D.&c.sit ana. *id est, excommunicatus, & à fidelibus separatus.*

23 Mara na. *sic enim debet scribi sunt enim duæ dictiones. & prima valet in latino dominus noster. secunda idem est quod venit: sed propter ignorantiam idiomatis, & longitudinem temporis duæ dictiones coniunctæ sunt simul & vltima litera dictionis est submota. Est igitur sensus: Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, negando eum esse verum Deum cæli & terræ, sit anathema. & subditur causa.*

Mara na. *quia dominus noster venit, scilicet, Iesus Christus venit in mundum, qui est verus Deus & dominus omnium. & videtur Apostolus hoc specialiter dicere contra Iudæos obstinatos, qui asserunt verum Christum adhuc non venisse: Consequenter Apostolus imprecatur benedictionem bonis, di.*

24 Gra.do.no.Ie.Chri.sit vo. *vsque in finem.*

25 Charitas mea cum omnibus vobis. *id est, eadem charitate vos inuicem diligite, qua diligo vos. Et quia hæc dilectio non est carnalis, sed spiritualis ex Deo: ideo subditur.*

26 In Christo Iesu. Amen. *Confirmatio est dictæ benedictionis in Christo. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A *ADDITIO.*

In cap. 16. vbi dicitur in Postilla: Mara natha: Sic enim debet scribi.
Hoc quod dicitur Mara natha: non rectè exponitur in Glo. nostris dicendo quòd sunt duæ dictiones in Syro significantes idem quod dominus noster venit: prout in Post. Vel donec veniat dominus, prout in glo. Tum quia nihil istorum propriè significatur per ista verba. Tum quia non apparet aliqua ratio quare Apostolus, qui semper hoc nomen Iesus & hoc nomen Christus ponit sub propria forma Latina in quibuscunque locis vbi de eo tractat: in hoc loco mutaret stylum suum nomina Christi ponendo in Syro. Tum quia non bene concordat ratio huius propositionis causalis cum dicit: Si quis non amat Christum, sit anathema, *quia dominus noster iam venit. Non enim tantũmodo ex hoc quòd Christus iam venit sumus obligati ad dilectionem suam: quia etiam ante aduentum suum homines obligabantur ad dilectionẽ Dei, vt in ve. le. Vnde ad veram expositionẽ harum dictionum sciendum est, quòd Iudæi tribus modis exercebãt censuram seu sententiam iudicialem contra rebelles seu inobedientes fidei vel legi diuinæ. Primo modo per separationem à fidelibus, sicut inter nos per sententiam excommunicationis, & hoc est quod dicitur: Qui non amat Christum sit anathema, scilicet, separatus à fidelibus prout in Postilla. Secundo modo per destructionem, seu perditionem omnium suorum & hoc vocatur apud eos* חרם *herem. de quo habetur Leuit. vl. in litera & in Postil. & ille qui isto secundo modo incurrebat prædictam censurã seu sententiam vocabatur macharam: quod est nomen deriuatum ab ipso herẽ prædicto. Tertio modo per maledictionem solennem. in qua ille qui* B *hoc incurrebat maledicebatur solenniter tubis canentibus. sicut inter nos solenniter maledicitur excommunicatus, qui in vltima contumacia persistit, extinctis cãdelis & pulsatis campanis. & hæc vocatur inter eos* D *samatha: quod significat mortificationem. qui quidem tres modi maledicẽdi, seu separandi hominem sunt noti inter eos sub prædictis vocabulis. Apostolus ergo in fine huius epistolæ imprecatur maledictionem his, qui non amant Christum secũdum illos tres modos prædictos. Primo modo per separationem. & de hoc dicit:* Sit anathema. *Secundo modo per destructionem suorum. & de hoc di.* Mara natha, *id est, macharam, fuit enim hic, h, quæ est litera aspirationis amota, eo quòd in lingua nostra rarissimè interuenit & vltima litera. m, fuit mutata in. n, per hoc quod scriptores nostri ignorant idioma. Tertio imprecatur illis vltimam mortificationem quæ dicitur* samatha, *quæ est vltima mortificatio, vt dictum est. & fuit amota prima syllaba. per imperitiam linguæ, vt dictum est. Sic ergo Apostolus imprecatur tres sententias condẽnatiuas, his qui Christum non amant, scilicet, anathema quæ est separatio à fidelium cœtu: & herem, quod est destructio bonorum suorum: & samatha quod est quædam vltima & solennis mortificatio in sua ciuilitate seu politia. & quia opposita iuxta se posita clarius elucescunt. ideo consequenter imprecatur benedictionem bonis, di. Gratia domini nostri cum omnibus vobis, &c. prout in Postil.*

REPLICA. In vltimo cap. Maledictionem eorum, qui Christum non amant ponit Apostolus in lingua extranea. Circa quam Bur. se opponit, & literæ, & omnibus doctoribus, quasi nullus intellexerit verè terminum ibi positum vel terminos. Respondeat ibi pro doctore, qui voluerit E *idioma est mihi gnotum.*

Incipit Prologus in secundam epistolam Pauli ad Corinthios.

Quibusdã Corinthiorum per primam epistolam correctis, causa reliquorũ scribit secundam, repellens pseudo apostolos, ostendendo deceptionem prædicationis eorum: se multis modis commendans. Notat etiã eos in eleemosynis parcos. Præcipit quoque fornicatorem correctũ recipi, quẽ prius Sathanæ tradiderat. Et quia etiã boni tribulantur, ibi se eis exemplum patientiæ proponit.

C In hac epistola incorrectiones corrigere, & correctos ad vtiliora prouocare, & pseudo cũ sui commendatione deprimere intendit.

IN secunda ad Corinthios epistola in parte superiori post tribulationum suarum relationes, reddit causas quare ad eos secundò non ierit: quoniã non leui mutatione cõsilij fecisse se asserit, sed ne aduentu suo tristitiam incurreret, cum in peccato permanere discipulos reperisset. Deinde post agnitos fructus pœnitẽtiæ reconciliat eũ ecclesiæ, quem in prima propter fornicationẽ à consortio sanctorum iussẽrat amoueri. Tertiò contra pseudo apostolos officij sui dignitatem tuetur, & noui Testamenti ministros, tantò anteire gratia ostendit, quantò euangelium est lege præstantius. Immoratur etiam in causa illa plurimum, quam breuiter in prima contigerat; vt prompto ac libenti animo necessaria præsentis vitæ non habentibus largiantur, & vtilitate spiritualis commercij commutẽt præsentia cum futuris, atque abundantia sua sanctorum inopiam suppleant: vt vicissim eorum inopia, sanctorum abundantia suppleatur. In fine repetit quod superius contra pseudo apostolos egerat, & iactationem eorum, prædicationésque de se gloriosas, vel collata antiquitate generis, vel catalogo iniuriarum ac periculorum suorum euacuat. Dicítque eos operarios subdolos, qui ad imitationem Sathanæ transfigurentur in apostolos Christi, sub prædicationis spe, lucra pecuniaria quæque sectantes. F

INCIPIT ARGVMENTVM.

POst actam à Corinthijs pœnitentiam, consolatoriam scribit eis epistolam Apostolus à Troade per Titum: & collaudans eos hortatu ad meliora, contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

INCIPIT

CAPVT I.

A a PAulus *Apostolus.* Salutationem primò more solito præmittit. Inde de bonis per gratiã collatis gratias Deo agit loquens perfectis: post ad passionis tolerantiam sui exemplo inuitat: postea pseudo apostolos deprimẽdo redarguit detegẽs versutias eorum. Et se multis modis commẽdat. Tandem moralis admonitio cum iteratione benedictionis subditur. Salutationẽ igitur præmittens, cõtra pseudo superbiam, Paulũ: & cõtra cordis præsumptionẽ, apostolum se nominat di-
B cens: *Paulus, &c.*

✼AMBROSIVS. Quæritur cur in omnibus epistolis contra vsum epistolarum primò suũ nomẽ ponat, Apostolus, quã eorum ad quas litteræ destinantur. Sed hæc authoritas est Apostolici ordinis, quia minoribus scribit: sicut etiam & iudices seculi solent ad eos quas regunt, scripta dirigere.

† Epist. 1. a. 1. Petri. 1. a.

† cõsolationẽ quę consolamur.

Et Timotheus frater. ✼THEODORET. Ambo quidem ad ipsos missi sunt & Timotheus & Titus, sed beatum Titum simul in litteris non adscripsit, quia ad eas fe-
C rendas eius ministerio vbi constituerat, per eum enim misit hanc epistolam. Alios autem Dei ecclesiam nominat, rursus ad concordiam dirigens, & dominum, & benefactorem ostendens. Eis autem omnes eos etiam coniunxit, qui in gente crediderant, vnum corpus esse pronuncians omnes, qui saI ute digni habiti fuerant. D

b *Benedictus.* Primum perfectis loquitur de tribulatione, proponens se exemplum patientiæ, & consolationis à Deo acceptæ: ducens laudi quod alij ignominiæ.

Incipit epistola Pauli ad Corinthios Secunda.

CAPVT I.

a PAulus Apostolus Iesu Christi per vo- 1
a ¶Non vsurpatiuè. b ¶Non hominum. c ¶Qui iuit cum prima epistola ad Corinthios, & omnia renunciauit apostolo, quæ fiebant apud illos. 2
luntatem Dei, & Timotheus frater ec- 3
a ¶Et. b ¶Spiritussancti gratia renatis. ¶Presbyteris. 4
clesiæ Dei, quę est Corinthi cum sanctis 5
a ¶Cuius metropolis est Corinthus.
omnibus, qui sunt in vniuersa Achaia.
a ¶Ecce salutatio. b ¶Trãquillitas mentis. ¶Sine quo pater nil dat.
Gratia vobis & pax à Deo patre nostro domino Iesu Chri- 6
¶Et si in se gloria eius non potest augeri nec minui, in suis sit exaltatus: in quibus per cognitionem & ipsorum profectum dicitur exaltari. 7 8
b sto. † Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, 9
c ¶Nobis qui Christi filij sumus. a ¶Non minus est in tribulatione solatium. ¶Ministros. 10
d pater misericordiarum & Deus totius cõsolationis, qui con- 11
e ¶¶Animæ & corporis. a ¶A Deo consolatur. b ¶Desolati. i. humano auxilio destituti. 12
f solatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi 13
a ¶Per exemplum consolationis nostræ. b ¶. i. de qualibet. c ¶Per talem consolationem, qui hortatur nos ad grauiora. 14 15
consolari eos, qui in omni pressura sunt per † exhortationem, 16
¶Nos. ¶Vt vere possimus consolari. a ¶Quæ pro Christo. i. Christi nomine inferuntur: vel quas ad similitudinem patimur.
g qua exhortamur & ipsi à Deo: quoniã sicut abundant passio- 17 18
a ¶Non minus. b ¶Cum vel hic liberamur vel pietatem paternam in flagellis intelligimus: quia flagellat omnem filium quem recipit. ¶In nobis, qui sumus earum locus. 19
nes Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio 20

c *Deus.* Creator omnium.

✼TERTVLLIANVS. Si Deus commune vocabulum factum est vitio erroris humani, quatenus plures Dei dicuntur atque credũtur in seculo, Benedictus tamẽ Deus domini nostri Iesu Christi non aliud quàm creator intelligetur, qui & vniuersa benedixit: habes Genesim, & ab vniuersis benedicitur, habes Danielem. E

Li. 5 aduers. Marc. c. 11.

Genes. 1. Daniel. 3.

d *Pater domi.* Per quem est & nobis.

e *Pater mise.* Paternę dans veniam peccatorũ, & bona opera, & in tribulatione constantiam.

✼SEDVLIVS. A quo est omnis misericordia. Multas autem dicit misericordias: quia multæ sunt humanę misericordię.

f *Et De.* dator *Totius,* perfectæ *consolationis:* quantam decet dare Deum his, qui pro Christo patiuntur. Quod Deus consolationis, ex hoc patet quod consolatur.

g *Qua exhorta.* id est, quam Deus ad hoc dedit, non solum, vt consolaretur: sed etiam exhortaretur: & ita nostra consolatio valet etiam ad alios exhortari, vt verè possimus consolari. F

a Pro

Incipit expositio Nicolai de Lyra super secundam epistolam Pauli ad Corinthios.

CAPVT I.

✼ PAulus Apostolus. *Postquam Apostolus scripsit Corinthijs instruens eos de sacramentis ecclesiæ in epistola prima, hic consequenter scribit eis de ministris ecclesiæ in epistola secunda. Cuius ratio fuit, quia post prædicationem apostoli receperant pseudo apostolos, quos aliqui veris apostolis præferebant. propter quod Apostolus scribit commendãs veros Apostolos, & eorum doctrinam: & vituperans falsos, & eorum falsitatem. Et* Diuisio. *diuiditur hæc epistola in duas partes. s. in salutationem, & narrationem: quæ incipit ibi:* Benedictus. *Circa primum primò ponuntur personæ salutantes, cum dicitur.*

1 Paulus Apostolus. *Exponatur sicut suprà. ad Rom. 1.*
2 Per vo. Dei. *id est, electionem Actuum 14.*
3 Et Ti. fra. *Hunc adiungit apostolus in salutatione sua, ne Corinthij crederent ipsum retulisse aliqua mala de ipsis apostolo: cum transierat per eos post primam apostoli epistolam missam, vt habetur in fine illius epistolæ. Consequenter ponuntur personæ salutatæ, cum dicitur.*
4 Ecclesiæ Dei. *id est, congregationi fidelium.*
5 Quæ est Corinthi. *id est, Achaiæ metropoli. tertiò ponuntur optata bona, ibi.*
6 Gratia vo. *in præsenti, quæ principium omnis boni meritorij.*
7 Et pax. *in futura felicitate, quæ quietabit totaliter appetitum.*
8 A Deo pa. no. *id est, tota trinitate.*
9 Et domino Iesu Chri. *A tota enim trinitate proueniunt dicta bona mediante Christi incarnatione.*
10 Benedictus, &c. *præmissa salutatione, hic consequenter ponitur* Diuisio. *narratio epistolæ. In qua sic procedit apostolus: quia primò excitat Corinthiorum attentionem. secundò, ponit excusationem, ibi:* Et hac confi. *tertiò, suam prosequitur intentionem 3. cap. prima adhuc in duas, quia primò excitat attentionem: recitando quædam in generali. secundò, magis in speciali, ibi:* Non enim vo. *Circa primum sciendum, quod ex beneuolentia redduntur auditores attenti. propter quod apostolus captat eorum beneuolentiam, ostendendo, quòd quidquid facit, ad vtilitatem eorum facit: & ideo primò vtilitatem ex ipso eis prouenientem declarat. secundò rationem huius allegat, ibi:* Quoniam sicut abundat. *Dicit igitur:* Benedictus Deus. *id est, gratias ago sibi. Dicere enim Dei est facere. Psal. 32.* Quoniam ipse dixit, & facta sunt. *Dicere verò nostrum non est facere. & ideo quando Deus benedicit nobis: aliquod donum nobis tribuit. Sed quando Deum benedicimus: nihil sibi accrescit: sed solum sibi gratias agimus. Dicit igitur:* Benedictus Deus. *id est, tota trinitas.*
11 Et pater domini. *id est, persona patris.*
12 Domini nostri Iesu Christi. *In quo exprimitur persona filij. & cointelligitur simul persona spiritussancti, cum sit nexus amborum.*
13 Pater misericor. *auferens à nobis omnem miseriam.*
14 Et Deus totius consolationis. *conferens nobis bonum totaliter quietatiuum mentis. scilicet, seipsum.*
15 Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *aliquando eruendo. & aliquando præmium promittendo, & aliquando patientiam tribuendo: Quod frequenter est melius, & magis expediens, quàm erui à tribulatione temporali. Sed quia talem consolationem dedit apostolo non solum pro se, sed etiam pro aliorum vtilitate. sicut dedit lumen soli, non solum, vt ipse luceat, sed etiam, vt alia illuminet. ideo subditur.*
16 Vt possimus & ipsi consolari eos. *verbo & exemplo.*
17 Eos qui in omni pressura sunt, &c. *Id est, proponendo eis præmium æternum: sicut à Deo nobis est propositum: vt exponendo eius scripturas inducentes ad tolerantiam passionum: sicut à Deo reuelatæ sunt nobis.*
18 Quo. si. *Hic consequenter allegat sui dicti rationẽ. Et quia duo dixerat. s. quòd consolationem à Deo receperat in suis tribulationibus: & quod hoc cedebat ad vtilitatem fidelium: ideo primo persuadet primum, di.* Quo. sicut a. pas. *i. tribulationes, quæ in capite Christo incœperunt.*
19 In nobis. *id est, apostolis ad quos à capite deriuatæ sunt.*
20 Ita & per Chri. &c. *propter quod dicitur Psal. 93. d.* Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *& hoc est valde rationabile. Consequenter persuadet secundum, di.*

☞ a *Pro vestra ex.* ✻ AMBROSIVS, Id est, quia vos ad salutem exhortamur, siue, vt vobis exemplum tolerantiæ præbeamus. Nam manifestum est: quia pro quo patimur ipse nobis adest, consolans nos per liberationem, liberans nos de pressura interuentu maiestatis suæ. A

✻ THEODORETVS. Multis ostendit periculi magnitudinem. Nam & grauati sumus, & supra vires & supra modum hoc significat, & ad hæc illud etiam. De vita nostra dubitantes desperaremus. Hoc autem dicit tantum fuisse periculum, vt dubitantes, & exitum non inuenientes etiam de vita desperaremus. Existimo autem eum significare seditionem à Demetrio argētario excitatam. D

✻ THEODORETVS. Vestri causa in omnis generis tentationes incidimus. Si enim salutarem predicationē vobis afferre noluissemus, nemo eas quibus afficimur perpessiones intulisset. Sed quoniam vestræ salutis curam gerimus ab aduersariis quædā, quæ sunt molesta suscipimus: à domino autem Deo consolationem accipimus. Quare & ea B & illa ad nos propter vos redeunt, vos autem estis vtrorumq; nobiscū participes, vt qui nostra vobis tributatis ac vestra esse ducatis.

† vestri consolation.

† desperauerimus etiā de vita.

✻ THEOPHYLACTVS. Propterea (inquit) minus vobis molestæ ferēdæ sunt meę pressurę, qui vos consolandi gratia proque vestra salute sic premimur. Liceret namque & nobis reiecta euangelij prædicatione, vitam in tuto ducere. Nunc verò prædicantes, vt ex his bonis, quæ ex eiusmodi proficiscuntur præconio omnino vobis pariamus salutem in has pressuras incidimus. Ergo si vestræ salutis gratia hæc mala perpetimur, nihil oportet nos malis affici & vos perturbari. Paratur autem hæc salus non solum vestra ex tollerantia, sed mea, hoc est non modo mea est opera, sed vestra etiam parta hæc salus. In amaris salus, & præmium promittitur.

b *Non enim vo. &c.* ✻ THEOPHYLACTVS. Cum confusè fecisset de ingestis sibi molestiis mentionem, nunc quales fuerint enuntiat, vnde suum erga Corinthios patefaciat amorem. C Est enim beneuolentiæ signum, adinuicem, quæ nobis obtigerint denudare.

✻ AMBROSIVS Ideo passiones pressurarum indicat prope vsque ad mortem illatas, vt ostendat, quæ mala salutis illorum causa patiebatur, vt non grauius ferrent, si corriperentur errores illorum ab iis, qui tam aspera tollerabant pro illis. Quis enim medicorum non arguat susceptum suum negligentius se tractantem ne cura medicinæ eius sine effecta remaneat.

✻ THEOD

a ¶Sed hoc totum pro vobis. b ¶Quia nostro exemplo monet vos Deus pati vnde salus æterna vobis.
a nostra. Siue autem tribulamur pro † vestra exhortatione & 1
a ¶Spe præmij. b ¶Vt similem speretis. ¶Quia nostro exemplo monet vos Deus, pati sub spe præmij vt sic leuius feratis. c ¶Ad grauiora vel finitis malis: vel virtute patientiæ data nobis.
salute: siue consolamur * pro vestra cōsolatione: siue exhorta- 2
a ¶Vt ad maiora animemini, & salutem speretis. b ¶Pro salute dico. ¶Salus operatur .i. intendit operari in vobis .i. non intendimus: quòd operetur in vobis tolerantiam. 3
mur pro vestra exhortatione & salute, quę operatur toleran- 4
a ¶Q. Debetis exemplo nostri eadem pati, quæ & nos patimur. b ¶Adeo operamur. ¶Quia speramus vos passuros. 5
tiam earundem passionum quas & nos patimur, ut spes no- 6
a ¶Patimur dico. ¶Ad vestram vtilitatem. 7
stra firma sit pro vobis. Scientes quoniam sicut socij passio- 8
a ¶Quia æqua gloria labori vestro retribuetur. ¶In futuro. b ¶Aeternæ. c ¶Exponit tribulationes. 9
b num estis: sic eritis & cōsolationis. Non enim volumus igno 10
a ¶Quia vobis scire proficiet. b ¶Pseudo de sua gloria gloriantur nos verò de tribulatione. 11
rare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, 12
a ¶Quid de ea. Hoc.s. b ¶Præcedentium passionum. c ¶Pondere passionum. ¶Et. d ¶Humanum. e ¶Adeo.
quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita 13
a ¶Qui de malis solemus gaudere. b ¶Non solum loqui & cætera facere, c ¶Non solum tædebat viuere, Sed etiam. d ¶Certitudinem omnimodam dissolutionis. 14 15
c vt † tæderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobisipsis † respon- 16
a ¶Ideo Deus tantum permisit nos affligi. b ¶Maledictus enim, qui confidit in homine.
sum mortis habuimus: ut non simus fidentes in nobis, 17
a ¶In quo secure, Quia ipse est. b ¶Cui simile est quod me de illis prædictis liberaui, vnde subdit: qui de tan. &c.
sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis 18

✻ OECVMENIVS. Desperauimus, nec nos victuros esse sperabamus, sed apud nosipsos existimauimus, quod omnino moreremur: nā hoc significat ipsi in nobisipsis respōsū mortis acceperamus: id nobis pericula respōdebant: quod omnino moreremur.

* siue consolatione accepimus pro vestri cōsolatione & salute.

Ne Corinthij deficerent patiētes tribulationes ab infidelibus: Apostolus dat eis in exemplum seipsum; vt sicut ipse: corroborentur in suis tribulationibus. E

† sententiā.

c *Ipsi.* Non solum alij de nobis: sed & *In nobis.* Quia natura nostra nil nisi mortem promittebat vel defectum. Tantam insolentiam iniquitatis significat insurrexisse contra fidei prædicatores: vt mortem contra oculos haberent. Sic enim afflicti fuerant, vt desperarent de præsenti vita.

✻ AMBROSIVS. Tantam insolentiam iniquitatis significat insurrexisse contra fidei prædicatores, vt mortem ante oculos haberent, Denique erepti de ipsa pressura resuscitatos se dicunt. Sic enim afflicti fuerant, vt desperarent de præsenti vita. Sed quia Deus præsidia sua non negat in desperatione positis, maximè suis, cripuit illos desperantes de semetipsis, fidentes autem de Deo. Nimia enim pressura deficere se profitebantur nisi adesset Deus.

✻ THEODORETVS. Sed non permisit dominus, vt desperationis sententia effectum sortiretur, sed effecit, vt minæ mortis, non vltra suspicionem procederent, sed in ea sisterent ne nobis ipsis fidamus, sed eius auxilium imploremus. Responsum autem mortis, mortis sententiam vocauit. Valde autem apposite meminit. Resurrectionis mortuorum, docens perinde esse eum à maximis illis periculis liberasse, & à mortuis suscitasse. F

☞ a Et

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Siue autem tri. pro. v. ex. *i. hoc cedit ad vtilitatem vestram: inquantum exemplo nostri ad tolerandum patienter tribulationes debetis animari.*
2 Siue consola. *& hoc cedit similiter ad consolationem vestram: inquantum habetis eiusdem boni promissionem.*
3 Siue exhorta. *à Deo per internam reuelationem. Pro vestra exhortatione & salute. ex hoc enim vos magis instruimus, & ad opera salutis inducimus, ideo sequitur.*
4 Quæ. *id est, quæ exhortatio à nobis proposita supple vobis.*
5 Operatur tolerantiam, &c. *id est, reddit vos fortiores ad tolerantiam passionum earundem.*
6 Quas & nos pat. *Exhortatio enim, quæ fit verbo & facto est efficacior: Et quia patientia discipuli firmat spem magistri de stabilitate eius in bono, & consecutione præmij, ideo subditur.*
7 Vt spes no. &c. *q. d. ex tolerantia enim vestra firmiter speramus, quòd præmium beatitudinis consequamini. propter quod subditur.*
8 Scientes. *non certitudine euidentiæ, sed adhærentiæ.*
9 Quoniam sicut socij, &c. *in præsenti.*
10 Sic eritis & consolationis. *in futuro.*
11 Non enim. *Hic consequenter captat eorum beneuolentiam recitando quædam in speciali. & primò recitat persecutionem quandam sibi in consolationem à Deo factam. & secundò prosequitur huius causam, ibi:* Nam gloria. *Illa verò tribulatio fuit excitata contra Paulum apud Ephesum per quendam argentarium: vt habetur Act. 19. de quo dicitur hic:* Non enim volu. igno. vos fra. *quia vobis erit patientiæ materia.*
12 Quæ facta est in Asia. *in qua est Ephesus.*
13 Quoniam supra mo. gra. su. *i. supra modum humanum.*
14 Supra virtu. *supple naturalem. Sed contra hoc videtur esse quod dicitur .1. Cor. 10. c.* Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. *Dicendum, quòd duplex est virtus siue potestas, scilicet, naturæ & gratiæ. Supra virtutem verò naturæ saltem de communi cursu bene permittit Deus aliquando fideles tentari. & tunc dat virtutem gratiæ ad posse sustinere. Et sic loquitur Apostolus 1. Corin. 10. c. vnde ibidem statim subdit:* Sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

Duplex potestas siue virtus.

15 Ita vt tæ. nos etiam vi. *propter pondus enim tribulationis aliquando prolongatio vitæ redditur tædiosa. Sed contra hoc videtur quod dicitur Iac. 1. a.* Omne gaudium existimate vos fratres cum in tentationes varias incideritis, &c. *Dicendum, quòd tribulatio secundum se considerata odibilis est & odiosa, & sic loquitur hic Apostolus. In comparatione tamen ad finem, est iocunda: vtpote ad consecutionem beatitudinis ordinata. Matth. 5. a.* Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum: *sicut medicina amara propter consecutionem sanitatis est amanda.*
16 Sed ipsi in nobis. re. mor. *i. firmam opinionem moriendi tunc.*
17 Vt non simus fiden. in no. *id est, in virtute propria*
18 Sed in Deo, &c. *q. d. idem reputo ac si nos à mortuis suscitasset.*

✻ 1 Et

☞ a *Et eruit.* Quia Deus præsidia sua non negat suis in necessitate positis. A

b *Et adhuc. &c.* ✻ THEOPHYLACTVS. Quoniam illud minus, videlicet esse nobismetipsis confidendum, in communem fortasse Corinthiorum cædere videbatur calumniam. Cum eorum nonnullos momordisset apostolus, dictum id acrius visum mitigat, & eorum animos lenit, cū eorum afferat preces vel maximo sibi adiumento futuras. Licet preterea ex his ad humilitatem nos instrui, quādoquidem & Paulus dicat Corinthiorum se votis & præcibus indigere: nec minus & orationis ipsius potest & virtus perdisci. Plurimum namque hæc valet si ritè decentérq; ab ecclesia promatur. B

† 11. q. 3. c. inter verba. De sacra vnctio. c.

-cordis.

† erga vos.

a ¶Ad salutem reduxit. b ¶Tendentes mentis desiderio. c In posterum. ¶Quotidie.
a eripuit nos & eruit in quem speramus quoniā & adhuc eri- 1
b a ¶Non solum nobis & aliis, sed &. ¶Vel nibus. b ¶Facta vel ctis. c ¶Ita orationes vestræ iuuabunt nos: vt per multos, &c. ¶.i. à personis diuersarum ætatum.
c piet adiuuantibus vobis in oratione pro nobis ut ex † multa- 2
¶Vel vobis. a ¶Liberationis, & cæterorum bonorum. 3
d rum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis: per 4
e a ¶Fideles. b ¶Ambro. Ideo non diffido de auxilio Dei: quia pura est cōscientia ab omni simulatione. c ¶Hoc vnde gloriamur.
f multos gratiæ agantur pro nobis. † Nam † gloria nostra hæc 5
a ¶Non aliud in ore & aliud in corde habentes.
g est testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate 6
a ¶Sinceram veritatem de Deo, non etiam legis obseruantias prædicantes. b ¶Quia à Deo est hæc gloria conscientiæ simplicitas & sinceritas. ¶.i. secundum quod spiritus gratis mihi indicauit.
h cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in 7 8
i ¶Vbi tot mala. a ¶Simpliciter conuersati sumus.
k gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius 9 10
a Erga vos. ¶Quibus cessimus de iure nostro, quia cum ab aliis acceperit, ab his noluit. b ¶Abundantius ad vos, quia nec in prima epistola exegi aliquid nec in hac.
l autem † ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ 11 12

✻ THEODORETVS. Dum enim hoc fit, multi propter nos Deum laudabunt, dum vident nos pericula adire, & ex eis diuino auxilio euadere.

Vt ex personis mul. spe. ad Deum propter prædicationem eorum conuersis *gratiæ agantur* Deo pro prædicatione eorum *per mul.* habentes eam donationem fidei: quæ in ipsis est personas mul. fa. dicit infantes: pueros, & cæteras ætates pro vtriusque sexus conditione.

c *Et mul per.* Alia translatio, *vt in multorum facie eius, quæ in nobis.* Quæ litera sic legitur. Q. Orationes vestræ sic iuuabunt nos: vt per multos gratiæ agantur Deo pro nobis: Gratiæ dico eius donationis, quæ est in nobis. Hæc non mutantur. Agantur dico in multorum facie.

C AVGVSTINVS. id est, inter multos, & coram multis. hoc ideo quia gratia Dei consolatur apostolos causa multorum, id est, omnium credentium: quorum causa & pressuræ eis ingerebantur. Et ideo illi omnes credentes gratias Deo referant pro liberatione.

✻ AMBROSIVS. Hoc dicit: quia gratia Dei multorum causa consolata est apostolos, id est, omnium credentium, quorum causa & pressuræ eis ingerebantur: ac per hoc, quia omnium causa est, cuncti Deo gratias referant cum cessat tentatio: aut cum oritur simul obsecrent.

d *Donationis.* Præcedentis ex personis, id est, honestis viris: vt vobis & aliis multarum fa. id est, discretionum: vel discretorum meritorum, & diuersarum virtutum: Vt facies Iob fuit patientia: Dauid, humilitas: Moysi mansuetudo.

✻ THEOPHYLACTVS. Vt quod in nobis est Donationis, Hoc est, quæ in me collata est gratia, per multos, hoc est per vos, qui plurimi estis pro me orantes ex multarum personis facierum gratiæ habeantur, hoc est a vobis. Nam salutem, quæ mihi vestris precibus iam parata est, vniuersis vobis largitus est Deus, vt multi sibi mei ob gratiam grates dicant. D

e *Per multos.* Exponit quod supra dixerat à personis multarum facierum.

f *Nam gloria nostra.* Ideo & vos & alij debetis orare pro nobis. Vel ideo orationes vestræ poterunt nos iuuare: quia hoc vnde gloriamur tam honestum est.

Aug. in Psal. 19. & 149.

g *Testimonium.* Sunt bona opera, quæ testantur exterius quid sit in conscientia, *Testimonium,* id est, conscientia non remordens, sed testificans, quòd in.

† multis personis pro dono in nos collato.

† gloriaio.

✻ AMBROSIVS. Hoc dicit quia de cōscientia sua præsumebant, quæ pura erat ab omni simulatione, quamobrem de Dei auxiliis non diffidebant. E

Ser. 2 in festo omnium sanct.

✻ BERNARDVS. Est ergo testimonium conscientiæ in quo gloriatur apostolus, non quod perhibeat conscientia, sed quod loquitur spiritus veritatis in ipsa, testimonium perhibens spiritui nostro quod filij Dei sumus. Est enim testimonium conscientiæ non perhibentis, sed percipientis.

✻ THEODORETVS. Nobis autem dicendi libertatem præbet testimonium conscientiæ.

h *Sincer. Dei.* Sicut impiis est magna pœna conscientia, ita piis gaudium. Non quasi inde superbe gloriantibus, sed Deo totum dantibus: Ideo rectè non ait: Gloria nostra est testimonium alienæ malitiæ vel minoris gratiæ, sed conscientiæ nostræ. Quæ quia occulta non est subiecta alieno iudicio, & ideo nullus præsumat contra eā, vel cogitare, vel proferre sententiā.

i *Non in carnal. sapientia* Quæ est voluptates diligere, labores vitare, vel secundum naturas rerum, & non contra prædicare, vt pseudo faciebant quorum fucatam prædicationem arguit. F

✻ THEOPHYLACTVS, Hoc est non in eloquentiæ vi, & sophismatum perplexionibus. (Id namque prætendit carnalis sapientia,) cuius gratia, cum Corinthij insolescerent, hanc ipse negat sapientiam esse, respuitque & large propulsat.

✻ THEODORETVS. Carnalem autem sapientiam hic dicit, non eloquentiam, sed malitiam, & calliditatem. Tacitè autem taxat impostores illos, vt qui prædicationem corrumperent, & quæ sibi videbantur prædicarent.

✻ AMBROSIVS. Vt ostenderet non humanæ sapientiæ, sed euangelicæ prædicationi liberam se cōscientiam exibuisse.

k *Abundantius autem ad vos.* ✻ AMBROS. Quia cum ab aliis acceperit, ab his noluit, ne arguēdi eos authoritatem amitteret.

✻ THEOPHYLACT. Cur illud? Quia & signa ediderat, & gratis apud hos euangelium prædicasset.

l *Non enim alia scrib. &c.* ✻ AMBROSIVS. Ea se dicit scri-

☞ bere

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et adhuc eripiet. *in futuro.*
2 Adiuuan. & vo. &c. *id est, non solum fiet hoc ex merito nostro: sed etiam ex merito vestrarum orationum pro vobis.*
3 Vt ex mul. perso. faci. *id est, ex personis multarum conditionum secundum ætatem, statum, & sexum: & quia ex hoc. quòd Deus dat beneficium alicui ad preces multorum: non solum obligatur ad gratias agendum Deo ille, qui beneficium recipit: sed etiam omnes per quorum orationem hoc fit, propter quod Deus aliquando dat aliquid ad præces multorum: vt omnes obligentur ad gratiarum actiones. quod etiam cedit in bonum omnium.*
4 Eius quæ in. *id est, vt pro beneficio nobis collato precibus multorum multi gratias agant Deo.*
5 Nam gloria. *Hic consequenter ponitur causa dictæ consolationis: quæ excipitur ex parte consolati. Et diuiditur in duas partes. nam hæc causa primo ponitur. secundo ad hoc testimonium inducitur, ibi:* Non enim alia scribimus. *Circa primum sciendum, quòd consolatio Apostoli consistebat in firma spe diuini auxilij: vt patet ex dictis. Talis autem spes causatur in homine ex eo, quòd viuit secundum dictamen conscientiæ puræ & rectæ quod faciebat apostolus. ideo dicit:* Nam gloria, &c. *q. d. ideo securè confido, de diuino auxilio propter testimonium conscientiæ propriæ, qui remurmurat malo interius: & congaudet bono. & huic testimonio debet homo magis credere de propria bonitate quàm testimonio hominum, qui vident tantum exteriora, contra illos, qui reputant se bonos ex hoc. quòd ab aliis laudantur.*
6 Quod in simplicitate. *quantum ad rectitudinem intentionis.*
7 Et sinceritate. *quantum ad bonitatem operis in se. Quæ duo requiruntur ad bonitatem actus, scilicet. quòd sit bonum opus ex genere, & ex finis intentione.*
8 Dei. *Hoc additur: quia talia non habet homo à seipso sed à Deo ad quem debet ista referre.*
9 Et non in sapientia carnali. *id est, non innitendo terrenæ sapientiæ. sed gratiæ diuinæ.*
10 Conuersati sumus in hoc mundo. *id est, inter homines.*
11 Abundantius autem ad vos. *hoc dicit apostolus: quia illis prædicauerat absque hoc, quòd acciperet ab eis sumptus, vt habetur infrà 11. c. tamen acceperat ab aliis.*
12 Non enim. *Hic consequenter inducit ad hoc testimonium ipsorum & Corinthiorum, quia per experientiam scire poterant dictum apostoli*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ bere, quæ non solum litteris cernerent, sed & operibus eius manifesta haberent: vt probaret ea, quæ loquitur gestis se implere, quibus vniuscuiusque mens & propositum discitur.

A

✠THEOPHYLACTVS. Quoniam magna quidem polliceri de se ac dicere videbatur, ne quis obiiceret verborum id præferre iactantiam, sic infert. Ea scribimus ipsi ad vos, quæ his in litteris vosipsi prælegitis, & quorũ antehac notionẽ habuistis. Nec illud, quia nuper vobis hisce ex litteris cognitus sim aduersatur.

a *Spero au.* AMBR. Proficere illos sperat, quia cęperãt meliores effici cognito apostoli affectu circa se, & gloriabantur in eo.

B

✠THEOPHYLACTVS. Hoc est, quòd talis sim ipse, vt causam vobis præbuerim de me gloriandi, quod talem sitis pręceptorem sortiti, qui nihil humanum edoceat, nihil vel quod falso agi, vel dolo queat.

† legitis, & cognoscitis. — † in animo versarum. — † non fuit etiam non.

a ¶In prima epistola. b ¶In experientia operum. ¶Et sicut hucusque de me cognouistis, ita deinceps agnoscetis.

a † legistis, & cognouistis. Spero autem quòd vsque in finem 1 2

a ¶Me in eodem. b ¶Non ex toto, quia etsi scitis quod abstinui, non tamen scitis quanta discretione hoc feci.

b cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria ve- 3 4

a ¶Quæ gloria erit. ¶Aduentus, id est, tempore iudicij. cum omnia aperta erunt.

stra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Chri- 5 6

a ¶Iam quidam vestrum correpti sunt. ¶Vel abundantius ad vos seruaui simplicitatem: & in hoc confisus: vel in hoc quod speramus per alterutrum glorificari. ¶Quam irem in Macedoniam. b ¶Per meam præsentiam.

c sti. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt † secũdam 7

d a ¶Confirmationem, quæ post finem: vel qui prius fidem habueratis. b ¶Vestro ductu. c ¶Vt multipliciter vos confirmarem. 8

e gratiam haberetis, & per vos transire Macedoniam: & iterum 9

a ¶Vt eleemosynam ferrem sanctis, qui ibi erant.

à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.

a ¶Ad hoc ergo venire volui & non veni. b ¶Et non feci. c ¶Vt quod ratione non proposui, sed impetu animi eadem leuitate dimisi.

f Cum ergo hoc † voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut 10 11

a ¶Facienda vel dimittenda. b ¶Pro carnali commodo proposuerim, & quia non erat dimiserim. c ¶Vt per has causas sit apud me. i. in intentione mea affirmatio & negatio de eodem.

g quæ cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me, † est 12

h & non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit 13

a ¶i. mendacium, vt in pseudo. ¶i. non aliud egi quàm sciui agendum: quia vtilitas proponenda est voluntati. 14

apud vos, † non est in illo est & non: † sed est in illo est. 15

† geminam apud vos re gratiam. — † quod est etiã, etiã & quod non, non? — - sed est in illo, est.

D

ille, qui dicit verum quod putat falsum: nec est liber à mendacio: qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem non esse verum voluntate mentitur.

✠THEOPHYLACTVS. Videtur sibipsi contraria protulisse quod tamen haud ita se habet, Neque enim scripsi per vos, inquit, me in Macedoniam concessurum, sed venire volui, Itaque & si haudquaquam hoc pacto scripserim, alioqui maturabã accessum & animo erat priusquam Macedoniam ipsam conspicerem, vos statim adire & tantoperè absum à quauis negligentia, quin ad vos iter accelerem, quod meis vos velim pollicitationibus fraudari, vt vel promissa hæc mea præuenire voluerim.

E

e *Vt secundam gratiam haberetis, per vos transire Macedon. &c.* Sic legit Ambrosius. Vt plenam gratiam haberetis. Plenã ergo gratiam habuissent de aduẽtu eius, quia imago est epistola, præsentia autem veritas.

✠THEODORETVS. Vbique suam de se modestè loquendi regulam obseruat, quinetiam suos hic discipulos in eodem secum ordine collocat. Aequè enim & eos dicit de ipso, & se de ipsis gloriari, in die aduentus domini.

b *Quia gloria vestra sumus.* Cognoscetis, quia gloria, id est, per nos consequi gloriam æternam debetis, & nos per vos bene instructos, quod non esset, si cum offendiculo à vobis acciperem.

C

c *Hac confidentia.* Quia vita munda vel emendata quorundam erat, voluit videre quos ante indignum erat videre. Si ergo non iuit, propter alios est, qui modo se purgent.

d *Volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam &c.* AVGVSTINVS. Prius, quia in priori epistola promiserat se venturum, & non venerat: & ideo mendax & leuis videbatur, quod modo excusat. Non enim fecit hoc, nisi pro eorum culpa. Non est iudicandus mendax, qui dicit falsum quod putat verum: quia quantum in se est non fallit ipse, sed fallitur. Econtra mentitur ille,

f *Aut quæ cogito, secundum carnem cogito.* ✠AMBROSIVS. Qui enim secundum carnem cogitat, tunc non implet, quæ disponit, quando aut personis amplioribus defert, aut certè lucris, aut apparatibus vincitur: quod apostolus spreuit. Spiritalis autem tunc dispositum non implet, quando prouidentius aliquid, pro salute animæ meditatur: sicut & apostolus, ideo non impleuit quod voluerat, vt per hoc ipsum meliores efficerentur, scientes ideo distulisse eum, quia quidam adhuc inter eos non se purificauerant à peccatis.

F

g *Vt sit apud me, est, & non.* Id est, vt proponam voluntatem vtilitati. Q. Non sic, quia vtilitas præponenda est voluntati: & sic feci. — Ambrosius.

h *Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est, &c.* In hoc non sum mentiri credendus, quia in nullo alio sum vobis mentitus. Et hoc credi potest, quia Deus est fidelis, qui promisit doctores veritatis: Vel Deus verax est mihi in hoc testis, & — Aug. lib. de agone Christiano.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *verum esse ex sua conuersatione inter eos, & per epistolam prius missam. ideo dicit.* Non enim alia scribimus vo. *in epistola à me prius missa.*

1 Et cognouistis. *experiendo conuersationem meam.*

2 Spero autem, quòd vsque ad finem cognoscetis. *i. perfectè.*

3 Sicut & cognouistis nos ex parte. *id est, imperfectè. Hoc dicit, quia receperant pseudo apostolos quos aliqui eorum veris apostolis comparabant. tamen apostolus sperabat de bono fine, scilicet, quòd perfectè cognoscent simplicitatem & sinceritatẽ suam, & aliorum veri Christi discipulorum eam approbando, & falsitatem pseudo apostolorum reprobando. Ex hoc subdit rationem dicens.*

4 Quia gloria vestra sumus. *inquantum per prædicationem nostram cum adiutorio Dei ad gloriam perducemini.*

5 Et vos nostra. *quia per prædicationem quam vobis fecimus gloriæ præmium expectamus.*

6 In die domini nostri Iesu Christi. *Id est, in die iudicij, quæ sua dicitur, quia tunc voluntatem suam faciet, omnes generaliter iudicando.*

7 Et hac confidentia. *Postquam apostolus captauit Corinthiorum beneuolentiam ad excitandum eorum attentionem, hic consequenter ponit suam excusationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò excusatio sua ponitur. secundò, explicatio subditur. sequenti cap. Prima adhuc in tres. quia primò recitat suam promissionem. secundò, ponit super hoc sui accusationem ibi:* Cum autem volui. *tertiò subdit suam excusationem, ibi:* Fidelis Deus. *Circa primum sciendum, quòd in prima epistola missa Corinthiis ab Apostolo, quam tamen non habemus, promiserat apostolus Corinthiis eos visitare antequam intraret Macedoniam: & iterũ per eos reuerti de Macedonia: postmodum verò in secunda epistola quam habemus, & est apud nos prima vltimo. ca. scripsit quòd prius iret Macedoniã, quàm Corinthum. & sic videbatur primæ promissioni contrariare. propter quod dicit:* Et hac confidentia. *i. quia satis puritatem conuersationis meæ cognouistis, & gloria mea estis. in hoc, inquam confidens.* — Diuisio.

8 Volui prius venire ad vos. *antequam intrarem Macedoniam.*

9 Vt secundam gratiam haberetis. *à me scilicet gratiam visitationis paternalis post gratiam prædicationis tempore vestræ conuersionis. Hic est ordo primæ promissionis: cui videtur contrarius ordo secundæ.*

10 Cum ergo hoc voluissem. *Hic consequenter ponit super hoc accusationem Corinthiorũ contra se, quia aliqui dicebãt ipsum mutasse propositum circa dictum promissum ex animi leuitate. Alij verò, quòd hoc fecerat ex carnali affectione. propter quod dicit:* Cum ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? *mutando propositum, vt mihi imponitis.*

11 Aut quę cogito secundum carnem cogi. *i. ex affectu carnali.*

12 Vt sit apud me est & non. *id est, duplicitas & falsitas, vt aliqui vestrum æstimant.*

13 Fidelis autem Deus. *Hic consequenter ponit suam excusationem. Et diuiditur in duas partes. quia primò ponit causam falsam. secundò, asserit veram, ibi:* Ego autem. *Prima adhuc in duas: quia duplici ratione ostendit se non fecisse, ex aliqua duplicitate seu falsitate. Et accipitur prima ratio ex officio prædicandi sibi à Deo imposito, cum quo non stat talis duplicitas seu falsitas. sed requiritur omnimoda veritas: quia tale officium imponitur à Deo, qui est ipsa veritas per essentiam. Et hoc est quod dicit:* Fidelis autem Deus. *à quo sum apostolus institutus.* — Diuisio.

14 Quia sermo noster, qui fuit apud vos. *& ab ipso deriuatur.*

15 Non est in illo est & non. *id est, aliqua fallacia.*

✠ 1 Dei

☞ stis, & hoc est videtur apud me esse, est & non, sed Deus est fidelis in promissis: quia in illo toto nostro sermone, qui *fuit ap. v. non est, & non*, id est, mendacium. In nostro sermone non fuit est & non: quia in illo Dei filio, id est, in eius prædicatione, qui Dei filius est prædicatus per nos: *non fu. est & non, sed est*, id est, affirmatio veritatis tantum *fu. in il.* Quod si mendaces essemus & ipse, quia quod docuit, tãtum prædicamus. Verax est Dei filius: *quia promissi. Dei in il.* id est, per illum *sunt: est.*

A

✠AMBROSIVS. Si quæ destruxi eadẽ ædifico, pręuaricatorem me constituo, ideo ergo fidelem in se dicit Dei prædicationem. Nã illud faciunt adulatores. Frequenter enim ne homines offendãt, quæ vera sunt prætermittunt.

B

✠THEOPHYLA. Soluit, quæ incũbere videtur obiectionẽ. Posset quispiam merito dicere: Si nulla tuis inest firmitas dictis, quandoquidem aliquid te cũm facturum affirmas, nihil egisse deprehenderis, vereor ne sermo hic tuus est & non, hoc est nihil in se habeat firmitatis. Ad hæc itaque respondens apostolus, inquit: Erat profectò mei iuris professionem ad vos polliceri, eóque me mea fefellit opinio, prædicatio verò Dei est opus, & ideo nec fieri potest, vt quempiam fallant diuina mysteria. Cum itaque sit Deus talis neque eius sermo, qui ad vos habitus est: & per nos prędicatus, vel infirmior, vel instabilis erat, ita fit, vt plerumq; diluat, quod affirmauerit: aut confirmet quod ante diluerit.

† per ipsum sunt etiam, & per. — † per nos. — † arram.

a ¶Id est, in eius prædicatione qui Dei filius Iesus Christus est.

Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædica- 1

tus est, per me & Siluanum & Timothæum: non fuit † in illo 2 3

a ¶i. mendacium. b ¶Nunquam aliud voluit quàm quod vtile est. c ¶Verax est Dei filius. Et verè, quia. 4

est & non: sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones 5 6

¶Vel secundum aliam literam: veritas & completio.

Dei sunt, † in illo est. Ideo & per ipsum amẽ Deo dicimus ad 7 8

a ¶Per quos manifestatur hoc. b ¶In vera prædicatione. c ¶Iudæos. ¶Quia & Gentes cum Iudæis confirmatæ sunt.

a gloriam † nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in 9

b a ¶In vera prædicatione Christi. b ¶In reges & sacerdotes per spiritum in baptis. vnde Petrus: Nos sumus genus electum, regale sacerdotium. c ¶Est. d ¶In libro vitæ scripsit, vel discernit ab alijs signo crucis. 10

c Christo & qui vnxit nos Deus, et qui signauit nos, & dedit 11

a ¶Spiritumsanctum in arram, vel dona sunt pignus, quòd spiritus est in eis. b ¶Aperit quare non venit eos sicut dixit. ¶Ne putent se contemptos. 12

d † pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem teste Deum 13

a ¶Non solum circa corpus, sed etiam contra. ¶Si mentior. b ¶Ne contristarem multos. ¶Ne eo asperiore incorrecti verterentur in seditionem. Vult ergo prius mitigare.

inuoco in animam meam, quòd parcens vobis † non veni 14 15

a ¶Primam vicem postquam à vobis discessi. b ¶Ideo dico parcens. c ¶Non quia dominum & coactionem patiatur fides. d ¶Quæ voluntatis & non necessitatis.

e vltrà Corinthum. Non quia dominamur fidei vestræ, sed 16

f a ¶Si vultis cooperari. b ¶Aeterni, vel quia gaudebunt emendati. ¶Quæ per dilectionem operatur, non dominio. 17 18

g adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statis. 19

† etiam & nõ, sed etiã.

D

bigamus de promissis eius. Si enim adhuc mortalibus spiritum suum credidit, dubium nõ est, quin immortalibus addat gloriã.

c *Vobiscum in Christo.* Tunc si vos estis firmi in Christo magis constat de nobis, per quos vos confirmati estis.

d *Ego autem, &c.* Pro leuitate vel terreno cõmodo non dimisi, sed parcẽs. Spiritale tunc dispositum non implet, quando prouidentius aliquid ad salutẽ meditatur.

✠THEODORET. Persuadere volẽs diuinus Apostolus vera esse, quæ dicũtur, eum, qui est cogitationum inspector, in testimoniũ vocauit. Deinde lenit asperitatem eorum, quę dicta sunt. Erat enim asperũ, & minarum plenum, quod eis parcens ad eos venire differebat.

E

✠AMBROSIVS. Nũc manifestat qua causa, cùm voluisset ire ad illos, distulit, vt tunc iret, quando iam prope omnes emẽdatos inueniret. His enim nunc loquitur, qui videbantur se velle corrigere, sed operam non dabant, vt hoc implerent. Quia ergo corripere illos necesse erat, iter suum ab illis diuertit, ne contristaret multos, & hoc fuit illis parcere. Quod vt mentibus eorum commendet, Deum testem dat, ne putarent se indignos esse, & contemni ab illo: quo comperto, vt præsentiam eius mererentur, emendarent se.

C

Vel etiam alia litera *veritas & comple.* quia in illo completæ & exhibitæ sunt. Et non est credendum, quòd mendax sit, per quem pater verax apparuit. Et quia promissiones Dei per Christum sunt impletæ, *ideo nos per ipsum dici Deo amen.* id est, veracem esse. Et quòd Christus, & Deus sunt veraces, est.

a *Ad glo. nost.* quia per hoc probamur vera prędicare. Nostram dico, non enim tantum nobis tribuo, sed Deo, quia qui confirmat est Deus.

b *Qui autem confirmat nos.* ✠AMBROSIVS. Christum dicit confirmare gentes in fide promissa Iudæis, quia ipse est, qui fecit vtraq; vnum, id est, Circuncisionem & præputium, in vno nouo homine faciens pacem. Dominus ergo cõfirmat, & Deus qui vnxit nos, id est, qui dedit regiam honorificẽtiam, sicut dicit Petrus Apostolus: Quia sumus, inquit, genus regale, per vnctionem spiritalem, cuius tipus fuit in regibus Iudæorum. Qui & signauit nos dando spiritum suum nobis pignus, vt non ambigamus — 1. Petr. 2.

e *Non quia do.* Ne indignarentur quasi de dominio eo, quòd dixerat, parcens vobis non veni. subdit: *Non quia do. &c.*

F

✠THEODORETVS. Hoc autem dixit tanquam tacitę obiectioni respondens, Quia enim verisimile erat dicere aliquos: Quid igitur? eáne de causa credidimus, vt seruitutẽ sustineamus: & à te instar domini castigemur? necessario subiunxit. Hæc dixi non tanquam in vos dominatum exercens, sed vt qui sim spiritalis vestri gaudij adiutor.

f *Sed adiutores sumus gaudij vestri.* ✠AMBROSIVS. Hoc est, quia sicut in malo opere iustitia est, ita & in emendatione gaudium: Huius gaudij adiutores sumus, inquit, quia volentibus eis emendare se, efferunt commonitiones, vt quod velle cęperant possent implere.

g *Nam fide statis.* ✠THEOPHYLACTVS. In his quidem, quæ fidem contingunt, rectò statu consistitis: quo fit, vt nil habeam cuius insimulare vos queam: in cæteris verò infirmiores estis, & ambulandi: à quibus si pedem non retuleritis emendati, merito nec secus vos pœna afficere, & mœrore potero, ac ipse vestri ob gratiam tristitia sum affectus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dei enim filius Iesus Christ. *qui est via veritas & vita, Io. 14. a.*

2 Qui in vobis per nos prædicatus est. *veraciter.*

3 Per me & Siluanum. *iste est, qui vocatur Silas, Act. 15.*

4 Et Timothæum non fuit in illo, *scilicet, Christo.*

5 Est & non. *id est, aliqua duplicitas.*

6 Sed est in illo. *quia omnes promissiones patribus factas à Deo fideliter adimpleuit.*

7 Ideo & per ipsum amen. *i. fideliter confitendo eius fidelitatem.*

8 Ad gloriam vestram. *quam per ipsum consecuturi estis certitudinaliter, nisi fuerit defectus in vobis.*

9 Qui autem. *Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex vsu dicti officij. nam Apostoli prædicando loquebantur ex speciali motione spiritussancti, Mat. 10. c.* Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. *& hoc modo non potest homo mentiri, licet hoc possit quando loquitur ex seipso. & hoc est quod dicit:* Qui au. con. &c. *i. spiritussanctus, qui coniungit membra ecclesiæ adinuicem & capiti.*

10 Qui vnxit nos. *gratia sua.*

11 Et qui signauit nos. *signo crucis in baptismo & confirmatione.*

12 Et dedit pi. spi. in cor. no. *De ratione pignoris duo sunt. s. q. tantum valeat, quantum res ipsa cuius est pignus. secundò, quòd non habetur res cuius est pignus nisi in spe. & sic in præsenti spiritussanctus est pignus factus in sanctis beatitudinis æternæ. æqualis enim bonitas est rei quã expectamus in futuro, quæ est ipsa trinitas. eadem enim bonitas est in vna persona quæ in tribus. Et supplendum est, quòd homo loquens ex spiritussancti inhabitatione & motione, vt sic non potest falsum dicere.*

13 Ego au. testem. *hic consequenter ponit causam veram, quare non venerat secundum promissi formam. Et confirmat dictum suum duplici iuramẽto. s. attestationis dicens:* Ego autem testem. *& execrationis, ibi.*

14 In animam meam. *id est, in periculum animæ meæ.*

15 Quod par. vo. nõ ve. vl. Co. *i. postquã à vobis decessi. Dicit autẽ parcens vobis: Sciebat enim eos pro tũc male corrigibiles, & sic ex aduẽtu suo ad corrigendum potuisset oriri inter eos seditio & maius periculum.*

16 Non quia do. *hoc dicit Apostolus, quia posset aliquis de Corinthijs dicere, quòd Apostolus loqueretur multum dominatiuè dicendo.* Parcens vobis. *ideo hoc excludit, dicens:* Non quia do. *q. d. non dixi hoc vt dominus vester.*

17 Sed ad. su. g. v. *quod expectatis.*

18 Nam. *id est, quia.*

19 Fide statis. *id est, immobiles in veritate catholica, & non ex coactione aliqua.*

Universidad de Deusto Biblioteca

CAPVT II.

A a Statui autem. Parcens non veni, *sed statui hoc idem*: quòd cum primam misi epistolam. *s. ne iterum venirem*: vel iterum esset tristitia, sicut fuit auditis eorum peccatis.

✱ AMBROSIVS. Apertum est, quia ideo noluit ire, ne forte corripiens paucos multos contristaret ipse etiam contristatus. Compatiuntur enim omnia mẽbra vnius mœrori.

✱ THEODORETVS. Nõ consultius autem existimaui, vt ad vos veniens, eos, qui peccant tristitia Afficiã. Illud autem, iterum, cùm præsentia non cum tristitia, coniunctum est.

- super tristitiam.

b *Si enim con.* Corrigendo, increpando

B quocunq; modo, vel per epistolã vel præsentiam.

c *Et quis est qui, &c.*

✱ THEODORETVS. Quid me æquè ecitarat, ac sensus eorum, qui accusantur? ex eo enim facio cõiecturã vtilitatis, quæ inest in reprehensione.

† Grauem.

✱ CHRYSOSTOMVS. Nolui ad vos venire, ne amplius vos contristarem increpans, indignans, auersans, deinde quoniam & hoc ipsum erat vehementius, & illorum continebat accusationem si sic res habebant: vt Paulus si venisset contristandus esset, correctione

C vsus, ait. Nam si ego contristo vos, quis est, qui me lætificet? nisi is qui contristatur ex me?

Q. Et vos me contristatis, *nisi qui contristatur ex me*. id est, secundum meam voluntatem, vt pœniteat.

d *Confidens.* ✱ THEODORETVS. Ideo meæ litteræ meum aduentum anticiparunt, vt cum per illas fuerit adhibitum remedium, id mihi lætitiam conciliet. Huius autem vos quoque D estis participes, vt qui nostra vestra esse ducatis.

Q. Videte ergo ne frustra confidam. quod meum gaudium erit, & vos debetis facere, quod ad meum gaudium spectat, *quia meum gaudium, &c.*

c *Non vt contristemini.* AMBROSIVS. Ad hoc enim corripiebat, vt ostenderet quo amore illos diligeret, de quorum peccatis plus illis dolebat, qui non hoc affectu corripit, contristat. Insultat enim, qui nõ condolet fratri.

f *Si quis autem cõtri.* Præcipit fornicatorẽ illum, quẽ prius sathanæ tradẽdum iudicauerat recipi, quia correctus erat.

g *Sed ex parte, vt non onerem, &c.* Non omnibus onus tristitiæ impono, propter illos, qui de peccatis doluerunt.

E

✱ AMBROSIVS. Omnes quos hic dicit, ex parte, sancti sunt. Duæ enim partes populo sunt, sicut in prima epistola memoraui. Hi ergo ex parte sanctorum sunt, quos contristatos in errore fratris significat, sicut & semetipsum. Hoc F autem dicens, onerauit peccantem. Plus autem fit reus in cuius delicto multi tribulantur.

h *Obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus ita, vt econtrario magis.* Quæ & si temporis quantitate vel alio modo non satis digna pœna videtur, in hoc tamen non est parua æstimanda, quòd fit à pluribus quibus congregatis sathanæ traditus est. Magnum vtique dolorem patitur: qui delictum suum plures videt horrere. Et ita sufficit, quòd à pluribus obiurgatur.

☞ THEODO

CAPVT II.

a S Tatui autem hoc ipsum apud me ne 1
¶Vos contristans.
iterum in tristitia venirẽ ad vos. Si enim 2 3
b ego contristo vos, & quis est qui me læ- 4
a ¶Nullus. b ¶Quod melius fit per epistolã quàm per præsentiã. 5
c tificet, nisi qui contristatur ex me? Et 6
a ¶Quod nemo me lætificet, nisi qui contristatur ex me. 7
hoc ipsum scripsi vobis, vt non cùm ve- 8
a ¶De incorrectione. b ¶De peccatis. c ¶De vobis.
nero, tristitiam super tristitiam habeã, de quibus oportuerat 9
a ¶Non solum nunc, sed olim cum contristauistis & sic grauiter peccastis.
b ¶Quod vltra non habebo tristitiam. c ¶ i. quando gaudeo vos gaudetis.
d me gaudere, † confidens in omnibus vobis, quia meũ gaudiũ 10
a ¶Tristitiã habui. b ¶Laboribus vigilando pro vobis & orando. c ¶Cura, dolore. ¶Primã epistolã. 11
omniũ vestrũ est. Nam ex multa tribulatione & angustia cor- 12
a ¶Quæ iudicio sunt quid intus esset. b ¶Hæc refero. c ¶Per memoriam eorum. 13
e dis scripsi vobis per multas lachrymas, non vt cõtristemini, 14
a ¶Quod desiderium emendandi. b ¶Alias habeo. c ¶Ostensam, quia omnes vt se diligit. 15
¶Quam putaueritis. d ¶Quibus de iure meo cessi. 16
f sed vt sciatis quàm charitatẽ habeam abũdantius in vobis. Si 17
a ¶Sicut ille fornicator. b ¶Per lachrymas scripsi, sed tamen condonare illi. ¶Tantum. ¶Etiam vos. 18
c ¶Non omnes, vt hoc omnibus non imponam, quod reprehensoriè dicitur: vel illos oneret, qui doluerunt de peccato. 19
g quis autẽ contristauit me, nõ me contristauit, sed ex parte, vt 20
¶Tamẽ. a ¶Tã grauiter deliquit. b ¶Quia talis facilè desperaret, si nimis asperè in eũ animaduerteretur. 21
h nõ † onerẽ omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio 22 23

† fiduciam hanc habẽs erga vos omnes.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT II.

✤ Diuisio.

1 STatui autem. *Postquam Apostolus posuit suam occasionem, hîc consequenter explicat eam exprimendo duplicem causam propter quam non venerat Corinthum secundum formam primæ promissionis. Secunda ponitur, ibi*: Cum autem venissem. *Prima causa est, quia sicut dictum est timebat, ne ex suo aduentu peius euenisset, & sic tristitiam sine vtilitate habuisset, quam explicat dupliciter. primò in generali, secundò in speciali, ibi*: Si quis autem. *Circa primum sciendum, quòd sicut dictum est, Apostolus timuit ne eius aduentus esset inutilis imo nociuus ratione dicta, & sic habuisset tristitiam sine vtilitate, propter quod disposuit non venire, sed magis scribere epistolam præmissam, reuocaturus eos ad pœnitentiam, vt sic cum veniret eos ad correctionem dispositos inueniret, & sic materiam gaudij ex pœnitentia eorum haberet: per quod patet, quòd dilatio sui aduentus fuit valdè rationabilis, & hoc est quod dicit*: Statui autem. *id est, firmiter disposui.*

2 Hoc ipsum apud me. *Id est, tunc ad vos non venire personaliter: sed magis scribere.*

3 Ne iterum in tristitia. *tam ex parte mea quàm vestra.*

4 Venirem ad vos. *ratione prædicta.*

5 Si enim ego contristo vos. *corripiendo indispositos.*

6 Et quis est qui me. *q. d. existens apud vos consolari non possum nisi à vobis, contristatus autem non potest alium lætificare, ideo subditur.*

7 Nisi qui contristatur ex me. *id est, vos per me contristati, si tunc venissem. quod non fieret, sed magis oppositum.*

8 Et hoc ipsum scripsi vobis, &c. *Fuit enim primò contristatus de peccato eorum: secundò magis contristatus fuisset de incorrigibilitate eorũ.*

9 De quibus oportuerat me gaudere. *inueniendo vos pœnitẽtes.*

10 Confidens in omnibus vobis. *& hoc vobis scribo confidens: quòd sic vos disponetis per pœnitentiam: quòd inde habeam gaudij materiam.*

11 Quia gau. meum omniũ ve. *i. cõsurget de bono omniũ vestrum.*

12 Nam ex mu. tr. & an. cor. *Angustia verò propriè est in mente, ex qua redundat tribulatio carnis in corpore, & vtrunq; contigerat Apostolo ex Corinthiorum peccato. ideo subdit.*

13 Scripsi vobis. *reuocans vos ad pœnitentiam.*

14 Per multas lachrymas. *à me fusas pro expiatione peccati vestri. Et quia aliquis posset credere, quòd hoc scriberet ad eorum confusionem & tristitiam, & ideo hoc remouet dicens.*

15 Non vt contristemini. *supple hæc scripsi.*

16 Sed vt sciatis quam charitatem habeam. *erga omnes fideles.*

17 Abundantius in vobis. *quia illos conuerterat ad fidem, vt patet ex supradictis: propter quod magis zelabat pro eis. Et loquitur Apostolus, vt magis moueantur amore quàm timore.*

18 Si quis autem. *Hic consequenter ponitur causa suæ tristitiæ in speciali de quodam, qui eum contristauerat. s. ille enormis fornicator, qui vxorem patris sui habebat, vt habetur. 1. Corin. 5. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit qualiter eum contristauit. secundo de pœna eius agit, ibi*: Sufficit illi. *Circa primum dicit*: Si quis autem contristauit me. *Et accipitur hic si, pro quia: quia ille nefarius contristauerat eum.*

Diuisio.

19 Non me contristauit. *scilicet, totaliter.*

20 Sed ex parte. *i. secundum quid. est enim duplex tristitia. Vna quæ absorbet, & deijcit rationem. Et ista secundum philosophum si cadit in sapientem, nec fuit in Apostolo. Alia quæ aliquantulum turbat rationem, quando quis turbatur de malo alicuius, & hæc fuit in Apostolo, tamen quia lætabatur de bonis aliorum, ideo subdit.*

Tristitia duplex.

21 Vt non onerem omnes vos. *imponendo vobis omnibus hoc onus, scilicet, quòd contristaueritis me, nam multi vestrum me lætificauerunt ex sua bona conuersatione.*

22 Sufficit. *Hic consequenter Apostolus agit de pœna illius. Et quia pœnæ medicinæ sunt cõtra morbum peccati: ideo securius est de pœna debita remittere, quã eam aggrauare. sicut securius est vti medicina debili, quã nimis forti, propter quod dicit Philosophus 5. Ethico. quòd Epicheies est diminutio pœnarum, & sic facit hic Apostolus, & ad hoc alios inducit dicens*: Sufficit illi qui hu. est, *scilicet, dicto fornicatori.*

23 Obiurgatio hæc quæ fit à plu. *i. quæ est tã manifesta, sicut est* ✤ separatio

☞ ✱ THEODOR. Ostendit etiam Corinthiorum studium.

A Sufficit enim, inquit, illi qui est eiusmodi obiurgatio illa quæ fit à pluribus. Omnes enim ipsum auersabantur, vt iusserat. Tantum vel scribendo valebat tabernaculorum opifex, propter eam quæ in ipso habitabat virtutem. Absorberi autem appellauit, Desperare, & à fide omnino deficere.

† condonare debeat & consolari.

✱ AMBRO. Magnum dolorem vtiq; patitur, qui delictum suum videt plures horrere.

† illo.

a *Donetis & conso.* Rectè homini pro peccato afflicto ignoscere & subuenire per cõsolationes præcipit. Si enim correctus in animo dolet, mox habet fructum.

† probationem vestri.

Hæc est enim vera pœnitentia, cessare à peccato. *Consolemini.* Per verba domini per prophetam dicentis: *Nolo mortem peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat.* Et itẽ: *Quacumque hora ingemuerit peccator: omniũ iniquitatum eius, non recordabor.*

† cõspectu. Ezech. 18. g

B

b *Ideo enim & scripsi.* Cum propter eum recipiendum scripserim, & propter hoc etiam scripsi, vt quos expertus sum mihi obedientes in eiectione, cognoscam an in omnibus obedientes.

c *Vt non circum.* ideo debemus condonare, ne decipiamur à sathana, per nimiam asperitatem. Sæpe enim propter asperiores animaduersiones in desperationem infirmus præcipitatur.

✱ TERTVL. Verebatur ne fraudarentur à Sathana circa eius personæ amissionem, quem Sathanæ ipse proiecerat, aut ne abundantia mœroris deuoraretur, quem in interitum carnis addixerat. Hic iam carnis interitum officium pœnitentiæ interpretantur, quod videatur ieiuniis & sordibus, & incuria omni, & dedita opera malæ tractationis carnem exterminan-

lib. de pudicit. c. 13.

C do satis Deo facere: vt ex hoc argumententur fornicatorem, immò incestum illum non in perditionem Sathanæ ab Apostolo traditum, sed in emendationem, quasi postea veniam ob interitum, id est, conflictationem carnis consecuturum, igitur & consequutum. Verùm fornicatorem non in emendationem sed in perditionem tradidit Sathanę, ad quem iam super ethnicos delinquendo transierat, vt discerent fornicandum non esse. Denique in interitum inquit carnis, non in cruciatũ, ipsam substantiam damnans per quam exciderat, quæ exinde iam perierat baptismate amisso, vt spiritus inquit saluus sit in die Domini. Ergo saluus erit spiritus tantò scelere pollutus propter hos perdita carne, vt saluus sit in pœna.

D

✱ AMBROSIVS. Hoc dicit quod suprà memoraui, quia consolatio debet subsequi fratrem delictum flentem, ne diu contristatus & contemptus, à charitate Ecclesiæ, incipiat desperare de se, & vidẽs qui semper in insidiis est subtilis diabolus mentem eius vilem effectam, accedat, & suggerat ei, vt vel præsentibus fruatur, qui de spe futuri præmij deiectus est: & pereat frater possessus à diabolo, cui ad hoc pœnitentia data erat, vt conuersus reformaret se, sicut dicit in Ezech. Prophe. nolo mortem moriẽtis quantũ vt reuertatur & viuat. Et iterũ: Cõuertantur, inquit, & replantabo illos.

† efficere vt in illum valeat charitas.

† occupemur, vsurpemur. Ezec. 18. Hieron. 12. 23. Ezech. 36.

E

a ¶Quia quanto à pluribus, tanto magis donandum.
a hæc quæ fit à pluribus ità vt econtrario magis † donetis & 1
a ¶Vt per exemplum Dauid & aliorum quibus indulta est venia. ¶Eum. ¶Per nimis asperam pœnitentiam desperans. ¶A diabolo. ¶Qui velit vti seculo.
consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui 2
¶Ne absorbeatur. ¶Qui possem iubere. a ¶Condonando ei quod debetis. 3
eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in 4
a ¶Quam habuistis eiiciendo eum. ¶Nunc. b ¶Quo animo feceritis eiiciendo eum.
b † illum charitatem. Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscã 5
¶Obsecro condonare, debetis autem. 6
† experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. 7
a ¶Condonaui quod bene potui.
† Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod do- 8
a ¶Sicut alij Apostoli. b ¶Quia non temerè hoc factum est & passim. c ¶Feci
d ¶Ac si ipse Christus condonaret, ne irrita videatur huiusmodi condonatio quę propter amicos.
naui, si quid donaui propter vos in † persona Christi: vt non 9
a ¶Vt faciat eum desperare. ¶Astutias. 10
c † circumueniamur à Sathana. Non enim ignoramus cogita- 11
a ¶Qui quos consentiendo ne quis decipere, facit nimis asperos. b ¶Parcens vobis, non veni Corinthum. ¶Prædicandum.
d tiones eius. Cũ venissem autẽ Troadẽ propter euãgeliũ Chri 12 13
¶Corda parata. ¶Operante Deo. ¶Non potui satisfacere voluntati meæ. 14
sti, & ostiũ apertũ esset mihi † in dño, nõ habui requiẽ spiritui 15

d *Cum venissem autem Troadem pro.* Post interpositionẽ de recipiendo fornicatore, redit ad ipsos, ostendens quòd sicut culpa eorum fuit, quòd non venit Corinthum, sic quòd non profecit in Troade, dum apud eos impeditus moratur Titus, sine quo non poterat ibi proficere: quia forsan lingua eorum Titus expressius vti poterat.

✱ THEODOR. Cum venissem, inquit Troadem non alia de causa quàm vt Euangelium prædicarem, valde sum cruciatus animo, cum viderem multos prædicationis gratia accedere, nec haberem ad illorum curam gerentem adiutorem, nondum enim Titus ad nos venerat, quem vestræ vtilitati prouidẽs ad vos miseram. Quamobrem vt qui laborum socium non haberem, eis relictis abij. Beatissimi autem Titi non frustra in præsentia meminit. Sed quoniam is litteras erat laturus, voluit viri virtutem ostendere. Hoc autem satis docuit, cum dixit, quod ille absente licet multi ad prædicationem accederẽt, eorum quæ erant necessaria nihil facere potuit. Ea de causa & fratrem eum nominauit, & pronomen adiecit, germanum esse docens.

✱ HIERON. Narrat Corinthiis quæ fecerit, quę passus sit & quomodo in cunctis Deo agat gratias, vt sub exemplo suo illos prouocet ad certandum.

☞ a Eo

F

NICOLAVS DE LYRA.

✤ *separatio à communitate per excommunicationem. quod factum fuit de illo fornicatore, quia traditus fuit sathanæ ad affligendum ad horam, vt habetur. j. Cor. v. b. Si enim durius corrigeretur, posset desperare, quod est pessimum. ideo subditur.*

1 Ita vt econtra. *aliquid remittendo de pœna propter periculum desperationis.*

2 Et consolemini. *ingerendo eorum exempla, qui sustinendo pœnam pro suis peccatis patienter consecuti sunt gratiam Dei, & aliquando maiorem quàm haberent ante lapsum.*

3 Ne fortè abund. *Per desperationem, vt dictum est.*

4 Propter quod. *ostendendo ei signa charitatis.*

5 Ideo enim & scripsi. *supple ista.*

6 Vt cognoscam experimentum vestrum. *id est, experientiam facti vestri.*

7 An in omnibus. *Hoc dicit, quia prius mandauerat ipsum puniri: & obedierunt & modo mandat aliquid de pœna remitti: quod si facient, apparebit eorum obedientia perfecta. Et quòd debeant hoc facere, ostendit, dicens:*

8 Cui autem aliquid. *Quando enim ipsi remiserunt aliquam pœnam debitam alicui, & rogauerant etiam Apostolum, quòd ipse remitteret: ipse acquieuit petitioni eorum: tamen cum discretione, ideo subdit.*

9 In persona Christi. *qui non potest errare. aliquando enim remittere non expedit honori Christi & ecclesiæ.*

10 Vt non circumueniamur. *i. vt non decipiamur à diabolo: qui aliquando tentat prælatos de nimis aspera correctione sub specie zeli iustitiæ: Et aliquando de nimis parua sub specie misericordiæ, ideo subditur:*

11 Non enim igno. *s. sathanæ. Quod intelligendum est in generali, quia semper intendit homines decipere. In speciali verò non possunt sciri, nisi à Deo: & ab eo cui reuelauerit.*

12 Cum venis. autem. *Hic ponitur secunda causa dilationis aduentus Apostoli apud Corinthios, quæ est, ne fructus maior impediretur apud alios. Circa quod ostendit primo sui itineris processum. secundo processus fructum, ibi*: Deo gratias. *Circa primum dicit*: Cum venissem autẽ Troadem propter euangelium Christi. *i. propter prædicationem euangelij.*

23. q. 4. non potest.

13 Et ostium apertum, &c. *id est, corda deuotorum cum deuotione parata.*

14 In domino. *i. per dominum. hoc dicit: quia oportet, quod prima præparatio ad gratiam sit à Deo, secundum quòd dicitur Thren. v. d.* Conuerte nos domine ad te, & conuertemur.

15 Non habui requiem. *id est, voluntati meæ in Christo firmatæ: quia videbam corda parata ad audiendum, & prædicare non poteram. Et huius causam subdit, cum dicit:*

✤ 1 Eo

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Eo quòd non*. Quia solus non poterat, & fideles instruere, & perstrepentibus incredulis repugnare.

b *Deo autem*. ✻ THEOPHYL. Deo, inquit, gratias agimus qui triumphat nos, id est triumphare nos facit in Christo Iesu: hoc est cum Iesum filium prædicamus: Perinde ac si dicat. Triumphent alij pro terrenis rebus his certando, ipse vero solum gloriæ duxerim, vt & alibi dixerat mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.

Hactenus de tribulationibus, & cuius culpa non venerat. Hic incipit se commendare, & pseudo deprimere.

c *Odorē notitiæ, &c.* Id est, Christum, qui velut odor procedēs à patre notificat eum inuisibilem. sicut aliqua res quę non videtur per odorē cognoscitur, & in quo loco sic intelligitur. Vel miracula vel doctrinæ verba quibus ad notitiam eius venitur.

d *Bonus odor*. s. vt olim hostia legalis, ita modo prædicatio vera: & syncera fama Apostolorum. Dei patris odor, Christus: odor Christi sunt Apostoli.

Odor Christi Apostoli in quorū vita & prædicatione Christus ostenditur, non blasphematur. Sicut de malis dicitur: *Nomen domini per vos blasphematur inter gentes.*

AMBRO. Prædicationem Christi dicit odorem, quia sicut quæ non videntur cognoscuntur per odorem, ita inuisibilis Deus per prædicationem Christi intelligi voluit.

AVGV. Iste bonus odor significatur in scriptura, nominatis quibusdam aromatibus & vnguentis. Dicit enim dominica sponsa: *Post odorem vnguentorum tuorum curremus.* Propter hunc odorem dicitur in euangelio: *Quod fracto alabastro vnguenti domus impleta est odore*, id est mundus impletus est bona fama, & doctrina Christi & Apostolorum. Odor iste vegetat diligentes, necat inuidentes, quasi qui inuidet famæ Christi vel Pauli, bono odore moritur: qui eam diligit viuit in bono odore. Si non esset claritudo sanctorum, inuidia non surgeret impiorum: sed si qui tales persequendo frangunt ampullam, odor vnguēti amplius diffunditur.

(In margine: † dimissis. † per nos. Aug lib. de præcept. sanct. & in Psal. 37. & 42. – tam. B † cauponātes. Rom. 2. d. tract. 50. in Ioan. tom. 9. & tom 7 li. 3. contra Iul pelag c. 23. Cantic. 1. a. Mat. 14. a.)

a ¶ Ibi, sicut condixeramus. b ¶ Qui impeditus apud vos non venit illuc. ¶ Qui ibi erat necessarius.
a tui meo, eò quòd non inuenerim Titum fratrem meum, sed
a ¶ Qui erant conuersi. ¶ In quibus ostium apertum. b ¶ Sed non inutiliter: quia sibi quasi triumphator extitit.
b † valefaciens eis profectus sum Macedoniam. Deo autem
¶ Ago. a ¶ Triumphare facit. b ¶ In prædicatione Christi: præparat corda ad credendum.
gratias qui semper triumphat † nos in Christo Iesu, & odo-
a ¶ Non per pseudo. b ¶ Vbicunque prædicamus. c ¶ Per nos.
c rem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. † quia
a ¶ Et suauis Deo, & si non ita vobis videtur. ¶ Bonus & horum respectu, qui inde saluantur: & eorum qui contemnentes pereunt, quia bona intentione facimus. b ¶ Misericordia.
d Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his
a ¶ Iudicio. b ¶ Deo bonus, sed hominibus aliis videmur odor mortis. c ¶ Inuidiæ & malæ opinionis ducentis in mor. æternam.
e qui pereunt. Alijs quidē odor mortis in mortem, alijs odor
a ¶ Dilectionis & bonæ opinionis ducentis eos in vitam æternam. b ¶ Nos sumus odor, & per nos hæc Deus operatur. & ad hæc, &c. c ¶ Pseudo apostolorum. ¶ Sicut nos veri apostoli, q. d. nullus.
f vitę in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus. Non enim sumus
a ¶ Falsa admiscentes, pro voluptate de non prole prædicantes. b ¶ Syncera intentione: non pro quæstu, & sine admixtione corruptionis.
g sicut plurimi † adulterantes verbum Dei: sed ex synceritate,
a ¶ Qui nos docuit. b ¶ Et hoc facimus. ¶ i. causa eius solum. ¶ Vt ei placeamus.
h te, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.

D ✻ ORIGE. Hoc est Christo accepti sumus. At quomodo Christi bonus odor os efficitur videam°. Peccatum res est fœtida, denique peccatores porcis comparantur qui in peccatis velut in stercore fœtido volutantur. Si quis ergo vestrum est, in quo odor peccati iā nullus est, sed odor iustitiæ, suauitas misericordię, christi bonus odor est. ✻ THEOD. Nos autem Christi bonū odorē omnibus præbemus, sed non omnes, qui sunt eius participes salutem assequitur. Malè enim affectis oculis, lux est incommoda & infecta. Sol tamen non affert incommodum, ferunt etiam vultures fugere odoris fragrantiam: vnguentum tamen est vnguentum, etiamsi vultures defugiant. Ita etiam salutaris prædicatio iis quidem qui credūt salutem procurat, iis verò qui non credunt affert exitium. (Super Gen. Homil. 2.)

E e *Odor mortis*. Vt de nostra prædicatione procedat mors, in de ruentibus in æternam damnationem.

f *Et ad hæc*. ✻ THEODO. Hæc autem non nos rectè facimus, sed per nos gratia spiritus. Nos enim ne hoc quidem ministerio nos dignos existimamus.

g *Sicut plurimi*. AMBRO. Hic pseudo Apostolos tangit, qui corrupta doctrina veritatem violabant, de quibus Esaias ait: *Caupones tui vino aquam miscent.*

h *In Christo loquimur*. Nunquam eum excedentes, vt qui de lege agunt, legalia prædicantes.

☞ CAP

NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Eo quòd non. *Duo enim imminebant Apostolo fienda, scilicet resistere hæreticis & infidelibus, & prædicare volentibus audire. Vtrumque verò per se sufficienter facere non poterat. Sed si Titum inuenisset, per se restitisset aduersarijs: ad quod requiritur maior scientia. & per Titum prædicasset: quia ad hoc sufficiebat, & erat magis eloquens in lingua Græca. Licet enim Apostolus omnes linguas sciret loqui: tamen magis facundus erat in Hebræa. & propter hoc Apostolus tunc non remansit in Troade, ideo subditur:*
2 Sed valefaciens. *id est fratribus Christianis.*
3 Profectus sum. *Hoc autem scribit Apostolus Corinthijs: quia tunc Titus erat apud eos ad sedandum eorum dissensionem: & sic erant in causa dilationis aduentus Apostoli ad eos.*
4 Deo autem. *Hic consequenter Apostolus ostendit itineris sui fructum. Et diuiditur in duas partes, quia primo fructum hunc ostendit. secundo, ab hoc fructu falsos Apostolos excludit, ibi:* Et ad hæc. *Circa primum dicit:* Deo autem gratias. *nam omnis operatio bona principaliter Deo est attribuenda.*
5 Qui semper triumphat nos. *i. facit nos triumphare de hæreticis per disputationem, Act. vj. c.* Non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. *& de persecutoribus facit nos triumphare per patientiam, secundum illud: Nobile vincendi genus est patientia: vincit qui patitur: si vis vincere disce pati.*
6 Et odorem notitiæ suæ, &c. *Notitia verò de Deo habita per scientias humanas solum illuminat intellectum, vt quòd Deus est vnus immutabilis æternus & huiusmodi: Sed notitia de Deo per sacram scripturam habita, vt quòd Deus est redemptor, glorificator & huiusmodi, inflammat affectum. propter quod est odorifera, Canti. j. a.* Curremus in odore vnguentorum tuorum.
7 Quia Christi bon. *Prædicando Christi doctrinam exemplo, & verbo ad honorem Dei. Differenter tamen bonis & malis. ideo subditur:*
8 Aliis quid. *id est, malis.*
9 Odor mortis. *quia ex hoc mouentur ad inuidiam & odium contra nos prædicantes, quæ mortificant animam gratiam auferentes, & ducunt ad mortem æternam.*
10 Aliis autem. *id est, bonis.*
11 Odor. vi. in vitam. *quia per hoc inducuntur ad Dei dilectionem, quæ viuificat hic per gratiam, & ducit ad beatam vitam.*
12 Et ad hæc. *Hic consequenter ab hoc fructu falsos Apostolos excludit, dicens:* Et ad hæc. *i. ad prædicandum hanc doctrinam tam sanctam & puram.*
13 Quis tam idoneus. *q.d. pseudo Apostoli quos recepistis non sunt huiusmodi, sed veri Apostoli Iesu Christi. Quod probat cōsequēter, dicēs:*
14 Non enim su. *scilicet nos veri Apostoli.*
15 Sicut pluri. *scilicet pseudo Apostoli.*
16 Adulterantes verbum. *Adultera enim dicitur mulier, quæ semen suscipit ab alio quàm à proprio viro.* Semē autem est verbum Dei. *Luc. viij. b. quod propter Dei gloriam & honorem suscipiendum est, ad prædicandum. & ideo qui propter quæstum vel vanam gloriam illud prædicant, adulterantur: quod faciebant falsi Apostoli.*
17 Sed ex synceritate. *i. pura intentione nos veri Apostoli prædicamus. Quod debet fieri propter tria quæ subduntur. cum dicitur:*
18 Sicut ex Deo. *id est, sicut missi à Deo sumus, cuius nuncij & ministri debent esse puri, Leui. xj. g.* Sancti estote quoniam ego sanctus sum. *Et sic habetur primum. Secundum tangitur, cum dicitur:*
19 Coram Deo. *i. ipso vobis assistente in cuius præsentia oportet loqui purè & sanctè. Tertium ibi:*
20 In Christo loquimur. *i. de Christo qui est purissimus. Et sic patet, quòd prædicatio nostra debet esse syncera ratione mittentis, assistentis, & materiæ prædicabilis.*

ADDITIO.

Secunda ad Corinth. ca. 2. vbi dicitur in Postil. Adulter. verbū Dei. *Super hoc verbum:* Adulterantes verbum Dei, &c. *glo.* Adulterantes. *i. falsa admiscentes: & pro voluptate, nō pro prole prædicantes: Hæc in glo. Vnde non solum ex parte finis debiti dicitur quis adulterari verbū Dei, scilicet qui propter quæstum vel vanam gloriam: sed etiā periculosius videntur adulterari verbum Dei, qui corrupta doctrina veritatem violant admiscendo eam veris. De quibus secundum Glo. Isa. ait j. ca.* Caupones in vino aquam miscent.

A ☞ *Item in hoc quod sequitur:* Sed ex synceritate, *quatuor tanguntur quæ requiruntur in sana verbi Dei prædicatione. Primum est, quòd sit ex recta intentione. s. non pro quæstu seu vana gloria. vt dictum est. & de hoc dicit:* Ex synceritate. *Secundum est, quòd sit sine admixtione alienæ doctrinæ, quæ in sacro eloquio non habet fundamentum, seu in recta ratione naturali quæ à Deo est, de quo dicit:* Sicut ex Deo. *s. discimus in scripturis ab eo reuelatis, seu lumine naturalis rationis nobis ostēsis. Tertium est, quòd sit sine aliqua hypocrisis fictione. de qua dicit:* Coram Deo. *Quartum est, quòd non alta nec plus quàm oportet excedat. de quo dicit:* In Christo. *s. nunquā sanā eius doctrinā excedens.* D

CAP. III.

INcipimus iterum. Quia sciebat eos sinistrè accipere suam commendationem, sicut & in prima epistola, quasi suam gloriam quæreret, incipit contra eorum opinionem ostendens se non suam gloriam sed Dei quærere.

a ✻ THEOD. Non enim nostrum erat hæc dicere, sed vestrum, qui & nostra, & quæ ad illos pertinent rectè scitis.

b ✻ AMBRO. Quoniam pseudoapostolos notat, praua eorū commenta designās: se autem verum prædicatorem testatur, videtur iterū commendare se, sicut in prima epistola.

B b *Aut nunquid, &c.* ✻ THEOD. Per hæc significat, quod quidam ex illis impostoribus, & per alios seipsis commendarunt, & rursus ab ipsis commendatitiis ad alios epistolis instructi iter ingressi sunt.

✻ AMBRO. Hoc dicens, & suum sensum purgat, & adhuc pseudoapostolos notat, quos proprij honoris & quæstus causa circuire ecclesias probat, ad auferendam, non ad tribuendam salutem.

(In margine: † Intelligitur. † dum declaratis. † carneis.)

CAPVT III.

a ¶ Quasi semper in hoc noui. b ¶ Sicut in prima. c ¶ Non Deum. d ¶ Istis laudibus ¶ Putatis egere. ¶ Pseudo. ¶ Quos nulla virtus commendat.
INcipimus iterum nosmetipsos commendare? Aut nunquid egemus, si-
¶ Ab aliis missis.
cut quidam, commendaticiis episto-
¶ Ad alios. a ¶ Non egemus: quia. ¶ Institutio nostra.
lis ad vos, aut ex vobis? Epistola no-
a ¶ In quibus scientia & vita mea repræsentatur aliis. b ¶ Quia semper habeo curam de vobis. c ¶ Quod per nos instituti. d ¶ Qui per vos dicunt nos imitari.
c stra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ † scitur & legi
d a ¶ Vos. ¶ Ab omnibus. b ¶ In hoc.
tur ab omnibus hominibus, † manifestati, quoniam episto-
a ¶ Dum mihi similis & Christo. vel Christus principaliter vos scripsit, non ego. b ¶ Quia nostro ministerio operatur Deus in vobis.
e la estis Christi ministrata à nobis, & scripta, non atramen-
a ¶ Illustratione spiritus Dei qua intus scribit. ¶ Qui intus scribit viuit. b ¶ Aeterni. c ¶ Duris cordibus habentibus notas, nec sentientibus. vt vetus lex.
f to, sed spiritu Dei viui. Non in tabulis lapideis, sed in
g a ¶ Latis ex charitate. b ¶ Quia intelligunt. ¶ Mollibus, quia habent affectum implendi. c ¶ Quod non veteres.
h tabulis cordis † carnalibus. Fiduciam autem talem habemus
i a ¶ Per quem nobis hæc potestas data. ¶ Ita. ¶ Præfert Deum Apostolicæ dignitati.
k per Christum ad Deum. Non quòd sufficientes simus

c *Epistola nostra vos*. ✻ AMBROS. Epistola Apostoli salutis indicium est. Rectè ergo ait, quòd salus Corinthiorum in corde erat Apostoli, & eorum qui cum illo erant, semper enim de salute eorum cogitabant. Cum ergo in corde fuit Apostoli, & eorum qui cum ipso erant, epistola fuit scripta in cordibus eorum, quia qui semper alicuius memor est, scriptus est in animo eius. (1, Corin. 16. 2. Cor. 13.) C

✻ THEODOR. Nos non opus habemus litteris, res enim ipsę erunt nobis testimonium, & animatam habemus epistolam, quæ vobis nostra commendet, fidem nostram, quæ vbiq; & in terra & in mari decantatur. nos enim vos ab errore liberantes, ad lucem Dei cognitionis adduximus.

d *Quæ cognoscitur*. ✻ AMBROS. Apertum est, quia cum dicuntur Christiani, Epistola Christi sunt, indicantes salutem quam dedit Deus in Christo omnibus hominibus scribentibus Apostolis, dum enim docent scribunt.

e *Scripta non*. Idem quòd estis repræsentatio Christi, & mea hoc est firmiter scriptum in cordibus nostris, non delebiliter: vt quod atramento scribitur: Vel non tetris notis, vt pseudo qui hæreses interserunt. (A g. li. 3. de doctrina Christi.)

✻ AMBRO. Quoniam quæ promissa sunt æterna sunt: idcirco Dei spiritu scripta dicuntur, qui semper est: temporalia autem attramento, quod obsolescit, & perdit memoriam.

f *Spiritu Dei*. i. spiritusancto docente instructi estis, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, qui in euangelio dicitur digitus Dei. Hoc digito scripta est lex vetus in tabulis lapideis. Noua diffusa est in cordibus. Hæc lex est charitas Dei. Illa lex operum litera occidens præuaricatorem. Ista fidei viuificans dilectorem. Ibi lex extrinsecus posita est qua iniusti terrentur: Hic intrinsecus posita qua viui iustificarentur. Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus est, vt significaretur duritia cordium illius populi. Hic idem digitus in cordibus hominū operatus est, vt volūtas prompta & intelligentia capax significaretur. (Luc. 11. c.) E

g *Non in ta*. AVG. Lapis enim nō signat nisi durissimam voluntatem, & aduersus Deum inflexibilem. (Tom. 6. cōtra Faustū, lib. 18. ca. 4)

h *Carnalibus*. Sensum habentibus, non lapideis sine sensu.

✻ AMBRO. Nunc legem veterem pulsat, quæ primum data in lapideis tabulis abolita est, fractis tabulis sub mōte à Moyse. Noua autem lex in animo scribitur, hoc est in corde, non per calamum, sed per spiritum, quia fides æterna res est, ab spiritu scribitur vt maneat: vetera autem pręcepta deficiente mūdo cessabunt. Quomodo ergo differt lex à lege, ita differunt dispensatores illius legis, à dispensatoribus legis fidei. (Exod. 32.)

i *Fiduciam*. Dixit se non egere epistolis modo, quòd non se commendat, sed Christum. Q. Epistola Christi, & nostra estis, sed fiduciam dicendi talia non ad vos, sed ad Deum referimus.

✻ THEODOR. In tempore, Dei vniuersorum meminit, quoniam qui contraria prædicabant, dicebant Deum exigere legis obseruationem. Dicit ergo. Nos in Deo vniuersorum fiduciam habemus, cū Christus nobis ac fiduciam dederit. Non nobis de nobisipsis placemus, nec ex propriis cogitationibus contexentes, prædicationem afferimus. F

✻ AMBROS. Quanta dignitas sit in Apostolis, manifestat cùm dicit, *Fiduciam autem, &c.* Vt ostendat veteres non hāc habuisse fiduciam ad Deum, quia minor fuit administratio.

k *Non quòd suffi*. Quis enim non videat prius esse cogitare quàm credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Quanquam & ipsum credere nihil est aliud, quàm cum assensione cogitare. Si ergo cogitare bonum non est ex nobis, nec credere. (Aug. lib. 1 contra duas epi. Pelag. c. 8 & lib. 2. de bono perseuerantiæ. cap 8 & 13. Credere.)

☞ a Sed

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

INcipimus. *Postquā Apostolus præparauit animos auditorum, hic consequenter prosequitur principale propositum de ministris ecclesiæ pertractando. Circa quod sciēdum, quòd primo bonos commendat. secundo malos vituperat. x. c. Prima adhuc in duas. quia primo commendat noui Testamenti ministerium. secundo exhortatur ad huiusmodi ministerij vsum ca. vj. Prima in tres. quia primo commendat mysterium noui Testamenti ex eius dignitate. secundo, ex vsu ca. sequen. tertio. ex fine ca. v. Prima adhuc in duas, quia primò remouet quandā obiectionem. secundò ponit ministrorū ecclesiæ cōmendationē. ibi:* Qui & idoneos. *Circa primum sciendum, quòd cū Paulus esset vnus de ministris ecclesiæ, posset aliquis obijcere, quod ipse vellet seipsum cōmendare, & propriā laudē quærere, ministros ecclesiæ cōmendando. Hoc autē remouet Apostolus dupliciter, ostendens primo, quòd talibus nō indigebat. secundo, quod eā non quærebat, ibi:* Fiduciā autē. *Dicit igitur:* Incipimus iterum, &c. *q.d. nō: sed ad manifestationē veritatis & reprehensionē falsitatis hoc dicimus ad honorem Dei.* 2 Aut nun. *i. falsi Apostoli.* 3 Cōmen. epi. *i. ad nostrā cōmendationē.* 4 Ad vos. *i. missis ab alijs.* 5 Aut ex. *i. missis ad alios. Tales enim epistolas impetrabant falsi Apostoli ad magis extorquendum quæstum. q.d. Apostolus, talibus non indigemus. & subdit causam huius di.* 6 Episto. no. *i. nostræ dignitatis manifestatiua.* 7 Vos estis. *qui per me estis conuersi ad fidem.* 8 Scripta in. *quia recentē memoriam de ipsis iugiter habebat.* 9 Quæ scitur. *inquantum notum est omnibus. quòd à me estis instructi.* 10 Et legit. *inquantū exemplo vestri excitantur ad bonū alij, & ad reuerentiam vestri. Sed quia conuersio istorum principaliter est attribuenda Deo Apostolis vero ministerialiter tantum, ideo subdit:* 11 Mani. quoniā. *tanquam principaliter operantis:* 12 Mini. à n. *quia ministerialiter cooperati sumus.* 13 Et scripta, non. *quod est delebile.* 14 Sed spiritus. *i. spiritusancto viuificante corda.* 15 Non in tabulis. *sicut lex Moysi.* 16 Sed in tabulis. *i. in cordibus per charitatem dilatatis.* 17 Carnalibus. *i. tractabilibus per obedientiam promptam.* 18 Fiduciam autem. *Ostenso quòd hominum commendatione Apostolus non indigebat, hic consequenter ostendit quòd eam non quærebat per hoc quòd quicquid agebat boni, non sibi, sed Deo attribuebat: ideo dicit:* Fiduciam autem. *i. audaciam sic loquendi.* 19 Non quòd suffic. *quod est minus quàm dicere vel facere. & per consequens, si istud quod est minimum in humanis actibus Deo attribuit, & illud quod est maius.* (In margine: Diuisio.)

✻ 1 A nobis

☞ a *Sed sufficientia.* Attendant hic & verba ista perpendant, qui
A putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex Deo eius supplementum. Commendat enim gratiam, quæ non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita.

✻ Hieron. Ex quo intelligimus non nostræ solum esse potestatis facere qđ velimus: sed etiā Dei clementię, si nostrā adiuuet voluntatem.

Dialog. 2. adu. Pelag.

✻ Theodor. Ipse enim vniuersorum Deus sufficientem suppeditauit potestatem, vt gratiæ spiritus inseruirem°. Non enim veteris legis litteras asserimus, sed nouum donum spiritus.

✻ Ambro. Quāuis pręferat Apostolicam dignitatem, in Dei tamen laudē prorumpit: non istud meritis humanis adscribens, sed eius gratiæ qui dignatus est pro vita humana salutarem prædicationem ordinare, quæ quos lex vetus reos tenebat, saluaret data remissione peccatorum per Iesum Christum dominum nostrum.

† aboletur.

B

a ¶ Saltem. b ¶ Boni. c ¶ Quod sit ex nostra parte, nos defendens quasi ex nobis procedat.
a cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia no- 1
a ¶ Item alia commendatio. b ¶ Perfecta scientia & vita. c ¶ Pseudo veteris.
b stra ex Deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui te- 2
a ¶ Non existentis in litera tantum docente, sed spiritu adiuuante, qui per nos datur. ¶ Sine spiritu. 3
b ¶ Quia facit spiritualiter intelligere.
c stamenti non litera, sed spiritu, Litera enim occidit, spiritus 4
¶ Qui facit implere. a ¶ Et hæc ministratio erit in gloria æterna: Quod per minus probat. i. per vetus testamentum. 5
b ¶ i. turpiter formata, quia inhonesta secundum literam, vel plene scripta, si quis spiritualiter caperet. 6
autem viuificat. Quod si ministratio mortis literis defor- 7
a ¶ i. tabulis lapideis ad literam, vel duris capere vel amare. ¶ Moysi ministro illius. 8
b ¶ Aciem visus sui.
mata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent in- 9
¶ Quia indigni erant. a ¶ Descendentis de monte cum lege accepta. b ¶ Fulgorem: qui significat eum clarè videre ad quod illi non poterant accedere. 10
tendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vul-
¶ Hoc non potest negari.
d tus eius quæ † euacuatur: quomodo non magis mini- 11 12

b *Qui & ido.* Hic commendat se per dignitatem officij, scilicet euangelij, præferens se non solum pseudo apostolis qui carnales obseruātias prædicāt, sed si ipsi Moysi ministro legis.

c *Litera enim occi.* Ideo fecit Deus ministros noui testamenti per spiritum, non per literam, quia litera occidit, dum facit scienter peccare: & addit præuaricationem, & magis incitat, præsertim post aduentum Christi. Et sic litera sine spiritu adiuuante occidit. Dum verò adest viuificans spiritus, hoc ipsum intus conscriptum facit diligi quod foris scriptum lex faciebat timeri. *Litera occi.* Avg. Aduerte quam dicat Apostolus literam quæ occidit, cui velut econtrario spiritum viuificantē ingerit. Ea certe est decalogus in illis duabus tabulis scriptus: quia lex subintrauit, vt abundaret delictum. Porro autem præcepta ista tam sunt vtilia facienti & salubria, vt nisi quis ea fecerit, vitam habere non possit. Non ergo dicitur litera occidens, eo quòd lex mala sit, sed quia prohibens peccatum, non viuificat hominem: sed auget concupiscentiam, & peccatum præuaricatione accumulat, nisi liberet gratia per legem fidei. Apparet ergo literæ vetustatem, si desit nouitas spiritus reos facere potius homines cognitione peccati quā liberari à peccato. Vnde, *Qui apponit scientiam, apponit dolerem.* non quia ipsa lex malū est, sed quia mandatum bonū habet tantum in litera demonstrante, nō in spiritu adiuuante. Quod mandatum si fit timore pœnæ, non amore iustitiæ, seruiliter fit, non liberaliter: & ideo nec fit. Non enim fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit. Si vero assit fides operans per dilectionē fit delectatio boni: quæ non literæ, sed spiritus bonum est.

Tom 10. de ve bis Apostol. serm. 3. eadē exponit verba. tom. 3. Rom. 5. c li. de spiri & litter. ca. 45. & lib. de doct. Christ. cap. 7.

D

Ro. 1. d

Avgv. Litera & spiritus alio modo dicuntur lex & gratia. Lex ergo bona est, sed cum gratia, vt cum charitate scientia prodest, sine ea occidit, ita lex sine gratia occidit, cum sit virtus peccati: quæ cum iubet quod sine gratia impossibile est, indicat homini quòd infirmus est, vt quærat gratiam. Lex ergo ducit ad fidem, fides impetrat spiritum, sine quo non est voluntas libera, cum cupiditatibus vinciatur. In malo quidem est libera, ad bonum nisi filius liberauerit.

E

d *Quæ euacuatur.* ✻ Theod. Ministrationem legis vocauit ministrationem mortis, quoniam lex puniebat eos qui transgrediebantur. Si ergo, inquit, vbi supplicium, & mors & litteræ lapidibus insculptæ, qui ea afferebat tantam in vultu gloriam acceperat, vt qui videbant non ferrent splendorem qui ex eo emicabat: multomagis qui diuino spiritu seruiunt, fruentur maiori gloria.

✻ Ambrosivs. Manifestum est maiorem esse gratiam legis fidei quàm legis Moysi. Quamuis enim ad hoc sit data lex Moysi, vt prodesset, contempta tamen facta est lex mortis. Ergo quia peccatoribus prouidere non potuit, venit lex fidei ☞ quæ

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 A nobis quasi ex no. *q. d. Licet enim agam aliquid per liberum arbitrium, non tamen ex me, quia liberum arbitrium non est causa sufficiens boni operis sine diuina motione. & sic liberum arbitrium saluat. cum dicit:* A nobis: *Et gratiam Dei commendat, cum dicit:* Quasi ex nobis. *Et sic tollitur duplex error. Vnus illorum qui dixerunt liberum arbitrium nihil agere in meritorio opere: sed totum esse à Deo: quia taliter non esset remunerandum. Alius est error Pelagij dicentis, quòd inchoatio boni operis est à nobis: consummatio autem à Deo. qui tollitur per hoc quod dicitur hic, quòd in bona cogitatione Deus operatur. principium autem boni operis ex parte nostra est cogitatio ipsa. Motio autem primi mouentis requiritur in mouentibus secundis, qui disponit omnia suauiter: propter quod mouet omnia ad fines suos consequendos secundum conditionem naturæ ipsorum. & ideo illa quorum natura est, vt sint liberæ voluntates, liberæ mouent ad actus suos, scilicet creaturas rationales, alias autem non libere. Et accipitur hic libere, & non libere, prout motus est in creatura: quia prout à Deo est, libere facit quicquid facit.*

C

Erroris duplicis cōfutatio.

Sap. 8. a.

2 Qui & idoneos. *Remota obiectione, hic consequenter commendat ministros ecclesiæ. & primo quantum ad officij dignitatem, secundo quantum ad cognitionis excellentiam, ibi:* Habentes igitur. *Primo adhuc in duas, quia primo ostendit noui Testamenti, & veteris differentiam. Secundò, ex hoc arguit ministrorum noui Testamenti dignitatem, ibi:* Quod si ministratio. *Dixit autem Apostolus, quia sufficientia nostra ex Deo est. ideo continuans se dictis, subiungit: Qui scilicet Deus,*

Diuisio.

3 Nos fecit ministros noui. *Deus enim disponit omnia suauiter, inquantum dat vnicuique rei virtutem exequendi propriam operationem ad consequendum debitum finem: propter quod Deus dedit Apostolis spiritussancti donum, vt essent idonei ad consequendum suum officium, nisi poneretur impedimentum à parte recipientium. Officium autem eorum fuit ministerium noui Testamenti: ad quod exequendum illos idoneos fecit.*

4 Non litera, sed spiritu, *Quia nouum Testamentum non fuit datum Apostolis per scripturam sed per infusionem spiritussancti illuminātis corda eorum in cognitione veritatis, & inflammantis effectum per ardorem charitatis. Propter quod dicitur lex spiritus. Testamentum autem vetus lex literæ, quia scriptum fuit in libro & aspersum sanguine. vt habetur Exod. 24. & hæc differentia veteris & noui Testamenti habetur Ierem. xxxj. e.* Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, &c. *Et subditur causa quare nouum Testamentum dicitur spiritus: & vetus Testamentum lex literæ, cum dicitur:*

F

5 Litera enim occidit. *Quia Testamentum vetus cognitionem peccati dabat, non tamen gratiam. & sic augebat concupiscentiam occasionaliter ex malitia humana, quæ semper nititur in vetitū. & sic augmentabat peccatum quod occidit, vt plenius dictum fuit Rom. vij.*

6 Spiritus autem viuificat. *scilicet sanctos: in quo data est lex noua, vt dictum est propter quod fuit necessaria post legem veterem.*

7 Quod si ministratio. *Hic consequenter ex dictis arguit excellentiam & dignitatem ministrorum noui Testamenti. quia ministerium veteris Testamenti, quod fuit minus, habuit gloriam & dignitatem annexam. sicut patet in Aaron, & in filijs eius qui ex decursu veteris Testamenti. & multo magis ministerium noui Testamenti, quod est maius, habet gloriam annexam & dignitatem. Huius igitur rationis primò ponit virtutem. secundò remouet obiectionem, ibi:* Nam nec glorificatum. *Circa primum dicit:* Quod si ministratio mortis. *i. ministerium veteris Testamenti: Quod dicitur ministratio mortis occasionaliter ratione dicta.*

8 Literis deforma. *i. in tabulis lapideis Moysi traditis.*

9 Fuit in gloria. *id est, in reuerentia.*

10 Ita vt, &c. *propter gloriam vultus eius. i. propter claritatem vultus eius. Vbi enim nos habemus:* faciem cornutam. *Exo. 34. alia translatio habet,* faciem splendidam. *Apparebant enim in facie Moysi quidam radij procedentes sursum angulariter in figuram cornuum.*

11 Quæ euacuatur. *quia vetus Testamentum cessat adueniente nouo, quantum ad ceremonialia & iudicialia modo superius dicto. Rom. iij. & plenius dicetur in epistolam ad Heb.*

12 Quomodo. *i. ministerium nouæ legis, quod cōmissū est Apostolis.*

✻ 1 Erit

☞ quæ hos saluaret, non solum ignoscens sed & iustificans eos.
A Multum ergo interest inter legem & legem. Tunc enim maculati peccato in vultum Moysi descendentis de monte cum lege accepta in tabulis, intueri nō poterant, quia gloriosa facta erat facies eius, ne à peccatoribus posset aspici, qui digni erāt morte. Quæ nunc gloria euacuatur per legem spiritus, cum accepta remissione peccatorū facti iusti, digni sunt aspicere & possunt gloriam Dei, sicut viderunt in monte Petrus & Ioānes, & Iacobus gloriā Christi. Quia & in Moyse statim trāsiuit, nec modo in ministris veteris legis est.

Exod. 34.

† excellit.

Mysticè.

Vel mysticè, per faciem Moysi potest intelligi spiritualis intellectus legis. Per gloriam faciei legales obseruantiæ, quæ erant figurę veritatis. Q. Ita. fuit lex Moysi in gloria, vt filij Israel. i. Iudæi, non possent intendere in

Aug li contra adu. legis & prophet. lib. ad Simplician.

B

a ¶ Noui Te. in quo datur spiritus. b ¶ Nobis. c ¶ Aeterna. d ¶ In gloria æterna erit, quia dat iustitiam spiritus qui in ea datur. quod iterum à minori probat.
stratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damna- 1
a ¶ Veteris quod omnes præuaricatores constituit. ¶ Moysi. b ¶ i. dat abundè gloriam. 2
c ¶ Nouum Te. in quo datur spiritus, per quem est iustitia & consummatio virtutum.
a tionis in gloria est, multo magis † abundat ministerium 3
a ¶ Quia non profuit gloria vultus, sed obfuit: & si culpa illorum, non sua.
b iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod † claruit in 4
a ¶ Quare? b ¶ Quæ de no. Te. vbi puri vident gloriam Dei. 5
c ¶ In isto gloria quæ manens est, quia no. Test. non succedit aliud. 6
c hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod eua- 7
a ¶ Fuit ministratum & receptum per gloriam Moysi, sine qua non commendaretur. ¶ Aeterna. 8
cuatur † per gloriam est, multo magis quod manet, in glo- 9
a ¶ Quia ministri noui Testamenti certi sumus de tanta gloria. b ¶ Videndi gloriam Dei. 10
¶ Crescit fiducia operibus.
d ria est: Habentes autem talem spem multa † fiducia vti- 11 12
e ¶ Et quia aperta gloria. a ¶ Per figuras legales, quia nimio fulgore non poterant eum videre.
f mur. † Et non sicut Moyses ponebat velamen super fa- 13
a ¶ Clarum & spiritualem intellectū. b ¶ Ideo ponebat. c ¶ Quia non poterant pati causa peccati. 14
ciem suam, ut non intenderent filij Israel in † faciem eius,
a ¶ Velamē modo nostris expositionibus remouetur, sed ratio eorum hebes est, nec potest penetrare quamdiu non credunt. b ¶ Per gratiam.
quod euacuatur, sed † obtusi sunt sensus eorum. Vsque in 15 16

fa. eius. i. capere spiritualem intelligentiam legis: quia Christum in lege non intelligebant, & hoc propter gloriam vultus eius. i. legales ceremonias, quæ propter Christum significandum fiebant. Sed illi adhuc carnales in eis Christum non intelligebant. quod significabat velamen Moysi positum super faciem. Quæ gloria Moysi euacuatur, quia figura erat veritatis, quæ euacuatur, quia veniente imperatore, imagines tolluntur de medio. *Euacuatur.* Ambro. Quia finem figuræ habent. *Euacuatur.* Ambro. quia figura non veritas. gloria Moysi, quia stellæ in vespere. Christus quasi sol, qui oriens stellas obscurat.

a *Multo ma. abundat.* id est, in laude quàm vetus: quia magis gloria Dei est in salute, quàm in morte. Quamuis iustè damnet quod agebatur sub lege, tamen magis ad laudem proficit si indiget, vt possit se reus corrigere. quod per gratiam in nouo Testamento præstatur.

✻ Theodoret. Lex eos qui peccabant condemnabat, gratia autem eos suscipiens per fidem iustificat, ad diuinum enim baptismum adducit, & donat remissionem. Si ergo qui illi seruiit fuit gloriæ particeps, multomagis qui huic, nempe gratiæ, seruierunt, maiorem assequentur.

D

✻ Ambros. Hoc dicit, quia amplius est donum iustitiæ Dei per fidem Christi quàm legis veteris: quia magis gloria in salute est, quàm in morte, quamuis iustè damnet, tamen ad laudem proficit magis si indulgeat vt possit reus corrigere se.

✻ Sedvlivs. In comparatione euangelicæ gloriæ obumbratur gloria legis, sicut orto sole obtūditur lunæ lumen, cū tamen suo tempore magnum habeat fulgorem.

† glorificatum fuit.

b *Nam nec.* Verè abundat, quia adeo ꝙ ad eius comparationem illa nec dicenda est gloria.

E

† fuit in gloria.

† libertate vtamur.

c *Quod cla.* s. Moyses in *hac.* prædicta *parte.* i. facie. Vel nō est gloriosum in hac parte. i. respectu huius nostrę partis. Illa enim tanta fuit, quāta seruo credi debuit. Hæc verò tanta quāta est genitoris Christi: quia Christus in gloria est Dei patris, vt tantum intersit inter gloriā Moysi & Christi, quantū inter imaginē & veritatē.

† Exo 33. d

† finem.

† Obcęcati

d *Habentes.* i. Ostensa dignitate noui & veteris Testamenti ostendit vsum vtriusque.

e *Multa fi.* Vsu exercemus vnde crescit nobis fiducia. Tantū enim videbimus quantum credimus. & quia aperta est gloria, & nō cælamus sensum nostrū, sicut Moyses, sed apertè dicimus.

Augu li. 2. cont adu l. & proph. & in Ps. 64.

✻ Theod. Scimus gloriæ magnitudinem, & nihil dubitamus, aut vlla suspicione mouemur, sed liberè ostendimus quanta sit gloriæ excellentia.

✻ Ambros. Spem habere nos dicit videndi gloriā, non talem qualis fuit in vultu Moysi, sed eam quam viderunt tres Apostoli in monte, reuelante se domino. Hinc igitur coniicere debemus quantum nobis contulerit diuina clementia, quantumque nos superioris gratiæ dono ditare dignata est, quam dederat Iudæis.

f *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, &c.*

L 5. aduers. Marc. c. 11.

✻ Tertvl. Figuratum ostendit fuisse velamen faciei in ☞ Moyse

F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Erit in gloria. *id est, honore & reuerentia quasi dicat. Multo magis debet esse, Vnde adhuc subditur.*

C 2 Nam si ministratio damnationis. *id est, veteris Testamenti: quod dicitur damnatio occasionaliter, inquantum malicia hominis nititur in vetitum: & sic in transgressionem præcepti quæ est mors culpæ, & dicit ad mortē gehennæ. Et hæc materia scilicet quomodo lex erat occasio peccati, fuit pertractata diffusè Rom. vij.*

3 Multo magis abundat ministerium iustitiæ. *id est, nouo Testamento: in quo datur spiritussancti gratia iustificans.*

4 In gloria. *q. d. imo plus.*

5 Nam nec glorificatum. *Hic remouet obiectionem quæ posset fieri. quia possent dicere, quòd licet nouum Testamentum sit excellentius veteri, tamen hoc est modicum: ideo non deserendum propter nouum, sicut dicebant illi qui simul cum euangelio legalia obseruabant. ideo consequenter ostendit, quòd nullam gloriam habeat vetus testamentum in comparatione ad nouum, dicens:* Nam glorificatum est quod claruit. *id est, vetus Testamentum quod transijt.*

6 In hac parte. *id est, in comparatione ad nouum, quod est pars & hæreditas nostra.*

7 Propter excellentem gloriam. *noui Testamenti. Sicut stella licet habeat aliquam claritatem, comparata tamen ad solem obscuratur. Adducit etiam ad hoc aliam rationem: Illud enim quod datur per modum transeuntis nihil est respectu semper manentis. vetus autem Testamentum transijt sicut imperfectum adueniēte perfecto, nouū autem semper manebit, quod inchoatur in via, & perficitur in patria. Luc. xxj. f.* Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. *Et hoc est quod dicitur.*

8 Si enim quod euacuatur *s. vetus Testamentum.*

9 Per

9 Per gloriam est. *id est, habens aliquam reuerentiam & honorem.*

10 Multò magis quod manet. *scilicet, nouum.*

11 In gloria est. *id est, debet esse.*

12 Habentes igitur. *Hic consequenter ostendit excellentiam ministrorum ecclesiæ quantum ad cognitionem. Ad cuius declarationem accipit illud quod habetur Exod. xxxiij scilicet, quòd Moyses velata facie populo loquebatur, ad designandum quòd veritas in veteri Testamento figuris & ænigmatibus erat velata, quia* omnia contingebant eis in figura. *j. Cor. x. c. Aliquid verò potest velari dupliciter. Vno modo ex parte rei quæ debet fieri. scilicet, quando super eam ponitur velamen. Alio modo ex parte videntis, scilicet quando velamen ponitur super oculos eius. Et vtroque modo erat velamen in veteri Testamento. s. ex parte rei, quia veritas erat velata figuris. vt dictum est ex parte Iudæorum, quorū malicia vt in pluribus impediebat à cognitione veritatis, quasi quoddam velamen oculorum mentis. vnde Sap. j. a.* In maliuolam animam nō introibit sapientia. *Primum autē velamen amotum est per Christum: quia per Christum figuræ sunt expletæ & explanatæ: in cuius signū velum templi scissum fuit in passione eius, Lucæ vigesimotertio. Secundum autem velamen adhuc manet in Iudæis obstinatis, sed in illis qui receperunt fidem, amotum est vtroque modo, quia per gratiam spiritussancti illuminantem possunt contemplari liberè veritatem. & hoc est quod dicitur:* Habentes igitur talem spem. *scilicet quòd gloria noui Testamenti manet in æternum.*

Velatur aliquid dupliciter.

13 Multa fiducia vtimur. *id est, nostrum officium exequimur nos ministri ecclesiæ.*

14 Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam. *& patet ex dictis litera vsque ibi.*

15 Sed obtusi sunt sensus. *id est, oculi mentales.*

16 Vsque in hodiernum diem. *quantum ad Iudæos obstinatos.*

✻ 1 Idipsum

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A Moyse, velaminis cordis in populo, quia nec nunc apud illos perspiciatur Moyses corde, sicut nec facie tunc. Quid est ergo adhuc velatum in Moyse quod pertineat ad Paulum, si Christus creatoris à Moyse prædicatus nondum venit? quomodo iam operta & velata adhuc denotantur corda Iudæorum nondum exibitis prædicationibus Moysi, id est, de Christo in quo eū intelligere deberent? Quid ad Apostolum Christi alterius, si de sui sacramenta Iudæi non intelligebāt? nisi quia velamen cordis eorum ad cæcitatem qua non perspexerāt Christum Moysi pertinebat?

† nec tollitur. † conuersi fuerint. † Iohan. 4.d

✻ Ambrosi. Ideo ponebat velamen, quoniam splendoré vultus eius ferre non poterant causa peccati, quo sublato potestas datur videndi gloriam Dei vsque ad finé eius: quia tamdiu non reuelatur, quandiu relicta lege conuertantur ad gratiam fidei, & his euacuatur. Accedente enim dignitate per fidem, euacuatur indignitas.

† 19.q.2.c. duæ. in fi. De regul. c. licet. B † à gloria in gloriam,

a ¶ Sensus Iudæorum sunt obtusi, quia non solum tunc, sed & hodie quando veritas patet.
b ¶ i. dum legitur eis vetus Testamentum.
a hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris Te- 1
a ¶ Esse velamen. i. nec hoc sciunt quòd sit velamen. ¶ In fide Christi tantum.
b stamenti manet † nō reuelatum quod in Christo euacuatur. 2
¶ Exponitur. a ¶ Vetus Testamentum.
c Sed vsque in hodiernum diem cùm legitur Moyses, vela-
a ¶ Quasi pondus. i. cordibus eorum est cæcitas deprimens rationem. ¶ Qui negant Christum. ¶ Sed. ¶ Credendo. ¶ Aliquis eorum.
d men est positum super cor eorum. Cùm autem † conuersus 3
¶ Christum. ¶ Dato spiritusancto. a ¶ Pro quia. ¶ Et ideo dat legem spiritus per fidem in mente.
e fuerit ad Deum, auferetur velamen. † Dominus autem spi- 4
f a ¶ i. lex spiritus, quam dominus dat non literis scriptam, sed per fidem animis intimatam. 5
b ¶ Intelligendi & faciendi. c ¶ Ibi habent velamen super cor. 6
ritus est. † Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos verò 7
a ¶ Etiam iuniores. b ¶ Expedita ratione. c ¶ Gloriosum dominum. 8
d ¶ Per speculum rationis videntes.
g omnes reuelata facie domini gloriam speculantes, in eādem 9
h a ¶ Vt eius imago. i. dij sumus. vel dicitur Christus imago patris eadem cum illo. 10
¶ Vt in essentia eum videamus. b ¶ Euntes ab vna clara cognitione in aliam: vt illi quos spiritus Dei ducit. 11
i imaginem transformamur, † à claritate in claritatem, tan- 12
k l quam à domini spiritu. 13

a *Idipsum.* Quia non aliter modo intelligunt quàm ante aduentum Christi.

b *Quod in Christo euacuatur.* Vnde in passione Christi velum templi scissum est, vt significetur per Christi passionem reuelari sacramenta legis & prophetiæ. Velamen enim dicit ad operationem prophetiæ vt non intelligeretur. [Matt. 27. f.]

c *Sed vsque.* His qui sunt in Christo euacuatur: *Sed super cor eorum est velamen.* i. cæcitas deprimens rationem eorum: cum. id est, quāuis, *legitur.* i. exponitur, eis *Moyses,* Et ita duo obsunt, cur non intelligant, quia & velamen. i. obscuritas est in lectione, & cæcitas super corda. [Augu. tract. 9. in Io.]

d *Cum autem conuersus fuerit.* Quod est cum Christus venit. Non credentibus nondum venit.

e *Auferetur velamen.* Vt in aqua latere vinum intelligatur, C omnis enim prophetia non intellecto Christo insipidum & fatuum quiddam est.

f *Dominus autem spiritus est.* Ordo. spiritussanctus est dominus, id est, potest operari quod vult, in tenebris deserit. Vbicunque autem est spiritus domini, id est, filij per quem datur spiritussanctus, ibi libertas: & ideo Iudæi qui non habent spiritum, non possunt liberè intelligere vt nos. Vel dominus ad quem conuertuntur est spiritus, id est, spiritualis essentia, & ita facit spiritualiter intelligere. [Aug. l. 2. de Trinit.]

✻ Ambros. Quoniam Deus spiritus est, per Christum legem dedit spiritus non literis vtique scriptam, sed per fidem animis intimatam, non quæ visibilia doceat sed quę inuisibilia credi suadeat, quæ animus spiritualiter colligat, nō quæ oculus cernat. Hæc lex dat libertatem, solam fidem poscens: vt quia quæ non videt credit, de conditione erui mereatur.

g *Nos reuelata.* In qua Iudæis est velamen. In speculo non nisi imago cernitur. Hoc ergo conamur vt per hanc imaginem, id est, rationem quod nos sumus videremus, vtcunque illum à quo facti sumus, tanquam per speculum. [Aug. 15. de Trinit.]

h *In eandem imaginem.* quia eadem imago Dei est gloria Dei, Sicut supra: Vir quidem imago Dei est, & gloria Dei.

i *Transformamur* transimus de forma in formam, de obscura in lucidam: quia & ipsa obscura imago Dei est in qua homines creati sunt, quæ animalibus præsunt. Quæ natura excellens cū à Deo iustificatur, à deformi forma in formosam formam mutatur. Erat enim & inter vitia natura bona. Vel de gloria creationis in gloriam iustificationis. Vel de gloria fidei, vbi filij Dei in gloriam speciei: vbi ei similes erimus, cum videbimus eum sicuti est. vnde Ioh. *Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus.* D [1. Ioh. 3. a.]

Huius imaginis quandoque fiet perfectio, ad quam consequendam nos erudit. Cum autem perfectum hęc imago renouata, similes Deo erimus.

Speculantes à speculo, nō à specula, quod in Græco non est ambiguum. E

In eandem. quā speculamur, quam speramus.

Imaginem. Vt similes gloriæ Christi simus in æternum, A gloria. Vel,

k *A claritate.* Moysi in gloriam Christi, quam decet dare spiritum Dei, tantam à tanto.

l *A spiritu domini.* quia hoc bonum à gratia Dei.

✻ Ambros. Nos dicit omnes qui libertatem sumus consecuti dono gratiæ Dei: gloriam domini per fidem speculantes ad eandem imaginem transformari quam speramus: id est, vt similes inueniamur transacta hac vita imagini gloriæ Christi sicut dicit Ioannes Apostolus. Scimus inquit, quia cum apparuerit similes ei erimus. [1 Ioan. 3.]

✻ Theod. Moses solus fruebatur gloria, his autem omnes qui credunt. Ille habet tegumentum propter Iudæorum imbecillitatem: nos autem qui fidelibus doctrinam exibemus non opus habemus tegumento, sed nuda facie gloriam domini tanquam in speculo cernimus, etenim incredulitatis aura minimè sumus impediti. Illinc autem non paruum splendorem gloriæ trahimus. Id autem est propter eorum qui mundū cor possident. Quemadmodum enim aqua perspicua, eorum qui inspiciunt aspectum, & ipsius solis circulum, & cælorū connexa effingit: ita etiam cor purum fit diuinæ gloriæ, veluti quoddā speculum, quod eam refert & exprimit. Ita etiam dixit Dominus. *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.* A gloria autē dicit diuini spiritus, in gloriam nostram, Pro eo quod est illius accepimus, Hoc enim subiunxit tanquam domini spiritu. Et hinc etiā manifestū est, quod antea quoq; spiritū domini appellauit. F [Matth. c. 5.]

✻ Aug. nos reuelata facie gloriā domini speculantes. Speculantes dixit, per speculum videntes, non de specula prospicientes. Quod in Græca lingua non est ambiguum, vnde in latinam translatæ sunt Apostolicæ literæ. Ibi quippe speculū vbi apparent imagines rerum, à specula de cuius altitudine lōgius aliquid intuemur etiā sono verbi distat omnino satisq; apparet Apostolū à speculo, non à specula dixisse gloriā dñi speculātes. [Tom. 3 lib. 15 de trini. cap 8.]

✻ Idem. Nos gloriam domini speculātes, &c. Hoc quippe agit hæc transformatio qua interior homo renouatur de die in diem: de quo & Apostolus Petrus cum eum moneret ornari, non quæ à foris, inquit, ornantur capillorū incrispationibus, aut auro, vel margaritis, vel veste pretiosa, sed ille absconditus cordis homo, qui est ante Deum diues. In qua enim facie velamen habent Iudæi non transeundo ad Christum (quoniam cum transierit quisque ad Christū aufferetur velamen,) ea nos facie reuelata in eandem imaginem transformamur. Apertissimè autem dicit, velamen super corda eorum positum est. Ibi est igitur facies, qua reuelata nunc in fide, quamuis per speculum, & in ænigmate contuemur, tunc autem facie ad faciem [Tom. 2. de videndo Deo epist. 3. c. 21. 1. petr 3.]

✻ NICOLAVS DE LYRA.

1 Idipsum velamen. *id est, amotum à corde eorum, licet sit amotum ab ipsa re per Christum, vt dictum est, ideo subditur.*
2 Quod in Christo. *id est, per Christum*, euacuatur. *Cætera patent ex dictis vsque ibi.*
3 Cum autem conuers. *scilicet populus Israel circa finem mundi.*
4 Auferetur velamen. *de corde ipsorum.*
5 Dominus autem spiritus est. *id est, spiritussanctus, qui est liber & libertatis dominus, ideo subditur.*
6 Vbi autem spiritus. *s. contemplandi veritatem remoto velamine ab oculis mentis, ideo subditur.*
7 Nos verò. *s. Christiani & potissimè ecclesiæ ministri.*
8 Reuelata facie. *id est mente, quæ dicitur facies spiritualis inquantum ibi viget cognitio intellectualis, sicut omnes sensus in facie corporali.*
9 Gloriam domini. *s. Iesu Christi, & non solum Moysi.*
10 Speculantes. *i. in speculo rationis cognoscentes, & quia cognitio fit per assimilationem cognoscentis ad cognitum, ideo sequitur.*
11 In eam imaginem transformamur à claritate. *s. naturalis cognitionis & gratiæ.*
12 In claritatem. *visionis beatæ.*
13 Tanquam à domini spiritu. *quia hoc non inest fidelibus propria virtute, sed spiritussancti eos docentis, Romanorum viij.* Qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt.

✻ CAP.

ADDITIO

A *Hoc quod dicitur:* Nam nec glorificatum est quod claruit, &c. *exponitur vno modo in Glo. sic:* Nam quod claruit. *i. Moyses. In hac parte. s. in facie non est gloria: propter excellentem gloriam quæ est in nouo Testamento, vbi pueri vident gloriam Dei. i. comparatione huius excellentis gloriæ: quia nulli profuit gloria vultus Moysi: licet hoc fuerit culpa illorum non sua. hæc autem gloria, multò maior est, quæ abundat, vt per eam purificati homines absterſa caligine possint videre gloriam Dei. Hæc in Glo. quæ magis videtur consona literæ, eo quòd in præcedētibus Apostolus loquens de Moyse dicit, quòd filij Israël non poterant intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius. ex quo possent sumere pseudo apostoli quodammodo occasionem arguendi, quòd legalia à Deo data per Moysen, qui tantæ excellentiæ fuit vt vultus eius sic glorificaretur, non erant euacuanda etiam tempore euangelij. Ad quod respondet Apostolus:* quòd nec glorificatum est quod claruit, &c. *vt expositum est.* D

CAP. IIII.

I *Deo, &c.* ✻ Theodoretus. Aperte docuit se ministrationem spiritus appellasse prędicatores. Dicit autem se per solam Dei benignitatem eam esse consecutum. Quamobrem, inquit molesta & aduersa, quæ nobis accidunt, forti & generoso animo ferimus.

✻ Ambrosius. Tāquā spem dicit habere administrationis huius, vt non desinat in pressuris con fortatus fide promissionum. Vnde superius dixit, multa fiducia vtamur, fidentes enim in his quæ promissa sunt, quidquid aduersum acciderit, tolerant. Quod non humanis meritis deputat, sed misericordiæ Dei, quæ hominé primo abluit, deinde iustificat, adoptans in filium Dei, vt donet eum gloria simili gloriæ filij proprij Dei.

† degeneramus, aut segnescimus, sed reiecimus occultamenta. B

CAP. IIII.

a ¶ Et quia tantam claritatem habemus à spiritu. b ¶ Dignitatem ¶ Vt spiritum aliis ministremus.
a I Deo habentes hanc administrationem, iux 1
¶ Non meritis. 2
ta quod misericordiam Dei consecuti su-
a ¶ Pro aliquibus aduersis. b ¶ Non solum aperta mala, sed etiam cogitationes.
b mus, non † deficimus, sed abdicamus occul 3
a ¶ Vt pseudo, qui videntur humiles. b ¶ Hypocrisi. 4
¶ Per falsa, vel pro quæstu prædicantes. 5
c ta dedecoris. Non ambulantes in astutia, Neque † adulteran- 6
a ¶ Quia manifestè videtur in nobis veritas. 7
tes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis. Com- 8
a ¶ Commendabiles facientes. b ¶ Sine comparatione aduersariorum. ¶ Non ad oculum. c ¶ Rationabilium. 9
d mendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam ho-
a ¶ Intentione mea manente. ¶ In beneplacito Dei, vel teste Deo hoc dico. b ¶ Dixi nos prædicare in manifestatione veritatis, quòd etiam opertum c ¶ Quod à nobis prædicatur.
e minum coram Deo. Quod si etiam opertum est euange- 10
¶ Culpa horum est qui perire meruerunt. a ¶ Pereuntibus, vel à verbis euangelij. 11
f lium nostrum, in his qui pereūt est opertum. In quibus Deus 12
g

b *Sed abdicamus occulta dedecoris &c.* ✻ Theophylactus. falsos hoc loco Apostolos indicat, qui facie quadam adumbrata, & subdola omnia factarent, præsertim cum acceptis muneribus, nil tamē se accepisse à fidelib. simularent, sanctimoniaque imbuti cum videantur, essent tamen impuriores. Nos itaque, inquit, praua hæc & fucata facinora, propulsemus à nobis, nec talia commutamus, quæ postea non fiunt manifesta, ignominiam afferunt perpetranti.

✻ Ambros. Vt illius gloriæ dignus sit homo, omnia turpia & polluta, quæ fieri & cogitari possunt, amouenda docet, vt non solum de opere, sed & de cogitatione pellantur. Inuitantis verba sunt. Sub sua enim & suorum persona, ad meliorem vitā hortatur propter supradicta vitia quæ in his epistolis sæpe reprehendit. Possunt & hæc occulta dedecoris esse, quæ prauo sensu ad prædicandum meditantur, vt fallant.

✻ Theod. Dicit circuncisionem, quam qui ex gentibus crediderant, prædicabant. Hoc etiam alibi dicit. Sed quæ erant mihi lucra ea existimaui propter Christum detrimentum. [Philip 3. c.]

c *Non ambulantes in astutia, nec adulterantes, &c.* ✻ Irenæus. Tales presbyteros nutrit Ecclesia de quibus propheta ait; *Dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia.* [li. 4. c. 44. Isa. 60.]

✻ Ambros. Ad dedecus enim, & deformationem eius proficit, qui subdola mente contingit doctrinam ad decipiendū corda simplicium: turpis enim inuenietur in die Iudicij Dei. Nam astutia malæ mentis, vt id quod sibi libitum est expleat, verba Dei, adulterat, vt sensum inuertat. Adulterare est autem verum sensum per falsum velle excludere. C

✻ Theod. Illos rursus arguit, quòd legis admixtione diuinam prædicationem corrumpant, & vtantur calliditate, & doctrinam non simpliciter tradant.

d *Commendantes.* Vt luceat lux vestra coram hominibus.

e *Coram Deo.* Nō vt videantur ab hominibus.

✻ Ambrosius. Hoc dicit quia in prędicatione Euangelica multis se fecit suspectum, addens amplius cum dicit, corā Deo. Vt hoc ipsum nō solum hominib. manifestum probet, sed etiam Deo cui nihil occultū est. Testimoniū ergo Dei implorat, vt vel sibi credatur, quia ita prædicat, sicut datum est ab authore, & Deus hoc modo testis est, dum dat signa, & prodigia fieri per manus eius. E [† dolo tractantes.]

f *In quibus.* Avg. Vel talis potest esse ordo verborum: In quibus pereuntibus Deus verus & iustus excæcauit mentes infidelium huius seculi.

✻ Theophylactus. Cum superius dixerit Israelitis esse velamen impositum, nosque fideles facie reuelata prospicere, nunc vero, etsi apertum est euangelium, inquit infidelib. tamen opertum est. Quod enim tunc temporis in Mose contigit, idipsum infidelibus & euangelium fuit. vtque illi splendorem qui Mosi inerat, nequaquam tolerare oculis poterant, sic hos euangelij veritas latet. non Euangelij culpa sed ipsorum qui fide carent. Clarè namque & his si crederent, Christi gloria, & vis omnis euangelica pateret.

✻ Ambros. Verum est, quia increduli nō vident, perfidia obcæcante splendorem virtutis Dei. Velamen enim est supra cor eorum, obtusio infidelitatis, in Iudæis maximè. F

g *Deus huius seculi.* id est, Deus qui non solum bonos regit, sed & malos pro merito præcipitat, dans eis quod volunt, id est, vt non credant: quod non facit malicia sed iustitia. Vel, Deus seculi, superbia vel ingluuies, vel diabolus princeps mundi, qui secularibus principatur. [Augu. li. 21. cont. Faust. ca. 9. Irenæus l. 3. cap 7 Tertul. li. 5. adu. Marcionem.]

✻ Avgvst.

✻ NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IIII.

1 I Deo haben. *Postquam Apostolus commendauit noui Testamenti mysterium, hic consequenter ostendit huius mysterij vsum: & primò quantum ad operationem boni, secundò quantū ad tolerantiam mali ibi,* habem⁹ igitur thesaurum. *Prima in duas: quia primò facit quod dictum est. secundò quandam obiectionem excludit, ibi:* Quod si etiam opertum est. *Circa primum dicit:* ideo habentes hanc administrationem. *id est, ministerium tantæ dignitatis, vt prædictum est.*
2 Iuxta quod. *nos ecclesiæ ministri ad hoc per Dei gratiam vocati.*
3 Non deficimus. *ab vsu & executione ipsius. sed promptè, & debitè exequimur.*
4 Sed abdicamus. *id est, abijcimus.*
5 Occulta dedecoris. *i. sedes peccatorum, non solum quæ exterius patent, sed etiam quæ interius latent.*
6 Non ambu. in astu. *id est, in simulatione & hypocrisi.*
7 Neque adulterantes. *exponatur, vt suprà dictum est ij. cap.*
8 Sed in manife. *q. d. non prædicamus propter quæstum vel propriam laudem sed propter manifestationem diuinæ veritatis ad Dei gloriam & fidelium salutem.*

6 Commen-

9 Commendan. nos. *i. non commendamus nos verbis, sed ex operationibus quæ facimus: commendabiles nos reddimus in conscientijs hominum. sed quoniam homines decipi possunt, non autem Deus, qui intuetur corda. j. Reg. xvj. b. ideo addit.* Coram Deo. *sic igitur tria tangit hic, quæ faciunt ad debitam executionem ministerij ecclesiastici. s. exterior & interior munditia, recta intentio, doctrina sana.*
10 Quod si etiam. *Excludit obiectionem quæ fieri posset contra dicta. Dixit enim se docere in manifestatione veritatis: Posset aliquis obijcere in contrarium: eo quòd multi contradicebant sibi: & sic non erat in dictis eius veritas manifestata. Ad hoc respondet Apostolus, quòd hoc non proueniebat ex parte suæ prædicationis, sed ex malitia contradicentium, quæ impediebat eos cognoscere veritatem. vnde Sap. j. a* In maliuolam animam non intro. sa. *Et hoc est quod dicit:* Quod si etiam opertum est euan. no. *aliquibus eius veritatem non capientibus.*
11 In his qui per. *id est, procedit ex malitia eorum.*
12 In quibus Deus huius seculi. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de creatore huius mundi, qui ex demerito talium retrahit lumen suæ gratiæ ab eis, & iustè, & sic per consequens excæcantur ex se. Aliter de diabolo, quem imitantur seculariter viuentes: & sic potest dici Deus huius seculi sicut dicitur princeps huius mundi, Ioh. xij. e.* Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

1 ✻ Excæca-

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✻ AVGVST. Hic perturbati homines non intelligunt in vno eodemq; opere malo, non postea consequente alia, quæ manifesta erit, sed quadam continuo comitante vindicta, aliud venire de astutia suadentis, aliud de nequitia volentis, aliud de iustitia punientis: cum diabolus suggerit, homo cōsentit, Deus deserit. Quocirca in excæcatione infidelium, si intelligatur & diabolus propter suadendi malignitatem, vt sic distinguatur Deus huius seculi, non mihi videtur absurdum. Neque enim sine additamento dicitur Deus: cum adiungitur huius seculi, id est hominum impiorum, non nisi in hoc seculo florere volentium: secundū quod dicitur & malū seculum, secundum quod dictum est, vt eximeret nos de præsenti seculo nequam.

A — li 21. cōtra Faustū. c. 9. — † cognicionis gloriæ. — † facie. — B

a ¶A naturali ratione. b ¶Quia Christo non credunt. c ¶Vt non appareat eis, quod tamen lux est.
huius seculi excęcauit mentēs infidelium, vt non fulgeat illu- 1
a ¶Doctrina euangelij illuminans. b ¶In quo prædicatur gloria diuinitatis, non solum infirmitas humanitatis. c ¶Vel quæ. d ¶Quia de illo est. e ¶Qui videt me, videt & patrem. 2
a minatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei inuisibi- 3
a ¶i. prædicatio nostra non tendit ad nostram gloriam, vel lucra, sed Christi. 4
b lis. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christū 5
a ¶Illum dominum. b ¶Ministros. c ¶Qui nobis hoc iniunxit. 6
c dominum nostrum. Nos autem seruos vestros per Iesum. 7
¶Hoc facimus. ¶Præcepto solo fecit. a ¶Hæc lux significat lucem quæ modo per nos datur
d Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucēm splendescere, 8
a ¶Lumen suum. i. se nobis infundit. b ¶Vt illuminemus alios per scientiam de claritate. i. de essentia Dei: & hoc in Christo qui est facies patris sine quo non cognoscitur.
e ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem † scientiæ 9
f a ¶Illuxit, sed. b ¶i. scientiam qua alios ditemus. 10
g claritatis Dei in † faciē Iesu Christi. Habemus autē thesaurū 11
h 12

✻ AMBROS. Deum dicit secularium hominum, quia maleuoli sunt erga fidem Christi, sensus obcæcare, ne videant veritatem euangelij maiestatis Christi. Hoc ergo illis præstat quod volunt. Quia enim maleuoli sunt homines, & intelligētes verum dicunt esse falsum, in eo ipso adiuuantur, ne possint credere quod nolunt. Christum autem quum sit imago Dei, corporeum tantum asserunt, & relinquentes gesta eius solius carnis faciunt mentionem de quibus dixit Esaias, Obcæcauit oculos eorum ne videant, & auribus ne audiant vsque in hodiernum diem.

Coloss. 1. — Esa. c. 6.

a *Qui est imago.* AVG. Sciendum quòd imago & æqualitas & similitudo distinguenda sunt. Quia vbi imago continuo similitudo est: non continuo æqualitas. Vbi æqualitas & similitudo, non continuo imago. Vbi similitudo, non continuo imago, nec æqualitas. Verbi gratia: In speculo est imago & similitudo: non tamen æqualitas: quia multa desunt imagini, quæ insunt illi rei de qua expressa est. Potest & aliquando esse imago in qua sit æqualitas, vt in parentibus & filiis inuenitur imago & similitudo & æqualitas: excepto tempore quo præcedūt parentes. quia de parente exprimitur similitudo filij vt rectè imago dicatur & potest esse tanta, vt rectè dicatur æqualitas. potest etiam esse similitudo aliquando & æqualitas, quamuis non sit imago, vt in duobus ouis paribus. Christus autem ita dicitur imago patris vt nihil horum desit, vt non solum imago eius sit, quia de illo est: & similitudo, quia imago est. Sed & æqualitas tanta vt nec temporis interuallum impedimento sit, quia non generauit Deus filium in tempore.

Imago & similitudo differunt. Aug lib. 83. quæst.

C b *Non enim.* Q. Bene dico gloriæ Christi. vel: Commendamus nos coram Deo in manifestatione veritatis, & cætera talia facimus: & hoc propter Christum.

✻ AMBRO. Hoc est, non nostram gloriam annuntiamus, ne quis nos dicat propter nosipsis euangelizare, vt nobis proficiat forte ad tempus: sed Iesum Christum dominum nostrum annuntiamus, subiicientes nos virtuti, maiestatiq; eius. Quando ergo nullum grauamus, nullum concutimus, & Christum Dominum nostrum fatemur: quid est vt elati iudicemur quasi pro nostra propria gloria prædicare, vt gloriosi appareamus. D

c *Nos autem seruos.* ✻ AMBRO. In tantum se seruum Christi esse probat, vt iubente ipso ministrum se horum in prædicatione testetur, vt pro vtilitate horum subiecti sint in ministerio euangelij. Seruos ergo dicens, ministros significat: sed vt humiliter loqueretur, sic dixit, vt verè ostēderet, non ad suā gloriam se prædicare euangelium, sed ad claritatē domini nostri, cui obedit, cui seruit, sicut & ipse Dominus ait, ego sum in medio vestrum non vt ministrer, sed vt ministrem: non merito horum quibus ministrat, sed propter imperium Domini.

✻ THEODORE. Hoc etiam dixit in priore. Ita nos existimet homo sicut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic autem multo humilius de se locutus est, non solum enim se Christi seruum, sed etiam fidelium appellauit, propter suum in ipsum amorem. Hoc enim dixit illud, *Per Iesum.* E

1. Cor. 4.

d *Lucem splen.* Quod fuit in separatione elementorum. Cœperunt enim tenebræ, ex quo confusa moles cæli & terræ cœpit esse: post accedente luce quod factum est melius redditur. In quo proficientis hominis affectio significatur. vnde fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.

Aug. li. 1. q. Euang. c. 7. — Ephes. 5. b.

✻ AMBROS. Hoc dicit, Quia misericordia Dei factum est vt nos, inquit, qui fuimus increduli in ignorantia, hoc est in tenebris, per nos daret Deus lumen cæteris gentibus. Quantum se adhuc humiliat, vt Dei solius & Christi gloriam præferat. Humiliatur enim vt cognitionem habeant gloriæ Dei per Christum, Ideo gloriæ Dei ait cognitionem & non Dei solius, sed & Christi, qui est gloria eius: vt significaret non solū Deum cognosci, sed & opera eius, & misericordiam, & prouidentiam, qua condidit, & saluauit genus humanum, visus in Christo per gloriam virtutis suæ.

✻ THEODOR. Qui olim inquit verbo lucis naturam produxit, & dixit, fiat lux, is nunc non illa, sed sua mentes nostras illustrauit, vt ipsius gloriam per Christum aspiceremus. Illud autem.

Matt. 17. c. Gen 1. c.

e *In faciem Iesu.* Hunc habet sensum. Quoniam diuina natura sub aspectum non cadit, per sumptam humanitatem diuina luce resplendentem, & fulgura emittentem aspicitur, vt licet. Huic autem etiam manifestum est, quod Deus incredulitatem non immisit, qui intelligentis lucis splendorem omnibus abūdè præbuit: sed ipsi quidem dilexerunt incredulitatem, ipse autem eis cum nollent aspicere, radium non præbuit. F

f *Scientiæ clar.* Scientia glorię Dei est qua scimus lumen esse quo tenebræ nostræ illuminantur.

g *Habemus.* Hactenus de altitudine scientię: hic de fragilitate carnis, quæ est ad gloriam, & si contra videatur.

h *Thesaurum.* Dicit sacramentum Dei quod fidelibus erogatur, perfidis absconditur.

☞ ✻ TERTV.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Excæcauit mentes infidel. *seculariter viuentes, auertendo eos à veritate.*

2 Vt non fulgeat illuminatio euāgelij gloriæ, &c. *in cordibus eorum.*

3 Qui. *scilicet Christus.*

4 Est imago Dei. *Et per consequens est fontalis plenitudo luminis, secundum quod dicitur Heb. 1. a.* Qui cum sit splēdor & figura substantiæ eius, &c. *Sed quia superius vocauit euangelium suum, & hic vocat euangelium Christi, posset aliquis credere esse duplex euangelium. ideo hoc remouet per hoc quòd eiusdem euangelij Christus est autor, apostolus autem minister, tantum prædicator, dicens:*

5 Non enim nos. *tanquam autores euangelij.*

6 Sed Iesum Christum dominum no. *tantum.*

7 Nos au. ser. ve. *administrando vobis doctrinam Christi. quod declarat per consequens di.*

8 Quoniam Deus. *s. lucem corporalem creando & ipsam à tenebris separando, Gen. 1.*

9 Ipse illu. in cor. *i. consimiliter lucem spiritualem infudit ad cognitionem euangelicæ veritatis non solum pro nobis, sed etiam pro alijs, ideo subditur:*

10 Ad illuminationem scientiæ claritatis. *id est, ad manifestationem notitiæ diuinæ.*

11 In faciem. *i. relucentis in faciem eius inquantum per notitiam diuinam quæ traditur in euangelio, cognoscitur ipse Christus.*

12 Habemus autem. *Hic consequenter agit de vsu ministerij ecclesiæ quantum ad tolerantiam mali. Circa quod primò ostendit patientiā ministrorum ecclesiæ. secūdo causam huius patientiæ, ibi:* Semper mortificationem. *tertiò manifestat vtrunque, ibi:* Semper enim nos. *Circa primum dicit continuando se prædictis:* Habemus autem thesaurum. *id est illuminationem Dei dictam.*

✻ 1 In

☞ ✻TERTVL. Quale est autem, vt non eiusdem habeatur thesaurus in fictilibus vasis nostris, cuius & vasa sunt. Nām si gloria Dei est in fictilibus vasis tantum thesauri haberi, vasa autem fictilia creatoris sunt, ergo & gloria creatoris est, cuius vasa eminentiam virtutis Dei sapiunt, & virtus ipsa. Quia propterea in vasa fictilia commissa sunt, vt eminētia eius probaretur. Cæterum iā non erit alterius Dei gloria, ideoque nec virtus, sed magis dedecus, & infirmitas, cuius eminentiā fictilia & quidem aliena ceperūt.

A — lib. 5. aduer. Mar. c. 11. — † virtutis eminētia sit Dei Dan. 3. c. — † Laboramus. — *domini. — B — † Psa. 115. a.

✻AMBROS. Thesauro, sacramentum significauit Dei in Christo quod credēti bus manifestatur, incredulis verò quodā tectum est velamine: quia sicut thesaurus in occulto ponitur, ita & sacramentum Dei, intra hominem, id est, in corde humano absconditur. Hūc ergo thesaurū in animo & corpore dicit esse à Deo datum, vt eminētia virtutis eius appareat per homines prædicatores dūtaxat, vt recōcilietur omnis lingua creatori suo, non ad honorificentiam hominum, sed Dei, qui se manifestat per homines, qui cum humiles & imperiti essent, acceperunt potestatem à Deo, & loquendi magnalia & agendi. Fictilia ergo vasa dicens, infirmitatem naturæ humanæ significat, quæ nihil potest, nisi à Deo acceperit virtutem, & ad laudem suam Deus per hæc se prædicet, quæ infirma sunt, vt gloria illi detur, non homini, qui ex luto fictus est. C

a ¶Corporibus fragilibus. b ¶Vt tota altitudo Dei esse videbitur, & non nostri. ¶Vasa fictilia sunt & verè. 1
istū in vasis fictilibus, ut † sublimitas sit virtutis Dei, & non ex 2
a ¶Quia nullus modus tribulandi abest. b ¶De thesauro benè conscij. ¶In animo. 3
a nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed nō † angustia- 4
a ¶Enumerat tribulationes quasdam. ¶Pauperes sumus adeo, vt necessaria desint apporros Græcè: pauper. b ¶A thesauro Dei, quia Deus pascit. c ¶De loco ad locum. 5
mur. † Aporriāmur, sed non destituimur. Persecutionem pa- 6
a ¶A Deo quin thesaurum custodiat. b ¶Affligimur. c ¶i. non erubescimus. 7
timur, sed nō derelinquimur. Humiliamur, sed non confun- 8
a ¶In mortis periculum. b ¶A bono cessamus. ¶Quid per singula? 9
b dimur. Deiicimur, sed nō perimus. Semper mortificationem 10
a ¶Pro Iesu: vel quam prius Iesus sustinuit. b ¶Non solum in animo. c ¶Alij propinantes. 11
d ¶Sicut mors. ¶Et gloria carnis. 12
*Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu in cor 13
a ¶Non tantum in animabus. b ¶Etiam inimicis. c ¶Mortificationem Iesu circūferimus, & verè. 14
¶Qua spe. d ¶Virtutibus, vel quibus licet viuere naturali vita. 15
c poribus nostris manifestetur. Sēper enim nos, qui viuimus, 16
a ¶In pericula mortis. b ¶Pro amore Iesu. c ¶Ambro. Hoc est: non timemus mori, propter promissam resurrectionem. ¶Immortalis & impassibilis. 17
in mortēm tradimur propter Iesum, ut & vita Iesu manife-
a ¶Quod videtur impossibile. b ¶Licet. c ¶Quia hæc patimur mors dominium exercet in nobis, sed vos ad voluptates vitæ tenditis.
d stetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: 18
a ¶Semper mors in nobis operatur, & per hoc patet, quòd habemus. b ¶Quem prophetæ. c ¶Qui est causa fi. 19
e vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fi- 20
a ¶De illis patribus in quorum persona dicit Dauid. b ¶Aliter non perfectò crederet. ¶Ne fides esset inutilis. 21
dei, sicut scriptum est: † Credidi propter quod & locutus 22
a ¶Vt illi. b ¶Futuram vitam. c ¶Confitemur non timentes mala: quia.
sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Scientes

Reg. breu. Inter. 170. — a *In omnibus tribulationem, &c.* ✻BASILIVS. Quod enim ad humanam prudentiam attinet, in omnibus tribulationem patimur, inquit, Quod verò ad fiduciam in Deum, sed non angustiamur. Item quod spectat ad fortitudinem humanā, Aporriamur, inquit, id est, summis circumuenimur difficultatibus. D Quod verò ad fiduciam in Deum, non destituimur penitus.

✻THEODORET. Si enim nihil horum nos inuaderet, non esset ostensa diuinę potentiæ magnitudo, sed quia videmur esse similes arboribus, quæ in igne germinant, per hoc patientes illæsi seruamur, nos protegentis Dei potentiā prędicamus. Illud aūt Aporriamur, sed non destituimur, pro eo, quod est in rebus difficillibus, & quę nullum videntur habere exitū, nos viā salutis inuenimus.

† anxij reddimur

b *Semper mortificationem, &c.* Dubium non est, quia in martyribus Christus occiditur, & in his, qui pro fide patiūtur, aut exitus, aut vinculæ, aut verbera Christi passiones sunt, vt & vita eius in corpore eorū palàm fiat. Passiones enim sunt, quę ostendunt meritū ad futuram vitam quam promisit Christus, vnde alio loco dicit. *Cū infirmiores tunc potens sum,* & iterum. *Per tribulationes, &c.*

Ambros. — E — Apoc. 13. 2. Cor. 12. Act. 14.

c *Manifestetur.* quidam enim de resurrectione dubitabant.

d *Ergo mors.* quia per mortē vitā Iesu consequimur: ergo mors nō est inutilis, sed operatur magnū quid in nobis. Sed vita qua delectamini in terrenis, operatur in vobis mortem æternam. F Vel passiuè, ergo, id est, propter spem vitæ Iesu mors operatur, id est, à prædictis passionibus efficitur in nobis, id est, permittimus effici: sed per hoc vita efficitur in vobis. i. fides plantatur.

e *Eundem spi.* ✻AMBROS. Hoc est communem spiritum per quem firmatur fides habemus vobiscum, ideo enim pro ipsis tanta patiebantur mala, vt inuicem sibi copularentur in fide.

AVGV. super Ioan. Homil. 46. Tempora variata sunt, non fides, illi venturum, nos venisse credimus.

☞ a *Vobiscum.*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 In vasis fictilibus. *quia in hoc mundo sumus contemptibiles persona tribulationibus & angustijs exposita.*

2 Vt sublimitas. *i. illud magnum, quod facimus in ædificatione ecclesiæ & gentium conuersione.*

3 Sit virtutis Dei, &c. *id est, Deo totum attribuatur, & non humanæ potentiæ, diuitijs vel sapientiæ, quod posset fieri, si apostoli fuissent potentes, diuites, honorati: sicut est de lege Mahumeti: sed contrarium fuit in apostolis, ideo subditur.*

4 In omnibus, &c. *Ille angustiari dicitur propriè, qui non videt sibi patere aliquod remedium in tribulatione: & sic est de confidentibus in hoc mundo, propter quod angustiantur in tribulatione, quando sibi deficit mundanum remedium: sed sancti non angustiantur, quia in tribulationibus adest eis solatium diuinum.*

5 Aporriamur. *id est, depauperamur: Et dicitur ab aporros Græcè quod est pauper Latinè.*

6 Sed non destituimur. *quia sancti parum curant de subtractione diuitiarum cum sibi remaneant diuitiæ spirituales, quæ non possunt violenter amoueri.*

7 Persecu. patimur. *fugiendo de ciuitate in ciuitatem.*

8 Sed non derelinquimur. *Nā Deus est socius vbiq; itineris nostri*

9 Humiliamur. *id est, contemnimur.*

10 Sed non confundimur. *quia non sentimus in nobis debitam causam confusionis.*

11 Deiicimur. *i. ad periculum mortis impellimur.*

12 Sed non peri. *quia Deus semper liberat suos. Aliquando visibiliter, sicut liberauit tres pueros de camino ignis. Aliquando inuisibiliter eos de præsenti miseria transferens ad quietem. Sapien. 3. a.* Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

13 Semper

13 Semper mortificationem. *Hic consequenter ostendit patientiæ causam, & primò facit propositum, secundò manifestat per effectum, ibi:* Propter. *Ad euidentiam primi considerandum, quòd in Christo fuit duplex status. Vnus mortis, inquantum carnem passibilem assumpsit, in qua pœnalitates huius vitæ & tandem mortē sustinuit. Alius est vitæ, inquantum vita gloriosa qua viuebat occultè anima sua à principio suæ conceptionis deriuata fuit ad corpus in sua resurrectione, quia resurrexit in corpore glorioso. Hæc est igitur causa patientiæ sanctorum, ex hoc enim, quòd sperant firmiter conformari Christo resurgenti, patienter sustinent tribulationes huius mundi, in quibus conformantur Christo patienti, & hoc est, quod dicit Apostolus.* Semper mor. Iesu Christi. *id est, conformationem ipsi patienti.*

Status Christi duplex.

14 In corpore nost. cir. *i. vbique tribulationes patienter sustinētes.*

15 Vt & vita Iesu. *gloriosa.*

16 In corporibus nost. manifeste. *in futura resurrectione, in qua resurget corpus impassibile & incorruptibile.*

17 Semper enim, &c. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem, & quia non solum sancti patienter tolerant propter spem futuræ resurrectionis, sed etiam quia animantur ad hoc exemplo Christi patientis: ideo subdit Apostolus.*

18 Ergo mors. *scilicet, Christi.*

19 In nobis operatur. *animando nos ad tolerantiam passionis.*

20 Vita autem in vobis. *i. vita Christi operatur in vobis, conferendo spem resurrectionis: ideo subditur.*

21 Habentes autem eun. spi. fi. *sed mors Christi non sic operatur in vobis sicut in nobis, quia non estis in talibus tribulationibus in quibus sumus: eritis tamen saluati per eandem fidem, qua & nos. Quod consequenter confirmat per scripturam, Psal. 115. a.* 22 Sicut scriptum est. Credidi, &c. *& patet ex dictis litera vsque, ibi:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Vobiscum.* Non vos nobiscum, vt inferiores, sed pares nobis sitis, si volueritis. Et bene de vobis asserо, quia omnia ista facimus propter vos in structrudos nostro exemplo, Ita omnia ad vos spectant: vt gratia Dei abundans in nobis abundet in vobis, & per vos in aliis, & per vos multos abundet gratiarum actione, vt vos & illi Deo gratias agatis. In gloriã Dei, id est, ad ostendendum Deum gloriosum.

b *Omnia enim pro vos.* Omnia enim sustinet, vt nos paucos ad Dei cœnã perducat, cuius contumelia est, si veniant pauci.

✠ THEODORETVS. Cædentes, sciliceт, non enim dixit solummodo de Corinthiis: sed dixit de omnibus: qui dogma susceperunt.

✠ AMBROSIVS. A munere suo Deus nullũ voluit esse alienum, & quia non omnes capiunt verbum fidei, Apostolus Dei voluntatem sciens, persecutiones & pericula pati non timuit, dummodo omnibus fideliter prædicaret, vt plures possent credere: vt abundans donum Dei, non per paucorum gratiarum actionẽ minueretur ad contumeliam Dei, sed multis proficiens afflueret, per multorum gratiarum actionem ad gloriam Dei.

c *Sed licet is qui.* Quidquid est commune pecori, exterior homo est, is qui intus, hic est imago Dei.

a ¶Quia aliqui negabant resurrectionem. ¶In eadem gloria. ¶Vt vltra non moriamur.

quoniam qui† suscitauit * Iesum, & nos †cum Iesu suscitabit,

a ¶Quia vnius fidei in vna domo erunt. b ¶Abundans gratia in nobis, diffundatur abundãs in vos, vt abundantem inde gratiam agatis.

a & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, vt gratia 1
b abundans †per multos in gratiarum actione abundet in glo- 2 3

a ¶Vt vos imitemini nos non dicam pro vita Iesu. b ¶In tribulationibus. c ¶Expositus malis. 4

c riam Dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is, qui foris 5

a ¶Caro. b ¶Anima munita spe futuri, cui non accedit humanus furor. ¶Imago Dei 6
c ¶In agnitionem Dei. 7

d est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est reno- 8

a ¶Merito non deficimus. a ¶Vbi non nisi desolatio. b ¶Parum durans. 9

e uatur de die in diem. †Id enim quod in præsenti est momen- 10

a ¶Ad ferendum. b ¶Id tribulationis. i. minimum. c ¶Tribulationum: contra hoc quod dicitur id. 11
d ¶In cælo, contra in præsenti.

taneũ & lêue tribulationis nostræ, suprà modum in sublimi- 12

a ¶Contra: momentaneum. b ¶Contra tribulationis. c ¶Contra: leue. ¶Quia.

f tate ætêrnum gloriæ pondus operatur in nobis. Nõ contẽ- 13

a ¶Appetentibus. ¶Ideo non, quæ videntur: quia.

plantibus nobis, quæ videtur, sed quę nõ videntur. Quę enim

¶Transitoria.

videntur †tẽporalia sunt, quæ autẽ non videtur, æterna sunt.

✠ AMBROSIVS. Pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate caro corrumpitur, sed anima spe futuri præmij renouatur, quia assiduis tribulationibus purgatur. Proficit enim in pressura, non interit, ita vt accedentibus tentationibus, quotidie acquirat ad meritum, quia & corpori corruptio hæc proficit ad immortalitatem merito animæ.

d *Renouatur de die in diem.* id est, assiduè purior efficitur per ignem tribulationis.

e *Id enim quod in præsenti est momentaneum est leue. &c.* ✠ THEODORETVS. Et per hoc quidem, in momento ostẽdit, quam sit breue & ad tẽpus exiguum. Conferendo autẽ opponit ei, quod est, in momento, hoc, nempe æternum. Leui autem, & molli, graue, hoc est, id quod est maximi prętij, ei autem quod est supra modum ad exuperationem, afflictioni autem, non remissionem, sed gloriam, quæ quidem sunt multò maiora.

f *Non contemplantibus, &c.* ✠ AMBROS. Desideriũ cælestium, & spiritalium habentes, hæc præsentia & terrena spernere proficiunt, quia ad comparationem spiritalium hæc nulla sunt. Sic enim sunt hæc ad superna, quomodo figura ad veritatem: figura deperit, veritas manet: ac per hoc exire de hoc seculo non metuunt iusti, sed gaudent.

† per Iesum

† tẽporalia

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omnia enim propter vos. *i. omnia faciamus & sustinemus propter vos, instruendo exemplo & verbo.*
2 Vt gratia. *scilicet, Dei.*
3 Abundans. *a nobis in vos.*
4 Per multos in gratiarum, &c. *id est, multi resurgant ad gratiarum actiones ad gloriam Dei.*
5 Propter quod. *Hic consequenter manifestat quod dixerat de patientia apostolorum in persecutione positorum di.* Propter quod, *id est, propter animationem exemplo Christi passi, & propter spem resurrectionis in corpore mortali.*
6 Non deficimus. *q.d. ad maiora sustinere parati sumus.*
7 Sed licet is, qui foris. *id est, ipsa natura sensitiua tendat ad corruptionem ex processu etatis & pondere tribulationis.*
8 Tamen is qui intus est. *scilicet, intellectiua natura.*
9 Renouatur de die. *per culpæ purgationem & eius sequelæ.*
10 Id enim quod in præ. *id est, tribulationes temporis præsentis.*
11 Momen. est & le. *quia sunt breuis durationis & parui ponderis respectu præmij futuri, de quo subditur.*
12 In sub. æter. glo. pon. *expectantibus ipsum. Et dicitur in sublimitate, ratione dignitatis, quæ est in præmio. Æternam, ratione durationis infinitæ. Pondus, ratione præciositatis: quia præciosa cõmuni modo loquendi dicuntur magni ponderis, vel aliter dicitur, Pondus, quia præmium gloriæ, quietat totaliter appetitũ in Deo, sicut pondus quietat graue in cẽtro.*
13 Non con.no.ea quæ. *id est, ista sunt in nobis: quæ non attendimus ad bona temporalia & visibilia. sed ad æterna & inuisibilia pro nunc, quæ per fidem à sanctis firmissimè creduntur, & per spem certitudinaliter expectantur.*

ADDITIO.

In cap. 4. vbi dicitur in Postil. In faciem Christi. *Hoc quod dicitur,* In faciem Christi. *exponitur in glo. i. per Christum: qui est facies patris, sine quo non cognoscitur.*

CAP. V.

Aug. in psa. 88.

Scimus enim. Ordo.

a Scimus enim quoniam si terrestris domus

CAPVT V.

a ¶Pondus quidem gloriæ: quia etiam in corporibus.
b ¶id est, de terra & proclivis ad terrestria. c ¶Caro in qua anima habitat.

b ¶Corpus.

Cimus enim quoniam si terrestris dõ- 1
a ¶Vbi semper inquietatur anima. 2
mus nostra huius hãbitationis dissol- 3

a ¶Destruatur pro Christo. b ¶Quod corpus immortale & plene firmatum. c ¶Tantum, quia non ministerio hominum.

b c uãtur, quòd ædificationem ex Deo ha- 4

a ¶Ne dicam, habebimus, adeo certi. ¶In spe quod habituri sumus in re. b ¶Quietam animæ mansionem.

bemus dõmum non manufactam, sed 5

niam sic dissoluitur, vt conditio & causa sit præmissa. Inde potest videri, quia habebimus.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non simpliciter dicit, Scio, sed scimus, nec enim simpliciter tabernaculũ corpus vocauit: sed

Homil. 1. de resurrect.

☞ indicat

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT V.

Diuisio.

1 SCimus enim. *Hic consequenter commendat ministerium noui Testamenti ex fide siue ex præmio. Licet enim de hoc tetigit cap. precedenti, aliqualiter, hic tamen tangit magis completè. Et diuiditur in tres partes: quia primò tangit de hac præmiatione, secundò de debita ad ipsam præmiationem præparatione, ibi:* Et ideo contendimus. *tertiò de causa vtriusque, ibi:* Omnia autem, ex Deo. *Prima adhuc in duas: quia primò agit de hoc præmio. secundò de eius desiderio, ibi:* Nam & in hoc ingemiscimus. *Circa primum sciendum, quod dixerat in fine capituli precedentis, quòd ipsi & alij apostoli non attendebant ad bona transitoria sed ad æterna: ideo continuando se ad dicta dicit:* Scimus enim. *id est, certitudinem habemus per fidem formatam.*
2 Quoniam si ter.do. *id est, corpus terrenum nostrum, quod se habet ad animam suo modo, sicut domus ad inhabitantem.*
3 Dissoluatur. *per mortem.*
4 Quòd ædificationem, &c. *Quod aliqui exponunt de corpore glorioso in futura resurrectione habendo, quod dicitur hic: Non manufactam, quia virtute naturæ non erat gloriosum.*
5 Sed æternã. *quia ab æterno à Deo præordinatã, sed quoniam apostolus*

☞ indicat nobis vitam hanc nostram temporalem, & declarat quomodo sit mutanda in meliorem.

✠ THEODORETVS. Terrestrem domum appellat, huius præsentis vitæ traductionem, Tabernaculum autem corpus, Si ergo, inquit, finem acceperint præsentia, habemus domum non manufactã, æternam, cælestẽ. Etenim terrestri quidem cælestem opposuit, ei autem, quæ dissoluitur æternam, ei autem, quæ ab hominibus constructa est manufactam.

a *Non manufactã. sed æternam.* id est, hominum complexione factam, scilicet, non humanæ generationis ope productam, nec humanis fomentis auctam, sed à Deo ineffabiliter compactam.

Aeternam. quia in ea sine fine manebitur.

Aug. li. 12. de ciui. Dei. Iosue 15. d.

b *Nam.* non solum pro præsenti inhabitatione, sed etiam,
c *In hoc.* id est, in consideratione huius tantæ gloriæ.
d *Ingemi.* ex dilatione desiderij quod non faceremus, nisi certi. In cuius rei figura Axa filia Caleb petiit irriguum superius & irriguum inferius, vt nos lachrymas effundamus, nõ solum pro præsentis incolatus miseria, sed pro dilatione supernæ gloriæ. Ingemiscimus, quia cupimus super innouationem animæ, quam iam accepimus.
e *De cælo.* id est, immortale & impassibile ad similitudinem cælestium. Nos perfectiores pro dilatione gemimus, quia & minus perfecti, qui carnem fouent, inter quos se apostolus commemorat, ne illi de se minus sentiant.
f *Super. cu. i.* dari animæ indumẽtũ, nõ de terra corruptibile, sed.

✠ AMBROSIVS. Propterea dicit in præcibus ingemisci, vt gloria promissa de cælis possit resurgentes induere. Hoc ergo desiderantes insistunt præcibus, ne resurgentes recepto vtique corpore, nudi, id est, alieni à promissa gloria inueniantur. Hoc enim opus est, vt induta anima corpore, Dei iudicio superinduatur & gloria, quæ est immutatio in claritatem. Mors enim de terra est, resurrectio verò de cælis, si tamen immutemur in gloriam. Alij codices sic habent, Siquidem expoliati non nudi inueniamur, id est, si exeuntes de corpore Christum vestiti fuerimus, quia quicunque in Christo baptizantur, Christum induunt. Itaque si in forma baptismi & traditione manserimus, expoliati corpore, non nudi inueniemur: quia in interiore homine habitat Christus, quem cum induti sine spiritu sancto dato nobis videbimus, erimus digni superindui promissa cælesti gloria. In illum enim decidet promissa claritas, quem viderit signum adoptionis habere, & hoc est.

g *Si tamen vestiti.* gloria promissionis.
h *Non nudi.* Hoc enim desiderant sancti, ne resurgentes recepto corpore nudi, id est, alieni à promissa gloria inueniantur. Hoc enim opus est: vt induti corpore, superinduantur gloria, quæ est immutatio in claritate. *Grauati eo,*

a ¶Quia ab æterno factam. b ¶Inter cælestes. c ¶Habemus domum, nam de ea gemimus. d ¶In quo.

a ætêrnam in cælis. Nã & in hoc ingemiscimus, hãbitationem 1 2
b ¶In hoc. f. ¶Aedificationem. a ¶Super virtutes animæ. b ¶Superinduí eu. tamen hac conditione. ¶Et hoc fiet. c ¶Virtutibus fide & cæteris.
c d nostrum, quæ de cælo est supẽrindui cupientes, si tamen vẽ- 3 4
d e ¶Depositio corpore. a ¶Virtutibus. ¶Ne id. de nudis puteтur. b ¶De illo gemimus.
c ¶In hac habitatione. 5
f stiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in tãberna- 6

a ¶Sarcina carnis grauati gemimus. b ¶Depressi. ¶Passionibus. c ¶Carne, vel corpore, vel ideo.
¶Vel quod. d ¶Affectu naturæ gemimus orando ne spoliemur spiritu sancto, & sic induamur gloria Dei, tunc enim superindui promissa gloria poterimus immortalitatis, si exuti corpore non dispoliati à spiritu sancto fuerimus.

g h i k l culo isto ingẽmiscimus †grãuati, eo quòd nõlumus expolia- 7 8
a ¶Ne vltra possit mori.
m n ri, sed superuestiri: vt absorbeatur, quod mortale est à vita. 9 10
o a ¶Vt velimus immortalitatem. 11

Qui autem † efficit nos in hoc ipsum Deus: & qui dedit 12

† paratus

g *Si*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *stolus videtur loqui de hoc quod statim post mortem realiter habetur à sanctis: sed corporis immortalitas habetur tantum in spe & non in re: ideo melius videtur exponi de gloria animæ, quæ statim habetur à sanctis omnino purgatis. Et dicitur habitatio propter excellentiam ipsius animæ ad Dei capacitatem, Ioan. 14. a.* In do. patris mei. man. mul. sunt. *Dicitur etiam domus æterna & non manufacta: quia gloria cælestis obiectiuè Deus est. qui est increatus & æternus.*

Diuisio.

1 Nam & in hoc. *Hic consequẽter agit de appetitu huius præmij. & diuiditur in duas partes: quia primò circa hoc ponitur appetitus varius

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ carnem. *Nolumus expoliari.* Ecce vox naturæ, confessio pœnæ, graue est corpus & onerosum, & tamen non libenter deseritur. Pius enim mentis ratione dissolui cupit, & esse cum Christo. Sensus autem carnis refugit & recusat.

a *Audentes.* Deus facit velle, facit & certos per spiritum, & ideo audentes.

b *Peregrinamur à domino.* Quomodo? cum alibi scriptum sit: *In ipso viuimus, mouemur, & sumus?* Quia etsi vbiq; Deus: non tamen hic videtur sicut in cælis. Peregrinamur ergo non fide, sed specie.

✠THEODORET. Non dicit, quòd longè sumus à domino, dum sumus huic mortali corpori cōiuncti, sed quod non videmus nunc istum corporis oculis, tunc autem & ipsum videbimus, & simul cum eo versabimur. Nunc enim, inquit, non videbimus eas res, quæ expectantur: sed eas per solam fidem cernimus, & propterea etiam desideramus ab hoc corpore excedere, & cum domino versari. Docet autem per hæc non timere mortem, sed hinc discessionem facilè, & toleranter ferre.

(A) †arrabonē — Act. 17. f. — †probamus — (B) †ea quę fiūt per corpus, iuxta id quod fecit.

c *Per fidē enim am.* ✠THEOPHYLACT. Hoc est, in hoc seculo illum nouimus, sed modicè. Cum itaque hæc ita se habeant, malumus, hoc est, valdè desideramus corpus hoc exui cum dominóque conuersari. Neque immortalitatis dixit participare, quin quod satius est, cum domino esse, quod vtique incorruptibilitate est longè præstantius.

d *Audemus autem, &c.* ✠AMBRO. Rectè ait audemus. Habentes enim fiduciam promissionis Dei, & scientes multomagis expedire illic esse, quàm in corpore, consentiunt, & optant excedere de corpore, vt requiescant vsque in die resurrectionis sub altare Dei.

e *Et ideo contendimus, &c.* ✠THEOPHYLACT. Quod quęritur illud est, vt domino morem viuendo geramus, ne fortè cum peregrinationem intelligis, existimes satis ad salutem tibi id fore, vnde sic, inquit. Stude, vt hinc Deo gratus abscedas vitæ ratione, quam illi acceptam hic duxeris.

C ✠THEODORET. Non sufficit enim fides ad salutem, sed conuenit benefactorem in omnibus colere, & venerare. Hoc autem *Contendimus*, posuit, pro eo, quod est studium & animi alacritatem adhibemus.

f *Omnes enim nos manifestari oportet, &c.* ✠THEOPHYLACT. Deter

a ¶Huius rei implendæ. b ¶Consueta audacia vtentes. c ¶Sumus. 1
a nobis † pignus spiritus. † Audentes igitur semper & scientes, 2
a ¶Quod confirmat audaciam nostram. ¶Quid sumus? illud. b ¶Morali. c ¶Remoti sumus specie, tamen in mente habentes ipsum per fidem. 3
b quoniam dum sumus in hoc in hoc corpore peregrinamur à 4
a ¶Inuisibilium. b ¶Ad Deum tendimus. c ¶Præsentiam eorum. 5
c domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciē. Au- 6
a ¶Sumus audentes & scientes hoc, audentes autem mente, ¶Ab actu non quiescimus, & si durum sit. b ¶Operare. ¶Non tristamur, non murmuramus in aduersis. c ¶Non dico cupientes. 7 8
d demus autem, & † bonam voluntatem habemus magis pere- 9
a ¶Remoueri. ¶Quam hic morari. ¶Apud. ¶Quia illi volumus adhærere. b ¶Omnibus modis. 10
e grinari à corpore, & præsentes esse ad Deum. Et ideo cōten- 11
a ¶Vt nunc. b ¶Vt tunc. ¶Quando astabimus ei. c ¶Vt hic & ibi placeamus. 12
f dimus siue absentes siue præsentes placere illi. Omnes enim 13
a ¶Bonos & malos. ¶Contendimus: Vel: Præsentes illi erimus, & verè. ¶Ideo dico præsentes. b ¶Iudicem Christum. c ¶A similitudine messorum. 14 15
g nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat 16
a ¶Bonus & malus. ¶Plus vel minus. 17
h vnusquisq; † propria corporis, prout gessit siue bonum siue 18

D Deterret hoc loco Corinthios, cum recordatione tum assertione quadam tremendi illius, & diuini iudicij, asserens vniuersorum tunc gesta, vt pateant necesse fore.

✠THEODORET. Non dixit sisti, sed manifestari. Sufficit autem hoc, & ad eos, qui mala sua non sentiunt admonendos, vt suorum peccatorū vulneribus medeantur, vt non fiant manifesta omnibus.

✠TERTVLLIA. Tribunal autem nominando, & dispunctionem boni ac mali operis, vtriusq; sententiæ iudicem ostendit, & corporum omnium repræsentatione manifestauit. Non enim poterit, quod corpore admissū est, nō corpore iudicari. Iniquus enim Deus, si non per id punitur quis aut iuuatur, per quod operatus est.

† Cōfidentes. — li. 5. aduers. Marcion. c. 12.

E Qui peregrinatur per fidem ambulat, nondum est in patria, sed iam est in via. Sic ergo ambulemus tanquam in via simus, quia ipse rex patriæ Christus est, & ibi: veritas: hic autem via est. Quo imus ad Christum? Qua per Christum? Ipse enim ait: *Ego sum via veritas, & vita.* Est enim illuminatio per fidē, & illuminatio per speciem, modo per fidem tantū illuminamur, non per speciem. Homini enim vitam agenti adhuc mortalem non potest contingere, vt dimoto & discusso omni nubilo phantasiarum corporalium secretissima incommutabilis veritatis luce potiatur, & mente penitus à consuetudine huius vitæ alienata, constanter & indeclinabiliter illi hæreat.

Aug. li. 1. de doct. Chris. c. 37. 14. de Tri. c. 2. ser. de ver. Apo. Ioan. 14. a.

g *Vt referat vnusquisque.* Etiam pueri, qui si non per se, per alios gesserunt dum per eos crediderunt vel non crediderunt, secundum quod iudicantur, non secundum, quod gesturi erant, si diu viuerent. Dicit enim: prout gessit in corpore, non vt gesturus erat si viueret, Frustra ergo homo post hoc corpus sibi promittit, quod hic in corpore comparare neglexit.

Aug. Enchi. c. 110. Idē q. 2. ad Dulcitium.

h *Propria corporis.* AVGVST. Quia nullus meretur, nisi dum in corpore est. Quem sensum confirmat alia translatio, quæ ita habet: *Vt referat vnusquisque secundum ea, quæ gessit per corpus.* Per corpus quippe, non quòd omnia generantur motu corporis, sed per corpus, id est, per tempus quo quisque vixit in corpore. Hic enim omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam quispiam releuari vel grauari. Nam etiam ista, quæ pro defunctis commendandis frequentat ecclesia, non omnibus prosunt & quare non? nisi per differentiam vitæ, quam quisque F
☞ gessit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui dedit nobis pignus. *Est enim spiritussanctus pignus gloriæ ratione prædicta. 1. c. huius epistolæ.*

2 Audentes igitur. *Hic consequenter ostendit, quis dictorum appetituum vincat in sanctis hominibus, di.* Audentes igitur. *id est, absque formidine mortis desideramus gloriam.*

3 Scientes. *id est, certitudinem habentes.*

4 Quoniam dum sumus in. *scilicet, mortali.*

5 Peregrinamur à domino. *id est, oportet nos esse separatos ab eo.*

6 Per fidem enim. *i. ænigmatibus tantum Deum cognoscimus.*

7 Et non per spe. *i. clarè, facie ad faciem, propter quod subdit.*

Fortitudo duplex. 8 Audemus au. *Circa quod sciendum, quòd ad fortitudinem politicam in periculis mortis sufficit non tristari irrationabiliter, sed fortitudo infusa non solum hoc facit, sed etiam facit aliquando in talibus delectari, Act. 5. g.* Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *& hoc est, quod dicit Apostolus:* Audemus. *sine trepidatione.*

9 Et bonam voluntatem. *id est. delectationem in mente.*

10 Magis peregri. à cor. *id est, dissolutionem huius corporis per mortem subire.*

11 Et præsen. esse ad Deum. *vt per hoc habeamus claram Dei visionem & perfectam fruitionem, & sic appetitus gratiæ vincit in sanctis appetitum naturæ.* Erroris cōfutatio. *Per hoc autem quod dicit Apostolus hic, excluditur error dicentium animas sanctas à corporibus exutas à visione diuina retardari vsque ad iudicium, quia dicit Apostolus: Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore per mortem, & præsentes esse ad Deum. Ex quo patet intentionem eius esse, quòd animæ sanctæ nihil habentes purgandum, exutæ corporibus, statim sunt Deo præsentes per apertam visionem.*

12 Et ideo con. *Hic consequenter agit de præparatione ad hoc præmium consequendum, quæ præparatio triplex est, secunda ponitur ibi:* Scientes ergo. *tertia, ibi:* Itaque nos. *Prima autem præparatio per hoc est, quòd homo quærit placere Deo, qui est dator huius præmij, & hoc est, quod dicit: Et ideo propter consecutionem gloriæ.*

13 Contendimus. *id est, cum quadam pugna resistimus mundi, carnis & diaboli tentationibus.*

14 Siue absentes. *quasi dicat ad hoc incitamur.* Siue absen. *id est, dum sumus in præsenti vita.*

15 Siue præsentes. *Deo per gloriam, supple. vt poterimus.*

16 Placere illi. *per dictam resistentiam. Et subdit huius resistentiæ causam dicens,*

17 Omnes enim, &c. *id est, ante eius iudiciariam potestatem. Vnde tanguntur hic quinq; conditiones extremi iudicij, scilicet, eius ineuitabilitas, ibi:* Oportet nos. *generalitas, ibi:* Omnes. *claritas, ibi:* Manifestari: *quia iudicium apparebit omnibus iustum singulis videntibus omnia bona & mala aliorum. iudiciaria potestas: ibi,* Ante tribunal. *iudicij sublimitas, ibi:* Christi. *qui, scilicet, est verus homo & verus Deus.*

18 Vt referat, &c. *id est, pœnam vel præmium pro his, quæ gesserit viuens in corpore. Nec per hoc excluduntur à iudicio pueri, qui nihil in proprio corpore meruerunt vel demeruerunt: quia iudicabuntur secundum ea, quæ circa eos ab alijs sunt facta vel omissa, inquantum sunt ab alijs baptizati vel non.* Diuisio.

✠ 1 Scientes

☞ A gessit in corpore. Quia etiam hoc meritum sibi quisque dum in corpore viueret, comparauit, vt ei possint ista prodesse. Cum ergo sacrificia vel altaris vel quaruncumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis animabus offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones sunt. Pro non valde malis propitiationes. Pro valde malis, & si nulla sint adiumenta mortuorū qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus autē prosunt, vel ad hoc prosunt, vt sit plena remissio. Vel certè, vt tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Sacrificia & eleemosynæ animabus quid prosint. — † terrorem illum.

✠AMBROS. Igitur si iudicante Christo vnusquisque nostrum facta corporis recipiet, non vtique sine corpore adiudicabitur bonus aut malus. Et non dixit facta carnis, quia carnis vitia puniēda semper, sed facta corporis, quia aliquādo spiritualiter, aliquando carnaliter operatur.

† Infaninus vel rapti sumus extra nos. — B

¶Et quia ante tribunal. ¶Quam castè timendus est Deus. ¶Vt timeant. 1
a malum. Scientes ergo † timorem domini, hominibus suade- 2
a ¶In hoc. b ¶Approbati, quod non pseudo. c ¶Quantum in me est, in quo non remanet. ¶Deo. ¶Etsi non confiteamini.
b mus: Deo autem manifesti sumus. Spero autē & in conscien- 3
c a ¶Approbatos. ¶Non arroganter hoc dicimus sicut nec prius cum diceremus: non sumus sicut plurimi, &c. b ¶Sicut nec prius. c ¶In his. 4
d tiis vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus 5
a ¶Talia dicendo. b ¶Materiam vel opportunitatem. c ¶Quod vobis necesse est. d ¶Contra pseudo, qui per elationem gloriantur se ab illis doctos, qui cum domino fuerunt. e ¶Quia & ego Apostolus sum, vt hi, à quibus se iactant didicisse.
nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, 6
a ¶Quod possitis dicere. b ¶Reprimendos. c ¶In conspectu hominum, vt hypocritæ. ¶In exterioribus, vt in circuncisione. d ¶Spiritualibus. ¶Vt superbiam reprimant per cordis humilitatem. 7
vt habeatis ad eos, qui in facie & gloriantur, & non in corde. 8
a ¶Contemplatione rationis b ¶Omnia temporalia. c ¶Soli, qui cognoscit excessum nostrum. ¶Ad honorem Dei est. d ¶Condescendendo. e ¶Ad vestram vtilitatem. 9
e Siue enim † mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis. 10
f a ¶Pro vobis est totum, charitas enim vrget, vt omnia pro vobis faciamus. ¶Amor, quem erga nos exhibuit condescendendo. 11
g h Charitas enim Christi vrget nos, æstimantes, hoc † quoniam 12
a ¶Solus sufficiens sine legalibus omnibus, vel iustus sine peccato. ¶Alij. b ¶In peccato. ¶Vetustati per eum, nec alio egent, cesset ergo lex. 13
i si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. 14

a✠ *Suademus.* Vt credant & prouideant sibi, quia quorundam prauiloquia dies domini in dubium venit.

b *Deo autem manifesti sumus.* quia hoc prædicamus quod iubet Deus.

c *Spero autem & in conscientijs vestris, &c.* ✠THEODORETVS. Existimo autem vos nostra non egere oratione, vt qui institutum, & scopum nostrum rectè sciatis.

✠AMBROSIVS. Manifesta erat puritas eorum Corinthiis, quia neque aliquando in adulatione fuerant deprehensi, neque prædicatio illorum displicuerat sanctis, nec ab aliquo illorum quidpiam, vt assolet, occultè elicere tentauerat, vt foris simplices apud turbas, intus verò impostores essent, ideo conscientiam illorū pulsat, vt ipsi sibimet testes essent de veritate eorū.

d *Non iterū commendamus, &c.* ✠THEOPHYLACT. Frequenter, quæ incidere posset, suspicionem hic detergit, ne quid de se videatur insolentius iactitasse, aitque: nequaquam ipsi ad hunc sermonem deuenimus, vt nos commendemus, hoc est, non insolentiæ vel laudis id nostræ gratia diximus: sed vestri potius C gloria, qui gloriandi mihi occasionem prębetis, aduersúsq; falsos apostolos pro vobis iactitādi, qui nos calūniantur & culpāt.

e *Siue enim mente.* Q. De nobis vtrique gloriari potestis, quia quidquid agimus, vel est honor Dei, vel vtilitas proximi. Siue excedimus, id est, si non commendamus, in quo putamur insensati Deo est, id est, ad honorem Dei, qui sic nos exaltauit. Siue sobrij: Vt non alta de nobis dicamus ad vestram vtilitatem. *Siue enim mente excedimus.* vbi audiuit, quod non licet homini loqui. *Deo est:* Non vobis, qui non potestis capere.

In psal. 30. & 103. AVGVSTINVS. Siue enim mente excedimus. Excessum mentis

D mentis dicit, quòd mente eleuantur ad intelligenda cælestia. Extasis, verbum Græcum est: Latinè vno verbo exponi potest, si dicatur excessus. In excessu mentis duo intelliguntur, vel pauor, vel intentio ad superna: ita vt quodammodo à memoria labantur inferiora. In hoc mentis excessu fuerunt omnes sancti, quibus arcana Dei mundum istum excedentia reuelata sunt, de hoc loquitur hic Paulus: *Siue enim.* Si superbè putatur locutus, quod est quasi insania, dum se laudat verum dicens, dimittendum est Deo, nō ab homine temere iudicādum. Si non iactanter, sed ad gloriam audiētium, Corinthiis proficit.

E ✠AMBROS. Hoc dicit, quia si elatè vel insanè putatur locutus, quia laudare se visus est verum dicens, Deo hoc remittendum. Omnis enim superbia velut insania habetur. Si autem nō superbè intelligitur, sed ad gloriam audientium est locutus, Corinthiis proficere dicit, vt tunc sanum sit dictum audientibus, si ita intelligatur, vt dictum.

† 33 dist. c. vsque adeo. 8. q. 1. c. in scripturis.

f *Siue, cum, so. su.* condescendendo.

g *Vobis.* quia sic loquitur, vt capere possitis. Isti sunt angeli de quibus dominus ait in euangelio: Videbitis cælum apertum, & angelos ascendētes & descendentes super filium hominis, hos eosdē angelos vidit Iacob in scalis ascendentes & descēdentes.

Augu. tract. 7. in Ioan. Ioan. 1. g. — Gene. 28.

h *Charitas enim Christi, &c.* quia Christus Charitate pro nobis mortuus est, tunc constat omnes mortuos fuisse in Adam: pro quibus mortuus est Christus, vt eos à morte liberaret. Quæ gratia ne inutilis sit hominibus, apostoli, vt eos illiciant necessario se laudant, per gloriam enim & meritum apostolorum agnoscitur gratia & beneficium Christi.

✠AMBRO. Quoniā Christus diligens genus humanum, vt eos redimeret morti se dedit: ideo apostoli, vt vicē ei redddant, homines ex aliqua parte exortantur ad eius obsequiū, & vt eos attrahant, necesse est, vt verū se prædicare testentur, aliis praua docentibus: nec suum meritū taceant, vt malorum doctorū pęnam designant. Non ergo elatione mentis hæc agebant, sed vt F donum Christi intelligeretur ab omnibus, & fideliter deuoti ei gratiarū actiones referrent. Propter Christi ergo Charitatem, quæ & quāta dona circa diligentes eum sint, non tacent, vt laus apostolorum nosceretur: non iactantiæ causa, sed vt inuitent audientes ad eius deuotionem, ne mors Christi infructuosa videretur. Per meritum enim & gloriam apostolorum agnoscitur Christi gratia, & beneficium Dei.

i *Si vnus pro omnibus.* i. si Christus pro omnibus quantum ad se
☞ etsi

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Scientes ergo. *Hic ponitur secunda præparatio ad præmium, quæ est sollicitudo de salute proximorum. Et diuiditur in duas quia primò ponitur hæc sollicitudo, secūdò sollicitudinis ratio, ibi:* Charitas enim Christi. *Circa primū dicit Apostolus:* Scientes ergo timorem domini. *i. q. valdè timendus est dominus, qui omnes est iudicaturus, vt dictum est.* Diuisio.

2 Suademus hominibus. *fidem & mores quia vnicuique mandauit dominus de proximo. Eccle. 17. b.*

3 Deo au. ma. su. *qui videt corda, quòd talia non prædicamus propter quæstum vel propriam laudem, sed intentione recta.*

4 Spero autem, &c. *q. d. ita conuersati sumus inter vos quòd non potestis rationabiliter iudicare prædicationem nostram procedere nisi ex conscientiæ puritate. Sed quia posset aliquis dicere, quòd in hoc iactanter se commendaret, ideo hoc remouet dicens.*

5 Non ite. com. nos vo. *Et dicit iterum: quia iam supra dixerat aliqua, quæ videbantur ad suam commendationem esse.*

6 Sed oc. da. vo. gl. p. o. *contra pseudo apostolos, qui dicebant se doctos à Petro, Iacobo & Ioanne: quasi in hoc detrahentes Apostoli doctrinæ. Poterant igitur Corinthij contra eos gloriari, quòd erant edocti à doctore perfecto, & vsque ad tertium cælum rapto.*

7 Vt ha. ad e. *s. pseudo apostolos repellendos, de quibus subditur.*

8 Qui

8 Qui in fa. g. *id est, in apparentia sanctitatis exterius.*

9 Et non in corde. *id est, in puritate conscientiæ.*

10 Siue enim man. ex. d. *per contemplationem diuinorum supra nos, extasim patiendo.*

11 Siue so. su. *nos humanæ conuersationi conformando. Bria enim Græcè mensura Latinè. Apostoli enim medij erant inter Deum & populum: & ideo eleuabantur aliquando per excessum mentis, accipiendo diuinas illuminationes, & aliquando conformabant se hominum fragilitati, vt conuenientius traderent eis diuina, sicut Genes. 28. c. dicitur, quòd angeli ascendebant & descendebant in scala Iacob.*

12 Charitas enim. *Hic ponitur consequenter huius sollicitudinis ratio, quæ est charitas ad proximum, ideo dicit:* Chari. e. *quæ se extendit ad proximum. 1. Ioan. 4. d.* Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. *Et vnde prouocetur hæc charitas ostendit: di.*

13 Æstimantes, &c. m. est. *s. Christus pro salute omnium quantum ad sufficientiam. Et accipitur hic si. pro quia: quia est. Ex quo concluditur.*

14 Ergo omnes m. sunt. *i. ita debent viuere acsi omnes essent mortui sibijpsis nihil de proprijs desiderijs curantes: & sic viuunt Christo, vitam propriam ordinantes ad eius honorem. vnde dicit apostolus Gala. 2. a.* Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus.

Universidad de Deusto Biblioteca

A etsi non omnibus profuit, ergo & omnes homines debent mori pro honore illius.

Li. 20. de ciuit. Dei. c. 6.

✻Avgvstinvs. Hoc est, nullum omnino habens peccatum, vt qui per remissioné peccatũ, viuunt, iã non sibi viuãt, sed ei, qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationé nostram.

Et quia hoc est.

a *Qui viuunt.* In corpore, *non sibi, sed* volũtati Dei. Quod debent: quia etsi Christus vsq; ad mortem fuit infirmus, iniuriatus: iam post resurrectionem non est, sed apparet, quod esse videbatur. vnde: *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Vicem ergo ei reddant quasi Deo, non homini solum pro eis passo.

August. 20. ciu. c. 6. — † posthac — † Amplius — Ioan. 8. d. — B

b *Neminem nouimus.* id est, laudamus.

c *Secundũ car.* id est, sua quærentem, non quæ Christi: temporalia, non æterna. Nec hoc debet facere aliquis, quia etsi Christus fuit mortalis sicut ego, per quod eum putaui hominem esse tantum, dum eram infidelis: tamen iam est immortalis, & ita secuti sumus de præmio. Si quis ergo in Christo est renatus nouus, illi iam spe transiit mortalitas, & transibit, & dabitur noua immortalitas. Vel, si quis nouus, vetus lex transiit illi, & nouam habet. *Neminem no. secundum carnem.* Vitam futuram: ita certa spe tenet, quasi iam sit præsens, quæ in Christo surgente impleta est, quæ non est secundum carnem: non quin in eadem carnis substantia, sed non in eadem qualitate corruptionis, quæ nomine carnis signatur.

Aug. li. 11. contra Fau. c. 1. 4. & 7. Tract. 91. & 92. in Ioan.

C d *Et si cognouimus Christum, &c.* id est, carnis mortalitatem ante resurrectionem, *sed iam post non no.* quia iam non moritur. Vnde ait: *Ad patrem vado, & iam non videbitis me.* id est, nunquam vlterius, scilicet, quod modo sum, id est, mortalis. Et iterum: *Nisi abiero paracletus non veniet,* hoc est, non potestis capere spiritum quamdiu secundum carnem me nosse persistitis. Et quia omnes in Christo sumus spe: & si non in re. Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt. Innouatis fide transit spe mortalitas: & adest nouitas resurrectionis.

Ioan. 7. c. — Ibidé 16. d.

Et si

¶Etiam ideo. ¶Per repromissionem. b ¶Non viribus suis, non suæ voluntati priuatæ deputetur. a ¶Virtutibus.
a Et pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuũt, iãm nõ
a ¶Non in spe terrenorum, sed in spe resurrectionis viuant. b ¶Vt morerentur peccato. c ¶Vt in nouitate ambulemus.
sibi viuãt, sed ei, qui pro eis mortuus est & resurrexit. Itaque 1
a ¶i. amodo adeo certi sumus de gloria æterna, vel de eadem resurrectione. ¶Tempore gratiæ. b ¶Esse viuentem. c ¶Qui secundum carnales obseruantias viuat.
b nos † ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si co- 2
¶Mortalem. a ¶Postquam veritas venit.
c d gnouimus secundum carnem Christum, sed nunc † iam non 3
a ¶Et quia Christus iam non est secundum carnem. b ¶Nouus renatus vt vos. c ¶Carnalis obseruantia & voluptas carnis.
e f nouimus. Si † qua ergo in Christo noua creatura est, vetera 4 5
a ¶Omnes noui qui in Christo. b ¶In Christo tamen.
g transierunt, † ecce facta sunt noua omnia. Omnia autem ex 6
a ¶Patre. b ¶Pater. c ¶Incarnatum verbum. d ¶Vicariis apostolis: quod non pseudo. 7
h Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis 8
a ¶Deus per Christum. b ¶Pater. ¶Qui nihil non potest. 9
i ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat 10
a ¶Ergo potuit Christus reconciliare, quia Deus erat in eo. vnde: Pater in me est, & ego in ipso. b ¶Electos de mundo. c ¶Hoc modo reconcilians. d ¶Non puniens æternaliter.
in Christo mundum reconcilians sibi, non † reputans il- 11 12

D *Et si cognouimus secundum.* Quia quamuis dũ infidelis intellexit Christum in lege promissum esse secundum carnem, vt legalia obseruaret & seruari præciperet: sed tamen non iam post conuersionem nunc ita esse, sed vmbra cesset.

✻Theodoretvs. Cum enim mortem domini, mortem dissolutam esse didicerimus, nullum deinceps hominé mortalé esse scimus. Etsi enim ipse quoq; dominus habuit corpus patibile, tamen post passionem, id à corruptione, interitu, & morte alienũ effecit.

e *Vetera.* Omnino vetus Testamentũ & omnia ad veterem hominem pertinentia.

f *Noua.* Venerunt nouũ Testamẽtum, & omnia noui hominis.

Vetera. vt error idolatriæ, & veritas vnius Dei successit.

† quis est in Christo, noua creatura est. — † Isa. 43. c. Apoc. 21. — † imputans

✻Ambrosivs. Manifestum est, quia per Christum renouata sunt omnia, si animaduertant dignitatem eius, nouus enim fit his quibus prius homo tãtum videbatur, cũ intelligitur esse Deus: vt recedente infirmitate agnoscatur diuinitas & cessante errore veteri, qui introducta multorũ Deorum opinione, ab vnius veri Dei fide transduxerat genus humanum, reuertantur omnia ad simplicitatis professionem vnum Deum adorantia in Trinitate. E

g *Omnia autem ex Deo.* ✻Ambrosivs. Quamuis Christus nos redemerit, omnia tamen ex Deo, quia ab ipso est omnis paternitas, ideoque necesse est præferri personam patris.

h *Qui no, &c.* ✻Theodoret. Dei ineffabilem benignitaté ostendit. Non enim, inquit, ipse nobis reconciliatus est, quãuis ipse esset, qui per transgressioné iniuria erat affectus, sed nos sibi reconciliauit, non hominem intercessorem adhibens, sed vnigenitum filium pacis intercessorem constituens. Nobis eum tradidit faustum reconciliationis nuntium. F

i *Deus erat.* Per hoc intelligitur pater esse in filio, & filius in patre, quia vna est eorum substantia, ibi est vnitas, vbi nulla diuersitas: & ideo aliter in altero est, quia & imago & similitudo eorum vna est.

Ambros. Rectè dicitur. *Deus erat in Christo,* Hoc est, Pater in filio,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Itaque nos. *Hic ponitur tertia præparatio ad præmium consequendum, quæ est abdicatio carnaliũ affectuum: quæ licet sit aliqualiter tacta parte præcedenti, tamen hic tangitur plenius, ideo continuando se immediatè præcedentibus dicit:* Itaque nos ex hoc ne. no. se. c. *i. cum nemine societaté contraximus moti carnali affectione. Sed quia posset aliquis obijcere, quod apostoli multũ dilexerũt Christũ etiã secũdũ præsentiã corporalé, ideo subdit Apostol' in psona apostolorũ. q. cũ Christo fuerũt corporaliter.*

2 Et si cog. se. car. Christum. *i. affecti eius præsentia corporali.*

3 Sed nunc iam non no. *illo. s. modo, sed meliori, vnde dixit apostolis Saluator Ioannis. 16. b.* Expedit vobis, vt ego vadam: *subtrahendo vobis corporalem meam præsentiam. Quod exponens Aug. dicit: quòd apostoli adhuc carnales exeuntes efficiebantur ad Christum, sicut homo carnalis ad amicum suum, propter quod impediebantur assurgere ad spiritualem & sublimiorem diligendi modum, vnde dicit ibi Saluator: Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos.*

Error Manichæi.

Notandum, quòd Manichæus negans veram carnem in Christo fuisse ex hoc loco confirmabat errorem suũ, quia dicit Apostolus: Et si cognouimus secundum carnem Christum, &c. *quia cõtra eum arguebatur ex verbo Apostoli Rom. 1. vbi dicitur de Christo,* qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. *ergo veram carnem habuit. Ad quod respondeba… di. quòd Apostolus primò fuit opinionis illius: & sic loquitur scribens ad Romanos, sed postea videns huius opinionis falsitatem retractauit hic ea… di.* Et si cognouimus secundum car. Christum. *id est, si fuimus aliqu… ndo huius opinionis. s. quòd Christus haberet carnem ex semine Dauid,* Sed nunc iam non nouimus. *id est, hanc opinionem tanquam falsam muta… umus. Sed hoc dictũ Manichæi improbat Augu. dupliciter. Primò, quod… es falsa non potest cognosci & ideo si apostolus illam opinioné falsam rep… taret, non diceret: Cognouimus secundum carnem Christũ. Secundo: qui… dicit ante immediate:* Neminem nouimus secundum carnem. *pro… ter quod ad eundem sensum debet referri: & sic apostolus nullum hominem cognouisset habere veram carnem, quod est falsum: ideo standum est expositioni primæ, ex qua concluditur quod subditur.*

4 Si qua er. &c. *Et accipitur si pro quia: quia quicunque baptizatus in Christo, factus est noua creatura per gratiam baptismalem, quæ datur per creationem.*

5 Vetera tran. *id est, affectus carnales debent in eo abijci.*

6 Et ecce fa. sunt no. om. *per spiritum sanctum mentem renouantem, & per consequens exteriorem actionem.*

7 Omnia au. *Postquam Apostolus egit de præmio, & de præparatione ad ipsum, hic consequenter agit de causa vtriusque. Et primo proponit intentum. secundò declarat propositum, ibi:* Quoniam quidem. *Circa primum dicit, quòd causa effectiua vtriusque, scilicet præmij & præparationis ad ipsum, est ipse Deus: ministri verò ecclesiæ solum cooperantur ministerialiter exterius. & hoc est quod dicitur,* Omnia autem ex Deo. *scilicet præmij & præparationis.*

8 Qui nos recon. sibi per Chri. *hoc beneficium commune est omnibus Christianis.*

9 Et dedit no. mi. recon. *i. officium prædicandi hanc reconciliationem: quod est speciale ministris ecclesiæ.*

10 Quoniam qui. *Hic consequenter ponit propositi declarationem. secundò subdit bonam exhortationem, ibi:* Obsecramus. *Circa primum primò declarat quod dictum est de reconciliatione facta per Christum. Erat enim Deus & homo in vno supposito: & sic Deus hanc reconciliationem fecit per humanitatem, tanquam per instrumentum sibi coniunctum: quod nulli alteri conuenit. & hoc est quod dicit,* Quo. qui. &c. *non solum per essentiam, præsentiam, & potentiam: sicut est in alijs secundum humanitatis assumptionem.*

11 Mundum reconcilians. *dicto modo.*

12 Non reputans illis. *pro quibus Christus homo satisfecit. Consequenter declarat beneficium ministris ecclesiæ specialiter datum, dicens.*

✻ 1 Et

A filio, mundum reconcilians sibi, non imputans illis delicta eorum: quoniam creatura peccauit in Deum, nec pœnituit, vt reuerteretur ad eum: Deus opus suum nolens perire misit filium suum, per quem prædicata eis remissione peccatorum, reconciliaret eos sibi per ipsum, per quem nos creauerat. Siue ergo per filiũ siue per seruos Deus excitatur populum: quia ad ipsum omnis summa referenda est, cuius voluntate & prouidentia, Christus incarnatus est ad salutem hominum redimẽdam. Qui cum reuerti vellet ad patrem, dispensatioẽ acceptã à patre dedit discipulis.

† De pœnit. dist. 2. cap. si enim. §. vnde Dauid.

a *Reconciliamini.* Reconciliamur confitendo peccata, & pœnitendo ei, qui nos sibi reconciliat, & debetis & potestis.

B b *Pro no. pe. se.* Vsus est veteris Testamenti peccata dici sacrificia pro peccatis. Vel, peccatum dicitur similitudo carnis peccati. Vnde dicitur de peccato deleuit vel damnauit peccatum, id est, de similitudine carnis peccati: quia misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Ita etiam maledictum pro morte accipitur, quæ de maledicto Dei venit, vt verè dictum in lege intelligatur. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Quid est quod ait? maledictus, id est, terra es in terram ibis. Quid est quod dicit: omnis? quia Christus, qui pependit in ligno cum esset vera vita, mortuus est vera morte non ficta.

Aug. in Enchird. ca. 4. Serm. 48. de verb. Apost. In psa. 34. — D — Deut. 21. d. Genes. 3. d.

✻Theodoretvs. Cum enim à peccato liber esset, mortem peccatorum subiit, vt hominum peccatum solueret, & id vocatus, quod nos eramus, nos fecit id quod erat: iustitiæ enim nobis opes donauit.

a ¶Tam originalia quàm actualia. b ¶Hoc modo dedit nobis Deus ministerium: quia. c ¶Prædicationem fidei.
a lis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliatio- 1
¶Vice Christi, qui fuit legatus Dei, vel pro Christo. i. pro honore Christi. a ¶Et ideo obsecramus. 2
nis. Pro Christo ergo legatione fungimur tãquã Deo † ex- 3
a ¶Vos. b ¶Quia verè in nobis loquitur. c ¶Pro amore Christi obsecra. Vel, Vice Christi obsecra reconcili. 4
hortãnte per nos. Obsecramus ergo pro Christo reconcilia- 5 6
a ¶Christum. b ¶Debetis & potestis. c ¶Per experientiam, etsi per scientiam. 7
b mini Deo. † Eum enim, qui non nouerat peccatum, pro no- 8
a ¶Hostiam pro peccatis, vel peccatorem puniri in pœna. ¶Mortalem. b ¶Deus pater. c ¶Non modo iusti, sed per quos alij iusti sint. d ¶Non nostra. e ¶Per ipsum Christum. 9
c bis peccatum fecit, vt nos efficeremus iustitia Dei in ipso. 10 11

† rogante

✻Ambrosivs. Propter quod omnis caro sub peccato est, ideo factus caro, factus est etiam peccatum. Et quoniã oblatus est pro peccatis, non immeritò peccatum factus dicitur, quia & hostia, quæ in lege offerebatur pro peccatis peccatum nuncupabatur. E

c *Vt nos.* i. vt iustificaremur à Deo: quia ex Deo tantũ est omnis cõsummatio. Attẽde, quod sicut cũ legitur: *Domini est salus,* nõ ea salus intelligitur qua dñs salus est, sed qua saluati sunt, quos ipse saluat. Sic cũ legitur Dei iustitia: nõ est illa intelligẽda qua Deus iustus est, sed qua iusti sunt homines quos gratia sua iustificat.

Psal. 3. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et posuit in nobis, &c. *alijs prædicandum: Marc. vlt. d.* Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, *propter quod concludit.*

2 Pro Christo ergo, &c. *inquantum missi sumus ad prædicandum euangelium Christi.*

3 Tanquam Deo exhortante. *id est, principaliter agente.*

4 Per nos. *sicut per ministros.*

5 Obsecramus. *Hic ponitur vtilem monitionem, di.* Obsecramus. *id est, deuotè exhortamur.*

6 Pro Christi. *id est, loco Christi cuius sumus ministri.*

7 Reconciliamini Deo. *Licet enim reconciliauerit nos per passionem Christi, vt dictum est: tamen ad hoc, quòd simus participes huius reconciliationis, requiritur in nobis debita dispositio per baptismi debitam susceptionem & post baptismum per pœnitentiam, quæ est secunda tabula post naufragium. Et ad hoc proponit inductiuum, dicens.*

8 Eum, qui non no. pecca. *id est, Christum, qui peccatum non fecit. 1. Petr. 2. d.*

9 Pro nobis pec. *id est, Deus pater fecit pro nobis eum hostiam pro peccato, quæ vocatur peccatum in scriptura. Osee. 4. b.* Peccata populi mei comedent, *id est, hostias pro peccato oblatas.*

10 Vt nos ef. in. *i. perfectè iustificati. ideo dicitur, iustitia in abstracto.*

11 In ipso. *i. per ipsum. q. d. hoc debet nos inducere ad exhibendum corpora nostra hostiam pro peccatis nostris per opera pœnitentiæ.* F

ADDITIO I.

C *In ca. 5. vbi dicitur in po.* Siue absentes, *id est, dum sumus in præsentia vita.*

Hoc quod dicitur hic: Siue absentes siue præsentes, *videtur exponendum sic: omnibus modis contendimus placere illi, scilicet, Deo, siue absentes. s. ab vltimo præmio: siue præsentes, quo ei astabimus, elaboramus enim, vt hic, & ibi placeamus illi, & sic expendit.* Nam omnes manifestari oportet, &c.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in po. Pro nobis peccatum fecit Deus.

Per hoc quod dicitur: Pro nobis peccatum fecit Deus, *potest intelligi similitudo carnis peccati quia misit Deum filium suum in similitu. car. pec. Similiter dicitur mortuus est peccato, id est, similitudine carnis mortalitatem exutus est. Et est sensus:* Fecit eum, *i. mortalẽ. Hæc in Glo.*

CAPVT VI.

Augu. lib. 8. de Trinit.

a *ADiuuantes autem.* ✻Ambrosivs. Duplici genere Apostolus humanæ salutis curam se agere contendit, vt & Dei prouidentiæ deuotus existeret, & hominibus charitatis officium exiberet.

✻Theophylactvs. Adiutores vestri, inquit, sumus, & vobis ad consequendam salutem, & Deo, vt eius expleat voluntatem: hoc est: quæ vobis, vt salutem impartiar procliuior est, fungimúsque exortando Christi vice, quoadusque ille secundò adueniat, & quandiu in vita hac fuerimus, ne in cassum gratiam Dei accipiatis.

† obsecramus

b *Ne in va.* Gratia Dei est remissio peccatorum, quam in vanum recipit, qui non potest se exercere in bonis, vel qui in legalibus confidit.

Isaiæ. 49. Ephe. 1.

CAPVT VI.

¶Christus redemit nos & reconciliauit, nos autem adiuuantes vos vel Christum.
a ADiuuantes autem † exhortamur, ne in vacuum 1
a ¶Remissionem peccatorum. ¶Quam recepistis. b ¶Est ne gratia vtique. 2 ¶In Isaia. ¶Gratiæ.
b grãtiam Dei recipiatis. Ait enim. † Tempore 3 4

c *Tẽpore ac.* ✻Ambro. Hoc scriptũ est in Isaia propheta. Prędestinatã docet gratiam Dei in tempore Christi: sic enim decreuit Deus affluere misericordiam suam, vt nomen Christi poscentibus auxilium largiretur. Sequitur:

† Isa. 49. c.

a Nunc

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT VI.

Diuisio.

ADiuuantes autem exhortamur. *Postquam Apostolus commendauit ministerium noui Testamenti, hic consequenter hortatur alios ad executionem debitam huius ministerij. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit exhortationem generalem. secundò, specialem de quodam speciali suffragio fiendo in Ierusalem. cap. 8. Prima adhuc in duas: quia primò hortatur ad bona fienda in futuro, secundò commendat bona facta de præterito. cap. sequen. Prima in duas: quia primo hortatur in quodam generali. secundò explicat magis in speciali, ibi:* In multa patientia. *Circa primum dicit.*

✻ 1 Adiuuan

1 Adiuuantes autem exhortamur. *q. d. quia sumus adiutores Dei, non virtutem sibi tribuendo, sed sicut ministri eius mandata exequendo, ideo exhortamur.*

2 Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *quæ datur benè viuendum in præsenti, & ad consequendum gloriam in futuro, propter quod hunc effectum non consequitur, si in vacuum recipitur, sicut medicina ad quam sanitas non sequitur. Sed quia posset aliquis dicere.* Recipere gratiam non est in mea potestate, ideo hoc remouet, ostendens, quòd Deus paratus est dare authoritate scripturæ. di.

3 Ait enim. *scilicet, Deus, Isa. 49.*

4 Tempore accepto. *id est, tempore nouæ legis: quod est tempus gratiæ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Nunc tem.* Quod non in lege veteri, vel nunc, non cras, non post annum; quia statim in obitu fidelis: salus datur.

✻ RABBANVS. Neque enim in vno quolibet sex dierum cælum factum est, vel syderibus illustratum, & terra separata est ab aquis, atque arboribus, ac herbis consita: sed more sibi solito diem pro tempore posuit, vt hic Apostol. *Ecce nunc tempus accept. &c.* Non vnum specialiter diem, sed totum significat tempus hoc, quo in præsenti vita pro æterna salute laboramus.

† reprehendatur

b *Vt non vitu.* Quod vtique si quod verbo doceremus, operis exemplo non exhiberemus,

✻ AMBROSIVS. B Vituperaretur enim ministerium ipsum, si ea, quæ verbis docebant, operibus suis, vt fierent exépla non darent.

† anxietatibus, † puritate, † animi lenitate. Ambrosius.

c *Sicut Dei mi.* Qui nõ adulantur, vt pseudo studentes lucro.

d *In mul. pa. in tri.* Et in tot duris, leue est onus Christi, & requies intus spiritusancto viuificante, & spe futuri omnia mitigante, omnia enim sæua & immania facilia & prope nulla facit amor. Et secundum hoc intellige quod dicitur: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & e. re. v.* Et iterum: *Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem a. v.* Iugum enim meum suaue est, &c. (Matt. 11. d. Ibidem.)

C e *In castitate,* habita, *in scientia,* vt castè sciant, nihil adulterinæ opinionis admisceant.

f *In suau.* habita. *spiritussancto:* vt secũdũ Deũ suaues & affabiles, non vt illi, qui per dulces sermones seducũt corda innocentũ.

✻ BERNARDVS. (De vita solitaria.) Vide quomodo omnia facientem, ordinantem, & viuificantem in medio bonorum, sicut cor in medio corporis constituit spiritum sanctum.

D g *In charitate non ficta.* Ficta est, quæ deserit in aduersitate.

✻ THEODORET. Variè dixit ea, quæ extrinsecus inuadunt. Adiicit autem laboribus inuoluntariis eos quoque quos sponte sua suscepit. Neq; enim erat cõtentus exterioribus molestiis, sed etiã ipse excogitabat quomodo suũ corpus castigaret, vt qui non solum ieiunaret, sed etiam vigilaret, & manibus laboraret. Hoc enim dixit, in laboribus. (1. Cor. 4. a. Luca 11. c.) ἀγνότητα autem hoc est, puritatem, vocat pecuniæ contemptũ. Neq; enim vsum necessarium accepit à Corinthiis. Cognitionem verò, seu scientiam, vt puto, vocat doctrinam, nã & ipsa quoq; est laboriosa. E Deinde longanimitatem seu lenitatem in alienos, benignitatem in suos, Sanctissimi spiritus obseruantiam, eius enim nutũ sequebatur. Nõ fictam autem charitatẽ vocat sinceram & germanam, quæ non in figura cernitur, sed reipsa confirmatur. Sermonem autem veritatis, prædicationem pietatis. Omnia autem diuinæ potentiæ attribuit, ea enim adiuuante, se in his omnibus rectè gessit.

† benignitate, vel comitate. † 6. q. 1. c. sunt plurimi. † ignominiam,

h *In virt. Dei.* Non speremus in homine vel in bonis, si quid boni est Deo attribuamus, vel qui prædicta habet, miracula facit ad conuersionem infidelium.

i *Per glo. & ig.* Exhibeamus nos vt mi. Dei. *Per glor.* Si gloriosi sumus apud homines, vel ignobiles & contempti, vt nec inde inflemur, nec inde succumbamus vel doleamus. F Eodem modo si infamamur de aliquo scelere vel bonam famam habeamus de aliquo opere. Item exhibeamus nos Deo habiti. (Aug. in psal. 92. & 93.)

☞ a Vt

a ¶Mihi vel hominibus. b ¶Orantem pro peccatis. c ¶Quando lux nata est. d ¶Vel auxiliatus sum tui. ¶De assecutione virtutum & perseuerantia bonorum operũ. e ¶Exponit prophetiam.
a accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tē-
a ¶Quo morbis mortalibus salubris medicina infunditur. b ¶Aliis verbis idem replicat. c ¶A Deo solliciti sumus circa salutem ægrorum. ¶Exhortamur vel ne recipiatis in vanum vos dico.
pus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam
a ¶Verbo vel exemplo. b ¶Quod vtique si nos hoc faceremus. c ¶Et per vos. ¶Apostolatus. ¶Vos & ego.
b offensionem, ut nõ † vituperetur ministerium nostrum. † Sed
¶Offeramus Deo. a ¶Etsi non omnes ministri.
c in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros,
a ¶Vt nec parum moueamur. b ¶Habita. ¶Per partes exequitur. c ¶Afflictionibus. d ¶Victus & vestitus.
d in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in
a ¶Animi cura & timore. b ¶In verberibus. c ¶Vinculis. d ¶Commotionibus populi cõtra se. e ¶Quia Apostolus manibus operabatur ne cui grauis esset. ¶Operum.
† angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in labori-
a ¶Nocte laborando. b ¶Coactis vel spontaneis. c ¶Mentis & corporis. d ¶Scripturarum, vel quomodo inter iniquos conuersandum sit. e ¶Expectationis.
e bus, in vigiliis, in ieiuniis, † in castitate, in scientia, in † lon-
a ¶Blanditiis. b ¶Quia omnia sincere facere debemus, vt secundum Deum suaues & affabiles.
f ganimitate, in † suauitate, in spiritusancto. In charitate
g ¶Sicut pseudo simulant, vt decipiant prædicando vel loquendo. a ¶Miraculis.
h non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. † Per arma
a ¶Exhibeamus nos muniti per iustitiam, quæ loco armorum munit nos. b ¶Ne prosperis extollamur. ¶Ne aduersis frangamur. c ¶Euangelij. ¶Hæ sunt partes prosperorum vel aduersorum. d ¶Vt non pudeat nos prædicare, quod quidam horrent.
i iustitiæ à dextris & à sinistris. Per gloriam & † ignobilita-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Exaudiui te. *quia orationes fideliũ exaudibiles sunt, per Christum.*

2 Et in die salutis. *tempore Christi, qui operatus est salutem in medio terræ.*

3 Adiuui te. *opera tua perficiendo & ad gloriam perducendo, ad quam non intrabant tempore veteris Testamenti.*

4 Ecce nunc temp. ac. *Hoc dicit Apostolus applicando authoritatem Isaiæ ad Christi tempus. Et patet ex dictis sententia.*

5 Nemini dantes, &c. *i. scandalum ex dictis vel factis minus rectis.*

6 Vt non vitu. mini. no. *quia mala subditorum redundant in vituperium prælatorum.*

7 Sed in omnibus. *scilicet pertinentibus ad salutem.*

8 Exhibeamus nosmetipsos, &c. *ipsi Christo nos quantum possumus conformando.*

9 In mul. pa. *Hic consequenter explicat suam exhortationem in speciali. Et diuiditur in tres; quia primò declarat qualiter sit vtendum gratia collata in exteriori conuersatione, secundò in interiori deuotione, ibi:* Os nostrum. *tertiò in infideliũ vitatione, ibi:* Nolite iugum, &c. *Circa primum tria facit, secundum, quòd in tribus sancta conuersatio consistit, primum est tolerantia malorum, secundum, operatio bonorum, ibi:* In castitate. *tertium est operatio istorum & illorum, ibi:* Per arma. *Circa primum sciendum, quòd in malis pœnæ tolerandis primo patientia est necessaria, ideo dicit:* In multa patien. *& dicit multa, propter multitudinem malorum superuenientium.* (Diuisio.)

10 In tribulationibus. *ex aduersariorum persecutione.*

11 In necessitatibus. *ex defectu necessariorum vitæ.*

12 In angustiis. *ex euadendi difficultate seu impossibilitate.*

13 In plagis. *nobis illatis in corpore.*

14 In carceribus. *ne possemus ad prædicandum discurrere.*

15 In seditionibus. *contra nos motis ab aduersarijs veritatis.*

16 In labo. *operando proprijs manibus: quod fecit Apostolus apud Corinthios, vt quæstum falsis Apostolis præcluderet.*

17 In vigiliis. *propter instantiam orationis.*

18 In

18 In ieiuniis. *aliquando voluntarie assumptis ad repressionem carnis & aliorum ædificationem, & aliquando ex cibi defectibus patienter toleratis.*

19 In castitate. *Hic consequenter ponit ea, quæ pertinent ad operationem bonorum: in primo sunt, quæ pertinent ad operationem cordis, & quantum ad hoc dicit:* In casti. *quæ dicit puritatem mentis redundantem in corpore.*

20 In scientia. *quantum ad cognitionem diuinorum & humanorum ad salutem necessariorum.*

21 In longanimitate. *patienter expectando diuina promissa.*

22 In suauitate. *quæ facit hominem dulcem & suauem proximo verbo & facto ex gratiæ abundantia, ideo subditur.*

23 In spiritusancto. In charitate non ficta. *contra hypocritas. Consequenter tangit perfectionem oris. di.*

24 In verbo veritatis. *prædicando, & cum hominibus communiter loquendo, & perfectionem operis.*

25 In virtute Dei. *opera meritoria faciendo & doctrinam miraculis confirmando.*

26 Per arma iustitiæ à dextris. *Hic consequenter ostendit qualiter vtendum sit gratia diuinitus collata in comparatione bonorum & malorum, id est, inter huius mundi prospera & aduersa non deuiare à rectitudine. Prospera autem & aduersa tria respiciunt, scilicet, superbiam vitæ, concupiscentiam oculorum, ideo ostendit propositum primò in primo, secundò in secundo, ibi:* Quasi morientes. *tertiò in tertio, ibi:* Quasi egentes. *Omnia Ista tamen pertinent ad veritatem iustitiæ communiter accepta, ideo dicit:* Per ar. iu. à dex. *id est, ne in prosperis per superbiam eleuemur.*

27 Et à sinistris. *vt in aduersis à virtute non deijciamur, & similiter intelligendum est in sequentibus, cum dicitur.*

28 Per gloriam & ignobilitatem. *Aliquando Apostoli fuerunt ab hominibus reputati valde gloriosi, sicut dicitur Act. 14. c. quòd Licaonistæ Paulo & Barnabæ volebant tanquam dijs sacrificare. Et alibi incarcerati fuerunt, vt viles, & abiecti, sicut patet ex eodem libro.*

✻ 1 Per

☞ a *Vt sed.* apud quosdam quod falsum est. Et non dicit simpliciter, habiti seductores, sed addit: vt, & inde est infamia. Et apud alios habiti.

A (Augu. tract. 49. in Ioan.)

b *Veraces.* vt. Q. Quod verum est, vt nec bona æstimatione superbiamus, nec mala doleamus. Item habiti apud alios.

† ignominiam.

✻ THEODOR. Omnia pugnant ex diametro, gloria & ignominia, maledictum & laus, mors & vita, gaudium & tristitia. Sed tamẽ & hæc & illa arma esse iustitiæ pronũtiauit, & per ea quæ sunt contraria vnam virtutem contemperauit. Nam neque gloria eum extulit, neq; ignominia deiecit: B nec eum laus inflauit, nec maledictum excruciauit: sed per contraria ingrediẽs, mansit immutabilis.

† apertum est.

c *Vt castigati.* i. per verba à prædicatione coerciti. Apud alios non castigati: quod esset mortificatos esse. Ideoque pro eo ponit & non sumus mortificati, quia nõ vincebantur, nõ cedebant. Mortificatur enim qui in fidei confessione non permanet. Vel de morte temporali potest intelligi. Facti sumus vt castigati, quia permisit eos Deus pressuris exerceri, vt meritò crescerent. Et non mortificati, quia non permittit Deus corporaliter occidi: & si multi martyres occiduntur, non moritur ecclesia, sed aduersis emendatur. Item habiti non solum egentes, sed sibi insufficiẽtes. *Vt sedu. Sicut qui igno. &c.* Nota quibusdam addi vel vt, vel quasi, vel sicut, vel tanquam. Hæc sicut in somniis transierũt. sed contraria sine quasi, ponuntur: quia certa.

† Non constringimini in nobis sed constringimini in præcordiis vestris, i. in vestris affectibus & trepidis obseruationibus ceremoniarũ legis.

d *Quasi tristes.* Inimici putabant eos non euadere minas inimicorum, ipsi ope Dei tuti sunt à morte præsenti & futura. (Aug. in Psa. 138. & 48.)

e *Omnia possident.* Qui terrenas diuitias abiicientes, cælestes per fidem iam tenent, quasi nihil habentes omnia possident, C qui terrenis in vsum vel opus misericordiæ retentis, cælestes se quandoque habituros sperant. Gloria apostolorum fuit, nihil omnino possidere, sine sollicitudine esse: & tam res quàm dominos earũ possidere, quia omnia ad pedes eorũ ponebãtur. D

✻ THEOD. Omnia pugnant ex diametro, gloria, & ignominia, maledictum & laus, mors & vita, gaudium & tristitia. Sed tamen & hæc, & illa esse arma iustitiæ pronunciauit, & per ea quæ sunt contraria vnam virtutẽ contemperauit. Nã neque gloria eum extulit: neque ignominia deiecit, nec eũ laus inflauit, nec maledictũ excruciauit. Sed per contraria ingrediens mansit immutabilis. Dextera autem vocat ea quæ animo grata esse videntur: sinistra autem quę sunt contraria ab ea quæ est de rebus opinione, imponens nomina. E Iure autem admirãda sunt ea quæ sunt in fine. Cum enim dixisset, vt mendici, non subiũxit, necessariis autem abundantes, sed, multos autem locupletãtes. Ab omnibus enim pecuniam colligens, mittebat ad pauperes, & qui nihil habebat, cuiusuis piæ domus erat dominus.

f *Os nostrum.* Q. Multa dixi de vobis, sed hæc omnia amplè & diffusè dicta, ad vos corrigendos spectant ô Corinthij, & non ad meam superbiam. Q. stulti qui me dimisistis. (Aug. dialog. ad Oros. q. 53. & tract. 10. in epist. Ioa.)

✻ AMBROSIVS. Hoc libertatis causa loquitur, & puræ conscientiæ. Mali enim sibi conscia mens, loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat.

g *Cor nostrum dilatatum est, &c.* ✻ AVGVSTINVS. Vnde dilatatum est cor nisi per charitatem spiritalem? iuxta Psalm. Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum. (Dialog. ad Oros. cap 2. Psal. 118.)

h *Non angustiamini in nobis, &c.* ✻ THEODORET. Qui enim est hostili in aliquem animo, vel ipsam eius memoriam è cogitatione sua eiicit.

✻ AMBROSIVS. Hoc dicit, quia non oberat magistro, si discipuli malè verterentur contemnentes vigorem

☞ doctrinæ

F

a ¶Vnde infamia.
a tem, per † infamiam & bonam famam. Vt seductores, & ve-
b a ¶Vt bona fama. ¶Apud alios. b ¶Habiti. c ¶A Deo reprobati. d ¶A Deo probati. e ¶De vitiis in vitium ruentes.
races: sicut qui ignoti, & cogniti. Quasi morientes, & ecce
a ¶Secundum alios in virtutibus. ¶Bonis operibus apud aliorum opinionem. b ¶Vt putarentur cedere à prædicatione, & non cedebant. c ¶Iterum habiti. ¶Quia non verè. d ¶De tribula. e ¶Eramus.
c viuimus: vt castigati & nõ mortificati. Quasi tristes, semper
d a ¶Verè. b ¶Quia hæc tristitia gaudium operatur. c ¶Habiti. d ¶Veris bonis & spiritualibus. ¶In terrenis egestatem patientes. e ¶Eramus. ¶Spiritualibus diuitiis.
autem gaudentes. Sicut egentes, multos autem locupletan-
a ¶Habiti sumus non solum egentes, sed etiam. b ¶Penitus. ¶Spiritualis boni vel terreni. c ¶Non solum spiritualia. ¶Et etiam spiritualia, quia Deum timentibus nihil deest. d ¶Sumus. e ¶Liberè ex conscientia loquitur.
e tes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Os nõ-
f a ¶In omnibus prædictis. b ¶Mens nostra. ¶Et ideo hoc feci, quia mens est plena diuitiis nec erubescit dicere quod in se habet. & ideo si quas angustias & inopiam scientiæ vel boni operis habetis, non hoc à nobis habetis vt vos putatis qui pseudo præfertis: sed quia dura corda habetis ad intelligendum & comprendum.
g strum † patet ad vos, ô Corinthij: cor nostrum dilata-
¶Angustias patimini.
h tum est. † Non angustiamini in nobis, angustiamini au-
¶Quam nos.
tem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remu-
¶O si dilatati fueritis. a ¶Abundantia scientiæ & virtutum, & spe futuri.
nerationem, tanquam filiis dico: dilatamini & vos.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Per infa. & b. *quia ab aliquibus dicebantur magi & deceptores, & ab alijs veritatis prædicatores. Et ad idem pertinet quod subditur:*

2 Vt seductores. *reputati sumus à multis.*

3 Et veraces. *ab alijs.*

4 Sicut qui ign. *id est, reprobati à malis.*

5 Et cogniti. *id est, approbati à bonis: & tamen in istis prosperis & aduersis sic apostoli se habuerunt, quòd non recedebant à virtute per superbiam eleuati, nec per pusillanimitatem deiecti.*

6 Quasi morientes. *Hic consequenter ponit ea quæ pertinent ad concupiscentiam carnis, & sunt tria. Primum est vita, quæ maximè concupiscitur: & quantum ad hoc dicit:* Quasi morientes. *periculis mortis expositi.*

7 Et ecce viuimus. *Deo per fidem & gratiam iustificati. Secundum est incolumitas vitæ. Et quantum ad hoc dicit:*

8 Vt castigati & non. *q. d. licet à Deo per flagella castigemur, tamen à morte per eum eripimur. Tertium, quod concupiscitur in vita præsenti est iocunditas, & quantum ad hoc dicit:*

9 Quasi tristes, semper. *i quamuis in his quæ pertinent ad carnem patiamur afflictionem, tamen per spiritum maiorem consequimur mentis consolationem. secundum illud Act. v. g.* Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

10 Sicut egentes. *Hic consequenter ponit ea quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum.* Sicut egentes. *i. victum & vestitum ab alijs mendicantes.*

11 Multos autem locupl. *id est, bona spiritualia ipsis communicantes: quæ tanto sunt meliora, quantò quæ sunt animæ corporalibus præferuntur.*

12 Tanquam ni. ha. *Nam apostoli omnia tẽporalia propter Christum dimiserunt, Matt. 19. d.* Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c.

13 Et omnia possid. *Quia viuebant Christo & non sibi ipsis. omnia autem erant Christo subiecta, Mat. vl.* Data est mihi omnis po. in cæ. & in ter. *propter quod Apostoli reputabant omnia subiecta sibi. In cuius signum insensibiles creaturæ obediebant eis ad nutum. Notandum autem, quòd Apostolus in præmissis vario modo loquitur, ponendo bonum temporale contra spirituale: nam in temporalibus addit dictionem conditionalem. scilicet quasi vel tanquam, vel sicut, aut huiusmodi. non autem in spiritualibus: quia temporalia non habent rationem boni vel mali secundum veritatem: sed tantum secundum hominum apparentiam & existimationem: spiritualia verò secundum veritatem.*

14 Os nostrum. *Hic consequenter Apostolus docet vsum gratiæ collatæ quantum ad interiorem deuotionem. Et diuiditur in duas partes: quia primò circa hoc de se veritatem ostendit. secundò ad hoc Corinthios inducit, ibi:* Non angustiamini. *Circa primum dicit:* Os no. pa. ad vos o. Co. *i. illa quæ diximus, ex iactantia non protulimus, sed ad vtilitatem vestram, vt videatis amicitiam nostram erga vos, aperiendo vobis corda nostra. & ideo subditur deuotio, cum dicitur:* (Diuisio.)

15 Cor nostrum. *i. apertum ad appetendum magna scilicet bona cælestia. Dicitur autem per oppositum cor hominis angustiari, quando appetit terrena bona, cælestibus omissis: quia terrena sunt infra hominem & ipso minora.*

16 Non angust. *Hic inducit Corinthios ad simile, dicens:* Non angu. in no. *q. d. si angustiamini nimis, bona terrena appetendo modo dicto, hoc nõ prouenit ex hoc quod vidistis in nobis: quia nõ dedimus vobis exemplum hoc faciendi, sed prouenit ex cupiditate vestra, ideo subditur:*

17 Angustiamini au. *q. d. hoc prouenit ex defectu vestræ deuotionis. ideo subditi.*

18 Eandem au. ha. *vobis promissam in cælestibus, sicut & nobis.*

19 Tanquam fi. di. *quorum salutem summè desideramus.*

20 Dilatamini & vos. *ad appetenda cælestia, vt habeatis remunerationem eandem quam expecto.*

1 ✻ Nolite

A doctrinæ, quia vnusquisque pro operibus suis mercedem accipiet: quia quod ad magistros pertinet, non tacuerunt, dicente domino ad Ezechielem prophetam: Exalta vocem tuam, & loquere ad plebem, si te audierint lucraberis eos, si quominus, tu animam tuam saluabis.

a *Nolite iugum, &c.* quia vos iusti, illi iniqui: & ideo in nullo debetis eis communicare. (Aug. li. post collat. cum Donat. cap. 20.)

✻ THEODORE. Ne imitemini boues qui alio deflectunt, & iugum trahunt, incredulorum fraudem vestræ doctrinę præferentes. († cōcordia. † 1. Cor. 3. c)

b *Quę autē cō. Chr.* Vt Christus & Belial non conueniunt, sic Christus & quilibet infidelis. Item nihil habet templum Dei cū idolis, & vos estis templum Dei: ideo nō debetis communicare cum his qui sunt templū diaboli. († Leui. 26. d; Aug. li. 4. de bapt.)

c *Cum idolis?* Idola prohibet coli, quia ab vno Deo separāt. B His omnibus modis ostendit communitatem pseudo esse vitandam.

a ¶ Socij esse malorum. b ¶ i. serui fieri libertate amissa: cum his infidelibus qui prædicant carnales obseruantias, si iam suscepistis iugum legis nolite vltra ducere.

a Nolite iugum ducere cum infidelibus. † Quæ enim partici- 1
¶ Nulla. a ¶ Et quia vos lux: illi tenebræ per ignorantiam. 2
patio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tene- 3
¶ Et quia vos membra Christi, illi diaboli. Christus & diabolus non conueniunt. 4
a ¶ Qui se mentitur Deum. 5
b bras? Quæ autem † conuentio Christi ad Belial? Aut quæ 6
¶ Interpretatur apostata. a ¶ Et vos fideles, illi quasi infideles.
b ¶ Et vos estis templum in quo est spiritussanctus: & ipsi sunt in quibus habitat diabolus. 7
pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei 8
a ¶ Qui vos viuere facit. 9
c cum idolis? † Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit 10
d ¶ Et in Ezechiele. a ¶ Per gratiam, in illis. ¶ Excolam, puros faciam. 11
b ¶ Et promouebo de virtute in virtutem, & perseueranter proficere faciam.
¶ In corde eorum lato per charitatem.
e Deus, † quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos, 12
a ¶ Ita benefaciam, vt videar Deus eorum. b ¶ Ita obedient vt videantur mei & non mundi. 13
c ¶ Quia templum Dei estis.
f & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. † Propter 14
a ¶ Non corporaliter, sed spiritualiter: vt non taceatis, sed increpetis scelera eorum. 15
b ¶ Qui estis in medio nequitiæ eorum. c ¶ Cum existis separate vos, vt nec consensum habeatis. 16
quod exite de medio eorum, & separamini dicit dominus:
a ¶ Carnalis obseruantiæ. b ¶ Ne tactus sit, id est delectatio, quod est primus motus.
a ¶ Ante electos.
& immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero 17
a ¶ Receptis. ¶ Meipsum dans. ¶ Ad gloriam. ¶ Similes. 18
¶ Vt etiam debiliores inclinat.
vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit
¶ Christus.
dominus omnipotens.

✻ AMBRO. Manifestum est hæc quæ enumerat, esse contraria: ac per hoc fugiendum ab his docet, quia dicit dominus, *Nemo potest duobus dominis seruire.* Lex enim iustitiam prædicat, vt fugiatur iniquitas: lumen ostendit quod est veritas, vt ab ignorantia, quæ tenebræ sunt recedatur: Christum in Dei misterio annunciat, vt à diabolo qui se Deum mentiri vult, recedatur, credentibus vitam pollicetur æternam, vt perfidia exuti ab omni infideliū errore sint alieni: idola prohibuit coli, quia templo Dei sunt inimica. (Matt. 6. Ephes. 5.)

d *Vos estis templum.* ✻ SEDVLI. Cum vbique Deus sit, tamē in illis propriè habitare se dicit, qui eius gratia perfruuntur.

e *Quoniam inhab.* Vel de corporali conuersatione Christi inter homines agit. Et dicit Christus: Habitabo inter illos & ambulabo. i. corporaliter inter illos conuersabor. Vnde alibi: In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. & verbū caro factum est & habitauit in nobis. Et hic Christus Deus noster est, & ecclesia est populus eius: & ideo vult eos separari ab omni contaminatione. (D; Baruch. 3. d; Ioann. 1. b.)

f *Propter quod, &c.* Vtitur hic verbis Isaiæ quasi suis. Hoc ad literam dictū est de Iudæis habitantibus in Babylone, ne communicarent Babylonijs inter quos habitabant: quod Apostolus spiritualiter ad nos refert. († Quod enim consortium.)

AVG. Tolerādi sunt quidam mali pro pace, nec corporaliter ab eis receditur, sed spiritualiter. Exire est facere, quod pertinet ad correctionem malorum quantum licet pro gradu cuiusque salua pace. Displicere est non tangere. Non enim prophetiæ qui hæc dicebant populum suum dimiserunt, sed inter eos habitabant quos increpabant, vnum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant: hoc est exire, ore non parcere, sed redarguere, corripere, monere. Hoc est immundum non tangere, voluntate non consentire. Maius malum in separatione bonorum committimus, quā in malorum commixtione fugimus. Id est, dum corporaliter separamus nos à bonis propter malos, quam fugimus: in coniunctione malorum non remanentes. i. quàm sit illud quod fugimus fugiendo coniunctionem malorum. Spiritualiter ergo quisque recedat à malis, tali nō imputat Deus sua peccata, quia non fecit. aliena non, quia non approbauit. nec negligentiam quia non tacuit. non superbiam, quia in vnitate permansit. Vel separamini. i. seorsum sitis parati contra eos sicut prius pro eis. Hoc ad literam dictum est Iudæis habitātibus in Babylone. (Eccle. 13 a; 23. q. 4. ca. Toleranda, & cap. Ecce inquiunt. Isa. 52. c. — E)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nolite, &c. *Hic consequenter docet vsum collatæ gratiæ quantum ad infidelium deuitationem. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit propositum. secundò probat quoddam dictum, ibi:* Vos enim. *Circa primum dicit:* Nolite iugum ducere cum infidelibus. *i. eis coniungi in conuersatione seu familiaritate: Iugum enim dicitur à iungendo. vnde charitas dicitur iugum Christi: iniquitas verò iugum diaboli, in quo iunguntur maligni. Quòd autem fideles ab infidelibus debeant separari, declarat multipliciter. Primò ratione sumpta ex habitu affectus, dicens:* (Diuisio. — C)

2 Quæ enim. *i. quæ est in fidelium voluntate.*

3 Cum iniquitate. *quæ est in affectu infidelium. q. d. nulla. Secundò ex habitu intellectus.*

4 Quæ societas. *i. veritatis fidei quæ lucet in mentibus fidelium.*

5 Ad tenebras. *i. errores in mentibus infidelium existentes. q. d. nulla. imo debent diuidi, sicut in prima rerum creatione:* Deus diuisit lucem à tenebris. *Gene. j. Tertiò, ratione capitis fidelium, quod est Christus: & capitis infidelium, quod est diabolus, de quibus dicit:*

6 Quæ autem conuen. *q. d. nulla. Et ideo sicut hæc capita non habent aliquam conuentionem adinuicem, ita nec eorum membra habent. Quartò ex fine, dicens:*

7 Aut quæ pars fidel. *i. sors æternæ hæreditatis ab eo expectatæ.*

8 Cum infideli. *Cuius finis est mors æterna. Et sicut nulla conuenientia est in fine: sic nec in his quæ ad finem. Quintò, ex præsenti statu in quo fidelis est templum Dei. ideo dicit:*

9 Qui autem consensus templo Dei? *id est, fidelis.*

10 Cum idolis. *id est, cum infidelibus: qui dicuntur idola, eò quòd colunt ipsa. secundum illud Psal. 113. c.* Similes illis fiant qui faciunt ea, &c. *hoc autem inducit Apostolus: quia inter Corinthios erant aliqui sapientes reputati, qui tamen comedebant idolothita in scandalum aliorum, sicut dictum fuit. j. Corinth. viij. Propter quod Apostolus loquitur ad reprimendum hunc abusum.* (F)

11 Vos enim. *Hic consequenter probat quoddam dictum, scilicet quòd fideles sunt Dei templum, per autoritatem Leuit. xxvj. d. vbi translatio nostra habet,* Ponam tabernaculum meum in medio vestri. *loco cuius dicitur hic:*

12 Inhabitabo in ill. *Licet enim Deus sit in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam, tamē in fidelibus est modo speciali per gratiā.*

13 Et ambulabo inter. *dando eis virtutem procedendi de bono in melius.*

14 Et ero illorum. *protegens eos speciali prouidentia.*

15 Et ipsi erunt mihi pop. *per exhibitionem debiti cultus. Per hoc autem quod hic dicitur: In habitabo in illis in persona Dei. habetur quòd fideles sunt templum Dei.*

16 Propter quod. *Ex prædictis infertur monitio quæ sumitur ex scriptura Isa. 52. In quo tria tanguntur quæ debent agere fideles erga infideles. Primum est, quòd eorum peccata deseramus. quod notatur cum dicitur:* Propter quod exite de medio eorum & separamini dicit dominus. *Secundum est, vt occasionem fugiamus peccatorum, ibi:* Et separamini: *Tertium, ne sustineamus eorum mala, sed potius arguamus, cum dicitur:*

17 Et immundum. *palpando vitia seu palliando. Et subditur præmium in hanc monitionem seruantibus reddendum, cum dicitur:*

18 Ego recipiam. *Hic in præsenti ad familiaritatem meam per gratiam, & in futuro per assimiliationem per gloriam.*

✻ CAP.

ADDITIO I.

A *In c. vj. vbi dicitur in po.* Tanquam nihil habentes.

Super hoc quod dicitur: Tanquam nihil habentes. *Gloss. quia sibi insufficientes putabantur. Et omnia possidentes, non solum spiritualia sed etiam temporalia: quia timentibus Deum nihil deest, quæ fuit gloria apostolorum nihil omnino habere vt sine sollicitudine essent: & tamen res quas domini earum relinquebant ipsi possidebant: quia omnia ad pedes apostolorum mittebantur, Act. iiij. Potest etiam exponi hoc quod dicitur:* Tanquam nihil habentes, &c. *sic. Nam Apostoli licet essent omnino pauperes in effectu, & sic tanquam nihil habentes. quia de eis dicitur: Ecce nos dereliquimus omnia. tamen in affectu erant omnia possidentes, quia appetitus eorum erat totaliter quietatus & à bonis terrenis abstractus, ac si omnia temporalia non solum haberent, sed etiam possiderent: Ille enim qui habet aliquod proprium, si illud non possidet, adhuc appetit eius possessionem: sed cum iam possidet quietatur appetitus circa illud.*

ADDITIO II.

In eod. ca. vbi dicitur in postilla: Notandum, quòd Apostolus vario modo loquitur ponendo bonum temporale contra spirituale. Nam in temporalibus addit dictionem conditionalem.

Hoc quòd Apostolus in aliquibus addit dictionem conditionalem seu similitudinariam & in aliquibus non, non videtur referendum ad differentiam spiritualium à temporalibus prout in postil. Cum enim dicitur: Vt seductores & veraces, *vtrumque est spirituale. similiter cum dicitur: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sed differentia attenditur secundum certitudinem & incertitudinem prout in glosa. In illis enim quæ narrantur vt incerta, sicut ea quæ videntur in somnis consueuit apponi hæc dictio, quasi vel sicut. Nam si quis somnium narrat addit quasi: di. Quasi sedebam. seu quasi loquebar & huiusmodi. sed de his quæ homo narrat vt vigilans non apponitur talis dictio: & ideo quia apostoli non erant seductores nec ignoti. i. non approbati. Nec castigati. s. à verberibus quæ patiebantur vt abstinerent à prædicatione. à qua tamen propter hoc non abstinebant. Nec tristes, quia in persecutionibus gaudebant. Nec egentes, quia quærentibus dominum non deficit omne bonum. Nec nihil habentes eadem ratione. Ideo in omnibus istis ponitur dictio similitudinaria. s. quasi vel sicut & huiusmodi, ad denotandum quòd ista non dicebantur de eis certitudinaliter. sed in suis oppositis talis dictio similitudinaria non ponitur. Erant enim verè veraces & verè cogniti, id est, approbati: & sic de alijs.* (B — D)

ADDITIO III.

In eo. ca. vbi dicitur in po. Et ambulabo inter eos, &c.

Hoc quod dicitur: Et ambulabo inter eos, & ero illorū Deus, &c. *exponitur aliter & magis propriè in additione prima super illud cap. Leui. 26. vide ibi, &c.*

REPLICA. In epistola secunda ad Cor. vj. *vbi dicitur de apostolis* tanquam nihil habentes, &c. *vbi Burgen. ponit expositionem repugnantem quasi cunctis doctoribus: & specialiter beato Augu. in de ciui. qui dicit illos potentes apostolos potenter voluisse dicendo:* Ecce nos reliq. omnia, &c. *Et idem iij. li. mirabilium sacræ scripturæ, dicit dominum eis efficaciter præcepisse nihil habere. & sicut contra votum potens apostoli venissent, si relicta à dominis & ad pedes eorum posita possedissent, prout hic dicit Bur. Credo quòd non fuerit paupertatis amator. Similiter contrauenissent apostoli præcepto domini, quod de sanctissimis apostolis post missionem spiritussancti non est dicendum.*

In e. c. notat Post. quòd Apostolus vario modo loquitur ponendo contra spiritualem. in temporalibus apponit conditionem quasi vel sicut: in spiritualibus autem loquitur simpliciter. Bur. autem obijcit, quòd non valet talis distinctio: quia aliquando vtrunque extremum est spirituale. sicut seductores & veraces, sicut tristes semper autem gaudentes. vbi neutrum est temporale, dicit igitur differentiam illam loquendi debere attendi penes certitudinem, vt ibi ponitur, quasi denotetur incertum: reliquum verò sine conditione denotetur certum. Sed hoc non videtur bene dictum: quia Apostolus comparat hominum carnalium opiniones ad rei veritatem. sed certum est apud Apostolum illa determinata per conditiones, quòd fuerunt hominum illorum opiniones, certam etiam reputabant opinantes habentes respectum ad defectum temporalium. & quamuis opiniones illæ erant falsæ apud Apostolum, tamen erant certæ apud eos. per hoc argumentum Burgen. quamuis aliqua subiecta opinioni eorum erant spiritualia, tamen non nisi in relatione ad sensibilia, secundum quorum penuriam apparentem ipsi iudicabant defectum talium spiritualium: putantes eos ideo tristes & seductores, quamuis in rei veritate potius gaudebant de illis sensibilium & temporalium defectibus. (E)

CAPVT VII.

H*As igitur.* ✻ THEOPHY. Quas illas narras promissiones? eas scilicet, quibus nos sumus certiores effecti, templum nos Dei futuros, eundémque habituros, & inhabitantem nobis, & inambulantem, hunc ipsumque nobis in Deum futurum & patrem.

Quocirca purgemus nosipsos actionibus malis. Hæ namque inquinamenta sunt carnis, & infectarum cogitationū illuuies. Sequitur: Vel, (C)

b *Ab omni iniquitate.* s. mentis: quod tunc fit, si timorē Dei sequimur. quia qui sine Deo hæc agit, sanctus mundi est, non Dei. († Capaces estote nostri.)

Vel ab inquinamento carnis. i. carnalis obseruantiæ & perficientes sanctificationem quæ est tātum spiritussancti. († fraudauimus.)

✻ BASILIVS. Inquinamentum carnis fortasse illud fit, si quis se commisceat cum iis qui res à lege vetitas ipsi faciunt: spiritus verò inquinamentum, si quis aduersus hos, qui res huiusmodi vel sentiunt, vel faciunt, perinde ac si nihil referret ita se gerunt.

✻ THEOD. Spiritum hic vocat animam. Spiritus autem inquinamētum, communionem idolorum. Inquinamentum vero carnis, actionum iniquitatem.

✻ AMBROSI. Ideo non dixit, *ab inquinamento carnis, sed, ab omni inquinamēto,* vt tota vitia carnalia fugiamus. Omne enim quod lex prohibet carnale est.

CAPVT VII.

¶ Et quia dominus hoc præcipit & bene promittit.
a ¶ s. quòd Deus habitabit in nobis & recipiet nos.
a HAs igitur habentes promissiones cha- 1
a ¶ Quia multa sunt carnalia vitia, vt omnia fugiamus.
b rissimi mundemus nos ab omni inqui- 2
a ¶ Vt est luxuria. b ¶ Vt est ira. c ¶ Bona operatione.
namento, carnis & spiritus perficientes 3
a ¶ In baptismo cœptam. b ¶ Vt Deum vereamini, qui solus sanctos facit. c ¶ Et ad hæc nos habere exemplum.
c sanctificationē in timore Dei. † Capi- 4
a ¶ Non nos pseudo. ¶ Quia. b ¶ Vestrum. c ¶ Improperando vt pseudo. 5
d ¶ Admixtione falsitatis tanquam fermenti. 6
te nos, neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem 7
a ¶ Fraudulenta suorum ablatione vt pseudo, qui vestra blandè auferunt. b ¶ Hæc autem. 8
c ¶ Vt vos abiiciam, qui in istis peccauistis. d ¶ Sed corrigo.
e ¶ Diligo enim vos sicut prædixi, & hoc est.
d † circumuenimus. Non ad condemnationē vestram dico. 9

c *Capite nos, &c.* ✻ THEOPH. Hoc est, recipite, & amplè adeo & effusè, vt nō augusta quadam, & tenui charitate à vobis nos cōplectamur. (F)

✻ AMBROSI. Cōsiderare vult illos quæ dicit, vt receptis his in animum, confesant secū vera esse quę loquitur, & sperantes hos quos tāgit, omnem animum transferant ad eos quos vidēt vero affectu se diligere. Pseudo enim Apostoli erant, qui & nocebant illis, corrumpentes sensus illorum, & grauabant sacculos eorum circumuentione serpentinæ astutiæ.

d *Non ad condemn.* ✻ AMBRO. Hoc est, non vos abiicio, sed vt corrigatis moneo, qui enim aliquem condemnat, non illi dimittit.

a *Prædixi*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

HAs igitur. *Postquam Apostolus monuit Corinthios de bonis agendis in futuro, hic consequenter commendat eos de bono præterito. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur ad prædicta quædam continuatio. secundò, Corinthiorum commendatio ibi:* Multa mihi fiducia. *Prima adhuc in tres: quia primò ponitur vtilis monitio. secundò inducitur exemplificatio, ibi:* Capite nos. *tertiò monitionis intentio, ibi:* Non ad condemnationem. *Circa primum continuādo se dictis, dicit.* (Diuisio.)

1 Has igitur. *de receptione fidelium ad gratiam in præsenti, & gloriam in futuro: vt dictum est in fine ca. præcedentis.*

2 Mundemus nos. *i. à peccatis carnalibus & spiritualibus quia nihil coinquinatum intrabit in illam ciuitatem cælestem, Apo. xxj.*

3 Perficientes. *per sanctam conuersationem.*

4 Sanctificationem. *in baptismo inchoatam.*

5 In timore. *s. filiali, qui habet charitatem annexam.*

6 Capite nos. *Hic ad propositum inducit Apostolus suipsius exemplum, di.* Capite n. *i. accipite nos in exemplum: quia mundè viuimus in hoc mundo: nulli nocumentum inferendo in persona. quod notatur cum dicitur:*

7 Neminem læ. *nec etiam in fama. ideo subditur:*

8 Neminem circum. *i. decepimus ipsum defraudando.*

9 Non ad condem. *Hic consequenter aperit suæ monitionis intentionem. di.* Non ad cond. vestr. *de contrarijs vitijs vos vocando tanquam obstinatos. tunc enim ad condemnationem alicuius fit talis vocatio quando reputatur obstinatus: sed quando fit sub spe correctionis tunc non fit ad condemnationem, sed ad emendationem: & sic loquitur Apostolus. ideo subdit:*

1 Prædix

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Prædixi enim iam, &c.* ✱ AMBRO. Ex prædictis, vult illos cognoscere quo animo loquatur ad eos. Quos enim participes vult habere, & ad præsentes passiones pro Christo, & ad futuram vitam: non vtique illos abiicit, sed vt participatione dignos se faciant, exortatur.

b *Ad commoriendum.* Vel vt mecum patiamini, & mecum coronemini.

c *Repletus sum conso.* Per iam correctos inuitat alios ad correctionem.

✱ THEODOR. Vestra enim recordatio omnis consolationis mihi causa est.

d *Superabundo, &c.* Dum videt eos proficere pro quibus patitur, gaudet.

e *Caro nost.* Quia & in aduersis anima quæ in corpore patitur, spe futuri quiescit.

B ✱ THEOPHYL. Et pressuras explicat, & verbis extollit, vt ostendat tãtam fuisse gaudij magnitudinẽ, vt vel dolores, quibus caro eius afflictaretur, decusserit. Rectè autem carnẽ suã nullam habuisse remissionem subiecit, quia animus illi & constans erat, & insuperabilis.

a ¶ Diligo enim vos sicut prædixi, & hoc est. b ¶ Secundum curam & dilectionem. c ¶ Quia ita diligo vos quòd vestra mors in peccatis videtur mea, & vita in virtutibus similiter.

a Prædiximus enim quòd in cordibus nostris estis, ad com- 1 2

¶ Et ideo moneo.

b moriendum, & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est 3

a ¶ Dum considero quæ in vobis sunt. b ¶ Et. ¶ Quia per primam epistolam correcti, ideo pro eis gloriatur. c ¶ Ad alios, videte ne sit vana. d ¶ Et etiam consolatio. vnde subdit:

c apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum 4

a ¶ Audita vestra correctione. b ¶ Gaudium meum superat omnem tribulationem quæ partim erat in animo pro peccatis vestris.

d consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione ve- 5

a ¶ Memorat quæ patitur causa credentium, vt eos prouocet ad charitatem. Q. Bene dixi in tribulatione quæ verè magna est.

stra. Nam & cùm venissemus Macedoniã, nullam † requiem 6

a ¶ Et si animus requieuit. b ¶ Secundum corpus & animam. c ¶ Quia phithonem ibi fugauit de ancilla. d ¶ Et verè omnem, quia. ¶ In corpore. ¶ A perfidis qui sunt extra ecclesiam.

e habuit caro nostra: sed omnem tribulationem passi, foris 7

a ¶ Tribulationes. ¶ In animo, ne ecclesia deficeret. b ¶ Ita grauiter passi sumus. c ¶ Deus. d ¶ Spiritu vel afflictos.

f 8 9

g pugnæ intus timores, sed qui consolatur humiles, consolatus 10

¶ Quia coadiutorem recepi. ¶ Propter.

est nos Deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu 11

¶ Quia scilicet desideratus aduenit. ¶ Vel quo. ¶ Nos.

h eius, sed etiam in † consolatione qua consolatus est in

a ¶ In vestra emendatione. b ¶ Consolatus est Titus. c ¶ De emendatione. d ¶ Indignationem contra pseudo.

i vobis, referens nobis desiderium vestrum, fletum vestrum, 12

a ¶ De commissis. b ¶ Pro mea defensione. c ¶ Referens hoc. d ¶ Quàm de tribulatione dolerem.

k † vestram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem. 13 14 15

† relaxationem. † solatio. † vestrũ studium.

✱ AMBRO. Pressuras & cædes memorat, quas patiebantur causa credentium, vt magis prouocet eos ad charitatem.

f *Foris.* de apertis inimicis, intus de falsis fratribus, qui difficilius tolerantur. Vel ab his qui foris sunt tribulatio, de his. s. fidelibus qui intus. i. in ecclesia timores, ne mouerentur. Vel de his qui sunt intus. i. in ecclesia corpore, non mente: nomine, non homine: id est de falsis fratribus, vt prius.

Act. 21. ✱ AMBROS. Pugnæ erant corporis: animo timores. Illic enim timor est, vbi intellectus est. Sed timor hic, propter eos erat qui crediderant, ne passione eius scandalizarentur. Nam sibi quid iam timeret qui patiebatur? Præterea cum dicat in Actis Apostolorum, *non solum ligari, sed & mori.* Paratum se pro nomine Iesu Christi? D Videtur enim totum hominem afflictum in carne significasse, vt ex parte spiritus, qui homini datur. Vt maneat, quia impassibilis est, affligi potuisse minimè intelligatur: sed vt homo totus ex parte corporis, & animæ afflictus in carne dicatur, ex parte verò spiritus impassibilis. Potest & sic intelligi, vt foris pugnæ, id est in publico à perfidis, fierent contra fidos, dũ furore pleni resistebant veritati: cuius rei nuntius intus timores generabat, vbi erat Apostolus. Quis enim homo nõ timeat angustias? Sed quia in Dei rebus propensior erat, timorem hunc, spe superabat.

g *Sed qui consolatur.* E ✱ THEODOR. Hic est eius scopus & beati Titi virtutẽ ostendere, & eorum in ipsum dilectionẽ inflammare, is enim has ferendi litteras ministerio functus est, & ideo dixi, quod cum apparuisset, sufficeit ad malorum impetum discutiendum.

✱ AMBROS. Quoniam Deus suorum non est immemor, accelerauit aduentum Titi, vt refrigerio esset positis in feruore. Magna enim consolatio est patientis, si secum habeat condolentem.

h *Qua co. est in vo.* Quia vidi Titum consolatum in vobis, & ego consolatus sum.

i *Annuntians nobis desiderium.* ✱ AMBRO. Nuntiauit Titus desiderium habere illos emendandi se. Addiscentes enim quæ promissa sunt benè viuentibus, incitati sunt ad desiderium eorum.

F k *Fletum vestrum.* ✱ AMBROSIVS. Correpti flebant dolentes quia peccauerunt, nec excusare nisi sunt: vnde Apostolus gloriatur in his. *Vestram æmulationem pro me.* Addiscentes enim charitatem Apostoli erga se cœperunt illum defendere contra aduersarios.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Prædiximus e. quod. *cogitando iugiter de vestra vtilitate & salute, intantum quòd pro ea paratus essem mori, ideo subditur:*

2 Ad com. & con. *vita gratiæ & gloriæ. q. d. banc vitam desidero vobis: sicut & mihi.*

C 3 Multa. *Posita monitione, hic consequenter Apostolus ponit suam commendationem de bono Corinthiorum præterito. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit hanc commendationem. secundò eius expositionem, ibi:* Nam cum venissemus. *In commendatione verò Corinthiorum ponit quadruplicem affectum quem conceperat de bonis operibus, sicut & quilibet debet de bonis amici concipere. Primus est effectus fiduciæ. ex hoc enim quòd videt eum bene incipere, confidit quòd bene perficiet. & quantum ad hoc dicit:* Multa mi. fi. est ap. v. *de perfectione boni inchoati. Secundus est effectus gloriationis: nam amicus est alter ipse: propter quod gloriatur de bonis amici sicut de suis. ideo subditur:*

Diuiso. Quadruplex apostoli affectus ad Corinth.

4 Multa mi. g. de v. *i. de vestris operibus bonis. Tertius est affectus consolationis. nam omnis lætitia est tristitiæ diminutiua: propter quod bonum amici cognitum est tristitiæ præcedentis diminutiuum, & per consequens consolatiuum. ideo subdit:* Repletus sum con. *Quartus est affectus exuberantis gaudij, scilicet quando bonum amici non solum minuit tristitiam, sed totaliter eijcit eam per gaudium superueniens, ideo subditur.*

5 Superabundo gau. *i. ex peccatis vestris, illata mihi. q. d. gaudium quod concepi de bono vestro superueniente totaliter superat tristitiam quam conceperam de malo vestro præcedente. Aliqui dicunt, quòd hæc est litera: In omni tribulatione nostra, & sic est sensus, quòd lætitia quã conceperat Apostolus superauerat tristitiam quæ superuenerat ei ex tribulatione mota contra eum in Macedonia: quæ tangitur in parte sequẽti. & ideo litera sequens magis concordat huic expositioni. tamen ex vtroque tristitiam habuerat, vt tangit in sequentibus.*

6 Nam & cum ve. *Hic consequenter Apostolus exponit dictam commendationem quantum ad duo quæ dixerat in ea. secundum exponitur, ibi:* Sed qui consolatur. *Dixerat autem Apostolus se fuisse tristatum: Cuius causam exponit, dicens:* Nam & cum veni. Maced. nul. re. ha. ca. no. *Non dicit spiritus noster, quia consolabatur in mente.*

7 Sed omnem tribu. *quæ plenius explicatur Act. xvj. d. vbi dicitur quòd Paulus & Sylas verberati & carcerati fuerunt crudeliter, & pedes eorum cippo constricti ex turbatione mota contra eos, eò quòd Paulus spiritum phytonicum eiecerat de quadam puella, quæ magnum quæstum præstabat suis dominis diuinando.*

8 Foris pugnæ. *ab infidelibus.*

9 Intus timores. *à falsis fratribus.*

10 Sed qui conso. *Secundò dixerat Apostolus se fuisse consolatũ. Hoc exponit Apostolus primò ponens consolationis materiam. secundò subdit ad hoc rationem, ibi:* Contristati enim estis. *tertiò infert suam conclusionem, ibi:* Igitur & si scripsi. *Materia verò suæ consolationis duplex fuit. Vna aduentus Titi ad ipsum qui erat sibi gratissimus. Et hãc tangit, dicens:* Sed qui conso. hu. *i. afflictos. Alia fuit vera pœnitentia Corinthiorum quam sibi retulerat Titus sicut viderat. ideo subditur:*

11 Consolatus est in. *i. ex commendatione vestra per eum nobis reuelata. ideo subditur:*

12 Referens no. ve. *i. ardorem proficiendi, sicut per contrarium fuerunt antè pigri.*

13 Fletum ve. *ratione delicti commissi.*

14 Vestram æmulat. pro. *pseudo Apostolos repellendo amore Christi & mei.*

15 Ita vt mag. gau. *de pœnitentia vestra quàm prius dolueram de peccato commisso.*

✱ Vel

a *Etsi prius: pœniteret.* Hoc dicit ne videatur inhumanus, qui de aliorum tristitia gauderet.

b *Videns.* Q. non me pœnitet, sed gaudeo. *Vid. quod.* i. quãuis videam quòd epistola cõtristauit: vnde primum dolui, & me pœnituit.

c *Etsi.* i. quãuis *ad ho.* i. paruo tempore. Vnde bona spes est correctionis eorum: & ideo iam non pœnitet, sed gaudet.

✱ THEODOR. Etsi enim illæ litteræ vos ad tempus tristitia affecerũt, sed vobis maximam vtilitatem attulerũt, ego autẽ gaudeo, vt qui non nudam tristitiã, sed tristitiæ fructum videam, illa enim tristitia germinauit laudabilem pœnitentiã.

d *Contristati.* Non cum ira quæ peiores efficit, sed cum pudore qui corrigit.

e *Pœnitentiam in sa.* AVGV. Satisfactio pœnitẽtiæ est causas peccatorũ excidere, nec earũ suggestionibus aditũ indulgere.

a ¶ Inde probari potest quod gaudeo, quia iam non pœnitet me. b ¶ Illa prima. c ¶ Modo. ¶ Quia correcti.

Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet. 1

a ¶ Prius. ¶ Dum indignati vel incorrecti. b ¶ Non me pœnitet, sed gaudeo videns, quod. 2

a Et si pœniteret videns quòd epistola illa & si ad horam vos 3

a ¶ Dico quod gaudeo. ¶ Non tantum ideo. b ¶ Contra me. c ¶ Quia sic animaduertens culpam pœnituistis. 4

b contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia 5

a ¶ De hac tristitia gaudeo, quia hoc est secundum Deum, id est, secundum voluntatem & inspirationẽ Dei.

c contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secũ- 6

¶ Nec in asperis. a ¶ Quia omnia nostra prosunt.

dum Deum, * vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. 7

a ¶ Verè non camnum patimini, nam commodum potius: quia. b ¶ Dum tristis est peccator, quia peccauit, quia fecit quod Deus odit. c ¶ Satisfactionem.

d † Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam & 8

a ¶ Quæ valet etiam. ¶ Aeternam. b ¶ Sed. ¶ Quæ non ad correctionem: & ideo ab ea cauete.

e salutem † stabilem operatur. Seculi autem tristitia mortem 9

a ¶ Qui in vobis experti estis quod dico. b ¶ i. tam paruum quid. c ¶ De peccato.

f † operatur. † Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum con- 10 11

¶ O. a ¶ Emendandi quod deliquistis: nec hoc solum.

g tristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem: sed 12

a ¶ Vt contra pseudo me defendatis. b ¶ Contra vos, pro malis quæ gessistis. c ¶ Ne in futuro tale quid contingat. d ¶ In melius prouehi. 13

h defensionem, sed indignationem: sed timorem, sed desi- 14

a ¶ Vt me vel alios bonos imitemini. b ¶ Quia peccantes punitis etiam vosipsos. ¶ Vt vniuersaliter dicam vos tristari secundum Deum. In omnibus exhi. &c. duce fide. 15

derium, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus 16

¶ Vt sitis incontaminati Christiano negotio agendo. ¶ Et quia incontaminati, igitur apparet, quòd non propter illos principaliter scripsi, sed propter illum qui fecit, & illum qui sustinuerat iniuriam. Quod ita dicit. 17 18

i † exhibuistis vos † incontaminatos esse negocio. Igi- 19 20

¶ Pro illis. ¶ Tantum. ¶ Qui rapuit.

k tur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniu- 21

* ita. † 1. Pe. 2. c. B † non pœnitendam parit. † affert. † commendastis. † 26. q. 1. c. affectum in si. † incontaminati sitis.

f *Sæculi autem, &c.* dum dolet peccator se detectum.

✱ AMBRO. Hoc dicit, quia sicut secundum Deum tristitia vitam operatur, pœnitet enim, & sperat Dei misericordiam: ita secundum mundum tristitia mortem operatur. Detectus enim peccator tristis est quasi puniendus, non habens à C quo speret misericordiam: & si fortè ad præsens defuerit qui vindicet, Dei tamen iudicium euadere non poterit.

g *Ecce enim.* Tristitia secundum Deum facit pœnitere in salutem: quia quæ ducunt ad salutem. i. sollicitudinem operatur.

h *Quantam in vo.* Qui pœnitet sollicitus est ne denuo peccet, & non se excusat, sed confitetur: quod est se defendere à Gehenna: & desiderat reformari, qui scit se per peccatum deformem, & habet zelum bonorum operũ, & vindicat in se quod deliquit: Vel. D

i *Exhibuistis.* id est, ostendistis puniendo illum qui incestum admiserat, vos esse incontaminatos. *A negocio.* i. graui peccato illius qui vxorem patris habuit, cui consentiendo inquinati eratis.

✱ AMBRO. Quãdo omnia quæ ad profectum melioris spei pertinent, meditari videntur zelum habentes Apostoli, & præceptoris sui: in omnibus officiis humanæ cõuersationis, duce fide probos se videri contendunt.

E ✱ THEOD. Apertè ostendistis vos non esse lætatos iis quæ ab illis malè facta sunt. Hoc enim dicit illud, vt puri essetis.

✱ THEOPHYL. Non solũ, inquit, vos estis nil tale facinus ausi, quale fornicator ille commisit, quin etiam neque illius vsi estis cõsortio. Et quoniam in superiori epistola dixerat, & vos inflati estis, quod dictum, criminis hoc faciebat participes, sic ait: nunc verò vel huiusmodi detriuistis suspicionem, & palam fecistis eius negotij, hoc est peccati & labis vos fuisse immunes.

k *Qui fecit iniu.* Vt ille qui incestum fecit. Vel illos tãgit, quos superius in prima epistola iniurias & fraudes fratribus fecisse dixit. Et ostendit non magis causa eorum qui peccauerunt scripsisse remitti eis, quàm causa ecclesiæ quæ omni contumeliam aut fraudem patienti compatitur, & indignatur. Et hoc est quod ait: Igitur & si scripsi vobis, non tantum propter eum qui fecit iniuriam, id est, fraudem proximo suo, F nec propter eum qui passus est fraudem: *sed ad mani. sol. no. quam pro.* Totius populi sollicitudinem se habere ostendit, vt. s.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *Vel aliter Apostolus prius correxerat eos durè in epistola prima: & postea timens ne ex hoc caderent in desperationem seu aliud malum, ad tempus doluit de scriptura illa: sed postea videns bonum correctionis futurum gauisus fuit. Ideo dicit:*

1 Quoniam & si co. vos in. *durè vos corripiendo.*

2 Non me pœ. *modo.*

3 Et si pœniteret. *prius ratione dicta.*

4 Videns quod epi. il. etsi ad ho. *id est, transitoriè.*

5 Nunc gau. non quia con. *sicut medicus non gaudet de amaritudine quam infirmo propinauit, sed de sanitate per eam consecuta.*

6 Contristati enim. *Hic consequenter inducit rationem propter quam eorum tristitia fuit ei occasio gaudij siue materia. s. quia tristitia illa fuit secundum Deum. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit propositum, secundò declarat quoddam dictum, ibi:* Ecce enim, *Circa primum dicit:* Contristati e. estis. s. *Circa quod sciendum, quòd omnis tristitia oritur ex amore. cum enim aliquis tristatur: hoc est, quia caret amato bono, vel quia timet euenire aliquid contrarium boni amati. Est autem duplex amor. s. amor Dei, & sæculi. Ex amore verò Dei oritur tristitia de peccato quæ est secundum Deum, quæ nullum affert homini detrimentum, sed magis bonum fructum. ideo subditur:*

Diuiso.

7 Vt in nul. *i. ex correctione nostra, sed magis bonũ. ideo subditur:*

8 Quæ e. se. Deum tri. *i. inducit ad pœnitentiam de peccatis, quæ pœnitentia ducit ad salutem.*

9 Stabilem. *i. æternam. Sed contra hoc aliquis obijcere posset, quia tristitia de peccato est ipsa pœnitentia, nihil autem seipsum inducit. ergo, &c. Dicendum quòd pœnitentiæ tres sunt partes. s. contritio, confessio & satisfactio. Tristitia verò de peccato est prima pars pœnitẽtiæ, & causat alias duas sequentes, non ipsam. Tristitia verò sæculi quæ oritur ex amore sæcularis boni, ingerit detrimentum spiritualis boni. ideo subditur:*

10 Sec. au. tri. o. mor. *i. peccatum. Iaco. iiij. b. Qui enim voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur.*

11 Ecce enim. *Hic consequenter declarat qualiter tristitia Dei operatur pœnitentiam in salutem, dicens:* Ecce enim hoc ipsum se. Deum contri. vos. *id est, tristitiam quam vobis intulit quæ est secundum Deum.*

12 Quantam in vobis. *ad vitandum mala & agendum bona in illis qui prius erant ad hæc pigri: & non solum hoc, sed etiam quæ sequuntur.*

13 Sed def. *scilicet mei contra pseudo Apostolos, ipsos repellendo.*

14 Sed indignat. *contra peccata commissa non solum à se, sed etiam ab alijs.*

15 Sed timorem. *de recidiuo.*

16 Sed desiderium. *proficiendi in melius.*

17 Sed æmulationem. *imitando bonos.*

18 Sed vindictam. *puniendo peccata propria, & etiam aliena potissimè: quia illum fornicatorem nefarium, de quo habetur epistola. 1. c. 5. punierant. cui tamen prius nimis fuerant. ideo subditur:*

19 In omnibus exhibuistis. *Quia sicut sustinentes peccatorem contaminantur, sic punientes emundantur.*

20 Igitur. *Hic infert conclusionem intentam, dicens:* Igitur & si scripsi vobis. *de illo nefario puniendo. & accipitur hic si, pro quia, quia sic scripserat.*

21 Non propter eum. *maculando lectum patris, vt scilicet puniretur tantum, sed vt emundaretur, & alij ex eius pœna terrerentur.*

✱ Nec

Universidad de Deusto Biblioteca

A vt. s. iniusti emendentur & polluti sanctificentur, & ecclesiæ reconcilientur.

✻ AMBROS. Emendando iniustos, & pollutos sanctificando, & ecclesiæ reconciliando, totius populi solicitudinem se habere demonstrat.

a *Ideo consolationem.*

✻ AMBROSI. Accepisse se, ac per hoc, & dare dicit cõsolationem. Accipit autem, cum dicit se corrigere velle, quos arguebat, vt per pœnitentiam se reformarent; dat autem dum eos reuocat ad Ecclesiã, ne diu contristati desperarẽt de se, & ad publicam & funestam vitam declinarent.

b *Abundantius ma.* Q. de vtroque. i. de correctione vestra & de gaudio Titi. Sed magis abundantius de gaudio Titi sumus gauisi: quia gaudebat non solum de correctis, sed etiam de aliis quos sperabat corrigendos. B

✻ THEODOR. Valde autem lætatus sum quod Titus vestri in animo memoriam gestaret, omniũ vestrum charitatem prædicans, & experientia didicit vera esse, quæ à me sæpe de vobis dicta sunt.

✻ AMBROS. Correptos per primam epistolam audiens se velle corrigere consolationem accepit. A Tito autem addiscens quia dolorem paterentur erroris sui, auctus est in consolatione gaudio repletus, quia voluntas eorum in opere cœperat approbari, Tito hoc idoneo teste cũ lætitia animi referẽte. D

c *Et si quid apud illum, &c.* ✻ AMBROS. Antequam pergeret Titus ad Corinthios, audiuit ab eis, id est ab Apostolo, & qui erant cum eo bonam voluntatem esse Corinthiorum in emendandis vitiis: ac per hoc regresso, & eadem referente, non vtique confusus est Apostolus, sed alacer factus est, quia non aliter inuenerat Titus, quàm audierat ab eis.

d *Sed sicut.* In corrigendo veritas arguentis apparet, dũ qui arguitur se emẽdant. Dum enim correcti emẽdantur testimonium perhibẽt arguenti. Veram ergo ostendens Apostolus prædicationẽ suam, per efficaciam illorum ait: Sed sicut omnia in ve. &c.

e *Et viscera eius, &c.* Sancti affectus in omni bono est. E

✻ THEODOR. Admodum bene autem in vos affectus est, & vestri nunquã obliuione delendam memoriam circumfert, narrans quidem quomodo eius suasionibus cesseritis, & quantum ei præmium obtuleritis, qui eum vt patrem honoretis, & tanquam spiritalem præsidem vereamini.

f *Gaudeo quod in omnibus confido de vobis.* ✻ AMBROS. Non solum in bona voluntate eorum lætatus est, sed & in operibus bonis, quibus, quæ peccauerant, emendabant. Ideo, in omnibus (inquit) confido in vobis.

† læsus fuerit. † consolationem accepimus ex consolatione vestri. † refocillatus est. † qua vsus eram apud.

¶ Patrem cui rapta.
riam, nec propter eũ qui † passus est, sed ad manifestandam 1
a ¶ Omnibus emendandis. b ¶ Iuramentum est. 2
sollicitudinem nostram, quam pro vôbis habemus côram 3
¶ Teste Deo. a ¶ Quasi, quia & hoc intendit, & euenit. b ¶ Dum correcti estis. c ¶ Quæ est de correctione vestra & gaudio Titi.
a Deo. Ideô quoque † cônsolati sumus. In consolâtione autẽ 4
a ¶ Quam doleremus de tribulatione.
b nostra abûndantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, 5
¶ Iam enim sperat bonum de vobis. a ¶ Titi. b ¶ Non quia omnes correcti, sed quia quidam, sperat de reliquis. 6
c quia † refectus est spiritus eiûs ab ômnibus vobis. Et si quid 7
a ¶ Commendando vos. ¶ Non erubesco me falsum inuenire. b ¶ Mendax. 8
d apud illum de vôbis gloriatus sum, non sum cônfusus, sed
a ¶ De correctione vestra confidens. ¶ De vobis.
sicut omnia vôbis in veritate loquuti sumus, ita & gloriatio
a ¶ i. apparuit ei veritas. i. vera. b ¶ Ideo. c ¶ Intima charitas.
e nostra † quæ fuit ad Titum, vêritas facta est, êt viscêra eius 9
a ¶ Quam ante, quia vidit profectum illorum, vel quam in alios. b ¶ Eius Titi dico.
¶ Ambro. Ostendit Titum eos laudasse qui solliciti erant obedire ei, in quo Apostolum reueriti sunt.
abûndantius in vobis sunt, rêminiscentis omnium vestrum
¶ Quam accurate. ¶ Cordis. ¶ Corporis.
obedientiam quomodo cum timore & tremore excepistis
a ¶ Et quia sic in illo egistis. b ¶ Rebus. ¶ Non solum bona voluntate, sed etiam in operibus bonis.
f eum. Gâudeo, quòd in omnibûs confido de vobis. 10

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec propter eum qui passus. *dictam iniuriam, vt vindicaretur per pœnam.*
2 Sed ad manifestandam. *vt in vobis extirpentur vitia & virtutes augeantur.*
3 Coram Deo. *Modus est iurandi ad confirmationem dicti, i. Deo teste. Et quia hæc bona sunt consecuta ex sua correctione, subdit:* Ideo consolati sumus.
4 In consolatione. *id est, ex profectu vestro vobis dato.*
5 Abundantius magis gauisi. *id est, plus quàm contristati fuimus prius ex vestro delicto. & secundam causam de gaudio Titi addit, dicẽs:*
6 Super gau. *de emendatione vestra.*
7 Quia refectus. *Reficiuntur enim prælati de profectu subditorum. gaudium enim amici sui erat ei materia gaudij. Vlterius addit tertiam rationem, dicens:*
8 Et si quid. *Apostolus enim commendauerat Corinthios erga Titũ, qui inuenit eos tractabiles & obediẽtes: & sic Apostoli verba inuenit esse vera. propter quod Apostolus non fuit confusus de illa commendatione, quia ita inuentum est in veritate. & patet litera. Quartam etiam rationem addit, dicens:* F
9 Et viscera eius. *Quia Titus videns eorum pœnitentiam & obedientiam & reuerentiam ad ipsum, habuit eos in visceribus charitatis magis quàm ante. de quo gaudebat Apostolus. Vlterius quintam rationem addit, dicens:*
10 Gaudeo, quod in omnibus. *Ex bono enim eorum inchoato confidebat, quod bene de cætero se haberent, quod erat sibi ratio gaudendi.*

C

CAPVT VIII.

Notam autem vobis. Hic vbi de correctis agitur, mentio fit de collectis: quia ab aliis non quærit, quibus suadere non potest. Vel vt alij codices habent, quibus sua dare nõ prodest.

✻ THEODOR. Primum quidem Macedonum synceram fidem exponit, & quæ pro ea certamina susceperint, & quã magno & excelso animo fuerint in paupertate. Dei autem gratiam vocauit bonorũ possessionem, non liberũ eiiciẽs, sed docens quod per diuinum auxilium cogi possunt opes virtutis.

✻ HIERON. Ad collectas, & eleemosynas exemplo Macedonum prouocat, vt non putent sibi grauia, quod pauperiores videant iam fecisse.

✻ AMBR. Quoniam Macedones deuoto animo perceperunt verbum fidei, idcirco eis gratiam datam à Deo dicit, vt in tribulatione Pauli & Silæ, scandalum non paterentur, sed in exultatione mentis acciperent confidentes de spe promissa, vt probatos se horum passionibus demõstrarẽt.

CAPVT VIII.

¶ Non habui requiem in Macedonia, tamen in ea magna mihi gratia data est.
Notam autem vobis facimus fratres

a Quod

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT VIII.

Notam autem facimus. *Postquam Apostolus induxit Corinthios ad bonum in generali: Hic consequenter hortatur eos ad quoddam bonum in particulari, scilicet ad largitionem eleemosynæ mittendæ in Ierusalem. Fideles enim ibidem habitantes venditis omnibus ponebant precia ad pedes apostolorum, vt diuiderentur singulis prout opus erat, Act. 4. & quia propter Christum fuerunt depauperati, disposuerunt sic apostoli: quod credentes de alijs ciuitatibus & terris qui non sic abrenunciabant proprijs, iuuarent illos suis eleemosynis: & de hoc fuit rogatus Paulus & Barnabas, vt habetur Act. & Galat. secundo. propter quod*

✻ Paulus

A a *Quod in multo exper.* Vel abundantissima gratia eorum fuit in multo experimento tribulationis. Quia pro tribulatione Pauli & Sylæ ibi facta, non sunt scandalizati: Sed cum gaudio acceperunt verbum, probari passionibus eorum.

b *Et altissima.* AVG. Tenues in substantia diuites in dando: quia pura consciẽtia operati sunt.

✻ SEDVLIVS, & HIERON. Multum quidem pauperes sunt in terrena facultate, sed in magna simplicitate siue diuites, cupiẽtes plus dare quàm quod habeant: ac propterea Deus magis probat animũ, quàm quod porrigitur dextera. Qui enim quantum potest facit, totum facit.

✻ CHRYSOST. direptæ erant Macedonum facultates: vt ad illos scribit: *Vos imitatores facti estis ecclesiarum quæ sunt in Iudæa, quia & eadem passi estis & vos à vestris contribulibus, quemadmodum & illi à Iudæis.* Ideo valdè mirabile est, quod ex tanta inopia tantam declararint liberalitatem. Non enim mensura dantium, sed voluntate exibentium liberalitas æstimatur. Et non solum non obfuit eis ad liberalitatem paupertas, sed & occasio fuit exundandi: & quò pauperiores erant, hoc magis alacriores & liberaliores exhibebãt.

✻ IDEM. Agricolæ non tristes sed alacres frumenta terræ visceribus mandant, spe manipulorum, qui maiorem copiam referant: Sic qui dat abundabit.

✻ CLEMENS Alexand. Sicut putei exausti in pristinam mensuram reuertuntur, & ad vbera quæ suguntur, solet lac accedere: Ita diuitiæ communicatæ augentur.

c *Quia secundum virt.* ✻ GREG. Naz. Nil tam diuinum habet homo, quàm de aliis bene mereri: tametsi ille maiora: hic minora beneficia conferat, vterque nimirum pro suis viribus. Egenti parum aliquid dato: neque enim parum est ei, qui omnibus rebus caret, imo ne ipsi quidem Deo, si viribus tuis par sit, summi muneris loco alacritatem dona: si nihil habes collachryma. Ne sit tibi iumento vilior homo, ô homo, quod in foueam lapsum aut oberrans erigere ac reducere, tibi lex præscribit. C

† pro virib. † vires, † prompti. * vt. * suscipere mus. † Deo. 1. Thessa. 2. B homil. 7. de pæni. & 42. in Gen. li. 3. pædag. ca. 7. Orat. de pauperum amore.

✻ GREGO. Magnus. Hom. 23. in euangelia: ex duorum discipulorum domini qui eum apud Emauntas coegerint permanere exemplo colligitur, quia peregrini & pauperes ad hospitium non solum inuitandi sunt, sed & trahendi. D Deute. 22. Exod. 23.

d *Gratiam & comm.* ✻ CHRYSOST. Vide Apostoli sapientiam, vt enim non extollantur, opus eorum & eleemosynã gratiam vocat honestis nominibus. Luc. 24.

e *Primum do.* se emendantes: deinde fratribus sua offerẽtes. Aliter nõ erat accipiendum, quia munera excæcant oculos, & iura autoritatis inclinant. Qui verò dant ne arguãtur, fructum dandi non habent. Eccle. 20. d.

✻ HIERO. Amplius quàm sperabamus fecerunt, non contẽti sua dare, sed seipsos dño tradiderunt, deinde nobis, hoc est, Deus videt voluntatem eorum nos effectum. E

✻ CHRYSO. Non enim sperabamus, quòd in tanta tribulatione & paupertate existentes, etiam nos coegissent, sed & totos se Deo non partim mundo, obtulerunt, nec ideo arrogantes facti sunt sed multam declarantes humilitatem obediẽtiam, honorem ac sapientiæ studium, eleemosynã operati sunt: Deinde etiam per volũtatem Dei, neque enim humano modo faciebant, nobis obedierunt, & Dei legem implẽtes nobis per charitatem iuncti fuerunt.

f *Ita vt rogarem.* ✻ CHRYSOST. Quoniam, inquit, illos Macedones videbamus feruentes & strenuos in omnibus, in tentationibus, in misericordia, in dilectione nostri, in tristitia, in puritate vitæ, vt & vos æquales illis efficiamini, misimus Titum ad vos, vnde & hinc excitati imitemini Macedonas.

✻ HIERON. Vt doctrina & dispositione sua, etiam hoc in vobis perficiat, ne quid minus ceteris habeatis.

g *Vt quemadmodum cœpit.* ✻ BERNAR. Non qui incœperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. Incipere, multorum est: perficere paucorum: Sola perseuerantia viris meretur gloriam, coronam virtutibus. Vigor virium, virtutum consummatio est, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Serm. de virt. obed. & epist. 129 ad Ianuenses.

a Sed

F

a ¶ Gratuitum donum Dei vocat eleemosynam dare.
a grâtiam Dei, quæ data est in ecclesiis Macêdoniæ. Quòd in 1 2
a ¶ Quæ illa. s. ¶ Non voluerunt pati, sed experti sunt: & inde gauisi sunt, & cum pauperes abundanter dederunt. ¶ Fuit. 3
multo experimento tribûlationis abundâtia gaudij ipsorum 4
a ¶ Magna vel nobilissima. b ¶ i. maior facta est, dum intendit diuitias dare. c ¶ Et hoc simplici animo non vt homini placeant.
b & altissimâ paupertas eorũ abûdâuit in diuitias simplicitatis 5 6
a ¶ Et inde.
c eorum. Quia † secundũ virtutem testimônium illis reddo, & 7 8
a ¶ Vt etiam post egerent. b ¶ Rerum suarum. c ¶ Nemine cogente. d ¶ Ad dandum. e ¶ Cum timens eis non assentirem. 9
suprâ † virtûtẽ † vôluntarij fuerũt, cûm multa exhortatione 10
a ¶ Vt eos permitteremus habere. b ¶ i. vt liceret eis dare sua non quasi propria sed quasi communia de quibus ministrarent aliis. c ¶ Ministrationis. 11 12
d obsecrântes nos * grâtiam & communicationem ministêrij 13
a ¶ Ministerium. ¶ Dederunt sua. b ¶ i. ea intentione. c ¶ Putauimus. s. pro culpis redimendis. 14
quod fit in sanctôs. *Et non sicût sperâuimus, sed semetipsos 15
a ¶ Emendatione vitæ. b ¶ Vt ei obedirent. c ¶ Dederunt se, vt nobis obedirent. 16
d ¶ Qui vult homines subdi vicariis suis. 17
e dederũt primũ † dômino, dêinde nobis, per voluntatẽ Dei, 18
a ¶ Instituerunt. ¶ Exemplo eorum nos prouocati. b ¶ Postquam correctos vidit. c ¶ In vobis benefacere. 19 20
f itâ vt rogaremus Titũ, vt quemâdmodũ cœpit, ita & perficiat 21
g

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *Paulus circa hoc erat sollicitus. Et ideo primò inducit Corinthios ad hãc eleemosynam tribuendam, secundò docet tribuendi modum ca. sequenti. Prima adhuc in duas: quia primò agit de huius eleemosynæ datione, secundò de ministris eius & collectione, ibi:* Gratias ago. *Prima adhuc in duas: quia primò ad dandam eleemosynam Corinthios inducit, secundò excusationem excludit, ibi:* Si enim voluntas. *Prima adhuc in tres. secundum quòd inducit eos tripliciter. secunda ibi:* Scitis enim. *tertia, ibi:* Hoc enim vobis vtile. *Primus autem modus inducẽdi Corinthios ad eleemosynæ dictæ dationem est per exemplum Macedonum qui iam hoc fecerant: propter quod ponit primò eorum exemplum. secundò Corinthios inducit ad imitandum, ibi:* Ita vt rogaremus. *Circa primum dicit:* Notam autem facimus vobis fratres. *vt imitemini.* Diuiso.
1 Gratiam Dei. *i. opera bona quæ proueniunt ex Dei gratia.*
2 Quæ data est. *mihi per ministerium meum:* in ecclesiis Macedoniæ. *Consequenter ponit gratiam illam, dicens:*
3 Quod in multo. *i. in multa tribulatione eis superueniente: quam non solum audiui, sed etiam experimento probaui.*
4 Abundantia gau. eorum. *quia non solum sustinuerunt patiẽter, quod est virtutis politicæ, sed etiam gaudenter: quod est virtutis infusæ, Act. v. g.* Ibant apostoli gaudentes, &c. *Hoc autem præmittit Apostolus vt ostendat eleemosynam Macedonum magis commendabilem, eo quod in dicta tribulatione depauperati fuerant: & tamen eleemosynas mittere sanctis in Ierusalem non omiserant. ideo subdit Apostolus:*
5 Et altissi. pau. eorum. *i. valde commendabilis.*
6 Abundauit. *i. effectum abundantiæ ostendit.*
7 In diuitias sim. *i. puritatis conscientiæ, quam puritatem facit charitas quæ bona propria quantumcunque modica facit extendere ad necessitates proximi reuelandas.*
8 Quia secundum vir. *i. promptitudinem animi ad dandum.*
9 Testimonium illis. *non solum ex auditu, sed etiam ex visu.*
10 Et su. virtutem. *i. suprà facultatem.*
11 Voluntarij fuerunt. *ad dandum. Circa quod sciendum, quòd licet liberalitas politica habeat medium respiciendo proprias facultates: liberalitas tamen infusa excedit hoc medium, inquantum rescindit aliquod de sibi necessarijs ad dandum magis indigenti propter Deũ. sicut & temperantia infusa non solum rescindit carnis delectabilia, prout impediunt bonam dispositionem corporis, & debitum vsum rationis, sed vlterius vt corpus in seruitutem animæ totaliter redigatur.*
12 Cum mul. exhor. *i. non solum liberaliter dantes, sed etiam nos obnixè rogantes vt acciperemus.*
13 Gratiam. *id est, eleemosynam.*
14 Et communi. *bonorum suorum fiendam pauperibus in Ierusalẽ.*
15 Et non sicut spe. *i. non quantum sperabamus, sed plus dederunt. ideo subditur:*
16 Sed semetipsos dederunt. *totam vitam suam ad gloriam eius ordinando.*
17 Deinde no. *obedientiam promittendo.*
18 Per voluntatem Dei. *id est, propter Deum nobis obediendo. Tunc enim est obedientia recta, quando fit Deo primum, deinde homini propter Deum.*
19 Ita vt roga. *Posito exemplo Macedonum, hic consequenter excitat Corinthios ad imitandum, dicens:* Ita. *s. moti sumus facto eorum.*
20 Vt rogaremus Titum. *vos instruere in alijs operibus bonis, & perfectos vos reddidit in illis:*
21 Ita & perfici. in vobis, &c. etiam ist. grat. *in ducend. vos ad huius eleemosynæ magnificam largitionem, non solum sicut alij, sed plus. Cuius causa subditur:*

Qui

✻ Sed

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Sed sicut in omnibus.* ✻ HIERON. Nota cum fide scientiam esse laudabilem.

✻ THEOPHYL. Cum laudibus adhortatur, inquiens: Quemadmodum cætera omnia abundè tenetis, sic & hæc loci: non vt detis, verùm vt exuberetis vel supra Macedones, vel vt largi sitis simpliciter.

† erga vos. † beneficentiam.

b *Non qua. im. &c.* Vel: Non solum rogaui Titum, sed ego ipse dico, imperans vt abundetis. *Quasi im.* Id est, quasi pœnitentiam iniũgendo, quia sic quasi ex voto tenerentur.

† erga alios

✻ CHRYSOST. Sane hoc ad persuadẽdum multum valet, quòd consulens sic amico afficitur: Vide quo modo non fit molestus, neque violentus, neque cõpellens, imo sermo vtrunque habet, sed sine molestia ac necessitate.

† ingenuitatem vel synceritatẽ.

B † superiore.

✻ HIERO. Sed cõsiliũ, inquit, do, vt sicut in multis formam aliis præbetis, ita & in isto opere faciatis. Est enim vobis sic ingenita pietas, vt ab eam discedere minimè egeatis.

* prius.

a ¶ Non modo alia. s. b ¶ Eleemosynarum in sanctos.
¶ Perficiat non quocunque modo. s. vt in hac gratia largitionis abundetis, sicut in aliis.
a † in vobis etiam † gratia istam. † Sed sicut in omnibus abũ- 1
a ¶ Gratia loquendi. b ¶ Scripturarum. c ¶ Quia in omnibus solliciti estis. 2
datis fide, spe, & sermone & scientia, & omni sollicitudine 3
¶ Spirituali. ¶ Insuper. a ¶ Rogaui Titum vt perficeret hanc gratiam: sed hoc non dico imperans ne sitis transgressores. 4 5
b & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Nõn 6
a ¶ Macedonum, quibus similes sitis, vel pauperum de quibus estis vel esse debetis solliciti. 7
b ¶ Vt largi sitis & discretione animi, non pro terreno commodo. 8
quasi imperans dico, sed per † aliorum sollicitudinem etiam 9
a ¶ Vestrum. b ¶ Comprobare volens. ¶ Vel suadere volens. 10
c vestræ charitatis † ingenium bonum comprobans. Scitis 11
a ¶ Pauperibus dare debetis & verè, quia. b ¶ Charitatem. 12
c ¶ Qui & de illis sollicitus fuit, cuius exemplo hortatur illos. ¶ Hanc. s.
enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter 13
¶ In mundo. a ¶ Deus & per quem omnia facta sunt. ¶ In sua maiestate.
d vos egenus factus est, cum esset diues, vt inopia illius vos di- 14
e a ¶ In spiritualibus. b ¶ i. in consideratione huius tanti beneficij Dei do consilium, vt pauperibus eleemosynas detis. 15
¶ Plus est vtile facienti quàm cui fit. 16
uites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile 17
a ¶ Quod plus est quàm facere, b ¶ Præterito. 18
f est, qui non solũ facere, sed & velle cœpistis ab anno † prio- 19
a ¶ Vt non solum velitis sed & opere perficiatis.
re. Nunc verò & facto percipite: vt quemadmodum prom- 20
a ¶ Quia ex discretione volunt. ¶ Promptus. b ¶ Animus.
¶ Voluntas in opere appareat si vera est. c. ¶ Secundum id.
ptus est animus voluntatis in vobis, ita sit & perficiẽdi ex eo 21
a ¶ Siue plus siue minus. b ¶ Dando. ¶ Vt necessaria retineat. 22
quod habetis. Si enim* voluntas prompta est, secundũ id quod 23

Hom. 16. in c. 8. epist. 2. ad Cor. Et hom. 33. ad pop. Antio.

c *Ingenium bonum.* ✻ CHRYSOSTO. Magnus quidem homo, & preciosum quid vir misericors: Ista quidem maior est gratia, quàm mortuos suscitare. In eleemosyna debitorem Deum constituis, in signorum operationem, ipse debitor efficeris Dei.

✻ IDEM. Eleemosyna est Dei donum & bonum: & ars omnium artium quæstuosissima & optima. Melius est hanc artem scire, quàm regem esse, & diademate coronari. Hæc ars alterius non indiget artis, domos cælestes ædificat, texit vestes, inabsumptos parat thesauros, facit vt mors superetur, diabolum cohibet, Deo reddit similes, quod est omnium summa bonorum. Quid igitur eleemosyna fuerit vtilius bonum? C

d *Egenus fa. est.* AVG. Non ait: Pauper factus est, cum diues fuisset, sed cum diues esset. Paupertatem enim assumpsit, & diuitias non amisit: intus diues, foris pauper: latens Deus in diuitiis, apparens homo in paupertate. D

✻ CHRYSOST. Ne obiter percurratis gratiæ Dei magnitudinem, qui nisi factus esset pauper, tu non factus esses diues. Hoc bene animo expendite, & nullis vestris rebus parcetis. Diuitias autem hoc loco dicit, scientiam, pietatis, peccatorum purificationẽ, iustitiam, sanctimoniã, & innumera bona quę nobis exibuit & exibiturus est.

† Imo.

✻ HIERON. Si ergo ille propter vos vniuersa contempsit cum esset vniuersorum conditor, & dominus, quãtò magis vos dare debetis parua, non vestra, imo sua ei reddere? Ipsi enim datur quidquid eius causa porrigitur. Simul & cõtra Faustinum facit, quod prius quàm pauper fieret Christus, diues erat: quia habitabat in patre. E

✻ AMBRO. Cuius inopia ditat, sanat fimbria, fames satiat, mors viuificat, sepultura resuscitat. Hic ergo diues est thesaurus, huius pinguis panis: quem qui manducauerit, esurire non poterit.

De benedi. Patriarch. c. 9.

e *Vt inopia illi.* Per illius enim paupertatem abiicimus pannos iniquitatis, vt induamur stola immortalitatis. Omnes ergo diuites facti sunt, in pauperem Christum credentes. Nemo ergo se contemnat pauper in cella, diues in conscientia. Securior dormit in terra, quàm auro diues in purpura. Non ergo expauescas cum tua mendicitate ad illum accedere qui indutus nostra paupertate, vbi se pauperauit nos ditauit.

f *Sed & vel e.* Vel secundum alios quidam voluerant, quidam cœperant: nunc verò vtrique perficiant.

✻ HIERON. Quod voluntariè cœpistis, implete. Omnis enim boni operis finis est expetendus. Quia sicut factũ inuiti, ☞ accept F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Sed si. in om. abun. *præ cæteris Christianis.*
2 Fide. *qua creditur ad iustitiam.*
3 Spe. *qua in Deum tenditur.*
4 Et sermone. *i. fidei confessione ad salutem.*
5 Et scientia. *i. notitia scripturæ. & hæc pertinent ad mentis affectionem. Consequenter ponit quæ pertinent ad exteriorẽ operationẽ dic.*
6 Et omni sol. *scilicet, bene operandi.*
7 Cha. ve. in nos. *id est, charitatis operibus nobis impensis.*
8 Vt & in hac gr. *i. in huius eleemosynæ largitione præcellatis alios, sicut præcellitis eos in aliis gratiis. Sed quia posset aliquis credere Apostolum hoc dicere per modum præcepti, ideo hoc remouet di.*
9 Non quasi im. di. *scilicet ista.*
10 Sed per a. sol. *i. per Macedonum exemplum, qui dictam eleemosynam fecerunt sollicitè.*
11 Etiam ve. &c. cõ. *i. comprobare volens promptitudinem vestræ charitatis ad dictam eleemosynam faciendã. Sicut enim in speculabilibus ille dicitur boni ingenij qui citò capit verba magistri, sic in operabilibus ille Metaphoricè dicitur ingenij boni, qui alterius exemplo citò mouetur ad opus bonum, etiam in melius procedendo.*
12 Scitis. *Hic ponitur secundus modus inductionis. s. per exemplum Christi cùm dicitur:* Scitis enim. *i. scire debetis ad imitandum.*
13 Gratiam domini nostri. *quæ sit illa subditur:* Quo. pro. vos. *non necessitate, sed voluntate.*
14 Cum es. di. *non dicit fuisset: ne crederetur per hoc cælestes diuitias vel spirituales dimisisse, quod est falsum, Psalm. xlviij. a.* Simul in vnum diues & paup. *sic enim fuit diues in spiritualibus, quod simul pauper fuit in temporalibus.*
15 Vt inopia illius. *in temporalibus.*
16 Diuites essetis. *in spiritualibus. omnia enim pœnalia quæ sustinuit Christus inter quæ reponitur paupertas, fuerunt remedia contra mala nostra, & per ea sumus restituti vitæ spirituali.*
17 Et consilium in hoc do. *vt exemplo Christi pro largitione eleemosynæ non formidetis minui in facultatibus vestris.*
18 Hoc enim vobis. *Hic consequenter ponitur tertius modus inductionis. s. ratione vtilitatis maioris quæ prouenit danti eleemosynam: quia dat tantum bonum temporale & recipit spirituale, quod est maius, quanto quæ sunt animæ corporalibus præferuntur. ideo dicitur:* Hoc enim vo. *s. magis quàm illis qui recipient.*
19 Qui non so. *q. d. libenter debetis hoc facere ex quo incœpistis hoc velle à primo anno conuersionis vestræ ad fidem.*
20 Nunc vero & facto. *id est, illam bonam voluntatem opere adimplete, vt sic promptitudo animi appareat in opere.*
21 Ex eo quod. *Hoc addit Apostolus, quia discretè debet fieri eleemosyna secundum facultatem facientis, nisi in casu in quo quis vult statum mutare, vt potè per ingressum religionis: tunc enim totum pauperibus erogandum est, Matth. xix. c.* Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me, &c.
22 Si enim vo. *Hic circa prædicta remouet duplicem excusationem. Prima est, quia posset aliquis dicere quòd non posset dare nisi valdè modicum, & sic nullius aut modici meriti esset apud Deum: hoc remouet. dicens,* Si enim voluntas prom. est. *ad dandum.*
23 Secundum id quod habet. *scilicet, quantuncumque datum sit modicum.*

✻ 1 Non.

☞ acceptum non est: ita voluntas infructuosa est, habentibus eam sine facto. A

Sed cuius voluntas, &c. ✻ HIERONYMVS. Ne putetis me aliquem supra vires cogere, aut tantum in hac causa à paupere quantum à diuite expetere. Omnes æqualiter dabunt, vnusquisque dederit quantum potest, non secundum quod nõ habet: hoc & Tobias dicebat ad filium: *Prout habueris fili, fac eleemosynam.*

† relaxatio.

Ad Eustoc. in epitaph. Paulę, epist. 27.

a *Non vt aliis sit remiss.* ✻ HIERONY. Si Paula pauperem videbat, sustentabat, si diuitem, ad bene faciendum hortabatur. Liberalitas sola excedebat modum. Cùm ergo in largiendo esset profusior, & eam in te familiari desiderarem esse cautiorem arguebam eam, illud proferens de Apostolo: *Non vt aliis sit remiss. &c.* Sed id mira verecundia & sermone parcissimo dissoluebat, testem inuocans Deum, se pro illius nomine cuncta facere: & hoc habere voti, vt mendicans ipsa moreretur, & vnum nummum filiæ non dimitteret, & in funere suo aliena sindone inuolueretur. B

a ¶ Tantum accepta est dando vltra vires. b ¶ Ideo ex eo quod habetis vos dare moneo.
a habet accepta est, nõn secundum id quod non habet. † Non 1
a ¶ Volo. b ¶ Vt alii de vestris ociosè viuant. ¶ Alias refrigerium. 2
c ¶ Paupertas non quin melius esset omnia dare, sed infirmis timet, quod sic dare monet, ne egestatem patiantur. d ¶ Potius volo vt vestra abun. &c
b enim ut aliis sit † remissio, vobis autem † tribulatio: sed ex 3
¶ Quod tam breue. a ¶ Terrenorum. b ¶ Qui omnia mundi deferunt. 4
æqualitate in præsenti tempore, vestra abundantia illorum
a ¶ Etsi non compleat. b ¶ Qui diuinis vacant. c ¶ Meritorum.
inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ † sit
a ¶ Vt sicut hic ministrauerunt sanctis, eis reddant vicem sancti in futuro. 5
b ¶ In voluntate, etsi non in opere. 6
c ¶ In Exodo de manna.
c supplementum, vt fiat æqualitas. Sicut scriptum est: † Qui mul 7 8
d a ¶ Colligit. b ¶ Quia quod plus habuit, dedit indigenti. c ¶ Quia recepit ab eo qui abundauit.
d ¶ Quasi rogaui Titum, vel ego ipse hoc consulo. ¶ Ago. 9
e f tũm, non abundauit: & qui modicum † non minorauit. Gratias 10
a ¶ Vt abundetis in hac simplicitate eleemosynarum. 11
b ¶ Quam ego habeo. 12
autem Deo, qui dedit sollicitudinem eandem pro vobis in 13

Par. 3. curæ past. admonitione 27.

✻ GREG. MAG. In eleemosynarum distributione videndum est, ne cum pauca dare oportet, plurima præbeant, qui misericorditer tribuunt: & ipsi postmodum nimiè inopiam tolerantes, ad impatientiam erumpant. Cùm enim dantis mens ferre inopiam nescit, si multa sibi subtrahit, occasionem contra se impatientiæ exquirit. Prius enim præparandus est patientiæ animus, & tunc aut multa sunt, aut cũcta largienda, nè, dum minùs æquanimiter inopia irruens fertur, & præmissæ largitatis merces pereat, & adhuc mentem deteriùs murmuratio subsequens perdat. Audiant ergo quod scriptum est: *Non vt aliis sit remissio, vobis autem, &c.*

C ✻ THEOPHYLACT. Non vt alij in quiete & delitiis agãt, vos verò supra vires elargiamini, vt ex hoc penuriam & afflictionem sustineatis. Atqui Christus laudauit viduam quæ omnes facultates suas impertiit. At Paulus idem vult consulere Corinthiis, tum quòd imbecilliores erãt, partim quod opulẽti.

b *Sed ex.* Diuidat quantum habet cum sanctis, quia non plus exigitur quàm retinere sibi debet. sic Zachæus dimidium bonorum suorum dedit pauperibus.

Luc. 19. a

Ex æqua. Non vtique secundum paritatem hoc dico, sed vt sustententur de vestris rebus sicut & vos: vt & illorum abundantia vestræ ino. sit sup. Qui enim viuunt in hoc seculo, non habent merita ad vitam æternam sufficientia. Sed quia pauperes Christi (quorum est regnum cœlorum) per eleemosynas amicos & debitores sibi fecerunt, per merita eorum consequentur, quod per se non merentur.

c V

c *Vt tunc fiat æquali.* Non quin differant in claritate: Sed quia omnibus idem, & omnibus erit sufficientia. D

Æquali. Ipsa est pax Ierusalem, vt opera misericordiæ corporalia iungantur operibus prædicationis spiritualibus, & fiat pax dando & accipiendo: vt qui accipiunt spiritualia, tribuant carnalia: vnde Apostolus: *Si spiritualia seminauimus vobis, magnum est si carnalia vestra metamus.*

1. Cor 9 b † 25 q. 1. c. ideo, §. valet ergo.

Vt fiat æqualitas. ✻ CHRYSOST. Floretis vos opibus, florent illi fiducia in Deum & vita: date de opibus vt accipiatis fiduciam.

† angustia. † succurrat.

✻ HIERONYM. Date illis carnalia, vt & illi vacantes possint vobis reddere spiritualia.

† Exo. 16. d † nihil minus habuit.

✻ BERNARDVS. Da aurum, vt accipias cælum. E

d *Sicut scrip.* de manna in signo huius rei.

e *Qui multum.* scilicet, collegit de manna. i. amplius quàm Gomor, *non abun.* i. non plus habuit quàm Gomor. *& qui mo.* scilicet collegit. i. minus quàm Gomor: *non mi.* i. nõ minus habuit quàm Gomor: in Exodo ait, *Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus.* In quo significabat, quòd & qui maiora habent merita, & qui minora, in æterno conuiuio eandem habituri sunt refectionem. Exo. 16. d

Qui mul. non ab. Plus habent sancti in spe futuri, minus hi qui in tempore diuites, & tamen ibi æquabuntur. Vt sicut hic inopiam sanctorum sustentant, ita ibi ab eis sustententur, & diuites fient in æterno bono. *Qui mul. non a.* Sic qui multum dat diues, & qui parũ pauper, si ęqua volũtas, æqualẽ habẽt mercedẽ. F

✻ HIERO. Hoc Iudæorũ & Mannæ exẽplo docemur, quòd omnis superbundantia generet vermes, & quòd quæ Deus dat, omnibus æqualia esse debere, vt perfecti doctrinã nõ abscõdãt, & diuites victum non denegent. *Dignus est enim opera. cibo suo.* Math. 10.

✻ CHRYSOST. Qui plus collegerant mannæ, non maiorẽ inuenti sunt habuisse mensuram quàm qui minus, Deo sic insatiabilitatem puniente, ne plus quàm par sit, desiderent, neque doleant si minus habeant. Quid itaque paupertatẽ times? Dicis, audio, ne hominũ auxilio egeam. At puerilis timor est: non vides, quòd omnes mutua opera indigemus? Miles opificis, opifex negotiatoris, negotiator agricolæ, seruus liberi, dominus serui. Si turpe est egere alterius opera, reliquum est vt moriamur: Et quantò magis ditescis, tanto & huic maledictioni teipsum obnoxium facis. At Deus subiecit nos nobis inuicem, ob hanc necessitatem, vt quotidie alter alterum requirat, & si hoc frenum abstulisset, quis facilè proximè amasset amicitiã? Nõnne essemus indomitæ bestiæ?

f *Gratias autem ago, &c.* ✻ CHRYSOST. Post eleemosynæ ☞ laudem

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non se. id quod non ha. *idest, acceptio diuina nõ mensuratur secundum quantitatem eleemosynæ quæ non est in potestate dantis. Pauper enim non potest dare tantam eleemosynam quantam diues, sed mensuratur secundum promptitudinem voluntatis, quæ statim exiret in actum habita facultate: propter quod impedimentum quod est inuoluntarium, nihil tollit de merito. vnde Mar. xij. duo minuta quæ pauper vidua misit in Gazophylacium plus commendãtur à Saluatore, quàm munera diuitum quasi incomparabiliter maiora. Secunda verò excusatio posset esse: quia diceret aliquis, quòd fideles in Ierusalem habitantes per huiusmodi eleemosynas abundarent, & ocio vacarent, & dantes depauperarentur, quod non esset conueniens. Ideo hoc remouet, dicens:*
2 Non enim vt ali. sit re. *id est: ociositas vitæ:*
3 Vobis aut. tri. *ex depauperation. supple dictas eleemosynas hortamur fieri.*
4 Sed ex æqua. in præ. *id est, vt fiat quædam æqualitas proportionis inter vos & ipsos: quia plus abundatis in temporalibus quàm ipsi, & econuerso ipsi magis abundant in spiritualibus quàm vos, & sic fit quædam æqualitas, si per vestram abundantiam in temporalibus eorum indigentia suppleatur, quod minus est: Et econuerso per eorum abundantiam in spiritualibus suppleatur quod minus est in vobis: vt patet in litera.*

Sicut

5 Sicut scrip. est. *Exod. 16. de colligentibus manna.*
6 Qui mul. *supple collegit.*
7 Non abundauit. *id est, non inuenit nisi mensuram Gomor pro quolibet capite domus suæ.*
8 Et qui modicum. *scilicet, collegit.*
9 Non minorauit. *i. non inuenit minus mensura Gomor per singula capita. & hæc fuit figura huius adæquationis inter ecclesiæ primitiuæ fideles.*
10 Gratias autem. *Hic consequenter agit de ministris collectionis huius eleemosynæ. Et diuiditur in duas, quia primò eos nominat. secundò, Corinthiis eos recommendat, ibi:* Ostensionem. *Prima adhuc in tres, secundum quod tres ministros nominat. Primus autem est Titus, qui Corinthios iam ante instruxerat, vt prædictum est. & ideò negotium istud fuit sibi principaliter impositum. Dicit igitur Apostolus,* Gratias autẽ Deo, *à quo principaliter est omne opus bonum.* Diuisio.
11 Qui dedit eandem sollicitudinem. *ad procurationem eleemosynæ dictæ.*
12 Pro vobis. *Quia magis cedet ad vtilitatem vestram, quàm recipientibus ipsam, vt ostensum est supra: quia recipiunt à vobis bonum temporale: vos autem ab eis bonum spirituale, quod est melius.*
13 In corde Titi. *sicut in corde meo.*

A laudem, de fidelitate Titi pecuniarum illarū pro sanctis & pauperibus collectore disserit, hoc enim emphasim habet, Nam qui ministris benè confidit & nihil suspicatur de recipientibus, maiori liberalitate impendit: Itaq; gratias ago, inquit, Deo qui Tito eandem cum mea, vel cum ea quam pro Macedonibus vel Thessalonicens. habuit solicitudinē dedit, Vide hic sapientiam, Dei monstrans hoc opus esse. Nam si Deus eum excitauit & misit ad vos, ipse petit per illum; ne igitur putetis humanum esse quod factū est.

scientia, nulla ratio erit suspicionum: Sed quātò infirmiores erant, tantò magis se ipsis accommodat, Infirmum enim iuuare, non indignatione deprimere oportet. Nam neque si quis dæmon esset, suspicaretur beatum illum sic infidelem: Attamen etiā malæ suspicioni vmbrā omnino declinandā demonstrat. D

a ¶ Et verè habuit sollicitudinem. ¶ Nostram.
corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit: sed 1
¶ Quam mea exortatione. a ¶ Qui prius rogatus excusabat se propter vestra vitia. 2
a cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misi- 3
¶ Lucam vel Barnabam. ¶ Scripto, vel prædicato.
mus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euan- 4
a ¶ Laus eius est in euangelio.
*id. gelio per omnes ecclesias: nōn * solum autem, sed & ordina- 5
¶ Iudææ. a ¶ Qua mundum circumimus. ¶ Prædicationis.
b ¶ In hac largitione eleemosynarum, cui nos apostoli ministri sumus.
† in hāc gratiam b tus ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ, † in hāc gra- 6
¶ Vt Deus inde glorificetur.
† propititudinē animi c tia quæ ministratur à nobis ad domini gloriam, & † destina 7
¶ Hos misimus.
d tam voluntatem nostram. Deuitantes hoc, ne quis nos vi- 8
a ¶ Dicens nos fraudare. b ¶ Largitionis eleemosynarum. ¶ Nostro ministerio fit.
† exuberantia, abūdantia e tuperet in hac † plenitudine, quæ ministratur à nobis in
¶ Vt Deus glorificetur. ¶ Deuitantes bene dico. ¶ Opera nostra.
- in gloriā domini gloriam domini. † Prouidemus enim bona non solum 9
† Ro. 12. d. ¶ Vt Deo placeant, sed vt & hominibus bona videantur. 10
† omnibus f coram Deo, sed etiam coram † hominibus. Misimus au- 11
B g ¶ Apollo. 12
h tem cum illis & fratrem & nostrum, quem probauimus
a ¶ Ce vestra salute. b ¶ Cum audiuit correctos.
in multis sæpe sollicitum esse, nūnc autem multo sollicitiorē 13
¶ Pro. ¶ Habita. a ¶ Qui de vobis ei multa bona retulit.
† ob multā fiduciā quā habeo i † confidētia multa in vos: siue pro Titō qui est socius meus, & 14
k a ¶ In vestra conuersatione. b ¶ scilicet, pro illis alijs qui sunt. c Apostoli, & à quibus fuit rogatus. 15
† pro fratribus nostris qui sunt apostoli. in vobis adiutor, siue † fratres nostri apostoli ecclesiarū † glo
a ¶ Ad gloriam Christi. b ¶ Quia tales misimus. ¶ Vt bona quæ de vobis audierunt probēt, & cæteræ ecclesiæ agnoscant quæ de eis audierunt.
l riæ Dei. Ostēnsionē ergo quæ est charitatis vestræ, & nostræ 16
a ¶ Vt, scilicet, cæteræ ecclesiæ agnoscant vera esse bona quæ de vobis audierunt.
† de vobis gloriæ † pro vobis, in illos ostendite, in faciē ecclesiarū Dei. 17

† O gloria Christi.

a *Mißimus aut.* Duos fratres apostolus misit cum Tito, sed eos non nominat fortè enim ignorabant eos Corinthij, nec de ipsis adhuc periculum fecerant. Quoniam autem pecuniarum collectarum multitudo sufficit malis dare suspicionem, securitatem exibet, Propterea, inquit: tales misimus, & non vnum solum sed & duos & tres: Commēdat verò eos non ab euangelio, neque ab electione solùm, sed etiā ꝙ probati sint, & propterea electi, ita vt nihil suspicentur.

b Vel. *In hanc gr.* id est, prædicationem gentium, cui destinatus sum, & volo.

c *Et ad vo. no.* quia volumus, vt bene detis complendam, voluntatem dico, quæ est destinata & præordinata nobis à Deo adeo est necessaria.

d *Deu. n.* Circa curam sanctorum si negligentius ageret, & ideo præmonet vt sollicitudo eius, & præuidentia appareat.

C e *In.* Doctrinæ & miraculorū, vt dicatur, Bene prędicat: sed nō est memor sanctorū, sicut alij apostoli, & sicut sibi præceptū est.

f *Cor. Deo.* Aug. Propter nos conscientia nostra, sufficit nobis: propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Duæ res sunt, conscientia & fama. conscientia tibi, fama proximo. Qui conscientiæ fidens negligit famam: crudelis est.

g *Cor.* dū facit in sanctos quod Deus iubet. *Cor.* Dū bonos mittit qui eos probitate se prouocent, non scandalum faciant.

✱ Chrys. Non dixit, pereat & malè habeat, qui de me quippiā tale voluerit suspicari, quandiu me nō condemnauerit conscientia,

✱ Hier. Nihil propter humanam gloriā facimus: sed tamē nolumus vt per nos aliquis scandalū meritò patiatur: sed vt omnes videntes nostra bona opera glorificent patrem nostrum qui in cęlis est.

h *Mißimus, cum illis.* ✱ Ambro. Per Titi relationem, referentis bonam voluntatē Corinthiorum & cæterorum missorum, quos apostolos ecclesiarum gloriæ Christi appellat, solicitiorem se factum ostendit videndi illos, & exhortādi ad ministeriū sanctorum. fiduciā enim accepit audiens meliores factos esse Corinthios. E

i *Conf.* Q. pro confidentia vestri iuit: & pro Tito & Luca cū quibus libenter ibat.

k *Siue.* Vel siue per patres vestros Apostolos ecclesiarum ad gloriam Dei, i. ꝙ ipsi sunt apostoli ecclesiarū, hoc est gloriæ Dei Christi, idest, ad gloriam Christi. quia in eis non hominum sed Christi gloria est.

l *Osten.* i. charitatem vestramquam ostendistis alijs & gloriam nostram quam similiter ostendistis esse veram, nunc ostendite, bene istos recipiendo, & hoc in faciem ecclesiarum, vt alij à vobis accipiant exemplum. F

✱ Hieron. vt videant verum esse quod dicitur in omnibus ecclesiis de vestro profectu: vel ostendite charitatem vestrā de qua coram omnibus ecclesijs gloriamur.

✱ Theoph. Nunc ostendite quomodo diligatis nos, & quomodo non frustra gloriemur de vobis: Etenim in faciem ecclesiarum facietis, quod ad hos facietis. hoc est, gloriam ecclesiarum Faciem namq; ecclesiarum habent illi, qui mittunt ipsos.

✱ Chr. Nam si illos honoraueritis, ecclesias quæ eos miserunt honoraueritis: in gloriā Dei, in faciē ecclesiarū. Nō parū uatem & hoc fuerit, etenim magna est potentia Synodi: idest,

ec

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam exhortation. *cum induceret eum ad hoc negocium suscipiendum promptè suscepit, non solum pro mea exhortatione.*
2 Sed cum solli. esset sua voluntate profectus est ad vos. *Pro executione sui negocij.*
3 Misimus. *Hic nominatur secundus, qui secundum aliquos fuit Lucas, secundum alios verò Barnabas. Vterq; enim fuit comes peregrinationis Apostoli, discurrendo pro prædicatione euangelij. Si tamen intelligatur de Luca, tunc illud quod dicitur:*
4 Cuius laus est in euangelio: *exponendum est, ab eo descripto. Si autem de Barnaba, exponendum est ab eo prædicato. quia quod sequitur:*
5 Non solum autem, &c. *conuenit vtrique, vt dictum est.*
6 In hanc gratiam. *scilicet, eleemosynæ mittendæ in Ierusalem sanctis: misimus eum inquam cum Tito.* Ad domini gloriam. *ad quam ordinandum est omne opus bonum.*
7 Et destinatam voluntatem nostram, &c. *idem ad exequendum nostræ voluntatis ordinationem. Consequenter reddit causam quare tam solennes mittebat viros dicens.*
8 Deuitantes hoc, ne quis nos vitupe. in. *in larga eleemosyna à vobis danda. Deuitamus inquā ne vituperemur de negligentia, aut de fraude aliqua: propter quod misimus tales viros, qui nō possunt notari de aliquo tali. Et causa huius subditur, cum dicitur:*
9 Prouidemus enim. *scilicet, agenda.*
10 Non solum cor. *Ex puritate intentionis.*
11 Sed etiam coram. *ad exemplum ædificationis.*
12 Misimus. *Hic nominatur tertius, scilicet, Apollo dicens:* Misimus autem, &c. *scilicet, pro vestra salute: quia post Apostolum primus Corinthijs prædicauit. j. Cor. iij b. Ego plantaui. Apollo riga, &c.*
13 Nunc aut. m. sol. *scilicet, de bono vestro inuenimus. Cuius assignatur triplex causa. Prima est, quia Corinthij egerant pœnitentiam de delictis: & sic magis confidebat de profectu eorum quàm ante. & hoc tangitur cum dicitur:*
14 Confi. mult. in vos. *idest, propter confidentiam magnam de profectu vestro Secunda causa est societas Titi quem diligebat: propter quod libentius cum eo pergebat. & hoc est quod dicitur:*
15 Siue pro Ti. *Tertia est, quia rogatus erat de hoc ab alijs apostolis, scilicet, de eleemosyna procuranda, sicut Paulus ideo dicitur:* Siue frat. nostri apostoli.
16 Ostensionem, &c. *Hic vltimò recommendat dictos nuncios Corinthijs, dicens:* Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ, &c. *idest, suscipite eos charitatiue: quod cedet etiam ad gloriam meam, quia vos conuerti ad fidem:*
17 In fa. ec. *idest, vt alijs ecclesijs innotescat charitas vestra ad ædificationem fidelium.*

Proui-

✱ CAP.

A ecclesiarum. Oratio enim earum Petrum à vinculis soluit, Pauli os aperuit. Earum suffragium etiā eos qui ad spirituales principatus venturi sunt non parum ornat: propter hoc & ordinaturus etiam tunc illorum vocat preces, &c.

✱ Hieron. Hic æmulatio pro imitatione ponitur. D

e *Mißimus autem.* ✱ Hieron. Qui vos commoueant, ne aliter inueniant, in parte doctrinæ siue ministerij quàm putabam.

✱ Theoph. Quia postquam vestri nomine gloriatus sum metui ne pudefieremus (ideo) misi fratres vt ne frustraria & vana arguatur gloriatio mea de vobis, non in omnibus quidem, sed in hac sola parte, hoc est, vt ne pudefiam in hoc solo de eleemosyna consilio.

CAP. IX.

CAP. IX.
¶ De receptione horum moneo.
Nam de † ministerio quod fit in sanctos, 1
¶ Superfluum.
† ex abundanti est mihi scribere vobis. 2
Scio enim promptum animum vestrū, 3
pro quo, de vobis glorior apud Macedo 4
a ¶ Dicens. b ¶ Cuius metropolis est Corinthus.
c ¶ Aemulatione Macedonum ducta.
nes, quoniam & Achaia parata est ab an- 5 6
a ¶ Amor & studium vestræ largitionis. ¶ Ad eleemosynas dandas.
d no præterito, & † vestra æmulatio prouocauit plurimos. Mi 7 8
e ¶ Cur ergo præmittis illos? a ¶ Non vt vos ad hoc hortentur: sed vt parati sitis. ¶ Totum. 9
f simus autem fratres vt ne quod gloriamur de vobis, † eua- 10
¶ Si imparati fueritis. ¶ Illis vos paratos. 11
cuetur in hac parte: vt queādmodum dixi, parati sitis: ne cum 12
venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, 13
a ¶ Qui de nobis gloriabamur. b ¶ Erubescere quod maius est, idest, esse debet. 14
c ¶ In hac datione eleemosynarum quæ pauperes sustentat. d ¶ Ne hoc sit 15
g h erubescem[us] nōs, vt nō † dicamus vōs in hac substātia. Neces 16
a ¶ Scilicet, Lucam, Titum, & Apollo ¶ Me. 17
sarium ergo existimaui rogare frātres, vt præueniant ad vos, 18
a Sæpe promissam. b ¶ id est, eleemosynam: quæ rectè dicitur benedictio: quia causa æternæ benedictionis. c ¶ Quando veniēmus. 19
i & præparent rēpromissam benedictionēm hanc † parātam 20
a ¶ Vt sit opus charitatis & magnum. b ¶ Vt doleant de dato, & parum sit quod dent. 21
esse, sic quasi benedictionem non quasi auariciam. Hoc autē 22 23
¶ Illi præparent, ego autem cur large detis præscribo ¶ Dat. ¶ Retributionem. 24
k l dico. † Qui parce seminat, parce & metet: & qui semi- 25

a *Nam de mi.* Sequitur. ✱ Hieron. Mutare videtur, sanctos, hic sensum, & ideo quidam dicunt eum superius de laicis dixisse, hic vero de sacerdotibus sanctis: B Alij vero aiunt eum de eleemosynis hucusque tractasse modo autem de ministerio verbi commonere, quod sanctificatis per baptismū exhibetur, hi vero duo sensus vsque ad finē causę diligenter vtrique sunt colligendi.

† ministratione quæ
† superuacuum
† vestrū exēplum
† inanis fiat
† dicā vos, in hoc argumento gloriationis
† vt ea sit in promptu, velut benedictio, & non tanquam auaritia
† De pœ. & remis. ca. cū ex ore,

✱ Theophyla. Cum hic antea dixerit, postque hec dicturus, sit, superuacaneum tamen sibi dicit de his scribere. Sapiēter autem hoc facit, vt magis eos attrahat. Pudesient enim si Paulus suspicionem de ipsis habeat, quoniam neque opus habens consultatione vel consilio ad id vt misereantur sanctorum; deinde quia C tales sint de quibus non sit opus suspicari, quod viscera sua indigentibus fratribus non aperiant vt misereantur.

b *Scio enim prompt.* ✱ Chrys. Sanè magnum quidem est illum scire, multò autem magis quòd alijs annunciat: maiorem enim habet vim: noluissent enim in tanta re confundi.

c *Quoniam & Achaia, &c.* ✱ Hieron Tota prouincia, cuius caput estis, per nos ad hoc ministerium prouocata est.

d *Et ve. æmu.* Aemulatione Corinthiorum aliæ ecclesiæ dum audiunt illos prius erroribus implicatos: postea bonæ voluntatis fuisse effectos, incitatæ sunt ad bonum opus.

✱ Chrysost. Humanum genus æmulationis studiosum est, Non dixit, illos imitemini: sed, *zelus vester prouocauit plurimos.* Quando? Cum consulebamus, non obsecrabamus illos, sed solum laudabamus vos, & de vobis gloriabamur: idque illis ad adhortationem sufficiebat. vidisti quomodo illos extimulat, dum vicissim laudat, & hos per illos, & illos per hos.

✱ Theophyl. Non dixit omnes, sed plurimos: Alij enim sua sponte & rogantes nos, contribuerunt, alij verò per vestram æmulationem sunt incitati, siquidē stimuli plures habent opus. Doctores illis facti estis, inquit, ne igitur discipulis videamini inferiores.

✱ Hie-

✱ Hieron. Multa enim confusio est, si quis pro eo qui eum diligit, erubescat. Itaque parati sitis. E

f *Nec cùm venerint Maced.* ✱ Theophyl. Forsitan, inquit, mihi confiditis veluti ignoscenti vobis. At Macedonas animo voluite, qui forsan mecum venient, verisimile est hoc enim. At si inuenerint vos, non dixit, nolentes dare, cæterum imparatos. Si enim non paratum esse, aut celeriter non cōtribuere, pudor est quantò magis omnino non cōtribuere, vel minus quàm par sit? F

g *Erubes.* Si enim non fuerit hoc inuentum, quod testificatus est de his, & ipse erubescet, & ipsi amplius confundentur.

h *Vt non dicamus, &c.* ✱ Idem. Ostendit quòd ipsi maiorem sint relaturi, ipsorum namque peccatum est. Substātiam autem, subiectum, vel materiam, vel rem ipsam, vel gloriationis essentiam intellige.

i *Bned.* ✱ Hiero. Benedictio erit, si grato animo tribuatur.

✱ Chrysos. Quoniam hæc contraria sunt, cupiditas, & alacritas & alius quidem multum dans, sæpius dolet, alius verò dolet, quia minus dat, nōn dixit parum melius est dare, & cum voluntate, quàm cum coactione multum, quoniam & multum & volūtariè volebat illos offerre, sed in admonitionis loco fructus ostendit (eleemosynæ) germinātes & benedictione plenos suppeditantes. Illósque benedictionis vocabulo allexit. Nullus em benedictionē dat cū tristitia. Nec cū auaritia, inquit, Auaritia enim inuolūtariorū est, & qui eleemosynā dat inuit[us], auarè dat.

k *Qui par. se.* Non parcè seminat qui parum habens parū largitur, si animus promptus sit plus dare, si plus haberet.

l *Semi.* ait, nō dat. Quia dare est amittere: sed seminare ad tempus carere, vt plus habeatur in futuro.

✱ Theoph. Non dixit, Modicum quiddam, sub celebri [illegible] parsimoniæ vocabulū posuit, ac semē opus vocauit ipsū, vt [illegible] ad permutationē respicias, ac discas ꝙ plura accipias ꝗ des.

a Nam

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

✱ 1 Nam de mini. *Postquàm Apostolus induxit Corinthios ad donationis actum, hic consequenter docet donationis modum: & diuiditur in duas, quia primo quandam suspitionem excludit, secundò ad propositum accedit, ibi:* Misimus autem. *Circa primum sciendū, quòd eo quòd* Diuisio. *nuncios suos sic recommendauit in fine capituli præcedentis, posset aliquis opinari quòd de receptione eorum curaret tantum, & non de eleemosyna in Ierusalem mittenda. ideo hoc remouet: dicens:* Nam de mini. quod. fit in san. *idest, de eleemosyna in Ierusalem mittenda.*
2 Ex ab. est mi. scr. *idest, reputo superfluum scribere vltra illud quod superius vobis scripsi. cuius causam subdit dicens:*
3 Scio enim prom. ani. ve. *scilicet, ad hoc faciendum.*
4 Pro quo. *ingerens eis pro exemplo hāc promptitudinē animi vestri.*
5 Quo. &c. *nomen regionis est, cuius metropolis est Corinthus.*
6 Parat. est an. præ. *ad illius eleemosynæ largitionem.*
7 Et ve. æmu. *idest, vestrum studium benefaciendi sanctis in Ierusalem.*
8 Prouo. pl. *ad similia operandum.*
9 Misimus au. *Hic consequenter accedit ad propositum ostendens donandi modum, scilicet, velociter, abundanter, & hilariter secundum, ibi:* Necessarium ergo. *tertium ibi:* Vnusquisque *Circa primum dicit.* Misi. au. fra. *idest, prædictos solennes nuncios, & fideles.*
10 Vt ne. *laudando apud Macedones promptitudinē vestrā ad dandū.*
11 Eua in hac par. *Si enim misissemus nuncios abiectos, videretur quòd contemneremus vos.*
12 Vt quem di. *Macedonibus vos commendans:* Para. sitis. *addandum.*
13 Ne cum Mace. me. *ad vos.*
14 Et inuc. vos impa. *ad dandum.*
15 Erubes. *q. d. si inuenirent vos imparatos ad dandum, quod absit, erubesceremus, quia non inueniretur verum quod diximus eis de vobis.*
16 Vt nos di. vos. *scilicet, erubescere.*
17 In hac sub. *idest, in datione eleemosynæ ad sustentationem pauperum in Ierusalē. q. d. talis defectus præparationis non solum esset nobis confusibilis, sed etiam vobis: licet de vobis non exprimamus, sicut de nobis.*
18 Neces. *Hic consequenter monet eos ad dandum abundanter, dicens:* Nece. *i. vtile pro vobis & me.* Exist. ro. fr. *Titum & alios prædictos.*
19 Vt præ. ad vos. *ante aduentum meum cum Macedonibus.*
20 Et præ. re. be. *idest, eleemosynæ vestræ gratiam.*
21 Hanc pa. esse sicut qua. be. *i. gratis, & abundanter datam.*
22 Non qu. aua. *idest, nimis parce datam, & subdit rationem, dicens:*
23 Qui par. se. *idest, parum dat.*
24 Parce, & metet, *idest, minus in præmio recipiet.*
25 Et qui se. in be. *largiter danda.*

10 Vt

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Non ex tristi.* Qui inuitus dat propter præsentem pudorem non habet mercedem.

b *Hila.enim da.* qui dat vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viscera indigentis,& meritum & rem perdit. Largè dat qui affectum largiendi habet, & si nihil habeat quod largiri possit.

D fluum autem est,quod plus est,quàm vsus requirit.Nam quando etiam absque illis possumus agere sanè & honestè,superfluũ omnino est appositum.Sic & de vestibus arbitramur,& de mẽsa & de domo,& de alijs omnibus,& vtilitatem vbique spectamus, quod enim superfluum est & inutile. Ibidem.

AVG.Quicquid boni facis cum hilaritate fac: & tunc bene facis.Si autem cũ tristitia facis: fit de te, non tu facis.

† libenter ac benignè largiẽdo,copiosè messurus est.

✻CHRYSOS.Hoc loco opinor,hilarem largum dici, verumtamen accepit nomen hoc,vt cum promptitudine detur.Nã cum (dare) sit opus virtutis, omne autẽ quod ex necessitate fit, minuit mercedem:meritò hoc agit, & non consulit solùm,sed & precatur.

† Eccl.35.b 23.q.6.c.iã vero si.

B † Psa.111.f

✻HIERON. Auarus autẽ hilariter dare non nouit.In scientia autem auarus est, qui sensum non vult

a ¶ Vbi plus pensatur animus quàm sensus. b ¶ Dei. ¶ De largitate donorum Dei. c ¶ Retributionem.

nat † in benedictionibus.de benedictionibus & metet. Vnus- 1

a ¶ Scilicet,det. b ¶ Tantum. c ¶ Præordinauit,quia si inuiti darent,nihil eis prodesset. d ¶ Consilio rationis. e ¶ idest, tristis vel coactus,sed sponte. 2

a quisque prout destinauit in corde suo,non ex tristitia,aut ex 3

a ¶ Qui ex voluntate bona. ¶ Approbat,remunerat. b ¶ Q Ego ita moneo,& nolite diffidere. 4

b necessitate.† Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens au- 5

a ¶ Non solum hanc,sed & hanc cum aliis. ¶ idest, omnia dona spiritussancti. b ¶ Vel in cordibus vestris. c ¶ Ita. 6

tem est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt 7

a ¶ In omni statu vestro. b ¶ Qui enim solam sufficientiam eligit poterit in Dei opere ambulare vel abundare. c ¶ Habere reputantes. d ¶ In datione eleemosynarum,sicut & in cæteris. 8

c in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abunde- 9

d a ¶ Est ne hoc bonum vtique. b ¶ In psalmo. c ¶ Non vni omnia conferens,sed pluribus diuidens. 10

tis in omne opus bonum, sicut scriptum est: † Dispersit, 11

a ¶ Gratis. b ¶ Non diuitibus qui possent reddere,quanto magis qui sanctis. c ¶ Et hæc. ¶ Idest,merces iustitiæ. d ¶ In æternum sine fine. e ¶ Non solum inde datur vita. 12

e dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui 13

f ¶ scilicet,Deus. a ¶ Vnde eleemosyna fiat. b ¶ Necessaria vitæ. c ¶ Non ad superfluitatem. 14

autem administrat semen seminanti, & panem ad mandu- 15

a ¶ & in tantum,& ideo nemo hoc timore timeat dare. ¶ Quod. b ¶ Vnde plures eleemosynas faciatis. 16

candum præstabit. Et multiplicabit semen vestrum, & auge- 17 18 19

d *Abun,&c.* Licet enim exiguũ sit,quod parũ habens tribuit, abũdat tamẽ:quia recto iudicio fit : quia non quæritur de quanto,sed quo animo detur.

e *Iu e.* Iust⁹ est qui bona mundi sine æterni præmij cõmunia reputat.

E AMB. hoc exemplo ad largiendũ sanctis inuitat Si enim hui⁹ qui pauperibus largitur merces magna est,quãtò magis eius q ministrat sanctis? Pauperes eñ possũt dici & qui mali sunt.

✻Quod dicit, *Dispersit*,idest,cum liberalitate dedit. Et quãuis hæc nõ maneãt,

implere quem cœpit. Vnde dominus neminem per viam salutare præcepit,hoc est nulli transitoriè annuntiare verbum salutis.Hoc est autem, Qui parcè seminat parcè & metet. Contra Iouinianum etiam hic locus facit, vbi meritorum gradus esse monstrantur.Et qui seminat in benedictionibus,&c. Econtrario ergo in maledictione seminans inde & metet sicut scriptũ est:Non semines mala in sulcis iniurię,& non metes ea septuplum,sed in omni dato,hilarem fac vultum tuum.

C ✻GREGOR.NAZIANZ.Qui miseretur cum hilaritate misereatur:ac beneficij gratia, promptitudine & celeritate congeminatur.Nam quod mœsto animo defertur: aut necessitate extorquetur, Ingratum est parúmque gloriosum. Lætandum est autem,non lugendum,cùm beneficium damus, &c.

✻ISIDORVS.L.3.de summo bono.c.67. Non est eleemosyna cum murmuratione præbenda,ne comitante tristitia,merces pereat dispensata Tunc autem bene tribuitur,quando cum mentis hillaritate præbetur vnde Apostolus:hilarem.&c.

c *Omnem sufficientiam hab.* ✻CHRYSOSTOM.Si parcus fueris & pauca de his quę sunt suppeditas,quid mihi excusationis causas prætexis,neque enim te ad summam inopiam adigimus, sed oramus vt quæ iam superflua sunt, imminuas & solam sufficientiam ames. Ne igitur amplius quæramus : nam si deliciari voluerimus,& honestè viuere, sufficientiam nobis determinemus & alius quidem qui leguminibus potest esse contentus, & benè valere nihil amplius inquirat : Infirmior autem & olerum cura opus habens ne prohibeatur : si autem & illo quis infirmior sit, & congruo carnium adiumento egeat, neque illum abarceamus : neque enim vt occidamus & corrumpamus homines hæc consulimus, sed vt superflua amputemus.Super-

manent tamen quę ex illis nascuntur.Etenim mirabile est,quòd quę custodiuntur pereunt,quę autem disperguntur manent Iustitiam autem hoc loco misericordiam vocauit. Non itaq; cunctabunda manu seminemus.Non vides quanta alij dant mimis, & mulieribus scortis,& si dimidiũ Christo dederis,quæ illi saltantibus dant,tanta tu vel esurienti da. Nam illi quidã corpus scortorum multo auro vestiunt,tu autẽ neque tenui veste Christi carnem, cámque nudam vides:quali hoc venia dignũ? quantum hoc non meretur supplicium?Et parasites quidem pascens & adulatores,quasi ex largis fontibus fouens gaudes,ac in ventrem & ebrietatem ac intemperantiam omnia insumens, nullius paupertatis memor es: si autem alicubi pauperem videns, tunc tibi paupertatis metus incidit,omnibus es pauperior. Et qua venia dignus eris?Disperge igitur pecuniam, vt congreges Iustitiã?hæc tabernacula separata habent, nec commisceri nequeunt,Expelle tyrãnum,auaritiam, si vis reginam recipere iustitiam,quæ liberos exseruis facit,vt & hic libertatem cõsequamur,& regno cœlorum fruamur,&c.

F f *Qui autem administ.* ✻THEOPHYL.Exoptat illis & corporalia & spiritualia,verboque suo authoritatem conciliat à sensibili adeóque externa agricultura.Si enim terræ semina mandantibus Deus impertit semen ac si corpus arentibus, alimoniam præbet:quantò potius cœlum colentibus animámq; alẽtibus suppeditabit sumptum?

✻HIERON.Deus qui tibi dedit vnde dispenses, esurientẽ minimè patietur.Si autem ad semen verbi refferas : Qui dedit officium docendi : præstabit & escam tibi, modò ad hoc solum vacare velis.

In

NICOLAVS DE LYRA.

1 De be.& metet *idest,largiter recipiet in præmio.Sed contra dicta videtur:nam in præmio cælesti parum non habebit locum. Dicendum, quòd licet ibi non sit parũ simpliciter & absolutè eo quòd cuilibet sufficiet quod habebit:tamen erit ibi respectiuè,inquantum vnus maius præmium habebit alio secundum diuersitatem meritorum.*

2 Vnus. *Hic consequenter monet Corinthios ad dandum hilariter, dicens:* Vnusquis. *supple det.*

3 Prout destin.in corde suo. *idest,ordinauit propria voluntate.*

4 Non ex tristi.aut ex, *in hoc excludit duplicem modum in voluntarij.scilicet,absolutè:quod fit ex coactione & quantum ad hoc dicit : Non ex necessitate,& inuoluntarij mixti, sicut est proiectio mercium in mari, quod habet tristitiam annexam,& quãtum ad hoc dicit:*Non ex tri.*q.d. non detis quasi coacti præcepto meo, vel timore confusionis ducti. & subdit rationem ad hoc,dicens.*

5 Hilarem enim da.di. Deus, *idest,approbat & remunerat : quia facit actum virtuosum.signum enim habitus generati est delectatio in opere.ij.*Ethi.

6 Potẽs est. *Hic ad prædicta inducit rationes & primò ex parte dantis,secundò ex parte Dei remunerantis,ibi:* In omnib. *Circa primum facit talem rationem: Quicunq; dat aliquid quod sibi multiplicatur,debet illud dare velociter,largiter,& hilariter:sic enim homines seminant, eò quòd recolligunt illud multiplicatum.eleemosynæ verò redduntur dantibus multiplicatæ:ergo,&c.Virtutem huius rationis deducit dicens:*Potens est autem,*idest,voluntatem faciendi eleemosynam.*

7 Abundare face. *vt sic non doleatis de facto,sed magis gaudeatis.*

8 Vt in om. *temporalibus & spiritualibus.*

9 Sem.om.su. *tam in voluntate interiori quàm in facultate exteriori.*

10 Abund.in omne opus bonum. *idest, in dationem eleemosynarum,sicut in alijs operibus virtutum.*

11 Si.scri.est. *Psal.cxj.*

12 Disper. *nam eleemosyna pluribus est facienda.*

13 Dedit pau. *non histrionibus & alijs indignis.*

14 Iustitia eius. *qui sic dat eleemosynam.*

15 Manet in seculum.&c. *idest, æternaliter : quia merces iustitiæ eius est æterna.& confirmat prædicta per experimenta dicens:*

16 Qui autem admi. *scilicet, Deus qui dat voluntatem & facultatẽ dandi eleemosynam.*

17 Et pa.ad. *idest,necessaria victus hoc enim communiter videtur accidere,quòd dantes eleemosynas magis abũdãt in tẽporalibus bonis, quàm eleemosynas pauperibus indigentibus denegantes:& si aliquando contingit eos depauperari,Deus hoc ordinat ad maius bonũ ipsorum spirituale.*

18 Et m. *idest,voluntatem,& facultatem eleemosynam faciendi.*

19 Et au.inc.fr. *idest,mercedem quæ ex hoc in patria colligetur.*

Vt

A a *Incre fru.* Iustitia est sanctitas,& bona vita:& inde fruges,id est,æterna remuneratio.Incrementa eleemosynæ : pro quibus & hic virtutes,& in futuro gloria augebitur.

✻HIERON.Fruges iustitiæ sunt facultates ex quibus fit iustitia. Cum verò iniquè congregantur, aut ad auaritiam seu superbiam possidentur, fruges iniquitatis fiunt. Præcio enim grauans triticum in populo maledicitur. Siue fruges iustitiæ, sermones sunt Dei : de fructu enim laborũ suorum satiabitur sapiens.

B

a ¶ Voluntatem & facultatem dandi eleemosynas. b ¶ Ex quibus procedit iustitia & vita. c ¶ Q intantum augebit & res & voluntatem dandi,vt in omni statu secundum vestram reputationem locupletati abun.&c.

a bit incrementa frugum iustitiæ vestræ, vt in omnibus locu- 1

a ¶ Perfectam. b ¶ Largitionem simplici animo factam. 2

b pletati abundetis in omnem simplicitatem quæ † operatur 3

¶ Et ideo facienda. ¶ Ideo aguntur gratiæ,quia multa in hoc bona. ¶ Nostrum. 4

c per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam † ministerium 5

¶ Nostri

officij huius non solùm supplet ea quæ desunt sanctis, sed 6

¶ Quia multi agunt gratias in operatione Dei. ¶ Et hoc. 7

etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino 8

a ¶ i.qui laudant hanc ministrationem nostram,quæ eos mouet ad agendas gratias.

per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in 9

a ¶ Non solùm de vestra largitione,sed inde accepta occasione de fide & omni bono. 10

b ¶ Quia obedistis euangelio Christi in subiectione mentis glorificantes Deum:quia simplici animo:vel alij vestro exemplo sua aliis communicant.

obedientia confessionis vestræ in euangelio Christi, & sim- 11

a ¶ Quia vestra communia reputatis. b ¶ Factæ. ¶ Sanctos prædictos. c ¶ Alias gentes.

plicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes, & in 12

a ¶ Sanctorum. b ¶ Glorificantes Deum,quia ipsi sancti obsecrant pro vobis. c ¶ Videre in æterna beatitudine, vel etiam hic.

d ipsorum obsecratione pro vobis,desiderantium vos propter 13

a ¶ i.charitatem. b ¶ Et quia hincinde tot bona, gratias ago de charitate quæ non potest enarrari quantum vtilis,alias enarrabili.i quod debet enarrari. 14 15

e eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias Deo super inenarrabili dono eius.

† in hoc, quòd per multos agantur gratiæ Deo,qui per probationem ministerij,huius glorificãt Deum super obediẽtia consensus vestri in euangelium Christi,& desimplicitate.

✻SOPHRONIVS. in pratospirituali capi.185.In ciuitate Nisibe Christiana quædam mulier virum habebat. Infidelem. Erant autem pauperes sola quinquaginta habentes numismata: Ait itaque vir vxori suæ, demus hæc numismata fœneratori, vt aliquod solatium ex eis capiamus. Ea enim singulatim cõsumimus & deficiunt,dicit mulier:Si placet fœnerari, demus ea sub fœnore Deo Christianorum, & non solum non illa perdes,sed & vsuras tibi persoluet, & capitale duplum reddet. Ille annuens ita fieri, accepta numismata pauperibus distribuit in templo.Cum verò post tres menses necessitate sumptuum angustiarentur, vxoris consilio ecclesiam petit, ibique numisma repertum & collectum domi retulit, ex quo piscem emens vxori dedit,quę ipsum exẽterãs in visceribus inuenit lapidẽ expositum quẽ postea trecentis numismatibus vendiderunt. Itaque mulier, vides, inquit, quàm bonus est Deus Christianorum,qui pro quinquaginta numismatibus mutuatis paucis diebus sexcuplicata restituit.

C ✻IDEM.cap.195. Cum ad baptismum & eleemosynam Synesius episcopus Cirene,Euagrium philosophum excitaret respondit Euagrius, Audiui vestrum Deum restituere centuplum his qui eleemosynam dispergunt in Pauperes, nunc itaque accipe à me centum aureos & distribue pauperibus, & fac mihi cautionem manu tua, quòd Christus mihi ipsos reddet in futuro seculo : Hac cautione facta tandem Euagrius obijt, & iussit filijs vt cautionem secum sepelirent. Tertio autem à funere die aparuit nocte quiescenti Sinesio, veni ad sepulchrum vbi iaceo inquit,& accipe chirographum tuum,& debitum satis factum mihi est, vt certior fias eius rei propria subscripsi manu. Itaque Sinesius filios Euagrij,sacerdotes atque primarios duxit ad tumulum : Atque cautionem sequentem inuenerunt.

D Ego Euagrius philosophus Synesio Episcopo salutem. Accepi debitum in his litteris manu tua conscriptum, satisfactum mihi est, & nullum contra te habeo ius propter aurum quod dedi tibi,& per te Christo Deo & saluatori nostro,&c.

b *Quæ opera per.* idest,ipsa largitio est causa quare gratiæ aguntur Deo, cuius largitionis nos sumus ministri.

c *Quoniam minister.* ✻CHRYS.q.d.Primùm ea, quæ sanctis desunt,nõ solùm impletis,sed & abundare facitis, & plusquã vsus postulat, suppeditatis illis, deinde per illos laudẽ offertis Deo: glorificãt enim ipsum in obediẽtia cõsensus vestri, quòd ita subditi estis euangelio, cuius hoc iudicium est tam largiter offerre.Nam hoc euãgelium præcipit simplicitatem cõmunicationis in ipsos, & in omnes,& propterea glorificãt,inquit, Deum quòd sic estis liberales,non in illos solùm, sed & in omnes,quòd etiam ipsum præconium illorum est, quòd gratias agunt prohis quæ alijs dantur,quamuis ipsi in extrema sunt paupertate: id quod magnæ illorum virtutis indicium est Nihil enim ita zelotypum est, vt pauperum genus, verum illi ab hac affectione mundi erant.

† per vos efficitur vt gratiæ agãtur Deo.

† functio huius ministerii.

E

F d *Desiderantium,&c* ✻THEOPHYLACT.Insuper pro vobis apud Deum interpellant, vt digni iudicentur videre vos non pecuniarum causa, verum ob excellentem Dei gratiam excellenter vobis datam. Rursus autem gratiam, eleemosynæ causam vocauit, omnia ita Deo accepta referens,vt ne ipsi attolantur Quum dicit eminentem gratiam excitat vt largiorem eleemosynam faciant,ne exuperentur aut vincantur ab alijs.

e *Gra.de.* De alterna indigentia,& de alterno supplemento indigentiæ prouincialium Christi & militum Christi.Egit hic de rebus carnalibus in illos : Inde autem de spiritualibus in istos tanquàm plenus gaudiis exclamat.*Gratias ago.*

✻CHR.Donum hoc loco dicit,tãta bona,quæ per eleemosynã fiebãt & accipiẽtibus & dãtib⁹:vel ineffabilia bona quę per aduẽtũ suũ vniuerso orbi magna liberalitate donauit,quod potissimũ sentiẽdũ est.Nã & vt eos humiliet & liberaliores faciat, memores eos reddit eorũ,quę à Deo consecuti erãt, & hoc loco sermonem finiuit Iam si inenarrabile donum, quanta insania eorum qui substantiam illius curiosius cognoscere attentant?Non solùm autem donũ illius est inenarrabile, sed & pax excellit omnẽ mentẽ,per quẽ superiora inferioribus cõciliauit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt in o. *Hic consequenter assignat rationem ex parte Dei sumptam, quia per dationem eleemosynæ promptam & hilarem acquiritur in dante puritas & rectitudo intentionis ad Deum. similiter recipiens insurgit ad orandum Deum pro dante.vidẽtes autem hoc insurgunt ad laudandum Deum de tali bono,rogantes ipsum, vt talem voluntatem dandi & facultatem contineat in via,& remuneret in patria. & ista debent mouere ad dandam eleemosynam abundanter,promptè,& hilariter.ideo dicit:*Vt in om.*scilicet,non solum in tẽporalibus,sed etiam in spiritualibus, ideo dicitur:*

2 Abun. *idest,crescatis.*

3 In om.sim, *idest,puritatem mentis. Aug. Hoc est simplex cor quod est mundum cor ad rectitudinem intentionis.vnde super illud Lucæ.xj.c.* Si oculus tuus fuerit simplex *glo.intentio tua recta.*

4 Quæ ope.per nos. *Quæ,scilicet,simplicitas vestra per ministerium nostrum in eleemosynæ vestræ collectione & missione.*Operatur gra. *id est,facit homines assurgere ad agendum gratias Deo modo prædicto. propter quod subditur:*

Quo-

5 Quon.mi.of. *colligendo eleemosynam vestram & mittendo.*

6 Non solum super ea. *releuando penuriam sanctorum in Ierusalem habitantium.*

7 Sed e.abun. *idest,crescit.*

8 Per mul.gr. *qui hoc bonum videntes,vel audientes assurgunt ad diuinas laudes,vt prædictum est.ideo subditur:*

9 Per pro hu. *idest,per eius approbationem.*

10 Glorificantes Deum in ope. *ex collatione enim eleemosynæ talis confitemini facto vos obedire Christo.*

11 Et sim.com.ve.in il. *idest,in puritate mentis & rectitudine intentionis vestræ in eleemosynæ largitione, per quam communicatis indigentibus bona vestra.*

12 Et in ip. *idest,recipientium eleemosynam.*

13 Obse.pro vo. *quia pro vobis orant Deum.*

14 Deside.vos. *habere socios in Deo per gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.*

15 Propt. emi. *per omnia vestra sancta exterius manifestata. Et quia prædicta bona ex ministerio Apostoli proueniebat,ideo prorumpit in gratiarum actionem di.*Gra.ago Deo meo super inenarrabi.do.eius.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. X.

a ¶ Pse au.ego Pau. Incipit de incorrectis qui pseudo sequebantur, & eum ferocē putabant. Q. correctos ad eleemosynas in..to: Vos autem alios ob.ego Pau. verè humilis. non superbus ipse q. alios ad eleemosynas moneo, idem vobis qui illis obsecro dico, &c.

✠ Hieronym. Ea vos mansuetudine rogo, qua Christus, cum se posset de iniuriosis vlcisci, noluit, vt vel serò se corrigerent.

† lenitatem & mansuetudinem

✠ Chrysost. Absoluto de eleemosynæ sermone, hîc perstringit increpatorijs sermonib⁹ pseudo apostolos. Erant enim quidam apud illos, sublimè de se sentientes, & se præferebant Apostolo, quē vt arrogantem infamabant vt hominem nihili, inutiliáque docentem; & dicebant, Quādo adest nullius est momenti, sed vilis ac contēptus: quādo autem abest, inflatur ac superbit, cōtráque nos insurgit ac minatur.

† audex sum
B
† sunt
† cogitationes

CAP. X.

a ¶ Non alios, qui pseudo mihi præfertis.
b ¶ Si vultis vt sim lenis sicut Christus. ¶ Et cum modo puniam.
a Ipse autem ego Paulus obsecro vos per 1
† mansuetudinem & modestiam Chri- 2
a ¶ Exterius. ¶ Vt dicitis. b ¶ Dum præsens.
sti, qui in facie quidem humilis sum in- 3
a ¶ Q. Dum non timeo, asperè vos redarguens.
ter vos absens autem † confido in vobis. 4
a ¶ Non solum obsecro, sed etiam rogo. b ¶ Cum venero. c ¶ Audacter puniam.
d ¶ Quantum putor absens confidere, tantum præsens faciam in re.
b Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam 5 6
¶ Incorrectos.
qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tan- 7 8
¶ More carnalium. a ¶ i. in carne degentes, quæ fragilis.
c quam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambu- 9
a ¶ Non secundum carnem. q ¶ Virtutes, miracula, per quæ in prædicatione militamus.
d lantes, non tamen secundum carnem militamus. Nam arma 10
e a ¶ Debilitate. ¶ Per Deum. ¶ Philosophorum, hæreticorum.
f militiæ nostræ non carnalia † sunt, sed † potentia Deo ad de- 11 12
g a ¶ Munitas rationes. b ¶ Militamus non secundum carnem: nam ¶ Possunt destruere, nam destruimus.
h structionem munitionum, † consilia destruentes, & om- 13 14
i a ¶ Profunditatem intellectus tam legisperitorum, quàm philosophorum vel impiorum. ¶ Dum impugnant partum virginis & huiusmodi. b ¶ Quæ de Deo est.
nem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, 15

moram nectere in pœnis.

e Qui arbitr. ✠ Hierony. Qui putant nos nil amplius cæteris hominibus habere virtutis.

d Non ta.se.car.mi. Non enim militiam à Deo nobis datā exercemus secundum carnem, idest, pro terreno commodo. hoc est quod dicit. In car. en.

✠ Chrysosto. Carne quidem amicti sumus, fateor, non viuimus autem in carnalibus armis præliamur, neq; per humanum subsidium.

c Nam arma nostra, &c. ✠ Chrysos. Et qualia arma carnalia? diuitiæ, gloria, potentia, facundia, authoritas, famulicia, adulationes, simulationes, & alia id genus. Sed nostra non talia sunt, Sed quæ. E

✠ Potentia Deo, &c. Quoniā flagellabantur, expellebantur, & innumera patiebantur dura, quę infirmitatē testabantur, ostēdens Dei robur, inqt, sed Deo potentia sunt. hoc enim maximè ostendit illius virtutem quòd per hæc vincat.

† valida per Deum

✠ Theophil. Coactus Apostolus, ne verbum ab ijs pseudo apostolis vilipendatur quod à se fuerat prędicatum: recēset quæ per se gesta sunt, gratiámq; sibi datam. Adhortor, inquit, vos ipse ego Paulus, terrarum orbis doctor, præcórque vos, ne me cogant, conuitiantes mihi, vti potentia mea aduersum ipsos. Ego cū sum apud vos, humilis & mansuetus sum erga vos, si etiam nunc magna proloquor, non ex dementia isthuc ago, sed quia confidam in vobis.

b Rogo autem vos, &c. ✠ Hieron. Ita agite ne mihi necesse sit manifestare virtutem.

C ✠ Theophylactus. Precor, inquit, ne me adigatis confidenter vti potentia mea qua cogito audere eò quòd illi mei compellant aduersum calumniantes nos, quasi hypocritæ & ostentatores simus

✠ Chrysostomus. Vide vt non sit ambitiosus, neque ad ostentationem quid faciat. Hoc autem potissimum est præceptoris, non statim vlcisci, sed corrigere, cessaréque, ac mo-

F ✠ Ambrosius. Ecclesia nō armis secularibus vincit aduersarias potestates, sed spiritualibus, quę sunt fortia Deo ad destruendas munitiones & altitudinem nequitiæ spiritualis.

g Ad de.mu. Vt destruant consilia diuersis calliditatibus munita hominum seu dæmonum.

✠ Hier. Muniunt enim & circumdant doctrinā suam falsi doctores astutiæ argumentis, quas aereas potestates Apostolus destruit virtute gratiæ spiritualis, sicut illum magum vias domini peruersis disputationibus subuertentem Paulus cœcauit.

h Munitio. &c. Munitiones sunt corda infidelium, quæ diabolus obtinet, & munit diuersis erroribus, ne verbum Dei possit intrare per fidem, vel per similitudinem munitionū. Et ad hæc deuincendum valeant arma militiæ Apostoli, & ostendit munitionis illius partes, scilicet, consilia.

i Et omnem altitudinem. ✠ Theoph. Si, inquit, altitudo fuerit, hoc est turrita munitio, vel præsidium, vel excubiæ resistentes cognitioni Dei, adeóque euangelio, eas etiam demolimur.

☞ Et

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT X.

Ipse autem ego Pau. Postquàm Apostolus commendauit veros ecclesiæ ministros, hic consequenter inuehitur contra falsos. Et diuiditur in duas partes. quia primò inuehitur contra falsos. secundò contra eis adhærentes, ca. xiij. Prima adhuc in duas: quia primò excusat se de his quæ sibi à falsis apostolis imponebantur: secundò contra eos inuehitur, cap. se. Prima in duas, quia primò se excusat per rationem. secundò, per facti euidentiam, ibi: Quæ secund. fac. sunt. Prima adhuc in duas, quia primò recitat sibi imposita. secundò destruit ipsa, ibi: In carne enim. Circa primū sciendum, quòd falsi apostoli dicebant Paulum in bonis carnalibus ponere finem suum, quod arguebant ex hoc, quòd facta sua ad hoc tendere videbantur, vt dicebant, nam præsentialiter existens cum Corinthijs, humiliter conuersabatur, & blandè eis loquebatur tanquam eos timens: absens verò durè increpabat per epistolam, quasi tunc extra periculum existens, sicut homines carnales & timidi diuitibus in præsentia blandiuntur, & in absentia dura dicunt. propter quod Apostolus rogat Corinthios vt hanc opinionem de ipso non habeant, ne seueritatem correctionis suæ præsentialiter sentiant dicens:

1 Ipse autem ego Pau. &c. qui sum minister Christi verus.

2 Obsecro vos per mansuetudinem & mo. &c. Hæc duo exprimit: quia intendit se in illis conformem Christo ostendere: quia de contrarijs infamabatur à falsis apostolis.

3 Qui in facie quidem humi. Id est, præsens humiliter vobiscum conuersatus sum.

4 Absens autem confido in vobis. idest, audacter dura scripsi vobis tanquam homo carnalis & timidus, vt dicunt apostoli falsi.

5 Rogo autem vos ne de me talia dicatis vel sentiatis.

6 Ne præsens. idest, præsentialiter apud vos existens.

7 Audeam per eam con. idest, audacter durè corripiam sicut dicitis me agere in absentia.

8 In quos. qui. &c. exercendo vindictam asperam in quosdam malos, qui decepti à falsis apostolis arbitrantur nos agere carnaliter & timidè.

9 In car. Hic consequenter remouet hanc impositionem falsam per rationem quæ talis est: Homines enim ambulantes carnaliter & timidè muniunt se quantum possunt diuitijs ac potentia temporali. nos autem talia non quærimus: ergo secundū carnem non militamus. Dicit igitur: In carne enim ambu. idest, licet in vita præsenti viuamus in carne mortali, tamen secundum desideria carnis non viuimus.

10 Nam ar. mi. no. idest, vita quæ militia est super terram, Iob. vij.

11 Non car. sunt. cuiusmodi sunt temporalis potentia, & diuitiæ.

12 Sed po. Deo. idest, arma militiæ nostræ sunt per virtutem Dei nobis assistentem, nobis dantem sapientiam & constantiam ad loquendum, & gratiam miraculorum ad confirmādum sermones: hæc enim & consilia erant arma Apostolorum, ideo subditur.

13 Ad de. mu. idest, rebellantium contra ipsum Christum. Quorum aliqui muniunt se astutia consiliorum prauorum. ideo subditur.

14 Con. de. Aliqui verò per superbiam proprij ingenij eleuati, sicut hæretici. & quantum ad hoc subditur:

15 Et o. al. ex. se ad. sci. & hic est primus effectus armorum Apostoli, scilicet, infidelium confutatio. Secundus autem est conuersio infidelium ad fidem. & quantum ad hoc subditur.

✠ Et

☞ a Et in captiuitatem redig. ✠ Idem. Captiuitatis vocabulum duo significat, & ex libertate lapsum, & perfectam cautionem, qua quis ita capitur, ne resistere vnquam possit. Iuxta secundam significationem nunc Paulus dicit, captiuantes. Non enim tantū, inquit, superiores sumus, & victoriam obtinemus de humana cogitatione & intellectu, sed captiuos etiam ducimus, quæ est consummatior victoria: deinde quia captiuitatis vocabulum graue est, addit.

b ✠ In obsequium Chri. Hoc est ad seruitutē eos redigimus omni libertate præciosiorem, ab interitu nimirum ad salutem, à morte ad vitam subijciētes eos Christo. Intellige autem Magicos Ephesi libros cōbustos, & videbis quomodo Paulus captiuos duxerit.

† cogitationem ad obediendū Christo.
✝ 23. q. 6. c. schismatici 24. q. 3. cap. de excōicatione artif. De postula. præl. ca. 1. §. nos igitur
† videtis
B

a ¶ Captiuos ducimus vsque in obsequium Christi. b ¶ Omnes superbè intelligentes.
a & in captiuitatem redigentes omnem † intellectum in obse- 1
b a ¶ Vt fidei Christi cui ante repugnauerant, humiliter obediant. b ¶ Etiam. ¶ Secundum vitam & potestatem. c ¶ Quod non pseudo qui pro carnalibus prædicant, & vitia palpant: & sibi conscij sunt.
c quium Christi, † et in promptu habentes vlcisci omnem ino- 2
a ¶ Quod faciemus. ¶ Postquàm cognouero ex dilectione obedientes: tunc verò puniam inobedientes. b ¶ Nos veri apostoli tales sumus, quales suprà ostendi: quæ autem secundum faciem, &c.
d bedientiam cùm impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secun 3
a ¶ Quasi aperta sunt quæ dico. ¶ Hoc de præsumentibus dicit. b ¶ Vt modum rationis non excedat, vel propter odium nostrum, vel honorem suum. 4
dum faciem sunt † videte. Si quis confidit Christi se esse, hoc 5
a ¶ Per quæcunque. b ¶ Per eadem. 6
cogitet iterum apud se, quia sicut & ipse Christi est, ita & 7 8
a ¶ Verè sumus Christi: nam etiam excellentius non per potestatem quam illi non habent. & hoc est quod ait, nam etsi, &c. sicut & illi. b ¶ Apostolatus. 9
nos. Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potesta- 10
¶ Non illis. a ¶ Vt nos in virtutibus ædificemus, vt non parua doctrina vel exemplo corrumpamus vt pseudo.
te nostra, quam dedit nobis dominus in ædificationem, &
a ¶ Habeo potestatem in ædificio, & non destruetur: sed tamen videretur illis ideo debere blandiri, quia potestatem accepit in ædificationem & non in destructionem.
e non in destructionem vestram, non erubescam. Vt autem 11
¶ Tantum.
f existimer tanquam terrere vos per epistolas (quoniam qui- 12
¶ Pauli. ¶ Quidam. a ¶ Ponderosæ ad intelligendum. b ¶ Ad terrendum.
dem epistolæ inquiunt, graues sunt & fortes: præsen- 13
¶ Non audens exercere seueritatem. ¶ Contra fortes.
¶ Quia vt idiota sine argumento loquor. ¶ Contra graues. 14
tia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc 15
16

c Et in prom. ha. quia nihil nos remordet quo minus audeam⁹.

C d Vlcis. om. ino. cum. Tunc enim vindicat inobedientiam, cū illā condēnat per obedientiā. Tunc illá destruens quando illos qui resistunt perducit ad fidem. Et hæc est digna vltio, vt perfidia ab his quibus defendebatur damnetur.

✠ Theophy. Hæc illis interminatur, vt hi & illi meliorem vitam induant, & vt neminem feriat aut lædat. Etenim,

✠ Chrysos. Sicut medicus optimus, & pater communis, & curator, & tutor, omnia agit, omnia curat, impedimenta remouet, offendentes reprimit, vbique circumcursat, & sicut is qui ad paratam promptámque victoriam venit, trophęa statuit, suffodiens, destruens, deijciens diaboli munitiones, & ministrorum machinationes, & vniuersum tandem orbem ad Christi exercitum ducit, & neque parùm respirat ab his ad illos, ab illis ad alios transiliens, quasi militum quidē dux optimus quotidiè afferens trophæa, imò singulis horis, sola tunica indutus, irrumpens in aciem, aduersariorúmque ciuitates, & tela & lanceas, & iacula & omnia in suum ius cogens: Talis erat lingua Pauli: Etenim loquebatur solùm, & velocissimæ in bellis cadebant sectæ: dæmones quoque abigebat, homines verò qui ab illis detinebantur, ad se abducebat. Vnde cum aliquando dæmonem malum expelleret, multæ magorum turbę conuenientes, libros magicos exurebant, & ad veritatem transibant. Et quemadmodū in bello collapsa turre, vel tyranno sublato, omnes qui cū illo erāt, proiectis armis ad exercitus ducem se conferunt, sic certè tunc factū est. Eiecto enim dæmone, obsessi omnes abiectis libris, imò perditis, ad Pauli pedes currebant. D

✠ Hie. Cum iā per nos vestra obedientia fuerit impleta, illi nō audiātur potestatē vindicandi accepisse à domino quia mentiuntur. E

d Quæ se. fa. Multa dixi quibus ostendi vobis poti⁹ debere nos sequi quàm pseudo. Q. Et si vobis non sufficit quæ dixi, quare me potius quàm pseudo sequamini? Videte hæc alia quæ secundum faciem, id est, ita euidentia sunt, sicut ea quæ sunt subiecta oculis. Hęc scilicet, Si quis illorum pseudo, confidit per aliquid, id est, per fidē vel aliud quod ipse sit Christi, per eadem & nos: vel quæ secundum faciem videte, id est, diligenter eorum opera considerate, quæ in conspectu vestro tantum bona agunt; ne forte vos seducant, vt velitis eos præferre nobis: quod non debetis. F

e Non eru. Quia & verum est, & non ad gloriam meam, sed dicitur ad vtilitatem vestram.

✠ Hieronymus. Id est, Nemo tam stultus est, quàm qui se solùm Christi esse gloriatur. Nam & si me magis potestatem accepisse à Christo dixero, quàm cæteros vt apostolus non erubescam: quia verum dico, & non gloriæ sed ædificationis causa compulsus hæc facio: Vnam autem illi & vsurpatam, & in destructionem exercere cupiunt potestatem.

f Vt autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas (quoniam quidem epistolæ, inquiunt. Hic dicit se cùm præsens fuerit, opere implere quod absens verbo minatur. Hoc dicit occasione illius sententiæ: parati vlcisci omnem inobedientiam: vt inquit

☞ non

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in cap. redig. om. int. in ob. Quod fit quando conuersus ad fidem literatus quicquid scit, ministerio fidei supponit. sicut patet de Dionysio per Paulum, & conuerso de multis alijs. Tertius effectus est correctio peccantium iam conuersorum, de quo subditur.

2 Et in promp. ha. vl. o. in. sicut patuit suprà. de illo quem tradi iussit Sathanæ puniendum.

3 Cum im. fue. ve. obe. Ad Deum, per hoc enim quòd apostoli obediebant Deo in omnibus, assistebat eis diuina virtus ad libitum in punitione inobedientium.

4 Quæ se. Hic consequenter Apostolus excusat se per euidentiam facti, & primò proponit intentum. secundò prosequitur propositum ibi: Si quis. Circa primum inducit ad considerationem operum suorum. Facta enim sua erant ita euidentia, quòd nullus debebat eum iudicare carnalem, & timidum. ideo dicit: Quæ se. fa. idest, manifesta per euidentiā facti in operibus meis.

5 Videte. idest, nunc videte de factis meis & pseudo Apostolorū. nec dictum Apostoli est contra illud Io. vij. c. Nolite iudicare secundum faciē, quia ibi accipitur facies pro eo quod apparet tantum exterius, cuius contrarium latet interius: hic autem accipitur facies pro eo quod verum apparet ex euidentia facti.

6 Si qu. Hic prosequitur propositum. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est. secundò rationem dicti assignat, ibi: Non enim audemus. Circa primum sciendum, quòd pseudo apostoli decipiebant Corinthios, & Apostolum diffamabant ex duobus. Primum est: quia quādam autoritatis magnitudinem falsò prætendebant, dicentes se prius cōuersos fuisse ad fidem quàm fuit Paulus, se venisse de Iudæa vbi inceperat fides Christi. Secundum est: quia duplicitatem imponebant Paulo. vt dictū est: & ideo vtrumq; remouet per euidentiam facti: primò primum. secundò secundum ibi: Vt autem non existimer. Circa primum dicit: Si quis. scilicet falsorum apostolorum.

7 Confi. Chri se. e.s. idest, confidenter asserat se verum esse Christi Apostolum rationibus prædictis.

8 Hoc co. &c. Quia sicut ipse Christi est minister apparenter.

9 Ita & nos. veraciter: quia nullum donum habet speciale à Christo quo careamus: immo in hoc nos excidemus: ideo subditur: Nam & si am. ali. glo. fue. de po. sequitur.

10 Non eru. quia hoc inueniebat verum per facti euidentiam. Quæ autem fuerit hæc potestas, dicunt aliqui quòd specialis eius vocatio qua vocatus est à Christo, sicut vas electionis, Act. ix. c. & eius missio ad prædicādum à spiritusancto, Act. xiij. Sed quia hæc non erant Corinthijs euidentia. ideo melius videtur, quòd dicatur donum linguarum & gratia miraculorum, quorum effectus erant euidentes, nec à falsis apostolis habebantur.

11 Vt autem. Hic consequenter remouet secundum sibi impositum, scilicet duplicitatem. & primò remouet eam, secundò assignat dicti sui rationem, ibi: Non enim audemus. Duplicitas autem ei imponebatur, eo quòd Corinthijs præsens, & absens aliter loquebatur, vt dictum est. Et hoc remouet dicens: Vt autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas, &c. absens cum austeritate, & potentia loqui.

12 Quo. qui. epi. inquiunt gra. sunt. hoc dicebant Apostoli falsi de epistolis Pauli.

13 Præsen. autem corpo. scilicet, Pauli.

14 Infirma. idest, humilis.

15 Et sermo contempti. hoc dicebant apostoli falsi eo quòd prædicabat plana & grossa.

16 Hoc cogitet qui eiusmodi est, &c. idest, qui per hoc de me asse-

Universidad de Deusto Biblioteca

non existimer à vobis tanquam terrere verbis, & opere, quod minor verbis non implere, sciatis quòd minor verbis impleturus sum factis.

a *Hoc cogitet qui.&c.* ✠ HIERON. Ne quis putet me illa comminari, quæ implere non possum, vt de me iactant deceptores. Qui hoc putat, sciat omnia me posse facere, si necesse sit quæ promitto. Nam obedientibus per humilitatem infirmus, & peccantibus per seueritatem existo.

B

b *Tales.* Quia si vitia vestra palparemus, tunc non ædificaremus, sed destrueremus.

c *Non enim au.* Tales erimus facto, quia non sumus similes pseudo, qui vsurpant sibi potestatem, & vitia palpant. Et hoc est: Non inserimus nos quibusdam, idest pseudo, qui commendant, id est vsurpant potestaté. Quod est, non ponimus nos in numero illorum, vt potestatem vsurpemus, sed à Deo accepimus. Aut non comparamus nos illis, vt sicut illi adulemur vobis, & vitia vestra palpemus: quod posset etiam habens potestatem. Sed rectè hoc non facimus: quia nó audemus, ne sicut illi

C

pereamus. Non hoc, sed metimur nos, nó aliud quàm quod iniunctum est vsurpando. Et comparamus nosmetipsos nobis, quia secundum quod officium nostrum exigit, facimus. Et hoc agentes non in immen.gloriab.

d *Nos autem non in im.* Q. sicut illi qui vsurpando gloriantur vltra mensuram.

✠ CHRYSOST. Etenim verisimile erat illos arrogantes dicere, quòd orbem terrarum conuertimus, ad fines terræ peruenimus, & multa talia magnifice concionari. Sed nos non sic, sed secundum mensuram regulæ quam partitus est nobis Deus, mensura pertingendi vsque ad vos, quemadmodum agricolis vineam distribuens, ita nobis segregauit.

✠ HIERO. Nihil supra mésuram humanum facimus, sed in apostolatus gratia, quantum nobis dominus donare dignatus est, per quam vobis Corinthij prædicamus: nec enim hoc vsurpatione fecimus, sed præcepto.

e *Sed se.men.regu.* Dei enim nutu Corinthiis euágelizare monitus est. Partitum erat vnicuique ad quos in prędicatione dirigeretur, vt singuli aliquos populos haberent proprios, de quorum fide gloriarentur. Ad regulam autem Apostoli illi omnes pertinebant, quos in fide fundauerat: qui ad omnes missus erat à Deo. Vnde addit: Quam mensurá mensus est nobis Deus.

[Marginal notes, left: † sed ipsi non intelligũt quòd ipsi inter sese seipsos metiuntur, & comparant seipsos sibi-ipsis. † partitur. † crescente fide vestra. † vt in iis quoque regionibus q̃ vltrà vos sunt, euágelizem, non per alienam regulam vt de iis quæ parata sunt gloriemur.]

¶ Qui ita opinatur de me. ¶ Quam asperi.
a cogitet qui eiusmodi, est quia quales sumus verbo per episto- 1
¶ Vleiscentes omnem in obedientiam. a ¶ Verè vlciscar, quia non debeo adulari, ne paream sicut illi.
b las absentes, tales & præsentes in facto. Non enim † audemus 2
c ¶ In factis. ¶ Non Deus eos. ¶ Non missi à Deo. 3
inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos com- 4
¶ Sumus. 5
mendant, † sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & 6
a ¶ Prout exigit proprietas officii cuiusque. b ¶ Quod illi. ¶ Vltra nostram mensuram. 7
d comparantes nosmetipsos vobis. † Nos autem nõ in immen- 8
a ¶ Potestatem exercebimus. b ¶ Populum, cuius ego sum regula ad dirigendum sub qua mensura & vos.
e sum gloriabimur, sed secundum mensuram goriæ, qua
a ¶ Dico. b ¶ Monitu Dei.
† mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad
a ¶ Deus est mensus: non est enim superextensio. ¶ Qui ergo ei mittenti Deo resistit.
f vos. Nõ enim quasi non pertingentes ad vos † superex- 9
¶ Pertingimus. ¶ Quia. ¶ In prædicatione euangelii.
tendimus nos. Vsque ad vos enim peruenimus in euan- 10
¶ Vbi alius fundamentum fidei posuisset.
gelio Christi: non in immensum gloriantes in alienis labo- 11
a ¶ Per fidem crescentem de virtute in virtutem. b ¶ Quia per vos tales apostoli veri probamur.
g ribus. Spem autem habentes † crescentis fidei vestræ, in võ 12
¶ Ab alijs. ¶ Regimen ¶ Non in alia ¶ Non in paucis locis.
bis magnificari secundum regulam nostram in abundantia,
¶ Sed. ¶ Loca. a ¶ Nec illi qui vltra sunt de alieno regimine sunt.
† etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare: nõ in aliena 13
¶ Exponit. ¶ Scilicet. a ¶ Ab alijs prædicatoribus, quia his prædicabat quibus non erat annunciatum, vt gloriam suo labore quæreret. b ¶ Ego gloriabor in prædictis & in alijs, sed hoc totum vnde gloriandum est, à Deo est, & ideo. 14 15
h regula in his quæ præparata sunt gloriari. † Qui autem gloria 16
¶ idest, domino attribuat confidentiam & gloriam suam. ¶ Quod non potest qui non habet à Deo potestatem. a ¶ Qui extra Deum gloriatur sibi attribuendo quod Dei est. b ¶ Qui non missus prædicat, qui non est idoneus, sed præsumptor.
tur, in domino glorietur. Nõ enim qui seipsum commẽdat, 17
¶ A Deo vel hominibus. ¶ Miraculis & virtutibus. 18
i ille probatus est, sed quem Deus commendat. 19

f *Non in alienis laboribus.* Quod vltra mensuram esset gloriari. Sed spem habẽtes in vobis: id est, per vos magnificari apud alios, & euangelizare secundum regulam nostram, id est, secundum quod à Deo iniunctum est, non habentes spem gloriari in aliena regula.

E

[Marginal notes, right: † sustinemus, vel possumus animum inducere vt inseramus. † Eph.4.a. † extendimus nos ipsos supra modum. † 1.Co.1.d Iere.9.g.]

✠ CHRYSOST. Multa hinc illorum vituperationé ostendit, quod & in immensum glorientur, & quod in alieno, & quòd omnis labor apostolorum fuerit: illi verò honestabantur aliorum laboribus.

g *Spem haben.* ✠ HIERO. Qui non munera à vobis, sed mercedé à Deo vestræ fidei expectamus.

✠ THEOPHYL. Speramus in Deum, quòd abundè vos docentes & augentes fidem vestram, inueniamur, vt adeò amplificá in vobis. Tunc enim magnificè præceptor, cum res discipulorum creuerint. Quid igitur speramus, quod & vltra vos euangelium prædicabimus, ac forsan etiam gloriabimur propterea: siquidem commodabimus ipsis. Regulam autem vbique mensuram vocat, æquè atque ædium extructor ac architecton structuræ mensuram, regulam seu amussim vocat. Et vt iu dicet quòd Dei sit vniuersum hoc, qui canonem dedit, & mensuram propterea infert.

h ✠ *Qui autem gloriatur.* Habentes, inquit, talia tantáq; opera, non superbimus, neque nobisipsi quicquá imputamus, enimuerò Deo vniuersum, etiam ipsam ad quam peruenimus mensuram, tribuimus. Oportebat igitur & illos in hoc gloriari.

Qui autem gloriatur. Ego non gloriabor in aliena regula. Similiter autem qui gloriatur, id est vult potestatem exercere in domino, id est, in mensura à Deo data glorietur.

i *Sed quem Deus.* Illum Deus commẽdat, & probatus est quem dignum habet, ac mittit vt prædicet donú eius: quem non mittit, non illum commendat, quia non missus prædicat.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ rit duplicitatem, cogitet per euidentiam facti.

1 Quia qua.su.*asperè corrigendo.*

2 Ta.& præ.*scilicet, sumus quando expedit. Aliquando bene non expedit, vt quando timetur peior exitus de tali correctione, sicut fuerat in proposito, vt patet ex præcedentibus. Similiter q̃ Paulus prædicabat plana & grossa, non erat ex defectu scientiæ, sed quia Corinthij erant in fide noui & ad altiora capienda inepti, sicut patet. j. Cor. iij. a.* Tanquàm paruulis in Christo, &c.

3 Non e.au. *Hic consequenter reddit rationem ejus quod dixerat, scilicet, se non similem falsis apostolis, sed eos excedentem in Dei donis, di.* Non e.au.*non humano timore ducti, sed veritatis amore.*

4 Insere.*idest, dicere de numero eorum.*

5 Aut con.*idest, similes dicere:*

6 Qu.buf.qu.*idest, falsis apostolis qui talibus studebant propter quæstum. Quod autem* Paulus *aliquando aliqua dicebat ad sui commendationem, non erat propter quæstum vel vanam gloriam, sed propter veritatis declarationem, cui præiudicabatur per hoc, quòd ab apostolis falsis contemnebatur & diffamabatur. sicut sanctus Iob contra aduersarios suos disputan dixit. xxvij. a. Non me reprehendit cor meum, &c.*

7 Sed ip in i.*mensurantes ea quæ dicimus de nobis ad ea quæ sunt secundũ veritaté in mentibus & operibus nostris. Et q̃ ita sit, declaratur di.*

8 Nos au non in im.*quia non excedemus debitam regulam per Dei gratiam nobis datam. quæ exceditur dupliciter. Vno modo quando quis gloriatur de quo non debet: & hoc remouet à se dicens:*

9 Non e.qu.non per.ad.*gloriando falsè de vestra conuersione ad fidem: quia per ministerium nostrum estis conuersi, ideo subditur:*

10 Vsque ad, *in euangelio Christi, ipsum vobis primò prædicando: Ex quo concludit:* 11 Non in im.*sed de labore nostro in conuersione vestra: hoc est de præterito. Similiter de futuro gloriamur in spe profectus vestri, ideo dicit:* 12 Spem au. *Ex bono enim principio vestro rationabiliter de profectu sperato gloriamur: & non solũmodo gloriamur de vobis secundum debitam regulam, sed etiam de alijs, inquantum parati sumus alijs euangelizare quibus non euangelizatum est ab alijs apostolis. Et quantum ad hoc subditur:* 13 Etiam in illa.*scilicet loca.* 14 Quæ vl.vos sunt.*ad quæ non peruenit adhuc euangelium. ideo subdit.*

15 Non in a.re.*idest, alterius doctrina me præcedente. Alio modo exceditur regula debita gloriandi quando quis gloriatur in quo non debet bonum opus sibi attribuendo. hoc autem remouet Apostolus di.*

16 Qui au.gl.in do.gl.*q.d. de bono opere non mihi gloriam attribuo, sed Deo à quo omne bonum est, sicut & à principali agente.*

17 Non e.qui se.*gloriam quærens:*

18 Ille pro.*idest, approbatus à Deo.*

19 Sed quem Deus.*idest, commendabilem facit virtutibus & signis.*

CAP. XI.

A

a *Vtinam sustineretis.* ✠ THEOPHYL. Non dixit, nos sumus probati, sed quem Deus commendat, hoc est, quem veritas laboris & operis, cũ Dei gratia probatũ ostendit. ✠ HIERON. Seipsum commendat, qui ipse laudat se. Illum vero dominus cómendat, qui signorũ virtutibus commendatur.

Glorior de regimine, quod videtur insipientia, sed Vtinam susti.&c. Vel insipiẽtiam dicit gloriationem secundum carnem, ne in eo illis videatur inferior, quã non ipse curat, sed prodest Corinthijs.

[Marginal notes, left: † me in insipientia. † supportatis. † Zelor ipsum erga vos. † vt virginẽ castã exhiberetis. † Gene 3.a.]

CAP. XI.

¶ Autem. ¶ Sine indignatione. ¶ Quia plus posset gloriari.
a Vtinam sustineretis modicum † quid in- 1
a ¶ Gloriationi, quæ videtur insipientia. b ¶ Opto sustineatis, sed & præcipio.
b sipientiæ meæ, sed & † supportare me. 2
c ¶ Vt subiecti prælatum. ¶ Diligo. a ¶ Ad honorem Dei non meum non zelo sponsam Dei mihi sed Deo ¶ Vere diligo vos, quia sum amicus sponsi. 3
d † Aemulor enim vos Dei æmulatione. 4
e a ¶ Anulo fidei. b ¶ Non multis. c ¶ Legitimo Christo vero spõso. 5
† Despondi, enim vos uni viro vir- 6
f ¶ Non adultero. a ¶ i.ad hoc vt exhibeam in die iudicii. b ¶ Et ideo zelo vos vera de me dicens. 7 8
g ginem castam exhibere Christo. † Timeo autem 9

b *Insipien.* Quia dictum est. Non te laudent labia tua, sed proximi tui.

✠ THEOPHYL. Ad proprias laudes descensurus, multis vsus est præcorrectionibus prẽmunitionibúsque, defugiens id quod molestum & onerosum videtur in sui ipsius commendatione. Huc autem necessitas pertulit, cum metuerat me in discipulorum damnum vergeret, si ipse villipenderetur: pseudo apostoli vero in prætio haberentur. Qui enim priorũ peccatorũ meminit, à quibus per baptisma liberatus erat, qui etiam indignũ sese apostolatus nomine censet, qui citra necessitatem (quæso) de se ipse magna prædicaret.

B

✠ HIERON. Sustinete me quia multum sustinere consueuistis imprudentiam meam. Ideo insipientem se dicit, quia necesse erat, aliqua de se dicere licet vera, vt ostendat quam verè insipientes sunt qui falsò laudant.

c *Supportate.* Q. Et si grauet vos tamen patienter ferte.

d *Aemulor.* AVG. Aemulatio est propter, alienum statum motus mentis vel in bonum vel in malum. hic amoris est non liuoris, quia diligit eos æmulatione Dei, id est quam Deus spiritu suo inspirat. per hoc ostenditur ea quæ dicet amore eorum se dicturum, non vt ad laudé eius proficiãt, sed ad horũ profectũ.

[Aug.in ps. 118.]

✠ HIERON. i. Nó stimulo liuoris inflammor, sed vos tanquàm pater diuina æmulatione custodio, vt possim vos immaculatos Christo coniungere, tantò maiore studio conuersatus, quantò estis meliori sponso iungendi.

✠ OECVM. Non dixit, amo vos, sed quod magis est, zelotypus sum erga vos, hoc est ardente amo. deinde ne existiment, quòd propter humana, nempe pecunias aut gloriam ita ipsos amet, subiungit zelo Dei, vt vobis prosim.

e *Despondi enim vos.* ✠ CHRYS. O nouas res, In mundo virgines manent ante nuptias, post nuptias non item. hic autem non sic, Nam licet non sint virgines ante nuptias illas, post nuptias tamen virgines fiunt. Sic omnis ecclesia virgo est. huius typus erant ea quæ de Abraham leguntur: Etenim ille quoque seruum fidelem misit desponsaturum filiam gentilem. Et hoc loco misit Deus ministros suos desponsaturos filio ecclesiam, & olim prophetas hæc dicentes, Audi filia & vide, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui, & concupiscet rex decorem tuum.

D

✠ THEOPH. Despõdi vos Christo, pro illo igitur æmulor non pro meipso. Non enim ego sponsus aut maritus, sed sponsæ ductor & paranymphus.

[Gen.24. Psal 44.]

f *Vos vni.* à plurali ad singulare descẽdit, volens intelligi totá ecclesiam virginẽ esse, & in omnibus veris mẽbris virginitatem mentis etsi non corporis seruare. Virginitas carnis corpus est intactum, quæ virginitas paucorum est. Virginitas cordis fides est incorrupta, quæ est omnium fidelium. Vnde in Apo. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, &c.* In mulieribus errorem significauit, quia error per mulierem cœpit. Omnes vna virgo propter vnitatem integræ fidei, solidæ spei & charitatis. *Virgo.* quia ab opere malo incontaminati. *Casta.* quia nec habent æstum malæ voluntatis.

[† adiunxi Aug. l. de sancta virginit. cap. 2. † 27. q. 1. c. nuptiarum ante fi. Apo.14.d.]

E

g *Timeo au* AVG. Isti Corinthij sunt similes Euæ, pseudo serpenti. Lux fidei paradiso. Quorum ergo fides corrumpitur, à paradiso eijciuntur, quia præponunt mendacium veritati. Qui ergo mendacium ædificant in hominibus, ab eis pellunt veritatem, & immittunt diabolum, & ita excludũt Christum. Si quid enim dixeris contra fidem intrat putredo ex veneno serpentis, & nascuntur vermes mendaciorum, & nihil integrum remanet. ideóque sicut patribus nostris aduersus leonem opus erat patientia, ita nobis aduersus draconem vigilantia, Tunc enim cogebat, nunc docet. Tunc ingerebat violentias, nunc insidias. Videbatur tunc fremens nunc lubricus & oberrans difficile videtur Ideo timet Apostolus, ne sicut per serpentem seducta est Eua, ita per hæreticos corrumpatur ecclesia in virginitate fidei quam gestat in corde. Modo ergo anima virginitatem tuam serua, postea fœcundanda in amplexu sponsi tui. Sepite ergo aures vestras spinis. Adhuc enim musitat serpens, & non tacet. Quod gestum est etiam in illo paradiso, hoc geritur in ecclesia. Sufficiat quòd cum illic lapsi sumus, vel experti corrigamus.

[Aug. tract. 13. in Io. & in ps. 141. Aug. tract. 8. in Io. & in ps. 38. & 90.]

HIERON. Serpens Euam de Deo mentiendo seduxit, affirmans solá Deũ cominatũ esse morté, nec esse iam illaturũ, Ideo & pseudo apostoli asserebãt ideo euágelij præcepta esse addita, vt vel sic antiqua lex seruaretur, & eá solá sufficere custoditam perquirũt æmulatores. Iá nũc Serpens similiter quosdá seducit, gehenná propter solum terroré asserẽtes nominari, quam aut

F

☞ penitus

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XI.

✠ VTinam. *Postquam Apostolus excusauit se de falsi impositione per falsos apostolos, hic consequenter inuehitur contra eos: & vt melius eos confutet. primò ponit suijpsius commendationem, in qua sic procedit: quia primò ponit huius commendationis rationem, secundò ipsam commendationem, ibi:* In quo quis audet. *Prima in duas: quia primò proponit intentum suum. secundò prosequitur propositum, ibi:* Aemulor.

Circa primum sciendum, quòd moralia eò quòd sunt de agendis, quæ sunt particularia, sub vna communi regula sic arctari non possunt, quin aliquando oporteat agere præter illam regulam ex rationabili causa: propter quod homines discreti hanc causam considerantes, non reputant hoc stultum neque malum, sed bonum: Indiscreti autem non considerantes iudicant esse malum, Præceptum enim morale est, Non occides: *tamen malos occidere non est malum: habita super hac potestate, licet non aliqui stulti & hæretici dixerunt esse malum. Lex autem moralis dicit, quòd homo seipsum non commendet. Prouerb. 17. a.* Laudet te alienus, & non os tuum. *tamen in aliquo casu bonum est hoc & necessarium, vt dictum est cap. præced. vtpote quando taciturnitas propriæ laudis, & vergit in præiudicium veritatis, & in detrimentum salutis proximi, & honoris diuini. Multitudo tamen hominum, quæ est indiscretorum, Eccl. j. d.* Stultorum infinitus est numerus. *reputat hoc insipientiam, eò quòd nescit aduertere causam, vt dictum est. Casus autem necessarius seipsum cõmendandi propter dictas causas imminebat Apostolo, ideo rogat, vt patienter ista cõmẽdatio à Corinthijs sustineatur, licet aliquib. stulta videatur. di.*

1 Vtinam sustineretis mo.*secundum æstimationem indiscretorum.*

2 Sed &.*q.d. hoc debetis specialiter facere, eo quod sũ prælatus vester.*

3 Aemu. *Hic consequenter exequitur propositum: & ostendit primò causam commendationis esse rationabilem, vt sic appareat quòd talis commendatio non est insipientia: secundò quòd debet ab eis supportari, etiam dato quòd esset stultitia.* Iterum dico. *Prima adhuc in duas, quia primò ponit dictam causam. secundò remouet Corinthiorum excusationem falsam, ibi:* Nam si is. *Circa primum sciendum, quòd causa quare Apostolus commendare se volebat, zelus erat de salute Corinthiorum: quia ne deciperentur à falsis apostolis suggerentibus eis falsa, voluit autoritatem suam ostendere, bonitatem etiam vitæ suæ & doctrinæ. hæc autem causa erat valdè bona: propter quod commendatio sequens non erat insipientia, quia non erat ad propriam iactantiam, sed ad Dei gloriam, & fidelium salutem. Dicit igitur,* Aemu.e.vos.*id est feruenter diligo, sed quia diligere potest esse in bonum & in malum, ideò subdit:*

4 Dei æmu.*id est, charitatiua dilectione. & subdit causam huius feruentis dilectionis, dicens:*

5 Despon.enim vos vni.*scilicet Christo, vt postea subditur: fuerat enim Apostolus paranymphus matrimonij inter Corinthios & Christum per veram fidem. ideò subditur:*

6 Virginem.*quantum ad fidei integritatem.*

7 Castam.*quantum ad vitæ puritatem.*

8 Exhibere Chri.*qui solus est sponsus ecclesiæ. Et quia dilectio non solum est respectu boni adipiscendi in amico sed etiam mali vitandi. ideo sequitur:*

9 Timeo autem ne sicut ser.Euam se.*persecutio enim tyrannorum in ecclesia primitiua comparatur persecutioni leonis, quæ est aperta, sed persecutio pseudoapostolorum, quæ fuit per astutiam & occulta, comparatur seductioni primorum parentum, ideò subditur:*

Aemu

✠ 1 Ita

Universidad de Deusto Biblioteca

A ☞ penitus non esse, aut æternam non esse affirmat, contra authoritatem omnium scripturarum.

✠ THEOPHYL. Et si enim interitus vester est, metus tamen meus est. Non certò autem apparet quòd corrupti sitis. Atqui corrupti fuerunt, verum ambiguè hoc posuit. *Ne quo modo vt serpens Euā decepit*, Nam & ille maiora quamuis promitteret, decepit tamen. hanc ad rationem pseudoapostoli superbientes, magna vobis quedā enarrantes, calliditate fraudéque sua vobis imponunt. At perinde vt neque astutia serpentis, neque simplicitas eius satis fuit ipsi ad veniam, sic neque vobis hęc proderunt. non dixit autem quod Adā deceptus sit, vt ostendat deceptionem muliebrem rosam esse ré, vel ad mulierem pertinere.

† sustinuissetis pseudo apostolos

B

* vbique

a *Ita corrumpantur sensus vestri*, in cœpto tropo perseuerat, corruptio enim de virginibus dicitur. *Et excidant à simplici*. hoc est, ne decepti à simplicitate vestra à Christo auellamini: vel ne transferamini à simplicitate fidei ad infidelium vehementiam, & in dicēdo potestatem, hæc enim magna est corruptio.

b *Nam si is qui ve*. Non missus. vel vendit, quia pro quæstu temporali facit.

c *Rectè pate*. Si aliquid maius vobis fit per eos quàm per nos, tunc rectè pateremini. Galathis anathema dicit, si aliud reciperent, quod non vtique maius esset, sed contrarium.

✠ CHRYSOST. Sic pseudoapostoli iactabant, quasi imperfectè apostoli docuerint, & illi amplius aliquid afferentes dixerint. Dicebant maius quid, cum maiore potestate concionantes, ampliotéque verborum ornatu, sed hæc non inuidens dicit, sed suos muniens: Quia & alias Apollo non prohibet, tametsi vir eloquens esset, & in scripturis potens, sed & obsecrat, & promittit illum missurum: quia cum eruditione ille etiam dogmatum tenebat rectitudinem, hij verò contrario modo se habebant. Idcirco illos impugnat & discipulis ab illis pendentibus improperat dicens: quod siquidem nos omisissemus aliquid quod oportebat annunciari, implessent autem illi non prohiberemus attendere, sinautem omnia à nobis absoluta sunt, & omissum est nihil, quomodo vos rapuerunt illi.

d *Existimo*. Suprà de pseudo apostolis, nunc de veris, quibus Paulus inferior videtur: quia non fuerat cum Iesu.

C

Existimo

a ¶ Diabolus per serpentem. b ¶ A paradiso eiiciens. c ¶ Promittendo falsa. d ¶ Per similes deceptiones. e ¶ Intellectus.

a ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrūpātur sen- 1

a ¶ A paradiso simplicis fidei, quæ nil alienum recipit. b ¶ Sed non deberetis eos pati, quia non aliud quam ego & idem deterius, cur ergo nos inferiores illis æstimatis.

sus vestri, & excidant à simplicitate quæ † est in Christo Iesu. 2

a ¶ Excellentiorem quàm ego, quod esse non potest.

b Nā si is q venit aliū Christū prædicat, quē nō prædicauimus, 3 4

a ¶ Meliorem, quod non est, sed potius per nos. ¶ Per nos. ¶ Si. b ¶ Aliam Dei redemptionem vel prædicationem, quod esse non potest, 5

aut aliū spiritū accipitis, quē nō accepistis, aut aliud euāgeliu, 6 7

a ¶ Per nos. b ¶ Q. si aliud maius prædicarent rectè pateremini, sed quia hoc non est, non rectè eos pateremini, ego enim non minus in his feci, quàm magni apostoli, & ita constat, quia non minus illis pseudo. 8

c d ꝙ non recepistis, rectè pateremini. Existimo enim me † nihil 9

a ¶ Me dico tunc remotum. b ¶ Non minus. c ¶ Quia non orno verba vel quia impedita linguæ quantum ad ornatum pseudo. 10

minus fecisse à magnis apostolis. Nam & si imperitus sermo- 11

e a ¶ Scio quicquid magni. b ¶ Q. experti estis omnia quæ in me fiunt. 12

ne, sed non scientia. In omnibus autē * manifestus sum † vobis. 13

f a ¶ Non minus & si minus, nunquid in hoc peccaui. b ¶ Operando, manibus meis. c ¶ Ita. d ¶ A morte ad vitam. ¶ Remotis pseudo.

g Aut nūquid peccatū feci, meipsum humiliās, ut vos exaltemi- 14

D *Existimo, &c. à magnis*. Magni apostoli videntur apud istos, Petrus & alij qui cum domino fuerunt. Vel pro pseudoapostolis hoc dicit, quibus se non minus eis fecisse ostendit. Ecclesia enim Corinthiorum variis erroribus fluctuabat. Alij fauebant apostolis qui cum domino fuerunt in carne. alij pseudo apostolis, à quibus compositis verbis eadem audiebant quæ ab Apostolo. Contra quos loquitur hic. Non alia prædicant vobis, quàm ego. Et quia posset dici, ꝙ etsi eadem, melius tamen Paulo, remouet. *Existimo enim, &c.*

† erat erga Christum. Nam

e *Nam etsi imperitus*. Hoc non ad apostolos, quia non erant eloquentes, sed à pseudo, qui componebant verba. Imperitus sermone nō est reus apud Dēū, sed qui non habet scientiam Dei, quæ pertinet ad salutem.

† nihilo inferiorē fuisse excellentibus.

E

† erga vos

✠ THEOPHYL. id est, sermone, & orationis cultu indoctus sum, scientia & cognitione haudquaquam. Post hæc autem clam innuit, quòd quantò eloquentia gloriantur, tantò cognitione Dei eos esse orbatos, & quatenus ad ipsam attinet, eos esse idiotas, & indoctos.

✠ PROSPER. Vnde datur intelligi, quòd non se debeat ecclesiæ doctor, de accurati sermonis ostentatione iactare, ne videatur ecclesiam non velle ædificare, sed magis se quantæ sit eruditionis ostendere.

l. 1. c. 23. de vita contem pla.

f *In om*. Vos autem eorum mihi testes esse potestis: ideo peius est, quòd hoc scientes, me illis postponitis.

✠ HIERONYMVS. Ostendit integritatem suam, qua per Deum omnia fecerit, cùm nec auaritiam, nec gulam, nec gloriam ab eis aliquando quæreret.

✠ THEOPHYL. Non quemadmodum pseudo apostoli, aliud sumus, & aliud apparemus, verùm in omnibus quæ facimus & dicimus, manifesti sumus erga vos, neque vlla est in nobis duplicitas vel hypocrisis, vt in illis qui sola pietatis persona sunt amicti, deterrima quæque patrantes.

g *Aut nunquid peccatum feci, &c.* ✠ IDEM THEOPHYLAC. In hoc peccaui, & propterea est cur me ad iudicem vocetis, attollaminíque aduersum me, quoniam deiieci meipsum, mendicans & famem patiens, vt vos ad fidem ædificemini.

Vel, Vilis quidem sum & abiectus, & vos inde exaltamini.

F

☞ Quon

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ita cor. sen. *i. mentales qui frequenter nominantur à sensibus exterioribus magis notis.*

2 Et exci. *per deceptionem pseudo Apostolorum.*

3 A sim. quæ est in Chri. *quia dicebant necessarium esse ad salutem legalia simul obseruare cum euangelio.*

4 Nam si is. *Hic consequenter remouet Corinthiorum excusationem. & primò ponit eam, secundò excludit, ibi*, Existimo enim. *Circa primū sciendum, quòd si pseudo apostoli dicerent meliora quàm Apostolus, Corinthij haberent excusationem recipiendi eos. & hoc est quod dicit*, Nam si is qui ve. *i. pseudo apostolus, qui venit ad prædicandum propria autoritate non missus à Deo.*

5 Alium Chri. præ. que. *i. meliorem quàm nos prædicauimus vobis.*

6 Aut alium spi. ac. *i. meliorem ab istis.*

7 Quem non ac. *à nobis.*

8 Aut aliud euan. *i. aliam doctrinam meliorem quàm à nobis.*

9 Rectè pa. *i. rectè substineretis eos vobis prædicantes.*

Diuisio 10 Existi. enim. *Hic remouet dictā excusationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit se nō minus fecisse apostolis maioribus. secundò quòd fecit aliquid maius, ibi*, Aut nunquid. *Circa primum dicit*: Existimo enim me ni. mi. fecis. *pro vestra conuersione.*

11 A ma. apo. *i. quàm apostoli magni fecerunt pro illis quos conuerterunt. & dicuntur hic apostoli magni, Petrus Iacobus & Iohannes, quos pseudo apostoli dicebant esse maiores Paulo, quia fuerunt corporaliter cum Christo, non autem Paulus. & hoc dicebant ad decipiendum Corinthios, vt crederentur maioris autoritatis quàm Paulus, quia dicebant se missos à dictis apostolis mendaciter, non autem Paulum. Quod autē Paulus non fecerit minus quàm apostoli prædicti patet. nam eundem Christum prædicauit, & eundem spiritumsanctum per impositionem manuum dedit, & idem euangelium prædicauit, & sic æquiparando se magnis apostolis. confutat falsos, dicens.*

12 Nam etsi imperitus ser. sed non sci. *hoc dicit ad repellendum dictum pseudo Apostolorum, qui contemnebant eius doctrinam, eo quòd plana & grossa docebat. ideo dicit, quòd hoc non faciebat ex defectu scientiæ, sed quia non expediebat Corinthijs pro tunc subtilia prædicare sicut plenius dicitur. j. Corinthio. iij.*

13 In omnibus autem manifestus sum vobis. *hoc dicit: quia per euidentiam facti hæc apparebant vera de ipso.*

14 Aut nunquid. *Hic consequenter ostendit, quòd etiam aliquod maius fecit eis, quàm alij apostoli suis conuersis. Et diuiditur in duas partes: quia primò declarat veritatem, secundò remouet quandam obiectionem, ibi*, Quia non diligo. *Circa primum dicit*, Aut nunquid peccatum feci. *ironica est locutio cuius sensus literalis accipiendus est per oppositū. Apostolus enim fecit in hoc opus valde meritorium.* Diuisio

✠ Quo-

☞ a *Quoniam gratis euangelium*. Minus non feci, sed plus: quia gratis. vnde mihi irascimini, & alios mihi præponitis: cùm hoc nō sit peccati, sed gloriæ.

A

✠ HIERON. Qui neque panem quotidianum quem ordinauit dominus, accepimus,

b *Alias ecclesias expo.*

✠ THEOPHYLA. Potuisset dicere, ex labore manuum mearum vixi & manducaui: atqui asperioréora tionem faciens, ab aliis, inquit, accepi, idque cum in vestri ministerio essem. Expoliaui, pro nudaui, dixit, & pauperes eos feci, Macedones, intelligit, qui tametsi pauperrimi essent, me tamen habebāt secum commorātem, at vos, ne necessarias quidem impensas communicastis, quæ maxima est accusatio.

† quo vobis inseruirem

Vt amp. oc. Sciebat quòd si non acciperent, non diu prædicarent.

B

c *Nam quod mihi dee. &c.* ✠ CHRYSOSTO. Nominibus Macedones exprimit, quo sanè ad eleemosynam illos prouocet. Nam iis qui nolebant alere Apostolum persuadet, ne in pauperum subsidio minores videantur. Hoc autem ipsis Macedonibus scribens dicit, in vsus meos misistis semel atque iterum: & in principio euangelij, quod sanè maximum illorum præconium erat, quod statim ab initio euangelij sic floruerunt.

Philipp. 4.

d *Et in omnibus*. ✠ THEOPHYLACT. Ne enim existimetis, inquit, quod hæc dixerim vt in posterum accipiam à vobis, seruaui enim me, ac seruabo deinceps citra grauamen.

e *Est veritas*. ✠ HIERONY. Sicut Christus semel statuit, nec negauit, necesse est vt ego non mentitus ita faciam.

f *Quoniam hæc gl.* ✠ CHRYSOST. Vt ne quis putet illum super hac re iterum dolere, vel iratum hæc dicere, factum ipsum gloriationem vocat. Quid? vos datis, inquit, sed ego non accipio, vt non obturetis dono libertatem meam, & non infringetur, à metaphora fluminum vel fontis quasi vbique fluentis dictum est.

g *Quia non dilig. v. Deus scit.* ✠ HIERO. Ipse nouit vtrum vos diligam an nō, imo à vobis non accipio: quia multū vos diligo.

C

Vt

a ¶ Quia non putatis vos emisse licentiam peccandi. b ¶ Sine sumptu. ¶ Alias prædicaui. c ¶ Vnde ergo viuebas.

a ni? Quoniam gratis euangelium Dei euangelizaui vobis, alias 1

b a ¶ Quia non parua in vobis expendi. b ¶ Ab aliis. c ¶ Vt vobis possem prædicare. 2

ecclesias expoliaui, accipiens stipendium † ad ministerium ve 3

a ¶ Non saltem ab aliquo vestro accepi. ¶ Etiam cum. b ¶ Accipiendo.

strum. Et cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. 4

a ¶ Non onerosus, & si egerem. b ¶ Post spolia ecclesiarum. c ¶ Ab his bene correctis fuit accipiendum, ne amitterent fructum, quia si non acciperet, illis forte in scandalum fieret. 5 6

c Nām quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à 7

a ¶ Et verbis & factis, non solum in stipendiis. b ¶ Quia non iactaui me de genere apud vos, nec aliquid huiusmodi. 8

d Macedonia. Et in omnibus sine onere me vobis seruaui, &

a ¶ De cætero maxime abstinendo à stipendio. b ¶ Verax Christus in me loquitur hoc scilicet, quoniam hæc, &c. c ¶ Quòd gratis prædico, quòd à licitis abstineo propter salutem vestram.

e seruābo. Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio nō 9

f a ¶ Omnibus. b ¶ Putatis hoc fieri, in pro odio quod dicunt pseudo? 10

g infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia nō dili 11

a ¶ Quia diligo vos, sed ideo facio, vt amputem oc. ¶ Eorum quia diligo vos. 12 b ¶ Nunc. c ¶ Semper. 13

go vos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam, vt amputē oc- 14

¶ Sumendi vestra. ¶ Habere. a ¶ Per me. ¶ Sumendi vestra. 15 b ¶ Vel in quo gloriantur. i. in non accipiendo sint sicut & nos. i. non meliores nobis, Cum verò non accipiunt, Nam eiusmodi. 16

h casionem eorum qui volunt occasionē, vt in quo gloriantur,

¶ Erunt sicut & nos.

i inueniantur sicut & nos. Nā eiusmodi pseudo apostoli sunt 18

a ¶ Calide sub specie religionis decipientes. ¶ Exterius. ¶ Vel angelos. 19

k operarij subdoli, trāsfigurātes se in apostolos Christi. Et nō mi- 20

21

h *Vt in quo glo.* Gloriantur in accipiendo, sed me non accipiente, non accipient. Nam eiusmodi, &c. D

i *Inueniantur sicut & nos.* id est, similes nobis. *in quo.* id est, in esse similes nobis gloriantur.

✠ THEOPHYLACT. Hic manifestissimè omnium causam explicat, cur nō acceperit. Postquā enim cōspexit Sathanas, ꝙ seculi huius studiosi homines maximè curātur per hoc ꝙ doctores nihil accipiant, nihil enim (ait Chrysost.) sic ędificat seculares, vt non accipere. docuit etiam vanos ac mendaces istos apostolos eā rē simulare. Neq; tamen hoc reuera faciebāt, etiā si diuites essent, verùm etiāsi viderentur nihil accipere, accipiebāt tamē. Quocirca Apostolus hisce cōspectis, decreuit apud sese, ne quē quā acciperet à quo quā, idq; cum paupertate grauaretur, vt resecet quāpiam accusationem illorum, ne locum habeant carpendi eum. Quanquam hæc non erat reprehensio, siquidem lex Christi erat, vt qui altari inseruiret, ab altari etiam viueret. Attamen quia velut imbecilles Corinthij facilè scandalo succumbebant, seipsum custodiuit. E

k *Oper. subdol. transf.* ✠ HIERO. Subdolus est qui aliud fingit, cū aliud agit, vt sub cōtēplatione euāgelicæ prædicationis contegat rapacitatē. Tales enim prædicatores, vt hominib. placeāt, & placendo accipiant, & quæ cōmendentur dicunt, nō ea quæ ædificent audientem. Plerique eorum non tam pecuniā desiderabant quàm honorem, arbitrantes, se summis opibus ditatos, si ab omnibus collaudantur: Sed nec pecunias ideo spernunt, quia non habent, sed quia in reconditis habent: veri autem & simplices magistri Apostolos imitantur, dicentes, Neque enim fuimus in sermone adulationis aliquādo, nec in occasione auaritiæ, neque quærentes ab hominibus gloriam, nec à vobis.

Transfi. Ad tētandū eos quos ita erudire opus est. Vel decipiēdū prout iustū est. Ne quisquā cū angelos bonos amicos se habere putat, habeat malos dæmones fictos amicos, eósq; tāto nocētiores, quāto astutiores, ac fallaciores patitur inimicos. Neq;

Aug. l. de [illegible] cap. 9.

☞ enim

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quoniam gratis euan. Dei euange. vo. *Non accipiendo sumptus à vobis, quod tamen erat licitum. & alij Apostoli accipiebant ab illis quibus prædicauerant. Apostolus autem prædicans Corinthijs abstinuit, primò propter eorum auariciam. & sic minus gratanter accepissent eius doctrinam. Secundò vt tolleret à falsis apostolis prædicandi occasionem, qui propter quæstū tātummodo prædicabant. Sed quia oportebat habere necessaria ab aliquo loco, ideo consequenter ostendit vnde habuit, dicens.*

2 Alias ecclesias expo. *non quia vt acciperet, sed quia voluntariè dabant abundanter.*

3 Ad mini. ve. *i. ad procurationem vestræ salutis. Vnde papa vel legatus visitans vnam prouinciam potest accipere sumptus ab alia. nā cum ecclesia sit vnum corpus, à prælato ex vna parte potest suppleri indigentia alterius partis, sicut natura defectum vnius membri supplet ex alijs partibus, virtutem & spiritus subministrando.*

4 Et cum es. apud vos. *Hoc dicit, vt ostendat quòd non dimisit accipere, eo quòd semper inter eos abundasset.*

5 Nulli f. *vestrum.*

6 Onero. fui. *quia durum fuisset eis dare propter auariciam suā. propter quod Apostolus proprijs manibus lucrabatur, de nocte operādo, quod expendebat de die prædicando, vt habetur Act. xx. g. & quando hoc non sufficit, suppleuerunt Macedones qui eum secuti fuerant, sibi ministrando. ideo sequitur.*

7 Nam quod mi. de. & c. *et lite. a.*

Est

8 Est ve. Christi in me. *Modus est iurandi. & est sensus, veritas Christi est testis mihi, quòd veritatem dico.*

9 Quo. hæc glo. *i. hoc factum meum, quod est ad gloriam Dei.*

10 Non infrin. in me. *i. non minuetur per me.*

11 In regio. Acha. *in quibus metropolis est Corinthus.*

12 Qua. *Hic consequenter remouet quandā obiectionem falsam. Dicebāt enim pseudo apostoli, quòd Paulus non diligebat Corinthios, nec intendebat eis proficere de futuro, propter quod nolebat aliquid accipere ab eis. quod remouet di.* Quare. *non accipio sumptus à vobis.*

13 Quia non diligo vos. *vt dicunt pseudo apostoli.*

14 Deus scit. *i. conscius est mihi, quòd hæc causa non est vera, sed eam subdit dicens.*

15 Quod autem facio & fa. *abstinendum à sumptibus vestris hæc est vera causa.*

16 Vt am. oc. eorum. *i. pseudo Apostolorum, qui tantum prædicabant propter temporale lucrum.*

17 Vt in quo gl. ta. *s. imitando veros apostolos, vt dicebant.*

18 Inue. sicut & nos. *i. nihil accipientes, quod tamen refugiunt de quibus subdit.*

19 Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij sub. *i. callidi & vulpini exterius tantum speciem pietatis ostendentes.*

20 Transfigurantes se in Apo. Christi. *i. portantes exterius signa verorum Apostolorum.*

21 Et non mi. *quia Deus permittit maiorem simulationem. de qua subditur.*

✠ Ipse

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ enim sancti & fideles vnius veri Dei cultores ab eorum fallacijs, & multiformi tentatione securi sunt. In his diebus malignis, vbi ista sollicitudo non est inutilis, ne cum Sathanas transfigurat se fallendo ad aliqua perniciosa seducat Nam cum sensus corporis fallit, mente verò non mouet à vera rectaque sententia, qua quisque fidelem vitam gerit, nullum est in religione periculum. Vel cũ se fingens bonum, ea vel facit vel dicit, quę congruunt bonis angelis etiam si credatur bonus, non est error periculosus aut morbidus. Cum verò per hæc aliena ad sua ducere incipit, ne quis post eum eat, opus est magna vigilantia, quod nemo potest absque Deo. Et ipsa huius difficultas ad hoc est vtilis, ne sit spes sibi quisque, aut homo alter alteri, sed Deus tantum. A

† 26. q. 5. c. episcopi c. nec mirum. De regula. c. licet §. quo circa

† hoc argumento gloriationis

B

✠ AVG. de genesi. ad litter. l. 12. c. 13. discretio sanè difficilima est, cum spiritus malignus quasi tranquillus agit, ac sine aliqua vexatione corporis, assumpto humano spiritu dicit quod potest, quando enim vera dicit & vtilia prædicat, transferens se sicut scriptum est, velut in angelum lucis, ad hoc vt cum in manifestis sibi creditum fuerit, seducat ad sua.

† Iuxta cõtumeliam loquor

✠ CHRYS. Qui est, angelus lucis, dicit eũ qui habet fiduciam loquendi & Deo assistit. Sunt enim angeli tenebrarum, diaboli tenebrosi ac feroces. Et multos diabolus sic decepit, persona in se accepta, & non factus in angelum lucis: Sic & illi personã Apostolorum circũferunt, non ipsam potentiã, neque fortes sunt.

a ✠ *Velut ministri iustitiæ* euangeliũ scilicet prædicantes quod iustitiam habet, vel quod iustorum virorum sibi opinionem assumunt. Quomodo igitur illos agnoscemus? Ab operibus ipsis, sicut & Christus dicit, eáque propter cogitur sua præclara opera, & illorum maliciam inter se componere, vt ex comparatione appareant nothi. C

D

✠ HIER. Non tam facilè somnijs, aut aliquibus quasi angelis lucis, fides habenda, ne fortè transfiguret se Sathanas in angelum lucis, & decipiat ac fallat incautos. Matth. 7.

b *Quo. fi.* i. retributio data in fine vitæ erit secundum opera ipsorum, quia sicut pseudo peritura appetiuerunt, ita & ipsi peribunt, & sicut ministri iustitiæ ęterna, & ipsi erunt æterni.

¶ Caput eorum. a ¶ Christum, vel aliquando cælestem angelum.

rum. † Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelũ lucis. Non

a ¶ Sint.

a est ergo magnũ si ministri eius transfigurẽtur velut ministri

a ¶ Ministrorum Christi & Sathanæ. b ¶ Dixi supportate insipientem.

b iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum

a ¶ Aperte. b ¶ In gloria spiritualium, quia pro bono facio. c ¶ Si in illa insipiens, tunc magis in gloria carnis. d ¶ Quasi non simpliciter. ¶ Quia nec in hoc verè insipiens, quia pro bono, nec ipse habet pro gloria.

dico, ne quis putet me insipientẽ esse. Alioquin velut insipien

a ¶ i. secundum carnem, quæ gloriatio modica est. b ¶ Ideo velut insipientem, quia

c tem accipite me, vt & ego modicum quid glorier. Quod lo-

a ¶ Quantum ad verborum speciem. b ¶ Ad quem non est de carne gloria, quia apud Deum humilitas gloriosa est.

d quor, non loquor secundum Deum sed quasi in insipientia in

a ¶ Cur ergo facis? quia illi gloriantur, & vos suffertis.

e † hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundum

a ¶ i. secundum illa quæ pertinent carni, vt est nobilitas, & huiusmodi. ¶ Et non mirum si illi gloriantur. b ¶ Secundum carnem. c ¶ Voluntarii. ¶ Quod non deberetis. d ¶ In hac gloria.

carnem, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes,

a ¶ In hoc probatur quòd non sapientes: quia. b ¶ i. esse debeatis c ¶ Sed non estis. d ¶ Hanc iniuriam. ¶ Ex libertate vestra quæ est in charitate. e ¶ Legis, quæ ex timore.

cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitu-

a ¶ De potestate præsumens. b ¶ Consumit vestra immoderatè. c ¶ Decipit blandè vt deuoret. d ¶ Iactat de nobilitate.

tem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si

a ¶ In præsentia improperando genus, & hoc est in faciem cedere. b ¶ Despicit. c ¶ Quam vobis obiiciunt.

f quis in faciem vos cedit. † Secundũ ignobilitatem dico, quasi

c *Quod lo.* In hac substantia gloriæ. i. in gloria carnis quã putant substantiam. id est, ita amant ac si per eam credant se subsistere.

d *Sed quasi in insi.* Quia hæc ad carnis tumorem pertinere videntur, vbi insipiẽtia est. Insipientia enim est aliquem laudare se Sed quia Apostolus non propter se facit, sed propter Deum. Ideo ait, quasi in insipientia. Pro. 27. c.

E

e *Quoniam multi gloriantur se. carnem.* ✠ CHRYS. Quid est secundum carnem? Ab externis à nobilitate à diuitijs, à sapientia, à circuncisione, & progenitoribus Hebræis, à magna existimatione. At quemadmodum si quis clari generis philosophicam vitam eligens viderit sublime sentientes alios de generositate sua, volens etiam illorum fastum tollere, nonne cogitur propriam claritudinem dicere, non glorians, sed humiles alios reddens, Ita & Paulus facit, ne inquit puteris, quod quasi virtutem hęc ponam, sed quoniam illi gloriantur, cogor & ego hinc comparationem facere. Si quis videtur confidere in carne & ego magis.

Quod loquor non sec. ✠ HIER. Si hic necessitate populi compulsus, negat se secundum Deum gloriari, quid de illis sentiendum est, qui sola iactantia gloriantur substantiæ gloriæ? Est enim alia substantia gloriandi.

f *Cædit.* idest, decipit. In faciem cæditur in cuius os iniuria ☞ irro- F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ipse enim Sathanas trans. *Et hoc multipliciter. Vno modo corpus visibiliter assumendo, sicut apparuit beato Martino & multis alijs, & multos sic decepit. Alio modo inuisibiliter formando vocem audibilem, sicut beato* Francisco *volens eum trahere à pœnitentiæ rigore. Aliquando peruertendo iudiciũ sensuum, faciendo apparere quod non est, & multis alijs modis, propter quod dicit beatus Iohannes. j cano. ca. iiij. a.* Probate spiritus vtrum ex Deo sint. *propter quod Iosu. v. d. dixit angelo sibi apparente in campo Iericho.* Noster es, an aduersariorum. *propter quod concludit Apostolus.*

2 Non est er ma. *i. mirabile reputandum.*

3 Si ministri eius. *i. homines falsi & mali, huiusmodi erant pseudo.*

4 Transfigurentur velut ministri iustitiæ. *i. vt veri apostoli.*

5 Quorum fi. *i. pseudo apostolorum.*

6 Erit secun. opera ipsorum. *Erit enim malus, sicut opera eorum sunt mala, Apocalip. xiiij. c Opera enim illorum sequuntur illos.*

Diuisio 7 Iterum dico. *Hic consequenter ostendit Apostolus, quòd etiam si se commendaret insipienter, tamen deberet à Corinthijs supportari. Et primò ponit intentum, secundò probat propositum, ibi,* Libenter. *Circa primum continuando se prædictis dicit,* Iterum. *i. quod dixi recolo.*

8 Ne quis putet me insipientem. *q. d. Ad hoc enim ostendi causam meæ commendationis esse rationabilem.*

9 Alioquin. *id est, si non vultis eam recipere vt rationabilem, & me reputetis insipienter loqui.*

10 Velut insipientem accipi. *id est meam insipientiam supportate.*

11 Vt & ego modicum quid glo. *hoc dicit, quia inferius se commendabat de gloria carnis quæ modica est. de qua subditur.*

12 Quod loquor. *de commendatione mea tali.*

13 Non loquor secundum Deum, sed quasi in insi. *i. si facio hoc sine ca[illegible] [illegible] pseudo apostoli, de quibus subdi[illegible]*

14 Quoniam mul. glo. secun. car. *Dicebant enim se esse Iudæos natione & de semine Abraham descendisse & per hoc volebant alia dicta sua falsa haberi in reuerentia.*

15 Et ego gloriabor. *vnde dicit infrà,* Hebræi sunt & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego.

Credendum tamen, quòd alio fine gloriabatur Apostolus sic, quia pseudo apostoli hoc faciebant, vt per hoc in maiori autoritate haberentur, & eorum falsę doctrinæ magis crederetur. Apostolus verò vt falsitatem eorum repelleret, & maiorem fructum faceret ad gloriam Dei, & fidelium salutem, propter quod sua gloriatio erat virtuosa, illorum autem vitiosa.

16 Libenter. *Hic consequenter probat propositum. s. quod in hoc Corinthij debent ipsum supportare. nam in hoc supportabant falsos apostolos, qui tamen, multa grauamina eis inferebant, Apostolus autem nullum, propter quod magis debebat supportari in hoc ab ipsis. Et hoc est quod dicit,* Libenter enim. *i. falsos apostolos de carne gloriantes & malo modo.*

17 Cum sitis ipsi. *Ironicè loquitur, id est insipientes.*

18 Sustine. enim. *i. patienter toleratis.*

19 Si quis. *pseudo apostolorum.*

20 Vos in seruitutem re. *Volebant enim eos subijcere seruituti legis, dicentes eos debere seruare legalia cum euangelio.*

21 Si quis deuo. *quia de bonis Corinthiorum viuebant lautè.*

22 Si quis accip. *bona vestra decipiendo vos falsis verbis.*

23 Si quis ex. *quia iactabant se super Corinthios dicentes se filios Abrahæ, Corinthios autem filios Gentilium idololatriæ deditorum & incircuncisorum.*

24 Si quis in. *i. in potentia vestra contumelias vobis infert, quòd faciebant pseudo apostoli improperanda eis immediate dicta & consimilia. Ideo subdit.*

25 Secundum ig. *q. d. Talia mala sustinetis ab eis tanquam ignobiliores ipsis, non tamen à nobis, quia nullum tale intulimus vobis.*

✠ Qua-

☞ irrogatur. Hoc faciebant quidam Iudæi qui eo quòd essent de genere Abrahæ, detrahebant illis, eo quod essent incircuncisi, & se præferebant nobilitatem carnis sibi vindicantes: quos Corinthij tolerabant, & Apostolo præferebant. A

a *Quasi nos infirmi fuer.* ✠ CHRYSOST. Vult autem dicere: Si propterea illos honoratis, quia percutiunt, contumelia afficiunt: possemus & nos eadem facere, in seruitutem redigere, percutere, extolli cõtra vos, sed nolumus, considerantes potius quid vobis prosit: nã illi quidem quæ vestra sunt destruentes, quæ sua sunt quærunt: nõ vt meipsum clarum ostentem, sed vt vos ab amara hac seruitute vos liberem cogor parum gloriari. Sic Samuel pro se magnam proposuit laudem, dicens: Cuius vestrum asinum accepi, vel vitulum, vel calceamentum? Nunquid oppressi aliquem vestrũ? Amos etiam dicebat: Non eram propheta, nec filius prophetæ, sed caprarũ pastor eram, sycomoros conterens, & suscepit me Deus. Non extollens seipsum dicebat, sed obturans ora suspicantium ipsum non esse prophetam, & vt ostendat, quòd non decipiat, neque à seipso dicat ea quæ dicit. Alius quoque dicit; Verumtamen impletus sum fortitudine domini in spiritu ac potentia. Et Dauid cum de vrso & leone narraret, non gloriosus, sed magnum & admirabile quidem moliens dicebat: quoniam enim non credebatur, quòd nudus & arma gestare non valens, victurus esset barbarum, coactus est suæ strenuitatis referre argumenta. Et fimbriam Saulis quando auferebat, non ostentando loquebatur, quæ loquebatur, sed malam repellens suspicionem, quam finxerant dicentes, quòd vellet illum occidere. Igitur vbique inquirenda est causa. Nam qui ad vtilitatem auditorum spectarit, etiam si commendat seipsum, non solùm non meretur reprehendi, sed & coronari, & propter silentium taxandus.

in hac

† 1. Co. 4. a supra. 6. a.

† 1. q. 3. c. saluator.

B

1. Reg. 12. Amos. 7.

Mich. 3. 1. Reg. 17

Ibid. 24.

C

D

b *Hebræi* Hebræi dicuntur ab Heber, qui in confusione linguarum solus retinuit linguam naturalem. Et quia multi sunt Hebræi, qui non sunt Israelitæ, sicut proselyti, addit: *Israelitæ sunt, & ego.* Hebræi

a ¶ Ita hos sustinetis & nobis præfertis. b ¶ Gloriæ. c ¶ Non infirmi, quia. d ¶ Illorum. e ¶ Gloriari: ¶ Quia temeritas est quod faciunt.

a nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet, in insipiẽ

a ¶ Quia insipientia est, in qua gloriantur. ¶ Vt in his. b ¶ Lingua & natione. c ¶ Secundum ritus.

b tiã dico, audeo & ego. Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego.

¶ Non proselyti. ¶ Per hoc decipiebant.

c Semẽ Abrahæ sunt, & ego. † Ministri Christi sunt, & ego. † Vt

a ¶ Quàm deberem, quia non est hominis se laudare. Laudet te alienum os, vt dicit Salomon. b ¶ Sum minister Christi ostensus in labori. c ¶ Quàm etiam veri. d ¶ Per partes labores ostendit, subdens.

d e minus sapiens dico, plus ego. † In laboribus plurimis, in carce

a ¶ Quàm illi. ¶ Verberibus. ¶ Humanæ vrtutis, vel aliorum. ¶ Quia & illi aliquos, Vt viderentur apostoli. b ¶ Id est in periculis mortis.

ribus abundantius, in plagis supra modũ: in mortibus frequen-

¶ Fui. a ¶ Exponit plagas. ¶ Quinque vicibus. ¶ Percussiones. b ¶ Ne immisericordes viderentur. c ¶ Hoc à Gentibus passus.

f ter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. † Ter

a ¶ Iudæis in ciuitate Lycaoniæ. ¶ i. Perculi. ¶ Alio mari detentus tempestate, vel ad literam.

g virgis cæsus sũ semel lapidatus sum: ter naufragiũ feci. Nocte

¶ Ostensus minister.

h & die in profũdo maris fui. In itineribus sæpe: periculis flumi

c *Ministri Christi sunt.* ✠ HIERON. Notandum, quòd si quis de Christi ministerio solùm glorietur non sapienter hoc facit.

d *Vt minus sapiens.* AMBROSIVS. Ostendit se coactum in laudem suam prorupisse. † desipiens loquor,

✠ THEOPHYL. Rursus insipientiam vocat rem ipsam, ob insignem suam demissionem, adeóque humilitatis pelagus.

e *In laboribus.* Occasione inuenta etiam veros Apostolos tangit, quibus plus laborauit, ne in se videatur minor gratia. † Act. 15. c Ibi 19. c. Ibi. 27. a. Cor. 15. b

E

f *A Iudæis quinquies.* Iudæis mos erat in synagoga contra legem agentes verberare correctionis causa. vnde Paulum legem impugnantem quinquies verberauerunt, & in vnaquaq; correctione triginta nouẽ ictus ei dederunt, quadragesimũ pro misericordia cõdonantes.

Lex iubebat quadraginta ictus nisi pro misericordia.

Ducentas percussiones acceperat, cum virga vbi pendebant decem corrigiæ.

Vna minus. in vltima vice corrigia subtracta. Vel, in vnaquaque percussione vna minus.

g *Ter naufrag.* ✠ THEOPH. Propter euangeliũ longas & profundas vias missus, naufragium fecit: noctu autẽ & interdiu in profundo natauit. Nonnulli asserunt, quòd in quodam puteo, cui nomen Bytho (quæ vox latinis significat profunditatẽ) post periculum apud Listrios, abditus fuerit.

h ✠ *Peri. flu.* Nã & amnes traijcere adigebatur. vbiq; Sathanas bellum gerebat aduersus Apostolũ, & Deus certaminis pręmia ☞ propo Act. 16 Act. 24.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quasi nos infirmi. *i. deficientes in illis, de quibus gloriantur falsi apostoli, quod est falsum, vt patet ex prædictis, & magis ex sequentibus apparebit*

Diuisio 2 In quo quis. *Positis rationibus commendationis suæ, hic incipit se commendare. Et primò se pseudo apostolis adæquando. Secundò, se eis præferendo, ibi,* Vt minus sapiens. *Dicit igitur,* In quo quis.

3 Audet *seipsum commendare.*

4 In insipientia dico, audeo & ego. *q. d. Licet sit insipientia seipsum commendare illo modo quo pseudo apostoli se commedant, tamen audeo hoc facere, licet aliter quàm ipsi, vt dictum est. & ideo commendatio Apostoli non erat insipientia secundum veritatem, sed tantum secundum aliquorum Corinthiorum opinionem, non obstante tamen hac opinione Apostolus audebat se commendare falsis apostolis se æquãdo, vt sic eorum iactantiam repelleret, dicens.*

5 Hebræi sunt. *i. de lingua & natione Hebraica gloriantur.*

6 Et ego. *s. sum sicut ipsi.*

7 Israelitæ sunt. *i. gloriantur quod de patriarcha Iacob descẽderunt.*

8 Et ego. *similiter descendi.*

9 Semen Abrahæ. *Cuius semini factæ sunt promissiones.*

10 Et ego. *sum de eodem semine. Et ideo de omnibus istis possum gloriari, sicut & isti.*

11 Ministri Christi sunt. *tantum secundum apparentiam.*

12 Et ego. *sum secundum veritatis existentiam.*

Diuisio 13 Vt minus. *Hic consequenter eis se præfert. Et primò quãtum ad mala perpessa. Secundò quantum ad beneficia recepta, ca. se. Prima in duas, quia primò præfert se in malis quæ pertulit. Secundò, in his quæ euasit, ibi,* Damasci. *Prima adhuc in tres quia primò se præfert quãtum ad mala sibi illata. Secundò, quantum ad voluntariè assumpta, ibi,* In itineribus. *Tertiò, confirmat quædam dicta, ibi,* Si gloriari. *Circa primum dicit,* Vt minus sapiens dico. *i. si videor vobis insipiens me pseudo apostolis adæquando, adhuc videbor vobis minus sapiens me eis præferendo.*

Plus

14 Plus ego. *i. cum hoc faciam, me ostendo ministrum Christi plus esse quam ipsi, quia plura mala passus sum propter ministerium Christi. Ideo subditur.*

15 In laboribus pluri. *Ex Iudæorum persequutione. s. fui plus quàm ipsi. Et sic intelligitur de sequentibus.*

16 In carceribus abundantius. *Pro prædicatione euangelij.*

17 In plagis supra modum. *Inter homines consuetum.*

18 In mortibus frequenter. *i. in periculis mortis. & hæc omnia patent ex actibus apostolorum. Consequenter explicat de plagis sibi illatis dicens.*

19 A Iudæis quin. &c. *Deu. xxv. Committitur iudicibus, quod pro minoribus culpis pro quibus mors non est inferenda, imponant plagas & verbera, ita tamen quòd quadragenarium numerum ictuum non excedant. Sapientes verò* Iudæorum *ad prætendendum pietatem ordinauerunt, quòd de illo numero aliquid dimitteretur plus vel minus prout rationabiliter videretur ratione delicti vel conditionis verberandi, & sic de alijs circunstantijs. Et quia Paulus erat eis odiosus, subtrahebant de dicto numero minus quod poterant. s. vnum ictum.*

20 Ter virgis cæsus. *Act. xvj.*

21 Semel lapidatus sum. *in ciuitate Lycaoni. Act. xiiij.*

23 Ter naufra. *i. passus fui. De semel habetur Act. xxvij. & de alijs tenẽdum est, quòd non omnia Pauli pericula scripta sunt.*

23 Nocte & die. *i. per magnum tempus ad diuersas partes terræ & insulas nauigando pro prædicatione euangelij, vt patet in actibus apostolorum in pluribus locis. Alij exponunt dicentes, quòd naufragium passus sub aqua stetit per diem & noctem diuina virtute eum protegente.*

Diuisio 24 In itineribus. *Hic consequenter ostendit propositum quantum ad mala voluntariè assumpta. Et primò de malis exterioribus. Secundò de interioribus, ibi,* Præter illa. *Circa primum dicit.* In itineribus sæpe. *s. fui pro prædicatione euangelij, & sic intelligitur de sequentibus.*

25 Periculis flu. *inundantium in hyeme, & sic sunt magna pericula in transitu eorum.*

✠ Peri-

Universidad de Deusto Biblioteca

A pro ponebat. Etenim latrones excitabantur: & ab incredulis, & genere mihi iunctis vel cognatis iudæis, qui & acrius impugnabant me, inquit, in bestias planè seuitia ac veneni nomine permutati. Proinde in vrbe periculorum expers erat? haud quaquã. Reliquũ est ergo vt in solitudine securus esset, verũ neque illic tutus fuit, ac si terrã fugisset, magis eum pericula exceperunt.

a *Periculis latro. &c.* Quos diabolus cum in ciuitate occidere non posset, ei excitabat in via, cum tamen nihil ferret, quod latrones cuperent.

b *Peric.* Amb. Quia lege Iudęorũ deserta ad euãgeliũ se cõuertebat.

c *Peric.* Vt qui dicũt eũ legalia tenere, sed nõ facile alijs aperire. Vnde alibi, Ego si adhuc circuncisionem.

✻ Theop. Hæc rursum est alia species tentationis, omnium maximè dolorem incutiens & gignens, B de sinistris minimeque candidis, fucatis fratribus, hypochritis, qui ei insidias machinabantur, quod & Dauid lugebat. Quoniam si inimicus conuitiaretur mihi, sustinui planè, tu vero homo p. &c. & Iterum, homo pacis meæ, &c.

(1. Thes. 3. b. Deu. 28. b. — † accidunt Aug. expos. in epi. ad Gal. — † 4. q. 7. c. plerũque. & his itaque. 24. q. 1. c. quæ dignior Psal. 54. ps. 40.)

a ¶ i. à Iudæis procuratis. b ¶ Propter vnius Dei prædicationem. c ¶ Vere probatus minister.
a b num, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex Gen-
a ¶ In commotionibus ciuium contra me. b ¶ Vel à serpentibus, vel, penuria ciborum.
c tibus, periculis in ciuitate, † periculis in solitudine, pericu-
¶ Quæ non ex mari sed in mari. ¶ Ab hæreticis. a ¶ Vere probatus minister. ¶ Manuum.
lis in mari, periculis in falsis fratribus, † In labore & † ærum-
a ¶ Morborum & huiusmodi. b ¶ Pro opere vel aliis. ¶ Vere probatus.
d na, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in fri-
a ¶ i. in corpore à persecutoribus patior & aliis modis b ¶ Angit me.
gore & nuditate, præter illa quæ extrinsecus † sunt, † instan-
a Quæ nec vna hora remittitur, b ¶ Quæ ex charitate prouenit.
e tia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum.
a ¶ Quæ tanta est. ¶ De omnibus fidelibus. b ¶ Probatio sollicitudinis per partes.
¶ Vel in fide vel in aliqua virtute. c ¶ Qui ita de illo, vt de me doleo.
a ¶ Aliqua molestia, tribulationum.
† Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis † scandaliza-
a ¶ Igne charitatis qua eis compatior. b ¶ Et cum hæc sint. c ¶ De his
a ¶ Non de potentia vel genere, vt isti pseudo faciunt.
f tur, & ego nõ vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ
a ¶ Etsi in his videatur potius abiectio. b ¶ Quia nouit omnia ¶ Interponit iusiurandum.
c ¶ Cuius sum seruus.
sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit
a ¶ Laudatus. ¶ Per nos fideles. ¶ In supradictis. a ¶ Item firmitas.
g qui est † benedictus in secula, quòd non mentior. Damasci
a ¶ Qui sub Aretha illi genti præerat. b ¶ Admonitione Iudæorum.
præpositus gentis Arethæ regis † custodiebat ciuitatẽ Da-
a ¶ Ne amplius prædicarem. b ¶ Ante non est necessarium suffragium Dei, quàm deficit humanum.
h mascenorum, vt me comprehenderet, † & per fenestram

D character, per hæc contexitur euangelium.

f *Non vror.* Vrunt omnes tribulationes, sed non ad consumptionem, immo ad purgationem. *Vror.* Iste affectus purgat: quia de charitate venit. Omnes qui scandalum patiuntur frixoriũ sunt habẽtiũ charitatẽ. i. ossium quę ferunt carnes. i. perfectorũ qui portant & regunt carnales. Vnde,
1 *Et ossa mea sicut in fri-*
2 *xorio confrixa sunt.*
3 Avg. Tribulatio
4 enim tanquam em-
5 plastrum mordax v-
6 rit te, sed & sanat te.
7 ✻ Theoph. Et si
8 offenditur aliquis,
9 ego quoque scanda-
10 lizare videor, dóque
11 operam, vt languorẽ
12 & affectionem istam
13 curẽ, eique medear,
14 haud secus atque
meum foret istud ma
15 lum. Vbi vero Dauid
16 ait. Dũ superbit im-
17 pius, incenditur pau
18 per, hoc est scandali-
19 zatur pauper, mente
20 sua indignè reppe-
21 tens ditescẽtes, adeó
que se super ceteros
22 tollentes.
g *Scit quòd:* quia fert
23 mihi testimoniũ per
signa & prodigia
24 ✻ Hieron. Rem
25 quasi difficilẽ dictu, quod Iudæi cõtra eũ etiã principes gentiũ cõcitassent ante implorat testimoniũ Dei, ne veræ hoc iactãtiæ imputaretur, quod aduersus eũ, etiã regna surrexerint, & nihil potuerint præualere: hęc autẽ idcirco enumerat, vt ostẽdat qd intersit inter veros & falsos Apostolos.

(Aug. l. 2. contra 2. Gaudentij epist. cap. 34. — † molestia — † Act. 28. a. — † incumbẽs mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum — † offenditur — † laudatus — E — † excubias posuerat in vrbe — † Act. 9. a.)

(Aug. l. 2. de serm. dom. in mont. & in ps. 98. Gal. 5. b. Luc. 12. d. Eccl. 1. d.)

d *In fame.* Vbi ergo promissio Dei? Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adij. vobis. Sed nouit medicus, cui nos semel commisimus, hæc adiutoria quando apponat, quãdo subtrahat.

e *Solitud.* quãto maior charitas, tanto maiores plagæ de peccatis alienis. vnde, Qui apponit scientiam, apponit & dolorem.

✻ Chrys. Hoc est caput omnium, quòd & anima discerpebatur, & mens dissecabatur. Si enim nihil extrinsecus accidisset, satis bellorum intus erat, fluctus reciproci, cumuli curarũ, prælia cogitationum. nam si qui vni soli domui præest, vt ministros habet, & dispensatores ac curatores, sæpe præ curis neque respirat, tamet si intra domum nemo obturbet, qui autem non vnius domus, sed ciuitatum, populorum atque gentium, & totius orbis curam gerit, & pro tantis negotijs, & tot inuadentibus, solus existens ac tanta ferens, & tam solicitus, vt pater pro filijs, cogita quid sustinuerit. hoc autem erat quod tribulabat ipsum, & angebat, ac sauciabat eius mentem quod in singulis infirmis quicumque illi essent hæc pateretur. Non enim de maioribus quidem dicebat, minores autem despiciebat, sed etiam abiectum inter necessarios ponebat, ideo dicebat, *Quis infirmatur,* quisquis fuerit, & quasi ipse esset ecclesia, quę in toto orbe est, sic in singulis dolebat membris. vndequaque illi turbationes C atque commotiones à suis ab alienis, Hic apostolicus est

h *Per fenestram demiss.* ✻ Chrys. Nam licet desideraret hinc emigrare, attamen & hominum amabat salutem. Idcirco sæpe etiam talia struebat, seruans seipsum prædicationi, & nõ detrectabat, etiam humanis vti iumẽtis, quando exigebat tempus, ita erat prudens ac vigil. Nam vbi quidem inefugabilia mala erant gratia sola habebat opus, vbi vero par illius humeris tentatio, multa & à se excogitat, & hoc loco iterum Deo totum imputans: & quasi flamma inextinguibilis ignis, si in mare lapsa, multis opprimentibus fluctibus mergitur, & iterum fulgida ascendit, sic sane & b. Paulus, nunc quidem periclitans obscurabatur, nunc pericula transiens clarior redibat patiendo victor. Et quo ei Sathan magis pericula multiplicabat, hoc magis vincebatur, & in omnibus Paulus vincebat. Et quasi miles vnus habens totum orbem militantem contra se, in mediis hostium versatur agminibus, nihil graue patietur: Ita Paulus vbique terrarum & marium inter barbaros & gentes inuictus remanebat. Et quasi flamma in calamos & fœnum incidens, in suã naturã quæ vruntur transfert, sic iste omnes inuadens omnia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Pericu. la. *Diabolo eos incitante, vt prædicationem eius impediret.*
2 Pericu. ex gene. *i. ex Iudæis volentibus Paulum occidere, vt patet ex actibus Apost. in pluribus locis.* 3 Peric. ex Gentib. &c. *i. ex Gentilibus mortem eius quærentibus, quia contra idololatriam prædicabat, & sic nec inter suos, nec inter alienos securus erat.* 4 Peric. in ciui. *commota contra me, vt patet Act. 18. de Epheso.* 5 Peric. in soli. &c. *A bestijs occurrentibus, vt patet de vipera eum mordente, Actuum. 28.*
6 Peric. in mari. *s. à piratis. quia pericula ex mari prouenientia suprà in naufragio expressa sunt.* 7 Peric. in fal. fra. *quod est periculosius, quia nulla pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.*
8 In labore. *s. corporali: operando proprijs manibus de nocte, vt liberè posset prædicare de die. vnde dicitur Act. 20. g.* Ad ea quæ mihi opus erãt, & his, &c. 9 Et ærum. *quæ est lassitudo & defectus consequens ad laborem.* 10 In vigiliis multis. *Vt vacarem labori manuali, vt dictum est. & aliquando orationi.* 11 In fame & siti. *Nam aliquando cibus & potus deficiebant, & aliquando à cibis habitis abstinebat ad domandum carnem propter aliorum exemplum: ideò sequitur:* In ieiu. multis. 12 In frigore & nu. *quia frequenter exponebatur frigori, nec tamen habebat sufficiens tegumentum.* 13 Præter illa. *Hic ostendit propositum quantum ad mala assumpta in interioribus, dicens.* Præter illa quæ extrinse. sunt. *i. præter mala iam enumerata, quæ me affligũt exterius, sunt alia mala quæ me affligunt interius: de quo subditur:* 14 Instantia mea quoti. *Incumbebat enim sibi quotidie intendere sollicitè regimini ecclesiarum in magna afflictione mẽtis, ideo subditur:* 15 Quis. *In ecclesia.* 16 Infirmatur. *In fide & moribus.* 17 Et ego non infirm. *dolens de malo eius. q. d. nullus.* 18 Quis scandalizatur. *ruens in peccatum exemplo alterius.* 19 Et ego non vror. *per compassionem. q. d. nullus.* 20 Si gloriari. *hic consequenter confirmat quædam dicta per iuramentum, dicens,* Si gloriari op. *Et accipitur hic, si pro quia. quia oportet eũ sic facere ad repellendum iactantiam pseudo apostolorũ, vt prædictũ est.* 21 Quæ infir. *i. quæ pertinent ad infirmitates. Hoc dicit contra falsos apostolos, qui de nobilitate generis, & de similibus, ad mundanam gloriã pertinentibus principaliter gloriabantur. Et confirmat dicta iuramento, dicens.* Deus & pater domini mei. 22 Damasci. *Hic consequenter enumerat mala quæ euasit. & hoc in quodam particulari. dum enim pergeret Damascum ad persequendum Christianos: miraculosè fuit conuersus, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci. propter quod suaserunt præposito ciuitatis, vt caperetur & occideretur, vt habetur Act. ix. f. & hoc est quod dicitur.* 23 Custodiebat ci. Da. *i. custodiri faciebat per homines armatos.* 24 Vt me con. *Et traderet Iudæis ad occidendum.* 25 Et per fe. *s. domus adherentis muro ciuitatis.*

✻ In

A nia ad veritatem transferebat sicut torrens, qui omnia corripit: Et sicut athleta quidam ipse luctans, currens, & pugillem agens, vel miles muros oppugnans, in campo prælians, & in nauibus belligerẽs: ita omne genus pugnæ tractabat, & ignẽ inspirabat, & omnibus inaccessus erat, vno corpore orbem comprehendens, vna lingua omnes inuertens. Non sic multæ turbæ in Hierichuntinorum ciuitatis lapides irruebant & destruebant illos, vt illius vox resonans, diabolica in humum trahebat subsidia. D Dauid Goliath vno solo lapide deiiciebat. Paulus solum loquens omnem diaboli destruxit flãmam, sicut leo rugiens, &c.

a ¶ A fratribus. ¶ Non quod timeret pati qui dixit, Cupio dissol. &c.
in sporta demissus per murum, & sic effugi manus eius.

a *Et sic effu.* Avg. Vtilitati omnium se fugiendo seruabat, vnde: *Si vos persequentur in vna ciuitate, fugite in aliam.*

Avgvst. Fugiat
1 minister Christi, si-
2 cut ipse Christus in
Aegyptum fugit: fugiat & q spiritualiter quæritur, dũ p alios firma est ecclesię sal.

(Athanas. Apolog. de fuga August. tra. 43. in Io.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Insporta. *s. à Christianis.*
2 Et sic effu. *Sed ex hoc videtur, quòd non fuerit sufficienter confisus in domino, qui poterat eum protegere. Dicendum, quòd homo in periculo positus non debet ad diuinum auxilium fugere, contemnendo humanum, quia hoc est tentare Deum. ideo debeat vti auxilio humano quantum potest, & residuũ dimittere diuino, quod Apostolus fecit in proposito. Sed adhuc obijcitur, quia Io. x. b. dicitur* Mercenarius & qui non est pastor videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, *sic autem videtur Apostolus fecisse, ergo, &c. Dicendum, quòd aliquando quæritur persona prælati tantum. & tunc debet curam committere alteri, & se absentare maximè quando seruatur ad maiora, & sic* Elias *fugit* Iezabel. iij. Re. xix. *Et similiter Paulus fugit hic manus præpositi, & de tali persequutione dicit Saluator, Mat. x. c.* Cum autem persequentur vos in ciuitate vna, fugite in aliam. *Aliquando verò quæritur grex cum prælato & tunc prælatus debet præponere vtilitatem gregis saluti sui corporis.*

ADDITIO I.

In ca. xj. vbi dicitur in postil. Cum sitis ipsi sapientes, &c.
Quod hic dicitur, Cum sitis ipsi sapientes. *secundum glo. non intelligitur ironice, sed exponitur id est, deberetis esse sapientes, &c.*

ADDITIO II.

B *In eo. ca. xj. vbi dicitur in postil.* A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.
Plagæ seu verbera quæ imponebantur à Iudæis pro transgressione aliquorum præceptorum legis semper erant in numero quadragenario minus vna, nec plus vel minus dabatur alicui, vt habetur in libro qui dicitur Machoch, quod sonat plagas. vnde Apostolo tanquam transgressori legis sicut & alijs transgressoribus æqualem numerum plagarum imponebant, non addendo vel minuendo. E
REPLICA. *In ca. xj. de plagis Apostoli dicit Postil. quòd committebatur iudicibus numerus plagarum sic quòd quadragenariũ numerum non excederent, vt habetur Deu. xxv. Bur. autem allegat librũ Machoch ad oppositum. qui vult dimittere textum sacræ scripturæ & credere Bur. & suo Machoch poterit, ego non.*

CAP. XII.

a Si *gloriari oportet.* ✻ Theophylact. Pseudo Apostoli, etsi nihil haberent, gloriabantur tamen. Hic verò noster Paulus, etiamsi minimè paucas visiones domini, & reuelationes haberet, vnius tamen solummodo meminit, eiúsque inuitus. Noueris porrò quòd reuelatio maius sit quippiã, quàm visio: hæc enim tantùm videre dat, reuelatio verò altius quidem quàm videtur, denudat.

b *Scio ho.* Quasi de alio, & res dicitur, & iactantia vitatur.

✻ Theophyl. In Christo autẽ adiecit, vt ne dicãt pseudo apostoli, quòd à dæmone sit perinde raptus atque Symon.

(† Gloriari sauè nõ expedit mihi — † 26. q. 5. c. & episcopi)

CAP. XII.
a ¶ Præter supradicta. b ¶ Propter pseudo. c ¶ Respectu gloriationis, sed propter vestram vtilitatem.
¶ Stultum est, & ideo tacet nomen suum.
a SI † gloriari oportet, non expedit qui 1
a ¶ Narrando. b ¶ Secreta quæ vidi, & plenè intellexi, non vt Pharao, qui vidit, & non intellexit. 2
dem. Veniam autem ad visiones 3
a ¶ Quæ de domino, vel quas do. aperuit. b ¶ De se quasi de alio. 4
b & reuelationes domini. † Scio ho- 5
a ¶ Conformem Christo, quia aliter non videret b ¶ Modo ergo pro meritis maior. & quòd tandiu tacuit nõ superbè, sed ex necessitate dici.
minem in Christo ante annos qua- 6
c d tuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, 7

c *Ante annos 14.* ✻ Hierony. Vide quanta necessitas fuit, vt quod annis quatuordecim celauerit, prodere cogeretur.

✻ Theophy. Si talibus ante quatuordecim annos dignatus est, quantus nunc est, post tot tantáque rerum pericula?

d *Siue in cor. siue ex.* Hoc ignorauit Apostolus, vtrũ quando raptus est, in corpore fuerit anima, an omnino de corpore exierit, vt mortuũ corpus iaceret, an secundum modum aliũ quendã viuentis corporis vbi anima fuerit, mens eius ad videnda vel audienda ineffabilia illius visionis accepta sit. Et quia hoc incertum erat, ideò forsitan dixit, *siue in corpore, siue extra.*

(Aug. l. 12. de Gen. ad lit. 2. 3. 4. 28. & 34.)

C a Raptum

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

Diuisio

SI gloria. *Postquam Apostolus prætulit se pseudo apostolis in malis perpessis, hic consequenter præfert se eis in bonis à* Deo *sibi collatis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit suam commendationem. Secundò subdit excusationem, ibi,* Factus sum insipiens. *Prima in duas, quia primò declarat donum Dei collatæ sibi gratiæ. Secundò remedium contra periculum superbiæ, ibi.* Et ne magnitudo. *Prima in duas, quia primò ponit Dei donum. Secundò de hoc qualiter sit gloriandum. ibi,* Pro huiusmodi gloriab. *Prima adhuc in duas, quia primò ponit donum in generali. Secundò magis in speciali, ibi:* Scio hominem. *Circa primum dicit.*
1 Si gloriari. *i. quia me gloriari oportet, me commendando ratione prædicta. ca. præcedenti.*
2 Non expedit quidem. *i. non est bonum commendare seipsum absolute, sed tantum in casu necessitatis, in quo casu erat Apostolus, vt supra dictum est. Ideo subdit.*
3 Veniam autem. *In commendando me ipsum.*
4 Ad visiones & reue. *Ista autem visio, quando aliqua videntur visione corporali vel imaginaria: quorum tamen intellectus est occultus. Reuelatio verò quando talium aperitur intellectus. Et ista duo aliquando separantur sicut Baltasar vidit manum scribentem, Dan. v. Et Pharao spicas, Gen. xli. Ille vigilans, iste dormiens, tamen non intellexerunt sed Ioseph & Daniel qui visiones exposuerunt. & ideo illi habuerunt visiones tantum. isti verò reuelationem. Aliquando autem coniunguntur quando vtrunque fit vni, sicut Daniel. vij. a. vidit quatuor bestias ascendentes de mari, & intellexit quid significarent. Iterum aduertendum, quòd talia aliquando fiunt per spiritum malignum Deo permittẽte, sicut fiebant prophetis Baal. prophetis autem sanctis fiebant per spiritumsanctum. Paulo verò apostolo vtrumque factum est frequenter à spiritu diuino. Ideo dicit.* Ad visiones. *quo ad primum.* Et reuelationes. *quo ad secundum,* Domini, *quo ad tertium.* F
5 Scio. *Hic consequenter exemplificat magis in speciali Et primo ponit tempus visionis, dicens.* Scio. *i. vnitum Christo per fidem charitate formatam, hoc enim sciebat de se, de quo quasi de alio loquebatur per reuelationem.*
6 Ante. *Si quis cõsideret inueniet quòd fuit circa principium suæ conuersionis, quia conuersus fuit eodem anno quo passus fuit Christus, vel citò post circa finem imperij Tiberij Cæsaris, cui successit Gaius imperans quatuor annis, Postquam Claudius Otto cui successit Nero, cuius tempore passus fuit Apostolus. & sic inter Tybertum & Neronem fluxerunt xij. anni, sic duobus annis additis de tempore Tyberij, qui non statim mortuus fuit post conuersionem Pauli, quia imperauit. 23 annis, & sic fuerũt xiiij. anni. Ideo satis probabiliter dicunt aliqui, quòd hanc excellentem visionem habuit in Damasco in illo triduo in quo non vidit corporaliter, nec manducauit, neque bibit. Commemorat autem Apostolus, hoc tempus, quia si tantum placuit Deo à principio conuersionis suæ, adhuc erat magis placens ei propter multa bona opera quæ fecerat interim, & hoc totum est ad confutationem pseudo apostolorum & ad declarationem fidei Christianæ.*
7 Siue in. *Licet enim Apostolus tunc sciuerit se fuisse in spiritu in cælo empyreo, & corpus suum in terra fuisse, tamen nesciebat vtrum tempore illius visionis separata fuisset anima à corpore per mortem, & reunita fuisset diuinitus corpori transeunte visione. Vel si pro tunc fuisset vnita corpori sicut forma, tamen ab vsu sensuum separata.*

✻ Raptum

Universidad de Deusto Biblioteca

a Raptum. Contra naturam eleuatum.

A ✻ CHRYS. Quare autem raptus est? vt mihi videtur, ne haberetur alijs apostolis minor, quoniã illi simul fuerant cũ Christo, propter hoc in gloriam raptus est, hoc est in paradisum.

b Vsque ad ter.cæ.i ad cognitionem deitatis.

a ¶ Sed. ¶ Qui hoc facere potuit. ¶ Ostendit ei Deus vitam in qua videndus est in æternum. b ¶ In Christo entem. ¶ Bis se raptum dicit.

a Deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio 1

b huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus ne- 2 3

¶ Sic.s. quod anima de corpore exierit. a ¶ In eam tranquillitatem qua fruuntur qui sunt in cælesti Ierusalem, & sic videre potuit quod nunquam corporeis sensibus impeditus.

scio, Deus scit, quoniam raptus est in paradisum. Et audiuit 4

a ¶ Verbis explicare. b ¶ Homine vel visione.

c arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi 5

a ¶ Commendabo me. b ¶ Filio Abrahæ & huiusmodi. c ¶ Tribulationibus quas patior. 6

gloriabor, Pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. 7

a ¶ Gloriabor. b ¶ De reuelationibus & infirmitatibus. c ¶ Et si videat. 8

d ¶ Et pro vestra vtilitate. quod ibi, Omnia autem charis. propter vestram ædifica.

Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim 9 10

a ¶ Possem & de pluribus gloriari, sed parco, id est parce refero. b ¶ Pro obtrectatoribus hoc dicit. c ¶ Cum non nisi infirmitas videatur, vel ab aliis qui vident audiatur. 11

d dicã. Parco autem, ne quis † me existimet suprà id quod videt 12 13

Vsque ad ter.cæ. Primum cęlum aereum, secundum firmamentum, tertium, spirituale, vbi angeli & sanctæ animæ Dei fruuntur contemplatione.

August. vbi suprà & tra. 58. in Io. visionum tria genera — AVGV. Vel tres cęli intelliguntur tria genera visionum, vt primum cælum sit corporalis visio, cum corporaliter quędam videntur Dei munere. vt Eliseus vidit ignitos currus, quando videlicet raptus est Elias, & Balthasar manum scribentem in pariete, *Mane thethel phares.* (4.Re.2.b. Dan.5.g.) B Secundum cælum est imaginaria, vel spiritualis visio, quando aliquis in extasi vel somno videt non corpora, sed imagines rerum Dei reuelatione. vt Petrus discum. (Act.10.b.) Tertium cœlum est intellectualis visio, quando nec corpora, nec imagines eorum videntur, sed incorporeis substantijs intuitus mentis mira Dei potẽtia figitur. Ad hanc raptus est Apostolus, vt ipsum Deum in se, non in figura aliqua videret. Sed an in corpore, an in anima separata, dicit se nescire. Q. non humano sensu vidi. vt (etsi in corpore) non sit contra illud Moysi, *Non vidit me homo & vi.* (Exo.33.d.) Tunc enim Apostolus non vixit homo. i. secundum visum sensuum corporis, sed ablatus est omnis sensus hominis.

I. de cælesti hier. — Vel secundum Dionysium, qui tres ordines angelorum ternos in singulis ponens constituit. In primo angelos archangelos virtutes. In secundo, principatus, potestates dominationes. In tertio, thronos cherubin & seraphin, quorum tertius vicinius Deum contempletur, ad quorum similitudinem vidisse Deum Apostolus dicitur.

Vel primum cælũ cognitio cælestium corporum, Secundum, cælestium spirituum cognitio. Tertium deitatis.

Vbi supra. — AVG. Ad tertium cælum quod non per corpus videtur, nec imaginabiliter, sed propriè hoc ea visione videtur quæ superat omnes. Per corpus videtur cælum terra & omnia oculis conspicua. Spiritus corporales imagines tenet, vel veras, vel quas fingit, Intellectus capit res incorporeas, quæ nullas habent imagines. Hæc sunt tria genera visionum. Secundum primam visionem vidit Balthasar manum, nec sciuit quid significaret quod C Daniel aperuit melius propheta visione mentis propria. Secundum secundam vidit Petrus in extasi discum, vbi nõ corpus sed imago, post mens diuinitus adiuta vidit quid significaret. D Hac mens subuecta sine omni imagine videt perspicuam veritatem, ibi virtutes animæ sine omni labore, vna est ibi tota virtus amare quod videas, & summa felicitas, videre & habere quod amas, Propter hanc veritatis visionẽ vbi Deus videtur, nõ per corporalem visionem, vt in Sina vel spiritualem, vt Isaias, & Iohannes in apocalypsi, sed per speciem non in ænigmate omnis labor suscipitur. Hoc modo petijt Moyses videre Deũ. i. in substantia qua Deus est, quæ tamen multis figuris viderat, & facie ad faciem ei loquutus erat. (Isa.6 s. Apoc.4.a. Exo.33.d. Ibi.b.) Quia ibi. i. in illa specie longe ineffabilius & præsentius videtur & arcana dicit, vbi nemo viuens in istis sensibus videt. Hoc est tertium cælum, vbi Deus videtur facie ad faciem. Iste est paradisus, si dici paradisus potest, quia & præsens ecclesia paradisus dicitur & locus inquo Adam corporaliter vixerit. E

† de me cogitet

✻ THEOPHY. Multi sunt dicendi cœli Anagogicè, Est enim primum cœlum finis ac terminus ethicæ, atque adeo morum scientiæ, quomodo mores suos quisquam rectè formauerit. deinde naturalis philosophia, est cœlum alterum cùm scientiam aliquis de vniuersi cognitione, veluti circumprehensibilem scripserit. Deinde tertiũ cœlũ theologia est sciẽtia, quãdo qspiã cõprehẽsibilẽ mẽsurã, quatenus ad ipsum attinet, rerũ diuinarũ humanã cognitionẽ excedẽtem captus & præceptionis peruenerit per contemplationem. Paulus igitur in hoc locorum ternario fuit raptus omnino, hoc est, omnes creaturas exuperans, neque in corpore constitutus, non enim operabatur per corporeos sensus, Neque extra corpus, torpuisset etiam intellectus. In diuinis enim rebus torpet & ociosus est omnis intellectus humanus rapto homine & ab Deo comprehenso, vt ab illo agatur, & opus accipiat.

De tali gloriab. Ipsius vide summam demissionem & humilitatem quomodo tanquam de alio hæc recenseat. At cuius gratia, si alius raptus est, gloriaris? Itaque hæc de seipso dicit.

c *Arcana verba.* Intimationem de secreta Dei essentia, quasi per verba.

d *Supra id quod.* Vt pro magnis illis non esse homo mortalis & fragilis videatur. (Aug. tra. 25. & 55. in Io.)

CHRY- F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Raptum hu. *Raptus propriè importat quandam violẽtiam alicuius rei contra motum sibi connaturalem. Quod potest esse dupliciter. Vno modo quantum ad terminum motus, vt si lapis moueatur sursum Alio modo, quantum ad modum motus, vt si lapis per impulsum violentum feratur deorsum, velocius quàm natus est moueri. Anima verò nata est moueri in Deum, tamen modus connaturalis secundum statum vitæ præsentis est: quòd in cognitionem diuinam ascendat per cognitionem sensibilium, & sic vtens sensibus. Et ideo quando rapitur ad diuinorum cognitionem à sensibus abstracta est ibi quidam raptus, inquantum hoc fit præter motum sibi connaturalem. Post resurrectionem verò, quando erit in corpore glorioso opus intelligentiæ nullo modo impediente, raptus non habebit locum.*

2 Vsque ad ter.*s. empyreum.*

3 Et scio, hu. *Dicunt aliqui, quòd Apostolus hic tangit alium raptum à primo, dicentes quòd bis fuit sic raptus. Semel in principio suæ conuersionis, & ad hoc referunt quod dictum est, Et iterum semel, quando orans in templo factus fuit in stuporem mentis, vt habetur Act.xxij. & propter hoc vt dicunt in hac visione dicitur, quòd raptus est in paradisum, In præcedenti verò dicitur ad tertium cælum distinguendo hanc ab illa. Sed hoc dictum non est verisimile. Nam illa visio quæ fuit in templo fuit imminente iam Apostoli captione & ductione apud Romam. ipse verò iam antè scripserat epistolam hanc à Troade, vt patet per Hiero. in prologo huius epistolæ. Propter quod dicendum. quòd non loquitur hic de alia visione sed eandem prosequitur. Nec valet quod obijcitur de paradiso, quia quod prius nominauit tertium cælum, hic nominat paradisum. Cælum enim empyreum quod est locus beatorum, dicitur tertium cælum respectu cæli crystallini & siderei. Et dicitur empyreum à pyr quod est ignis, propter similitudinem claritatis. Dicitur etiam paradisus à suauitate dulcedinis quæ ibi habetur & vtrunque expertus fuit Apostolus propter quod nominauit ipsum primò tertium cælum: & postea paradisum.*

4 Et audiuit arcana verba. *Hic ponitur auditus pro visu sicut aliquando fit econuerso in scriptura, Exo.xx.c.* Populus videbat voces, &c. *Vidit enim Paulus tunc nude diuinam essentiam sicut dicit Aug. ad Paulinum de videndo Deo. Dicitur etiam illa visio hic auditio, quia Paulus ibi fuit instructus de secretis diuinis quæ sunt incomprehensibilia, & per consequens inenarrabilia. Ideo subditur,* Et quæ non licet.

5 Pro huiusm. *Hic consequenter ostendit Apostolus qualiter sit de huiusmodi gloriandum.*

Circa quod sciendum, quòd in homine duo considerantur. s. ipse homo, & donum Dei, quòd est in ipso. Si ergo glorietur de dono Dei inquantum habet illud à Deo, bona est gloriatio, quia gloriatur in Deo. Si autem glorietur de dono quasi à se habito, mala est gloriatio. Ideo dicit. j. Cor. iiij.b. Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? *Ideo dicit Apostolus,* Pro huiusmodi. *scilicet visionibus & donis mihi à Deo collatis.*

6 Gloriabor. *In domino.*

7 Pro me aut. ni. &c. *id est à me nullam habeo materiam gloriãdi.*

8 Nisi in infirmitatibus meis. *id est à me tantum habeo infirmitatem & defectum, Hosee xiij.c.* Perditio tua Israel ex te est, ex me tantummodo auxilium tuum.

9 Nam & si volue. glo. *de donis à Deo mihi collatis.*

10 Non ero insi. *quia non faciam hoc inaniter & sine causa.*

11 Parco au. *i. parce me laudo.*

12 Ne quis me. *s. gloriari inaniter.*

13 Supra id quod videt in me. *i. in conuersatione mea.*

A ✻ CHRYSOST. Quidã aliquos propter signorum magnitudinem Deos esse putauerunt. Atque sicut in elementis Deus fecit duplicia, & infirma & præclara, hæc quidem vt prædicent suam potentiam, illa vero vt prohibeãt hominum errorem: sic vtique in hoc loco. Admirabiles enim erant & infirmi, sicque operibus ipsis erudiebant infideles: nã si admirabiles solum mãsissent, & nullum infirmitatis indiciũ præ se tulissẽt, sermone multos adduxissent, vt de se maiora quàm veritas ferebat, suspicati essent: & nõ solũ nihil profecissent, sed & contraria facta essent, eò quòd deprecationes, quæ per sermones fiũt, maiorem declarassent humilitatem, magísque illos reddidissent admirabiles, & idcirco reipsa manifestabatur eorũ infirmitas.

† De confi. di.1 cap. & sancta.

† colaphis cæderet ne extollar.

a ¶ Ordo supra aliquid quod audit ex me. b ¶ Eos qui me vident. ¶ Quis ergo de se securus?

a in me, aût audit aliquid ex me. † Et ne † magnitudo reuela- 1 2

a ¶ In superbiam. b ¶ A Deo. c ¶ Ad meam vtilitatem. d ¶ Deus ad conseruationem humilitatis immisit, diabolus vt ad defectum traheret.

b tionum extollãt me, datus est mihi stimulus † carnis meæ 3

a ¶ Quis? b ¶ Quia grauiter colaphizabat. ¶ Quia grauis est medicina infirmo. c ¶ Multotiens rogaui, humanè timens. 4

c angelus Sathanæ, qui me † colaphizet. † Propter quod ter 5

a ¶ Qui solus potest. ¶ Stimulus. b ¶ Melius mihi prouidens. ¶ Quasi. debet tibi sufficere. ¶ Quod dedi. ¶ i. omnibus sufficere quod dedit etiam & hoc donum. 6

d dominum rogaui, vt discederet à me: & dixit mihi: Sufficit 7 8

¶ Noli orare hoc: nam.

e tibi gratia mea. Nam virtus † in infirmitate perficitur. 9 10

† excellentia. † carni angelus Satã. † s.q.r. ca. non omnis. † mea

Viderit hoc quis & in hominibus veteris legis. Erat enim & Helias admirabilis, sed aliquando ob formidinem reprehensus est. Et Moses magnus erat, sed & hîc ob eandem animi affectionem fugam iniit. (3.Reg.19. Exod.2.) Hæc autem patiebantur B Deo derelinquente, & redargui sinente hnmanam naturam. Nam cum postquàm eduxit illos, dicebant: vbi est Moses? Si & induxisset, quid non dixissent. Idcirco & hic noster dicit: Parco ne quis, non dicit, dicat, sed existimet neque cogitet aliquid vltra meam dignitatem.

✻ HIERON. Sufficiunt manifesta, etiam si celantur oculta.

Act.14. — ✻ THEOPHYLACT. Nam si tauros ei mactare, iique sacrum ei facere voluerunt propter prodigia, quid non fecissent, si reuelationes manifestasset?

Aug tractatu 7. & 8. in Io. & serm. 53. de verb. Domini. — a *Et ne ma.re.* Parco multum gloriari, ne alter puter. Et ideo datus est stimulus pungẽs carnem, quis? angelus malignus missus à Sathana, vt colaphizet. i. reprimat omnem motum superbiæ incutiendo tribulationes, vel tendendo (vt quidam aiunt) per libidinẽ. Tentatio autem cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis.

Et ne ma. AVGVST. Cætera vitia tantum in malefactis valent: superbia verò sola in rectè factis cauenda est. Cum enim quisque bene profecerit, superbia tantatur, vt perdat totum profectum.

b *Stimulus.* AVGV. in Psal. Domine. non ex dolore quodam corporis traditur vehementer exagitatus.

✻ CHRYSOT. Sathan Hæbreorum lingua aduersarius, dicitur, hinc dicitur: Non erat Satan in diebus ipsius: hoc est aduersarius qui oppugnaret aut molestus esset. Itaque quod dicit hũc habet sensum: Deus prædicationem liberius progredi non est passus, fastum nostrum comprimens: sed aduersariis nostris potestatem fecit. Siquidem hoc vt fastum deprimeret, idoneum C erat. D Angelum autem Satanæ dicit Alexandrum, fabrum illum ærarium, Hymeneũ & Phyletum, omnes qui verbo aduersarentur, omnes qui cum ipso bellum contenderent, bellúmque gererent, qui in carcerẽ coniicerent, qui verberarent, qui abducerent, quoniam Satanæ opera faciebant. Igitur quemadmodum diaboli filios Iudæos appellat, qui illius opera imitabantur: sic & angelum Sathanæ vocat, quẽuis aduersarium proinde hoc dicit: datus est mihi stimulus, vt me colaphis cedat, non tanquam Deo istiusmodi homines armante, absit non puniente neque cruciante, sed ad tempus permittente ac sinente.

✻ THEOPHYLACT. Angelum, Sathã, palum, nonnulli cephalagiam, hoc est, capitis dolorem, intellexerunt à diabolo factum. At absit hoc: non enim Pauli corpus diabolo traditum est, quandoquidem Paulus ipsi præcipiebat, finésque certos præscribebat, (vt de fornicario patet) nec eam sibi metam ille prætergrediebatur.

E ✻ AVGVST. ser.5. de verb. domini. Datus est Apostolo stimulus carnis desideriis prauis non caruit.

c *Propter quod ter dominum, &c.* ✻ CRYSOST. Hoc est, sæpenumero. Et erat magnæ humilitatis nõ ocultare, quodquod ferendis insidiis non esset par, quòd laboraret, atque vt liberaretur, precibus opus esset.

✻ HIERON Hinc intelligimus etiam sanctos ignoranter nonnunquam alia inimpetrabilia postulasse: simul etiam discimus, quod importuna petitio, vel responsum mereatur, si non meretur effectum.

d *Dixit mihi* per inspirationem, vel per angelum.

✻ CHRYSOST. Sufficit tibi quòd mortuos excitas, quòd cęcos curas, quòd leprosos mundas, quòd alia miracula facis. Ne quæras securitatẽ à periculis liberam, & vt sine molestiis prædices. Sed ęgro deiectóque es animo? Caue hoc, meę imbecilitatis esse putes, quòd multos habeas insidiantes, cedẽtes, vexantes & flagellantes, hoc enim ipsum declarat meã virtutẽ. *Nam virtus mea,* inquit, *in infirmitate perficitur*, quando persecutionem patientes superatis persequentes, quando vexati vinciris vexantes, quando vincti, iis qui vos cædũt superiores enaditis. Ne quæras igitur superuacua. Videsne, quomodo aliam causam proferat ipse, aliam Deus? Siquidẽ ipse dicit, ne efferar, datus est mihi stimulus per carnem, Deum verò dixisse ait, vt suam declaret potestatem hoc se permittere. Non igitur rem tantum superuacuam petis, sed etiam quæ meæ potentiæ gloriam obscuret.

e *Nam virtus in infir.* AVG. in Psal. Domine non est. quia perfectio virtutum est quæ habet infirmitatem contrariã, cum qua legitimè (In Psal. 58. 97. & 130. & tract.7. in Ioan.) F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Aut au.ali.ex.*i. ex doctrina mea. Multa enim Dei bona latebant in Apostolo, quæ non manifestabat nisi prout & quando ad Dei gloriam & fidelium salutem expediebat.*

2 Et ne ma. *Posita magnitudine collatæ sibi gratiæ, hic consequenter declarat remedium sibi datum contra periculum superbiæ. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur remedij ratio. Secundò ponitur amotionis petitio, ibi:* Propter quod. *Tertiò, domini responsio, ibi:* Et dixit mihi. *Circa primum sciendum, quod sicut medicus corporalis permittit vel procurat minorem læsionem, vt curet maiorem, ita Deus aliquando permittit sanctos corporaliter affligi vel tentari, & aliquãdo labi in peccata minora vt à maioribus præseruentur: quia sic humiliati recurrunt ad diuinum auxilium, de se vel suis meritis nullatenus confidentes, Superbia verò est radix omnium malorum, Ecc.x.b.* Initium omnis peccati superbia, *cuius frequenter est occasio singularis excellentia etiam in virtutibus. Sic autem erat in Apostolo. Tum propter specialem electionem, Act. ix.c.* Vas electionis mihi est iste. *Tum propter arcanorum Dei cognitionem in raptu, vt dictum est. Tum propter integritatem virginalem. j.Cor.vij.b.* Volo autem omnes vos homines esse sicut meipsum, &c. *& propter alia dona plura. propter quod dominus dedit ei remedium contra eleuationem superbiæ. de quo dicit:* Et ne magnitudo reuelationum. *diuinarum.*

3 Extollat me. *superbiendo.*

4 Datus est mihi sti.car. *vt per infirmitatẽ corporis conseruetur humilitas mentis. Dicitur enim ad literam, quod grauiter fuit vexatus illiaca passione. Vel stimulus carnis dicitur tentatio peccati carnalis, quæ fortius concupiscentiam mouebat post reuelationes quàm ante Deo permittente: tamen ipsam refrenabat adiutorio diuinæ gratiæ.*

5 Angelus Sathanæ, &c. *Illam passionem illiacam concitando: vel carnis concupiscentiam suis tentationibus incendendo.*

6 Propter quod. *Hic consequenter ponitur circa dictum remedium Apostoli petitio. Circa quod sciendum quod infirmus ignorans medici processum, quando imponit sibi mordax emplastrum, rogat medicum vt remoueat ipsum: quem tamẽ medicus non exaudit ad nutum, licet exaudiat ipsum ad bonum suum, sciens infirmitatem suam aliter non posse curari. Sic Apostolus sentiens passionem illiacam sibi grauem, vel tentationem carnis sibi periculosam, petijt à summo medico ista remoueri. Et hoc est quod dicit:* Propter quod ter do.ro. *i. pluries: vel fortè totiens petijt & non plus.*

7 Vt discederet à me. *Affligens me corporaliter vel tentans, vt prædictum est.* Diuisio

8 Et dixit. *hic consequenter ponitur domini responsio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur domini responsionis actus. Secũdò, eius effectus, ibi:* Libẽter igitur. *Circa primũ dicit.* Et dixit mihi. *s. dominus.*

9 Sufficit, &c. *q.d. nõ est tibi necessarium vel vtile quod à te discedat infirmitas corporalis, vel secundum alios tentatio carnis, quia gratia mea quam habes, est tibi ita vigorosa, vt absque impatientia infirmitas tolerari possit, & tentatio superari, vt sic infirmitas vel tentatio tibi cedant ad augmentum meriti. Ideo subditur.*

10 Nam virtus in. *quod dupliciter potest intelligi. Vno modo mate-*

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ad hoc datis.
a b Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet 1
a ¶ Quia ad hoc data: non solum in his gloriabor, sed & placeo mihi. i. multum delector in eis.
in me virtus Christi. Proptēr quod placeo mihi in infirmita- 2
a ¶ s. verborum. ¶ In penuriis. ¶ De loco ad locum.
tibus meis, in contumēliis, in necessitatibus, in persecutioni- 3
¶ Anxietatibus animi. ¶ Illatis. ¶ Placeo. ¶ Hoc in isto & in sanctis. ¶ Exterius. 4
a ¶ Tunc vincit Christianus: cum perire putatur: tunc perdit præsidia, cum se vixisse gratulatur. 5
c bus, in angustiis pro Christo. † Cum enim infirmor, tūnc 6
a Victor efficior. 7
d pōtens sum. Factus sum insipiēs: vos me coegistis. Ego enim 8
a ¶ Debui. ¶ Vobis. b ¶ Ad comparationem horum: vel ab his tunc remotus. 9
debui à vobis commendari. † Nihil enim minus fēci ab his, 10
¶ Petro & Iacobo. a ¶ Meum, sicut quibusdam videtur. b ¶ Quia. ¶ Esse videor quibusdam, tamen ea feci quæ apostolum designant. 11 12
e qui sunt supra mōdum apostoli. Tāmetsi nihil sum: signa ta- 13
a ¶ A Deo vel plus quàm digni. 14
f men apostolatus mei facta sunt super vos in ōmni patiētia, in 15
a ¶ Hæc sunt signa. ¶ Minoribus. b ¶ Maioribus miraculis. c ¶ Castitate & aliis. 15
¶ Non minus feci: quia vos non minus habetis per me quàm aliæ ecclesiæ per illos, sed amplius quia gratis. 17 18
g h signis & prōdigiis, & virtūtibus. Quid est enim † quod mi-

† nulla enim in re inferior fui summis apostolis tametsi

† De reuū. c. nisi §. alia vero causa

† In quo inferiores fuistis

☞ legitimè certet: & ideo gloriabor in infirmitatibus, non inuitus, sed libens.

A a *Libenter igitur gloriab.* ✲ Theophylact. Expetebam, inquit, hominis instar liberari à periculis, at quia audiui, quod potētia Dei in infirmitate perficitur, deinceps gloriabor in infirmitatibus meis, & oblectationem in eis capio & exhilaror gratias agens. Hæ enim quo plures fuerint, eo vberioré Dei potentiam mihi largiuntur.

✲ Hieron. Postquam cognoui prodesse, quod nocere putabā libenter glor. &c.

b *Vt inhabitet in me virt.* ✲ Chryso. Hîc & aliud quidam innuit: nimirū quantò plus ingruat tentationum, tanto magis augeri gratiā, essé que diuturniorem.

B c *Cum enim infirmor tunc fortior sum, &c.* ✲ Chrysost. Quémadmodum abundant tribulationes ipsius, sic & abundat consolatio nostra, vbi afflictio ibi & consolatio: vbi consolatio ibi & gratia. Quando Paulus in carcerem coniectus est, tūc admiranda illa gessit. Quando naufragium passus est, atque in barbaram regionem eiectus: tunc maximè inclaruit. Quando ad tribunal vinctus accessit, tunc & iudicem vicit. Sic & in vet. testamento contingebat: in tentationibus iusti florebant. Sic tres illi pueri, sic Daniel, & Moses, & Ioseph. Omnes hinc clari & magnis coronis digni iudicati sunt. Tunc enim & anima purgatur, tū propter Deum affligitur, tunc maiore fruitur auxilio, cum ampliore eget subsidio, gratiámque meretur copiosiorem. Quin & ante præmia à Deo proposita, magna bona consequitur, dum interim sapiens redditur. Hebræorum populus, cum affligebatur, Deum præcabatur, cùm vero incrassatus est, resiliit. Niniuitæ quando securitate fruebantur, Deū exacerbarunt, qui tamen ad prædicationem humiliati sunt. Quando nam Dauid suspiciendus erat & admirabilis? nonne quando tentationibus exercebatur? Salomon cum curis angeretur, visione illa dignus est habitus: quando deliciis indulsit, in ipsum vitiorum omnium barathrum delapsus est. Porro quid Iob? Nam hic quidem clarus etiam extra afflictionem fuit, clarior tamen post afflictionem extitit. D

Exod. 1. Ioan. 1. 3 Reg. 3. & 9 & 11. & 2. Reg. 11. C

✲ Hieron. Maxima potentia est infirmari pro Christo, & magnæ diuitiæ indigere.

d *Factus sum in.* In his omnibus comēdationibus videor insipiēs, sed vestra culpa qui debuistis me contra pseudo commendare.

e *Signa ta. Apostola.* ✲ Hieron. Ego quidem nihil sum vt homo, sed Apostolatus sua in vobis signa monstrauit, hoc est patientiam in moribus, & prodigia in signis.

f *In omni patientia.* E Ambro. Patientiam primā memorat, quæ ad mores pertinet: quia diu illos portauit, quasi impatientes ægros vt adhibita potestate signorū, quasi medicina curaret vulnera eorum.

✲ Theophylact. Primus character Apostoli, est patientia, omnia dextrè ac strenuè ferre.

✲ Chrysost. Cogita quot carceres, quot plagas, quot pericula, quot insidias, quot tentationum fluctus, quot bella intestina, externa, quot dolores, quot denique impetus hîc patiētiæ nomine significauerit? Rursum per signa, quot excitatos mortuos, quot cæcos curatos, quot leprosos mundatos, quot demones expulsos? Hæc audientes, facta nostra concisè narrare discamus, si quando ad ea narrāda adigamur: quod & ipse fecit. Deinde ne aliqui dicant: Etiāsi magnus ac multa sis operatus, non tanta tamen quanta in aliis ecclesiis fecerint apostoli, subiūxit.

g *Et virtutibus.* Virtus est genus signorum & prodigiorum. i. omne miraculum. Signum, quod in quocunque tēpore aliquid significat, & est prodigij genus. Prodigium quod in futuro. Vel signum & prodigium in his quæ contra naturam, virtus in his quæ non contra naturam, vt per impositionem manus & orationem à morbo liberare. F

Virtus, Signum, Prodigium.

h *Quid est.* Nō minorē, inquit, quàm alij gratiā consecuti estis?

☞ Nisi

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *rialiter, inquantum infirmitas est materia virtutis exercendæ. s. humilitatis, vt dictum est, & patientiæ & etiam temperantiæ. Debilitatis enim viribus per infirmitatem homo temperantior redditur. Alio modo occasionaliter, nam infirmitas est occasio perueniendi ad perfectionem, inquantum homo propriam fragilitatem cognoscens cautior redditur ad præcauendum & resistendum peccatis, & per consequens exercitatior in bonis, & sic fortior efficitur. propter quod & dominus Philisthæos & aliquos alios in terra promissionis reliquit ad exercitium Israël.*

1 Libenter. *Hic consequenter ponitur dictæ responsionis effectus, qui duplex est, Vnus gloriationis qui tangitur, cum dicitur* Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me. *i. vt per hoc particeps efficiar virtutum Christi & conformior sibi. Alius effectus est gaudij, qui tangitur ibi.*

2 Propter quod pla. mihi in infirmi. *i. gaudeo in malis pœnæ prouenientibus ab interiori.*

3 In contumeliis. *mihi illatis ab exteriori.*

4 In necessitatibus. *quantum ad defectum victus & vestitus.*

5 In persecutionibus. *à malis hominibus.*

6 In angustiis. *i. mihi inflictis pro Christo: tunc enim debet esse materia gaudij, Mat. v. a.* Beati qui persecutionem, &c.

7 Cum enim infirmor. *idest, cum huiusmodi tribulationes propter Christum incurro.*

8 Tunc po. *per diuinum auxilium mihi collatum.*

9 Factus sum. *Postquam Apostolus seipsum commendauit, hic consequenter se excusat, ostendens hoc fecisse compulsus necessitate. Et hoc primò propter bona à Corinthiis omissa. Secundò, propter mala ab eis commissa, ibi:* Omnia propter ædificationem. *Prima adhuc in duas: quia primò facit quod dictum est. Secundò remouet quandam cauillationem, ibi:* Sed esto *Circa primum dicit:* Factus, sum. *s. secundum reputationem vestram ó Corinthij, quia me commendaui.*

10 Vos me coegistis. *i. fuistis in causa, quia ipsi fouebant pseudo apostolos detrahentes Apostolo in vita & doctrina: quod cedebat in præiudicium euangelicæ veritatis, quā ipse prædicauerat, & sic necesse habuit gratias à Deo sibi datas enarrare, quas prius tacuerat, vt veritas euangelij quam prædicauerat magis confirmaretur, & impugnantium ora clauderentur.*

11 Ego enim debui à vobis cōmendari. *quod tamen omisistis & detractores meos sustinuistis. Quod autem debuissent ipsum commendare, probat per bona quæ fecerat eis, dicens.*

12 Nihil enim minus feci. *vobis de bono.*

13 Ab his qui sunt supra modum apostoli. *idest, Petro Iacobo & Ioanne: quos præferebant pseudo apostoli Paulo, eo quod fuerunt corporaliter cum Christo. Et ideo de ipsis dicit Apostolus, quod non minus fecit Corinthiis, quàm illi fecerant conuersis per eos. Et per hoc quod dicit non minus, intelligit maius, quia prædicauit eis non accipiendo sumptus.*

14 Tametsi nihil sum. *respectu dictorum apostolorum trium.*

15 Signa tamen apostolatus mei fac. sunt super vos. *idest confirmatio doctrinæ meæ per virtutes & miracula.*

16 In omni patientia. *Vnde dicitur Prouer. xix. b.* Doctrina viri per patientiam noscitur.

17 In signis & prodigiis & virtutibus. *virtutes enim respiciunt opera miraculorum generaliter. quia omne miraculum fit diuina virtute: signa verò & prodigia magis specialiter: quia Prodigia dicuntur miracula maiora, vt suscitatio mortuorum & aliquod huiusmodi. Signa verò minora, vt sanatio leprosi, vel curatio febris in instanti.*

18 Quid est enim. *Hic consequenter ostendit, quod plura beneficia fecit Corinthiis, quàm alij Apostoli conuersis per eos: quia prædicauit eis non accipiendo sumptus ab eis, quos tamen acceperant alij ab illis quibus prædicauerant. Ideo dicit:* Quid est enim quod mi. ha. *s. à me.*

✲ 1 Præ.

nus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quòd ego ipse nō gra- 1
a Ironice. ¶ Quod si putatis iniuriam vt imperiti. ¶ Vnde laude dignus. 2
b ¶ Non grauaui nec grauabo c In tertia iam vice. d ¶ Non tertio veni sed tertio paratus.
uaui vos? Donāte mihi hāc iniuriam. Eccē tertio hoc paratus 3
a ¶ Ne videatur callide tunc accepisse. 4
a sum venire ad vos, & nōn ero † grauis vobis. Non enim quæ- 5
a ¶ Diuitias s. in auro & argento. ¶ Saluare quod aliter non fieret. b ¶ Spiritualibus. 6
b ro quæ vestra sunt, sed vos. † Nec enim debent filij parenti- 7
a Diuitias congregare, etsi necessaria, quod facitis pseudo apostolis, sed patres filiis debent diuitias vitæ æternæ, quod non pseudo vobis. b Sicut supra accipiens ad ministerium vestrum. c ¶ Non inuitus.
bus thesaurizare, sed parentes filiis. Egō autem libentissimè 8
a ¶ Spiritualia. ¶ Post omnia meum opus est. 9
c impēndam, & † superimpendar ego ipse pro animabus ve- 10
a Ego dico. ¶ Quam pseudo. b ¶ A vobis. c ¶ Conceditis. 11
d ¶ Dixi non grauaui, sed obiicitis. ¶ Per meipsum. 12
stris: licēt plus vos diligens, minus diligār. Sed estō. Egō vos 13
a ¶ Decepi. ¶ Per alios extraxi. b ¶ Sed. 14
non grauaui, sed cum essem astutus, dolo vos cēpi. Nūnquid 15
¶ Decepi. ¶ Non feci, sed: Rogaui. 15
per aliquē eorum, quos misi ad vos, † circūueni vos? Rogaui 16
¶ Barnabam, vel Lucam. 18
d Titum, & misi cum illo fratrem. † Nunquid Titus vos circū- 19

† De cens. c cum Apostolus §. prohibemus.

† extendar.

† onerosus.

† fraudaui.

† Nunquid Titus à vobis extorsit.

☞ *Nisi quod ego ipse non.* ✲ Theophylact. Magna grauitate A & asperitate obiurgat eos, dicens: Si hoc culpatis in me, quod vos non grauarim, verum gratis, ac citra impensas vestras euangelium prædicaui, donate mihi peccatum hoc. Simulantem & illorum encomium cōtinet sermo, qui sese iniuria affici putant, quod nihil ab se dignatus sit accipere.

a *Nō enim quæro quæ.* Ambro. Ostendit se ideo accipere nolle ab eis, vt eos lucraretur, vt intelligētes, quia pecunię præponit eos, tandem cognoscerent affectum illius erga se.

Avgvst. Non quærebat Apostolus datum, sed fructum: ne quasi vēditor euāgelij putaretur. Et tamen verè mercator domini sui. Nā prorsus vēdidit, dat enim spiritualia, & nō quęrit carnalia, sed maius præcium. i. homines ipsos, sicut Ioseph frumenta vendens in Aegypto, nō argentum quærebat, sed ipsos ementes seruos regios faciebat: & sic frumenta quæ non vendidit, vendidit. Venditionem ergo istam intellige gratuitam. vnde & dictum est: Sitientes venite ad aquam, & emite vobis sine argento. B

Gen. 42. g

Isa 55. a

b *Nec enim de.* Carnales patres filiis congregant, nam spirituales dignum est, vt à filiis sumptus accipiant. Hîc autem in tantum probat se nolle accipere, vt transferat causam carnalis patris, ad spiritualem: & dicit non solum se pro salute eorum impendere, sed & mori paratum.

Augu. tract. 5. in epist. Ioan.

c *Et su. im. ego ipse pro anima. ve.* Avgvst. Perfecta quidem charitas hæc est, vt quidem paratus sit etiam pro fratribus mori. Sed nunquid mox vt nascitur? Cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cùm fuerit roborata, perficitur, cum ad perfectionem venerit, dicit: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*

✲ Hieron Quod habeo labore nimio, impendo, & plusquàm possum impendam. Perfecta enim dilectio non solum totum quod habet gratis impendit, sed etiam ipsa libenter impenditur si necesse est.

C ✲ Chrysost. Nam parētes quidem filiis thesaurisare lex naturæ præcipit, ego autem non solùm hoc facio, sed & meipsum addo. Si & ipsam carnē insumere oporteat, non parcam propter vestram salutem: vnde additur cum improperatione & charitate, *licet plus vos dilig. mi. dilig.* Magnum crimen est non diligere: maius autem crimen fit, quando quis diligitur & non diligit: nam qui diligit diligētem, nihil amplius habet thelonariis, at si neque hoc habes, bestiis inferior fueris. Quid dicis homo? Non diligis diligentē, & cuius gratia viuis? vbi autem posthac proderis, ad quę negotia idoneus? Num ad ciuilia? num ad priuata? Minimè: nihil enim inutilius viro, qui amore caret. Nam id vitij solent odisse & latrones, & homicidæ, & parietum perfractores, & communicato solo sale, mensæque participes facti, mores mutauerunt. Tu vero non satis duntaxat, sed & verborū & rerū particeps, & ingrederis, nō amas? Et illi quidem fœdè amātes, totas substantias suas in mulieres profundunt, tu autem ita frigidus es ac foedus, infirmúsque & imbellis, vt vel sine sumptu amorem nō suscipias, qui honestissimus esset. Et quis, inquit, erit sic miser? Et quis sic efferus, vt auersetur & odio habeat amantem? &c. D E

Sed esto, ego vos non grau. ✲ Hieron. Per omnia se purgat, ipsorum semper conscientiam testem inuocans, simul & quomodo possint se cauere, demonstrans.

d *Nunquid,* Ambro. Fortè suspicarentur, ideo eum contempsisse, quia parua offerebantur: Sed nunquid circumueni, vt dicerent, si vultis pacatum habere Apostolum qui parua respuit, digna date?

Phil. 1 d

✲ Chrysost. vidisti quantum diligentiæ incrementum? Non solum seipsum ab accipiendo purum seruare, sed etiam eos qui à se mittebantur, sic instituit, vt ne paruam quidem carpere volentibus ansam det. Hoc multò maius erat eo, quod fecerat Patriarcha: nam ille quidem à victoria rediens, rege dante spolia non accipiebat, præter ea quæ illi comederant, hic autem necessario alimento, neque ipse vsus est, neque socios vti permisit, vt impudentium ora magis obturaret. Idcirco ipse Corinthios testes adducit, quòd ipsi nihil acceperint, vt ne ipse sibi videretur testis esse. Id quod solemus vti in valde manifestis, & in his pro quibus audemus aliquid. Non dixit, num quis accepit aliquid à vobis, sed rem vocat fraudem, carpens illos & ostendens, quòd ab inuoluntariis accipere fraus est.

☞ a Nonne

F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Præ. cæteris. Eccl. *A suis apostolis.*

2 Nisi quòd ego ip. non gra. vos. *accipiendo sumptus à vobis.*

3 Donate mihi hanc iniu. *Ironicè loquitur. Fecerat enim in hoc eis magnam gratiam. Et quia posset dicere aliquis pseudo apostolus, quod prius abstinuerat ab acceptione, vt postea plus hauriret. Ideo hoc remouet, di.*

4 Ecce tertio hoc pa. sum vē. ad vos. *Semel enim venerat, & iterum paratus fuit ad veniendum: vt dictum est, suprà j. ca. sed impedimentum veniendi fuit ex parte eorum: & tertiò erat paratus venire & venit.*

5 Et non ero grauis v. *i. non accipiam à vobis sumptus, sicut nec à principio. Cuius subdit causam, dicens.*

6 Non enim quæro quæ vestra sunt, sed. *s. adducere mecum ad salutem. Et ad hoc inducit similitudinem.*

7 Nec enim debent filij pa. thesauriza. *Thesaurizatio enim importat prouisionem in posterum. Filij autem naturaliter superuiuunt parentibus, & non econuerso, & ideo naturalis est inclinatio ad prouisionem filiorum, & non econuerso. Tamen filij de præcepto Dei tenentur honorare patrem & matrem, non solum eis reuerentiam exhibendo, sed etiam si indigeant necessaria ministrando. sed hoc non est thesaurizatio, quia non est prouisio imposterum. Quod autem principes dederant magnas diuitias prælatis ecclesiæ qui sunt patres eorum spirituales, fuit per modum dispensationis ad dandum pauperibus, & non per modum thesaurizationis, Consequenter ad aptat similitudinem ad propositum, dicent.*

Gal. 5. a

8 Ego autem. *Qui per euangelium vos genui, vt dicitur.* j. *Corinthiorum iiij.*

9 Libentissimè impendam. *vobis non solum spiritualia bona, sed etiam temporalia, sumptus mihi debitos non accipiendo.*

10 Et superimpendar ego ipse, &c. *q. pro salute vestra paratus sum sustinere mortem: Hoc enim debet prælatus facere suis subditis. vnde dictum est Petro. Ioh. vlti. &c.* Pasce oues, scilicet *exemplo, verbo, temporali subsidio.*

11 Licet plus vos diligens. *quàm alias ecclesias.*

12 Minus diligar. *à vobis. Et in hoc ostendit eorum ingratitudinem.*

13 Sed esto. *Hic remouet cauillationem duplicem pseudo apostolorum contra ipsum. Dicebant enim eorum aliqui. quod cautelosè dimiserat sumptus accipere, vt magis eos deciperet: sed per ministros suos intendebat plus leuare in absentia sua & sine verecundia. Et hoc est quod dicit:* Sed esto, ego vos non grauaui. *sumptus accipiendo.*

14 Sed cum essem astu. *i. cautelosus.*

15 Dolo vos ce. *modo dicto, vt imponunt mihi pseudo apostoli. Quod ostendit falsum di.*

16 Nunquid per ali. eorum quos mi. ad vos, &c. *q. d. manifestè patet quod non.*

17 Rogaui. Ti. *vt iret ad vos pro salute vestra.*

18 Et mi. cum il. fra. *s. Lucam.*

19 Nunquid Titus vos cir. *q. d. per effectum apparet omnibus quod non.*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ a *Nonne eodem spiritu amb.* Idem. Gratiæ totum tribuit, & ostendit quòd tota hæc laus, non à nostris laboribus, sed à spiritus dono bonum opus sit, & à gratia. Etenim maxima erat gratia, inopia pressos & esurientes nihil accipere propter docendorum ædificationem. A

quando ceu in alteram naturam tumor translatus fuerit. D

✲ HIERON. Propter hæc dicebat se seuerissimè vindicare. Quid faceret si nostris temporibus adueniret, quibus ad comparationem aliorum criminum, ista ne putantur quidem esse peccata.

b *Nonne eisd. vestig.* ✲ THEOPHYLACT. Non in minima quidem retramitem meum excesserunt, sed eandem exactam rationem, à nobis præmonstratam ostenderunt. Expende autem quomodo nedum seipsum erudierit Paulus, verumetiam suos commilitones, ne polluerentur omnino vel etiam iusta acceptione.

† Rursum

c *Olim puta. quod.* Iamdudũ forsan putatis: quod causa excusationis quasi reus dicam, quod non grauaui, sed dico, teste Deo, qui scit quod non circumueni vos. & non superbè, sed in Christo amplificando in vobis. B

a ¶ Vel eodem spiritusancto, vel eadem voluntate. b ¶ Ego & Titus. c Eisdem operationibus, per quas apparet voluntas. Vnde: A fructibus eorum cognoscetis eos.

a uenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem
b c vestigiis? † Olim putatis, quòd excusemus nos apud vos?

a ¶ i. teste Deo qui scit quod non circumueni vos. Et non superbe hoc dico, sed. ¶ Amplificando in vobis b ¶ Vera dico: Omnia autem, & de reuelatione, propter vos, vt pseudo repellatis.

d Coram Deo in Christo loquimur. Omnia autem charissimi

¶ Propter vos. ¶ Q. Præparate vos.

e f propter vestram ædificationem. Timeo enim ne fortè cùm

¶ Incorrectos. ¶ Contristans, puniens.

venero, non quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vo-

a ¶ s. timeo. b ¶ De meritis prælatorum. c ¶ Inuidiæ his qui minus.

bis qualem non vultis: † ne fortè contentiones, æmulationes,

a ¶ Cum latenter seminant discordias. b ¶ Vt qui maiora dona c ¶ Tumultus ad pugnam. d ¶ In reparatione rerum & vltione.

susurrationes, inflationes, seditiones † animositates, dissen-

a ¶ Odia inde orta. b ¶ Detrahit quis ei quem odit. c ¶ Sic prius. ¶ Tales inueniam.

g siones, detractiones sunt inter vos. Ne iterum cum vene-

a ¶ Affligat. b ¶ Ita quod. c ¶ Quia quidam egerunt pœnitentiam.

h ro, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex his

a Epistolam.

i k qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super

† iræ, concertationes.

1 g *Ne iterum cum ve-*
2 *nero humiliet me Deus.*
3 CHRYSOST. Gloria
4 est punire, impro-
5 perare, pœnas exige-
6 re, locum iudicis oc-
7 cupare: sed hoc hu-
8 militatē vocat, adeò
9 absunt ab humilita-
10 te illa, quòd aduen-
11 tus corporis infir-
12 mus, & sermo con-
13 temptus, quia per-
14 petuò voluisset sic
15 placidus esse, & con-
16 trarium deprecaba-
17 tur: & dicit in pro-
18 cessu illud manife-
19 stius, humilitatém-
20 que potissimum pu- E
21 tat, in tantam inci-
22 dere puniendi ne-
23 cessitatem. Et cuius
24 rei gratia non dicit,
ne veniens humilier,

✲ CHRYSOST. Vidisti quomodo vbique metuit, ne adulationis suspicionem admittat? Vbi vidisti sapientiam Apostolicam? Etenim antea dixerat: non iterum nosipsos commendamus? & in prœmio epistolæ: num opus habemus commendatitiis epistolis?

Suprà 5. Ibidem 3.

d *Omnia autem.* Iterum illos curat, & non manifestè dicit, quod propter infirmitatem vestram non accipimus, sed vt ædificemus vos, Dicturus magnum & molestum quidam, ea propter & deffensionem ponit dicendo, quod omnia pro vestra ædificatione, & apponendo.

e (*Timeo ne forte cùm venero.*) quod asperius dicendum præmitigat, hoc enim iam non erat peruicaciæ, neque authoritatis doctoris, sed curæ paternæ: quando eos qui peccarunt correcturus, metuit ac tremit.

f *Ne forte contentiones.* ✲ THEOPHYLACT. Primum positurus erat, inflationes, aduersus ipsum enim arrogantes, & elati, pseudoapostolos honorabant: attamen ne videatur quæ sua sunt quærere, quod publicum est primum dicit. Ab emulatione enim & inuidia omnia alia nascebantur, ac rursus ab iis emulatio accendebatur. Contentio autem dicitur, quando quisquam per litem prouocat alterum super quapiam re. Murmurationem autem calumniam vocat. Inflationes quæ ad ostentationem & arrogantiam spirant, tumidósque mores, vel quando C

sed ne venientem humiliet Deus? Quia nisi per illum aduertissem, non curassem. Neque enim quasi potestatem habens & ferox pœnam exigo, sed propter illius præceptum.

h *Et lugeam multos.* ✲ HIERON. Hoc est contra Nouatianos pœnitentiæ negatores, si enim luget pœnitentiam non agentes, vtique de agentibus dolet.

i *Et non egerunt.* AVGVST. in homel. Non sufficit mores in melius commutare, & à malis recedere, nisi de his quæ facta sunt satisfiat domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

Augu. serm. 181 de tēp. & epist. 181.

✲ THEOPHYLACT. Apostoli hîc viscera & miserationem animo voluta: nam pro aliorum delictis ipse luget. Non dixit autem omnes, sed multos, nec simpliciter qui peccarunt, sed quos non pœnituit suorum delictorum, hi enim digni sunt luctu, qui in vulnere, nullam adhibentes medicinam, permanent.

✲ CHRYSOST. Hoc enim potissimum doctoris est, sic condolere discipulorum calamitatibus, & lugere ac deplorare subditorum vulnera.

k *Super immunditia & fornic.* ✲ HIERON. Impudicitia grauior est fornicatione, quasi monstruosa turpitudo, sicut ille fecit qui vxorem patris accepit. F

✲ CHRYSOST. Etiam hoc loco scortationem obscuriùs ☞ insinuat.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Nonne eodem spi. am. *s. ego & ipse. Spiritu enim sancto eos instigante iuerunt ad prædicandum Corinthijs.*
2 Nonne eisdem ve. *q. d. sic. s. Christi vestigia sectando.*
3 Olim. *Hic remouet secundam cauillationem. quia aliqui dixerunt ipsum scripsisse epistolā se excusans falsis verbis & ficticijs vtendo, hoc remouet dicens:* Olim putatis. *per informationem falsorum apostolorum.*
4 Quod excusemus nos apud vos. *vtendum verbis mendacibus: quod non est verum. Ideo subdit:*
5 Coram Deo. *Cuius oculis nuda & aperta sunt omnia. Heb. iiij.*
6 In Christo lo. *i. in veritate quæ Christus est. Et est modus asserendi veritatem.*
7 Omnia autem. *Hic Apostolus ostendit necessitatem suæ commendationis propter mala quæ Corinthij commiserant. Ad cuius euidentiam sciendū quod post conuersionē suam inciderant in peccata carnalia, occasione illius nefarij quod patris vxorem habebat, de quibus se correxerant per primam epistolam in parte, sed non totaliter: insuper alia peccata spiritualia commiserant à falsis apostolis decepti. Ideo dicit:* Omnia autem charis. *quæ dixi ad meam commendationem.*
8 Propter vestram ædifi. *hoc feci.*
9 Timeo *propter peccata quæ incurristis.*
10 Ne forte cum. *ad vos præsentialiter.*
11 Non quales volo inue. vos. *s. rebelles & incorrectos.*
12 Et ego inue. à vo. qualē non vultis. *s. asperè corripientem, & rebelles Sathanæ tradentem in afflictionem carnis. Et subdit causam, dicens:*
13 Ne fortè conten. *de baptismis & baptizatis, vt habetur. j. epistola. j.*
14 Emulationes. *id est inuidiæ.*
15 Animositates. *i. voluntates nocendi alterutrum.*
16 Dissensiones. *i. diuisiones animorum ex quibus oriuntur prædicta, & etiam sequentia.*
17 Detractiones. *denigrando famam proximi manifestè.*
18 Susurrationes. *occultè. Dicitur enim susurro ab auris sono, quia loquitur malum in aure.*
19 Inflationes. *scilicet superbiæ.*
20 Seditiones *i. perturbationes ecclesiæ.*
21 Sunt inter vos. *Ex falsorum apostolorum receptione.*
22 Ne iterum. *resumatur. Timeo positum, suprà.* Ne iterum cum, &c. *i. mentem meam affligi permittat.*
23 Et lugeam m. *i. ante scripturam huius epistolæ.*
24 Et non ege. *pœ. s. peccato contra naturam.*

✲ 1 Et for-

☞ insinuat. At si quis diligenter inquisierit, inueniat hoc nomine omne genus peccati vocari: Nam licet per excellentiam scortator & adulter vocetur inmundus, attamen A

a ¶ Luxuriam contra naturam. b ¶ In meretricibus vel coniugatis. ¶ Cum liberis à viro. ¶ Quasi assidue.

immundicia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. 1 2

etiā alia peccata inmunditiam faciūt in anima. Propter hoc certè & Christus Iudæos inmundos vocat, non scortationem illis improperans sed & alia vitia, &c. D

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et fornicatione *simplici, quæ est soluti cum soluta.*
2 Et impudicitia, *idest, violatione virginum. Et dicit,* lugeam: *quia sicut gloria patris est filius sapiens, ita malitia filiorum dat patri materiam lugendi.*

ADDITIO I.

In ca. xij. vbi dicitur in Postilla: Siue in corpore, siue extra corpus.

Hæc verba Apostoli, cum dicit: Siue in corpore, siue extra corpus, &c. *diuersimodè à diuersis exponuntur: prout in secunda secundæ q. clxxv. arti. vi. in corpore quæstionis. inter quas expositiones ponitur hæc quæ est in Postilla. & est Aug. super Gen. ad literam vt in prædicto arti. & videtur magis consona literæ.*

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postilla: Et audiuit arcana verba, &c.

Ex hoc quod dicitur hic: Et audiuit arcana verba: non videtur haberi quod Apostolus vidit diuinam essentiam. Diuina enim essentia nō verè significatur per arcana verba: cum in diuinis tantū vnum verbum est, non autē plura. Similiter ex hoc quod sequitur: Quæ nō licet homini loqui. *nō habetur quod arcana illa erant incōprehensibilia seu inenarrabilia. De talibus enim non dixisset, quod erant arcana quæ non potest explicare seu enarrare. Sed cum dicit:* Quę non licet, *potius arguitur oppositū. s. quod si licuisset loqui potuisset ea enarrare. Vnde ad habendū sententiā huius dicti: Et audiuit arcana verba, Considerandū est, quod sicut sanctus Tho. in prima parte. q. xij. arti. ix. in responsione primi argumenti ponit, aliquæ sunt potentiæ cognoscitiuæ, quæ ex speciebus primò conceptis alias formasse possunt. & sic Paulus vel quicunque alius videns Deum ex ipsa visione essentiæ diuinæ potest formare se in similitudines rerum quæ in essentia diuina vidētur: quæ remanserunt etiam postquam desiit essentiam diuinam videre. de quibus potest intelligi, illud apostoli: Audiuit arcana verba: & quia illa erant secreta, licet enarrabilia, ideo de ipsis dicit:* Quę non licet homini loqui. *q. d. si licuisset loqui explicarem illa. Nec mirum, quod Paulus talia secreta post visionem diuinæ essentiæ in memoria retinuisset, cum etiam prophetæ aliqua sibi reuelata in secreto custodiebant, vt patet. Isa. viij. & Dan. vl. Et quia ista visio, quà videntur res per species sic conceptas est valde minor, à visione, quà res videntur in Deo, ideo istam visionem vocat auditum. dicens, Audiuit arcana. Auditus enim est sensus minoris perfectionis quàm visus. Si autem quæratur vnde habuit Aug. quod Paulus vidit diuinam essentiam. si ex verbis prædictis. s. audiuit arcana verba, &c. hoc non habetur, Dico quòd sententia August. habetur ex hoc, quod Paulus testatur in eodem capitulo, se fuisse raptum ad paradisum. Per quod intelligitur secundum glo. cælum empyreum, vbi angeli & sanctæ animæ fruuntur Dei contemplatione. ad quod cælum seu paradisum cum dicit se raptum, significat quod Deus ostendit ei vitam in qua videndus est in æternum à beatis, quæ quidem vita solum consistit in clara diuinæ essentiæ visione. vnde ex hoc ostendit, quod Paulus vidit diuinam essentiam, ex quo præmia beatorum vidit: & hoc fuit prænosticatum de Paulo Act. ix. cum de eo Christus dixit Ananiæ:* Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. *Ex hoc enim quod præmia beatorum vidit raptus in paradisum, manifestè fuit ei ostensum, quod non sunt condignæ passiones huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, ad Roma. viij. d. Ex quo manifestè ostenditur, quanta oporteat eum pati pro nomine Christi, &c.* B C

REPLICA. In capitulo. xij. vbi dicitur de raptu Pauli, illum passum exponit Postillator sicut beatus Aug. quod videlicet in illo raptu viderit diuinam essentiam. Bur. libenter obijceret, sed quia vidit factum illud non tam Postil. quam beati Aug. vix potuit abstinere motus debilibus rationibus. Primo arguit, quod non potest haberi ex hoc Apostolum vidisse diuinam essentiam, quod dicitur: Audiuit arcana verba *cum ibi sit vnicum verbum, non verba. apparet obiectio tentatiua. dicitur tamen ad eam, quod quamuis sit in diuinis tantum vnicum verbum personale, sunt tamen ibi plura relucentia in essentia diuina, quæ est secundum beatum Aug. plena omnium rationum viuentium, ad quæ artifex respiciens ne videretur irrationabiliter operans alia ratione condidit hominem, alia ratione equum, &c. Illæ enim rationes bona similitudine verba dici possunt, quia significatiua. Hæc autem dicit Apostolus se in essentia diuina audisse. i. vidisse. vnde potest haberi Apostolum vidisse diuinam essentiam. quia non potuit videre id in quo relucent, sicut nemo potest videre formas resultantes in speculo nisi videat speculum. Secundò mouetur, quod non potest haberi Apostolum vidisse diuinam essentiam. Et hoc est quod dicitur:* Quę non licet homini loqui. *Potius enim dixisset, quæ non potest homo loqui, ideo ex illa litera potius habetur, dicit Burgen. quod non viderit diuinam essentiam: quia sonat: si liceret loqui, quod posset. quod de essentia diuina est impossibile. Ad quod dico, quod sicut diuina essentia est visibilis ab homine, ita enarrabilis. Non est autem visibilis quantum videri potest, quia tunc homo infinitum infinitè videret & adæquatè sicut Deus se videt: hoc autem impossibile est: ita etiam ab homine inexplicabile est videlicet ad plenum. Si enim homo essentiam explicare posset quantum dicibilis est, posset ex essentia diuina visa generare verbum substantiæ eiusdem personale: sic enim solus pater explicat dicendo verbum. si igitur Apostolo licuisset. vtique loqui potuisset ea quæ vidit. Sed illud quod vidit simpliciter inexplicabile est, sicut ab homine etiam visibile, vt dictum est. Istam responsionem probat Burgen. per sanctum Tho. parte. j. q. xij. prout hic eum allegat. Respondeo autem ad omnes Burgen. tentationes simul, quod si ex vna parte literæ non haberetur Paulum vidisse diuinam essentiam prout arguit, habetur tamen ex summa literæ totali, videlicet, quod raptus ad paradisum. i. locū beatitudinis, quia audiuit arcana, quæ audita loqui non licuit, &c. Id quod Bur. dicit prænosticatam illam Apostoli visionem, non videtur multum rationabile, quia cum dicitur: Ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati, ex hoc non habetur, quod Deus ostenderit ei essentiam suam: quia circa visionem essentiæ diuinæ potuit ostēdere ei per spiritum, vel alia visione cuncta per eum sustinenda. Etiam visis quocunque modo passionibus omnium sanctorum non solum Apostoli, non sequitur essentiam diuinam beatissimè & clarè visam: quia non sunt comparabiles passiones temporales ad gloriam sempiternam. Ait enim idem Apostolus ad Ro. viij.* Non sunt condignæ passiones, &c. E F

Si Paulus essentia diuinam viderit.

CAP. XIII.

a *Ecce tertio, &c.* ✲ THEOPHYLACT. Perinde ac Deus multa interminatur, semper autem cunctatorem agit, in inferendo supplicio: hũc admodum imitator eius Paulus haud pauca testificatur ante aduentum suum vt scriptũ est, inquiens, corā duobus aut tribus omnem controuersiam sisti: hanc ad rationē tribus meis aduentibus, omne verbũ quo interminatus sum vobis, statuetur aduersus vos, & planè cũ authoritate perficietur, nisi respueritis mēte vestra sanctioribus cogitationibus imbuta. Testimoniũ enim loco, aduentus suos ponit. ☞ a *Non par-*

¶ Timeo ne tales inueniam vos & cauete, quia ecce certum sit hoc tertio apparatu, non quod iam bis venisset. a ¶ Et tunc testibus probabitis. si quid quæretur, etsi culpam inuenero, non parcam sicut prædixi bis cum præsens, & modo prædico vt tunc bis prædixi.

a Ecce tertiò hoc venio ad vos: † vt in ōre duorum 1 2
vel trium testium † stabit omne verbum. 3 4

† Deut. 17. b Mat. 18. b Ioh. 8. c Heb. 10. c 2 q. 5. in pri. & c. placeat.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

✲ 1 Ecce. *Postquam Apostolus multa locutus est contra falsos apostolos, hic consequenter inuehitur contra complices suos. Et diuiditur in duas: quia primò vituperat falsis prophetis inhærentes. Secūdò, commendat in vera doctrina persistentes, ibi:* De cætero fratres. *Prima in tres: quia primò comminatur eis sententiæ seueritatem. Secundò, declarat suam iudiciariam potestatem, ibi:* An experimentum. *Tertiò inducit eos ad correctionem, vbi:* Vosmetipsos. *Circa primum dicit:* Ecce venio, *idest cito veniam personaliter.*
2 Tertio hoc. *Non quia bis ante fuisset, sed quia semel fuerat & iterum semel paratus fuerat venire, sed impedimentum fuerat ex parte ipsorum.* 3 Vt in ore. *s. accusantium vel testificantium.*
4 Stabit omne. *ad puniendum acriter sic conuictos.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A

a *Non parcam* Post tot correctiones, si se non emendant, non debet eis parci.

b *An experimentum.* Moris diuinæ scripturæ personæ Dei tribuere, quod in nobis facit. sicut Apostolus locutionem ipsam illi tribuit, cuius munere loquebatur. i. Christo. De quo subdit.

✠ Hieron. Qui post documēta priorum peccauerint, nō ipsis parcam: quia antecedentium ruina, sequentes debet facere cautiores.

vt enim.

An experimentum quæritis eius qui, &c. ✠ Theophylac. Cum magna indignatione ad cōtemnentes ipsum, veluti imbecillem & contemptum hæc dicit. Postquam enim vultis explorare num Christus in me commoretur, ac propterea me ridetis ceu infirmum ac Christi inanem, agnoscetis omnino, ni vitam morésque vestros correxeritis. Commonstrat autem spiritualia esse quæ loquatur verba, deincepsque metuendas esse minas suas, ceu loquentis sint Christi. Non ideo autem puniebat illos, velut probationem aut experientiam daturus: verum qui irremedicabiliter delinquitis, si cogar, inquit, pœnam sumere de vobis, adeóque punire vos, sentietis per opera ipsa explorationem quam inquiritis.

† cōstituetur. Augu. tract. 44 in Io. & in psal. 4.

B

c *Qui in vobis.* Non infirmus, sed potens apparuit cum dona dedit. Quod experti, ne dubitent se ab eo posse puniri.

Qui in vobis non infirm. ✠ Theophylact. Verisimile erat eos iam antea expertos esse Dei potentiam: Ait igitur: quia iam antea experimentum accepistis, omnino nouistis quod in vos non sit infirmus, sed fortis poténsque. Vel quia iam nunc potentiam suam in vobis demonstrat, qua efficit vt vos possitis emendari, percutiens vos nunc, vt in futuro seculo dimittat: erga infideles autem ostendit potentiam suam in die iudicij.

d *Nam & si crucifi.* ✠ Hieron. Quod crucifixus est, nostræ est infirmitatis: quod viuit suæ virtutis.

✠ Chrysost. Hoc loco infirmitatem dicit, non quæ erat, sed quæ ab infidelibus putabatur. Non hoc igitur dicit, qui cum infirmus esset, crucifixus est. Absit: nam quòd omnino potuisset non crucifigi, ostendens, alibi prostrauit hos, qui capere conabantur, ita vt supini caderent: alibi radios è corpore emittit transfiguratus, alibi ficulneam arefacit, & oculos eorum qui ad se veniebant excæcat, & innumerabilia alia facit. Quid igitur est, quod dicit, ex infirmitate? Licet crucifixus sit periculum & insidias ferens (nam hæc admitto infirmitatem vocari) attamen nullum damnum sensit.

Ioan. 18.b Matth. 17.a Matth. 21.b

C

e *Sed viuit ex virtu Dei.* ✠ Theophylact. Hoc est Patris siue sua ipsius. Nam quæcunque patris sunt, etiam ipsius sunt: & quæ ipsius sunt patris sunt. Proinde etiam seipsum excitauit, æquè ac prædixit: Soluite templum hoc, & ego excitabo illud. Hæc autem omnia dicit Paulus quia contemnebant ipsum, vt qui persecutionibus & insidiis esset obnoxius, atque ex infirmitate hęc eũ pati existimabant. Ob oculos itaque ponit, quòd Christus ex hac infirmitate nihil damni acceperit.

D Ioan. 2.

¶ Alias bis. ¶ Etiam.

Prædixi enim, & prędico, vt præsens † vobis, & nunc absens, 1

¶ Epistolam. ¶ Qui post peccauerunt.

his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus quoniam si ve- 2

¶ Poteris ne? ¶ Vultis experiri, si Christus potest? vt non dicam ego possum, sed Christus in me, qui in me loquitur.

a b nero, iterum non parcam. † An experimentum quæritis eius, 3

¶ Et minas & omnia. ¶ Inter vos.

c qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, 4

¶ Potens nam. ¶ Humanæ naturæ. 5

d sed potēs est in vobis. Nam & si crucifixus est ex infirmitate: 6

¶ Ex eo quod Deus. 7

e sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo, sed 8

f a ¶ Et quia non parcam, & puniendi potestatem habeo. b ¶ i. per eum habebimus potestatem à Deo. 9

c ¶ Iudicandis hic & in futuro. d ¶ Et ideo quisque se. ¶ Considerate per actus. 10

g viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. Vosmetipsos tētate, 11

h ¶ Et si in fide. a ¶ An in operibus sitis bonis, in quibus debent esse fideles. ¶ Ideo dico probate. 12

i si estis in fide ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmet- 13 14

a ¶ Per fidem & bona opera ex priori institutione ¶ Et vtique. b ¶ Ab eo quod prius habuistis. 15

ipsos: quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis? 16 17

f *Nam & nos infirmi.* Viuit & si prius infirmus. *Nam & nos* multo minores licet *infirmi in il.* i. licet ad imitationē eius multa patimur à perfidis, *tamen viuemus.* i. potestatē habebimus per eum in vobis iudicandis. Vel, *viuemus in.* i. in simili beatitudine cum eo. & hoc *in virtu. Dei:* quod tale est *in vobis.* i. in conscientiis vestris.

† absens cũ essem, iterũ & ita absēs nũc scribo. Augu lib. 1. de Trinit. † 18. q. 1. c sic enim ante si.

✠ Chrysost. E

Quid est infirmi sumus? Persecutionem patimur, vexamur, extrema patimur. Sed quid in illo? Propter prædicationem, inquit, & fidem quæ in illum. Quod si dura & grauia sustinemus propter eum, manifestum quod & præclare habituri sumus.

✠ Hieron. Siue, qui nos quasi infirmos prouocatis, inuenietis nos viuere cum Christo, in virtute Dei, cum in vos vindicare cæperimus. Siue nos quidem in præsenti infirmamur, sed in futuro cum illo, non in nostra, sed Dei virtute viuemus.

g *In vobis.* Vel erga vos. Mors illata à perfidis vita est erga credentes, quia virtute Dei resurgentes viuent cum Christo.

h *Vosmetipsos tent.* ✠ Theophylact. Si velitis vos ipsos explorare, videbitis in vobisipsis Christum: siquidē omnes habetis fidem (credentes enim tum miracula ędebant) vel fidem simpliciter, vel signorum, quæ specialior est. Proinde si in vobis discipulis Christus est, multò potius in me præceptore vestro est.

✠ Hieronymus. Si in fide estis, & in vobis vos cognoscite: date sententiam in peccante, & videte si non statim cum vestro verbo vindicta procedat.

i *An non cognoscitis vosmetipsos, &c.* ✠ Theophylact. Hoc est, nisi quid excideritis è gratia signorum, quam accepistis. Innuit autem clanculum eos vita corruptos esse. Quia enim plerique fidem habentes miraculorum fuerunt destituti exibitione & operatione, vt videtur, inquit, non agnoscitis vosipsos, quod Christus Iesus est in vobis? Non est autem in vobis, eò quod moribus sitis reprobi. Non certò autem hoc expressit, sed ambiguè posuit, ne acerbius eos feriret ac incesseret. F

☞ a *Spero*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Prædixi enim &, *idest, moneo primò & secundò. debet enim monitio præcedere sententiam, vt per hoc reducantur peccatores ad veritatem: quod si monitio non sufficit, feratur sententia, ne mali magis insolescant.*

2 Quoniam si venero iterum. *peccanti enim semel parcendum est, sed si recidiuat adhiberi debet punitio, ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinquendi.*

3 An experimentum, &c. *quia posset aliquis quærere, qua autoritate sit puniens nos, ideo consequenter hic ostendit suam iudiciariam potestatem à Christo sibi commissam, dicens:* An experimentum. *q.d. sic quærendo quæritis experiri potestatem Christi loquentis in me: quia quidquid dico vel facio, ad instructionem vel correctionem vestram autoritate Christi facio.*

4 Qui in vo. *q.d. hæc virtus Christi in me existens satis declarata est in vobis per miracula vobis exhibita.*

5 Nam & si cru. *s. Christus.*

6 Ex infir. *ex nobis assumpta.*

7 Sed vi. *æternaliter.*

8 Ex virtute. *est enim verus homo & verus Deus.*

9 Nam & n. *qui Christo conformamur.*

10 Infirmi sumus in illo. *i. tribulationes sustinemus propter illum.*

11 Sed viuemus cum eo. *s. in gloria*

12 Ex virtute Dei in vo. *i. per quam vobiscum resurgemus.*

Aliter etiam exponitur: Nam & nos infir. *idest, licet sumus infirmi ex humana conditione, tamen ex virtute Dei sumus potentes inter vos per operationem miraculorum.*

a ¶ Propter apoſtolatus affectum,& vt ſciret Petrus me ſibi coapoſtolum. 9 b ¶ Receptus ab eo vt verax & coapoſtolus,oſtendit ſe in nullo diſſentire ab apoſtolis,vt ſuſurrabant æmuli ſui.
m Ieroſolymam videre Petrum: & manſi apud eum diebus 10

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ſecundo,quod neque etiam poſt ipſam ibi:*Cum autem. *Primum autem manifeſtat per hoc quod ante conuerſionem ſuam inquantum poterat, perſequebatur euangelicam doctrinam & obſeruatores eius. Ex quo patet, quòd tunc non ſtuduit eam ad inſtruendum alios, nec ad diſcendum eam ab aliis:Et iſta erant nota illis quibus ſcribebat.ideo dicit.*Audiſtis e. *Et patet litera vſque ibi.*

1 Æmu.exiſten.*i.Zelator.*

2 Paternarum mearum traditionum. *Tunc autem apud Iudæos erant aliqua tradita patribus à Moyſe,ſcilicet quæ ſcripta ſunt in lege.Et aliqua erant tradita à patribus aliis minoribus, quæ vocabãtur traditiones ſeniorum,vt patet Mat.xv.Et ambarum traditionum erat apoſtolus zelator ante ſuam conuerſionem.*

3 Cum autem. *Hic conſequenter oſtendit,quod nec poſt cõuerſionem ſuam habuit per viam humanam: quia ſtatim iuit ad prædicandum Gentilibus fidem catholicam per tres annos antequam videret apoſtolos vel alios diſcipulos,qui poſſent eum docere de fide catholica. & hoc quod dicit:*Cum autem placuit ei. *Vocatio enim ſua euidenter fuit ex diuino placito:quia fidem Chriſti perſequebatur actualiter quando fuit vocatus, vt patet Act.ix.*

4 Qui me ſegregauit ex vtero matris meæ. *i.de medio ſynagogæ.*

5 Continuo non acquieui carni & ſangui. *id eſt, ad Iudæos, de quorum ſanguine ego ſum non acceſſi.*

6 Neque veni Ieroſolymam. *vbi erant apoſtoli & alij diſcipuli in lege euangelica inſtructi.*

7 Sed abij in Arabiam. *ad prædicandum Gentilibus legem euangelicam,ad quod eram vocatus. vt præmittitur, vt euangelizarem illum in Gentibus. Prædicatio autem præſupponit notitiam. Ex quo patet, quòd Apoſtolus habuit notitiam euangelij, non per doctrinam hominis, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti:quia non eſt medium:quia ſi habuiſſet etiam per miniſterium angelicum adhuc ſequitur, quòd hoc fuiſſet à Chriſto principaliter.*

8 Et ite.reuer.ſum Dama. *vbi primo diſputauerat contra Iudæos.*

9 Deinde poſt annos tres,&c. *id eſt, poſtquam tribus annis prædicaueram:& ſic non habui notitiam euangelij à Petro.*

10 Et manſi apud eum die.quinde. *quaſi dicat. Si indiguiſſem ab eo doceri, tamen tam paruo tempore non potuiſſet me docere veritatem euangelij.*

✠ Alium

☞ a *Iacobum fra.do.* Hier. Quia hic Iacobus fuit filius Ioſeph, A qui pater Ieſu dictus eſt. Sed non eſt hoc ratum, cum Ioſeph virgo fuiſſe creditur. Alia ergo cauſa quærenda eſt, quare frater domini dictus ſit,ſicut Ioſeph & Simon & Iudas. Vnde in euangelio dicitur: *Ecce pater tuus & mater tua & fratres tui,&c.* Vt ergo liqueat quare fratres dicuntur.

Mat 3.d

✠ Theophyl. Erat autem & Iacobus, cuius & cum honore meminit fratrem domini appellans, adeò ab omni inuidentia alienus erat. Atqui ſi voluiſſet ſignificare, potuiſſet dicere Cleophæ filiũ: Neq; enim ſecũdum carnem frater erat domini ſed putabatur.

† hic rumos apud illos erat

B Ambros. Sciendum eſt quod Maria mater domini, Ioachim & Annæ filia fuit: quæ nupſit Ioſeph: & ita Ioſeph fuit putatiuus pater Chriſti. Mortuo autẽ Ioachim Cleophas frater Ioſeph eandem Annã accepit vxorẽ: & genuit ex ea filiã, quam vocauit Mariã,quæ nupſit Alphæo, qui genuit ex ea filios. ſ. Iacobum Ioſeph:Simonem & Iudã. Mortuo autem Cleopha,quidam Salome eandem Annam duxit, & generauit ex ea filiam nomine Mariã.quæ nupſit Zebedæo,& habuit ex ea filios. ſ. Iacobum,qui dictus maior:& Ioannem euangeliſtam.*Tres ergo viros Anna habuit & tres filias.

* Nec hoc ſatis exploratum aut certum eſt. Iacobus quare Alphæi, minor frater domini.

Nunc videndum quare Iacobus Alphei:& minor & frater domini dictus ſit. Minor dictus eſt, ad differentiam Iacobi Zebedæi:qui maior dictus:non ſecundum tempus, ſed quia prior ſecutus dominum. Itaque Iacobus Alphæi:minor: quia poſterius Chriſto adhæſit. Frater verò domini dictus eſt,vt quibuſdam placet,quia filius fuit materteræ Chriſti. Vel propter ſimilitudinem ſanctitatis, vel quia nepos fuit patrui Chriſti.i. Cleophæ. Hebr.enim conſanguinitate Germana ex parte patrum coniunctos fratres vocant. vnde Hieron. dicit intelligi fratrem domini hunc Iacobum & fratres eius his verbis, Quidam ſequentes deliramenta apocryphorum, ſuſpicantur fratres domini foris ſtãtes eſſe filios Ioſeph de quadam muliercula. Sed conſobrinos domini hic intelligere debemus.ſ.filios Alphæi & materteræ eius matris Iacobi minoris,& Ioſeph & Iudæ. Quatuor enim modis in diuinis ſcripturis fratres dicimus. ſ. natura,gente,cognatione,affectu. Natura,vt Eſau:& gente,vt omnes Iudæi inter ſe. vnde in Deut. *Si emeris fratrem tuum,&c.* Et item: *Conſtitues ſuper te principem,quem dominus elegerit,qui ſit de fratribus tuis.* Porrò cognatione fratres vocantur, qui ſunt de vna familia, cum ex vna radice turba diffunditur. ſecundum quod Abraham in Geneſi fratrem appellat Loth.dicens: Non ſit rixa inter me & te, quia fratres ſumus. Sic & Iacob & Laban fratres dicuntur. Affectu etiam fratres dicuntur, ſecundum quod omnes Chriſtiani fratres vocantur, vt ibi: *Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum.* Et dominus ait: *Vade & dic fratribus meis.* Porrò in communi omnes homines fratres dicuntur,quia ab vno patre nati ſunt. Illos ergo fratres Chriſti appellatos, intelligite cognationis priuilegio. *Fratrem do.* Mos Iudæorum eſt mares propinquos in genere appellare fratres.

Hieron lib. aduerſus Heluidium. Fratres qui duplices Deut.15.c Ibi.17.c. C D Gen.13.b Pſal.132.a Mat.28.c

b *Co. Deo.* Iurat vt credant,quia proficit iſtis. Neceſſitate enim compulſus iurat,quia niſi hoc faceret, non crederent ei: quibus non expedit, vt non credant. Et ideo quia plus eſt quàm eſt eſt, non non:hoc quod amplius eſt à malo eſt:& ſi non à malo iurãtis,à malo eſt non credentis. Ideóque non ait Apoſtolus:Si quis autem plus facit,malum eſt:ſed quod amplius eſt à malo eſt. Mat 5.f E

✠ Chrysost. Vides in omnibus ſimiliter elucentem huius ſancti animi modeſtiam. Neque enim aliter quàm ſi apud tribunal periclitaretur, eſſétque perpeſſurus ſentẽtiam ac pœnam, ita ſtuduit excuſare ſeſe.

c *Deinde veni in part.Syr.&c.* ✠ Theophyl. Vt Petrum ſolummodò videret,in Iudæa demorãs, rurſus ex ea diſcedit,quod gentibus duntaxat eſſet miſſus præco. In hoc calumniabantur eum,quòd in Iudæa prædicaſſet circunciſionem: At,Quomodo, inquit, prædicaſſem ipſis circunciſionem, qui facie eram illis incognitus.

✠ Hier. Notandum quia per triennium Paulus eccleſiis Iudææ erat incognitus.

d *Et in me glorifi. Deum.* ✠ Chrysost. Non dixit admirabãtur me,laudabant,ſtupebant: ſed declarauit totum eſſe gratiæ: dicens Deum glorificant in me.

✠ Hieronymus. De re difficili, maxima naſcitur admiratio:& laudabatur qui hoc ſolus poſſet efficere. De falſis fratribus,& de Petro in circunciſione, de Paulo vero in gentibus ordinatis. F

¶ Ita conſtat quòd nec ab aliis didici.
a quindecim. Aliũ autem apoſtolorum vidi neminem, niſi Ia- 1
a ¶ Quia filius Ioſeph,qui pater Ieſu dictus eſt. ¶ De me. 2 b ¶ Omnibus patet: quod non mentior,& hoc dico coram Deo. i.teſte Deo.
b cobum fratrẽ domini. Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram 3
a ¶ Poſtquam à Petro diſceſſi. b ¶ Prædicare. 4
c Deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Cili- 5
a ¶ Nec eccleſiæ me docuerunt. b ¶ Præſentia corporis.
ciæ. Eram autem ignotus facie eccleſiis Iudææ quæ erant in 6
¶ In fide Chriſti.
a ¶ De me. ¶ i.quod de me audierant memoriæ mandauerunt.
Chriſto. Tantum autem † auditum habebant: quoniam qui
a ¶ Dum infidelis erat. b ¶ Chriſti.
perſequebatur nos aliquãdo, nũc euangelizat fidem, quam
a ¶ i in mea conuerſione,vel exemplo meo prædicantes, in quo eis profui:vel agentes gratias Deo,qui gratia ſua me conuertit. b ¶ Vel clarificabant,vel magnificabant.
d aliquando expugnabat, & in me glorificabant Deum.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Alium au.apoſt.&c. *à quibus poſſem doceri.*

2 Niſi Iaco.*ſ.illa vice:quia poſtea vidit Ioannẽ,vt habetur infrà ij. ca.*

3 Fra.do. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Iacobi qui fuit frater Ioannis.dicitur autem iſte frater domini, quia erat ſibi valde ſimilis in facie & in omnibus liniamentis corporis.*

4 Quæ au.ſcri.vo. *In hoc per iuramentum aſſerit etiam prædicta.*

5 Dein.ve.in par.Sy & Cili. *ad prædicandum Gentilibus.*

6 Eram au.ig fa.ec. *i.quæ erant in Iudæa. Et dicit:*Facie. *quia notus erat eis per famam,vt patet ex litera ſequenti.*

CAP. II.

a *Deinde poſt an. qua.* A paſſione domini,quãdo cõuerſus ad fidẽ venit, ſicut Beda ſuper Act. apoſtolorum ſcribẽs demonſtrat.

b *Et contuli cum illis.* Hiero. Oſtendit ſe non habuiſſe ſecuritatem euangelij, niſi eſſet autoritate Petri & aliorũ roboratum.

Avg. Apoſtolus enim Paulus poſt Chriſti aſcenſionẽ de cælo vocatus,ſi non apoſtolis cõmunicaret,& cũ eis euãgeliũ conferret:quod eiuſdẽ ſocietatis eſſe apparet,& illi nõ crederẽt. Sed cum cognouiſſent eũ hoc annunciãtem quod illi, & in eorũ cõmunione & vnitate viuentẽ, accedentibus etiã per eũ talibus ſignis qualia & illi operabãtur:ita eũ domino cõmendante autoritatẽ meruit, vt verba illius ſic audiãtur in eccleſia, tãquã in illo. Chriſtus (ſicut ipſe veriſſimè dixit) loquutus audiatur. *Non pro his inquit tantũ rogo.*ſ.pro diſcipulis qui cum illo tunc erant, *ſed etiã qui futuri erãt.* Quotquot enim poſtea crediderũt in eũ, crediderũt per verbũ eorũ. i. apoſtolorum. i.per euangeliũ. Quiſquis enim in Chriſtũ credit, euãgelio credit:quod dictũ eſt eſſe verbum eorum, quia ab eis eſt primitus ac præcipuè prædicatũ. Iam enim ab ipſis prædicabatur quando per reuelationẽ Chriſti ipſum verbũ eorum Paulus accepit: & per verbum hoc (& ſi non per eos) cum accepiſſet à Deo illud, credidit Paulus. vnde & contulit cum illis euangelium. & dex- ☞ tras

lib.28. contr. Fauſtũ. c.14. Aug. tracta. 106. in Ioã. lo.17.

CAP. II.
¶ Poſt prædicationem Syriæ & Ciliciæ.
Deinde poſt annos quatuordecim, iterũ 1
a ¶ Pro ſitu terræ. b ¶ Qui de Iudæis. ¶ Quibus hinc inde teſtibus pateret falſum eſſe,me aliud Gentibus,aliud Iudæis prædicare.
aſcendi Ieroſolymã cũ Barnaba, aſſum- 2
a ¶ ¶ Qui Gentilis. ¶ Non ſolum mea diſpoſitione,ſed. ¶ Dei.
pto & Tito. Aſcẽdi autẽ ſecũdũ reuela- 3
a ¶ Pro aſſertione prædicationis,quia multis erat ſcrupulus perturbantibus Iudæis,quem noluit Deus tollere. b ¶ Tanquam amicis & paribus. ¶ Non didici tanquam à maioribus.
b tionẽ & contuli cũ illis euangeliũ quod prædico in genti- 4

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

✠ 1 Deinde poſt, &c. *Hic conſequenter declaratur ſecunda pars prædictæ minoris.ſ. quod doctrina à Paulo prædicata fuit cum principalibus apoſtolis diſcuſſa & approbata.& hoc eſt quod dicit:*Deinde poſt an.quatu.iterum. *ſ.a conuerſione ſua.*

2 Aſcen.Iero. *non ex curioſitate vel leuitate.ideo ſequitur.*

3 Aſcendi au.ſecun.reuela. *ſcilicet domini, ad declarationẽ veritatis euangelij.ideo ſequitur.*

4 Et con.cum il. *Et conſequenter oſtendit,cũ quibus contulerit,dicẽs.*

✠ Scor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cras accepit, quia idē verbum cū eis, etsi nō per eos habuit. Ipsa enim collatio vnā doctrinæ speciē excussa omni lepræ varietate monstrauit. Leprosi enim quos dominus in euangelio curasse legitur, & misisse ad sacerdotes, vt se eis ostenderent, nō absurdē intelliguntur illi qui scientiā veræ doctrinæ nō habētes, vanas doctrinas professi sunt erroris. Nulla porrò falsa doctrina est quę nō aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinatè in vna doctrina, lepra signat, quæ vnius corporis colorem diuersis locis variat atque maculat. Vt ergo apostoli prædicatio ab omni corruptionis lepra libera monstraretur, cum aliis apostolis contulit euangelium. Aliter enim nō crederet ecclesia ei quæ non fuerat cum B domino.

Separatim his non publicè, ne fidelibus ex Iudæa (qui putabant legem esse seruandam) fidei scandalum nasceretur. Eo tempore cum venisset Petrus Antiochiam, licet hoc in Actibus apostolorum non legatur, in faciem ei restitit.

✠ Chrysost. Quid ais Paule? Qui initio nolebas conferre, neque post annos tres, peractis quatuordecim annis tū demū cōfers, ne forte in vanum curreres? Et quis tam excors est, vt tot annos prædicet, ignarus an rectè prædicet? At quātò præstiterat illud protinus in initio feciſſe, quàm post annos? Ipse est qui dicit: Sic curro, non in incertum: sic pugillem ago, non vt aērem verberans. Quod si curris non in incertum, quomodo dicis: ne forte in vanum currerem aut cucurrissem? Iam illud hoc etiam multo perplexius est, quod ait se iuxta reuelationem ascendisse. At, quemadmodum cum prius ascenderet ex Antiochia Hierosolymam, non sua sponte ascendit, sed eupiēs eos qui dissidebant, redigere in concordiam: Similiter & nunc, non ipsi opus fuit discere, an in vanum cucurrisset: sed vt iis qui ipsum accusabant, ad plenum persuaderetur. Quoniam enim magnificentiorem opinionem de Petro & Ioanne haberent, putarēntque apostolos inter sese dissidere, propterea quod hic prædicaret euangelium absque circuncisione, illi contra permitterent eam, atque hinc existimabant Paulum contra legē agere: & in vanum currere: *Ideo ascendi*, inquit, *Hierosolymam & contuli cum illis*. Non vt ipse quicquam discerē, sed docerē eos, me nō incessum currere.

a *Seorsum au. his qui vid.* ✠ Theophyl. Quia non pauci erant qui scandalum erant passi, peculiariter diuo Petro conuersatur C Paulus, ne dissentio fit, & maius oriatur scandalum. Innumeri enim erant scandalizati, quos cum palam audirent Paulum abolere circuncisionem, verisimile erat tumultum ciere, omniáque turbare. Propterea seorsum Petro conuersatur, Titū & Barnabā habes testes, qui cūctis mortalibus denūciarent, quod neq; apostolis visum sit diuersum à Pauli dogmate quippiam prædicare.

Aug. epist. 19. quæ est Hieron.

b *Subintro.* A Iudæis. Quod enim infideles per se non poterāt, per falsos fratres molhebantur, quos sub specie religionis immiserāt, vt explorarēt quæ libertas est nobis in fide Christi, nō vt tenerēt, sed vt aliqua contentione ab ea in seruitutē legis redigerēt. Quod si esset veritas euangelij apud gētes nō maneret, sed omnes Iudaizarent. & ideo hic vbi ad assertionē prædicationis suæ conferebat, nullatenus voluit cedere. Alibi verò vbi nō obfui, pro scandalo Iudæorum, circūcidit Timothēū. In his omnibus & se cōmedat, & legē nō tenēdā comprobat. Vel secūdum aliā literam, Quidam enim Latini codices nō habent: neq; quod ita potest legi. Q. Titus nō est compulsus circuncidi. Sed alibi: Propter falsos fratres ad horā cessimus subiectioni in circuncisione Timothæi. Reddit causam, præuenīēs calumnias quibus cōpulsus est facere quod nolebat pro scandalo Iudæorum.

✠ Theophyl. Quomodo falsos fratres appellat, circuncisionē introducentes, quandoquidem apostoli hāc recipiebāt, ceu Iudæis annunciātes Christū? Apostoli quidē permittebant q̄ sunt legis, vt paulatim ab iis eximerēt: falsi fratres vero confirmabāt legē, vt seruitutē retinerent, roborarēntq;. Cū dicit, *Subintroierunt*, clādestinas eorū insidias indicat, & quia *explorare*, addit, indicat eos hostes esse. Speculatores enim & exploratores, ob nullā aliā causam subingrediuntur clanculū, quàm vt omnia colluströt, cuncta rimētur, vniuersa perdiscāt, vt sibi ipsis facultatē parent istiusmodi, ac in seruitutē redigendi, quod & isti faciebant. Explorabant enim qui essent præputio amici habentes libertatē in Christo, hoc est, non subiecti legi, vt apprehendant, atque cogant circuncidi, ac rursum vos subiiciens seruituti legis, à qua nos liberant Christus.

c *Neq. ad ho.* Amb. Nec ad horā cessit, qui nunquam cessit, q̄ si aliquādo cessit, quomodo nec ad horā? Cur etiam propter falsos fratres, si per se facturus erat: Cessit ergo propter illos: quod p se nō faceret: humiliās se legi, circūciso Timothæo vt dolus & scādalū Iudæorū cessaret, qui parati erāt commouere tumultū & seditionē, si illū filiū Iudææ circūcisum suscīperet, & episcopū ordinaret. De filiis Græcorū nō erat scādalū, quia epistola apostolorū inde data erat, nō oportere eos circūcidi. sed Iudęi credētes circūdebāt filios suos, nec epistola apostolorū hoc vetuerat, nec de his aliquid significauerat. vnde nec Titus cōpulsus est circūcidi qui de Græcis: sed Timothæus filius Iudææ propter exploratores, vt veritas euāgelij maneat. quia in Christo neq; præputiū neq; circūcisio aliquid valet, sed fides q̄ p dilectionē operatur. Infrà 5. a

✠ Theophyl. Non dixit, cessimus sermoni vel rationi, sed subiectioni: non enim vt docerent nos aliquid, hæc faciebāt, verū vt nos subiicerēt, & in seruitutē redigerēt. Hanc ob rem apostolis cessimus, illis vero haudquaquā, & firma, inquit, perseuerēt & stabilia quæ vobis prædicamus. Qualia? q̄ vetera transierūt, quòd lex fit abolita, & quòd circuncisus Christus non expectat, neque sit vllum operepræcium circuncidi.

✠ Hier. Vt periculum vitaremus, & essent in nobis qui veritatem euangelij confirmarent.

d *Ab iis au.* ✠ Hic eos significat, qui Galathas Iudaizare cōpulerāt, qui aliquando insignes inter discipulos apostolorum fuerant: quique præsenti tempore, à fide christiana, ad obseruationem Iudaicam conuertebant.

Quales

✠ *Quales ali.* Aug. Indicat se in legalibus prævaluisse. sed nihil tamen profuisse sibi, & ideo Galathis non curanda sunt legalia. Ad priora nō recurro, quia ea quæ modo sunt sufficiūt, sed quia qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. In quo apparet q̄ nō inferior illis. Vel nō accipit personā, quia si ita esset: ego Paulus ante impius, cui tales nihil conferrēt, non fuissem. Vel illud nihil interest, sed nihil mihi contulerunt.

Aug. epist. 9. & 19. ad Hieronym j & lib. cōtra mendaciū, ad Consentium.

Vel sic. *Quales & ipsi aliquando fuerunt.* Quia & ipsi peccatores & idiotæ.

✠ Chrysost. Hic non solùm non excusat apostolos, ve rumetiam vehemēter grauat sanctos, vt profite infirmis. Tale est autem quod dicit: etsi illi permittunt circūcisionē, ipsi sunt reddituri rationem Deo. Non enim quia magni sunt aut dignitate præeminētes, Deus personā illorum accipiet. Nō dixit: Quod si illi turbant prædicationem, præter ea quæ mandata sunt prædicantes, extrema luent supplicia, sed reuerentius videtur illos attingere, loquens in hunc modum. *Ab iis qui videbantur al. esse qual. fuerint*, non dixit, quales sunt, sed fuerunt, nimirum declarans, quòd & illi desiissent iam hoc modo prædicare, vtpote iam vbique iam corruscante euangelio.

b *Qui vide. ali. esse.* i. alicuius autoritatis: quia cum domino ambulauerunt, & transfigurationi eius interfuerunt. Videbantur di co *ab his.* i. falsis fratribus. Quia qui videbantur esse aliquid, carnalibus hominibus videbantur esse. Nam ipsi non sunt aliquid. Etsi enim boni ministri Dei sunt, Christus in illis est aliquid, non ipsi per se, Nam si ipsi essent aliquid per se, semper fuissent aliquid.

✠ Chrysost. Illud certè scio, quod apostoli non modo non sunt aduersati, verumetiam conspirauerunt mecum, cōcordiāque sociati sunt. Et, postea quàm cognouerunt quæ prædicarem, nihil adiecerunt, nihil inde correxerunt: idque cùm scirent, me ea gratia venisse Hierosolymam, vt cum ipsis communicarem, ac Titum incircuncisum mecum tum habebam. Itaque illi mihi quicquam dixerunt vltra ea, quæ prius scieram, nec illum circuncidi.

c *Sed contra.* ✠ Quidā hoc sentire Paulum dicunt, quòd non solum ipsum nihil docuerint, verumetiā ab ipso docti sint. Ego vero nequaquam hoc dixerim. Quid enim præterea ab ipso erāt docendi? quādoquidem vnusquisque illorum perfectus erat, sed illud potius vult dicere, quod non solum nihil reprehenderunt, verum intātum abfuerunt ab incusando, vt comprobarint etiā. Nam comprobatio contraria est incusationi.

d *Si. & Pe. cir.* Ita tamen distributa est eis, vt Petrus Gentibus prædicaret si eam feciſſet, & Paulus Iudæis.

✠ Chrysost. Circūcisionē & præputium dicens, nō res ipsas, sed gentes hac nota distinctas intelligit. Quemadmodū igitur præputij nomine designat gētes, ita & circuncisionis nomine Iudæos.

e *Qui enim ope.* Aug. Christus Paulo dedit vt ministraret Gentibus, qui etiam Petro † efficax fuit, veiuim suam ostendit in Petro dederat vt ministraret Iudæis.

✠ Hier. In nullo E sum illo inferior: quia ab vno Deo sumus in ministerio ordinati.

f *Colum.* Columna firmamentum dicitur veritatis: quam etiam sapientia ędificauit. i. constituit in septem columnis, quo numero vel vniuersitas prædicatorum, quia solet poni pro vniuerso, † 8. distin. c. qua cōtempta.

✠ Chrysost. Id est, magni, quos omnes vbique cū circumferunt, tum glorificant.

✠ Hier. Super quas ecclesia erat confirmata.

g *Dex. de.* Vnde & contulit cum illis & dextras accepit: quia idem cum eis verbū habuit. Ipsa collatio vnitatē doctrinæ mōstrauit, aliter non crederet ecclesia ei, quinon fuerat cū domino.

✠ Theophyl. Hi mihi testimoniū dicunt, quod ministerium meum & prædicatio mea Christo sit cordi: quandoquidē dextras mihi dederunt, hoc est, consenserunt & consortes nos fecerunt, ostenderúntque quod voluptatem capiant ex ministerio verbi meo, quippè qui non dissideam à verbo eorum.

h *Vt nos in gen.* Vt essem primus in prędicatione gentium, sicut Petrus in circūcisione. Et sicut apostoli Petro, ita Barnabas sibi.

i *Tantum vt pau. memo. esse.* ✠ Ministeriū, inquit, & prædicationem diuidebamus, pauperes autem indiuisos habebamus. Hierosolymis enim nō pauci fuerunt facultatibus suis exuti, & spoliati per impios & incredulos Iudæos, qui necessario etiam alimento destituebantur. Non enim Græci adeò dimicabant aduersum eos qui ex se crediderant, quantum Hebræis Christianis Iudæi repugnabant.

Quod etiam sollicitus fui. Magnā hinc Paulus curam adhibet, vt ne tradātur obliuioni pauperes illi, perinde ac dese testatur ipse.

Rest.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Seor. au. *i. ad patrem.* 2 His qui vide ali. esse. *q.d. non contuli coram communitate, cuius maior pars est simplicium, sed cum illis tātum, qui erant principales & à Deo instructi. s. cū Petro, Iacobo & Ioanne, vt habetur infrà eo. ca* 3 Ne for. in va. cur. aut cucur. *Per ly forte. non intelligitur q. Apostolus dubitaret, se aliqua minus vera vel dubia prædicasse: quia per reuelationē Dei erat certus in veritate predicationis suæ. Sed ly forte, refertur ad æstimationem simplicium, qui possent de hoc dubitare, nisi cum principalibus apostolis hoc contulisset.*

4 Sec neq; Titus. *Hic declaratur tertia pars prædictæ minoris. i. q. doctrina ab apostolo prædicata fieterit immobilis, quamuis fuerit à falsis apostolis impugnata: quia conabantur inducere Gentiles ad ob eruādum legalia. Quod ostendit per hoc, q. Titus Gentilis veniens cum Paulo Ierosolymam. nō fuit compulsus à veris apostolis circuncidi, cui cōmunicauerit sicut Paulus: quāuis ad eius circuncisionem niterentur falsi apostoli. & hoc est quod dicit:* Sed ne. Ti. qui me. e. cum esset Gen. *natione ex vtroque parente.* 5 Compul. est circun. à *veris apostolis: sed indisse differenter communicauerunt eis, sicut & mihi. Vnde & Petrus satis tito post ascensionem Christi communicauit Cornelio, centurioni & aliis incircuncisis, qui erant cum eo indifferenter, sicut cum Iudæis, vt habetur, Act. x. & xj.* Sed pro. subintrodu. *q.d. nō restiti veris apostolis nolentibus Titum circuncidi sed falsis apostolis ad hoc conantibus.*

6 Qui subintro. *non vocati à veris apostolis, sed falsaliter sub titulo fidei intrauerunt societatem fidelium ad explorandum qualiter possent fidem impugnare. ideo subditur.* 7 Libert. no. quam ha. *Quia per Christum liberati sumus à iugo legis.* 8 Vt nos in ser. redi. *in obseruatione legalium: quod onus importabile est, vt dicitur Actu. xv.*

9 Quibus ne. ad ho. cessi. sub. *i. in subiectione legaliū obseruātiarū.*

10 Vt veri euan. *per quam euacuata fuerunt legalia.*

11 Permaneat apud vos. *sine admixtione veteris fermenti.*

12 Ab his au. *Consequenter declaratur quarta pars suprapositæ minoris. s. q. doctrina Pauli per principales Apostolos in nullo fuit augmētata, sed magis eōuerso doctrina Pauli valuit eis in tēporali subsidio. ideo dicit:* Ab his au. qui vide. *s. Petro, Iacobo & Ioanne: supple nihil accepi.*

✠ Quales

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quales aliquando fuerunt. *scilicet ante vocationē suam à Christo. tunc enim fuerunt pauperes, illiterati & simplices. sicut patet ex euāgelio. Paulus autem ante vocationem suam fuit instructus in lege & propheris, & etiam potens & nobilis.*

2 Nihil mea interest. *Id est, non est necesse talia referre. Cuius causa subditur.*

3 Deus enim personam hominis non acci. *vocando ad fidem vel apostolatum propter potentiam temporalem, Nobilitatem generis vel scientiam, sed plures vocauit simplices & pauperes, licet aliquos à principio literatos vocauerit, vt dictum est Paulo. & idē patet de Nathanaele, & Nicodemo.*

Ioan. 2. g Ibi. 3. a

4 Mihi enim qui videbantur aliquid esse. *id est, principales Apostoli.*

5 Nihil contulerunt. *in notitia euangelij, vel subsidio temporali.*

6 Sed econtra. *contuli eis: quod postea magis exprimitur.*

7 Cum vidissent quod creditum est mihi euange. præpu. *i. officium apostolatus ad prædicandum euangelium Gentilibus.*

8 Sicut & Pe. cir. *id est, officium apostolatus ad prædicandum Iudæis.*

9 Qui enim operatus est, &c. *Ab eodem enim vterque vocatus est ad fidem & ad apostolatum.*

10 Et cum cognouissent gratiam quæ data est mihi. *Hoc autem cognouerunt per donum linguarum, & operationem miraculorum, & cætera dona ad apostolatum necessaria: quæ ita eminenter erant in Paulo sicut in illis.*

11 Iacobus. *frater domini.*

12 Et Cephas. *id est, Petrus, vt patet Ioan. j. f.*

13 Videbantur columnæ esse. *i. principales in ecclesia Iudæorum.*

14 Dexteras de. mihi, &c. *Modus est confirmandi fœdus amicitiæ, dādo mutuo manus dextras.*

15 Tantum. *scilicet rogauerunt nos.*

16 Vt pauperum memores essemus. *id est, fidelium in Ierusalem habitantium. qui venditis possessionibus prædia posuerunt ad pedes Apostolorum, abrenunciantes proprietati: propter quod postea egentes indigebant per alios credentes (qui sic non abrenunciabant in bonis temporalibus) adiuuari.*

17 Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. *sicut patet in præcedentibus epistolis.*

18 Cum autem. *Hic consequenter declaratur vltima pars prædictæ minoris supra posita. s. quòd veritas euangelica per Paulum prædicata de cessatione legalium in sinceritate sua reposita fuit: quāuis Petrus principalis Apostolus aliquo modo palliasset contrarium segregando se à communione credentium de Gentilibus, eo quod erant incircuncisi, ne scandalizaret credentes de Iudæis. & quo reprehendit eum manifestè Paulus ad declarationem euangelicæ veritatis. Et patet ex dictis litera, paucis exceptis quæ discutientur.*

Act. 4. g

✠ Ti. cos.

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Resti.* Quod non auderet, nisi se non imparem sentiret.

☞ Ab æmulis nouæ legis dicebatur Paulus gratiæ prædicator egregius: damnare legem Moysi vt sacrilegam, nec Deo mandante scriptam: & ideo etiam ipse Iudaizauit, ostendens non esse eam sacrilegam Iudæis, vt est idololatria Gẽtibus: nec tamen esse necessariã saluti. (Aug. vbi suprà.)

a ¶ Qui locus Gentium erat. b ¶ Non in occulto, sed coram omnibus? quibus nocebat. ¶ Eundo. ¶ In præsentia omnium. c ¶ Tanquam par. ¶ Quod non animaduertebat iudicando. ¶ Non temerè. d ¶ Dignus reprehensione. pro aliis, non pro se.

a Antiochiam, † in faciem eius restiti, quia † reprehensibilis e- († palam) († reprehensus)

b ¶ Hoc modo. ¶ Iudæi. a ¶ Ierosolymitanæ ecclesiæ episcopo.

c rat. Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gen-

a ¶ Non habens discretionem in cibis. b ¶ Illi. c ¶ Latenter per aliquas occasiones. ¶ A cibis gentilium. d ¶ Per se gregem faciebat cum Iudæis.

tibus edebat. Cum autem venissent, subtrahebat & segrega-

a ¶ Non cibos. ¶ Quia erant infirmi, vel, si infirmi, pro more suo scandalizarentur. b ¶ Quasi discerneret cibos.

d bat se, * timens eos, qui ex circũcisione erant. Et † simulatio- 1 (* ab illis) († simulabãt vnà cũ illo)

a ¶ Qui erant Antiochiæ. b ¶ Doctor Gentium. c ¶ A Gentibus subtractus. 2

ni eius consenserunt cæteri Iudæi, ita vt Barnabas duceretur

a ¶ Iudaicæ comestionis. ¶ Ego solus.

e ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem quòd non

a ¶ Non quantum ad intentionem, sed. ¶ Quia per hoc peribat veritas, vt Gentes Iudaizarent.

f † rectè ambularent ad veritatem euangelij: dixi Cephæ († recto pede Galat. 5.)

a ¶ Quia pro his sanandis dictum est, vt omnes illius obiurgatione sanarentur. b ¶ Qui fuit in ritu Iudaico dimisit, quod qui non fuerunt facere debuerant. c ¶ Natione & genere. d ¶ Gentilium non Iudæorum ritu.

coràm omnibus: Si tu cum Iudæus sis, gentiliter & 3
4

a ¶ Quia scit nihil conferre. b ¶ Quæ omnia quæ vident in te, putant necessaria saluti.

g non iudaicè viuis, † quomodo Gentes cogis iudaizare? 5 († cur)

✻ Hier. Galatharum infirmitas compellit eum narrare, quod nec ipsi apostolorum principi pepercerit, veritatem euangelij non liberè defendenti: sicut etiam ad profectum Corinthiorũ manifestat visionem, quam annis quatuordecim celauerat. Hoc autem totum ait, vt ostendat se nunquam circuncisionis fuisse factorem, quod de illo falsi apostoli confingebãt: Vnde & alibi B dicit: Ego autem, fratres, si circuncisionẽ prędico, quid adhuc persecutionem patior?

✻ Theophyl. Plerique existimant hîc Petrum à Paulo insimulari hypocriseos, at verò rem aliter habere constat. Quæcumque enim videtur dicere aduersus Petrum, consilio quodam dicta sunt ac facta. Petrus namque cùm Hierosolymis esset, permittebat circuncisionem, haud enim licebat funditus ab lege diuertere. Verũ in Antiochià profectus, conuescebantur gentibus. Quum ergo in Antiochiã venissent Hierosolymitæ aliquot, subducebat sese à gentibus, ne Hierosolymitanos offenderet, ac simul vt daret Paulo conuenientem increpandi occasionẽ. Propterea & Paulus obiurgat, atque Petrus sustinet. Sic enim facilius, discipuli transferri ab instituto potuerunt, accusato præceptore, dantéque silentium, in faciem proinde resistere, figura erat tanquam si pugna reuera fuisset, non coram discipulis se mutuo increpuissent, vehementer enim eos offendissent. Iam vero in publico formata pugna, ac veluti studio parata, correctio discipulorum erat. Neque enim quicquam contradicit: vnde planũ est, quòd correptionem Pauli, æquo animo tulerit atque suscepe- C rit.

b *Quia reprehensib er.* ✻ Hier. Non ideo reprehensibilis erat, quia cum illis edebat: sed quia postea propter homines se subtrahebat.

c *Prius enim quàm ve. qui.* Quidam æmulatores legis, qui æquo iure Christum & legem venerabantur quos timens non miscebatur Gentibus. Quod si solum esset, non esset reprehensibile. Sicut & ipse Paulus pro scandalo aliquando cessit. Sed in hoc erratum est, quòd Gentes cogebat Iudaizare.

d *Et simulationi eius consens.* ✻ Theophil. Hypocrisim rem ipsam appellat, non enim vult detegere mentem Petri. Simul autem propter eos, qui vehementer legem tuebantur, hypocrisim aut simulationem appellauit hoc, vt funditus tollat eorum affectum & perpensionem. (Aug. vbi suprà.)

e *Sed cum vi.* Hier. ad Avg. Paulus in Petro non potuit reprehendere quod ipse fecit. nec arguere simulationem, cuius & ipse reus erat. Sed fuit hæc reprehensio dispensatoria, non vera. Nec Petrus peccauit, nec Paulus procaciter arguit. Petrus autẽ fuit huius decreti autor: legem post euangelium non esse seruandam, qui post visionem linthæi ad Cornelium intrauit, & cum Gentibus comedit. Qui etiam quæstionem de hac re soluit. Cũ enim Paulus & Barnabas iã conuersis multis Gẽtibus venissent Antiochiam. Quidam de Iudęa dicebant, sine lege Moysi neminem posse saluari, tunc vtrique de hac quæstione ascenderunt Ierusalem ad apostolos. Petrus verò ait: *Deus dedit illis spiritum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos fide purificans corda eorum. Quid ergo tentatis Deum, imponere iugum, quòd neque nos neque patres nostri portare potuimus?* Sed per gratiam credimus saluari sicut & illi. Petrus itaque bene sensit de abolitione legis, sed simulauit præ timore Iudæorũ, ne occasione gẽtium à fide recederẽt: & sic perderet suum gregẽ. Simulauit autem & Paulus pro simili metu, vt in circuncisione Timothæi: & ipse qui nutriuit comam ex voto vt Nazaræi, in Cenchris ex lege caput totondit. Post multa etiam in Ierusalem cõsilio Iacobi & presbyterorum purificatus secundum legem intrauit in templum, & hostiam obtulit. Ecce quomodo Iudæus Iudæis. (Inter epist. Augustini est. 11 inter epist. Hieronymi 89.) (D) (Act. 15. b) (E)

Avg. verò de Gẽtibus credentes dicit legis onere liberos esse, de Iudæis legi esse subiectos, nec peccare si circuncidunt & sacrificãt, si modo spẽ salutis in eis non constituant. Nec peccat Petrus si Iudaizat, sed quòd Gentes cogit Iudaizare suo exemplo, in quo solo Paulus eum reprehendit vt doctor gentium: vt sit reprehẽsio vera, non dispensatoria. (Epist. 89. & 19.)

Hier. Sed si post euangelium bene facit qui Iudaizat in sacrificiis & cæteris, in hæresim labimur Cherinthi & Hebionis, qui propter hoc sunt anathematizati, quòd euangelio miscuerũt cultus legis. Qui dum volunt & Iudæi & Christiani esse, neutrũ sunt. Et si tales suscipimus vt in ecclesia Dei faciant quod fecerunt in synagoga sathanæ, non illi Christiani fient, sed nos Iudæos facient. Sunt vtique Iudæorum ceremoniæ omnibus mortiferæ fidelibus. *Finis enim legis Christus.* Item, *lex & prophetæ vsque ad Ioannem.* Et *consummabo testamentum nouum super domum Israel.* non dicit populo gentium sed Iudæis: vt non in vetustate literæ viuant, sed in nouitate spiritus. Nec sunt illæ ceremoniæ res indifferentes inter bonum & malum. Si obseruandæ sunt, salutem afferunt: Si salutem non afferunt, non sunt obseruandæ. (Vbi suprà.) (Ro. 10 a Matt. 11. b Rom. 7. b) (F)

✻ Theophyl. Neque hęc dictio te perturbet, non enim vt cõdemnet Petrum hæc dicit, sed propter eos, qui hinc fructum accepturi erant aliquem, si audirent quòd Petrus increpitus esset, ceu lege detentus.

✻ Hier. Quamuis hoc faceret propter scandalum Iudæorũ, tamen publicè illum conueni, vt & Iudæis superbia, & gentibus desperatio tolleretur.

f *Dixi Cephæ.* Avg. Ipse Petrus quod à Paulo fiebat vtiliter, libertate charitatis secum, ac benigna pietate vtilitatis accepit. Atque ita exemplum posteris præbuit tanto sanctius, quanto ad imitandum difficilius: quo non dedignentur maiores sicubi fortè recti tramitem reliquissent, etiã à posterioribus corrigi. Laus itaque iustæ libertatis in Paulo, sanctæ humilitatis in Petro. *Dixi Ce.* vt in eo qui primus est discant cæteri. (Vbi suprà,)

Hier. Hinc discant Galathę Petri autoritate non esse Iudaizandum, qui in hoc reprehensus est.

g *Quomodo Gen. co.* Non docentis imperio, sed conuersationis exemplo. (Augu lib. 2. contra Crescon. c 32.)

✻ Hier. Non ex operibus legis, sed sola fide sicut gentes, ☞ vitam

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ti. eos. *scilicet scandalizare.*

2 Et simulatio. *cuius intellectus postea explanabitur magis ad veritatem euangelij in modo obseruandi legalia. vt dicetur plenius.*

3 Coram om. *quia defectus erat publicus.*

4 Si tu cum Iu. sis gen. & non iud. vi. *scilicet ante aduentum Iudæorum.*

5 Gen. co. Iudai. *non imperio, sed facto: quia ex modo se habendi in legalibus aliqui Gentiles credebant eorum obseruationem necessariam ad salutem. Ad maiorem tamen declarationem huius literæ & præcedentis sciẽdum, quòd Hier. & Aug. videntur varia sensisse de legatium cessatione, maximè quo ad ceremonialia, de quibus est hic sermo. Hieron. enim distinxit duo tempora tantum. Vnum ante passionem Christi, in quo legalia habuerunt vim obligatiuam & expiatiuam suo modo: Aliud post* ✻ *passio*

vitam in Christo inuenisse te nosti, cur subtrahis te à gentibus, tanquam à peccatoribus.

☞ A a *Nos.* Commendata autoritate sua iam rationibus incipit agere quòd carnales obseruantiæ post Christum non sunt obseruãdæ. q. di. Gentes non debent Iudaizare, quia nos qui valuimus in lege, scimus eam nõ iustificare: & ideo ea dimissa ad Christum confugimus.

b *Scientes autẽ quod.* ✻ Hieronym. Opera legis, circuncisio & sabathum, dies festi & cætera, quæ non propter iustitiam, sed ad edomandam populi duriciam sunt mandata. (B) († Rom. 3. c.)

✻ Chrysostom. Vide & hîc, vt omnia circumspectè loquitur. non enim ait, Reliquimus legẽ vt malam, sed vt infirmam. Cæterum in progressu declarat, non solum ociosam esse, verumetiam periculosam.

a ¶ Non proselyti. ¶ Sumus. b ¶ Peccatores quidem, sed non vt Gentes idololatræ & immundæ. c ¶ Peccatores visus est dici valde iniquos, non de his qui cum iustè ac laudabiliter viuant, non sunt sine peccato. d ¶ Sed tamen.

a Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Scientes 1

b a ¶ Quantumcunque in lege. ¶ Iudæus. b ¶ Quę sunt de sacrificiis, & aliis legibus. ¶ Nullo denique modo. 2

c autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per 3

a ¶ idest, qua creditur in Christum b ¶ Ergo etiam nos Iudæi sicut & Gentes. c ¶ Opera sunt ex gratia, sed non ex operibus gratia.

fidem Iesu Christi: nos in Christo Iesu credimus, vt iusti fice- 4

a ¶ Quia ipsa prima est ex qua impetrantur cætera. b ¶ Aliquomodo. c ¶ Quia Iudæus non est iustus ex lege, multo minus caro, idest, peccator ex Gentibus.

mur ex fide Christi, & non ex operibus legis. † Propter quod

a ¶ Gentilis.

d e ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod si quę- 5

a ¶ Sed si dicitis nos peccasse, quod legem dimisimus, & in Christo iustitiam quærimus, tunc qui hoc præcepit est peccati minister. sed nunquid. q. d. mirum est, si quis dicat.

f rentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, 6

c *Nisi per fidem Ie.* Non ideo dicit ex fide, quòd opera bona frustrentur, cum Deus reddat vnicuique secundum opera sua: Sed quia opera sunt ex gratia, non ex operibus gratia: quia fides per dilectionem operans nihil operaretur, nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in nobis per spiritumsanctum; nec ipsa fides esset in nobis, nisi Deus eam daret. (Infra. 5. b.)

d *Omnis caro.* Nota quòd de Iudæis, ponit homo: de Gentibus, caro. Homo, ibi, *Scientes autem quòd non, &c.* Caro, ibi: *Propter quod ex ope. &c.* (Aug. lib. de gratia & libero arbitr.)

C e *Quod si quæren.* Beda Si nos reuera cognouimus, non posse iustificari nos, nisi transeuntes ad Christum, nunquid patitur Christus relabi nos ad id quod eramus? Quod si pateretur, profecto minister nobis esset peccati, id est, prioris status nostri sicut fuisset transeuntibus ad se minister iustitiæ Vel. *Quod si quær.* Dixi quod ex operibus legis non est iustitia: quod si nos qui in lege maiores fuimus, inue. su. in ea fuisse pe. quòd inde apparet: quia quærimus in Christo iustificari. quia cur in Christo quærerem iustificari, nisi quia in lege non eramus iusti? Et si nos qui in ea perfecti eramus, fuimus ex ea peccatores, tunc lex vbicunque est ministrat peccatum. Et si lex ministrat peccatum, tunc si Christus legem ministrat, & peccatum: sed non est minister peccati, ergo nec minister legis. Quod si fortè videretur, quia eam ad impleuit. Sed absit, quod eam ministrauerit docens eam post passionem suam seruãdam. Etsi nõ est minister legis, cur eã seruaretis? (D)

f *In.* nõ opinione habiti sed rõne probat.

✻ Chry. Nã si non potest, inquit fides in eũ iustificare, sed opus est rursum amplecti legem: & si posteaquam legem reliquimus ob Christum, non iustificamur ex legis omissione, sed cõdemnamur, cõperiemus illum esse causam condemnationis, cuius gratia cum legem reliquerimus, ad legem vltrà recurrimus, Vides in quantam absurditatis necessitatem coegit orationẽ, quámque validè pugnet. Induisti Christum, mẽbrum factus es domini, & adhuc circa legem serpis? Videlicet veritus legem ac ritus illos omittere? At nequaquam timeres legem, nisi fidem contemneres, vt quæ imbecillis, nec per se valeat conferre salutem. Quòd si non est necesse seruare totam, nec partem quidem seruare necesse est. Et si seruanda est, tota seruanda est. Si tota seruanda est, non oportet auscultare Christo: aut si Christo auscultauimus, legis transgressores efficiamur oportet. Si oportet eam seruare, qui non seruant transgressores sunt: huius autem transgressionis Christus nobis author esse deprehendetur (qui nobis est author salutis) nam ipse legem soluit, eam quæ talia præcipit, & alijs vt soluerent præcepit. Post hæc cum sermonem eò reduxisset, vt videretur absurdus, non tam erat opus probatio- ☞ num (E) (F)

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *passionem Christi in quo legalia secundum ipsum statim erant mortifera, ita quòd seruantes ea mortaliter peccarent. Et consequenter habuit dicere, quòd Apostoli post passionem Christi nunquàm seruauerunt ea secundum veritatem, sed solum quadam pia simulatione, scilicet, ne scandalizarent conuersos de Iudæis, & aliorum conuersionem impedirent. Quæ quidem simulatio non est sic intelligenda quòd actus illos secundum rei veritatem non facerent, sed quia non faciebant illos tanquam legis ceremonias obseruantes. sicut si quis pelliculam membri virilis abscinderet non causa circuncisionis seruandæ sed sanitatis recuperandæ. Sed quoniã indecens videtur quòd apostoli propter scandalum occultarent ea quæ pertinent ad veritatem vitæ & doctrinæ, & quòd simulatione vterentur in his quæ pertinent ad salutem fideliũ, ideo conuenientius distinxit Aug. tria tempora. Vnum ante passionem Christi, in quo legalia cursum suum habuerunt. Aliud autem post diuulgationem euangelij, in quo legalia sunt mortua & mortifera. Tertium est tẽpus medium, scilicet, à passione Christi vsque ad diuulgationẽ euangelij, in quo legalia fuerunt mortua: quia nullam vim habebant, nec aliquis ea seruare tenebatur. tamen non erant mortifera: quia conuersi de Iudaismo poterant illa licitè seruare, dum tamen non ponerent in eis spem reputantes illa sibi necessaria ad salutem quasi sine eis fides Christi iustificare non posset. Hæc autem licentia seruandi ad tempus legalia, fuit ex instinctu spiritussancti. quia si conuersis de Iudaismo ad fidem statim fuisset inhibitus legis ritus, sicut conuersis de Gentilitate idololatriæ cultus, videretur, quòd lex semper fuisset mala sicut idololatria, nec per consequens à Deo data fuisset. Illis autem qui conuertebantur de Gentilitate non inerat causa talis obseruantiæ. propter quod Paulus circuncidit Timotheum ex matre Iudæa natum: Act. xvj. a. Titum verò qui natus fuit ex Gentilibus, noluit circumcidere, vt prædictũ est. Gentilibus tamen imposita fuit ad tempus obseruatio aliquorum legalium, vt habetur Act. xv. f. quòd abstinerent ab immolatis simulacro & sanguine suffocato, non tanquàm necessarijs ad salutẽ sed ad amicabilem societatem Iudæorum & Gentilium adinuicem. Nam illo tempore Iudæi abhorrebant ista comedere, sicut etiam frequenter contingit quòd aliquis existens in societate alterius, abstinet à cibis socio suo abominabilibus. Procedente verò tempore, cessante causa cessauit & effectus. igitur Apostoli de Iudaismo cõuersi tempore intermedio, scilicet à passione Christi vsque ad publicationem euangelij, leguntur aliquando seruasse legalia licitè modo prædicto. Sed contra hoc videtur quod hic dicitur, quòd Petrus fuit reprehensibilis ex tali obseruatione. Dicendum, quòd non peccauit ex facto, quod erat sibi licitum, vt dictum est, sed ex modo faciendi quia in hoc nimiam diligentiam adhibebat, ne Iudæos offenderet. ita quòd ex hoc sequebatur scandalum Gentilium, intantum, quod aliqui inducebantur ad credendum, quòd talis abstinentia ciborum in lege prohibitorum esset necessaria ad salutem. Et propter hoc Paulus qui erat Gentiliũ Apostolus ipsum publicè reprehendit & Petrus audito periculo Gẽtilium sibi acquieuit. propter quod licet peccauerit in modo obseruandi. Propter quòd verè reprehensibilis fuit, vt scribit hic Paulus in scriptura catholica, in qua nihil est falsum: fuit tamen peccatum veniale, quod bene fuit post confirmationem spiritussancti in Apostolis. Vnde dicit Ioh. j. canonica. j. c.* Si diximus quia peccatum non habemus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est, &c. (Tẽpora tria)

1 Nos natura *Hic ex prædictis infert conclusionem intentam, scilicet, quod legalia per doctrinam euangelicam quam prædicauit sunt euacuata, nec vlterius sunt seruanda. Et primò ostendit hoc generaliter. secundò specialiter, ibi: Si enim. Circa primum facit talem rationem: Iudæi per fidem Christi contentam in euangelio iustificati dimittunt legalia, ergo Gentiles per eandem fidem iustificati, quales erant Galathæ, quibus scribebat, multo magis debent dimittere. Consequentia patet, quia lex fuit data Iudæis, & non Gentilibus. Antecedens probat, Apostolus per seipsum & alios apostolos, dicens:* Nos natura Iudæi & non ex gentibus nati peccatores. *idest, nos qui sumus natione Iudæi, & non ex Gentilibus nati sumus peccatores supple quandiu fuimus sub lege existentes.*

2 Scientes autem, quia non iustificatur homo ex operibus le. *propter suam imperfectionem.*

3 Nisi per fidem Iesu Christi. *Vnde & patres veteris Testamenti non fuerunt iustificati, nisi per fidem venturi.*

4 Et nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur. *Per eandem enim fidem iustificantur fideles noui Testamenti, quia quem illi crediderunt venturum, isti credunt venisse, & redemptionis mysterium compleuisse. Sed quia pseudo Apostoli dicebant, quòd fides Christi non iustificat sine legalium obseruatione, ideo consequenter hoc remouet, dicens.*

5 Quod si quæ. iuf. in Chri. *id est, in fide Christi.*

6 Inuenti sumus. *quod est si hæc fides non iustificat absque legalibus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A num apparatu ad confutationem, sed satis erat negasse ac dicere.
a ✻ Absit. Siquidē aduersus vehementer absurda & inuerecunda nihil opus est oratorijs rationibus, sed sufficit abnegare solùm.
b Ego.e.per le. spiritualiter intellectam.
c Mor. um le. ne carnaliter viuam.
d Vt Deo vi. Non mihi, quod iam possum: quia cum Christo.
e Confixus. idest, crux Christi extinxit in me ardorem peccati, vt iam vltra ad id nō extendar Sed. († Christo)
f Viuo: In virtutibus vigorem bene operādi habeo.
g Iam non ego Ille peccator, qui prius eram.
h Sed Chri idest, nouitas Christi apparet in me. Ad quid ergo lex? (Aug in psa. 11 P. & tract. 22. in Io.)

¶ Quod Christus peccauerit qui legem destruxit vel qui eam ministrauit: ego enim sequar eius legem, destruxi rationabiliter viuendo & docendo. & si reædifico, contra legem facio: nam per autorem legis ipsam legem dimisi, quasi ei mortuus nullum sensum eius habens.
a nūquid Christ⁹ peccati minister est? Absit. Si enim quę destru-
b xi iterum reædifico, præuaricatorem me constituo. Ego enim
¶ Ad honorem Dei. b ¶ Et possum: quia c ¶ Concupiscentię nostrę in eo crucifixæ sunt.
c d per legem legi mortuus sum vt † Deo viuam. Christo cōfixus
a ¶ Non est in me iustitia mea sed Deo. b ¶ idest, vetus homo. c ¶ Nouus.
e f sum cruci. Viuo autem iam nōn ego viuit verò in me Christus.
a ¶ Et quid est exponit. b ¶ id est, bene possum operari. c ¶ Corruptibili, in qua est incentiuum vitiorū, id est, quod igne non vror per fidem est, nōn per opera laboriosa. d ¶ Cuius fides valere potest.
g h i Quòd autem nūnc viuo in carne, in fide viuo filij Dei: qui dile
a ¶ Per hoc fides efficaciam habet. b ¶ Per dilectionem. c ¶ Qui tantus. ¶ Solum, non aliud sacrificiū. d ¶ Alias. Non sum ingratus gratiæ Dei. ¶ Non abiicio, vel non sum ingratus, vt aliud ei compararem.
k xit me, & tradidit semetipsum pro me. Nōn abijcio gratiā Dei.
¶ Ergo non recipio legem, quod esset abijcere gratiam, nec debeo, quia. ¶ Est ¶ Frustra.
l Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

B ✻ CHRYSOS. Si contendamus legem statuere, hoc ipso redduntur transgressores: qui contendamus seruare, quæ Deus antiquauit. Moyses dicit, Prophetā suscitabit vobis, de fratribus vestris. ipsum sicut me audietis, nimirum de Christo loquens, Itaq; qui huic non obtemperant, legem transgrediuntur. Itaq; si nunc legi sum auscultaturus legem ipsam transgredior.

(Deut. 18.) ✻ Per leg. ergo. Mor. sum. non dicit lex mihi mortua est, sed ego legi mortuus sum, Sensus est; Queadmodum exanimis ac mortuus non potest auscultare preceptis legis, ita nec ego, qui ex illius maledictione mortuus sum: Vt Deo viuam. dicendo autē. Christo crucifix. sum. baptismum rectè significat, cum vero eiicit, Viuo autem iam non eg. viu. verò in me Christ. significat sequentem vitæ rationem, per quam mortificantur membra. Quid autem est viuit verò in me Christ. Nihil, inquit, geritur à me, quòd nolit Christus. Quemadmodum enim peccatum, si vicerit ipsum est quod viuit in homine, animum ad quæ vult pertrahēs: ita si ideo mortuo quæ Christo sunt placita fiant, nec humana deinceps est huiusmodi vita, videlicet ipso Christo viuente in nobis, hoc est agente ac dominante.

i Quod autem. ✻ IDEM. Quantum ad veteris vitæ rationem ac legem attinet, dignus erā extremo supplicio, omnes enim peccauerunt, & omnes mortui eramus, si minus experientia, certè Iudicio. Cum igitur lex accussasset & Deus condemnasset: Christus interueniens, ac semet exponens morti, nos omnes eripuit à morte. C Itaque quod nunc viuo in carne, in fide viuo, hoc est, per fidem quam habeo in ipso, viuo. Nam ne id fuisset, nihil obstabat, quominus interirent vniuersi, quod & accidit in diluuio sed Christi aduentus, inhibens iram Dei facit, vt per fidem viueremus.

k Et tra. se. Attende, quòd filius semetipsum tradidit vt hic dicitur. Et pater eū tradidit. Vt alibi ait Apostolus: Qui proprio filio suo nō pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Iudas igitur quid fecit? Vides, quia non quid faciat homo considerandum est, sed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus Deum in quo inuenimus Iudam. Deum benedicimus, Iudam D (August. tra 7. in epi. Io. Ro. suprà f.)
1 detestamus. benedi
2 cimus charitatem,
3 detestamur Iudæ i-
4 niquitatem. Deus
5 cogitauit salutē no-
6 stram, qua redēpti
7 sumus. Iudas cogita
8 uit precium, quo vē
9 didit dominum, fi
10 lius preciū φ dedit
11 pro nobis. Diuersa
12 facta facit: cū tamē
13 sit vna res ex diuer-
14 sis, si eam intuea- E
15 mur. vnum aman-
16 dum, alterum dam-
17 nandum: vnum glo
18 rificandum, alterum (Psal 39.b.)
detestandum inueniemus.

✻ CHRYSOS. Quid facis ô Paule dum communia propriè tibi vendicas, quæque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? non enim dixisti: qui dilexit nos, sed, qui dilexit me. Atqui euangelista dicit, Sic Deus dilexit mundum. Et, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Cum consideraret Apostolus infirmitatem humanæ naturæ, & ineffabilem Dei solicitudinem, tum quibus illum malis liberasset, quæ bona largitus esset, inflāmatus illius desiderio, hūc in modum loquitur. Quandoquidem & prophetæ non rarò Deum communem, sibi proprium faciunt, hoc modo loquētes. Deus Deus meus ad de luce vigilo. Præterea verò declarat hoc quoque par esse, vt quisque nostrum non minus gratias agat Christo, quàm si ob ipsum solum aduenisset. Neque enim recusaturus erat vel ob vnum tantam exhibere tentationem, adeò singulum quemquam hominem pari charitatis modo diligit, qua diligit orbem vniuersum. Itaque victima quidem, pro tota oblata est natura, ac sufficiebat omnibus seruandis: Cæterum soli qui crediderunt, sunt quibus vsui fuit beneficium, &c.

l Si enim per leg. iustit. ergo Chri. ✻ IDEM. Si mortuus est Christus, clarum est legem non posse iustificare nos. Quòd si lex iustificat, superuacanea est Christi mors. Et qui possit videri hoc rationi conguens, rem tantam, tam adorandam, ac reuerendā, omnemq; superantem hominum cogitationem, tam ineffabile misterium, quod patriarchæ quidem parturiebant, prophetę verò prædixerunt, angeli videntes obstupuerunt, tum quòd caput est diuinæ erga nos sollicitudinis, apud omnes creditum ac receptum, hoc frustra & incassum factum dicere? Ergo cum consideraret insignem absurditatem, si tantam talémque rē superfluam dicerent si. perfluè fuisse factam: hoc enim colligebatur ex his que faciebant, etiam conuicijs obiurgat illos dicens.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Nun. Chri. pec. mi. est. q.d. hoc inconueniens sequetur ex quo tradidit fidem non iustificantem.
2 Absit. q.d. hoc patet falsum ex prædictis. quia suprà, probatum est, quòd doctrina euangelica est à Deo inspirata, & perfecta: quod non esset, si iustificaret: nam in hoc consistit legis perfectio.
3 Si e. hic ostendit particulariter, quòd legalia sint abijcienda sui ipsius exemplo, di. Si enim quę b. scilicet, legalia que docui debere relinqui.
4 Ite. re. obseruo tanquàm necessaria ad salutē, & alios ad hoc induco.
5 Præ. me. idest, facto confiteor me errasse: Quod, absit ideo subdit:
6 Ego enim per Le, scilicet nouam.
7 Legi, &c. supple veteri.
8 Mort. sum. inquantum euacuat legalia, sicut dictum fuit Iere. xxxj. f. Ecce dies ve. di. do. & faciam domui Israel & domui iuda fœdus nouum, secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris. Per hoc enim quod dicitur: Non secundum pactum. per quòd intelligitur lex Mosaica, ostenditur quòd per legem nouam erat euacuanda. Vt
9 Vt. d. vi. per Christi gratiam ideo subditur:
10 Chr. con. sum cr. per compassionem ex fide procedetē. ideo sequitur.
11 Vi. au. iam non e. habitans in me per gratiam viuificantem.
12 Quod au. nunc vi. per Christi gratiam.
13 In carne. id est, adhuc existens in carne passibili.
14 In fi. vi. fi. Dei. qui in resurrectione dabit mihi corpus immortale.
15 Qui di. me. Ex dilectione enim maxima voluntariè mortem subijt pro salute nostra, & quia tanta gratia non est negligenda, sed veneranda, ideo subdit,
16 Non ab. gra. Dei, id est, abiectam non reputo: quod tamen esset si absq; legalibus non sufficeret ad salutem, ideo subditur.
17 Si e. per le. iu. supple habetur.
18 Ergo Chri. gr. mo. est. idest, sine causa: ex quo sine hoc habebatur iustitia, quæ facit hominem dignum vita æterna. Galathæ verò habebant pro inconuenienti, quòd frustra fuisset mors Christi: & per consequens debebant inconueniens reputare illud ex quo sequebatur, scilicet obseruatio legalium iustificaret, vel esset necessaria ad salutem.

☞ CAP

ADDITIO.

In ca. ij. vbi dicitur in postil. Ego enim legem. scilicet, nouam. Hoc quòd dicitur. Per legem legi mortuus sum, secundum gl. intelligitur quòd per legem ve. te. spiritualiter intellectam mortuus sum legi, ne carnaliter in ea viuam. Vel sic: Per legem mortuus sum. idest, per autoritate legis ipsam dimisi. & sic ipsa lex Mosaica denunciat suam dimissionem. Ad quod allegantur in gl. tres autoritates. Prima Deu. xviij. d. Prophetam suscitabo tibi de medio fratrum tuorum. quæ quidem autoritas non intellecta notat quòd propheta, scilicet, Christus, suscitandus erat, cui erat credendum tanquam vero legislatori: prout planè fuit ostensum in additione super prædictum cap. Deu. & sic habetur quòd alia lex à lege Mosaica erant danda. Allegatur secundò ad hoc in glos. illud Ie. xxxj. quæ in postil. allegatur. Tertiò allegatur illud Psa. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi, quòd ad literam significat, quòd sacrificia & oblationes quæ erant de precipuis ceremonialibus ve. te. non erant Deo placita de se: vt ibidem exponitur in postil. Vnde hæ tres autoritates quarum vna accipitur de libro legis, alia de prophetis. alia de psalmis, sunt satis efficaces ad ostendendum, quòd legalia veteris testa. erant euacuanda. D

CAP. III.

A a O Insen. Verba irascentis. O insensati Gal. qui nec circumuentos à pseudo agnoscunt.
✻ THEOPH. Comparaturus fidē & legem, prius stultos eos appellat, non veluti legem Christi transgrediens, sed seruans: Non enim simpliciter fratrem suū stultum appellans, reus est, sed temerè. B Isti autem omnes iustissimè stulti vocati sunt, qui tot, tamq; varia bona non sentiētes, vtilem Christi mortem inutilem faciūt.
An. quo. oc. AVG. In oculis & sensibus prudentiū Christus mortem & diabolum dānasse videtur, non ipse damnatus esse. vnde Oseas: Ero mors tua ô mors. (Osee. 13.d. Exodi. 7. b.) Et hæc est virga Moysi, quæ versa in serpentem, deuorauit serpētes magorum. Hic est summus sacerdos in lege, in cuius morte qui sanguinem proximi fuderant ignoranter, & ob id metuentes ad ciuitatem refugij se contulerant, absoluebantur; & securi fiebant à metu. C Ita morte Christi damnato superbo salus nostra procurata est. Quod insinuabat ineffabile nomen domini scriptum in lamina summi pontificis, φ erat tetragrammaton, idest, quatuor literarū: qui sunt Ioth, He, Vau, Heth, idest, principium passionis vitę iste. Q. Ille cuius iste legalis sacerdos gerit personam est nobis per personam autor & reparator vitæ per Adam amissę. vnde: Qui ascendit super oc. dominus no. illi. (Malac. 1. c.) Occasum enim mortis Christus ascendit, idest, triumphauit, diabolum & mortem superando. Sed oculis stultorum videtur cōdēnatus, & in eorum sensu tantū crucifixus, vt homo in quo nulla spes sit. In illis viuit Christus, in istis est mortuus.
b Fascinauit Fascinus: quando magicis delusionibus aliter quę dam oculis hominum ostenduntur, quàm sunt. Dicitur etiā fascinus vulgo qui nocet infantibus. Dicuntur enim quorundā oculi visu vrentes, dum & hic eorum actus fascinatio dicitur: (Fascinus) & potest fieri vt huic peccato inseruiant dæmones. Similiter inuidia tanquàm fascinus vrit. Inuidus enim non modo sibi nocet, sed & his in quibus aliqua bona esse incipiunt, vnde Salomon, Fascinatio malignitatis obscurat bona. (Sapi. 4.c.) Sic factum est, vt inuidi tanquàm fascinantes nocuerunt Galathis, nuper in Christo renatis, vt ijdem Galathæ fidei stomacho nauseante cibum spiritus euomerunt.
c An. quorum ocu. Verè fascinati, quia ante oculos, idest, in vestra præsentia ille tantus qui est.
d Iesus Chri. proscr. est. idest, exhæredatus: & hoc in vobis. In alijs non deberetis pati, vt regnum & hæreditatem suam amitteret, nedum in vobis.
Vel. Ante quorum ocu. proscri. id est, proscriptio eius ita fuit vobis nota, quasi ante vos esset facta, & in vo. idest, in intellectibus vestris erat crucifixio vt vel sciretis qualiter facta, & quid cōtulit.
Pro. est. BED. idest, hæreditatem suam amisit vosipsos. Quod autem ait crucifixus, pondere pronunciationis indiget cum dolore.
E ✻ THEOPHYL. Atqui Hierosolymis crucifixus est: quomodo ergo dicit, quòd ante oculos, & in vobis? Quoniam fidei oculis viderunt crucē exactius, quàm qui tum coram astiterunt, conspexerúntq;. Nam plerisque eorum qui corporaliter viderant, nihil commodauit: hi autem, etiamsi oculis non vidissent, per fidem exactius contemplati sunt. Viua veluti imagine expressa depictus est per prædicationē: vos verò credentes prædicationi, ceu præsentem ipsum conspexistis.
e Hoc so. vo. Commotis per increpationem, probat quòd lex non est obseruanda, quia non ex ea, sed ex fide veniunt omnia necessaria, spiritus, iustitia, benedictio. Q. Quamuis fascinati & stulti tamen Hoc vo. à v. dis. quia hoc adeò euidens est, vt & stulti docere queant. F Solum si nihil aliud esset, hoc ad probandum sufficeret, cum constet, quia spi. ac. an ex operi. vbi labor quē nunquam habuistis. an ex fi. quæ auditus facilitate venit.
f An ex au. fi. AVG. Vtique ex fide, non ex operibus legis. (In hunc lo.) Ab Apostolo enim prædicata est eis fides, in qua prædicatione aduentum & præsentiam spiritussancti senserant. Et est sensus: Si in illis operibus legis esset salus vestra, non daretur vobis spiritussanctus, nisi circūcisis. Sed fuit datus vobis, antequam opera legis haberetis. Sciendum, quòd nunc de operibus maximè tractat, quæ sunt in sacramentis, quæ non sunt necessaria vbi gratia fidei est. Bipertita sunt enim opera legis: partim in sacramentis, partim in moribus accipiuntur. (Opera legis bipertita.) Ad sacramenta pertinent, circumcisio, sabbatum neomeniæ sacrificia, & huiusmodi innumeræ obserāutię. Ad mores autem. Non occides, non mœchaberis & huiusmodi. (Deute. 5. b.) In obseruantiis, si non intelligantur: seruitus sola est. Si autem obseruentur, & intelligantur: non modo nihil ☞ obsunt

CAP. III.

¶ Dolendo.. ¶ Q. Non ex lege, sed ex fide iustitia est, & Christus ex dilectione se pro nobis tradidit. ¶ Et cum hæc omnia constent, & in his instructi fuistis. ¶ Per increpationem commonet.
a ¶ Per simile, vt quod ante oculos est non videatis, veritas se ingerit, & ei non creditis.
a b O Insensati Galathæ, quis vos fascinauit, ve- 1
¶ Alias credere.
¶ Dum per legem Christum deseritis, Christus est à vobis proscriptus, sicut à Pilato, & dum insufficientem creditis à crucifixoribus non differtis.
c ritati non obedire? Ante quorum oculos 2 3
a ¶ Quamuis sitis fascinati & stulti, tamen
d Iesus Christus † proscriptus est, & † in vobis crucifixus. Hōc 4 5
e solùm volo à vobis discere: Ex operibus legis spiritum acce- 6
¶ Et quia ex fide, ergo adeo stulti. ¶ Sancto.
f pistis, an ex † auditu fidei? Sic stulti estis, vt cum spiritu 7
a ¶ Initium salutis habueritis. b ¶ Cum prouectiores per carnem. i. carnales quæritis consummari, à quibus iustitiæ nec initium poterat haberi. 8
c ¶ Non consummamini, sed habita perditis. Et omnino
cœperitis, nūnc carne consummamini? Tānta passi estis 9 10

(† Stulti) († inter vos) († præscriptus fuit vel ante fuit de pictus.) († prædicatione)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

✻ O Insensati Ga. Postquàm Apostolus improbauit errorem de legalium obseruatione cum euangelio ex perfectione legis euangelicæ: hic consequenter idem facit ex imperfectione legis Mosaicæ. Ista tamē diuisio nō est præcisa quia in præcedentibus posita sunt aliqua de imperfectione legis Mosaicæ: & ecōuerso in sequentibus aliqua ponūtur de perfectione legis euangelicæ. Sed hæc diuisio accipitur secūdū id quod principaliter intelligitur. Et diuiditur in duas partes: quia primò Galathas increpat, secūdò, propositum declarat, ibi: Qui ergo. Prima adhuc in duas, quia primò proponit suam interpretationem. secundò interpretationis rationem, ibi: Hoc solum. Circa primum dicit,
1 O insensa. Galathæ. quis vos facina. Id est, adulando decepit.
2 Non obedi. ve scilicet euangelicæ: per quam legalia sunt exclusa. Licet enim Apostolus sciret eos esse deceptos per pseudo apostolos, tamen quærit, quis vos fascinauit? non ignorans, sed admirans eorum instabilitatem, sicut Gen. iij. b. dicitur: Adam vbi es? non ex ignorantia. Sciendum etiam, quod fascinatio aliquando accipitur pro illusione sensuum qua aliquis non aduertit ea quæ sunt ante ipsum: & sic erat de Gal. quia iniuriam factam Christo per falsos apostolos in præsentia eorum non aduertebant. ideo subditur.
3 An. quo. &c. pro. est, idest, condemnatus per falsos apostolos, asserentes vobis, quòd fides eius non sufficit ad salutem sine legalibus: & sic condemnant eum tanquàm impotentem ad saluandum, cum tamen lex promittat de Christo venturo ipsum fore Saluatorem, vt patet per autoritatem hic præcedenti ca. inductam. Lex enim frequenter accipitur pro toto ve. Testa.
4 Et in vo. per eosdem tanquàm homo purus, hoc enim asserebant à tempore apostolorum aliqui pseudo siue hæretici, propter quod Iohannes in principio sui euangelij compulsus fuit eius diuinitatem declarare: vt dicit Hiero. in prologo super Iohannem.
5 Hoc so. Hic consequenter ponit rationem duplicem increpationis. secunda ibi Tanta. Circa primum sciendum, quòd in primitiua ecclesia baptizatis dabatur spiritussanctus sub signo sensibili per impositionem manuum apostolorum, sicut patet Act. viij. & pluribus alijs locis. & sic datus fuerat Galathis in fide Christi baptizatis. Non autem sic dabatur obseruantibus legalia & sic poterant aduertere, φ legalia non erant ad salutem necessaria. nisi essent prædicto modo fascinati, & hoc est φ dicit. Hoc so. vo. à vo. i. audire: vt deceptio vestra appareat ex vestra responsione.
6 Ex operibus le. spi. ac. scilicet in signo visibili.
7 An ex au. fi. idest, ex receptione fidei Christi per baptismum. q.d. manifestè patet per effectum, quod non potestis negare vos ex fide Christi recepisse, ideo concludit eorum deceptionem di.
8 Sic stul. &c. de Gentilitate recipientes immediatè doctrinam euangelicam, quæ spiritualis est.
9 Nunc &c. super eam volentes recipere legalium obseruationem: Quæ dicuntur iustitiæ carnis. Heb. ix. eo quòd tollebant quasdam immundicias, ex immundorum tactu prouenientes, vt ex tactu morticini, menstruatæ, & huiusmodi: ex quibus homo reddebatur inhabilis ad ingressum templi,
10 Tanta pas. estis. Hic ponitur secunda ratio: quia pati detrimentum mag-

Universidad de Deusto Biblioteca

A obsunt, sed etiam prosunt, si tempori congruant. Omne autem sacramentum cum intelligitur, vel ad contemplationem veritatis, vel ab bonos mores refertur. Contemplatio veritatis in solius Dei dilectione, & cognitione fundata est. Boni mores in dilectione Dei & proximi, in quibus duobus *tota lex pendet & prophetæ.* Matt 22.d.

a *Sine cau.* ideo dicit: quia multa iam pro fide tolerauerant, & in ipsis passionibus charitate timorem vicerant. Sine causa ergo tanta passi erant, qui à charitate, quæ in eis tanta sustinuerat ad legem labi volebant.

b *Qui er.tri.* quia vos non ex operibus quę nunquàm habuistis accepistis spiritũ, sed ex fide: ergo potestis videre, quod ego qui habui opera legis, nõ tamen per ea, sed per fidem accepi potestatem dandi spiritum, & operandi miracula. De eo qui sub lege fuerat, potest dubitari: sed per similitudinẽ istorum liquet.

B ✻ THEOPH. Deus, inquit, qui suppeditat vobis spiritum vt prophetetis, & linguis loquamini, qui operantur in vobis virtutes signorum & prodigiorum, legisne opera hæc faciebat, vtque & vos hæc transigẽtes curaretur, vel per fidem, quam in Christum suscepistis? Planum est quòd per fidem. Quî igitur hac dimissa, per quam glorificabimini, ad abolitam abrogatámq; legem curritis?

c *Cred. Abra.* ✻ IDEM. Maximè vos fidei vim nosse oportebat ex signis quæ perfecistis. Quinetiam ad progenitorem vestrum Abraham defigite oculos, de quo plurimus semper vobis sermo est, & inuenietis quoque ipsum ex fide iustificatum. Si autem qui ante gratiam vixit, ex fide iustificatur, multò potius gratia donati, fide teneri debent. C

d Ad

d *Ad iusti.* Iustitiam vocat hic peccatorum remissionem & bonæ vitæ obseruantiam. D

e *Proui.* Non solum iustitia ex fide, sed & benedictio. quia scriptura dicit: In te benedicentur: quod est in tuæ fidei conformitate. Et ne alio vertas: dicit Mosen sic sensisse: *Pro.q.e. fi.iu.Gen. de.* Prouidens, idest, ostendens lõgè antequàm fierent promissum, hoc, scilicet,

f *Quia ex fi.* Non ex operibus.

g *Prænun.* id est, ostendit. Vel prænunciauit, id est, ostendit prænunciatum esse, quòd *benedi.* in æterna beatitudine.

h *In te.* in tuæ fidei imitatione.

i *Quicunq. enim ex.* Quod intelligendũ est, non de operibus quæ ad mores, sed quæ in obseruationibus illis fiebant. Prodest lex in tabulis scripta: cætera onus sunt. E

k *Scrip.est.* Qui ex operibus legis sunt, maledicti: quia sicut scriptum est a Moyse in Deutero. *Maledictus omnis hom. &c.* q.d. Multa præcepi quæ omnia nullus implere poterit: sed in onus data sunt, & ideo omnes maledicti. In quo innuit desiderandum esse Saluatorem, qui finem ponat his. & liberet non solum ab alijs peccatis: sed à maledicto legis. Cur ergo Galathæ transeunt à gratia ad maledictum? Deut. 21.d.

✻ CHRYSOSTOMVS. Probat breuiter, quòd nullus legem implesset, vnde & execrationi erant obnoxij & quòd fides iustificat. Posteaquàm legem nemo seruauit, sed omnes ob transgressionem obnoxij erant maledicto, excogitata est quædam facilior via per fidẽ, quæ quod legi erat impossibile, per se redderet possibile.

l *Iustificatur apud Deum.* Qui eum gratis colit, scilicet, non eu

pid

¶ i. sine vtilitate. a ¶ Hoc ego non affirmo, quia in vobis est si vultis proderit. hoc dicit ne desperent. b ¶ Ministerio non autoritate.

a b †sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritũ 1 († frustra)

¶ Miracula. ¶ Inter vos. ¶ Non vtique ex operibus, sed ex fide, & si mihi qui ibi valui non prosunt, cur ea quæritis. 2

& operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu 3 4

¶ Ita spiritus ex fide, sicut & iustitia. a ¶ Credere. 5

c fidei? Sicut scriptũ est. † Credidit Abrahã Deo, & reputatũ est 6 († Gen. 15.b Rom. 4.a. Iacob. 2.d.)

a ¶ Sufficiens causa. b ¶ Quia Abraham iustus ex fide. c ¶ Quorum esse spirituale est ex fide. ¶ Iusti. 7

d ei ad iustitiam. Cognoscite ergo: quia qui ex fide sunt, hi sunt 8

e filij Abrahæ. † Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustifi- 9 († prędidẽs)

f cat gentes Deus, † prænunciauit Abrahæ, quia benedicentur 10 († prius rem lætam nunciauit.)

g a ¶ i. in tuo semine. ¶ In tuæ fidei imitatione. b ¶ Non tantum Iudæi. c ¶ Quia autoritas hoc dicit. 11 12

h in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum 13 († Gen. 22.d.)

a ¶ Sicut Abraham benedictus est per fidem. b ¶ Qui ex fide sunt benedicentur. ex operibus enim legis non, sed maledicentur. 14 ¶ Et ideo non est intelligendum aliter quàm suprà exposuit, vt dicatur in te, in tuorum operum similitudine. 15 c ¶ Vt nequeant euadere maledictum.

i fideli Abraham. Quicũque enim ex operibus legis sunt, † sub 16 († execrationi sunt obnoxii.)

a ¶ Transgressionis. 17

k maledicto sunt. Scriptum est enim: † Maledictus omnis homo 18 († deu. 27.d.)

a ¶ Non solum cognouerit. b ¶ Non quibusdam tantum. c ¶ Quod nullus potest, vnde Petrus, Quid tentatis imponere nobis iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus.

qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro le-

a ¶ Ita. b ¶ Non modo velit, sed opere impleat. c ¶ Ex lege est maledictio, quod autem non sit ex iustitia.

l gis ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur

a ¶ Et si apud homines qui falluntur. b ¶ Ex verbis Abacuc. ¶ Vita æterna.

apud Deum, manifestum est, † quia iustus ex fide † viuit. 19 († viuit) († Aba. 2. a.)

NICOLAVS DE LYRA.

✻ magnum sine causa fatuum est, sic erat de Galathis: propter quod erant increpandi, sicut fatui, & hoc est quod dicit: Tanta pas. estis. Quod exponitur dupliciter. Vno modo de persecutionibus quas pro Christo sustinuerant.

1 Sine causa. *idest, sine vtilitate proueniente: imo cum detrimento. Minus enim dicendo plus significat. per deceptionem enim pseudo apostolorũ dictæ sufferentiæ perdiderãt meritum, & cũ hoc incurrebant peccatũ.*

2 Si ta. si. ca. *id est, si perseueretis in errore. q. d si abijciatis errorem, recipietis iterum gratiam bona mortificata reuiuificantem. Alio modo exponitur de expensis quas fecerant pro pseudo apostolis: & sic passi erant damnum in temporalibus & sine vtilitate spirituali: imo cum detrimento bonorum spiritualium, & hoc videtur sonare litera, cum dicitur:* Tã. pas. *id est, plura damna in temporalibus bonis.*

3 Qui er. *Post Galatharum increpationem, hic consequenter declarat Apostolus cessationem legalium propter eorum imperfectionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc declarat per rationem. secundò per similitudinis adaptationem ca. se. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur ratio. secundò soluitur tacita quæstio, ibi:* Quid igitur. *Circa primũ facit talem rationem: Illa lex quæ non iustificat, nec benedictionem Dei confert, nec hæreditatem affert, tanquàm imperfecta cessat adueniente lege iustificante. benedictionem Dei conferente, & hæreditatem etiam æternam afferente. sed sic se habet lex Mosaica ad euangelicam ergo, &c. in hac ratione sic procedit, quòd supponit maiorem tanquàm manifestè veram. Et declarat minorem, quantum ad tres eius partes. primò primã, secundò secundam, ibi:* Prouidens autem. *tertiò tertiam, ibi:* Fratres. *Primam autem declarat, scilicet, quòd lex non iustificat, sed fides Christi, dicens:* Qui er. tri. vo. spi *scilicet, in signo sensibili.*

4 Et operatur virt. in vo. *id est, miracula videntibus vobis. de quo certum est, quòd ipse est Deus: quia talia fieri non possunt nisi virtute diuina. Facit ne hoc.*

5 Ex o. leg. an ex au. fi. *idest, ex receptione fidei Christi q.d. manifestè patet per effectum, quòd hoc non est ex merito fidei, quia talia non sunt seruantibus legem, sed recipientibus fidem. Et confirmat per scripturam. di,*

6 Si. scri. est. *Gen. xxv. b.*

7 Credidit Abra. Deo & re. est ei ad iu. *& sic ex fide Christi venturi iustificatus fuit & non ex operibus legis, quæ per magnum tempus postea fuit data. ideo concludit:*

8 Cogno. er. quia qui ex fi. *credentes per fidem Christi iustificari.*

9 Hi sunt. *i. imitatores fidei suæ: & per eam iustificati sicut & ipse.*

10 Prouidens autem. *Hic declaratur secunda pars minoris. scilicet ꝙ benedictio Dei non habetur ex lege. sed ex Christi fide: di.* Prouidens autem, *idest. Deus autor scripturæ.*

11 Quia ex fi. iusti. Gent. De. *& non ex lege, vt prædictum est.*

12 Prænunciau. Abra. *Gen. xxij. ante dationem legis longo tempore:*

13 Quia benedicent. in te. omnes Gen. *quod impletum est in Christo ab Abraham descendente secundum carnem: in quem ex omnibus Gentibus aliqui credunt, & plenius implebitur circa finem mundi.*

14 Igi. qui ex fi. sunt. *idest, de numero fidelium.*

15 Benedi. &c. *quod non conuenit legalia seruantibus, ideo subditur.*

16 Quicunq;, &c. *Asserentes. quòd sine illis operibus non est salus.*

17 Sub ma. sunt. *Quia non possunt illa implere propter quod dicit Petrus Act. xv.* Hoc est onus quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus. *Sed contra videtur esse. Hiero. in expositione fidei, scilicet, illos maledicendo, qui dicunt præcepisse Deum aliquid impossibile. Dicendum, quòd aliquid est impossibile dupliciter. Vno modo simpliciter & absolutè. & sic loquitur Hiero. Alio modo, quia non est bene possibile sicut de lyra dicitur quòd non potest seruari quando male sonat, vt dicitur v. Metaph. & sic dicitur, quòd Iudæi non poterant seruare, propter difficultatem seruandi: quia non poterant de facili seruare & ideo multi errant transgressores. Quod autem tales sint maledicti, probatur, per scripturam Deut. xxvij.* (Impossibile dupliciter dicitur.)

18 Maledictus &c. vt faciat ea. *idest, opera impleat: quod tamen prædicti non faciebant. Et vlterius ad probandum, quòd lex non iustificet, infert scripturam, Abacuk. ij. dicens.*

19 Iustus ex fide viuit. *Vita gratiæ.*

✻ Lex

A piditate appetendi aliquid ab ipso præter ipsum, vel timore amittendi. In ipso enim solo, vera nostra beatitudo est, & perfecta est.

a *Lex autem, &c.* Ex fide est iustitia & vita: sed lex non est ex fide. posset enim videri, quia opera legis ex fide fierẽt, vt pro eis sperarẽt ęterna: quod nõ est, sed ex timore pœnæ illa seruabant.

b *Viuet in illis.* Non ait qui fecerit eam, viuet in ea; cum præmisisset, lex nõ est ex fide, vt intelligas, legem in hoc loco pro ipsis operibus quę in illis obseruationibus fiebant positam. Qui autẽ viuebant in his operibus, timebant vtique, si non ea fecissent lapidationem, vel crucem, vel aliud huiusmodi pati. Qui ergo fecerit ea, viuet in illis: non apud Deum, idest, habebit prẽmium, ne illa morte puniatur. Qui autem ex fide viuit cum hinc exierit, tunc magis habebit præsentissimum prẽmiũ. Non igitur ex fide viuit quisquis præsentia quæ videntur, vel cupit vel timet: quia fides Dei ad inuisibilia pertinet. B C

c *Factus pro nobis.* id est, reputatus non solum maledictus, sed etiam maledictum. Vel, Factus est rei veritate. *Maledictus.* idest, mortalis. (Aug. lib 14. cont. faust. c.4. & lib 2. cont. fœlicem Man. c.11.)

✻ THEOPH. Ne quis hîc occurrat, verè, inquiens, qui non facit legem maledictus est, & verè fides iustificat. Vnde autem perspicuum ꝙ maledictio illa sublata sit? Indicat igitur solutam esse per Christum execrationem: dato enim prætio, per quod factus est ipse maledictio redemit nos à maledictione legis, quã ipse quidem euasit, ceu legem implens; nos autem obnoxij legi sumus, eiúsque rei, quippe, qui nequeamus eam perficere. æque ac si condemnatum quẽpiam adiudicatúmq; morti, alias quispiam innoxius eximat à morte pro illo mortem subire volens & eligens. Suscepit igitur maledictionem, ex eo quòd penderet, dissoluitque maledictionem, quæ nobis, quòd legem non impleremus, erat imposita, ipse tamen nõ subiectus huic. Legẽ enim impleuit & peccatum non fecit. Eam autem ob rem ille factus est maledictio, vt ad gentes, qui lege nonvtebantur, neq; ea tenebantur, benedictio Abrahami, que ex fide est, perueniat, in Christo Iesu.

✻ HIERON. Sic est scriptum: *Si cui fuerit iudicium mortis, suspendetis eum in ligno* Non ideo maledictus qui pendet, sed ideo pendet, quia maledictus. Christus ergo cui non erat iudicium mortis, nec causa subeundæ crucis & maledicti reatus, pro nobis maledictum suscepit, quia omnes maledicti eramus, & debiti ligno, & ideo maledicti, quia non permansimus in omnibus quæ scripta erant in lege. (Aug. vbi s.) D

d *Male. qui pen.* Q. Satis ad pœnam sit quòd suspensus moritur reus: & quòd illic est vsq; ad vesperam, vt tunc deponatur & sepeliatur, ne si ibi sit diutius, maius sit opprobrium: & macula generi eius.

HIER. In Hebræis & nostris nunc codicibus in Deuteronomio habetur: *Maledictus est Deo.* In antiquis tamen Hebræorum codicibus nõ habetur nomen Dei. & puto post passionem domini ab aliquo appositum esse vt nos qui maledictũ à Deo credimus Christum, infamaret. Sed nõ est hoc in contumeliam domini Quid mirum si maledictus dicitur Deo qui habet in se quod Deus odit, id est, reprobat & dolet peccatum, scilicet, & mortẽ. *Male.* idest, mortuus: quia mors est maledictio: & maledictum est omne peccatũ. Vel ipsum quod fit, vt sequatur supplicium, Vel ipsum supplicium. quod & vocatur peccatum: quia ex peccato fit. *Male.* ‹o: quia Deus odit peccatum & mortem nostram, cum ad delendum eã misit filiũ suũ. E

e *Omnis.* etiam Christus, ne futuri hæretici negent eius veram mortem. Insipiens honorificentia Christum a maledicto quod morti coniunctum est separat. Pœna ergo peccati, cum non ex benedictione necessario venit ex maledictione qua dicitur, Si tetigeritis morte moriemini. Vel maledictus, i. mortalis: mortalitas autem ex peccato. Maledictio gemina culpæ & pœnæ. Vnde & maledicti duobus modis dicitur, scilicet: actiuè & passiuè, scilicet: secundum culpam & pœnam. Non ideo quis maledictus, quia crucifixus sed quòd in talem inciderit reatum, vt meruerit crucifigi, quod non Christus. Et ideo licet sic reputatus, tamen non fuit maledictus maledictione pœnæ, & si culpę. (Maledictũ duplex.) F

f *Fratres se.h.di.* Q. Probaui per rationes & auctoritates, ꝙ per fidem non per legem datur spiritus, iustitia, beatitudo modo *dico.* idest, probo idem secundum humanam consuetudinem. in qua quamuis sæpe non sit firmitas, *tamẽ firmum est testa.* idest, ab homine factum suis hæredibus. Similiter Testamentũ Dei lex non facit irritum, sed præmittit cui factum est, id est, Abrahæ, vt ex dantis, & accipientis dignitate videatur incommutabilis sponsio. *Et semi.* idest Christo. Non quòd ad eum fieret promissio, sed ad eum pertinebat: quia per eum promittebatur danda benedictio. Et ꝙ semen illud Christus sit, non alius notat ex verbis scripturæ quæ est. In semine tuo benedicentur omnes gentes. *Non dicit* scriptura *in seminibus.* sicut faceret: si de (Gen. 22.d.)

mul

a ¶ Vt pro futuris impleatur, sed pro temporalibus. ¶ Nil mandat credendum. ¶ Sed pro timore. b ¶ Aliter plectetur. ¶ Non apud Deum. c ¶ Ex lege maledictio, non iustitia, sed Christus. 1

a Lex autẽ non ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis. Christus 2

b a ¶ Iudæos, qui sub maledicto. b ¶ Cur ergo vos ad id tenditis. c ¶ Dum vt reus occiditur. 3

c nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. 4

¶ Vt. Tu discipulus illius sis. a ¶ Ideo reputatus est maledictus, quia suspensus. 5

b ¶ Verè mortuus est. Omnis, vt nemo Christum excipiat. c ¶ Pro suis sceleribus, quod non Christus. 6

d Quia scriptum est: † Maledictus omnis homo, qui pendet in 7 († Deu. 21.d)

e a ¶ Ita nos Iudæos redemit, vt etiam in Gentibus, quæ non sub maledicto legis.

ligno, vt & in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo 8

a ¶ Tandem vtrique. b ¶ i. beatitudinem quam spiritus in arram datus promittit. 9

c ¶ Non per opera. 10

f Iesu, ut pollicitatione spiritus accipiamus per fidem. Fratres 11

a ¶ i humanam consuetudinem. b ¶ Probo illud idem. c ¶ Testibus, & morte testatoris. 12

†secundũ hominẽ dico, † tamen hominis confirmatum testa- 13 († Humano more loquor.) († Heb. 9.c)

a ¶ Vt dicat non valere, non bene factum esse. b ¶ Vt aliter de rebus illis disponat, sed in autoritate omnium. ¶ Similiter. ¶ Quem non falleret Deus. 14

mentum nemo † spernit aut superordinat. Abrahæ dictę sunt 15 († reiicit)

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Lex autem non est, &c. *Ly ex, tenetur hic materialiter, sicut cum dicitur: Ex ære fit statua. & pro tanto dicitur, lex non ex fide. quia in lege veteri non fuerunt data præcepta de credendis. hoc enim pertinet ad legem nouam in qua facta est explicatio credendorum, propter quod Ro. iij. Lex vetus dicitur lex factorum, lex autem noua dicitur lex fidei. Nec est per hoc intelligendum, quòd patres veteris Testamenti fuerunt sine fide,* sine qua impossibile est placere Deo, *Heb. vj. b. Multi enim ipsorum fuerunt sancti, & Deo placentes: sed non habuerunt fidem explicitam, sicut patres noui Testamenti. in quo veritas apertè est per Christum reuelata.* (Ro. 10.b.)

2 Sed qui fe. *scilicet legis præcepta.*

3 Viuet, &c. *quia non incurret pœnam mortis quæ transgressoribus inferebatur, & ideo non dicit absolutè, viuet: sed viuet in eis: vita corporali: vita verò spiritualis datur per fidem charitate formatam.*

4 Christus nos re. &c. *idest, de pœna transgressoribus legis debita nos absoluendo à debito seruandi eam. Et quia fecit hoc per suam passionem per quam legalia sunt euacuata. ideo subdit.*

5 Factus pro no. &c. *idest, sustinens pro nobis pœnam mortis, sed non culpam, quæ mors inferebatur maledictis in lege, scilicet per suspensionem in ligno.*

6 Quia scri. est: *Deuter. xxj.*

7 Maledictus omnis qui pen. in li. *Et quia per suam passionem meruit promissionum factarum patribus impletionem, ideo subdit.*

Vt

8 Vt in Gen. be. *Abrahæ scilicet promissa.*

9 Fieret in Iesu Chri. *Promissum enim erat Abrahæ quòd in semine eius benedicerentur omnes gentes. Gen. xxij. d. quod impletum est Christo descendente ab Abraham secundum carnem.*

10 Vt pollicitationem. *id est, promissionem.*

11 Spiritus ac. per fi. *Quæ datur credentibus in ipsum.*

12 Fratres. *Hic declaratur tertia minoris suprà positæ scilicet quòd hæreditas æterna non datur per legem, sed per Christi fidem, quia promissio huius hæreditatis facta fuit Abrahæ per longum tempus ante legis dationem, vt declaraui plenius, Gen. xv. Si igitur daretur ex lege, quæ postea data est, sequeretur quòd promissio illa per legem fuisset irritata. ex quo non daretur ex promissione, diuino iuramento firmata, qualis fuit ita, sicut patet. Genes. c. xxij. vbi reperitur hæc promissio. Et additur:* Per memetipsum iuraui, dicit dominus, &c. *Hanc autem rationem deducit Apostolus diffusè, & aliquantulum intricatè, dicens:* Fratres secundum hominem dico. *idest per factum humanum ostendendo propositum.*

13 Tamen hominis. *Quasi diceret: licet homo nihil sit respectu Dei:* Tamen hominis confirmatum Testamentum. *in quo ordinat de hæreditate pro filijs.*

14 Nemo spernit aut superordin. *idest immobiliter tenet. Antiquitus enim homines in suis Testamentis ordinabant de successione hæreditatis, & adhuc fit in aliquibus terris.*

15 Abrahæ dictæ sunt promissio. *scilicet, diuina per modum testamenti firmata, vt postea patebit. ideo sunt firma.*

✻ Et

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Pluraliter. ¶ Quia frequenter idem i. æterna beatitudo promissa est. b ¶ Christo. ¶ Abrahæ.
promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in 1
a multis: sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Hoc 2
autem dico testamentum † confirmatum à Deo * quæ post 3
¶ A promissione facta Abrahæ. a ¶ Non infirmat promissionem lex, sed quòd futura, & quando futura significat.
b quadringentos & triginta annos facta est lex, nõn irritum fa- 4
a ¶ Ex operibus legis. 5
cit † ad euacuandas promissiones. Nam si ex lege hæreditas, 6
a ¶ Excluditur promissio, & frustratur Abraham. b ¶ De quo non est dubium quin habeat. c ¶ Per fidem. 7
iam nõn ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem 8
a ¶ Vel vt faceret transgredi, vt optaretur medicus. ¶ Vel vt timore cessarent transgredi, vt quandoque idem facerent voluntate 9 10
c donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressionẽ posita 11
d a ¶ Et ideo nõ iã tenenda est. b ¶ De quo. c ¶ Deus. ¶ Quod per cũ benedicerentur omnes gentes, contra quem facit qui legem reducit. 12 13
e est, donec veniret semẽ, cui repromiserat, ordinata per ange- 14

A multis vellet intelligi: sed in semine: sicut qui de vno vult intelligi, vt aliud vnu est Christus. dicit Apostolus. Non enim potest inueniri alius qui omnes gentes benedixerit.

a *Hoc autem di.* Hoc promisit Deus Abrahæ, hoc autem testamentum confirmatum per iuramenta dico & affirmo, quòd lex non facit irritum, de qua non esset hoc putandum: quia data est tantum ad tempus: quia post multũ tempus à promissione facta Abrahæ, lex data est. de qua si esset benedictio, homines illius temporis Abrahã Isaac & Iacob, non eam habuissent.

b *Lex non fa. ir.* id est, falsum: quod faceret, si per eam daretur benedictio. Promissio enim illa non dixit, quòd per legẽ sed per semen. Quod si per legem, benedictio, frustra semini promisit, & frustra semen ipsum venit. Lex non facit irritum, quòd iam valeret ad euancuandam promissionem: quòd esset falsa, & Deus mẽdax. Euacuaretur. Nam si ex lege datur hæreditas, id est, æterna beatitudo, tunc non ex eo: quòd promissio dixit (destruit cõsequẽs) sed ex promissione datur: quod in parte ostendit: quia Abrahę, de quo constat, quòd sine lege fuit dedit Deus per repromissionem, id est, per Christum sæpe promissum.

c *Quid igi. lex?* Avg. in libro retractationum. Olim cum exponerem hoc capitulum ita distinguendum putaui, vt interrogatio esset: Quid igitur? Ac deinde esset responsio: Lex propter trans. &c. Quod quidem non abhorret à vero: sed melior mihi C videtur ista distinctio, vt interrogatio sit: Quid igitur lex? Et inferatur responsio propter trans. &c. Q. quandoquidem lex non est ad iustitiam, vel ad beatitudinem: quæ ergo est eius vtilitas? Cur à Deo data? Deinde ne frustra videatur data, cur data sit, explanat di. Lex posita est in medio propter trans. &c.

d *Propter trans. po. est lex* Posita est in medio, inter promissionem & semen: cui facta est promissio, idest, inter Abraham & Christum, vt populum Dei erudiret sub timore Dei: vt dignus fieret excipere promissionẽ quæ est Christus. Vel propter transgressiones, id est, vt homo superbè, de suis viribus fidens acciperet præcepta in quibus deficiens: & factus pręuaricator liberatorem saluatoremque requireret. Data est ergo lex ad domandam hominis superbiam, eiusque prodendam infirmitatem. Data est etiã duris in flagellum. Data est etiam in signum futurorum vt futura figuris attestaretur. Ecce quatuor causas datæ legis breuiter distinctas, quæ in epistola ad Romanos plenius explicantur. vbi dicitur, Lex subintrauit, &c.

e *Ordinata per angel.* Lex dico ordinata per angelos, idest, Moysen, & alios ministros Dei, vel ministerio angelorũ hominibus data, in quibus angelus erat vtiq; pater & filius & spiritussanctus. Aliquando sine vlla distinctione personæ Deus per illos figurabatur: Et nota quòd non ait data, sed ordinata: quasi ordinabiliter data inter tempus naturalis legis. de qua conuicti sunt quòd iuuare non potuit & tempus gratiæ antequam de lege conuincendi erant: qui ergo nunc eam reducit, contra ordinem angelorum facit.

Magno Dei consilio factum est, vt post hominis casum ilico lex non daretur vel Dei filius mitteretur. Nisi enim hominis superbia prius experiretur arbitrij sui libertati sufficientiam arrogaret, & legem superfluè datam, & Dei filium frustra venisse D iudicaret. Item nisi prius lex scripta daretur, per quam quid posset probaret, Christi aduentum superfluum iudicaret. Ne igitur homo detrahendi vel murmurandi occasionem haberet, reliquit eum Deus prius in libertate arbitrij, in lege naturali: vt sic vires naturę suæ cognosceret. vbi cum deficeret videns sibi liberum arbitriũ, non sufficere ad iustitiam: nec sic se humiliauit ad poscendam gratiã sed superbè legẽ scriptam legi naturæ adiunctam sibi sufficere putans clamabat: Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Vt igitur & de ipsa conuinceretur antequam filium mitteret legẽ dedit, quæ partim morbũ detexit, non consumpsit. E Qua data inualuit morbus, & aucta est infirmitas, non legis, sed naturæ vitio, & diaboli instantia: vt ita cognita vtriusque legis insufficientia, & sua infirmitate clamaret ad medicum, & quæreret gratię auxilium. & ita factum est. Multiplicatis enim infirmitatibus, postea accelerauerunt ad medicum, qui veniẽs in forma serui sanauit vulnera hominis lãguidi. Hic est Samaritanus ille qui ad vulneratũ, qui inciderat in latrones appropiauit, atque vulnera eius alligauit, quem sacerdos & Leuita immisericorditer pertransierant. idest, lex vetus & sacerdotium, quia lex neminem ad perfectum ducit. Hic est Elisæus, ille qui misit baculum ad suscitandum filium Sunamitis, per quem cum ille non surgeret, tãdem venit ipse Elisæus, contraxit se, & coaptauit puero mortuo & surrexit mortuus. Hic etiam est angelus ille in cuius descensu mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Hic est omnipotẽs sermo, qui à regalibus sedibus venit dum medium silentium tenerent omnia. Primum silentium fuit ante legem, secundum sub lege, tertium erit in gloria. Primũ ignorantia lãguoris. secundũ desperatio curationis. tertium adeptio sanitatis. Ante legẽ namque homo morbum suum non agnoscebat, ideoque silebat nec quęrebat remedium. Vt autem lex subintrauit, & ostendit languidis vulnera sua, mox ruptum est silentium, & cœperunt ægri F poscere remedium. Sed per opera legis vbi non est salus, sanari volentes, quod quærebant inuenire nequibant. Tandem considerans homo neminem per legem posse saluari vel iustificari, quasi per diuturnos clamores fatigatus, & desperãs rursum loqui cessauit: & subsecutum est secundum silentium. Tunc ergo omnipotens sermo patris, à regalibus sedibus forma serui indutus in mundum venit. Samaritanus ad vulneratũ appropiauit, angelus magni consilij ad piscinam descendit. Elisæus ad suscitandum mortuũ accessit, idest, summi regis filius de consessu patris ad tolerandam mortem passionis, de æqualitate maiestatis ad patibulum crucis, de sede regali ad officinã peccati, de lumine cœli ad tenebras mundi, vel inferni venit. & veniẽs locutus est pacem, dedit gratiam, proposuit misericordiam, promisit veniam. & ita rupto silentio cœperunt ægri pura fide ac vera confessione, quasi magnis clamoribus flagitare remedium, & accelerare ad medicum: per quem vulnera sanarentur, morbus curaretur: Recepta ergo sanitate: & donata futuræ immortalitatis felicitate nihil vltrà restabit petendum. Et tunc erit tertium beatum silentium. In

Aug. libr. q. Exod. q. 45.
† ante comprobatum * erga Christum
† vt abroget,
Aug. li. 3. de Trini. c. 11.
Quatuor causæ legis datæ
Quare lex non antea data, vel Christus venerit
Luc. 10 f.
Hebre. 7 c. 4. Reg. 4. f.
Iohan. 5. a. Sapien. 18. c
Silentium triplex

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et semini eius. *scilicet Christo, in quo impletæ sunt & non in alio. ideo dicitur semini in singulari.*
2 Hoc autem dico testament. conf. *idest, promissiones illæ per modum testamenti sunt confirmatæ, quia iuramento diuino.*
3 Quæ post qua. & tri. an. *Construenda est sic litera: Lex quæ post quadringentos, & triginta annos à tempore promissionis factæ Abrahæ.*
4 Facta est. *idest, data in monte Sinai.*
5 Non irritum fa. &c. *idest non euacuat promissionem Abrahæ factã quasi irritam: quod tamen faceret, si daretur ex lege. ideo subditur:*
6 Nam si ex lege hæ. *supple datur.*
7 Iam non ex promis. *quia datur ex alia causa.*
8 Abrahæ autem per. re. *firmiam:*
9 Donauit De. *ergo non ex lege.*
10 Quid igi. lex. *Hic consequenter Apostolus respondet tacitæ quæstioni. Ex hoc enim, quod Apostolus dixit, quod ex lege non est iustitia, nec benedictio, nec hæreditatis consecutio, sed per fidem, quæ fuit etiam in patribus ante legem: ideo posset aliquis quærere: ad quid lex Mosaica fuit data, quia videtur hoc fuisse frustra. & hoc est quod dicitur:* Quid igitur lex, *idest, ad quid fuit vtilis?*
11 Propter trans. *Hic respondet ad quæstionem, ostendens triplicem legis vtilitatem. Prima est. Punitio peccatorum: quia in lege determinantur certæ & graues pœnæ pro determinatis peccatis: quarum terrore cohibebantur homines à peccatis vsq; ad tempus legis euangelicæ, quæ est lex amoris. & hoc est quod dicitur:* Propter transgres. *scilicet puniendam & reprimendam.*
12 Posita est lex do. veni. *idest, Christus de semine Abrahæ.*
13 Cui repromise. *idest, in quo complendæ erant promissiones diuinæ. Consequenter redit Apostolus ad ostendendum qualiter sit lex data, di.*
14 Ordinata per ange. *Non enim fuit data immediatè à Deo, sed per* ange

¶ Qui Deus & homo inter Deum & hominem.
a b los in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: Deus 1 2
a ¶ Non est inimica promissionis, sed confirmat eam.
c autẽ vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim 3 4
a ¶ Non solum ex opinione. b ¶ Sed cum hoc non sit, potius condemnat, & sub peccato concludit. 5
data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. 6
a ¶ idest, lex manens & scripta, vel quæ non dat spiritum viuificantem. ¶ Sed tantum est scriptura. b ¶ Cur ergo data: b ¶ Lex data est, vt gratia quæreretur.
d † Sed cõclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio † ex 7
¶ Ideo Deus sic disposuit, vt homines, nota sua & legis infirmitate accelerarent ad gratiam, & credendo promissa consequerentur. ¶ Lex conclusit sub peccato, sed tamen fuit vtilis. 8 9
e f fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quàm veni 10
a ¶ Onere legis, vel inuiti. b ¶ Non liberi, sed serui. c Quasi in ergastulis seruire coacti. 11
g h ret fides, sub lege custodiebamur, cõclusi in eã fidem quę re- 12
a ¶ Quia occulta in antiquis. b ¶ Quia lex custodiebat ad fidem, Itaque. c ¶ Pueros ab illicitis reprimẽs, & ad recta dirigens timore pœnarum. 13 14
i k l uelãda erat. Itaq; lex pædagogus noster fuit † in Christo Iesu,
a ¶ Quandiu fuimus rudes, lex erat pædagogus. b ¶ Mox vel in hac vita hoc bonum habemus, & maius in futuro. 15 16
m vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub 17 18

a *In ma.* In potestate Christi, vt staret dum vellet vel cessaret, A ergo contra eum facitis qui destruxit.

Vel, *in ma. me.* Et quia mediator est inter duo extrema, videretur, vel quòd Christus non esset Deus, vel quòd duo dij essent. Ad quod respondet, & si mediator non est vnius, sed duarum extremitatum, tamen est Deus vnus cum Deo patre per diuinã naturam, cui mediat per humanam.

b *Media.* Lex quam habet mediator, Iudæorũ tantum est: sed B tamen ipse mediator non est tantum vnius populi, id est, Iudæorũ qui legem habuerunt sed & Gentiliũ, C ideo non quæratis legem, vt habeatis mediatorem. Mediator non est vnius, sed tamen est vnus: sufficiẽs ad omnes reconciliãdos Deo, quia Deus, & ideo aliud non adiungatis.

Med. au. v. Avg. Sed duorũ: quia duos populos discordes pacificauit in se lapide angulari: hinc numerum duorum: inde ritus legis auferens per quæ discordabant: condens duos in se. Sed secundum istos Christus non est arbiter duorum, qui inducti in legem de duobus fecerunt vnum populum, & vnius populi nullus est mediator. *Deus autem vnus est.* Hoc dicit, ne Christum (qui secundum quod homo mediator est) prædicando Deum vni Deo contrarium prædicare videretur: quia ipse homo iuxta quod Deus cum patre vnus est: pater enim, & filius vnus est Deus.

Avg. Si filius Dei in naturali æqualitate patris maneret, nec se exinaniret formã serui accipiens, non esset mediator Dei & hominum: quia ipsa trinitas vnus Deus est eadem in tribus, scilicet, in patre & filio & spiritussancto deitatis æternitate & æqualitate constante. Si ergo Christus vnam tantum habet naturam, vnde medius erit? quia nisi talem dederis inter Deum & homines, qui ita sit medius, vt Deus sit propter diuinitatem, & homo propter humanitatis naturam, quomodo humana reconcilientur diuinis non ostendis. Nam ipse veniens prius in seipso humana diuinis sociauit per vtriusque naturæ communionem, in vna eademq; persona, deinde omnes fideles patri reconciliauit Deo, dũ sanati sunt ab impietate superbiæ quicunq; humilitatẽ Christi credendo dilexerũt, & diligẽdi imitati sunt.
d Lex

c *Lex ergo ad.* Quandoquidem lex est propter transgressionẽ, D ergo est contra promissa, vt per eam impleatur aliter quã promissum est. Non quia ex lege non est vita, idest, æterna beatitudo: quia si inde esset vita tunc & iustitia: sed non est ex ea iustitia. Et hoc est:

d *Sed conclu. scri* Iudæos omnino clausit sub peccati dominio lex ipsa, Vel ostendit omnes homines clausos sub peccato. *Sed conclu. scri.* Idem quod ad Romanos: *Conclusit Deus omnia in iniustitia, vt omnium misereatur.* Notis peccatis per legem conclusi sunt, vt se excusare nõ possint, sed quærant misericordiam. *Sed conclusit scriptu. &c.* idest, ostendit homines cõclusos esse sub peccato. Data est enim lex, E non vt peccatũ auferret, sed vt sub peccato omnia conclusa ostenderet. Data est, vt ægrum de morbo conuinceret, qui sibi sanus videbatur: vt peccata demonstrarentur, non auferrentur. Data est, vt inueniret se homo, non vt morbus sanaretur: sed in præuaricatione morbo crescẽte medicus requireretur. Qui ergo negat ægritudinem suam, superfluum iudicat Saluatorem: ergo, & in natura nostra creatorem laudemus, & propter vitium quod nobis inflictum est, Saluatorem quæramus.

* Chrysost. Nam quoniam Iudæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabant remissionem, dedit legem quæ proderet vulnera, quò medicum requirerent. Quod enim dixit, conclusit, perinde valet ac si dixisset, F coarguit, & coargutos continuit in metu.

e *Prius quàm.* (Quod ergo post.)
f *Veniret fides.* Spontanea, quam nullum meritum aduocauit.
g *Custodiebamur.* Non liberi, serui.
h *Conclusi.* Vt sic assueti, duceremur.
i *In eam* id est, tam bonam fidem.
k *Quæ.* Tempore Christi erat.
l *Reuelanda.* Vbi multa aperta sunt quæ prius obscura. Ecce honor legis: quia custodiuit vt pędagogus: sed hoc non magnum est, quia puerorum est, non adultorum.
m *Pædagogus noster fuit in Christo Iesu.* Institutione Christi: qui ideo instituit, vt sic venientes ad fidem quasi pueri ad perfectio nem

† De. pœ. di. 3. c. totam.
† ad Christum
Christus quomodo mediator
Aug in psa. 70. & 83.
Aug. ser. 3 & 13. de ver. apos. & lib. 2. de baptis.
† ex fide
Aug. li. contra faustum.
Aug. ser. 13. de ver. Apo.

NICOLAVS DE LYRA.

* *angelum, vt habetur Act. vij. e. de Moyse. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai, quia tamen ille angelus in persona Dei loquebatur, frequenter nominatur Deus in Exodo.*
1 In manu mediato. *id est, in potestate Christi ad imitandum eam pro voluntate sua tanquàm dominus eius. Vnde dicitur Matthæi. xij. a. Dominus est filius hominis, etiam sabbathi.*
2 Mediator autem vnius non. *Sed duorum extremorum quæ coniungit. Est enim Christus mediator Dei & hominum reconcilians homines Deo patri. Sed quia vnum extremum est simpliciter indiuisibile, scilicet Deus, ideo subditur.*
3 Deus autem vnus est. *Homines autem multi faciunt tamen vnum extremum per vnitatem fidei.*
4 Lex ergo aduersus promissa Dei. *Hic ponitur secunda vtilitas, quæ est hominum conclusio sub peccato: quia lex peccatum ostendebat, nec tamen gratiam iustificantem conferebat, & sic homines mouebantur ad desiderandum aduentum Christi per quem erant iustificandi. Dicit ergo Apostolus interrogatiue:* Lex ergo aduersus promissa Dei? *q. d. Non: quia sic Deus irritaret seipsum. Nec valet, si obijciatur de lege noua à Deo data, quæ tamen euacuat veterem, quia nõ sic euacuatur per nouam quin maneat in meliori. scilicet, in figurata, quæ melior est ipsa figura. sic autem non est in proposito, quia Dei promissa de iustificatione, & hæreditatis consecutione non figurabant legem, sed magis econuerso: quia lex figurabat legem, sed magis econuerso: quia lex figurabat impletionem promissionum.*
5 Si enim data esset lex quæ posset, &c. *Iustitia infusa, quæ facit dignum vita æterna.*
6 Verè ex lege esset iustitia. *Et non ex promissione Abrahæ facta: & sic per legem esset iu... ta.*
7 Sed con. scr. *idest, lex Moysi, quæ est lex scripta.*
8 Om. sub pec. *Inquantum peccatum ostendebat nec mundabat.*
9 Vt promissio. *De iustificatione, & per consequens de hæreditatis consecutione.*
10 Ex fide Iesu Christi. *idest, per fidem eius.*
11 Daretur creden. *Fide formata, quæ tendere facit in Deum.*
12 Prius autem. *Hic ponitur tertia vtilitas quæ est introductio hominum ad fidem Christi ad quam lex vetus fuit quædam dispositio, inquantum lex illa fuit figura nouæ legis. & totus ille status noui Testamenti fuit figuratiuus. j. Corin. x. c.* Omnia in figura contingebant illis. *Figura verò ducit licet imperfectè in cognitionem rei figuratæ. Et hoc est quod dicit:* Prius autem quam veniret fides. *scilicet reuelata & explicita in euangelio.*
13 Sub lege custodiebamur. *scilicet, per cultum vnius veri Dei.*
14 Conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. *Id est enim eadem fides in nouo & veteri Testamento, sed in veteri erat implicita, & figuris velata: in nouo verò est explicita & reuelata. Ex quo concludit:*
15 Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo: *Id est, disponens ad Christum: sicut pædagogus disponit puerum ad virtutem tempore futuro habendam ideo subditur.*
16 Vt ex fide. *scilicet, reuelata.*
17 Iustificemur, *iustitia infusa.*
18 Iam non sumus sub pædagogo. *idest, sub obseruationibus legalibus sicut puer adueniente ætate adulta iam non est sub pædagogi disciplina sed superioris doctrina. Et eadem ratione adueniente euangelio cessant legalia, & sicut in naturalibus cessat dispositio ad introductionem formæ, ideo subdit Apostolus:*

A nem, iustificemur. Vel in Christo, idest, in exequendis præceptis Christi.

a *Omnes filij Dei estis per fidem.* Nos Iudæi tempore fidei pædagogum deseruimus: quia omnes vos Gentiles, qui non habuistis legem, estis filij. Quod ergo vestro exéplo deseruimus, vos accepitis? Quasi dicere: Non debetis hoc facere.

✻ CHRYSOS. Papę quáta fidei vis. Prius ostendit, quod fides redderet filios patriarche; Scitote, iquiés, qui ex fide sunt, hos esse filios Abrahæ. Nunc verò demóstrat eosdé esse filios Dei? Omnes enim estis filij Dei, per fidem quę est in Christo Iesu.

[† Rom. 6. a. De cõ dist. 4. c. quomodo. in fine. † 29. quæ 2. in prin. De coniu. seruo. c. 1.]

B b *In Christo Iesu.* in institutione Christi, & ad similitudinem mortis eius.

a Id est, coactione, quæ non est necessaria liberis. b ¶ Entes. ¶ Vnum & idem cum eo, non natura, sed charitatis copula.

a pædagogo. Omnes enim filij Dei estis † per fidem in Christo 1

a ¶ Per fidem estis in Christo. inde, Quicunque. i. cuiuscunque conditionis, vel sexus.

b Iesu. † Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum 2

a ¶ In quo Christo, id est, in cuius fide. ¶ Propter nihil horum aliquid dignior est, ideo nemo Iudaizaret, quasi per hoc sit dignior.

c d induistis. † Nón est Iudæus neque Græcus: non seruus neque

¶ Nihil horum est in Christo. quia, Omnes vos Gentiles.

e liber, non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos 3

¶ Non differentes in aliquo. ¶ Q. vos estis in Christo a ¶ i. iusti per fidem, sicut fuit Abraham & si semen Abrahæ estis, quid ergo plus Iudæis est? nihil.

f vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo Abrá- 4

a ¶ i. secundum fidem Christi repromissi, non secundum carnales obseruantias. b ¶ Dico vos semen Abrahæ estis, & ideo. ¶ Regni. 5

hæ semen estis, secundum promissionem hæredes. 6

[† eo quod credidistis]

c *Quicunque enim in Christo baptizati estis.* ✻ HIERON. Filium Dei induti, & toti eius membra effecti, filij Dei sitis necesse est, vt quid ergo vobis lex, quę seruis & peccatoribus data est, quibus per baptismum peccata remissa sunt?

[Aug. 12. de trin. c. 6.]

d *Indui.* Id est conformes ei facti estis, quod est vobis honor & contra æstus protectio. Quod autem Christus indumentum sit, alibi Apostolus aperit dicens: Induite vos dominum nostrú Iesum Christum.

[L. 5. & serm. de mul. for.]

AVG. de baptismo. Induunt autem homines Christum: Aliquando vsq; ad perceptionem sacraméti. Aliquando etjam vsque ad vitæ sanctificationem. Et illud primum bonis & malis est commune. Hoc alterum verò proprium est bonorum. D

c *Nó est Iu. nec Græ.* ✻ THEOPH. Vnusquisq;, baptismate ablutorum natiuitas reiecit formas & proprietates, vnam autem figuram & formá omnes assumpserunt, nó angeli sed ipsius domini, in seipsis ostendentes Christú, perinde ac vnú sumus omnes in Christo Iesu, hoc est, quatenus vná Christi formá impositam nobis habemus, vel quatenus etiam vnum corpus sumus, vnum caput, videlicet ipsum, habentes. E

f *Ergo Abra. se. estis.* HIERON. suprà. Semen Abrahæ, dictus est Christus: vbi legitur quòd promissiones dictæ sunt Abrahæ, & semini eius. Hic autem semen Abrahæ dicti sunt filij Christi, idest, omnes credentes. Verum quoties Christus nominatur semen Abrahæ corporaliter, sentiendum est: quòd ex eius stirpe generetur: Quotiensautem nos qui credimus in eum dicimur semen Abrahæ, tunc spiritualiter semen fidei accipere debemus.

[Au. tra. 109. in Io.]

✻ HIERON. Si omnes vnum corpus estis Christi, Abrahę semen estis, & veri hæredes, non ex carnali semine, sed ex diuina promissione generati.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Omnes enim filij Dei est *Adoptiui per fidem charitate formatá.*

2 Quicunq. in, &c. *id est ei conformes facti estis: & sic non estis in statu puerili imperfecto: sed perfecto quantum ad gratiam & virtutem. Nec in hoc est distinctio ratione nationis, conditionis, aut sexus, ideo subdit*: Non est Iu. ne. Græc. non ser. neq. lib. non est mas. neq fœm.

3 Omnes enim vos vnum estis. *id est, incorporati sibi per fidem.*

4 Et Abrahæ se. estis. *sicut Christus est semen eius.*

5 Secundum promissi. *sibi factam.*

6 Hære. *regni cælestis. In promissione enim Abrahæ facta de promissionis terra intelligitur principaliter terra viuentium promissa, prout Gen. xv. plenius declarauit.*

ADDITIO

In cap. iij vbi dicitur in postilla. Lex autem non est ex fide.

C *Quod hic dicit Apostolus, Lex autem non est ex fide, non videtur rectè exponendum per hoc quod in veteri le. non fuerunt data præcepta de credendis, vt in postil. dicitur. Nam in lege ve. manifestè dantur præcepta de credendis, vt cú dicitur Deut. 6. a.* Audi Israel Deus tuus vnus est. *In quo præcepto Dei vnitas expressè præcipitur credéda. Similiter ibi dé trinitas apud verè intelligétes implicitè credéda præcipitur. Similiter cú dicitur Deu. 18. c.* Prophetam suscitabo. *quod intelligitur ad literá de Christo, vt dictú est in præced. addit. ibi subiungitur, Ipsum audite. i. credite. in quo manifestè mandatur, q; credatur Christo tunc venturo. & hoc est quod dicitur in euang. Ioan. v. g.* Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. *q. d. Moyses mádauit vt credatis mihi, quod verificatur ex prædicta auctoritate. & sic manifestú est, q; in le. ve. fuerát data præcepta de credendis. Nec valet dicere, quòd fides antiquorú non erat explicita: quia fides implicita manifestú est quòd est fides: & ideo cú dicitur, Iustus ex fide viuit, intelligendú est de fide simpliciter sumpta siue explicita, siue implicita, prout congruit diuersis personis & temporibus. Vnde verba Apostoli in hoc loco sic videntur intelligenda. Vult enim Apostolus probare, quòd in le. ve. s. in operibus vet. le. nemo iustificatur apud Deum, quod intelligitur de iustitia qua homo est dignus vita æterna. Quod probat ex hoc quod Abacuc dicit,* iustus ex fide viuit. *nó addés, nec assignás aliquod opus exterius factum. Ex quo patet, quòd iustitia iustificás est ex sola fide. s. formata, etiam sine aliquo opere exteriori. Sed in lege videtur attribui vita non fidei, sed factis, vt cú dicitur: Qui fecerit ea, viuet in illis. quod intelligitur qualitercunque etiam faciat sine fide: & hoc est quod dicit Apostolus:* Lex auté nó est ex fide. *i. non promittit vitá ex fide, sed ex operibus legis. Quod videtur contra prædictá auctoritaté Abacuc. Ad quá contrarietaté tollendá oportet dicere, quòd Abacuc loquitur de vita æterna, quæ est vita simpliciter, quæ habetur per fidé formatá etiá sine extrinsecis operibus: & hoc sonant verba cum dicit: Iustus ex fidè sua viuit: Alia verò auctoritas loquitur de vita secundum quid. s. de euasione à lapidatione seu occisione, vel aliquid huiusmodi, quæ in lege dabantur transgressoribus, & ideò non dicit: Qui fecerit ea, viuet simpliciter, sed viuet in illis. s. erit securus à morte comminata in illis præceptis. Vnde ex prædictis duabus auctoritatibus ad inuicem consideratis probat notabiliter suum propositum, vt dictum est.*

Sed circa prædicta non videtur prætermittenda quædam auctoritas thalmudica, quæ manifestè consonat dictis Apostoli suprà dictis quæ habetur in libro qui dicitur Macoth, vbi quidam doctor nomine rabi Cáblai ponit, quòd sexcenta & tredecim præcepta data sunt Moysi: quod intelligitur numerando secundum eos omnia præcepta quæ in Pentateucho continentur, tam affirmatiua, quàm negatiua. & addit vltra: Venit David & constituit omnia præcepta super Psal. xiiij. a. Domine quis ha. in ta. t. *& subditur,* Qui ingr. si. ma. & ope. iu. *&c. in quo Psal. xj. conditiones numeranturque secundum prædictum doctorem requiruntur, & sufficiunt ad illum qui habitare habet in tabernaculo Dei. s. in vita beata. consequéter dicit ille doctor: Venit Isa. & cóstituit ea, scilicet, illa præcepta Mosaica omnia super sex, di. Isa. xxxiij. e.* Ambulans in iustitiis, & loquens æquitates. *& subdit,* Ipse excelsa habitabit. *in qua auctoritate ponuntur sex conditiones quæ requiruntur & sufficiunt ad habitandum in excelsis. i. in cælestibus. Consequenter dicit ille doctor, Venit Michæas & cóstituit ea. s. prædicta præcepta super tribus di. Mich. 6. c.* Homo quod est bonum tibi. & quod Deus petit à te, nisi facere iudicium & diligere misericordiá: & honestè ambulare cú Deo tuo. *in quibus tribus Micheas reduxit omnia præcepta suprà dicta. Consequenter ille doctor dicit: Rursus Isaias constituit omnia præcepta in duobus di. Isa. 56. a.* Custodite iudicium, & facite iustitiá, quia propinqua est salus nostra vt appareat. *Et sic in illis duobus secundum eum concluduntur omnia ad salutem pertinentia. Consequenter dicit ille doctor: Venit Abacuc, & constituit ea super vnum tantum. Abac. ij. a.* Iustus ex fide sua vi. *patet ergo ex dictis istius doctoris à primo ad vltimum consideratis, quòd omnia præcepta Mosaicæ legis in sola fide consistunt. sic quòd habens rectam fidem. s. formatam viuet. s. vita æterna, etiam sine operibus exterioribus, quæ in lege Mosaica præcipiuntur. Quod valdè consonat sententiæ Apostoli, licet fortè ille qui dixit, non plenè intelligeret verba sua propria. Contingit enim sæpè aliquos prophetare nescientes, vt patet de Caipha.* F

REPLICA. In c. iij. epistolæ ad Galathas, vbi dicitur, Lex non est ex fide. *Postil. dicit fidem esse credendorum: lex autem est factorum. ideò dicit in ve. l. non fuisse data præcepta de credendis, sed solùm de agendis. Bur. obijcit per hoc quod dicit:* Audi Israel Deus tuus vnus est: *Quod est manifestum præceptum de vnitate Dei credenda. Oppositum autem huius assumpti ostendit Burg. suprà Exod. 2. in magna digressione quam fecit contra Iudæos, asserentes, quòd primum præceptum est de credenda vnitate Dei, cùm dicitur:* Ego dominus Deus tuus. *Cótra quos sicut dicit Burg. non oportuit dare aliquod præceptum de hoc quod est credere Deum, vel credere Deo, cùm hoc supponebatur ad præcepta decalogi, tanquam per se notum ei qui habet fidem: & ideò non indiget promulgatione accepta infusione fidei, vt prima secundæ. q. c. art. 4. in responsione primi argumenti. Et de hoc intelligitur illud ad Heb. 11. b.* Accedentem ad De. opor. cre. &c. *vnde manifestú est in hoc quod dicitur,* Dominus Deus tuus est vnus *nihil præcipit eis. sed solum intimatur quis est, qui loquebatur. s. do. De. &c. Hæc omnia Burg. vnde patet, quòd contradicit sibi ipsi: & fortassis odium quo ferebatur in Postillatorem, non sinebat eum hic & alibi contradictionem euitare.*

☞ CAP. IIII.

A a D*Ico autem quanto.* Modo vos Gétiles & nos Iudæi sumus Christi, & semen Abrahæ & hæredes. sed olim nos Iudæi sub lege sicut hæres futurus, & à patre substitutus. Ecce iterum quare lex non est tenenda.

✻ CHRYS. Paruulum hic non ætate dicit, sed animo, significans quòd Deus initiò voluerit ista largiri: verum vt vidit nos adhuc puerili esse affectu, passus est sub elementis mundi agere, hoc est, sub neomenijs & Sabbathis. Nam hi dies nobis lunæ solisque cursu redeunt.

[† 24. 5. c. quidá. vel. ebionite.]

b *Sub tutoribus & actoribus est.* ✻ HIER. Quia dominatú quódá sacerdotes & principes exercebát, quos tutores & actores appellat. Modo autem non dominari, sed formá præbere iubétur: quia sacerdotale genus sumus, & omnia cómuniter habemus, quamuis per illos percipiamus sacramenta. B

CAP. IIII.

DIco autem quanto tempore hæres par- 1

a ¶ Aetate, & scientia. ¶ Cogitur, nullam potestatem habet. b ¶ Quamuis. 2

a uulûs est, nihil differt à seruo, cùm sit do 3

¶ Futurus. a ¶ qui eum contra hostes defendant.

b minus omnium: sed sub tutoribus & a- 4

a ¶ qui pro eo causas agant, & mores eius informent. b ¶ Determinatum.

c ctoribus est, vsque ad præfinitum tem-

a ¶ In quo libertas sui & suorum sibi datur. 5

b ¶ Cognitione Dei & viribus. 6

c ¶ Sub lege, quæ est prima institutio ad fidem & iustitiam 7

d pûs à patre, † Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis 8

a ¶ Tum territi minis, tum capti blanditiis. b ¶ Idest, postquam tempus præcedens adimpletum est, vel quia in eo plenè spiritus dona dantur.

e mundi eramus seruientes. At vbi † venit plenitudo temporis, 9

f a ¶ Fecit visibilem hominibus. b ¶ Etiam. c ¶ Sub onere legis sicut sub aliis pœnis. 10

g misit Deus filium factum ex muliere, factum sub lege, vt eos 11 12

h a ¶ Non vt ab ea expiaretur, sed vt ab ea liberaret, sicut à pœnis.

i a ¶ Id est, bona quæ per gratiam dantur, per quæ sunt filij. 13

¶ Sicut participat nostra natura, ita ad suam nos adoptat.

k qui sub lege erant redimeret, vt † adoptionem filiorum 14 15

erat, & mundus per ipsum fa. est, & mundus eum non co. Deinde coniungit, *In propria venit.* Illuc ergo missus est, vbi erat. Vnde & illud propheta dicit. *Cælum & terram ego impleo.* Quærendum est ergo, quomodo intelligatur ista missio. Si tamen sobriè de Dei filio, quæ digna sunt opinemur. Ideo missum intelligere debemus, quia ex illo incomprahésibili inenarrabilique secreto maiestatis profundæ dedit se comprehendendum mentibus nostris Dei verbum, non solum cum se exinaniret, sed etiá cum habitaret in nobis, sicut scriptú est. *Quoniam inhabi. in illis.* D

[Aug. l. 2. de Trinit. cap. 5. & 7. Hie 23. a. I. ps. 21 & t. a. 3. in Io.]

h *Ex mulie.* Vsus Hebræę locutionis, mulieres dicit non corruptas, sed fœminas.

[2. Co. 6. d.] [† impletum fuit tépus.]

✻ THEOD. Notandú est quod illud, *misit,* cóiunxit humanę naturæ susceptioni. Non enim dixit: misit eú vt nasceretur de muliere, vt diuinitatis missionem suspicemur: sed, natum ex muliere, hoc autem est œcononiæ seu dispensationis propriú. E

[† adoptione]

✻ HAYMO. Factum ex muliere, id est, ex semine mulieris, opera Spiritus sancti creatum. Quidam volút dicere *natum,* sed melius factum ex muliere propter hæreticos, qui dicunt, vt ingressus est virginem, statim exijt. factus est autem sub lege, quia octauo die circuncisus est, quadragesimo sunt pro eo legalia oblata munera, & hoc vt ostenderet legé sanctá & iustá, & boná, &c.

✻ IRENAEVS. Per hoc manifestú est, quoniam omnia quæ præcognita erant à patre, ordine, & tempore, & hora præcognita & apta perfecit Dominus noster. Diuiti enim & multæ voluntati patris deseruit, cùm sit ipse saluator eorum quæ constituta sunt, vnigenitus patris, & Christus qui prædicatus est, &c.

[l. 3. c. 18. & 32.]

c *Vsque ad p.* Postquam enim adultus, libertatem sui & suorú habet. Alioquin iure exhæreditatur. Lex fuit pedagogus, quia timore compressit & præceptis Dei seruire coegit: Fuit tutor & actor Iudæis, quos Deus hæredes instituit, dum paruuli cognitione Dei & viribus resistendi peccatis. Quo tempore erant etiam serui legalibus pœnis à malis territi, promissionibus incitati, nec sui dominabátur, sed vitia, nec suorum, idest, hæreditatis æternæ, cum horum tamen essent domini à Deo instituti. His fuit lex tutoris loco, dum contra malignorum spirituum impugnationes, & Gentilium persuasiones quia ad idololatriam traherent, illos defendebat, admonendo, increpando, aliquando puniendo. Aeterna bona illis conseruauit, quoniam ex illis multos Christus ab inferno liberauit. Fuit actor, quia causam eorum apud Deum egit, dum per sacrificia & expiationem Deum eis placauit. & hoc vsque ad tempus præfinitum, idest, vsque ad aduentum Christi in quo constituit Deus, vt perfecti & liberi fierent, & hæreditatem obtinerent, alioquin exhæreditarentur.

[Aug. tracta. 19. & 103. in Io.]

d *Sub ele.* AMB. In elementis neomenias, idest lunares dies, & sabbatum significat, non quòd in elementis sperarent vt pagani, sed in his Deum venerabantur.

e *Mundi.* AVG. Quia lex non cælestia sed terrena promittebat, vel transitoria, vt mundus. Vel in elementis sunt neomeniæ. i. lunares dies & sabbatum.

f *Ve. pleni. temporis.* i. postquam totum spacium illud fuit adimpletum, quo lex durare debuit, tunc misit Deus. *Plenitudo temporis.* Sciebat quando venire deberet, vel etiam pati, &c. Non est enim hora eius vel nostra, nisi voluntas eius. Ante tamen longa series præconum præmittenda erat.

[Aug. l. 4. de trini. ca. 19. & 20.]

g *Misit Deus filium.* Vnde, *Ego inquit à patre exiui, & veni in hunc mundum.* Et tamen de illo dicit euangelista Iohannes, *In mundo erat.*

[Ioh. 16. f. Ibi 1. a.] C

i *Factum sub le.* Vt appareat circuncisus quasi filius Abrahæ cui promissus erat, signum habens eius cui promissus fuerat. in quo impleta est circuncisio: & ideo signum iam cesset. Credidit enim Abraham se habiturum filium, in quo benedicerentur omnes gentes. quod iam factum credimus.

k *Vt adopti. fi. r.* i. participes essemus diuinæ gloriæ. Sicut enim ipse natura participat, ita ad suam videndam nos adoptat. Hinc enim adoptionem recipimus, quòd ille vnicus Dei filius nó dedignatus est participationem nostræ naturæ, factus ex muliere, vt non solum vnigenitus esset, sed etiam primogenitus in multis fratribus fieret. Adoptionem autem dicit, vt distinctè intelligamus vnicum Dei filium. Nos enim beneficio & dignatione filij Dei sum⁹. ille natura est filius, qui hoc est quod pater.

AVG contra Faustum. Vnicum enim filiú Deus habet quem genuit de substantia sua, Nos autem non de substantia sua genuit. Creatura enim ipsius sumus, quam non genuit, sed fecit. Et ideo vt fratres Christi secundum nostrum modum faceret adoptauit. Iste itaque modus quo nos De⁹ cú iá essemus ab ipso nó nati, sed códiti & instituti, verbo suo & gratia sua genuit, vt filij eius essem⁹, adoptio vocatur. vnde, *Dedit eis po. fi. Dei fi. &c.*

[Ioh 1. b.] F

☞ Recipe-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

✻ DIco au. *Postquam Apostolus declarauit cessationem legalium per rationem, hic consequenter idem facit per similitudinem. Et diuiditur in duas partes secundum duas similitudines. secunda ibi,* Dicite mihi. *Prima adhuc in duas. quia primò ponit & adaptat primam similitudinem, secundò arguit Galatharum ingratitudinem, ibi,* Sed tunc quidem. *Hæc autem prima similitudo accipitur ex humana consuetudine, quæ filius tenetur seruire. sicut seruus quandiu paruulus est, factus autem adultus liberatus ab illis modis seruilibus. Status autem legis, fuit quasi status puerilis, vt suprà dictum est, ideo fuit ibi seruitus sub multis obseruantijs legalibus, à quibus liberamus in no. Te. in quo est status quæstionis viri perfecti. & hoc est quod dicitur.*

1 Dico au. *i. probo per similitudinem.*

2 Quan. t. &c. ni. *in statu vitæ & subiectionis modo.*

3 Cum f. d. *vt in potentia propinqua.*

4 Sed f. &c. *ipsum castigantibus & reprimentibus sicut seruum.*

5 Vsque. *i. vsque ad ætatem adultam.*

6 Ita. &c. *scilicet, Iudæi.*

7 Cum. *i. in statu ve. Te.*

8 Sub e. *sub legalibus obseruantijs. Quæ dicuntur elementa. i. literæ, quia sicut in addiscendo puer incipit ab istis elementis, vt sciat ea nominare & distinguere, procedente verò tempore dimissa hac occupatione circa scientias occupatur, ita legales obseruantiæ fuerunt quædam figuræ disponentes ad Christum, vt dictum est. propter quod in eius aduentum sunt dimissæ. ideo subditur.*

9 At v. *i. tépus Christi in quo data est plenitudo spiritussácti. Vel aliter.*

10 Plenitu. temp. *i. impletio temporis præterni à Deo patre diffiniti.*

11 Misit Deus. *quantum ad corpus sumptum de virgine.*

12 Factum sub lege. *quia voluit legalia seruare.*

13 Vt eos qui sub le. *legalibus obseruantijs obligati.*

14 Redimeret. *per suam passionem. per quá obtulit dictá obligationé.*

15 Vt adoptionem filiorum. *scilicet, Dei.*

✻ Re-

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Recipere* dixit, non acciperemus vt significaret nos hoc amisisse in Adam, ex quo mortales sumus.
b *Misit Deus.* AMB. Vt enim probaremus adoptati esse à Deo in filios, spiritum suum dedit nobis, qui signum patris ostendat in filios, vt quia nos hoc non auderemus dicere infirmitate & indignitate nostra, suggerat vt audeamus dicere.
c *Spiritum fi.* Nota spiritum etiam esse filij. Et nota etiam hic trinitatem. AVG. super Io. Si forsitan aliquis quærat, vtrum & à filio procedat spiritussanctus. Filius enim solius patris est filius, & pater solius filij est pater. Spiritus autem sanctus non est vnius eorum spiritus, sed amborum. vnde dominus ait, *Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Et Apostolus ait hic, *Misit Deus spiritum fi. sui.* Et multa alia sunt testimonia,

August. tra. 97. in Io. — † magis autem Math. 10. c. — † rursum ab initio.

B quibus euidenter ostenditur, & patris & filij esse spiritum, qui in trinitate dicitur spiritussanctus. Nec ob aliud æstimo ipsum propriè vocari spiritumsanctum, cum etiam si de singulis interrogemur, non possumus patrem & filium dicere, nisi spiritum, *quoniam spiritus est Deus.* Quod ergo communiter vocantur & singuli, hoc propriè vocari oportuit eum, qui nõ est vnus eorum, sed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo non credamus, quòd etiam de filio procedat spiritussanctus, cum filij quoque ipse sit spiritus? Si enim ab eo non procederet, non post resurrectionem, se repræsentans discipulis insufflasset, dicens, *Accipite spiritumsanctum.* Quid enim aliud significauit illa insufflatio, nisi quod procedat spiritussanctus de ipso: Ad hoc etiam pertinet, quod ait de muliere fluxum patiente, *Tetigit me aliquis, ego enim sensi virtutem de me exisse.* Nam virtutis nomine spiritumsanctum ex eo clarum est appellari, quod Mariæ angelus dixit, *Et virtus altissimi obumbrabit tibi.* Et dominus promittens discipulis, ait, *Sedete hic donec induamini virtute ex alto.*
Spiritum fi. sui. Hic est virtus quæ *de illo exibat, & sanabat omnes.* Dicit tamen ipse filius à patre illum procedere, quia ad eum solet referre, & quod ipsius est, de quo & ipse est, sicut alibi. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* A quo habet filius, vt sit Deus, Est enim de Deo Deus, ab illo habet, vt & de illo procedat spiritussanctus.
d *Clamantem.* HIER. Notandum quòd clamor in scripturis non magnæ vocis emissio, sed scientiæ intelligatur, & intentionis magnitudo.
✻ THEOD. Non ausi essemus orantes Deum vocare Patrem, si non in filios adoptionis gratiam assequuti essemus. Est autẽ demonstratio cui contradici non potest. Videbant enim miracula quæ fiebant per diuinum Spiritum.

Iohan. 4. d. — Iohan. 20. f. — Mar. 5. c. — Luc. 1. d. — Ibi. 24. g. — Iohan. 7. b.

D ✻ HAYMO. Clamantem, id est clamare non facientem, *Abba pater*, subaudis, miserere mei. Abba Hebreum est, & Syrum, Pater Græcum & Latinum.
e *Abba pa.* Eleganter duo verba idem significantia posuit
propter vniuersum
populum qui de Iu-
dæis & gentibus in
1 vnitatem fidei voca
2 tus est, vt Hebræorũ
3 verbũ ad Hebræos,
4 Græcum ad gentes
5 pertineat. Vtrius-
6 que autem verbi ea-
7 dem significatio ad
8 eiusdem fidei spiri-
9 tusque vnitatem.
10 f *Qui na. non sunt.*
11 AMB. Vnam Dei
14 veri esse naturam o-
15 stendit. s. patris & fi
16 lij & spiritussancti.
Quid autẽ, est natu-
ra Deũ esse nisi verũ
Deũ esse. vnde alibi
17 Apostolus, *Conuersi
estis seruire Deo viuo
& vero.*

a ¶ Non solum nos Iudæi qui credimus filii, sed & vos Gentiles, quod probat effectus, quia misit. b ¶ Pater.
reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiri-
a ¶ Quem etiam filius mittit. ¶ Qui probat vos esse filios. b ¶ Tam Iudæorum quàm Gentilium. c ¶ Qui facit clamare, quod nunquam præsumeremus, nisi spiritus doceret. d ¶ Quia spiritus clamat in vobis, pater.
tum filij sui in corda vestra clamantem: † abba pater. Itaque
a ¶ A tempore gratiæ. ¶ A tempore Christi. ¶ Aliquis nostrum qui in Christum credimus vt olim. b ¶ Ex dilectione seruiens. c ¶ In futuro. d ¶ Per operationem Dei.
iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres † per Deũ.
a ¶ Modo filii, Sed. b ¶ Quando infideles. c ¶ Et ita erat aliqua excusatio. d ¶ Sui, sed opinione hominum.
Sed tunc quidem ignorantes Deum, his qui natura non sunt
a Cum aperta veritas. b ¶ Et ita grauius peccatis quam olim. c ¶ Quod non à vobis, sed potius gratia Dei approbati & amati.
dij, seruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, † imò
a ¶ A fide. b ¶ Vt ante conuersionem. c ¶ Quia instabili specie variantur.
cogniti estis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma
a ¶ Quia egent summa & stabili specie creatoris, vt possint esse quomodo sunt. b ¶ i. legem initialem ad cultum Dei. c ¶ Q. non distat modo lex post Christum ab antiqua idololatria. d ¶ Vultis seruire elementis, & verè quia iam obser. di. Iudaico ritu vt sabbata.
& egena elementa, quibus † denuò seruire vultis? Dies obser-

† Rom. 8. c — † Dei per Christum — 1. Pet. 2 d. — E — Aug. l. de trinit. & vnitate Dei, c. 10 — Psal. 62. a.

g *Immo cogni. estis.* Hoc genere locutionis frequenter vtitur scriptura. vnde, *Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam,* idest vidisti me, vt viderem te. Cognoscit nos Deus, i. cognitionem sui nobis præstat. Non enim à nobis est, quòd nouimus eum, ab æterno quidem nouit: sed tunc cognoscere dicitur, quando vt cognoscantur facit.
h *Infirm.* Vere lex: quia perfectè non iustificat.
✻ CHRYSOT. Infirma elementa vocat, & egena, quod nullam vim habeant ad bona proposita perducendi.
✻ AVGVST. Quæ infirma appellat, ex eo quod infirma & instabili specie variantur.
i *Egena.* quia quantũ iuuat, nõ per se, sed respectu gratiæ facit. *Egena element.* dicũtur quia sui inuicẽ egẽt ad regẽdũ mũdũ.
k *Dies.* Vt, hodie non est aliquid incipiendum.
✻ CHRYSOS. Ex his clarum est, quod non solum circuncisionem eis prædicauerant illi, verũetiã dies festos, & neomenias.
✻ AVG. Vulgatissimum est enim error gentium iste, vt vel in agendis rebus, vel in expectandis euentibus vitæ ac negotiorum suorum, ab Astrologis & Chaldæis, notatos dies, & menses & annos, & tempora obseruare.
✻ AVGVST. Eos inculpat Apostolus: qui dicunt, Non proficiscar, quia posterus dies est, aut quia luna sic fertur, vel proficiscar vt prospera cedant, quia positio ita se habet syderum, non agam hoc mense commercium, quia illa stella mihi agit mensem, vel, agam: quia suscepit mensem. Non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est. Non autem quisquam arbitretur, obseruatores tẽporum reprehendendos qui dicunt, Non proficiscar hodie, quia tempestas orta est, aut nõ nauigem quia adhuc sunt hybernæ reliquiæ. &c. F
☞ Men-

Aug. Enchiridii c. 79. — Episto. 119. cap 9.

C NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Reciperemus. *per Christum qui est eius filius naturalis. Et hanc filiationem declarat consequenter per effectum dicens.*
2 Quoniam au. estis filij. *i. vt hæc filiatio monstraretur.*
3 Misit Deus spi. filij sui. *i. spiritumsanctum. qui dicitur spiritus filij, sicut & patris eo quòd procedit ab vtroque.*
4 In corda vestra clamantem. *per gratiæ infusionem.*
5 Clamantem. *idest clamare facientem per confessionem fidei. Romanorũ. x. b. Corde enim creditur ad iustitiã, ore autem cõfessio fit ad salutẽ.*
Vel aliter. *Clamantem. i. per signum sensibile ostendentem, sicut Gen. iiij. b. dicitur, Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. In primitiua enim ecclesia baptizatis dabatur spiritussanctus in signo sensibili significante gratiam infusam menti, & per consequens filiationem adoptiuam, & paternitatem sibi correspondentem.*
6 Abba pater. *Confitendo Deum patrem. Et ponuntur hic duæ dictiones idem significantes, Prima Hebraica vel potius Syriaca, tamen ea communiter vtuntur Hebræi, quia lingua Syra & Hebræa sunt propinquæ. Secunda Græca, licet ea vtentur latini, ad significandum quòd Deus pater conuersos de Iudaismo, & gentilitate ad fidem vniret in fidei confessione. Et ex dictis infert conclusionem, di.*
7 Itaque iam. *scilicet quicunque confitetur fideliter Deum patrem.*
8 Quod si filius. *Per adoptionem.*
9 Et hæres per Deum. *Ipsum adoptantem, filio enim adoptiuo debetur aliqua pars hæreditatis secundum leges*
10 Sed tunc quidem. *Hic arguit Galatharum ingratitudinem. Per filiationem enim Dei adoptiuam erant liberati à seruitute legis vt prædictum est. & ideo magna erat ingratitudo hanc seruitutem recipere tanquam Dei donum esset insufficiens ad salutem, & erat maior ingratitudo in gentibus conuersis de idololatria, quia sic non erant nutriti in obseruantijs legalibus, sicut fuerant conuersi de Iudæis. ideo dicitur,* Sed tunc quidem. *scilicet ante conuersionem vestram.*
11 Ignorantes Deum *verum.*
12 His qui natur. *Sed solum fictione hominum, cuiusmodi sunt idola.*
13 Seruie. *Colendo ipsa.* 15 Nunc au. *Post vestram conuersionem.*
14 Cum cogno. De. *per fidem.*
15 Immo cogniti estis à Deo. *Qui vocauit vos per suam gratiam.*
16 Quomodo conuertimini iterum ad infir. & egena elementa. *id est ad legales obseruantias, Quæ dicuntur elementa ratione prædicta & infirma & egena, quia non iustificabant, nec gratiam continebant, sicut faciunt sacramenta nouæ legis. Dicit autem,* Iterum. *non quia ante suam conuersionem legalia seruassent, vt prædictum est, sed quia tunc idola coluerant, qui cultus erat illicitus, & similiter legalium ritus, ponendo ibi spem suam tanquam esset necessarius ad salutem, quod Galathæ faciebant. ideo subditur.*
17 Dies obseruatis. *apud Iudæos celebres, vt decimam diem mensis primi, ad accipiendum agnum paschalem, & huiusmodi.*
✻ Et

A ☞ a *Menses.* Qui cursus lunæ perscrutantes dicunt, tali luna non est aliquid inchoandum.
b *Tempora.* Vt cum dicunt modo est initium veris.
c *Et annos.* cum dicunt, nouus annus est. Sed nulla debet suspicio esse harũ rerum. quia prosperè potest cedere quidquid simpliciter sub Dei deuotione fit. Dupliciter erant subuersi. vt ad legẽ & pristinos errores conuerterentur, *Dies obseruatis.* Nõ putaretur à Deo graue, nisi Apostolus diceret.
d *Timeo vos, ne si.* Hoc obseruant qui certis diebus, mensibus vel annis volunt vel nolunt inchoare, quasi fausta, vel infausta sint tempora.
B ✻ CHRYSOST. Vides viscera & affectus apostolicos? Illi iactantur fluctibus, & hic tremit ac metuit, eóque vehementer illis incutiens pudorem, ait, hoc, laboraui ergo vos, perinde quasi dixisset, ne tantos meos sudores reddatis inanes.
Dies obseruatis. Culpantur qui constellationes sequuntur, nõ qui naturales effectus elementorum nouerunt in siderum ordinatissima conuersione, vt scilicet tempestate non nauigent, autumno non seminent. De quibus cum conderentur dicitur in Genesi, *Et in signis sint & temporibus & diebus & annis.* Menses, vt Neomenias.
Tempo. egressionis de Aegypto.
Annos. Septimos & septimæ decadis septimum, quem post captiuitatem reuersi in Ierusalem pro quinquagesimo qui iubileus dicitur obseruauerunt.
HIERONYMVS. *Dies.* vt decimam mensis primi vsque ad quartamdecimam, qua agnus immolabatur, & à decimaquarta vsque ad vicesimam primam eiusdem mensis, quando azima comedebatur Septem etiam septimanas quas ritu Iudaico computant Israelitici, & Penthecosten seruant, necnon & clangorem tubarum primo mensis septimi. Decima etiam eiusdem mensis expiationem & ieiunium, & in quindecimo Scœnophegiam.
Menses. Vt Neomenias. Menses etiam custodiunt qui primum & septimum mensem obseruant.
Et annos. Septimos, Puto equidem hoc de septimo remissionis anno dici, & de quinquagesimo, qui ab illis iubileus dicitur,
C quem Iudæi aliquando suo ordine seruare nequiuerunt captiuitate pressi. Qua soluta pro eo septimum annum septimæ decadis coluerunt. Qui potest intelligi. Vel sexagesimus septimus annus, quo indulta est eis à Cyro & Dario licentia redeundi de Babylonia. Vnde completis annis septuaginta redierunt: Vel potius septuagesimus septimus, quẽ reuersi in Ierusalem pro D
quinquagesimo qui
iubileus dicitur, ob-
1 seruarunt.
2 e *Esto. si. e.* Quia &
3 ego qui legẽ habui,
4 sum modo sine lege
5 sicut vos. & debetis
6 esse sicut ego.
7 ✻ AVG. Qui vtique
8 cùm Iudæus natus
9 sum, iam ista carna-
10 lia spirituali diiudica
11 tione contemno.
12 ✻ CHRYSO. Ergo
13 me intuemini. Nam
14 & ego simili modo
15 quondam fueram af
16 fectus, & quidem ve
hementer, & ardebã
studio legis: attamen
postea non veritus
sum legem relinque
17 re nec ab illo vitæ
instituto desciscere.

Aug. Enchiridii c. 79. — Aug. vbi supra. Contra mathematicos Gene. 1. b.

a ¶ Hoc iam facitis, peius autem timeo. b ¶ Vestram leuitatem, non aliud.
uatis & menses & tempora & annos. Timeo † vos, ne fortè si-
a ¶ Vtilitate, quod est si plene legem suscipitis. ¶ Sed. b ¶ Qui legem dimisi. c ¶ Fui olim in lege.
ne causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego, quia & ego,
a ¶ Modo vultis esse, & dimisi non sine ratione. b ¶ Q. obsecro & securè possum, vt quos merito diligo. c ¶ Et ita non penes vos inimicitiarum esse causa.
sicut vos. Fratres obsecro vos, nihil me læsistis. Scitis autem
¶ Non læsistis, sed honorificè recepistis, cum causam spernendi habuistis. a ¶ Cum paterer persecutionem. b ¶ Quia caro mea afflicta erat. c ¶ Et pro tanto tempore non spreuistis, &c
quia per infirmitatẽ carnis euangelizaui vobis † iam pridẽ, &
a ¶ i. me tribulatum, per quod diabolus vos tentabat, ne crederetis. b ¶ Qua videretur quales estis. c ¶ Post conuersionem, vt vilior essem. d ¶ Tanquam vilem ante conuersionem. e ¶ Vt ab hoc conuerti abhorrereris.
† tentationẽ vestrã in carne mea nõ spreuistis, neque respui-
¶ Non vt susciperetis communionem periculi mei. a ¶ Ac angelus venisset, vel me angelum credidistis. b ¶ Ac si ipse venisset. c ¶ Qui in eo.
stis, sed sicut angelũ Dei excepistis me, sicut Christũ Iesũ. † V-
¶ Et quia tunc ita fecistis. ¶ Q. mirum est enim, quòd à bono decidistis. e Qua dicebamini beati bonis initijs & quasi quibusdam proficiendi gradibus feruentes. ¶ Q. pudeat vos esse mutatos. b ¶ Vere beati fuistis, vel sicut angelum & Christum me excepistis.
bi est ergo beatitudo vestra? Testimoniũ enim perhibeo vo-

† de vobis ne frustra — † prius — E — † experimẽtum mei, quod erat in carne. — † Quæ est

quia. *Obse. vos.*
f *Quia & e. si vos.* Homo qui de errore correctus, & ita vos potestis corrigi.
g *Fratres obse.* Asperè correctos recreat per bene gesta.
h *Nihil me.* Excusat, quia pseudo dixerant Paulum Galathis inimicum, nec voluisse eos docere, quod in alijs ecclesijs prædicabat.
i *Tentationem vestram.* AVG. Tentati enim sunt, cum tribulationem secundum carnem pateretur Apostolus, vtrum timore desererent eum, an charitate amplecterentur.
✻ AVG. Hinc enim firmos eos esse cognouit, quod eis tribulationibus quæ Apostolo secundum carnem acciderant, nõ sunt à charitate deflexi. Nam Deo noti sumus, & ante omnes tentationes, qui scit omnia antequam fiant.
k *Sed sicut angelum Dei, &c.* ✻ AVGV. Quia Deus loquitur in sanctis suis, 1. Cor. 13. & Paulus non seipsum, sed Deum in seipso diligi volebat, perhibet testimonium quibusdam, quod sicut angelum Dei, & sicut Christum Iesum eum exceperant. In omnibus ergo sanctis suis ipse est amandus qui ait: *Esuriui, & dedistis mihi manducare.* Tãta est charitas capitis erga corpus suũ.
l *Vbi est er.* Admirans opus eorũ spirituale commendat, vt hoc intuentes in timorem carnalem non decidant. Et quia mutati erant in deterius, increpat eos. Et si enim receperint eum sicut angelũ, nõ ideo tamẽ parcit secare & vrere, quia nõ quærit sua, sed quæ Christi: Nõ quærit lac & lanã de ouibus. i. commodum supplendæ necessitatis & fauorẽ honoris, sed salutẽ omnium.
☞ *Si*
F

August. — l. 2. de ser. Dom. in monte. — Serm. de calendis Ianu. — Matth. 25.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et menses. *In principio enim mensium celebrabant Iudæi Neomeniam.*
2 Et tempora. *vt tempus egressionis de Aegypto mense primo, & tempus liberationis Isaac mense septimo, &c.*
3 Et annos. *scilicet septimum annum qui dicebatur remissionis, & quinquagesimum: qui dicitur iubileus. & quia talis obseruantia erat illis illicita, ideo subdit.*
4 Timeo ne forte sine causa. *id est, inutiliter.*
5 Laborauerim in vobis. *prædicando vobis fidem catholicam, quæ non proficit dicto modo Iudaizantibus. ideo subdit.*
6 Estote sicut ego. *dimittentes legalia, sicut ego dimisi.*
7 Quia & ego. *in errore fui.*
8 Sicut vos. *fuistis, & ideo sicut sum correctus, ita & vos corrigatis.*
9 Fratres. *Post Galatharũ increpationem, hic Apostolus ponit eorum consolatoriam monitionem, modo boni Samaritani post vinum mordicatiuum infundens oleum lenitiuum. Circa quod sciendum, quòd Apostolus magnas persecutiones in corpore sustinuerat antequam Galathis prædicaret, & hoc erat eis notum. & tamen non respuerunt eum tanquam hominẽ abiectum, & passum, sed valde reuerenter, & charitatiuè receperunt eum. de quo commendat eos dicens,* Fratres obsecro vos. *supple ne credatis ex odio me vos increpasse, sed ex amore. ideo subdit.*
10 Nihil me læsistis. *sed supple bona mihi fecistis, vt post ea exprimitur.*
11 Scitis quia per infirmitatem carnis. *id est, tribulationes passus in corpore.*
12 Euangelizaui vobis iam pri. *idest, antea. & est aduerbium temporis.*
13 Et tenta. vestram in car. mea non spre. *Hic accipitur tentatio pro experientia. Tentare enim est experimentum accipere. Est igitur sensus, Non spreuistis me passum in carne, licet hoc notum vobis fuerit per experientiam.*
14 Neque respuistis. *scilicet prædicationem meam.*
15 Sed sicut ange. Dei. *Hyperbolicè loquitur ad maiorem expressionem reuerentiæ sibi factæ. Sed quoniam retracti erant à bono per falsos Apostolos, ideo subdit.*
16 Vbi est er. be. ve. *i. bonum initium vestrum, quo dicebamini beati, & eratis in spe.*
17 Testimonium enim perhibeo vobis, &c. *ex visu & auditu.*
✻ Quia

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Si fieri.pos.* Avg. Nonne illud fieri potuisset, quod ait Apostolus? Non potest fieri quod iustè non fit. Sic & Iob, *Vtinam possem me occidere*. Et dominus ad Loth, *Non possum quicquam facere, donec illo introeas*. Non posse se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam sed non poterat per iustitiam.

Aug. l. contra epist. Gaudentii. Iob 10 d. Gene. 19. c.

b *Verum dicens, vo.* Quia nemo vult se argui erranté, reprehendens videtur inimicus.

c *Aemulan.* Ego nõ sum inimicus, sed illi æmulantur, &c. Æmulantur enim non bene qui non tam cupiunt eos esse meliores, quàm ipsos volũt facere peiores & retrorsum trahere æmulatione peruersa.

d *Filio.* Quod natũ est in te, nondum enim de illa natum erat, sic nascuntur paruuli in visceribus ecclesiæ donec formati exeant.

✠ Chrys. Vides paterna viscera, vides anxietatem apostolo dignam, vides qualem emittit eiulatum, multo tristiorem quàm solet esse parturientium. Corrupistis inquit imaginem, perdidistis generositatem, formam immutastis, opus est vt renascamini vtque refingamini.

† Ambiunt † imo — † est æmulari — † consilii inops, vel perplexus Allegoricè. † audistis. B

a ¶ Ad vtilitatem ecclesiæ. ¶ Non potest fieri, quod iustè non fit b ¶ Quod inter omnia charius est vobis. ¶ Et ideo de vobis plus dolendum c ¶ Ad vtilitatem prædicationis meæ.

a bis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis 1

a ¶ Et cum hoc ita sit, est ergo credibile, quòd inimicus. b ¶ Q. per hoc videor inimicus, quia verum dico, sed si fallerem, putarer amicus. 2

b mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? 3

a ¶ Diligunt. b ¶ Non vtiliter. c ¶ A fide ad legem, vel à dilectione mea.

c †Aemulantur vos non bene †sed excludere vos volũt vt illos 4

a ¶ In legalibus. b ¶ Hominem me.s. & huiusmodi. c ¶ Sed vos. d ¶ Diligite, imitamini. 5
¶ i. propter hoc diligite, quia in eo virtus & bona operatio non pro alia re. 6
¶ Vt perseueranti gradu ad finem boni operis perueniatis. e ¶ Et hoc. 7

æmulemini. Bonum autem † æmulemini in bono semper, & 8

a ¶ Aemulemini bonum. b ¶ Sed magis cum absens. 9
c ¶ Quia modo diminuti, perfectis gradibus indigetis.

d non tantum cum præsens sum apud vos. Filioli mei quos 10

a ¶ Sicut prius cum dolore & labore ad lucem fidei genero.
b ¶ Q. Blandis verbis modo vsus sum, dicens vos fratres, & filios.

f iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Vellem 11

g ¶ Vt rubore Apostoli confunderentur. a ¶ In vituperationem. 12
¶ Vt digna vobis dicerem, quæ nolo scribere, ne permaneant apud vos.

autem apud vos esse modo, & mutare vocem meam, quo- 13

¶ Apud alios erubesco pro vobis. ¶ Carnaliter.

niam † confundor in vobis. Dicite mihi qui sub lege vultis 14

e a ¶ Legistis, sed non intellexistis. b ¶ Ideo quæro an legeritis, quia in ea quidem scriptum est, quòd Abraham duos filios ha. quod si attenderetis, nunquam ad eam recurreretis. 15 16

h esse: legem non † legistis? † Scriptum est enim: quoniam 17

i a ¶ Ismael, & Isaac. ¶ Scilicet Ismael. ¶ Agar. ¶ Scilicet Isaac. 18

k l Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum 19 20

†Gene. 12. E

Primas. Scriptura enim diuina ædificat lecta, sed multò plus prodest si de literis mutatur in vocẽ. Magnam si quidem vim habet vox viua, vox de autoris sui ore resonans, quæ ea pronunciatione profertur, & distinguitur, qua in hominis corde generata est. Est itaque sensus, Quia cõfun. in vo. vellem literarum vocẽ præsens de meo ore proferre, vt vos solito sæuerior ipse corriperem, quia epistola non potest vocem obiurgantis exprimere, non valet irascentis resonare clamorem, & dolorẽ pectoris apicibus explicare. Nõ habeo quippè fructus, quos solent de discipulis habere doctores, & sine ea semen iactum est doctrinæ. Ita, vt cum Ieremia dicam, non profui, nec profuit mihi quisquam.

✠ Sedvl. Prius parturiui vos per Euangelium genitos in lucem veritatis, sed eundo in veterem legem, vanásque hominũ doctrinas, Nouam vitam, Christique formam perdidistis, sed nunc vos iterum parturio, vt per pœnitentiam renascamini.

Avg. Filioli. Item incipit ostendere ex ipsa lege, quare non sit tenenda. Me imitamini, quia filij mei estis. Vel non solũ ex suprà dictis probatur lex dimittenda, sed & autoritas ipsius legis hoc ostendit. *Filio.*

e *Dicite, &c.* Respondete, vsque huc enim pendet sententia. Et interponitur illud, quos iterum par. &c.

f *Donec Christus.* Quem deformatis formosus sit in vobis. Vel vt formosus alijs per vos appareat. Grauius dictum. q. d. eos formari in Christo.

Au. in ps. 57.

Donec Christus. &c. Vt scilicet recipiatis similitudinem eius, quam vestro vitio perdidistis. Perpaucorum enim est pensare, qui labor sit in prædicationibus patrum, quantis ve doloribus animas in fide & conuersatione recta parturiunt. Vnde Amb. Apostolus primum per fidem illos genuerat in baptismo, sed postea deformati sunt per pseudo & infirmi facti, nunc cum dolore reformat eos. vnde addidit, donec formetur Christus in vobis. Concipientes enim fidem & sensum fidei non aduertentes, formatum Christum in animis suis habere negantur.

Avg. Formatur enim Christus in corde credentium, cum illis sacramenta gratiæ panduntur, & ea quæ obscura videbantur, perspicua fiunt. D

g *Vellem autem.* Sciens Apostolus habere maiorem vim sermonem qui ad præsentes fit, cupit apostolicam vocem literis comprehensam in presentiam commutare.

✠ Ambr. Præsens vult agere cum illis, vt mutet vocem suam de laude in vituperationem eorum: vt duplici genere confundantur, & de errore suo, & rubore Apostoli, quem patiebatur apud eos quibus illos prætulerat.

✠ Chrysost. Considera mihi sibi non temperantem, considera feruentem, considera non potentem talia ferre. Talis nimirum res est charitas vt non contentus est verbis, sed insuper querit præsentiam. Quò simul ad omnes laměta pertrahat. Per epistolam enim non licebat ostendere lachrymas, neque complorationem.

h *Legem non le.* Quicquid eligant, probantur stulti. Si non legerunt, non debent recipere quod ignorant. Si legerunt, ipsa probat se dimittendam. Quòd si non intelligunt, stulti sunt.

i *Scriptum est quo. Ab.* cum plures habuit, sed de duobus scriptura spiritualiter singula exequitur, innuens aliquid egregium in his præfigurari.

k *Duos fili.* Avg. Plures habuit, post mortem enim Saræ, de alia vxore, scilicet, Cethura alios genuit, qui non pertinent ad hanc significationem.

l *Vnum de an. & vnum.* Nec hoc frustra distinxit vterque de Abrahã, sed diuersa operatione, quia qui de ancilla, secũdũ carnis naturã, quæ iuuẽcula de sene solet cõcipere Qui de libera, non secundũ vim carnis, vt vetula sterilis de vetulo, sed per operationem Dei, qui promisit. Illum ergo genuit, demonstrans con-

Augu. l. 15. de ciuit. ca. 2. & 3. & in hũc locum. Aug. l. 22. cont. faust. c. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & c. 52. F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia si fieri posset. *conuenienter tamen.*

2 Oculos vestros eruissetis. *Licet enim hoc facere possent absolutè, non tamen bene. Potest etiam dici, quòd est hyperbole, ad magis exprimendum charitatis affectum, quem sibi ostenderant. Sed quia incitati erant contra eum, subdit.*

3 Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis. *arguendo de malis. Quasi dicat, non me debetis ex hoc minus diligere, sed magis. Et quia inducebantur ad hoc per falsos Apostolos, simulantes hoc facere ex Galatharum dilectione, ideo subdit.*

4 Aemulantur vos. *id est diligunt.*

5 Non bene. *sed simulatoriè & ad malum vestrum, ideo subditur.*

6 Sed excludere vos. *ab euangelica veritate.*

7 Vt illos æmu. *i. imitemini in legalibus obseruantijs.*

8 Bonum autem æmu. *i. imitamini.*

9 Et non tantum cum præ. sum, &c. *idest, fui, quia tunc erat præsens, quando scripsit hanc Epistolam, & quòd feruenter profectum eorum desideret ostendit, dicens,*

10 Filioli mei, &c. *i. cum lachrymis & dolore de errore vos reuoco, sicut prius reuocaui vos à gentilitate.*

11 Donec Christus formetur in vo. *per sinceritatem fidei formatæ.*

12 Vellem autem esse apud vos, &c. *præsentia corporali.*

13 Et mutare vocem meam. *increpando vos asperè, qui modo verbis suauibus vobis scribo. & subditur causa.*

14 Quoniam confundor. *id est apud alios fideles confundor de vestra subuersione.*

15 Dicite mihi. *Hic ponitur secunda similitudo ad ostendendum cessationem legalium. & accipitur de scriptura Gene. xvj. & xxj. Et primo ponitur figura, secundo ad propositum adaptatur, ibi,* Nos autem. *Circa primum dicit,* Dicite mihi qui sub. *falsis apostolis acquiescendo.*

16 Legẽ non le. *i. libros Moysi, qui apud Hebræos propriè lex dicitur. qua. d. videtur, quod non legistis, vel si legistis non intellexistis.*

17 Scriptum est enim. *in locis præallegatis.*

18 Quoniam Abraham. *Plures autem habuit de Cethura, vt patet Gene. xxv. sed istos duos hic tantum exprimit Apostolus, quia de illis magis loquitur scriptura. & quia faciunt ad propositum, non autem alij.*

19 Vnum de an. *s. Ismaelem.*

20 Et vnum de libera. *scilicet Isaac. Sciendum tamen, quòd Agar mater Ismaelis fuit vxor Abrahæ, vt dictum est Gene. xvij. quia tamen Sara erat vxor eius principalis, ideo hic Agar retinuit nomen ancillæ.*

✠ Sed

A consuetudo naturam. Illum verò dedit promissio, significans gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, hic diuinum beneficium commendatur.

Alleg. Abraham est Deus pater, qui est pater multarum gentium. Libera nouum Testa. dans omnibus per Christum nouam gratiam. Agar vetus Test. In vtroque genuit Deus sibi filios qui seruirẽt, sed in veteri Iudæi serui, quia timore pœnæ & promissionibus temporalium, & hoc est secundum carnẽ, quę & pœnas horret & dulcia amat. Gratia no. Test. parit liberos, qui ex dilectione seruiant, non vi carnis, sed opere Dei. Quis enim impossibilia secundum naturam credet, quæ suauia sunt in præsenti contemnet, nisi visa speraret, nisi virtus Dei hic in eo operaretur.

† à amonte — † qui est — † confinis B — † Isa 54. a.

¶ Scilicet Sara. a ¶ Iudæi, & omnes serui peccati. b ¶ Per illum miraculum, sed lege naturæ natus est. c ¶ Liber Christianus.

de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est. Qui 1

a ¶ Mirabiliter natus est. 2

a autem de libera per repromissionem, quæ sunt per allego- 3

a ¶ Per alium intellectum. b ¶ Ancilla, & libera. c ¶ idest, significant. d ¶ Vetus Testa. ¶ Datum est.

b riam dicta. Hęc enim sunt duo testamenta: Vnum quidem † in 4

a ¶ Quia præ timore seruiebant, vel serui peccati erant. b ¶ Alienatio. 5
c ¶ Verè vetus Testamentum in seruitutem generat, quia. 6

monte Sina in seruitutem generans, † quæ est Agar. Sina 7

a ¶ Vetus testamentum in illo monte datum. b ¶ Non in terra promissionis vbi filii, sed vbi quasi sunt serui alieni. 8
c ¶ Mons per omnia. d ¶ i. similis.
e ¶ Iudaico populo qui nunc est.

c d enim mons est in Arabia, qui † coniunctus est ei, quæ

¶ Hæc est synagoga, quæ sub peccato generat. ¶ Quæ terrena diligit.
a ¶ Hæc synagoga timore, vel sub peccato seruit. ¶ Ecclesia de gentibus congregata. 9

nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis. Illa au- 10

a ¶ Qua cum domino gaudet in spe. b ¶ Quia diligit, & ex amore seruit. 11

e tem quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est ma- 12

f a ¶ Credentium. s. b ¶ Verè illa quæ sursum est, libera est, quia scriptura hoc dicit. 13
¶ In Isaia. b ¶ Amb. Cælestis Ierusalem sterilis, quia non parit secundum carnem, nec dolores patitur, sed generat spiritualiter sine passione clamans in lætitia.

g h ter nostra. Scriptum est enim: † Lætare sterilis quæ 14 15

a *Per al.* dicitur ꝙ aliquid aliud videtur sonare in verbis, & aliud in intellectu significare. sicut hic per Abraham Deus pater, ipse est enim pater multarum gentium. Abba enim pater, am, multarum. Et subauditur, gentium.

✠ Sedvl. & Primas. Dedit (Apostolus) regulam ex hoc loco, intelligendi allegoricas rationes, scilicet vt manente historię veritate: figuras veteris testamenti exponamus, nam cum dixisset Abraham duas vxores verissimè habere, postea quæ prefigurauerit demonstrauit.

✠ Ambros. In typum enim Christi natus est Isaac, ideo hęc per allegoriam asserit dicta, vt aliud ex alio significent personæ Ismael & Isaac. Ismael enim Iudæorum significat natiuitatem, vel eorum qui serui peccati sunt, Isaac verò Christianorũ, qui in libertate nascuntur. Liber enim fit qui accipit remissionem peccatorum.

b *In monte Sina.* Quòd in tali loco significat, quòd contra alias gentes essent superbi de mandato, vel ipsi essent superbi & tumidi contra ipsum mandatum. Quòd testis est Agar, idest, significatur per Agar. Agar alienatio, quia alienat ab hæreditate.

c *Mons.* Ambros. Per omnia est *Coniun.* & similis ei Ierusalem. i. Iudaico populo, qui nunc est. i. qui temporaliter seruit. totus populus mater, singuli sunt filij, vel proselyti, qui omnes timore pœnę seruiunt. per hæc omnia patet quòd vetus lex non est tenenda, sed noua quæ sursum, quæ libera.

d *Arabia, qui con.* Humilitas, vel afflictio, quia affligebantur sub carnalibus obseruantiis.

D Augu. in ps. 115. & 125.

e *Quæ sur. est.* Superna est sanctorum ciuitas, licet in quibusdam quos hic parit adhuc peregrinetur. Sara sterilis significat, quòd naturam humani generis peccato vitiata, & ideo damnata nihil veræ fœlicitatis in posterum merebatur. Isaac per repromissionem natus, signat filios gratiæ. & quia hoc non per regeneratiõẽ, sed per generationem futurum erat, ideo tunc imperata est circuncisio, quãdo de Sara promissus est filius. Circũcisio enim significat naturam exuta vestustate nouatã. Quod omnes filios & seruos circũcidi iubet, ad omnes istam gratiam pertinere testatur.

f *Quæ est ma.* Quia singuli verbo & exẽplo eius instructi ex charitate seruiunt. E

Ioan. 17.

✠ Amb. Hęc quam matrem dicit nostram, regula est mysterij dominici per quam renascimur in libertatem, sicut & ipsa libera est. Ideo & cœlestis dicitur, quia cœlum sedes eius est, & quos generat, ibi erũt cum ea, sicut dominus, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego fuero, & hi sint necum. Hæc est & vita, quia immortalitate donantur qui credentes renascuntur per eam.

✠ Chrysost. Non igitur qui ex ea nascuntur serui sunt. Inferioris igitur Hierosolymæ figura erat Sara, nec dubium quin ex monte eius nominis: supernæ vero typus est ecclesia.

Quæ est ma. Avg. Ciuitas cælestis mater nostra dicitur, quia ad eam vocamur. Et ideo cælestis dicitur. *Quia cœlum sedes eius est.* Et quos generat, ibi cum ea erunt.

Isa. 66 a.

g *Scriptum est.* Quod libera sit & mater, auctoritate Isaiæ probat subdens.

h *Læta.* Lætare erumpe, clamare, pertinent ad libertatem.

✠ Chrysot. Quæ igitur sterilis, & deserta? An non perspicuũ est, hãc esse ecclesiã ex gẽtibus, quæ antehac Dei cognitione fuit priuata, Quæ vero est illa quæ habet virum? Nonne liquet hãc esse Synagogam? Attamen hanc multitudine liberorũ superauerit vidua, siquidem hæc vnam duntaxat habebat gentem. Vides vt factis quidem Sara, verbis autem propheta nobis futura subnotarit? Sed & illud considera. Sterilem appellauit Isaias, & hanc ostendit factam complurium liberorum matrem.

Se-

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed qui de an. se. car. na. est. *idest, per modum naturalem.*

2 Qui autem de libera per repromissionem. *s. Dei adiuuantis naturam. quia Sara erat sterilis, & cum hoc transierat in ea tempus concipiendi quando concepit Isaac: erat enim tunc nonagenaria. Gene. xvij.*

3 Quæ sunt per alle. dicta. *Habet enim sacra scriptura quadruplicem sensum, scilicet historicum, qui per voces significatur. & mysticũ, qui per rem significatam intelligitur, & hic est triplex. Moralis, quando intelligitur quid agendum sit. Allegoricus quando designatur quid credendum. Anagogicus, quando signatur quid in patria sperandum. Et hæc possunt videri in hoc nomine Ierusalem. quod in sensu literali signat ciuitatem Iudææ metropolim. in morali animam fidelem, in allegorico ecclesiam militantem, in anagogico ecclesiam triumphantem. vnde versus,*

Litera gesta docet, quid credas allegoria,
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

4 Hæc e. sunt duo te. *secundum sensum allegoricum.*

5 Vnum qui. in monte Si. *Quia vetus Testamentum fuit ibi datum à Deo, cuius in hoc fuit Abraham figura.*

6 In ser. gene. *i. subijciens seruituti legalium, quod fuit onus importabile, vt dictum est suprà. iij. ca.*

F

7 Quæ est Agar. *scilicet significatiuè. fuit enim figura seruitutis legalis.*

8 Sina enim mons est in Arabia qui coniunctus est ei, quæ. *id est licet sina secundum literalem sensum multum distet à Ierusalem tamen coniunctus est ei secundum sensum allegoricum. quia seruitus legis per montem Sina significata tunc vigebat in Ierusalem, vbi erat templum, in quo offerebantur sacrificia & exercebantur legalia. nondum enim erat destructum per Romanos, quia destructio illa fuit post passionem Apostoli, qui passus fuit sub Nerone, templum verò fuit destructum postea Vespasiani tempore.*

9 Et seruit cum filiis suis. *i. cum Iudæis in seruitute legis.*

10 Illa au. quæ sur. est. *scilicet, ecclesia, quæ est.*

11 Ierusa. *Allegoricè, quæ dicitur sursum, quia prædicat & promittit bona cælestia.*

12 Libera est. *à seruitute legis.*

13 Quæ est mater no. *Per baptismum enim regenerati sumus ex ea.*

14 Scriptum est enim. *Esa. liij. de hac generatione secunda.*

15 Læta. ste. quæ non pa. *i. ecclesia de gentibus collecta, quæ tempore veteris Test. erat sterilis ab operibus bonis.*

✠ Erum-

A ✠ SEDVL. hoc in Isaia scriptum est, hoc autem vel ecclesiæ ex gentibus, vel Hierusalem cælesti congruēter aptatur, vtraque enim sterilis erat, ecclesia quidem gentium, quod nec spirituales per baptismum filios Deo peperit, necnon cælestis Hierusalē apostaticis angelis, derelicta hominibus que vacua, vsque ad aduentum Saluatoris sterilis permanebat.

Isa. 54.

a *Paris.* Quia illo tēpore quasi nullos genuit.

b *Non par.* quia nec dum ornatum habuit. *Lætare.* in corde.

c *Erumpe.* læticiam mentis extrà ostēde.

d *Clama.* gaudium tuum alijs prædica, quia tui olim.

Aug. 15 ciu. cap. 2. & 3. & in ps. 119.

e *Quia mul. fi.* Hoc pertinet ad matrem. Isaias aspiciens tempus Christi ecclesiam gentium ante sterilē, tūc fœtosam alloquitur, di. O ecclesia sterilis, quæ tempore legis nec virtute miraculi.

Aug. l. 1. de consen. euā. c. 31 & lib. de corre. do natist c. 8.

B

† In libertate igitur qua Christus nos liberauit, state. Iungit initio seq. cap.

non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij
a ¶ Ab Adam. ¶ Partu, non dilectione sponsi. ¶ Quæ carnaliter generat sub lege. b ¶ Legem ad generandum. c ¶ Duo sunt filij, alter secundum carnem, alter secundum repromissionem naturæ.
desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Nōs autem fra-
a ¶ Ad similitudinem Isaac. b ¶ Per gratiam geniti. c ¶ Nos sumus filii secundum Isaac, Ismael, vel etiam Esau.
tres secundum Isaac promissionis filij sumus. † Sed quomo-
a ¶ Isaac vel Iacob.
do tunc is qui secundum carnem natus persequebatur eum
a ¶ Sanctum. b ¶ Qui secundum carnem persequuntur qui secundum eos spiritum. ¶ Per hoc probamur filii promissionis. c ¶ Patimur ab illis, sed non curandum, quia quid refert scriptura dixisse Saram.
qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura?
a ¶ Ita lex & Iudæi eiecti ab ecclesia & à gratia patris. b ¶ i. mali cum bonis, Iudæi cum Christianis, sicut enim nunc in conuersatione sunt dissimiles, ita erunt in retributione.
† Eiice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius
a ¶ Quia patimur à Iudæis & aliis malis, sic Isaac ab Ismael. b ¶ Quia non serui peccati vel legis.
ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres non sumus ancillæ fi-
a ¶ Scilicet cælestis Ierusalem. ¶ Non alio modo, sed per eam libertatem per quam nos liberauit, qui à peccato immunis ex dilectione obediens fuit.
k lij, sed liberæ. † Qua libertate Christus nos liberauit.

quam illa librum repudij accepit, & omne ornamētum viri ad idoli conuertit ornamentum, tunc maritus priore putrescente cingulo alium lumbis suis baltheum, aliud de gentibus lumbare contexuit, quæ statim vt viro coniuncta est concepit & peperit. vnde Isaias exclamat, *Dilata locum tabernaculi tui, &* D
1 *protende funiculos tuos.*
2 h *Isaac.* Risus. i. qui
3 in læticia seruiunt,
4 non ex tristicia, vel
5 necessitate.
6 i *Persequ.* Non pu-
7 to nos de facili inue
8 nire posse vbi Ismael
persecutus fuerit I-
saac. sed tantum il-
9 lud, quòd cum filius
Ægyptiæ luderet cū
Isaac, indignata sit
10 Sara.
11 AVGV. Lusum e-
nim intellexit Sara
12 persecutionem, quia
lusus maioris ad mi-
norem illusio est &
13 deceptio, quia a-
lia intendens simu-
14 lat quædam puero. i.
15 infirmo & fraudes fa
cit. sic & modo plus

Isa. 54. a. Aug. tracta. 11. in Io.

† 23. q. 4. c. qui secundum carnē Rom. 9. b.

Gene. 21. a.

† Gen. 21. a 32. q. 2. c. nō. omnis. & q. 4. c. recurrat.

E

f *Deserta.* plures filij quàm generantis interim. hoc superfluè de antiqua Sara diceret Isaias.

AVG. Sterilis enim erat in omnibus gentilibus ecclesia, antequam iste fœtus quem cernimus oriretur.

AMBR. Synagoga ergo est quæ habet virum. i. legem. Deserta verò, & vaga & sine vlla potestate viri viuens, gentium multitudo est, quæ & sterilis erat, nullius legitimi verbi proferens germen.

RVG. Parit autem ciues terrenæ ciuitatis peccato vitiata natura. Cælestis verò ciuitatis ciues parit à peccato naturam liberans gratia.

g *Quæ ha. vi.* Synagoga quippe virum habuit. i. legem. & fœtosa quondam fuit in liberis. Sterilis verò ecclesia sine viro Christo, sine vllo sponsi alloquio diu iacuit in deserto. Sed post quam persequuntur qui illudēdo seducūt. Et sicut Sara tūc intellexit lusum illū, ita nūc ecclesia intelligit lusum istum persecutionē.

AVG. Omnes qui in ecclesia terrenam fœlicitatem quærūt à domino, ad Ismael pertinent. *Eiice.* hoc erit cum area cœperit ventilari, & antiqui veteris testamenti ministri gratiam quærentes filij sunt promissionis.

Aug. Ser. de Agar & Ismaele.

✠ AMB. Hæc verba Saræ sunt, quę typum habet Hierusalē cœlestis, de promissione generans Isaac. vt ei electo filio ancillæ, idest, Iudæo populo incredulitatis causa obiecto (serui enim peccati sunt, quibus data remissio peccatorum non est,) hæres sit filius liberę illius Hierusalem supernę, qui est populus nouus regni cœlorum.

k *Qua liber.* AVG. Libertas qua liberati sumus à Christo, est peccatorū remissio, & fidei per dilectionē operātis iustificatio.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Erumpe. *in laudem diuinam.*

2 Et cla. *corde & ore pro gratiam actione.*

3 Quia mul. fi. de. *i. Gentilitatis ad fidem Christi conuersæ. quæ ante erat à Deo deserta propter eius idololatriam.*

4 Magis quam e. qui ha. *i. synagogæ. quæ in monte Sinai desponsata fuit Deo in legis susceptione.*

5 Nos. *Hic consequenter magis adaptatur figura ad propositum, cum dicitur,* Nos au. *scilicet,* Christiani.

C 6 Secun. Isa. *i. ad similitudinem eius.*

7 Promis. fi. su. *geniti per gratiam, non per naturam sicut Ismael.*

8 Sed qu. tunc is qui se. car. na. *i. Ismael.*

9 Perse. eum qui se. spi. *s. Isaac qui natus erat secundum promissionem diuinam, spiritus enim Dei est Deus, Ioh. iiij. d.* Persequè *de hac persecutione dictum est Gene. xxj. quòd secundum expositores catholicos fuit corporalis. Nam Ismael qui erat maior corpore & fortior Isaac, sub specie ludi lædebat eum maliciosè. secundum Hebræos verò fuit spiritualis, quia inducebat Isaac ad aliqua quæ sapiebant idololatriam. Dictio enim Hebraica ibidem posita est æquiuoca ad ludum & idololatriam. & dictū Apostoli videtur esse magis consonum secundæ expositioni. cum subdit.*

10 Ita & nunc. *Quia pseudo apostoli suadebant Galathis* Iudaizare, *quod est simile ipsi idololatriæ post euangelium publicatum.* F

11 Sed quid di. scri. *Gen. xxj. a.*

12 Eijce an. &c. *Et sic factum est ad literam de Agar & Ismaele filio eius. per quod figuratum fuit, quòd legalis obseruantia cum obseruatoribus suis à consortio fidelium erat in aduentu Christi abijcienda. ideo concludit Apostolus.*

13 Itaque fra. *i. seruituti legalium subiecti.*

14 Sed libe. *idest, militantis ecclesiæ à talibus liberatæ.*

15 Qua li. Chr. *qui per suam benedictam passionem legalia euacuauit.*

ADDITIO I.

In ca. iiij. vbi dicitur in Postil. Quæ sunt per allegoriam dicta.

Licet in quæstione super prologum Gen. in ar. v. dictum fuit, quòd Epistolæ Pauli habent vnum sensum literalem, tamen nihilominus ipse Apostolus plures autoritates allegat in sensu mystico, sicut hic & in alijs locis. Fuit enim principalis doctor sacræ scripturæ, ad quem pertinet exponere in quo sensu accipiantur autoritates. sic etiam faciunt sancti doctores ecclesiæ, qui licet in libris suis multas autoritates allegant in mystico sensu, ipsi tamen dicta sua secundum sensum literalem tradunt.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. De hac persecutione dictum fuit Gē. xxj.

Qualiter intelligitur hæc persecutio Ismaelis contra Isaac habetur plene in additione super proprium locum. s. Gen. xxj. a. quæ bene consonat dictis Apostoli in hoc loco. Ismael enim irridebat Isaac, videns seipsum fuisse maiorem natu & legitimum, & etiam à Deo benedictum, & sic credebat se succedere in hæreditatem, ideo irridebat de magno festo facto ipsi Isaac in ablactatione, super quo Sara dixit Abrahæ, Eiice ancillam & filium eius. *Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo. q. d. non erit hæres Ismael. sicut ipse iactat deridendo Isaac. quam sententiam Saræ Deus confirmauit, dicens Abrahæ,* Omnia quæ dixerit tibi Sara, *audi vocem eius. Cuius rationem reddens subdit,* Quia in Isaac vocabitur tibi semen. *q. d. Ismael sit filius tuus primogenitus, non tamē hæres erit prout putat. Et hæc expositio videtur magis concordare cum sententia Apostoli in hoc libro.* Iudæi *enim videntes se fuisse primogenitos à Deo per susceptionem legis derident de Gentilibus ex hoc quod credunt quòd ad ipsos pertinet hæreditas, quod tamen non est ita. nam in secundo filio scilicet* Isaac *qui secundum promissionem natus est vocabitur semen Abrahæ.*

REPLICA. In capi. iiij. vbi dicitur, Quæ sunt per allegoriam dicta. Burgen. dicit, quòd quamuis Apostolus aliquando allegat autoritates sacræ scripturæ in sensu mystico: vt hic, & in alijs locis, &c. Sed hoc est contra Postil. & etiam contra veritatem, nam Apostolus allegat hic scripturam, sicut vera est ad literam. ipse tamen vt doctor principalis docet eam exponere per allegoriam. Quod si quis exponeret idem allegatū de agendis esset tropologia. si de sperandis, esset anagogia. sicut apostolus exponens de credendis vt fiat allegoria. ex hoc enim non fundarent prædicti expositores sensum mysticum in allegoria Apostoli, sed in veritate textus allegati. vide suprà. j. Cor. iij.

In eo. cap. de ludo Ismael vide corrup. Gene. xxi. &c.

A CAP. V.

a STate. Sequitur. *Nolite ite. iug. ser.* ✠ CHRYSOT. Non vos ipsos liberastis quandoquidem rursum ad peiorem recurritis dominatum? Ipse est qui vos liberauit, alius est qui precium dedit pro vobis. vides quot modis illos abducat ab errore Iudaico. Primum ostendēs extremę dementiæ esse, eos qui pro seruis facti fuerant liberi, pro liberis velle fieri seruos.

✠ PRIMASIVS. Iugum seruitutis, legem vocat duram, difficilem, laboriosam, quæ cultores suos graui onere cōsumat, quod Christus abstulit à nobis aliud grauissimū multarum obseruationum iugū, ne carnaliter circuncidamur, sed ea spiritualiter intellecta teneamus.

B b *Si circunda.* AVG. Circuncisio & cætera legalia ita natis & institutis nō sunt noxia, licet non necessaria, magis noxium erat prohibere quasi noxia. Gentiles verò ad talia non sunt cogendi. sed si nolunt eis congruere vt Timotheus non sunt prohibendi, sed si in his confidunt sunt perditi. licet his ergo illa tenere ne videantur improbata potius quàm terminata. Gentibus verò non sunt imponenda, ne videantur aut nōn causa promittendi Christi, instituta, aut adhuc promittere, sed cessando iam patet signa futuri fuisse, quæ cum honore paulatim deferendo erant sepelienda, non vt sacrilegia Gentium fugienda.

Ser. 43 de verbis Do. Serm. 3. de ver. Apost. Serm. 2. dominicæ tertiæ post Epiphaniā & Epist. 19. ad Hieron. li. 19. cont. faust. c. 17.

HIER. Aut ista legalia post Christi passionem siue in eis spes ponatur, siue non, obseruantibus dixit esse noxia. nisi dispensatoriè custodiantur. Vnde inquit, Antequam inciperet noua prędicatio oportuit circuncidi. Nunc autem legi fide succedente nihil proderit fideli addita circuncisio, sed oberit.

AMB. Maius ei malū est, ex libero seruum fieri, quàm nasci.

c *Debi. est.* Hoc ideo ait, vt terrore tam innumerabilium obseruationum quæ in lege scriptæ sunt, ne omnes implere cogerentur, quod nec ipsi Iudæi, nec patres eorum implere potuerunt, sicut Petrus ait, abstinerent ab his quibus eos aliqui subijcere cupiebant.

✠ CHRYSOS. Legis enim præcepta inter se coherent. Et quis ex libero descriptus est in seruitutem, non amplius facit quæ vult, sed omnibus seruitutis legibus obstrictus est.

✠ SEDVL. Qui caput operū legis, vel circuncisionis suscipit, necesse est vt cętera mēbra sustineat, ne maledictioni subiaceat. PRI-

✠ PRIMAS. Debitor est, non solum circuncisionis, sed & dies festos Hierosolymis, frequentando, hostiarum holocausta offerre, & reliqua. D

d *Agr. ex.* quæ ad hoc venit, vt cessante onere iustificet, quod qui reducit hanc perdit.

CAP. V.

a ¶ Et quia liberi. b ¶ Non est leuior hæc seruitus, quàm idololatria.
S† Tate, & nolite iterum iugo seruitutis
a ¶ Nec saltem circuncisione. quia b ¶ Quæ sunt notæ auctoritatis.
contineri. Ecce ego Paulus dico vobis:
a ¶ Vt spem salutis in eo habeatis. b ¶ Circuncisio iam non solùm prodest, sed obest.
quoniam si circuncidamini, Christus vo-
a ¶ Nec hoc solùm malum erit vobis. b ¶ Sicut olim ante fidem.
bis nihil proderit. Testificor autem rur-
a ¶ Iudæo & Gentili. b ¶ Pro habenda iustitia. c ¶ i. ex debito omnia legalia debet implere, quod exigit circuncisio. ¶ Vt enim baptismus suam, sic circuncisio suam exigit iustificationem.
sum omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vni-
a ¶ Christus non proderit, quia vos qui gratia Christi prius pleni eratis. b ¶ Virtutibus Christi. c ¶ Vos dico.
uersæ legis faciendę. † Euacuati estis à Christo. Qui in lege iu-
a ¶ Creditis iustificari. ¶ Aliter non noceret circuncisio b ¶ Futura. i. indigni estis beatitudine æterna. ¶ Iam habita. ¶ Qui non fallit.
stificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem
a ¶ Ex fide, quia non ex alio. b ¶ His quæ sunt. ¶ Aequatur præputio circuncisio.
iustitiæ expectamus. † Nam in Christo Iesu neque circunci-
a ¶ Quæ non ociosa. b ¶ Dei & proximi,
sio, neque preputium aliquid valet, sed fides quæ per † di-
a ¶ Et hæc olim fuit vobis. ¶ Per opera fidei in proficiendo. b ¶ Quia ex dilectione.
lectionem operatur. Currebatis bene. † Quis ergo vos
¶ Alias impediuit. a ¶ Quæ vltrò se ingerit. b ¶ Ipsi laborant omnibus modis cursum vestrum impedire, sed Nemini in vos consense. ¶ Illorum. c ¶ Saltem eos audiendo, quia opera legis seruanda suadent.
fascinauit veritati non obedire? Nemini consenseritis.

✠ AMBROS. Iusti-
tia legis est, si seruē-
tur quæ data sunt. I-
deóque qui in his se
1 vult post fidē, amit-
2 tit gratiam, quia ad
3 hoc venit donum
Dei, vt cessantibus
oneribus legis, iusti-
ficaret credentes a-
pud Deum.
4 ✠ AVGVST. Cum
enim hoc agat gra-
tia Christi, vt illi qui
debitores erant ope
rum legis, liberen-
5 tur hoc debito, isti
ingrati tantæ gratiæ
debitores esse volūt
6 vniuersæ legis faciē
7 dæ. Nondum autem
8 erat factum, sed quia
9 voluntas iam moue
10 ri cœperat, ita pleris
que locis loquitur
quasi factum sit.
11 e *Nos e.* Qui in lege
confidit, amittit gra-
12 tiā quod ex cōtrario
13 potest videri, quia ex
fide iustitia, & spes. i.
ęterna beatitudo: & hoc facimus per spiritum, ne putētur falli.

† Act. 15. a.

† Christus vobis factus est ociosus vel nihil vobis prodest

† infrà. 6. d

E

† charitatē † supra. 3. e

Nemini consenseritis

f *Spem iu.* i. quàm sperat iustitia. s. vitam æternam, vel quæ speratur ipsa iustitia. Fides enim esuriens & sitiens iustitiam sperat in ea renouari & proficere. Vel spes iustitiæ est Christus, ex quo speratur iustitia ipsa.

g *Nam in Ch.* His verò qui in Christo Iesu volunt piè viuere: virtutes appetendæ sunt, & vitia fugienda. Media verò quæ inter virtutes & vitia sunt, nec appetenda sunt, nec fugienda, vt circuncisio & præputium quæ nihil valent in Christo.

h *Sed fi.* AVG. Sine dilectione fides inanis est. Fides cum dilectione Christiani est. Alia est dæmonis. *Nam & dæmones credunt & contremiscunt.* Qui autem non credunt, tardiores sunt & peiores quàm dæmones. Sed multum interest, vtrum quis credat ipsum esse Christū, an credat in Christū. Nā ipsum Christū esse dæmones crediderūt, nec tamē in Christū, crediderūt. Ille enim credit in Christū, qui sperat in Christū, & diligit Christū.

Augu. vbi supra. Itē. epist. 105. & lib. de spiritu & litera, ca. 32. l. 22. cont. faust. c. 27. Iac. 2. b.

i *Cur b.* Hic laudat Galathas, & eos per quos inducti sunt, vt Iudaizare vellent vituperat, & ne illis consentiant monet.

✠ AMB. Exercitiū illorū in opere fidei bonū fuisse testatur, sed nequitia malorū hominū detētos, ne cursum suū efficacia perseuerante cōsummarēt, vnde vt resipiscant hortatur, de cætero nulli eorum credentes, qui vt opera legis seruanda suaderent euangelicę veritati non eos obedire sinebant.

Modi F

C NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

1 STate, & no. *Postquam Apostolus suam sententiam de cessatione legalium ostendit multipliciter esse iustam, hic consequenter inducit Galathas ad eius obseruantiam. Et diuiditur in duas partes, quia primo inducit ad hoc ex euasione mali. secūdò ex consecutione boni. ibi,* Vos in libertatem. *Primum autem malum quod euaditur per sententiam Apostoli est seruitus, quæ est mors ciuilis. ideo dicitur,* State. *in fide catholica.*

2 Et no. *Legis enim seruitus erat quasi importabile onus, vt dictum est suprà. iij. ca. Secundum malum, est amissio gratiæ Christi. quod tangitur cùm dicitur.*

3 Ecce. c. P. *& patet litera. Tertium est obligatio ad vniuersam legem faciendam, quòd vix aut nunquam potest quis facere, quod notatur cum dicitur.*

4 Testi. au. *sicut enim in susceptione baptismi obligatur recipiens ad fidē catholicam seruandam, sic in circuncisione obligabatur ad legem Mosaicam faciendam. quia sicut lex Mosaica dicitur lex factorum, sic lex euangelica dicitur lex fidei, Ro. iij. d. Quartum malum est separatio à Christo, & hoc notatur cum dicitur.*

5 Euacua. *i. in obseruantia legalium quæritis iustificari, reputantes non sufficere vobis fidem Christi ad salutem, & per consequens blasphematis eum impotentem.*

6 Non e. spi. *i. per spiritumsanctum.*

7 Ex fi. *scilicet, Christi.*

8 Spem iu. *i. æternam beatitudinem, quæ est merces iustitiæ per Christum datæ.*

9 Nam in Chri. Ie. *i. ad salutem quæ per Christum datur, circuncisio vel præputium nihil operatur.*

10 Sed fi. *Fides enim sine operibus mortua est, vt, dicitur Iac. ij. d. & ideo non sufficit ad salutē consequēdam, ad quam requiritur vita gratiæ.*

11 Curre. *Hic infert conclusionem ex dictis. s. quòd Galathæ impediti erant à profectu iustitiæ per falsos apostolos, di.* Currebatis. *ad brauium salutis æternæ.*

12 Qui er. vos. *s. ab isto cursu. supple docens vos.*

13 Veritati, &c. *Non quærit hoc ex ignorantia, sciens quòd hoc erat per falsos Apostolos, ex admiratione. sicut saluator Lucæ. viij. f. Quis me tetigit.*

Per

a ¶ Q Ideo ne consenseritis, quia. b ¶ Qui volunt vos mittere sub iugum legis. c ¶ scilicet Deo. Sed à diabolo. d ¶ Ad vitam. e ¶ Non consenseritis, quia modicum fer. id est illi pauci accidi vel hæc persuasio vel circuncisio & pauca legis.

a Persuasio hæc non est ex eo qui vocauit vos. † Modicum fer- 1

a ¶ Congregationem ecclesiæ fidelium. scilicet vel virtutum. b ¶ Hoc hortor & confido. c ¶ Quia boni. 2 3

b mentum totam † massam corrumpit. Ego confido in vobis 4

a ¶ Deo operante. b ¶ Quam quod docui. c ¶ Q Confido in vobis, sed ille. d ¶ Quasi purum fontem intellectus vestri. 5 6

c in domino, quòd nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat 7

a ¶ Sustinebit damnationem. ¶ Pro nullo parcetur ei ¶ Et si carne sit filius Abrahæ. b ¶ Ego autem non conturbo prædicando legalia.

d vos, portabit iudicium, quicunque est ille. Ego autem fratres 8

e a ¶ Vt olim. b ¶ Nulla alia causa à Iudæis patior. 9

f si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem 10

a ¶ Et si eam prædico. b ¶ Non irascuntur Iudæi de cruce, si assero circuncisionem iustificare. c ¶ Hoc non tam furoris in aduersarios, quàm dilectionis in ecclesiam domini verba sunt. non enim tam maledixit eis quàm orauit pro eis.

g patior? Ergo † euacuatum est scandalum crucis? Vtinam & ab 11

h a ¶ Vt non timore sed amore seruiatis, & qui prius peccatis obnoxii, gratiam accipientes liberi sitis. 12

i scindantur qui vos † conturbant. Vos enim vocati in liberta- 13

a ¶ Et cum hoc sit, hoc tantum est necessarium ne libertate abutamini. b ¶ Quia tunc serui. 14

k tem estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis 15

¶ Vt quia liberi & metus non incumbit legis, ideo desideria carnis sequamini. a ¶ Quæ procedit ex spiritu. b ¶ Quia tunc liberi. 16

l carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicē. Omnis enim 17 18

A a *Modi.f.* Av. Ne puteris paucorum hominum insidias contemnendas. Vt enim scintilla parua res est, & penè dum cernitur non videtur, sed si fomitem comprehenderit, & nutrimenta sui inuenerit, mœnia, vrbes latissimas, saltus, regionesque consumit. Et sicut fermentum res modica videtur & nihil, sed cum farina conspersum totam massam corrumpit, & in illius vim transit omnem quod mixtum est. Ita & doctrina peruersa ab vno incipiens vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores, sed paulatim vt cancer serpit in corpore. Et iuxta vulgare prouerbium vnius pecudis scabies totū commaculat gregē. Igitur & scintilla statim vt apperuerit extinguenda est, & fermentū à massa vicini semouendum, & scabiosum animal à caulis ouiū repellēdum.

Vbi supra. † 1. Co. 5.d. † conspersionem fermentat.

B ✿ Sedvl. & Primasivs. Ne quis diceret, cur omnes corripis cùm non omnes errauerint? prædicit quod modicum fermentum maliciæ totam possit ecclesiæ massam corrumpere. Nolite putare paucorum hominum, qui à Iudæa venientes aliud docent, insidias contemnendas, quia modicum fermentum totam massam corrumpit.

* spiritus

✿ Chrysost. Sic & vos, inquit, hoc exiguum natum si non corrigatur, poterit in perfectum Iudaismum pertrahere, sicut fermentum conspersionem.

b *Consi.* Ideo confidere de his se dicit, quia non sponte sed circumuenti errabant. Et ideo ostensa modo vera via facile, credit eos reuerti.

c *Conturb.* Vt s. mutato ordine de spiritualib⁹ sitis carnales.

d *Quicunque.* Occultè inquiunt Petrum lacerat, cui suprà in faciem se restitisse scripsit, quòd non recto pede incesserit ad euangelij veritatem. Sed nec Paulus tam procaci maledicto de ecclesiæ principe loqueretur, nec Petrus dignus, vt portaret iudicium ecclesiæ. (suprà. 2. c.)

Ex quo arbitrandū est de alio quodam dici, qui vel cum apostolis fuerat, vel de Iudæa venerat, vel ex Pharisæis crediderat. vel aliquis magnus sic apud Galathas æstimatus, vt portet iudicium ecclesię perturbatæ.

e *Ego au.* Imponebantur ei à pseudo, quod alibi circuncisionē prędicaret, sed non eis facile sententiam suam aperire vellet.

✿ Chrysos. Quid igitur? An non prædicauit circuncisionem? An non circuncidit Timothæum? Circuncidit quidem, at non prædicauit. Quid igitur est quod hic dicit? Disce eius exactam in dicendo circūspectionem. Non dixit, non facio circuncisionem, sed non prædico, hoc est non ita iubeo credere.

✿ Sedvl. Hoc ideo dicit, quidam ex ipsis dicebant, quod Paulus obseruaret circuncisionem, dum circuncidit Timothæum. D

C

✿ Ambros. Apertum est quod dicit. Ideo enim quasi inimicus à Iudæis habebatur & non desinebant à persecutione eius, quia circuncisionem iam non stare docebat. Denique Iudæis compellentibus, & sæpenumero falsas accusationes contra eū deferētibus, obliquū iudicē vidēs, coactus appellauit Cęsarem.

f *Quid ad.per.* Hie. Persecutiones enim creberrimas sustinuit à Iudæis, eo quòd doceret credentes de Iudæis non debere circuncidi.

g *Scan.cru.* Avg. Scandalum erat Iudæis prædicatio crucis, quia sabbathum, & circuncisionē euacuabat. Si verò admitteret circūcisionem, non essent eis scādalū, & pacifici essent. (Vbi supra.)

† abolitū est offendiculum

h *Vti.&ab.* Ipsi vos conturbant, sed vtinam abscindantur, non carnaliter, sed vim generandi perdant in vobis, vel in alijs nihil proficiant non solum circuncisi sed abscisi, vt nullam omnino generandi potentiam habeant, & meritò hoc opto ne vos redigant in seruitutem legis: Vos enim vo. estis à Deo in liberta.

† labefactant E

✿ Ambros. Tale est hoc, quale & illud ad Corinthios, Qui non, inquit, amat Dominum Iesum, sit anathema. ex ipso grege morbido sunt & hi, quos sociat sententiæ eorum, vt abscindantur à misericordia Dei, qui Galatas Dei gratia exuerunt, & non solum spiritualiter: sed & carnaliter hoc maledicit: vt quia circuncidi Galatas cogebant, ipsi abscinderentur vt multiplicaretur his dolor corporis.

✿ Sedvl. Hoc est, vtinam à malo in bonum cōuertantur, vel vtinam totis potius viribus suis castrentur, qui modicam corporis sui partem circuncidi prædicant.

i *Absc.* Elegāti ambiguo bonū optat. sunt em̄ spadones pp. re.

k *Ne li.in oc.* Sensus est, Cauete ne audito nomine libertatis, impune vobis peccandum esse arbitremini. (Matt. 19.b)

✿ Amb. Hoc dicit, ne acceptā libertatē occasio carnis adimat.

✿ Sedvl. Vnum obsecro vos, ne libertate pro licentia abutamini, detisque occasionem carni & luxuriæ, quin potius discite, quia libertas hæc maior sit seruitus.

l *Sed per cha.spi.* Avgv. Non per affectum carnis charitas habenda est, sed per spiritum.

m *Omnis enim lex.* Avg. Nam & illa quæ ad bonos mores pertinent. & illa quæ in sacramentis sunt, cum bene à liberis intelliguntur, nec carnaliter obseruantur à seruis, ad charitatem referantur necesse est.

✿ Ambros. Hoc scriptum est in Leuitico, quod suprà dictum est, quia perfectio salutis per dilectionem operatur, quia qui non diligit fratrem nō diligit Deum, dicit Ioannes Apostolus. (Leuitic. 19. Galat. 4. 1. Ioan. 4.) F

☞ Di-

NICOLAVS DE LYRA.

✿ 1 Per sua.hæc. *s. seruandi legalia.*

2 Non est ex eo, &c. *quia non est ex instinctu Christi. sed diaboli.*

3 Modicum fer. *Bonum enim consistit ex omnibus circunstantijs bonis. malum autem ex singulis defectibus. ita quòd vna sola circunstantia mala facit totum actum malum, & similiter in congregatione fidelium vnus peruersus in fide corrumpit alios. quia tamen Apostolus confidebat de correctione Galatharum subdit.*

4 Ego confi.in vo. *quòd ad admonitionem meam vos corrigetis.*

5 In do. *idest, per adiutorium Dei. ita.*

6 Quod ni.ali.sa. *nisi veritatem euangelij quam prædicaui vobis.*

7 Qui au.con *asserendo quòd sine circuncisione saluari non potestis.*

8 Portabit iudicium. *id est pœnam sibi debitam. Cessationem autem circuncisionis ostendit per debitum factum suum. Erat enim natione Iudæus: & per consequēs circuncisus, propter hoc non est credibile, quòd vellet odiū Iudæorū & persecutionē ab eis sustinere, eo quòd prædicabat cessationē circūcisionis, nisi ita esset in veritate. Et hoc est quod dicit.*

9 Ego aut fra. si cir. adhuc. *dicendo quòd sit necessaria ad salutem.*

10 Quid ad.per.pa. *q.d. non debeo amplius pati, quia pro re alia non persequuntur ne Iud. i. ideo concludit.*

11 Ergo eua. *Quia Iudæi non scandalizabantur de Paulo prædicante Iesum Nazarenum crucifixum fuisse, sed quia prædicabat eū verū Christum fuisse, & circuncisionem euacuasse, cuius contrarium quantum ad cessationem circuncisionis falsi Apostoli asserebant. ideo subdit de illis.*

12 Vti.& ab. *i. totaliter à vobis separentur.*

13 Qui vos. *Dicentes: quòd circuncisio sit vobis necessaria ad salutem.*

14 Vos c. *Hic consequenter inducit Galathas ad dimissionem legalium ex consecutione boni inde prouenientis. Et diuiditur in duas partes. s. in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi,* Manifesta sunt. *Primum verò bonum sequens ex cessatione legalium est libertas, quæ est summè desiderabilis, in tantum quòd etiam bruta animalia præponunt eam satietati ventris, vt patet in auibus inclusis. ideo dicit,* Vos c. in li. *à legali seruitute quæ est maxima.* (Diuisio. Tria bona ex cessatione legaliū.)

15 Vocati e. *s. per gratiam Christi vos liberantis. veruntamen non est abutendum hac libertate. ideo subdit.*

16 Tan.ne li. *q.d. hoc tamen est vobis necessarium, quòd non laxetis vos ad sequendum carnis impulsum, credentes, quòd sit vobis licitum, sicut dixerunt aliqui heretici, per libertatem spiritus omnia licere sibi.*

17 Sed per cha.spi.ser.in. *in temporalibus & spiritualibus mutuò vos iuuando. Secundum bonū est vniuersæ legis facilis impletio. ideo dicit,*

18 Omnis enim lex. *s. in præcepto charitatis, quod tamen duplicatur,*

✿ inquantum

a ¶ Ideo charitas habenda. b ¶ i. vno præcepto charitatis: quia qui illud præceptum implet, nec mala agit, & quantum potest bona facit. ¶ Isto scilicet. ¶ Sine quo nec Deus diligitur.

a lex in uno sermone impletur. † Diliges proximum tuum, 1

a ¶ Qui diligit i.o.a.s. b ¶ In dilectione proximi lex impletur. c ¶ In aliquo detrahitis. d ¶ Totum deuoratis omnia vituperando. occasione charitatis hoc vitium eorum tetigit.

b sicut teipsum. Quòd si inuicem mordetis & comeditis, vi- 2

c ¶ Hæc sunt causa vestræ consumptionis. a ¶ Per fidem Christi, nunquam aliter. 3

d dete ne ab inuicem consumamini. Dico autem in Christo. 4

e a ¶ Ratione. ¶ Sancto: non enim hoc potest spiritus hominis. b ¶ Proficite bene operando. 5 c ¶ Tunc. d ¶ Delectationes quas caro suggerit. e ¶ Actu. f ¶ Sed hoc graue est.

f Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro 6

g ¶ Semper noua in hoc. ¶ Hoc in bonis manifestum est, vbi est spiritus Dei. 7 a ¶ Sed non diffidendum vel deficiendum. ¶ Ratio gratia Dei adiuta. 8

† enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduer-

a ¶ Hæc contra se, quia vsque eo, vt non permittamini facere quęcumque bona vel mala: & ideo meliori in hac pugna cedendum est. i. spiritui, quo volumus bona, & si non perficimus: voluimus enim vt nullæ sint concupiscentiæ, sed hoc non perficimus.

sus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quę- 9

¶ Hoc dicit, ne desides sint in pugna. ¶ Hæc duo oppugnant, sed videte, cui cedendum est. 10 a ¶ Sancto gubernatore, rectore spiritus vestri. b ¶ Q. Si inquam hoc est. 11

h cunque vultis, illa faciatis. † Quòd si spiritu ducimini, non 12

i a ¶ Amore quæ male agentibus posita est. b ¶ Hæc sibi aduersantur. ¶ i. per se apparent mala. 13 c ¶ Largè vel strictè

estis sub lege. † Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt 14 15

a ¶ Opus luxuriæ b ¶ Etsi non in opere impleatur ¶ Vel quæ est contra naturam. c ¶ Pudorem non seruare. ¶ Non pudicè viuere. d ¶ Superfluitas quælibet. 16

* fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, † idolorū serui- 17 18

A a *Diliges prox.* Avg. Hoc scriptum est in Leuitico, in quo rectè dicit impleri legem vniuersam, cum tamen duo sint præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet, & prophetæ: quia dilectio Dei in dilectione proximi continetur. & ideo in hoc præcepto perfectio salutis est, quia sine proximo non diligitur Deus. *Qui enim non diligit proximum suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* Cum igitur vtrunque præceptum ita sit, vt neutrum sine altero possit teneri, vnum eorū sufficit commemorare.

Leuiti. 19.c. Matt. 22.d. 1. Ioan. 4.d. † Mat. 22.d. * In Christo

b *Sicut te.* Avgv. Sicut nō potest proximum diligere, qui non diligit se. Se autem non diligit qui diligit iniquitatem. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suā.*

† autem. B Psal. 10.b.

✿ Primasivs. Qui dicit se diligere proximum, non solū ei malum non facit, quod sibi non vult, sed etiam bonū facit ei, quod sibi vult ab alio fieri: & vniuersam legem implet: quæ duo habet genera mandatorum: hoc est, non faciendum malum, & faciendum bonum.

† 19. q. 2. c. duæ sunt. & 23. q. 6. c. iā verò. §. itē cum.

c *Comeditis.* Vel: *criminamini.* id est, crimina vobis inuicem imponentes. (Aug. in Psal. 72.)

d *Ne ab inuicem.* Per schisma Christianæ religionis, per vanam gloriam vanamque victoriam mutata occasione charitatis hoc eorum vitium tetigit, quia dissensio inimica est dilectionis. Hoc enim maximè vitio contentionis & inuidiæ & perniciosa inter eos iurgia nutriebantur, quibus consumitur societas & vita.

e *Dico autem in Christo, &c.* Ostendit quàm sufficiens sit fides Christi sine lege: quia per eam carnem vincunt & eius opera, & sequuntur spiritum. quasi dicat: Ne detis libertatem in occasionem carnis. sed per charitatem spiritus seruite. Hoc autē dico posse esse vobis in Christo, & nunquam aliter.

f *Non perficietis, &c.* Non ait non feceritis vel non habueritis, quia ea non habere non poterant. Sed non perficietis. i. non opera eorum consensu voluntatis implebitis. D

g *Caro enim concupi. &c* Avgvstinvs. Caro dicta est concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit anima, sicut auris dicitur audire, & oculus videre, cum potius anima & per aurem audiat, & per oculum videat. Caro enim nihil, nisi per animam concupiscit, sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur. Ipsius enim carnalis cōcupiscētiæ causa non est in anima sola, nec in carne sola, ex vtroque enim fit, quia sine vtroque delectatio nulla sentitur.

Augu. lib. 2. cōtr. Iul. Pelag. li. 19. de ciu. li. 12. cōtra Faust. c. 21. tract. 41. in Io. Augu ser. 3. de verb. Ap.

✿ Chrysosto. Solet appellare carnem, non corporis naturam, sed prauam voluntatem: veluti cùm dicit: Vos non estis in carne, sed in spiritu. Qui verò in carne sunt Deo placere non possunt. E

† 52. q. 4. c. in eo.

✿ Sedvlivs. Non quod caro sine anima concupiscat, sed ipsa anima, quoniam carnalia cogitat, caro dicitur: quoniam verò spiritualia, vnus cum Deo fit spiritus. Item caro concupiscit aduersus spiritum, hoc est, scripturæ carneus intellectus aduersus allegoriam spiritualem.

* adulteriū. † De prærb. ca. auaritiæ.

h *Quod si spiritu ducimini, &c.* Hieron. ad Avgv. Ex quo apparet, quòd sub lege est non dispensatiuè sed verè, vt tu intelligas eum spiritum sanctum non habere.

i *Non estis sub lege.* Hoc commodum iam habetis, & ideo hæc pars eligenda. Hos damnabiliter dicit esse sub lege, quos reos facit lex, non implentes legem dum nescientes gratiam, de se præsumunt.

Avgvsti. De natura & gratia. Sub lege est, qui timore non amore abstinet à malo, reus in voluntate. Idem in eodem: *Sub lege.* quæ timorem incutit, non amorem. (cap. 53. 54. 56. &c.)

Avgvst. Hæc omnia non ad voluntatem carnis, sed vitia sunt animi. Credere etiam omnia mala accidere animę ex carne, error est: ne ab his omnibus mundemus diabolum, qui

☞ carnem

NICOLAVS DE LYRA.

C ✿ *inquantum dilectio respicit Deum & proximum. Vnde dicit Saluator. Matt. xxij.d.* In his duobus mandatis pendet tota lex & prophetæ. *quia omnia alia præcepta non sunt nisi quædam explicationes mandati dilectionis Dei & proximi. Apostolus tamen non prosequitur hic nisi de dilectione proximi, di*

1 Diliges proximum tuum. *in ordine ad eandem beatitudinem consequendam, & consequenter remouet contrarium dicens:*

2 Quod si inuicem mordetis, &c. *verbis malis inuicem iniuriando.*

3 Et comeditis, *Inuicem defraudando, sicut de vsurario communiter dicitur, quòd comedit illum cui tradidit ad vsuram.*

4 Videte. *i. aduertere debetis, quia ad hoc sequitur destructio vestra in corpore & anima. & hoc est quod dicit:* Ne ab inuicem consumamini. *Tertium bonum est sequela spiritussancti. per quam homo proficit in spiritualibus, & retrahitur à desiderijs carnalibus. & hoc est quod dicit:*

5 Dico autem in Christo. *i. ex doctrina Christi.*

6 Spiritu ambulate. *sequentes instinctum spiritussancti, quem nata est humana mens sequi.*

7 Et desideria carnis non perficietis. *in opere, licet insurgant motus carnales concupiscentiæ.*

8 Caro enim concupiscit aduersus spiritum. *s. sensualitas contra rationem, & econuerso sicut experimur in nobis. & hic accipitur spiritus rationalis: ideo subdit:*

9 Vt non quæcunque. *secundum rationem.*

10 Illa

10 Illa faciatis. *impeditis motu sensualitatis. Et sic suo modo dissentiunt libertas spiritus, & seruitus legis: ideo subdit:* F

11 Quod si spiritu ducimini, &c. *Sequentes instinctum spirit. s. sancti.*

12 Non estis sub lege. *i. seruitute legalium alligati.*

13 Manifesta sunt autem opera. *Hæc est secunda pars incidentalis, in qua distinguit opera carnis & spiritus, eò quòd fecerat mentionem de vtroque. Et diuiditur in duas: quia primò ponitur hæc distinctio. secundò Apostoli monitio, ibi.* Qui autem sunt Christi. *Prima in duas, quia primò distinguit opera carnis. secundò spiritus, ibi:* Fructus autem. *Circa primum sciendum quòd opera carnis dicuntur illa ad quæ caro inclinatur: & hæc sunt propriè opera luxuriæ & gulæ. Primò ergo distinguit opera luxuriæ. secundò gulæ, ibi:* Ebrietates. *In operibus verò luxuriæ primò ponit quæ propriè pertinent ad luxuriam, dic.* (Diuisio.)

Manifesta sunt autem opera car. *quia sunt sensibilia.*

14 Quæ sunt fornicatio, &c. *quantùm ad concubitum soluti cum soluta.*

15 Immunditia. *quantùm ad vitium contra naturam.*

16 Impudicitia. *quantùm ad exteriorem inhonestatem in aspectu. egressu, tactu, huiusmodi quæ procedunt ex impudicitia cordis.*

17 Luxuria, &c. *Nomen est generale ad omnia quæ pertinent ad hoc vitium. & sic omnia alia quæ non sunt annumerata, per hoc includuntur.*

18 Idolorum. *Hic secundò ponit alia quæ sequi solent ad luxuriam, dicens:* Idolorum serui. *vt patet de Salomone iij. Regum xj. a. qui ex ardore libidinis cum mulieribus alienigenis motus fuit ad sequendum deos earum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A carnem non habet. Sed nomine carnis totum hominem significauit, qui viuendo secundum se in hæc cadit. Non enim habendo carnem, sed viuendo secundum se. id est secundum hominem factus est homo similis diabolo: quia & ille secundum se viuere voluit, quando in veritate non stetit.

a *Regnum Dei non cō-se.* AVG. Nullus medius locus est, vt non sit in supplicio, qui non erit in regno. ✻ PRIMAS. Notandum itaque plāgendumque, quod contendentes & dissidētes, & iracundos, cū idololatris, veneficis, & homicidis, penitus exclusit à regno Dei.

† 21. di. ca. denique 6. q.c. illi qui.

Augu. tract. 86. in ioan.

b *Charitas.* Caput præmisi, vnde membra sequuntur. Non bene gaudet, qui non diligit bonum vnde gaudet. Non habet pacem veram cum aliquo, nisi eum diligat. Non est longanimis perseuerāter expectando nisi ferueat diligendo. Non est benignus, nisi diligat cui opitulatur. Non est bonus, nisi diligendo. Non fidelis salubriter, nisi ea fide quę per dilectionem operatur. Non est mansuetus qui dilectione non moderatur. Non continet se quis ab eo vnde turbatur, nisi diligat vnde honestatur. Meritò ergo charitatem sic sępe commendat,

B

† Ro. 13 d.

† affectibus

a ¶ Perseuerantes. b ¶ In verbis. c ¶ Quando duo ad idem tendunt. d ¶ Subita tempestas animi. e ¶ Quando inuicem ex ira se percutiunt.
tus, veneficia, inimicitiæ, contētiones, æmulationes, iræ, rixę, 1 2 3
a ¶ Quando partes faciunt in ecclesia. b ¶ Græcè, hæreses. c ¶ De alienis bonis. ¶ Asiduę. 4
dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessa- 5 6
¶ Superfluæ. a ¶ Ante iudicium dum licet pœnitere. b ¶ Ante hanc epistolam.
tiones, & his similia: † quæ prædicō vobis, sicut prædixi: 7 8
a ¶ Non dixit omnia. ¶ Quia etiam singula regnum tollunt.
a quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. 9 10
a ¶ Hæc sunt carnis, sed ista sunt opera spiritus, quæ ipsa fructus sunt, quia propter se petenda. b ¶ Sancti, vel rationis gratia illuminate. c ¶ Quæ à terra ad Deum euocat. d ¶ Quod bene placet sibi. e ¶ Quando non se inquietant. f ¶ Aduersorum. 11 12
b † Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patien- 13
c a ¶ Expectationis. b ¶ Dulcedo animi. c ¶ Largitas rerum. d ¶ Quod non intractabilis. ¶ De inuisibilibus certitudo. 14 15
tia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, 16
a ¶ Quod modum in dictis vel factis seruat. b ¶ Quod à licitis abstinet. c ¶ Quando rectè vtitur licito. d ¶ Quid dicam per singula? lex quæ iustis non est posita, sed in iustis. mala. ¶ Sed contra. 17 18
modestia, continentia, castitas: aduersus huiusmodi non est 19
a ¶ Quos necesse est sequi spiritum. b ¶ Macerauerunt. ¶ Pugnantes. 20
d lex. † Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt 21
e a ¶ Cum. b ¶ Desideriorum. ¶ Hic in plerisque capitulum sextum incipit. c ¶ Qui sunt Christi ita agunt vt dixi, & nos quia sumus Christi, ambulemus spiritu, quia spiritu duce & autore ad hanc vitam venimus. 22 23
f cum † vitiis, & concupiscentiis. Si spiritu viuimus: spiritu 24 25

D mendat, quasi sola sit præcipienda, quæ non potest haberi sine cæteris, quibus homo efficitur bonus.
✻ PRIMASIVS. Omnium virtutum prima est charitas, quæ, in quatuor diuiditur partes, in dilectionem Dei, in suam vniuscuiusque, in proximi & inimici.

c *Gaudium.* Puritas conscientiæ. Vnde: *Non est impijs gaudere dicit dominus.* — Esa. 48. d.
d *Qui autem.* Quasi. Contra malos posita est lex. Bonis autem posita est crux. Quod ita ait: *Qui autem, &c.*
e *Carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* — Apud Bedā.
AVGVSTIN. In sermone de quadrag. Congruit enim nostræ deuotioni, vt qui domini crucifixi passionem celebramus, reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis faciamus, In hac quidem cruce semper in hac vita debet pendere Christianus, vt sit fixus clauis & præceptis iustitiæ, vt Christus in cruce clauis confixus fuit. — † Ap. 22. a. — E
f *Si spiritu viuimus.* Quod communiter suprà dixit, ad istos quibus scribit retorquet, & se eis connumerat, per hoc ostendens, se non dicere eis quod ipse non velit seruare. Q. Non dico — 2. pet. 2 b.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Veneficia. *id est, sortilegia, quæ ex ardore libidinis solent fieri. In hac significatione dicitur. Psalm. vij. a.* Venefici incantantis sapienter.
2 Inimicitiæ. *latentes in animo, sicut ij. Reg. xiij. d. Absalon concepit odium contra Amon, eo quòd sororem suam violauerat.*
3 Contentiones. *verbis clamorosis.*
4 Aemulationes. *in verbis pungitiuis.*
5 Irę. *in vindicandi actu.*
6 Dissensiones. *quando incipiunt fieri partes.*
7 Sectæ. *quando sunt firmatæ.*
8 Inuidiæ. *in animo.*
C 9 Homicidia. *in facto. Hæc autem omnia frequenter sequuntur ad luxuriam, vt patet. Et possent poni exempla de omnibus, sed propter prolixitatem omitto.*
10 Ebrietates. *Hic ponuntur opera carnis quantum ad vitium gulæ, cum dicitur:* Ebrietates. *in quo notatur excessus & quæcunque inordinatio circa potum. Dicitur enim ebrietas à bria, quod est mensura, quasi extra mensuram rationis.*
11 Comessationes. *in quo notatur omnis inordinatio circa cibum.*
12 Et his similibus. *ad quæ caro est prona, sicut nimia mollicies lectorum, balneorum, & huiusmodi.*
13 Quæ prædico vobis. *antequam veniat Dei iudicium. quia tunc pœnitere non poteritis.*
14 Quoniam qui ta. *Ex hoc excluditur error dicentium, quòd damnati saluabuntur post magna curricula temporum.*
15 Fructus. *Hic consequenter enumerantur opera spiritus, quæ dicuntur fructus. ad similitudinem fructus materialis, qui procedit de arbore, & percipitur cum quadam suauitate: sic ista à spiritu sancto procedunt, & mentem delectant. Quorum distinctio accipitur secundum quòd mens hominis per processum spiritussancti in nobis, bene disponitur in se, & ad id quod est iuxta se, & ad id quod est infra se. In se verò bene disponitur, quando bene se habet in bonis & malis. Prima verò dispositio eius ad bonum est per amorem, quæ est prima affectio & radix aliarum affectionū, propter quod inter fructus spiritus primo ponitur.*
16 Charitas., &c. *Rom. v. a.* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. *Ad quam sequitur:*
17 Gaudium. *quod est fructus secundus. Omnis enim amans gaudet ex præsentia amati, quam facit charitas. 1. Ioan. 4. c.* Qui manet in charitate, in Deo manet. *Perfectio verò gaudij est.*
18 Pax. *quantum ad duo. Primò quantum ad quietem ab exterioribus conturbationibus, alias non esset gaudium perfectum. Secundò quantum ad sedationem desiderij interioris. Non enim perfectè gaudet quis de aliquo, cui non sufficit illud. Hæc autem duo importat pax: ideo ipsa ponitur tertius fructus. In malis autem bene disponitur mens, primò quando non perturbatur ex imminentia malorum, quod pertinet ad patientiam. Secundò vt non perturbetur ex dilatione bonorum, quòd pertinet ad longanimitatem. nam carere bono habet rationem mali. v. Ethicorum. Ad illud autem quod est iuxta se, scilicet ad proximum, bene se habet mēs hominis. primò quidem per voluntatem benefaciendi, quod facit bonitas, secundò per beneficientiæ executionem quod facit.*
19 Benignitas. *vnde dicuntur benigni quos bonus ignis amoris feruere facit ad benefaciendum proximis. Tertiò per hoc quòd æquanimiter tolerantur mala ab eis illata, quod facit.*
20 Mansuetudo. *quæ cohibet iram. Quartò per hoc quod non infertur nocumentum proximo per fraudem vel odium: quod facit.* — F
21 Fides. *si pro fidelitate sumitur. Si verò sumatur pro fide qua creditur in Deum: sic per eam bene disponitur mens ad id quod est supra se, subijciendo Deo suum intellectum. Ad illud verò quod est infra se, bene disponitur mens hominis. Primò quidem in actionibus per modestiam, quæ in dictis & factis debitum modum obseruat: secundò in interioribus concupiscentijs, per continentiam & castitatem. Diuersimodè tamen: quia continens patitur concupiscentias fortes, sed non vincitur. castus verò non vincitur, nec patitur: Et sic habentur duodecim fructus spiritus, qui signantur Apocalip. vlti. a.* Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim. — Continens. & castus differunt.
22 Qui autem sunt Christi. *Hic consequenter ponitur Apostoli monitio duplex. secunda ponitur in principio sequentis cap. Prima verò est carnis opera reprimenda: & opera spiritus persequenda, dicens:* Qui autem sunt Christi. *id est, imitatores eius:*
23 Carnem suam crucifixerunt. *ita quòd concupiscentia & vitia carnis mortua sunt in eis.*
24 Si spiritu vi. *Hic accipitur si pro quia: quia spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Ioan vj. g.*
25 Spiritu & ambul. *sequendo instinctum spiritussancti in operibus nostris, vel dictamen rectæ rationis, quæ etiam dicitur spiritus: & quia bonum opus frequenter est occasio vanæ gloriæ, ideo subditur:*

✻ 1 Non

co vobis quod ipse nolim.
A a *Inanis glo.* Quæ est velle vincere vbi præmium non est.
b *Inuidentes.* Sciendum, quia cum per omne vitium, antiqui hostis virus humano cordi infundatur, in zelo inuidiæ tota sua viscera serpens concutit, & in hac imprimenda malitia quasi postem mouit. Zelus iste modum non habet permanens iugiter sine fine, cum alia scelera finiantur. Quantoque ille cui inuidetur successu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit. Hinc vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, tremor in labiis, stridor in dentibus, verba rabida, & effrænata conuitia. & manus ad violentiam prompta: & si gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis est armata. — D — inuidiæ detestabiles effectus.

a ¶ Etiam. ¶ Quomodo subdit. b ¶ Secularis. c ¶ Hæc mala fecit gloria inanis. ¶ Ad contentionem, & lites, & alia illicita.
a & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem 1
a ¶ Si non andemus prouocare. 2
b prouocantes, inuicem inuidentes. 3

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non efficiamur inanis. *quæ est principium aliorum malorum. ideo subditur:*
2 Inuicem pro. *verbis iniuriosis.*
3 Inuicem inu. *de bonis proximorum dolentes.*

ADDITIO.

In cap. v. vbi dicitur in Postil. Quorum distinctio accipitur, secundum quòd mens hominis per processum spiritus sancti disponitur. Hæc distinctio notabilis de fructibus spiritus sancti sumitur à prima secūdæ. q. lxx. art. iij. in cor. quæstionis, vbi omnia quæ hic ponuntur de verbo ad verbum continentur, & quædam alia ad hoc pertinentia. vide ibi, &c.

CAPVT VI.

a *Fratres: & si.* Hactenus toti ecclesiæ improbando legem, & commendando gratiā, modo ad prælatos qualiter tractēt subditos scilicet leniter: quia fratres etsi superiores.
B b *In aliquo delicto.* AVGVST. Delictum est declinare à bono: Peccatum est facere malum. Vel delictum quod ignorāter fit: Peccatū quod à sciente. Tamen indifferenter ponutur. Præoccupatio est, dū vel ad horam non videtur quid faciendū sit, vel qui viderit vincitur vt malum fiat cum latet veritas, vel compellit infirmitas.

Delictū. & peccatum differunt. li. quæst in Leuit. q. 20. serm. 5. de verb. Apost. li. 83. q. 71.

† instaurare, reficite.

✻ CHRYSOST. Quoniam increpationis prætextu vlciscebantur suas cupiditates, videbanturq; id facere propter delicta corrigenda, cùm reuera studerent suā dominandi cupiditatem stabilire, ait fratres si etiam præuentus fuerit: Non dicit, si fecerit: sed si præuentus fuerit, hoc est si abreptus.
C c *Lenitatis.* Ne si aliter feceritis, non patiatur se argui: sed defendere se incipiat, ne turpis videatur.
✻ CHRYSOST. Non dixit, in mansuetudine: sed in spiritu mansuetudinis, declarans hæc etiam spiritui placere, quippe quum hoc ipsum posse cum humanitate corrigere peccantes, doni sit spiritualis; deinde ne qui corrigit alterum, efferatur animo.
d *Considerans teipsum.* AVG. Nihil ad misericordiam sic inclinat quàm proprij periculi cogitatio. — Ioan. 13 d.
✻ PRIMAS, & SEDVL. Quia & tu homo es, & potes in aliquo præueniri, & adiutorio indigere. Sani enim infirmos sustinent, & mortuos sepeliunt: quia & ipsi infirmari, & mori posse se credunt.
e *Et sic.* AVGV. i. charitat. Ex charitate enim Christus peccata nostra tulit, qui etiā præcepit, vt nos inuicem diligamus. — Aug. li. 1. de cōsen. euāg. c. 30. & trac. 17 in Ioan.
✻ AMBR. Lex Christi oēs saluos vult fieri: ac per hoc qui fratri peccāti cōsulit vt redeat ad propositū, implet volūtatē Christi. — E
✻ PRIMASIVS. Lex Christi charitas est. Dicit enim: Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis, sicut ego dilexi vos. — Ioan. 13.

CAPVT VI.

¶ Hoc non faciatis quod dixi, sed si præoccu. a ¶ Quasi imprudenter lapsus. ¶ Vt nequeat vitare, nec mirum, quia homo
FRatres: & si præoccupatus fuerit homo 1
a ¶ Non vsu quotidiano peccans. b ¶ Non ideo despiciatis eum. 2
a in aliquo delicto, vos qui spirituales 3
a ¶ Non per singula peccata diffluentem, & si aliquando labatur. b ¶ Rationabiliter & leniter. 4
b estis, huiusmodi † instruite in spiritu le- 5
a ¶ Qui ita fac vt dixi. ¶ Tu quisque. b ¶ quod & tu fragilis. c ¶ Ne Deo permittente in simile cadas. 6
c d nitatis: Considerans teipsum, ne & tu 7
a ¶ Leuiter instruite, & subuenite orationibus & aliis modis, quasi vestra sit sarcina. b ¶ Charitatem. 8
e tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis le- 9
a ¶ qui peccata nostra tulit. b ¶ Ita facite: nam si quis aliter fecerit, seipsum seducit & hoc est. c ¶ In mente sua superbe iudicat. d ¶ Magnum comparatione peccantis. e ¶ Ex se. 10
f gem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil 11
g a ¶ Diuidit. ¶ A veritate. b ¶ Non ita putet aliquis sed potius. 12
h sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, 13
i a ¶ Si actus suos consideret: sciens si quid boni habet se à Deo accepisse, & si quid mali à se non à Deo fore. k b ¶ Vt Deus qui in eo est, sit gloria eius, & nihil aliud. c ¶ Puræ conscientiæ. l d ¶ In sui, & non in alterius consideratione. 14
m et sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. 15
n 16

✻ CHRYSOST. Non dixit, πληρώσατε, id est, implete: sed, ἀναπληρώσατε, hoc est, simul omnes implete, vos inuicē ferēdo.
f *Nihil.* comparatione spiritualis, qui totum dat gratiæ. — Augu tract. 99. in Io.
g *Se seducit, &c.* ✻ PRIMASIVS. Qui se putat nō posse tentari, siue plus de se laudanti se quàm suę conscientiæ credit, seipsum seducit. Si quis non vult onera aliena portare, & immisericors suo tantum opere & virtute contentus est, non quærens quæ aliena sunt, sed quæ sua: hoc est, sui tantum amator, & non etiam Dei, ipse se seducit.
AVG. Non enim se seducunt laudatores eius, sed ipse potius: quia cum ipse sit præsentior quā illi, mauult se in illis quærere, quàm in seipso.
h *Probet.* Diligenter inspiciat. — F
i *Opus.* AMBR. nō peccatū alterius, vt Phariseus qui dixit: Nō sum sicut cæteri hominum. qui non re, sed fallaciter iustus. — Lucæ 18. b
k *in semetipso.* id est, intus in conscientia sua pura.
l *Gloriam habebit.* id est, gloriabit & gaudebit. — Aug lib de gratia noui testam.
m *Et non in al.* i. in alterius laude. s. cum alter eum laudat. Qui enim conscientiam boni operis habet, non debet de hoc apud alium gloriari: & laudem suam foras fundere, sed in semetipso humiliter gloriari. Vel ita.
n *Et sic.* i. si actus suos consideret, sciens neminem debere gloriari se habere mundum cor. In semetipso, &c.

Et

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

FRatres si præ. *Hic consequenter ponitur Apostoli secūda monitio quia inducit Galathas ad mutuam supportationem: & primò in malo culpæ non ipsum fouendo, sed leniter corripiendo, di.*
2 Si præocc. *per aliquam passionem insurgentem vel ignorantiam.*
3 In aliquo delicto. *ex eis perpetrato.*
4 Vos qui spi. *id est, perfectiores scientia & vita.*
5 Instruite huiusmo. *id est, ad bonum reducite.*
6 Spiritu lenit. *peccantes enim ex certa malitia sunt magis acriter corripiendi.*
7 Considerans teipsum. *id est, propriam fragilitatem.*
8 Ne & tu tenteris. *& sic ex passione lapsus, & per consequens indigeas mansuetudine correctionis. secundò inducit ad supportationem mali pœnæ, dicens:*
9 Alter alter. *i. infirmitates mutuas & labores, mutuo subueniendo.*
10 Et sic adimple. *quæ est lex charitatis. & ad prædicta inducit rationem dicens:*
11 Nam si quis existi. *i. magnum quid sentiens de se.*
12 Cum nihil sit. *s. nisi vanitas & peccatum.*
13 Ipse se seducit. *quia per hoc in contemptum fratris & alia peccata cadit. ideo subditur:*
14 Opus autem suum. *id est, diligenter examinet.*
15 Et sic in se. *s. in testimonio propriæ conscientiæ.*
16 Et non in altero, &c. *id est, in falsa laude alterius, cui non est credendum.*

8 Ne

Universidad de Deusto Biblioteca

A Et sic in se. AVG. AMBR. i. si actus nostros consideremus, nulli nos anteponimus, nec quemquam iudicamus. Verè iustus alterum sibi præponit, quia plus sua mala scit, quàm alterius: quorum cognitio sibi gloria est. Gaudet enim, dum cognoscit morbum suum, quem sanare desiderat.

nus ad comparationem spiritussancti caro est.

D g *Qui au. se.* HIERO. AVG. i. qui spiritui dat assensum ex fide, cum charitate seruiendo iustitiæ, & legē spiritualiter intelligendo.

✻ CHRYSOST. Cōsidera verò, seminasti eleemosynam, manent te thesauri cœlestes, gloriaque sempiterna. Seminasti pudicitiam, excipiet te honor & brabium, & ab angelis congratulationes & ab agonotheta coronæ.

✻ PRIMASIVS. Omne quod loquimur, agimus, cogitamus, in duobus seminatur agris, carne & spiritu: si bona sunt quæ de manu, corde, ore promuntur, seminata in spiritu, vitæ æternæ fructibus redundabunt: si mala ab agro carnis excepta, corruptionis nobis segetē pullulabunt.

a *Vnusquisque enim.* Non inquinatur quis alieno peccato.

b *Onus.* AVG. Alia sunt opera participādæ infirmitatis, de quibus suprà. *Alter alterius onera portate.* Alia reddendæ Deo rationis, de quibus hic. Contra eos qui putant hominē alienis inquinari peccatis, dicit: *Vnusq. e. s. pe.* Contra negligentes qui nullum curant corrigere, securi q alienis non contaminentur peccatis, dicit: inuicem onera portate. Onera infirmitatis inuicem portamus, dum lenitate iram alterius sustinemus: & dum ei qui læsit, si petit, indulgemus.

† 23. q. 4. si quis a catholi. & ca. forte. § itē.
† 13. q. 1. c. ecclesias. §. quia ergo nos.
† catechizatur verbo. i. qui docetur mysteria religionis Christianę. i. fidem in Christū, quod verbo fiebat non scripto.

a ¶ Suum opus probet, nam de suo iudicabitur. ¶ Peccatum. b ¶ Offeret die iudicij manipulos operum. vnde: Venientes autem venient cum exul. por. mani. su. Et accipitur hoc de bonis tantum.
a † Vnūsquisque enim onus suum portabit. † Communicet
b ¶ i. instruitur.
c autem is qui † catechizatur verbo, ei qui se catechizat in om-
a ¶ Non in malis, si ea agit: vt lex sit tibi dux, non homo. ¶ Non potest decipi. b ¶ Sed ab eo quisque capit quod meretur.
d nibus bōnis. Nolite errare, Deus non irridetur. † Quæ enim 1
a ¶ Præsentis vitæ labore. b ¶ Horum mercedem recipiet. c ¶ Qui de lege carnaliter sentit. 2 ¶ Qui omnia quæ facit, & si qua bona, tamen ideo facit, vt carnaliter ei bene fit. d ¶ Carnalia vitia. 3
e seminauerit homo, hęc & metet. Quōniam qui seminat in 4
f a ¶ Vt de carne. b ¶ Conuenientem messem. c ¶ Nihil melius conuenit carni quàm corruptio.
g carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem semi- 5
¶ Qui spiritui dat assensum. a ¶ Qita se habeant prælati erga subditos & subditi erga prælatos, vt dixi: vtrique autem. s. prælati & subditi. 6
nat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. † Bonum au- 7
a ¶ Alias destituamus. b ¶ Non debet deficere operando qui non deficiet in metendo. 8 c ¶ Opportuno & conuenienti.
h tem facientes non dēficiamus: tempore enim suo mete- 9
i ¶ Quia metemus. ¶ In hac vita.
k mus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, opere- 10
a ¶ Vt sit perfecta dilectio. b ¶ Qui sunt de familia nostra per fidem. 11
l mur bonum ād omnes, maximè autem ād domesticos fidei. 12

† Doceleb. miss. cum ex ore.
† 1. Thess. 5.

B HIERON. Vel per onus intelligitur bonum & malū opus. In scripturis enim onus & in bonam & in malam partem accipitur. Et sic: *Vnusquisque.* bonus vel malus. *Portabit o. su.* i. mercedem operum suorum referet.

c *Communicet.* Vel bona sua faciat ei communia, & ne excuset, quia Deus non potest falli.

HIERO. Vsitatum enim præceptum est, vt prædicatori verbi Dei præbeat necessaria ille cui prædicatur. Quæ boni appellatione rectè signauit. Sicut & dominus in euangelio cum discipulis loquens ait: Cum mali sitis, nostis bona dare fi. ve. præuidens autem quosdam obtendere paupertatem, & præceptum velle eludere, addidit.

3. Cor. 9. b. Aug li. 2. q. euang. q. 8. & 38. Matth. 7. b.

d *Nolite errare.* Q. nemo se vanè excuset, quia Deus non potest falli. Scit enim corda vestra, non ignorat facultates. Excusatio verisimilis hominem potest placere, Deum non potest fallere.

Commun. Hoc ad subditos prælati ita. *Is autem qui cate.* i. instruitur: etsi solo *verbo*, non exemplo: *communicet ei in omni bo.* quæ ille dicet. i. communem se ei exhibeat recipiendo & opere implendo. Et ne quis dicat, non debeo agere, nisi quod in illo video. Subdit *Noli er.* quia error est.

AMB. Et si inde apud homines vos excusatis, Deus non potest falli. Verè non fallitur, quia reddet pro meritis. Et hoc est: *Quæ enim se. ho. &c.*

e *Qui se. in car.* addit: *sua.* Cum verò dicit: In spiritu, non addit suo: quia semen carnale ex homine est. semen verò spirituale ex spiritu Dei est. Messis verò hic in fine promittitur.

C Ideoque in seminando perseuerantia opus est.

✻ CHRYSOST. Quemadmodum in semente, qui seminat, non potest ex hordeo metere triticum, eo quod oporteat & semētem & messem eiusdem esse generis: sic & in operibus. Qui in carne deposuerit delitias, temulentiam, concupiscentiam absurdam, quæ hinc proueniunt, metet. Quæ autem sunt ista? supplicium, vltio, probrum, risus, corruptio.

✻ AVGVST. hoc dicit de amatoribus voluptatum magis quàm Dei. In carne enim sua, qui omnia quæ facit, etiam si bona videantur, propterea tamen facit vt carnaliter ei bene sit.

f *In carne.* in spiritu. AMBRO. Homo ex spiritu constat & carne: Ideo de vtroque seminat. Porrò homo etiam Christianus

h *Non desi.* Si homo non imposuerit finem operi, nec Deus imponit remunerationi. Quantum seminauerimus in operibus, tantum metemus in fructibus. Et quantum auiditas inquirentis se dilatauerit, tantum se aperiet ad præmium manus retribuentis: quia sic recipiet quisque quomodo facit: quia qui fortis erit ad seminandum, fortis erit ad metendum.

Augu. tract. 70. in Ioa. & in Psa. 111.

i *Tempore enim.* Non statim Deus facit quidquid ad salutem oratur: Nec ideo negat, quia differt, sed tempore suo. i. congruo præstat.

k *Dum tempus.* Tempus seminandi est præsens vita qua currimus. In hac licet nobis quod volumus seminare. Cum verò transierit tempus operandi aufertur. Vnde: *Operamini dum dies est, veniet nox quando iam nullus poterit operari.*

Aug lib. de salut. docu. c 46. Ioan. 9. a.

✻ AMBRO. Gentiles tempus habent operandi malum. Homines enim sine Deo, quomodo possunt operari bonum? Christiani autem facti, tempus habent operandi bonum ad omnes homines, vt post acceptam fidem bonum opus proficiat mercedi promissæ.

✻ PRIMASIVS. Tempus sementis, tempus est presens, & vita quam currimus: in hac licet nobis quod volumus seminare: Cùm ista vita transierit, operandi tempus auferetur: festinemus campos omnes serere, & maximè eos qui sunt vberrimi repleamus: ne incipiamus tempore messium aliis epulantibus esurire. F

l *Ad omnes.* AMB. HIER. Omnibus impendenda est misericordia. In quo præponendi sunt iusti qui sunt ex fide. Quod omnibus est inimicis nostris qui scelerati sunt, persequentes ecclesiam, testis est dominus: *Benefacite his qui oderunt vos. Diligite inimicos vestros:* quia & ipsi homines: quibus in hoc dominus pluit, & solem dat.

Mat. 5 g. Lucæ 6. d.

AVG. Dicit tamen scriptura: *Da misericordiam & ne suscipias peccatorem: & impijs, & peccatoribus redde vindictam. Bene fac humili, & ne dederis impio. quia altissimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam.* Quod est: Ne cuiquā ideo bene facias, quia peccator est, sed quia homo: vt non sit ad vindicandum remissus, nec ad subueniendum inhumanus. Odias in illo quod Deus odit. i. quod malum est: & corripe & persequere vt perimas, & conserua quod homo est. Et non suscipias, vt velis saluum in eo quòd malus est. Et ne dederis, per hoc quòd malus est, sed quia homo, vt nulli homini claudatur misericordia, nulli pec- cato

Eccle. 12 a

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nolite errare. *credendo, quòd possitis confirmari eis in malis licitè. sicut dicunt aliqui, quare non faciam hoc, ex quo sacerdos meus facit.*
2 Deus non irridetur. *id est, talibus non decipitur.*
3 Quæ enim seminauerit. *id est, mercedem recipiet secundum opera sua.*
4 Quoniam qui seminat. *sequendo impetus carnis.*
5 De carne & metet. *s. culpæ, & gehennæ.*
6 Qui autem. *sequendo instinctum illius.*
7 De spiritu metet. *i. virtute spiritussancti eum mouentis, consequetur vitam beatam. propter quod subdit:*
8 Bonum autem. *cessando ab inchoato bono.*
9 Tempore enim suo. *quia merces illa erit æterna. & sic concludit:*
10 Ergo dum tempus. *s. metendi quod est breue.*
11 Operemur bonum ad om. *generaliter.*
12 Maxime autem. *quia sic est charitas ordinata.*

6 Qui ✻ 1 Videte.

A cato relaxetur: impunitas. Persequamur ergo in malis propriā iniquitatem, misereamur in eisdem communem conditionem.

Ad omnes. AVG. Omnibus enim pari dilectione vita æterna optanda est, etsi non omnibus eadem possint exhiberi dilectionis officia, quæ fratribus sunt maximè exhibenda.

AMBRO. HIER. Quia faciliores & propensiores in bono circa fratres esse debemus, quia sumus inuicem membra. Si enim in cunctos liberalitatis fræna laxantur, maximè in domesticos fidei. i. Christianos qui habent eundem patrē, eiusdemque magistri appellatione censentur. Omnibus ergo impendenda est misericordia, in quo prę ponendi sunt iusti, qui sunt ex fide.

Ephe. 4. f.
† quāta vobis epistola.
* iuxta faciem.
† supra a.

AVGV. de doctrina Chri. Omnis peccator inquātum peccator est, non est diligendus. Et omnis homo inquātum homo est, diligendus est

Peccator si diligendus.

B propter Deum: Deus verò propter seipsum. Et si Deus propter se, omni homine amplius diligendus est. Amplius quisque Deum debet diligere quàm seipsum.

Item amplius alius homo diligendus est, quàm corpus nostrum: quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, & potest nobiscum alius homo Deo perfrui, quod non potest corpus. Omnes autem homines æquè diligendi sunt. Sed cum omnibus prodesse non possis, his potissime consulendum est, qui pro locorum & temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi iunguntur.

a *Videte autem.* AVG. Postquam ad moralia opera exhortatus est, redit ad illud vnde prius agebatur: Ne scilicet legales obseruantiæ teneantur.

HIERON. Ne quis autem sub nomine eius fallat incautos cauet, finem epistolæ manus suæ annotatione complens. Ab hoc enim loco manu sua vsque ad finem scripsit.

b *Hi cogunt.* AMBRO. Isti erant pseudo, qui sic Christum

C prædicabant, vt & legem seruandam docerent. Crucem prædicabant, vt à fidelibus quæstum habeant, legem vt Iudæis placeant.

c *Vt crucis Christi persecu.* HIERONYM. Fortè hoc ideo dicit, quia Romani imperatores Caius Cæsar, & Octauianus & Augustus leges promulgauerūt, vt Iudæi vbicumque essent, proprio ritu viuerent, & patriis ceremoniis deseruirent. Quicunque enim circuncisus erat, licet in Christum crederet, quasi Iudæus

Augusti lex pro Iudæis.

¶ Vt firmius prædicta teneatis. a ¶ Vt sciatis hanc epistolam à me missam, & per hoc magis obediatis.
a Videte autem † qualibus literis scripsi vobis mēa manu. 1
a ¶ Opus fuit vt scriberem quia pseudo instant. b ¶ Iudæis infidelibus. 2 c ¶ Carnali obseruatione. d ¶ Improbitate, non ducunt ratione.
b Quicūnque enim volunt * plācere in cārne, hi cōgunt vos 3
¶ Propter hoc. a ¶ Quæ pro cruce infertur. 4
c circuncidi, tantum vt crucis Christi persecutiōnem non pa- 5
a ¶ Ab infidelibus Iudæis. b ¶ Ideo tantum, non enim pro lege placent, vel non amore legis hoc faciunt. 6
tiāntur. Nēque enim qui circunciduntur, legem custodiunt, 7 8
a ¶ i. de carnali circuncisione, in qua dolor est vobis. ¶ Dolore vestro. b ¶ Apud Iudæos, eo quòd tam multos proselytos faciant. c ¶ Illi in carne gloriantur. 9
sed volunt vos circuncidi, vt in cārne vestra glorientur. Mihi 10
a ¶ Vnde mundi philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit. 11
d autem absit gloriari, nisi in crūce domini nostri Iesu Christi,
a ¶ Quid enim prodest? b ¶ Quod illi visum est stultitia, Apostolo factum est sapientia & gloria. c ¶ Concupiscentiæ mundi non habent dominum, nec mundus tam se ingerit, & ego contra eum fortis. 12
e per quem mihi mūndus crucifixus est, & ego mundo. † In 13
f ¶ Ideo solum in cruce glorior. ¶ Q. æqualia sunt Deo circuncisio & præputium. 14
Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque 15
a ¶ Amb. noua vita. ¶ i. regeneratio. ¶ Ego in cruce glorior. b ¶ Rectitudinem. 16
præputium, sed nōua creatura. Et quicunque hanc rēgulam 17
a ¶ Mentis. b ¶ A Deo. c ¶ Gentiles. d ¶ i. remissio peccatorum. ¶ De peccatis. 18 e ¶ Etiam. f ¶ Iudæos, non carnales, sed qui Dei. i. spirituales. 19
g secuti fuerint, pāx supēr illōs, & misericordia, et super Israel 20

D Iudæus habebatur in Gentibus. Qui verò incircuncisus se non esse Iudæum præputio præferebat persecutionibus, tam Gentilium quàm Iudæorum fiebat obnoxius. Has igitur persecutiones qui Galathas deprauauerant, declinare cupientes, circuncisionem pro defensione discipulis persuadebant. Nam nec Iudæi persequi eos poterant, nec Gentiles quos videbant, & proselytos circuncidere, & ipsos legalia seruare.

d *Absit gloriari, nisi in cruce.* AVGVST. Ideo crux in fronte credentium (vbi est sedes verecundiæ) figitur, vt de nomine eius fides non erubescat, & magis Dei gloriam quàm hominum diligat. Signum veteris Testamenti circuncisio in latenti carne. Signum noui, crux in libera fronte. Ibi enim occultatio, hic reuelatio est. Illud sub velamine, hoc est in facie. Crucem autem, vt in ea gloriemur, dominus suo gestans humero pro virga regni nobis commendauit. Hoc ergo opprobrium & deformitatem Christi non erubescamus, sed veneremur. Nō est enim magnum in sapientia Dei vel maiestate, vel potestate gloriari, sed in cruce, vnde impius insultat, & irridet Philosophus. E

Crux in frōte figitur Augu. li. de fide & oper. c. 10. q. 15. super Exod. Tract 43. in Ioa. & Trac. 36. in eund. & in Ps. 121.

e *Mihi mundus cru. est.* AVGV. Contigit plærunque, vt homo mundum mente non teneat, sed tamen mundus eum in suis occupationibus astringit & mortuus est homo mundo, & mūdus quasi viuus eum conspicit, dū alio intentū in suis actibus rapere contendit. sed nec Paulus mundum cupit, nec mundus eum: vt in duobus mortuis neuter neutrum videt. Quia igitur nec Paulus mundi gloriā quærebat, nec à mundi gloria ipse quærebatur, ideo & se mūdo & mundū sibi crucifixū gloriatur.

Vbi suprà

✻ CHRYSOST. Mundum hic appellat non cœlum, neq; terram, sed res temporarias, laudem ex hominibus, famulitium, gloriam, opes. Hæc igitur omnia quæ vulgò videntur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. Talem oportet esse Christianum, & hanc vocem semper habere in ore.

f *Et ego mun.* Nec ego in mundo aliquid cupio, nec ipse suū aliquid in me cognoscit. Sicut dominus ait: *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* F

Ioan. 14 d.

g *Super il. & super.* AMBRO. Duas partes hic significauit, super quas manet pax & misericordia Dei. s. Gentilium fidelium, & Iudæorum credentium.

Aug. in psa. 67.

✻ PRIMASIVS. (pax & misericordia) super Christianos:

NICOLAVS DE LYRA.

1 Videte. *Hæc est vltima pars huius epistolæ, quæ est præcedentium confirmatio. Vt enim Galathæ certi essent quòd præsens epistola esset Pauli, scripsit hanc vltimam partem manu propria. ideo dicit:* Videte. *id est, attendite.*
2 Qualibus literis. *propria. quasi dicat, per considerationem literarum potestis hoc perpendere: quia cognoscebant manum suam. Et quia intentio eius in hac epistola erat reprobare obseruationem legalium, vt patet ex præcedentibus, ideo reuertitur ad improbandum legalium obseruantiam, dicens:*
3 Quicunque enim vo. place. *Iudæis.*
4 In carne. *id est, in legalibus obseruantijs, quæ dicuntur iustitiæ carnis. Hebr. ix.*
5 Hi cogunt vos. *id est, ad hoc vos inducunt.*
6 Tantum. *supple hoc faciunt.*
7 Vt crucis Christi. *scilicet à Iudæis persequentibus me & alios prædicantes euacuationem circuncisionis per crucem Christi. Falsi namque Apostoli quærentes apud Christianos quæstum, & apud Iudæos quietem, prædicabant simul legalia cum euangelio esse necessaria ad salutem.*
8 Neque enim. *id est, falsi Apostoli.*
9 Legem custodiunt. *quia in multis transgrediebantur.*
10 Sed volunt vos. *scilicet de vestra circuncisione carnali, se iactando quòd multos proselytos legis fecerint. quam gloriam tanquam malam excludit à se Apostolus, dicens:*
11 Mihi autem ab. *id est, in fide & prædicatione Christi crucifixi.*
12 Per quem mi. *i. concupiscentia mundi est mihi mortua, nullam virtutem habens in me.*
13 Et ego mun. *quia nihil mundanum concupisco.*
14 In Christo enim. *quia neutrum aliquid facit ad consecutionem vitæ beatæ, quæ datur per Christum.*
15 Sed noua crea. *i. regeneratio per baptismum, in qua datur gratia quæ est per creationem: & de nouo constituit hominem in esse gratiæ.*
16 Et quicunque hanc. *i. certam doctrinam.*
17 Secuti fuerint. *fide & opere.*
18 Pax super. *id est, quies mentis.*
19 Et misericordia. *id est, remissio peccatorum, quæ totaliter tolluntur per baptismum.*
20 Et super Isr. *id est, super obseruantes legem intellectus spiritualis Rom. ij. d. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera.*

9 Legem

Universidad de Deusto Biblioteca

A nos: Nam Iudæi secundum carnem sunt Israel. Est enim Israel, & non Dei: id est carnalis, non enim omnes qui ex Israel hi Israelitæ sunt.

a *Decætero.* Non vult per turbulentas contentiones tedium sibi fieri de re quantum satis erat exposita. vel sicut in Græco legitur, De cætero nemo mihi laborem exhibeat vel præstet. f. vt rursum in vobis necessitatem habeã laborandi.

† Notas impressas.

AVGV. HIERO. Laborem enim præstat magistro, qui aliter sentit quã docuit.

a ¶ Amodo. vel de cætero, prout duæ dictiones. i. de alio præter fidem. i. de legalibus.
b ¶ Vt iterum cogar scribere de eodem. c ¶ Mihi cui non est facienda molestia.
d ¶ Signa militiæ Christi: quæ me comprobant eius esse.

a Dei. De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim † stigma- 1
b a ¶ Pro fidelibus. Q Quod vos non attenditis. b ¶ Quod non pseudo. c ¶ Non lex.
c ta domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri 2
a ¶ Ratione: vt veritatem semper intelligatis. b ¶ Per hoc verbum Hebræum vera esse quæ locutus est ostendit. 3
Iesu Christi cum spiritu vestro fratres, amen. 4

✱ AMBROS. Molestias sibi noluit de cætero fieri, vt iterum fortè cogeretur scribere: sed iam correctiores illos vult fieri, vt amputatis erroribus post tanta tædia pausam haberet. Si autem duriores se præstarent, & inflexibiles in conuertendo, cessarent ab eo, vt illis operas suas & efficaciam impenderet, de quibus mercedem aut lucrum speraret.

b *Stigmata.* AVG. Stigma est punctum vel nota aliquo ferro facta. Stigmata ergo appellat quasi notas pœnarum de persecutionibus quas patiebatur. Et est sensus: Ideo non debet mihi fieri molestia, quia ego habeo alios conflictus & certamina, quæ in persecutionibus quas patior mecum decertant. D

✱ CHRYSOST. Non dixit habeo: sed, porto, tanquam aliquid de trophæis glorians, signisque regalibus. Quanquam hoc ipsum rursus probrosum esse videtur. Verùm hic sua vulnera iactat, neque secus quàm solent milites vexilliferi, hic exultat, vulnera circunferens.

✱ SEDVLIVS & PRIMASIVS. Ego enim signa & caracteres non circũcisionis, sed crucis per passionem in corpore meo circunfero: & plagas vel flagella quæ propter Christum sustinui.

✱ AMBROS. Magna constantia & fide doctrinæ suæ pro Christo plagas & vincula pati non timuit. Sed passus est amore credentium cicatrices plagarum habere se in corpore: quo non minus fideliter eis prædicaret, sicut & pseudoapostoli qui Galatas deceperant.

c *Gratia domini nostri Iesu Chri.* Conclusio epistolæ quasi subscriptio, qua & in nonnullis aliis epistolis vtitur. Q. vt prædicta teneatis: Gratia, non dissensio, non legis seruitus, non rixa, non iurgium. E

B

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego enim stig. *id est, signa militiæ Christi.*
2 In corpore. *per tribulationes quas pro ipso sustinui. q.d. non deberet mihi aliunde tribulatio inferri. Et satis probabiliter potest dici, quòd in eius corpore sensibiliter apparebant vestigia plagarum & verberum pro Christo, vt dictum est supr. ij. Cor. xj.*
3 Gratia domini. *& non seruitus legalis.*
4 Cum spiritu. *quæ quidem gratia est arra gloriæ. Ad quam nos perducat Iesus Christus. Amen.*

ADDITIO I.

Lucæ 18. b.

In ca. vj. vbi dicitur in Postil. Opus autem probet vnusquisque. *Hoc quod dicitur:* Opus autem suum probet vnusquisque, *sic exponitur in Glo. Vnusquisque diligenter inspiciat opus suum, non peccatum alterius. vt Pharisæus qui dicebat: Non sum sicut cæteri hominum, qui non re: sed fallaciter iustus erat. &c.*

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Quicunque enim volunt placere vobis. Ad vlteriorem intelligentiam huius dicti: Qui enim volunt placere vobis in carne, &c. attendendum est quod in ve. le. inducebantur homines ad obseruantiam præceptorum diuinorum per temporales promissiones & comminationes, vt patet ex discursu Deutero. & Esa. j. e. dicitur summatim: Si audieritis me, bona terræ comedetis: & si nolueritis, gladius deuorabit vos. *Sic in no. Te. specialiter in primitiua ecclesia homines in Dei amore radicati examinabantur & perficiebantur per acerbas & crebras persecutiones: quas imitando crucem Christi sustinebant: ex quo homines inducebantur ad contemnenda temporalia propter amorem cœlestium. Ratio huius differentiæ est quia populus ille comparatur puero sub pædagogo existenti, ad Gal. iiij. imperfectorum autẽ est temporalia bona desiderare. sed ad legem nouam quæ perfectis data est, pertinebat vt illi quibus data est præsertim, ipsius primi fundatores contemptis temporalibus spiritualibus adhærerent. vnde Phil. iij. c.* Quæ quidẽ retro sunt obliuiscens ad anteriora me extendo. quicunque enim perfecti sumus hoc sentiamus. *vnde in ve. le. licet multa & varia præcipiebantur: nihil tamen asperum seu durum nisi circuncisio carnalis, quæ quandam afflictionem carnalem importabat. sed in le. no. multa aspera & quasi contra communem hominum affectum præcipiebãtur, seu consulebantur, vt cũ dicitur:* Qui vult ve. post me, abn. se. & tol. cru. su. &c. *quod intelligitur, quòd sequentes Christum habent eum imitari in tolerantia passionum & tribulationum: quod est valde durũ communiter saltem viris imperfectis: quia est contra communem inclinationem humanam. Ex quibus consideratis habetur, quòd pseudo apostoli qui inducebant ad circuncisionem carnalem quæ in lege præcipiebatur: volebant placere in carne tãtum. i. releuare seu excusare homines à persecutione legis nouæ, quæ propriè dicitur persecutio crucis Christi, in quantum est imitatiua ipsius crucis, vt dictum est. & hoc est quod dicit:* Quicunque enim volunt placere in carne. *i. in carnali circuncisione, hi cogunt vos circuncidi tantum. i. volunt vobis inferre istam molestiam tantum. f. circuncisionis carnalis: & hoc ad finem quòd excusentur à circuncisione spirituali, per quam homo martyrium patitur intrinsecũ seu extrinsecum. & hoc est quod dicitur:* Vt crucis Christi persecutionem non patiantur. *f. vt excusentur ab imitatione crucis Christi, quæ maxime dura est in viris imperfectis. Et quia de ista circuncisione carnali gloriabantur pseudo apostoli, quasi magis secundum legem pro Deo sustinentes. ideo de eis dicit:* Et volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur: *iactando se de tanta tolerantia propter Deum. Sed quia ista tolerantia nihil est in comparatione tolerantiæ imitationis crucis Christi ideo subdit:* Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce, &c. *f. imitationis ipsius patientiæ. Et nota quòd non dixit: Mihi autem absit gloriari, nisi in potestate domini no. Ie. Christi: seu in sapientia, vel in maiestate eius, & huiusmodi, sed in cruce: ad denotandam prædictam comparationem. Et quia in ista imitatione crucis Christi non circunciditur aliquod membrum corporaliter, sed cor à cunctis vitijs rescindit, ideo subdit:* Per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. *quod intelligitur secundum Glo. quòd nec ego in mundo aliquid cupio, nec ipse mundus aliquid suum in me cognoscit, iuxta illud domini:* Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. *& est sensus: quia per crucem Christi mundi concupiscentiæ non habent in me dominium, nec mundus iam se mihi ingerit: hæc in Gl. Ex quo Apostolus manifestè ostendit intentum, scilicet quòd absit gloriari in circuncisione carnali vel huiusmodi: sed in cruce domini no. Ie. Christi: in qua omnia vitia rescinduntur. Deinde cum dicit infra,* De cetero nemo mihi molestus sit, &c. *confirmat prædicta præbens exemplum in seipso. sic enim erat confirmatus in amore Christi, quòd maxime desiderabat imitari quantum poterat ipsius persecutiones. ideo dicit.* De cætero nemo mihi molestus sit. *i. erit. Nam secundum sanctum Thomam prima secundæ. q. lxx. arti. supradicto, in corpore quæstionis allegato in præcedenti additione. Qui perfectè cor habet in vno positum, à nullo alio molestari potest, cum alia quasi nihil reputet.* Ego enim stigmata. *i. signa militiæ Christi & vestigia ipsius passionis.* In corpore meo porto, *per assiduas persecutiones. Cætera exponantur prout in Post. &c.*

Differentia le. ve. & no. — C — Luc. 9. b. — F — Ioan. 14. b.

Incipit argumentum in epistolam ad Ephesios.

Ephesij sunt, *&c.* Hi per Paulum non fundati, sed confirmati in fide firmiter in ea steterant, & bonis operibus. His scribit à Roma de carcere per Tychicum confortatoriam epistolam, cum vlterius non esset eos visurus. Sciens eos bonos, non arguit de culpa, sed ne relabantur timendũ erat. Et quia nullus est adeò perfectus, qui crescere non possit, hortatur ad vlteriora, & ne recedant pro suis tribulationibus, teneãtq; suas ordinationes, præsertim ne perfectio erigat in tumorem, ostendit de quo statu ad quã dignitatem vocati sunt, dicẽs omnia eis vel apostolis ipsis vel toto humano generi beneficia per solam gratiam data. Est igitur intentio apostoli Ephesios in bonis habitis cõfirmare, & ad vlteriora prouocare, necnõ ad humilitatẽ, gratiarum actionem. Sciẽdũ sanè quòd hãc epistolã quã nos ad Ephesios scriptã habemus, hæretici & Marcionistæ ad Laodicenos attitulant.

Argumentum in epistolam ad Ephesios incipit.

Ephesij sunt Asiani. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat Apostolus scribens eis ab vrbe Roma de carcere per Tychicum diaconem.

CAPVT I.

A *Paulus apostolus.* More suo salutationem præmittit. Deinde gratias agit Deo, exponens prius beneficia humano generi præstita: post ipsis Apostolis specialis indulta, deinde & Ephesiis ipsis, ostendens a quo & ad quid vocati sunt. deinde Christi dignitatem & prælationem ostendit postea ad patientiam & charitatem eos inuitat, vnitatem fidei & ecclesiæ commendãs & dona gratiæ enumerans. tandem ad certamen exhortans contra principes tenebrarum, militiæ Christianæ armaturã describit.

b *Sanctis.* perfectis, & nõ solum eis, &c.

c *Fidelibus.* qui si nõ sancti, vel in fide sani. *Sanctis*, exercitio virtutum. *Et fidelibus*, fide recta quę in Christo Iesu. B

AMBRO. Rectè illa duo posuit, tunc enim prodest ac creditur bona vita, si fides est in Christo Iesu. Tunc verè sancti sunt, si fideles sunt in Christo. Vel, distingue inter sanctos & fideles, vt sanctos intelligas maiores & perfectiores, fideles minus perfectos.

† irreprehẽsibiles

Epistola Pauli ad Ephesios.

CAPVT I.

PAVLVS apostolus Iesu Christi per 1
a ¶ Non meis meritis. ita vos per eam quidquid estis. 2
¶ Scribit vel mandat, vel ego Paulus scribo, vel mando.
voluntatem Dei, sanctis omnibus qui 3
a ¶ Tunc prodest bona vita si fides in Christo.
sunt Ephesi, & fidelibus omnibus qui
a ¶ Opere Christi, non suis meritis. b ¶ Ante alia salutat. ¶ Iustificationis.
sunt in Christo Iesu. Gratia vobis & 4
a ¶ ... quantas meritis, & reconciliatio ad Deum. b ¶ Per quem omnia condita sunt, & restaurata. 5
c ¶ Sine quo nulla bona dantur nobis. d ¶ Corde, ore, opere. ¶ Sit à me, à vobis, ab omnibus.
d pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. † Benedi- 6
a ¶ Generatione æterna. b ¶ Pro quo nobis bene facit. c ¶ Benedicet. i. in futuro exaltabit dando immortalitatem. 7 8
e ctus Deus & pater domini nostri, Iesu Christi, qui benedi- 9
a ¶ Meritis nostris maledictos. b ¶ Omnimoda exaltatione, quæ erit tota spiritualis etiam in corporibus, quæ tunc habebunt naturam spiritualis. c ¶ Habita in cælo vnde commendabilior.
xit nos in omni benedictione spiritali in cęlestibus, † in 10 11
a ¶ Operante Christo. b ¶ Prima prædestinatio. ¶ Ita gratis hoc faciet. c ¶ Gratis. ¶ Prædestinando. d ¶ Per ipsum Christum. e ¶ i. antequam essemus.
f Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitu- 12
a ¶ Ad hoc elegit, vt essemus in tempore gratiæ. ¶ Elegit vt essemus, non quia futuri eramus. 13
b ¶ Per bona opera. ¶ Virtutibus. c ¶ A crimine, à malis. 14
d ¶ Intus vbi conspicit, non extra, vbi homines vident. ¶ Vel vt eum conspiciamus. e ¶ Non hominum. 15
tionem, ut essemus sancti & † immaculati in conspectu eius 16 17

✱ SEDVLIVS & PRIMASIVS. Omnes sancti fideles sunt, non omnes fideles sancti: quia etiam cathecumeni possunt ex eo quod Christo credunt fideles dici, non tamen sancti sunt, quia non sunt per baptismum sanctificati. Non solum ergo sanctis, sed etiam fidelibus qui non adhuc sanctificati sunt, Paulus gratiam Christi exoptat.

d *Benedictus.* Præmissa salutatione, incipit ab actione gratiarum, innuens omnia esse ex Deo. *Bene & benedixit.* Vnum quidẽ benedictionis verbum, sed per congruentia personæ variè debet intelligi. Benedicitur ab homine Deus, cum laudibus dignis extollitur. Homo autem à Deo, cum Deus ei gratiæ suæ dona impartitur, non meritis illius sed misericordia sua.

C — Præordinatio Dei duplex

e *Qui benedixit.* Enumerat beneficia quæ à Deo per Christum toti humano generi sunt data. Duas Dei præordinationes & earum effectus, quarum altera est de præsenti ad iustitiam, altera de futuro ad coronam. Nec dicuntur sic duæ quin vna sit Dei prædestinatio, quæ est ipse Deus: sed quia de duobus est ipsa Dei præordinatio æterna. f. de iustitia in pręsenti, & de gloria in futuro. D Deus ante mundi constitutionem, cum nullus quicquam meruerat, præordinauit, quòd in tempore gratiæ aliquos à perditis separaret, & iustos & immaculatos faceret. Præordinauit etiam, quòd illos iustos ad æternam beatitudinẽ perduceret. Harum pręordinationum alteram hæc implet, quòd iustos facit: alteram in futuro adimplebit, quæ erit omniũ perfectio. A qua cõsummatione omnium incipit, vtens præterito pro certitudine futuræ rei. *Qui benedixit nos;* meritis nostris maledictos, in futuro exaltabit, dãdo immortalitatem. Quatuor ponit, duas prædestinationes, & earum duos effectus. *Qui benedixit.* Effectus secundæ præordinationis, quæ adimplebitur in futuro, à qua incipit, quia summũ bonum cum ait: *Qui benedixit.* E

† De pœ. di. 4 benedictus. & c. in domo. — 2. Cor. 1 a — 1. Pet. 1. a — † ipsi Christo

✱ AMBROS. Non mundana, sed cœlesti benedictione, neque corruptibili sed æterna, gloria Christianorum non in terra sed in cælo est, & est in Christo. Omne enim donum gratiæ Dei in Christo est, vt si quis spreto Christo benedic se à Deo putet, errare se sciat.

✱ CHRYS. Iudaicam benedictionem sic notat. Nã & illa benedictio quidem erat, sed non spiritualis. Quale est quod legimus, Benedicat te Deus, benedicet filios vteri tui, benedicet introitum tuum, & exitum tuum. hic verò non ita. Sed quid? In omni benedictione spirituali, Quid enim adhuc desideras? Immortalis factus es, factus es liber, factus es filius, iustus es factus, factus es frater, factus es cohæres, simul regnas, simul glorificatus es, omnia tibi gratuitè data sunt.

Num 6. — Deut 7.

f *Sicut ele. &c.* AVG. Ne quis ergo putet animas cum Deo æternas, & tunc aliquid meruisse iuxta errorem illorum qui ante hæc visibilia dicunt quasdam fuisse animas sanctas, & ideo tũc fuisse electas.

Sicut ele. Hic ponit primam præordinationem, quæ est de præsenti, tãgens effectus eius. Q. benedicet nos in futuro: quod & si videtur ex meritis, ita tamen gratis erit sicut & prima præordinatio gratuita est: quia merita quæ præcedunt futuram vitam, ex

Aug lib. 2. ad Simplician. q. 2 li. de prædest. sanct. c. 17. & 18 & lib. de hypogno. — F

Incipit postilla Nicolai de Lyra super epistolam ad Ephesios.

CAP. I.

1 Paulus aposto. Iesu. *Hic incipit epistola Pauli ad Ephesios. Quæ diuiditur in tres partes f. in salutationẽ, & narrationem ibi:* Benedictus Deus. *& confirmationem ibi:* Vt autem & vos sciatis, *prope finem epistolæ. In salutatione verò primo ponitur persona salutans ex nomine, cum dicitur:* Paulus. *& quãtum ad officium ibi:* Apostolus Iesu Christi. *& quantum ad autoritatem officij cum dicitur.*
2 Per vo. Dei. *qui vocauit eum ad apostolatum, vt patet Act. xiij. Secundo ponuntur personæ salutatæ, cum dicitur.*
3 Omnibus san. qui sunt Ephesi. *Ipsi enim accepto verbo veritatis perstiterunt in fide, vt dicit Hieron. in prologo. ideo nominat eos sanctos. i. firmos in bono. sanctum enim in vna significatione idem est quod firmum. Tertiò ponuntur optata bona, cum dicitur.*
4 Gratia vo. *in præsenti.*
5 Et pax. *in futuro. beatitudo enim quietat totaliter appetitum.*
6 A Deo patre no. *i. à tota trinitate, à qua datur.*
7 Et do. Iesu. *per cuius meritum nobis donatur.*
8 Benedictus. *Hic consequenter ponitur narratio. in qua primò ad gratiarum actionem Ephesios inducit. secundò pro eis orationem ad Deũ effundit, ca. iij. tertio in moribus eos instruit, cap. iiij. Prima in duas: quia primò inducit eos ad gratiarum actionem absolutè, secundò comparatiuè, sequen. ca. Circa primum sciendum quòd efficacior modus inducendi alios ad aliquid agendum, est per exemplum: quod magis mouet in moralibus quàm verbum. ideo Apostolus vt magis moueat Ephesios ad gratiarum actionem, simul gratias agit de beneficiis diuinis. & primò recolendo beneficia communia dicens:* Benedi. Deus pater domi. no. Iesu Chri. *& sic exprimũtur duæ personæ, & tertia exprimitur cum dicitur.*

Diuisio.

9 Qui benedixit nos. *hic accipitur benedictio pro liberali dono, sicut. j. Reg xxv. c. Accipe benedictionem, quam attulit tibi famula tua, Sanctus autem spiritus est donum patris & filij: & in quo omnia dona donantur: ideo subditur.*
10 In omni benedictione spiritali in cælestibus. *i. quæ finaliter habebitur in cælestibus.*
11 In Christo. *id est, per Christum, per quem proueniunt nobis dona diuina, tanquam per mediatorem Dei & hominum.*
12 Sicut ele. nos. *ad participationem suæ beatitudinis.*
13 In ipso. *i. in filio. electio enim præsupponit notitiam electi: illa verò quæ pertinent ad notitiam in diuinis, attribuuntur filio, qui est sapientia patris.*
14 Ante mundi consti. *Nam hæc electio est ab æterno: effectus tamen eius est in tempore, qui est sanctificatio rationalis creaturæ. ideo subditur.*
15 Vt essemus sancti. *per gratiam in mente.*
16 Et immaculati. *per puritatem in conuersatione.*
17 In conspectu eius. *& non solum in conspectu hominum, sicut sunt hypocritæ.*

A tam, ex gratia sunt & Dei dona sunt. Coronat enim in nobis Deus dona sua, non quæ ex nobis sunt merita.

ca 17 & 18

✻ AMBROSIVS. Præscius omnium Deus scit qui credituri essent in Christum, sicut dicit ad Romanos: Quos præsciit & vocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Quos ergo Deus vocare dicitur, perseuerant in fide: hi sunt quos elegit ante mundum in Christo, vt sint incontaminati coram Deo in charitate, hoc est vt amor Dei sanctam illis faciat conuersationem.

† vt adoptaret in filios.

† in sese.

✻ SEDVLI. Ad hoc nos elegit, vt essemus sancti & immaculati, in futura vita, quoniam Ecclesia Christi non habebit maculam, nec rugam.

† De qua nobis vbertim impartiuit.

✻ PRIMASIVS. Nec quia futuros tales non esse præsciuit, sed vt essemus tales, per ipsam electionē gratiæ suæ nos tales ipse facturus, qua gratificauit in dilecto filio suo. Cùm ergo nos prædestinauit, opus suum præsciuit, quo nos sanctos & immaculatos fecit.

† arcanum.

B

† vt summatim instauraret.

a ¶ In charitate hoc facit, non meritis. ¶ Dei vel ipsorum. b ¶ Alia & secunda prædestinatio ad æternam vitam. ¶ Elegit nos ipse vtique. c ¶ Gratia sola præelegit. d ¶ Voluntate gratuita. ¶ Ad bona quæ filij habituri sunt.

a in charitate. Qui prædestinauit nos † in adoptionem filio- 1 2

a ¶ Filij sunt credentes in eum. b ¶ Non per merita. c ¶ Venturos. ¶ Eadem habituros cum Christo. d ¶ Prædestinauit secundum voluntatem longè ante, vel omnibus palam propositam.

rum per Iesum Christum † in ipsum, secundum † propositū 3

a ¶ Non nostro placito. b ¶ i. vt laudemus gloriosam gratiam. c Gratia. 4

b voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in quā † gratifi- 5

c a ¶ Gratos sibi nos fecit. b ¶ Per filium, pro quo & nos diligit. c ¶ Ecce per quid grati facti. 6
d ¶ Et possimus reuerti à captiuitate, qua seruiebamus diabolo, venundati sub peccato. 7

d cauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionē 8

e ¶ Et. a ¶ In baptismo: quia omnia dimittit, & totum ius inimici destruit. b ¶ Secundum diuitem & copiosam gratiam suam.

per sanguinem eius in remissionem peccatorū, secundum 9

a ¶ Cum in omnibus abundasset. ¶ Plusquam in aliis abundauit. ¶ Apostolis. b ¶ In hoc. 10

f diuitias gratiæ eius, † quæ superabundauit in nobis in omni 11

¶ Omni notitia de diuinis. a ¶ Prouidentia temporalium. b ¶ Omni ita vt no. face. 12
c ¶ i. voluntatem secretum aliis. f. instaurare omnia: non meritis, sed secundum beneplacitum. 13 14

sapiētia & prudentia, ut notū faceret nobis † sacramentum 15

a ¶ Bonum placitum, vel sacramentum. 16
b ¶ Longè ante, vel omnibus palam obtulit: Implendum dico. 17

voluntatis suæ secundū beneplacitū † eius quo proposuit † in 18

a ¶ Filio. b Non alio tempore implendum, sed in dispensa. 19
c ¶ Ad primum statum reducere omnia per peccatum destructa. 20

g h ipso, in dispensatione plenitudinis temporum, † instaurare 21 22

✻ PRIMASIVS. Vt laudemus gloriam iustitiæ & misericordiæ eius, quam contulit non merentibus. D

c *In qua gratificauit.* Effectus primæ præordinationis ad iustitiam.

d *In dilecto filio.* AMBR. Diligens enim Deus pater vnigenitum suum, etiam illis quos diligit, & quibus vult filius diuina largitur.

e *In quo habe. &c.* AMB. duplicem gratiam ostendit, quia & redemit, & peccata nostra nō imputauit.

✻ CHRYSOS. Quomodo? Non solum quod filium dedit admirandum est, sed & quod ita dedit, vt occiderit ipsum dilectum (quem) pro exostis dedit: vide quanto honore nos adfecerit. Si cum ipso odio prosequebamur inimicique eramus, dilectum dedit, quid deinceps non faciet: postea quam illi per gratiam reconciliati sumus?

† beneplacitum.

† charos nos reddidit

E

✻ PRIMASI. Non solùm nos redemit, sed etiā peccata remisit, vt sine nostro labore iusti essemus.

† suum. † in seipso vsque ad dispensationē

Elegit vt es. sancti. AVGVSTI. de prædestina. Quomodo enim eligeret eos qui nondum erant, nisi prædestinando? Elegit ergo prædestinans nos. Et sicut non elegit, eo quòd tunc sancti essemus, nec ideo, quia sancti futuri essemus, sed potius elegit nos ad hoc, vt in tempore gratiæ essemus sancti per bona opera. Non ergo quia futuri eramus elegit, sed vt essemus sancti. Ideo quippe futuri eramus, quia elegit ipse prædestinans, vt tales per gratiam eius essemus. Sed Pelagianus veritati insultans ait: Præsciebat Deus qui essent futuri sancti & immaculati per liberæ voluntatis arbitrium. Et ideo eos in sua præscientia quales futuros esse præsciuit, elegit. Elegit inquam antequam essent, prædestinans filios quos futuros sanctos præsciuit. Non fecit, nec se facturum, sed ipsos facturos esse præuidit. Quem confutat hæc Apostolus dicens, vt essemus sancti, &c.

a *Qui prædestina.* Posita prædestinatione, quæ pertinet ad iustitiam & sanctitatem vitæ præsentis: ponitur hic alia pertinēs ad vitam æternam. cuius effectum suprà notauit.

b *In laudem gloriæ gratiæ suæ, &c.* Q. Gloria gratiarum est æterna adoptio.

✻ PRIMAS.

C

f *Quæ superabun.* Hactenus de his quæ toti humano generi: modo de his quæ singulariter apostolis dedit.

g *In dispensatio.* i. in plenitudine temporis dispensati à Deo. i. in hoc tempore gratię, quo implere præ cæteris temporibus præmissa vel præfigurata sunt, diuina prouidentia rationabiliter dispensauit. Si enim penitus ignari essent homines nō prędocti, non reciperēt Christum, & nisi prius de naturali & doctrinali & conuicti lege, superbi paruipenderent Christi aduentum.

h *Instaurare.* AVG. Instaurantur autem quæ in cælis sunt, cum id quod inde cecidit in angelis redditur ex hominibus, Instaurātur autem quæ in terris, cū ipsi homines qui prædestinati sunt in æternam vitā à corruptionis vetustate renouantur.

✻ AMBROS. Omnis creatura in cœlis & in terris dum discit agnitionem Christi, restauratur ad id quod est condita. Cùm enim ad vnius Dei fidem imbuitur, cognito mysterio saluatoris, ab errore quem ceperat restauratur, pro certo habens, creatorem suum vnum esse Deum & Dominum. Hinc est vnde & Ioānes in Apocalypsi dicit: Vidi Michaelem & Angelos eius in cœlo pugnare cum dracone & cum exercitu eius. F

☞ ✻ PRIMAS.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 In charitate. *sine qua non prosunt alia Dei dona, vt dictum est supra prima ad Corinthios xiij. a.* Si linguis hominum loquar & ange. &c.

2 Qui præde. nos in adoptionem fi. *Prædestinatio enim est præparatio gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro. Per gratiam autem adoptio diuina inchoatur, & per gloriam consummatur.*

3 Per Ie. Christum. *qui est Dei filius naturalis.*

4 In ipsum. *quia filiatio adoptiua est quædam assimilatio ad filiationem naturalem.*

5 Secundum propo. vo. suæ. *à qua dependet electio & prædestinatio, non ex meritis nostris, non solum in re: sed nec etiam in Dei præuisione.*

6 In lau. &c. *id est, ad laudandum eius gloriam, quæ electis communicatur per gratiam suam.*

7 In qua gra. nos. *i. fecit gratos sibi.*

8 In di. fi. suo. *i. per dilectum filium suum, in quo habemus redemptionem. & quæ sit illa subditur.*

9 Remissio

9 Remissionē pec. *s. totalem in sacramento baptismi, in quo suæ passionis effectus plenariè nobis communicatur.*

10 Secundum di. *i. copiam.*

11 Gratiæ eius quæ super. *Hic consequenter recolit beneficia Dei specialia. & primo facta apostolis. secundo Ephesiis. ibi:* In quo & vos. *Circa primum dicit.*

12 Quæ. *s. gratia Dei.*

13 Supera. in no. *veris apostolis.*

14 In omni sa. *quantum ad cognitionem diuinorum.*

15 Et pru. *quantum ad notitiam humanorum necessariam ad salutem.*

15 Vt no. fa. no. sa. *i. sacramentum secretum.*

17 Voluntatis suæ. *quod plenius fuit reuelatum apostolis quàm aliis.*

18 Secundum beneplacitum. *quia totum dependet ex beneplacito diuino: non autem humano merito.*

19 Quod propo. *i. ab æterno facere disposuit.*

20 In ipso. *i. in filio, qui est sapientia patris.*

21 In dispen. ple. tem. *i. in plenitudine temporis dispensati à Deo. quod est tempus gratiæ. & quid sit sacramentum hoc subditur.*

22 Instaura. *i. ad debitum statum reducere.*

✻ 1 In

A ☞ ✻ PRIMASIVS. In terra genus humanum restauratum esse quis ambigat? Item: reparatur in cælo illa, quæ cum principe suo cecidit Angelorum portio. Reparantur quoque omnia in terra, cum etiam loco deficiētium Iudæorum admittentur credentes ex gentibus. Et aliter: Restaurantur, quæ sunt in terra, dum nos per mediatoris nostri sanguinem, reconciliationemque reparamur. Reparantur cælestia, cum de salute nostra gaudiū nascitur Angelorum.

† etiam. † in sortem asciti.

a *Omnia, quæ in cælis.* id est, angelos, vel: *instaurare*, id est, supplere.

b *Quæ in cælis.* id est, numerum angelorū diminutum implere.

Cap 62.

Quæ in cælis, AVGVSTINVS in Enchir. Non pro angelis mortuus est Christus, sed ideo pro angelis fit quicquid hominū per eius mortem redimitur, quia cum eis redit homo in gratiā post inimicitias, quas inter homines & sanctos & angelos, & ruinæ angelicæ damnū reparatur. Et vtiq; nouerūt angeli sancti docti à Deo, cuius veritatis æterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectat.

B

a ¶ .i. ipsos angelos. ¶ Dum quod inde cecidit, ex hominibus redditur. b ¶ Ipsos homines. c ¶ .i. per Christum. 1

a omnia in Christo, quæ & in cælis & quę in terra sunt, in ipso. 2

b a ¶ Per quem. ¶ Aduentus enim Christi salus est, & sanctis, qui iam cum Christo sunt, & illis, qui adhuc futuri sunt. b ¶ Vt vos. c ¶ Diuina electione. d ¶ Prius præparati. 3

c d In quo † & nos † sortè vocati sumus, prædestinati secundum 4 5

e a ¶ Per interiorem gratiam. ¶ Non per merita. b ¶ Etiam in apostolis. c ¶ Q. qualiter nos magis elegit ad officium apostolatus nescimus, sed tamen consilio fecit, non temere. 6

f propositum eius, qui omnia operatur secundum † consilium 7

g ¶ .i. secundum voluntatem, quæ est ex ratione. a ¶ Vt per nos alij laudent gloriam eius. b ¶ Et ideo tales esse debemus, per quos alij laudent. 8

voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante 9

a ¶ Q. Sperauimus in Christo. ¶ In cuius fide & vos estis per hoc, quòd audiuistis verbum veritatis. b ¶ Q. Non ante, sed post. 10 11

h i sperauimus in Christo. In quo vos, cum audissetis verbum 12

a ¶ Scilicet. b ¶ Cuius operatione credentes. c ¶ Diuisi à grege diaboli per spiritum sanctum, qui promissus erat, vel qui promittit hæreditatem, & est arra eius.

veritatis euangeliū salutis vestræ in quo & credentes signati 13 14

estis spiritu promissionis sancto, qui est † arra hæreditatis 15

a ¶ Vt vltra non dominetur nobis inimicus. b ¶ Redemit, vt habeat, non vt perdat. 16

nostræ, in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ 17

a ¶ Q. cum audissetis euangelium, credidistis. ¶ Qua in Christum credidistis sine admixtione legis. 18

k ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in 19

a ¶ Opera charitatis ostensa. b ¶ Benè noui, qui estis & ideo non vos, sed Deum laudo, qui hoc fecit.

domino Iesu & dilectionem in omnes sanctos, nō cesso gra- 20

a ¶ Deo ei enim, qui fecit gratiæ aguntur. ¶ Habitis bonis. b ¶ Vlteriora vobis implorans. 21

l tias agēns pro vobis, memoriam vestri faciēs in orationibus 22

a ¶ Secundum humanitatem. b ¶ Christi secundum deitatem ¶ Secundum etiam humanitatem. 23
c ¶ Et si iam sapientis. 24

m n meis, vt Deus dñi nostri Iesu Christi, pater gloriæ dēt vobis 25

c *Quæ in terra.* id est, homines, qui peccato deprauati erant. Vel, *Quæ in cælis*: id est, animas sanctorum, quæ in cælis. *Et quæ in terra.* id est, sanctos, qui adhuc in terra, & hoc.

d *In ipso.* id est. per Christum.

e *In quo & nos.* Ne apostoli in quibus superabundat gratia, viderentur meruisse melius aliis, ostendit eos ita gratis vocatos, non meritis, sicut fuerunt & alij.

C

Aug. in psa. 34, li 9 hypognost. Ioan. 19.d.

f *Sorte.* Sors dicitur gratia. Quia non est hominis electio, sed voluntatis Dei. Vnde tunica domini desuper texta, quæ charitatem significat, sorte prouenit.

✻ CHRYSOSTOMVS. Quoniam sors res est casus & euentus, non propositi liberi neque virtutis: ignorantiam quippe & euentum habet, atque sæpenumero relinquens, qui virtuti student, eos in medium producit, qui nullius sunt momenti. D

g *Omnia operatur.* AVGVSTINVS. AMBROS. Etiam velle, vt simus, vt nemo glorietur in homine. Verum est enim, *Non vos me elegistis sed & ego vos, &c.* Laus autē gloriæ Dei est cum multi acquirūtur ad fidem, sicut gloria medici cum multos curat.

Ibid 51.c.

✻ PRIMASIVS. Omniū causa voluntas est Dei, quam rationabilem esse fidelium nullus ignorat, sine dubio bona. Si ipse omnia, vbi est superbia Pelagiana? Ipse ergo & vt credere incipiamus, operatur, qui omnia operatur.

† decretum.

E

† pignus.

h *In quo vos.* Modo venit ad ea, quæ dedit Ephesiis.

i *Cū audissetis.* Cum causam notat hic & tempus.

k *Propterea.* Enumeratis beneficiis humano generi, vel apostolis vel Ephesiis collatis, quid de eorum beneficiis sentiat Apostolus subdit, scilicet, quòd gratias agit, & rogat superaddi, ne illi superbiant, sed vltra tendant.

Aug. lib de prędest. san. c. 17. & 18. Idē epi. 107.

l *Memoriam.* ✻ CHRYSOSTOMVS. Duo precatur, vt cognoscant quemadmodum cognoscere oportet, vnum ad quæ vocati, alterum quomodo à prioribus liberati sunt.

✻ PRIMASIVS. In orationibus, non quidam, iucunditate conuiuij: nisi autem nihil oratione iucundius.

AVGVSTINVS. Congrue per iam datis præmittitur gratiarum actio. Qui enim est orandus, vt faciat, illi est gratiarum actio reddenda, cum fecerit, hoc est: *Memo. &c.*

F

m *Vt Deus. &c.* Q. Ad impetrandum non obtendo merita, sed quòd Deus & pater Christi, &c.

Augu lib 2. contra Maximinū Arrian.

n *Vt Deus, domini, &c.* Distingue Deus & pater & Deus Christi est & pater, sed Deus Christi est secundum humanitatem, id est,

☞ quia

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 In Christo. *id est, per Christum.*

2 Omnia quæ in cælis. *i. angelos, eorum societates reparando.*

Diuisio.

3 Et quæ in terra sunt, in ipso. *homines, qui per peccatum deprauati erant in nouitatem gratiæ reformando.*

4 In quo etiam & nos, &c. *i. electione diuina, quæ dicitur sors: pa ra non accipit personam, sicut nec sors.*

5 Vocati sumus *ad apostolatum.*

6 Prædestinati. *id est, præordinati ad hoc.*

7 Secundum propositum eius. *id est, secundum dispositionem æternam Dei.*

8 Qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. *quia nihil operatur à casu, nec de necessitate naturæ: sed præuidens & liberè.*

9 Vt simus in laudem gloriæ eius. *id est, per nos alij laudent Deum, qui per prædicationem nostram conuertuntur ad ipsum. ideo subditur.*

10 Nos qui ante sperauimus in Christo. *quia ante credidimus in ipsum.*

11 In quo. *Hic consequenter ponit dona Ephesiis specialiter data. Et diuiditur in duas, quia primo ponit eorum vocationem. secundo insurgit ex hoc ad gratiarum actionem, ibi:* Propterea. *Circa primum dicit:* In quo. *id est, per quem scilicet Christum.*

12 Et vos cum audissetis verbum veritatis. *à nobis.*

13 Euangelium salutis vestræ. *quia annunciat salutem audientibus, & dat credentibus. ideo subditur.*

14 In quo & credentes signati estis. *lumine gratiæ deformatam imaginem reformante.*

15 Spiritu

15 Spiritu promissionis sancto. *quia spiritussanctus habitat in credentibus per gratiam. Et dicitur spiritus promissionis quia veraciter promittit beatam vitam. ideo subditur.*

16 Qui est pignus hæreditatis nostræ. *de ratione pignoris est, quòd sit rei non habita in præsenti, & eiusdem valoris cum ipsa, & sic est in proposito, quoniam si non habetur actu hæreditas æterna, quæ consistit in visione & fruitione beata. tamen spiritussanctus habitus in præsenti per gratiam à fidelibus est eiusdem bonitatis in numero cum beatitudine obiectiua.*

17 In redemptionem acquisitionis. *i. vt redempti acquirant vitam beatam inamissibilem.*

18 In laudem gloriæ ipsius. *Nam ibi est laus continua. Psalmus 83.* Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.

19 Propterea. *Hic consequenter Apostolus tanquam pater bonus gratias agit Deo de profectu Ephesiorum, dicens:* Propterea & ego audiens fidem vestram: *sinceram sine admixtione alicuius erroris, aut legalis obseruationis.*

20 Et dilectionem. *vestram.*

21 In omnes sanctos. *id est, opera vestræ charitatis, erga omnes fideles.*

22 Non cesso gratias agens pro vobis. *de bonis præteritis.*

23 Memoriam vestri fa. in oratio. *deprecans, vt magis proficiatis in futuro.*

24 Vt Deus domini nostri Iesu Chri. *secundum humanitatem, in qua est subiectus Deo patri.*

25 Det vo. spi. sa. *id est, augmentum in cognitione diuinorum, & omnium ad salutem expedientium.*

✻ 1 Vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia Christus homo natus ex fœmina. vnde in Psal. dicit: *de ventre matris meæ Deus meus es tu.* Ostendens patrem esse Deũ suum, quia homo factus est, hoc enim de ventre matris natus est, & secundum hominem de virgine natus est Deus, vt non solum pater illi esset, qui eum de seipso genuit, sed etiam Deus esset, quem de ventre matris hominẽ creauit. Quorgo est pater filio ex vtero suo de ventre matris Deus, non de suo. vide ipse ait: *Ascendo ad patrem meũ & patrem vestrũ, Deum meum & Deum vestrũ.*

a ✠ *Det vobis spirit. sapien.* ✠ CHRYSOST. Precatur, vt spiritus illis sapiẽtiæ ac reuelationis detur.

✠ PRIMASIVS. Quomodo Ephesius à Deo sapiẽtiam postulat, cum scientiam dixerit ad Corinthios: Sed distatin effectu, quod nõ distat in nomine: Nam ibi de sciẽtia seculari loquitur, quæ stultitia est apud Deum, hic verò cælestem, diuinámq; sapiẽtiam petit, quam qui habuerit, humiliari magis poterit, quàm inflari: & per quam dono Dei omnes possunt acquiri virtutes: quia scientia sicut sine charitate inflat, ita cum charitate ædificat.

✠ CHRYSOSTOMVS. Spiritali itaque sapientia opus est, vt spiritalia intelligamus, vt absconditavideamus: Mysteriorum (enim) Dei scientiam solus spiritus nouit, qui & profunda ipsius scrutatur.

b *Oculos cor.* In imagine ergo sua cognosce autorem eius, qui corporali sensu non attingitur. Ne ergo putetis corporeo sensu Deum attingi, sed oculis mentis, ipsum audite. In corpore vbi diuersa membra sunt, alibi audis, alibi vides. In corde autẽ tuo vbi diuersa membra non inueniuntur, ibi audis vbi vides, ad hoc illuminet oculos.

c *Vt sciatis, &c.* Hoc dicit, vt propensiores sint. AMBRO. quia cum plenè scierint, qui fructus est credentium, propensiores fient circa excolendam religionem. Vel ita, vt spes propriè accipiatur. Et est, vt sciatis, quæ sit, scilicet, voluntas eius. i. quantũ valet spes vitæ æternæ ad quã vocat. Et sciatis, quæ sit adimpletio eius spei. Quod ita ait: Et quæ sint diuitiæ gloriæ eius.

✠ PRIMASIVS. Si sciretis ad quam vocati estis, omnem spem seculi facilè contemneretis. Et si diuitias hæreditatis Dei videritis, omnis terrena vobis sordebit hæreditas.

d *Et quæ di.* Hic quid nomine spei intellexerit aperit: Spem enim accipit rem speratam.

e *Quæ sit super ma.* Quoddam enim incrementum gloriæ habebunt summi doctores, vltra illud quod communiter omnes habebunt. Habebunt enim omnes eundem denarium. *Sed differt stella à stella in claritate. Et erunt diuersæ mansiones in domo patris.*

Et

ADDITIO.

In cap. 1. vbi dicitur in postil. Deitas enim propriè non est nominabilis à quacunque creatura.

Licet deitas sit incomprehensibilis à creatura, est tamen nominabilis à creatura, aliquin non verificarentur multa de Deo dicta, cum dicitur Exod. 15. de Deo: Omnipotens est nomen eius. *Et Exod. 3. de nomine tetragrammaton dominus Moysi dicit:* Hoc est nomen meum in æternum. *Doctores enim sancti aliqua nomina de Deo dicta dicunt secundum proprietatem intelligi. vnde Ambr. in 2. de trinitate: Sunt quædam nomina, quæ euidenter proprietatem deitatis ostendunt, & quædam, quæ perspicuè diuinæ maiestatis exprimunt veritatem, hæc ille. Ex hoc autem, quòd aliquid nominatur prout ab intellectu apprehenditur, prout allegatur à philoso. 1. Periher. non habetur, quòd deitas non sit nominabilis. sed cognominabilis. prout ab intellectu apprehenditur: vel prout à Deo reuelatur in sacris scripturis similiter per hoc quod dicit autor de causis, quòd prima causa est suum omne nomen quod nominatur, non excluditur, quin prima causa nominetur, sed asseritur, quòd nomen primæ causæ excedit aliud nomen: Et de ista materia tractatur in additione super Exod. 3. capit. & specialiter in secundo, tertio & quarto articulo. vide ibid.*

REPLICA. *In cap. 1. ad Ephesios vbi postil. dicit Deum proprio nomine adæquate significante ipsum innominabilem Burg. mistat cum nomine tetragrammaton, &c. quæ circa 3. cap. Exod. sommauerat. quæ vide ibi pertractari.*

CAPVT II.

a ET vos cum essetis, &c. Commemorat priora, vt in bonis humilientur, & certum sit, quòd si inimicis hæc data sunt, magis amicis dabuntur, quę apostolus optat. q.d. Caput est omnis ecclesiæ & vestrum, quia vos coniuiificauit cum, id est, quàuis, essetis mortui, vel nos, qui credimus habemus spẽ hæreditatis, & vos, scilicet, credidistis. Deus autem cõuiuificauit vel Iesum suscitauit, &c.

✠ AMBROSIVS. Mortuos dicit, quia errores seculi sequũtur. Quidquid enim ab vnius Dei professione recedit, mortuũ habetur, quia manet in radice ex qua trahit originem.

✠ PRIMASIVS. Illis vult ostendere quantum eis beneficij sit collatum, *mortui delictis*, Morte peccati contra Pelagianos, qui naturã tantum defendũt. quantum ratio non habet: & dicunt fidem ex natura esse. Quid enim boni potest mortuus facere?

b *Principem.* scilicet, Beelzebub, qui est princeps malignorum spirituum, vel intransitiuè principem spirituum. Principem erroris dicit spiritum aëris, in quo dominatur.

c *Aëris.* Caliginosus aër infernus est dæmonum.

d *Spiritus.* id est, spirituum, ponitur enim genitiuus singularis pro plurali.

e *Operatur in filios diffi.* Quid? nisi opera sua mala: & in primis maximè, quia ipsam diffidentiam & infidelitatem qua sint inimici fidei, per quem scit eos posse mundari.

AVGVSTINVS. Iniquam ergo obstinationem cum Deus plerunque facere dicitur, non instigando & inspirando, sed deserendo facit, vt illi, id est, spiritus maligni, operentur in filiis diffidentiæ, quod Deus iustè permittit.

✠ CHRYSO

✠ CHRYSOSTOMVS. Vides quod neque violentia, neque tyrannide, sed persuasione alliciat? contumaciam quippe & inobedientiam dixit, quemadmodum si quis dicat impostura & persuasione quosuis attrahit.

✠ PRIMASIVS. Filij diffidentiæ sunt, qui non credunt: & vnusquisque illius filius efficitur, quem imitatur, sine quo dignus est: quomodo filij iræ, & mortis, & gehennæ.

f *Et eramus nat.* acsi di. Cum hæc prædicta fuerunt in nobis, nõ desperet gentilis quin par Iudæis fiat.

g *Filij iræ.* AVGVSTINVS. Cũ ira Dei nascuntur mortales, quia peccante Adam vitiũ pro natura inoleuit. Tenebatur enim iusta damnatione gnus humanum, & erant omnes naturaliter filij iræ. De qua ira dicit dominus, Qui non credit in filium, non habet vitam: sed ira Dei manet super eum, non ait, venit, sed manet. Cum hac quippe ira omnis homo nascitur. Ipsa est illa ira, cum qua omnes nati sumus, cui nascendo hæsimus. Ira de propagine iniquitatis, de massa peccati. Augustin. in lib. retra. Natura hominis verè ac propriè dicitur, qualis sine vitio ab initio primum condita est. Translato autem verbo vtimur, vt naturam dicamus, etiam qualis nascitur homo. Secundum quam locutionem dicitur hic, *Eramus natura, &c.* Augustin. in ench. In hac ira cum essent homines tanto grauius & pernitiosius, quanto maiora vel plura insuper addiderant: necessarius erat mediator & reconciliator, qui hanc iram singularis sacrificij oblatione placaret.

✠ CHRYSOSTOMVS. Exacerbabamus & irritabamus Deũ, hoc est, ira ipsa eramus, & nihil aliud. Quemadmodum enim hominis filius existens natura homo est, ita & nos quemadmodum & cæteri.

a 2 *Conuiifica.*

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT II.

✠ ET vos cum essetis, &c. *Hic consequenter Apostolus inducit Ephesios ad gratiarum actionem comparatiuè. Oppositа enim iuxta se posita magis elucescunt: propter quod Apostolus comparat dignitatem status ad quem Ephesij sunt vocati: ad vilitatem status vnde sunt vocati: vt ex huius consideratione feruentius insurgant ad gratias agendum Deo. Et diuiditur in duas partes secundum duas comparationes. Secunda ponitur, ibi:* Propter quod, &c. *Prima autem comparatio est mortis & vitæ: quia prius fuerant in statu mortis culpæ, & dispositi ad mortem gehennæ: & vocati erant ad vitam gratiæ, quæ disponit ad vitam gloriæ, & hoc deducit Apostolus satis diffuse, di.*

Diuisio.

1 Et vos cum essetis mor. *per culpam.*

2 Delictis: *quantum ad peccata omissionis.*

3 Et pec. ve. *quantum ad peccata commissionis.*

4 In quibus aliquan. am. *procedendo de peccato in peccatum.*

5 Secundum seculum. *id est, consuetudinem.*

6 Mundi huius. *id est, peccatorum huius mundi. sic Ioan. 1.* Mundus eum non cognouit.

7 Secundum prin. po. ae. hu. *id est, secundum voluntatem principis dæmonum in hoc aëre caliginoso habitantium.*

8 Spiritus: qui nunc ope. in fi. diffi. *q.d. princeps ipse est spiritus, scilicet, malignus.*

9 Qui nunc opera. *i. facit voluntatem suam in illis, qui non ponunt fiduciam suam in cælestibus bonis. sed tantum in terrenis.*

10 In quibus. *id est, inter quos.*

11 Et nos omnes, &c. *ea sequendo, & licet Apostolus esset virgo (vt dictum est, supra 1. ad Cor. 8.) tamen iungit se cum eis, vt melius recipiantur verba sua. & quia ante conuersionem secutus est aliqua carnis desideria, dicit.*

12 Facientes vo. car. *in peccatis carnalibus.*

13 Et cogi. *in peccatis spiritualibus.*

14 Et eramus natura filij iræ. *id est, nati in peccato originali, quod dicitur peccatum naturale, inquantum contrahitur à parentibus ex corruptione naturæ. Consequenter ostendit gratiam vocationis Dei. di.*

15 Deus autem qui diues est. *i. copiosus.*

✠ 1 In

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt sciatis, quæ sit spes vo. eius. *i. res sperata ad quam vocantur credentes: quæ quanto plus cognoscitur: tanto plus desideratur.*

2 Et quæ di. glo. hære. *i. hæreditatis gloriosæ. nam ibi nihil deficit.*

3 Et quæ sit supere. &c. *i. ad nos præmiandum. est enim infinita: & sic supereminet omni quod de ea potest cogitari. Quod declarat vlterius per glorificationẽ hominis Christi di.* Secundum operationem, &c. *& primo exprimit eius suscitationem, dicens,* Suscitans illã. *secũdo eius exaltationem ad patris dexteram di.* Et constituens, &c. *& exprimit quatuor choros angelorũ, cum hoc denotans tres ordines siue hierarchias eorundem. s. inferiores, medios & superiores. de inferiori hierarchia vnum, cum dicitur. Supra omnem principatum, & tres de media hierarchia, & per hoc habetur, quod sit eleuatus super duos ordines inferiores.*

4 Et omne no. *per hoc ostenditur, quòd sit eleuatus super omnes ordines supremæ hierarchiæ. Deitas enim propriè nõ est nommabilis à quacunque creatura: quia est incomprehensibilis ab ea, sic autem aliquid nominatur prout ab intellectu apprehenditur. i. Periher. Nomina sunt notæ earum passionum, quæ sunt in anima, propter quòd dicitur. 22. propositione de causis quòd causa prima est super omne nomen quod nominatur.*

5 Et omnia sub. sub pe. eius. *vnde dixit Matt. vlt. d. potẽstas data est mihi omnis potestas in cæ. & in ter.*

6 Et ipsum dedit, &c. *militantem & triumphantem.*

7 Quæ est corpus ipsius. *scilicet, mysticum.*

8 Plenitudo eius. *scilicet, corporis mystici Christi.*

9 Qui omnia in omnibus, &c. *iungatur sicut littera: Plenitudo eius adimpletur, id est, perficitur. supple per eum. Quia omnia in omnibus, id est, per Christum, qui per virtutem suæ deitatis omnia bona in omnibus operatur.*

✠ CAP.

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Conuiuificauit nos.* Vel nos Iudæos similiter & vos Gentiles, & hoc est cuius gratia vos gentes estis saluatę. Et vtrosque conresuscitauit.

✲Chrysostomvs. Vides quod omnia de Christo secundum carnem dicantur? Vides excellentem magnitudinem potētię ipsius in nos, qui credimus? Mortuos iræ filios viuificauit.

† multam.

b *Consedere fecit, &c.* Non inaniter, sed fideliter iam computat factum quod futurum esse non dubitat. Certè enim in cælestibus Christus iam sedet, nōdum autem nos. Sed spe certa tenemus.

† vos.
† etiā cum.
† inter cælestes.

B c *Superueniētibus abundantes, &c.* Avgvstinvs, & Ambrosivs. In futuro enim sæculo apparebit donū Dei, in remuneratione credentium: quod oculus non vidit nec auris audiuit. Et hæc sunt abundantes diuitiæ, vt tantum detur quantū mens inuestigare non potest.

Esa. 64. b.

a ¶Non propter meritum nostrum.
in misericordia propter † nimiam charitatem suam qua di- 1 2
a ¶Iudæos vel gentes. b ¶Non modo postquam iusti, sed & cum. ¶Ad similitudinem Christi: & hoc per gratiam Christi.
a lexit † nos, † & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit 3 4
a ¶Sicut nos Iudæi. b ¶Cum Christo. c ¶Tanquam perfectum enunciat quod futurū. ¶Iam spe.
nos in Christo, cuius gratia estis saluati, et conresuscitauit, & 5 6
a ¶Vt iudices. ¶Per hoc quod estis in Christo. b ¶In fide Christi. c ¶Ita hic in spe fecit, vt in re compleret.
b consedere fecit † in cælestibus in Christo Iesu, ut ostenderet 7 8
a ¶In die iudicij: vel ideo, vt posteris nostris. b ¶Dona gratiæ abundantia.
c in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ 9 10
a ¶Quod oculus non vidit, nec auris audiuit: vt tantum detur, quantum mens inuestigare non potest. ¶Datas. ¶Eius. ¶Non meritis. b ¶Plusquam digni: vel, super intellectus nostros, quod plenè capere nequimus. c ¶Existentes. d ¶In bonitate. e ¶Prægnante. i. gratuita Dei voluntate.
in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis salua-
a ¶Quia cooperatur fides bonæ Dei voluntati vel gratiæ. b ¶.i. fides. c ¶.i. vi gratiæ nostræ. d ¶Purè non partim ex operibus.
d ti per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non 11 12
a ¶Nemo. b ¶Extollatur de operibus.
e ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus † factu- 13
f ¶Per Christum.
g ra, creati in Christo Iesu † in operibus bonis, quæ præ- 14 15
a ¶Antequam ad ea surgere possetis. b ¶Non vt confisi gratiæ Dei, ociosi simus. c ¶.i. Quia hæc bona à Deo habetis, nemo. esto. vt magis grati. ¶.i. quia hoc habetis. ¶Vt sciatis omnia esse à gratia Dei.
h parauit Deus, vt in illis ambulemus. Propter quod me- 16 17 18

Enchi. c. 39. & 31. & lib. 6. hypogno. lib. de prædest. & grat. c. 8.

d *Et hoc non ex vobis, &c.* Avgvstinvs. Ne fortè dicas, promerui ideo accepi. Non putes te promerendō accepisse. Gratia præcessit meritum tuum: non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nam si gratia ex merito, emisti non gratis accepisti. Omnia merita præcedit gratia, vt dona Dei consequantur merita mea: Et ne quis aliter intelligat propter arrogantes: & suam iustitiam constituere volentes planius aperit subdens: Ipsius enim, &c.

C

Episto. 105. & 106. Matth. 16. Rom. 2.

e *Ne quis glorietur.* Avgvstinvs. ad Bonifa. Non hoc ideo dicit, quia opera bona pia cogitatione facta frustrentur, cum Deus reddat cuique secundum opera eius, sitque gloria Dei operanti bonum, sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia. Bonum igitur est homini, vt de viribus arbitrij sui non præsumat: quia ille, qui putauit sine eius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinqua, & viuens prodigè cuncta consumpsit: & miseria attritus, & in se reuersus dixit: Surgam, & ibo ad patrem meum, quam cogitationem bonam non haberet, nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset.

Luc. 15. c.

Lib. de gratia & li. arb. c. 8.

✲Avgvstinvs. Vidit Apostolus putare posse hominem hoc ita dictum, quasi necessaria non sunt bona opera credentibus, sed eis sola fides sufficiat: & rursus posse homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda sibi sufficiant. Mox itaque addidit, *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Quid est hoc, quod cùm gratiam Dei commendans dixisset, *Non ex operibus, ne fortè quis extollatur:* cur hoc dixerit, rationem reddens, *ipsius enim sumus,* inquit, *figmentum, creati in operibus boni?* Quomodo ergo non ex operibus? Sed audi & intellige, non ex operibus dictum, tanquam tuis, in teipso sibi existentibus: sed tanquā his, in quibus te Deus finxit, id est, formauit & creauit. fingimur ergo in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua dicebat, *Cor mūdum crea in me Deus.* Creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed non præparauit Deus, vt in illis ambulemus. D

Psal. 50.

✲Ambrosivs. Omnis gratiarū actio salutis nostrę ad Deū referenda est, qui misericordiam suā nobis præstat, vt reuocaret errantes ad vitam, & non quærentes verū iter. Ideoq; non est gloriandum nobis in nobisipsis, sed in Deo, qui nos regenerauit natiuitate cęlesti per fidem Christi, ad hoc, vt bonis operibus exercitati, quæ Deus nobis iam renatis decreuit promissa mereamur accipere. E

† opus Gentiles extranei propter tria.
† ad opera bona.

f *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu, &c.* Nemo debet gloriari, quia nos creati in fide & in operibus sumus factura, id est, opus eius vel sumus creati per facturam, id est, operationem eius: & ita nec de operibus per fidem gloriandum est, cum fides & omnia ex gratia.

Aug. vbi supra. & lib. de gratia & libro arbi. c. 9. 15. 16. 20. & 21. in psa. 144. ser. 14. de ver. apo. Augu. lib. de prædest. sanctorum.

g *Quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Hic est prædestinatio: quia prædestinatio est gratiæ præparatio. gratia est ipsa donatio, quæ est & ipsius prædestinationis effectus, quæ prædestinatio sine præscientia esse non potest. Potest autem esse sine prædestinatione præscientia: prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus: præscire autem potens est etiam, quæ ipse non facit, sicut quæcunque peccata, quia etsi sunt quædam, quæ ita peccata sunt, vt sint etiam pœnæ peccatorum. vnde dictum est: *Tradidit eos Deus in reprobum sensum, &c.* non ibi peccatum Dei est, sed iudicium. Prædestinatio ergo Dei in bono est, eiúsq; effectus bonus est. Ille itaq; operatur hominem bonum & custodit, qui incommutabiliter bonus est, semperque ab illo fieri & perfici debemus ei inhærentes. F

Rom. 1. d.

✲Primasivs. Præparauit Deus in præscientia sua: & nunc dedit per gratiam suam, secundum nouum hominem ambulemus, id est, prædestinauit, prædestinatio sine præscientia esse non potest.

h *Propter quod.* Vt sciatis omnia esse à gratia Dei. Contulerat Iudæos & Gentes, quòd vtriq; sub peccato, nūc ostendit Gētes ☞ fuisse

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 In misericordiam. *quia proprium eius est misereri & parcere.*
2 Propter nimiam cha. suam. *& non propter merita nostra.*
3 Cum essemus mortui peccatis. *modo prædicto.*
4 Conuiuifi. nos in Christ. *nos sibi per fidē formatā incorporando.*
5 Cuius gratia, &c. *scilicet, in spe.*
6 Et conresuscita. *similiter in spe. quia resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis futuræ.*
7 Et consi. se. *in spe. quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis.*
8 Vt ostēderet in secu. superue. *i. curriculis annorū vsq. ad iudiciū.*
9 Abundantes diui. &c. *Hæc enim omnia fuerunt ostēnsa in Christi resurrectione, quæ fuit argumentis multis declarata, Act. 1. a.* In multis argumentis apparens eis, *& eius ascensione, oculis etiam corporalibus conspecta. Et hæc omnia iterum fuerunt declarata per apostolorum doctrinam apertis miraculis confirmatam. ideo subdit.*
10 Gratia enim estis sal. per fi. *s. Christi, & non per legem Moysi.*
11 Et hoc non ex vo. *quia principiū credendi & omnis operis meritorij est à Deo. Videntium enim miraculum & audientium eundem sermonem vnus credit motus à Deo, alter verò non. ideo dicit Saluator Ioan. 6. c.* Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum.
12 Vt ne quis. *de proprijs meritis.*
13 Ipsius enim sumus factura. *in esse naturæ.*
14 Creati in Christo. *in esse gratiæ.*
15 In operibus. *id est, ad bona opera facienda.*
16 Quæ præparauit Deus. *id est, disposuit.*
17 Vt in illis ambu. *de virtute in virtutē ad beatitudinē cōsequēdā.*
18 Propter quod. *Hic ponitur secunda cōparatio, quæ est extraneitatis ad intraneitatem, & primo ponitur hæc comparatio. secūdò infertur intenta conclusio, ibi:* Ergo iam non estis. *Circa primū sciendum, quòd Gentiles dicebantur extranei triplici ratione. scilicet, quia à Deo erant separati per idololatriā, & per consequens secundò à populo Israel quantum ad communicationem, qui erat cultor vnius Dei, & tertiò à spe promissionum Abrahæ factarum & semini eius. Per vocationem autem ad fidem Christi sunt istis tribus incorporati, & hoc est quod dicit Apostolus:* Propter quod memores estote: *tanquam grati de beneficijs Dei.*

Diuisio.

✲ 1 Quod

☞ A fuisse indigniores & improperia Iudęorum perpessas, vt modo æquales Iudæis, magis sint obnoxij gratiæ Dei.

✲Ambrosivs. Commonet gentes, vt reminiscentes quid fuerint, (erant enim carnales, & sine spe, nullam promissionis communionem habentes Iudæorum in Christo: Iudæis enim promissus erat Christus, non gentibus.) propensius gratias agant Deo per Christum, qui misericordia sua fecit illos participes spiritualium, cùm essent carnales.

✲Primasivs. Cōmemorat illas de quanta ignobilitate ad summā regni perducti sunt, vt nō sint ingrati ei, qui hoc illis gratia sua præstare dignatus est.

† republica.
† extranei à testamētis.

a *Aliquando vos.* In quibusdā codicibus reperitur scriptū esse qui. ibi: vos qui Gentes eratis, & secundū hoc suspensiuè legitur vsq; ibi: *Nunc autem in Christo, &c.* eodem tamen manente sensu. B

† simulratē per carnem suam.
† In decretis sitam.
† semetipsum.

b *Hospites.* Hospes quasi hostij pes, eo quòd cū suscipiebatur in domum, ponebat dominus domus, & qui suscipiebatur pedem super hostiū, & datis dextris iurabat, quòd pacificus esset ingressus.

¶Ante conuersionem. a ¶Quales geniti veteres peccatores, degentes. b ¶In carnalibus.
a mores estore, quòd aliquādo vos gentes eratis in carne, qui 1 2
¶Immunditia. a ¶Et non verè est. b ¶Non in spiritu.
dicebamini præputium, ab ea, quæ dicitur circuncisio in car- 3 4
a ¶Non à Deo. b ¶Et memores estote, quòd vos, qui nunc tales. ¶Malo. c ¶Promissione Christi, quæ fiebat Iudæis.
ne manu facta: qui eratis in illo tempore sine Christo, aliena- 5 6
a ¶Quibus non coutebantur Iudæi. b ¶Si legem & prophetas recepistis. c ¶Eratis aduenticij. d ¶.i. legis Moysi & prophetarum. 7
b ti à † conuersatione Israel, et † hospites testamentorum pro- 8
a ¶Factæ filiis Abrahæ, vt de æterna hæreditate. b ¶Eratis. c ¶Dei notitia. ¶Tam malo. 9
missionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. 10
a ¶In tempore gratiæ. ¶Per. b ¶A Deo & ab Israel, non loco, sed merito. 11
Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquādo eratis longè, 12
a ¶Qui uis eratis longè, tamen. b ¶Deo & non carnalibus, sed spiritualibus, Iudæis. ¶i per Christū, sed non quoquo modo: sed in sanguine Christi. c ¶Inter nos Iudæos. f & gentes & Deum. 13 14
facti estis propè in sanguine Christi. Ipse enim est pax no- 15
a ¶Vtrumque populum. b ¶In fide & moribus. c ¶Quia. ¶Per hoc vniuit. d ¶Obstaculum quod erat inter hos duos populos. e ¶Quia non stabilis, nec alicuius roboris. 16 17
c stra, qui fecit vtraque vnum, et † medium parietem macerie, 18
d a ¶Et per hoc. b ¶Assumpta vel immolata. c ¶Exponit parietem quantum ad partem Iudæorum. d ¶Quantum ad ea, quæ mandabat. i. carnales obseruantias, non quantum ad veritatem quam præsignabat. e ¶Præceptis euangelij, quæ ex ratione sunt. 19 20
soluens † inimicitias in carne sua, legem mandatorū † decre- 21
a ¶Populos prius diuisos per legem coniungat in fide eius. b ¶Ambro. se solo, aliunde nō est nouitas. 22
tis euacuans, vt duos condat in † semetipso, in † vno nouo 23
a ¶Destructis inimicitiis. b ¶Positos. c ¶Ecclesiæ. 24
e homine faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno cor- 25
a ¶Per hoc conciliat Deo: quia pro peccato se obtulit, & per euangelium illuminauit. 26
f pore Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetip- 27 28
a ¶Per assumptam humanitatem apparens. b ¶Et si non in sua persona, sed in apostolis. c ¶Ad Deum fieri per se. d ¶Gentibus. e ¶A Deo, quia idololatræ & sine lege. 29
g so. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fui- 30
¶Et ideo magis grati. a ¶Iudæis, qui vnum Deum colebant. b ¶Quod pacem fecit effectus indicat, quia ambo habemus facultatem accedendi. 31
stis, & pacem his, qui prope, quoniam per ipsum habemus 32 33

C c *Qui fecit vtraque vnum.* Ipse enim est lapis angularis, in quo duo populi tanquam parietes de diuerso angulo venientes sibimet quasi in pacis osculo copulantur.

✲Chrysostomvs. Quid est vtraque vnum fieri? Non dicit, quòd in illam Israelis nobilitatem nos euexerit, sed quod & nos & illos in maiorem extulerit. D

d *Parietem.* id est, obstaculū hinc ex lege, inde ex idololatria.

Ambrosivs. Maceria est congeries lapidū sine cemento, vt fit circa hortos. Paries ergo maceriæ, qui facilè destrueretur veniente gratia, quæ & legē amouit, & corda Gentium ab idololatria cōuertit. Medius verò erat, vt neuter populus alteri concordaret. Stante autem hoc pariete, erāt inimicitiæ ira & inuidia inter eos: quæ abolita sunt destructo pariete.

✲Sedvlivs. Ipse soluit medium parietem Israel, id est, obscuritatē veterum prophetarum & omnia antiquæ legis aperuit sacramenta. E

† interstitiū maceriæ diruit.

e *Faciens pacem, vt reconciliet ambos, &c.* Facit pacem inter ipsos, vt ambos conciliet Deo patri.

f *In semetipso.* Non aliter quàm per crucem, id est, mortem, interfecit inimicitiā, quæ inter Deum, & homines, id est, peccata dimisit. Omnibus enim profecit mors Saluatoris.

† in vno nouum hominem.

g *Longè fuistis, & pacem his, qui propè, &c.* Avgvstinvs. Si affectu amas Deum propè es: si odisti longè es.

August. in Psal. 84.

✲Ambrosivs. Mandauit prædicationem qua omnes conuocarentur ad Deū patrem in vnitate spiritus scissa discordia, vt siue Iudæi (qui prope ideo dicuntur, quia ipsorum patri- F

☞ bus

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Quod aliquando vos Gentes. *i. Gentiles.*
2 Eratis in carne. *i. carnaliter viuentes.*
3 Qui dicebamini præputium. *id est, incircuncisi.*
4 Ab ea, quæ dicitur circuncisio, &c. *i. distincti & separati à populo Iudaico circuncisō.*
5 Qui eratis in illo tempore sine Christo. *i. sine fide Christi, non sic autem Iudæi: quia eadem fides fuit patrum veteris Testamenti, quæ & noui, differens tamen secundum implicitum & explicitum.*
6 Alienati à conuersatione Israel. *Inhibitum enim erat populo Israel contrahere cum Gentibus amicitias & connubia.*
7 Et hospites testamentorum. *i. aduenæ Testamenti & extranei à Testamento no. & ve.*
8 Et sine Deo. *s. vero. nam erant idololatriæ dediti.*
9 Nunc autem in Christo Iesu. *i. per Christum Iesum.*
10 Vos qui aliquando eratis longè. *à salute dicta triplici ratione.*
11 Facti estis prope in sanguine Christi. *id est. per passionem ipsius: cuius efficacia in sacramento baptismi vobis est plenariè communicata.*
12 Ipse enim pax nostra. *scilicet, effectiuè.*
13 Qui fecit vtraque vnum. *ex Iudæis & Gentilibus faciens vnum populum Christianum.*
14 Et medium parietem macerie, soluens. *id est, huius vnitatis obstaculum remouens, quia remouit à Gentilibus idololatriam, quam abhorrebant Iudæi, & à Iudæis circuncisionem, quam detestabantur Gentiles.*
15 Inimicitias. *q. d. per hoc abstulit inimicitias, quæ erant inter Gentiles & Iudæos.*
16 In carne sua. *id est, per immolationem suæ carnis in cruce, per quam destructa est idololatria, & cessauerunt legalia.*
17 Legem mandatorum. *id est, legem Mosaicam quantum ad mandata ceremonialia & iudicialia.*
18 Decretis. *scilicet, euangelicis.*
19 Euacuans. *remouendo onus ceremonialium, & temperando rigorem iudicialium.*
20 Vt duos. *s. populos Gentiles & Iudæos.*
21 Condat in semetipso. *id est, sibi incorporet per fidem formatam.*
22 In vno nouo homine. *id est, in vnum nouum populum. Participatione enim vnius speciei plures homines sunt vnus homo, & eodem modo Gentiles & Iudæi participatione vnius nouæ legis dicuntur hic vnus nouus homo.*
23 Faciens pacem. *modo prædicto.*
24 Vt reconciliet. *& iungatur sic litera:* Vt reconciliet ambos. *Deo, scilicet. patri.*
25 In vno corpore. *suo mystico.*
26 Per crucem interficiens inimicitias. *quæ erant inter Deum & genus humanum.*
27 In semetipso. *id est, in propria passione.*
28 Et veniens. *de morte ad vitam in sua resurrectione.*
29 Euangelizauit pacem vobis. *id est, euangelizare præcepit di. Matth. vltim. d.* Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.
30 Qui longè fuistis. *vt suprà dictum est.*
31 Et pacem his, &c. *scilicet, Iudæis. quoniam lex erat dispositio ad Christum, vt dictum est, suprà in epistola ad Galatas.*
32 Quoniam per ipsum. *scilicet, Christum.*
33 Habemus accessum ambo. *scilicet, Iudæi & Gentiles.*

✲ 1 In vno

A bus facta promissio est) siue gentiles (qui ideo longè dicuntur, quia Dei legem non receperunt datam per Moysen) sublato præterito ritu susciperent fidem Christi per quem efficerentur vnam.

a *Non estis ho.* i. indigniores in fide, sicut olim recepti in lege.

b *Et adue.* id est, extranei à Deo.

c *Sed estis ci.* id est, eiusdē iuris & dignitatis in domo Dei.

†Incolæ.

d *Sanctorū.* non carnalis Israel.

e *Et do.* i. familiares.

f *Dei.* Quibus arcana reuelat.

Aug. lib. 14. de ciui. c. 28.

Ciues & dome. AVGVSTINVS. Duas ciuitates faciūt duos amores: Ierusalem facit amor Dei: Babyloniam amor seculi. Interroget se quisq; quid amet, & inueniet vnde sit ciuis. B

a ¶Et hoc. ¶Per eundē spiritu, qui per Christū omnibus datur. b ¶Et quia gentes habent accessum. c ¶A tempore fidei.

a accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Ergo iam non estis 1 2

a ¶Indigniores. b ¶Extranei à Deo. c ¶Contra hospites. d ¶Contra aduenas.

b hospites, & † aduenæ, sed estis † ciues sanctorum & domestici 3 4

a ¶Innixi. ¶De bono in melius prouecti. b ¶Christum vel doctrinā i. super ve. & no. Te quia quod apostoli prædicauerunt prophetæ prædixerunt. vnde: Fundamenta eius in montibus sanctis. 5

c d e Dei, superædificati super fundamentum apostolorū & pro- 6

f a ¶Existente. b ¶Quia consummat. c ¶Quia duos coniungit. d ¶Quia firmus sustinet. e ¶Per quem. 7 8

g phetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo 9

a ¶Tam de gentibus, quàm Iudæis. b ¶In fide. ¶Per augmentum vsquequo sit templum Dei. c ¶Remotione vitiorum. 10

h omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in 11

a ¶Operatione domini. b ¶Ephesij & alij. c ¶Ad similitudinem aliorum ædificamini. d ¶Vt situs habita.

domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in 12 13

¶Operante.

spiritu sancto.

† sancto.

SEDVLIVS. Præmiserat alienati à conuersatione Israel, hic locus aduersum eos vel maximè facit, qui diuersas naturas nituntur introducere. Quomodo enim peregrini facti sunt ciues sanctorum, & quomodo domestici Dei fuerunt quondam alienati à conuersatione Israel, si potest natura, vel in melius, vel peius mutari? In. D

Aug in Ps. 1. 81. & 86.

g *Ipso summo angulari, &c.* AVGVSTINVS. Ne apostoli vel prophetæ in quibus fundata est ciuitas, se tenerent se in Christo, totum innititur primo fundamento: quod fundamentum in summo est, non in imo: vt in corporali fabrica.

† conciues.

h *Crescit in templum sanctū in domino.* Nemo tam perfectus, qui non possit crescere. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 In vno spi. *scilicet, charitatis.*

2 Ad pa. *omnium nostrum.*

3 Ergo. *Hic infertur intenta conclusio. s. de receptione gentilium ad consortium Dei & sanctorum, cum dicitur:* Ergo iam non estis ho. & ad. *à Deo & sanctis eius.*

4 Sed estis ci. san. *id est, de numero eorum.*

5 Et do. Dei. *id est, in ecclesia recepti.*

6 Super ædi. *id est, instructi.*

7 Super funda. apostolo. & prophe. *i. super doctrinam noui ac vet. Superædificati inquam.*

8 Ipso summo angu. la. Christo Ie. *In ædificatione enim templi Salomonis, vt dicitur, fuit quidam lapis, qui pluries fuit reiectus ab ædificantibus, eo quòd non conueniebat loco cui applicabantur. finaliter optimè sedit in summitate ædificij in angulo, duos parietes in vnam ecclesiam coniungente, & fuit figura Christi Iudæos & gentiles tanquam duos parietes in vnam ecclesiam coniungētis. vnde dicitur. Psa. 117. Lapidē quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli: A domino factū est istud &c. & istam eandem figuram ponit Apostolus, vt dictum est.*

9 In quo omnis ædi. con. *tam ex Iudæis quàm ex Gentilibus.*

10 Crescit. *per augmentum virtutum.*

11 In templum sanctum. *i. quousque sit templum domini sanctum.*

12 In quo & vos coædi. *cum alijs fidelibus.*

13 In spiri. san. *i. ipso operante sine quo nullum opus est acceptū Deo.*

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur in postil. In vnum nouum hominem.

C *Hoc quod dicitur.* In vnum nouum hominem, *videtur referendum ad Christum, qui est propriè nouus homo, quia ipse solus Deus & homo. Vel secundum Glo. In nouum hominem dico, id est, in se solo, à quo & non aliunde est nouitas, &c.* F

CAPVT III.

HVius rei, &c. Ostenso, quòd per Christum facta est pax & recōciliatio, hic ponit per quæ ipsi coædificati, quia Deus reuelauit salutem ad gentes pertinere, & misit eis prædicare, & facit pati pro eis, vt magis sint Deo grati. Ab vltimo autem incipit, di. quem diuersis diuersa pensamus.

AMBROSIVS. Per hoc vult eos scire, quia Dei iudicio à Christo missus est prædicare gentibus mysterium gratiæ Dei.

CRHYSOSTOMVS. Vaticiniū illud subindicat, quod de se ad Ananiam in Damasco factum est, quando illi dicebat dominus; *Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus.* Act. 9.

a *Huius rei gratia* id est, pro hac re grata mihi, vt vos coædificemini. vel, pro gratia Dei implenda in hac re.

b *Si tamen au.* id est, intellexistis gratiam, id est, apostolatum dispensatum à Deo, qui scit quare me ad hoc officium elegit. Vel apostolatum, per quem

CAPVT III.

¶Qui tentus sum modo Romæ. a ¶Pro Christo Iesu.

a HVuius rei gratia ego Paulus vinctus Iesu 1 2

a ¶Quia Gentibus prædicaui verbum salutis. ¶Pro vobis dico, si scitis me esse apostolum vestrum, quod nemo ignorat, & cum pro apostolatu vinctus tunc maximè pro vobis. 3

b Christi pro vobis Gentibus, si tamē au- 4

distis dispensationē gratiæ Dei, quę da- 5 6

a ¶Data est mihi dispensatio in vos, quia mihi intimatum est diuinum occultum.

ta est mihi in vobis, quoniā secundū re- 7

a ¶i. non obscurè, sed apertè. ¶A Deo. ¶Occultum Dei. b ¶Ipse pax nostra.

c uelationē notū factū est mihi † sacramentū † sicut suprà scri- 8

c *Sicut supr. scri. &c.* scilicet, ipse pax nostra. Ibi namque mysteriorū sibi reuelatorū summā pro modico sermone perstrinxit, nō tā totum, quod nouerat proferens, quàm ostendēs ex modico.

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT III.

Diuisio. HVius rei gratia. *Hic consequenter Apostolus pro Ephesiis orat deuotè, vt magis in bono proficiant. Et diuiditur in duas partes: quia primo se dispositum ad orandum ostendit, secundo orationem effundit, ibi:* Propter quod. *Primum ostendit ex tribus, scilicet, ex sufficientia, obligatione, & confidentia, & secundum hoc diuiditur in tres partes. secunda ibi:* Mihi omnium. *Tertia, ibi:* In quo habemus. *Circa primum ostendit se sufficientem per hoc, quòd ipse & alij apostoli fuerunt præ cæteris diuinitus illuminati: & per consequens cognouerunt causam debitam & tempus & modum orandi. Primo ergo continuat se prædictis dicens.*

1 Huius rei gratia. *id est, propter hanc rem immediatè prædictam, scilicet, vt coædificemini in habitaculum Dei.*

2 Ego Paulus vinctus. *in carcere Romæ.*

3 Christi Iesu. *id est, pro Christo Iesu.*

4 Pro vo. Gen. *propter hoc enim erat Romæ vinctus: quia prædicauerat Christum Iesum Gentilibus.*

5 Si tamen audistis. *id est, intellexistis.*

6 Dispensationem gra. Dei. *id est, gratiæ apostolatus mihi à Deo concessæ.*

7 Quoniam secundum reuelationem di. notum mihi fa. *id est, sacrum secretum redemptionis factæ per Christum.*

8 Sicut supra scripsi in breui. *1. cap. epistolæ huius vbi dicit:* Vt nobis notum faceret sacramentum, &c.

1 Prout

a *Et prophe.* Prophetæ quidem priores præscierunt olim hoc de gentibus, quòd vocādæ essent, & futurę participes doni Dei, sed hoc latuit, quòd sine lege salus eis per fidē, scilicet, Christi. A

CHRYSOSTOMVS. Prophetæ prædixerunt quidē ista, adeo tamen exactè non cognouerunt, quandoquidem ea neque ipsi apostoli planè tenuerunt, etiam posteaquam audissent.

† paucis. † cognitionem.

SEDVLIVS. Quoniam reuelatum est apostolis, ignorabant prophetæ, aliud enim est, spiritu ventura cognoscere, aliud ea cernere opere completa. Vnde & Ioannes Bapti. maior omnibus prophetis esse dicitur, quia quē cęteri prophetarunt, ipse conspexit, & digito demōstrauit dicēs: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. B

† 1. Corin. 15.

b *Per euangeliū, &c.* AMBROS. Per prædicationem suā cognitum est donū Dei, quod Deus dat gentibus iuxta operationem virtutis suæ: qua suscitauit Christum, in quo omnes salui sine opere legis.

† in lucem prosperā omnibus, quę sit cōmunio mysterij

* per Iesum Christum.

c *Minister.* Nō enim est meum, ita nullæ mihi gratiæ reddendæ, sed Deo.

a ¶In breuitate. b ¶Et si breuiter, tamen apertè. c ¶Attenti. d ¶Quid scilicet?

psi † in breui, prout potestis legētes intelligere † prudentiam 1

a ¶Habitam. b ¶In hoc occulto agnoscendo. c ¶Mysterium. ¶Quod Gentes saluandæ per Christū. d ¶Præteritis. s. quibuslibet. 2

meam in mysterio Christi: quod aliis generationibus non est 3

a ¶Ita plenè. b ¶Quam plenè. c ¶Cum impleri videtur.

agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis

a ¶Qui interpretantur scripturas. ¶Nouis. b ¶Per spiritū. c ¶Hoc est mysteriū. s. d ¶In futuro.

a apostolis eius & prophetis in spiritu, esse Gentes cohæredes 4

a ¶Modo in ecclesia cum Iudæis. b ¶Quia ad eos, vt Iudæos. c ¶Factæ Abrahæ de hæreditate & concorporatione. d ¶Hoc totum per incarnationem Christi, & per meam prædicationem, non enim prodest incarnatio nisi prædicetur.

& cōcorporales, & cōparticipes promissionis eius in Christo 5 6

a ¶Euangelij.

b Iesu per euangelium, † cuius factus sum ego minister secun- 7 8

c a ¶Secundum gratuitum donum eius. b ¶Non meis meritis. c ¶Quod persecutor sit apostolus, hoc enim est, vt quodlibet miraculum. 9

dum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum † ope- 10

¶Inquam. a ¶Non potestate, sed pro prioribus humilior. 11

rationem virtutis eius. Mihi enim omniū sanctorum mini- 12

¶Tam magna. ¶Inter Gentes. a ¶Quæ prorsus intelligi non possunt. ¶Vel inæstimabiles. 13

d mo data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare † inuestiga- 14

a ¶Multa dona. b ¶Per prædicationem & miracula. c ¶De hac re, quæ quam mirabilis, & ex quanta dilectione facta. 15 16

biles diuitias Christi, & † illuminare omnes, quæ sit di- 17

a ¶Adimpletio arcanæ redemptionis. ¶Hæ sunt diuitiæ inuestigabiles. b ¶Celati ab omnium seculorum creaturis, & existentis in sola notitia Dei, qui fecit. c ¶Non in seculis. 18

e f spensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui om- 19

a ¶Sic abscondit in seculis, vt tamen innotescat. b ¶Diuersis ordinibus angelorum.

g h nia creauit, * vt innotescat † principatibus & potestati- 20

ram vitio deprauatam, sed per Dei gratiam homo restauratur. D

AMBROS. Missum se dicit duplici modo docere gentes mysterium quod fuit in Deo ex quo sunt omnia, vt per eum discant ac intelligant Christum semper in Deo, & apud Deum, & quia sine circuncisione & cæteris legis mandatis disposuit saluare gentes.

Augu. lib. 5. de Gene. ad lit. c. 19.

g *Vt innotescat.* Non indiget Deus nunciis vt inferiora hęc ab eis discat, qui stabiliter nouit omnia. Habet autē nūcios propter nos & propter ipsos, quia eis bonū est Deo assistere, vt cum de inferioribus cōsulant, & iussis eius obediant. Non latuit eos mysterium regni cælorum, quod opportuno tempore reuelatum est pro salute nostra, quo liberati eis coniungimur. Illis ergo innotuit à seculis: qa omnis creatura non ante secula, sed à seculis: cū quibus cœpit filius ante secula. Vnde in persona sapientiæ: *Ante secula fundauit me.*

† efficaciā potentiæ. E

† imperuestigabile.

Eccle. 24. b

Vt innot. Datum est mihi euāgelizare & illuminare. Videte quantū est hoc, quia per hoc accreuit aliquid angelis, qui multa secreta in his didicerunt.

† principibus.

est meum, ita nullæ mihi gratiæ reddendæ, sed Deo.

d *Inuestigabiles.* per suam naturam: sed per gratiam & reuelationem sancti spiritus inuestigabiles sunt fidelibus.

SEDVLIVS. Quæritur, si inuestigabiles, cur Euangelizantur populo? si abscondita, qua ratione per Paulum referuntur? Hic ergo inuestigabiles & abscōditum dupliciter sentiendum, quod inuestigabiles ante diuitiæ fuerunt, & tunc post domini apertæ sunt passionem, aut certè quia natura sua homini inuestigabiles erant, hæc Deo reuelante, inquantum tamen possumus, nobis sunt cognita. C

Augu. lib. 9. de Gene. ad liter. c. 18.

e *Absconditi à se.* AVGVSTINVS. In mundo absconditæ sunt causæ rationales omnium rerum, quæ naturaliter fiunt. sicut absconditus fuit in lumbis Abrahæ quando decimatus est. In Deo causæ eorum, quæ per gratiam fiunt, siue eorum, quæ ad hæc significanda mirabiliter non naturaliter fiunt, quæ ministrantibus angelis facta sunt. Vnde sic dicit: *Abscondi. in Deo.*

Ibidem

f *In Deo.* Habet enim Deus in seipso absconditas quorundam factorū causas, quas rebus conditis non inseruit, easq; implet, non in illo opere prouidentię, quo naturas substituit, vt sint, sed eo quo illas administrat, vt voluerit, quas, vt voluit condidit. Ibi est & gratia per quā salui fiunt peccatores, Non enim per naturam

SEDVLIVS. Vt per me his qui rebus cœlestibus, donisque per omnem ecclesiam principantur, multiformis sapientia innotescat.

AMBROSIVS. Tam bene de hoc sensit Deus, vt non solum gentibus hunc Magistrum daret, verumetiam vt per eum veritas Christi innotescat spiritibus in cœlestibus, qui sunt principes & potestates.

SEDVLIVS. Si principibus & potestatibus in cœlis, (licet quidam principem aëris istius & angelos eius interpretantur,) ignota fuit multiplex sapientia Dei, quę nunc eis per ecclesiam reuelata est, quanto magis patriarchis, & prophetis ignota fuit? quos non ignorasse mysterium Christi certum est: Ex quo intelligimus, quia crux Christi non solum nobis, sed & angelis præfuit, & aperuit sacramentum quod antea nesciebant. F

h *Principatibus &c.* Dicit beatus Hieronym. dignitates memoratas mysterium ad purum non intellexisse, donec completa est passio Christi, & apostolorum prædicatio per gentes dilatata. vnde in Isa. angeli admirantes dixerunt; Quis est iste qui venit de Edom? Et in Psal. *Quis est iste rex gloriæ?*

Isa. 63. a. Psal. 23. b.

a In

NICOLAVS DE LYRA.

1 Prout potestis legentes intelligere, &c. *quasi diceret: Licet sit breuiter dictum, tamen per illud potestis intelligere.*

2 Prudentiā meā in myst. Christi. *i. scientiam meam ad prosequendū mysteriū apostolatus mei in prædicatione euangelij Christi gentilibus.*

3 Quod aliis generationibus non est agnitum, &c. *i. ante tempus apostolorum non fuit explicitè cognitum, nisi forte aliquibus paucis prophetis veteris Testamenti: qui tamen non cognouerunt ita clarè sicut apostoli & prophetæ noui Testamenti, quòd gentiles per Christum essent saluandi, sicut & Iudæi quibus erat promissus. vnde & Act. x. g. dicitur quod spiritusancto descendente in signo visibili super Corneliū & alios Gētiles, qui erant cum eo, admirati sunt Iudæi qui venerant cū Petro de hoc quòd gratia spiritussancti communicabatur gētibus, sicut & ipsis. ideo subditur.*

4 Esse gentes cohæ. *s. hæreditatis æternæ. sicut & Iudæi credentes.*

5 Et concorporales *i. consimiliter incorporati Christo.*

6 Et compar. promissionis. *Abrahæ factæ.*

7 In Christo Iesu. *i. impletæ.*

8 Per euangelium. *i. per receptionem euangelicæ doctrinæ participant dicta bona Gentiles.*

9 Cuius, *scilicet euangelij.*

10 Factus sum ego mi. *id est prædicator.*

11 Secundum do. gra. *& non secundum proprium sensum.*

12 Secundum op. vir. *in miraculis quibus apostolica doctrina confirmabatur, Marc. vlt. d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, ideo dicit:*

13 Mihi enim. *Postquam ostendit se sufficientem ad orandū pro Ephesiis hic consequenter ostendit se ad hoc obligatum quia erat Apostolus & pater eorum spiritualis: & ideo obligatus tenebatur filiis in prouisione spiritualium bonorum, sicut pater carnalis prouidere tenetur in temporalibus bonis. ideo dicit:* Mihi enim omnium sanctorum. *s. apostolorum.*

14 Minimo. *hoc dixit ex humilitate. & quia persecutus fuit ecclesiam, non alij.* 15 Data est gratia hæc. *apostolatus.* 16 In gentibus &c. in. *quia nō possunt ab hominibus perfectè & exquisitè cognosci.*

17 Et illuminare omnes *per prædicationem meam.*

18 Quæ sit dispensatio. *id est redemptionis per Christum factæ, quæ dispensabilis est Gentilibus sicut & Iudæis.*

19 Absconditi à seculis in Deo. *nam hæc dispensatio non fuit reuelata ante, nisi valde paucis & obscurè, vt prædictum est:*

20 Vt innotescat. *quasi dicat non solum hominibus fuit absconditum Christi mysterium, & maxime de vocatione gentiū sed etiam angeli sancti non cognouerunt ad plenum, donec prædicantibus apostolis fuit impletum: quia ante habuerūt tantum simplicem notitiam, quæ potest dici abstractiua, inquantum est rei non præsentis. sed quando fuit impletum habuerunt notitiam experimentalem siue intuitiuam. sicut astrologus per motum cæli certitudinaliter cognoscit eclipsim futuram tamē adhuc perfectius cognoscit, quando videt eam actu existentem.*

1 Per

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *In cælesti.* Quia ibi primitus ecclesia fuit, quo post resurrectionem & ista ecclesia congreganda est, vt simus æquales angelis Dei.

b *Multiformis.* In Græco, multifaria, non solum varia, sed multa varietate distincta. Quia immensus est Christus: sed concipitur. Vagit infans in præsepio, sed ab angelis laudatur in cælo. Hærodes persequitur, sed Magi adorant. Ignorãt Pharisæi, sed stella demõstrat. Baptizatur à seruo, sed vox tonantis patris auditur. Timet pati, sed sponte ad passionẽ venit. Vult trãsferri calicem, sed Petrum, qui calicem timebat, accusat.

† ob afflictiões meas quas tolero p.o.

c *Secundum præfinitionem.* Quæ enim in sui natura simplex est, secundum ea, quę agũtur in seculo, quę Deus præfiniuit, id est, præordinauit, est multiformis, cũ variatur multiformiter. Et ne videantur sibi contradicere in prædictis sententiis sacrę paginę doctores, ita potest determinari quod dictum est, vt illis, qui maioris dignitatis sunt, & per quorum ministerium illa nunciata sunt cognita fuerunt ex parte, vtputa familiaribus & nuntiis illis. Sic qui minoris dignitatis sunt incognita essent.

B

† vt inhabitet Christus per fidem.

d *Huius rei gratia.* Vos peto, & Deo supplico, vt gratia cooperetur vobis. Et hoc est quod addit: *Huius rei gratia* In quo ostendit eos habere propriæ voluntatis arbitrium. Sed ne illud sufficere putent, addit: *Flecto genua mea.*

C

Augu. ser. 7. de ver. Apo.

e *Ad patrem.* Tantum in Græco habetur. Quod autem in Latinis codicibus additum est, domini nostri Iesu Christi, bene conuenit, quòd orabat, vt merito eius obtineamus cui propriè & naturaliter est pater, nobis autem adoptiuè.

f *Paternitas, &c. nominatur.* Et si non verè est, vt Deus, qui est pater omnium creatione, & fidelium recreatione, quos adoptauit in filios. Vel, *nominatur*, id est, abominabilis est. Ab illo enim, qui est pater omnium, & angeli in cælo, & homines in terra acceperunt, vt patres alios vocarent. Et nota, quòd Christus Dei vnigenitus per naturam, adoptionis beneficio patrem se esse significat, dicens, Fili dimittuntur tibi peccata tua. Similiter & spiritussanctus, per quem iusti adoptantur in filios. D

Matth. 9. a

a ¶Quæ sunt in cælo, vbi & nos erimus. b ¶Quæ dona Dei recipit. c ¶De reparatione hominum.
a b bus in cælestibus per ecclesiam † multiformis sapientia Dei: 1 2
¶ ¶Compleudam: vel fecit. i. compleuit.
c secundum præfinitionem seculorum quam fecit in Christo 3
a ¶Christo. ¶Quia per Christum impleuit Deus pater. b ¶Contra tribulationes: vel futuræ hæreditatis certitudinem. c ¶In re ipsa ad patrem. 4
Iesu domino nostro. In quo habemus † fiduciam & accessum, 5 6
a ¶Merito confidentiæ habitæ. b ¶.i. quia habetis accessum & alia bona, quæ supradicta sunt. c ¶A fide & bono opere.
in confidentia per fidem eius. Propter quod peto, ne deficia- 7 8
a ¶Propter tribulationes meas. ¶Quæ sunt. b ¶Probandis. c ¶Si statis in eis & non deficiatis.
tis † in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. 9 10
a ¶Et. ¶Ne. s. deficiatis à fide. b ¶Humilio. c ¶Sensum mentis, vel exteriora corporis genua. d ¶Vt merito eius obtineamus. ¶Deo patre. ¶Ex cuius dispensatione sunt nobis patres & in cælis angeli nobis prouidentes, in terra prælati. 11
d huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri 12
e f Iesu Christi ex quo omnis † paternitas in cælis & in terra 13 14
a ¶Ad patrem flecto genua mea. b ¶Copiam. c ¶Maiestatis suæ. d ¶Constantiam qua fitis roborati in interiori homine, qui ab hostibus non potest attingi, & hoc per spiritum sanctum. ¶Inde erit non deficere.
nominatur, ut det vobis secundum diuitias gloriæ suæ vir- 15
tutem corroborari per spiritum eius in interiori homi- 16
¶Et prius det. a ¶Sunt enim aliquando fortes hæretici, in quibus Christus non habitat. b ¶Vnde securi de auxilio.
g ne, † habitare per fidem Christum in cordibus vestris, 17 18
a ¶Ordo, vt in charitate. b ¶A similitudine arborum. c ¶A similitudine domus, quia in eis spiritussanctus habitat. ¶Perfectè intelligere.
h i in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehen- 19 20
¶Sicut omnes sancti. a ¶Quanta esse debet. ¶Charitatis. b ¶Vbi stando perseueratur.
k l dere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, 21 22

† vehementer varia.

Homo autem dicitur pater vel natura vel autoritate, exempli, vel ratione beneficij.

g *Per fidem.* AVGV. Fides tua de Christõ, Christus est in corde tuo.

† audaciam.

PRIMASIVS. Audi fidem eius, & noli hoc tibi arrogare quod de tuo habeas fidem nisi ab illo datam.

h *In charitate.* Oro etiã vt *radicati*, id est, firmiter plantati, à similitudine arborum, quę quanto plus terræ figitur, tanto plus crescit, & vberius fructus reddit.

† familia vel a cõmuni patre cognatio.

E

i *Cum omnibus sanctis.* AVGVSTINVS. Hæc est communio cælestis reipub. Hi non sua quęrunt, sed quæ Christi sunt, id est, commoda priuata nõ sectantur, sed in communione vbi salus omnium est consulunt. Vel.

Augu. ser. 7. de ver. Apo.

k *Quæ sit latitudo.* charitatis, quæ vsque ad inimicos extendi debet, & cum hilaritate bene operari, quia qui tristis dat, perdit quod dat. Opus ergo est latitudine charitatis, ne pereat quidquid boni facis. Sed quia abundante iniquitate refrigescit charitas multorum, opus est longitudine.

Matt. 24.

SEDVLIVS. Quidam dicunt, quod latitudo spaciosa via, quæ ducit ad mortem intelligatur, longitudo, vita æterna, altitudo, cœlestes virtutes, profundum, contrarię inferorum virtutes ac potestates, vt, scilicet, horum omnium notitiam habentes, nouerint quid eligant, vel quid refutant. vnde subditur. F

l *Et quæ longit.* charitatis. Hæc est perseuerandi longanimitas, vbi quodammodo perseueratur. vnde: *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Ibid. & 10. c.

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Per ecclesiam. *id est, per apostolorum prædicationẽ tamen ly per, non importat causalitatem, sic intelligendo, quòd apostoli docuerint angelos de Christi mysterijs: sed econuerso angeli docuerunt eos: per quos diuinæ reuelationes deferũtur ad homines, sed sic intelligendum est, quòd apostolis prædicantibus viderunt actu conuersionem Gentium ad fidem, quam ante sic non viderant intuitiuè. Sic autem non est de Deo, cuius intuitus ab æterno fertur super præsentias rerum, eo quòd eius cognitio mẽsuratur, æternitate quæ complectitur omne tempus.*

2 Multiformis sa. *licet sit vnica & simplicißima in Deo, tamẽ est in effectibus multiformis. Dicitur etiam multiformis propter multa mysteria in Christo adimpleta ideo subditur.* 3 Secundum p. *id est, æternam dispositionem tempore plenitudinis adimpletam.*

4 Quam fecit in. *id est, adimpleuit in Christo.*

5 In quo. *Hic ostendit se dispositum ad orandum ex confidentia. Nullus enim orat nisi aliqualiter exaudiri confidat, habebat autem apostolus hanc confidentiam obtinendi per mediatorem Dei & hominum Iesum Christum. ideo dicit* In quo. *id est, per quem, scilicet, Iesum Christum.*

6 Habe. fi. *ad Deum patrem.*

7 In con. per fi. *Verè enim credentes in Christum exaudiuntur per ipsum. vnde dicit Ioan. 15. c.* Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

8 Propter. *Dispositione præmissa, hic consequẽter Apostolus primò ad orandum pro Ephesiis accedit, & secũdò Deo totum attribuit, ibi:* Ei autem. *Circa primum in oratione sua primò petit dari Ephesiis à Deo robur patientiæ in aduersis, di.* Propter. *id est, propter confidentiam quam habeo de Christo.* 9 Peto ne deficiatis. *id est, ne territi propter tribulationes meas à bono deficiatis.* 10 Pro vobis. *id est, quas sustineo, eo quòd prædicaui vobis, & vt exemplum patientiæ dem vobis.*

11 Quæ est gloria ve. *si in tribulationibus non deficiatis.*

12 Huius rei. *sic non deficiatis in tribulationibus.*

13 Flecto genua mea ad patrem domi. *ipsum deuotè deprecãdo.*

14 Ex quo omnis paternitas. *nam illa paternitas est prima. Omnis enim emanatio creaturæ à Deo secundum esse naturæ per quam dicitur pater omnium generaliter per creationem, & etiam emanatio secundum esse gratiæ, secundum quam dicitur hominum & angelorũ pater per adoptionem, est posterior emanatione filij à patre: secundum quam dicitur pater per naturalem & æternam emanationem vel generationem, propter quod ab eo nominatur omnis paternitas, quæ est in cælo & in terra. Nã ab eo quod est primũ in aliquo genere cætera esse & nominari habẽt.*

15 Vt det vo. se. di. g. suæ vir. *s. patientiæ in aduersis. ideo subditur.*

16 Corro. per spiri. eius inte. ho. *Licet enim in martyribus caro (quæ dicitur homo exterior) laceretur, mens tamẽ (quæ dicitur homo interior) fortificatur.* 17 Christum. *Hic secũdò petit Ephesiis argumentum notitiæ. Et resumatur illud quod prædicitur:* Vt det vobis Christũ habitare per fidem in cordibus vestris. *non solũ firmiter adhærẽdo eis, quæ sunt fidei, sed etiã plenius & clarius ea, quæ pertinent ad articulos fidei cognoscendo.* 18 In charitate. *Hic tertiò petit eis augmentum charitatis, & per cõsequens aliorum bonorum, quæ charitati connectuntur. ideo dicit:* In charitate radicati. *q. dice. Hoc peto à Deo, vt sitis firmiter in charitate radicati. ad modum arboris, quæ non potest euelli*

19 Et fundati. *ad similitudinem stabilis ædificij.* 20 Vt possitis comprehendere. *non solum speculatiuè, sed etiam practicè.*

21 Quæ sit latitudo. *scilicet, charitatis ad omnes, etiam inimicos se extendentis.* 22 Et longitudo. *ipsius, quia charitas facit patienter expectare præmium in longinquum.*

1 Sublimi

A a *Et quæ sublimitas.* charitatis. Hæc est quòd sursum cor dirigatur, vt Deus in præmium expectetur. Nam si bene operaris etiam vsque ad inimicos, & hilariter tribuis, habes latitudinem. Et si in his vsque in finem perseueras, habes longitudinem. Sed si omnia hæc nõ propter mercedem supernam facias, altitudinem non habes, & ita iam nec latitudo, nec longitudo. Nam habere altitudinem est cogitare Deum, amare Deum, & gratis amare ipsum adiutorem, ipsum coronatorem: postremo ipsum præmium deputare, non aliud ab ipso, quàm ipsum expectare. Si amas, gratis ama. Si verè amas ipse sit merces quem amas.

a ¶Vt Deus præmium. b ¶Occultum iudicium, quare illi dat, illi non. c ¶Possitis ex parte vt imitemini, quæ supereminet & plene sciri non potest vel charitas scientiæ supereminet aliis, charitati, quia quanto melius intelligitur, tanto plus diligitur.
a sublimitas & profundum. Scire etiam supereminentem 1
a ¶Qua vos dilexit, & quæ vestram superat. b ¶Per has scientias. c ¶Eundo. 2
b c scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem ple- 3
d ¶Hic virtutum, post beatitudinis. a ¶Ego hoc vobis oro, ei autem sit gloria qui potest facere. b ¶Complere in vobis. 4 5
e nitudinem Dei. Ei autem qui potes est omnia facere † su- 6
a ¶Quia plus intelligimus quam petamus.
perabundanter quàm petimus aut † intelligimus, secũdum 7
a ¶Potest hoc in vobis, sicut iam fecit in nobis apostolis. ¶Ei ipsi soli, non homini qui nihil ex se.
virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia & in 8
¶Pro his quæ fecit in ecclesia & in Christo. a ¶Omnia secula continentis. 9
Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorũ, Amẽ. 10 11

† cumulatè vltra

† cogitamus

b *Et quid profundũ.* charitatis, id est, possitis intelligere occultum Dei iudicium: quare isti dat, non illi. De profundo enim iudiciorum Dei quæ scrutari & cõtemplari nequimus procedit omne quod possumus Quod possum video, vnde possum nõ video, nisi quia noui esse à Deo. Quare autem illi det, multũ est à me, abyssus est & profundum. Nunc ergo ipsa charitas in bonis operibus B exercetur ad subueniẽdum aliis, & vsque ad inimicos porrigitur. & hæc latitudo est. Nunc longanimitate aduersa tolerat, & in eo quod veraciter tenuit, perseuerat. & hæc longitudo est. Hoc autem totum propter adipiscendam patriam æternam facit, quæ illi promittitur in excelso. & hæc altitudo est. Existit verò ex occulto illa charitas & hæc est profundum.

Vbi supra. Luc. 23. c.

Quæ sit latitudo. AVGVST. In operibus charitatis quæ extenditur vsque ad inimicos diligendos sicut Christus, qui orauit pro inimicis, quod ostensum in cruce sua fuit, quæ in latum tensa est à dextera in sinistram, vbi manus fixæ, per quas opera signantur quæ in hilaritate decet esse. *Et quæ long.* Charitatis: quòd scilicet vsque ad finem duret vnde: *Cum dilexisset suos: in finem dilexit eos.* Quod signatum est per longitudinem crucis à sursum vsq; deorsum. *Et quæ sit sublimitas.* id est, quo tendat charitas scilicet ad æternam beatitudinem, quæ notatur per partem crucis suprà positam. *Et quid sit pro* charitatis. Quod totum portat, vt pars crucis in terra fixa in abdito quæ non videtur, id est, misericordia Dei quæ occulto Dei iudicio prouenit, per quam charitas in nobis est longa, lata & alta Vel profundum charitatis sunt ecclesiastica sacraméta, quæ sunt profunda & inuestigabilia, & sunt fundamentum charitatis, sine quibus non valet.

Ioh. 13. a.

Quæ sit latitudo. Quod sit mysterium crucis. August. Sciẽdum quia in his verbis figura & mysterium crucis ostẽditur. Qui enim quia voluit mortuus est, & quomodo voluit mortuus est. Non frustra ergo mortis tale genus elegit, in quo latitudinis huius & longitudinis & altitudinis magister tibi existeret qui dixerat: Tolle crucem tuam, & sequere me. Tollitur crux, cum spiritu facta carnis mortificantur. Quãdiu ergo euacuatur corpus peccati, quamdiu exterior homo corrũpitur, & interior renouatur de die in diem tempus est crucis. In cuius ergo potestate erat mori, vel non mori, & sic vel non sic mori: non frustra crucem elegit, vbi te huic mundo crucifigeret. Nam latitudo in cruce est transuersum lignũ, vbi figuntur manus, quod ad bona opera pertinet. quia ibi manus extẽduntur. Longitudo est ab ea parte ligni, quæ ab ipso transuerso ad terram tendit: & ab ipso vsq; ad terram conspicua est. vbi corpus crucifigitur & quodammodo stat, quę statio perseuerantiã significat. Altitudo autem in illo ligno est quod ab eodem trãsuerso sursum caput versus eminet per quod signatur supernorum expectatio. Profundum verò est in ea parte ligni quæ non apparet. quæ fixa terræ occultatur. vnde totum illud surgit quod profunditatem significat gratuitæ gratiæ: in qua multorum ingenia conteruntur id inuestigare conantia.

Vbi supra.

C

Mat 16. d.

D

AMBROS. Vt possitis comprehendere, quæ sit latitudo &c. Id est, immensum & inæstimabilem cognoscere Deum omnia excedentem maiestate virtutis suæ. Cum autem hoc dicit, signat, quòd sicut in sphæra vbi hæc omnia æqualia, id est, quæ sit immensitas Dei, omia excedens & implens, non in eis clausa, sed omnia intra se continens post immensitatem patris, vult etiam eos scire charitatem Christi esse super scientias hominum: quòd Deus homo, quòd iustus pro impiis moritur, &c. Profundum. Voluntas Dei, cuius causæ non inuestigantur. Vnde: *O altitudo di. sa. & scientiæ Dei.* Altitudo commune nomen est excelso & profundo Sed cum in excelso dicitur: sublimitatis eminentia commendatur. Cum autem in profundo: difficultas inuestigationis & cognitionis. E

Rom. 11. d.

c *Vt impleamini.* quia tunc nihil deest Christiano, cum patrem & filium sic cognoscit. Aliter non est integra professio deitatis.

d *In omnem plenitudinem.* Non vt sint (plenus Deus,) sicut quidam errantes voluerunt, sed vt perfectè sint pleni Deo. Vel.

AMBROS. Quia fides neque in solo patre integra est, neque in solo filio perfecta: ideo adiecit. *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Vt confessione & gratiarum actione sicut patri, ita & filio honorificentia reseruetur, & omnia quæ à Deo patre sunt, per filium facta & restaurata credantur, vt sit plena perfectio diuinitatis in professione credentium.

e *Potens est omnia facere.* secundum virtutem quæ operatur in qua sunt quædam quæ nemo peteret vel intelligeret, vt Deus homo pro hominibus moreretur, & huiusmodi alia.

AMBROSIVS. Ad patris personã hæc refert, vt quia melius scit quæ vtilia, & quæ nõ petenda sunt, & quando danda, & qualia, & quanta opus sint, ipse gubernet prouidentia & virtute sua sibi credentes. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sublimitas. *quia non solum facit ascendere in Deum, sed etiam transformari quodammodo in ipsum.*

2 Et profundum. *scilicet humilitatis & condescentionis ad proximum. Vnde Paulus postquam fuit raptus ad tertium cælum, per charitatem sic ad proximum descendebat, quòd etiam de actu matrimoniali ordinabat dicens:* Vxori vir debitum reddat, & similiter vxor viro. *1. Corin. 7.*

3 Scire etiam. *Ordinetur sic litera: Scire etiam charitatem Christi, id est, per quam vnimur Christo.*

4 Supereminentem scientiæ. *id est, notitiæ quam habemus de ipso. Vbi enim scientia foris stat, dilectio intrat. propter quod 1. Cor. 13. d. dicitur:* Maior autem horum est charitas.

5 Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. *id est. vt impleamini donis & charismatibus, quæ donantur à Deo cum charitate.*

6 Ei autem. *Hic consequenter Apostolus attribuit Deo totũ, à quo est omne bonum. & patet litera vsque ibi.*

7 Secundum virtutem. *scilicet diuinam.*

8 Quæ operatur in nobis. *quia virtus primæ causæ operatur in omnibus secundis agentibus.*

9 Ipsi gloria. *id est, laus.*

10 In ecclesia & in Christo Iesu. *scilicet congregata.*

11 In omnes generationes seculi, &c. *id est, æternaliter. quia eius gloria maximè relucet in ecclesia triumphante, de qua dicitur Psalm. 84. b.* Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 3. vbi dicitur in postil. Quæ sit latitudo. *scilicet charitatis. In hoc quod dicitur:* Quæ sit latitudo. *secundum glo. non solum intelligitur, quòd charitas de se vsque ad inimicos extendi debet, sed etiam cum hilaritate bene operari: quia qui tristis dat, perdit quod dat. In hoc autem quod dicit:* Quæ sit longitudo, *intelligitur perseuerandi longanimitas: vbi quodammodo stando perseueratur. In hoc quod dicitur:* Sublimitas. *intelligitur quòd sursum dirigatur, vt Deus in præmium spectetur. Nam si bene operaris, etiam vsque ad inimicos & hilariter tribuis. Sed omnia hæc si propter mercedem supernam non facis, altitudinẽ non habes. Per profundum charitatis intelligitur occultum Dei iudicium esse quare isti dat, & non illi. De profundo enim iudiciorum Dei est, quæ scrutari contemplarique nequimus, abyssus enim est & profundum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IIII.

Bsecro. Hactenus ostendit gratiæ attribuenda, hinc de moribus monet. prius omnes communiter post per singulos ordines.

b *Ego vinctus in domino.* ✠ Chrysostomvs. Magna dignitas, & regno quouis & consulatu longe maior. Nam nihil ita splendidum, vt vinctū esse propter Christum, vt catenæ sunt sanctis illis manibus circundatæ. Vinctum esse propter Christum illustrius est, quàm siue Apostolum, siue Doctorem siue Euangelistam esse: Si quis Christum diligit, is nouit quid sit quod dico. Si quis erga dominum insanit, vt ita dicam, & ardet, is nouit quid sit vinculorū virtus. Hic vtiq; prius habebit, optione data, vincula ferre propter Christū, quā cœlos inhabitare: Quoius auro splendidiores, quouis diademate regali illustriores manus has illis ostendit. Non enim caput ita splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua, vt catena ferrea quę propter Christum fertur.

✠ Primasivs. Ego vos rogo, qui vestri causa sum vinctus, vt vos Dei filios agnoscentes digne tanto honore conuerseminiquia vnaquæque dignitas habet propria instituta, quibus agnoscitur, & mentis & corporis, ne ficta sit.

Epist. 81. c *In charitate.* Avgvst. ad Eudoxium: ipsa est enim actio recti itineris, quæ oculos semper habet ad Deum. Talis actio nec frangitur negotio, nec turbulenta est, nec marcida, nec audax, nec fugax nec præceps, nec iacens.

✠ Ambrosivs. Charitati studendum monet, ne spiritum vnitatis & pacis amittant.

✠ Sedvlivs et Primasivs. Philosophi sufferunt, sed non in charitate, nec propter Deum: propter laudem humanam. Nos verò non vt laudemur, sed vt ille quem sustinemus proficiat, non cum dolore, sed cum amore sufferamus.

d *In vinculo pacis.* id est, pacem seruātes. Hæc aūt pax est, si peccata quæ sine damno tritici aut cum spe salutis corrigendorum eradicari non possunt, vsque ad messem vltimam toleramus.

✠ Primasivs. Per vinculum pacis vnitas sancti spiritus retinetur, quem vnum omnes accipimus, vt vbicunque vnitas & concordia est, ibi spiritum sanctum eiusque donum esse non dubitemus. Vbi autem discordia & dissentio, ibi spiritus contrarius, id est operatio antichristi, qui iam mysterium operatur iniquitatis.

e *Vnum corpus.* Debetis seruare vnitatem, ita quòd sitis vnum corpus subseruiendo proximo, & vnus spiritus cum Deo idem volendo, vel vnus spiritus cum fratribus, cum quibus idē velle & idem nolle debetis. Vel ita deberis seruare vnitatē spiritus, quia vnum corpus debetis esse multorum adunatione membrorum. & potestis, quia spiritus habitat in vobis. *Vnum corpus.* Aug. Propter societatē quā spiritussanctus facit nō sine patre & filio. Ecclesia vtique accepit hoc donum: vt in spiritusancto fiat remissio peccatorum. quam remissionē etsi trinitas facit, propriè tamen ad spiritum sanctum intelligitur pertinere. Ipse est enim spiritus adoptionis filiorum: Ipse est patris & filij amor & connexio: ad ipsum ergo pertinet societas, qua efficimur vnū corp⁹ vnici filij Dei. Sicut enim vnū corp⁹ hominis multis cōstat mēbris, & vegetat omnia membra vna anima, faciens in oculo vt videat, in aure vt audiat, & sic in cæteris. Ita spiritussanctus membra corporis Christi quod est ecclesia continet & vegetat. Et sicut humani corporis membrum præcisum, formā quidem qua cognoscitur retinet, sed nequaquā spiritus sequitur, quo præter vnitatē viuat. Sic quicunque à prædictæ pacis vnitate diuersus est, sacramentum quidem tanquam formam retinet, sed spiritu præter vnitatem non viuit. Fruſtra ergo foris de forma gloriatur, nisi intus spiritus vegetetur. Act. 2. a. Hi in quos primum venit, linguis omnium sunt locuti, quia per linguas consociatio fit humani generis, & sic in omnibus Gentibus futura membrorum Christi societas figuratur. Ille habet spiritum qui in vnitate ecclesiæ cōsistit, qui loquitur linguis omnium.

f *Vnus dominus.* Debetis seruare vnitatem quia nobis est vnus dominus, non tres pro quorum diuersis voluntatibus vos oporteat discordare. Et idem iubemini credere, & eodem modo operari. Et vobis est vnus Deus creator omnium, & pa. procurādo: & ideo nemo poterit se alteri præferre. Qui Deus est super omnes, id est, præcellit omnibus creaturis. cuius dignitas vos innitet. *Et per omnia.* diffusus, quia vbique, & ideo timendus: cum nusquam possit euitari. *Et in omnibus nobis.* per gratiam, qui vnitatem seruamus. Et sic non singulariter de vna persona, sed communiter de omnibus, id est, de trinitate hoc accipitur. Aug. lib. 1. cont. Cresc. con ca. 28, & 29. Aug. l. 13. de Trinit. c. 2.

g *Vna fides.* non numero, sed genere, quia similis in omnibus.

Alia

CAP. IIII.

a ¶ Quia Deus potest omnia facere, vel vt ei sit à vobis gloria. b ¶ Cui comparandum est.

a ¶ Propter dominum. b ¶ De bono in melius, vt conueniat meæ prædicationi ambulatio vestra.

a ¶ Ita. f. ¶ Interiori & exteriori.

a ¶ Vt tractabiles sitis. b ¶ Aduersorum.

a ¶ Sit a fratre oriturr molestia. Vel: Aliter alterius onera portate.

b ¶ Non ficte, vel pro terreno aliquo. c ¶ Studiosi, cauti, attenti. d ¶ Vt sacrosanctum.

a ¶ Quod vnum corpus sitis opere spiritussancti. vel vnitatem ecclesiasticam, quam facit spiritussanctus. b ¶ Degentes. Quia pax ita est nutrimentum spiritualis vnitatis. c ¶ Subministratione. ¶ Subueniendo proximo.

a ¶ Voluntate. ¶ Quo viuit corpus. b ¶ Esse deberis, sicut ad idem vocati. c ¶ Ad vnam rem sparatam, quæ est effectus vocationis.

a ¶ Est nobis. b ¶ De Deo. c ¶ Æquale à quocunque, nec potest iterari.

a ¶ Quo vocati estis. b ¶ Interiores & exteriores. c ¶ Ad vnum corpus. d ¶ Ad vnam fidem.

a ¶ Vt sciamus. b ¶ Quæ sit. c ¶ Quæ sit. d ¶ Quæ sit. e ¶ Quæ sit. f ¶ Quæ sit.

a ¶ Quæ sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Donec.* id est, in *die* iudicij.

b *Omnes.* qui sumus in vna, & non discrepanti fide: & in vna & non differenti agnitione filij Dei, vel in virtutibus quibus agnoscitur filius Dei in nobis, vel quibus agnoscemus eum in futuro.

c *Occurramus.* nobis inuicem de diuersis mũdi partibus. vel ipsi Christo, quasi desiderio currentes ad gaudium.

† venientia tuis. Augu. l. 22. de ciuit. c. 17.

d *In virum perfectũ.* Vt vnusquisq; sit vir perfectus & habens eandem ætatem, quæ est mensura & meta ætatis, vltra quam nõ accrescit aliquid naturaliter homini: in qua ætate Christus habuit plenitudinẽ annoru & corporis: qua de hoc mũdo trãsiuit. Omnes enim in eadẽ refulgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cuiuscunque ætatis mortui fuerint. Vel, in virum perfectum, vl quod caput & membra omnes simus vnus perfectus vir, cui nihil desit, & nihil post addendum sit. Perfectus vir, quia erit mensura & meta ætatis. Meta: vt post nihil addatur numero vel viribus. Mensura: quia erit plenus Christus, omnes habens, qui modo per singulos crescit, & omnes in eo immortales & beati cum eo, & tunc non erit necessaria prælatio.

† In. dist. c. de his.

† per iustitiã quę nos adornamus vt imponant nobis, vel, in asturia ad insidias im ponitur. B

† per chatitatem † Rom. 6. a

† factum

✠ Ambrosius Ita elaborandum hortatur, vt perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, vt Christum perfectum & plenum Deum teneat fides, nec mensura humana metiatur, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus Deus habeatur. Nec enim perfectum dicens virum, temporali ærate & mensura significat; sed per hoc dictum perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filij Dei.

✠ Sedulius. Illud quod cõmemorauit Apostolus de mensura ætatis plenitudinis Christi, aut propter aliud intelligamus dictum esse, id est, vt illo capite populi Christiani accedente, omnium perfectione membrorum ætatis eius mensura compleatur. C Aut si hoc de resurrectione corporum dictum est, sic accipiamus dictum, vt nec infra, nec vltra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum, sed in eius ætate & robore, ad quẽ vsque Christum hic peruenisse cognouimus: Et ideo non est dictum in mensuram corporis, vel in mensuram staturæ, sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Vsido. lib. 1. conjoy. c. 36 in 9. Resurrectio mortuorum ad Apostolos ait, vt in ipsa in mensura sua etati plenitudinis Christi occurrant, quę ante fata in diuersis ætatibus defuncti fuerant. et ideo dixit Dauid manus tuę fecerunt me et plasmauerunt me totum.

L. 22. ciuit. Dei ca. 15. 27 18.

a ¶ Tandiu durabitchæc prælatio, donec occur. non post, & ideo non est grauiter ferenda.

a dõnec † occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis 1
a ¶ Non sexu, sed perfectione virtutis. hic enim paruuli sumus viribus corporis & animi.
b c filij Dei in virũm perfectum. in mensuram ætatis † pleni- 2
a ¶ Vsque ad illud hos ministros dedit, vt iam sicut olim non simus, &c.
¶ De dit dico hos prælatos. b ¶ Sensu. c ¶ Titubantes nostra debilitate.
d e tudinis Christi: † ůt iam non simus paruuli, fluctuantes & 4
a ¶ Et non circumferamur alio vrgente. b ¶ Doctrina prationum est quasi ventus tempestatis.
c ¶ Factæ. d ¶ Pro qua creati sunt
circumferãmur omnĩ vento dõctrinæ † in nequitia homi- 5
a ¶ Fallax. ¶ Per homines malicios os in fe, & ad simplicium deceptionem astutos.
b Vt sub prætextu veritatis magis decipiat trahens ad errorem. c ¶ Non simus tales sed faci.
num † in astutia ad circumuentionem erroris. Veritatem 6
a ¶ Actu. ¶ Bonæ secundum doctrinam. b ¶ Non ficte vel ex timore.
c ¶ Assertione fidei. ¶ Per membra. d ¶ Cooperatione. e ¶ In omni spirituali dono.
autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia 7
a ¶ Nobis prouidens. b ¶ Regere potens. c ¶ Bene in illo, quia per illum.
d ¶ Ecclesia. e ¶ Per fidem.
f qui est caput Christus, ex quo totum corpus † compactum 8
a ¶ Vinculis charitatis. b ¶ Id est, per fidem & charitatem, quæ iungunt & faciunt membra Christi sibimutuo et submiuistrare. c ¶ Exhibitæ, non solum voluntate: sed secundum quod vnumquodque membrum potest operari.
& connexum per omnem iuncturam subministrationis 9
corporis secundum † operationem † in mensuram vnius- 10
a ¶ Augmentat illos, qui sunt corpus. ¶ Tendens. b ¶ Id est, illos qui non sunt ædificati in suam societatem. & hoc totum ex dilectione, quo peracto erit mensura ætatis. 11 12
cuiusque membri augmẽtum corporis facit in ædificatio- 13
a ¶ Non obsecro vt prius. b ¶ Quasi præcipio. c ¶ Sub testimonio Dei.
g nem sui † in charitate. Hoc igitur dico, & testificor † in dõ- 14
¶ A tempore fidei. ¶ Viuatis.
mino, † vt iam amplius non ambuletis, sicut & * Gen- 15
a ¶ Scilicet. Quia transitoria amant quæ suggerit sensualitas. ¶ A tenebris.
h tes ambulant in vãnitate sensus sui, tenebris obscuratum 16 17

Qualia corpora in resurrectione Luc. 12. d.

† plenæ, adultæ.

† per veritatem

† constructum

E

1. Reg 10. a † mensura.

† per dominum

easdem quoque corporis partes vbi fuerũt redire necesse est alioquin capillis & vnguibus immoderata & indecens magnitudo redderetur.

f *Christus.* vnctus dicitur: Et in veteri Testam. reges vngebãtur.

g *Hortatur.* Admonet, vt caueãt à cõsuetudine antiquæ Gentilitatis Q. Quia Deus tot auxilia ad custodiã dedit vnitatis, & quia crescere potestis & ei occurretis. ergo dico, non obsecro vt prius.

August. in psalm 31.

h *Obscuratum.* Non patum: & ideo minus mirum, quam de vobis qui estis illuminati, & spem habetis vitæ.

✠ Chrisost. Reuera in vanitate mentis suæ obtenebratam mentem habent, fornicantur & adulterantur Græci. Animas habent plurimis terroribus refertas, vtpote possit mihi domũ egresso primus obuiam fieri talis quispiam, vt inmunera prõrsus mihi mala subeundum sit. Iam si famulus sceleste dum calceamenta porrigit, sinistrum primum exiuerit, calamitates sunt graues & ignominiosæ. Ego ipse domum egrediens, si sinistrum pedem primò promouero, est & istud calamitatum indicium. Et si rudat asinus, cantetve gallus, item si quisquam sternutet, aut quicquid tale sit, non secus quam si innumeris vinculis obstricti essent, & vt dixi, quasi tenebris detenti, nihil non suspicantur.

Vita duplex.

F

Ac mentiunt, quibusuis mancipiis seruiliores facti. Itaque ne nos tales simus, sed his omnibus desertis ac speretis, vt qui in luce viuimus, atque in cœlo conuersamur.

✠ Ambrosius. Manifestato creatore, & ratione ostensa quam sequi debeat creatura (in fide Dei duntaxat) contestatur illos in Deum, vt non aliter incedãt vel sentiant quàm docentur, ne similes gentilibus inueniãtur, qui nec fidẽ recipiunt, nec conuersationem quã mãdarlex, obscurum habẽtes sensum nec cõtẽplentur diuinis nominis veritatem. Vana enim sectãtes quæ sunt idololatria, infrænantur à diabolo, ne vniusDei iter incedãt vt socios illos suæ perditionis efficiat, *a Aliena Dei.* Augustin. Duæ sunt vitæ, vna corporis, altera animę. B Et sicut vita corporis est anima, sic animæ vita est Deus. Et quomodo si anima deseratur, moritur corpus: sic anima moritur, si deseratur Deus. Anima recedens à luce iustitię, quanto magis quærit quod inueniat contra iustitiam, tanto plus repellitur à lumine veritatis & in tenebrosis demergitur.

† Ro. 6. a. Colo. 3. b. Heb. 12. a. 1 Pe. 2. a.

† De pæd. 2. quõ renouari: De apo. c. quidam.

† per domum

b *Desperantes.* Vel indolorij, quod ex Græco trahitur, id est, de peccato non dolentes.

✠ Ambrosius. Gentiles futuræ resurrectionis desperatione cæcitatem cordis habere significat. Quasi enim vltra non futuri vitam suam contaminant turpissima operatione, nolentes se subiicere legi fidei, quæ prohibet voluptatem propter spem vitę futuræ: quam si idcircò tidendum censent, vt iure dehonestare se, & aliena appetere auida cupiditate videantur, quasi post hanc transpunctionem nulla sit vita.

✠ Primasius. Necesse est, vt qui de futura (vita) desperant, præsentibus hereant voluptatibus, sicut in libro Sapientię dicitur ex persona eorum, qui aoimam in aere dissolui præsumpserant, venite & fruamur bonis quæ sunt, &c.

c *Sicut veritas.* Hoc ideo dicit: quia sunt quidam in ecclesia qui sub nomine Christi non sequuntur veritatẽ quã Christus docuit.

d *Deponite.* Non jubet vt corpus deponatur, sed vt vita in melius mutetur. C

Amb

Ambrosius. Homo enim interior si vitia pristina sequatur vetus dicitur. Si autem in nouitate vitæ ambulat, alienus à seculari errore nouus dicitur. Eo igitur corrumpitur, quo veterascit. Ideo ait: *Deponite vos.* i. vetustatem, qua homo interior fit vetus, & corrumpitur. D

¶ Naturalem. a ¶ Sine spe immortalitatis. b ¶ A Deo qui est vita animæ. ¶ Quia Deus deserit eos.
c ¶ Quia ignorant vitam Dei.

a habentes intellectum: alienãti à vitã Dei † per ignorãtiam 1
a ¶ Permanens. b ¶ Quia Prædicationi oculos clauserunt. ¶ Alij duritiam.
c ¶ Etiam pro sua turpitudine.
b quæ est in illis, pr̃opter cæcitatem cordis ipsorum. qui † de- 2
a ¶ De futura vita. b ¶ Per voluptatem. c ¶ Fornicationi. d ¶ Et deinde tradiderunt se.
sperantes semetipsos tradiderunt impũdicitiæ in operatio- 3 4
a ¶ Vt nihil omnino quod immundum sit prætermittant. b ¶ In vehementi & insatiabili desiderio. ¶ Vel per se & alio vitio. ¶ Alij auariti im. ¶ Gentes ita ambulant.
nem immũdiciæ omnis in auaritia. Vos autem non ita 5 6
a ¶ Imitandum esse. b ¶ Eius prædicationem intellexistis, vel eum interius loquentem ita audistis, quod fitis edocti veritatem?
didicistis Christũm, si tamen illum audistis, & in ipso edo- 7
a ¶ Hanc s. ¶ Vt deponatis. ¶ Alias deponere.
c cti estis, sicut est veritas † Christo Iesu † Deponite vos secu- 8 9 10
d ¶ Non secundum substantiam, sed secundum conuersationem. a ¶ Effi delectantur.
e dum pristinam conuersationem veterem hominem, qui 11 12
a ¶ Etiam non solum secundum opera, & ideo deponite etiam desideria quæ veniunt ab errore, vel ducunt in errorem. ¶ Quotidie.
corrumpitur secundum desideria erroris. † Renouamini 13 14
a ¶ Per spiritum sanctum qui ducit rationem, vel mente spirituali. ¶ Id est spiritu qui est mens. b ¶ Opere. c ¶ Christi similitudinem.
f autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominẽ, qui 15
g a ¶ Humana natura, sed Dei potentia. b ¶ Communi operatione, omnibus bona præstando.
c ¶ Perfecta. ¶ Non hyp ocrisis.
h secundũ Dẽũ creatus est iustitia & sanctitate veritatis. † Pro 16 17
¶ Quia vetus deponendus est. a ¶ Quia nouus induendus est.
pter qd deponentes mẽdaciũ, loq̃mini veritatẽ vnusquisq; 18
¶ Quouis homine. a ¶ Quod decet. b ¶ Subseruiendo.
c ¶ Quamuis tolero quod vitari non potest, fed de ira ne veniatis ad actum peccati & ipsa non duret vsque ad occasum solis.
i cũ proximo suo: quõniã sumus inuicẽ mẽbra. † Irascimini, 19 20
k 21

† Propter

† postea q̃ dolere desierunt. lib 14. c. 26

✠ Chrysostomus. Renouari est, quando quod imeterauit, aliud ex alio factum renouatur. Itaque eadẽ quidem permanet substantia & idem subiectum, mutatio vero fit circa accidẽs. Quẽadmodum vnum quidem & idem est corpus, transmutatio vero fit iuxta id quod accidit: ita & hic. Quomodo autem fit renouatio? In spiritu inquit, mentis vestræ. Itaque si veterem actum quis quam habuerit, nihil proficiet. Actus enim veteres non feret spiritus.

† Psal. 4. a.

g *Qui secundum.* Conceptus est enim in vtero virginali, opere spiritus sancti de semine mulieris sine semine viri. hoc nouum fuit. Vnde Iere. *Nouum faciet dominus super terram: Mulier circundabit virum in gremio veri sui.*

Iere. 1. d.

Vel: *Secundum Deum.* id est ad imaginem Dei creatus in iustitia & sanctitate: quæ peccando perdidit.

h *Propter quod.* Exequitur partes veteris & noui hominis.

Aug. l. cõt. Mendac. cap 6.

i *Cum prox.* Etiã Gentili: qa omnis hõ proximus cõditione primæ natiuitatis, vel spe conuersionis omnis debet putari proximus.

Zach. 8. c.

k *Irascimini.* i. indignamini vobismetipsis tanta vehementia vt peccare desistatis, quia super hanc iram non occidit sol iustitiæ, sed

Aug. l. plal.

potius 4. F

✠ *archidiaconi, & diaconi Pastoribus, per quos intelliguntur septuaginta discipuli, sacerdotes curati. Doctoribus autem quicũque exercentes debitè actum docendi seu prædicandi.* 1 Donec occuramus. *Hic consequenter ostenditur dictæ distinctionis duratio, vsque scilicet ad iudicium. Tunc enim terminabitur tempus merendi, & per consequẽs promotio inferiorum per superiores ad bonum: & sic cessabunt hec officia. & hoc est quod dicitur:* Donec &c. *id est dicta officia exercebũtur in ecclesia militante.* Donec occurramus omnes in vnitatem fidei &c. *i. qui sumus vniti in fide & cognitione Christi.* 2 In virũ perfe. *i. occuramus Christo venienti ad iudicium qui est vir omnino perfectus.* 3 In mẽsuram ætatis plenitudinis Christi. *Omnes enim resurgent in ætate xxxiij annorũ: quæ est ætas plena & perfecta, & in qua Christus passus fuit.* 4 Vt iam non simus patuuli. *Nunc enim variantur homines secũdum diuersas cogitationes & actiones, & frequenter decipiuntur, & in errorem ducuntur per malorum persuasiones, quæ tunc cessabunt. Vnde subditur:* Et circumferamur omni vento &c. 5 Veritatem. *Ostensa circa corpus Christi mysticum distinctione membrorum, hic consequenter ostenditur connexio eorum. Sicut enim in corpore naturali à capite fit influxus ad alia membra, causans sensum & motum & connexionem membrorum, sic à capite Christo in corpus eius mysticum fit influxus gratiæ & virtuum, faciẽs connexionem spaeitum, & mutuam subuentionem ad omne opus bonũ, ideo dicitur:* Veritatem autem. *f. vitæ iustitiæ & doctrinæ.* 6 Facientes in charitate, crescamus in illo. *i. in Christo: quia per opera bona charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici.* 7 Ex quo. *s. capite Christo.* 8 Totum corpus compactum. *per virtutem fortitudinis.* 9 Et connexum. *per virtutem charitatis.* 10 Per omnem iuncturam. *i. amicitiam & communicationẽ fidelium bonã.* 11 Subministrationis. *i. per quam vnus communicat alteri bonum quod habet à Christo.* 12 Secundum operationem in &c. vniuscuiusque membri. *quia secundum gradus membrorũ ecclesiæ competunt diuersis diuersi actus, maiores & minores. sicut episcopis, sacerdotibus & religiosis &c.* 13 Augmentum corporis facit, *s. influxus prædictus à Christo capite.* 14 Hoc igitur. *Postquam Apostolus reduxit Ephesios ad seruandum ecclesiæ vnitatem, hic consequẽter eos inducit ad habendum morum honestatem. & primo respectu sui. secundo respectu proximi, ibi:* Propter quòd. *Circa primum inducit eos ad puritatem mentis & exterioris conuersationis, per quam bene disponitur homo respectu sui, di.* Hoc igitur dico: *quod sequitur:* 15 Vt iam amplius. *fidem Christi non habentes.* 16 Ambulant in vanitate. *id est, inniteutes sapientiæ terrenæ,* quæ est animalis & diabolica, Iacob. 3. 17 Obscuratum habentes *quia vitia, & maximè carnis, causant hebetudinem mentis.*

1 Alienati à via. *quæ non excusat, sed magis aggrauat, inquantum est per propriam malitiam acquisita.*

2 Qui desperantes. *se posse vitia dimittere propter habitum prauũ acquisitum & inclinantem per modum naturæ. propter quod tales se exponunt sine freno carnalibus vitiis ideo subditur:*

3 Semetipsos. *Quantum ad honestatem sensuum, vt aspectibus, oculis, tactibus impudicis.*

4 In opera. *quantum ad præparationem operis.*

5 Immundiciæ. *s. animæ & corporis. Aliter potest exponi.*

Qui desperantes, &c. *s. de præmio in alia vita. Semetipsos tradiderunt impudicitiæ propter quod in persona talium dicitur. Sapien. 2. a.* Nos ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus quasi non fuerimus, &c. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, &c. *Sequitur:* Nullũ pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra, &c. *Et quia pecunia ministrat materiam seu facultatem talibus vitiis, ideo subditur:*

6 In auaritiam. *per quam illicitè acquiritur pecunia.*

7 Vos autem. *i. euangelium Christi, quòd docet contrarium.*

8 Sitamen illum. *i. intellexistis.*

9 Et in ipso. *non solum speculatiuè, sed etiam practicè.*

10 Sicut est veritas. *qui cepit facere & docere, Act. 1. à ideo subditur.*

11 Deponite vos secundum. *i. relinquite vitia, in quibus fuistis tempore Gentilitatis.*

12 Veterem hominem. *id est, Adamique dicitur deponi, quando resistitur inclinationi carnis corruptæ ab Adam contractæ.*

13 Qui corrumpitur. *id est, licet delectetur secundum carnem, corrũpitur tamen vitiis secundum mentem, & etiam secundum carnem. Deditis enim carnalibus vitiis citius moriuntur cæteris.*

14 Renouamini autem spiritu. *id est, in spiritu, qui est vita mentis vestræ.*

15 Et induite nouum hominem. *id est, Christum per ipsius imitationem.*

16 Qui secundum. *secundum humanam naturam.*

17 Iustitia & sanctitate. *quia non fuit in eo duplicitas aliqua vel hypocrisis. 1. Pe. 2. d. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.*

18 Propter quod. *Hic consequenter Apostolus informat de moribus respectu proximi: Ad quem se bene habet homo per veritatem in ore, zelum bonum in corde, largitatem in manu & benignitatem in affectu, primum ponit di.* Propter quod deponẽtes mẽdacium, *per quod proximus defraudatur.*

19 Loquimini *per quam cum eo rectè viuitur.*

20 Quoniam sumus inuicem membra. *propter quod debemus nos mutuo iuuare. Consequenter ponit secundum, di.*

21 Irascimini. *ira per zelum: quæ non est contra naturam, sed contra eius vitium. Sed quoniam in hoc mensura rationis de facili exceditur:*

A potius illi irradiat. Irascimini. Amb Quod est naturalis motus animi contra peccantes, sed ne modum excedendo peccetis asperius arguendo. vnde Salomon: *Noli esse nimis iustus qui perit in iustitia sua.* Temperãda est ergo iustitia, vt & Deus suffert iniquos, vt aliqui ex eis corrigantur. (Eccl. 7. c.)

✠ SEDVLIVS. Euidenter hoc dicit vitiis & furori vestro, ne cõuenientibus vobis sol iustitiæ Christus incipiat propter iracundiã vestram mentib. obscuratis occidere, & discedẽte illo locum diabolo in vestris cordibus præbeatis.

✠ PRIMASIVS. Non mentem ira inebriet, sed seueritas dispẽsetur: nec tuam iniuriam, sed fratris animaduerte peccatum: Vel irascimini vobiscum, in aliquod præuenimini.

a *Sol non.* Vult vt ira non duret, quia si durat, datur occasio diabolo. Iratus enim male cogitat, & sic se diabolus inserit, vt mala peragat. Sol non occi. Christus mentem non deserat, qui cum ira nunquam habitat.

b *Nolite locum.* Aug. in psal. 60. Duæ sunt portæ, quib. diabolus intrat, cupiditas, & timor de terrenis. Eisdem in contrarium versis Deus intrat. Illi sunt claudendæ, isti aperiendæ.

✠ CHRYSOSTOMVS. Per iram inuicem impugnare, est locum dare diabolo. Oportet enim omnes pariter esse mutua compactione constipatos, & simul illi resistere: Quemadmodum (enim) quãdiu lapides bene compacti sunt, nihilque vacuum inter se habent, firmi & infracti perstant: si verò vel foramen acus dũtaxat quod vtrunque penetret, aut scissuram, quæ capilli locum habet, fieri contigerit, omnia dissoluuntur ac pereunt: ita & diabolus, donec compacti quidem ac bene compositi fuerimus nihil suorum omnino poterit inferre.

c *Omnis sermo, &c.* Amb. In Dei namque seruo omnia bona debent videri, nec ex aliqua parte puritas eius debet maculari. C

(Margin: † Iac. 4. b. † operando — † spurcus — Augusti in psal. 27. & 57. — † maledicentia. B — † Col. 3. b. — Portæ diaboli duæ Aug serm. 72. de tem. & in psal. 41. — 1. Pet. 5. b.)

a ¶ Vobis de præteritis peccatis quod est pœnitere. b ¶ Vlterius peccare desinite. c ¶ Splendor rationis, vel Deus, ne per iram quasi per montem interpositum obscuretur vobis.
a & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestrã. 1
a ¶ Id est si quis etiam irritat, quod est tentatio diaboli. b ¶ Perseuerando in ira. 2
c ¶ Aliæ partes veteris hominis. d ¶ Aliquo dolo quid auferat.
b † Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam nõ fure- 3
a ¶ Non solum per seruos. b ¶ Non praua opera lucri. 4
tur: magis autem laboret † operando mãnibus suis, quod bo 5
a ¶ Non tantum vnde viuat, sed etiam. ¶ Alias bus. ¶ Etiam. 6
num est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Om 7
a ¶ Etsi fuerit corde conceptus. b ¶ Nec bonus inutiliter dicendus. 8
c nis sermo † malus ex ore vestro nõn procedat, sed si quis bo 9
a ¶ Ita oportune & circunspecte procedat. b ¶ Id est vt sit gratus audientibus. 10
nus est, ad ædificationem † fidei, vt dẽt grãtiam audientib. 11 12
a ¶ Gaudet si de eo proficimus, aliter tristatur, i. deserit. b ¶ A vobis per mala opera fugando.
c ¶ Quia ipse est. ¶ In cuius gratia. d ¶ Quasi cera sigillo forma nouitatis vobis impressa. 13
d Et nolite contristãre spiritumsanctum Dei, in quo signati 14
¶ Id est in die baptismi. ¶ Et. a ¶ Dictis & factis mordacibus. b ¶ Subitus furor. 15
e estis in die redemptionis. Omnis amãritudo, & ira, & indi- 16
a ¶ Quæ est si minor sublimatur. ¶ De ira venit. b ¶ De indignatione quasi vox insani. 17
¶ Contentio. c ¶ De clamore. ¶ Vbi falsa de Deo dicuntur. d ¶ Quia illis pressis poterat malum in corde teneri, subdit: 18 19
f gnãtio, & clamor & † blasphẽmia tollatur à vobis cũm om- 20
a ¶ Cordis. ¶ Quia perniciem possent præstare. ¶ In Deum & in sanctos. b ¶ Partes noui hominis prosequitur. c ¶ Largi de facultatibus vestris. d ¶ Affectu & compassione mentis. 21 22
ni mãlicia. † Estote autem inuicem † benigni, misericor- 23
¶ Etsi non est quod dent. a ¶ In vos commissa, alioquin Deus repetet dimissa, sicut in euangelio de seruo nequam legitur. ¶ Per Christum. 24
des, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit 25 26
vobis.

d *Et nolite.* Per inobedientiam prædicatorem veritatis, quod est spiritum sanctum contristare quantum ad vos. Quod non debetis in quo vos quasi cæra sig. es. eius imagine vobis relicta: Vel estis signati. id est discreti à malis. Nolite contrist. spiritumsanct. Aug: Spiritussanctus in se immutabilis, sed in sanctis facit gaudere de profectibus aliorum, tristari de lapsibus, quod venit ex charitate quam facit. & ideo dicitur contristari, quia hoc facit in suis. Vt Deus dicitur scire, quando scire facit, & requiescere ab operibus quæ valde bona fecerat, qa nos facit requiescere, cũ bona opera fecerimus. (D — Aug. lib. 4. de Gen. ad liter. c. 9. & li. de Trin. & vnitate Dei, ca. 10.)

✠ PRIMASIVS ET SEDVLIVS. Non quod ipsa spiritussancti substantia contristari potest, cum habeat æternam atque incõmutabilem beatitudinẽ, sed quia ita in sanctis habitat, vt eos impleat charitate qua necesse est vt homines ex tempore gaudeant, profectu fidelium, & bonis operibus. Et ideo necesse est, vt etiam cõtristentur lapsu vel peccatis, de quorum fide ac pietate gaudeant, quæ tristitia laudabilis est, quia venit ex dilectione quam spiritus sanctus infudit. Propterea & ipse spiritus sanctus dicitur contristari ab eis, qui sic agunt, vt eorum factis contristentur sancti, non ob aliud, nisi quia spiritum sanctum habent, quo dono tam boni sunt, vt eos mali mestificent, hi maximè quos bonos fuisse siue nouerunt, siue crediderunt, quæ perfecto tristitia non solum non culpanda verumetiam præcipuè laudanda atque prædicanda est. († opportunitatis. i. quoties opus est. E — † comes)

e *Omnis amaritudo.* Amb. Hæc etiam si fiant accedentibus causis, tamen temperanda sunt.

f *Blasphemia.* Augustin. Est per quam de ipso Deo falsa dicuntur. Et ideo peius est blasphemare quàm peierare, quia peierando falsæ rei adhibetur testis Deus: Blasphemãdo de ipso Deo falsa dicuntur. (l. cont. mẽdac Blasphemare & peierare.)

CAP F

NICOLAVS DE LYRA.

propter quod legitur de Platone, quod seruum suum peccantem tradidit alteri puniendum, ne ipsam mensuram rationis iratus excederet. ideo subditur: (Plato irasci noluit.)

1 Et no peccare. *mensuram rationis excedendo.*
2 Sol non oc. &c. *quasi dicat si ira mensuram rationis aliqualiter excedat, tamen cito transeat. Tertium autem ponit di.*
3 Qui fu. *ante conuersionem de Gentili errore.*
4 Iam non fu. *Christianitatis tempore.*
5 Magis autem la. *diligenter & strenuè.*
6 Vt habeat &c. *non solum ad sufficientiam suam sed etiam ad releuandam proximi indigentiam.*
7 Omnis ser. *Hic consequenter ponit quartum di.* Omnis ser. malus, &c. Ex abundantia enim cordis os lo. *Mat. xij. c. & ideo sermo malus non procedit de corde benigno.*
8 Sed si quis. *scilicet sermo exeat de ore vestro.*
9 Bonus *supple sit.*
10 Ad ædificationem fidei. *id est fidelium. ideo subditur:*
11 Vt det gratiam audi. *id est, vt sit eis gratus. Et quia debet homo magis vitare offensam Dei quam hominum, ideo subditur;*
12 Et no. con. spiritumsan. Dei. *ipsum peccatis vestris ad iracundiam prouocando.*
13 In quo signa. estis. *per sacramentum baptismi, in quo character imprimitur.*
14 In die redemptionis. *Licet enim dies redemptionis humanæ generaliter sit dies passionis Christi: quia tamẽ in baptismo effectus huius passionis applicatur plenarie cuilibet baptizato specialiter, ideo dicitur tunc dies redemptionis suæ. Et quia baptismus dicitur noua regeneratio, & per consequens totius malignitatis ablatio, subditur:*
15 Omnis amaritu. *quantum ad rancorem & odium.*
16 Ira. *quantum ad vindictæ appetitum.*
17 Et indi. *quantum ad duriciam faciei.*
18 Et cla. *quantum ad contentionem contra proximum.*
19 Et blas. *contra Deum.*
20 Tollatur à vobis. *in Christo renouatis.*
21 Cum omni mali. *vt sic generaliter omne vitium excludatur. Et per oppositum concluditur:*
22 Estote autem inuicem men. *bona communicando.*
23 Misericordes. *mutuam indigentiam releuando & in malis compatiendo.*
24 Donantes inuicem. *offensas remittendo.*
25 Sicut & Deus in Christo. *id est per Christum.*
26 Donauit vo. *remissionem peccatorum.*

CAP

ADDITIO.

In ca. iiij. vbi dicitur in postil. Ex quo scilicet capite Christo totum corpus compactum.

Totum corpus, scilicet Christi mysticum est compactum per virtutem fidei: quia inquantũ fides est vna, omnes fideles efficiuntur vnum corpus, etiam per fidem informem, sicut corpus humanum etiam sine anima est vnum corporis organici integritate, & connexum per virtutem charitatis: quæ est forma fidei: per quam corpus ecclesiæ assimilatur

fidei: per quam corpus ecclesiæ assimilatur corpori organico animato per omnem iuncturam subministrationis, quia sicut in corpore humano organico per iuncturas distinguũtur membra secundum diuersa officia, sic in corpore Christi mystico diuersa membra ecclesiæ diuersis operationibus deputantur, de quo subdit: secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri.

REPLICA.

In c. 4. vbi Apostolus probat connexionem membrorum ecclesiæ ad vnum caput, quod est Christus ita & postil exponit. Burg. autem volens aliquid specialitatis dicere, dicit totum corpus Christi mysticum compactum per virtutem fidei: quia inquãtum fides est vna, omnes fideles efficiuntur vnum corpus, etiam per fidem informem sicut corpus humanũ etiam sine anima est vnum. Sed illa Burg. additio videtur erronea. Nam error videtur dicere Christũ fore partẽ corporis mystici inanimati, quia per solam charitatem quæ est forma & anima fidei, Christus coniungitur membris, & membra Christo. Fides enim informis non facit aliquem esse membrum Christi, nec membrum ecclesiæ nisi secũdum quid, vel verius putridũ: quia per fidem informen quisquis est in ecclesia, est in ea solũ numero non tamen merito. Sicut igitur à secũdũ quid ad simpliciter nõ valet argumẽtũ, ita etiã secũdũ fidẽ informẽ nõ dicitur corpus Christi cõpactũ, nisi secundũ quid. Sicut homo mortuus nõ dicitur homo, nisi cum determinatione distrahente

CAP. V.

A a *In odorem suauitatis.* Aug. Si Christi mors Deo fuit suauis odor, ergo mortem eius libenter accepit. Nõ ergo peccauerunt qui illũ crucifixerunt. Sed nõ est ita, quia iniustè iustũ occiderũt. Qui patris est sua voluntate oblatus est: sicut & Iudas quid habet nisi peccatum in tradẽdo Christum? Nisi tamen se traderet Christus non eũ traderet Iudas. Tradidit Iudas Christum, tradidit se Christus. Sed ille agebat negocium suę venditionis, iste nostræ redemptionis. Ideo ille impiè deliquit, hic misericorditer egit. B

✠ CHRYSOSTOMVS. Vides quod pro inimicis pati, odor sit bonæ fragrantiæ, victima acceptabilis? Quod si mortuus fueris pro illis, tum demũ eris victima. Istud scilicet est imitari Deũ. C D

(Margin: Tract 9. & 96. in Io. † Ioh. 3. d. 1. Ioh. 4. b. — † 45. di. ca. clericũ. 32. q. 4. c. inco. — † non conueniunt. — † 1 q. 1. c. cũ omnis & c. sicut vrgeri. in fi. & q. 3. ca. Salua tor De præ ben. c. auariciæ. — † inobediẽtiæ. † De pæ. di. 4. c hãc societatem.)

CAP. V.

¶ Et quia Deus donauit. ¶ Nunc. ¶ Inuicem vobis condonando. ¶ Tunc filij charissimi.
Estote autem imitatores Dei sicut filij 1
a ¶ Operum exhibitione. ¶ Non solum condonetis, sed. b ¶ Ponentes animas pro fratribus si opus est.
charissimi & ambulate in dilectione, 2
a ¶ Ita syncere.
sicut & Christus dilexit nos, & tradi- 3
a ¶ Dum iniuriatus est spuris, colaphis & huiusmodi. 4
dit semetipsum pro nobis, oblatione 5
a ¶ Dum occisus in cruce. b ¶ Quia pro iustitia occisus. ¶ De quo dicebatur in lege. c ¶ Cum liberis à viro. 6
a & hostiã in odõrem suauitatis. † Fornicatio autem & om- 7
a ¶ Incontinentia ad libidinem pertinens, quocunque modo fiat. b ¶ Immoderata cupiditas habendi. 8
¶ Nec suspitio sit in vobis.
uis immundicia, aut auãritia, nec nominetur in vobis, sicut 9
a ¶ Vt in osculis, amplexibus. b ¶ Vt per blanda verba. c ¶ Quæ à stultis curialitas dicitur: quæ risum mouere solet. 10 11
decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut † scur- 12
a ¶ Ad vtilitatem. ¶ Quamuis magno labore agatur. b ¶ Nominetur in vobis. 13
rilitas, quæ † ad rem non pertinet: sed magis gratiarum a- 14
a ¶ Mentis ratione. b ¶ Quod scripturæ inde dicunt. 15
ctio. † Hoc autem scitote intelligentes, quòd omnis forni-
b cator, aut immundus, aut auarus, † quod est idolorum ser- 16
a ¶ Quod est patris & filij.
uitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei:
a ¶ Contra hoc. b ¶ Promittens impunitatem ex misericordia Dei, vel prædicans naturalia, vt pseudo. qui bona dicunt & non faciunt. 17
c Nemo vos seducat inanib. verbis, propter hæc enim venit 18
a ¶ Diaboli, de quibus diffidimus, vel qui diffidunt. 19
ira Dei in filios † diffidentiæ. Nolite ergo effici partici- 20 21
¶ Similes. a ¶ Et ideo non mirum si tunc hæc mala in vobis. b ¶ Per ignorantiam peccantes. 22
pes eorum. † Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem 23

✠ PRIMAS. & SEDVLI. Suauissimus Deo odor est charitas.

b *Auarus.* Auaritiã idololatriæ æquat, qa illum auarũ significat cuius Deus nummus est, vel quia res Dei quas Deus vult seruire indigentib. vsurpat sibi & recõdit, & Deo pfert sicut idololatria Dei honorificentiam. (Aug. lib. 50 hum. hom. vltima.)

✠ PRIMAS. & SEDVL. Auarus dum solidos seruat, & pecunię famulatur, de qua nec sibi nec aliis prospicit, vtique effigiẽ humanã colit, modũ simulachrorũ non incongruè idolis seruire dicitur. E

Amb. Vel auar⁹ est adulter, qui sibi res alienas vsurpat. i. alienam vxorem.

c *Inanibus verbis.* Omnes eorum rationes sunt

(Margin: † vrbanitas facetia aut lepos. — † qui est idolorum cultor.)

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

Estote autem, &c. *Postquam Apostolus instruxit Ephesios in moribus verbo, hic consequenter idem facit Saluatoris exemplo. Et primò proponit exemplũ imitabile, di.* (Diuisio.)
1 Estote autem imitarores, &c. *q. d. aliter essetis filij degeneres, & per consequens à Deo reprobandi.*
2 Et ambulate. *Hic consequenter inducit Ephesios ad imitandum Christum qui est exemplar verum, & primò in feruore charitatis, secundò in decore sanctitatis, ibi:* Fornicatio. *tertiò in splendore cognitæ veritatis ibi:* Videte itaque. *Circa primũ dicit:* Et ambulote in dilectione. *procedendo per bona opera ad augmentum charitatis.* (Diuisio.)
3 Sicut & Christus dilexit nos. *Ly sicut, non importat æqualitatẽ, sed quandam conformitatem*
4 Et tradidit semetipsum pro nobis. *q. d. ita debemus in necessitate pro salute fratrum animas ponere.*
5 Oblationem & hostiam. *Deo in cruce.*
6 In odorem suauitatis. *Fuit enim illa oblatio Deo acceptissima: quia processit ex maxima charitate.*
7 Fornicatio. *Hic consequenter inducit ad imitandum Christi mundiciam, secundò circa hoc remouet errorem, ibi.* Nemo vos seducat. *Circa primum dicit.* Fornicatio autem. *quæ est concubitus soluti cum soluta.* (Diuisio.)
8 Et omnis immundicia. *vt per hoc includuntur omnia ad vitium luxuriæ pertinentia.*
9 Aut auaritia. *id est, immoderata concupiscentia pecuniæ. Vnde dicitur auarus, quasi auidus æris.*
10 Nec nominetur in vobis. *id est, sic à talibus sitis elongati, quod non possitis in aliquo notari.*
11 Sicut decet sanctos. *id est, Christianos qui dicuntur sancti, quasi sanguine tincti, quia Christi sanguine redempti.*
12 Aut turpitudo. *in dissoluto gestu.*
13 Aut scurrilitas. *id est, iocularitas.*
14 Quæ ad rem non pertinet. *idest, nihil valet, sed magis nocet. Si enim dicatur verbum iocosum propter causam aliquam recreationis honestam, non nocet, sed magis valet ad recreationem spirituum. Vnde & iiij. Ethi. circa hoc ponitur à Philosopho quædam virtus quæ dicitur eutrapelia, qua aliquis scit conuertere dicta vel facta ad solatium honestum.* F
15 Sed magis gratiarum actio. *Deo & hominibus de beneficiis acceptis. Consequenter prædictorum vitiorum ponit causam, dicẽs:* Hoc autem scitote intelligentes. *Et patet litera hoc excepto.*
16 Aut auarus: quod est idolorum seruitutis. *non propriè sed similitudinariè. quia de censu facit Deum suum, ipsum cæteris præponẽdo.*
17 Nemo. *Hic consequenter remouet errorem. Dixerunt enim aliqui, quòd prouidentia Dei non se extendat ad actus humanos. in quorum persona dicitur Iob xxij. c.* Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. *& per consequens non punit facta hominum, nec remunerat. Hunc errorem remouet di.* Nemo vos seducat inanibus verbis. *Dicere enim, quòd prouidentia Dei non se extendat ad actus humanos, est multum inane: quia sequeretur ipsum multa ignorare, quæ scimus nos, quod est inconueniens, sicut arguit philoso. j. de anima contra Empedoclem.*
18 Propter hæc enim. *quia aliqui credebant Deum facta hominum non punire, nec remunerare.*
19 Venit ira Dei. *id est, eius vindicta.*
20 In filios diffidentiæ. *id est, super illos qui diffidebant de diuina remuneratione, vt dictum est, & tales videntur fuisse illi qui perierunt in diluuio.*
21 Nolite ergo effici participes eorum. *in culpa, nec sitis socij in pœna.*
22 Eratis enim aliquando tenebræ. *id est, inuoluti ignorantia tempore Gentilitatis. Et dicit tenebræ in abstracto, ad designãdum magnitudinem erroris, sicut de homine multum largo dicitur, quòd est ipsa largitas. q. d. Apostolus. Non est mirum si tunc eratis inuoluti enormibus peccatis.*
23 Nunc autem. *id est, post conuersionem vestram ad Christum, estis.*

Lux in

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A nes sunt inania verba, fructu vacua ad supplicia trahentia.

a *Fructus e.* Huiusmodi autem opera sunt fructus & opus lucis.

b *Et iustitia,&c.* Vel iustitia & veritas sunt partes bonitatis. Et est sensus: *In omni boni.* & pro id est, *iustitia & veritate.*

c *Redarguite.* Vt alibi ait Apostolus. Hoc agite, vt fortis terribiliter persone increpatio, & intus lenitatis teneatur dilectio. Duo coniungit, vt, scilicet, non comunicent consentiendo & redarguant. His enim duobus modis non te maculat malus, si non cōsentis, etsi redarguis. Vtrunque complexus est Apostolus, dixit. Nolite communicare: nolite consentire, laudare & approbare. Et quia parum est nō consentire addit: Magis autem redarguite, id est, reprehendite, corripite, coercete. Et B est sensus: Non sitis consentientes malis approbando, neque negligētes arguendo, neque superbiētes insultanter arguendo.

d *Omnia autem.* Sed redarguēda sunt, quia sic manifestantur saepe per confessionem & pœnitentiam: & ideo arguendum est: quia ꝙ sic manifestatur, vertitur in lumen. Vel illi mali manifestantur sibiipsis quòd mali sunt: & ideo arguendi, quia sic incipiunt esse lumen. Vel redarguite. *Omnia autem,&c.*

e *Omne enim quod ma.* i. malus cum sibi innotescit esse malus.

✠ Ambrosius. In manifesto ambiguitas non est, neque excusari potest quod palam delictum est. Sicut enim apparente sole diem esse negari iam non potest, ita nec manifesto peccato obiurgatio falsa videri.

✠ Primasius. Sicut ad Corinthios ait, Occulta etiam cordis eius manifesta fiunt.

C f *Lumen est.* id est, per pœnitentiam incipit conuerti in bonum. *Lumen est.* i. non ambiguum nec potest excusari, quod palam dictum est.

g *Surge.* per confessionem. *Et exurge.* per satisfactionem.

Ambro.

† spiritus. — † enim — † enim — † Ex pergiscere. — Aug. tract. 12. in Ioh. — † Ro. 12. a. — 1. Tes. 4. a. — † occasionem opportunitatem. — Aug. in psa. 62.

a ¶Ex discretione bene operantes, & iustificati per fidem & baptismum: & filij Dei per adoptionem, qui est lux vera. b ¶Non in vobis. c ¶Et ideo. d ¶Scilicet vitae: vt filij die bonorum operum gressu, sancte & immaculate. e ¶Quia haec opera sunt lucis. 1

a lux in domino, ut filij † lucis ambulate. Fructus enim † lucis 2

a ¶Scilicet viuere. b ¶Vt boni in vobis. c ¶Proximis quod iustum est faciatis. d ¶Vt vera loquimini. 3
e ¶Ambulate, prius probantes & ratione discernentes. f ¶Q. Opera vestra ita sint circumspecta, vt bene placeant Deo. 4

b est in omni bonitate & iusticia & veritate: probantes quid 5 6

a ¶Vt filij lucis ambulate. b ¶Vt cum bonis sit pars malorum. ¶A malis corde disiungamini, non corpore. 7

sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus 8

¶Alias osorum. a ¶Non negligentes in corrigendis vestris. ¶Leni tamen animo. b ¶Nolite comunicare. 9

c infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quae 10

¶Non communicate: nec debetis. a ¶Id est, in cogitatione. ¶Loco non palam. ¶In hoc apparet quod turpia. b ¶Non solum facere. c ¶Praesertim mali.

d enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere. Omnia 11

a ¶Ab illuminatis. ¶Sanctis & bonis hominibus qui filij lucis. b ¶Sibiipsis quòd mali sunt. ¶Ante nesciuntur. c ¶Malus praesertim.

e † autem quae arguuntur, à lumine manifestantur. Omne 12

a ¶Sic. ¶Per confessionem & pœnitentiam. b ¶In lumen vertitur, quia bonum est, quod peccatum per paenitentiam & confessionem manifestetur. c ¶Scilicet quia fit lumen quod manifestatur. 13 14

f † autem quod manifestatur, lumen est. Propter quod 15

a ¶Spiritussanctus per me. b ¶Torpes & nescis te in peccatis. ¶Oblitus Dei. c ¶A futura damnatione. d ¶Hic per fidem: & in futuro per speciem. 16

g dicit: † Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illu- 17

a ¶Qui est sol iustitiae. b ¶Quia prodest redarguere. c ¶Quo moderamine. 18

minabit te Christus. † Videte itaque quomodo † caute 19

a ¶Viuendo & redarguendo. b ¶Indiscreti. c ¶Scilicet in omnibus prouidentes. d ¶Praeparantes oportunitatem seruiendi Deo & vacandi diuinis, quod necesse est: quia hodie sunt mali homines.

h ambuletis. Non † quasi insipientes, sed vt sapientes, re- 20

a ¶Id est, in hac vita multa occurrunt impedimenta. ¶Quia mali dies. 21 22

i dimentes † tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea 23

a ¶Inconsiderati. b ¶Quaerite quid Deo placeat. c ¶Vt omnia cum modestia agantur. 24

nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit volun- 25

D ✠ Ambrosius. Dormitionem hanc, stuporem mentis significat, qua alienatur à vero. Alienatio verò haec species mortis est. Ex qua resurgere commonetur: vt resipiscēs agnoscat veritatem, quae est Christus. Perfidi ergo & vitiosi Demersi in cœnum sub desperatione vitae, vt resurgant siue emergant admonētur, & habeant partem cum Christo, vt de tenebris transeant ad lucem, & à morte ad vitam.

✠ Sedulius. Ego secundum ingeniolū meum omnes aeditiones veterum scripturarum, ipsa quoque Hebraeorum volumina diligenter euentilans, nusquā hoc scriptum reperi, nisi fortè hoc dicamus, quemadmodum olim prophetae in cōcione populi loquebātur: Haec dicit domin': Et Quoniam Dominus loquutus est. Ita & Apostolum spiritu sancto plenū, repente in verba E quae in se Christus loquebatur erupisse, atque dixisse: *Haec dicit Dominus.* Necnon & illud est differendū quomodo vni atque eidem dicatur, quasi dormienti: *Surge qui dormis,* quasi mortuo, *Exurge à mortuis.* Igitur quia & spiritus est hominis, quē semper in bona parte scriptū inuenimus, & anima, cuius infirmitates & mortes legimus peccatorum, id quod nunc dicitur: Surge qui dormis, refertur ad spiritum. Et quod sequitur, exurge. à mortuis animae coaptetur: Anima enim quae peccauerit ipsa morietur: Spiritus mortem nunquam legimus. Christus verò orietur ei, qui surrexit à mortuis: & ex mortuis fuerit suscitatus.

h *Redi. tem.* vel quod minus fecistis in vno tempore, restituite in alio dimidiantes dies quos impij non dimidiant Alij enim dimidiant, alij implent dies, alij nec incipiunt. i. alij moriuntur in Aegypto, alij in deserto, alij in terra sancta. Nec mirum si minus F fecistis, quia mali dies, nec possunt omnia agi pro libitu.

i *Dies mali sunt. Propterea nolite fieri.* Pro malicia & miseria hominum dicuntur dies mali. Caeterum dies isti quantum pertinet ☞ ad spacia

† circunspecte. — † vt — Dies quomodo mali Aug. lib. 50 ho. ho. 10. & ser. 24. de verb. ap.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Lux in domino. *per claritatem gratiae & notitiae, ideo concludit.*
2 Vt filij lucis ambulate. *procedendo de virtute in virtutem.*
3 Fructus enim lucis. *id est, eius opus.*
4 Est in omni bonitate. *quo ad seipsum.*
5 Et iustitia. *quo ad proximum.*
6 Et veritate. *quo ad Deum fideliter ei seruiendo. ideo subdit.*
7 Probantes. *id est, discernentes.*
8 Quid sit beneplacitum Deo. *Serui enim fideles diligenter inquirunt implere beneplacitum dominorum.*
9 Et nolite communicare,&c. *i. peccare cum peccatoribus, sed magis eos arguite.*
10 Quae enim in occulto fiunt. *propter quod praedicantes contra vitia turpia, non exprimunt ea directè, sed per circumlocutionē. Quod autem fideles qui sunt lux in domino, vt dictum est, debeant talia arguere, ostendit dicens:*
11 Omnia autem quae arguuntur. *tanquam reproba.*
12 A lumine. *verae doctrinae.*
13 Manifestantur. *talia esse.*
14 Omne autem quod manifestatur lumen est. *participatiuè, inquantum ponitur in luce. Et ad hoc arguuntur vitia, vt peccatores eorū turpitudinē cognoscentes, resiliant ab eis, vt fiant lux in domino.*
15 Propter quod dicit. *scilicet, spiritussanctus per me.*
16 Surge qui. *in peccatis marcescendo.*
17 Et exurge a mortuis. *ab insipientibus te separando qui dicuntur mortui, Matth. viij a. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*
18 Et illuminabit te Christus. *per fidem charitate formatam.*
19 Videte *Hic consequenter Apostolus inducit Ephesios ad imitandum Christi sapientiam, quae est sapientia Dei patris, vt dicitur. j. Corint. j. c.* Videte itaq; quo caute. amb. *societates prauorū declinando.*
20 Non quasi insi. *qui talibus se immiscent, distinguere nescientes bonum à malo.*
21 Sed vt sa. *qui circa bona & mala optimè iudicant, illa prosequendo ista fugiendo. In qua unque enim arte dicitur sapiens, qui bene iudicat de prosequendis, & vitandis secundum artem illam. Sicut sapiēs miles in arte militari dicitur, qui scit bene iudicare de expediendis ad consecutionem victoriae, & oppositis vitandis,&c. Et eodem modo est in moribus.*
22 Redimentes tempus. *bonis operibus insistendo habita opportunitate temporis.*
23 Quoniam dies mali sunt. *i. quia frequenter ex improuiso impedimenta superueniunt.*
24 Propterea. *id est, de futuris non prouidētes. Dicitur enim prudens quasi procul videns i. à longe sibi prouidens ante factum, & per oppositum imprudens: Veruntamen, quia hic accipitur prudētia in his quae pertinent ad salutem, ideo subditur.*
25 Sed intelligentes quae sit voluntas *à quo expectatis remunerari. Et quia vitia carnis obumbrant intelligentiam,*

17 Et exur-

✠ Et nolite

☞ A ad spacia horarum ordinati sunt. Ducunt enim vices, agunt tempora, oritur enim sol, & occidit, transeunt tempora. Cui molesta sunt tempora, si homines sibi non sunt molesti? Dicuntur ergo dies mali, vt dixi, propter miseriam hominum & maliciam. Sed miseria hominis communis est: non debet ergo malicia esse communis. Ex quo enim lapsus est Adā de paradiso, nunquā fuerunt dies nisi mali. quod ostendit puer qui nascitur, qui à ploratu incipit. Nondū loquitur, & iam prophetat in labore se futurum & timore. Redimamus ergo tempus. Redimitq pdit, id est, dat de suo vt vacet Deo, quasi det nummū pro vino. Das nummum, & emis vinum. Aliud B das, aliud accipis aliquid amittis, aliquid acquiris: Sic ergo perdi nummos, vt emas tibi aliquid. Sic perdas de tuo, vt emas tibi quietem. Vnde *Si quis vult tecum iudicio contendere, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium,* vt habeas quietum cor, ne perdas tempus vacandi Deo, à quo vult te auocare damno & litibus.

a *Subiecti inuicem.* Amb. Non solum auditores praelatis, sed etiam prelati subditis: in charitate eis seruiendo & humiliter curam gerendo Nam etsi dignitas maiorum est, administratoria tamen est. Vnde Apostolus: *Omniū me seruum feci.* Est ergo maiorum, salua tamen dignitate, seruire, sicut C minorum est humiliter obedire, haec autem tam maiorū quam minorū ordinata subiectio, debet esse in casto timore Christi, qui humilitatem mandauit.

D b *Mulieres.* Hucusque communiter de moribus egit, nunc quaedam singulis ordinibus suadet.

✠ Primas. Non eos sicut Corinthios lactabat incontinentes, sed perfecto cibo continētiae nutriebat, timet ne in plerisque cessante carnis officio aut in mulieribus subiectio, aut in viris cessaret charitatis affectus, & non tā cōtinentiā quàm diuortiū docuisse videretur.

c *Non ha. ma.&c.* Quia per actionem bonam munda est à macula, & per spem tēsa ad superna. proinde vestis eius in monte tanquam nix dealbata effulsit quae significabat ecclesiā omni macula peccati mundatam, quae per Christi in ligno crucis extensionem extēnsa est E à ruga. & desiderio ad caelestia. *Non habētē nunc ma. aut ru. sed vt sit.* hic per bona opera.

d *Et immaculata.* in abstinentia mali. Vel: tunc sanctam per gloriam, immaculata, per corruptionis remotionem. Sicut Christus fudit sanguinem, vt lauaret maculam ecclesiae, & extendit se in cruce, vt tolleret rugam: sic & viri si opus est debent mori pro saluandis vxoribus, & verbo vitae eas instruere, vt exhibeant eas Deo.

e *Nemo enim vn.* Qui mauult esse sine corpore, non corpus sed corruptiones & pondus eius odit.

☞ a Sicut F

† 35. distin. c. vinolentum De cō se. di. 2. c. In calice De iureiu. & si Christus §. quaedam — Mat. 5. f. — † per verbum, vt — † De pœni. distin. 1. c. ecclesia — † 47. dist c sicut hi. §. necesse 1. Cor. 9. d.

Matt. 11. d. — † luxurie — † 92. di. c. Aug. ser. 29. de verbo. Apost. Ibid. 17. a. Tract. 15. in Io. in psal. 50. & 132. — † Dei — † 32. q. 6. c. si. De sa. vncti. c. vnico 1. Cor. 11. a. Col. 3. c. 1. Petr. 3. a. — † Col. 3. c. — † irreprehēsibilis — Aug. l. 21. cōt. Faust. c. 7. & tract. 2. in Io.

a ¶Nihil minus conuenit alios arguenti. b ¶Ex quo procedit motus malus, vnde tollitur autoritas redarguendi.

tas Dei. † Et nolite inebriari vino, in quo est † luxuria, sed 1

a ¶Dona spiritussancti. b ¶Hoc modo poteritis impleri spiritu, si vos intelligitis, & vos intus instruitis de his quae dicitis, scilicet psalmis, qui ad bonam operationem admonent: & hymnis, qui de laudibus Dei, & canticis, quae de aeterno gaudio & ideo spiritualiter spiritualia intelligenda sunt. & post locutionem horum cantantes. Deum laudātes, & de aeternis exultantes, sicut hymnus & canticum docet, & psallentes opere vt psalmus docet. 2 3 4

impleamini spiritusancto, loquentes vobismetipsis in psal- 5

mis, & hymnis & canticis spiritualibus: † cantantes & 6

a ¶Spontanea voluntate. b ¶Ad gloriam domini, non vestram. ¶Pro prosperis & aduersis. 7

psallentes in cordibus vestris: domino gratias agentes sem- 8

¶Donis. a ¶Exaltando. b ¶Per quem nos adoptauit: & per quem nos eum cognouimus.

per pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi

a ¶Quia Deus est credendo. b ¶Quia pater est Christi natione aeterna, nobis adoptionis gratia. c ¶Humiliter curam gerendo. d ¶Casto timore Dei, qui humilitatem mandauit.

a b Deo & patri. Subiecti inuicem in timore † Christi. † Mu- 9

a ¶In simplicitate. ¶Sicut Sara quae dominum vocabat Abraham. b ¶Rector. ¶Autor vnde caepit. 10

lieres viris suis subditae sint sicut domino quoniam vir ca- 11

a ¶Rector autor. b ¶Christus.

put est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiae, ipse sal-

a ¶Est. b ¶id est, ecclesiae. c ¶Christus est saluator ecclesiae, quod vir non est mulieris: sed tamen vt ecclesia.

uator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Deo in

¶Quae non contra Deum.

Christo, ita & mulieres viris in omnibus. † Viri diligite 12

¶Quarum caput estis. a ¶Cuius caput est. b ¶Adeo dilexit quod

vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, et sei- 13

¶Ita & vos pro vxoribus si opus sit. a ¶Iustitia bonae vitae. b ¶Prius à peccatis. 14

psum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam 15

a ¶Sanctificatę. b ¶Quo datur vita. ¶Quo accedente ad elementum fit sacramentum. c ¶Ad hoc. d ¶In futuro. 16

lauacro aquae † in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi glo- 17

a ¶In animo & corpore rutilantem. ¶Gemina stola decoram. b ¶Nunc vel tunc. 18
c ¶Aliquid criminale. d ¶Peccatum mortale: intus latens sicut est dolus, duplicitas, ruga dicitur.

c riosam ecclesiam: † non habentem maculam aut rugam, 19

a ¶Aliquid peccatum pro quo sit damnabilis.

d aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & † immacu-

¶Item.

lata. † Ita & viri debent diligere vxores suas, vt cor- 20

a ¶id est, vt seipsos, quia ambo vna caro, & mulier portio corporis viri. ¶Quia. b ¶Quia vxor corpus viri, & vir caput vxoris.

e pora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Ne- 21

¶Debet diligere vxorem, quae caro sua est, quia nemo car. odio. a ¶Et si carnē macerant, non eam odiūt. sed peccatum quod in ea est. b ¶Cibo & potu.

mo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, 22

✠ NICOLAVS DE LYRA.

1 Et nolite inebriari vino *per vitium gulae.*
2 In quo est. *id est, per quod.*
3 Est luxuria. *vnde dicit Iero. Venter mero aestuans declinat cito ad libidinem. Venter enim & genitalia sunt membra propinqua, & ex vicinitate membrorum designatur propinquitas vitiorum.*
4 Sed impleamini spiritusancto. *qui datur sobriis & castis.*
5 Loquentes. *id est, adinuicem, & vnusquisque sibiipsi.*
6 In psalmis, & hymnis. *Vnde dicitur Act. ij. a. quod repleti spiritusancto caeperunt loqui varijs linguis magnalia Dei.*
7 Et psallentes in cordibus vestris domino. *id est, intentionem huius laudis ad dominum dirigendo.*
8 Gratias agentes. *quia gratitudo beneficij accepti disponit ad receptionem alterius.*
9 Subiecti inuicem in timore Christi. *qui est timor castus & charitati annexus.*
Diuisio 10 Mulieres. *Postquam Apostolus instruxit de moribus Ephesios generaliter hic consequenter idem facit quantum ad diuersos status specialiter quorum partes patebunt prosequendo. Primò igitur instruxit personas iunctas matrimonio: & primò vxores di.* Mulieres viris suis subditae sint. *eis in licitis, & honestis obediēdo. Naturaliter enim imperfectiora subdūtur regimini perfectorum: mulieres verò sunt imperfectiores viris quantum ad sexum, quia faemina est mas occasionatus: & quantum ad intellectum. deficiunt enim à viris in discretione. ideo subditur:*
11 Quoniam vir caput est. *A capite enim in quo vigēt omnes sensus, dependet regimen totius corporis: sicut Christus est caput ecclesiae, quae est eius corpus mysticum.*
12 Viri diligite. *Hic secundo instruit viros di.* Viri diligite vxores vestras. *Propter hoc enim mulier facta est de latere viri, quia debet esse sibi coniuncta per fidelem dilectionem.*
13 Sicut & Christus dilexit ecclesiam. *cuius est caput.*
14 Et seipsum tradidit pro ea. *ex charitate maxima.*
15 Vt illam sanctificaret. *à peccatis mundando sanguine suo.*
16 Mundans eam lauacro aquae. *in baptismo per quem communicatur Christi passio quantum ad effectum, vt supra di. est.*
17 In verbo vitae. *Nam accedente verbo ad elementum fit sacramentum.*
18 Vt exhiberet ipse sibi gloriosam. *tanquam sponsam claritate fidei & morum refulgentem. Gloria enim à claritate dicitur, quasi claria. c mutata in g.*
19 Non habentem maculam aut rugam. *id est, peccatum mortale patens nec latens. Vel aliter:* Non habentem maculam &c. *id est, mundam & simplicem sine ruga duplicitatis.*
20 Ita & viri &c. *quia sunt vna caro, ideo subditur:* Qui suam vxo. dili. seipsum di. *quia sicut dicitur Matth. xix. a. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.*
21 Ne. enim. *ratione vtens.*
22 Car. suā odio ha. *nā & sanctus macerās eā non facit ex eius odio,*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Sicut & Christus ecclesiam.* AMBROS. Ita faciat vir de vxore, quæ caro eius: quia sic & Christus nutrit ecclesiam cibo corporis sui, & fouet spiritualibus indumentis præceptorum, virtutum & bonorum operum.

b *De car.* AVG. In Genesi dicit Adam: Hoc os de ossibus meis, & caro de carne mea: Sicut Eua de Adã facta, traxit ab eo carnem & ossa, ita nos à Christo instituti, alij sumus vt ossa robusti, alij vt caro infirmi ex carne eius. id est, ad similitudinem infirmitatis, quam habuit in homine. Propter hoc ostendendum, quantũ dilexit ecclesiam, est scriptum in Gene. Relinquet Christ⁹ homo patrem, formã serui accipiendo. matrẽ, id est, synagogam, ex

Aug. Tract. 9 in Io. Gene. 2. d. Idem serm. 234. & lib. 9. de Genesi ad liter. & in psal. 30. & 138.

† in carne vnam

Ibidem.

† reuereatur

a ¶Indumentis. b ¶Vt carnem suam. & bene vt carnem suam, quia corpus eius est, & huius corporis sumus omnes membra. alij de carne, id est, infirmi: alij de ossibus, vt perfecti.

a & fouet eam: sicut & Christus ecclesiam: quia membra su- 1 2

a ¶Vt infirmi qui indigent sustentari fortibus. b ¶Vt perfecti & fortes qui in solo Christo sustentantur. c ¶Quia diligit vxorẽ.

b mus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Propter 3

a ¶Hoc Moyses de vnione coniugij: quod est signum magnæ rei. s. coniunctionis Christi ecclesiæ. 4

hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxo- 5

c ri suæ, & erunt duo † in carne vna. † Sacramẽtum hoc ma- 6

a ¶Etsi hoc non solum ad literam dicitur, sed est signum alterius rei, veruntamen & secundum literam, vir diligat vxorem, sequens moralitatem historiæ.

gnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Verũn- 7

tamen & vos singuli vnusquisque suam vxorem, sicut sei-

a ¶Non solum diligat, sed &. b ¶Subdita sit viro.

psum diligat, vxor autem † timeat virum suum. 8

B qua carnaliter ortus. & adhærebit, id est, sociabit se ecclesiæ. & duo, id est, Christus & ecclesia erunt in vna voluntate, & vna caro. Hæc verba primi hominis esse dicit Gen. Christus verò in euangelio dicit esse Dei cum inquit: Non legistis: quia qui fecit ab initio masculum & fœminã fecit eos? Et dixit: propter hoc relin. &c. vt scias propter extasim soporis, quæ præcessit in Adam, in qua euangelicæ curiæ interfuit: hoc eum diuinitus tanquam prophetã dicere potuisse. Vna caro Christus & ecclesia: quia Deus apud Deum, per carnem particeps noster factus est. Vnus est Christus caput & corpus, quasi integer vir, quia & fœmina de viro facta est, & ad virum pertinet. Reliquit Christus patrem: quia non in ea dignitate apparuit hominibus, qua est apud patrem.

Mat. 19. a

c *Sacra. hoc ma.* Et ne aliquis putaret in viro esse & vxore secundum vtriusque naturalis sexus copulationẽ corporalémque mixtionem, addit: Ego dico in Christo &c. secundum hoc ergo quod in Christo & ecclesia accipitur quod dictum est: Nõ iam duo, sed vna caro sunt. & quomodo sponsus & sponsa dicuntur, sic caput & corpus. Siue ergo dicatur caput & corpus, siue sponsus & sponsa, vnum intelligite. Fit enim ex duobus, quasi vna quædam persona, scilicet ex capite, & corpore: ex sponso & sponsa quam vnitatem miram, & excellentem commẽdat Isaias: in quo Christus loquẽs ait Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Huius spiritualis vnitatis sacramentum fuit illud quod in Gene. de vnione coniugij ad literam dicitur.

Isa. 61 d. secundum Lxx.

AVGVST. Vsque adeo fœdus illud nuptiale initum cuiusdam sacramenti res est, vt ipsa separatione irritum fiat, quandoquidem viuente viro à quo relicta est, mæchatur si alteri nupserit, & ille huius mali causa est qui reliquit &c. Semel initum coniugium in ciuitate Dei nostri, vbi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam sacramentum nuptiæ gerunt, nullo modo potest

L. de bono coniug. c. 7. 5. 8. 24.

C

D potest nisi alicuius morte dissolui.

IDEM. Non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est: nec tãtum pudicitia cuius vinculum est fides: verumetiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus.

Lib. de nuptiis & cõcupisc. c. 10 & 11.

TERTVLLIANVS. Nam & si Adã prophetauit magnum illud sacramentum in Christum & Ecclesiam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea &c. accidẽtiam spiritus passus est. Cecidit enim extasis super illum, sancti Spiritus vis operatrix prophetiæ.

Lib. de anima, cap. 11.

IDEM. Laborabo ego nunc eundem Deum probare masculi & Christi, mulieris & Ecclesiæ, carnis & spiritus: ipso Apostolo sententiam creatoris adhibente, immò & differẽte: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erũt duo in carnem vnã. Sacramentum hoc magnum est.* Sufficit inter ista, si creatoris magna sunt apud Apostolum sacramenta, minima apud hæreticos. *Sed ego dico*, inquit, *in Christum & Ecclesiam.* Habet interpretationem, non separationem sacramenti. Ostendit figuram sacramenti ab eo præministratam, cuius erat sacramentum.

† Mysteriũ Lib. 5. adu. Marc. c. 18

E

IDEM. Monogamus occurrit in spiritu, vnam habens Ecclesiam sponsam, secundum Adam & Euæ figuram, quam Apostolus in illud magnum sacramentum interpretatur, in Christum & Ecclesiam competisse, carnali monogamiæ per spiritalem.

L. de Monog. cap. 5.

IDEM. Acceperat Adam à Deo legem non gustandi de arbore, moriturus si gustasset: verùm post ecstasin spiritalem, in qua magnum illud sacramentum in Christum & Ecclesiam prophetauerat, facilius ventri quàm Deo cessit. &c.

L. adu. Psychicos. c. 3.

CHRYSOTOMVS. Quid est mysterium hoc magnum, inquis? Quoniam magnum quid et admirandum beatus Moses indicauit, imò Deus ipse. Interea sanè de Christo, inquit, loquor, quoniam & ipse relicto patre descendit, & ad sponsam venit, & factus est in spiritum vnum. Quia adhæret domino, vnus est spiritus. Et bene dixit: Magnum est hoc mysterium. Ac si dixisset, veruntamen allegoria ista dilectionem coniugalem non euertit.

AMBROSIVS. Mysterij sacramentum grande in vnitate viri ac fœminæ esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam causam quæ non discordet à memorato mysterio flagitat, quam scit ad profectum humani generis pertinere, hoc est, Ecclesiæ & saluatoris: vt sicut relictis parentibus homo vxori suæ adhæret, ita & relicto omni errore, Ecclesia adhæreat & subiiciatur capiti suo, quod est Christus. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

sed amore vt sit subiecta spiritui, sicut debet esse, & sic resurgat cum spiritu immortalis. & similiter vir debet diligere vxorem vnam carnem secum existentem.

1 Sicut & Christus ecclesiam: *supple diligit.*

2 Quia membra sumus corporis. *scilicet mystici nos omnes fideles.*

3 De carne eius. *Nam aliqui fidelium sunt infirmiores, & isti dicuntur de carne eius: quæ ante resurrectionem fuit passibilis & infirma.*

4 Et de ossibus eius. *quantum ad fortiores, qui Christo confirmantur in tolerantia aduersorum. Per ossa enim in quibus consistit robur corporis virtus fortitudinis designatur.*

5 Pro hoc re. homo pa. & ma. *scilicet quantum ad cohabitationem. Istud fuit dictum Gene. ij. de Adam & Eua. Consequenter applicatur ad Christum, & ecclesiam mysticè, cum dicitur:*

6 Sacramentum. *id est sacrum signum.*

7 In Chri. & in ec. *Licet enim filius Dei patrem nõ reliquerit, quia semper est in sinu patris, vt dicitur: Io. j. tamen secundum quãdam apparentiam dicitur patrem reliquisse, inquantum apparuit in mundo, visibilis in forma serui ad coniungendum sibi ecclesiã per mysterium incarnationis & passionis suæ sicut sponsam. ex hoc reuertitur ad propositum dicens:* Ve. & vos &c. *& patet.*

8 Vxor autem timeat virum. *timore casto.*

CAP.

ADDITIO. I.

In cap. v. vbi dicitur in postil. Nec nominetur in vobis.

Glo. Nec nominetur in vobis, id est, nec suspicio sit de vobis probabilis &c.

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in postilla Redimentes tempus.

Hoc quod dicitur: Redimentes tempus *secundum Petrum de Tharantasia dupliciter legitur: Vno modo de tempore futuro sic:* Redimentes tempus, *scilicet captantes temporis oportunitatem ad vacandum, & seruiẽdũ Deo etiam cũ incõmodo tẽporali. tẽpus enim redimit secun*

dum Gl. qui dat de suo, vt Deo vacet Lucæ. 6. e. Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et hoc necesse est. Quoniam dies mali sunt. i. multa occurrunt impedimenta. quæ impediũt hominem, ne possit Deo vacare. Et dicuntur dies mali. propter maliciam & miseriam hominum. Matt. 6. d Sufficit diei malitia sua. Alio modo legitur de tempore præterito sic: Redimentes *s. tempus præteritum, tanquam quid carũ & preciosum. i. redimentes in vno tempore quod minus fecistis in alio, vt sic sitis dimidiantes dies non sicut mali: qui non dimidiant dies suos, sed totum diem in malo expendunt. Boni autem & si aliquid diei expendunt in malo, residuum autem expendunt in bono. Nec mirum si minus fecistis in præterito. Quoniam dies mali sunt, id est, multa occurrerunt impedimenta. Gene. 47. b. Dies peregrinationis meæ pauci & mali. Et quoniam dies mali sunt. Propterea nolite imprudentes fieri scilicet indiscreti. Hæc ille.*

ADDITIO III.

In eodem ca. vbi dicitur in postil. De carne eius, & de ossibus eius.

Super hoc quod dicitur: De carne eius &c. *Gl. in cuius rei figura Adã qui erat forma futuri cum de costa sua factam mulierem vidisset dixit Hoc os de ossibus meis, & caro de carne mea. sicut enim Eua de Adam facta traxit ab eo carnem & ossa, ita nos à Christo instituti sumus in ossa. s. robusti. alij verò vt caro. s. infirmi.*

CAP. VI.

a *Filii obedite pa. Sequitur.*

A a *Primum* inter mandata quæ ad hominem in secunda tabula. Ad duo namque præcepta charitatis Dei & proximi pertinet decalogus. Ad primum præceptum Dei tres cordæ pertinent id est, tria mandata, quia Deus trinitas est. Ad alterum verò præceptum scilicet proximi septem chordæ id est, septem mãdata. Et illa tria ad Deum pertinentia in prima. Et alia septem ad proximum, in secunda tabula scripta erant. Inter quæ hoc meritò primum, quia sicut deus principaliter principium est hominis, sic pater secundario. Cuius mandati additur promissio, quod non in aliis est.

† Exo. 12. c. Eccles. 3. b. Matt. 19. c. Col. 3. d.

† 37. dis. ca. legunt 47. dist. c. sicut hi. §. necesse. Præceptorum decalogi ordinatio.

B

AMBROSIVS. Quomodo tamen hoc primum mãdatum dixit? cùm cõstet primũ mandatum ita contineri: Non sint tibi alij

C Dii præter me Deinde. Non facies tibi similitudinem vllam eorũ quę sunt in cœlo sursum, & in terra deorsum. Tertium non sumes nomen Dei tui in vanum Quartũ. Obseruabis, inqt, Sabbata mea. Quintum autem Honora patrem & matrem &c. Sed quia prima quatuor mandata ad Deum pertinent, hæc in prima tabula cõtineri subintelligũtur. Cætera ad hominẽ vt honoret parentes.

D

CAP. VI.

a ¶Tanquam subiecti. ¶Carnalibus. a ¶Secundum fidem & iustitiam.

Filij † obedite parentibus vestris in dõ- 1

a ¶Et debitis. b ¶Quia. c ¶Quia præceptum legis. d ¶Honorare patrem, est ei reuerentiam exhibere, & necessaria subministrare.

mino, Hoc enim iustũ est. † Honora 2

patrem tuum & matrem tuam, quod 3

a ¶Quæ non est in aliis. 4

est primum mandatum in promissio- 5

a ¶Hac. ¶In præsenti in temporalibus & spiritualibus. b ¶In æterna vita. c ¶Fundatus.

ne, ut bene sit tibi, & sis longæuus su-

a ¶Viuentium. b ¶Quia sic legem non custodient. In ira enim nemo cognoscit quid sit vtile.

per terrãm. † Et vos patres nolite ad iracundiam prouoca- 6

a ¶Dum pueri sunt, ne legem contemnant. b ¶Verborum. c ¶Verberum: vt proficiant in rebus domini.

re filios vestros, sed educate illos in disciplina & correp- 7 8

a ¶Quod cepit ex peccato. b ¶Non solum spiritualibus & bonis.

b tione domini. Serui obedite dominis carnalibus cum 9 10

a ¶Reuerentia, quod & filij. b Quod seruorum est. c ¶Vt sicut ostenditis extra, sicut sit in voluntate vestra: vt si non potestis a dominis liberi fieri, liberi seruiatis. 11

c timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut 12

a ¶Obediretis quia ipse hoc præcepit ad conseruationem humilitatis. b ¶Obedite dico non ad ocu. s. dum videmini, sicut illi qui quærunt hominibus placere. 13 14

Christo: non ad oculum seruientes † quasi hominibus pla- 15

a ¶Cum Christo iubente seruis, non homini seruis, sed Christo. 16

centes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex a- 17

¶Ita & vos. a ¶Dominis vestris. b ¶Vt in eo putetis seruire vos Deo, & non hominibus tantum.

nimo, cum † bona voluntate seruientes, sicut domino, &

¶Vos dico.

non hominibus: scientes quoniam vnusquisque quod 18 19

a ¶Non enim minus recipiet, quam seruus liber. 20

cunque fecerit bonum, hoc † recipiet a domino, siue seruus 21

a ¶Similia in bona voluntate. ¶Si serui peccant. ¶Non solum verbera. 22

siue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes 23

CHRYSOSTOMVS. Vide quam admirabilem virtutis profectui basim posuerit, honorẽ scilicet ad reuerentiam erga parẽtes. Abducens a malis operibus ingressurusq; iam bona, primum præcipit honorem erga parentes eo quòd & ante omnia ipsi post Deũ caussa viuendi sunt. E

b *Serui obedite*, Aug. super Ioh. Seruitus cæpit ex peccato, prima enim seruitutis causa peccatum est, vt homo homini conditionis vinculo subderetur, quod non fuit nisi Deo iudicante, apud quem non est iniquitas, & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquẽtium.

c *In sim.* Liberã facit seruitutem: non timore sub dolo, sed fideli dilectione, donec transeat iniquitas: & omnis euacuetur potestas.

Aug. l. 19. ciuit. c. 15. in psal. 70. & 124. Ro. 9. c.

F

De cætero

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

1 FILII obedite parentibus. *Hic consequenter docet parentes, & filios qualiter debeant habere ad inuicem. Et primo instruit filios dicens: Filij obedite parẽtibus vestris in domino, id est, in licitis & honestis.*

2 Hoc enim iustum est. *Quia filij habent à parẽtibus esse, incrementum & documentum, hoc etiam probat per scripturam Exo. 20.*

3 Honora patrem tuum. *Non solum in reuerentia exhibenda, sed etiam in necessariis ministrandis tempore necessitatis.*

4 Quod est primum mandatum. *Non simpliciter, quia mandata ad Deum ordinantia sunt priora, sed in illis non additur exprimendo promissionem remunerationis sicut in isto, ideo subditur.*

5 In promissione. *quæ sequitur,* Vt bene sit, *consequentur instruit patres, di.*

6 Et vos patres pro, &c. *Eos nimis asperè castigando, ne frangantur desperando, sicut baculus tortuosus, quando nimis impetuosè flectitur ad erigendum.*

7 Sed educate illos. *id est, nutrite.*

8 In disciplina & correptione domini. *i. in morib. & timore Dei.*

9 Ser. *Hic cõsequẽter instruit seruos & dominos, & primo seruos di.*

10 Serui obedite dominis carnalibus. *Quantum enim ad animam omnes homines sunt liberi, sed quantum ad corpus aliqui sunt liberi, & aliqui seruilis conditionis.*

11 Cum timore, *id est reuerentia: quod etiam competit filiis.*

12 Et tremore. *quod est proprium seruorum: quia subsunt flagellis dominorum.*

13 In simplicitate cordis vestri. *i. absque fraude & dolo.*

14 Sicut Christo. *Seruitus enim introducta est per peccatum, & sic est pœna peccati. Deus enim autor est mali pœnæ, & potest corrigere peccata sicut placet sibi per pœnam seruitutis vel aliam. Aliquando etiam immittit alicui malum pœnæ, non propter expiationem culpæ, sed propter augmentum meriti per exercitium humilitatis & patientiæ. Aliquando etiam ex charitate aliquis sibi accipit seruitutem voluntariè, sicut Paulinus Nolensis Episcopus in seruitutem se tradidit tempore Vandalorum pro filio cuiusdam viduæ. Et omnibus istis modis non solum seruitur homini, sed etiam Deo, inquantum homo patienter sustinet seruitutem sibi inflictam ex ordinatione diuina, vel assumptam voluntariè propter Deum.*

15 Non ad oculum seruientes. *In præsentia dominorum tantum, sed etiam in absentia.*

16 Quasi hominibus placentes, *tantum.*

17 Sed vt serui Christi. *Voluntariè sustinentes in hoc ordinationẽ Dei. Et subditur ratio cum dicitur:*

18 Scientes &c. fecerit bonum. *scilicet meritorium.*

19 Hoc recipiet. *in mercede.*

20 A dom. *In cuius potestate sunt domini sicut serui. ideo subditur:*

21 Siue seruus siue liber. *nam conditio seruitutis respectu vitæ beatæ nullum affert impedimentum. Vnde dicit Ambro. In domino bona seruitus, & bona libertas æqua lance appendũtur. Secundo instruit dominos, di.*

22 Et vos domini eadem facite illis: *supple seruis, vtentes eorum seruitute rationabiliter & modestè. ideo subditur.*

23 Remit. minas. *quasi dicat non solum remittentes verbera quando peccant*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Decætero.* Post specialia præcepta quibus admonuit singulos ordines, in communi nunc admonet omnes. Huc vsque vos viui verbo & opere, iam deinceps in futuro in reliquo tempore.

b *Mundi rectores.* Non quia regunt mundum, qui constat ex cælo & terra: Sed mundum peccatores dicit, de quo alibi: *Et mundus eum non cognouit.* Talem mundum illi regunt. contra quos habemus perpetuas inimicitias: quia & quod patimur homines importunos, illi faciunt. Instigant enim & inflammant illos & tanquã vasa sua mouent, & velut organa tangunt. Contra illos habemus occultam luctam, ad quam nos armat Apostolus.

c *Tenebrarum.* Ne putetur dæmones hunc inuisibilem mundum tegere, subdit quid nomine mundi intellexerit, tenebrarum harum .i. peccatorum. Q. Non dominantur dæmones mundo qui constat de cælo & terra, sed peccatoribus.

Ioh a. Aug. tract. Secundum Manich. c. 10. Sermo. 8. de verb. dom. & Sermon. 1. domin. 5 post Epiph.
† Ro. 2 b.
† sitis forte sp Christum
† assultus
† dominos rectores tenebrarũ seculi huius,
† spirituales neqtias
B
* vniuersã
† omnibus perfectus
† charitate

nunc autem lux in domino: Fuistis tenebræ: id est, infideles. Nunc autem per Dominum facti estis fideles. D

d *Contra spiritalia.* Q. Timendi hostes quia spiritales & inuisibiles, & quia nequam: & non pro patria re, sed pro cælesti hæreditate tollẽda pugnãt. Vel cælestia dicit virtutes, in quibus pugnam dæmonum patimur, vel spirit⁹ nequã sunt in cælestibus, id est, in hoc inferiori aëre. Ipsi enim quasi equites pugnant in equis hominibus. Equites ergo occidamus, equos possideamus.

e *Succincti lumbos vestros, &c.* id est, carnales cõcupiscentias cingulo castitatis frenantes non simulatoriè, sed in veritate, vel per charitatem.

✠ Haymo. Lumbos succingim⁹, cùm luxuriam refrenamus, State, inquit, in fide, in bono opere, & restringite lumbos à luxuria, vbi maximè viget, & hoc in veritate facite, non in mendacio, neque per hypocrisim, neque vt laudẽ hominum capiatis. Vel in veritate dicit, quasi pro amore nominis Christi, qui est veritas. E

August. l. de agõe Christiano, c. 4. Et in Psal. 30. 54. 55. 87. 112. 117. 143.
Col. 3. d.
Act. 10. f.
Iaco. 2. b.
1. Petri. 1. c.
† toracem

minas, scientes quia & illorum & vester dominus est in
a ¶Quia. b ¶Deus enim iustus iudex, causas discernit, non personas. ideo qua mensura quis mensurauerit, eadem remetietur ei. ¶In communi admonet.
a cælis: † et personarum acceptio non est apud Deum. † De 2
a ¶Contra bellum diaboli. b ¶In auxilio domini. c ¶Qui dat potentem virtutem pugnare volentibus.
cætero fratres † cõfortamini in domino. & in potentia vir- 3
a ¶Ita debetis confortari. ¶Virtutes. 4
tutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare ad- 5
a ¶Quia ex occulto molitur mala. b ¶Necesse est, vt stetis quia: c ¶Vicinum est bellum. non contra homines qui visibiles & fragiles, vel contra illa vitia tantum quæ sunt ex carne & sanguine. 6
uersus † insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio 7
a ¶Dæmones, qui principantur aëris, & contra eos qui super hos possunt qui timendi, quia mundanos regunt, & dilectores mundi tenebrarum harum tam malarum, id est quos præcipitant in tenebrosa opera. 8 9
b aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & 10
c potestates aduersus mundi † rectores, tenebrarum harum, 11
¶Contra spirituales & nequam hostes a ¶Quia tales hostes & de tanta re. 12
d contra † spiritalia nequitiæ in cælestibus. Propterea acci- 13
a ¶Qua Deus suos armat. b ¶Quia aliter non possetis. c ¶Malis. d ¶In hac vita ibi tentatio. 14
pite * armaturam Dei, vt possitis resistere in die ma- 15
a ¶Prosperis vel aduersis. b ¶Virtutibus. c ¶Quia armatura Dei est necessaria. ¶Viriliter quoties prouocamini. 16 17
lo, & † in omnib. perfecti stare. State ergo succincti lũbos ve 18
a ¶Id est, vere propter Christum. b ¶Aug. Iustitia cuique ius faciendo sit lorica, ne pateat locus hosti. c ¶Ne tangat terram qui prædicat. 19 21
e f stros in † veritate, & induti † lorica iustitiæ, & calciati pedes 20

✠ Ambrosius. Certus Apostolus, quia exitia quæ à perfidis Dei famulis irrogantur, auctore Diabolo ministrantur, cuius altitudo grandis & hominib. impossibilis est, non et aduersus hæc arma Dei sumenda, cuius solius virtute superantur & destruuntur omnia machinamẽta Diaboli. Ipse est enim cuius satellites sunt, quos tenebrarum harum dicit rectores, spiritus nequissimi qui degunt in cælestibus in firmamento mundi. Hi sunt erroris duces, tenebrarum rectores, hoc est ignorantiæ & perfidiæ præpositi.

✠ Primasius. Ne quis spiritus nefandos cum auctore & principe suo Diabolo regere cælum & terram & mare arbitraretur, subiecit, & expressit, quid diceret, *Mundi Tenebrarum,* inquit, *harum,* id est tenebrarum harum, vtique infidelium, & impiorum qualibus iam credentibus dictum est. *Fuistis aliquando tenebræ* C

nunc

✠ Indvti. lorica iustitiæ Rectè lorica iustitiæ comparatur, quia sicut lorica multis circulis contexitur ita iustitia multis virtutibus constat. Aliter. Iustitia loricæ potest comparari, quia sicut lorica pectus munit, ventrem stringit, femora protegit, ita iustitia superfluas cogitationes quæ in pectore versari solent, repellit: ingluuiem vẽtris stringit, luxuriam quoque opprimit.

e *Calciati.* Marcus dicit apostolos calciatos sandaliis, vel soleis, vt neque pes sit tectus, nec nudus ad terram, id est, ne occultetur euangelium nec terrenis commodis innitatur.

f *Pedes.* Id est, affectiones sint munitæ virtutibus ne à vitiis pungantur, vt ita sint parati ad prædicandum euangelium quod nunciat pa F

Marc. 6. b. Augu. l. 32. cont. Faustum, ca. 10

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *peccant ex fragilitate vel ignorantia, sed etiam comminationes, & verba aspera. Et subditur ratio:*

1 Scien. qu. & il. & ve. do. est in cæ. *præsidens æqualiter dominis & seruis.*

2 Et personarum acceptio. *ita enim puniet dominum sicut seruum: & etiam grauius, cæteris paribus. quia quanto status altior. propter quod dicitur Sap. 6. a. potentes potenter tormenta patientur.*

3 De cætero. *Postquam Apostolus instruxit Ephesios in communi, & postea personas diuersorum statuum in speciali, hic reuertitur ad instruendum eos in generali. Et diuidit in duas, quia primo inducit eos ad sumendum arma virtutum generaliter. secundo describit hæc specialiter. ibi:* State ergo. *Circa primum dicit:* De cætero fratres cõfortamini in domino *q.d. ex quo radicati estis in fide Christi, debetis confidere de ipso. Nam assistit fidelibus suis in tentationibus & pressuris: Veruntamen quia non debet homo sic confidere de assistentia dei q omittat facere quod potest quia hoc esset tentare deum. ideo subditur:*

4 Induite vos armaturam Dei. *i. virtutibus quæ sunt arma militum Christi*

5 Vt possitis stare. *absque casu mortalis peccati.*

6 Aduersus insi.dia. *quoniam sicut dicit Leo Papa, omnium discutit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi quærit causas nocendi vbi quemque viderit studiosius occupari.*

7 Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. *id est aduersus homines qui sunt caro & sanguis & per consequens visibiles.*

8 Sed aduersus principes & potestates. *Id est, dæmones qui sunt hostes inuisibiles. Et dicit principes & potestates, quia angelorum ordines non solum sunt per gratiam sed etiam per naturam, & sic de singulis ordinibus ceciderunt aliqui, in quibus naturalia remanserunt integra, vt dicit Dionysius. & inferiores obediunt superioribus, vt magis possint nocere hominibus, & per principes & potestates intelligun*

ligun

tur alij ordines dæmonum.

9 Aduersus mundi rectores. *Nomine mundi non intelligitur hic vniuersitas creaturarum quæ non regitur à dæmonibus, sed à Deo, & angelis sanctis sibi ministrantibus sed intelligitur vniuersitas hominum malorum sicut dicitur Ioan. 1. a.* Mundus eum non cognouit. *qui per dæmones regi dicuntur inquantum per eos ad peccata mouentur propter quod subditur ad declarationem huius intellectus.*

10 Tenebrarum harum. *Dicuntur enim mali homines tenebræ, quia sunt inuoluti tenebris ignorantiæ & culpæ.*

11 Contra spiritalia nequitiæ. *id est, contra spiritus nequam siue malignos. Hoc etiam dicitur ad ostendendum, quòd per rectores mundi hic dæmones intelliguntur.*

12 In cælestibus. *id est, in hoc aëre caliginoso, qui frequenter in sacra scriptura cælum nominatur, in quo dæmones habitabunt vsque ad iudicium propter quòd aues cæli nominantur, Matth. xiij. a. vbi dicitur quòd aues cæli comederunt semen quod cecidit secus viam.*

13 Propterea accipite armaturam Dei. *scilicet, virtutum, vt prædictum est.*

14 Vt possitis resistere. *insultibus dæmonum.*

15 In die malo. *id est præsenti vita vbi imminet tentationum pugna.*

16 Et in omnibus. *scilicet, prosperis & aduersis.*

17 Perfecti. *ita quòd non frangamini aduersis, nec eleuemini prosperis.*

18 State. *Hic consequenter apostolus describit arma virtutum magis in speciali dicens:* State ergo succincti lumbos vestros. *cingulo castitatis. vnde Greg. hom. xxxij. Lumbos enim præcingimus cùm carnis luxuriam per continentiam coercemus.*

19 In veritate. *& non simulatoriè tantum, sicut faciunt hypocritæ.*

20 Et induti lorica. *Sicut enim lorica operit corpus vndique, sic iustitia reddit debitum vnicuique.*

21 Et calciati pedes. *id est, affectiones.*

✠ In præ-

A ciat pacem inter Deum & hominem, vel vt sint parati complere præcepta euangelij.

a *Scutum fidei.* Avg. Fides est scutum, sub quo tuta est iustitia, sicut sub munimine omnium virtutum. Quod protenditur ante omnia arma quod prius impugnat diabolus. Vnde prima petit cãpum dubia sub fronte duelli Pugnatura fides.

✠ Primasius. Sicut scutum omnia iniecta respuit, & excutit: ita & fides omnes eius suasiones extinguit: quamuis quasi rationales, lumen habere videantur.

✠ Sedvlius. Sine scuto omnis armatus inermis est. Ita & hæ virtutes sine fide saluari non possunt. B

b *Et Galeam.* Galea est salus æterna, cuius memoria mentem obuoluit ne deficiat.

c *Et gladium spiritus.* Avg. in Psal. 149. b. Verbum Dei gladius bis acutus, docens de temporalibus, & æternis. Illorum consolationem in veteri, istorum perfectionem in nouo Testamẽto promittens. Quod enim tẽporaliter nobis promissum est, ad vnam partem gladij, quod verò in sempiternum, ad aliam partem gladij pertinet. Nam & ideo duo testamenta dicuntur, quia vetus terrena promittit, nouum æterna. De hoc gladio dominus ait: *Non veni mittere pacem sed gladium.* Iste gladius vere acutus est, quia eum quem fecit à mondo diuidit.

✠ Primasius. Nemo miles audet ad pugnam sine gladio proficisci: se enim vtcunque tueri potest: sed hostem non valet interimere? nonnunquam etiam ab audaci hoste suis armis expoliatus occiditur ita sine Dei verbo iustitia omnis intecta est. C

✠ Sedv

† vt parati sitis ad euãgelium.
† sedulitate
† libertate
† vt notum faciant
† ad me pertinent
† synceritate

✠ Sedvlius. Penetrabilior namque est (sermo Dei) omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animę ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, diuidens scilicet & abscindens quicquid in nobis carnale terrenumque reperit. D

d *In spiritu.* Orat qui munda conscientia & integra fide orat. In carne orat, qui polluta mente iterum peccaturus non casu, sed de proposito.

e *In apertionem oris mei, cum fiducia notum, &c.* id est, vt apertè possim reserare mysterium euangelij, id est, secreta incarnationis & passionis. Ne pressura tribulationis ipsa formidine acumen doctrinæ obtundat.

✠ Chrysostomvs. Catena circundatus es Paule, & aliorum opera indiges? Etiam inquit. Nam & Petrus catena circundatus erat, & tamen sine intermissione precatio pro eo fiebat. Super quo legatione fungor in catena, vt in eo liberè loquat, quemadmodum oportet me loqui. Hoc est, vt cum fiducia, animo virili, multaque cum prudentia respondeam. Vbi verò legatione fungeris? Apud homines inquit. Papæ benignitatem Dei: E cælis misit qui legatione pro se, proque pace fungerentur Et arreptos eos ligarunt homines, & ne communem quidem legẽ reueriti sunt, quoniam qui legatus est, nunquam mali quicquam patitur. Catena inquit, mihi imposita est, quę libertatem loquendi obturet: sed oratio vestra os mihi aperiat, omnia ad quæ dicenda amandatus sum, dicam. E

f *Pax fratri.* Pacem optat eis, quæ est ianua dilectionis.

✠ Inci

† 11. q. 3. c. resistit.
† in hoc ipsum
† de rebus nostris

a ¶i. sitis præparati ad prædicandum euangelium vel ad complendum præcepta eius. ¶Prælius.
† in præparationẽm euangelij pacis. † In omnibus sumen- 1
a ¶Fidem rerum quas non videmus. b ¶Omnes astutias. c ¶Diaboli.
a tes scutũm fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ig- 2
a ¶Quæ de vitio in vitium incendunt. b ¶Spe æternæ salutis gaudente. c ¶Quem dat spiritusanctus. 3 4
b nẽa extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spi- 5
a ¶Ad feriendum hostem. b ¶Per omnia quæ oranda sunt. 6
c ritus, quod est verbum Dei. Per omnem orationem & ob- 7
a ¶Cum adiuratione petendo. b ¶Non horarie. c ¶Non verbotenus sed mente. 8
d secrationẽm, orantes omni tempore in spiritũ, & † in ipso 9
a ¶Solliciti. b ¶Vt.s. omnibus virtutibus instent. ¶Non remisse. ¶Vigilantes. c ¶Facta. 10 11
vigilantẽs in omni † instantia, & obsecratione pro omni- 12
a ¶s. A Deo. b ¶Quem tribulatio obtundat. 13
e bus † sanctis & pro me, vt dẽtur mihi sermõ in apertionem 14
a ¶Verbi mei. b ¶Ita vt. ¶Libere sine impedimento notificem illud mysterij. 15
oris mei, cũm † fiducia † notum facere mysterium euange- 16
a ¶Quia nec pro catenis cesso à legationes mea. b ¶Nunc Romæ. ¶Positus. c ¶Cum fiducia. d ¶Euangelio prædicando. 17
lij prõ quo legatione fungõr in catena ista, ita vt in ipsõ au- 18
a ¶Inter mala omnia. b ¶Ne auditis tribulationibus mouerentur edicit Tychicum omnia eis notificare subdens.
dẽam prout oportet me loqui. Vt autem & vos sciatis quæ 19
a ¶Quia multæ erant tribulationes. quæ quasi circundabant. vel ideo circa, quia interiora non tangebant. b ¶Quam constans sit inter illa.
† circã me sunt, quid agam, omnia nota vobis faciet Ty-
Vt bene audiant hunc commendat. b ¶Ideo cum audite. c ¶Meus in fide. d ¶In his quæ sunt domini.
chicus charissimus fratẽr, & fidelis minister in domino: 20
a ¶Vt meram vobis dicat veritatem.
quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscãtis † quæ circa
a ¶Per pacem manebunt in charitate quæ est ex fide. 21
f nos sunt, & consoletur corda vestra. Pax fratribus, & chari- 22
tas cum fide à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. 23
Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Ie- 24
a ¶Ad similitudinem sponsæ quæ non admittit corruptionem. ¶In integritate fidei vel in vita æterna. 25 26
sum Christum in incorruptione. Amen. 27

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In præparationem euangelij pacis. *id est, vt sitis præparati ad prædicandum euãgelium Christi, quod annunciat pacem æternam. Ad significationem huius dicit Marcus. 6. b.* Missos ad prædicandum calciatos sandaliis, *quibus muniuntur pedes ne immediate tangant terram & nudi remanent in parte superiori quia affectiones prædicatorum non debent ad terrena affici, sed ad cælestia. sicut dicitur in gl. super locum istum.*

2 In omnibus. *tentationum insultibus.*

3 Sumentes scutum fidei. *quæ est substantia sperandarum rerum.*

4 In quo possitis. *Firma enim fides de bonis cælestibus quæ sperantur. repellit ictus dæmonum quasi scutum.*

5 Et Galeam. *s. charitatem: quia sicut galea supra ponitur tanquam complementum & perfectio aliorum armorum, sic charitas est perfectio aliarum virtutum.*

6 Et gladium. *i. datum à spiritusancto.*

7 Quod est verbum Dei. *Matt. x. c.* Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. *Dicitur autem verbum Dei gladius, quia percussus cum eo diuiditur à mundo. Et quoniam hæc armatura dependet ex Dei gratia, ideo subditur:*

8 Per omnem orationem. *quæ est simplex petitio à Deo.*

9 Et obsecrationem. *quæ est cum expressione rei sacræ per quam petitio sit exaudibilis. vt cum dicitur: Per passionem tuam libera nos domine: & huiusmodi.*

10 Orantes omni. *ad hoc ordinato.*

11 In spiritu. *Id est, mente, & non tantum voce.*

Et in

12 Et in ipso. *i. feruenter orando, & non remisse.*

13 In omni. *i. perseueranter.*

14 Pro omnibus sanctis. *vt habeant arma prædicta generaliter.*

15 Et pro me. *specialiter.*

16 Vt detur mihi sermo. *id est, constantia prædicandi euangelium Christi.*

17 Pro quo. *nunc detentus Romæ.*

18 Ita vt in ipso. *Id est, vt tribulationes quas sustineo, in nullo me terreant à prædicatione retrahendo.*

19 Vt autem. *Hæc est vltima pars huius epistolæ: Et est confirmatio præcedentium, per hoc quod Apostolus eam misit, per dilectum discipulum, vt plenius posset significare statum Apostoli Ephesiis. & eos in Deo consolari, & hoc est quod dicit Apostolus: Vt autem. & patet litera vsque ibi:*

20 Et fidelis minister in domino. *id est, in his quæ sunt ad dominum.*

21 Et consoletur corda. *vos in bono confirmando per sacra hortamenta.*

22 Pax fratribus. *Id est, in Christum credentibus, supple sit.*

23 Et charitas. *aliter fides esset informis.*

24 A Deo patre. *qui est dator istorum bonorum.*

25 Et domino Iesu Christo. *per quẽ ad nos perueniunt Dei dona.*

26 Gratia cum omnibus. *generaliter credentibus.*

27 In incorruptione. *Id est, sic maneant in gratia, quòd non decidant ab ea, sed perueniant ad gloriam quæ est gratia consummata. Amen.*

F

✠ Inci

Universidad de Deusto Biblioteca

ADDITIO.

In cap. 6. vbi dicitur in postilla: Vt detur mihi sermo in apertione oris mei.

Hoc quod dicitur: Detur mihi sermo in apertione oris mei, *videtur referendum ad illud quod fuit à domino dictum Apostolis Matth. x c.* Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, *secundum enim fragilitatem humanæ naturæ timebat Apostolus, ne pressura tribulationum impediretur à promptitudine responsionis in mysteriis euangelij declarandis: & ideo petebat per suffragia orationum, vt daretur sibi à Deo sermo. s. rectus. in apertione oris mei, id est, promptè & fiducialiter.*

D

Incipit argumentum Ad Philippenses.

A Philippēses *sunt, &c.* Qui accepto verbo prædicationis ab Apostolo firmati in fide fuerunt, nec pseudo Apostolos receperunt vnde eos laudat Apostolus. Hi Paulo per Epaphroditum aliquam substantiam Romam miserant, quem cum hac remittit epistola, in qua

Argumentum in epistolam ad Philippenses incipit.

Philippenses sunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide, nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat scribens eis à Roma de carcere per Epaphroditum.

in qua cum præsens non potest, munit eos contra duplex bellū, tribulatorum, & pseudo prædicatorum, vt omnia pro Christo sustineant aduersa cum humilitate sicut Christus fecit, & legalia à pseudo nunquam recipiant. His nec se apostolum nominat, qui nūquam deeo minus vel contra eum senserant.

CAP. I.

a B Paulus. More solito salutationē præmittit: Deinde gratias Deo agit pro eis, implorās eis maiora bona, vt & in virtutibus crescentes ad perfectionem perueniant. Deinde patientiam tribulationum monet exemplo sui & Christi, postea vt caueant à versutiis pseudo Apostolorum: tandem admonitionem moralem interserit. & prope finem de gratia quam sibi Romam per Epaphroditum miserant gaudere se dicit.

(margin: † 93 di. c. legimus. Diuisio. † ministris)

Epistola Pauli ad Philippenses incipit.

CAPVT I.

1 † Paulus & Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis in Christo Iesu 2 3 qui sunt Philippis, cum episcopis & 4 5 † diaconibus: Gratia vobis & pax 6 7 à Deo nostro & Domino Iesu Christo. Gratias 8 9 10 ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in 11

(interlinear: a ¶ Timore casto. a ¶ Baptismate sanctificatis. ¶ Vel fundatis. b ¶ Operante Christo. ¶ In fide Christi. ¶ Qui Deum & hominem credunt. a ¶ Id est, &. b ¶ Qui eorum bonum pariter optabant. ¶ Maioribus & minoribus. ¶ Vel cum istis scribit. a ¶ Et. ¶ Remissio peccatorum. b ¶ Tranquillitas mentis & reconciliatio ad Deum. ¶ Omnium. ¶ Cuius nutu omnia bona omnibus accedunt. a ¶ Priuato beneficio. ¶ Qui mihi facit quod volo in vobis. b ¶ Quoties vestri memor fio. c ¶ Quod vtique sum. ¶ Congruis temporibus.)

cui adiuncta est, alia seruitus non manens in æternum in domo.

✠ CHRYSOSTO. Seruum seipsum vocat, non Apostolum. Nam & ista dignitas reuera magna est, & caput bonorum, nimirum seruum esse Iesu Christi, & non simpliciter dici. Qui seruus Christi est, is verè peccati liber est. Et germanus Christi seruus, nullius est alterius seruus. Alioqui non esset planè Christi seruus, sed dimidiatus.

E

b *Timotheus.* Hunc apponit, quia eum missurus erat ad illos. propter hoc eum quodammodo commendans, vt eadem quæ scribit ab eo bene recipiant.

c *Serui.* Seruos dixit, vt & ipsi pro domino ferant dura. Christi. vt contra pseudo stent. Aug. Sicut duo sunt timores, sic duæ seruitutes, quæ faciunt duo genera seruorum, Est enim timor, quem perfecta charitas foras mittit. Est & seruitus simul cum eo foras mittenda. Est etiam timor castus permanens in seculum seculi, cui ag

(margin: Aug. in tra. 85. in Io. Timor duplex. 1. Ioh. 4. d. Psal. 18. c. Iob. 8. c.) C

d *Cum episcopis & diaconibus gratia vobis & pax à Deo patre, &c.* PRIMASIVS. Episcopos presbyteros dicit. Non enim plures episcopi in vna ciuitate, neque presbyteros intermitteret, vt ad diacones descenderet. Et significat per diacones maiores, per sanctos minores. quia minores præmittit, ad humilitatem inuitat, quia & hos subnectit, ostendit aliquem non esse adeo perfectum, qui non indigeat admonitione.

e *Gratias ago Deo meo.* Q. Agite quæ agitis, quia talia vnde Deum laudo.

Com F

NICOLAVS DE LYRA.

Incipit Postilla venerabilis magistri Nicolai de Lyra super epistolam Pauli ad Philippenses.

CAP. I.

1 ✠ Paulus & Timotheus. *Hic incipit epistola Pauli ad Philippenses. Quæ diuiditur in tres partes, scilicet præfationem, & prosecutionem, ibi:* Gratias. *& consummationem: prope finem, ibi:* Salutate. *Circa primum primo ponuntur personæ salutantes, cum dicitur: Paulus & Timotheus. Hunc adiungit secum in salutatione, quia missurus erat ad eos per ipsum, vt habetur ca. seq. vt cum veniret ad eos reuerentius ac magis charitatiuè reciperetur. Secundò ponuntur personæ salutatæ, cum dicitur.*

2 Omnibus. *i. per baptismum sanctificatis.*

3 In Christo. *in primitiua enim ecclesia, vt nomen Christi redderetur magis autenticum, amabile & reuerendum, Apostoli baptizabant in nomine Christi, in quo tamen intelligitur tota trinitas: quia Christus Græcè vnctus Latinè dicitur, & sic intelligitur filius vnctus, pater vngens, & spiritussanctus vnctio.*

4 Qui sunt Philippis. *Nomen est ciuitatis in Macedonia, quam ædificauit Philippus rex pater Alexandri magni: & à nomine suo eā denominauit.*

5 Cum

5 Cum episcopis & diaconibus. *Per episcopos in plurali intelliguntur sacerdotes, vt dicit hic Gloss. quia plures episcopi non præsunt vni ciuitati. Potest etiam dici quòd per episcopos intelligūtur sacerdotes cum pontifice ciuitatis. Episcopus enim dicitur ab epi, quod est supra, & scopos intentio, quasi superintendens, scilicet populo cui præest. hoc autem competit tam episcopis quam presbyteris curatis. Isti autem propter specialem eminentiam super populum erat specialiter exprimendi in salutatione Apostoli, ideo expressit illos specialiter post salutationem omnium generaliter. Tertiò ponuntur optata bona cum dicitur.*

6 Gratia vobis. *in præsenti.*

7 Et pax. *in gloria cœlesti quæ quietat totaliter hominis appetitum.*

8 A Deo patre nostro. *qui est dator omnium bonorum.*

9 Et domino Iesu Christo. *per quem tanquam per mediatorem nostrum nobis proueniunt dicta bona.*

10 Gratias. *præmissa salutatione, hic consequenter ponitur prosecutio epistolæ. In qua Philippenses primò redduntur beneuoli, secundò dociles. cap. seq. tertio attenti. cap. 4. primum autem facit Apostolus dupliciter. Primò pro bonis eorum gratias agendo, secundò tanquam amicis specialibus suum animum aperiendo, ibi:* Scire autem volo. *Circa primum dicit:* Gratias ago Deo meo. *quem deuotè colo.*

11 In omni memoria, &c. *id est, quotiescunque occurrit mibi memoria de vobis.*

✠ 1 Cum

A a *Communicatione.* Vel vestra communia fecistis, in euangelio exaltando.

b *Confidens.* Q. deprecor, vt stetis. & confido hoc ipsum fieri à vobis quod precor, non aliud, sed videte ne frustra confido. Vel:

c *In vobis.* Per successionem: vsque ad communem iudicij diē.

d *Perficiet.* AVG. de gratia & liber. arbitr. quia ipse vt velimus operatur incipiēs, qui volētibus cooperatur perficiens.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo illos modestiam quoque doceat. Nā quoniam illis magnarum rerū testimonium tulerat, ne quid hinc humani patiantur, instruit eos & præterita & futura Christo accepta referre. Non enim dicit, Persuasum habens quod vt cæpistis, ita perfecturi sitis, sed q cæpit, perficiet. Neque tamē exemit eos ab hac virtute. Dixit enim, quoniam super communicatione vestra gaudeo videlicet quod ipsi hîc probè egerant, &c.

(margin: † quod veneritis in communionem euangelij – domino iesu. † cum sitis omnes mihi consortes gratiæ. B † præstātia)

e *Sicut est mihi.* Ita gratias ago, deprecor & confido sicut iu. est sen. i. ita velle. Et exponit causam, eo q habeam vos in corde, siue vinctus, sciēs vos quoque vinctos, siue defendens euangelium, quod & vos facitis.

cunctis orationibus meis, prō omnibus vobis cum gāudio, 1
a deprecationem faciens † super communicatione vestra 2
b in euangelio Christi à prima die vsque nunc, † confidens 3
c in domino Iesu hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus 4 5 6
d bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Sicut est mihi 7
e iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eò quòd habeam 8 9
vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confir- 10
matione euangelij, † socios gaudij mei omnes vos es- 11
f se. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos om- 12
nes in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra 13
magis ac magis abundet in omni scientia & in omni † sen- 14
g su, vt probetis † potiora, vt sitis synceri & sine offensa in 15 16 17
h diem Christi: repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in 18 19
i gloriam & laudē Dei. Scire autē volo vos fratres, quia q cir- 20 21
k cā me sunt, magis ad profectum euāgelij peruenerūt: itā ut 22

(interlinear: a ¶ Habitis. ¶ Prælatis vel subditis. b ¶ Non tristis de culpa. a ¶ Vt perstetis deprecans. b ¶ Gaudio dico habito. c ¶ Quia vos communicastis mihi in fide & operibus euangelij. a ¶ Quæ est. b ¶ Conuersionis vestræ, & ideo amodo magis standum. a ¶ Non in nobis. b ¶ Deus. ¶ Operans. a ¶ Cooperans. ¶ Quod operando incedit. b ¶ Vsque ad finem vitæ quo Deus videbitur. a ¶ Aliud non debuit sentire de tam bonis. a ¶ In intimo affectu charitatis. ¶ Non in solis labiis. b ¶ Quia compatimini mihi. c ¶ Contra impugnantes. d ¶ Infirmorum in doctrina. a ¶ Vt in futuro sitis socij. b ¶ Etiam minores. a ¶ Pro omnibus ideo precor quia cupio vos omnes esse in visceribus Christi, vt à Christo diligamini quasi eius viscera & inde testis. b ¶ Quanto affectu. ¶ Etiam. a ¶ Crescat. b ¶ Vt sciant in quibus diligere Deum & proximum debeant, & cum scierint habeant sensum, id est, memoriam, & animaduersionem in omnibus rebus. ¶ Memoria. a ¶ In vobis. b ¶ Ad proximum. a ¶ Et hoc perseueranter. ¶ Vsque. ¶ Id est, finem vitæ. b ¶ Non solum sine malis, sed & pleni fructu. i. operibus quæ sunt fructus iustitiæ, quæ est habitus animi. c Et hoc. ¶ Non viribus vestris. a ¶ Per hoc transitur in gloriam æternam vnde Deum laudetis. b ¶ Quia dixit se cupere hos fore socios gaudii sui, ideo quid profecerit prædicatio eius insinuat quasi charis. a ¶ Exteriorum vndique me circundans abundantia passionum. b ¶ Vel ideo circa: quia non ad interiora pertingunt. c ¶ Quem ad detrimentum, vt mali intenderunt. d ¶ Ad profectum. e ¶ Vtilitas vinculorum apparet in Cristo, qui propter vincula plus annuntiatur.)

scilicet amore Christi, non humano, vt participes habeat in Deo. D

g *Vt probetis potiora.* Iterum crescat charitas vestra in scientiam, vt probare & discernere sciatis non solum mala & bona, sed etiam inter bona quæ sint potio. vt post probationem sitis syn. in vobis, sine operib. corruptionis, & quātum ad proximum sine offensione.

✠ AMBROSIVS. Deo adiutore ordinem disciplinæ Christianæ vult eos imbuere, vt quia firmati in fide sunt, non sint nescij sacramenti credulitatis suæ: & scientes discernere vtilia à contrariis iustitiæ operibus ornent doctrinam Domini, fructum facientes immortalitatis, ad abundantiam omnium bonorum, vt gloriosius in his appareat magister gentium. E

(margin: † persuasum habēs)

h *Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam &c.* id est, mercede iustitiæ adeo vt sitis gloria & laus Dei vt pro vobis dicatur: *Mirabilis Deus in sanct. su.*

(margin: † intelligentia. Psal. 66. g.)

i *Scire autem volo vos fratres quia quæ circa me sunt, &c.* Hactenus communiter locutus, inde ponit specialiter quę tolerantiam suadeāt.

✠ AMBROSIVS.

Nec aliud debuit de his sentire quos semper inflexibiles in deuotione Dei expertus est, tam directum & infatigabilem cursum eorum videns, vt cogitaret dignos hos sibi participes gaudij esse. Vnius enim fidei homines congaudere oportet de spe futuræ immortalitatis & gloriæ.

f *Cupiam omnes vos.* id est, intimo amore Christi, vt ab eo perfectè diligamini, vel eo affectu diligatis Deum & proximos, quo Christus qui animam posuit. Vel refertur ad id quod suprà dixit, se desiderare eos esse socios gaudij sui. Et determinat quomodo, scili

(margin: Ioh. 10. d.) C

Pro vobis gratias ago: Confido. Vos autem vo. sci. fr. quasi dicat. Cum ita sitis perfecti, perseuerate & cauete, ne tribulationes instantes hanc vestram diminuant perfectionem, sed exemplum mei respicite.

k *Vt vincula mea manifesta fierent in, &c.* HIERON. Quia namque patienter quælibet mala sustineo, patet non esse scelus falsitatis, quòd in me iusta vindicta percellat, sed quandam veritatis virtutem quam sustinendi fortitudo magnificat.

Velde F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Cum gaudio *id est, gaudens de bono vestro.*

2 Deprecationem faciens super communicatione, &c. *id est, de eo quod mihi communicastis fide & opere.*

3 In Euangelio Christi. *credentes & operantes, sicut & ego.*

4 A prima die. *conuersionis vestræ.*

5 Vsque nunc. *in bono perseuerantes. nam in fide perstiterant, nec falsos Apostolos receperant vt dicit Hieronim. in prologo. propter quod Apostolus de bona consummatione confidebat: ideo dicit:*

(margin: Diuisio) 6 Confidens, &c. quia qui cœpit in vobis opus bonū perficiet. *quia sicut inchoatio operis meritorij est à Deo, ita continuatio & consummatio.*

7 Vsque in diem Christi Iesu. *in quo veniet ad iudicium vestra remuneraturus bona.*

8 Sicut est mihi. *De tam enim bono principio iustum est sentire finem bonum, & maximè circa dilectos, quia dilectio facit opinari bonum dilecto. ideo subditur:*

9 Eo quod habeam, &c. *scilicet charitatis.*

10 Et in defensione, &c. *Philippenses enim iam constanter certauerant pro veritate Euangelij, vt habetur in fine huius cap.*

11 Socios gaudij mei omnes vos. *q. d. ex hoc iustum est mihi sentire, quod eritis socij consolationis meæ in patria, sicut estis socij tribulationis in pugna.*

12 Testis enim mihi. *confirmatio est suæ dilectionis erga eos. ideo subditur:*

13 Et hoc oro vt charitas. *quia charitas semper potest crescere in via.*

14 In omni scientia. *nam crescente charitate, crescit notitia quæ expedit ad salutem.*

15 Vt probetis potiora. *id est, approbetis ea sequendo.*

16 Vt sitis synceri. *id est, puri & mundi in vobis.*

17 Et sine offensa. *proximis.*

18 In diem Christi. repleti fructu iusticiæ per Iesum Christum. *id est, vt in die iudicij appareatis pleni bonis operibus à Deo remunerandis.*

19 In gloriam & laudem Dei. *quia in remuneratione cœlesti est laus ingis, Psal. 83. b.* Beati qui habitant in domo, &c.

20 Scire autem. *Hic consequenter Apostolus reddit Philippenses beneuolos, amicabiliter eis significans statum suum. Et diuiditur in duas scilicet principalem & incidentalem: ibi:* Quidam quidem. *Circa primum dicit:* Scire autem volo vos fratres. *tanquam amicos meos speciales.*

21 Quia quæ circa me sunt. *scilicet tribulationes, & vincula quæ Romæ sustineo.*

22 Magis ad profe. Euangel. per. *nam ex hoc fuit magis publicatum*

✠ contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vel de vinculis meis loquebantur, vel prædicatores iudicabãt in omnibus prætoriis.

A a *Et in omni.&c.* Cum enim Apostolus Romæ vinctus detrusus esset in carcere in domo imperatoris, & doceret euangelium, & infirmos animaret, multaque miracula patraret, multi per eũ crediderunt, in tantum, vt domum persecutoris ecclesiam faceret, tunc enim manifesta facta sunt vincula eius in Christo.

Vel in omni præ.&c.om. locis.i. imperatori omnibus consulibus & principibus & minorib. propter Christum illum talia sustinere. († 23. q.4.c. quam magnum.)

✠ Chrysosto. Possibile erat illos, audito quod vinctus esset, dolere, putaréque ex ea re moras habituram Euangelij predicationem quam suspitionem tollit: & istud amantis est, vt q̃ sibi accidunt, illis manifestet, qui suo nomine curis iunguntur. (B) († purè) Vincula mea, inquit, manifesta sunt in toto prætorio. Deinde non solum hæc mea vincula aliorum ora nõ obturarunt, aut timidos effecerunt: sed magis confidentes reddiderunt. Ergo si etiã vinctus maio e fiducia egit, plus illi animi addidit quàm si vinctus non fuisset. Quomodo verò ad profectum euangelij facta sunt vincula? Deus istud ita dispensauit, inquit, vt non essent occulta mea propter Christum in toto prætorio. Ita regias vocabant.

✠ Sedvlivs. Tribus causis hoc dicit, vt magnificaret potentiam Dei, vt exemplum fieret aliis, vt consolaretur Philippenses mœstos de vinculis & tribulatione eius in Roma *In omni prætorio*, id est, in domibus regum, vbi prætores solent esse.

b *Auderent sine.* Avg. Constantia enim eius multos animauit, vt non timerent euangelizare.

c *Quidam quidem,&c.* ✠ Sedvlivs. Hîc subiungit quatuor ordines prædicantium verbum Dei Propter inuidiam, hoc est, dũ mihi apud credentes gloriam auferre se putãt, ne solus mihi vindicare videar scientiam prædicandi: *Alij propter bonam voluntatem*, quia alios saluare volentes. Christum annunciant. *Alij ex charitate*, id est, vt mihi adiutores fiant, quia sciunt me à Deo ad defendendum Euangelium ordinatum. Alij verò dolosè prædicant ad me grauandum, quasi plures discipulos facientem, & doctrina mea totum orbem implere cupientem, vt ex hoc saltem mihi maior inuidia cumuletur vel pressura. D

a ¶ Vincula ipsa, quòd essent in Christo. id est, quod propter eum vinctus essem: non pro alio crimine. b ¶ Vbi maiores, conueniunt.
a vincula mea manifesta fierẽt in Christo in omni prætorio, 1
a ¶ Locis. b ¶ Ita profuerunt euangelio quæ sustineo. ¶ Non se. ¶ Consideratione vinculorum. 2
& in cæteris omnibus, ut plures de fratribus in domino cõ-
¶ Quam ante. a ¶ Contra impugnantes. ¶ Q. Meo exemplo auderent confidenter prædicare, ita dicentes: Si vinctus loquitur: cur non potius nos?
b fidentes, in vinculis meis abundantius. auderent sine timo-
a ¶ Diuersi à prioribus quia mali. ¶ b Prædicant. ¶ Quia inuident gloriæ mei apostolatus, & contendunt habere.
c re verbum Dei loqui. † Quidam quidem & propter inui- 3
a ¶ Ab iis diuersi, boni. b ¶ Pro dilectione Dei & proximi, exemplo meæ bonæ voluntatis. ¶ Vt alios saluent.
d diam & contentionem, quidam autem & propter bonam 4
a ¶ Non diuersi. b ¶ Priuata ad apostolum, vt vicem eius vincti supplerent.
voluntatem Christum prædicant. Quidam ex charitate, 5
a ¶ Id est, pro defensione sum positus in vinculis, vel positus, id est, firmus & stabilis sum in defensione.
scientes hoc quoniam in defensionẽ euangelij positus sum. 6
a ¶ Ab his diuersi, quia mali.
e Quidam autem ex contentione Christum annunciant, nõ 7 8
a ¶ Augumentare.
f † syncere, existimantes pressuram se † suscitare vinculis 9
a ¶ Dum etiam mali ad profectum. Quid enim refert qua intentione? b ¶ Terrenæ acquisitionis. c ¶ Vt mali. 10
g meis. Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, 11

d *Quidam autem.&c.* Conuicti in cõtentione à me. Prædicant secundum quòd eos cõuinci debere prædicare.

e *Ex contentione.* Ex priuato odio, quod aliquando mecum cõtulerunt, & confutati sunt Et ne viderentur correcti. addit: *Non puro animo*: Sed.

f *Existimantes.* vt si q. de prædicatione eos accusent, in me autorem eius vindicent. E

Existimantes pressurã. Amb. Astutia ergo simulationis isti Christum annunciabant, vt possent seditiones excitar Apostolo qua si autori, qui multos cõgregauerat suo collegio. Ecce quatuor species doctorum distinxit. duas bonorum, & duas malorum, qui omnes annunciant Christum, sed non eodem animo. († addere Doctorum species quatuor.)

Avg Mali enim non simplici & veraci animo Christũ annũciabant. Boni verò puro animo, fide sincera, omnes tamẽ euangelio proficiebant. Vnde & mal s tolerãdos dicit, subdẽs: Quid enim? (Aug. tract. 46. in Io.)

✠ Avgvstinvs Qui non ex charitate, sed ex occasione prædicabant verbum Dei, aliud sentiebant, quod in eorum moribus apparebat: & aliud prædicabant, vt sancto nomine placerent hominibus. Nam de his iterum dicit: *Neque enim isti Deo seruiunt sed suo ventri.* quos tamen Christum annunciare permittit. Quamuis enim potius crederent. quæ ipsi faciebant vt morerentur: ea tamen prædicabant, quæ si alij credentes facerent, saluarentur. Terrenis nempè cupiditatibus consulentes, regnum cœlorum annunciabant, habentes in pectore falsitatem, in lingua veritatẽ. Sciens itaque Apostolus etiam per Iudam euangelizantem credentes esse liberatos, istos quoque ita permittit. (in psal. 115.)

g *Quid enim?* Non prohibet mercenarios sed permittit, quia & ipsi vtiles sunt ad aliqua. C F

Siue per

NICOLAVS DE LYRA.

contra intentionẽ me persequentium, qui per incarcerationem meam credebant extinguere euangelium. nam in carcere prædicabat, & miracula faciebat: ex quibus plures de incarceratis, & custodibus conuertebantur: & hæc omnia ad diuersas partes orbis deferebantur, eo quòd Romani toti mundo dominabantur. ideo subditur:

1 Vincula mea. *id est, manifestum fieret, quòd vincula constanter sustinebam propter Christum.*

2 In omni prætorio. *Aliquando enim in prætorio erant iudices minores, & aliquando maiores, & aliquando cum eis præsidebat imperator. & in omnibus istis differentiis fuit Apostolus in prætorio adductus: & ita constanter se habuit, quòd plures Christi discipulos animauit ad prædicandum publicè Christum, qui prius hoc facere non audebant. ideo subditur:* Vt plures ex fratribus, &c.

3 Quidam quidem, &c. *Hæc est pars incidentalis. quia prædixerat immediate aliquos audaciam prædicandi assumpsisse ex vinculis suis, ideo incidentaliter ponit distinctionem prædicantium. Nam aliqui faciebant hoc intentione bona, alij verò mala. Et diuiditur in duas. Nam primò ponit hanc diuersitatem. secũdò circa hoc suam charitatem, ibi:* Quid enim? *Circa primum dicit:* Quidam quidem, &c. *id est inuidia, & contentione moti contra me eo quòd prædicatio mea de præterito apparuit magis virtuosa & ex hoc facta est magis famosa quam ipsorum, propter quod me incarcerato fortius prædicant, vt sapientiores, & famosiores appareant.*

4 Quidam autem, &c. *non intendentes ex sua prædicatione consequi propriam gloriam, sed honorem Dei, & salutem proximi.*

5 Quidam ex charitate. *non solum ad proximum generaliter, sed etiam ad me specialiter.*

6 Scientes, &c. *i. pro defensione euangelij.*

7 Positus sum. *s. in carcere. & ideo prædicando supplent vicem meã, qui non possum ad hoc faciendum discurrere: & releuant famã meam quam aliqui nituntur deprimere, vt dictum est.*

8 Quidam autem ex contentione. *Iste modus male annunciandi Christum differt à primo. Nam illi quærebant deprimere famam Pauli, & suam eleuare: isti verò quærebant pœnam sui carceris aggrauare. ideo subditur.*

9 Existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. *di. se esse Pauli dis. falsè tamen: vt per hoc Apostoli pœna aggrauaretur. sicut Torquatus dicebat se esse discipulum sancti Tyburtij, vt à iudice grauius puniretur. propter quod isti non videntur fuisse Christiani, nisi simulatoriè. Et huic consonat quod dicitur:*

10 Christum annunciant non syncere. *sed simulatoriè. Et sic patet, quòd Apostolus ponit quatuor modos annunciantium Christum Quorum primus & quartus sunt mali quantum ex intentione denuntiantium, non tamen ex re denuntiata. Tertius & secundus boni sunt vtroque modo.*

11 Quid enim. *Hic consequenter Apostolus declarat suam charitatem. & primò quantum ad dictas prædicationes. secundò quantum ad Philippenses, ibi,* Coartor. *Circa primum apparet charitas Apostoli: eo quòd omnem modum denuntiandi Christum ipse acceptauit, quamuis aliqui sint ad grauamen suum, quod contemnit propter honorem diuinum. Et hoc est quod dicit:* Quid enim? dum omni modo siue per occasionem. *Quasi diceret, de diminutione famæ meæ & aggrauatione corporalis pœnæ non curo, dum tamen nomen Christi prædicetur. Immo de istis.*

Gaude

A a *Si per veri.* Avg. Veritatem quidam annunciabant, & si non per veritatem. i. non vero animo. Ex occasione enim euangelizabant, quærentes ab hominibus commoda sua. terrenis enim cupiditatibus consulentes regnum cælorum annunciabant, habentes in lingua veritatem, sed nõ in pectore castitatẽ. Qui sunt vtiles eis quos instruit dominus. Vnde ait: *Quæ dicunt facite, opera autem eorum nolite facere.* Quisquis enim à Deo præter Deum aliquid quærit, non castè Deum quærit. Tres inuenimus personas, si domini verba in euangelio diligenter inuestigamus, pastoris, mercenarij, furis. Pastor veritatem annunciat, propter veritatẽ. Mercenarius, occasione rei temporalis. Fur, & latro veritatẽ negat & tollit. (B) Diligendus est ergo pastor, tolerandus mercenarius, cauendus est latro. (Augu. tract. 6. in Io. & in psal. 115. — Mat. 23. — Mat. 23 a — Aug. Serm. 49. de verbis Dom. — † libertate — † 7. q. 1. c. si. De pœ. dist. 2. c. qui vult in fi.)

b *Sed & gau.* Ideo gaudeo de malis meis, vel de profectu euang quia inde mihi salus. († 2 re. 24. c. 7 q. 1. c. fin. De renun. c. nisi. §. porro.)

c *Quia in nullo confundar.* ✠ Hiero. Neque in vita, neque in morte, neque in contumeliis, neque in opprobriis: denique in nullo Apostolus confundebatur. Nos in omnibus erubescimus, & in quo vituperamur, vltra non facimus, quamuis secundum Deum cœperimus: Vnde ostendimus nos laudibus, non Christo seruire. Apostolus non confundebatur in catenis, nos confundimus in opprobriis.

✠ Chrysostomvs. Id est, nullam mihi ignominiam, sed magnum lucrum afferet mors. perinde ac si dicerer: immortalis quidẽ minimè sum: sed charior Deo, quàm si immortalis essem. Non enim par laus est, si immortalis mortem contemnat, ac si mortalis. Quamobrem etsi moriendum nunc mihi esset: nullum hinc subirem dedecus, verumtamen non moriar.

✠ Anselmvs. Id est, in nulla re erubesco, quoniam nec in conscientia mea quicquam est, vnde coram Deo erubescam, nec de his quæ pro Christo foris patior, verecũdari possum. Et ideo certus sum, quia consequar quod spero. Si enim videret apostolus se in aliquo confundi & deficere posset desperare de salute. Sed quia videt se constantem per omnia, & hanc Dei gratiam sibi esse concessam, ideo sperat quod maius est, non confundor vt in aliquo cedam, quia & spes magna, & res vera atque honesta. C

Haimo. Quia & spes magna, & res vera & honesta.

d *Et nunc.* ✠ Hieronymvs. Inimicis suis insultat, quod ei nocere non valeant. Si enim occiderint, martyrio coronabitur. Si seruauerint, ad Christum annunciandum, plurimum facient fructum. D

✠ Chrysostomvs. Nam & moriendo, inquit, non moriar, vitam habens in me ipso. Tunc me sustulissent: si per metũ potuissent ex anima mea fidem deturbare. Quandiu vero, mecum Christus fuerit, etiam si mors ingruerit viuam.

a ¶ Vt boni. ¶ Vero animo. b ¶ Veritas Christi, non falsitas. vnde, Quæ dicunt facite. c ¶ Quod per occasionem, non solum per veritatem. d ¶ Nunc.
a siue per veritatem Christus annuncietur. Et in hoc gaudeo, 1
a ¶ Vel non solum aliis profectus, sed & mihi gaudium. b ¶ Post. c ¶ Pati pro Christo. ¶ Vel euangelij ex mea prædicatione profectus. ¶ In futuro.
b sed & gaudebo. Scio enim, quia hoc mihi proueniet ad sa- 2
a ¶ Quod illi ad mortem parant. ¶ Non solum meo merito. b ¶ s. per spiritum, qui subtus me quasi ruiturum sicut columna fulcit. 3
lutem per vestram orationem, & subministrationem spiritus 4
a ¶ Q. quæ erit tanta quantam expecto in futuro, & in præsenti spero. b ¶ Hoc spero.
c Iesu Christi secundum expectationem & spem meã quia in 5
a ¶ Statu. ¶ Prosperis vel aduersis, vt aliquo modo cedam à prædicatione. 6
b ¶ A tempore conuersionis. c ¶ Dum in vinculis laboro.
d nullo confundar, sed in omni † fiducia sicut semper & nunc 7
a ¶ Apud gentes. b ¶ Fama & gloria Christi. 8
c ¶ Etiam quod fragilius est. d ¶ Si vixero, docendo.
magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue 9
a ¶ Exemplum relinquendo. 10
b ¶ Per vitam, quia causa eius viuo, vt eum magnificem, non ob aliud. 11
e per mortem: † Mihi autem viuere Christus est, & mori lu- 12
a ¶ Per mortem, quia Christus est præmium mortis, vel ipsum mori est lucrum, quia per mortem ab his miseriis liberatus ad beatitudinem transeam, vel quia per mortem multos lucratur Deo. 13
b ¶ Bene operari. c ¶ Quod mirum videtur. 14
d ¶ i. tam dignus de opere meo. s. magnificare Christum.
f crum. Quòd si viuere in carne, † hic mihi fructus operis est: 15
a ¶ Ecce. ¶ Nedum appetam. b ¶ i. non solum ignoro: sed & coartor. 16
¶ Ideo ignoro: quia vel quid eligam ignoro. Coartor enim è duobus, &c.
c ¶ Ex desiderio dissoluendi & necessitate viuendi.
g & quid eligam ignoro. † Coartor autem è duobus deside- 17 18
h a ¶ Ab his miseriis. b ¶ Quia vinctus. ¶ Præsentialiter. c Quantum ad me.
i rium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis me- 19 20

e *Mihi autem viuere Christus est, &c.* Q. Meritò Christum magnifico siue vita, siue morte, quia Christus mihi viuere, id est, mihi vita hic per fidem & spem, & in futuro per speciem, pro hac vita mortale corpus tradit, vt ipsum immortale in æternum recipiat. E

f *Quod si viuere, &c.* Christus est mihi viuere, vt eum magnificem. Quod si est, tũc nescio quid eligam, mori, an viuere. Q. nisi hic fructus esset, nõ dubium quin mori eligerem, vt Christum haberem præmium: & ideo ne dubitetis mori. († ea res)

g *Quid eligam ignoro.* ✠ Anselmvs. Quia nisi hic fructificare adhuc quotidie possem, hauddubium qui mori eligerem, cum Christum haberem lucrum. Sed quia me video multis assiduè prodesse, charitas eorum adhuc me retinet in carne.

h *Coartor autẽ è duobus, &c.* Avgvstinvs. de doctrina Christi. Non ita distinguendum est, vt dicatur: Coartor, & postea sequatur: è duobus desiderium habens scilicet dissoluendi & in carne manendi: quod ex ipso textu sermonis diiudicatur. quoniam sequitur: dissolui & esse cum Christo multo melius est. Apparet enim eum eius quod optimum est dicere se habere concupiscentiam, vt cum ex duobus compellatur, alterius tantum habeat concupiscentiam, alterius necessitatem propter fratres. Sic ergo distinguendum est: Coartor vel compellor è duobus. F Deinde sequitur, ego dico desiderium vel concupiscentiam dissoluendi habens, ab his miseriis quibus quasi compedibus vinctus sum, & cum Christo esse præsentialiter. Et quasi quæreretur, quare huius rei potius habeat concupiscentiam? subdit, quia multò magis melius est quantum ad me. Et quasi iterum diceretur: Cur ergo è duobus compelleris? subdit, quia est manendi necessitas, dicens: Permanere autem in carne necessarium est propter vos, non propter me. Q. Illud melius est mihi, hoc est necessarium vobis, ideo illud cupio, illud non recuso. (lib. 3. c. 2.)

i *Desiderium habens dis.* ✠ Hieronymvs. Illud melius mihi, istud

NICOLAVS DE LYRA.

1 Gaudeo. *in præsenti, & magis.*
2 Gaudebo. *in futuro. Et subdit causam dicens.*
3 Scio enim quia hoc proueniet ad salu. *id est, ad augmentum meriti.*
4 Per vestram orationem. *id est, quia ipse Christus dabit mihi vires & constantiam sustinendi per orationes vestras ad Deum pro me fusas & fundendas.*
5 Secundum ex. *Beatitudinis obtinendæ. cuius signum subdit dicens.*
6 Quia in nullo. *Ex persecutione aduersantium.*
7 Sed in omni. *i. firma constantia.*
8 Sicut semper, &c. *supple fui de præterito à tempore conuersionis meæ.*
9 Et nunc. *s. de præsenti & futuro.*
10 Magnificabitur Christ. *i. honorabitur.*
11 In corpore meo. *Quia si viuam, prædicabo nomen eius magnificè. si moriar, hoc erit pro eius fide, & sic moriar in eius gloriosa confessione.*
12 Mihi autem vi. Christus est. *Me viuificans per suam gratiam.*
13 Et mo. *Pro eo.*
14 Lucrum. *scilicet vt sim ei perfectè coniunctus per gloriam, & quia vtrumque bonum est: nam sic viuere est augmentare meritum, ideo dicit.*
15 Quod si vi. in. *s. mortali & passibili.*
16 Hic mi. fru. operis. *i. augmẽtatio meriti: & supple, statim mori est absque dilatione præmium consequi. ideo subdit:* Et quid eligam ignoro, &c.
17 Coartor. *Hic consequenter ostendit charitatem suam ad Philippenses. & primò hoc ostendit, secundò eos ad martyrij tolerantiam inducit, ibi:* Tantum dignè. *Primum autem ostendit per hoc quòd prælegit bonum Philippensium accelerationi suæ gloriæ, dicens:* Coartor enim. *i. moueor ad petendum quæ non possunt simul haberi.* (Diuisio)
18 Desi. ha. dis. *Per mortem corporalem.*
19 Et esse cum Chr. *In gloria.*
20 Mul. ma. enim me. *Videtur pro me.*

A bi, istud necessarium vobis. Et mortem illos non timere, sed diligere debere eos, demõstrat exemplo, & vt non contristentur, vt mansurum se in carne spiritu prophetico promittit.

† exploratum habens

In psal. 93.

✱ AVGVSTINVS. Tædium illi erat manere in carne, & ex duobus patiebatur angorem, dissolui & esse cũ Christo: multum enim optimum esse ducebat. At cùm appropinquaret ipsa passio, quomodo exultabat? quomodo gloriabatur? *Bonum*, inquit, *certamen certaui, &c. de cætero, superest mihi corona iustitiæ, &c.* B

† concertantes

a *Permanere autem, &c.* Ecce quod non sibi melius, sed quod multis expedit eligit propter charitatem, quæ præ omnibus eligenda.

b *Et gaudium fidei, &c.* Vt de fide vestra gaudeamus, vel vt vos de fide gaudeatis in ea proficientes. Quod non est nisi vbi est munda conscientia. C

a ¶ Illud melius: hoc necessarium. b ¶ Non propter me. ¶ Quia necessarium propter vos: vel scio non dubie, sed confidens in misericordia Dei.

a lius: permanere autem in carne necessarium est propter vos. 1

a ¶ Non parum quidem sed diu. 2

Et hoc † confidens, scio, quia manebo & permanebo om- 3 4

a ¶ Maioribus & minoribus. b ¶ Vt crescatis per bona. 5

b nibus vobis ad profectum vestrum & gaudium fidei, vt 6

a ¶ i. vt gratias abundanter agatis Deo cum gaudio. b ¶ Qui bene fecit vobis. c ¶ Vobis seruato. ¶ liberato. 7

gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me per meum 8

a ¶ Futurum. b ¶ Confirmandos. ¶ Veniam si tantummodo. c ¶ Disciplina dominica. ¶ Quia secundum vestrum meritum dabitur mihi vita ad opus vestrum.

aduentum iterum ad vos. Tantum dignè euangelio Chri- 9

a ¶ Ita dignè, vt &c.

sti conuersamini, ut siue cum venero, & videro vos, siue ab-

a ¶ Hoc scilicet. b Sancto, cui non hæret contrarius spiritus: & sicut est vnus, ita vos vnanimes sine dissensione. c ¶ Voluntate. ¶ Omnis enim pugna vnanimiter aggressa victoriam parit.

sens audiam de vobis quia statis in vno spiritu vnanimes

a ¶ Et. ¶ Totis viribus. b ¶ Adimplenda quæ fides exigit. c Post hoc. d ¶ Periculo.

† collaborantes fidei euangelij, et in nullo terreamini ab ad-

a ¶ Qui vos terrent per aspera. ¶ Aeternæ.

uersariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem sa-

¶ Aeternæ. ¶ Quasi præmium. ¶ Quem diligitis.

c lutis. Et hoc à Deo. Quia vobis donatum est pro Christo,

a ¶ Vnde maior gloria.

d non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiami-

a ¶ Contra hostes. b ¶ Dum apud vos præsens fui. c ¶ Dum absens. ¶ Q. Non hortor vos ad id quod ipse horream.

e ni, idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

✱ ANSELMVS. Nõ à vobis ipsis habetis, vt salutem per passionem consequamini, sed à Deo gloriari de meritis incipietis. D

c *Et hoc à Deo, &c.* Etiam quòd patimini non à vobis est, sed à Deo: quia pro merito Christi qui patri obediuit, hæc inter alias gratias data est vobis.

✱ HIERONYM.
10 Occasio fidei à Deo
11 donata est: quia si nõ venisset Christus & docuisset, non vtique crederemus.
12 E
13 d *Non solum, &c. sed*
14 *vt etiam, &c.* AVGV-
15 STINVS. vtrunque
16 ergo ad Dei gratiam
17 pertinet, & fides cre-
18 dentium, & toleran-
19 tia patientium, quia
20 vtrunque dixit esse
21 donatum.
22
23 e *Quale & vidistis,*
24 *&c.* Quando nudus
25 verberatus sum pro
26 muliere phythonissa
27 à qua spiritum ma-
28 lignum exclusi, quæ magnum quæstum præstabat dominis suis.

lib. de prædestinatio. sanct. & lib. de gratia & lib. arbit.

Act. 16. c.

✱ AN

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Perma. au. &c. *i. diutius viuere.*

2 Neces. est pro vo. *Ad vestram confirmationem in fide & moribus per doctrinam Et eligens hanc partem subdit.*

3 Et hoc confidens, &c. *scilicet bonum vestrum per me promouendum.*

4 Scio. quia mane. &c. *In vita præsenti ad vtilitatem vestram. ideo subditur.*

5 Et permanebo omnibus vobis ad profectum ve. *scilicet in fide & moribus.*

6 Et gau. fi. *id est, fidelium.*

7 Vt gra. ve. &c. *Quæ est gratulatio sancta.*

8 In me per, &c. *Quod Philippenses summè desiderabant, & Apostolus hoc intendebat facere habita opportunitate ex diuina ordinatione. Aliter enim non asserit se venturum, vt patet in parte sequenti.*

9 Tan. di. *Hic consequenter ponitur monitio de tolerantia martyrij, ad quam tamen præexigitur conuersatio sancta. ideo dicit:* Tan. di. euan. Chri. conuer. *id est, intantum conuersamini dignè secundum euangelij doctrinam.*

10 Vt siue cum venero. *Ad vos, si Deus voluerit.*

11 Siue absens. *Si aliud de me ordinauerit.*

12 Audiam, *Absens, vel videam præsens.*

13 Quia statis. *Firmiter.*

14 In vno spiritu. *id est, in spiritusancto, qui est vnus.*

15 Vnanimes. *in corde.*

16 Collaborantes. *In opere.*

17 Fidei euangelij. *id est, in his quæ pertinent ad fidem euangelicam.*

18 Et in nullo terreamini ab aduersa. *Vos persequentibus.*

19 Quæ. *scilicet persecutio.*

20 Est illis causa perditionis. *gehennæ.*

21 Vobis autem salutis. *æternæ.*

22 Et hoc à Deo. *Qui dat gratiam & gloriam.*

23 Quia vobis donatum est pro Christo. *id est, pro honore Christi.*

24 Non solum vt in eum credatis. *Vt infirmi fideles.*

25 Sed vt etiam pro illo patiamini. *Constanter sicut fortes, quod prouenit ex speciali dono Dei.*

26 Idem certamen habentes. *Contra aduersarios fidei.*

27 Quale & vidistis in me. *Quando fui apud vos flagellatus pro curatione puellæ phythonissæ, vt habetur Act. xvj.*

28 Et nunc audistis de me. *Quod sum incarceratus Romæ.*

✱ CAP.

CAP. II.

☞ A a *SI qua er.* A prædictis infert, Q. Et quia pati est donum Dei, & quia pa. &c. vt suprà dictũ est, ergo qui me fecistis iam gaudere de communione vestra in euangelio Christi, implete gaudium meum, addita sustinentia & patientia tribulationum.

✱ CHRYSOST. Hac orationis figura in mouendo affectu vtimur si quid postulandum sit, quod cæteris omnibus rebus præponamus. Nam nisi omnibus præponeremus, non eo vno impetrato omnium nobis exhaustam esse mercedem vellemus, nec per illud diceremus: quicquid nobis debebatur, esse præsentatũ. Hic de humilitate suadet. B

CAP. II.

¶ Quia pati est donum Dei, & quia ego patior, & quia iam vtile est, vt supradictum est. a ¶ Exhortatio.

a SI qua ergo consolatio in Christo est, si 1

a ¶ Communionis. b ¶ Si vultis habere vnionem, quam spiritussanctus facit in omnibus fidelibus.

b quod solatium charitatis, si qua † socie-

¶ Per quam coniungimur in vno nouo corpore. a ¶ Si pius affectus est in vobis de quo procedat miseratio. b ¶ Erga me.

c tas spiritus, si qua viscera miserationis,

a ¶ Gauisus sum de fide: implete, vt constanter patiamini. b ¶ Ita. ¶ Tunc illa verè, si hoc fit. c ¶ Non diuersam in fide. ¶ Ad omnes.

implete gaudium meum, ut idem † sapiatis, eandem charita- 2

a ¶ Vnius voluntatis. b ¶ Mala cuiusque sint omnium. c ¶ Agentes. 3

¶ Vt alius alij contendat præponi. ¶ Vel: & si bona dicunt non contentiosis verbis. 4

d tem habentes, vnanimes, idipsum sentientes. Nihil per con- 5

a ¶ Propter famam seculi, quæ inanis. b ¶ Vt de vobis humilia sentiatis. 6

e tentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate su- 7

a ¶ Alios apud Deum digniores. b ¶ Alter alterum. c ¶ In cordibus iudicantes. 8 d ¶ Hoc possunt qui non sua intendunt, sed quæ aliorum, vt Christus qui pro aliis tanta tulit. e ¶ Bona, vel onera.

f periores sibi inuicem arbitrantes. Non quæ sua sunt singuli 9

a ¶ Vt experimento cognoscatur esse in vobis.

g considerantes, sed & ea quæ aliorum. † Hoc enim sentite in 10

¶ Vt quæratis quæ aliorum sunt, non quæ vestra. a ¶ In plena essentia & æqualitate patris. b ¶ Non dico accepisset inde aliquid, cum sit eadem substantia cum patre.

h vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, 11

i a ¶ Quia verè erat æqualis per naturam. b ¶ Certissimè sciuit.

k c ¶ Q. Aequalis erat Deo patri, sed quoniam in se erat in forma patris, manens vtique quod erat. 12

l non rapinã arbitratus est esse se equalẽ Deo. Sed semetipsum 13

Aug. sermo. de blasphe. in Spi. sanct. & libro 83. quæstio.

Si qua con. in Chri. Si vultis habere consolationem in rebus Christi, id est, in remissione peccatorũ & in aliis donis. Vel si consolari me vultis, si quod solatium chari. est vobis, id est si vultis vt charitas ecclesiarum quæ orãt & bona agunt pro fratribus, sit vobis solatium & confortatio in aduersitatibus vestris.

Si qua, &c. Alia litera. AMBRO. Si vera est exhortatio spei in Christo apud vos, qua nos inuicem conso. &c. In quibus non videntur probati, si non sit quod subdit.

C b *Si qua, &c.* AVG. Propter hanc societatem, illi in quos primitus venit spiritussanctus linguis omnium Gentium sunt locuti.

Act. 2. a

✱ ANSELMVS. Societas spiritus, est illa coniunctio fidelium, quam dat eis spiritussanctus, per quam omnes vnum fiunt.

Si qua so. spi. i. si in eo efficimur vnum, quod verè est.

c *Si qua vi. ce mi.* i. si effectum miserationis habetis erga me. Nõ dico ipsam miserationem. i. exhibitionem misericordiæ. Si ista inquam vultis vobis prodesse, implete gaudium meum. i. estote humiles, *vnani.* quod eritis si hoc habueritis idem. s. sapere, &c.

d *Nihil pro con.* Nota contentiones fuisse inter eos.

AMB. Erant aliqui inter eos dissentiẽtes, inquieti, inanis gloriæ causa contendentes, pacem ecclesiæ rumpentes. D

li. 83. quæst.

e *Supe.* AVG. Verè hoc existimandum, quia potest esse in alio aliquid occultum, quo superior sit, etiam si bonum nostrũ quo illo videmur superiores esse non sit occultum.

f *Non quæ sua sunt.* Hic docet, quomodo vitent contentionem & inanem gloriam, & quomodo arbitrẽtur alios superiores. s. si considerauerint nõ sua bona, sed aliorum.

g *Hoc enim sen. &c.* Non quærat suũ cõmodum, sed aliorum sicut Christus. Ad patientiam & humilitatem vos inuito. Hoc enim debetis in vobis sentire quod in Christo fuit. Sicut Christus non quæsiuit sua, sed nostra, ita nos inuicem onera nostra portemus.

† cõmunio

† sentiatis, i. sitis concordes

h *Qui cum in forma.* AVG. Præmittit alta de Christo, vt hi in quibus est locus abiectionis non dedignentur humiliari.

Tract. 18 in Ioan.

E

i *Arbitratus.* Sciuit se esse æqualem Deo.

† Is enim affectus sit in vobis, qui fuit.

✱ AVGVST. Quid est nõ rapinam arbitratus est, se æqualẽ Deo? non vsurpauit æqualitatem Dei, sed erat in illa, in qua natus erat, & nos ad æqualem Deum quomodo perueniremus, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Non ergo se exinaniuit amittens quod erat, sed accipiens quod non erat.

Tract. 17. in Ioan.

✱ AMBROSIVS. Quod enim quis non habet, rapere conatur. Ergo non quasi rapinam habebat æqualitatem cum patre, quam in natura sui tanquam Deus & dominus possidebat. Vnde addidit: *Formam serui accepit.* Cõtrarius vtique seruus æquali. Æqualis ergo Dei forma, minor in susceptione carnis & hominis passione.

Lib. 2. de fide c. 4. F

k *Non ra.* faciens. i. non vsurpando quod suum nõ esset vt diabolus & primus homo. Vel, non est arbitratus se æqualem Deo esse secundum humanitatem, quod esset rapinam facere, id est, non suum præsumere.

l *Sed semetipsum.* Ostensa altitudine, subdit de humilitate.

☞ AVG.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

✱ SI qua ergo con. *Postquam Apostolus reddidit beniuolos Philippenses, hic cõsequenter reddit eos dociles, informando eos charitatiuè & plenè de moribus & fide. & primò præmittit quandam præfationem, secundò subdit suã informationẽ, ibi:* Vt idem. *Circa primum sciendum, ꝙ consolatio propriè videtur esse anxietatis terminatio, solatium verò consolationis diffusio. Societas autem solatij communicatio. Miseratio verò anxietatis supportatio. quia sicut in corporalibus duo simul iuncti leuius portant onus quàm vnus solus, sic suo modo compatiens alteri supponit se cum eo suo oneri, vt dicitur. ij Rhetoricæ. Et hoc quartum præcedit alia tria, vt patet de se. Apostolus autem erat in carcere: propter quod istis quatuor indigebat: & ista quatuor dicit se consequi, si veraciter obtemperent suæ monitioni: & ex hoc debent ad hoc moueri. Dicit igitur.*

1 Si qua ergo con. in Chri. *i. ordinata ad Christum. q.d. Si me vultis consolari in anxietatibus & solatium præbere & societatem spiritus: quia societatem corporalem exhibere non poterat, & per viscera misericordiæ compati laboribus meis.*

2 Imple. &c. *per impletionem meæ monitionis vt patet ex sequẽtibus.*

3 Vt idem. *Hic consequenter ponitur informatio Apostoli. & primò per seipsum. secundò per suum discipulum, ibi:* Spero autem. *Prima in tres, quia primò monet eos de fidei vnitate, secundò, de vera humilitate, ibi:* Nihil per contentionem. *tertiò de omnimoda sanctitate, ibi:* Itaque charissimi. *Circa primum dicit:* Vt idem sapia. *i. impletio gaudij mei est, vt idem sapiatis de fide. Sapientia enim propriè cognitio est de diuinis: fides autem habet Deum pro obiecto sub ratione summi & veri boni, sed quia fides sine charitate est informis. ideo subditur.*

Diuisio

4 Ean. cha. *Charitas autẽ facit homines vnius voluntatis. ideo subdit.*

5 Vnani. *& per consequens adinuicem compati & congaudere. ideo subditur:* Idipsum sentien.

6 Nihil. *Hic consequenter monet Philippenses de vera humilitate. & primò facit propositum, secũdò ad hoc inducit exemplum, ibi:* Hoc enim sentite. *Circa primum dicit:* Nihil. *supple faciatis.* Per con. *sicut faciũt superbi, Pro. xiij. b.* Inter superbos semper iurgia sunt.

Diuisio

7 Neque per inanem gloriam. *quæ meritum aufert, Mat. vj. a.* Receperunt enim mercedem suam.

8 Sed in humili. superiores sibi inuicem arbitrantes. *Verè enim humiles semetipsos iudicant aliis inferiores. Et subditur causa.*

9 Non quæ sua sunt, &c. *quia verè humiles non considerant proprias excellentias quæ possunt esse occasio propriæ elationis, sed excellẽtias aliorum, quæ sunt occasio humiliationis propriæ & honorationis alienæ.*

10 Hoc enim sen. &c. *Hic consequenter inducit ad hoc exemplum de humilitate Christi, quod est efficacissimum. & primò ponit eius humiliationem. Secundò ostendit eius exaltationem, ibi:* Propter quod. *Circa primum dicit:* Hoc enim sen. in vo. &c. *id est humilitatem Christi habete interius in corde, & non solum exterius, sicut hypocritæ.*

Diuisio

11 Qui cum, &c. *vnus in essentia cum Deo patre ab æterno: quia forma deitatis nullo modo est multiplicabilis.*

12 Non ra. ar. est esse, &c. *sãn potestate. Nã in Deo non est quantitas molis, sed virtutis. Dixit enim Ioan. v. c.* Quæcunque pater facit, hæc similiter & filius facit. *& hoc dicendo nõn fuit rapina: quia non vsurpauit sibi honorem alienum, sed proprium. Et per hoc eliditur error Arrij dicentis Christum esse creaturam.*

13 Sed semetipsum exinani. *i. maximè humiliauit, cum esset tantus*

Universidad de Deusto Biblioteca

A ✠ Avgvst. Semetipsum exinaniuit, non mutando diuinitatem suam, sed nostram mutabilitatem assumendo: & formam serui accipiens, venit ad nos in hunc mundum, qui in hoc mundo erat, quia mundus per ipsum factus est, vt exemplum videntibus Deum, exemplum deorsum mirantibus hominem, exemplũ simul ad permanendum, exemplum infirmis ad conualescendum, exemplum morituris ad non timendum, exemplum mortuis ad resurgendũ esset, in omnibus primatum tenens.

lib.7.de trinit.c.3. Ioan.1.

† figura

lib.de Trin.

✠ Tertvl. Exinaniuit se dum ad iniurias contumeliásque descendit dum audit nefanda, experitur indigna. Cuius tamen humilitatis adest statim egregius fructus.

Tract.78.in Ioan.

a *Exinaniuit.* Avg. Quomodo? Non substantiam euacuans, nõ formam Dei mutans.

b *Formam ser.* Non formam Dei amittens: forma serui accessit, B non forma Dei abscessit: *Exinaniuit.* Exinanire est ab inuisibilitatis suæ magnitudine se visibilem demonstrare.

✠ Hier. Interdum similitudo recipit veritatem. Nam genuit Adam filium secundum imaginem & similitudinem suam, & vocauit nomen eius Seth. In similitudine humana, seruiendo cum omnium dominus esset.

Gen 4.

✠ Anselmvs. Id est, passibilis & mortalis, vt cęteri homines.

✠ Chrysost. Multa ille quidem nostra habuit, multa vero non habuit, huiusmodi sunt, non esse natum ex commistione corporum: peccatum non admisisse. Hæc ipsius erant propria, nullíque hominum communia.

c *In simili. ho fa.* Avg. Videamus ergo Christum Iesum Deũ, & hominem & factorem rerum & factum in rebus, & creatorem hominis & creatum hominem. Deus Christus æqualis est patri, tantus est quantus ille, talis est qualis ille, hoc est quod ille. Non hic est qui ille, quia ille pater, hic filius. Sed hoc est quod ille, quia ille: est Deus & ille, ille omnipotens & ille, ille immutabilis & ille. ideo non rapina erat, æqualis Deo, quia natura erat. sicut est natus, ita & semper natus, & sicut semper natus, ita semper æqualis.

Augu lib.5. de Trinit c 3. Serm. 31. de verbis Aposto Ser. 235. de tẽp. Tracta. 7. in Ioan. lib. de fide ad Pet. c.2.& li.83. quæst. q.73. Christus æqualis patri

Idem. Non itaque inæqualem genuit, vel æqualitatem iã nato addidit, sed gignendo eam dedit, quia æqualem, nõ imparem genuit. Non igitur immerito scriptura vtrunq; dicit. s. & æqualem patri filium, & patrem maiorem filio. Illud propter formam Dei, hoc propter formam serui: propter quam non tantum patre, sed etiam seipso & spiritusancto minor factus est: & etiam *minoratus est paulò minus ab angelis*, ergo & homo factus est, & permanens Deus. Ideo valde rationabiliter & patre minor est homo Christus, & patri æqualis est idem ipse Deus Christus. C Christus enim Dei filius, & Deus est & homo. Deus ab æterno, homo in seculo. Deus, quia Deus verbum. Homo: quia in vnitate personæ accessit verbo anima rationalis & caro. Cum enim esset vnicus Dei filius, vt esset etiam plenus gratia, factus est hominis filius vnus Dei filius: idémque filius hominis. Non duo filius Dei Deus & homo, sed vnus Dei filij Deus sine initio, homo accepto initio.

Psal.8.b

Idem. Sicut enim non augetur numerus personarum cum caro accedit animę, vt fit vnus homo, sic nec augetur numerus personarum cum homo accedit verbo, vt sit vnus Christus.

Idem. Legitur itaque Deus homo, vt intelligamus huius personæ singularitatem, non vt suspicemur in carne mutatam diuinitatem. Non enim illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum & mutatum est, nec diuinitas quippe in creaturam mutata est, vt desisteret esse diuinitas. Nec creatura in diuinitatem mutata est, vt desisteret esse creatura.

Aug. li.7.de Trin.c.3.li. de fide ad Pet.c.2.lib.1 de pecca. merit.& remissione c.26 Tracta. 36. in Io.

g *Factus.* secundum formam serui. Qui erat infectus secundum formam Dei, & etiam suo.

d *Habitu.* i. conuersatione.

f Inuen

a ¶ Humiliauit. ¶ Quasi enim dignitate se exuit, dum formam serui sibi vniuit forma Dei. Et ne putares formam serui in hoc immortalem fieri, addidit: In similitu. ho factus. i. passibilis & mortalis.

b exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem ho- 1

c minum factus & † habitu inuentus vt homo. Humi- 2

g ¶ Etiam. ¶ Tam altum. ¶ Patri. a ¶ Non solum sustinendo conuitia & opprobria. 3

d liauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: 4

e a ¶ Non qualibet. b ¶ Sed. c Quia ignominiosior. d ¶ Quia tã humiliter passus est Christus. 5

f ¶ Propter obedientiam vsque ad mortem crucis. e Dando impassibilitatem & immortalitatem. 6

h mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit il- 7

i

D e *Inuẽtus.* ✠ Ansel. Id est, induta humanitate, non sibi, sed eis quibus in homine apparuit inuentus vt homo, id est, habendo hominem inuentus vt homo est. Non enim poterat inueniri vt homo ab his qui cor immundum habebant, & verbum apud patrem videre non poterant, nisi hoc suspiciendo quod possent videre, & per quod ad illud lumen interius ducerentur. Habitus eius est humanitas qua se velut indumẽto vestiuit.

✠ Idem. Itaque appellatione habitus, ostẽdit quomodo sit in similitudinem hominum factus: quia non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cum indutus est homine: quem sibi vniens quodãmodo atque confirmans immortalitati & æternitati sociaret.

Volẽti experiri, vt alius homo, quia comedit, bibit, sedit, &c. *Habi.* Habitus est hominis susceptio, quasi vestis, quæ non mutat quod vestit.

E Habitus in ea re dicitur quæ vt habeatur accedit. Verumtamen hoc interest, quia quædam eorum quæ accedunt vt habitũ faciant, non mutantur, sed mutant, vt sapientia quæ de stulto sapientem facit, in se integra manens & inconcussa. Quædam verò vt mutent & mutẽtur, vt cibus qui amittit speciem suam cum in corpus vertitur, & exilitatem in robur commutat. Tertiũ verò genus nec mutat, nec mutatur, sicut anulus positus in digito. quod genus rarissimè reperitur. Quartum genus, cum ea quæ accedunt mutantur non à sua natura sed quodammodo formãtur, & aliam speciem ac formam accipiunt, vt est vestis quæ deiecta & deposita non habet eam formam quam sumit induta. Induta enim membris accipit formam quam nõ habet exuta, quod genus congruit huic operationi. Et secundum hoc.

Aug. lib 83. quæst. q 73. Habituum quatuor genera.

Exinaniuit. Avg. Deus filius semetipsum non formam suam mutans, sed formam serui accipiens neque conuersus aut transmutatus in hominem amissa incommutabili stabilitate.

Lib. contra epist. Manichæi, ca 36. libro de fide ad Pet.c.2.

In similitudi.ho.fa.est. Ipse susceptor verum hominem suscipiendo. hæc similitudo verum hominem exprimit. *Et habitu inuẽtus.* i. habendo hominem inuentus est vt homo eis quibus in homine apparuit. Quod dicit: vt homo, tale est quale illud: *Quasi vnigenitus à patre.* Veritatem enim exprimit. Nõne ergo habitus satis significauit qualiter dixerat, in similitudinem hominum factus? quia non transfiguratione in hominẽ, sed habitu factus est: cum indutus est homine quem sibi vniens quodammodo & cõformans immortalitati æternitatíque sociaret.

Ioan 1.b

f *Humiliauit.* ✠ Chrysost. Sponte filius patri obediuit, nõ quasi in seruilem conditionem decidisset, sed hoc ipso maximè seruans suspiciendam illam germani filij dignitatem, magnum, inquam, patri honorem exhibendo. Honorauit patrem, non vt ipsum propterea tu honore spoliares, sed vt magis suspiceres, ac venerareris: vt vel hinc germanum filium agnosceres, ac suspiceres: quòd omnium maximè patrem honorauit. F

✠ Hier. Vt nobis perfectæ obedientiæ monstraret exẽplũ. Ecce habemus in Christo humilitatem, exinde superbiæ medicamentum. Quid ergo intumescis homo? O pellis morticina quid tenderis? O sanies fœda quid inflaris? Princeps tuus humilis, & tu superbis. Caput est humile, & membrum superbit.

Aug. ser. de S. Laurẽtio. Ser. 12. de verb. Apost.

h *Propter quod.* Ostẽsa humilitate Christi quæ maximè in passione apparuit: Nunc de claritate eius & quod & quantum humilitas mereatur ostendit.

i *Deus exalta* ✠ Ansel. Deus illum secundũ humanam naturam exaltauit, in quo & diuina natura potest dici exaltata secundum ostensionem, quia cæpit sciri quod erat, sicut in assumptione infirmitatis dicitur exinanita.

✠ Avgvst. Vt ergo mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus resurrectione clarificaretur, perinde humiliatus in passione. Non enim à mortuis resurrexisset si mortuus non fuisset: humilitas claritatis est meritũ. Claritas humilitatis est præmiũ.

Tract. 105. in Ioan.

☞ Idem.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *& talis. Verumtamen quia deitas inde non fuit passa aliquod detrimentum. ideo subditur.*

1 Formam ser. acci. *id est, humanam naturam in vnitate suppositi in qua apparuit humilis.*

2 In similitudinem hominum fa. *quãtum ad naturam passibilem, non tamen quantum ad culpam.*

3 Et habitu in. *quia inter homines duxit vitam communem, Luc. vij. f.* Venit filius hominis manducans & bibens, &c.

4 Humiliauit sem. *Ad dandum nobis exemplum, Ioan. xiij. b.* Exemplum dedi vobis, &c.

5 Factus obe. *Deo patri non solum vsque ad conuitia & verbera, sed etiam.*

6 Vsque ad. *Et non quamcunque. sed vsque ad mortem crucis contemptibilissimam & acerbissimam.*

7 Propter quod. *Hic consequenter ostendit exaltationem Christi quam meruit per dictam humiliationem dicens:* Propter quod, &c. *in sua resurrectione & ascensione. Gloriam enim sui corporis & exaltationem eius ad cælos meruit per suam passionem, non autem gloriam animæ, quam habuit ab instanti conceptionis suæ.*

✠ Et do

☞ ✠ Idem. In qua forma crucifixus est, ipsa exaltata est.

A Secundum humanitatem exaltauit, quæ gloriosior facta est in resurrectione. In quo & diuina natura potest dici exaltata secundum ostẽsionem: quia cœpit sciri quod erat, sicut in assumptione infirmitatis dicitur exinanita, quia nõ apparuit quod erat.

lib. contra Maximi.

Amb. Post crucem manifestatur quid à patre cum generatur accepit. Non enim tunc accepit cum à creatura cœpit sciri illius diuinitas, illius maiestas. Homini nõ est datum nomẽ Dei quod est supra omne nomen non sola appellatione sed & natura, sed ei qui æqualis, qui se exinaniuit, cuius omnia à patre sunt.

a *Et don. il.* ✠ Haymo. Quod nomẽ dedit illi? Vt filius Dei B vocaretur & esset, qui filius hominis erat, secundum quod in die baptismatis innotuit paterna vox, inquiẽs: hic est filius meus dilectus, Similiter in monte. Vel etiam nomẽ dedit illi quod est super omne nomen, vt Iesus vocaretur, id est, Saluator. Licet enim legamus homines in Genesi, & Angelos in libro Beati Iob, filios Dei appellatos esse, tamen nullus illorum appellatus est saluator, neq; filius Dei propriè, sed abusiuè, quia nemo illorum potuit genus humanum saluare, nisi ille solus.

✠ Tertvl. Accepit enim nomen quod est super omne nomen, quod vtique non aliud intelligimus esse quàm nomen Dei. Nam cum Dei sit solius esse super omnia, consequens est, vt nomẽ illud sit super omnia, quod est eius qui super omnia est Dei.

lib. de trin.

Hoc & ante resurrectionem habuit, sed post resurrectionem quod erat in euidenti positum est, vt scirent dæmones & homines: quia & tunc dicitur res fieri quando innotescit.

Quomodo pater dedit filio nomen

Avg. Homini donauit nomen quod est super omne nomen, non Deo, vt cum forma serui nominetur vnigenitus filius Dei, in qua mortuus, in qua ascendit & sedet ad dexteram patris, in eadem ipsa sic honorata, sic glorificata, & cælesti habitu immutata & filius est Dauid, & dominus est Dauid, qui est & dominus C cælestium & terrestrium & infernorum.

Vbi supra, & tract. 105. in Ioan. In ps. 109.

b *Vt in nomine.* Hic aperit cui datum sit nomen Dei, cui omnis creatura flectit genu. i. Deo. Sed fortè diceretur, & homo adoptione Deus esset. Et sic Christus ex parte verus Deus, quòd ex parte adoptiuus erit. Adoptiuo autẽ Deo non flectit genu creatura, sed vero. Constat autem Christum verum Deum esse, cui flectitur genu, non adoptiuum.

c *Quia dominus Ie. Chri. est.* Quomodo potest fieri, vt homo sit in gloria Dei patris? etiam si adoptiuus Deus sit homo in gloria Dei patris esse non potest.

Ambros. In li. de trini. ait: Habet vtique verbum Deus gloriam. Sed illius verbi eadem patris gloria est, vt patris & filij vna sit gloria. vnde ipse filius ait: *Non quæro gloriam meam.* i. à patre diuisam. Nam hoc ei competit, qui natus est de Deo: quia in gloria Dei patris esse, est nihil differre ab eo, vt vna gloria sit patris, & filij per communem substantiam & virtutem. Caue qualiter intelligas virorum illustrium Ambrosij & Augustini verba præmissa, ne sibi contraire putentur. Scito ergo quia est donatio naturalis, & est donatio gratuita. Naturali donatione dedit pater nomen super omne nomen Deo filio, non homini. i. Christo, secundum quod Deus, non secundum quod homo. Nec fuit aliud dare quàm sibi æqualem generare. Gratuita verò donatione dedit homini Christo, non Deo, quia Christus nõ inquantum Deus, sed inquãtum homo per gratiam accepit nomen Dei, nec per gratiam adoptionis, sed per gratiam vnionis: vt non sit adoptiuus Deus, sed verus cui flectitur omne genu.

Ioan.8.f

D

Donatio duplex

† Ro 24 b De immu. ecc decet. lib.5.

a ¶ Esse Deum, per naturam quando plenus ab eo Deus nascitur.
b ¶ Christo. c ¶ Honorificentiam, quod vocatur Deus.

a lum, et donauit illi nomen quod est super omne nomen, † vt 1

b a ¶ Imperio eius subiici fateamur angeli homines dæmones. 2

in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium,

¶ Tandem in fine. a ¶ Bonorum & malorum. b ¶ Sponte vel inuito.

c & infernorũ. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Ie- 3

a ¶ Aequalis patri quod hic quidam negant. 4

b ¶ Quia Christus per humilitatem exaltatus. c ¶ Vel fratres. ¶ In fide & dilectione.

sus Christus est in gloria Dei patris. Itaque charissimi mei, si- 5

a ¶ Domino & mihi. ¶ Ita & nunc. ¶ Seruientes. ¶ Quia tunc minus subuenio. 6

cut semper obedistis, non vt in præsentia tantum, sed multò 7

a ¶ Cũ magno & manifesto timore, non præsumptione. ¶ Animi. b ¶ i cũ humilitate. ¶ Corporali.

d magis nunc in absentia mea, cum metũ & tremore vestram 8

a ¶ Operibus mereamini. ¶ Et præparate. ¶ i. vitam æternam. 9

b ¶ Ideo timendum, quia non vos. ¶ Sed Deus operatur. c ¶ Bonum. 10

e salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis &

a ¶ Quod volumus. b ¶ Non pro meritis vestris. c ¶ Non solum cum metu operemini, sed etiã.

f velle & perficere pro bona voluntate. † Omnia autem facite 11

a ¶ Vt non murmuretis de tribulatione vel dilatione. ¶ Non negligenter & indeuotè. 12

b ¶ Vt non hæsitetis pati, sed prompti sitis.

c ¶ Ita omnia, vt proximus non possit de vobis conqueri, & quantum ad vos sitis sim. non duplices. 13

Non enim potestis Deo ser. & mammonæ. Etiam quantum ad exteros sine reprehen.

sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis sine quæ- 14

15

d *Cum me.* ✠ Avg. Quando iubet vt operatur, liberum eorum conuenitur arbitrium. Sed ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuendo quod bene operantur, de bonis tanquam suis extollantur operibus.

lib. de Gratia & libero arbitrio. E

Non superbè: quia qui timet semper ne cadat, humilis est.

e *Deus enim.* ✠ Avg. Nec de ipsa perseuerantia boni voluit Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari: qui eis nõ solum dat adiutorium quale primo homini dedit: sine quo non possunt perseuerare si velint, sed in eis etiam operatur & velle, vt quoniam non perseuerabunt nisi & possunt & velint, perseuerandi eis & possibilitas & voluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippe spiritu sancto accenditur voluntas eorũ, vt ideo possint quia sic volunt: ideo sic velint, quia Deus operatur vt velint.

Aug. de nat. & gra. c.33. & lib.1 de gratia Christi ca. 9 10. & 25. lib. de Correptione & grat.

✠ Idem. Proprium quippe arbitrium nisi Dei gratia iuuetur, nec ipsa bona voluntas esse in homine potest.

Epistola ad Iuli.

✠ Bernar. Cauendum ergo ne cum hæc inuisibiliter intra nos ac nobiscum actitari sentimus, aut nostræ voluntati tribuamus quæ infirma est, aut Dei necessitati quæ nulla est, sed soli gratiæ qua plenus est. Ipsa liberum excitat arbitrium cum seminat cogitatum, sanat cum immutat affectum, roborat vt perducat ad actum, seruat ne sentiat deffectum. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, vt tantum illud in primo præueniat, in cæteris comitetur.

Bernardus lib. de Gratia & libero arbitrio. F

Nos ergo volumus, sed Deus operatur in nobis & velle & operari. Hoc enim nobis & credere & dicere expedit, quia piũ est & verum, vt sic humilis confessio & totum Deo detur. Per propriũ enim arbitrium nisi gratia Dei ipsum adiuuet, nec ipsa bona voluntas esse in homine potest.

Aug. lib. de grat. & lib. arbit. Enchiridij c. 32. lib. 2 de bono perseue. c.13.

f *Omnia autem.* Adiungit patientiam humilitati.

Omnia autem fa. sine murmu. ✠ Chrysost. Diabolus vbi nos abducere minimè potuerit, quin rectè faciamus: alia quadam ratione molitur inanem reddere mercedem nostram. Nam vel vanæ gloriæ amorem, vel arrogantiam induxit, vel si nihil horum, murmurationem, vel saltem hæsitationem.

☞ ✠ Hier.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et do. illi, &c. *s. quòd Christus homo nominetur Deus, licet enim hoc sibi datum fuit ab instanti suæ incarnationis secundum rem, quia incarnatio facta fuit in supposito diuino, non tamen secundum manifestationẽ, sed post resurrectionem eius, ascensionem, per missionem spiritussancti & alia diuina virtutis opera, declarata fuit eius diuinitas. & tunc dicitur nomen deitatis sibi datum, eo modo loquendi quo res fieri dicitur quãdo innotescit.*

2 Vt in no. *id est, vt omnes exhibeant ei reuerentiam angeli, homines, & dæmones.* 3 Et omnis lingua. *Corporalis & spiritualis.*

4 Confiteatur quia dominus Iesus Christus. *Quia secundum deitatem est vna gloria Dei patris & filij.*

5 Itaque. *Hic consequenter Apostolus instruit Philippenses de omnimoda sanctitate, di.* Itaque charis. *Licet enim Paulus diligeret omnes fideles, tamen istos diligebat dilectione speciali.*

6 Sicut semper. *Mandatis & consilijs euangelicis à tempore vestræ conuersionis.*

7 Non vt in. *id est, melius operamini in absentia mea quàm fecistis in præsentia, attendentes quòd semper habetis Deum præsentem qui summè timendus & reuerendus est. ideo subditur.* 8 Cum met. *Cordis.*

9 Et tremore. *Corporis. Timor enim in corde facit tremorẽ in corpore.*

10 Vestram salu. operam. *Per opera sanctæ vitæ. Et quia opus meritorium dependet à Deo, ideo subdit.*

De. enim est qui operatur in. *scilicet opus meritorium.*

11 Et perficere. *In opere.* 12 Pro bona volun. *s. sua, non pro nostra, nisi ex consequenti, inquantum sequimur instinctum voluntatis diuinæ. Consequenter ostendit modum faciendi bonum di.*

13 Omnia autẽ. *sine murmurationibus contra Deum & homines, sed magis dulciter & deuotè.*

14 Et hæsita. *nullo modo dubitantes de diuino subsidio vobis assistente.*

15 Vt sitis sine quærela. *actiuè & passiuè: Ita patienter viuẽdo, quod non moueatis querelam de alijs. & sic innocenter vt alij non conqueran-*

Universidad de Deusto Biblioteca

✻ Hier. Ingratus est seruus, qui grauia domini sui quæritur esse præcepta. Qui enim murmurat de præceptis, dubitat de premiis. Hic etiam si operatur non est sine querela, vnde alibi ait. Neque murmuraueritis.

a *Filij Dei.* Haymo. Sicut enim Deus simplex est, ita filij eius puro & simplici corde debent incedere.

✻ Hier. Sicut Deus vos fecit. Considerate cuius filij sitis qui cum in omnibus sanctus ac purus sit, filios non potest habere degeneres.

b *Nationis prauæ & peruer. &c.* Id est, malorum, qui rectũ ordinem deprauant & peruertunt. Qui dicuntur natio, quia nõ sunt renati ex aqua & spiritussancto.

c *Sicut lumina.* Bene sanctos luminaribus cõparat. Sicut enim stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium adhærẽtes cælo sacræ scripturæ non obscurat mũdana iniquitas. Et sicut illa quidquid agatur in terra, etiam si qui mentiantur de ipsis, suos tamen in cælo cursus nõ obliquant nec retardant: Ita sancti quorũ conuersatio in cælis est, propter mala mundi quæ despiciunt vel falsa quæ confinguntur in ipsos, lucẽ verbi & vitæ exemplum nullo modo interpellant.

✻ Chrysost. Ad hoc demum admirabile est, neque etiã cum pugnaris, atque impellaris, eo adduci. Nam & sydera in nocte fulgent, in tenebris emicant, tantúmque abest, vt vllam pulchritudinis suæ iacturam faciant, vt splendidiora etiam appareant: vbi enim lux aduenerit, non æquè apparent. Ita etiam tu, si inter peruersos homines, rectus manseris: lucebis magis, longéque admirabilius erit, sine reprehensione esse.

d *Sed & si immolor super sacrifi. &c.* ✻ Haymo. Beatus Paulus qui Philippenses ab infidelitate liberauit, & in baptismate à peccatis purgãdo sanctificauit, ipse vtique obtulit eos, & sacrificium eius ipsi fuerũt. Obsequium etiã appellat cultum & religionem vt alibi: Rationabile sit obsequium vestrum, & est sensus. Et si (inquit) interficior à Nerone, nõ sentio pœnas neque pertimesco mortem, congaudens omnibus vobis, propterea quia vos sacrificiũ obtuli Deo, & quia vos docui religionẽ.

e *Neminem enim ha.* Avg. Hoc tempore multi cum Apostolo mercenarij, filij verò vel pastores nulli nisi Timothæus.

f *Omnes enim.* Hi sunt mercenarij, qui sunt tolerandi, quia eadem habẽt in ore, quæ & pastores, qui vtique sunt diligendi. Fures verò qui falsa prędicant, & latrones qui occidunt sunt cauendi.

✻ Avgvst. Quid est sua quærentes? nõ Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetẽtes. Hæc quando amantur à præposito & propter hæc seruitur Deo, quisquis est talis mercenari⁹ est, inter filios se nõ cõputet.

Non

A

¶ Sicut. a ¶ Estote. ¶ Vt non sit in vobis quod pateat reprehensioni. b ¶ Et hoc ideo quia estis.
a rela, & simplices filij Dei, † sine reprehẽsione in medio natio- 1 2
a ¶ Per opera. b ¶ Per diuersas sectas. c ¶ Q. Ad hoc estis constituti, & ideo decet vos esse sine reprehensione. 3 d ¶ Doctrina & vita. e ¶ In cælo fixi. 4
c nis prauæ & † peruersæ: † inter quos lucetis sicut luminaria in 5
a Sic & vos sol mundi estis, quos illuminat lux vera. b ¶ Quia estis vasa euangelij. c ¶ Quod vtique erit. d ¶ Nedum vestram, sed &. ¶ Futurum. e ¶ Quando videbitur Christus.
mundo, verbum vitæ continentes, † ad gloriam meam in die 6
a ¶ Gloriam habeo. b ¶ Non sine fructu. c ¶ In facile conuersis. Alias vanum. 7 d ¶ In difficilius conuersis.
Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuũ labora- 8
a ¶ Et non solum tunc habeo gloriam: Sed etiam. ¶ Non tantum cucurri, sed & si contingat me mori. 9 b ¶ Iam obtuli Deo fidem & opera vestra, si etiam & ipse pro vobis offeror.
d ui. Sed et si † immolor super sacrificium & † obsequium fidei 10
a ¶ Intus mente. ¶ Quia certa merces. b ¶ Gratias ago. ¶ Si pro me immolamini. 11
vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Idipsum au- 12
a ¶ Gratias agite. b ¶ Non solum hoc literis moneo, sed &. 13
tem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Spero autem in 14
a ¶ Per misericordiam Iesu. b ¶ Adeo necesse est vt veniat. & adeo erga vos attentus. 15 c ¶ Sicut vos eritis bono animo cognitis his quæ circa me sunt.
domino Iesu, Timothæum cito me mittere ad vos, vt & ego 16
e bono animo sim cognitis, quæ circa vos sunt: Neminẽ enim 17 18
a ¶ Nunc. b ¶ Qui ita concordet meæ voluntati in hoc negocio.
habeo tam vnanimem, qui sincera affectione pro vobis solli- 19
a ¶ Alij. ¶ Negligentes enim erant de disciplina & conuersatione fratrum, non enim deuoto animo prædicabant, sed propter lucra. b ¶ In vobis.
f citus sit. † Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt 20
a ¶ Hunc mittamus. Vos autem eum: quem experti sumus. b ¶ In vita & doctrina. 21
Iesu Christi. † Experimentum autẽ eius † cognoscite: quoniã 22
a ¶ Obediens ei. b ¶ Deo. c ¶ In quo potui experiri. 23 d ¶ Et expertus sum.
sicut patri filius mecũ seruiuit in euangelio. Hunc igitur spe- 24
a ¶ Quem exitum sint habitura.
ro me mittere ad vos, mox vt videro † quę circa me sunt. Cõ- 25
¶ Sed interim. 26
fido autem in domino, quoniã & ipse veniã ad vos cito. Ne- 27
a ¶ In fide. b ¶ In prædicatione.
cessarium autẽ existimaui Epaphroditum fratrem & coope- 28 29

† de electi, c osucrj. † tortuosæ. Aug in psal. 93. & in ps. 146. † emulor. Prosper lib. sentẽtiarũ. B Infrà 1 d Anselmus ibidem. † 1. Co. 13. b 45. dist. c. licet nõnunquã. 63 dist. c. nosse. 8 q. 1 c. sunt in ecclesia. De renũ. c. quidam. De cẽ. c. cum Apostolus. & c. procuratores. C

D † 1 q. 7. c. 2. § scio quædam dum. † vt gloriari possim. † hostiam. E Aug. tracta. 46 in Ioan. † probationem. † cognoscitis. † mea negocia. F Aug. super Ioan. Tract. 46.

NICOLAVS DE LYRA.

tur de vobis. ideo subditur.

✻ 1 Et simplices. *id est, sine plica dolositatis.*
2 Filij Dei. *per adoptionem & imitationem.*
3 Et sine repræhensione. *id est, sic quòd in vobis non appareat aliquid reprehensibile. Et subditur vna causa, cum dicitur.*
4 In medio na. pra. & peruer. *id est, infidelium quorum plures conuertebantur ad fidem Christi in primitiua ecclesia ex bona conuersatione fidelium inter eos existentium, ideo subditur.*
5 Inter quos lucetis sicut lumina in mundo. *vnde Genes. xv. per stellas cæli intelliguntur boni, & per puluerem terræ mali. sicut ibidem plenius fuit dictum.*
6 Verbum vitæ continentes. *id est, doctrinam euangelicam habentes in corde credendo & in ore docendo, & in opere adimplendo.*
7 Ad gloriam meam in die Christi. *i. in die iudicij, in quo Christus veniet ad iudicandum: nam merita discipulorum cedunt ad augmentum gloriæ doctorum. propter quod doctoribus debetur aureola.*
8 Quia non, &c. *ad terram vestram pro prædicatione fidei.*
9 Neque in va. &c. *quia secutus est in vobis bonus fructus.*
10 Sed etsi immo. *Deo per martyrium.*
11 Super sacrificium & obsequium fidei vestræ. *quia sibi scilicet Christo ante obtuli, vos conuertendo.*
12 Gaudeo & congratu. omni. vo. *quia non solum erit ad gloriam meam, sed etiam redundabit in vobis.*
13 Idipsum. *i. si tribulationes patiamini martyrij.*
14 Gaudete & congra. mi. *quia non solum hoc erit ad gloriam vestram. sed etiam ad augmentum gloriæ meæ.*
15 Spero autem. *Postquam Apostolus instruxit Philippenses per seipsum tantum scripto, hic consequenter promittit eis nuncium mittere qui doceat eos verbo. Et diuiditur in duas secundum duplicem nuncium, secunda, ibi:* Necessarium autem *Primus autem nuncius qui exprimitur hic, fuit Timothæus, quia fuit Apostolo valde amicabilis, & ad docendum idoneus, de quo dicit:* Spero autem. *& patet.*
16 Vt & ego bono animo sim. *id est, in domino consolatus.*
17 Cognitis quæ circa vos sunt. *scilicet bono statu vestro per eius relationem mihi cognito.*
18 Neminem enim habeo tam vnanimem. *i. vnius mentis mecum.*
19 Qui sincera, &c. *vt in bono confirmemini & crescatis.*
20 Omnes enim quærunt, &c. *i. multi prædicando quærunt temporale lucrum. Et est hyperbole, sicut cum dicitur:* Omnes de ciuitate vadũt *ad tale festum: cum tamen plures frequenter remaneant.*
21 Non quæ sunt Iesu Christi. *id est, honorem diuinum & salutem animarum, vt dictum est ca. præcedenti. Non sic autem Timothæus.*
22 Experimen. autem eius cogno. *id est, per experientiam facti poteritis videre: quòd ita sit.*
23 Quoniam sicut patri, &c. *i. euangelium prædicauit, se mihi conformando, qui non quæsiui vestra, sed vos.*
24 Hunc igitur spe. me mit. ad vos. *tanquam idoneum.*
25 Mox vt. vi. &c. *id est, cum videro opportunitatem mittendi.*
26 Confido autem in do. &c. *Patet ex hoc, quod non asseruit suprà j. cap. iterum se venturum ad eos, sed quod hoc intendebat, supposita Dei voluntate.*
27 Necessarium. *hic exprimitur secundus nuncius cum dicitur:* Necessarium autem exi. *pro vestra salute.*
28 Epaphroditum fratrem. *religione Christianitatis.*
29 Et cooperatorem. *in prædicatione euangelicæ veritatis.*

✻ Et

e ¶ In aduersis.
A ratorem & commilitonem meum, vestrum 1
a ¶ Doctorem. b ¶ Qui ministrauit necessaria. 2
autem apostolum, & ministrum † necessitatis 3
¶ Sunt & aliæ causæ.
meæ mittere ad vos. Quoniam quidem om- 4
a ¶ Videre. b ¶ Non de se: sed de vobis pro eo dolentibus. 5
nes vos desiderabat, & mœstus erat, propterea 6
¶ Verberatum in ministratione vnde dolebatis. 7
a ¶ Cur mœstus? quia audierant eum possent decipi. Respondet quia non solum fama, sed ipsa re infirmatum: & ita cõfirmaretur auditus eorum magis ac magis. & dolor augeretur nisi cito ad eos iret, & hoc est quod subdit.
quòd audieratis illum infirmatum. Nam & in-
a ¶ Ex ægritudine, non verberatione. b ¶ Mortis periculum.
firmatus est vsque ad mortem. Sed Deus mi- 8 9
a ¶ Sanando eum.
sertus est eius. Non solum
autem eius, verumetiam 10
a ¶ Alias nostri, quibus eum seruauit. b ¶ In hoc mei misertus. c ¶ De morte. d ¶ De infirmitate, quæ nocebat nobis.
& mei, ne tristitiam super
a ¶ Quam esset propositum.
tristitiã haberẽ. † Festinan 11
¶ Ad vos.
12 tius ergo misi illum, vt vi-
a ¶ Pro cuius absentia tristari vos noui.
so illo iterum gaudeatis: &
a ¶ Quam habebam de vobis tristibus.
13 ego † sine tristitiã sim. Excipite itaque illum cum
a ¶ Vt per bona opera ostendatis vos gaudere de eo. b ¶ Quod sit. ¶ spirituale.
omni gaudio in domino,
a ¶ Illum quia est.
et huiusmodi † cum hono-
14 re habetote: quoniã pro-
a ¶ Quod Christus docuit & fecit, qui venit ministrare & non ministrari.
15 pter opus Christi vsque ad
a ¶ Periculum mortis. b ¶ Ex deliberatione, non coactus. c ¶ Vitam.
16 mortem accessit, † tradens animam suam, vt
a ¶ Rem dedistis, sed qui ferret de vobis defuit.
17 impleret id quod ex vobis, deerat erga meum obsequium.

a *Non solum autem eius, &c.* ✻ Sedvl. Quomodo ergo contristandum vetat, cùm ipse contristandum se, si mortuus fuisset declarat? Aliter de morte Epaphroditi si prouenisset contristãdum significauit, & aliter prohibet se contristandum. Nam hic propter solatium adiutorij eius quo vtebatur in Euãgelio, si mortuus fuisset, contristandum se dicit: nos autem contristari prohibet, ne obitum quasi extinctos & perditos lugeamus, desperantes de resurrectione. Aliud est igitur solatiũ requirere quasi absentis: & aliud dolere iam nõ futuri. Hîc cessat consolatio, illic excluditur.

† in necessitate mea. B † studiosius. D † magis vacem dolore. † In prætio. † non habitu ratione vitæ. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et commili. meum. *tempore aduersitatis.*
2 Vestrum autem ap. *id est, doctorem.*
3 Et mini. ne. meæ, *quia mihi ministrauit necessaria in carcere.*
4 Mittere ad vos. *corroborandos, & plenius informandos.*
5 Quoniam quidẽ omnes vos desiderabat. *videre & consolari.*
6 Et mœstus erat. *de vestra tristitia.*
7 Propterea quod, &c. *& sic fuit in veritate.*
8 Vsque ad mor. *id est, periculum mortis.*
9 Sed Deus misertus est eius. *eum sanando.*
10 Verumetiam & mei ne tri. super tristitiam ha. *scilicet tristitiam de eius morte, super tristitiam de eius infirmitate.*
11 Festinantius ergo mi. illum. *scilicet ante Timothæum.*
12 Vt viso illo iterum gau. *q. d. Prius gauisi estis de suæ sanitatis auditu. & iterum gaudebitis de visu.*
13 Exci. &c. *Gaudenter & honorificè.*
14 Quo. pro. &c. *i. vt faceret opus quod Christus fecit & docuit, qui venit ministrare, & non ministrari: Mat. xx.*
15 Vsque ad mor. ac. *Se mortis periculis exponendo, & hoc voluntariè. ideo subditur.*
16 Tra. ani. suam. *i. vitam suam.*
17 Vt impleret id quod, &c. *quasi dicat munera dedistis pro sustentatione mea, sed de vobis non fuit qui deferret mihi & ministraret. & ipse hoc adimpleuit.*

ADDITIO I.

Ca. ij. vbi dicitur in postil. Non rapinam arbitratus est.

Hoc quod dicitur: Non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, *potest intelligi de Christo secundum humanitatem, secũdum quam propriè esset facere rapinam, id est, non suum vsurpare si arbitratus fuisset se esse æqualem Deo. Christus enim secundum quod homo est minor Deo, ipso testante:* Pater maior me est, *& etiam minor angelo. secundũ humanæ naturæ passibitatem, de quo Psal. viij. b.* Minora. eum paulo minus ab an. *& secundum hanc expositionem commendatur humilitas Christi per comparationem ad superbiam angeli mali, qui licet non esset in forma Dei scilicet assumptus à Deo in vnitate personæ, voluit tamen se esse æqualem Deo, de quo Isa. xiiij. d.* Assimilabor altissimo.

C F

CAP. III.

¶ Deinceps. ¶ s. contra pseudo.
a ¶ Gaudium omnis boni habeatis in domino, non in carnalibus obseruantiis.
D † E cætero fratres mei gaudete in dño. 1
a ¶ Quæ præsens dixi, vt in domino tantum gauderetis. 2 ¶ Absenti.
Eadẽ vobis scribere † mihi quidẽ nõ pi- 3
a ¶ Contra instantes pseudo. 4 b ¶ Vt in domino gaudeatis: cognoscite illos esse canes. c ¶ Contra veritatem latrantes. 5
grũ, vobis autẽ † necessariũ. † Videte ca- 6

a *De cæt.* Q. Huc usque instruxi vos quomodo debeatis stare in bello persecutorum contra tribulationes, de cætero pseudo apostolos, ne legalia ab eis recipiatis moneor, sed fidem Christi solam sufficere credatis. De synceritate fidei incipit.

b *Gaudete in domino.* ✻ Chrysost. Rectè dixit in domino non mundi modo, nam hoc non est gauderi: dominus inquit: quæ secundum Christum ipsæ gaudium habent.

✻ Ansel. Olim gauisi estis in seculo, sed de cætero viuendi spacio quod vobis superest, gaudete iam in domino, vt quandiu à modo vixeritis, sit vobis omne gaudium in eo. Non gaudeatis in carnalibus & secularibus, vt pseudoapostoli suadent, sed in domino, vt sæpè dixi vobis.

c *Scribere.* Vt diutius maneat quàm prolatio.

d *Canes.* ✻ Oecvmenivs. Erant qui non facilè cognosci poterãt: ideo dixit *Videte*, id est, cauete, & vosmetipsos seruate. Erant enim nonnulli ex Iudæis credentes, qui vna cum fide Iudaismum etiam commiscebant, & prædicationem corrumpebant, quos canes appellat: canes vero dicebãtur interdum ethnici, eo quod Deum ignorarent.

✻ Avgvst. Canes appellauit non ratione, sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantes. Hęc est enim canum natura: vt cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni siue mali sunt, non ad eos latrent: insolitorum autem personis visis etiam innocentibus irritentur.

Magis consuetudinem sequuntur quàm rationem: Ita pseudo consuetudines legis tenent, contra veritatem irrationabiliter latrant & mordent.

d *Canes.* a *Malos.*

† Quod superest. † tutum. † me quidẽ haud piger. † Cauete. lib. de gratia noui Testamenti.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

✻ De cætero fra. mei. *Hæc est tertia pars principalis, in qua Apostolus reddit Philippenses cautos contra deceptionem pseudo apostolorum. Et diuiditur in duas partes. Primò circa hoc Philippenses hortatur. secundò eos consolatur cap. seq. Prima in duas, quia primò præmittit breuem præfationem. secundò prosequitur suam intentionem, ibi:* Videte. *Circa primum dicit.*

Diuisio

1 De cæ. *Christiana religione.*
2 Gau. *De vestra conuersione ad Deum.*
3 Ea. vo. scri. *Quæ scilicet scripsi aliis ecclesiis de cessatione legalium ad cauendum doctrinam pseudo apostolorum qui docent contrarium. De hoc enim scripserat aliis ecclesiis vt patet in præcedentibus epistolis.*
4 Mihi quidem non pigrũ. *est supple, quia sollicitus sum de vestra salute.*
5 Vo. au. nec. *Vt caueatis à deceptionibus eorum.*
6 Videte. *Hic prosequitur intentum, ostendens euacuationem legalium: primò ratione, secundò exemplo, ibi:* Si quis. *Circa primum dicit:* Videte canes. *i. attendite pseudo apostolos, quos nominat canes, eo quòd contra veros apostolos verbis detractoriis & mendacibus & mordacibus vtebantur.*

Diuisio

3 Ea. t 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Malos ope.* ✠ CHRYSOST. Nã operãtur quidem, inquit, sed malam in partem opúsque cessatione longè deterius est, dũ quæ rectè sunt constituta disiciunt.

✠ HIERON. Qui quod nos bene construximus, destruere conantur.

Mali operarij sunt qui zizania errorum superserunt, quibus frumenta necant. Cõcisi sunt, quia Christo cæsi sunt, & alios cædunt. i. separant.

b *Nos enim, &c.* Dixit: Nos habemus circũcisionem. Hoc voluit dicere Apostolus: Nos sumus iustitia. Circuncisio enim iustitia est. Magis autem commendat dicendo nos esse circũcisionem. id est, iustitiam, quàm dicendo nos esse circuncisos,
B id est, iustos: sic tamẽ vt cum iustitiam dicit esse, iustos intelligamus.

Ser. 15. de verbis Apostoli. ✠ AVGVST. Videte quid voluerit intelligi in illa circuncisione quæ in vmbra data est significante, quæ remota est luce adueniente. Cur autem non dixerit, nos habemus circuncisionẽ, sed nos sumus circuncisio: sic accipite, hoc voluisse dicere apostolum, nos sumus iustitia. Circuncisio enim iustitia est. Magis commendat quod dicit dicendo nos esse iustitiam quàm dicendo nos esse iustos. Sic tamen vt cum iustitiam dicit esse, iustos intelligamus. Non enim illa incommutabilis iustitia cuius participes facti sumus: sed quemadmodum dicitur, magna ibi iuuẽtus est, pro multis iuuenibus: sic dicitur iustitia, vt intelligantur iusti. Audite hoc ipsum euidentius eodem dicente Apostolo, Vt nos inquit, simus iustitia Dei in ipso. Simus iustitia non nostra sed Dei, ab illo accepta, non à nobis assumpta: impertita non vsurpata: donata non rapta. Apostolus ergo non tibi negauit circuncisionem, sed exposuit, lucem prætendit, vmbram remouit.

Nos enim sumus. AMB. Credentes enim circuncidunt cor suũ, vt amputata erroris nebula aspiciant & agnoscant dominum creaturæ.

C c *Qui spiritu Dei.* Vel Deo. AVG. Notat spiritum domini cui latria exhibetur, sed seruitus soli creatori exhibenda. Alia est seruitus, qua per charitatem iubemur seruire inuicem, quæ Græcè dicitur dulia.

Aug. ser. 15. de verbis Apostoli. Seruitus duplex ex ser. 15. de verbis Apostoli. ✠ AVGVST. Respexit quosdam in carne sidentes, ipsi erant qui de carnis circuncisione gloriabantur, de quibus alio loco dicit, Quorum Deus venter & gloria in pudendis eorum.

1. Cor. 10. ✠ ANSELMVS. Non sumus habentes fiduciam id est, spem salutis in carne, id est, in carnalibus obseruantiis, vel generis nobilitate.

d *Et non in carne fiduciam.* Carne seruit, qui de rebus carnalibus sperat se placere Deo. Cum verò & ipsa caro per bona opera spiritui subditur, spiritu seruimus Deo, qui carnem domamus, vt spiritus obtemperet Deo.

e *Quamquam & ego habeam.* Ne videatur contemnere in aliis quod non habet. Gen. 17. b

¶ Cognoscite. a Zizania errorum superferentes. ¶ A Christo separatos & alios separantes.
b ¶ Hos nomine concisionem, non circuncisionem. Non enim tantum. ¶ Fideles tantum.

a nes, videre malos operarios, videte concisionem. Nos enim 1
b 2
a ¶ Aug. non carne, sed ratione ab omnibus expeditas, quia spiritus regit, 2
& caro domatur. b ¶ Quia gloria nostra Christus tantum. 3
c sumus circuncisio, qui spiritu † Dei seruimus, & gloriamur 4
a ¶ Carnali circuncisione. ¶ Vel genere. b ¶ Spem salutis. 5
c ¶ Ne videatur non posse fidere in carne. 6
d in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quãquam 7 8
c a ¶ Possem habere si qua esset: quia plus aliis, & hoc est si quis alius. 9
a ¶ A me qui vos decipit. b ¶ Quasi inde iustus sit. 10
c ¶ Quàm pseudo videor debere confidere.
f videtur cõfidere in carne, ego magis circũcisus octaua die
a ¶ Non proselytus, non aduena. ¶ Et sum. b ¶ Non de viliori tribu, sed.
c ¶ Non fuit de concubinis. d ¶ Non deuiaui à gente. e ¶ Natus.
g ex genere Israël de tribu Beniamin. † Hebræus ex He- h
a ¶ Parentibus. b ¶ In qua egregius eram. c ¶ Diuisus ab aliis egregiis. d ¶ Et fui.
i bræis, secundum legem Pharisæus secundum æmu- 11
a ¶ Dilectionem legis. 12
b ¶ Quia quicquid legi contrarium videbatur aeriter persequebar hoc tunc nobilitas, nunc apud Christum quæritur humilitas, ideo tunc Saulus, nunc verò Paulus. i. modicus vel humilis.
c ¶ Non veramsed. 13
k lationem persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam 14

✠ CHRYSOST. Nã si, cũ esset ethnicus, accusaret circuncisionem, neque circuncisionem solum, sed eos, qui inteimpestiuè eam recipierent, videretur sanè ideo in illam irruere quòd nobilitatis, quæ Iudaismi erat propria, expers esset, quòd præclara illa, & maiestatis plena ignoraret, neque ipsorum esset particeps. Nunc verò, quia particeps est, & reprehendit, certè non ita reprehendit, tanquam is, qui nõ sit particeps, sed tanquã qui condemnauerit, non ex ignoratione: sed maximè ex cognitione. † Deo

† Quinetiã

✠ ANSELMVS. Sicut lex iusserat, id est, non proselytus, non aduena ad populum Dei, non maior circuncisus, sed à parentibus natus Iudæus, habeo circuncisionem octaui diei. Gen. 17.

f *Octaua die.* Vbi lex præcepit, innuens quòd post tempus septẽ dierũ in octaua à Christo petra perfectè circuncidemur ab omni corruptione pœnæ & culpæ.

g *Detri. Ben.* Tribus Benia. adhæsit Iudæ, non recedens à templo, quando facta est separatio in seruo Salomonis. Tunc enim tribus Iuda quæ erat regia, & tribus Beniamin & tribus Leui quæ erat sacerdotalis, remanserunt simul, non recedentes à Ierusalem & à templo. 3. Reg 11. f

h *Hebræus.* AVGVST. Hebræi quasi Abrahæi, mutata litera ab Abraham: vnde origo trahitur: non ab Hebræ. Hoc autem retractat dicens: Quod dixi ex Abraham cœpisse gentem Hebræorum, est quidem & hoc credibile, vt Hebræi, velut Abrahæi dicti esse videantur. Sed ex illo verius intelliguntur appellari qui vocabatur Heber tanquam Hebræi. lib. quæst. ex vtroque testam. q. 108. Hebrei vnde

i *Secundum legem Pharisæu.* i. non contemptibili plebi admixtus, sed nobilitate segregatus ab aliis, atque primarius. Primarij enim quidam erant & quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non contemptibili plebi cõmixti, qui dicebantur Pharisæi. Nã dicitur hoc verbum quasi segregationem interpretari, sicut latinè egregius dicitur quasi à grege separatus. lib. 2 retract. c. 16 & lib. 16 ciui. c. 3.

k *Secundum iusti.* ✠ HIER. Primus fui in omnibus, in quibus illi falsò gloriantur: sed quia hoc tẽpore illa non valere cognoui, ideo illa nullius duco momenti, & tanquã impedimenta proiicio, quibus me vitam acquirere me posse putabam. Ephe 2. a

Idem tamen alibi: In quibus & nos aliquando ambulauimus

sperat

☞ in

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Malos ope. *Quia per obseruationem legalium quam asserebant ad salutem necessariam, veritatem euangelij euertere nitebantur.*
2 Videte concisio. *i. circuncisionem, quam deridendo sic nominat, eo quòd ad nihilum valet, sed magis nocet, quia non est nisi violenta abscisio pelliculæ. & subditur causa huius.*
3 Nos enim. *Christiani.*
4 Sumus circuncisio. *i. circuncisi circuncisione vera. circuncisio enim carnalis fuit figura circuncisionis spiritualis, per quam auferuntur peccata, quæ est baptismus auferens pœnam & culpam. propter quod succedit circuncisioni, sicut perfectum imperfecto, & auferens eam sicut veritas vmbram & figuram. ideo subditur.*
5 Qui spiri. &c. *Et non carne tantum.*
6 Et glo. &c. *Cui sumus incorporati per baptismum.*
7 Et non in car. *i. in carnali circuncisione.*
8 Fidu. ha. *Consequendæ salutis per eam. s. per circuncisionem spiritualem.*
9 Quanquam. &c. *i. confidere possem in carnali circuncisione, si de ea esset confidendum, eo quòd sic circuncisus sum.*
10 Si quis alius videtur confidere. *Consequenter Apostolus ostendit propositum exemplo. & primò se proponit in exemplum. secundò Philippenses inducit ad imitãdum, ibi:* Imitatores mei. *Prima adhuc in duas: quia primò exemplo sui cessationem legalium declarat. secundò de modo loquendi se excusat, ibi:* Non quod iam. *Circa primum ostendit Apostolus ante conuersionem suam pro legalibus multum zelasse, & post cõuersionem eam viriliter impugnasse. Quod nullo modo fecisset, nisi euacuationem eorum per Christum certitudinaliter cognouisset. Dicit ergo:* Si quis alius videtur confidere, &c. *Et patet ex dictis litera vsque ibi.* Diuisio
11 Secundum legem Pharisæus. *id est, de secta Pharisæorum. Erant enim tunc apud Iudæos tres sectæ, vt dicit Iosephus antiquitatum. xviij. s. Saduceorum qui negabant spiritum & angelum & per consequens resurrectionem. Et Pharisæorum qui constebantur vtrunque. & Essenorum qui similiter animas hominum immortales constebantur, viuentes quasi religiosi, habentes omnia in communi.* Iosephus
12 Secundum æmulationem. *id est, zelum legis.*
13 Persequens ecclesiam Dei. *Vt patet Act. vij. & ix.*
14 Secũdum iusti. &c. *i. quæ est imperfecta nõ enim iustificabat apud Deum, sed apud homines, sicut iustitia politica, sicut declaratum fuit Rom. iij. & iiij.*

✠ Sine

A ☞ in desideriis carnis, & eramus natura filij iræ. talis iustus secundum legem erat, malũ tamen erat talẽ sectari iustitiã, & quod in eo fuit sine quærela, hoc de illo magnam faciebat quærelam.

Aug. ser. 15. de ver. Apo. a *Sed quæ mihi fuerunt lucra, &c.* ✠ ANSELMVS. Et si adhuc ista seruarẽ, eius aduentum ostenderem nondum factum. Quæ enim venturum eum significabant, si iam seruantur, venisse eum negant. Et ideo sunt detrimẽta, quia delerũt veritatem fidei. Vnde paulo superius Iudæi dicti sũt concisio, quia carnalis circumcisio, plena abscisio est à Christo.

✠ HIERON. Ad comparationem inuenti auri, contemnitur æramẽtũ: quibus ab vno sit conditum, & pro temporis qualitate necessariũ.

Aug. vbi su. b *Propter Christum.* Ne aduentum Christi ostenderem, vel nondum factum, vel supersluum. Inania enim erant hæc omnia impedimenta, ne accederetur ad gratiam.
B

c *Verunta exi.* Non solum propter Christum habendum ita arbitratus sum: *Verunta.* i. sed etiam si ipsum non possem assequi. *propter* hoc solum. s. propter *scien.* quam de Iesu habemus, *præeminentem* cæteris scientiis. Vel quæ eminet in eo plus quàm in aliis. Vel ad idẽ cũ priori versũ. Hæc omnia legis habeo: verum. i. sed tamen, non partim: sed *omnia detri. exi. Propter* dilectionem cuius Christi, non solum æstimo ea *detri.* sed & *feci.*: docendo, & spiritualiter viuendo, vt alijs appareret omnia esse detrimenta.

Dever. apo. sermo. 15. ✠ AVG. Attẽdo, inquit, laudes meas: cõparo eminẽtiæ dominimei Iesu Christi, illud sitio, hoc cõtemno quia parũ est hoc.

✠ CHRYSOST. Quid hoc, inquit, de lege dico? Nonne bonum est mundus? Nonne bonum est præsens vita? Veruntamen si abducant à Christo pro damnis habeo.

d *Vt fter.* Q. Non tantum detrimenta bonorum, sed quæ inquinant iam obseruantem: & hoc ideo: vt in futuro Christum habeant premium: & hic sim in illo membrum. quòd aliter nequit fieri, nisi illa æstimem vt stercora.
C

e *Meam iusti.* Vnde alibi: *Suam volentes com. iustitiæ Dei. i. gratiæ Dei non sunt subiecti.* Rom. 10. a

Meam iusti. &c. Si ex lege est iustitia, quomodo tua? Nunquid tu tibi imposuisti legem? Deus legem dedit & imposuit. Deus te legi suæ obtemperare præcepit. Sed & tua est, quia de lege præsumis tua voluntate te legem posse implere æstimans.

✠ CHRYSOST. Idest non illam, quam mihi meis laboribus ac sudoribus comparaueram, sed quam ex gratia inueni. Si igitur ille qui virtutis officia obiuerat, ex gratia salutem est adeptus, multomagis vos. Quoniam enim verisimile erat illos dicere, maiorem esse iustitiã, quæ ex laboribus, ostendit hanc præ illa paleam esse. Secus enim, non cum ad ipsam peruenissem, ea proiecta ad hãc alteram accurrissem: quænã vero hæc est: Quæ ex fide Dei, idest hęc ipsa etiã à Deo data est: Dei est hęc ipsa iustitia. Donum penitus Dei est, Dei autẽ dona longo interuallo antecedunt vtilitatem rectorum factorum, quæ ex nostro studio profecta sunt. D

✠ AVGVSTINVS. Qui præcepta legis implere se putant per arbitrium propriæ voluntatis sine spiritu gratię, suam iustiam cõstituere vult, non iustitiam Dei sumere. Ex lib. con. Iulianum. 2.

f *Sed illã.* Quæ impetrat à Deo, quę tollit timorem & dat amorẽ, quã Deus solus operatur in nobis. Melius est enim iustũ esse, q̃ hominẽ esse. Si ergo hominem te fecit Deus & iustũ te facit, quod meli⁹ est: Non tu te, sed sine te, te fecit. Nõ enim adhibuisti aliquẽ sensũ, vt te faceret. Qui ergo fecit te nescientẽ, iustificat volentem. Et cũ iustitia nostra sit ex fide, quid opus est lege? Omnino tollẽda est secũdũ vmbrã legalium figurarum. Aug. vbi supra. E

✠ AVG. Restat igitur vt ipsã fidẽ vnde omnis iustitia sumit initiũ, propter quod dicitur ad ecclesiã in Cãtico Cãticorũ, venies & pertranses ab initio fidei, non humano, quo iusti extolluntur, tribuamus arbitrio, nec vllis præcedẽtibus meritis, quoniam inde incipiunt bona, quæcũque sunt, merita: sed gratuitũ donũ Dei esse fateamur, si gratiã verã. i. sine meritis cogitamus. Epistо. 105. ad Sixum.

g *Iustitia in fide.* Iustitia scilicet ens in fide nata est, ita existere non habet nisi in fide.

h *Ad cognoscen.* Subdit cõmendatione fidei, per multa quæ facit. Facit enim & in alia vita cognoscere deum perfectè, qui hic creditur. Et habere resurrectionem, quæ nostra resurrectio est virtus & efficacia resurrectionis Christi. Et in hac vita habere societatem in patiendo. Nisi enim per fidẽ nemo tanta pateretur. Et cõfiguratione mortis, vt moriamur, sicut ipse, si opus est. Fidei commendatio.

Vel iustitia in fide, &c. Q. Quỳ in lege putat iustificari, nõ agnoscit Christum. Sed ego ex fide volo iustificari, vt agnoscam illum: cur natus, cur passus: & agnoscã quæ virtus resurrectionis sũæ. i. iustificatio credẽtium: & agnoscam societatem passionũ: Quã noscit bene, qui per eam ad cæli gaudia peruenire credit. F

i *Configuratus, &c.* ✠ CHRYSOST. Hoc est si tãta pati potero ipsum imitari, si potero cõformis ipsi fieri, vtpote multa passus est Christus alapis percussus est, flagellatus, postremo passus est. Quę quidẽ passus est, istud est studium, per omnia ista ad resurrectionẽ eius pertingere oportet, quãuis certamina ferentes.

k *Quomodo occurram. &c.* ✠ ANSELMVS. Si quomodo contingat, tum ex Dei misericordia tum ex meo merito, vt occurram Christo gaudens in iudicio, quod sanctorum est tantum, veniens ad resurrectionem, quæ est non ex viuis, vt nunc sed ex mortuis vt vltra mori nequeant. Hæc Apostolus idcirco se ita egisse vel agere commemorat, vt illi similiter exemplo eius omnes legis carnales ritus contemnant, & per iustitiam fidei atque societatem passionis Christi festinẽt ad regna cœlorum.

a *Occurram.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sine quęrela. *i. sine cãmore de me facto pro legis transgressione.*
2 Sed quę, &c. *secundũ æstimationem meam ante meam conuersionẽ.*
3 Hæc arbitra. &c. *post conuersionem meam.*
4 Propter Chri. de. *i. virtutis & gratiæ impedimenta, quia dicere, quod legalia habent adhuc cursum suum, est dicere Christum nondum venisse, nam figura cessat adueniente veritate.*
5 Verunta. exi. omnia. *illa legalia.*
6 Detrimen. &c. *salutis, ex alia causa quæ subditur, cum dicitur.*
7 Propter eminen. scię. &c. *idest propter euangelicam doctrinam à Christo traditam quæ supereminet omni doctrinæ alterí, non solum philosophicæ, sed etiam doctrinæ veteris Testamenti, cui comparatur sicut perfectum imperfecto, nec potest purè seruari cum legalibus.*
8 Propter quem. *scilicet Christum.*
9 Omnia detri. feci. *idest reputaui.*
10 Et arbi. vt ster. *inquantia per culpam, sine qua saluari non possunt post publicationem euangelij.*
11 Vt Cri. lucri. *i. habeam ipsum in præmium.*
12 Vt & inue. &c. *incorporatus per fidem charitate formatam.*
13 Non habens meam iustitiam quæ ex lege est. *quam dicit suam eo quòd fuit nutritus in illa.*
14 Sed illam quæ ex fide est, &c. *quæ facit dignum vita æterna.*
15 Ad cognoscen. illum. *in præsenti per speculum & in ænigmate, & in futuro facie ad faciem.*
16 Et virtutem resurre. eius. *cognoscendo eam vt causam effectiuam nostræ resurrectionis futuræ.* 1. Cor. 13. d
17 Et societatem passionis illius. *in præsenti non formidandam, sed magis amplectandam.*
18 Configuratus morti, &c. *i. vt assimiler ei in passione: & per consequens associer ei in corporis & animæ glorificatione. ideo subditur.*
19 Si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex, &c. *quæ erit ad vitam immortalem.*

✠ 1 Non

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Christo in aera   b ¶ Veram & glorificam. ¶ Non inter mortuos. c ¶ Si quo modo quia Non est verum quod hic iam
a b occurrām ad resurrectiōnem quæ est ex mortuis. Nōn quod 1
a ¶ Aliquid gloriæ. ¶ Virtutem resurrectionis. ¶ De cognitione Christi. b ¶ In cognitione. c ¶ Proficiendo d ¶ Potero perfectè cognoscere Christum qui est summa beatitudo.
c d iam acceperim, aut iam perfectus sim. † Sequōr autem si quo 2
a ¶ In eo modo. b Etiam nunc. c ¶ Vt videam sicut est prout ipse me videt sicut sum. Vel vt videam eum in ea claritate in qua apparuit mihi in via quando me comprehendit. 3
e modo comprehēdam, in quo ēt cōprehēnsus sum à Christo 4
a ¶ Non comprehendi, quia nec arbitror. ¶ Quidquid alij putent de me. 5 b ¶ Me. sed persequor non vtique tria vel duo, sed vnum quod verè est vnum, in quo omnia bona hoc modo dans obliuioni quæ retro sunt. i. frena quæ reliqui.
f Iesu. Frātres ego me non arbitror cōprehendisse. † Vnum au- 6
g h a ¶ Priora mala. ¶ Dans obliuioni. 7
tem, quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt 8
a ¶ Cælestia. b ¶ Toto desiderio, tota intentione nondum habitæ rei. c ¶ Præmium. ¶ Scilicet. 9
i k priora extendens meipsum ad † destinātum persequor, 10 11
¶ i. supernis dandum vocat me Deus per filium suum.
l m ad † brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. 12

A a Occurram. Deo tribuens quæ mihi tribuit, per hoc venturus ad resurrectionem. Vel occurram Christo in iudicio quod sanctorum est tantum, veniens prius ad resurrectionem veram & gloriosam, quæ non est inter mortuos, sed longè ex mortuis. quia licet omnes resurgant in die iudicij: soli tamen iusti gloriose immutabuntur, & occurrent domino in aëra deportati ab angelis. Impij verò manebunt in terra, quousque percipiant terribilem sententiam iudicis. (1. Thes. 4. d)

b Non quod iam acceperim. Hoc dicit de se, ne illi quos laudat, vt homines extollantur: sed laborē adderent, vt ipse facit qui tantus est.

c Sequor autem, &c. AVGVST. Non passibus corporis, sed mentis affectibus & vitæ moribus, vt possim esse perfectus iustitiæ possessor: qui B recto itinere de die in diem spirituali renouatione proficiens, iam perfectus sum eiusdem iustitiæ viator. Perfectus enim erat viator, sed nondum ipsius itineris perfectione peruentor. (Serm. 15. de verb. Apost.) († palmam præmium.)

d Si quo modo comprehendam. Quia difficile est. Et ne videatur superfluum tot pati, cum fidem & alia bona habeat, subdit: Meritò pro illa gloria tantum laboro; quia Non dico quòd iam acceperim aliquid: quia si quid gloriæ accepi, nihil est ad comparationem futuræ. Aut si quid accepi, vt de cognitione Christi, non dico quòd in illa perfectus sim. Et si ita de me, quid de aliis? (August. vbi suprà & in psal. 38.)

Si quo modo comprehen. Ecce quanta est fides quæ tam grande petit.

✠ ANSELMVS. Idest, vt videam ipsum Christum sicut ipse me videt, & cognoscam eum perfectè sicut ab eo cognitus sum, vt sicut ipse plenariè me videt & cognoscit, ita ego plenariè humano modo eum cognoscam. Vel comprehendam eum, in quo & comprehensus sum ab eo, idest, vt videam eum in claritate, in qua mihi apparuit in via, quando me comprehendit. Ideo enim sequor, præuenit me iustitia eius sequatur eum mea.

e In quo & comprehensus sum. Idest per misericordiam, per quam à præsentia Dei requisitus inuentus sum.

f Fratres. Illud quod dixerat euidentius aperit: & quid illud sit, quod nondum comprehendit, sed sequitur vt comprehendat, determinat. Et quasi mirātibus quid dicat, cum ait: Non accepi, non perfectus. (Aug. ser. 15. de ver. Apo. & li. de spiritu & litera. & in psalm. 57. 89. Psal. 26. b)

Fratres. ait: non arbitror (qui me melius noui) apprehendisse vnum scilicet. Multa quidem habeo, sed nondum vnum. vnde: C Vnam petij à domino, quid ergo agis Apostole? Quid mihi imitādum proponis? inquit, Quæ quidem retro sunt, &c.

g Vnum. ✠ AVG. Hoc me non arbitror apprehendisse vnum: multa habeo: & vnum nondum apprehendi: Vnam petij à domino hanc requiram. Quid petisti? Quid requiris? vt inhabitem in domo domini, per omnes dies vitę meæ, vt contempler delectationem domini. Ipsum est vnum quod dicebat se nondum apprehendisse Apostolus. Et quantum illi deerat, intantum perfectus nondum erat. (Iob. 14. a) D

Hoc est illud de quo Philippus ait: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

h Quæ quidem retro. AMBRO. Priora acta non quia mala, sed parua ad meritū, sed ad potiora extensus, vt semper proficiat in melius.

AMBRO. Merita iam præterita obliuiscēs ad cęlestia quę terrenis priora sunt, tota intentione me extendens. Vel ad futura merita, à quibus si cessaret, & præterita perderet. († Sector)

i Persequor. Eousque donec veniā ad destinatum bonum. s. († De pæ. di. 2. c. pēnata. Rom. 7.)

k Ad brauium. Quod est destinatū mihi & promissum à Deo, & ad quod ꝓposui me currere. Et quia ego ita, ergo & vos Philippenses hoc sentite. sed se eis connumerat dicens: Quicunque, &c. Q. etsi hoc feceritis hoc dabit vobis Deus. Quod si quo modo aliter sapitis quā in futuro sapiēdum sit: quia modo per speculum videtis, etiam hoc reuelabit, quia clarè faciet cognoscere, & se & alia omnia quæ modo obscurè videtis. Vel etiam hoc quod modo aliter sapitis & de Deo & de omnibus, etiam hanc imperfectam cognitionem vobis Deus per spiritum reuelauit. Vel ita: Si quid autem. s. i. si perfectam Christi cognitionem vos habere putatis, & hoc idest vos male sapere, per misericordiam reuelabit Deus. Similiter & de aliis erroribus pro bona vita vos liberabit. Hoc enim faciet, si humiliter sapietis & de vobis senseritis. Qui enim in pace catholica permanet, si quid aliter sapit quàm oportet, Deus humili reuelabit. Si autem illud superbus defēdit, Deus abiicit: quia superbis Deus resistit, humilibus dat gratiā. († præfixum, signum, scopum.) E (Aug. in psa. 68. 80. & 130. 1. Cor. 13 d) (Iacob. 4. b)

Vel ita: Non arbitror me comprehendisse. Hic distingue, Non reprehendi. Vnum de me vobis assero, quod & ego obliuiscens ea quæ retro sunt, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum persequor, &c.

l Extendens meip. AVGV. Extendebat enim se ad cælestia secundum intentionem, non secundum peruentionem: non secundum apprehensionem sicut & nos, ne relabamur temporalium amore, vnde iam transiliuimus: nec remaneamus in illis in quæ iam venimus, curramus intendamus. In via enim sumus: non retro respiciamus, sed in anteriora extendamur intentione & desiderio. Vita Christiani boni sanctum desideriū est. Quod autem desideras, nondum vides, sed desiderando capax efficieris: vt cum venerit quod videas implearis. Differendo enim rem desiderium nostrum extendit Deus, desiderando extendit animum, extendens facit capacē. Desideremus ergo quia implendi sumus. Hæc est vita nostra, vt desiderando exerceamur. Tantum autem nos exercet sanctum desiderium, quātum desideria nostra amputauerimus ab amore seculi. (Serm. 15. de verb. Apost.) F

m Supernæ voca. i. æternæ vitæ, ad quam vocat Deus. & ideo digna res est certa.

☞ a Quæcum-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non quod. Quoniam Apostolus dixit plura de se pertinentia ad excellentiam vitæ, posset aliquis credere, quòd diceret se totaliter perfectum quantum ad meritum: quod non est verum: quia homo potest semper crescere in merito quandiu est in vita præsenti: Vnde dicit hic Glo. Nemo fidelium etsi multum proficeret dicat, sufficit mihi, qui enim hoc dicit, exit de via ante finem. ideo Apostolus se excusando de modo loquendi præmisso, confitetur se nondum perfectionem assecutum, dicens: Non quod iam ac. perfectionem meriti, non enim conuenienter potest intelligi de acceptione præmij. quia manifestum erat ad sensum, quod erat in hac vita multis miseriis subiecta.
2 Sequor autem. ipsum Christum procedendo ad eum per meritum.
3 Si quo modo comprehen. idest aliqualiter appropinquem ad perfectionem meriti, prout potest fieri in vita mortali.
4 In quo & cō. sum. i. propter quod comprehensus sum ad fidem, sine qua impossibile est placere Deo, Heb. xj. b. nec per consequens attingere ad perfectionem meriti.
5 A Christo Iesu. Qui me vocauit ad fidem ipsam actualiter impugnantem. propter quod hæc vocatio dicitur comprehensio hic, sicut comprehenditur aduersarius in bello, & sibi subijcitur. (Act. 9. a)
6 Fratres ego me non ar. comprehen. i. ad perfectionem meriti simpliciter peruenisse.
7 Vnum autem. Supple est, quod de me assero.
8 Quæ quidem, &c. idest legalia & terrena quæ dimisit.
9 Ad ea verò quæ sunt priora. idest cælestia bona, quæ sunt priora terrenis dignitate & duratione. bonum enim quod expectatur in cælestibus, est ipse Deus.
10 Extendens meipsum. Per conatum liberi arbitrij augmentum meriti.
11 Ad destinatum perse. idest ad præmium mihi à Deo ordinatum finaliter consequendum. ideo subditur.
12 Ad brauium supernæ, &c. idest per Iesum Christum per quem tanquam per mediatorem vocamur ad cæleste præmium. vel, In Christo Iesu: quia in ipso consistit beatitudo. nam beati reficiuntur interius in aspectu suæ deitatis, & exterius in aspectu suæ humanitatis, secundum quod dicit Augusti. super Ioh.

✠ 1 Quicum-

a ¶ Cursores comparatione aliorum. b ¶ Perfectè currimus. c ¶ Quod imperfecti comparatione futuri, & illuc tendamus. 1 2
a † Quicunque ergo perfecti sumus, hóc sentiamus. Et si quid 3
b a ¶ Non tantum dabit brauium. b ¶ Etsi aliter, tamen necesse est. ¶ Vel bit. c ¶ Teneamus id. 4
c aliter † sapitis, & hoc vobis Deus reuelāuit, Veruntāmen ād 5
d a ¶ s. b ¶ De illo. ¶ Credendo. 6
e quod peruenimus, ūt idem † sapiamus, & in eadem perma- 7
¶ Et sic reuelabit Deus quod aliter sapimus. a ¶ Fidei doctrinæ & vitæ. ¶ Rectitudine viuendi. 8
b ¶ Vt sicut ego credo, doceo, operor, ita & vos faciatis. ¶ Et in his. s. fide & regula viuendi. 9
c ¶ Etsi præsentem non habeatis mihi similes imitamini. d ¶ Diligenter inspicite.
f neamus rēgula. Imitatorēs mei estote fratres: ēt obseruāte 10
g a ¶ Imaginem vitæ nostræ. b ¶ Eos qui ita, multi enim aliter. 11
¶ Non sentientes nobiscum de legis abolitione, sed legem cum euangelio esse tenendam prædicantes. 12
eos qui ita ambulant, sicut habetis formām nostram. Mūl- 13
¶ Dum præsens eram. 14
h ti enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc au- 15
i a ¶ Tum pro illorum perditione, tum pro simplicium subuersione. ¶ Esse 16
k tem & flēns dico, inimicos crucis Christi: quorum fi- 17 18
l ¶ In fine eorum erit æterna pœna a ¶ Aug. Hoc ab homine colitur quod præ cæteris diligit.
m nis interius, † quōrum Deus venter est, & gloria in 19 20

☞ a Quicunque ergo perfecti. AVGVSTINVS de tri. Q. Non loquor A imperfectis, qui adhuc lacte potantur, non solido cibo pascuntur: sed illis qui intelligunt æqualitatem verbi cum patre. Et si hic vident, non tamen adhuc quomodo videndum est facie ad faciem. Certa enim fides vtcunque inchoat agnitionem. Cogitatio enim certa vel perfecta non perficitur nisi post hanc vitam, cum viderimus facie ad faciem. Hoc ergo sapiamus, vt tutiorem nouerimus esse affectum vera quærendi, quam incognita pro cognitis præsumendi. Sic ergo quæramus tāquam inuenturi, sic inueniamus tanquam quæsituri: de credendis nulla temeritate affirmemus. In illis autoritas est tenēda. In his veritas exquirenda. (Aug. lib. 9 de trin. c. 1.) († 16 q. 1. c. generaliter. §. ostendit.) († sentitis) (1. Ioan. 3. a) († Rom. 16. c)

b Perfecti su. AVGV. Sciendum, quòd iustitia qua iustus ex fide viuit, nunc vera iustitia est. quæ licet non immeritò in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicatur, parua tamē est ad illam magnā, B quam cepit æqualitas angelorum: quam qui nōdum habeat, & propter illam quæ iam inerat, perfectum, & propter istam quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat. At minor ista iustitia facit meritum maior illa præmium. Ideo qui istam non sequitur illam non assequitur. (Ex lib. sententia. Prosperi.) (Iustitia vera)

c Hoc sentiamus. Quod nondum perfecti sumus, vt illic perficiamur quo adhuc perfectè currimus: vt cum venerit quòd perfectum est, destruetur quod ex parte. i. iam nō ex parte fit, sed ex toto: quia fidei & spei res ipsam quæ videatur succedet. Charitas verò quæ in his maior est, non auferetur, sed augebitur & implebitur. In qua plenitudine illud præceptum charitatis implebitur, Diliges dominum Deum tuum, &c. Nam cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiæ, non omnino ex tota anima diligitur Deus. Caro tunc non dicitur concupiscere, nisi quia carnaliter anima cōcupiscit. Tunc erit iustus sine omni peccato, quia nulla lex erit in membris repugnans legi mentis. Tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget Deum, quod est summum præceptum. Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat. Non enim rectè curritur si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? (Aba. 2. a August apud Bedam. 1. Cor. 13. c) (Deu. 6. a)

d Et si quid aliter sa. i. si quid melius ad cultum Dei excogitaueritis, etiā hoc donū Dei esse sciatis, quia hoc reuelabit vobis. Sed ne qua inde pręsumptio oriretur, subdit: ad quod peruenimus vt idem sapiamus: hoc est nō extra regulam disciplinæ sapere, sed quod commune sit & modestū in veritate euangelica. (Aug. tracta. 53. & 98. in Ioan.) C

✠ ANSELMVS. Permaneamus in eadem regula, & rectitudine viuendi, scilicet vt nemo propter nouam inuentionem vel intelligentiam suam deseret communem sensum fidei, seu regulam iustè viuendi constitutam à patribus.

e Verumta. ad. Modi imperfecti modo aliter sapimus, sed tamen necesse est, vt omnes idem de illo sapiamus, ad quod peruenimus fide & scientia, & opere compleamus.

f Imitatores mei estote. ✠ ANSELMVS. idest, sicut me nostis idem sapere, & eādem regulam seruare, sic facite. Ac sicut ego, tradite obliuioni ea quæ retro sunt, idest præterita vitia, vt si vos delectauit aliquando vanitas, iam non delectet: & in anteriora, idest in profectum virtutum atque in æterna bona piis desideriis & conatibus semper extendamini. Extenditur enim animus desiderio lætitiæ nondum consecutæ. Et tota vita Christiani boni, sanctum desiderium est. D

g Obseruate. Vult eos esse sollicitos, ne subtilitate prauorum capiantur.

h Multi enim, &c. ✠ CHRYSOST. Quoniam erant nōnulli, qui Christianismum quidem simulabant, sed in otio ac deliciis viuebant, id vero aduersatur cruci, idcirco ita dicebat. Crux propria animę est in acie stantis, mori cupiētis, nullā sibi oblectationē postulantis. Illi vero contrariam vitæ rationē sequuntur. Quamobrē tametsi dicant se Christi esse, inimici tamē sunt crucis: alioqui, si crucem, id quoque studerent, vt crucifixam vitam viuerent. Nonne in crucem actus est dominus tuus propter te? si illius modum non potes, imitare alia ratione dominū tuū. Ipse te crucifige, etiā si nemo te figat. Cruci, inquā, te ipse fige, non vt ipse te interimas, absit (impiū enim est) sed prout Paulus dicebat. Mihi enim, inquit, mūdus crucifixus est, & ego mundo. Si dominum tuum amas, mortem illius morere: disce quāta sit canis potentia. quot bona fecit, quot faciat, quàm in tuto vitam collocet. Per hanc omnia perficiuntur: baptisma per crucem. († sentiamus) E

i Nunc autem, &c. ✠ CHRYSOST Cur quoniā malum creuerat: quoniā tales qui sunt, hi lachrymis digni sunt. Vere lachrymis digni sunt qui in deliciis degūt, & indumentū quidē. i. corpus pinguefaciūt, futuri verò, quod ipsos manet, supplicij nullā rationē habēt. Esto: delicatè viuis, esto, vino mades, hodie, cras, decē annos, & viginti, & triginta, & quinquaginta, & centum: quodnā extremū, quę vtilitas? nulla. Talē igitur vitā viuere, nōne lachrymis, & lamentis dignū est? Adduxit nos Deus in hoc stadium, vt coronet, & nos abimus nullo pręclaro ædito facinore? flet igitur Paulus, quibus de rebus alij ridēt, séque oblectāt: tāto alienarū calamitatū sensu tāgitur: adeo omnes homines curat.

k Inimicos crucis. Qui carnis obseruantias inducunt, crucem superfluam asserunt.

l Quorum Deus AVGVST. AMB. Quasi in esca salus sit vt Deus sit venter, & gloriantur in pudendis circuncisis, quod est terrena sapere. Quorum Deus, &c. Quia quidquid faciunt, pro ventre faciunt. Vel escas quę ventris sunt, faciunt Deum: dum eas iustificare homines dicunt, & gloria eorum in talibus est. vnde confundi & erubescere possunt, dum per animalia se iustificari dicunt. Vel gloria eorum temporalis perducet eos ad confusionem æternam. Illi tam prauè ambulant: sed. F

m Et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. ✠ CHRYSOST. Quinam isti sunt? qui dicunt, ædificemus domos, vbi? in terra, inquit, emamus agros in terra rursum: adipiscamur imperium, rursus in terra, assequamur gloriā, rursus in terra, diuitias comparemus, in terra: omnia denique in terra. Hinc sunt quorum Deus venter est. Qui enim nihil spiritale cum animo suo cogitant, sed omnia sua hic habent, atque hæc sola curant,

☞ merito

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quicunque ergo perfecti sumus. idest in statu perfectionis, cuiusmodi erat Paulus & alij apostoli & doctores & curati.
2 Hoc sen. s. quod nullus nostrum est simpliciter perfectus in via.
3 Et si quid aliter sapitis. Hoc exponitur dupliciter. Vno modo in malo sic: Et si quid aliter sapitis. Tenendo contrarium.
4 Et hoc vobis Deus reuelabit, Idest manifestè vobis ostendet non esse verum in iudicio, vel ante per gratiam suam ab errore vos reuocando. Alio modo in bono sic: Et si quid aliter sapitis. i. si quid aliud pertinens ad cultum Dei & ad perfectionis statum vos cognoscere contigerit. Et hoc vobis Deus re. q. d. sciatis quod hoc non prouenit ex intelligentia vestra sed ex reuelatione diuina: Et hæc expositio videtur magis consona literæ sequenti, cum dicitur.
5 Verumtamen. i. quantum ad veritatem quam circa prædicta iam cognouimus, supple necesse est. 6 Vt idem sapi. In mente.
7 Et in eadem. In opere, vt nullum sit schisma in corpore ecclesiæ.
8 Imita. mei. Postquam Apostolus proposuit se in exemplum, hic consequenter inducit Philippenses ad eum imitandum di. Imitatores mei ēsto. In prædictis.
9 Et obser. eos. i. attendite diligenter, vt vos eis conformetis.
10 Qui ita ambu. De virtute in virtutem.
11 Sicut habe. Viuendi vobis traditam exemplo verbo, & scripto.
12 Multi enim am. Via peruersa.
13 Quos sæpe dicebam vobis. cum essem præsens vobiscum.
14 Nunc autem. pro culpis eorum. 15 Dico. supple esse.
16 Inimicos crucis Christi. quia contrariatur eorum carnalitati.
17 Quorum finis. s. æternus.
18 Quorum Deus venter. quia student ei satisfacere in omnibus.
19 Et gloria. de tali carnalitate.
20 In confusione ipsorum. idest, erit eis confusibilis.

✠ 1 Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ merito ventrem Deum habent, dicentes comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

A

Aug. in psal. 38. 48. 54.

a *Nostra conuer.* idest & viuendo & intelligendo simus similes angelis. Propter quod. i. præter commoda quæ iam habemus etiam *domi expecta.*

b *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ.* ✻ IRENÆVS. Corpus humilitatis est caro quæ humiliatur cadens in terram, transfiguratio autem eius quoniam cum sit mortalis & corruptibilis, immortalis fit & incorruptibilis non secundum propriam substantiā, sed secundum domini operationem, qui potest mortali immortalitatem & corruptibili circundare incorruptibilitatem.

Ioan. 14. a † nostrū humile abiectum.

B

a Vel impudendis eorum circuncisis b In terrenis nil nisi quod vident intelligunt.
confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem 1
a ¶ Etsi adhuc in terra sumus. ¶ Vbi spes nostra. b ¶ Animarum iam, quandoque etiam corporum. 2 c ¶ Venturum.
conuersatio in cælis est. Vnde etiam saluatorem expecta- 3
a ¶ Q. Hoc de eo expectamus, quod sicut iam reformauit animas, reformabit & corpora simul cum animabus, cum secundam stolam dabit.
mus, dominum nostrum Iesum Christum, qui † reforma- 4
a Quod per mortem in puluerem & vermes humiliatur. b ¶ Deiectionis. c ¶ Ita quod erit. ¶ i. assimilabimur corpori illius in claritate quam habuit in transfiguratione.
bit corpus † humilitatis nostræ, † configuratum corpori 5
a ¶ Potentiam operandi, qua sibi subiicit omnia. 6 b ¶ Quod potest, quia omnia sibi subiicit. 7 8
claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua 9
¶ Non solum corpus reformare.
possit etiam subiicere sibi omnia.

c *Configuratum corpori claritatis suæ.* ✻ CHRYSOSTOMVS. Illi ne quod sedet in dextra patris? Hoc ipsum corpus conforme illi fit, quod adoratur ab angelis, illi, cui assistunt incorporeæ potestates, illi, quod est supra omnem principatum, & virtutem, & potestatem, illi ipsi conforme fit. Ergo si vniuersus orbis sumptis lachrymis, eos, qui de hac spe deciderunt, fleat: nonne merito flebit? quòd hoc promisso nobis proposito, fore, vt corpus nostrum illi conforme fiat, cum dæmonibus tamen abeant? Iam mitto gehennam. Tantum mihi malum videtur de tanta gloria decidisse, vt gehennam pro nihilo habeam præ hoc damno, ac ruina. Quid ais Paule? illi conforme fit? næ inquit.

D

† transfigurabit.

† vt fiat cōforme.

E

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Qui terre. sapiunt. *tantummodo, & non cælestia.*
2 Nostra autem conuersatio in cælis est. *Per spem charitate formatam. quia sicut dicit Augustinus. Anima quæ est principalis pars hominis, verius est vbi amat, quàm vbi animat. Et quoniam post iudicium sancti erunt in cælis, non solum in anima sicut modo, sed etiam in corpore glorioso. ideo sequitur.*
3 Vnde etiam saluatorem expe. *venturum ad iudicium.*
4 Qui reformabit corpus. *in generali resurrectione.*
5 Humilitatis nostræ. *Nam modo nobis est humiliationis occasio, eo quòd est corruptibile & putrefactibile. & corrodetur vermibus, & in cineres resoluetur.*
6 Configuratum. *tunc.*
7 Corpori claritatis suæ. *quia sancti resurgent in corpore glorioso, sicut & Christus. Vna autem dos gloriosi corporis est claritas, sicut dictum fuit. j. Corin. xv. Et quoniam hæc resurrectio fiet virtute Dei infinita, sicut & creatio. ideo subditur.*
8 Secundum operationem. *i. virtutem operandi.*
9 Qua possit etiam subiicere sibi omnia. *Per creationem enim omnia sibi sunt subiecta, quia de nihilo facta: & nisi conseruarentur à Deo, omnia in nihilum redigerentur.*

CAP. IIII.

a *Itaque, &c.* Sequitur.

b *Gaudiū & co.* idest per quos in præsenti lætificor & in futuro coronabor. Discipulis enim in agone victoribus, dignus erit corona magister.

C

c *Euodiam rogo. &c.* Omnes moneo: sed specialiter Euodiam & Synticen: quia hæ religiosæ prædicatores suscipere solebant.

† vt sint cōcordes.

d *Nomina.* Quia discreti sunt meriti diuersas mansiones habebunt in æterna domo. vnde: In domo patris mei man. mul. sunt.

e *Libro vi.* Prædestinatio in qua omnes saluandi prædestinati sunt. Q. Nolite ô Philippenses grauiter ferre, quod omnes vos in epistola mea sigillatim non nominaui, quia etsi in ea non estis scripti, in libro tamen vitæ continemini.

F

† compar germana, vel ingenua coniunx.

CAP. IIII.

¶ Quia reformabit.
Itaque fratres mei charissimi & desi- 1
a ¶ Quos videre multum desidero, vel qui me desideratis. 2 b ¶ Qui estis. ¶ De quorum fide & opere gaudeo. c ¶ In futuro.
derantissimi, gaudium meum & coro- 3
¶ Sicut me vel mihi similes stare scitis, vel sicut modo estis, & tunc eritis charissimi. 4
na mea, sic state in domino charissimi. 5
¶ Quia plus de ea timeo. 6
Euodiam rogo, & Synticen deprecor 7
a ¶ Quod dico, non aliud, quia hoc est in domino. b ¶ i. secundum dominum. c ¶ Alios. d ¶ O. ¶ Proprium.
† idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te † Germane cō- 8
a Coadiutor in euangelium prædicando. b ¶ Confortando. c ¶ Præmemoratas mulieres. d ¶ Ministrando mihi necessaria. e ¶ Etiam cum istis laborauerunt ministrando etiam eis necessaria. 9
par, adiuua illas quę mecū laborauerūt in euāgelio, cūm Cle- 10
a ¶ i. merita & præmia quia veritatem tenent. ¶ In domo patris mei mansiones multæ sunt. 11 b ¶ Prædestinatione Dei. 12
mēte & cęteris adiutorib⁹ meis, quorū nomina sūt in libro vitę 13

☞ a Gau.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

Diuisio

Itaque, &c. *Postquam Apostolus Philippenses cautos reddidit: hic consequenter ad eorum consolationem se conuertit. Et diuiditur in duas partes: quia primo eos consolatur, secundo de eorum liberalitate gratulatur, ibi:* Gauisus sum. *Prima in duas, quia primo firmat eos per patientiam, secundo, prouocat ad spiritualem lætitiam, ibi:* Gaudete in domino. *Prima adhuc in duas, quia primo facit quod dictum est per seipsum, secundo per amicum, ibi:* Etiam rogo. *sicut enim dictum fuit suprà. j. ca. Philippenses pro Christo fuerunt in tribulatione: ideo indigebant confortatione: quam eis exhibet Apostolus, primo generaliter, dicens.*
1 Itaque fratres. *i. mihi iuncti dilectione speciali.*
2 Et desiderantissimi. *quia desiderabat eos videre adhuc corporaliter in via, & æternaliter in patria.*
3 Gaudium meum. *de vestro profectu.*
4 Et coro. mea. *Doctoribus enim debetur gloria specialis, quæ à sanctis dicitur aureola.*
5 Sic state. *firmi contrà tribulationes huius mundi.*
6 In domino. *ita quòd ab eo nullo modo euellamini. Secundò confortat duas personas specialiter, di.*
7 Euodiam rogo & Synticen depre. id sa. in domino. *i. firmiter stare. Duæ erant matronæ quas Apostolus specialiter confortat. Tum propter fragilitatem sexus: Tum quia ministrauerant necessaria sibi & aliis prædicatoribus, vt ostenderet se gratum.*
8 Etiam rogo &. *Hic consequenter confirmat Philippenses per amicum de hoc deuotè rogans eum, dicens:* Etiam rogo. & te Ger. *Nomen proprium est.*
9 Compar. *i. coadiutor meus, in prædicatione.*
10 Adiuua il. *scilicet mulieres dictas tuis sermonibus confortando.*
11 Quæ mecum, &c. *i. in prædicatione euangelij necessaria ministrando, & non solum mihi, sed & sociis meis, de quibus subditur.*
12 Cum Clemente, &c. *in prædicatione.*
13 Quorum nomina, &c. *Est autem liber vitæ idem quod prædestinatio diuina: quæ dicitur liber, eo quod in mente diuina numerus electorum est firmiter descriptus vel dispositus: & hæc est descriptio simpliciter. Quòd autem illi ibi essent sic scripti, forsitā Apostolus habuit per diuinam reuelationem. Alio modo dicitur aliquis scriptus in libro vitæ secundum præsentem iustitiā, à qua tamen contingit aliquādo decidere, & hæc est descriptio secundū quod. Apostolus autē per bona opera istorū quæ videbat, æstimare debebat, quod essent in gratia: & sic loquitur in proposito, nisi per reuelationē habuerit, quòd essent simpliciter scripti in libro vitæ.*

Scribitur libro vitæ dupliciter.

✻ 1 Gaudete.

☞ a *Gau.* AMBRO. Lætatus in fide eorum & operibus, Apostolus vt alacriores sint, optat in hoc studio proficientes gaudere in domino, & id iterat vt se in eis verè gaudere ostendat.

A

Augu. serm. 37. de verb. dom.

✻ AVGVST. Nemo in hoc seculo gaudere potest & in domino. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, suntque omnino contraria. Quādo enim gaudetur in seculo, non gaudetur in domino, nec econtra.

Gau. in. i. in veritate, non in iniquitate, in spe æternitatis, non in flore vanitatis.

Gaude. Q. quia eorum nomina sunt in libro vitæ. Et vt idem vobis certissimè credatur: Gaudete in domino, idest omne bonum vnde gaudendum est, statuite in domino, non extra. Et hoc adeo necessariū vobis est quod iterum dico, Gaudete in domino: Non vt quædam alia semel quia hæc est.

† Quod reliquum est † honesta.

† laudabilia

B

b *Mode.* & rectus modus, vt in domino sit omne gaudium, & hoc per vos addiscāt alij. Vel *modestia in omni.* fidelibus & infidelibus, vt imitentur ne possint reprehēdere. Et quia dominus.

Aug. ser 37. de ver do.

c *Prope est,* idest paratus dare quidquid opus est in spiritualibus vel temporalibus. De nulla re sitis soliciti & timidi. Sed petitiones de his quæ vultis impetrare.

d *Innotescant.* i. sint ita vehementes, non tepidæ, vt ad Deum perueniant i. compleantur.

e *Sed in om.* Oratio & obsecratio, communiter pro se vel aliis, de quibuslibet. Petitio de rebus, nominatim necessariis.

Innotescant. Hæc notitia assiduitate fit, & vigilantia orationis. Tunc demum pax custodit corda in Christo. Hoc ideo dicit, quia qui cum Deo habet pacem, non timet mentem aduersam.

Tob. 12. c

f *Apud Deū.* Vel angelis, qui Deo eas offerunt. Vnde: Cum oraretis, orationem vestrā obtuli apud Deū. Vel nobis innotescant apud Deum per tolerantiā, non apud homines per iactantiam.

Quomodo angelus offert orationes Deo.

Apud Deū. AVG. de gratia noui Testamenti. Non dicitur angelus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus tunc non nouerit quid velimus vel quo indigeamus: qui omnia antequam fiant, sicut & postquam facta sunt, nouit. Sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperās Deo, temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat. In quo & contestatur, quod non sit bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile, cuius participatione etiam sapiens efficitur.

C

D

Idem. xv. de trini. Ad omnia quippe scienda, Deo sufficit sua perfectio, habet tamen nuncios i. angelos, non quod ei quæ nesciat, annuncient. Nō enim sunt vlla quæ nesciat, sed bonū eorum est de operibus suis eius consulere veritatem.

a ¶ Dixi, state, & etiam gaudete. b ¶ Non in seculo, in quo gaudent qui de impunitate nequitiarum lætantur. c ¶ Rationabilis conuersatio.
Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Mode- 1 2
a ¶ Exemplo eorum alios vult acquiri.
stia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. 3
a ¶ Sine mundi solicitudine promissa Dei præ oculis habete. 4 b ¶ Quæ communiter. c ¶ Quæ cum adiuratione. 5
Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione 6
a ¶ Qui vult alia impetrare, gratus sit de præteritis. 7 b Nobis esse. 8
cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud 9
a ¶ Vos moneo, vt petatis, & Deum sine quo humanus labor inutilis est, oro vt præstet effectum. b ¶ Intellectum
Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem † sensum, custo- 10 11
a ¶ Voluntates & intellectus: vt nihil extra Christum appetatis vel intelligatis. 12
diat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo 13
a ¶ Hucusque monui ad tolerantiam & ad cautelam. ¶ Moneo vos ad hæc. b ¶ Quæ ad veram fidem sunt, tamen quia in eis veritas: tum quia per ea pudicitia seruatur cum Deo.
Iesu. † De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcun- 14
que † pudica, quæcunque iusta, quæcunque † sancta, quę- 15 16
a ¶ Hoc ad alia.
cunque † amabilia, quæcunque † bonæ famæ, si qua vir- 17 18
a ¶ Hoc ad famam. b ¶ Quæ ad perfectionem pertinent. 19 c ¶ In memoria versate. d ¶ Omnia. 20 e ¶ Me docente. 21
tus, si qua laus disciplinæ: hęc cogitate, quæ et 22 23

g *Et pax Dei.* i. Deus qui est pax sūma, quæ nec cogitari potest, & ideo extra eū nullo opus est.

Augu. epist. ad Paulin. cap. 18. Enchirid. cap. 63.

✻ AVG. Mentem custodiat, vt in eo quod dicit omnem mentem vel intellectum, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exemptus, sed Dei filius.

In Enchiridio cap. 36. † intellectū

h *Exuperat omnē sensum, &c.* Nostrum, nō eorum qui semper vident faciem patris. Vel pax qua ipse De⁹ pacatus est, *superat omnem sensum*: præter suum, quia nec nos sic possumus nosse, nec vlli angeli.

† pura, casta

† accōmoda

E

i *De cætero fratres quæcunque sunt vera, quæcun.* Hactenus contra persecutores & contra pseudo prædicatores monui. De cætero autem in conclusione quæ ad perfectionem sunt exponit.

k *Quæcunque iusta.* Istud ad proximūm. *Sancta,* in propria vita: & vt minus dicatur, *quæcunque sunt amabilia.* idest amari digna. vt modestus incessus, humilis sermo, & huiusmodi. *Et quæcunque sunt bo. fa.* quia ita decet esse sanctos & iustos, vt de his non habeatur mala opinio, sed bona, vt prosint aliis. Quæ bonæ famæ dico, *si qua virtus,* in eis est vel *laus discip.* Christianæ. Non enim curanda est bona fama de viribus, vel scientia mundi, vel aliis secularibus.

Augu. li. de sancta viduitate ad Iulian.

Vel ita distingue: Vt hoc. s. *Si qua la.* referatur ad famam. Et illud, *Si qua virtus*: referatur ad alia prædicta. Hoc modo: *Cogitate quæcunque sunt vera, &c. Si qua vir.* est in eis. Et cogitate quæcunque sunt bonæ famæ: Si qua laus disciplinæ est in eis.

l *Bonæ fa.* AVGVSTINVS. Nobis vita nostra, aliis bona fama necessaria est. Nam quisquis à flagitiorum criminibus vitam suam custodit, sibi benefacit. Quisquis autem famam, etiam in alios misericors est.

F

☞ a Gauisus,

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Gaudete. *Hic consequenter inducit Philippenses ad spiritualem lætitiam. & secundò ad boni operis perseuerantiam, ex quibus oritur hæc lætitia, ibi:* De cæteros fratres. *Circa primum dicit:* Gaudete in domino, *non in mundo.*
2 Semper. *actu vel habitu.*
3 Iterum dico gau. *ad maiorem inductionem.*
4 Modestia ve. *in conuersatione & vita.*
5 Nota sit. *vt boni meliores fiant exemplo vestri, & mali ad bonum conuertantur.*
6 Dominus prope est. *ad vos remunerandum. Et quia nimia solicitudo temporalium impedit spirituale gaudium, ideo subditur.*
7 Nil soliciti sitis. *superfluè. nam oportet solicitari de necessariis, aliter videretur tentatio Dei.*
8 Sed in omni. *Hic ponuntur quatuor orationis partes. oportet enim in orando primò ad Deum accedere per mentis eleuationem: & hoc vocatur oratio, quæ est ascensus mentis in Deum. Secundò, requiritur aliquid determinatè proponere, saltem verbo mentali. & hoc vocatur petitio. propter hoc dicitur hic.*

Orationis partes.

9 Petitiones vestræ innotescant, &c. *aliquid determinatè proponens. Tertiò, quod proponens se disponat vt exaudiri mereatur, & hoc vocatur gratiarum actio. Per hoc enim, quod aliquis gratum se ostendit de beneficiis acceptis, meretur recipere potiora. Quarto, quod exprimat illud per quod oratio fit exaudibilis ex parte Dei, quod est eius sanctitas. Et hoc vocatur obsecratio, sicut cum dicimus: Per natiuitatem tuam libera nos domine. Et propter hoc in orationibus ecclesiæ ponitur in fine: Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.*
10 Et pax. *i. Deus qui est pax vel quies mentis.*
11 Quæ exuperat omnem, &c. *Eo quod est ab omni intellectu creato incomprehensibilis.*
12 Custodiat corda vestra, & intelligentias, &c. *idest voluntates vestras in bono. Quæ dicuntur corda, quia sicut cor mouet alia corporis membra, sic voluntas mouet alias animæ potentias ad actus suos.*
13 In Christo Iesu. *idest per Iesum Christum. Quòd autem subditur aliquibus libris: Domino nostro: non est de textu, nec habetur in libris correctis.*
14 De cætero fratres, &c. *Hic inducit Philippenses ad boni continuationem & augmentationem, dicens:* De cætero fratres quæcunque sunt vera. *sine falsi admixtione.*
15 Quæcunque pudica. *sine lasciuiæ dissolutione.*
16 Quæcunque iusta. *Erga proximum.*
17 Quæcunque sancta. *Circa cultum diuinum.*
18 Quæcunque amabilia. *Deo & hominibus bonis.*
19 Quæcunque bonæ famæ. *idest digna boni nominis.*
20 Si qua virtus. *moralis & intellectualis.*
21 Si qua laus disciplinæ. *idest disciplina morum laudabilis.*
22 Hæc cogita. *Frequenter meditando,*
23 Quæ &. *per meam doctrinam.*

✻ 1 Et ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Gauisus, &c.* Hic commemorat, quod sibi sæpe necessaria miserant, vnde alacritatem suam propensiorem factam ostendit. quia in quo negligentes facti fuerant, adhibitæ solertia iteraverunt, vt memores facti reo cæsti condendos.

b *Aliquãdo, &c.* Aliquo tempore, quia non omni potuerũt.

c *Restoruistis.* ministrãdo mihi necessaria. Quæ ministratio dicitur flos, quia inde fructus vitæ æternæ prouenit.

d *Pro me.* Quia mihi prodest vestra cõpassio. Ne autem viderentur aliqua mala causa intermisisse, addit: modo reseruistis, sed ante eratis occupati & impediti aliquibus aduersis.

e *Non quasi.* Non propter se, sed profectum eorum gaudet.

f *Scio & humiliari.* GREGO. Qui penuria non frangitur, à gratiarum actione non retrahitur: Qui rerum temporalium desiderio non accenditur, scit humiliari. i. inopiam pati.

g *Abundare. sa.* Qui acceptis rebus non extollitur, qui eas ad vsum vanæ gloriæ non intorquet, qui solus non possidet quod accepit, sed cum indigentibus misericorditer dimidit, scit abundare: Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris, nec plus carni tribuit quàm necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate victus agit aliquid, vnde anima peccati laqueum incurrat, scit esurire.

h *Omnia possum in eo qui me confortat.* & Nil omnipotentiam verbi clariorem reddit, quàm quod omniporentes facit omnes qui in se sperant. Denique omnia possibilia sunt credenti. An non omnipotens cui omnia possibilia sunt? Ita animus si non præsumat de se, sed si confortetur à verbo, poterit vtique dominari sui, vt non dominetur ci omnis iniustitia. Ita inquam verbo innixum, & indutũ virtute ex alto, nulla vis, nulla fraus, nulla iam illecebra poterit vel stantem deiicere, vel subiicere dominantem.

i *Communicantes, &c.* AVGVSTINVS. Inde gaudet, inde pascitur, quia illi benefecerunt, non quia eius angustia relaxata est.

✠ CHRYSOST. *Nam si nos,* inquit, *vobis spiritualia seminamus, quid magnum, si carnalia vestra metemus?* Et rursus. *Vestra abundantia vt illorum inopiam suppleat,* vides, quomodo communicauerint in ratione dati, dando carnalia, & in ratione accepti, accipiendo spiritualia? Etenim quemadmodum venũdantes, & ementes inter se cõmunicant, alter ab altero vicissim accipiens, & dans (hoc enim est communicatio) ita sane & in hac re. Nihil enim, nihil hac negociatione, & mercatura est quæstuosius: nam fit quidem in terra, perficitur autem in cœlo. Et emptores quidem in terra sunt, emunt vero, & pacisquntur ea, quæ in cœlis, terreno deposito prætio.

a ¶ Vt digna teneri. b ¶ Item ideo cogitandaquia hæc an. & vi. in me esse.
¶ Ab aliis. ¶ Per vos. ¶ Esse.

didicistis & accepistis, & audiuistis, & vidistis in me. Hæc 1
a ¶ Non solum cogitate, sed & actu implete, & Deus erit adiuuans hæc facere. ¶ Dator. 2
b ¶ Ad futura horror, de præteritis autem quæ memorare valet ad incitationem. 3
a cogitate & agite, & Deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum 4
a ¶ Hoc fecit, non in dono. b ¶ Post multa. 5
b autem in dõmino vehementer: † quoniam tandem aliquan- 6
a ¶ Sicut olim. ¶ Alias repullulastis similitudine arborum, quia sterilitate aruerant & quasi marcuerant. ¶ Ministrantes mihi. b ¶ Ad vtilitatem meam. 7
c ¶ Misericordi compassione. ¶ Ita vt feceritis, quod me perurgebat. d ¶ Olim. 8
c d do reflormistis prõ me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati 9
a ¶ Quod gauisus sum. b ¶ Quasi pro rebus penuriam consolantibus. 10
e autem eratis. Nõn quasi propter penuriam dico. Ego enim 11
a ¶ In consuetudine habui. b ¶ Contentus his. c ¶ Semper. ¶ Quia. 12
d ¶ Quia inde non frangor. 13
f didici in quibus sufficiẽs sum. † Scio & humiliari, scio & 14
a ¶ Quia inde non erigor. b ¶ In omni loco coram principibus, vel quibuslibet. 15
c ¶ In omni genere rerum. d ¶ A Deo, non per me. e ¶ Ne noceat saturitas. 16
g abundare. Vbique & in omnibus institutus sum, & satiari & 17
a ¶ Ne deficiam. b ¶ Quæ de penuria contristor, nec de abundantia exalto, sciens quia abundantia frequenter extollit & penuria tolerata diuitias cælestes acquirit. 18
c ¶ Institutus sum. d ¶ Non solum scio, sed possum exequi eo confortante qui docuit. e ¶ Facere. 19
f ¶ Per eius auxilium. 20
h esurire, & abundare & penuriam pati. Omnia possum † in eo 21
a ¶ In Christo, qui mihi possibilitatem tribuit. 22
b ¶ Q. pro rebus datis non gaudeo quibus carere possum, sed pro vestro bono. 23
c ¶ Inde gaudet, quia bene fecerunt. ¶ Bene, quantum ad vos, qui quod iustum est facitis. 24
d ¶ Vestra bona. 25
i qui me cõfortat. Veruntamen bene fecistis communicãtes 26
a ¶ Vos communicatis, sed alij non. 27
b ¶ Sicut alij. 28
tribulationi meę. Scitis autẽ & vos Philippẽses, quòd in prin-
a ¶ Hoc memorat, vt his quasi laude dignis magis studeant.
¶ scilicet.
cipio euãgelij, quãdo pfectus sũ à Macedonia, nulla mihi ec-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et accepistis. *ideſt, acceptastis tanquam digna teneri & seruari.*
2 Et audistis. *Ab aliis prædicatoribus veris.*
3 Et vidistis in me, &c. *quæ non solum verbo, sed etiam facto prædicauit vobis.*
4 Hæc agite. *& non solum cogitate.*
5 Et Deus pacis, *ideſt dator veræ pacis, scilicet internæ & supernæ.*
6 Erit vobiscum. *Per gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.*
7 Gauisus sum autem in domino, &c. *Hic consequenter Apostolus de liberalitate Philippensium gratulatur, magis tamen propter eorum meritum, quàm propter vsum proprium, dicens:* Gauisus autem sum in do. vehe. *Ideſt valde.*
8 Quoniam tandem aliquando. *Loquitur de ipsis per similitudinem arborum, quæ videtur arida, & postea reuiuescit & floret secundum reuolutionem temporis. Sic Philippenses primò ministrauerant Apostolo necessaria, postea cessauerunt per tempus, & deinde iterum sibi miserunt xenium pro suis necessitatibus. Consequenter excusat cessationem intermediam, dicens.*
9 Occupati autem. *impediti prouidere mihi, eo quod tribulationem incurrerant.*
10 Non quasi propter penuriam, &c. *scilicet meam.*
11 Dico. *quod gauisus sum vehementer. Et subdit causam.*
12 Ego enim didici. *ideſt consuevi.*
13 In quibus sufficiens sum, &c. *Ideſt illis quæ habeo contentus esse.*
14 Scio & humiliari. *Quia non frangor per impatientiam.*
15 Scio & abundare, &c. *Quia inde non erigor per superbiam.*
16 Vbique & in. *s. eventibus.*
17 Institutus sum, *ideſt informatus à Deo qualiter debeam me habere.*
18 Et sa. *supple scio sine excessu.*
19 Et esuri. *sine impatientiæ defectu.*
20 Et abun. *sine superbiæ fastu.*
21 Et penu. *Sine tristitiæ luctu.*
22 Omnia possum in eo qui me confortat. *ideſt omni fortuna bene possum vti. Vnde dicit philosophus. i. Eth. de virtuoso, quod fortunas optime feret, qui vtique vere bonus, & tetragonus sine vituperio. sicut enim corpus tetragonum in quolibet latere bene sedet. sic virtuosus in qualibet fortuna prospera vel aduersa bene se habet. tamen hoc fit multò melius per virtutem à Deo infusam, quàm per virtutem ex actibus acquisitam. Ideo subdit Apostolus.*
23 In eo. *i. per ipsum Deum.*
24 Veruntamen. *Mihi & vobis.*
25 Communicantes tribulationi, &c. *ideſt mittentes mihi subsidium temporale detento in carcere.*
26 Scitis autem. *per ea quæ audistis vel vidistis.*
27 Quòd in principio, *ideſt, quando vobis prædicare euangelium incepi.*
28 Nulla mihi ec. &c *Rationabile enim est, vt accipientes spiritualia à prædicatoribus, dent eis temporalia.*

✠ 1 Nisi

a *Non quia quæro.* AVGVST. Datum est res ipsa quæ datur, vt munus, cibus, potus & huiusmodi. Fructus autem opera bona, & recta voluntas datoris. vnde dominus in euang. non ait simpliciter. Qui recipit iustum vel prophetam. Sed addidit. *In nomine iusti vel propheta.* Suscipere enim prophetam vel iustum, datum est. In nomine iusti vel prophetæ hoc facere, fructus est. Eliam pauisse leguntur coruus & vidua. Sed per coruum qui non nomine iusti, dato pascebatur: Per viduam fructum quæ sciebat quod homines Dei pasceret.

b *Sed siu.* i bonam & rectam voluntatem bonæ operationi adiunctam. Non enim tã gaudet subuentum esse suæ necessitati, quàm illorũ congratulatur fœcunditati. Vel.

c *Fructum. i.* vt fructus iustitiæ vestræ abundans sit, cum ratione Deo reddideritis de factis vestris.

✠ HAYMO. Odor suauitatis est apud Deum, intentio bona & volũtas promptissima offerentis, de qua legimus in Genesi, quia odoratus est odorem suauitatis dominus, quando Noë obtulit sacrificium Deo egressus de arca. Non enim est putandum quod dominus omnipotens sacrificio victimarum & fumo carnium atque nidore pinguedinis delectetur, sed intentione bona & voluntate promptissima offerentis. Si enim fumo & nidore carniũ delectaretur, nequaquam diceret per prophetam: Sacrificia vestra odiit anima mea.

d *Inod.* Quæ placẽt Deo vt odor suauissimus. Comparanturenim vt orationi quæ est incessum Dei. Vnde dicitur. *Date eleemosynam, & ipsa orat pro vobis ad Deum.*

e *Impleat.* Non in terrenis, sed in gloria. Vel gloria Christi est implere desideria sanctorum, vel vt ipse inde sit gloriosus.

a ¶ Rationabiliter consideraret, quod deberet dare carnalia, quæ accipiebat spiritualia
cleſia communicauit ratiõne † dati & accepti nisi vos soli. 1
a ¶ Non solum dum vobis prædicaui, sed. b ¶ Præter quem nihil est quærendum. ¶ Necessaria.
Quia & Thessalonicam semel & † bis in vsum mihi misistis. 2
a Dico vos bene fecisse. ¶ Non vt ego impleat, sed ne vos inanes
b ¶ Donationis, quia hoc est bonum vnde multa bona proueniunt.
a Nõn quia quæro † datum, sed requiro fructum abũdantem 3
b 4
a Vt pro opere misericordiæ ratio vestra habeat gratiam spiritussancti.
c b ¶ Non quæro datum, ramen omnia habeo. c ¶ Non in vno vt in alio egeam, sed.
in rãtione vestra. Habeo autem omnia & abundo. Repletus 5
a ¶ Muneribus. b ¶ Mihi. 6
d sum accẽptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorem suaui-
a ¶ Hæc sunt hostia, qua detur vobis vincere hostes, quam accipit Deus placide.
b ¶ Vos me repleuistis.
ratis, † hõstiam acceptam † placentem Deo. Deus autem 7
a ¶ Non in terrenis, sed in gloria. b ¶ Vt nihil desit vobis. 8
e meus impleat † omne desiderium vestrum secundum diui- 9
a ¶ Secundum quod diues est, & plus potest dare, quàm quis meretur.
b ¶ Per quem omnia. c ¶ Deus impleat, inde autem ei gratiæ.
tiãs suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro 10
¶ Vsque. ¶ Quod sanctus est, à Christo est.
gloria in secula seculorum, amen. Salutate omnem sanctum 11
in Christo Iesu. Salutãt vos qui mecum sunt fratres. Salutant 12
a ¶ Hos significat propensiorem affectum habere circa illos. 13
vos omnes sancti maxime autem qui de Cesaris domo sunt. 14
a ¶ Rationevt semper sua sit & in spiritualibus abundet.
Gratia domini nostri Iesu Christi cũ † spiritu vestro, Amen. 15

a *Pau-*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nisi vos soli. *Et in hoc commendat eorum liberalitatem præ cæteris.*
2 Quia &c. *s. bona vestra, in quibus ego & prædicatores alij debemus quærere, non superfluum, sed ad necessarium vsum.*
3 Non quia. *principaliter.*
4 Sed requi. *ideſt, meritum ex parte vestra, quod dicitur fructus abundans, quia ducit ad vitam beatam.*
5 Hab. autem. *quæ misistis mihi.*
6 Et abun. *Non solum pro mihi necessarius, sed etiam pro necessitatibus aliorum.*
7 Acce. ab. *Nam eleemosyna est hostia Deo acceptissima. & quia de beneficio regratiandum benefactori, ideo subdit.*
8 Deus autem meus. *Sicut me replevit.*
9 Se. di. *Reddendo vobis pro temporalibus æterna.*
10 In Christo Iesu. *ideſt per Iesum Christum mediatorem Dei & hominum. Et quia cuiuslibet boni Deus est principaliter autor, ideo consequenter gratias agit ei dicens:* Deo autem.
11 Salutate omnem. *Hic vltimo ponitur huius epistolæ conclusio per salutationem, cum dicitur:* Salutate omnem sanctum in Christo Iesu, *ideſt omnem sanctificatum per bapt smum Iesu Christi.*
12 Salutant vos qui mecum, &c. *Mihi ministrantes, & pro tempore prædicantes.*
13 Salutant vos. *i. Christiani generaliter.*
14 Maxime autem. *Per hoc innuit quod isti specialem affectum habebant ad Philippenses.*
15 Gratia domini nostri Iesu Christi cum. *Supple sit & maneat semper, amen.*

✠ Incipit

Incipit argumentum in epistolam ad Colossenses.

Argumentum in epistolam ad Colossenses incipit.

a *Colossenses, &c.* Quibus non ipse Apostolus prædicauit, sed eius discipuli Archippus & Epaphras. Archippus verò in eos ministerium acceperat. Epaphras autem ex eis oriundus ab apostolo instructus, doctrinam Ardhippi confirmauerat. Superuenientibus autem pseudo apostolis & carnales observantias prædicantibus, dubium erat quibus potius credendum esset. Inde Paulus cuius autoritas celebris erat, quasi medius iudicat quę pars potius sit tenenda. Describit autem Christum & eius beneficia, quomodo est sufficiens ad omnia. Carnalia verò prorsus improbat vt deinceps syncerè fidem Christi teneant. Instruit etiam moraliter, confirmans quidquid illi docuerant. Et est intentio eius in hac epistola confirmare Colossenses in eadem fide & doctrina, quam à discipulis eius acceperant, & non in alio præter Christum spem ponendam esse docere.

In Synopsi ✠ ATHANASIVS. Istam misit è Roma, cùm Colossenses nondum vidisset quidem, audisset autem de illis. Quidam enim

Colossenses sicut & Laodicenses sunt Asiani, & ipsi præuenti erant à pseudo apostolis, nec ad hos accesit ipse Apostolus sed eos per epistolam corrigit. Audierant enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit. Ergo Apostolus iã ligatus scribit eis ab Epheso per Tichicum diaconem, & Onesimum, acolythum.

Colossenses gentilibus sophismatis cum Christi fide pugnantibus, & traditione eiborũ iuxta legem, & circũcisione seducere tentabant. Hoc, vbi didicit Apostolus, hanc illis Epistolam instruẽdo misit. Et principio gratias agens Deo, significat eos è tenebris ad veritatis lucẽ ingressos: & quod Christus, in quem crediderant imago Dei sit, & Verbum per quod omnia facta sunt, & quod decuerit eũ qui est rerum epifex primogenitum fieri creaturæ, & primogenitum ex mortuis, vt vtraque cõiugeret, & omnia viuificaret. Adhortatur etiã eos, vt in fide persistant, significans eis se Paulum esse ministrũ Euangelij in quo instructi iã erant. Deinde de lege, & de cibis in lege vetitis disputat, de diebus etiam & annis exponit, & deinceps vetera omnia, circumcisionem quoque abolita esse declarat. Consulit etiam ne imponi sibi sinant à Sophistis, qui in hoc erant vt eos subducerent. Tandem adiectis adhortationibus pro parentibus, pro liberis, viris, mulieribus, seruis, & dominis, & quæ bonos mores concernunt, Epistolam finit.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. I.

A a Paulus. Solito more salutationem præmittit: Qua præmissa de bonis eorum gratias agit,& fidem & dilectionem commendans orat, vt perficiantur in Christo, cuius beneficia & primatum secundum vtranque naturam commendat: deinde sui ministerij dignitatem commemorans monet ne per prophetiam vel legis ceremonias seducti à Christo recedāt: Tādem omnes simul secūdum sexus & ætates & cōditiones moraliter instruit, & in fine Archippū commonet sollicitū fore suscepti ministerij. præmittens autem salutationē, ait: Gratia,&c.

b Apostolus,&c. Nota omnibus dignitate. Recte hic apostolum nominat, quia & his Apostolus erat, quibus per discipulos suos prædicauerat.

B c Gratias agimus. Ostendit bona quæ receperunt, dum pro his gratias agit.

✻ THEODORETVS. Eis perfectionem suo testimonio tribuit, cùm eos dixit, fide esse claros & charitate. Charitas enim vniuersum mādatum quod in actione consistit, complectitur. Solet autem Apostolus laudibus primùm aures præparare & faciles reddere. Hîc itaque dicit etiā se Deum in suis orationibus laudare propter fidem ipsorum in Christum dominum, & charitatem, quam in omnes qui cum eis eandem fidem habebant, perpetuò ostendebant.

d Et dilectionem quam habetis in sanctos. ✻ CHRYSOSTOMVS. C Hoc aduersus tentationes, ne hic quoque quærant quietem & relaxationem. Nam ne quispiam diceret, & quid lucri ad eos redit ex dilectione in sanctos, cum ipsi angantur & dolore afficiantur? Lætamur, inquit, quod in cœlis magna & præclara vobis conciliatis, propter spem, inquit, repositam. Rem ostendit firmam & stabilem. Quam audistis in verbo veritatis. D

e Sicut & in vniuerso mundo ✻ AMBROSIVS. Exemplum cæterorum gentium hos crescere & fructum vitalem facere alacri sermone prosequitur, vt ex eo quod Dei gratiam percepe runt, proficerent & numero & opere adiungentes fidei suæ, qui fierēt fratres eorum in Christo.

f Sicut &.i.ita purè & verè, sicut per me & alios venit in vniuersum mundum, & adhuc manet in eo. Q. Non minus vobis factum est, quàm in aliis ecclesiis, cum sit in mundo euangelium, fructificat ibi per bona opera, & crescit augmēto sciētiæ, vel numero fidelium. Non per hoc plus habeant quàm vos, sed ita hoc facit, sicut est in vobis, & ideo nil debetis superaddere. E

g Sicut didicistis ab Epaphra. ✻ THEODOR. Hic vir ciuis eorum erat, in primis laude dignus. Qui cū Romam venisset, docuit diuinum Apostolum & ardentem eorum fidem in dominum, & fraudem quæ ab aliquo eis facta fuerat. Multis autem laudibus eum extulit, dilectum, & conseruum, & fidelem Christi ministrum vocans, vt maiorem in eum reuerentiam haberent. Dixit autem ab eo se audiuisse cursum Euāgelij quod vbiq; diffunditur, & multitudinem eorum, qui in singulis gentibus crediderunt. F

h Pro vob. Quorum salutem desiderans, cœpit Archippum adiuuare.

a Dile-

Incipit epistola Pauli ad Colossenses.

CAP. I.

¶ Cognito omnibus nomine: ecce autoritas dicendorum. a ¶ Quod non pseudo.

a b PAulus apostolus Iesu Christi per volun- 1
¶ Qui est vir magnæ autoritatis. ¶ Scripsit.
tatem Dei, & Timotheus frater, qui sunt
a ¶ Maioribus b ¶ Minoribus.
Colossis sanctis & fidelibus fratribus in
a ¶ Et quia sancti sunt & fideles. ¶ Per gratiam Christi, non in lege. b ¶ Hoc modo salutat. ¶ Remissio peccatorum. c ¶ Mentis reconciliatio ad Deum. d ¶ Quia Deus & pater, potest & vult.
Christo Iesu. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & do-
a ¶ Quia Deus & pater: potest & vult.
c mino Iesu Christo. Gratias agimus Deo & patri domini no-
a ¶ Per quem nobis omnia. b ¶ Etiam c ¶ Vt crescatis in melius. d ¶ Ecce vnde gratias agit. e ¶ Quia creditis ipsum Deum & hominem esse.
stri Iesu Christi semper † pro vobis orantes, audientes fidem 2
¶ Esse a ¶ Non ociosam. ¶ Per operis exhibitionem prouenientis ex ea ostensam. 3
d vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in san- 4
a ¶ Non humanam laudem, non pro terreno emolumento. ¶ Rem speratam. 5
b ¶ Modo non apparet. c ¶ Tantum. d ¶ Ab æterno reddenda. 6
ctos omnes, propterea spem quæ reposita est vobis in cælis,
a ¶ Quomodo ergo res tam latens speratur? ¶ Vt certam haberetis.
b ¶ Quod tenendum est, quia & plene verum, & bonum nuncium. ne ergo alibi spem illam quæratis, quam prius intellexistis. c ¶ Euangelium. d ¶ Non primi habuistis, sed per alios venit ad vos, nec soli habetis.
quàm audistis in verbo veritatis euangelij, quod peruenit ad 7
a ¶ Fructificare facit. b ¶ Crescere facit.
e vos, sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit, si- 8
¶ Est. a ¶ Credendo. ¶ Per Archippum. ¶ Non per superadductos, sed per primos. b ¶ Discernendo c ¶ f. 9
f cut & in vobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam 10
a ¶ Quod totum ex Deo. b A prima die audistis veritatem, sicut post didicistis esse veritatem per Epaphram: In ore duorum stat omne verbum. c ¶ Prædicationem Archippi confirmante.
g Dei † in veritate: Sicut didicistis ab Epaphra charissimo &
a ¶ Quia nobiscum prædicator. b ¶ Pro salute vestra. ¶ Non pro vestris rebus. c ¶ Electus à Christo. vel quia dona Dei ministrat, vel Christo offert bona vestra.
h conseruo nostro qui est fidelis pro vobis minister Christi

† de vobis cū oramus.

† de qua prius audieratis per sermonem veracem.

† per veritatem.

Incipit Postilla Nicolai de Lyra, super Epistolam ad Colossenses.

CAP. I.

1 PAulus Apostolus. *Incipit epistola ad Colossenses, quæ diuiditur in tres partes, in salutationem & persecutionem ibi.* Gratias agi. *& conclusionem. 4. c. ibi:* Quę circa me sunt. *In prima parte exprimentur personæ salutantes. Et secundo personæ salutatæ, ibi:* His qui sunt Colossis. *& bona eis optata, ibi:* Gratia vobis, &c. *Et patet sententia ex dictis pluries in principijs aliarum epistolarum.*

2 Gratias agi. *Hic incipit epistolæ persecutio. Circa quam sciendum, quod Apostolus non prædicauit Colossensibus personaliter, vt patet in prologo Hieronymi: sed per discipulos suos Archippum, & Epaphram. & post ea inducebantur à pseudo Apostolis ad recipiendum legalia cum euangelio, propter quod Apostolus qui in partibus illis erat valde famosus, scripsit eis ipsos à legalibus retrahendo, & in fide ac moribus solidando. Et diuiditur in tres partes: quia primò inducit eos ad tenendum firmiter euangelij veritatem. Secundò: ad præcauendum pseudo apostolorum falsitatem, ca. sequen. Tertiò: ad continuandum vitæ sanctitatem, capitulo iij. Prima in duas: quia primò vt verba sua melius recipiant, ostenditur se eis beneuolum. Secundò, inducit eis ad durè tenendum Christi euangelium, ibi:* Qui est imago. *Primum autem facit dupliciter. s. agendo gratias de bona eorum inchoatione. Secundò, orando deuotè pro meliori consummatione. ibi:* Ideo & vos. *Circa primam dicit:* Gratias agimus Deo & pa. domi. nostri Iesu Christi semper. *Idest omnibus horis ad orandum deputatis.*

Diuisio.

3 Audientes. *per Epaphram, vt habetur infra.*

4 Fidem vestram in Christo Iesu. *Quæ est fundamentum spiritualis ædificij.* Et quia fides sine operibus mortua est, Iaco. ij. *Ideo sequitur.*

5 Et dilectionem quam habetis in san. omnes. *i. opera charitatis, quæ exercetis erga omnes fideles, non pro commodo terreno, sed cælesti præmio. Ideo sequitur.*

6 Propter spem, &c. *quam audistis in verbo veritatis euangelij, quod non promittit bona terrena, sicut lex vetus, sed cælestia, vt patet ex decursu ipsius.*

7 Quod peruenit ad vos. *Per prædicationem discipulorum meorum.*

8 Sicut & in vniue. *Nam à tempore apostolorum prædicatum fuit euangelium per orbem terrarum, sicut declaraui plenius super illud Psal. xviij. a.* In omnem terram exiuit, &c. *Et breuius replicaui super epistolam ad Roma. x. vbi hæc autoritas allegatur.*

9 Et fructificat & crescit, &c. *In aliis Gentibus.* Sicut & in vobis, &c. *scilicet fructificat.*

10 Ex ea die qua audistis & cogno. *credendo. Cætera patent ex litera.*

1 Ideo

a Dilectionem vestram in spiritu. ✻ CHRYS. Dilectio spiritualis, est omnium suprema, veluti quædam regina, quæ in suos A dominatum obtinet, honestáque est specie pulchréque & ornato habitu. nihil enim terrestre eam parit sicut illam, nō consuetudo, non beneficium, non natura, non aurum, & à supernis descendit è cœlo. vel quid miraris si beneficio non eget vt cōsistat, cum ne si mali quidem quidquam accipiat auertatur? Quod autem hæc sit illa maior, audi Paulum dicentem. *Optarem ego esse anathema à Christo pro fratribus meis.*

Roma 9.

b In spiritu. Quia pro spiritualibus, nō pro carnalibus diligitis.

c Impleamini in omni. Magnum est plenè scire quid Deus velit, in omnibus rebus actiuæ vitæ & contemplatiuæ. B

d In scientia. Vt nō ignorent fidei suæ speciem. idest, rem speratam. vnde firmi erunt.

† robore corroborati

† idoneos

e In omni vir. Vos dico confortati à Deo in omni virtute, castitate scilicet & cæteris. Quod bene potest ille qui est claritas patris. idest, filius. Vel secundum quod claram cognitionem vobis dedit.

f Gratias agentes. Hactenus vnde gratias agit, & quid orat eis: Iam incipit quod lex non prodest, sed nocet, & Christus ad omnia bona sufficit, Quod inde potest sciri, cum ipse & alij apostoli qui in legalibus fuerant, eis dimissis ad Christum confugerunt. Pro vobis oramus nos, gratias agentes Deo, ideo quia dignos facit, quod nunquam lex potuit.

g Dignos nos fecit. non in lege, sed.

h In l[u]mine. i. per Deum qui est lumen de lumine, cuius gratia illuminamur. Vel. [i]n lumine idest, in clara cognitione, à qua deuians cadit in tenebras.

i Sortis. Voluntas Dei, in humano genere sors est apud quem non est iniquitas, sed omnia facit per iustitiam, & si occultam. Sors, est hæreditas quæ nō meritis, sed diuina electione datur sanctis patriarchis & prophetis & ideo per gratiam, non per legem est quærenda.

✻ AVGVS. Tunica illa domini desuper texta, quæ significat charitatis æternitatem, cum diuidi à præsecutoribus non posset: sors super eā missa est. Ad quos peruenit, eos significāt qui videntur ad sortem pertinere sanctorum. ait Apostolus, *Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed donum Dei est, nō ex operibus.* Quasi vos benefeceritis, vt ad hoc accedere digni estis. *Non ex operi[b]us, ne forte quis extol[l]atur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo [I]esu in operibus bonis.* Hæc quodammodo sors occulta est. Voluntate Dei in humano genere sors est. Sors veniens de occulta Dei voluntate, apud quem non est iniquitas. C Non enim ille personas accipit, sed occulta illius iustitia tibi Sors est.

Ex Tractatu. in psal. 30.

✻ THE-

✻ THEOD. Benignum inquit, Deum laudamus, qui nos cùm indigni essemus, effecit lucis sanctorum participes. Rursus autē sub specie gratiarum actionis, benignitatis arcanum, & diuinæ in nos dispensationis m[a]gnitudinem ostendit. Vel ita. D

k Eripuit nos de po. i. de inferno, in quo tenebamur, à diabolo: tā ex proprio quàm ex delicto Adæ.

✻ ANSEL. De potestate, tenebrarum idest dæmonum, qui nobis dominantur, intrinsecus, dum cęcitas infidelitatis & ignorantiæ vel peccatorum obscuritas in nobis adhuc esset, de potestate huiusmodi tenebrarum, idest, ma[li]gnorum an[gelorum], ne nos in nocte suæ damnationis sine fine possiderēt, eripuit nos Deus pater, in baptismo delēs peccata nostra, per quæ illi potestatem habebant in nobis, & transtulit in regnum filij sui in ecclesiam Christi, de qua dictum est, quia mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. E

¶ Ad Deum & proximum.
a Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestrā in spi-
b a ¶ Fundatam. ¶ Sancto, non in carne. b ¶ Ecce quid orat. c ¶ Hæc de vobis 1
ritū. Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vo-
a ¶ Quasi pro meritis quæ pro vobis exhibemus. b ¶ Vt plenè cognoscatis quid Deus velit, quid non. Et hoc per partes exequitur.
c bis orantes & postulantes, ut impleamini agnitione volunta- 2
¶ scilicet. a ¶ Rerum, quæ actiuæ vitæ sunt. b ¶ Cognitione spiritualium, quæ sunt contemplatiuæ. c ¶ Post. d ¶ Operando bene. 3
tis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali ut ambuletis 4 5
¶ Agatis per bona opera. a ¶ Vt deceat Deum, vel digni eo præmio. b ¶ Ita. s. 6
c ¶ Negocia vitæ actiuæ & contemplatiuæ. ¶ Deo. ¶ In maius. 7
dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructi- 8
¶ Per hanc vitæ puritatem. a ¶ In cognitione deitatis. b ¶ Et post hanc promissionem oramus ne r elabamini.
d ficantes & crescentes in † scientia Dei in omni † virtute con- 9
e a ¶ Ab eo qui illuminare potuit. ¶ Manentes. ¶ Contra aduersa. 10
fortati, secundum potentiam claritatis eius. In omni patien- 11
f a ¶ Diutini laboris. b ¶ Et hoc non ex tristitia vel necessitate. 12
c ¶ Qui solus potest recreare, & vult. quia pater.
g h tia & longanimitate cū gaudio gratias agentes Deo & patri, 13 14
a ¶ Etiam gentes in promissione Iudæorum. b ¶ Participationem. c ¶ Hæreditatis. d ¶ Id est in noticia sui. e ¶ Ita dignos fecit.
i k qui † dignos nos fecit † in parte sortis sanctorū in lumine. Qui 15
l a ¶ In baptismo. b ¶ Quia vere dominabantur nobis. c ¶ Ignorantiæ peccatorum, dæmonumu d ¶ Vt essemus regnum. ¶ In cælum. 16 17
m n eripuit nos de potestate tenebrarū, & trāstulit in regnum filij 18

† agnitione

† ad participationem

✻ IDEM. In regnum filij dilectionis suæ dicitur nos transtulisse, vt intelligamus quia nos quoque diliget, si perseueramus, esse regnum filij sui, quem ipse naturaliter & ineffabiliter diligit, id est, si peccatum in nobis amplius non regnauerit. Vbi enim peccatum regnare incipit, ibi Christus regnare desistit.

l Et tran[s]tulit, &c. Quando attollens nos de imo tartari, induxit in cælum vnico filio suo. Iam enim credentes qui fixa mente deuoti sunt, exeuntes de seculo duce dexteræ patris angelo inducuntur in cęlum.

August. in ps. 105 & tract. 112. in Io.

m Regnum fi. AVG Dequo ipse dicit, *Regnum meum non est de hoc mundo.* non ait, Non est hic, Sed, *non est hinc*, quia peregrinatur quidem in mundo, sed non est de mundo. Regno enim suo dicit, *De mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo.* Erant de mundo, quando ad mundi principem pertinebant.

Aug lib. 1. de nuptiis & concu. c. 20.

n Filij dilectionis suæ. AVG. xv. de tri. Si charitas qua pater diligit filium, & patrem diligit filius, ineffabiliter vnionem vel cōmunionem demonstrat amborum, quid cōuenientius, quàm vt ille propriè dicatur charitas, qui spiritus est communis ambobus? Alioquin si in illa trinitate solus spiritussanctus est charitas, profecto & filius non solius patris, sed etiam spiritussancti filius inuenitur. Non enim dixit, filij sui. quod si diceret verissimè diceret, sed ait. *Filij dilect. suæ.* filius ergo est etiam spiritussancti, si nō est in illla trinitate charitas Dei, nisi spiritussanctus. Quod cum sit absurdissimum restat, vt non solum ibi sit charitas spiritussanctus, sed propter illa de quibus satis disserui propriè sic vocetur. Quod verò dictum est, filij dilecti, vel charitatis suæ, nihil aliud intelligatur, quàm filij sui dilecti, quàm filij substantiæ suæ. Charitatis enim patris eius natura atque substantia est, vt sæpe diximus. Et ideo filius charitatis eius nullus est alius, quàm qui de substantia eius est genitus. F

li. 15 de Trini. c. 19.

AVG.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non cessamus pro vobis orantes. *mente.*

2 Et postulantes, &c. *ore.*

3 Vt impleamini agnitione vo. eius. *id est vt plenius diuinam voluntatem cognoscatis.*

4 In omni sapientia, &c. *quantum ad cognitionem rerum ad vitam actiuam pertinentium.*

5 Et intellectu spi. &c. *quantum ad cognitionem spiritualium ad contemplationem pertinentium.*

6 Ambuletis dignè. *per viam huius vitæ ad patriam.*

7 Deo per omnia pla. *in speculabilibus & operabilibus.*

8 In omni opere bono fructi. *id est, de bono in melius proficientes quantum ad vitam actiuam.*

9 Et crescentes in scientia Dei. *quantum ad contemplatiuam.*

10 In omni virtute. *scilicet morali &, intellectuali.*

11 Conformati. secundum. *Hoc addit ad ostendendum, quòd non loquitur de virtutibus politicis, sed infusis, quæ dantur à Deo cum gratia, & per eum similiter augmentantur.*

12 In omni. *per aduersariorum tolerantiam.*

13 Et longani. *Per certam præmiorum expectationem.*

14 Gratias agen. &c. qui nos. *Gentiles & Iudæos indifferenter.*

15 Fecit. *per gratiam baptismalem.*

16 In partem sor. *quia gratia baptismalis, dignum facit hæreditate æterna, quæ habetur in clara Dei visione.*

17 Qui eri. nos de potestate tenebra. *i. de potestate inimici per mortem filij sui.*

18 Et transtulit. *quia eripiendo nos de regno & potestate diaboli, reponit nos in regnum filij sui, [qui] regnat hic in fidelibus per gratiam, & in beatis per gloriam.*

In

V

Universidad de Deusto Biblioteca

✣ AVG. In hac redemptione tanquàm precium pro vobis datus sanguis Christi, quo accepto diabolus non ditatus est, sed necatus, vt nos ab eius nexibus solueremur, nec quemquàm eorum secum, quos Christus ab omni debito liber, indebitè fuso sanguine redemisset, peccatorum retibus obuolutum traheret ad secundæ & sempiternæ mortis exitiú. sed hactenus. morerentur ad Christi gratiam pertinentes, præcogniti & prędestinati, & electi ante constitutioné múdi quatenus pro ipsis ipse mortuꝰ est Christus carnis tantum morte non spiritus.

A lib. 13 de Trinitate. cap. 15.

† sibi dilecti

a ¶ Ita & nos per eum diliget, si non ei odiosi. b ¶ Q transtuli vos in regnum, per quem & redemit. ¶ Filio. ¶ Nos Iudæi.

a † dilectionis suæ. In quo habemus redemptionem * & remis- 1

a ¶ Quotidie si peccamus, & non est opus aliis hostiis. b ¶ Bene hæc per eum, quia ipse est. c ¶ Plene similis patri. ¶ Quia de ipso, & nihil distat ab eo. d ¶ Incomprehensibilis. 2 3

b sionem peccatorum. Qui est imago Dei inuisibilis, primo- 4

a ¶ Ipse solus genitus, alia creata. ¶ Hic verè ostenditur coæternus. ¶ Ante omnem creaturam genitus. b Verè genitus ante omnem creaturam, quia per ipsum omnia condita, ecce omnipotens. 5 6

genitus omnis creaturæ. Quia in ipso condita sunt vniuersa 7

¶ Quæ sunt. a ¶ Sol & luna. ¶ Angeli & animæ. b ¶ Etiam hæc altissima.

in cælis & in terra visibilia & inuisibilia. Siue throni, siue do- 8

a ¶ Ergo in nullo minor patre filius. b ¶ Quia etiam elementa. Vnde omnia. 9

minationes, siue principatus siue potestates. Omnia per ip- 10

¶ Ita per ipsum antea, quòd erant vita in ipso. a ¶ Nullus ei æqualis, etiam secundum quod homo. ¶ Non modo æternitate & potentia, sed etiam dignitate. 11

c sum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in 12

a ¶ Sicut omnia creauit, ita omnia sustinet & regit. b ¶ Etiam cum talis, & secundum vtramque naturam. c ¶ Quæ vnita est Christo gratia & natura vt capiti. d ¶ Scilicet, Fundator. 13 14

d e ipso cóstant. Et ipse est caput corporis ecclesię, † qui est prin 15 16

*per sanguinem ipsius,

† in ipsum

✣ ANSEL. In quo per spem habemus redemptionem similiter, id est liberationem abijs miserijs & afflictionibus, quas nunc patimur, & per rei exibitionem habemus iam in illo peccatorum remissioné, quia & semel in baptismo per effusionem sui sanguinis deleuit peccata nostra, & quotidie (si peccamus) non indigemus alijs hostijs, vnde patet quia legales hostiæ non amplius offerendæ sunt, quia nullam omnino iam vtilitatem præstant.

B

a *Redemptionem.* Destructa potestate diaboli facultas libertatis quæ nobis data est fuso illius sanguine, qui nullum habuit peccatum. Vt quia diabolus illos meritò tenebat, quos peccati reos conditione mortis obstrinxit, hos per eum meritò dimitteret, quem nullius peccati reũ immeritò pœna mortis affecit.

✣ ANSEL. Est imago & omnimoda similitudo patris, sicut ait: Qui me videt, videt & patré. Nam sicut per contéplationem cuiuslibet imaginis datur nobis eius notitia, cuius illa mago est, licet ipse absens & nunquam visus à nobis, sic & apostoli videntes filium, intellexerunt patrem, qui corporaliter eis nó apparebat. & nos quidem sumus imago Dei sed filius est aliter eius imago. Nam sicut imago imperatoris aliter est in nũmo, & aliter in filio: sic & imago Dei aliter in filio, qui est consubstantialis & coæqualis atque coæternus, & aliter in homine, qui est creatura.

Aug. de Trinit. 13. ca. 15.

b *Qui est imago.* AVG. Aliter imago regis est in nummo, aliter in filio. Nos sumus nummus, in quibus imago Dei Christus filius. Nulla imago Dei debet coli, nisi illa quæ hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo, sed cum illo.

C

✣ ANSEL.

✣ ANSEL. Omnia in ipso constant, quia secundum immensitatem incircumscriptæ & incomprehensæ diuinitatis eius, omnia sunt intra ipsum: & ne in nihilum redeãt, per eũ consistunt. D

c *Et i.* Vel omnia sunt in Christo qué nó excedũt, qa imménsus.

✣ ANSEL. Ecclesiæ caput est homo ille, cuius susceptione verbum caro factum est, & habitauit in nobis: membra cętera sunt omnes sancti, quibus perficitur & completur ecclesia, sicut ergo omnia totum corpus nostrum animat & viuificat licet in capite sentit, & videndo & audiendo, & odorando, & gustando, & tangédo, in cæteris autem membris tangendo tantum: Et ideo capiti cũcta sub sunt ad operandum, illud autem supra collocatum est ad cósulendum quia ipsius animæ quæ consulit corpori, quodam modo personam sustinet caput. Ibi enim omnis sensus apparet: sic vniuerso populo sanctorum tanquam vni corpori, caput est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, quod Dei sapientia non sic assumpsit vt cæteri, sed multo excellentius multóque sublimius quomodo illum solum assumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareret, sicut eã visibiliter decebat ostendi, qui & ipsius sapientiæ personam gereret, per quem cæteri fiunt sapientes. Ipse igitur est caput, cæteri verò membra: quia in ipso sicut omnia bona, sunt in capite omnes sensus, in cæteris vero quædam partes bonorum distributæ sunt, iuxta mensuram, vniuscuiusque membri.

E

† 1. Cor. 15. c.

✣ AVGVST. Et quia de illo ait etiam quod semper caput omnis principatus, & potestatis sit, adiungitur ista ecclesia quæ nunc peregrina est, illi cælesti ecclesię, vbi angelos ciues habemus: quia æquales nos futuros post resurrectionem corporum, impudenter nobis arrogaremus, nisi veritas promisisset dicẽs, *Erunt æquales angelis Dei.* Et fit vna ecclesia ciuitas regis magni.

Matth. 22.

li. de agon. Christiano.

d *Caput corporis ecclesiæ.* AVG. Caput ecclesiæ id est corporis, quia ita se habet ad ecclesiam, sicut caput ad corpus. Et cũ ecclesia ab Abel cœpit, quomodo caput eorum? Bene, quia est principium ecclesiæ, id est fundator.

e *Qui est principium.* Ecclesiæ secundum diuinitatem, id est, fundator ecclesiæ, quia omnes iustos, qui ab Abel vsque ad vl- ☞ timum

F

NICOLAVS DE LYRA.

✣ 1 Dilectionis suæ. *Per hoc non est intelligendum, quòd filius procedat à spiritusancto, qui est amor seu dilectio, sed dicitur filius dilectionis paterni, inquantum pater summe diligit ipsum, & nos per eum.*

2 In quo. *i. per quem.* 3 Habemus rede. *à potestate diaboli.*

4 Et remissionem. *Per sacramenta baptismi & pœnitentiæ, quæ habent efficaciam à passione Christi.*

Diuisio

5 Qui est ima. *Postquã Apostolus ostédit se beneuolũ Colossensibus, hic consequẽter inducit eos ad tenendũ firmiter euãgelij veritaté. Et diuiditur in tres partes, quia primò declarat autoritaté euangelij. Secũdò, inuitat ad firmiter adhærédũ ei, ibi,* Et vos cũ essetis. *Tertiò respódet tacitæ quæstioni, ibi,* Cuius factus sum. *Autoritatem verò euangelij declarat per excellẽtias autoris ipsius, s. Christi cuius excellẽtias tripliciter declarat. Primò in cóparatione ad patrẽ suũ. Secundò ad totũ vniuersum, ibi,* Quoniam in ipso. *Tertiò, ad corpus eius mysticum, ibi,* Et ipse est ca. *Quantum ad primum declarat duas excellentias Christi. Prima est, quòd est imago patris. i. deest, expressa similitudo ipsius secundum deitatem. Sciendum tamen, quòd imago alicuius potest dici dupliciter. Vno modo naturaliter, sicut in humanis filius dicitur imago patris, quia procedit ab eo per modum naturæ, & in eadem specie. Alio modo artificialiter, sicut imago Herculis est in lapide. Primò modo Christus est imago Dei patris, tamen in identitate numerali naturæ, quia diuina natura non est multiplicabilis. Creatura autem intellectualis est imago Dei natura aliena, & sic non est propriè eius imago, sed magis ad eius imaginem.*

Christus quomodo imago patris

6 Primogenit. *i. genitus ante omnem creaturam, quia generatio filij à patre est æterna, productio autem creaturæ est téporalis. quæ potest dici largè generatio, eo modo quo Deus dicitur pater omniũ per creationé.*

7 Quia in ipso. *Hic consequenter ponit excellentias Christi quantũ ad totum vniuersum. nam omnia præexistunt in eo sicut in causa exemplari. Ideo dicitur,* Quia in ip. *i. condi disposita. omnes enim creaturæ comparantur ad Deum, sicut artificiata ad artificem, Sap. vij. c.* Omniũ enim est artifex. *Artificiatum verò est prius in conceptu artificis quàm in effectu. Domus enim extra fit à domo intra. vij. Metaph. Filius autem in diuinis est conceptus & verbum patris, & ideo omnes creaturæ in ipso præexistunt exemplariter ab æterno, quia nulla nouitas est in Deo.*

8 Visibilia. *quantum ad creaturas corporales.*

9 Inuisibilia. *quantum ad spirituales.*

10 Si. throni. *Exprimit quatuor ordines angelorum, quorum primus est de superna hierarchia. Secundus & quartus de media. Tertius verò de infima. Ex per hoc intelliguntur alij ordines, qui omnes præexistunt in Deo, sicut in exemplari. Et similiter omnia præexistunt in eo, sicut in causa efficiente. & in eo quiescunt sicut in fine. Prou. xvj. a.* Vniuersa, propter semetipsum operatus est, dominus. *Ideo subditur.*

11 Omnia. *Iungatur sic litera,* Omnia. *supple, creata sunt efficienter.*

12 Et in. *supple, quiescunt finaliter.*

13 Et ipse est. *s. creaturas quas præcedit duratione & dignitate.*

14 Et omnia in. *Quia per ipsum omnia conseruantur in esse, sicut de nihilo creata sunt, sic in nihilũ redigerẽtur, nisi per ipsum manutenerentur.*

15 Et ipse est. *Hic consequenter ponuntur excellentiæ Christi quantum ad corpus eius mysticum, cum dicitur,* Et ipse est. *influens sensum & motum secundum vitam gratiæ, Ioh. j.* De plenitudine eius omnes nos accepimus gratiam, &c.

16 Qui est pri. *Licet enim aliqui resurrexerunt à morte ante Christũ,* ✣ vt

☞ timum iustum generantur virtute diuinitatis & misericordiæ suæ dono illuminauit. Secundum humanitatem etiam potest dici principium ecclesiæ, quia super fidem humanitatis eius fundata est. Et bene ipse est caput & principium & rector & fundator, quia ipse est primogenitus, &c.

A

Aug. l. 7 de Trinit. c. 1.

a *Primogenitus, &c.* Sicut natus est ante omnia de Deo, vt omnia crearet, sic homo primus resurgit, vt restauret, vt semper sit primus & princeps.

Cæteri in se habent verbum Dei, sed de nullo dicitur, *Verbum caro factum est.* Homo ergo excellentius assumptus, quasi personam sapientiæ Dei gerit, vt caput in quo sunt omnes sensus personã animæ, quæ totum corpus viuificat.

Ioh. 1. b.

B

a ¶ Bene est caput & principium id est rector & fundator, qui est primogenitus ad immortalitatem resurgens. b ¶ Per hoc. c ¶ Tam prioribus, quàm sequentibus.

a cipium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse pri-

a ¶ Dominium, quia potest alios suscitare. b ¶ Et bene primatum habet, non solum quia primogenitus, sed quia complacuit trinitati, quòd in ipso omnis plenitudo scientiæ & virtutum non modo esset, sed habitaret, & reconciliaret omnia, Iudæos, & Gentes. 1 2

b matum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudi- 3

c nem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia 4

d a ¶ Qui est lumen æternum. i. æterna veritas. b ¶ Non per aliam hostiam. c ¶ Quæ turpior mors. ¶ idest, cælestia & terrestria. d ¶ Iam sunt, vt Abraham, & cæteri. 5 6

† in ipsum, pacificãs per sanguiné crucis eius quæ siue in cælis 7

a ¶ Adhuc in ista vita. b ¶ O Colossenses pacificauit, quamuis essetis alienati, nihil cum Deo habentes, & inimici contradicendo, & hoc sensu, quia putabatis bene agere. c ¶ Quamuis. 8 9

e siue quæ in terris sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati 10

a ¶ Degentes actus. b ¶ Tempore gratiæ, non alio. c ¶ Remissione peccatorum. 11

f & inimici † sensu in operibus malis, nunc autem reconcilia- 12

a ¶ i. fragilitatis. ¶ i. passibili & mortali, Et hoc per mortem, etiam ad hoc vt tandem repræsentet. ¶ Virtutibus. ¶ A peccatis. 13 14

uit in corpore carnis † eius per morté, † exhibere vos sanctos 15

a ¶ Vsque adeo, quod. ¶ Quia tunc nihil mali in eis. b ¶ Qui omnia videt. vel tunc ei præsentes eritis videntes eum sicut est. c ¶ Exhibere tamen hac conditione. 16 17

g & † immaculatos et irreprehensibiles coram ipso. Si tamen 18

a ¶ Firmi, non fluctuantes. b ¶ In spe præmii, vt per vos non recedatis. c ¶ Alio impellentes. 19

permaneatis in fide fundati & stabiles, & immobiles, à 20

a ¶ Quod tenere debetis quia intellexistis, & ideo peius est reuerti. melius est enim viã veritatis non agnoscere, quàm post agnitam retroire. b ¶ Et manet. 21 22

spe euangelij, quod audistis, quod prædicatum est 23 24

† vt exhiberet

✣ HIER. In alijs, hoc est, in apostolis, patriarchis, vel prophetis, gratia fuit ex parte. In Christo autem tota diuinitas habitauit corporaliter, quasi dicas Summaliter.

✣ ANSEL. Hoc cóplacuit Deo, vt tanta bonorum plenitudo maneret in illo homine, cui non ad mensuram dedit spiritum, sicut cæteris sanctis consueuit.

Ioh. 5 c.

b *Plenitudinem.* AVG. Quia omnia potest ex se. vnde, *Sicut pater habet vitam in se, sic & filius qui suscitat & viuificat quos vult,* sic ostenditur perfectus Deus esse.

In Enchiridio.

✣ AVG. Per illud singulare sacrificiũ, in quo mediator est immolatus, quod vnum multæ in lege victimæ figurabant, pacificantur cælestia cum terrestribus, & terrestria cum cælestibus.

✣ ANSEL. Qua enim hora sanguis redemptionis exiuit de latere domini in cruce pendentis, dimissum est peccatum Adæ humano generi, & pacificata sunt cælestia & terrestria, quia tunc patuit hominibus introitus in regnum cælorum. Magna enim

C

enim discordia separabat homines & angelos. quia nemo tam sanctus erat, vt in consortium angelorum susciperetur, sed omnes ad infernum propter culpam primi hominis descendebãt. Morte autem Christi pax tanta inter angelos & homines effecta est, vt nunc animæ iustorum cum de corporibus exeunt, mox penetrẽt cælos gaudétibus angelis. D

c *Per eum re.* Deo placuit per eum reconciliare, & ipse pacificauit non gratis, sed per sanguinem, cęlestia & terrestria, quia patet homini introitus in cælum.

d *Omnia.* per eũ facta, in ipso autore viuunt. Vel.

† erga se

e *Alienati & inimici.* i. consilij eius quod idem valet, quia non receperunt quæ per Moysen mandauit Deus deuotè idolis suis.

E † mente

f *Reconciliauit in cor.* Si mortalis & mortuus potuit reconciliare, iam immortalis potest omnia facere.

† suæ

† inculpatos

g *Si tamen perma.* Ideo tot & tanta dixerat de Christo, vt ponant spem in eo solo, in quo omnia sunt, non aliqui elementorum vel angelorum se subijciendos putent. hic solus colẽdus est, & ad hũc nó estimãdus est quisqua.

✣ ANSEL. Sicut dominus iusserat. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. potest enim omnis creaturæ nomine omnis natio gentium designari, quæ est sub cœlo in vniuerso orbe. Non est enim vlla natio gentium, in qua prædicatum non sit euangelium.

Marc. 16.

✣ GREG. Nomine omnis creaturæ potest intelligi homo: habet namque cómune esse cũ lapidibus: viuere cum arboribus: sentire cũ animalibus: intelligere cũ angelis. Si igitur cómune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura homo. Sic namque omnis creaturæ euangelium in uenitur in solo homine.

homel. 19.

☞ In

F

NICOLAVS DE LYRA.

✣ *vt Lazarus & plures alij, illa tamen non fuit perfecta resurrectio, quia resurrexerunt ad vitam mortalem, quæ magis dicitur mors quàm vita, quia est quædam tendentia ad mortem. vnde & illi postea mortui sunt. Sed Christus primus surrexit ad vitam immortalem quæ est perfecta resurrectio & vera. Et quia primum in aliquo genere est causa aliorum, ideo resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. propter quod dicitur hi.* Principium primo. ex mor.

1 Vt sit in. *Non solum respectu hominum, sed etiam omnium angelorum. Tum propter plenitudinem gratiæ quæ data est ei non ad mensurã, Ioh. 3. d. Angelis autem ad mensuram data est. Tum quia licet humana natura Christi secundum se accepta sit inferior angelica. propter quod dicitur Christus ab angelis minoratus. Ps. 8. tamen inquantum est vnita diuinitati in supposito filij, excellentior est effecta. Ideo subditur.*

2 Quia in. *s. homine Christo.*

3 Complacuit. &c. *Toti trinitati.*

4 Omnem ple. *i. gratiæ.*

5 Inhabi. *Illa enim plenitudo data fuit à tota trinitate. secundũ excellentiam autem vnionis sic exponitur,* Quia in ipso. *homine Christo.* Complacuit, *filio Dei.* Omné plenitudinem in ha. *i. secundum plenitudinem suæ Deitatis, quia solus filius est incarnatus, licet hanc incarnationem tota trinitas fecerit.*

6 Et per eum recon. *Deum patrem.*

7 Pacificans per sang. *qui fuit sufficientissimus ad satisfaciendum pro omnibus. Ideo subditur.*

8 Siue quæ in terris. *quantum ad homines.*

9 Siue quæ in. *quantum ad angelos, non tamen sic intelligendo, quòd peccatum angeli sit finaliter remissibile per passionem Christi, vt credit Orige. sed quia per passionem Christi eorum societas restauratur, per hoc quòd homines sancti per Christum redempti ibidem assumuntur. Ex istis autem excellentijs patet autoritas euangelij cuius lator est Christus.*

10 Et vos. *Hic consequenter inducit Colossenses ad obseruationem ipsius, dicens.* Et vos cum essetis. *A Deo per idololatriam.*

11 Et inimici. *i. sensibiliter & manifestè.*

12 In operibus ma. *id est per opera mala ad sensus patientia.*

13 Nunc autem. *s. post vestram conuersationem.*

14 Reconci. *supple vos.*

15 In corpore car. *id est in corpore suo passibili.*

16 Per mortem. *quam sustinuit in corpore passibili, & per quam sumus redempti.*

17 Exhibere. *i. sanctificatos per baptismum, in quo nobis plenariè communicatur effectus passionis.*

18 Et immaculatos. *In personis proprijs.*

19 Et irreprehen. *A proximis.*

20 Coram ipso. *id est cum rectitudine intentionis, & non solum coram mundo per fictionem hypochrisis.*

21 Si tamen per. *s. Christi.*

22 Fundati & sta. *contra persuasiones pseudo apostolorum.*

23 Et immobiles à spe euan. quod audistis. *vt. s. speretis consequi vitam æternam per fidem Christi, & ecclesiæ sacramenta, & nullo modo per legalia.*

24 Quod prædicatum est in vniu. *Per vniuersam creaturam intelligitur omnis homo, eo quòd habet similitudinem cum omni creatura. secundum quod dicit Greg. homel. xix. Habet namque commune esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire, cum animalibus, intelligere, cum angelis. Non est sic intelligendum quòd euangelium extunc fuerit prædicatum singulis hominibus de toto mundo, sed quia tunc fuit prædicatum in omnibus partibus mundi, in quibus habitabant homines, ex quibus aliqui crediderunt, sicut dictum est suprà.*

Homo omnis creatura

Universidad de Deusto Biblioteca

A

a *In vniuersa.* Vel, Quæ tamen noua creatura modo est sub cœlo adhuc peregrina, sed tandem veniet ad gloriam.

✠ AVG. Passiones enim Christi non in solo Christo, imo passiones Christi non nisi in Christo. Si enim Christum intelligas solum caput, passiones Christi non in solo Christo. Nam Apostolus, adimpleo inquit, ea quæ desunt passionum non mearum, sed Christi in carne, non iam Christi sed mea. patitur (inquit) Christus adhuc passiones, non in carne sua in qua ascendit in cœlum, sed in carne mea, quę adhuc laborat in terra.

✠ CHRYS. Videtur quidem magnum esse quod est locutus, sed non est arrogantiæ & insolentiæ, absit, sed magnæ in Christum beneuolentiæ. Nó enim vult esse suas, sed illius passiones, eos ipsi volens conciliare. Et quæ, ego, inquit, patior, propter illú patior. Quamobré non mihi, sed illi habete gratias.

B

* meis. * suppleo quod de est afflictionibus

Passiones Christi dupliciter dicuntur

† notum facere quæ sint diuitiæ

† mynisterii arcam

a ¶ Vniuersis hominibus qui sunt noua creatura quotquot vbique sunt. b ¶ Euangelii. c ¶ Et ita potestis scire quod verum est.

a in vniuersa creatura quæ sub cælo est. Cuius factus sum ego 1

a ¶ Ephesi in carcere positus pro euangelio. b ¶ Quia inde credentes proficiunt. 2

c ¶ Qua sustineo. d ¶ Confirmandis in veritate euangelii.

Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus * pro vobis, 3

a ¶ Quisque pro modo suo exoluit quod debet. b ¶ Nostræ Christi sunt, quia eius membra 4

c ¶ Non in meis. 5

b & *adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, 6

a ¶ Multiplicando b ¶ Non alio dico. ¶ Corporis. ¶ Vt ei ministrem spiritualia.

c pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego mi- 7

a ¶ Vt ei dispensem actu per gratiam apostolatus mihi crediti à Deo. 8

¶ Vel secundum gratiam apostolatus mihi à Deo dispensati. b ¶ Non solum officium, sed executio officii. 9

d nister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vo

a ¶ Impletam ostendam ordinationem Dei de vobis gentibus. 10

b ¶ Quod verbum fuit occultum à Deo, quod & mysterium. i. absconditum. 11

e bis vt impleam verbum Dei, mysterium quod absconditum 12

a ¶ à principio seculorum. b ¶ Omnibus, non cuidam parti tantum, nisi cui per spiritum indicauit. c ¶ Tempore graue. 13

fuit à seculis & generationibus. Nunc autem manifestatum 14

a ¶ Non omnibus. b ¶ Nec his omnibus, sed quibus voluit ex sola gratia. 15

c ¶ Copiosam gloriam sacramenti tam digni In quo sunt multa, fides, remissio, iustitia, dona spiritus, futura beatitudo Et ideo dicit diuitias. 16

est sanctis eius, quibus voluit Deus † notas facere diuitias glo- 17

¶ Existentis. a ¶ Sacramentum. b ¶ Incarnatio Christi. c ¶ Gentibus. 18

riæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus in vobis, 19

a ¶ Vt per eum speretis gloriam sine lege. b ¶ Qualem Christum. c ¶ Apostoli. d ¶ Quod sine lege gentes saluat. 20

e ¶ Arguentes eos qui deuiant. f ¶ Non solum vos. 21

f spes gloriæ quem nos annunciamus, corripietes omnem ho- 22

✠ ANSEL. Adimpleo (inquit) quæ desunt cui desunt, passionibus Christi. Et vbi desunt? In carne mea. Nam in carne Christi, quam virgo peperit, nihil passionum inest, sed in illa passiones sunt impletæ, sed adhuc restat pars passionum eius in carne mea, quas quotidie pro vniuersali corpore eius, quod est ecclesia.

b *Adimpleo.* Ea passionum quæ Christus sustinuit, vel quæ modo sustinere præcepit, quæ adhuc desunt adimpleo. i. paratus sum pati.

Aug. in ps. 44. 61. 66.

c *Factus sum ego* Ministrum euangelij à Deo per Christum se factum dicit, vt mysterium à Deo cœptum per idoneú seruum impleatur, quod ignotum fuit à seculis.

✻ ANSEL. Mortui videlicet carnalibus desideriis & temporalium cupiditatibus: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, quia intus apud Deum cum Christo viuit affectus desideriorum vestrorum, vt extinctus mundo lateat & à cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra sinum intimi amoris abscondat. Verè cum Christo abscondita est, quia cum Christo manifestabitur.

Quæ sur. Spiritualia: quæ significantur per carnales obseruantias. hæc sunt vel gloria æterna, vel quæ ad eam ducunt.
✻ AMBROSIVS. Nemo ergo hic fulgere quęrat, nemo sibi arroget, nemo se iactet. Nolebat Christus se hic cognosci, nolebat prædicari in euangelio nomen suum cum in terris versa-
d *Vita ve. ab.* Hoc est, tempus vestrum nondum aduenit, quia nondum venit æstas i. Christi aduentus, vbi discernentur arbores fructuosæ à sterilibus. sed tempus terrena amātium semper est paratū. Cùm autē Christus apparuerit, hoc est tēpus nostrū.

NICOLAVS DE LYRA CAP. III.

✻ Igitur si con. cum. *Postquam Apostolus induxit Colossenses ad tenendum fidei veritatem, & præcauendum pseudo Apostolorum falsitatem, hic consequenter inducit eos ad seruandum vitæ sanctitatem, ipsos de moribus informando. Et diuiditur in duas quia primò facit hoc generaliter quo ad omnes. secundò specialiter quo ad aliquos status speciales, ibi,* Mulieres. *Circa primum sciendum. quòd finis imponit necessitatem his quæ sunt ad finem. & ideo primò instruit eos de appetitu finis, secundò de moribus ad hunc finem ordinatis, ibi,* Mortificate. *Circa primum dicit concludendo ex prædictis.*

Diuisio

1 Igitur si com. cum Chri. *Per fidem charitate formatam.*
2 Quæ sur. sunt quæ. *id est, bona cælestia desiderate.*
3 Vbi Chri. est in dex. *Membra enim debent sequi caput. Christus autem est caput ecclesiæ, vt prædictum est. & ideo fideles qui sunt membra eius, debent eum sequi per desiderium, vt sic ei iungantur finaliter in cælestibus per præmij obtentum.*
4 Non quæ su. *in bonis terrenis ponendo finem.*
5 Mor. enim e. *peccato per baptismum, & sic in terrenis non debetis ponere finem vestrum, sed in bonis cælestibus, quæ non apparent in præsenti, ideo subditur.*
6 Et vi. vestra. *scilicet æterna.*
7 Abscon. est cum Chri. in Deo. *quæ consistit obiectiuè in visione deitatis principaliter, & humanitatis Christi secundariò: ideò dicit Saluator Ioh. 17.* Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Chri.
8 Cum enim Chr. ap. *in iudicio finali.*

✻ Vita

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Mortifi.er.* Post rationes de plenitudine Christi generalis exhortatio ad omnes de moribus subditur, ne ad priorem consuetudinem redeant.

Aug. lib. 1. de pec mer. & remi. c. 6. lib 6. contr. Iulian. ca 5. & tra. 9. in epist. Io.

b *Membra ve.* id est, partes veteris hominis. Vel membrorum concupiscentias.

c *Fornica. &c.* Describit delicta, quae membra appellat, vt post acceptam veritatis rationem bonae vitae operā darent. Multum obest scire rationem veri, & non eam factis exequi. *Qui enim scit voluntatem domini, & non facit, plagis vapulabit multis.*

Lucae. 12. f.
† mollitię
† simulacrorum.
† Eph. 5. b.

B d *Et auari.* Sub vno nomine duo pessima prohibet, idololatriā & auaritiam, quae nō dispar malicia, quia radix omnium malorum, & penè vno expletur opere: quia sicut idololatria vni Deo auferre nititur gloriam, ne solus nomen deitatis habeat, ita auarus in Dei res se extendit, vt solus vsurpet quę Deus omnibus fecit. vtraque Deo inimica: quia negant Deo quae eius sunt.

1. Tim 6. b.
† inobediētes
† inter quos
† maledicētiam
† De pae. di. 2. c. quomodo renouari
† postquam exuistis
† ad agnitionem, & imag.

C e *In quibus & vos am.* Hoc memorat, vt se euasisse gaudeant, & de caetero caueant.

f *Nunc au.* Suprà vetuit grauiora, nunc minora, ne haec putentur non periculosa. Sunt qui non habent consuetudinem ebrietatis, qui aliquādo inebriantur. sicut sunt qui non habēt cōsuetudinē mētiendi, & tamen aliquando mentiuntur, sic & in alijs fit. Prohibet ergo aliquādo mentiri, & pręcipue assiduè mentiri.

libr. contra faust. Roman. 5.

g *Expoliantes vos veterem hominem.* ✠ AVGVST. Veterem hominem nihil aliud Apostolus quàm vitam veterem dicit, quae in peccato est; in quo secūdum Adam viuitur. De quo dicit per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit in quo omnes peccauerunt. Ergo totus homo ille, idest, interiore & exteriore sui parte inueterauit propter peccatum, & poenae mortalitatis addictus est. Renouatur autem nunc secundum interiorem hominem, vbi secundum creatoris sui imaginem reformatur exuens se iniustitiam, hoc est, veterem hominem, & induens iustitiam, idest, nouum hominem. Tunc autem cum resurget corpus spiritale quod seminatur animale, etiam exterior percipiet caelestis habitudinis dignitatē, vt totum quod creatum est recreetur, & totum quod factū est reficiatur, illo recreāte qui creauit, & reficiente qui fecit. D

✠ IRENAEVS. Hoc dicit Apostolus non veterē amouens plasmationem, alioquin oportebat nosmetipsos interficientes, separari ab ista conuersatione. Sed & ipse Apostolus in vulua plasmatus fuerat, & de vtero exierat, & in carne viuebat. Non ergo substantiā continebat carnis: sed spoliationem pristinae nostrae conuersationis manifestauit, quae veterascit & corrumpitur, &c. E

lib. 5. capit. 12.

h *Qui re.* AVG. Renouatio mentis dicitur secundum Deum, vt in epistola ad Eph. legitur. vel secundum imaginem Dei, vt hic legitur. Sed ideo secūdum Deū ne secundū aliā creaturā, fieri putetur. Secundū imaginē Dei ideo, vt in ea re intelligatur fieri vbi est imago Dei, idest, in mente, non quòd alia sit imago secundum quam renouamur, & alia quae renouatur, sed ipsa sic dicimus aliquem fidelem qui de corpore abscedit, mortuum esse secundum corpus, non secundū spiritum, quia corpore vel in corpore mortuus est: non anima vel in anima. Sicut aliquis dicitur pulcher vel fortis secundum corpus, non secundum animam. F

Lib de trin. Ephe. 14 f

✠ AVGVSTIN. Satis ostendit vbi sit homo creatus ad imaginem Dei, quia non corporis lineamentis sed forma quadā intelligibili mentis illuminatae. Sicut enim post lapsum peccati homo in agnitionem renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum: ita in ipsa agnitione creatus est, antequam delicto veterasceret: vnde rursus in eadem agnitione renouaretur.

De Gen. ad literam. 3.

i *Secun.* id est, rationē. Q. aliud non moneo, nisi quod ratio ☞ vestra

a ¶ Vobis, & aliis. b ¶ Entes. c ¶ Et vt hoc sit, ergo. 1
rit vita vestra, tunc & vos apparebitis cūm ipso in gloria. Mor 2
a ¶ Omnia peccata, vnum corpus, singula membra. b ¶ Terrenis & carnalibus dominantur. 3
tificate ergo mēmbra vestra quae sunt super terram, fornica- 4
a ¶ Omnis concubitus, praeter legitimum connubium. ¶ Quae fit secundum naturam. b ¶ Contra naturam. c ¶ Ardore, per quaslibet turpitudines discurrentem. d ¶ De aliena re vel vxore. 5
cationem, immundiciām, † libidinem, concupiscentiam ma- 6
a ¶ Quasi non corpus, tamen animam commaculat b ¶ .i. tam fugienda, sicut idololatria, cui par virtus. ¶ Rebus pro Deo seruit. c ¶ Praedicta mala. 7
lam, & auaritiam, quae est idolorum seruitus: † propter quae 8
¶ Alias diffidentiae. ¶ Quid ergo de his quos ignorantia non excusat. Q. grauius punientur. 9
a ¶ Vt alii. b ¶ Et ideò turpius si modo reditis. 10
venit ira Dei super filios † incredulitatis, † in quibus & vos am 11
a ¶ Cùm putaretis esse vitam in illis. b ¶ Cum Christum recepistis. 12
c ¶ Vt omnes fideles. 13
bulastis aliquando, cùm viueretis in illis. Nunc autem & vos 14
a ¶ Non solum supradicta grandia vitia, sed etiam omnia alia .f. b ¶ Quae est subitus animi motus. c ¶ De alio sublimato. d ¶ Affectum irae & indignationis. e ¶ In fratrem. ¶ Alias turpiloquium. 15
deponite omnia, irām, indignationē, maliciām, † blasphēmiā, 16
a ¶ Etsi in corde sit conceptus. 17
turpem sermonem de ore vestro nē emiseritis. Nolite mētiri 18
a ¶ Alij aliis. b ¶ Quid per singula? c ¶ Homo vetus, vita vetus in peccatis secundum Adam. ¶ Habitum peccatorum. d ¶ Vt nec interdum virtus peccati assit. 19 20
inuicem, † expoliantes vos veterē hominē cūm actibus suis, & 21
a ¶ Habitum virtutum, qui non caret actibus. b ¶ Quia. ¶ Magis & magis crescit, & acquirit cognitionem Dei. 22 23
induentes nouum eū qui renouatur † in agnitionē Dei secun 24
a ¶ id est, in imagine, in ratione, scilicet, quae est imago Dei. b ¶ In agnitionem sui. c ¶ Nouum hominem. d ¶ In quo nouo homine. ¶ Id est, discretio masculi & feminae. 25 26 27
dum imaginē eius qui creauit eum, vbi nō est masculus, & foe

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vita ve. *modo dicto.* 2 Tunc, & vos ap. *q.d. tunc vita beata, quae modo vobis est abscondita manifestè erit vobis exhibita.*

Diuisio

3 Mortificate. *Hic consequenter instruit eos de moribus ad beatitudinem ordinatis. & primò quantum ad dispositionem vitiorum. secundò quantum ad acquisitionem virtutum, ibi:* Et induentes. *Prima adhuc in duas: quia primò docet deponere peccata carnalia. secundò spiritualia, ibi:* Nunc autem. *Circa primum dicit:* Morti. er. men. ve. quae sunt. *idest, quae pertinent ad praesentem vitam, quae sic sunt mortificanda per austeritatem vitae vt natura seruetur ad seruiēdum Deo, & vitia curentur quae impediunt ingressum caelestium. secundum quod dicitur. Apoc. xxj. g.* Non intrabit in eo aliquid coinquinatum. *ideo subditur,*
4 Fornica. *Quae est concubitus soluti cum soluta. & per hoc multo fortius intelligitur adulterium esse deponendum.*
5 Immundiciam. *quantum ad peccatum contra naturam.*
6 Libidinem *quantum ad oscula, tactus impudicos, & similia.*
7 Concupiscentiam ma. *Quia non solum actus exteriores sunt refrenandi, sed etiam intentiones mentis.*
8 Et auaritiam. *Quae est iniusta pecuniae acquisitio. Vnde dicitur auarus, quasi auidus aeris. Reponitur autem hoc inter carnalia vitia, quia fomentum eis praestat: quia per pecuniam habentur cibi, & potus, lecti molles, & huiusmodi ad luxuriam excitantes.* 9 Quae est ido. ser. *idest, similis idololatriae, in quam cum auarus colit pecuniam suam studiosè.*
10 Pro. quae. *vitia praedicta.* 11 Venit ira. Dei. *idest, eius vindictae.*
12 Super filios incre. *qui vitam aliam non credunt propter quod sine fraeno vitae praesentis carnalitatibus se exponunt. propter quod in persona eorum dicitur Sa. ij. b.* Vmbrę transitus est tempus nostrum & non est reuersio finis nostri: Venite igitur, & fruamur bonis, &c.
13 In quibus. *idest, inter quos.* 14 Et vos ambulastis aliquando. *scilicet ante conuersionem vestram carnaliter viuendo.*
15 Nunc au. *Hic consequenter inducit ad deponendum vitia spiritualia, dicens:* Nunc au. & vos. *idest non solum vitia carnalia, sed etiam spiritualia.* 16 Iram. *idest appetitum illicitum vindictae.*
17 Indigna *idest, eius signum in facie.*
18 Maliciam. *idest, mali machinationem in corde.*
19 Blasphem. *contra Deum.*
20 Turpem ser. *scilicet, detractionis, murmurationis, & derisionis contra proximum.*
21 Nolite men. in. *vnus alterum sic decipiendo,*
22 Expo. vos ve. ho. *idest statum Gentilem.*
23 Cum acti. su. *malis, vt sic deponantur omnia peccata.*
24 Et in. *Hic consequēter inducit ad virtutum acquisitionem quae sunt mentis indumenta. & primò ponit ad hoc motiuum. secundò prosequitur intentum ibi:* Induite vos. *Motiuum autem est, quia homo est ad imaginem Dei factus secundum mentem. quae imago deformatur per vitia, & reformatur per virtutem. propter quod debet homo moueri ad virtutis acquisitionem, ideo dicit:* Et in mo. *supple hominem, qui renouatus est per baptismum.*
25 Eum qui re. *idest in hac renouatione, per baptismum proficit.*
26 In ag. Dei. *idest, per augmentum fidei formata charitate.*
27 Secun. ima. e. *idest secundum partem intellectiuam, in qua est ad Dei imaginem factus.*

✠ Vbi

A vestra suadet. Haec est imago, ad quam Deus creauit hominem, vt rationalis esset, & caelestia semper diligeret, Ambros. Imago quam de agnitione Dei dicit recreari, quae & in foemina est, alia est: alia illa ad quam factus est primus homo vnde supra ad Cor. *Vir est imago & gloria Dei: mulier autem gloria viri.* Illa imago est, vt quomodo ex vno Deo omnia, ita ex vno homine omnes homines essent.

1. Cor. 11. b.

a *Vbi non est masc. & foem. Gent. & Iu.* Secundum corpus, sunt masculi & foeminę, sed secundum spiritum mētis non, in quo renouamur secundum imaginem creatoris. *Vbi non est mas.* Et est sensus: In nouo homine nulla exterior diuersitas alicui praeiudicat, sed nec sexuum, nec nationum, nec conditionū: sed Christus est omnia .i. omnes partes noui hominis sunt opera Christi. Et ipse Christus est in omnibus fidelibus, qui per eum noui sunt. B

† Eph. 4. b.
† comitatem modestiam mansuetudinem lenitatem
† Christus
† Dei
† palmā ferat, aut praemij loco detur
† vos inuicem

b *Induite vos ergo, sicut electi Dei sācti, &c.* ✠ ANSELM. Vestis quippe qua induimur, ab omni parte vos tegit: Itaq; & vos ab omni parte circū tegi debetis visceribus misericordiae, vt in cunctis actibus vestris fulgeant viscera misericordiae, quae mens vestra concepit erga reuelationem miseriae proximorum, & similiter foris in operibus induite benignitatem, idest. bonum ignem piae dulcedinis qui feruet in corde vestro. Benignitas enim est quaedam serenitas animi, qua aliquis hilariter loquitur & sua tribuit pro Deo, ac conuersatur cū proximo, humilitatem quoque induite, vt humilitas mētis appareat in omnibus verbis, & operib⁹ vestris, in vestibus, in incessu, atq; omni motu corporis Ideoque & modestiam quasi vestem vobis circundate, vt in omnibus dictis & actibus vestris modum teneatis. C

b Sicut

c *Sicut & do. vo.* In cuius rei sacramento lauit Christus pedes discipulorum, & dixit: Exēplum dedi vobis, vt & vos similiter faciatis. itaque nobis delicta donemus, & pro delictis inuicem oremus, atque itaque quodammodo pedes nostros inuicē lauemus. Et nota, quia vt lucrum possint habere, ad haec eos facienda monet, quae meritum collocant apud Deum. Ab illicitis abstinere facit timor. Veretur enim ne mala faciens poenis subdatur. Haec quae nunc faciēda monet, ad profectum meritorum pertinēt Qui ergo ab illicitis abstinet, laudem habet. Qui vero à licitis etiam temperat, laudē habet, & praemium. ✠ CHR. Hoc est autē quod vult dicere. Illa nihil prosunt. Dissoluūtur illa omnia nisi fiāt cū charitate. Ipsa omnia illa cōstringit. Quodcūq; bonū dixeris, si ea absit nihil est, sed diffluit. Et quomodo in naui, etiam si magna sint instrumenta, & nō sint quae eam succingant tabulata, nihil prodest: & in domo si nō sint contignationes, & in corpore, etiam si magna sint ossa: nō sunt autem ligamenta, nihil iuuat. Cuiuscumque enim quispiam bona habeat opera & rectè facta, euanescunt omnia nisi adsit charitas. D E

Iohan. 19. d.

d *Charita.* AVG. Ipsa est enim eminentior via quae supereminet scientiae, & omnibus praeceptis. Haec est vestis domini inconsutilis desuper contexta Incōsutilis ne aliquando dissutilis quae ad vnum peruenit, quia charitas in vnum omnes colligit.

Au tra. 105. in Io. Iohā. 13. b.

e *Pax.* est necessaria ad vnitatem corporis, quam ipsa facit. *Pax Dei.* Potest pax dici, etsi nō habet charitatem. charitas verò semper secum habet pacem.

f *Do. & con.* Vt doctrina fiat illis qui nesciunt, & commonitio illis qui sciunt. F

☞ Omne

a ¶ Nullis officit vel proficit quòd de his vel de illis nati sint. ¶ Nullus vt indignus excipitur. b ¶ Non aliqui sunt ibi digniores, eo quòd ipsi hoc habent, vel eo minus digni, quia non habent. ¶ Non propter ista aliquis ibi dignior est vel minus, dignus.
mina, Gentilis & Iudaeus, circuncisio & praeputium, Barbarus 1
a ¶ Omnes partes noui hominis sunt opera Christi. b ¶ Fidelibus.
& Schita, seruus & liber, sed omnia in omnibus Christus. † In- 2 3
a ¶ Quia Christus est omnia in omnibus. b ¶ idest vere. c ¶ Quos Deus ab aeterno elegit. d ¶ Sacramentorum participatione. e ¶ Quia iam sancti. f Adeo. g ¶ Et quia Deus dilexit. ¶ Executionem misericordiae. ¶ Effectum pietatis erga omnes. 4
duite vos ergo, sicut electi Dei sancti et dilecti, viscera miseri- 5
a ¶ Animi ad benefaciendum parati. b ¶ Vt humiles corde & habitu. 6
c ¶ In omnibus modum seruantes. d ¶ In aduersis tolerandis. 7
cordię, † benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: 8
a ¶ Alter alterius onera portet. b ¶ Si alter offendat, non solum non vindicet, sed donet. 9
supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis ad- 10
uersus aliquem habet querelam, sicut & † dominus donauit 11
a ¶ Integre & pure. b ¶ Magis enim studendum est virtuti, quae maior est omnibus. ¶ Studiosius aliis petite charitatem, vel quae est super omnia. 12 13
vobis, ita & vos. Super omnia autem haec charitatem conti-
a ¶ Caetera faciunt perfectum, charitas omnia ligat ne abeant.
b ¶ Quam Christus habuit & haberi praecepit vel quam inter Deum & homines fecit sit in conscientiis vestris causa exultationis. Quod vtique erit si habeatur charitas, quae veram habet pacem, quam puro corde custodit.
nuam habete, quòd est vinculū perfectionis. Et pax † Christi 14
a ¶ Per eam positi. ¶ Ecclesiae 15
† exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno cor 16
a ¶ De his omnibus. b ¶ Deo. 17
c ¶ Praemium per quid haec possint, vt, scilicet, prudenter doceant & moneant, quia. 18
pore, & grati estote. Verbū Christi habitet in vobis abūdāter, 19
a ¶ Vt omnem intellectum scripturarum habeatis. 20
b ¶ Vos & alios de ignoratis. ¶ De his quae continentur. ¶ De escis. 21
in omni sapiētia docētes & commonētes † vosmetipsos in psal- 22
a ¶ Quid de moribus. ¶ De laudibus Dei. ¶ De aeterno bono. 23
b ¶ His docti, & commoniti, cantantes ad honorem Dei non solum labiis, sed cum intellectu. vel attenti in gratia, idest, in consideratione beneficiorum Dei. 24 25
mis & hymnis & cāticis spiritualib⁹, in grātia cātātes in cordi- 26

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vbi non est mas. & foe. Gē. *quia distinctio sexus non est ex parte mentis, sed corporis. Istud tamen:* Masc. & foemin. *non est in libris correctis, qui sic habent:* Vbi non est Gentilis & Iudaeus, &c. *& sic licet vbi refertur ad Deum, de quo immediate praedixerat, qui creauit eū. nam apud Deum non est personarum acceptio: sed recipit omnem venientem ad se per fidem. ita quòd nulla diuersitas praeiudicat, siue nationis. ideo subditur:* Gentilis & Iudaeus. *siue obseruationis: ideo sequitur:* Circuncisio & praeputium. *siue linguae:* Barbarus & Schita *siue conditionis:* Seruus & liber. *& per hac intelliguntur aliae diuersitates quaecunque.*
2 Sed o. & in om. Chri. *idest, Christus est in omnibus, per gratiam: & omnia opera, quorum bona principaliter operatur.*
3 Indui. *Hic consequenter prosequitur intentum de virtutibus: & primò in comparatione ad proximum. secundò ad Deum, ibi* Et pax Christi. *& patet ordo. nam ex notioribus procedit ad minus nota. dicit ergo concludendo ex praecedenti motiuo:* Induite, &c. sicut ele. *idest, praedestinati ab aeterno.*
4 Sancti. *idest, sanctificati per baptismum in tempore.*
5 Et dilecti. *per augmentum gratiae.*
6 Viscera mi. *quantum ad pietatis affectum.*
7 Benignitatem. *quantum ad eius effectum. vnde dicitur benignus, quasi bene ignotus ad benefaciendum proximo in effectu.*
8 Humilitatem. *quae est virtutum custos & fundamentum.*
9 Modestiam. *bene vtendo prosperis.*
10 Patientiam. *bene se habendo in aduersis.*

Suppo

11 Suppor. in *in infirmitatibus & oneribus impositis.*
12 Et do. vo. *offensas remittendo, quod est necessitatis: & iniurias, quod est perfectionis & supererogationis. ideo subditur:* Sicut & dominus donauit vobis &c.
13 Super om. autem haec ch. *quae est maior alijs virtutibus. j. Co. xiij. d.* Maior autem horum est charitas.
14 Quod est vin. per. *quia sicut virtutes politicae connectuntur in prudentia: sic infusae in charitate.*
15 Et pax. *Hic consequenter inducit ad virtutes in comparatione ad Deum. Et primò quo ad perfectionem cordis, dicens:* Et pax Christi. *id est, data & commendata à Deo.*
16 Exultet. *effectiuè.*
17 In cordi. ve. *causando ibi exultationem, idest, extra saltationem spiritus vestri in Deum, sicut dicitur Io. iiij b.* Fiet in eo fons aquae salientis. *idest, salire facientis in vitam aeternam.*
18 In qua. *scilicet, pace.*
19 Vocati estis in vno corpore. *ecclesiae sub capite Christo.*
20 Et gr. *de tanto beneficio. secundò quo ad perfectionem oris dicens.*
21 Verbum Chri. ha. *ita quòd non sit solum in corde firmiter retinendo, sed etiam in ore per doctrinam alijs communicando. ideo subditur.*
22 In omni sapientia. *ad salutem necessaria.*
23 Docentes. *Sic etiam in ore vestro Deum laudando: ideo subditur:*
24 Commo. vos. *idest, vos mutuo ad diuinas laudes excitando.*
25 Cant. *ita quòd non sit tantum laus oris, sed etiam spiritus & cordis.*
26 In gra. *idest, consideratione beneficiorum Dei. Tertiò inducit ad perfectionem operis, dicens:* Omne quod fa. *sequitur.*

✠ Om

A a *Omne quod* quia præcepit suprà Deum laudari in corde, nunc & in verbis & in factis nomen Dei laudari, & exaltari hortatur: vt sic verba nostra & opera careant reprehensione, vt magnificetur dominus, cuius magisterio inuituperabiles sunt discipuli.

Ambrosius.

b *Omnia.* Non solum quæ facitis in verbo vel opere, sed omnia, etiam cogitationes, & si qua sunt alia. Vel quicquid facitis, facite omne, idest, perfectum Deo attribuendo, & hoc est, facientes in nomine.

† 26 q. 5. c. non liceat. 1 Co. 10 g.

† Ephe. 5. c. 1. Petri 3. a. * propriis

† amarulēti

B c *Gra. agen.* Tunc enim verè agimus gratias Deo per Christū, si modum præceptorū eius custodiamus.

† placet Deo

- ad indignationem

† ne animo deijciantur

d *Mulie.* De moribus hucusq; monuit omnes cōmuniter. nunc transit ad singularia præcepta, monens diuersos separatim, vt inuicem sibi seruiant non solum obediendo, vt mulieres viris, & filij parentibus, & serui dominis, sed etiam consulendo, vt viri mulieribus, patres filijs, domini seruis. Hæc est pax domestica & cohabitan-

† Ephe. 6. c. 1. Petri. 2. c. Aug. q. 140. in Gen. Ser. 1. de verb. Dom. & li. 19. ciu. Dei. cap. 14.

* enim † seruitis.

† iniuste agit

C tium ordinata à Deo concordia, & clara iustitia, vt scilicet, qui excellunt ratione, excellant dominatione. D

e *Viri diligite vxores vestras.* AMBROSIVS. Rigorem virilis legis emollit, ne potestate qua præualet, nimius quis sit in dominatu vxoris: sed debet respicere ad affectum, quia mulier caro eius est: ne plus illam humilians exacerbet, & contraria cogitet.

f *Patres.* Modestos præcipit patres esse filijs, ne coartati ab illis delinquant in illos, & deum offendāt. Ira enim inconsiderata res est, ita vt aliquando nec sibi parcat qui irascitur. E

Ambrosius

g *Ex animo operamini sicut. &c.* AVGVST. Eam enim Deus innocentiam probat, qua homo non metu pœnæ fit innocens, sed amore iustitiæ: nā qui timore non peccat, quamuis non noceat alijs, sibi tamen plurimū nocet. simulata æquitas nō est æquitas, sed duplicatū peccatum, in quo est iniquitas, & simulatio.

Ex lib. sent. prosperi.

† Leui 19. c Roma 2. b. Ephes. 6. b. Act 10. c.

† respectus - apud Deū

F

a ¶ Ad honorem domini. ¶ Præterea. b ¶ Quia præcepit laudari Deum in corde, nunc verbis & factis exaltari nomen Dei præcipit.

a bus vestris domino. Omne quodcunque facitis in verbo aut

a ¶ Ad gloriam Christi, non vestram.

b in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, 1

¶ Tunc verè. ¶ Non legi. ¶ Christum, per quem Deus dedit omnia.

c gratias agentes Deo & patri per ipsum. † Mulieres subditæ 2

d a ¶ Iam perfectè sicut dominus mandauit. b ¶ Non contra dominum. 3

e estote *viris, sicut oportet in domino. Viri diligite vxores ve- 4

¶ Acerbi. 5

stras, & nolite † amari esse ad illas. Filij obedite parentibus ve 6

¶ Si per omnia obediatis, ita tamen si in domino. 7

f stris per omnia: hoc enim † placitum est in domino. Patres 8

a ¶ Contra vos. b ¶ Aliqua asperitate. c ¶ Non potentes diutius pati. 9

nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt † non pu- 10

¶ Et vos. a ¶ Qui secundum carnem dominantur. 11

sillo animo fiant. † Serui obedite per omnia dominis carna- 12

a ¶ Ne dicam spiritualibus tantum. ¶ Non Deo. b ¶ Placere volentes. 13

libus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, 14 15

a ¶ Pura intentione, tales in corde, quales extra. ¶ Quem non potestis fallere. 16

sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcunque 17

a ¶ Non quasi timentes pœnam à Deo, sed ex voluntate. b ¶ Seruiretis 18

g facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus, 19

a ¶ Pro hac humiliatione. ¶ Pro hac humiliatione. 20

scientes quòd à domino accipietis retributionem hæredita- 21

¶ Præter dominos etiam. ¶ Dominantium. a ¶ In his quæ iubet. b ¶ Ita est vt dixi, seruiendum, non pro crudelitate dominorum dimittendum. quia, Qui iniu. fa. siue seruus siue dominus.

tis. Domino * Christo † seruite. Qui enim † iniuriam facit, 22

a ¶ Nulli parcetur pro maioritate sua.

recipiet id quod iniquè gessit. † Et nōn est personarum † ac- 23

ceptio apud Deum. 24

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnia in no. *idest, omnia facite ad honorem diuini nominis, bonitas enim operis dependet ex rectitudine intentionis.*

2 Gratias. *quia sicut dona Dei nobis proueniunt per Christum mediatorem nostrum, sic per Christum orationes nostræ & operationes sunt exaudibiles.*

3 Mulieres. *Postquàm Apostolus informauit Colossenses de moribus generaliter, hoc idem facit quantum ad aliquos status specialiter. Circa quod primò ponit eorum informationem, secundo suam commendationē, ibi:* Orationi. *Prima diuiditur in tres partes secundum tres status quos tangit. secunda ibi.* Filij. *tertia ibi:* Serui. *Primus status est coniugatorū. Circa quod primò dicit:* Mulie. sub. e. vi. *Debent enim per eos regi. Tum quia fœmina est mas occasionatus. Tum quia ratio magis viget in viris quàm in mulieribus, vt diffusius dictum fuit Ephe. v.*

Diuisio

4 Sic. o. *idest, in licitis, & honestis tantum. Secundò instruit viros, di.*

5 Viri di. vxo. *quia vir & vxor sunt vna caro. quilibet autem naturaliter diligit suam carnem.*

6 Et no. ama. es. *tractando eas vt ancillas, sed magis vt socias. propter hoc Eua de latere viri fuit formata, vt cognosceretur socia, non ancilla, sicut plenius dictum fuit Eph. v.*

7 Filij. *Hæc est secunda pars, in qua instruit patres & filios, di.* Filij obe. per om. *licita, & honesta:*

8 Paren. ve. *à quibus filij habent esse, nutrimentum & documentum.*

9 Hoc e. p. e. D. *qui dedit præceptum de honore parentum Exo. xx. Secundò informat patres, di.*

10 Patres no. ad in. *idest, impatientiam.*

11 Pro. si. ve. *i. irrationabiliter excitare. & subditur ratio cùm dicitur.*

12 Vt non pusillani. fiant. *idest, vt non per duritiā vestram fracti à vobis fugiant, & sic carentes disciplina peiores fiant.*

13 Serui. *Hæc est tertia pars, in qua docet dominos & seruos. Primo seruos. secundò dominos, in prin. se. cap. Circa primum dicit:* Serui obe per o. *licita & honesta.*

14 Dom. *id est, in his quæ pertinent ad corpus, in his autem quæ pertinent ad animam, seruus non est subditus domino sed Deo & ecclesiæ ministris.*

15 Non ad ocu. *idest, tantum bene in præsentia dominorum.*

16 Qua. ho. *illi enim qui sic seruiunt placere hominibus tantū quærunt.*

17 Sed in sim. cor. *idest, sine plica simulationis & dolositatis.*

18 Timen. do. *& non homines tantum.*

19 Quodcun. fa. ex ani. *id est, voluntariè.*

20 Sicut do. & non ho. *scilicet, principaliter: sed secundario, & principaliter Deo: debent enim serui cogitare, quòd Deus illorum seruitutem ordinauit ad illorum salutem per meritum suæ humiliationis. & sic seruiunt Deo principaliter, & homini secundariò, propter impletionem diuinæ ordinationis. ideo subditur.*

21 Scié. ꝙ à do. ac. *scilicet, æternæ, respectu cuius in nullo præiudicat conditio seruitutis humanæ. vnde dicit Amb. In domino bona seruitus & bona libertas æqua lance appenduntur.* 22 Qui e. in. fa. *siue seruus sit, dominum defraudando, siue dominus, siue angariando.*

23 Reci. quod ini. gessit. *per debitam pœnam infligendam à Deo. Et subditur ratio.*

24 Et non est per. ac. a. Deum. *pro maioritate hominis vel eius minoritate parcendo.*

ADDITIO I.

In capi. iij. vbi dicitur in Postil. Et auaritia quæ est idolorum seruitus.

Secundum Glo. Auaritia par vitium est idololatriæ, quia rebus pro Deo seruit. & quia radix est omnium malorum. Nam sicut idololatria à Deo nititur auferre gloriam ne solùm deitatis nomen gloriam habeat, ita auarus in rebus à Deo factis se extendit vt solus vsurpet quæ Deus omnibus fecit, vtraque ergo sunt Deo inimica, quia negant Deo quæ sunt eius.

ADDITIO II.

In eo. capit. vbi dicitur in Postil. Et pax Christi. *idest, data & commendata Christo.*

Hoc quod dicitur Et pax Christi, *exponitur in Glos. id est, quam Christus habuit in se & haberi præcepit, vel quam inter Deum & hominem fecit.*

ADDITIO III.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Nolite ad indignationem: *idest, impatientiam, filios vestros prouocare.*

Pusillanimitas vitium est speciale prout opponitur magnitudini, vt patet in. iiij. Eth. Nam sicut per præsumptionem aliquis excedit proportionem suæ potentiæ, dum nititur ad maiora quàm debet seu possit, sic per pusillanimitatem deficit de proportione suæ potentiæ, dum recusat in illud tendere quod est suæ potentiæ commensuratum. Et quia iniuriæ illatæ ex quibus ira causatur, deijciunt animam patientis, præsertim cum non possit se vindicare: Ideo si filij frequenter iniurias à patribus sustineant, deijcitur eorum animus, ita quòd fiunt pusillanimes, cum non possunt de iniurijs à patribus illatis se vindicare, &c.

CAP. IIII.

A a *Domi. quod iu.* AVGVSTIN. Etiam si habuerint seruos iusti parentes nostri, sic administrabant domesticā pacem, vt secundum hæc temporalia bona filiorum sortem à seruorum conditione distinguerent: ad dominum autem colendum, in quo æterna bona speranda sunt, omnibus domus suæ mēbris pari dilectione consulerēt. Quod naturalis ordo ita pręscribit, vt nomen patrum familias hinc exortum sit: & tam latè vulgatum, vt etiam iniquè dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem veri patresfamilias sunt, omnibus in familia sua tanquam filijs ad colendum, & promerendum Deum consulant, desiderantes atque optantes venire, ad cęlestem domū, vbi necessariū nō sit officiū operandi mortalibus, Quia necessarium non erit officiū consulendi iam in illa immortalitate fœlicibus. Quo donec veniatur, & magis debent patres quod dominantur, quàm serui tolerare quod seruiunt.

Lib. 19 de ciuitat. Dei cap. 16.

B C

† Eph. 5. b.

† Decons. di. 4. c sal.

IDEM. Sicut in potestatibus societatis humanę maior potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus.

Ex lib. sent. Prosper.

Boni qui imperant, seruiunt, quia non cupiditate damnandi imperant, sed officio consulendi & beneficia prouidendi.

AMBROSIVS Paulus electus ad euangelij prædicationē, rectè sibi ostiū verbi probat aperiri quia de ore eius exibat salus gentium, de ore eius prodibat vita populorum.

De Cain & Abel li. c. 9.

CHRYSOSTO. Aditum inquit, & loquendi libertatem. Papę tantus Athleta, non dixit vt liberer à vinculis, alios rogabat & propter rem magnam rogabat, nempe vt acciperet loquendi libertatem. Res duæ magnæ, nempe & personæ qualitas & rei Papæ quantas auctoritas Misterium, inquit, Christi; Ostendit nihil esse sibi desiderabilius quàm hoc loqui.

b *Ost. um.* idest. os meum faciat apertum: quod ad hoc datum est, vt inde prodeat verbum. Apertum est, quando multa & magna dicit.

c *Propter quod etiam vinctus sum, vt manife.* CHRYSOST. In vinculis erat cum maleficis ac sceleratis cum captiuis, cum parricidis, sicarijs, & qui cædem fecerant, doctor orbis terrarum. Qui in tertium ascendit cœlum, qui verba audiuit arcana & ineffabilia erat vinctus. Sed tunc velocior erat eius cursus. D

d *In sa.* AMBROSIVS. Quoniam necesse est nos ambulare inter infideles, & colloquia miscere causa conuersationis mundanæ: hoc est quod commonet, vt cum sapientia sit ipsa conuersatio propter scandalum gentilium, nec occasionem accipiant per nos blasphemandi, & inuitentur ad persequēdum. Quid enim opus est loqui cum eo quem scis intractabilem, & obstinatæ mentis, paratum ad contumeliam faciendam? Ideo hæc monet vt oportuno, & loco, & tempore magistra modestia, religionis verba promantur: aut si persona talis in medio est, quę perstrepat reticendum. Aliter enim cum potentibus mūdi, aliter cum mediocribus, & aliter cū humilibus agendū est. Aliter iterū cum mansuetis aliter cum iracundis, quibus cedi oportet, hoc est redimere tempus. E

† opportunitatem.

Caute conuersandum inter perfidos, ne scandalizentur, ne fiat eis occasio blasphemandi, & incitentur ad persequendum.

e *Tempus redi.* idest, opportunitatem prædicandi eis aliquibus modis præparantes. F

f *Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tichicus charissimus, &c.* THEODO. Onesimus erat famulus Philemonis, quem in carcere instituit diuinus Apostolus, remisitque ad herum: herus (vt est verisimile) iterum misit ad Apostolū. Sed diuinus Apostolus eundem remisit cum Tychico, vt qui deinceps fuerit administer prædicationis. Collossenses itaque de rebus suis certiores facere volens Apostolus, facit vtriusque commune. *Omnia* inquit, *vobis nota facient quæ hic aguntur.* Consolari autem tribuit soli Tychico. Quia enim sciebant seruum fuisse Onesimum, & verisimile erat, esse ægrè laturos quosdam, quod qui nuper fuerat seruus repente factus esset idoneus ad consolandam & docendam ecclesiam, dixit solum Tychicū ad hoc misisse. De rebus autem suis eos certiores facere, vtrisque simul coniunxit, ea ratione, & hunc honorans, & illis molestiam non afferens. Hinc potest cognosci Apostoli sapientia.

g *Vt cognoscat quæ circa vos sunt & consoletur corda vestra, cum, &c.* Magis cauet qui se videt cognosci, quàm qui se videt ignorari. Vel.

☞ Acce-

CAP. IIII.

¶ Pro seruitio. a ¶ Per naturam vt homines reputetis.

a Domini quod iustum est & ęquum seruis 1

a ¶ Et talia exigite quia vultis à vobis exigi.

præstate, scientes quoniam & vos do- 2

a ¶ Non impotentem. b ¶ Singillatim diuersos monui, communiter nunc autem omnes.

minum habetis in cælo. Orationi insta- 3

a ¶ Etiam in nocte, vel non pigri. b ¶ Oratione. ¶ Manentes. c ¶ De præteritis.

te, vigilantes in ea in gratiarum actione. 4

a ¶ [illegible] 5

b Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium 6

a ¶ Ad exponendum illud quod est secretum de Christo. i. natiuitatem & cætera. 7

b ¶ Quia Christi secreta expono. 8

c sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod 9

a ¶ Ita ad loquendum, vt manife. apertè quod absconditum est in fidelibus.

b ¶ Constanter & discretè vt opor. me lo. quia apostolus sum.

etiam vinctus sum, vt manifestē illud, ita vt oportet me loqui. 10

a ¶ Quam habetis b ¶ Proficite. ¶ Vos etiam ipsi. c ¶ Illuminandos. d ¶ Extra ecclesiam. 11

e ¶ Non impedientes. 12

d e † In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, † tēpus redimen 13

a ¶ Habito tempore. b ¶ Vt gratus sit auditoribus. c ¶ Sapientiæ. d ¶ Ita. 14

¶ Vel in gratia prædicanda, non in lege.

tes. † Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis 15

a ¶ Quia aliter idiotæ, aliter literato, & aliis personis. 16

b ¶ Tribulationes quæ vndique, vel non vsque ad animam pertingunt. 17

f quomodò oporteat vos vnicuiq; respondere. Quæ circa me 18

a ¶ Ideo non fuit opus scribi b ¶ Per hunc creditur misisse epistolam. c ¶ In fide.

sunt, omnia vobis nota faciet Tichicus charissimus frater, &

a ¶ In prædicatione b ¶ In aduersis c ¶ Et hoc. ¶ Propter dominum. d ¶ Ad simile aliquid.

fidelis minister & conseruus in dn̄o, quē misi ad vos in hoc ip-

a ¶ Scilicet. c ¶ Cauete ergo. ¶ Contra mala mundi.

g sum vt cognoscat quę circa vos sunt, & cōsoletur corda vestra,

a ¶ Tychicus & Onesimus. 19

cū Onesimo charissimo & fideli frē, q ex vobis est, qui omnia 20

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

1 DO. *Hic cōsequēter instruit dominos, di.* Do. quod iu. est. *vtēdo seruitio eorū rationabiliter & modestè. & subditur ad hoc ratio.*

2 Scien. &c. do. *qui puniet vos acriter si taliter feceritis, secundum illud Sap. vj. a.* Potentes potenter tormenta pa.

3 Orationi. *Postquam Apostolus instruxit personas diuersorum statuum, hic consequenter se recommendat orationibus eorum dicens:* Oratio. in. *per mentis subleuationem.* 4 Vig. in ea, *per debitam intentionem.* 5 In gra. *propter beneficiorum Dei receptionem.* 6 Ora. *nam oratio multorum est magis exaudibilis.* 7 Pro nob. *idest, pro me & socijs meis.* 8 Vt De. ape. &c. *idest, vt det nobis libertatem & facultatem prædicandi euangelium Christi.*

9 Pro quod vin. *in carcere, ne possim ad prædicandum discurrere.*

10 Vt ma. il. *hoc refertur ad illud quod præmittitur: Aperiat nobis ostium sermonis, scilicet, vt manifestem illud, scilicet Christi misteriū, quod adhuc pluribus Gentibus est occultum.*

11 Ita. *scilicet constanter & discretè.*

12 Vt op. &c. *de tanto mysterio. Consequenter ostendit qualiter se habeant ad infideles, di.*

13 In sa. &c. qui fo. *idest extra ecclesiam.*

14 Redimen. tem. *id est, diligenter quærentes opportunitatem prædicandi eis euangelicam veritatem. & subditur modus debitus cum dicitur:*

15 Sermo ve. &c. *idest. sit talis, vt audientibus sit gratus: Et quia hoc per sapientiam fit, ideo subditur.*

16 Sa. sit condi. *sapientia enim sal nominatur, eo quòd est condimentum verborum sicut sal ciborum.*

17 Vt sci. &c. re. *secundum conditionem suæ personæ: aliter, enim respondendum est sapienti, aliter simplici. & sic de alijs.*

18 Quæ circa me sunt. *Hæc est vltima pars huius principalis epistolæ quæ dicitur eius conclusio vel confirmatio. & hoc dupliciter primò per nunciorum missionem, secundò per spiritualem salutationem, ibi,* Salutat vos. *Circa primum sciendum, quòd Apostolus misit hanc epistolam per certos nuncios, ad certificandum Colossenses, quòd esset sua epistola, & ad plenius eis dicendum statum Apostoli, vt confirmarent eos in fide & consolarentur in tribulationibus quæ eis superuenerant, vt dictum est suprà j. ca. & patet ex dictis sententia vsque ibi:*

19 Qui ex. *i. vobis valde coniunctus charitate, & forte erat Gentilis natione, & de partibus Colossensium: factus tamen discipulus Pauli, sicut & Titus ex Gentilitate conuersus, vt dictum est suprà ad Gal. ij.*

20 Omnia quæ hic agun. *circa me & alios fideles.*

a *Accepistis.* Quod rediit ad me, & ideo si venerit.

b *Salutat vos Lucas, &c.* ✱ THEODORE. Hic etiam diuinum scripsit Euangelium, & historiam actuum. Et hinc manifestum est, quòd omnium epistolarū vltima scripta est quæ est ad Timotheum secunda. Dicit enim de Dema. *Demas me reliquit eligens hoc seculum.*

c *Facite vt & in, &c.* AMBROS. ex hoc lo cointelligimus, quòd generales sunt instructiones Apostoli, & ad omnium hominū profectū scriptæ sunt epistolæ.

✱ THEODORET. Quidam existimarūt ipsum etiam scripsisse ad Laodicenses: & fictam etiam epistolam proferunt. Apostolus autem non dixit, eam quæ est ad Laodicenses: sed eam quæ

† faciet † 2 Ti. 4. b. † cooperatii † anxiè laborans 2. Tim. 4. † congregationem † ea quę scripta est ex Laodicea - Domini nostri Iesu Christi.

quæ hic aguntur, nota † facient nobis. Salutat vos Aristarchus
a ¶ id est, particeps & socius laborum meorum. b ¶ Marco vel Barnaba.
concaptiuus meus, & † Marcus cōsobrinus Barnabæ de quo
a ¶ Quod discessisset. & ideo ne reciperetis; sed, Si modo vene. b ¶ Ista.
a accepistis mandata. Si venerit ad vos, suscipite illum. Et Iesus
a ¶ Salutat vos. b ¶ Isti idem mecum afferunt de gratia. ¶ De Iudæis.
qui dicitur iustus, qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt † ad-
a ¶ Modo. b ¶ Prædicando. c ¶ Posito in tribulatione. d ¶ Vicem meam supplendo.
iutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutat
¶ Non legis.
vos Epaphras qui ex vobis est seruus Christi Iesu, semper
¶ Quibus pro vobis orat vt perseueretis. a ¶ Vt nihil adiungatis, præter ea quæ Deus vult.
† solicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & † plē-
a ¶ Solicitus est.
ni in omni voluntate Dei. Testimonium enim perhibeo illi,
a ¶ Non solum orando, sed & aliis modis. estote ergo pro vobis soliciti.
quòd habet multum labōrem pro vobis & pro his qui sunt
¶ Euangelista.
b Laodicię, & qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charis-
simus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiciæ, & Nym-
a ¶ Specialiter quæ prædicatores recipit.
phām, & quæ in domo eius est † ecclesiam. Et cum † lecta fue
c rit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicensium eccle-
a ¶ Quam ego eis misi, vel quam ipsi mihi, vt videatis hic esse responsum quæstionibus illis.
d sia legatur: & † ea quæ Laodicensium est, vobis legatur: & di-
a ¶ Esto solicitus. ¶ In his quæ sunt domini.
cite Archippo: Vidē ministerium quod accepisti in domino,
¶ Vt sciatis epistolam à me missam. a ¶ Qua causa patiar, quia solam fidem prædico, vel vt similiter patiantur, vel pro eo orent, vel necessaria ministrent vel, præbeant se tales, pro quibus nō ægre ferat pati.
e vt illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores estōte
vinculorum meorum Gratia domini nostri Iesu Christi vobis
cum: amen.

quæ est ex Laodicæa. Illi enim de aliquibus rebus ad eum scripserant. Verisimile est autem eos vel ea accusasse quæ fiebant Colossis, vel eodem morbo cum eis laborasse: & ideo dixit, hanc quoque epistolam eis esse legendam.

d *Et di. Ar.* AMBR. Præpositum eorum per eos commonet, vt qui regendam ecclesiam eorum accepit, sit solicitus de eis. Plebis causa scribitur epistola, & ideo non ad rectorem destinatur.

e *Vt il. im.* Vt sicut pro inobedientia istorum cessauit, pro correctione accingatur.

f *Memores estot. &c.* antequàm salutationem ponat, præmittit exhortationem dicens: Memores, &c.

† compleri † recitata

NICOLAVS DE LYRA.

✱ Diuisio

1 Salutat. *Hic ponitur confirmatio per salutationem bonorum. & primò salutat Colossenses ex parte suorum. secundò Laodicenses per ministerium eorum, ibi:* Salutate. *Prima adhuc in duas: quia primò ponit socios natione Iudæos. Secundò, Gentiles conuersos, ibi:* Salutat vos. *Circa primum dicitur,* Salutat vos Ari. concap. *id est, particeps mei carceris & laboris.*

2 Et Marcus consobr. Barnabæ. *De isto Marco dicitur Act. xv. quòd recessit à Paulo & Barnaba in Pamphilia: propter quod postea Paulus nolebat eum recipere in societatem prædicationis suæ: & sic Barnabas assumpto Marco iuit ad prædicandum in vna regione, & Paulus & Silas in alia. Videns tamen Paulus postea ex diuisione illa vtilitatem ecclesiæ secutam, recepit dictum Marcum in suam societatem, & mandauit Colossensibus & aliis quibus erat minus dilectus propter dictum recessum, quòd si veniret ad eos, charitatiuè reciperent eum. de quo mandato subditur:* De quo accepistis, &c.

3 Et Iesus qui dicitur iustus. *Apud Iudæos enim plures hoc nomine vocabantur.*

4 Qui sunt ex circuncisione. *id est, Iudæi ex natione.*

5 Hi soli. *scilicet, Iudæi.*

6 Sunt adiutores mei. *pro nunc.*

7 In regno Dei. *scilicet, prædicando.*

8 Qui mihi fuerunt solatio. *me consolando in mea tribulatione, & supplendo vicem meam in prædicatione.*

9 Salutat vos. *Hic exprimit socios suos de Gentilitate conuersos. di.* Salutat vos Epaphras, &c. *id est, charitate vobis specialiter cōiunctus: quia prædicauerat eis, vt dictum est suprà. 1. cap. propter quod magis afficiebatur ad eos. Est etiam ex eis, quia de Gentilitate cōuersus, sicut ipsi, & factus discipulus Pauli, sicut & Titus, & plures alij. Cætera patent vsque ibi.*

10 Et pro his qui sunt Laodi. & qui Hierap. *quibus prædicauerat sicut Colossensibus.*

11 Salutat vos Lucas medicus. *Fuit enim medicus corporaliter.*

12 Charissimus. *Paulo: quia fuit comes suæ peregrinationis vsque ad martyrium, vt dicit Hiero. in prologo super Luc. & Antiochensis natione.*

13 Salutate. *Hic consequenter salutat Laodicenses per ministerium Colossensium dicens,* Salute fratres qui sunt La. *generaliter.*

14 Et Nympham. *specialiter, quæ prædicatoribus ministrabat sumptus de suis facultatibus.*

15 Et quæ in domo eius est ecclesiam. *idest, familiam eius Christianam.*

16 Et cum lecta fu. apud vos epi. *ista quam vobis mitto.*

17 Facite vt & Lao. ec. lega. *vt mea doctrina communicata eis proficiat ad salutē, & econuerso. Epistola tamen ad Laodicenses apud nos non habetur.*

18 Et dicite Arch. *qui receperat ministerium super ecclesiam Colossensium.* 19 Vide. *diligenter attendendo.*

20 Mini. quod ac. in do. *idest, in diuinis rebus.*

21 Vt il. im. *ad honorem diuinum & salutem animarum.*

22 Salutatio mea. *Hoc scripsit Paulus manu propria ad magis certificādum quòd epistola esset ab eo missa, eo quòd pseudo Apostoli aliquando scribebant sub nomine verorum apostolorum ad magis decipiendum, vt dictum est suprà. 2. ad Cor. vlt. d.*

23 Memo. *mihi compatiendo, & etiam in hoc si necesse fuerit, me imitādo. Consequenter subdit quæ sit sua salutatio. di.*

24 Gratia domi. nostri. *supple sit, quæ supplet omnem defectū: Amen.*

Incipit argumentum.

a THessalonicenses. Qui facile ab Apostolo conuersi, nec per tribulationes, nec per pseudo potuerunt moueri. Erant tamen aliqui ociosi, & curiosi aliqui minus de resurrectione sentiētes nimis tenerè, de morte amicorum dolentes, aliqui

Argumentum in primam epistolam ad Thessalonicenses incipit.

a THessalonicenses sunt Macedones. Hi in Christo Iesu accepto verbo veritatis perstiterūt in fide, etiam in persecutione ciuium suorum. Præterea, nec receperunt falsos apostolos, nec ea quæ à falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat Apostolus, scribens eis ab Athenis, per Tichicum diaconem, & Onesimum acolythum.

qui etiam fornicatores. Hos ergo corrigit, & perfectos monet non cedere aduersis, vel pseudo apostolis, & vt alios corrigant. Scripsit autem ab Athenis. Intentio Apostoli est prauos & incorrectos corrigere, & bonos ad perseuerantiam aliorum & correctionem cohortari.

In

Incipit Epistola prima ad Thessalonicenses.

CAP. I.

a PAVLVS. ✱ CHRYSOST. Nihil hic adiicit nomini quo supra cæteros declaretur eminere. Non iam Apostolus, nō item seruus. Apparet id cōsulto factum in eorum gratiā qui nuper essent instructi rudimētis, qui nullū adhuc cœpissent Paulinæ sapientiæ experimentum.

b *Silua. & Ti.* Nominibus illorum præscribitur salutatio, sed sensus & verba huius epistolæ solius Apostoli sunt.

c ✱ *Ecclesiæ Thessal.* AVGVSTINVS. Iudæorum propriè Synagoga dici solet, quā uis & Ecclesia dicta sit. Nostrā verò Apostoli nunquam Synagogam dixerunt, sed semper Ecclesiam, siue discernendi causa, siue quod inter congregationē, vnde Synagoga: & conuocationem, vnde Ecclesia nomen accepit, distet aliquid, quod scilicet pecora congregari solent, quorū & greges propriè dicimus: conuocari autē magis est vtentium ratione, sicut hominū.

d *Thessalo.* Thessalonica metropolis est Macedoniæ

✱ ANSELM. Bene primo gratiam dicit, deinde pacem nominat: quia sine gratia Dei ad pacem recōciliationis peruenire nō possumus, imo nihil pacificum nisi per gratiam eius habere valemus. Gratia enim gratis datur sine præcedentibus meritis, & per hanc dum culpas remittit, accedimus ad pacē reconciliationis, potest & ita intelligi: gratia & & pax à Deo sit vobis: vt qui humana gratia & seculari priuati estis, apud Deum gratiā & pacem habeatis

e *Gratia vo. & pax.* de more suo salutationem præmittit, qua præmissa de bonis eorum gratias agit, commemorans non solum fidem & opera, sed etiam conuersionis modum & malorum sustinentiam. Et vt ad perseuerādum magis eos prouocet, de suis quoq; laboribus & euangelij veritate & prudenti inter eos cōuersatione, & quanto affectu eos desideret videre interserit: deinde prauos vt à luxuria & ocio & curiositate cōtineāt, obsecrat, & mortuos resurrecturos cōfirmat. Circa finem moralis est instructio.

f *Spei.* existentis.

✱ HIERONYMVS Qui perfectę charitatis est: sustinet omnia patienter propter spē futuram.

g *Ante Deum.* inde ita certi acsi iam videatis, & ita eos animat Vel. *An. Deum.* quia ei bene placēt, non ad aspectus hominum.

h *Scient. fra. dil. à Deo.* ✱ AMBRO. humiles se fuisse inter illos significat, vt illis formam darēt mansuetudinis: non quod defuerint quę ad fidem illos hortarētur magnalia quia doctrinæ euangelicæ robur virtus pręstabat signorum & prodigiorum in spiritusancto. i. nō in phantasia sed in veritate plenitudinis, vt nulli necessitati deesset auxilium, sed superabundans gratia videretur & in doctrina & in conuersatione & in ægris curandis: vt perfectum spiritus sancti appareret Thessalonicensium Ecclesiis: vt in nullo se minores videntes Iudæorum ecclesiis, gauderent in domino Deo, qui participes illos facere dignatus est promissionis Abrahæ.

i *Et in spiritussancto.* quia per me recepistis dona spiritus, non parcè, sed in plenitudine.

k *Quales fu. &c.* per hoc etiam quòd nos passi sumus in exemplum vobis, patet quòd Deus vos dilexit & elegit.

l *Imi. &c.* ✱ THEO. Magnū quidē encomiū Thessalonicēsium, &

Incipit epistola prima ad Thessallonicenses.

CAPVT I.

¶ Coadiutores in illis instruendis, qui & in profectu eorum pariter gaudebant.
PAVLVS, & Siluanus, & Timothæus,
a ¶ Congregatæ. ¶ Quod est. ecclesia est in Deo operante.
a ecclesiæ Thessalonicēsiū in Dēo patre
b ¶ Exposcit ne exponas, actum ne agas.
c nostro & dño Iesu Christo: Gratia vo-
d a ¶ Confirmat bonos, primum de profectu eorum agens.
e b ¶ Quia bona sunt quæ in vobis sunt, & à Deo, à quo omnia bona.
bis & pax*. Gratias agimus Dēo semp
¶ Vt perstetis.
pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationi-
¶ Habitis. a ¶ Certarum horarum. b ¶ Inde gratias. c ¶ Confessionis. ¶ Opus proprium fidei, est confessio.
bus nostris sine intermissione, memōres † operis fidei vestrę,
a ¶ Pro se & proximis. b ¶ In Deum & proximum. c ¶ Contra mala.
d ¶ Quam facit spes gloriæ. ¶ Spes non frustratur, quia est domini, qui potest & vult implere.
f & laboris & charitatis & sustinēntiæ spēi domini nostri Iesu
a ¶ De his agimus Deo gratias, quia scimus quod dilexit & elegit sola gratia.
g Christi ante Deum & patrem nostrum. Sciēntes fratres dile-
h a ¶ Quod electi estis. ¶ Per hoc scimus.
cti à Deo electiōnem vestram, quia euangeliū nostrum non
¶ Ostensione verborum. ¶ Miraculorum.
i fuit in sermone tantum, sed in virtute, & in spiritu sancto,
¶ Vt in nullo videantur minores ecclesiis Iudæorum.
A a *Rogamus autem vos fratres &c.* Non eſt prædictis legibus contraria exhortatio. Etenim accedebat, vt alij quidem liberaliter ſuppeditarent egentibus, alij verò propter eorum munificentiam, operarij negligerent. Iure ergo & illos laudauit, & his dedit vtile conſilium. Appoſitè autem appellauit operationem, munificentiã ſeu liberalitatem. Qui enim poterant alij, licet non laborarét, propter eorum qui erant eiuſdem fidei fraternã charitaté, nec tamen ſine labore viuere in animam inducant, ſed manibus ſibi victum parantes, induſtriam ac diligentiam tanquam liberalitatem quandam ac munificentiam afferebant.

† Vtrũ dolenda mors

b *Operam detis.* Q. difficile eſt dimittere conſuetudinem, ſed cogite vos.

c *Et operemini manibus.* Opus agendum eſt, non ociandum: quia & honeſtum eſt, & quaſi lux ad infideles, & non deſiderabitis rem alterius, nedum rogetis, vel tollatis.

a ¶ Præcepto ipſius Chriſti, vel per inſpirationem, vel per effectum, quia ipſe miſertus noſtri. ¶ Mandatum do vobis, vt diligatis inuicem. b ¶ Et quia. c ¶ Opus dilectionis.

vos à Deo didiciſtis vt diligatis inuicem. Etenim illud faci- 1

a ¶ Qui ſunt. b ¶ Q. Facitis, ſed tamen.

a tis in omnes fratres in vniuerſa Macedonia. Rogamus vos

¶ In charitate. a ¶ Curioſitate.

b autem fratres, vt abundetis magis, & operã detis vt quieti 2

a ¶ Dimiſsis alienis quod vobis vtile eſt in emẽdatione vitæ veſtræ, & opus manuum facite quod adiuuat quietos eſſe. hoc enim malum ex ocio venit. 3

c ſitis, & vt veſtrum negocium agatis & operemini mani- 4

bus veſtris, ſicut præcepimus vobis, & vt honeſtè ambule- 5 6

tis ad eos qui foris ſunt, & † nullius aliquid deſideretis. † 7

a ¶ Non ſolum hoc volumus vos ſcire: ſed etiam. b ¶ Qui quaſi de ſomno integri ſurgent. ¶ Iam. ¶ id eſt, mortuis.

d Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, 8

a ¶ Inconſolabiliter de morte amicorum. b ¶ Infideles. c ¶ Reſurrectionis.

e f vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem nõ habent. 9 10

B d *Nolumus autem.* Poſt exhortationem de continentia, & poſt correctionem à curioſitate, mortuos reſurrecturos confirmat, & per Chriſti reſurrectionem, & ſua autoritate.

Lib. de patientia. ✠ TERTVLLIANVS. Ne illa quidem impatientiæ ſpecies excuſatur in amiſſione noſtrorum, vbi aliqua doloris patrocinatur adſertio. Et merito: Credentes enim reſurrectionem Chriſti, & noſtram quoque credimus, propter quos ille obiit & reſurrexit.

Homil. 9. de Paſcha. ✠ EVSEB. EMISS. Dignum enim eſſe iudicauit dominus, vt germani corporis animæque ſubſtantia cum Chriſto ſimul regnent in cœlis, qui Chriſto ſeruierunt in terris.

✠ THEODORETVS. Non prohibet omnino dolorem, ſed expellet immoderationem, eoſque reſurrectionis ſpe conſolatur. Qui enim eam non habent, poſſunt ſuum immoderatum dolorem defendere. Ea de cauſa non dixit, *de mortuis*, ſed, *de his qui dormierunt*, vel per ipſum nomen conſolationem procurans. Deinde à Chriſti doctrina quam ſuſceperant, probat reſurrectionem.

Sermo. de Moralitate ✠ CYPRIANVS Nobis reuelatum eſt, & frequenter de Dei dignatione præceptum, vt conſtanter, aſſiduè, & publicè prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos acceſſione dominica de ſeculo liberatos, cùm ſciamus non eos amitti, ſed præmitti, recedentes præcedere, vt proficiſcentes, vt nauigantes ſolent: deſiderari eos, non plangi: nec accipiendas eſſe hic atras veſtes, quando illi ibi indumenta alba iam ſumpſerint: occaſionem dandam non eſſe gentilibus, vt nos merito ac iure reprehendant, quod quos viuere apud Deum dicimus, vt extinctos & perditos lugeamus, & fidem quam ſermone & voce depromimus, cordis & pectoris teſtimonio non probemus. Spei noſtræ ac fidei præuaricatores ſumus: ſimulata, ficta, fucata, videntur eſſe quæ dicimus. Nihil prodeſt verbis proferre virtutem, factis deſtruere veritatem. Improbat denique Apoſtolus, & obiurgat, & culpat, ſi qui contriſtentur in exceſſu ſuorum. Eos autem contriſtari dicit in exceſſu ſuorum, qui ſpem non habent. Qui autem ſpe viuimus, & in Deum credimus, & Chriſtum paſſum eſſe pro nobis, & reſurrexiſſe confidimus, in Chriſto manentes, & per ipſum, atque in ipſo reſur- C gentes, quid aut ipſi recedere iſthinc de ſeculo nolumus, aut noſtros recedentes quaſi perditos plangimus ac dolemus? D

Aug. Ser. 34 & 35. de verb. Apoſtol. & tract. 49. in Ioan. e *Vt non contriſtemini.* AVGVSTINVS. Neceſſe eſt vt contriſteris, ſed vbi contriſtaris conſoletur te ſpes. Nam & ideo dormientes eos appellat ſcripturæ conſuetudo veraciſſima, vt cum dormientes audimus, euigilaturos minimè deſperemus. Eſt ergo de mortuis qui diliguntur quædam triſtitia naturalis quodam modo. Mortem quippe horret natura, nec mors homini accideret, niſi ex præcedenti culpa. Hinc igitur neceſſe eſt, vt triſtes ſimus, quãdo hos morientes deſerunt quos amamus: quia & ſtuduimus eos non in æternũ relinquere nos manſuros, ſed aliquantulum præcedere ſecuturos, tamen ipſa mors quam natura refugit, cum occupat dilectum, & contriſtat in nobis ipſius dilectionis affectum.

† nulla re. vobis ſit opus

IDEM. Contriſtamur ergo in noſtrorum mortibus neceſſitate amittendi, ſed cum ſpe recipiendi. Inde angimur, hinc conſolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc ſanat diuina promiſſio. Mouere autem poteſt, quomodo Deus flebat mortuum continuò eo iubente victurum? Vnde fleuit dominus, non mortuum, ſed mortem quam peccando homo contraxit. Si enim peccatum non præceſſiſſet, ſine dubio mors ſecuta non fuiſſet. Secuta eſt ergo mors corporis, quam præceſſit mors animæ præceſſit deſerẽdo Deum: & mors corporis ſecuta eſt deſerente anima. Hac deſeruit Deum volens, hac coacta eſt deſerere corpus nolens. Ac ſi illi diceretur, Receſſiſti ab eo quem diligere debuiſti: recede ab eo quem dilexiſti. Quis enim vult mori? prorſus nemo, & ita nemo vt Petro diceretur: *Alius recinget, & ducet quo tu non vis.* Si nulla eſſet mortis amaritudo, nulla profectò eſſet martyrum fortitudo. E

Iohan. 11. e.

Ibid. 21. f.

Auguſt. Sermo. 34. & 35. de verbis Apoſt. & lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 12. Quæ mortuis proſint

f *Sicut & cæteri &c.* AVGVST. de pompis exequiarum. Proinde pompa funeris, agmina exequiarum ſumptuoſa, diligentia ſepulturæ: monumentorum opulenta conſtructio, viuorum ſunt qualiacunque ſolatia, non adiutoria mortuorum. Orationibus verò ſanctæ eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari & eleemoſynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à domino quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum vniuerſa obſeruat eccleſia, vt pro eis qui in communione corporis & ſanguinis defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorentur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum verò eorum commemorandorum cauſa opera miſericordiæ celebrantur, quis eis dubitet ſuffragari pro quibus orationes non inaniter Deo erogantur? Non enim ambigendum iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus qui ita vixerunt ante mortem, vt poſſint hæc eis vtilia eſſe poſt mortem. Nam qui ſine fide operante per dilectionem, eiuſque ſacris de corporibus exierunt, fruſtra illis à ſuis huius pietatis impenduntur officia, cuius dum hic eſſent, pignore caruerunt, non miſericordiam ſibi theſaurizantes, ſed F iram.

Gal. 5. b

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Rogamus autem vos fratres. *Hæc eſt tertia pars principalis huius capituli, in qua corrigit ocioſos & vagabundos, dicens:* Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis. *in operibus bonis.*

2 Et operam detis. *id eſt, diligentiam adhibeatis.*

3 Vt quieti ſitis. *& non vagabundi: quia tales ſolent cadere in alia vitia, ſcilicet curioſitatis & carnalitatis.*

4 Et vt veſtrum negocium agatis. *Quia homines circa hoc negligentes depauperantur: & quia volunt tenere modum viuendi conſuetum, & per conſequens latrones & raptores efficiuntur.*

5 Et operemini &c. *ad euitandum ocioſitatem, quæ eſt ſentina omnium vitiorum, & ad conſeruandum ſanitatem: quam facit labor moderatus.*

6 Et vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt. *id eſt, ad infideles, vt ex bona veſtra conuerſatione conuertantur ad fidem. In moralibus enim magis mouent exempla quam verba.*

7 Et nullius aliquid deſideretis. *ita quòd non ſolum caueatis à malo actu exteriori, ſed etiam interiori.*

8 Nolumus. *Hæc eſt quarta pars principalis, in qua corrigit aliquos immoderatè lugentes mortuos. Et diuiditur in tres partes: quia primò arguit hunc luctum. ſecundò ponit occaſionaliter futuræ reſurrectionis modum, ibi.* Hoc enim. *tertiò concludit intentum, ibi:* Ita. *Circa primum dicit:*

Nolumus autem &c. de dormientibus. *id eſt, de defunctis qui dormiunt ſomno mortis, à quo excitabuntur tempore reſurrectionis.*

9 Vt non contriſtemini. *inconſolabiliter.*

10 Sicut & cæteri. &c. *ſcilicet futuræ reſurrectionis: & ſic credunt aliqui amicos defunctos periſſe totaliter, & ad ſemper &: propter hoc habent occaſionem lugendi eos quaſi inconſolabiliter. non ſic autem Chriſtiani qui habent ſpem reſurgendi, propter quod vitioſum eſt eis immoderatè mortuos lugere: quia in hoc aſſimilantur infidelibus futuræ reſurrectionis ſpem non habentibus. lugere tamen defunctos moderatè eſt opus pietatis. Quod autem reſurrectio mortuorum ſit mox futura oſtendit di.*

✠ Si enim

A iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis aliquid boni operantur ſui, ſed eorum præcedentibus cõſequentia iſta redduntur. Et ideo iſtam finiens quiſque vitam, niſi quod meruerit in ipſa, non poterit habere poſt ipſam. permittantur itaque pia corda charorum de ſuorum mortibus contriſtari dolore ſanabili, & conſolabiles lachrymas fundant conditione mortali, quas tamen reprimat fidei gaudium, qua creduntur fideles quando moriuntur aliquãtulum à nobis abire, & ad meliora trãſire. Sic pro viribus cura ſepeliendi & ſepulchra cõſtruendi, quia hæc in ſcripturis ſanctis inter bona opera deputata ſunt, nec ſolum in corporibus patriarcharum & aliorum ſanctorum, ſed etiam in ipſius domini corpore laudati ſunt qui iſta fecerunt. Impleant ergo homines erga ſuos officia poſtremi muneris, & ſui humani lenimenta mœroris. verum illa quæ adiuuant ſpiritus defunctorum, ſcilicet oblationes, erogationes, multò pro eis obſeruantius abundantiúſque impendant. Poterat autem Deus hoc donare credentibus, vt nec iſtius experirentur corporis mortem. Sed ſi hoc feciſſet, carni quædam felicitas adderetur, minueretur, autem Dei fortitudo. Sic enim homines mortem iſtam timent, vt non ob aliud felices dicerent eſſe Chriſtianos, niſi quod mori omnino non poſſent. ac per hoc nemo propter vitam futuram ad Chriſti gratiam feſtinare, ſed propter remouendam mortis moleſtiam, & ſic delicatè quodammodo crederetur in Chriſtum. Plus ergo gratiæ præſtitit fidelibus ſuis. Quid enim magnum eſt videndo non mori eos qui crederent, credere ſe non moriturum, quanto magis quanto fortius, quanto laudabilius ita credere, vt ſe moriturum ſperet, ſine fine victurum? Vnde & chari eius ſuperſtites conſolari queunt in triſtitia mortis amici.

Roma. 2. a

† aut, viuemus: qui reſidui erimus

† cum hortatu

Mat. 17. g

B

a ¶ Q. non inconſolabiliter debetis contriſtari. b ¶ Hoc videtur obeſſe reſurrectioni. 1

Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurre- 2

a ¶ Debemus credere, quod. ¶ Vel in Ieſu. b ¶ Non ſolum ſuſcitabit. 3

a xit, ita et Deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet 4

b a ¶ Vt ſint cum eo immortales in eadem beatitudine. b ¶ Hoc Deus non docuit. 5

c cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia 6

d ¶ Omnibus præcedentibus ſanctis. 7

nos qui † viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domi- 8

¶ In reſurrectione. a ¶ Longo tempore. b ¶ Nam potius mortui reſurgent primi, quod poterit facere qui dominus eſt. 9 10

e ni, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe 11

¶ Imperio. a ¶ Surgite mortui. b ¶ Vel angelorum. c ¶ Vox erit quaſi tubæ, ſuos excitans. 12 13

f dominus † in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba Dei 14

Aug. Ser. 35. de verbo. Apoſt. Idem de verbis Apoſtoli. Quid enim mirum ſi contriſtaris, vt corpus quod viuit ex anima ſit examine diſcedente anima? qui ambulabat iacet, qui loquebatur tacet, clauſi oculi lucem non capiũt, aures nulla voce pateſcunt, omnia membrorum officia conquieuerunt. Non eſt qui moueat greſſus ad ambulandum, manus ad operandum, ſenſus ad percipiendum. Nonne iſta eſt domus quam neſcio quis inuiſibilis habitator ornabat? diſceſſit qui non videtur: remanſit quod cum dolore videtur.

a *Eos.* Non ſolum eos qui viui inuenientur, ſed & mortuos, de quibus dubitatis.

b *Qui dormierunt.* Chriſtum dicit mortuum, fideles dormientes, vt magis credant reſurrectionem Chriſtum mortuum appellat, vt dum audiuimus illum mortuum fuiſſe & reſurrexiſſe, C nos quoque ſperemus reſurrecturos per virtutem diuinitatis eius. Electos autem ideo dicit dormiẽtes, quia nemo tam facile poteſt ſocium excitare à ſomno, quam facile homines excitabantur à D ſomno mortis. *Eos qui dormierunt.* etſi incinerati adducet. Nam hoc ordine. Quòd viui non præuenient eos, & ſi eos magis putatis adducendos cum Ieſu.

13. q. 2. ca qui habent & c. diuina.

c *Per Ieſum adducet cum eo.* Semper euntes, eum ſequendo venerunt ad ſomnũ mortis. vnde & alia ſcribitur epiſtola: *Nos qui vi.* Se illis vltimis viuis connumerat, cum quibus erat vnum corpus: & quia apoſtoli illis vltimis ſimiles ſunt in paſſionibus. *Nos qui vi.* id eſt illi de nobis qui viui inuenientur, qui tormentis Antichriſti erunt reſidui: vnde ſunt digniſſimi, non præuenient mortuos: adeo erit feſtinata reſurrectio mortuorum. Nota in his diem iudicij tempore Apoſtoli futurum poſſe videri.

d *Non præueniemus.* ✠ HAIMO. Conſiderandum eſt ergo quod ex perſona electorum loquitur, qui viui in corpore inueniendi ſunt in aduentu domini, qui reſidui eſſe dicuntur patriar E charum, prophetarum, Apoſtolorum, omniumque ſanctorum qui eos præceſſerunt per ſpatia temporum, & præcedunt modo, atque precedent vſque ad diem iudicij, ad requiem animarum, quia poſt illos relicti erunt. Tam velox ergo erit & celerrima reſurrectio mortuorum electorum, vt illi qui in corpore inuenti fuerint & ſuper terram, non poſſint præuenire eos, eundo obuiam domino in aëra, qui in puluere terræ iacebant.

e *Quoniam ipſe dominus.* In propria perſona.

f *In tuba Dei.* ✠ ANSELMVS. Hæc tuba omnes excitabit, & inimicos terrebit, ſuos ad bellum inuitabit, vt expugnans aduerſarios, & effugi ens à facie domini vtque mittãt in gehennam. Et iterum, ſicut tuba quondam in feſtis conuocabat populum Hebræorum, Sic hæc tuba conuocabit ad ſolemnitatem æternæ lætitiæ populum ſanctorum, Deo, inquit, iubente & voce archangeli atque tuba Dei ſonante.

✠ SEDVLIVS. Vox archãgeli, erit vox Chriſti, ſiue Michaelis, aut Gabrielis, quòd interpretatur fortitudo Dei, qui dicit: Surgite expergiſcimini.

L. cont. Sermone Arianorũ capite 13. ✠ AVGVSTINVS. Quod dictum eſt, *in iuſſu, in voce archangeli:* poteſt intelligi vt ipſa vox archangeli iuſſu Dei fieri accipiatur, id eſt vt angelus qui tuba Dei eſſe intelligendus eſt, à Domino Deo iubeatur emittere vocem ſuam: quod inferiori creaturæ neceſſarium erit audire, cùm filius Dei deſcendet de cælo. Ipſa eſt enim tuba, de qua dicit alio in loco. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti.

✠ THEODORETVS. Ipſe primus vniuerſorũ Dominus apparebit de cælo deſcendens, quæ ſub appertum non cadunt poteſtatibus eum præcedentibus, & iubebit quidem Archangelum F clamare,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si enim &c. *& accipipitur hic ſi pro quia. nam ad articulos fidei pertinet credere Ieſum verè mortuum fuiſſe & reſurrexiſſe.*

2 Ita & Deus. *qui ſuſcitauit Ieſum.*

3 Eos qui dormierunt. *ſomno mortis.*

4 Per Ieſum. *Tanquam per mediatorem Dei & hominum.*

5 Adducet cum eo. *ad vitam immortalem reſuſcitando.*

6 Hoc enim vobis. *quia locutus eſt Apoſtolus de reſurrectione futura, ideo hic conſequenter declarat modum reſurrectionis. Ad cuius intelligentiam ſciendum quod aliqui dixerunt, quod Chriſto veniente ad iudicium aliqui homines reperientur viui, qui transferentur ad ſtatum immortalitatis ſine morte intermedia: ſic exponentes quod hic dicitur:* Deinde nos qui viuimus qui relinquimur, *ſcilicet viui vſque ad aduentum Chriſti, ſimul rapiemur cum illis, id eſt, cum mortuis reſuſcitatis. obuiam Chriſto. deſcendenti ad iudicium. Et dicunt quod Apoſtolus ſe connumerat eis, eo quod pertinet ad idem corpus eccleſiæ. ſed hæc expoſitio primo deficit in hoc, quod dicit aliquis ſine morte ad immortalitatem tranſire: quia ad deſcendentes ab Adam, præter Chriſtum, & matrem eius, incurrerunt originale peccatum, cuius pœna eſt mors. & ideo omnes ſoluent debitum mortis. propter quod alij dixerunt quod illi aduentu Chriſti reperientur viui in raptu illo obuiando Chriſto ſubitò morientur, & ſtatim reſurgent, ſed adhuc hoc videtur inconuenienter dictum, quia conflagrationis ignis purgans elementa & incinerans corpora mixta præcedet aduentum Chriſti ad iudicium: & ſic nulli homines reperientur viui, qui obuient Chriſto venienti: niſi de reſurgentibus poſt ignem dictum.*

Ecce beatæ virginis immunitas ab originali peccato. Vide cap 5. Epi. ad R 6.

Præterea, quod Apoſtolus connumeret ſe prædictis, eo quod pertinet ad idem corpus eccleſiæ cum eis, non videtur rationabiliter dictum. nam eadem ratione diceretur de omnibus fidelibus præteritis præſentibus & futuris. Propter quod ſaluo meliori iudicio, videntur mihi verba Apoſtoli aliter exponenda. cum dicitur. Hoc enim vobis dicimus, *de modo futuræ reſurrectionis.*

7 In verbo domini. *id eſt, ſicut reuelauit nobis.*

8 Quia nos qui viuimus &c. *in hoc mundo à patribus defunctis.*

9 Non præueniemus. *in reſurrectione futura.*

10 Eos qui dormierunt. *citius reſurgendo illis qui iam ante diu mortui ſunt, quia reſurrectio fiet virtute diuina, quæ operatur in inſtanti, ideo ſubditur:*

11 Quoniam ipſe dominus *Ieſus Chriſtus.*

12 In iuſſu. *dicendo: Surgite mortui ad iudicium.*

13 Et in voce archãgeli. *ſcilicet Michaelis, qui eſt princeps eccleſiæ, ſub quo intelligũtur angeli alij, qui miniſteriũ adhibebũt in reſurrectione colligendo cineres: & magnũ ſonum faciẽt tanquã iudicis præcones.*

Poteſt etiam aliter exponi, vt illud dictum: Surgite mortui ad iudiciũ ſit archangeli Michaelis executiue, & Chriſti imperatiue, cuius virtute infinita fiet reſurrectio. & ſic cum dicitur. In iuſſu. *refertur ad Chriſtum. Et quod ſubditur,* Et in voce ar. *ad Michaelẽ archangelũ.*

14 Et in tuba Dei. *Iſta tuba non eſt aliud, niſi vox prædicta, quæ dicitur tuba propter ſimilitudinem tubæ materialis ve. Te. quia fiebat vocatio ad cõcilium, & præparatio ad bellum, & inuitatio ad feſtum:*

Universidad de Deusto Biblioteca

A clamare, & mortuos resurgere. Tubæ autem magno & admirabili clangore vndique personabunt, vt & in epistola ad Corinthios dicitur. Si autem in monte Sina sonus editus ferri non potuit à populo: quis feret vocem quæ tunc resonabit? Lucæ.3.b

✠ HIERONY. Ego diebus ac noctibus operior cum tremore reddere nouissimum quadrantem Sed quia Dominus soluit compeditos, & super humilem ac trementem verba sua requiescit, forsitan & mihi in sepulchro scelerũ iacẽti, dicat: Hieronyme, veni foras. (Epist.5. quę est ad Florentium. †1.Co 15.c)

Haimo. Tuba erit magna vox angelorum. Vel in tuba: quia manifeste. Vnde: *Videbit omnis caro salutare Dei nostri.* Vel sicut tuba in bellis, quia tunc inimicos debellabit, & sicut tuba in festis amicos ad festiuitatem æternæ gloriæ inuitabit.

a *Descendet.* Non humilis vt prius, sed iubens voce, vel suiipsius vel archangeli, vel angelorum quę faciet resurgere mortuos quę dicitur tuba, quia manifesta, vel quasi ad bellum, quę erit Dei & Christi. vel cui Deus dabit efficaciam.

b *Deinde nos &c.* AMBROS. In aduentu domini qui viui fuerint inuenti, obuiam rapientur domino in aera. mortem quasi soporem passi. In ipso enim raptu, mortem & resurrectionem habebunt, dumque anima in ipso raptu exierit à corpore, remanebit corpus terra: sed tam breue spacium tenebit ipsa mors, vt nec cogitari, nec perpendi possit. B

AVGVST. Quæri solet, vtrum illi quos viuos inueniet Christus nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto quo rapientur obuiam Christo ad immortalitatem mira celeritate sint (Lib.10. De Ciuit. Dei cap.20.)

a ¶Localiter vel de occulto. ¶Qui interim quiescunt.
a descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt resurgent 1 2
a ¶Illi de nobis qui viui erunt & residui Antichristo.
b primi. Deinde nos qui viuimus, qui † relinquimur, simul 3 4
a ¶In ipso raptu erit mors & resurrectio. ¶Ab angelis.
c rapiemur cum illis in nubibus obuiam † Christo in aera: 5 6
¶immortales facti. a ¶Quia omnes resurgemus & cum Christo erimus.
d & sic semper cum domino erimus. itaque consolamini in- 7 8 9
a ¶Alter alterum de morte amicorum.
uicem in verbis istis. 10

(† reliqui erimus, † domino)

D transituri. Non enim dicendum est fieri non posse, vt per aëra in sublime portentur in illo spacio & moriantur, & reuiuiscant. Ad hunc autem sensum quo æstimemus illos quos hic viuos inuenturus est dominus in ipso paruo spacio, & passuros mortem & accepturos immortalitatem, Apostolus vrgere nos videtur, vbi dicit: *In Christo omnes viuificabimur:* Et alibi: *Quod seminas nõ viuificatur, nisi moriatur.* Cur autẽ nobis incredibile videatur illã multitudinẽ corporum in aere quodãmodo seminari, atq; ibi immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cũ credamus in ictu oculi futuram resurrectionem, & in mẽbra sine fine victura tãta facilitate: tãtáq; inæstimabili velocitate rediturũ antiquissimorũ cadauerũ puluerẽ. Nec ab illa sententia illos arbitramur futuros immunes, qua dictum est: *Terra es & in terram ibis,* id est, in hoc ibis amissa vita quod eras antequã sumeres vitam. hoc eris exanimatus quòd eras antequã esses animatus. (1.Cor 15.c. Ibidem. e. Gene.3.d secundum aliã literam)

c *In nubi.* Quia nubes suscipient eos, vt Christum in ascensione suscepit. vnde alius interpres dicit: Baiulis nubibus. (Act.1.a.) E

d *Itaque consola.* AVGVST de verbis Apostoli: Pereat contristatio vbi est tãta cõsolatio, detergatur ex animo luctus, fides expellat dolorẽ. In tãta spe nõ decet esse triste tẽplum Dei. Ibi habitat bonus consolator, ibi qui nõ fallit promissor. Quid enim mortuũ diu plangimus? Inquies, quia mors amara est. Sed per illã trãsiuit & dominus Consolemur ergo nos. Sed dices, Potest non dolere cor humanum defuncto charissimo? immo melius cum dolet sanatur cor humanum, quia non dolendo fit inhumanum. Maria enim dominum quærebat, & mortuum fratrem dolebat. (Sermo. 35. Ioh.10. Ibid 11.d.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quia tunc omnes congregabuntur in iudicium, & armabitur creatura in vltionem inimicorum, & inuitabuntur iusti ad festum angelorum.*

1 Descendet de cæ. *Nam iudicabit in forma humana apparens secundum quod dicitur Act.1.b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis, *in forma humanitatis,* sic veniet, *scilicet ad iudicium.*

2 Et mor. qui &c. *Ista prioritas & posterioritas non potest referri ad actum resurgendi, ita quod aliqui resurgent prius aliis prioritate temporis. nam omnes resurgent in eadem instanti, secundum quod dicitur 1.Cor.xv.g.* Omnes quidem resurgemus. *& subditur.* in momento, in ictu oculi. *Nec potest hic accipi prioritas dignitatis, quia patres ve. Te. in resurrectione non erunt digniores apostolis, qui erũt assessores iudicis, Mat.xix.d.* Sedebitis super sedes duodecim &c. *de quibus dicit hic Apostolus:* Deinde nos. *propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi, quod ista prioritas & posterioritas sit referenda ad quietem in Christo per bonam mortem: & sic iungendo literam dicitur.* Et mor. qui in Chri. sunt, *id est, quiescunt in fide eius mortui.*

3 Primi. *id est, respectu nostri qui adhuc viuimus.*

4 Resurgent. *cum posteris.*

5 Deinde nos qui viuimus. *supple quiescemus in Christo in eius fide moriendo.*

6 Simul rapiemur cum illis. *iam resuscitati cum ipsis.*

7 Obuiam Christo. *venienti ad iudicium.*

8 In aëra. *vbi proferet sententiam iudicij super vallem* Iosaphat, *vt dictum fuit Ioele.iij.*

9 Et sic semper &c. *quia electi à Christo non separabuntur amplius: sed semper erunt sibi coniuncti: non solum in anima sed etiam in corpore.*

10 Itaque. *Hic ex prædictis concludit intentum, scilicet quod fideles non debent immoderate lugere mortuos, sed de ipsis consolari, ex quo sunt ad vitam immortalem & fælicem resuscitandi. & hoc est quod dicit:* Itaque conso. &c. *de resurrectione fidelium prædictis.*

ADDITIO I.

In cap. iiij. vbi dicitur in postil. Vt sciat vnusquisque vas suum possidere.

Hoc quod dicitur. Vt sciat vnusquisque vas suum &c. *secundum Glo. potest exponi aliter, scilicet quod non solum ab illicito quis abstineat, sed nec licito abutatur, sed sciat vnusquisque possidere vas suum, id est, vxorem suam in sanctificatione, scilicet vt non turpiter abutendo eam possideat.*

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi. dicitur in Postil. Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis.

In hoc quod dicitur: Vt abundetis magis &c. *intelligitur quod licet facerent opera dilectionis bona, possent tamen facere meliora: ad quæ rogat, vt operam dent: quia difficile est dimittere consuetudinem. Et quod sequitur:* Vt quieti sitis, & vt vestrũ negocium agatis, *intelligitur dimissis alienis. qui enim circa aliena multum occupatur, necesse est vt sit inquietus, vel vt propria negocia negligat.*

CAP. V.

DE tempor. id est, an æstate, an hyeme, an die vel nocte.

C ✠ TERTVLLIANVS. Hęc eis scribit, vt qui iam prædicti fuissent. Repentinum autem Domini aduentum furi comparauit. Is enim conatur latere: sed qui custodit domum, sentit furis aduentum: qui autem negligit & dormit, ei domus deripitur. Ita qui est sobrius, nouit signa aduentus Domini:

b *Et momentis.* scilicet qua hora diei vel noctis venturus sit Christus.

☞ Dies do.

CAP. V.

¶ De resurrectione indiguistis vt scriberem vobis.
a b DE temporibus autem & † momentis. 1

(† articulis, seu opportunitatibus) F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

✠ DE temporibus. *Postquam Apostolus reddidit Thessalonicenses beneuolos & dociles: hic consequenter ostẽdit eos cautos. Circa quod sciendum, quod cautela maximè requiritur circa illa de quibus certum est quod venient, cum tamen hora veniendi est simpliciter ignota. Sic autem est de die iudicij, secũdum quod dicitur Mat. xxiiij. c.* De die illa & hora nemo scit, neque angeli in cælo. *propter quod Apostolus circa hãc reddit Thessalonicenses cautos. Et diuiditur in duas partes, quia primo eius incertitudinem ostendit, secundo Thessalonicenses cautos reddit, ibi:* Vos autem. *Circa primã sciendum, quod dies iudicij dupliciter accipitur in scriptura. Vno modo pro ipsa die iudicij generalis in fine mundi. Alio modo pro die iudicij particularis, quæ est dies mortis cuiuslibet hominis. Nã in illo statu in iudicio finali præsentabitur in quo in morte inuenietur. Intentio vero Apostoli videtur hic magis esse de die mortis, quia ipse sciebat diem iudicij finalis multum distare, vt patet in epistola sequenti. Ipse autem hic hortatur Thessalonicenses vt sint cauti, ne repentè veniat super eos dies domini, & inueniantur imparati. Verum tamen vtroque modo litera exponetur: & primò de die finalis iudicij, cum dicitur.* (Diuisio. Dies iudicij duplex.)

1 De temporibus autem. *pertinentibus ad diem finalis iudicij.*

✠ Non

A a *Dies domini.* Hic dies est hominum pro libitu suo, sed tunc erit dies domini.

b *Sicut fur.* ita improuisus veniet malis tunc, quod & in obitu cuiusque fit. Sicut fur non dico die sed nocte, cum latentius venit, & homines dormiunt, tunc omnia surripit: vt qui diuitem se putabat, euigilans nihil inueniat. Ita multi hic bene securi, nihil boni se habere tunc inueniẽt. Propter hoc incœpit de temporib. vt moneret eos cauere sibi, ne ita deprehendantur. (2.Pe.3.e. Apoca.3.a. † tuta omnia.)

Aug. in epistola ad Esicium. Nõ ergo post quãtum temporis hoc futurum sit, sed quomodo futurum sit, op⁹ est scire. vt curent filij lucis esse, & parato corde vigilare, qui nolunt ab illa hora, sicut à nocturno fure, comprehendi. Nam si ad cauendum hoc malũ, id est ne hora domini tanquam fur inueniat imparatũ, opus est nosse temporum spacia, non diceretur Apostolus non esse opus, vt hoc scriberet, sed potius scribendum hoc esse opus iudicaret, nunc autem non opus esse illis monstrauit: quibus sufficiabat vt scirent, imparatis atque dormientibus horã domini sicut furem esse, atque hoc sciendo vigilarent. (An expediat scire extremum dicit) B

c *Cum enim dixerint.* Nã sicut in verbis Danielis inuenitur: Regnabit Antichristus & ministri eius tribus annis & dimidio & interficientur ab illo Elias & Enoch, sicut & in Apoca habetur. Et tunc erit talis tribulatio, qualis ante non fuit, nec post erit. Postea interficietur à Michaele, & maxima pars suorum Post mortem vero Antichristi xlv. dies concedentur ad pęnitentiam hominis, qui titubauerunt in persecutione illa. Sed ministri Antichristi gaudebunt illis diebus, ducentes vxores: & conuiuantes, dicentes: Licet princeps noster mortuus sit, modo habemus pacem & securitatẽ. (Dan.12.c.) C

d *Sicut dolor in vtero habentis.* ✠ THEODORETVS. Exemplum admodum appositum Quæ est enim grauida, scit se habere fœtum in vtero nescit autem tempus pariendi. Ita nos etiam esse venturum Dominum scimus: ipsum autem tempus nequaquam Didicimus: qua de causa illa dies semper est expectanda. Sic etiam in diuinis. Euangeliis. *Sicut in diebus Noe comedebantur, bibebant vxores ducebant, & nuptui dabant, donec venit diluuium, & perdidit omnes: ita erit aduentus filij hominis.* D (Luc.17.)

a ¶Quia nihil aliud scriberem, nisi quod scitis, scilicet clam futurum.
b ¶Inquirendo scripturas.
tis nõn indigetis, vt scribam vobis. † Ipsi enim diligenter 1
a ¶Non pro tempore diei, sed quia tunc omnia aperta. ¶Aduentus. b ¶Ita latenter. 2
c ¶Sicut fur, quia incautus. 3
a b scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum 4
c a ¶Carnales. b ¶Est. ¶Nunc in præsenti. c ¶De futuro. d ¶Subitanea perditio diei iudicij. e ¶Subitus. 5
enim dixerint, pax, & † securitas: tunc repentinus eis su- 6
a ¶Ita grauis & subitus. ¶Quæ tandem euadit, sed illi non. 7
d perueniet interitus, sicut dolor in vtero † habentis, &
a ¶Illis erit improuisus dies domini: sed vobis non. ¶Ignorantiæ.
non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris
a ¶Ita. ¶Ad mortem æternam. 8
vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes e- 9
a ¶Fidei. b ¶Virtutum, per quas bona operantur. ¶Ne quis putat partim posse esse diei, partim noctis.
e f nim vos filij lucis estis, & filij diei. Non † sumus 10 11
a ¶Quia non noctis. ¶Commonet ne securi de Christo negligenter agimus. 12
g noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut 13 14

(† tuta omnia. † habenti. † estis.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Atqui, inquis, prægnati mulieri dies partus nõ incertò imminet: nouit enim q post nouem menses futurus sit partus Imo vehementer obscurè & incertò. Quædam enim septimo quidẽ, quædam verò nono mense pepererũt Preterea, & dies ipsa, & hora incerta est. Est autem exacta similitudinib. Non enim multa sunt dolorosæ parturitionis præuia signa: atque ita multæ & in viis, & extra domum suam, re non prospecta peperere. Non autem solam diei incertitudinem ista similitudo significauit, sed & doloris acerbitatem. E

e *Filij lucis.* Fides est lux quæ facit diem id est habitum virtutũ, econtra tenebræ sunt infidelitas, nox habitus vitiorum. (Aug. in ps. 120.)

f *Non sumus noctis neque tenebrarum. &c.* id est, in præsentibus torpeamus, sed vigilet mens attendens hæc caduca. & sobriè his vtamur, non quasi bonis nostris sed ad sustentationem datis. Vere nos qui non sumus noctis non debemus domire nam qui dormit, propter noctem dormit, id est, vitia & peccata sua traxerunt eos ad hoc, vt obliti vitæ æternæ in istis quiescant & qui ebrij sunt, his immoderate vtendo, ex nocte vitiorum hoc habent.

g *Igitur non dor.* ✠ CHRYS. Ostẽdit q in die esse nostri sit arbitrij. In præsen i.n. vita, q ad hanc diem & mortẽ attinet, nõ in nostra est potestate. sed etiã inuitis nobis irruit nox, & nolẽtib. imminet F

☞ somnus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non indigetis. *Quia talia scire ad vos non pertinet, secundũ quod dicitur Act.1.a.* Non est vestrum nosse tempora, &c.

2 Ipsi enim diligenter. *scripturas supple considerando.*

3 Scitis quia dies domini. *id est, dies iudicij, qui dicitur dies domini: quia tunc Christus apparebit vt dominus, qui in primo aduẽtu apparuit vt seruus.*

4 Sicut fur in nocte. *Non per hoc intelligendum est, quòd dominus venturus sit ad iudicium tempore noctis, sed magis clara die, sicut in cœlum ascendit, Act.1.b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, &c. *sed quia veniet subitò hominibus hoc non prouidentibus.*

5 Cum enim dixerint. *Glo. super locum istum dicit, quòd intelligitur de sociis Antichristi, qui post mortem eius credentes se esse in pace & securitate, facientes festa & conuiuia exercentes per diuersa loca. Sed istud non videtur conuenienter dictum, quia glo præmittit, quòd Antichristus fulminabitur, & maxima pars sui exercitus peribit cũ eo. propter quod non est verisimile, quòd remanentes esse debeant in tanta securitate & iocunditate, sed magis in timore, & sic videtur gl. sibiipsi repugnare Item videtur esse contra dictum commmune doctorum & sanctorum, qui dicunt communiter, quòd mortuo Antichristo & falsitate eius manifestè detecta, omnes gentes conuertentur ad Christum, & sic non remanebunt, aliqui in secta Antichristi. Nec potest dici sustinendo gl. præmissam, q illi qui fuerant de secta Antichristi prædicta festa & conuiuia faciant, eo q sint conuersi ad fidem Christi quia de ipsis dicentibus:* Pax & securitas: *subdit Apostolus.*

6 Tunc repentinus. *Quod non potest exponi de bene gaudentibus Propter quod melius videtur reduci ad tempus dominationis Antichristi, quando obtenta ciuitate & templo ostendet se tanquam sit Deus, vt dicitur in epistola sequenti, & tunc satellites eius gaudebũt de potestate domini sui, sed repentinus superueniet eis interitus, quia cito fulminabitur Antichristus cum maxima parte sui exercitus. Nec obuiat huic expositioni, q dominatio Antichristi & eius fulminatio præcedent diẽ iudicij, de qua loquitur Apostolus ante immediate, quia frequenter prius facta posterius narrantur. Secundò exponenda est litera die mortis sic:* De temporibus autem & momentis, *in quibus debeat mors venire,* non indigetis vt scribamus vobis. *q.d. non scriberem vobis, nisi illud quod iam scitis, scilicet, quod est totaliter incertum. ideo subditur:* Ipsi enim scitis, *per experientiam quotidie videntes.* Quia dies domini. *i. mortis quæ dicitur dies domini, quia tunc veniet ad particulare iudicium ipsius morientis ratione supradicta.* Sicut fur in nocte. *id est, repente & ex improuiso. ideo subditur.* Cum enim dixerint homines *mundani.* Pax & securitas *credentes diu viuere in delitiis temporalibus & temporali pace.* Repentinus superueniet interitus. *scilicet, mortis corporalis.* Sicut dolor in vtero habentis, *quantum ad pœnam inferni.* Et non effugient: *quia in inferno nulla, &c De hoc ponit exemplum Saluator Luc. xij. c de illo qui dicebat animæ suæ:* Anima mea, habes multa bona reposita in multos annos, quiesce, comede & bibe & epulare, & dixit ad illum dominus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem cõgregasti cuius erunt? (De interitu Antichristi)

Vos autem. *Hic consequenter Apostolus reddit Thessalonicenses cautos contra diem iudicij generalis, quia sicut dictum est: Qualis quis in morte inuenitur, scilicet, iustus aut iniustus, talis in iudicio præsentabitur. Cautela verò ad hoc est: vt homines semper sint parati per bonam vitam ad recipiendum mortem: hoc autem fit per hoc, q homo bene ad seipsum se habet, & ad proximum: & ad Deum: propter quod ad hæc tria inducit Apostolus. Et secundum hoc diuiditur in tres partes quæ prosequendo patebunt. Igitur ad primum inducit, dicens,* Vos autem fratres non estis in tenebris. *scilicet, erroris, sicut sunt infideles.*

7 Vt vos dies illa. *scilicet, mortis.*

8 Tanquam fur comprehendat. *id est, imparatos.*

9 Omnes enim vos filij lucis estis. *id est, Christi,* qui est lux vera illuminans omnem hominem: Iob. j.b. *Cuius estis filij per baptismum.*

10 Et filij diei. *id est, noui testamenti, quod dicitur dies, Rom. xiij. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

11 Non sumus noctis. *scilicet, Mosaicæ obscuritatis.*

12 Neque tenebrarum. *id est, diuersorum errorum gentilium.*

13 Igitur non dormiamus. *in peccatis.*

14 Sicut & cæteri. *qui sunt increduli.*

✠ Sed

Universidad de Deusto Biblioteca

A somnis. Quod vero ad spiritualem illam mortem & somnum attinet, non item: sed possumus semper vigilare, possumus semper in die agere. Animæ oculos claudere, & malitiæ somnum inducere, non est naturæ, sed voluntatis.

Aug. in psa. 61. & 131.

a *Qui enim dormiunt.* ✠ THEODORETVS Hoc etiam dixit alibi: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.*

✠ SEDVLIVS. Ideo occisi & ebrij sunt, q. a in tenebris sunt: sed hic magis nox & ebrietas allegoricè pro ignorantia & libidine accipiendæ sunt.

† Ephes. 6. c Cautela optima.

b *Induti loricam, &c.* Sicut lorica munit vitalia, ita fides & charitas nos contra appetitum terrenorum. Si enim attendimus, quod Christus pro nobis passus surrexit, & nobis vitam parauit qui sumus quasi cohærentes hamo fidei, si & charitati insistimus, nunquam mentes nostras vincet temporalis appetitus. Si enim spes æternæ salutis ad superna tendens, vt galea mentem obuoluit, non læditur à temporali appetitu.

† vt iram nobis cőcitemus, sed salutem consequamur.

B

† hortemini.

† in summo pretio per charitatem

c *Vt habeatis illos.* Haimo, necessaria eis ministrădo, & reuerĕtiam dignitati exhibĕdo. Quid enim prodest honorem sine fructu habere? Sicut diuitiæ negligentiam pariunt salutis, ita egestas dum saturari quęrit à iustitia declinat. Ideo in alia epistola præcipit presbyteros duplici honore esse honorandos.

† inordinatos. 1. Tim. 5. c.

† sub leuare, sulcite.

C

com. in 1. ad Thessalonicenses

✠ CHRYSOSTOMVS. Siquidem homo defensionem tui erga hominem aliquem egerit, omnem illi gratiam habes: & cum hic erga

D hic erga Deum partes tuas tueatur, gratiæ nihil rependis? Et quomodo, inquis partes meas tuetur? quia pro te orat, quia spirituali dono quod per baptismum est, tibi ministrat, inuisit te, adhortatur & admonet, mediis noctibus, si vocaueris, venit, non simpliciter dixit, diligite sed in sommo precio per dilectionĕ eos habete, velut filij patres Qui Christum diligit, qualis qualis tandem sacerdos sit, ipsum quoque diliget, quoniam per eum tremenda mysteria consequutus est. Dic mihi, si cupidus visendi ędes regias auro multo splĕdentes, & lapidum pretiosorum splendore vndique coruscantes, inuenires eum qui claues haberet, is autem rogatus confestim reseraret, introque te mitteret, an nő illum prę omnibus honorares, an non æquè vt oculos tuos diligeres? Hic tibi cælum aperuit, & illum nec amas, nec amplecteris. E

d *Rogamus aut, &c.* Haimo. Hic admonet prælatos, vt subiectorum improbitatem & impatientiam patienter ferant, dum in aliquo contra eos murmurant.

commét in 1. ad Thess.

✠ THEOPHYLACT. Ne per licentiam, vel arrogantiam eos obiurgate, sed mansuetè admonete. Qui enim prauo est animo, fit asperior, si obiurgetur.

a ¶Carnalibus dediti.
a & cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus. Qui enim dor- 1 2
miunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. 3
a ¶Illi per noctem. b ¶Virtutibus lucentes. c ¶Non solum vigilemus, sed. d ¶Per hoc. e ¶Ecce faculas. 4 5
b † Nos autem qui diei sumus, sobrij simus: induti loricam 6
a ¶Per spem veniemus ad salutem, non enim posuit nos Deus in spe vt habeamus iram, sed acquiramus salutem bene operando. 7 8
fidei & charitatis, & galeam spem salutis. Quoniam non 9
a ¶Pœnam æternam. ¶Non enim ociosis dabitur salus. b ¶Et hoc. 10
posuit nos Deus † in iram, sed in acquisitionem salutis per 11
a ¶Sine quo nec spes nec aliud nos iuuaret. 12
dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro 13
¶In carne viuamus. a ¶Mortui fuerimus. b ¶Ad similitudinem eius coniuncti ei. 14
nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus simul cum illo 15
a ¶Quia hæc spes est nobis. b ¶In hac miseria. c ¶Vos alios de morte suorum dolentes. ¶Alij. 16
viuamus propter quod † consolamini inuicem, & ædifi- 17 18
a ¶Nescientes. b ¶Alius alium: vt tamen non minus quam modo faciatis. c ¶Hoc facite omnes, vos autem minores.
cate alterutrum, sicut & facitis. Rogamus autem vos 19 20
a ¶Et si subditi. b ¶Ostendatis vos nosse. ¶In regimine vestri & doctrina.
fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præ-
¶Ordinatione domini. a ¶Vt pares ad recta. b ¶Ita noueritis.
c sunt vobis in domino, & monent vos, ut habeatis il- 21
a ¶Vult vt ex charitate honorent presbyteros. b ¶Etsi grauiter increpant, vel puniunt, scientes hoc exigere opus eorum, pa.ha.cum eis.
los † abundantius in charitate, & propter opus Illo- 22
a ¶Prælatos.
d rum pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fra- 23 24
a ¶Tamen. b ¶Aug. A quo qui cessat ne perdat quod illi dare solebant, mercenarius est. c ¶Curiosos gyrouagos. d ¶Contra aduersa. e ¶Vel desperantes pro peccatis.
tres, corripite † inquietos, consolamini pusillanimes, 25
a ¶Vt medici adsanandum. b ¶In fide. c ¶Si in hoc officio aliquid interfertur. a ¶Non solum patimini, nec bonum pro malo subtrahitis, vt negligatis corripere. 26 27
† suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne 28 29

rit à iustitia declinat. Ideo in alia epistola præcipit presbyteros duplici honore esse honorandos.

Inordinati autem sunt, qui aliter agűt quàm à Deo sit ordinatum, ordinem enim cuique finiuit statuitque Deus, quem qui trăsgreditur, inordinatus est, & temulentus, conuitiator, auarus, vt omnes peccata committentes. F

Malum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed vigilemus. *per attentionem mentis ad ea quæ sunt salutis.*
2 Et sobrij simus. *ex parte corporis, vtentes temporalibus ad naturæ sustentationem, & ad bonam sensuum dispositionem.*
3 Qui enim dormiunt. *in voluptatibus & peccatis.*
4 Nocte dormiunt *sci. ignorantiæ. Nam ignorat omnis malus, secundum quod dicit Philo. 3. Ethi.*
5 Et qui ebrij sunt. *immoderatè vtentes bonis corporalibus. Vnde dicitur ebrius: à bria, quod est mensura, quasi extra mensuram positus.*
6 Nocte ebrij sunt, *scilicet ignorantiæ ratione dicta.*
7 Nos autem. *Et patet ex dictis sententia.*
8 Induti loricam. *Sicut enim lorica efficitur ex pluribus iuncturis inuicem se complectentibus, sic fides integratur ex pluribus articulis ad inuicem connexis.*
9 Et charitatis. *quæ est forma fidei, sicut autem lorica protegit corpus, sic fides charitate formata protegit animă à dæmonű insultibus.*
10 Et galeam spem salutis. *Sicut enim galea munit caput, quod est superior pars ipsius corporis, sic spes superiorem partem animæ, ipsam ad cælestia eleuando.*
11 Quoniam non posuit nos, &c. *id est, in damnationem æternam.*
12 Sed in acquisitionem salutis. *id est, vt acquiramus vitam beatam ex operibus meritoriis.*
13 Per dominum nostrum. *id est, sine cuius adiutorio nullum opus potest esse meritorium.*
14 Vt siue vigilemus. *viuendo corporaliter.*
15 Siue dormiamus. *mortis corporalis somno.*
16 Simul cum illo viua. *vita gratiæ, quæ est in anima immortali.*
17 Propter quod consolamini. *in laboribus vitæ præsentis.*
18 Et ædificate. *verbis bonis & exemplis.*

19 Sicut

19 Sicut & facitis. *semper tamen proficiendo in istis.*
20 Rogamus, &c. *Hæc est secunda pars, in qua inducit Thessalonicenses ad hoc quòd bene se habeant ad proximum, & primo ad præfectos, eos honorando, di.* Rogamus autem vos fratres vt noueritis. *ostendendo per effectum vos nosse prælatos debite eos honorando, tam ratione vitæ, quam ratione doctrinæ, ideo subditur.*
21 Et monent vos, *ideo sunt præ cæteris diligendi quanto spiritualia corporalibus præferuntur.*
22 Propter opus illorum. *ad vestram salutem ordinatum.*
23 Pacem habete cum eis. *obediendo eis humiliter & deuotè. Secundò hortatur eos, vt bene se habeant ad imperfectos, dicens.*
24 Rogamus autem vos fratres corripite. *charitatiuè.*
25 Inquietos. *id est gyrouagos & contentiosos.*
26 Consolamini pusillanimes. *id est, in tribulationibus deficientes.*
27 Suscipite infirmos. *mente & corpore, infirmitates eorum quantum secundum Deum potest fieri supportando. Quando enim ex tali supportatione insolescunt, eos non expedit supportare, quia hoc esset malum nutrire.*
28 Patientes estote ad omnes. *non solum fideles, sed etiam infideles. Et intelligitur ista patientia quantum ad actum animi interiorem quantum autem ad exteriorem, scilicet, defendendi se vel sua, aut repellendi rem, vel iniuriam à iudice, non semper expedit: vtpote si ex hoc audacia malefaciendi tribuatur, nisi ex tali supportatione maius malum, vtpote graue scandalum oriretur.*
29 Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. *hoc enim est vindicare seipsum, quod semper est malum, cum nullus sit iudex in sua causa, si tamen aliquis non habeat superiorem iudicem, sibi iniuriam factam debet vel potest punire, non tamen liuore vindictæ, sed zelo iusticiæ.*

Sed

A a *Malum pro malo* Tunc enim malum pro malo redditur, si corripiendus non corripitur, sed praua dissimulatione negligitur.

commét in 1. ad Thess.

✠ CHRYSOST & THEOPHYLACTVS. Si malum pro malo reddendum non est, multò minus malum pro bono, multò minus nullo præueniĕte nos malo malum reddere. malus, inquis, ille est, & me offendit iniuria que plurimum affecit. Vis ipsum vlcisci, ne malum reddas.

Ibidem

✠ HIERON. omni diligentia caue ne cui infirmiora vt iguarus, vel vicĕ mali reddas: quia vltro aliquem id facere nő credo. Omnis enim qui iniuriam facit, malè facit: & qui vicem iniuriæ reddit, iniuriam facit & malè facit.

com. in 1. ad Thess.

b *Semper quod bonű est.* ✠ THEOPHYLACTVS. Non satis est, reddere mala pro malis, verum etiam opere precium bonis compensare malefactorem.

✠ CHRYSOSTOMVS.

B Ista maior est philosophia, non solum mala malis nő vlcisci, sed bonis. Ea quippe vera est vltio, quæ & illi damnum, & illi vtilitatem adferet. Imo & illi multam vtilitatem si volet, non ergo vlciscendus est moriturus, sed magis pro illo orandum, vt à morte eruatur. Non videtis apem, quomodo propter stimulum alicui infixum moriatur, per hoc animal erudiuit nos Deus, ne proximum ledamus. Ex eo enim primi mortem capiemus, & illos forsan parum ledemus quidem: ipsi vero non amplius viuemus quemadmodum neque hoc animal.

c *Semper.* Vel generaliter ad omnes semper gaudete.

d *Sine intermissione.* i. semper iustè viuite & æterna desiderate.

Aug. iustus enim nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Semper orat qui semper bene agit. Ipsum enim desideriű bonum oratio est: Et si continuum est desiderium, continua est oratio. Vel.

Semper orans

lib. de orădo Deo c. 9

✠ AVGVSTINVS. Sine intermissione orare quid est aliud, quam beatam vitam que nulla nisi æterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderare. Dignior enim sequetur affectus quem feruentior præcedit affectus.

lib. 3. comment. in epist. ad Ephes.

✠ HIERONYM. quod præceptum ille solus custodire potest, qui nouit prouidentia Dei etiam passeres gubernari.

cőment. in 1. ad Thess.

✠ CHRYSOST. Hoc animi est philosophici, mali quicquam passus es, at si voles malum non est. Gratias age Deo, & immutatum est malum in bonum, morbus incidit at? nihil insolens. Est enim corpus nostrum mortale & passibile. Sed pecuniarum obtigit penuria, at etiam iste diuitiæ despicabiles sunt, & hic manĕtes. Insidias & calumnias ab inimicis passus es? at non nos illis lędimur, sed ipsi qui faciunt.

C e *In Christo.* est ostensa voluntas Dei, quia hæc fuerunt in Christo, in quo nihil Deo displicuit.

Augusti. in psal. 76.

f *Spiritum nolite.* Quia voluntas Dei est facere hæc omnia, vos maiores qui habetis per spiritű sanctum donum intelligĕtiæ nolite abscondere, quo merito & vos perderetis. Vos subditi prophetias illorum nolite spernere, tamen non omnia indiscretè accipiatis, D sed probate id est, ratione discutite, & quod bonum inuenitur tenete. *Spiritum nolite extinguere* id est, sicut spiritus sanctus ad horam quid reuelat, noli prohibere loqui quod sentit Vel spiritum sanctum qui datus est nobis non quantum in se, sed in nobis extinguimus, dum peccando fugamus.

a ¶In prosperis vel aduersis. b ¶Vide est.
a b quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonű 1
a ¶Etiam non credentes. ¶Quidquid vobis fiat. ¶Non modo patiamini sed etiam. b ¶Vnde alibi in tribulatione gaudentes.
c d est sectamini in inuicem, & in omnes. † Semper gaudete, si- 2 3
a ¶Certarum horarum. b ¶Etiam pro persequentibus. c ¶Et de aduersis. d ¶Deo. e ¶Omnia facere. 4
ne intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est 5
a ¶Qui hoc docuit per Christum. b ¶Per Christum hæc vobis. c ¶Maioribus & minoribus. 6 7
e f voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. † Spiritum 8
a ¶Vel: gratiam celare nolite. ¶Malis operibus excludere, Si quis dicta prophetarum explanat, & ad ædificationem prædicat, nolite despicere. b ¶Ecce quid dixit spiritum c ¶Probanda. Certa enim discussione non egent. 9 10
g nolite extinguere, prophetias nolite spernere. † Omnia 11
a ¶Ab omni re quæ speciem mali prætendit. vel à praua expositione? Si quid speciem mali prætendit, & si non sit malum, nolite præcipitanter agere.
h autem probate: quod bonum est tenete, † ab omni spe- 12
¶Dator. a ¶Qui potest inquietudinem remouere. 13
i cie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sancti- 14 15
¶Quæ docui. a ¶De quo alibi: Renouamini spiritu mentis vestræ, qui spiritus est mens quæ seruit legi Dei.
k l ficet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima 16

✠ THEOPHYLACTVS. Quia vita præsens nox est, dedit nobis lampadem Deus Spiritum paracletum, sed hanc alij quidem splendidiorem fecerunt vt omnes sancti alij vero extinxerunt, vt quinque vigines oleo inanĕ hanc dimittentes vt qui, chorinti fornicatus erat, cœnum sane huic superfuderat. Concludite ianuas siue sensus, ne ingrediatur spiritus malitiæ. ne extinguatur lampas

com. in 1. ad Thessalonicenses

† Eccl. 18. c Luc. 18. a.

† De conse. di. 4. c. quæris. paragr. idem.

† 15. di. est. sancta. ver. itĕ scripta.

† 22. q. 5. de forma paragr. scilicet quia.

Ibidem

✠ CHRYSOST. extincto autem spiritu, quid reliquum sit nostis quotquot in lubricosa nocte ambulastis Si vero de terra in terram noctu ambulare difficile & molestű est, quomodo tutum erit eam viam quæ ex terra in cælum tenditur, sine hac luce ambulare. Ignoratis quot dæmones sint in istius intercapedinis spatio, quot bestiæ, quot versutiæ spirituales. Si ergo lucĕ illam spiritus habuerimus, nihil nobis incommodare poterunt. Si vero eam extinxerimus, confestim nos cősument, confestim omnia nostra aufferent. Nam & latrones lampadem extingűt, & tum demum latrocinantur. Idem. Est & alia huius loci expositio. multi apud Thessalonicenses, alij quidem verè, alij falso prophetabat. Scelestus enim diabolus volebat per hoc ipsum domum totum ecclesiæ negotium euertere. Quoniam namque vtrique de futuris prædicebant, & dæmon & Spiritus: sed hic falsa, iste vero vera, & non poterat aliunde veritatis iudicium sumi, dedit Deus discretiones spirituum. E

Ibidem

g *Omnia probate.* ✠ AMBROSIVS. Omnia quæ dicuntur, probanda monet: & quicquid sobriè ac benè dictum fuerit, retinendum. Quæcunque enim apostolorum & ipsius domini dictis congruunt, ea benè dicta habenda sunt & retinenda ab his autem quæ iniuria fidei videntur, abstinendum. Solĕt, enim spiritus műdi faciliter quasi per imitationem dicere bona, & inter hæc subinducere praua, vt per hæc quę bona sunt, accepto ferantur & mala: vt quia vnius spiritus dicta putantur, non discernantur ab inuicem, sed per id quod licitum est, commendetur illicitum, autoritate nominis, non ratione virtutis. Solent enim sub apostolorum & ipsius Domini nomine, nephanda docere & aduersa.

h *Ab omni specie mali abstinete vos.* Solent enim spiritus immundi fallaciter dicere bona, & inter hæc subinducere praua, vt per hæc quæ bona sunt accipiantur & mala.

i *Ipse autem Deus pacificet vos per omnia vt integer.* Ego ita prælatos & subditos moneo, ipse autem Deus est qui potest. F

k *Spiritus vester.* Ratio seruetur integra, non consentiendo carni.

l *Et anima.* id est, sensualitas integra seruiendo rationi.

Et corpus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed semper quod est bonum. *id est, fideles ad fideles.*
2 Et in omnes. *id est, etiam erga infideles.*
3 Semper gaudete in do. *& si non actu, quem oportet aliquando interrumpi, saltem in somno, tamen in habitu. Et eodem modo intelligitur quod subditur.*
4 Sine intermissione orate. *Vel hoc referendum est ad horas ad hoc aptas vel constitutas, quarum nulla est intermittenda.*
5 In omnibus. *prosperis & aduersis.*
6 Gratias agite Deo. *qui aduersa ordinat ad salutem vestram, sicut & prospera, & hoc per meritum vestræ petitionis, sicut patet de sancto Iob. & subdit causam.*
7 Hæc est voluntas Dei. *cui est in omnibus optemperandum.*
8 Spiritum. *Hæc est tertia pars in qua hortatur eos bene se habere erga Deum, dicens:* Spiritum, *scilicet, deuotionis erga Deum.*

9 Nolite

9 Nolite extinguere *per immoderatam curam rerum temporaliű.*
10 Prophetias. *id est, expositiones scripturarum sacrarum.* Nolite spernere. *quia frequenter reuelatur intellectus simplici qui occultatur prudenti. Matt. 11. d.* Abscondisti hæc à sa. & pru. &c, *Veruntamen quia expositores aliquando deficiunt, ideo subdit.*
11 Omnia autem probate. *id est, dicta eorum discutite.*
12 Quod bonum est tenete. *Contra malos qui in locutionibus & prædicationibus mala dicta melius retinent, quam vtilia.*
13 Ab omni specie mala. *Non solum enim abstinendum est à malo sed etiam ab eo quod habet apparentiam mali: propter scandalum vitandum, saltem quousque declaretur illud quod est licitum.*
14 Ipse autem Deus pacis. *id est, autor & dator pacis.*
15 Sanctificet vos per omnia. *ad corpus & ad animam pertinentia.*
16 Vt integer spiritus vester, &c. *Et dicitur spiritus quantum ad superiorem animæ partem, & anima quantum ad inferiorem.*

De 5. & ho. cle. ca. cum ab omni. De eo qui co. cő. vxo. c. veniens. 2. para. cum igitur

In aduer

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Et corpus.* vt nihil agatis eius ministerio, vnde aliquis conqueratur. Aliquando inquinatur anima per cogitationē malam & est mundum tamen corpus. Ideoque spiritum integrum in homine dicit esse debere. Si autem mala vita, vel cogitatio intercedat, nō erit integer spiritus. *Spiritus & anima & corpus.* Aug. Tria posuit quibus homo constat. id est, spiritum, animā & corpus, s illud quo intelligimus, & illud quo viuimus & illud quo visibiles & contrectabiles sumus, quę rursus duo dicuntur, B quia sæpe anima cum spiritu nominatur.

Sermo. de symbolo — Vel: Spiritus ponitur pro donis suis id est, gratia spiritus quę data est in baptismo, seruetur incorrupta & integra, ne nostro vitio vel immundicia corrumpatur vel fugetur. Nam dum agit homo quæ odit spiritussanctus, recedit ab eo gratia eius penitus, vel minuitur.

Lib.5.aduer sus valen. — ✠ IRENÆVS. Neque enim plasmatio carnis ipsa secundum se homo perfectus est, sed corpus & pars hominis. neque enim & anima ipsa secundum se homo, sed anima hominis neque spiritus enim & non homo vocatur. Coniunctio autem & vnctio horum C omnium perfectum hominem efficit.

AMBRO.

a ¶Et si non sine peccato, in multis enim offendimus omnes.
a b c d & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Chri- 1
a ¶Ad vitam. b ¶Opus gratiæ perficiet. 2
sti seruetur. Fidelis est qui vocauit vos, qui etiā faciet. Fra- 3
¶Ex nostra parte. a ¶Quod est signum dilectionis. 4
tres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo san- 5
a ¶Salutate & epistolam ostendite.
cto. Adiuro vos per dominum, vt legatur epistola hæc o- 6
a ¶In baptismo sanctitatis vel perfectis., vt inde proficiant.
mnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Chri- 7 8
sti vobiscum: Amen.

✠ AMBROS. Tunc enim integer est spiritus, si bonæ vitæ studeamus, animam habentes mudam, & corpus sine querela, vt totus homo sit perfectus, potest enim corpus mundum esse, & anima inquinari per malam cogitationem. Si autem mala vita aut cogitatio intercedat, non erit integer spiritus, quia hominem deserit peccatis obnoxium. D

b *Sine querela* August. non sine peccato de perfectione iusti hominis. Aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac vita vnigenito dictum est. E Aliud est esse sine querela, q de multis iustis etiam in hac vita dici potuit. Quia est quidam modus bonæ vitæ, de quo etiā in ista conuersatione iusta querela esse non possit. Quis enim iustè queritur de homine, qui nemini malum vult: qui de quibus potest fideliter cōsulit, nec cōtra cuiusque iniurias tenet libidinem vindicādi? vt veraciter dicat: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris* & tamen eoipso q hoc dicit, sine peccato se non esse declarat, in multis enim of. omnes. (Lib.de perfe.iust. ho.) (Matt.6.b.)

c *In aduentu.* hoc est, vsque ad finem vitæ.

d *Fidelis.* Oratio vt sanctificet, vt sanctificatos seruet, nec inde dubitandum est, quia verus est in promissis qui vocauit. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 In aduentu domini. *iudicium.*
2 Seruetur. *Et quod istud sit sperandum, subditur.*
3 Fidelis est, &c. *ad fidem, scilicet Deus.*
4 Qui etiam faciet. *quia nulli deficit quantum est ex se.*
5 Fratres. *Hæc est vltima pars quæ est conclusio epistolæ, in qua ponitur sui recommendatio, & aliorum salutatio, ideo dicit:* Fratres orate, &c. in osculo. *Non libidinoso nec proditorio, sicut plenius fuit oppositum, Ro.vlt. vbi idem & sub eisdem verbis ponitur.*
6 Adiuro vos per dominum. *id est, iniungo vobis per ipsum.*
7 Sanctis fratribus. *id est, baptismate sacrificatis.*
8 Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum Amen. *supple sit in præsenti & gloria in futuro, amen.*

ADDITIO

In c.5. vbi dicitur in Postil. Sed istud non videtur conuenienter dictum quia Glo. permittit quòd Antichristus fulminabitur.

Sententia glo. tenenda est tanquam planior secundum continuationem ad immediate prædicta, non obstantibus obiectionibus postil. Intelligit enim glo. hæc verba Apostoli, Cum dixerint pax & securitas, tunc repen. &c. *de tempore illo intercepto, quod erit inter mortem Antichristi & diē iudicij vt immediate ante dixerat, Dies domini sicut fur. Quod tempus continebat. 45. dies, vt potest haberi Dan. vlt. In istis enim diebus ministri Antichristi videntes se euasisse ab illo prælio maximo in quo Antichristus & maxima pars exercitus eius perierant, existimabunt se totaliter esse extra periculum, licet princeps eorum sit interfectus, sicut contingit multis qui postquam eripiuntur ab aliquo maximo periculo, credunt se ab aliis periculis esse securos. Nec hoc est cōtra communem doctorum opinionem dicentium, quòd mortuo Antichristo, & falsitate eius detecta omnes Gentes conuertentur ad Christum quia hoc intelligitur post lapsum 45. dierum prædictorum.*

REPLICA. In prima epistola ad Thessalonicenses, ca. 5. vbi Postillator declinat Glo. magistri super illo verbo. Quando dixerint, pax & securitas: tunc repentinus veniet interitus. *Nam glo. exponit hoc de sociis Antichristi, qui post mortem eius credentes se securos in pace, facien festa & conuiuia, exercentes diuersos iocos, &c. Quod Postil. dicit inconuenienter dictum, quia eadem glo. præmittit, q Antichristus fulminabitur & maxima pars exercitus eius peribit cū eo. Et ideo non est verisimile, q remanentes debeant exercere ludos in securitate, sed esse sub maximo timore, sicut filij Israel, Chore cum sua societate pereunte, prout habetur Nu.16. Item videtur illa gl. esse contra mentē ecclesiæ & sanctorū doctorū, qui dicunt quòd mortuo Antichristo, & falsitate eius detecta, omnes gentes cōuertentur ad Christum, & sic non remanebunt aliqui de secta Antichristi. Sed Bur. pro gl. dicta certare. vlt. quando dicti Antichristiani lætabuntur. Sed hoc non videtur verisimile, quia lætantur victores: Esa.9. Non autē sic horribiliter victi, imo nec illum horrorem scientes lætari potuerunt: sed potius timere, sicut supra dictum est in exemplo Chore: maxime quia videbunt omnes gentes conuersas, cultum Dei & Christi per eos impeditum resumere: & sic non videbunt consolantem nec compatientem, sed omnes aduersarij eorum malitiæ per casum Antichristi detectæ, ideo habent potius materiam tristitiæ quam gaudij. Nec illi 45. dies per Burgens. confecti ex Dani. vlti. prout ipse allegat, haberi clare videntur, quibus tamen datis verisimiliter est, quòd alij qui metu Antichristi latuerant, intelligentes horrendam perditionem ipsius & sui exercitus, resument gaudia sublato timore, quam illi qui de exercitu sic miserabiliter deiecto remanserunt. Illi enim habebunt materiam gaudij, isti autem non nisi luctus de quibus diuinare nemo potest, nisi propheta & filius prophetæ.*

Incipit epistola secunda ad Thessalonicēses.
CAP. I.

a PAulus & Syluanus. Quia in prima epistola quædā dixit de aduētu domini & resurrectione mortuorum, nunc aliā scribit epistolam; in qua signat, licet obscurè (neque enim aperte potest) de abolitione Romani regni & de Antichristo, & de inquietudine quorundam. (1. ad Thessal.4.)

Argumentum in secundam epistolam ad Thessanilocenses incipit.

AD Thessalonicenses secundam scribit epistolam Apostolus, & notū facit eis de temporib. nouissimis, & de aduersarij deiectione. Scribit hanc epistolam ab Athenis per Titum diaconem & Onesimū acolythum.

Hanc epistolā scribit idem Apostolus Thessalonicensibus. Orta enim apud eos grauiori tribulatione: item monet eos ad patientiam, ostēdens iustum Dei iudicium, vt boni gloriam consequantur, mali pœnam. Scribit etiā non instare diem domini, sicut occasione prioris epistolę videbatur.

Cum

Epistola Pauli ad Thessalonicenses secunda incipit.

CAP. I.

¶ Isti tres sunt quorum nomine scribitur hæc & prima epistola.
a PAVLVS & Syluanus & Timotheus ecclesiæ 1

NICOLAVS DE LYRA.

Postilla Nicolai de Lyra super secundam epistolam Pauli ad Thessalonicenses incipit.

CAP. I.

1 PAulus, &c. *Hic incipit secunda epistola ad Thessalonicēses, diuiditur in tres partes. s. in salutatio nē & persecutionē, ibi:* Diuisio

✠ *Gratias*

A Cum enim priorem epistolam legendo peruenissent ad illum locum vbi dicit Apostolus, *Mortui in aduentu eius resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus simul rapiemur cum illis. &c.* conturbati sunt nimiumque perterriti, putantes vicinum diem domini ne damnarentur eo quod tarde ad fidem venientes imperfecti essent. Ideòque hoc comperto, scripsit eis non imminere diē iudicij suo tempore, ne Apostolus in hoc mētitus per omnia reprobaretur vel ne diabolus hæc expectātibus aliqua fraude illuderet. Corrigit etiā asperius inquietos.

Et est intētio Apostoli, bonos ad quietos ad patientiam & monere, & inquietos corrigere: & quæ obscure in præcedenti epistola dixerat, hic aliquatenus aperire.

Primo salutat, deinde gratias agit de bonis eorum: postea monet ad patientiā & constantiam. Inde asserit. q aduentum Christi Antichristus preueniet & aliqua aduentus Antichristi signa licet obscura, denunciatè agens de abolitione Romani regni, & interfectione Antichristi. B Circa finem vero vt curiosos corripiant obsecrat.

Ibidem — *Paulus & Syluanus, & Timotheus.* ✠ AMBROSIVS. Solennibus verbis scribit ad eos. Solito enim more sermonum caput continetur epistolæ, & iidem ipsi tres sunt, quorum nomine scribitur sicut & prima epistola.

Ibidem — a *Gratia vobis & pax* ✠ THEOPHYLACTVS. Post quàm Deus sua gratia quempiā donarit, nihil illi graue erit, neque triste, sed omnia facilè dissoluentur. Sciens igitur Paulus, quanta res sit Dei gratia, propterea hanc ipsis imprecatur: si enim hæc ipsis adfuerit, nullam tentationum molestiam sentiēt, sed & pace Dei fruentes, inconcussi & pacifici permanebunt. Simul autem & eis ad memoriam reuocat diuinam gratiam, vt etiam si eos afflictio inuaserit memores gratiæ per quam seruati sint, consolationem recipiant atque ex præteritis & maioribus plena spe confirmati, in minoribus non deiiciantur animo.

Ibidem — b *Gratias agere debemus.* ✠ THEOPHYLACTVS. Tria hic docet: Primum q nostras ob virtutes & opera quæ transegerimus, nō sunt nobis gratiæ agendæ, sed Deo: alterum, q nō sint lachrymis neque lamētis digna illa quæ patiuntur, sed huiusmodi vt pro quibus Deo gratias agere deceat, itaque eos letari oportet, & nō decidere. Tertium, q nō oporteat inuidere bene operantib. sed gaudere & gratias agere Deo pro fratribus. Quocirca qui macerantur ob quorumdā laudata opera atque virtutes Deo maledicunt.

Ibidem — ✠ CHRYSOST. Si Paulus propter aliena bona gratias agit, qd patiētur qui non solū gratias nō agunt, sed & liuore cōtabescunt.

Ibidem — c *Quoniam supercrescit fides.* ✠ CHRYSOST. quomodo potest fides crescere. Ita. s. quando illius gratia aduersi quicquā passi fuerimus. Magnum quidem est obfirmatū esse, & cogitationibus nullis à scopo dimoueri: allidentibus vero ventis, decidentibus C magno impetu pluuiis, vndique insurgēte graui tempestate, vicissim & aceruatim appellantibus procellis si tum nō disturbabimur nullius alterius signum erit, nisi crescentis & supra modū excrescentis, sublimiorisque factæ fidei nostræ. Quemadmodum enim in diluuio omnia quidem saxea humiliaque statim periere: quæcunq; vero sublimia & cælestia erant, ad ea non pertigit diluuiū, ita & fides istorū sublimis facta non deturbabatur amplius.

d *Abundat charitas vestra.* ✠ IDEM ET THEOPHYLACTVS.

Fide

¶Scribit vel bunt. ¶Existenti.
Thessalonicensium in Deo patre nostro & domino Iesu
¶A quo hæc, non à nobis.
a Christo. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino
a ¶Q. quod tenetis tenere, quia bonum, de quo semper debemus gratias & nunquam soluere possumus vt dignum est. b ¶A quo hoc non à nobis.
b Iesu Christo. Gratias agere debemus Deo semper pro vo- 1 2
a ¶Quia pro magnis bonis, magnæ gratiæ agendæ. b ¶Super hoc quod olim fuit, non decrescit in tribulationibus. ¶Magis ac magis. 3
c bis fratres, ita vt dignum est. Quoniam supercrescit fides 4
d vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inui- 5 6
a ¶In vos. b ¶Tantum crescit. c ¶Apostoli. ¶Qui non de paruo gloriemur. d ¶Quibus de vobis damus exemplum. Videte ergo ne sitis exemplum defectus.
cem, ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei, 7 8
a ¶Pro vobis gloriamur, & maxime. b ¶Seruata. ¶De loco ad locum.
e pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus ve 9 10
¶Tormentis. ¶Quæ ostendunt quid in iudicio patientibus & inferentibus sit dandum.
f stris, & tribulationibus, quas sustinetis in † exemplum 11
g

Vide charitatem: non alium quidem deceperunt, alium vero minus sed æqua erat erga quo, vis dilectio: quemadmodū si particulariter diligamus, nō est charitas, sed dissensio potius. Si enim Dei causa diligis, omnes dilige, sin particulariter diligis, charitatis est diuisio, non charitas. Nam dic mihi. Si oculus omnem prouidentiam & curam quam pro vniuerso corpore habet, in solam manū deriuaret, ac reliquis membris omnib contemptis, vni isti intēderet, an non totū perderet? absq; dubio: Ita & nos, si charitatem quā in vniuersam ecclesiam extendere debemus, in vnum & alterum coartauerimus, & nobis ipsis, & illis totique ecclesiæ perniciē inferimus. Ista namq; nō sunt charitatis, sed dissidij, schismata nempe & rupturæ hiulcæ. D

† documentum, aut ostēsionem.

Gratias agere, &c. Hic gratias agit Deo de bonis eorum, ne forte de tanto bono quod ex Deo habebant, extollantur, tanquam à seipsis habentes.

Inui. Vt scilicet, qui diligitur diligat alios, & mutuis obsequiis charitatem ostendat. E

Ibidem — e *Pro patientia vestra.* ✠ CHRYSOST. Inter hostes enim viuebant, qui indesinenter vndique incommodare conabātur, solidamque & immotam tollerantiam ostendebant, pudefiant quotquot humani præsidij gratia, in aliena dogmata transeunt. Cum adhuc prædicationis esset initium, homines pauperes, & ex quotidiano labore manuum viuēres, virorum reipublicæ gubernatorum ciuitatisque primorum inimicitias in se susceperunt, neque Deum rege aplexante fidem, & bellum implacabile sustinuerunt, & tamen ne sic quidem degenerarunt.

Heb.12.b. 1.Pe.4.d. — f *Quas sustinetis.* Ideo gloriamur quia sustinetis, ita vt sitis exemplum & documentum aliis: quod iuste iudicat Deus dum suos permittit affligi, malos prosperari. Vident enim vos ex malis in melius proficere, illos ex prosperis deteriores esse: & ita estis eis exemplo, ne fatigentur dum corripiuntur à Deo, qui affligit omnem filium quem recipit apud quē est iustum, vt incipiat à domo eius iudicium. vnde Petrus ait, *Tempus est, vt incipiat à domo eius iudiciū. Iusti iudi.* dico quod & respectu præsentium videri potest dum boni meliores, mali efficiuntur deteriores. Tamen hac cōditione dico iusti. *Si tamen est apud, &c.* Q. Iustum apparet iudicium quo in præsenti iudicat Deus, si attendatur iudicium futurum, vbi manifestè omnib patet iustitia, dum reddit singulariter secūdum merita: per quod præsentia iusta esse probatur finaliter. s. si iustum est dari his pœnam, vobis requiē. Si quis enim finē hunc attendit, nō iniustū esse dicit bonos purgari, malos sordescere, sicut vtriq; ex sua vita meruerūt. Simile huic dicit Dauid. *Et æstimabā vt cognoscerem, hoc labor est ante me:* Donec intrē in sanctuariū Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Sed tamē ex præsentib. videri potest. vnde subdit *Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum, &c.* (Psal.72.c.) (Ibidem) F

g *In exemplum iusti, &c.* Si enim tam seuere punit peccata in penitentibus, quid faciet induratis? vt intelligatur quòd non parcit impiis qui non parcit iustis. Iusti: si tamen iustum est, quod cōstat esse. Non enim ponitur hic, si tamen, pro dubitatione, sed pro affirmatione, vnde alius interpres ait: Siquidem iu. est, &c.

Ibidem — ✠ CHRYSOST. Si Deo rerum cura est, si quid curat & æstimat Deus, & non hoc ex sua sententia, sed ex concessis & indubitatis ponit: veluti diceret, Si odit Deus, reprobes, v. illos fateri

cogat,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Gratias agere, *& conclusionem, ibi:* Salutatio mea. *In fine epistolæ. Sententia primæ partis patet ex dictis in principio præcedētis epistolæ.*

Diuisio. — 1 Gratias agere. *Hic incipit epistolæ persecutio. Quæ diuiditur in tres partes. Na primo Apostolus reddit Tessalonicenses beneuolos, secundo cautos, ca. se. tertio, dociles siue doctos, ibi.* Nos autem. *Primum facit dupliciter. s. gratias agendo de bona eorum conuersatione, & orando pro meliori consummatione, ibi: In quo etiam oramus. Circa primum dicit:* Gratias agere debemus Deo. *à quo est omne bonum.*

2 Semper. *scilicet, actu vel habitu. Vel: Semper. i. omnibus horis ad hoc ordinatis.*

3 Pro vobis fratres, *quia bonum discipulorum redūdat in magistrū.*

4 Ita

4 Ita vt dignum est. *q. d. Digni estis, vt hoc agamus.*
5 Quoniam supercrescit. *Intensiue, firmius his quæ sunt fidei adhærendo. Et etiam extensiue, ea quæ sunt fidei magis explicite cognoscendo, & ea uerbo & exemplo ad alios deriuando.*
6 Et abundat. *in affectu interiori & opere exteriori.*
7 Ita vt & nosipsi *in vobis.*
8 In ecclesiis Dei. *proponendo aliis ecclesiis vitam vestram pro exemplo. ideo subditur.*
9 Pro patientia vestra. *solida.*
10 Et fide. *firma.*
11 Quas sustinetis. *i. per hoc sensibiliter apparebit iudicium Dei esse iustum, patientiam vestram præmiando. ideo subditur.*

✠ Vt digni.

☞ A cogat quod odiat. Sunt enim potissimum tales sententiæ minimè ambiguæ, ita vt ipsi aduersarij sciant hoc iustum esse. Si enim apud homines iustum est, multo magis apud Deum.

Ibidem ✠ HIERONYM. hic, si tamen, confirmantis sermo est, non dubitantis: quasi dicat. Si tamen foris potest iudicare Iustitia, quod iustum est, nam sicut indubitanter pro nomine Domini patientibus requiem: ita incunctanter tribulationem his qui tribulant repromisit. († siquidem)

Ibidem ✠ AMBROSIVS. Quid tam iustū, quā vt hi qui in seculo deprimunt bonos, & eos extorres faciunt persecutionibus, in futuro eadem patiantur quę faciunt: Illi autem vt sint in requie cū ceteris sanctis, qui de magna tribulatione venientes regnum accipient æternum in aduentu Domini. († potentiæ suæ)

B a *In reuelationem.* Incipit ostendere quā horribilis tribulatio illis, & quam iocunda requies istis futura est.

b *Domini Iesu.* Venientis *in flam. ig.* non quod sit flamma circundatus, sed per effectum, quia inimicos exuret. Vel ideo dicit, in flamma ignis, quia ignis erit in mundo, q præcedet eum, tātum spacium aëris occupans quantum occupauit aqua in diluuio, qui exuret terram & crassitudinem aeris, & purgabit electos.

(† quòd fides habita sit testimonio nostro ergo vos † Ad quod. † omne bonum propositum.)

¶Ideo. Inter alios gloriosi. ¶In æterna beatitudine, vel ecclesia quam hic regit. ¶Vt digni sitis.

iusti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno Dei pro quo 1

¶Non solum bona operamini. ¶Alius interpres ait, siquidem iustum est. ¶In pura & simplici natura iustitiæ.

& patimini, † si tamen iustum est apud Deum retribuere re- 2 3

tributionem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini 4

¶Aequalem nobis. ¶Q. Iustum est illis dare pœnam, vobis requiem: quod vtique fiet in reuela. ¶Manifestatione. ¶Venientis. 5

requiem nobiscum in reuelationem domini Iesu de cælo, 6 7

¶Tunc gloria his, error illis. ¶Quorum ministerio virtus diei apparebit, dum bonos eligent, malos mittent foras. ¶Ignis erit in mundo. 8

cum angelis † virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictā 9

¶Qui idem non receperunt. ¶Vt hæreticis & falsis Christianis. ¶Non exequuntur quæ receperunt. ¶Cui obediendum esset, quia est do. no. le.

his qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euan- 10 11

¶Aggrauat pœnas. ¶Vtrique, scilicet, nescientes & scientes.

gelio domini nostri Iesu Christi qui pœnas dabunt in in- 12

¶Non corporis & animæ dissolutione terminabiles. ¶Remoti. ¶Ne eum videant, & gloriam quam virtus sua sanctis dabit. ¶Et hæc prædicta fient.

teritu æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius, cum 13

¶Ita eos glorificabit, quod gloriosus in eis, apparebit. ¶Ecce quæ gloria sanctorum. 14

venerit glorificari in sanctis eius & admirabilis fieri in om-

¶Etiam minoribus. ¶Et si tempus operandi non habuerunt.

nibus, qui crediderunt † quia testimonium nostrum credi- 15

¶Quamuis super humanum sensum esset: vel vobis dominans non quærentibus rationem. ¶id est, de. ¶Vel, in illo die. i. propter illum diem, vt tunc liberemini. ¶Reuelationis domini. 16

tum est super vos in die illo. † In quo oramus etiam semper 17

¶Dignos iudicet, quos vocet ad regnum per gratiam. 18

pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & 19

¶Interim. ¶Vt plenè faciat velle omne bonum. ¶Pro id est. ¶Vt impleat. 20

impleat † omnem voluntatem suæ bonitatis, et opus fidei 21

¶Constantia. ¶Ita impleat vt. ¶In hac vita. ¶In vobis. ¶Celebri fama & honore. 22

in virtute, ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi 23

¶Clarificemini in futuro. ¶Plus quam digni sitis, vel sicut homo Christus glorificatus est. 24

in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei nostri & 25

domini Iesu Christi.

c *His qui non no.* Nam alij sunt qui nesciunt legem.

d *Qui pœnas.* id est, sustinebunt. Dare enim aliquando ponitur pro sustinere, ita & hic. Et congruè. Qui enim patitur, dat enim quem offendit pœnas quasi gratas.

e *In interitu æternas.* Qu. Semper sentient pœnas, non tamen semper deficient.

Ibidem ✠ HIERON. Si potuit flamma imperio Dei tres pueros omnino non tangere: quare nō eadem potentia aliis seuior, aliis mitior esse C credatur, hoc contra eos, propterea quod pœnā conscientiæ somniarunt: quia hoc illis impossibile videbatur.

Ibidem ✠ THEOPHYLACTVS. Obseruа autē quod ait in igne flammæ, pro, in igne ardente tantum, non etiam lucente. Peccatorib. enim ardens & vrens tantummodo est ignis, non lucens: Iustis autem lucens tantum: non etiam inflammans vrensue ignis est. D

Ibidem ✠ CHRYSOSTOMVS. Si quando te ceperit concupiscentia corporalis, cogita gehennæ ignem: cogita quam plane nullius estimanda sit peccati voluptas, quam ne voluptatem quidem habeat. Si eatum legum quæ in hoc seculo positæ sut tantum potest metus, vt à malis nos actibus cohibeat, multo magis poterit hoc recordatio futurorum, supplicium immortale, pœna sempiterna.

f *Cum venerit glorificari &c.* Ipse enim clarus & mirabilis videbitur in credentibus, sæuetus autem apparebit in incredulos, cū eos penis ęternis coartabit. Et est horū verborum breuis sensus: Veniet punire malos, & glorificare bonos.

Ibidem E ✠ HIERON. Ipse in suis gloriādus est mēbris, quæ solis splendore fulgebūt. Sed & mirabuntur irrisores impij humilitatis, in subitatione salutis insperatæ iustorum.

Ibidem ✠ CHRYSOST. glorificaturne Deus? etiā. Quando enim inflati illi eos quos verberauerant, quos contempserāt, quos irriserāt, prope ipsū cōstitutos esse viderint, ipsius erit gloria, imo istorū gloria erit, certè & istorū & ipsius: ipsius qdē qd istos nō deseruerit, sed illustres exhibuerit: Istorū vero q āto digni habiti sint honore gloria bōi est, habereq́b. bñficia sua tradat.

g *Quia testimonium.* Ideo vobis tribulatis dat requiem nobiscū, quia testimonium. i. quidquid diximus de illo die iudicij, credidistis de gloria bonorum & pœna malorum.

h *In quo, &c.* Ordo verborum talis est: *In quo die.*

i *Vt dignetur.* i. dignos iudicet: *semper oram. Vel in quo.* i pro quo, vel cuius diei periculo vitando. *Etiam oro semper pro vobis.* Pro vitando enim periculo illius diei, semper orandum est. F

k *Opus fide* i. confessionem, quæ propriè est opus fidei in virtute, vt à confessione nullo modo flecti possint. Vel, opus fidei, omne bonum quod fides exigit: & sine quibus fides mortua est: Vel. (Iacob. 2.b.)

l *In vir* perseuerantiæ, vt, s. det vobis perseuerātiā vsq; ad finē.

☞ CAPI.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt digni, &c. *& persecutores vestros puniendo. ideo subditur.*
2 Si tamen iu. est. *& accipitur hic, si, pro quia iustum est.*
3 Deum retribuere. *id est, gehennæ pœnam.*
4 His qui vos tribulant. *persequendo.*
5 Et vobis qui tribulamini, *patienter sustinendo.*
6 Requiem nobiscum. *qui similiter tribulamur, & ideo subditur retributionis tempus, cum dicitur.*
7 In reuelationem domini Iesu de cœlo. *id est, quando manifestè apparebit veniens ad iudicium, sicut dicitur Matt. xxiiij.c.* Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis.
8 Cum angelis virtutis eius. *qui erunt executores diuini iudicij.*
9 In flamma ignis dantis vindictam. *id est, facientis.*
10 His qui non nouerunt Deum. *id est, fidem eius non receperunt sicut sunt pagani & Iudæi obstinati.*
11 Et qui non obediunt. *ipsum opere adimplendo, sicut sunt mali Christiani, habentes fidem sine operibus quæ mortua est.*
12 Qui pænas. *i. soluent siue sustinebunt.* 13 A facie domini. *i. per sententiam ab ore eius egredientē, quādo dicet reprobis:* Ite maledicti in ignē æternū, &c. *Mat. xxv.c. Et electis.* Venite benedicti patris mei. *& ideo subditur.* 14 Cum venerit. *i. dare eis gloriam suam mirabilem. nam excedit intellectus creati capacitatem. j Cor. ij. b.* Oculus nō vidit, nec au. au &c. 15 Quia testimonium. *i. quia credidistis illud q testificati sumus vobis prædicando.* 16 In die. *id est, de die illo glorificationis sanctorum. ita quod ly in, tenetur hic materialiter, sicut cum dicitur: Imago Herculis est in lapide.* (Iacob. 2. d.)
17 In quo. *Hic consequenter reddit Thessalonicenses beneuolos, orando pro eorum fœlici cōsummatione, di.* In quo. *i. pro quo, s. die glorificationis obtinendo.* 18 Oramus semper. *Exponatur ly semper vt supra.* 19 Vt dignetur vos. *id est, faciat vos dignos.*
20 Vocatione sua. *ad gloriam, sicut vocauit ad fidem. ideo subditur.*
21 Et impleat. *Tunc enim implebit omne desiderium electorum.*
22 Et opus fidei. *quod est constans confessio Ro. x. b.* Corde creditur ad iu. ore autem confes. fit ad sa.
23 In virtute. *id est, in constantia martyrij pro fide impleat pro vobis in præsenti, vt sic non solum habeatis aureolam sanctorum omniū communem, sed etiam aureolam quæ est propriè martyrum.*
24 Vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi. *in palmam martyrij vestri. hoc enim modo dicitur Ioh. vl. f. de Petri martyrio.* Cum autem senueris, extendes manus tuas, &c. *Et subdit euangelista exponendo:* Hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus Deum.
25 Et vos in illo. *ipsum in patria clarè videndo.*

✠ CAP.

A

CAP. II.

Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, &c. Huc vsque dixit se eis gratias agere & orare, hic determinat de die iudicii, obsecrans eos ne leuiter & facilè de aduentu domini quasi de prope imminenti opinionē recipiant vel terreantur.

✠ THEOPHYLACTVS. Quando sit futura resurrectio, non dicit, quod vero nunc non instet, hoc docet, fuerunt enim impostores nonulli, qui asseuerarent Iam instare tēpus consumaionis aduentusque Domini.

✠ AMBROSIVS. & obsecrat eos ne leuiter & facilè de aduētu quasi Inminentis Domini opinionē reciperent: & alia dat mandata, & etiam si per spiritum aliquis velut propheta fuerit loquutus, credi ei non debeat, neque hic per tractatum, aut epistolam, forte nomine apostolorum scriptam, assensum tribuendum.

(† turbemini † Christi † defectio prius † Mat. 4.a Eph. 5.b. † 27. q. 1. c.)

CAP. II.

¶Non solum oramus, sed rogamus.

Rogamus autem vos fratres per ad-

¶Si vultis vt vobis prosit aduentus Christi futurus. ¶Ad iudicium.

uentum domini nostri Iesu Christi,

¶Per aduentum. ¶Omnium sanctorum. ¶Si vultis esse in ea ¶Venturæ. ¶Tendentis. 1

et nostræ congregationis in ipsum,

¶Christum, vt ad corpus aquilæ. vel in identitatem: vt mente & corpore viuamus, qui modo in diuersum tendimus. ¶Quidem ¶Nec parum titubetis. 2

ut non cito moueamini à † vestro

¶Puro intellectu. ¶Q pro vicino periculo. i. quasi instet dies domini. 3

sensu, neque † terreamini, neque per spiritum, neque per 4

¶Alicuius pseudo apostoli, qui hoc exponat de scripturis. ¶Sub nomine meo missam. 5

sermone, neque per epistolā, tanquā per nos missam quasi

¶Non quin velit illos paratos esse. ¶Quid per singula. ¶Alio etiam a prædictis. 6

instet dies † domini. † Ne quis vos seducat vllo modo. 7

¶Sed non instat dies domini nisi prius gentes a romano discedant imperio. Non quod statim post. ¶Alias dissentio. ¶Nisi. 8 9

† Quoniam nisi venerit † discessio primū, et reuelatus fuerit 10

a *Non cito moue a.* Q. Si moueamini cito est, nihil enim vobis in-B fertur quod diu duret.

b *Neque per spir.* idest, si malignus speritus, quasi angelus lucis apparens in visione hoc vobis persuadeat Vel, si quis dicat per spiritum sanctum reuelantem hoc se cognouisse quòd dies iudici imminent.

c *Neque per epist.* Solent enim tergiuersatores, vt fallant, sub nomine clari alicuius viri epistolam fingere, vt autoritas nominis possit commendare quòd per seipsum recipi non posset. (lucæ 12. ca.)

d *Quasi instet dies domin.* Non quin velit, vt habeant succinctos lumbos & lucernas ardentes in manibus, expectantes quando reuertatur dominus à nuptiis. (Episto. 74.)

✠ AVG. ad Esicium: In quo enim quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies, quia qualis quisque in die illo moritur, talis in die illo iudicabitur. Et ideo vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum eum inueniat domini aduentus. Imparatum enim inueniet dies ille, quem imparatum nuenerit vitæ huius dies vltimus Et ideo non ait solum, ne terreamini, vel seducamini: sed addit: *Quasi instet dies domini.* Hoc ideo dicit, ne ipsa perturbatione dum incauti inuenirentur, possent seduci ad adorandum diabolum, qui hoc agebat, vt sub nomine Christi apparens faceret se adorari, quod vt non possit, tempus & signa aduentus, Apostolus præscripsit. (Quis dicatur imperatus. C) D

e *Quoniam nisi ue.* Occultè loquitur de destructione imperii Romani, ne irritaret eos ad persecutionem ecclesię. Vel hoc dicit de spirituali imperio Romanæ ecclesiæ vel disesscione à fide.

f *Nisi ue. refuga primum.* Aug. Sic aliqui codices habēt. Quod nulli dubiū est de Antichristo eum dixisse, quēre fugā vocat: vtique à domino deo. Si enim hoc de omnibus impiis meritò dici potest, quantomagis de isto. (lib. 20. de ciuitat. Dei cap. 19.)

✠ THEOPHILACTVS non aderit aduentus Domini, nihi venerit discessio siue defectio, id est antichristus. († mente)

✠ CRYSOSTOMVS antichristum ipsum vocat defectionem, tanquam plurimos perditurum, & E abductorum. hominē peccati illum vocat. Immunera quippe mala perpetrabit, & instituet alios vt perpetrent, nō enim ad Idolatriam ab ducet ille, sed ἄντιθεος quisquam erit, quosuis deos pessundans Iubebitque seipsum pro deo cœli ac venerari, & in templum Dei collocarij, non hierosolimitanum, sed & in ecclesias.

✠ AMBROSIVS. non prius veniet Dominus, quam Romani imperii defectio, fiat, & appareat antichristus, qui interficiet sanctos, reddita romanis libertate, sub suo tamen nomine.

✠ HIERONYMVS. Quod autem discessionem hic dicit alibi refugam appellauit. In latinis exemplaribus vtrumque, ita intelligendum est, quod nisi venerit refuga veritatis siue sui principatus desertor, siue discessio gentium à Romano imperio.

✠ AVGVSTINVS. Scimus enim quoniam post regnum Persarum, ad vltimum quoque post cetera Regna regnum Romanorū cepit, & omnia regna terrarum sub Dominatione sua habuit. Inde ergo dicit Paulus antichristum non antea in mundum esse venturum, nisi venerit primum discessio, hoc est nisi dicesserint omnia regna a Romano imperio, quę prius subdita erant. Hoc autem tempus nondum aduenit, qua licet videamus Romanum imperium ex maxima parte destructum, tamen quandiu reges francorum durauerint, qui Romanum imperium tenere debent, romani dignitas ex toto non peribit, quia in regibus suis F stabit.

a ☞ filius

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

☞ Rogamus au. *Hic consequenter Apostolus reddit Thessalonicenses cautos. Circa quod sciendum, quòd aliqui Thessalonicenses credebant diem iudicij esse propinquam:* Tum propter tribulationes quas sustinebant. *quia Christus in euangelio dixerat ecclesiā maximè tribulari appropinquāte die iudicii, vt patet Mat. xxiiii. propter quod timebāt adhuc maiores persecutiones incurrere. Tū quia Apostolus dixerat in epistola præcedē i ca. iiii.* Nos qui viuimus qui re. &c. obuiā Christo. *s. ad iudiciū ven. et vt dictū fuit, quod aliqui Thessalonicē es male intelligēres, credebāt illā obuiationē tempore Pauli futurā, eo quod dixerat:* Nos qui vi. simul ra. &c. *propter quod assecurat eos de diei iudicii longa distantia, reddens eos cautos, vt non decipiātur circa hoc ex cuiuscūque doctrina. Et diuiditur in duas partes. quia primo remouet errorē secundo docet veritatē, ibi:* Quonnam nisi. *Circa primum dicit,* Rogamus vos fratres per ad. ad *iudicium.*
1 Et nostræ congre *Tunc enim electi cōgregabumtur ad eum. Mat. xxiiii. c.* Vbi cunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.
2 Vt non cito mouea. à ve. sensu *id est à vero intellectu.*
3 neque ter. *quia instat tribulatio maxima, quæ prædicta est fore prope diem iudicii.*
4 Neque per spiritum. *s. malignum transfiguratum in angelum lucis, & asserentem vobis contrarium. s. quòd dies iudicii sit propinqua*
5 Neque per ser. *alicuius pseudo apostoli.*
6 Neque per epi. *nam aliquando falsi apostoli & hæretici mittebāt epistolas sub nomine verorum apostolorum Christi ad fidelium deceptionem, vt supra dictum est. Alio modo sic:* Neque per epi. &c. nostram præcedentem. 7 Quasi in di. do. eo *quòd ibi diximus:* Deinde nos qui vi &c. *Et quia nō fuit intellectus noster, quòd dies iudicii esset propinqua. vt ibi fuit dictum.* 8 Ne quis vos sedu. *hoc addit ad excludendū omnem deceptionis modum circa materiam istam.*
9 Quoniam. *Hic consequenter docet circa diem iudicii veritatem, de quo dicit, quòd duo notabilia præcedent. primum ponitur cum dicit:* Quoniam ni. ve. quod *exponunt aliqui de dicessione à Romano imperio, quod florebat tempore Pauli, à quo recesserunt quasi omnia regna negantia ei subiici & redditionem tributi. Iam à multis annis illud etiam imperium caruit imperatore pluribus annis, & tamen non venit adhuc Antichristus, qui tamen debet venire completa illa dicessione. vt videtur Apostolus dicere infra.* Et tunc reuelabitur ille iniquus &c. *Propter quod alii exponunt de recessu ab obedientia ecclesiæ Romanæ, a quia iam diu est quòd recessit Græcia. Sed saluo meliori iudicio, mihi videtur melius intelligendum de recessu à fide catholica, sicut exponunt aliqui. non tamen intelligendo, quòd omnes sint à fide catholica (sicut exponunt aliqui) recessuri, quia durabit in aliquibus vsque ad finem mundi: sed quia maior pars credentiū discedet ab ea, quia secundum dictum Saluatoris Mat. xxiiii. b. Appropinquante Antichristi tempore* abundabit iniquitas, & frigiscet charitas multorum, *& per cōsequens fides vera deficiet in multis: & tunc veniet Antichristus facta dispositione ad receptionē ipsius. Huic etiam dicto concordat dictum Apostoli. infra. i. ad Timo. iiii. a. vbi dicit: quòd* in nouissimis temporibus discedēt quidā à fide, attēdentes spiritibus erroris & ii. ad eūdem iii. in nouissimis diebus instabūt tēpora periculosa, & erūt hoēs seipsos amātes &c. *Sequitur ibi.* Ho ēs corrupti, mēte reprobi circa finē.
10 Et re. Hic ponitur secundum notabile quod præcedit diē iudicii aduentus

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Filius perditionis.* Antichristus, nō per naturā, sed p imitationē.
b *Homo peccati, & filius perditionis.* ✠ Basil. Ipsa nāque scripturæ consuetudo priores à peccato magis censere quam a patribus solet: meliores verò filios ex aliqua insigni & eis conueniente virtute. Quamobrem diabolum, vel si mauis antichristum Apostolus filium perditionis appellat: nisi enim ait reuelatus fuerit filius perditionis.
c *in templo.* Vel in templum. Au. Nonnulli non ipsum principem tātum, sed vniuersum corpus eius, id est, ad eum pertinentem hominum multitudinem simul cum ipso principe suo loco intelligi volunt. rectiúsque dici putant, sicut in Græco est, non in templo, sed in templum Dei sedeat quasi ipse cum suis sit templum Dei, quod est Ecclesia. Sicut dicitur: Sedet in amicum, id est vt amicus. Haimo. Nascetur autem Antichristus in Babylonia de tribu Dan, iuxta quod Iacob ait, Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. Et cum venerit Ierosolymam, circuncidet se, dicens Iudæis: Ego sum Christus vobis promissus. Tunc confluant ad eum omnes Iudæi, & reædificabunt templum à Romanis de structum, sedebitque ibi, dicens se esse Deum.
✠ Hippolytvs Martyr. De Antichristo. Quod eum demonstrat paruulum alium non esse nisi Antichristum, qui suscitabit Regnum Iudæorum.
✠ Hieronymvs. Ergo dicamus, quòd omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt, in consummatione mundi quando destruendum est regnum Romanum, decem reges futuros, qui Romanum orbem inter se diuidant, & undecimum surrecturum esse Regem paruulū, qui tres Reges superaturus sit. ne eum putemus iuxta quorumdam opinionem: vel diabolum esse, sed vnum de hominibus, in quo totus Sathanas sit habitaturus corporaliter.
✠ Theodoretvs Martyr. Notandum est non dixisse propheta, fore, vt singuli exurgant, aliis ali deinceps succedentes, sed eodem tempore omnes surrecturos: & post eos surget alius, qui supabit malis ōes superiores & tres Reges humiliabit. Perspicuū est igitur ita prædicere, fore, vt decē circa finē exurgāt, & postremus Antichristus exoriatur, regnúque obtinere cōendat.
✠ Theoph. & Chrysost. Quisverò is est an Sathanas? nequaquā: sed homo qui spiā omnē Sathanę, energiā adeptus.
✠ Avgvstinvs. Cum visione prophetica quatuor bestias significantes quatuor regna vidisset, ipsúmque quartum à quodā rege superatum, qui Antichristus dicitur: horruit &c.
✠ Greg. Nazienz. Quis est Antichristus, hoc est aduersarius Christi, plena veneni bellua, & homo magna potētia preditus.
✠ Hippolytvs martyr. Ille certè nascitur est è tribu Dan, & veluti rex tyrannus aciem ex aduerso instructurus est.
✠ Ambrosivs. fuit autem & Samson de tribu Dan, & iudicauit Israel viginti annis. Sed non hunc prophetia significat, sed Antichristum, qui futurus est ex tribu Dan.
✠ Avgvstinvs. Sicut auctores nostri dicunt, Antichristus ex populo Iudæorum nascetur ex tribu Dan.
✠ Hieronymvs. nostri autē melius interpretantur, quod in fine mundi hæc sit facturus Antichristus: qui consurgere habet de modica gente, id est de populo Iudæorum
✠ Hippolytvs martir. Vt saluator mundi ex immaculata virgine, natus est: ad eundem modum Antichristus ex impura muliere prodibit super terram.
✠ Avgvstinvs. Sicut in matrem Domini spiritus Sanctus venit, & eam diuinitate replenit: ita quoque diabolus in matrem Antichristi descender, & totam eam replebit, totam circūdabit, totam tenebit, & totam interius exteriúsque possidebit.
✠ Lactantivs. His peractis operibus, alter orietur è Syria malo spiritu genitus, euersor ac proditor vniuersi generis.
✠ Avgvstinvs. Sicut Dominus ac redēptor noster Bethleem sibi præuidit, vt ibi pro nobis humanitatem assumeret, & nasci dignaretur, sic diabolus illi homini perdito, qui Antichristus dicitur, locum nouit aptum, vnde radix omnium malorū oriri debeat, scilicet ciuitatē Babiloniæ. In hac Antichristus nascetur, & in ciuitatibus Bethsaida & corozaim nutriri & versari dicetur.
✠ Hieronymvs. Nostri autem interpretantur omnia de Antichristo, qui nasciturus est de populo Iudæorum, & de Babilone ventutus.
✠ Hypolitvs Martir. In primis autem Iudaicam gētem amabit: apud eos omnia signa ædet & horrenda miracula, non vera, sed falsa. ad fedaendos sui similes impios, postea ædet templum Dei in Ierusalē, & sedebit in eo, ostendens se tanquam sit Deus: & dicet se esse filium Dei, & fiet secundum imaginem eius: quia ipse est vere filius apostatæ diaboli. Hic autem Antichristus magicis virtutibus seductam habens terram, & potentiam accipiens mari, & fluminibus, & montibus, & ventis seruientibus ei, per magicas artes quas didicit, & errorem quem operatus est in mundo, & homicidia, & sanguinem effudit iustum, & prosperatus est in his quæ fecit, & veritatem operatus est, & bonus vir inuentus est, & omnibus placuit, quasi vere ipse sit Christus, tunc impietatis mysterium operatus est, & mendacium, & homicidia, & rapinas, & adulteria, & fornicationes, & omnia quæ ille fecit, & ipse operatus est. Et cum hæc omnia fecerit, & videatur omnibus quasi Deus, & nullus ei resistat, tunc ascendet in altum, & sedebit in templo Dei, & seducet omnes gentes, & dicet se esse Deum, & omnes gentes credent ei. Et cum hæc omnia fecerit, & omnes gentes credant ei, tunc mittet Deus in manus eius virtutem magnam, & signa & prodigia mendacia

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✠ AMBROSIVS. Operatio erroris est, falsis fidem committere, vt qui claritatem luminis diem esse consentire noluerunt, putent diem tenebras dici debere, vt possint propensiori delicto facti rei, sine contradictione damnari, veritatis inimici, fautores autem iniquitatis. A Ibidem

✠ THEOPHYLACTVS. mittet, id est, sinet ipsum venire. animaduerte autem quod primum repulerint veritatem, tumque eos reliquit Deus, ac dominatum est in eos mendacium.

† ab initio

a *Gratias autē agere debemus.* ✠ AMBROSIVS. hoc loco præscientia Dei personat, qui scit omniū mentes ante natiuitates eorum. nec enim latet illum qui credituri sunt. B

✠ CHRISOSTOMVS. Quomodo in salutē? ab istis nāque salutis nostræ summa depēdet nusquam ab operibus, nusquam à recte factis, sed per fidem veritatis.

✠ THEOPHYLACTVS. Quid igitur nos? nihilne attulimus? subdit & fide veritatis, id est, seruauit nos, qui attulimus fidem rerum verarum. non enim mendaciis quibusdam fidem adhibuimus, sed veritati ipsi. Secundæ hic fidei meminit: quandoquidem & post sanctificationem eius auctibus indigeamus, ne concutiamur.

b *Primitias in salutem.* Vt scilicet non in illo periculoso tempore vltimo, sed in primitiua ecclesia crederemus in Christum atque fidem confiteremur. Vel nos apostolos primitias omnium credentium, quia apostoli primi crediderunt, & hoc in salutem omnium gentium. C

c *In acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.* Vel vt sitis acquisitio, in qua Deus glorificetur. D

d *State & tenete traditiones.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Hinc patet quod non omnia per epistolam tradiderint, sed multa etiam sine literis Eadem vero fide digna sunt tam illa quam ista. Itaque traditionem quoque ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quæras amplius.

a ¶ Quod Antichristus Deus fit. b ¶ Tandem aperte, interim occulte. c ¶ Christo qui vere Deus.
dacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, 1
a ¶ Antichristo. b ¶ De illis ita, vos autem venietis ad salutem. quia recepistis veritatem: vnde gratias agimus Deo. & hoc est quod ait: Nos autem.
a sed † consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias 2
¶ Ab æterno.
agere semper Deo pro vobis fratres dilecti à Deo, quod
¶ Et vos. ¶ Fidei. ¶ Æternam. ¶ Positos.
b elegerit nos Deus † primitias in salutē in sanctificationem 3
a ¶ Qui in baptismate sanctificat. b ¶ Christi. c ¶ Fidem sicut gratis elegit vos ab æterno. ita & gratis voca. ¶ Per quid ad fidem venerunt subdit. ¶ Aduersos. 4 5
spiritus, & in fide veritatis, in quam & vocauit vos per 6
a ¶ Vt per fidem acquisitis gloriam. ¶ Quam Christus habet. 7
c euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini no- 8
a ¶ Quia hæc bona sunt vobis, & non instat dies domini. b ¶ In fide. ¶ Immobiles. e ¶ Vt stetis. 9
d stri Iesu Christi, Itaque fratres state, et tenete traditiones 10
a ¶ A nobis. b ¶ Vsque ad intellectum. ¶ Præsentem. 11
quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam no- 12
a ¶ Ego moueo, sed. b ¶ Potentia qua creator est vniuersorum. 13
stram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & Deus 14
a ¶ Affectu, dulcedine charitatis. b ¶ Dando filium pro nobis. c ¶ Christum circa miserias seculi, & in futuro.
e & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem
a ¶ Scilicet quod de exilio ipso ad patriam veniemus. b ¶ Ipse qui iam tot fecit. c ¶ Voluntates.
f æternam, & spem bonam in gratia † exhortetur corda ve-
a ¶ Contra impugnatores.
stra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

✠ HIERONYMVS. Quando vult sua teneri, non vult extranea superaddi. apostolica autē traditio est, quæ in toto mundo prædicatur, vt baptismi sacramentum.

✠ IRENÆVS. Cū ex scripturis arguuntur, in accusationem conuertūtur ipsarum scripturarum, quasi non recte habeant, & qua non possit ex his veritas inueniri ab his, qui nesciant traditionē, quę est ab apostolis, quæ per successiones presbiterorum in ecclesia custoditur, prouocamus eos: aduersantur traditioni, dicētes se non solum presbiteris, sed etiam apostolis existētes sapientiores, synceram inuenisse veritatem. E

† consoletur

✠ IDEM. ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab apostolis traditio.

✠ IDEM. Quid autem si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quā tradiderunt iis quibus committebant ecclesias?

e *Et dedit consolationem.* promittendo cœlorum regnum.

f *In gratia.* id est, per gratiam quam dedit, speramus æterna. Vel gratia merito nostro. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt iudicentur omnes. *id est, iudicio condemnationis.*

Diuisio 2 Nos autem. *Hæc est tertia pars, in qua reddit Thessalonissenses dociles, eos in moribus informando. & primo quātum ad operationem boni, secundo quantum ad euitationem mali, ibi:* Denunciamus. *Prima in tres: quia primo de eorum bono principio gratias agit, secundo ad perseuerandum eos inducit. ibi:* Itaque fratres. *tertio, orationes eorum petit: in principio sequentis ca. Circa primum dicit:* Nos autem debemus grat. age. *quia bonum discipulorum redūdat in magistrum.*

3 Quod elegerit vos Deus. *sua gratia.*

4 Primitias in salutem. *Fuerunt enim de primis credentibus ex Gentilitate.*

5 In sanctificationem spiritus. *per baptismum, in quo datur gratia spiritussancti sanctificans.*

6 Et in fide veritatis. *id est, in fide catholica, quæ sola est vera.*

7 In qua. *scilicet fide.*

8 Et vocauit vos per Euangelium nostrum. *id est, per nostram prædicationem Euangelii.*

9 In acquisitionem gloriæ. *id est, vt per hoc gloriam acquiratis.*

10 Itaque fratres state. *firmi in moribus & fide.*

11 Et tenete traditiones quas didicistis. *à nobis.*

12 Siue per sermonem. *vos principaliter docendo.*

13 Siue per epistolam nostram. *quam absentes vobis misimus vos docendo. Et quia ad perseuerandum in bono indiget bono adiutorio diuino, ideo subdit deprecando, dicens:*

14 Ipse autem dominus noster Iesus, &c. *Et patet litera.*

ADDITIO.

Cap. 2. vbi dicitur in Postil. Quia secundum testimonium Saluatoris Math. 24. b. Appropinquante Antichristi tempore abūdauit iniquitas. Secundum testimonium Saluatoris prope aduentum Christi secundum, fides deficiet in multis. Legitur enim Luc. 18. b. Veruntamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? & loquitur de perfecta fide prout in glo.

CAP. III.

Ambrosius a † Quod superest

DE cætero fratres orate. Orandum esse hortatur, vt dignetur Deus doctrinam suam infatigabili cursu dirigere & transfundere per ora apostolorum in aures audientium, & ab auribus in corda, vt compescantur malorum seditiones.

CAP. III.

a ¶ Euangelium quod Deus dedit vobis, vel quod de Deo agit.
a DE cætero fratres orate pro nobis, vt sermo do- 1 2

✠ HIERONIMVS. Dat humilitatis exēplum, & occasionem charitatis, vt pro alterutro audacius exoremus: simul notandum in quibus causis orari poscat apostolus, vt sermo Dei currat, & clarificetur: curret inquam affluentia, clarificetur vero auditorum profectu.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

1 DE cætero. *Hic consequenter Apostolus petit à Thessalonicensibus orationum suffragia, quia charitas est reciproca. dicit igitur:* De cætero fratres orate. *instanter & deuote.*

2 Vt sermo domini. *id est, prædicatio Euangelij.*

✠ Currat

☞ ✠ CHRYSOSTOMVS ET THEOPHYLACTVS. Ipse quidem pro eis orauit, vt confortarentur, petit vero nunc vicissim ab eis vt pro ipso orent, non vt nullum sit periculum, nam in hoc positus erat, sed vt Sermo Dei currat. A Ibidem

a *Vt liberemur.* A pseudo. ne nostros seducant, vel nobis insidias tendant. Vel, Liberemur ab im. id est, infidelibus qui resistunt verbo Dei, nec stant in portu quietis.

† absurdis vel, prodigiosis.

b *Et malis.* qui persequuntur infideles. Ideo dico, liberemur, quia nondum acceperunt omnes fidem per me q accepturi sunt. Vel omnes qui importuni non habent fidem, sed vos qui habetis, confirmabit Deus, vnde subdit: Fidelis, &c.

†26.q.7.c erga † Præcipimus

c *Non enim omnium est fides.* id est, nec vobis orantibus omnes sunt credituri, sed tātum præordinati in adoptionem filiorum. B *Nō enim omnium. &c.* Ideo autem Deus per orationes credentium nondum credētes credere facit, vt ostendat quia ipse facit. Nemo est enim tam imperitus, tam ingenio tardus, qui non videat Deum facere, quod rogari se præcepit, vt faciat. Et sciendum, quia posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, natura est hominum, habere autem fidem, sicut habere charitatem, gratia est fidelium. sed cum voluntas credendi aliis præparatur à domino, discernendum est quid veniat de misericordia eius, & quid de iudicio. *Vniuersæ enim viæ domini misericordia & veritas.* Inuestigabiles igitur sunt, & misericordia qua liberat gratis, & veritas qua iuste, iudicat.

†2.Cor.11.f Psal.24.b. Ibidem

d *Dominus autem dirigat.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Sunt enim multa quæ à dilectione Dei defflectunt & abducūt, & multa diuerticula quæ illinc extrahunt, primùm quidem mammonæ, C velut impudentes quasdam manus, animæ nostræ iniicientis, & potenter corripientis, & iustos abducentis, deinde vanæ gloriæ studium, & afflictiones sæpenumero subuertunt quapropter quasi flatu quodam, diuino auxilio egemus, vt velum nostrum velut vehementi quodam vento ad dilectionē Dei transmittatur. Etenim ne mihi dicas, diligo Deum, etiam plusquam meipsum. Verba sunt ista. D Ostende hoc ipsis operibus si diligis eum plus quàm teipsum, dilige plus quàm argentum: & tunc credam, quod & plusquam teipsum illum diligas. Cum pecunias propter Deum non contemnas, quomodo teipsum contemnes? *Et patientia Christi.* ✠ IDEM. quid est in patientia? vt patiamur quemadmodum ille passus est, aut vt eadem faciamus, aut vt cum patientia ipsum expectemus. Hoc enim est diligere Deum, ipsius gratia pati, & nihil turbari.

a ¶ Sine impedimento ad omnes gentes, vt multi velociter conuertantur. b ¶ Clarus & intelligibilis fiat omnibus. c ¶ Cucurrit. d ¶ A pseudo.
a mini currat & clarificetur, sicut & apud vos, vt & liberemur 1
a ¶ Improbis disputando. b ¶ Qui falsa prædicant. c ¶ Id est, quorum nullus fidem habet, sed est error quod tenent. 2
b ab † importunis & malis hominibus. Non enim omnium 3 4
c a ¶ Orate vt liberemur. b ¶ Verus in promissis. c ¶ Ne importuni decipiant. 5
est fides. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos & cu- 6
a ¶ Hæc omnia vobis diximus, nec puto frustra. ¶ Qui in vobis operabitur. 7
stodiet à malo. Confidimus autem de vobis fratres in do- 8
¶ Quod vt fiet. 9
d mino, quoniam quæ præcipimus, & facitis, & facietis Dñs 10
a ¶ Si quid tortum est. b ¶ Voluntates vt existant. c ¶ Quam Deus dat, vel vt Deum diligatis. d ¶ Vt patientes sitis, sicut & Christus. 11
autem dirigat corda vestra in charitate Dei & † patientia 12
a ¶ Quæ præcipimus facietis, sed qui noluerit, excommunicetur. 13
e Christi. † Denunciamus autem vobis fratres in nomine 14
a ¶ Per Iesum præcipimus, vel honor Dei est si morbida ouis excluditur. ¶ In honore Christi. b ¶ Non communicetis eis.
domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fra- 15
a ¶ Aliter quam ordo naturæ exigit. b ¶ Ambulante. ¶ Id est, non secundum doctrinam, quam tradidimus eis.
tre ambulante inordinate, et non secundum traditionem 16
¶ Ideo debetis vos subtrahere. a ¶ In quibus.
f quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis, quemadmodum 17
¶ Vere oportet imitari nos, quia boni. 18
oporteat nos imitari. Quoniam † non inquieti fuimus in- 19
¶ Sine labore. a ¶ Quasi sumptum ab aliis.
ter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, 20
a ¶ Contra, gratis. ¶ Vsque ad sanguinem. ¶ Contra ab aliquo. b ¶ Ideo non accepimus. 21
† sed in labore & fatigatione nocte & die operantes: nē 22
¶ Ideo multo magis isti debent viuere de labore suo, qui non habent hanc potestatem.
quem vestrum grauaremus. Non quasi non habue- 23
a ¶ Pro alia causa hic quam apud Corinthios abstinuit: hic enim pro exemplo dando, ibi pro repellendis pseudo.
g rimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam dare- 24
a ¶ Vt vos imitamini, & ocium dimittatis. b ¶ Operabar inter vos ad exemplum vestrum sic enim faciendum docebam.
mus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud

e *Denunciamus.* De curiosis incipit & ociosis, monens bonos vt eos corripiant. † expectatione

f *Ipsi enim.* Et cum illi hæc non faciant, debetis vitare. Vel: Non ambulant secundum traditionem. Scitis enim quomodo me habui, quod in illis nō videtis. Q. Non est opus vt exponam vobis eam traditionē, quia eam scitis, quòd non inquieti, vt qui aliena negocia curāt, vagantes hac illac. E

† non inordinate gessimus nos

g *Sed vt nosmetipsos.* Notādum, quia Apostolus non solum verbis docebat, sed hortabatur & factis. Idonei enim magistri est quæ docet verbis, operibus explere. Etsi enim manifeste vera esse non ignorentur quæ docentur, tamen si negligi cœperint à magistro, non facile proficiunt. Audientibus enim magis opera suadent quam verba. Ideoque magnis præconiis remunerandi sunt, qui negligentibus magistris de solis verbis proficiunt. Apostolus ergo forma erat his & qui tenues erant substantia in plebe, vt discerent, libertatem suam non amittere. Vnde & Salomon: Raro (inquit) *infer pedem ad amici tui domum, ne satiatus tui oderit te.* Qui enim frequenter ad alienam mensam cōuenit, ocio deditus aduletur necesse est pascenti se, cum religio nostra ad libertatem homines aduocet. Ambrosius, prou. 25. c., F

✠ AMBROS. Illos dicit non ignaros liberis sui, quem sedulo exercitio operabatur, ne pane indigeret alieno, vt exemplum daret eis. ☞

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Currat. *sine impedimento ad alias gentes.*

2 Et clarificetur. *per miracula veritatem eius declarantia.*

3 Sicut & apud vos. *iam factum est.*

4 Vt liberemur ab importunis. *id est, à pseudo apostolis importune falsa ingerentibus.*

5 Et malis hominibus. *prædicationem Euangelij qualitercunque impedientibus.*

6 Non enim omnium. *id est, nondum acceperunt omnes fidem per me, qui sunt eam accepturi.*

7 Fidelis autem Deus. *in promissis adimplendis:* Qui confirmabit vos. *contra deceptiones pseudo Apostolorum.*

8 Et custodiet à malo. *scilicet in patientia, in persecutionibus tyrannorum.*

9 Confidimus autem. *id est, de vestra bona obedientia ad Deum.*

10 Quoniam quæ præcipimus. *quia non præcipimus autoritate propria, sed diuina ideo subdit.*

11 Dominus autem dirigat. *ad implendum sua mandata.*

12 In charitate. *erga omnes.*

13 Et patientia. *erga persecutores vestros.*

14 Denunciamus. *Hic consequenter informat eos ad euitationem mali. & primo facit propositum, secūdo remouet falsum intellectum, ibi:* Vos autem. *Circa primum dicit:* Denunciamus in nomine domini, &c. *id est, ex eius autoritate.*

Diuisio

15 Vt subtrahatis, &c. inordinate. *declinando ab ordine legis naturæ & legis scripturæ. quia dicitur* Psalm. 17. *d.* Cum peruerso peruerteris.

16 Et non secundum traditionem. *facto & verbo.*

17 Ipsi enim scitis. *per experientiam operis.*

18 Quemadmodum oporteat. *in operibus vestris.*

19 Quoniam non inquieti, &c. *id est, vagabundi & ociosi.*

20 Neque gratis, &c. *petentes nobis ministrari ab aliquo vestrum.*

21 Sed in labore & fatigatione. *corporali.*

22 Nocte & die operantes. *ad acquirendum victum nostrum: exceptis horis ad orandum & docendum aptis.*

23 Non quasi, &c. potestatem. *accipiendi sumptus à vobis secūdum formā euangelicā. Lu. 10. b. vbi dicitur prædicatoribus:* Edentes & bibētes quæ apud illos sunt, dignus enim est operarius mercede sua.

24 Sed vt nosmetipsos. *quia si nos habentes potestatem accipiendi sumptus abstinuimus ab hoc viuentes de nostro labore, multo magis alij qui non habent talem potestatem, debent de labore suo viuere. cætera patent vsque ibi:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret eis ad imitandum illum. neque enim reprehensibile esset, si panem ab his reciperet ad corporis curam, qui animis illorum spiritualem escā præbebat, quę etiam corpori immortalitatē cum gloria procuraret. Tunc enim exerta potest esse libertas, si semetipsum quis ventris causa aut pecuniæ, nulli subiiciat, suo pane contentus: maximè quod ad laudem magis proficit, si cum liceat, & sic sumendi potestas, contineat. Hic talis prodesse potest audientibus. Reuerentiam enim rigoris huius habebunt, & ea quæ adhoc mandantur, prætermitti non poterunt.

a *Quoniam si quis non vult operari.* Aug. de opere monachorum. Dicunt quidam, de operibus spiritualibus hoc Apostolum præcepisse, alioquin si de opere corporali hoc diceret, in quo vel agricolæ vel opifices laborant, videretur sentire aduersus dominum, qui in euāgelio: *Nolite solliciti esse, quid manducetis &c.* Sed superflue conantur & sibi & cæteris caligine obducere vt quod vtiliter charitas monet, non solum facere velint, sed nec intelligere, cum multis aliis locis epistolarum quid hic sentiat Apostolus apertissime doceat. Vult enim seruos Dei corporaliter operari vnde viuant, vt nō compellantur egestate necessaria petere. Nec est cōtra illud quod prædictum est: *Nolite solliciti esse quid manducetis &c.* Non enim hoc ideo dictum est, vt non procurent quantum necessitati satis est. vnde honestè potuerunt. sed non vt ista intueātur, nec propter ista faciant, quidquid euangelij præconio facere iubentur:

b *Iis autem, qui eiusmodi sunt.* ✠ Basilius. Neque vero his quæ à nobis hoc loco dicuntur, apostoli verba illa aduersari quisquam existimet, vt operantes panem suum manducent. Si quidem hoc ad ordinis & laboris defertores dictum est, perinde acsi diceret, præstabilius esse vnumquemque necessaria sibi saltem ad vitam præsidia parare, neque aliis grauem esse, quam vitam in otio traducere.

✠ Ambrosius. Quiotiosi esse desiderant, id agunt quatenus occasio nascatur, qua introitum suum desiderabilem faciant, domibus diuitum, ambulantes gesta & opiniones verborum subtiliter colligunt, scientes quid de quo velint audire, vt libenter & requisiti pascantur. Quod factum valde abhorret disciplina dominica.

Curiose agentes. hoc factum abhorret disciplina dominica, eorum enim Deus vēter est, qui fœda cura, necessaria sibi prouidēt.

c *Nolite* *Nolite deficere.* Quia & si operentur, possunt tamen nonnulli indigere. Et ideo monet, ne illi qui habebant vnde seruis Dei necessaria præberent, hac occasione pigriscerent. Non enim in reprehensionem venit qui humanus est in largiendo, sed hic qui cum possit laborem ferre, ociose vult vitam agere.

✠ Chrysostomvs. Non potuit vlterius increpationem producere, sed rursus eorum miserus est. Et vide cum quanta prudentia: non enim dixit: veruntamen ignoscite illis donec corrigātur, sed quid: Vos vero ne defatigemini benefaciendo. Subducite quidem vos ab illis, attamen ne contēnatis fame pereuntes. Quid igitur, inquis, si copiam alimenti apud nos habens otiosus permanserit? ad hoc placidū ac mite pharmacum dedi, nempe, vt subducetis vos abeo: hoc est, nullam illi fiduciam huius faciatis, ostendite vos irasci. non exiguum hoc est. Si quidem vere correctum volumus, ne ignoremus correptionis modos.

Ibidem

d *Nolite quasi inimicum.* ✠ Theophylactvs. postquam elemosinam dederis, iniunxit vt admoneas, non vt exprobres, vt & animo & corpore beneficium iam in illum conferatur. porro frater qui admonet, non publicè traducit iniuriam, sed priuatim hoc facit, idque cum mansuetudine. Doleat nobis nō quia impertimus, sed quia trāsgreditur legē Dei, ac veluti super morbo lugeamus. Audiant itaque qui nō solum non impertiunt aliquid, verumetiam contumelia afficiunt & iniuria pauperes, atque lapidibus petunt. Propter te pauperie iste affligitur, vt curare tu queas vulnera tua per elementiam, quam illi exhibes: tu verò eum qui tui causa inops est, repellis? quantæ sunt ista insipientiæ? quantæ ruditatis ac stupiditatis.

✠ Hieronymvs. Corrigite, vt emendetur: & nolite abscindere, vt desperet. Eger curandus est, non necandus. ne in apostasiam inquietudo vertatur.

✠ Avgvst. Sic enim & disciplina seruat patientiam, & patientia temperat disciplinam, & vtrumque refertur ad charitatem, ne forte aut indisciplinata patientia foueat iniquitatem, aut impatiens disciplina diffiperet vnitatem.

contra donatist. post collat. c.4.

e *Quod est signum in omni epistola.* Propter adulteratores scripturarum, manu sua in fine omnium epistolarum salutationem se subscribere testatur, vt sub nomine eius nulla epistola accipiatur, quæ non fuerit manu eius subscripta.

Ambrosius

☞ *Incipit*

c *Nolite*

NICOLAVS CD LYRA.

✠ 1 His autem qui eiusmodi, *vt cum silentio operantes, id est, quieti & non vagabundi.*

2 Suum panem. *id est, proprio labore acquisitum manducent. & non alienum.*

3 Vos autem. *Hic removet circa dicta falsum intellectum. quia posset aliquis credere. quod pauperibus laborare non potentibus & occupatis negocijs spiritualibus non essent administrandi necessarij sumptus, ideo hoc removet dī.* Vos autem fiat. *facultatem habentes.*

Nolite deficere benefacientes. *id est, nolite desistere à beneficentia talibus personis.*

4 Quod si quis non obedierit. *hunc notate scilicet in scribendo, vt possim eum corripere.*

5 Et non commisceamini. *societatem eius vitando.*

6 Vt confundatur. *& sic recipiscat a malo suo.*

7 Et nolite

7 Et nolite quasi inimicum existimare. *quia si vitium odiendum sit, natura tamen est diligenda.*

8 Ipse autem Deus pacis. *auctor & dator.*

9 Det vobis pacem sempiternam in omni loco. *id est, in terra & in cælo.*

10 Dominus sit cum omnibus vobis. *in præsenti per gratiam, & gloriam in futuro.*

11 Salutatio mea manu. *Hæc est vltima pars epistolæ, quæ est conclusio vel confirmatio per signum in fine epistolæ scriptum de manu Pauli. Quod enim supra positum est, scriptum erat per manum notarij, sed istud vltimum de manu Pauli erat scriptum, & similiter faciebat in aliis epistolis, ad certificandum illos quibus mittebantur, quòd essent à Paulo directæ. & ad excludendum epistolas à pseudoapostolis sub nomine Pauli scriptas: in quibus finis non erat scriptus de manu Pauli. Et his dictis patet litera.*

✠ *Incipi*

ADDITIO.

In cap. 3. vbi dicitur in pos. In charitate Dei erga omnes, *patientia Christi erga nostros persecutio.*

Quod dicitur, in charitate Dei, secundum glo. intelligitur in charitate quam Deus dat, & patientia Christi scilicet vt patientes sitis, sicut & Christus patiens fuit.

Quod

Incipit

Incipit argumentum in epistolam primam ad Timotheum.

Timotheo. in Asia relicto episcopo, scribit Paulus de episcopali officio, quomodo pseudoapostolis resistat, quomodo ecclesiam instituat, quales presbiteros vel diaconos ordinet, quales viduas honoret, quomodo ipse in ecclesia se habeat, vel quomodo eam regat.

Hieron. Timotheus iste fuit filius mulieris fidelis, patre Gentili procreatus: & cum non esset circuncisus, & ipse Gentilis, huic dabant bonum testimonium fratres qui erant Lystris & Iconij. Hunc voluit Paulus proficisci secum, & ideo circuncidit propter Iudæos qui erant in illis locis.

Eratque eruditus tam diuinis scripturis quam liberalibus artibus. Hunc Apostolus creauit episcopum. & ideo eum admonet, vt sollicitus sit in ecclesiastica ordinatione. Intentio Apostoli est in hac epistola instruere Timotheum de episcopalis dignitatis officio. Modus talis. Primò salutat eum. Deinde monet, vt pseudo apostolis resistat. Postea instruit de episcopali officio dicens quales debeat ordinare presbiteros & diacones, & quales debeāt esse mulieres eorum. Deinde quales viduas recipere debeat. Et postea de modo correctionis instruit eum. In fine admonet, vt vitet prophanas nouitates.

Incipit argumentum in epistolam ad Timotheum primam.

Timotheū instruit, & docet de ordinatione episcopatus, & diaconij, & omnis ecclesiasticæ disciplinæ, scribēs ei à Laodicia per Tichichū diaconem.

CAP. I.

Paulus. Act. 13. a. Paulus. Sequitur.

✠ Chrysost. magna erat profecto apostoli dignitas, & cernimus vbiq; paulum suæ dignitatis adiicientem causas, non quasi sibimet vsurpet honorem, sed veluti traditum, necessario exercere cogatur, quę profecto omnia ambitionē omnē excludunt, omnemque iactātiam. nam quemadmodum is qui non sibi traditum à Deo honorem vsurpare præsumit, culpari dignissimus est: ita & qui traditum sibi repellere, & à se arcere molitur, aliorum & reus criminum, infidelitatis scilicet & obedientiæ. Porro vbique dum scribit, apostoli nomen adiungit, vt auditores eruditat, non esse humana quæ dicuntur. Qui enim mittitur quod apostolus sonat, nihil proprium loquitur.

a *Secundum imperium.* Vnde: *Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod elegi eos.*

b *Et Christi spei nostræ.* ✠ Chrys. o. vide quā proprie, quā signāter hæc cognomenta posuerit necessario enim qui doctoris fungitur munere, pericula sustinet, & multo plura quā discipuli. Quoniam igitur ista rei natura est, diabolus vehemētius aduersus eos armatur, maioriq; fertur insania: quippe cum eorum cæde, gregis quoque detrimenta sequuntur. nam qui ouem iugulat, gregem quidem minuit. Porro qui pastorem ipsum de medio tulerit, totum simul gregem dissipauit: itaque minori cum labore maiora dettimēta molitur; atq; vna cū anima cuncta simul perdere, atq; vastare contendit: quocirca ab ipsis initiis ipsius erigit animum. Saluatorem inquiēs habēmus, Deum & Christum spem nostram. Patimur multa, sed magna nitimur spe, pericula insidiasque perpetimur, sed saluatorem habemus non hominem sed Deum. neque igitur qui saluat, infirmus est: Deus quippe est, neque spes nostra confunditur, Christus enim est. His igitur duobus iam adminiculis maximis freti, pericula ferimus, quod scilicet aut celeriter liburamur: aut melioti spe nutriti, facilè cuncta toleramus.

c *Timotheo dilecto in fide.* ✠ Chrysostomvs. Sed ecce, inquies, filium charissimum dicit, nec tamen eiusdē est substantiæ. quid quæso? nunquid brutum animal erat? Sed nō erat, inquies, ex Paulo genitus. non ideo tamen alterius erat substantiæ. nihil minus: cum enim dixisset, filium, adiecit, in fide, vt quid vellet, apertius exponeret. Seruabat per omnia similitudinem, quod in humanis quaque contingere solet. nempe enim est filius similis patri, vere longè amplius ac dignius ea similitudo in Deo seruatur. Quippe in hominibus, & si eadem substantia est, sed aliis plurimis differunt, colore, habitu, prudentia, voluntate, animi ac corporis motibus exterioribus longeque plura sunt, quæ illos ab inuicem disiungunt, quàm quæ inuicem iungant. Porro in Deo nihil eiusmodi impedimentorum est, nihil quod intercipiat omnino eam similitudinem.

✠ Ambrosivs. Verum filium appellat, sed in fide. Hæc vera & firma generatio est quæ nescit occasum, nescit morbos & pestilentiam & quæ ignorat famem & sitim. qui enim sunt in regno Dei nullius egent.

d *Gratia & misericordia & pax à Deo patre.* In hac salutatione, tria ponit, quæ ei optat, cum in aliis tantum duo posuerit. Misericordia hic accipitur quod in aliis epistolis gratia dicitur, id est, remissio peccatorum. Pax est tranquillitas animi, prælibatio æternæ pacis. hæc communiter omnibus optari solet. Gratia verò quam hic addit, episcopis optatur, id est, donatio spiritussancti, qua ministri Dei armantur.

e *Sicut rogaui.* Post salurationem prius de pseudo. repellendis: incipit hic legem adhuc tenendam docentibus.

f *Rogaui.* dicit, vt affectum charitatis, & formam humilitatis ostenderet.

Ambrosius

☞ *Fabulis*

Incipit epistola Nicol. de Lyra super epistolam Pauli ad Timotheum primam.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. I.

✠ 1 Paulus apostolus. *Hic incipit epistola prima ad Timotheū. Quæ diuiditur in duas partes scilicet in Salutationem. & prosecutionem. secundum ibi:* Sicut rogani. *In prima parte ponitur persona salutans, & exprimitur quantum ad tria scilicet quantū ad nomen proprium, ibi:* Paulus. *quantū ad officium, ibi:* Apostolus Iesu Christi. *& quantum ad auctoritatem officii, ibi cum dicitur:* Secundum imperium Dei, *sicut pater &c.* 11. a Dixit illis spiritussanctus: Segregate mihi Batnabam & Paulum in opus ad quod assumpsi eos. *opera vero trinitatis sunt indiuisa. propter quod idem est imperium trium personarum. & ideo vna expressa aliæ subintelliguntur.*

Ibidem

2 Et Christi, &c. *id est. per quem speramus obtinere gloriam. Secundò ponitur persona salutata, cum dicitur:*

3 Timotheo dilecto. *ad ostendēdum quod erat filius eius spirituali, & non carnalis. Tertiò ponuntur bona optata, cum dicitur:* Gratia & misericordia & pax.

4 Misericordia. *in remissione peccatorum.*

6 Gratia & misericordia *in ampliatione meritorum.*

6 Et pax. *in consecutione præmiorum.*

7 A Deo patre. *qui est dator & autor istorum.*

9 Et Christo Iesu. *Qui quantum ad deitatem est eadem principalis causa cū patre & spiritussancto, & quantum ad humanitatem est causa instrumentalis coniuncta, sicut manus est organum coniunctum artificis, securis autem separatum. & hoc modo aliæ creaturæ sunt instrumenta Dei separata.*

10 Sicut rogaui te. *Hic incipit huius epistolæ prosecutio. Circa quod sciendum, quod Apostolus ordinauit Timotheum episcopum ecclesiæ Ephesinæ. & ideo in hac epistola instruit eum de his quæ pertinent ad episcopi officium. Ad quod spectant sex actus specialiter. Et secundum hoc prosecutio huius epistolæ diuiditur in sex partes, quæ patebunt prosequendo. Primus autem actus pertinens ad episcopum est extirpatio falsæ doctrinæ, sicut impedimenti remotio. prior est in aliquo opere. Ad hoc autem Apostolus inducit Timotheum in hoc capit. 1. Quod in tres partes diuiditur. nam primò ad hunc actum inducit secundò incidenter Deo gratias agit. tertiò ad propositum redit, ibi:* Hoc præceptum. *Prima adhuc in tres: quia primò inducit Timotheū*

Diuisio

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Fabulis & genealogijs.* Aug. Hæreticus quidam inimicus legi & prophetarum, existimat Apostolum hoc loco diuina eloquia fabulas appellasse, sicut & alibi cum ait: *Prophanas & aniles fabulas deuita.* Quisita nó multum hæreticus erraret? Cur ergo ipse idem fecit, si hæc esse aniles fabulas indicauit? Cur dicit Abraham habuit duos filios? & alia, huiusmodi. Sed melius dicitur, quòd propter legitimas scripturas habẽt Iudæi traditiones non scriptas, quas memoriter docent, & deuteroſin vocãt, vbi dicunt Deum duas vxores creasse primo homini, ex quibus genealogias infinitas texunt, facientes infructuoſiſſimas quæſtiones. has autem dicit fabulas. *Fabulis.* Iudæorum, qui dicunt duas mulieres fuiſſe primo homini: Euam, & alteram, ex qua dicunt multos filios esse natos quod nusquam sacra pagina narrat.

b *Genealogijs* quibus narrant sed de genere Abrahæ & Dauid: quasi inde eis salus debeatur, vel quibus narrant Christum non esse Dauid.

✠ Ambrosius. Quid enim opus est generationem, quas constat esse infinitas per traducem, facere mentionem, & quid & quarenus factum est sub vno quoque eorum, & non potius compendio per fidem salutem quærere. Inde enim quæſtiones oriuntur, cum quod, & quando, & quomodo, & quare factum est, tractatur: quæ res impedit salutem.

✠ Chrysost. quid interminaris? finem scilicet nullum, nullamque vtilitatem habentibus, aut perceptu difficilibus. Vidisti quomodo huiusmodi quæſtiones culpat, ac resecare contendit? Vbi enim fides est, nulla quæstionis necessitas est. vbi nihil oportet curiosè perquirere, quid opus est quæstione: quæſtio nempe fidem tollit. qui enim quærit, nondum inuenit. qui quærit, difficilè credere potest: idcirco ait non vacemus his quæſtionibus; nam si quærimus, id fides non est. Fides enim animum cogitationemque facit conquiescere. non igitur intendamus quæſtionibus: fideles enim ideo vocati sumus, vt his quæ dicuntur, siue vlla hesitatione credamus, vt nihil omnino dubitemus nam si humana essent quæ dicuntur, oporteret ea merito discuti, quod si diuina sunt, honoranda solummodo atque credenda censentur: sin vero non credimus ea, neque Deum esse sciemus. Quo enim pacto nosti, quia Deus est, cum ab eo causas rationesque requiras? nam quod Deum nouerimus, istud primum argumentum est, si omnibus quæcunque ille dixerit, absque argumẽtis probationibusque credamus: & hoc gentiles de Diis nouerunt, in homine quoque eos hoc feciſſe manifestum est, seductore atque mago. Pytagora scilicet autos ephatque in templis silentium inscriptum est, continebárque digito os, & labia comprimebat, præterentes omnes, silentij admonens. An vero illa honestiora, quam nostra sunt, vt in illorum comparatione redicula esse nostra putentur? gentilium nempe inuenta merito discutiuntur: eiusmodi enim sunt, quæ pugnas cogitationum & concertationes indicant. At vero nostra ab his omnibus longiſſimè remota sunt: illa enim humana adinuenit sapientia, hæc autem gratia spiritalis edocuit: illa fatuitate atque amentia plena sunt, hæc autem sapientiæ dogmata. Illic neque discipulus, neque magister est, verũ omnes quæſtionibus certant. qui enim discere cupit obtemperare debet, non corrixari, credere non ratiocinari, per fidem enim omnes veteres placuiſſe Deo docetur absque enim fide, cuncta soluuntur in nihilum.

ad falsitatis extirpationem secundò ad hoc subdit rationem, ibi: Finis. *tertiò remouet obiectionem. ibi.* Scimus autem. *Circa primum dicit:* Sicut rogaui te. ô Timothee, *simpliciter sic facias, & quid sit illud de quo rogauit, consequenter ostendit di.*

1 Remaneres Epheſi. *pro regimine ecclesiæ.*

2 Vt denunciares. *quibusdam pseudo apostolis.*

3 Ne aliter docerent. *quam tradidi Ephesijs. Volebát enim isti falsi apostoli inducere Ephesios ad obseruationem legalium & traditiones Iudæorum, tanquam necessarias ad salutem.*

4 Neque intenderent. *id est, vt denunciares auditoribus, vt non intenderent talibus friuolis erroribus. ideo subditur:*

5 Fabulis & genealogijs. *Dicuntur autem fabulæ illæ quibus non subest veritas: cuiusmodi erat obseruatio legalium, quæ tota fuit figuralis, figurãdo nouã Testamentum. & ideo isto completo cessat illa obseruatio & dicere quòd maneat, est dicere quòd status figuralis adhuc durat: & per consequens quòd Christi mysterium non est impletum adhuc. quod non solum est falsum, sed etiam erroneum. Dicitur etiam fabulæ traditiones Iudæorum, quibus irritũ faciebant diuinum mandatum, secundum quod improperat eis Saluator Matth. 15. a. tanquam falsum euidens continentes. Genealogiæ verò interminatæ secundum alioquos hic dicitur generationes Adæ de alia vxore quam Eua ex qua aliqui Iudæi genealogias multiplicabant. Sed quia glo. Iudæorum de ista secunda vxore non loquuntur, ideo videtur melius dicendum, quòd aliqui Iudæi falso genealogizabant generationes à Dauid descendentes, vt per hoc excluderent Iesum Nazarenum à Dauid descendisse. & per consequens concluderent ipsum verum Messiam non fuisse. & per scripturæ dicunt à Dauid descendere. Et dicuntur interminatæ, quia non terminantur ad aliquid certum & verum.*

Genealogiæ interminatæ

6 Quæ quæstiones, &c. *i. lites & contentiones inter disputantes.*

7 Quod ædificationem. *id est, ad ficium spirituale virtutum.*

8 Quæ est fide. *id est, cuius ædificij fides est stabilimentum, in quod prædicta non constituunt, sed destruunt ædificium spirituale.*

9 Finis autem. *Hic ce prædictis subdit Apostolus rationem scilicet quarenõ sit attendendum legalibus obseruantijs & genealogijs interminatis, quia nõ faciunt ad impletionẽ legis diuinæ, sed magis ad oppositum: quia lex ordinat ad diligendũ Deum & proximũ. ad quod prædicta non faciunt, sed magis impediunt. ideo dicit:* Finis autem, &c. *Quod patet quia præcepta primæ tabulæ ordinãt finaliter ad dilectionem Dei. præcepta verò secundæ tabulæ ad dilectionẽ proximi, vt patet Exo. 20. Alia verò præcepta quæcunq; sunt, nõ sunt nisi quædã explicationes istorum & conclusiones ab eis derivatæ, non tamen eodem modo. quia aliqua sequuntur de necessitate, aliqua verò non. Et ex hoc sequitur quòd aliqua de huiusmodi præceptis supermanẽt, vt moralia. talia verò tantum ad tempus, vt iudicialia & ceremonialia.*

10 De corde. *quantum ad appetitum. qui dicitur hic, cor. nam vo-*

✠ *luntas*

Omnium igitur hæc summa est, vt intelligatur legis diuinarúmque scripturarum plenitudo charitas esse rei qua fruendum est: & rei quę nobiscum ea re frui potest, id est, Dei & proximi. Præcipitur enim Deus diligi, & proximus. Vt autem quisque diligat, alio speciali præcepto non est opus.

Item Charitas ista, amor Dei est & proximi. Amor huius seculi, cupiditas dicitur. Minuitur cupiditas charitate crescente. Cupiditas ergo refrenetur, charitas excitetur.

✠ Chrysosto. medicinæ finis sanitas est: itaque cũ adest sanitas, curatione multa nihil opus est: etiã si adsit charitas, præceptis non est opus. charitatem vero cuiusmodi dicit, synceram, & quæ non verbis tantum, sed quæ ex sententia & cordis intimo affectu, proximorumq; miseratione proueniat. *Et corde puro.* sane de conuersatione tecta, quippe & vita impura schismata facit. nam & in malis dilectio inuenitur: puta latrones latrones amãt, & homicidæ homicidas: verum ea non est dilectio ex conscientia bona, sed mala, neque ex fide non ficta. fides enim quod verum est, indicat, & ex synceritate fide charitas gignitur. Qui enim veraciter in Deum credit, nunquam prorsus ab ea desistere poterit.

✠ Amerosius. Vera charitas nõ potest vitam malam agere, nec simulatam habere habere.

a *Conscientia bona.* Aug. Conscientia pro spe. Ille enim ad id quod diligit se peruẽturum desperat, cui malæ conscientiæ scrupulus inest.

b *Et fide non ficta.* Vel non fictili & fragili, vel in qua non quisque sibi quodlibet fingit, sed catholica.

c *A quibus.* Improbat hic aduersarios, qui legalia tradebant, dicens: *A quibus, &c.*

d *Non intelligentes, &c.* Si quando enim de praua & falsa opinione sua reprehendi & conuinci cœperint, ad defendendum id quod leuissima temeritate & apertissima falsitate dixerũt, de sanctis libris multa verba pronunciant, volentes esse legis doctores, cum tamen non intelligant quæ loquuntur, vel de quibus.

✠ Avgvst. Omnium hæreticorum mater superbia. Idem. Hæreticus est qui temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque cipatúsque sui gratia, falsas, vel nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur.

✠ Irenæus. qui absistunt à principali apostolorum successione, & quocunque loco colliguntur, suspectos habere oportet: vel quasi hæreticos, & malæ sentẽtiæ: aut vt hypocritas quæst⁹ gratia & vanæ gloriæ hoc orãtes: si omnes à veritate decidunt.

✠ Hieronymvs. Heretici matrem habent suæ iniquitatis superbiam, dum semper altiora se scire iactitant, & in ecclesiæ contumeliam debachantur.

✠ Idem. Quis hæreticorum non in superbiã extollitur, ecclesiæ simplicitatem paruipendens, & fidem, imperitiam reputans.

✠ Idem. Hæretici semper in dogmatum suorum sibi quasi sublimitate confidunt, & ecclesiæ simplicitatem despiciunt.

e *Scimus autem.* Approbat suam partem. *Scimus autem.* Ne videretur legem incusare, addit: *Scimus autem, &c.* Sed ne iterũ videatur eam inducere, subiungit: *Scientes hoc, quia iusto non est lex posita:* quia non ex ea est iustus, sed ex fide. Ad quid igitur ei necessaria est lex? Sed ideo data est, vt vel reum puniret, vel peccare volentem coerceret. Iustus tamen, & si ea non eget, vtitur, vt sic esset in autoritate aliis, & futura attesteratur factis.

f *Quoniam bona.* Quomodo bona si non iusto posita? Sed iam iustus non eget pædagogo, sed iniusto vt fiat iustus.

g *Legitimè vtatur* Qui scit ad tempus datam, & sub Christo deserit. Iam iustis per remissionem nõ est opus lege, à qua liberi sunt per Christum. *Legitimè vtatur.* Lege legitime vtendi multiplex est modus, vt secundum aliud iustus, & secundum aliud iniustus recte dicatur legitime vti lege. Iniustus enim ea legitime vtitur, quando intelligens quare data sit, eius comminatione tanquam pædagogo perducitur ad gratiam, per quam iustus fiat. Iustus verò & illa legitimè vtitur, cum eam tenendo iniustis imponit, vt sic eum iniustis cœperit inolitæ concupiscentiæ morbus incentiuo prohibitionis, & cumulo præuaricationis augeri, confugiant ad iustificantem gratiam, & per eam suauitate iustitiæ declarati pœnam literæ minantis euadant.

Quia

luntas quæ est appetitus intellectualis, mouet alias animæ potentias ad agendum sicut cor membra corporis ad operandum.

1 Et conscientia bona. *quantum ad intellectum bonum. Est enim conscientia applicatio scientiæ ad aliquod particulare agibile. & ideo quando scientia recta applicatur ad bonum operabile, dicitur bona: è contrario verò mala.*

2 Et fide non ficta. *id est, vera & non simulata: quam habebant aliqui subdoli, fingentes se esse Christianos, vt simplices deciperent & alios fingerẽt capi, sicut dicitur de Torquato in legẽda sancti Tiburtij.*

3 A quibus quidam aberrantes. *id est, declinantes.*

4 Conuersi sunt, &c. *asserendo de legalibus prædictis & traditionibus. quòd necessarium sit ea obseruari post aduentum Christi.*

5 Volentes esse legis doctores. *cum non fuerint adhuc sufficientes discipuli. ideo subditur:*

6 Non intelligentes, &cę. *id est, non intelligentes conclusiones, de quibus loquuntur, nec scripturas per quas probare nituntur.*

7 Scimus. *Hic consequenter remouet obiectionem. quia posset aliquis obijcere de legibus, quòd fuerũt à Deo institutæ, vt peter in Exo. & Leui. & per consequens bonæ & seruandæ. Ad hoc verò respondet. Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod lex habet vim duplicem scilicet relatiuam & coactiuam. primo igitur soluit obiectionem quantum ad primam. secundo quantum ad secundam, ibi: Scientes hoc. Vis autem regulatiua legis ordinat hominem in bonum. Hominis autem bonum potest aliquid dici dupliciter. Vno modo simpliciter, & secundum omne tempus. & sic vetus lex quantum ad præcepta moralia ordinabat homines ad bonum. propter quod omni tempore sunt seruanda. Alio modo dicitur aliquid hominis bonum secundum aliquod tempus determinatum, sicut vtilibus vestimentis bonum est homini tempore æstiuali, non autem hyemali. propter quod vestimenta priora dimittuntur, & alia accipiuntur. Et hoc modo lex vetus, quantum ad præcepta ceremonialia ordinabat homines ad bonum, pro tempore veteris Testamenti. Erant enim instituta ad figurandum Christi mysterium venturum. propter quod illæ ceremoniæ cessant Christi mysterio adimpleto, & aliæ sunt institutæ. verbi gratia: Inter cerimonialia veteris legis principalia erant oblationes & sacrificia, quæ figurabant Christum in cruce offerendum & immolandum. propter quod ipso iam oblato, & immolato offerre dictas oblationes & sacrificia, & maximè post publicatum euangelium. est significare quod oblatio Christi in cruce, & eius immolatio, nondum sit impleta. quod est falsum propter quod oportuit aliud sacrificium institui, quod esset significatum oblationis Christi iam completæ. & sic Christus instituit sacrificium eucharistiæ, quod est memoriale passionis dominicæ. Luc. 22. b. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commendationem. & sic de aliis ceremonialibus suo modo. Quantum autem ad iudicialia præcepta, lex non ordinabat ad aliquid figurandum per se & directè. sed ad modum seruandi iustitiam inter homines: propter quod adueniente Christo non sunt euacuata vt mortifera, sicut ceremonialia, quæ possunt seruari, dum tamen non seruantur vt obligantia ex lege illa: quia fuerunt instituta ad seruandum iustitiam inter homines pro statu veter. Testament. qui est totus figuralis respectu status nouæ legis. 1. Corinth. 10. c. Omnia in figura contingebant illis: propter quod præcepta iudicialia per accidens fuerunt in figuratiua. & ideo seruare illa ex obligatione veteris legis, est sign. ficare falsò, quòd status illius populi adhuc durat, quod est falsum. Possunt tamen illa seruari ex ratione alia, vtpote ex nona institutione ecclesiæ vel principum alicuius, vel huiusmodi. Sic igitur dicit Apostolus:* Scimus autem quia bona. *scilicet in moralibus semper & ceremonialibus vsque ad passionem Christi. Extunc enim fuerunt mortua, quia non obligabant vltrà. poterant tamen seruari, dum tamen non ponerentur spes in eis. & hoc vsque ad publicationem Euangel. sed extunc fuerunt mortifera, sicut suprà plenius dictum est in epistola ad Galat. & in epistola ad Roman. Iudicialibus autem tempore veter. Testament. tanquam ex lege obligantibus. tempore verò noui Testam. ex obligatione, vt dictum est.*

Ceremonialia & iudicialia quare nunc cessent.

☞ A ✠ CHRYSOST. Quemadmodum freno legitime vtitur non is equus, qui lasciuit, neque qui mordet, sed qui illo pulchrè agitur: ita & is lege vtitur legitimè, nō qui literæ necessitate sobriè ac iustè viuere cogitur. qui nō legis metu ipsam exequitur, sed ex virtutis desiderio, hic illam dignius cæteris implet: neque enim pari cōditione, is qui supplicium veretur, & qui honorem appetit, legē implet. Iste legitimè ea vtitur, qui maiora quam ipsa præcipit, perficit, qui ab ea erudiri nō patitur. lex enim vt plurimū circa scelerum interdicta versatur. At id iustum neminem facit, sed sola bonorū operum exercitatio. Quicunque igitur seruorum more, à malis abstinēt, hi legis estimatione frustrantur, idcircoq; enim imposita est vt puniat transgressores. B lex enim malis suppliciorū denunciatrix est. Cæterum ei, qui coronis digna peregerit, ad quæ vtilis erit lex? ad nihil profectò, quemadmodum & medicus, confecto vulneribus, non sano, neque bona valetudine prædito.

† inobedientibus q nolunt subdi
† prophanis

a ¶ Spiritualiter sicut ipsa docet, vel vt per eam agnoscat morbum & quærat medicum. b ¶ Tamen. ¶ Etiam. ¶ Quod non illi. c ¶ Et cum iustus in fide, quid ei lex? d ¶ Vt dominetur.

a timē vtatur, sciētes hoc, quia iusto non est lex posita, sed 1

a ¶ Contra legem naturæ agentibus. b ¶ Cum bene moneremur à ratione. c ¶ Per pirtes 2 ¶ Contra Deum. d ¶ In se, & proximum. e ¶ Quibus scelus per se placet.

b iniustis, & † non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis, 3

a ¶ Qui vel timore consentiunt, vel fauore aliquo. ¶ Quia lex naturæ in eis aboleuerat: literis 4 est reformata pro eis coercendis. 5

& † contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, for- 6

a ¶ Qui plagas cuiuslibet generis inferunt proximis. 7

nicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendaci- 8

a ¶ Morali legi & naturali. 9

bus, & periuris, & si quid aliud sanę doctrinæ aduersatur, 10

a ¶ Sana doctrina. ¶ Non contra. ¶ Omnis veritas concordat Euangelio. 11 b ¶ Quod prædicat, vel dat gloriam. 12

quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod cre- 13

¶ Vt fideli. a ¶ Vnde. b ¶ Vt nec mors, nec vita separet à Christo. 14

c d ditum est mihi. Gratias ago ei qui me † confortauit in Chri 15

¶ Cum sub lege infidelis. a ¶ Certa scientia. ¶ Præuidit. 16

sto Iesu domino nostro, quia fidelē me existimauit ponēs 17

a ¶ Prædicandi. b ¶ Q. Sed vtrum hoc mihi per legem? Non: quia sub ea fui blasphemus. 18

in ministerio. Qui prius fui blasphemus, & persecutor & 19

† potētem fecit Christo

✠ AMBROSIVS. Hic enim legitimè vtitur lege, qui potest discernere ea quæ ad tempus data sunt, ab iis quæ perpetua sunt: & quæ ad Christi pertinent sacramentum, seruari iam in futurum nō oportere, quasi vetustus credatur qui iam venit. Si enim omnia suis locis accipiātur, bona sunt; si quò minus peruersa erunt malè asserenti. peccare est enim, vnaquæque minime suis locis exponere.

Aug. l. de spiritu et lit. cap. 10.

a *Quia iusto non est.* id est, imposita, vt suprà illum sit, vt ei dominetur: In illa enim potius, & cum ipsa, quā sub ipsa, quia amicus iusticiæ est, cuius inimicus est, qui pœnæ timore non peccat. Amicus verò est, qui eius amore non peccat.

Lib 3 offic. cap 5.

✠ OECVMENIVS. lege ei non opus est ad recte viuendum, qui recte ex gratia viuit.

In Psalm. 1 8. cōmunicatione 32

✠ SEDVL. nouā implentibus legē, lex vindictæ nō est imposita.

✠ AMBROSIVS. quia iustus legē habet mentis suæ, & æquitatis ac iusticiæ suæ normam: Ideoque non terrore pœnæ reuocatur à culpa, sed honestatis regula.

✠ AVGVSTINVS. an non eo modo ponitur iusto, quomodo posita est populo contumaci? in tabulis lapideis, nō in tabulis cordis carnalibus, &c. Ecce quomodo voluit legē istam poni à domino, non sicut iniustis & non subditis ad vetus testamentum pertinentibus posita est in tabulis lapideis, sed sicut sanctis filiis liberæ, hoc est supernæ Ierusalem, filiis hæreditatis eternæ, spiritu C sancto, tanquam digito Dei, in mente datur, & in cordibus scribitur; non quam memoria teneant, & vita negligant, sed quam scient intelligendo, faciant diligendo in latitudine amoris, non in timoris angustiis. nam qui timore pœnæ, non amore iustitiæ opus legis facit, profectò inuitus facit.

✠ HIERONYMVS. Ergo Christianis non opus est, qui sunt iustificati per Christum: qui didicerint etiam occasiones fugere delictorum; nam vt quid dicitur, non occides, quibus irasci non permittitur.

✠ CHRYSOST. Cur iusto lex imposita nō est: quia ille cruciatu superior est: neque à lege, quæ agenda sunt, discere expectat, cum habet intrinsecus dictantem spiritus gratiam. lex enim data est, vt metu atque comminatione terreantur, ac peccare desistāt. nihil igitur opus est freno mansueto & obtemperanti equo: nihil instructione opus est ei, qui pedagogo non indiget.

20 b *Et paccatoribus.* E In se sceleratis, & contaminatis in proximum.

✠ CHRYSOSTOMVS ET THEOPHYLACTVS. Speciatim peccata explicat, vt erubescere persuadeat, ob legis præsidentiam & magisterium quid igitur? Iudæi plagiarij, patricidæ & matricidæ erant? tales profectò fuisse significat. Nam dic, obsecro, nonne illi idola igitur adorabant? nonne Moysem lapidare volebant? nonne fraterna cæde illorum madebant manus? nonne hæc atque huiusmodi illis quotidie exprobrabant prophetiæ?

✠ HIERON. Illis omnibus data est: quos abiectis criminibus nititur reuocare.

Aug. Ser. de conuers. b. Pauli.

c *Gratias ago ei qui me.* Hic ostendit mala sibi fuisse in lege. Bona vero ea dimissa, quòd fidelis est, & positus in ministerio. vnde fortis. per quæ ostendit legem post Euangelium inutiliter duci.

d *Confortauit in Christo.* Mentem corroborauit, quæ prius impossibile putabat, quod de domini potestate & maiestate & spe prædicabatur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Onus ingens subierat, plerumque periculi, & quod superno adiutorio plurimum indigeret. aduersus enim quotidianas contumelias, maledicta, mortésque persistere, nec lacessere, neque referre pedem: non humanarum virium erat, neque itidem tantum diuini adiutorij, verum & ipsius proposito voluntatis. quomodo enim hi, qui in bello regia signa circunferunt, vt moris est, magnis laboribus & viribus indigent, ne id hostibus prodant: ita & qui Christi nomen portant, non in F bello solum, verumetiam in pace summis viribus indigent, ne id maledicis linguis exponant.

☞ a Sed

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Scientes hoc quia iusto. *hic consequetter soluit obiectionem prædictam quātum ad vim legis coactiuam, quæ per pœnas cohibet à malis. & quantum ad hoc dicit: Scientes hoc quia lex iusto non est posita quantum ad vim coactiuam, quia iustus non cohibetur timore pœnæ à malis, sed virtutis amore. & sic eius voluntas est legi consona. propter quod per legem non cogitur, quia coactio violentiam importat. sed sic lex posita est hominibus malis: propter quod subditur:*

2 Sed iniustis. *Id est, inique agentibus contra proximum.*

3 Et non subditis. *id est, rebellibus superioribus suis.*

4 Impiis. *agentibus contra Deum. sicut & per oppositum pietas vno modo accepta idem est quod cultus diuinus.*

5 Et peccatoribus. *ex infirmitate dilinquentibus.*

6 Sceleratis. *qui peccant ex certa malitia.*

7 Et contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum. *peccatis carnalibus generaliter. Cætera patent vsque ibi:*

8 Plagiariis. *id est, assuetis plagas & verbera alijs inferre.*

9 Mendacibus. *mendatio pernitioso.*

10 Et si quid aliud sanæ doctrinæ. *omne tale qui est per legem puniendum.*

11 Quæ. *scilicet sana doctrina.*

12 Est secundum Euangelium. *cui concordat omnis veritas.*

13 Gloriæ beati Dei. *Dicit enim gloria, &c. quia prædicauit hanc gloriam.*

14 Quod. *scilicet Euangelium.*

15 Creditum est mihi. *tanquam ipsius fideli prædicatori.*

16 Gratias ago ei qui me confortauit. *Quia fecit mentionem de Euangelio sibi credito, ideo incidenter gratias agit Deo de sua vocatione ad fidem & appellatum, dicens:* Gratias ago ei qui me confortauit. *secundum quod dicitur Act 9 d.* Saulus autem multò magis conualescebat, & confundebat Iudæos, &c.

17 Quia fidelem me existimauit. *id est, iudicauit.*

18 Ponens in ministerio. *apostolatus.*

19 Qui prius fui blasphemus. *contra personam Christi.*

20 Et persecutor & contumeliosus. *contra membra eius. persecutor in factis, contumeliosus in verbis.*

✠ Sed

☞ A a *Sed misericor. Dei.* Consequuntur misericordiam & qui scienter peccant, vt Dauid, & qui ignoranter, quod facilius ignoscitur *Misericordiam.* De eo, quod ignorans feci. Vel causa, non tamen propriè. cum mala fuerit ignorantia, misericordia verò gratuita.

Aug. in Ps. 50. & 83.

✠ AMBROSIVS. Non malitia hoc petat, sed errore, cui facile potuit, cùm resipuit ignosci. qui autē scit vera esse quæ negat, hic non errore hoc agit, sed maleuolentia, huius incurabile vulnus est. Inuidia enim compellitur falsum appellare, quod scit verum.

† violentus

✠ CHRYSOSTO. Cuius ergo rei gratia Iudæi quoque alij misericordiā consequuti non sunt? Quia nō ex ignorantia, verum ex proposito malo, sciētes prudentesque peccauerunt.

† inf. 4. a. † Certus.

b *Superabundauit* Super maiora bona quā olim mala.

Superabūdauit. Quia non solum peccata dimisit, sed fidem & dilectionem dedit. De quibus nulli est ambigendum: *Quia Iesus Christus venit in hunc mundum pe. sal. fa.* Et iste *sermo est fidelis.* i. verus & acceptabilis, quia vtilis.

† clementiam Matt. 10 b. longanimitatem B

a ¶ Comprehensis inferens contumelias. b ¶ Remissionem, non per merita mea.

a † contumēliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, 1

a ¶ Sub lege ignorantia, & ideo incredulitas: modo econtra fides & veritatis cognitio. Ecce patet, quòd non ex leuitate dimisit priora. b ¶ Non solum misericordiam consecutus sum, sed fidem & dilectionem & gratiam donorum.

b quia ignorans feci in in crēdulitate. Superabundauit autem 2

a ¶ Qui dona diuersa dedit cum fide & dilectione. i. cum perfectione fidei dilectionis, quia 3 nulli datur remissio peccatorum sine fide, & dilectione. ¶ Non in lege. 4

gratia dōmui nostri cum fide & dilectione, quę est in Chri- 5

¶ Dignus, vtilis. a ¶ Non vna. b ¶ Quia sic & in futuro saluat. c ¶ Iste. s.

c d sto Iesu. † Fidelis sermo & ōmni acceptione dignus, quia 6

a ¶ Quasi passibilis cum aliis. ¶ Iam miserum. b ¶ Quoscunque. etiam paruulos, qui 7 etsi à baptizatis nati, hoc est carne tantum, non spiritu, non ex eo quod renouatur, quia si 8 spiritus essent ex traduce, ex mundato spiritu descenderet mundatus.

Christus Iesus vēnit in hunc mundum peccatores saluos fa- 9

¶ Inter quos. a ¶ Qui in lege.

e f cere, quorū primus ēgo sum. Sed ideo misericordiā cōsecu- 10

a ¶ Peccatore. b ¶ i. maximo peccatore, vel primum. i. antequam in aliis vel primum. i. maxime in me, vel ante. c ¶ i. perfectam.

g tus sum, vt in mē primō ostenderet Christus Iesus omnēm 11

a ¶ Quod tantum sustinuit, & in posterum nullam reseruat iram. b ¶ Vt nullus de immanitate 12 scelerum desperet. ¶ Quid faciet amico, qui hoc fecit inimico. 13

† patiēntiam † ād informationē eorū qui credituri sunt illi 14

a ¶ Tendentes. ¶ Vt habeant vitam æternam. ¶ Ideo. ¶ Pro prædictis. ¶ Trinitati. 15 b ¶ Secundum quod Deus apud Deum. ¶ Immutabili. c ¶ Incomprehensibili. 16

h i vitām æternam. Regi autē seculorum immortāli inuisibili 17

c *Omni acceptione* quia corpus & animam saluat. Vel humanus est sermo iste. Alia litera: Vt non dicam diuinus quia si homo qui hospitio suscipit hominem, humanus dicitur, quanto magis humanus est, qui in seipso suscipit hominem.

d *Quia Christus Iesus.* Nulla causa veniendi fuit Christo, nisi quòd peccatores saluos faceret. Tolle vulnera, & nulla est causa medicinæ. Sed venit de cælo magnus medicus, magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. Ipse ægrotus, genus humanum est, quod totum perierat, ex quo peccauit vnus in quo erat totum. Sed venit vnus sine peccato quia saluos faceret à peccato. *Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat.* Venit per quod homo erat Nam per quod Deus erat, semper hic erat, qui dixit: *Cælum & terram ego impleo.* ergo & in mūdo erat, & venit in mundum. hic erat per diuinam maiestatē, venit, per humanā infirmitatem. Quare venit? ex misericordia s. quia pctm̄ voluit tollere, peccatores saluos facere. Non enim eum de cælo ad terram merita nostra, sed peccata traxerunt. vnde: *Et vocabis nomen eius Iesum.* Quare? audi: *Ipse enim saluum faciet populum suum.* Vnde? *à peccatis eorum.* Nunquid ad istum populum pertinēt paruuli? pertinent planè. Sic credit, cum ista fide paruulos ad Christi gratiam portare. Quid mihi dicis? sanus est, non habet vitium: Quare cum illo curris ad medicum, si non habet vitium? Si sanus esset non clamaret Iesus: *Sinite paruulos venire ad me, &c.*

Luc. 1. c. Mat. 1. b. Trin. de li.

e *Primus.* i. peior, quia persecutor, quo prior non erat: Nemo. n. acrior inter persecutores, ergo nemo prior inter peccatores. primus ergo erat non ordine temporis, sed magnitudine iniquitatis.

f Sed

f *Sed idcirco misericordiam, &c.* Cæterum idcirco misericordiā fuisse consequutum indicat, vt nemo iam peccator quibuslibet D sceleribus pressus, de se desperet, imo eandem se consecuturum veniam hoc exemplo præsumat. magnum valde ac reuera ingens est donū. Sit verbi gratia, ciuitas quædam populosa, cuius ciues omnes mali sint, alij plus, alij minus, omnes tamen peccatis obnoxij: vnus autem inter cæteros sit sceleribus clarus quippe qui omne genus nequitiæ exercuerit: Si igitur dixerit quispiā regem omnibus culpas velle dimittere, non ita verbis fides adhibebitur, sicuti si videant eum, qui plus omnibus deliquit, venia fuisse donatum, nulla enim iam ambiguitas remanere poterit, quin omnibus ignoscere velle existimetur rex, qui eum absoluerit, q erat pręcæteris peccatoribus insignis, quemadmodum etiam habet consuetudo loquendi. Si hunc ignouit Deus, neminem puniet. ✠ AMBR. hæc accusatio eius est, laus vero saluatoris: qui ad informationem cæterorum credentium persequentem se vocauit ad gratiam, vt per patientiam & magnanimitatem suam in eo ostēderet cæteris, qui inimico tam beneuolus extiterit, qualis esset futurus ad se decurrentib. E

† ad exprimendū exemplariis.

✠ HIERON. Vt Dauid ait: *docebo iniquos vias, &c.* Si mihi viderint indulta peccata tunc docebo neminem desperare debere.

g *In me.* Quem idoneum Deus gentibus prędicatorem constituit, in quo tantum exemplum misericordiæ suæ exhibuit.

h *Immortali.* ✠ AMBR. hæc ad Dei patris personam pertinēt, quem immortalem & inuisibilem ideo solum appellat, quia omnis immortalitas ab ipso est, vt ipsi sol magis cōpetat in veritate, quia quisquis immortalis est, non à se hanc habet, sed ab illo. Ipse est & inuisibilis solus Deus, quia nulli vnquam visus est. omnia enim agit per filium, quem idcirco visum dicimus, vt licet aliter quam est apparuisset, tamen illum significemus.

✠ CHRYSOST. Interrogemus hæreticos, &c. soli Deo, dixit. num igitur filius Deus non est? Et, soli immortali, nonne igitur & filius immortalis est? Et quod postmodum nobis dabit, ipse non habet? Ita sane, inquies, & Deus, & immortalis est filius, Sed non talis, qualis est pater, quia minoris est substantiæ. Ergo & minoris Immortalitatis erit. nempe Immortalitas nihil aliud est, quā morte non tangi, neque corrumpi. Gloria quidem maior ac minor est, Immortalitas vero maior aut minor esse non potest. quid igitur? Immortalitatem nos vt Deus habemus? absit. Quoniam hanc per naturam ipse habet, nos autem per gratiam.

i *Inuisibili.* quia cæteri dij visibiles, Non soli inuisibili, quia sunt & creaturæ quædam inuisibiles, vt anima, quæ tamen sensu capi possunt: quia omnes vires eius, possunt cognosci, sed non Dei.

Aug. in Ps. 109. li. 2. de cont. Maximinum. F

☞ Inuisi

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed misericordiam. *i. remissionem peccatorum.*

2 Quia ignorans. *Quod enim ignoranter committitur, facilius ignoscitur, quam quod ex certa malitia perpetratur.*

3 In incredulitate. *i. falsè credens bene agere.*

4 Superabundauit. *quasi diceret: Non solum sum consecutus ab eo remissionem peccatorum, sed etiam collationem bonorum suorū. ideo subditur:*

5 Cum fide. *Fidei enim per charitatem formatæ connectuntur alia dona ad gratiam gratum facientem pertinentia.*

6 Fidelis sermo. *i. verus.*

7 Et omni acceptione. *quia est vtilis audientibus. & quis sit ille subdit:*

8 Quia, &c *in carne passibili.*

9 Peccatores. *sua benedicta passione, cuius effectus in baptismo cōmunicatur. Quorum primus ego sum, non ordine temporis, sed magnitudine iniquitatis, vt expo. gl. Sed quia multi grauius peccauerunt in Christum, ipsum in persona propria nequiter persequendo, ideo dicendum videtur melius, quòd cum dicitur:*

10 Quo

10 Quorum primus. *sic intelligatur s. inter illos qui de peccato ad gratiam reuocantur. quia hæc reuocatio fuit in Paulo valde mirabilis, propter quod in ecclesia solennizatur & sic ly primus, excellentiam notat vocationis huius. Et huic concordat litera, sequens, cum dicitur:*

11 Vt in me. *i principaliter.*

12 Christus Iesus. *i. perfectam patientiam.*

13 Ostenderet. *me miserabiliter reuocando, cum essem in actu persequendi eum in membris suis.*

14 Ad informationem. *Vt nullus propter enormitatem peccati sui desperet consequi misericordiam Christi, & vlterius* vitam æternam *ideo concludit vlterius:*

15 Regi autem. *i. trinitati æternæ. Aeternitas enim quæ simpliciter est inuisibilis, non comprehenditur, nisi per comparationem ad tempus infinitum. quod designatur nomine seculorum.*

16 Immortali. *ad differentiam Iouis, & Saturni, & huiusmodi, qui fierunt homines mortales.*

17 Inuisibili. *ad differentiam idolorum, quæ sunt de materia sensibili.*

✠ Soli

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A Inuisibilis est ab omnibus Deus in natura, secundum illud: *Deum nemo vidit vnquam.* Videtur autem cum vult & sicut vult, non sicut est, sed quasi specie vult apparere. In futuro verò videbunt eum filij sicut est.

Quō Deus videtur. Ioh.1 b. 1.Ioh.3.a.

a *Soli Deo.* Qui solus Deus est natura.i.solus creat, quod de ipsa trinitate intelligitur, non de solo patre, vt quidam volūt: quia non ait soli patri, sed soli Deo. Vnus enim & solus Deus à nobis prædicatur ipsa trinitas. Et vnigenitus, quippe secundum quod est Deus apud Deum, spiritussanctus in sua natura est immortalis & inuisibilis.

† de te

b *Honor & gloria,* ✠ Chrisosto. & Theoph. Honor & gloria illi, verbis nō redditur, quia & ipse nos non verbis honorauit sed rebus ac per

† 23. q. 4. c. qui peccat & ca. quid crudele.

B ora. Et certè hic honor nos tangit, confertque plurimum nobis: noster autem honor illum minimè tangit, neque enim nostris indiget sed nos potius illo indigemus. Itaque etsi honoremus illum, nos ipsos magis honoramus: quemadmodum enim is qui apertis oculis, solis intuetur lucem, sibi ipsi prodest, admirans pulchritudinem syderis, neque illi aliquid confert. quippe admirando clariorem facere non potest, sed permanet idem solis fulgor: ita multo magis in Deo quomodo igitur glorificari se dicit, qui nihil ex officio nostro lucratur? Eadem profectò ratione, qua esurire & sitire se dixit. Omnia enim quæ nostrę conditionis sunt, propria sua esse facit, vt vel sic ad se nos attrahere possit, &c.

c *Hoc præceptum.* Postquam commemorauit quæ & quāta sint beneficia patris & Christi erga peccatores, quomodo populum imbuat disciplina ecclesiastica ostendit.

d *Conscientiam.* vocat cogitationes, in quibus summopere humilitas seruanda est, qua spreta in magnos quidam deuenerunt errores, sicut in Epistola ad Romanos.

d *Naufragauerunt.* Haimo. Naufragium dicitur nauis fractio. Et sicut ille substantiam suam perdit, qui naufragium patitur, &

a ¶ Qui solus creat. b ¶ Sit. ¶ A creaturis. c ¶ In essentia. d ¶ Quia omnis salus ex Christo, non ex lege.

a soli Deo honor & gloria in secula seculorum, amen. Hoc 1

b ¶ Non licet dissimulare. ¶ Quasi ituro ad bellum. 2

c præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum pre- 3

a ¶ i. secundum scientiam prophetarum quæ est in te. vel secundum quòd spiritus ostendit mihi de te. b ¶ Actu. ¶ Exponendis & opere implendis. c ¶ Vtilem multis.

cedentes † in te prophetias, vt milites in illis bonam mili- 4

a ¶ Consuetudine docendi de te & alios, & perficiendo opere quod prædicas ore. b ¶ Quod potest. c ¶ Rectam. d ¶ Ne docens erubescat male vitæ conscius. erubescibile enim est aliud agere & aliud prædicare. e ¶ Conscientiam bonam. 5

tiam, habens fidem & bonam cōscientiam. Quam quidem 6

a ¶ Flagitiis. ¶ Vt qui in sordibus est sor. adhuc. b ¶ Prope, sed non intra. c ¶ Id est, etiam fidem perdiderunt alios secum mergentes. d ¶ Pseudo doctoribus qui fidem perdiderunt. 7 8

d repellentes circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hy- 9

a ¶ Nomina ponit, vt nihil ambigui restet. b ¶ Sic & tu excommunica. c ¶ Non pereant, sed vt sint correcti. 10

e meneus & Alexander: † quos tradidi sathanæ, ut discant 11 12

f non blasphemare. 13

D insuper ipse perit: Ita qui bonam conscientiam repellunt fidei veritatem perdunt, & insuper æternaliter pereunt.

e *Quos tradid.* Vtrunque excommunicauit, vt hoc modo excludatur à sathana regnum sathanæ.

Avg. Nulla enim creatura est. siue quę in veritate manet dans Deo gloriam. siue quę in charitate non stetit quærens gloriam suā, quę velit nolit diuinę prouidentiæ non seruiat. Sed volens facit cum illa quod bonū est. De illa verò quæ hoc nō vult, fit quod iustum est. Non ei tamen rependitur quod de ipsa iustè fit, sed quo animo ipsa facit quia neque liberam volūtatem rationabili creaturæ Deus negauit, sed potestatem qua iniustos iustè ordinat sibi retinuit.

E f *Tradidi.* Non vt pereant, quia nihil potest Sathanas, nisi permissus, qui vexat sibi datos. vnde: *Iam noli peccare, ne deterius tibi contingat.* Hæc autem cum sit filia Abrahæ quam alligauit sathanas. 18. annis, nonne oportuit, &c. *Tradidi sathanæ.* Aug. Quia illo ad correptionem hominum vtebatur ipsa potestas apostolica. Præuaricatores enim angeli cum principe suo diabolo rectè dicuntur procuratores, vel actores, diuinæ prouidentiæ, & diabolus magistratus huius mundi dicitur. Sed magistratus sub tanto imperatore non facit nisi quantum illi permittitur, & procuratores actorésque huius mundi nihil faciunt nisi quantum dominus sinit, ideo dicit: *Tradidi sathan.* quia nihil potest sathanas nisi permissus.

Ioh. 5. c. luc. 13. d.

Haimo. Tantæ autem potestatis erat Apostolus, tantamqúe gratiam habebat, vt recedentes à fide, verbo, traderet diabolo Traditio autem hæc est, quia commotus Apostolus blasphemiis eorum sententiam protulit in eos. Diabolus autem, quia ad hoc paratus est, vt auersos à Deo accipiat in potestatem, audita sententia corripit eos. quod ideo fecit Apostolus, vt correcti discant non blasphemare.

CAP.

F

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Soli Deo. *Per hoc enim non significatur in Deo solitudo, cum in eo sint tres personæ sed per hoc fit exclusio omnis alterius à cultu Deo debito. ideo subditur:* Honor & gloria.

2 Hoc præceptum. *Hic Apostolus redit ad propositum inducendo Timotheum ad resistendum doctoribus falsitatis, dicens:* Hoc præceptum commendo. *tanquam fideliter adimplendum.*

3 Secundum præcedentes. *i. secundum illud quod spiritussanctus reuelauit mihi de te futurum, antequam ordinarem te episcopum.*

4 Vt milites. *i. contra illos, s. pseudo apostolos.*

5 Militiam bonam. *eis viriliter resistendo, & eorum falsitatem confutando.*

6 Habens. *s. rectam & firmam.*

7 Conscientia. *ita quòd conscientia tua sit doctrinæ confirmatiua.*

8 Quam. *s. conscientiam bonam.*

9 Quidam repellentes, &c. *scienter malum agentes.*

10 Circa fidem naufragauerunt *i. perierunt* Abyssus enim abyssum inuocat. *Et dixit naufragauerunt, quia sicut nauta patiens naufragium perit, & alij cum eo, sic tales à fide cadentes inducunt alios ad infidelitatem.*

11 Ex quibus Hymeneus & Alexand. *nomina sunt propria hominum.*

12 Quos tradidi sathanæ. *eos excommunicando, & etiam vexationi dæmonis subdendo. Dæmones enim in inferno executores sunt diuinæ iustitiæ. & etiam aliquando in hoc mundo, sicut dicitur Psal. 77. f.* Misit iram dignationis suæ, indignationem, & iram tribulationē, immissionem per angelos malos.

13 Vt discant. *correcti per experientiam pœnæ. Excommunicatio enim & talis afflictio medicinalis est.*

✠ CAP.

ADDITIO.

In ca. i. vbi dicitur in Postilla. Fabulis & genealogiis, &c.

Per fabulas in hoc loco intelligendæ videntur quædam fabulæ friuolæ & inanes quæ sæpe in Thalmudicis doctrinis inueniuntur, vt dictum fuit satis large in additionibus super Isa. 24 & Zachariæ. 5. Quæ quidem fabulæ à doctrina pharisaica descenderunt, sicut & totum ipsum Thalmud. Inter quas fabulas multa dicūtur de tempore Messiæ venturi fabulosa, quæ potius sunt deridenda quam audienda. Vt cum dicitur in libro qui dicitur Sanhedrin, quòd tempore Messiæ germinaret terra promissionis panes coctos & formatos, ac si essent in clibano. Similiter, quòd terra illa germinaret tempore Messiæ vestes seriaceas secundum exigentiam cuiuscunque indui volentis. Ex quibus fabulis multi eorum inciderunt in errorem, credentes quòd Christus non venit: ex quo ista & similia non fuerunt facta. Obseruatio autem legalium licet erronea, non tamen propriè diceretur fabula. Habuit enim aliquando veritatem realiter, habet etiam fundamentum in litera, etsi non sanè intellecta. Traditiones etiam Iudæorum, quibus irritum faciebant mandatum diuinum dicendæ sunt erroneæ seu perniciosæ, non tamen fabulæ. Circa genealogias autem in hoc loco dictas, considerandum est, quòd Iudæi asserebant quòd nullus erat idoneus ad docendum de lege diuina nisi esset de tribu Leui vel de tribu Isachar. De Leui enim legitur Deut. 33. a. Docebunt iudicia tua Iacob, & legem tuam Israel. *De Isachar verò legitur. 1. Para. 12. f.* De filiis quoque Isachar viri eruditi qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere debet Israel. *vnde ex istis genealogiis Iudæi nitebantur excludere Paulum ab idoneitate docendi legem diuinam, eo quod non esset de aliqua prædictarum tribuum, sed de tribu Beniamin. & multò fortius excluderentur secundum eos Timotheus, & Titus: quia alienigenæ. Et in psal. 147. b. dicitur:* Non fecit taliter omni nationi, & iud. sua nō ma. eis. *quæ quidem genealogiæ dicuntur interminatæ, quia non sunt determinatæ per sacras autoritates. Illas enim autoritates quas ad hoc inducūt, manifestum est, quòd non excludunt alios à doctrina legis.*

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in Postil. Quæ quæstiones magis præstant, *id est, lites & contentiones.*

Hoc quod dicitur hic: Quæ quæstiones, &c. *secundum Gl. non solum intelligendum est de hæreticis vel Iudæis seu de pseudo apostolis, sed etiam de catholicis lectoribus qui non debent intendere fabulis seu dubiis quæ magis præstant quæstiones. i. lites disputatiuas quam ædificationem iustitiæ Dei. i. non ædificant homines iustitia Dei: quæ ædificatio est in fide. quæ quidem exhortatio Apostoli facit contra multos qui dubia quæ nec ad fidem nec ad mores, nec ad expositionem alicuius passus sacræ scripturæ sunt pertinentia, introducunt in doctrinis theologicis, &c.*

ADDITIO III.

In eodem cap. vbi dicitur in Postill. Regi autem seculorum, *id est, trinitati æternæ.*

In nomine seculorum, videtur intelligi præsens seculum & futurū, quæ quidem secula comprehendunt omnem durationem.

CAP. II.

¶ Quia Christus venit saluare peccatores, & quia in hoc militare debes, doce orare, vt impetretur quod faciendum est.

† O Bsecro igitur primo omnium fieri

obsecrationes, orationes, postulatio- 1

¶ Vel omnis generis.

nes, gratiarum actiones pro omni- 2

¶ Et si mali. a ¶ Ducibus, comitibus.

bus hominibus, pro regibus, & pro 3

a ¶ Quia ex omni genere colligenda est ecclesia, etiam de his qui fastu & superbia seculari à fide & humilitate videntur aberrare.

omnibus qui in sublimitate sunt cō-

a ¶ Quod & nobis proderit. b ¶ Vtimur & nos pace Babylonis.

i stituti, vt quietem & tranquillam vitam agamus in omni 4

a ¶ Id est, cultu & religione. b ¶ Integritate fidei. c ¶ Pro omnibus orare. d ¶ Vtile ecclesiæ. e ¶ Gratum Deo. 5 6

k pietate & † castitate. † Hoc enim bonum est & acceptum 7

a ¶ Ne desperes. b ¶ Sicut & nos. c ¶ Per misericordiam, & si reprobet, per iustitiam. ¶ Non quod omnes salui, sed quod nullus nisi quem vult fieri. ideo rogandus vt velit, quia tunc fiet. 8

l coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult 9

A B secro. Hactenus de pseudo apostolis, hic de orationib. Haimo: Timotheo hæc verba dirigens in illo omni ecclesiæ formā tradidit, quomodo debeat missarum solennia celebrare, & pro omnibus supplicare.

† Ad hortor

b *Primo omnium.* Avg. Haimo, id est, ante omnia fieri obsecrationes. Ordo missæ hic ostēditur quod est speciale genus orationis.

Aug. epi. 59 q. 5. li. 19. de ciu. & li. de catechis. rudib.

† honeste.

c *Obsecrationes.* vel precationē. i. illa quæ fiunt iuxta vel ante consecrationem.

d *Orationes.* i. ipsa consecratione.

B e *Postulationes.* vel interpellationes, quasi ex debito vt quod hic geritur, in æterna vita perficiatur. vt cum populus ab episcopo benedicitur.

f *Gratiarum actiones.* de pactis, quæ totum concludunt quasi totum sit à Deo: vt benedicamus domino. Vel Obsecrationes. sunt adiurationes pro rebus difficilibus, vt pro conuersione impij, pro remouendis malis. *Orationes.* vt quando iam conuersis, virtutes & bona orantur. *Gratiarum actiones.* de omnibus generaliter. *Postula.* vt quando iam iustis gloria cælestis oratur.

g *Pro omnibus.* Vt sequamur clementiam Dei, quia Deus vult omnes homines saluos fieri, etsi secundum iustitiam quosdam reprobet. vnde Hiero. in his qui pereunt ostendit iudicium, in saluatis misericordiam.

h *Vt quietem.* à persecutione.

i *Tranquillam.* sine inquietatione, quod prodest teneris ecclesiæ.

Vt quietem. Avg. Nam vtimur & nos pace Babylonis, quandiu permixte sunt ambæ ciuitates. sc. Ierusalem & Babylonia. Ex qua ita per fidem populus Dei liberatur vt apud eam interim, peregrinetur. Ideo Apostolus admonuit ecclesiam orare pro regibus & omnibus sublimibus eodem spiritusancto afflatus quo & Ieremias, qui misit epistolā Iudæis qui erant in Babylone, vt orarent pro vita Nabuchodonosor filiorumque eius, & pro pace ciuitatis, inqui-

l. 19. de ci. pro regib. orandum

C

D inquiens. *Quia in pace eorum erit pax vestra.*

Ierem. 23. a.

Vt quietam. In pace principum quies & regimen seruatur ecclesiarum. Nā in bellis tranquillitas dissipatur, tepescit pietas, districtio soluitur: qua soluta infirmorum castitas violatur. In pace Babylonis pax nostra est vtique corporalis, quę bonis & malis communis est, dū inter Babylonios tenemur captiui, quib. seruire iubemur, & tributa reddere.

† de conse. di. 1 cap. de hymnis.

† 24. q. 3. c. corrumpiātur 1. 5. a.

✠ Ambros. Percepit itaque apostolus, imo per apostolum dominus, qui in illo loquebatur *fieri obsecrationes, &c.* qui legem supplicationis ita omnium sacerdotum & omnium fidelium deuotio concorditer tenet, vt nulla pars mundi sit in qua huiusmodi orationes non celebrentur à populis Christianis supplicat ergo vbique ecclesia Deo, non solum pro sanctis, & in Christo iam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Christi vt relictis erroribus suis conuertantur ad Deum accipiant fidem, accipiant charitatem, pro quibus omnibus vult sibi dominus supplicari. E

✠ Idem. Hæc regula ecclesiastica est tradita à magistro gentium, qua vtuntur sacerdotes nostri, vt pro omnibus supplicēt, pro regibus, vt subiectas habeant genes, vt in pace positi, in tranquillitate mentis & quiete Deo nostro seruire possimus pro his quibus sublimis potestas credita est, vt in iustitia & veritate gubernent rempublicam.

✠ Chryso. Quasi cōis quidam totius orbis pater, sacerdos est, dignum igitur est, vt omnium curā agat, omnibusque prouideat.

k *Hoc enim.* Ne quis putaret hæc non esse facienda pro his quos patitur ecclesia addit: *Hoc enim bonum est.* Et ne quis putet cultu vnius Dei & vita bona salutem esse sine participatione corporis Christi. i. sine fide ecclesiæ, vnus inquit Deus vnus & mediator, vt omnes homines saluari nūquam fiat nisi per medium. Non Deum verbum, quod semper erat, sed carnem factum.

l *Qui omnes.* Si Deus qui omnipotens dicitur, omnes homines vult

quo dominus Deus velit omnes homin. saluos fieri.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

✠ O Bsecro igitur. *Hæc est secunda pars huius epistolæ, in qua ponitur actus secundus pertinens ad episcopum, cuius est oblationes orationum offerre Deo, secundum dicitur Heb. 5. a.* Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. *Igitur primò instruit Timotheū de actu orandi, secundo populum subiectum sibi ibi:* Volo ergo. *Prima adhuc in duas: quia primò instruit eum de actu orādi, secundò reddit rationem sui dicti, ibi:* Hoc enim. *Prima adduc in duas: quia primò docet orandi modum. secundo pro quibus sit orandum, ibi:* Pro omnibus. *Circa primum sciendum, quòd ad actum orandi tria requiruntur. Primum est accessus orantis ad Deum qui oratur, & hoc fit per eleuationem mentis in Deum, quod fit per orationem. quæ secundum Damasce. est ascensus mentis in Deum & secundum hoc dicit Apostolus:* Obsecro igitur primum omnium fieri orationes. *Secundum est propositio eius quod in oratione petitur. Quod fit dupliciter Vno modo in generali, vt cum dicitur: Deus adiuua me. Et quātum ad hoc dicit* Petitiones. *Alio modo in particulari, vt cum petitur assecutio alicuius boni vel euasio mali determinari. & sic dicit* Postulationes. *Tertium quod requiritur, est illud per quod oratio fit exaudibilis. & hoc est duplex. Vnum est ex parte Dei, quod est eius sanctitas, vel aliud ab eo sanctificatum: sicut cum dicitur: Per sanctam resurrectionem tuam libera nos vel aliquid huiusmodi. & sic dicit.*

1 Obsecrationes. *i. per sacras deprecationes. Propter quod in fine orationum ecclesiæ dicitur: Per Iesum Christū dominū nostrū. Aliud est ex parte orātis, quod est gratitudo de beneficiis acceptis. Ille enim qui de beneficio accepto ostendit se gratum, dignus efficitur, vt aliud sibi debeatur. & quantum ad hoc sibi dicit:* Gratiarum actiones. F

2 Pro omnibus. *Hic consequenter ostendit, pro quibus sit orādum cum dicitur:* Pro omn. hom. *generaliter.*

3 Pro regibus. *sicut sunt principes & prælati, pro quib. est orandum specialiter. Nam ex eorum bona dispositione dependet bonum commune. ideo subditur:*

4 Vt quietam. *sub regimine eorum.*

5 In omni. *i. cultu Dei debito, vt dictum est capitulo præcedenti.*

6 Et casti. *mentis quæ est integritas fidei, & corporis: quæ consistit in repressione carnalis concupiscentiæ. Et notandum est, & non solum pro principibus Christianis est orandum, sed etiam pro infidelib. sub quibus manent Christiani, quia per hoc possunt Christo quiete seruire. Sic enim informabat Ieremias Iudæos in captiuitatem Babylonicam ductos, dicens ex parte domini:* Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea dominum, quia in pace illius erit pax vestra.

7 Hoc enim. *Hic consequenter reddit rationem dicti. s. quare dicto modo sit orandum. secundo, declarat dictum suum, ibi:* Vnus enim *Circa primum dicit:* Hoc enim. *id est, vtile vobis temporaliter, vt ostensum est.*

8 Et acceptum, &c. *i. meritorium apud ipsum vitæ æternæ.*

9 Qui omnes homines, &c. *Sed cum omnes non saluentur videtur ex hoc, quod voluntas eius sit inefficax, vel dictum Apostoli minus verum: pro*

a ¶ Ideo vult. b ¶ Chriſti,qu eſt via veritas & vita. ¶ Viuere omnes,qu a Vnus &c. Q.d.Idem vult omnes homines ſaluos fieri.
ſaluos fieri,ét ad agnitionem veritatis venire.† Vnus enim 1
¶ Creator omnium. a ¶ Ad componendam pacem, quaſi medius arbiter. ¶ Pro omnibu. factus homo. b ¶ Non enim aliter quam per hominem mediat. 2
a Deus, & vnus † mediator Dei & hominum homo Ieſus 3 4
a ¶ In hoc iudicatur velle omnes ſaluare. b ¶ Nullum excepit qui vellet.
b Chriſtus, qui dedit † redemptionem ſemetipſum pro om,
a ¶ Vel cuius rei & teſtes præceſſerunt.ſ.prophetæ & congrue tempore,totum eſt completum. ¶.i.hæc res teſtibus approbata eſt angelis & apoſtolis.
nibus nobis. Cuius teſtimonium temporibus ſuis confir- 5 6
¶ In qua prædicanda a ¶ Prædicator nomen actus, Apoſtolus dignitatis.
matum eſt, † in quo poſitus ſum ego † prædicator & 7 8

A Ambroſ. Vult ſaluos fieri cur non impletur hæc eius voluntas? Sed in hac locutione ſenſus & conditio latet.vnde Petrus ait: *Omnis ſcriptura indiget interpretatione*. Vult ergo Deus omnes homines ſaluos fieri, ſi accedant ad eum. Non enim ſic vult,vt nolentes ſaluentur. Sed vult eos ſaluari,ſi & ipſi velint: aliter nonnullum excepit à ſalute & veritatis cognitione.

✠ AMBROSIVS. Qui legem omnibus dedit, nullum excipit à ſalute nunquid medicus non idcirco ſe proponit in publico, vt omnes ſe oſtendat velle ſaluare, ſi tamẽ ab egris requiratur:nõ eſt vera ſalus,ſi nolenti tribuatur, nec gaudere poteſt in percepta ſalute inuitus (ſi tamen fieri poteſt) percepit medicinam: vt non dicam quia medicine effectum habere non poteſt, niſi ad illam æger animum accommodauerit, quia hæc medicina nõ eſt corporalis ſed ſpiritualis,quæ neque dubiis proficit,neque inuitis&c.

† conciliator. † pretiũ redemptiõis. † 2. Ti.1.c.

✠ CHRISOSTOMVS.Imitare Deum tuum,ſi omnes ille vult ſaluos fieri, merito pro omnibus oportet orare. Illius tu concorda voluntati? quod ſi & ipſe vis,ora:volentium quippe eſt orare.at ſi B ipſe vult,quid hoc me orare neceſſe eſt,inquies multum hoc omnimodis cõfert.nam per huiuſmodi orationis ſtudium,te ad eum eligeidum trahit,neque ſint efferari,&c.

Aug.Ench. 97.& 103. li.de corre. & gra. c.14 L.1.con.ad. leg.c.14.& li.6. hypo.

Vel Qui omnes vult ſaluos facere. Quamuis certum ſit nobis non omnes ſauos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentiſſimæ Dei voluntati aliquid derogare. Non eſt credendus omnipotens aliquid voluiſſe fieri,quod factum non ſit.Sed ita intelligere debemus quod ſcriptum eſt:Vult omnes homines ſal.fieri.Nullus fit ſaluus,niſi quem vult.Nõ quòd nullus hominum ſit.niſi quem ſaluum fieri velit ſed quòd nullus ſaluus fiat, niſi quem velit: Et ideo rogandus eſt, vt velit, quia neceſſe eſt fieri ſi ipſe voluerit. Sic enim intelligimus & illud: Qui illuminat omnem hominem, nõ quòd omnes, ſed quòd nullus illuminatur niſi ab eo. Et omnes in Chriſto viuificabuntur,quia ſine eo nulli.

Vel qui omnes vult ſaluos fieri.Non quòd nullus hominum eſſet,quem ſaluum fieri nollet,qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuiſſe pœnitentiam,ſi feciſſet Sed vt omnes homines,omne homtnum genus intelligamus per quaſcunque differentias diſtributum, quia Iudæos, Gentes,reges priuatos diuites pauperes, doctos & indoctos colligit eccleſia. Quo locutionis modo vſus eſt dominus,cum ait:Decimatis mentam& rutam,& omne olus,id eſt,omnium olerum genus.

Vel: Qui omnes vult ſaluos fieri, id eſt, facit omnes velle Et quocunque alio modo poteſt intelligi, dum modo credere non cogamur aliquid omnipotentem voluiſſe fieri factúmque non eſſe, quia omnipotens velle inaniter non poteſt quodcunque voluerit, eſſentiæ ſuæ voluntate. Vel,vult,conſulit iubet,hortatur.

Chriſtus quõ mediator li. confeſ. c.42 & 43.& Pſ.20 103.134.

a *Mediator Dei, &c* Hic eſt arbiter ille, quem Iob deſiderat di. Vtinam eſſet nobis arbiter.

AVGVST. Mediator autem inter Deum & homines, oportebat vt aliquid haberet ſimile Deo, & aliquid ſimile hominibus, C ne per omnia ſimilis hominibus,longè eſſet à Deo:aut per omnia D Deo ſimilis,longè eſſet ab hominibus,atque ita mediator non eſſet. verus itaque mediator Chriſtus inter mortales peccatores, & immortalem iuſtum apparuit Mortalis cum hominibus, iuſtus cum Deo. Ideo Chriſtus mediator Dei & hominum dictus eſt, quia inter Deum & hominem mortalem eſt Deus homo recõciliãs hominem Deo. Intantum mediator, in quantum homo eſt Inquãtum autem verbum non medius eſt, quia æqualis Deo, & Deus apud Deum & ſimul vnus Deus.Quẽ que non fieri mortalem oportebat,neque permanere mortalem Mortalis quippe factus non infirmata verbi diuinitate,ſed carnis ſuſcepta infirmitate. Boni autem angeli.inter miſeros mortales,& beatum immortalem medij eſſe non poſſunt,quia ita ſunt ipſi beati & immortales cum Deo,vt non ſint mortales vel miſeri cum hominibus.Mali autem angeli quodammodo medij ſunt, quia immortales ſunt cum Deo,miſeri cum hominibus.Sed non ſunt veri & boni medij, quia ob hoc ſe interponit medius immortalis & miſer, vt ad beatam immortalitatem tranſire non ſinat.Cui contrarius eſt me E diator bonus, quia & mortalis ad tempus eſſe voluit, & beatus in æternitate perſiſtere potuit. Qui non ſe interpoſuit,vt ad beatam immortalitatẽ tranſire non ſineret, ſed ad hoc ſe interpoſuit mortalis & beatus,vt mortalitate noſtra tranſacta,ex mortuis immortales,& ex miſeris beatos faceret.Alius eſt ergo medius mal⁹,qui ſeparat amicos:alius bonus,qui reconciliat inimicos IeſuChriſti.

† 10. diſt.c. quoniam. 96 diſ.c.cũ ad verum De pœ.diſ. 1.ca. multiplex. Matt. 33.c. aug.li.9.de ciui. Dei.c. 15. † præco

✠ AVGVST. Non per hoc mediator eſt, quod equalis eſt patri:per hoc enim quantum pater,tantum & ipſo diſtat à nobis. Et quomodo erit medietas,vbi eadem ipſa diſtantia eſt? per hoc ergo mediator, per quod homo: inferior patre per quod nobis propinquior,ſuperior nobis per quod patri propinquior inferior patre quia in forma ſerui:ſuperior nobis quia ſine labe peccati.

li.2 de peccato originis contra pelag.& cœleſt.c.28.

✠ AMBRO. non poterat vnitatem Dei cuſtodiens, mediator Dei & hominum vocari quaſi alius eſſet Deus qui diſſendentem hominem à Deo in gratiam reuocaret, ſed homo qui legem datã non præteriret, factus eſt arbiter, inter eum qui peccauit,& inter illum qui peccare ignorat,vt hic ignoſceret,& homo de cętero in Dei fide maneret.

✠ CHRYSOSTO.mediator vtriſque eis debet ſocietate coniungi, quorum mediator eſt. Id quippe mediatoris eſt proprium, vtrorumq; participem fieri, quorũ mediator fuerit quod ſi vnum ſocietate cõtingat,ab alio vero fuerit ſeparatus mediator iam dici nõ poteſt quemadmodum enim loci cuiuſlibet medium vtrãq; partẽ contingat neceſſe eſt,Ita & naturarũ ambarũ medium oportuit vtraſque naturas contingere Homo quippe purus mediator nunquam penitus fieret:oportebat enim huiuſmodi mediatorem cum Deo,colloqui.Deus item ſolus mediator eſſe non poſſet,neque enim ipſum ſuſcepiſſent hi,quorum mediator accederet.

b *Qui dedit redemp.* Alia tranſlatio: Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus teſtimonium tempris ſui.

☞ a *Et ve* F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *rum:propter quod hoc dictum Apoſtoli tribus modis exponitur.vno modo:vt ſit ibi diſtributio accommadata,vt ſit ſenſus:Deus vult ſal.fi. omnes ho.qui ſaluantur:quia nullus fit ſaluus quem non velit ſaluum fieri.Secundo modo,vt ſit ibi diſtributio pro generibus ſingulorum,& non pro ſingulis generum.Sicut cum dicitur, omne animal fuit in arca Noe.quia de omnib.generib.animalium fuerunt tibi aliqua indiuidua & ſic Deus de omnib.ſtatib.hominum vult aliquos ſaluos fieri.& ſaluat. Tertiò modo vt intelligatur dictum Apoſtoli de voluntate Dei antecedente ſed non conſequente. Et dicitur voluntas antecedens qua quis vult alqiuid abſolute.Conſequens autem qua vult aliquid,conſideratis circunſtantijs & conditionib.parcicularib. Primò modo vult iudex ciuitatis omnes ciues viuere inquantum ſunt membra ciuitatis. & ſub iſta conſideratione hoc eſt bonum. Si autem cõſideretur aliquis, vt fur vel homicida, ſic non vult cum viuere: quia non eſt bonum,ſed mori,eo quòd turbat bonum commune.Et hoc modo Deus vult omnes homines ſaluos fieri, inquantum ſunt homines ipſius capaces per cognitionem & amorem.conſideratis tamen conditionibus particularibus ſecundum quas aliqui ſunt iuſti,aliqui peccatores:ſic vult ſecundũm ordinem ſuæ iuſtitiæ aliquos ſaluos fieri.& aliquos dãnari. Sciendum tamen, quòd voluntas fertur iu res ſecundum quod in ſe ſunt, & ideo vult illud ſimpliciter quod vult,prout exiſtit in re ſecũdum ſuas conditiones,& circunſtantias.ideo voluntas conſequens eſt voluntas ſimpliciter dicta,antecedens verò ſed quid propter quod ab aliquibus velleitas nominatur.*

Voluntas duplex.

1 Et ad agnitionem. *euangelicæ.*
2 Venire. *per fidem formatam charitate.*
3 Vnus enim. *Hic conſequenter declarat dictum ſuum,ſ.quòd Deus velit omnes ſaluos fieri modo prædicto di.* Vnus enim Deus. *creator omnium hominum ad ſuam ſimilitudinem.*
4 Vnus,&c. *qui paſſus eſt pro ſalute omnium,quantum ad ſufficientiam,nõ tamẽ quãtum ad efficaciam: quod prouenit ex defectu aliquorum: quib.propter eorum demerita non proficit paſſio Chriſti, quantum ad effectum.*
5 Cuius *ſ.mediatoris.*
9 Teſtimonium. *quia tempore ve.Teſt. confirmatum eſt per prophetas eius aduentum denunciantes:& tempore noui per ipſius prædicationem multis miraculis confirmatum, & per apoſtolos prædicantes,& in nomine Chriſti multa miracula facientes.*
7 In quo. *ſ.teſtimonio prædicando:*
8 Poſitus ſum. *Eſt autem Apoſtolus nomen dignitatis ſiue ſtatus, prædicator verò nomen actus conuenientis ſtatui illi.*

✠ Veri

a ¶ Quodplus eſt. b ¶ Et in his quod Chriſtus dedit ſe,& quod ego Apoſtolus. c ¶ In aliqua parte. d ¶ Cui credi oporter,quia fidem docet & veritatem.
Apoſtolus. Veritatem dico,non mentior, doctor Gentium 1
a ¶ Futura,quæ eſt res fidei. ¶ Quæ eſt finis præceptorum Dei. b ¶ Quia doctor Gentium,vel quia bonum eſt orare. ¶ Vbicunque ſint,non ſolum in eccleſia. 2
a in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, le- 3
b a ¶ Ad æterna,non deprimentes ad terrena. b ¶ Manus,affectum cordis qui Deum amplectitur. 4
c ¶ Odio alicuius. ¶ Vbi tempeſtas iræ vel hæſitatio,non placet Deo. d ¶ Hæſitatione. 5
e ¶ Manus leuent ſine ira & diſceptatione. 6
c uantes puras manus ſine ira & diſceptatione. † Similiter au- 7
d a ¶ Vt humiles audiantur dum orant. b ¶ Religione earum ornante eas. 8
c ¶ Non attritæ frontis vt meretrices.
tem & mulieres in habitu † ornato cum verecundia & ſo- 9
a ¶ Mentis. b ¶ Aliis virtutibus cum verecun.& ſobri. c ¶ Criſpis ornantes ſe: Vel in tortis, 10 auro vel argento non ornantes ſe. 11
e brietate ornantes ſe,& non in tortis criminib.aut auro, aut 12
a ¶ Non ornaotes ſe. b ¶ Quæ extra morem patriæ. c ¶ Sed per opera ſint promittentes & indicantes extra pietatem animi,quod decet mulieres:vel ornantes ſe par opera quod decet mulieres promittentes pietatem. 13 14
f margaritis vel veſte precioſa:ſed quod,decet mulieres † pro 15 16
g a ¶ Orare cum viris eſt commune,ſed non loqui,Potius. b ¶ Nihil interrogans. c ¶ Quod ignorat. 17
h mittentes pietatem per opera bona. † Mulier ſilentio diſcat 18
a ¶ Non erecta & huiuſmodi. b ¶ In eccleſia. ¶ Virum. 19
i cum omni ſubiectione. Docere autẽ mulieri non permitto, 20
21

☞ A Tracta.37. in Io. a *Et veritate.* AVG. Futura,quæ eſt res & merces fidei.Quæris, mercedem? fides præcedat.Credimus enim vt cognoſcamus,non cognoſcimus vt credamus. Quid eſt enim fides,niſi credere quod non vides? fides ergo eſt,quod non vides credere. Veritas,quę credidiſti,videre.

b *Volo viros orare in omni loco.* ✠ AMBROSIVS. Pacificũ animum in oratione eſſe debere, vt ad effectum deducatnr oratio ſanctæ enim manus ſunt, quando cor mundum eſt. hic tamen in omni loco orandum præcipit, vt competens locus intelligatus,non vtique inopportuno aut ſordido loco,(quippe cũ prohibeat dominus vulgo orare) ſed hoc monet, ne in ſola eccleſia orandum putarent.

† modeſto

✠ CHRYSOSTOMVS. & THEOPH. B Num domino ſuo cõtraria imperat? abſit: nam Chriſtus non vetuit in omni loco orare,verum ex abundandanti docens ne iſtud faciant ad oſtentationem. Hoc autem dixit ad diſtinctionem Iudaicæ orationis,illa enim circunſcripta erat in vno loco,templo ſcilicet quod erat hieroſolymis.nobiſcum autem non ſic agitur: gratia enim incircumſcripta eſt nam quémadmodum pro omnib. orationes fieri Iubet,quippe cùm & Chriſtus pro omnibus mortuus ſit; ita & omnibus in locis orare optimum eſt,vt iam huiuſmodi obſeruatio, non in locis ſit, verum in orationis affectu.

✠ HIERONYMVS. Dat legem orandi, vt neque in monte, neque in hieroſolymis aliquis orandi eligat locum, ſed in ſpiritu qui vbique nobiſcum eſſe intelligitur.

Leuantes puras manus. ✠ IDEM. à cæde ſanguine,& omni opere malo. Teſtimonium enim innocentiæ,eleuatio manuum eſt. non ſolum autem manus ab opere, ſed etiam mẽtem ab ira & diſceptationis cogitatu,qui ſibi dimitti petit, manus debet habere mundas.nemo aliquid impetrare poteſt,alia cogitando.

Volo ergo viros,&c. ✠ AVGVST. Leuauit pro nobis dominus manus ſuas in cruce, & extentæ ſunt manus eius pro nobis: ideo vt manus noſtrę extendantur ad bona opera,quia crux ipſius miſericordiam nobis præbuit. Ecce leuauit ille manus, & obtulit pro nobis ſacrificium Deo ſeipſum,& per illud ſacrificium deleta ſunt omnia peccata noſtra.tenem⁹ & nos man⁹ noſtras ad Deũ in prece, & non confundantur manus noſtræ eleuatæ ad Deũ, vt exerceantur in bonis operibus. Vnde præceptum eſt vt leuatis manibus oremus ad Deum. Apoſtolus dicit: *Leuantes puras manus*, vt veniant tibi in mentem opera tua.

C c *Ira.* ad proximum.
d *Diſceptatione.* ad Deum.

e *Non in tortis,&c.* Vt his omnibus vltra perſonæ ſuæ modum, & mores occaſione mouendæ concupiſcentiæ ſtudeant, ſed potius per omnia bona opera ſint promittentes & indicantes extra pietatem animi. D

✠ CHRISOSTOMVS. Deum præcatura pergis,& ornamenta aurea circunfers, flauoſque crines & ipſos auro compoſitos. an vero ſaltatura ad eccleſiam pergis? nũquid hîc nuptias & laſciuiæ oblectamenta conquiris? num vt tui ſpectaculum prębeas aduenisti? nũ tibi nũc inſtruendus eſt thalamus? Illic nempe monilia, illic ornamenta aurea,illic ornatus crinium,illic pretioſa veſtis,locum aliquando fortaſſis habet: at vero nunc nullo tibi huiuſmodi ornatu opus eſt. acceſſiſti vt Deũ pro peccatis tuis ſimpliciter depreceris, quid teipſam ornari improbo ſtudio contendis,quo enim pacto ingemiſcere potes, atque intenſiſſimè,vt decet,orare,quæ huiuſmodi ornatu compta procedis? nam & ſi lachrymas fuderis,riſum cernentibus monebunt. neque auro amicta debet incedere,quæ lachrymas pro peccatis fundere intendit Iſta mimis & ſaltatoribus,& his qui in ſcena verſantur,relinquenda ſunt: ſobrie,atque ornatæ mulieri nihil eiuſmodi congruit. E

† 1. Pet. 13.

✠ THEOPHILACTVS. Veniſti vt ores, non vt tripudies. quomodo igitur plicaturas adhibes capiti? cæſariem nimirum plicans & calamiſtro adornans, & margaritas alias quidem ſuſpendens,alias corpori tuo circumponens,alias etiam calciamẽtis adiiciens quæ eſt extrema Iniuria,idque ex lachrymis pauperum & viduarum.priuas viduam,vt tu pedibus calces margaritas,nonne igitur magna Dei tollerantia? veniſti petitura remiſſionem peccatorum, ac tanquam ſcenam ſis ingreſſura comica muliercula, te exornas? Bella hæc compunctio,teque omnino exaudiet Deus, quæ pauperum lachrymis es amicta?

f *Quod decet.* AMBROSIVS Quæ enim vult audiri,inclinare ſe debet amota à ſe pompa,vt miſericordiam Dei prouocet. Habitus enim ſuperbus nec impetrat,nec recta de ſe facit crẽdi.

g *Mulier in ſilentio.* Orandi officium dixit conuenire omnibus, & qualirer,& pro quibus,& quare, & quòd vbique orandum ſit. Munc dicit,quòd docendi officium ſolis viris conueniat, & quales ad illud debeant ordinari determinat.

h *In ſilentio.* AVG. Si loquitur,magis ad luxuriam irritatur & irritat.

i *Docere,&c.* AMB. Ecce nõ ſolum habitum humilem & honeſtum habere mulierem docuit,verumetiam autoritatem docendi ei negauit, & ſubiiciendam viro præcepit, vt tam habitu quam obſequiis,ſub poteſtate ſit viri ex quo trahit originem. F

☞ a *Adam*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Veritatem dico. *& non mentior in aliquo.*
2 Doctor. *ad quem ſpectat verum dicere.Doctor inquam.*
3 In fide & veritate. *i. in his quæ pertinent ad fidem, & mores in quibus conſiſtit veritas vitæ.*
4 Volo ergo viros. *Hic conſequenter docet orandi modum, quantũ ad populum epiſcopo ſabiectum. Et primo quantum ad viros di. Volo ergo vi.ora.&c. & non ſolum in eccleſia, ſed etiam alibi opportunitate habita.*
5 Leuantes. *Et dicit puras ab operibus iniquis,& leuantes,vt per hoc deſignetur eliuatio mentis in Deum interius. Motus enim animæ interius redundat in corpus exterius.*
6 Sine ira ad proximum. *quia orans debet habere cor quietum.*
7 Et diſceptatione. *i.hæſitatione ad Deum, non dubitans de eius exauditione.dummodo tamen oret pie, perſeueranter & pro ſe. quia ſi non ſtatim exaudiatur in effectu. exaudietur tamen tempore competenti. Secundo quantum ad mulieres di.*
8 Similiter. *ſupple orare volo.*
9 In habitu. *i.decenti & honeſto.*
10 Cum verecundia. *quæ eſt precioſum ornamentum in fronte mulieris, quo caret frons meretricis.Iere.3.b.Frons mulieris meretricis facta eſt tibi,quia noluiſti erubeſcere.*
11 Et ſobrietate. *geſtus decentis.*
12 Ornantes ſe. *non curioſe,ideo ſubditur:*
13 Non in tortis. *i.criſpatis & capitibus non velatis.*
14 At auro. *i.aureis ornamentis.*
15 Aut margaritis. *affixis auro vel argento.vel in veſtibus conſutis circa collum & manus.*
16 Vel veſte precioſa. *& iſta ſunt intelligenda vltra modum ſtatus aut perſonæ,quia ſunt curioſitatis & incitant ad peccatum luxuriæ.*
17 Sed quod decet mulieres. *ſcilicet habere, veſtes ſimplices & honeſtas.*
18 Promittentes. *ita quod pecuniam non expendant in talibus vanis & curioſis,ſed in operibus pietatis quæ debent eſſe ornamenta mulieris.*
19 Mulier in ſilentio diſcat. *ſcilicet à prædicatore in eccleſia,& à viro ſuo in domo.*
20 Cum omni ſubiectione. *i.humilitate.*
21 Docere autem. *quia docere eſt opus ſapientis.ſapientia vero non viget in mulieribus de communi curſu.*

✠ Neque

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Adam non est.* AVG. Cum enim præuaricatorem dicat Apostolus in similitudine præuaricationis Adæ, seductum tamen negat. vnde & interrogatus non ait: *Mulier seduxit me, sed dedit mihi & comedi.* Mulier verò ait: *Serpens seduxit me.* Hanc autem seductionem propriè appellauit Apostolus, per quam id quod suadebatur cum falsum esset, verum putatum est. sc. quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quod sciebat eos si tetigissent sicut deos futuros tanquam eis diuinitatem inuideret qua eos homines fecerat. Sed etiã si virum propter aliquam mentis elationem (quæ Deum internorum scrutatoré latere nõ poterat) sollicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret acceptã illa esca non esse mortuam, non tamen eum arbitror, si iam spirituali mente præditus erat, vllo modo credidisse, quod diabolus suggerebat. Ideo ait: Adam non est seductus prior, nec in eo, in quo mulier vt illud crederet verum: Eritis sicut dij. Sed putauit vtrunque fieri posse, vt & vxori morem gereret & per pœnitentiam veniam haberet. Minus ergo peccauit, qui de pœnitentia, & Dei misericordia cogitauit. postquam enim mulier seducta manducauit, eique dedit, vt simul ederet, noluit eam contristare, quam credebat sine suo solatio contabescere, & à se alienatam omnino B interire, non quidem carnali victus concupiscentia, quam nondum senserat, sed amicabili quadam beneuolentia, qua plerunque fit, vt offendatur Deus ne offendatur amicus, quod eum facere non debuisse diuinæ sententiæ vltio indicauit. Ergo alio quodam modo etiã ipse deceptus est. Inexpertus enim diuinæ sententiæ in eo falli potuit, vt veniale crederet commissum. Sed dolo illo serpentino, quo mulier seducta est, nullo modo illum arbitror potuisse seduci. D

Libr. 11. de Gen ad literam, c. 42. gen. 3. c.

† autoritatem vsurpate

† transgressus est

† castitate.

b *Saluabitur.* Etsi mulier fuit causa peccati, tamen saluabitur non solum virgo & continens, sed etiam nupta, & si nunquam ab opere nuptiarum cessans, sed *per generationem filiorum:* incedens, ab hoc mundo exierit, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione. vt præter proprium virum alterum non cognoscat.

c *Cum sobrietate.* id est, temperãtia, vt proprio etiam viro temperatè vtatur.

Videtur ex his verbis, obesse mulieri, si vel filios non habuerit, vel si quos habuerit, in bonis operibus permanere noluerit. Sed alibi dicit Apostolus, *Beatior erit, siue virgo siue vidua, si sic permanserit.* Vnde potest intelligi cum ait saluabitur mulier per generationem filiorum, occultæ rei mysterium figurasse. vt scilicet filij mulieris sint bona opera carnis, quæ maximè in officiis misericordiæ frequentari solent: opera verò misericordiæ, nil prosunt siue paganis siue Iudæis, qui Christo non credunt, siue quibuscunque hæreticis, & schismaticis, vbi fides & dilectio & sobria sanctificatio non inuenitur. Et ideo addit, si permanserint. Alioquin si ad literam accipiatur, quasi inane est quod ait: Saluabitur autem per filij generationem. Nonne & continens? nonne magis & virgo? Sed mulier typus est carnis: Adam, rationis, quæ volat ad Deum vt passer ad domum. Caro generat filios, id est, opera quæ tãtum non prosunt paganis & huiusmodi, nisi tantum in fide & dilectione. Hæc est turtur quæ ponit pullos in nido, id est, in vnitate ecclesiæ: Hæc est quæ primò seducitur, & seducit virum. E

Aug. li. 14. de ciu Dei c. 11 & lib. 12. de tri. & Ps 83. & 84.

† gene. 1. d.

1. Co. 7 g.

a ¶ Aliqua prælatione spirituali. b ¶ Et si suo sexu, vt in claustro. c ¶ Vt non cum vicina confabuletur. d ¶ Ordo creationis ostendit, quod mulier viro subdita sit.

a neque † dominari in virum, sed esse in silentio. † Adam e- 1
nim primus formatus est, deinde Eua: Et Adam non est se- 2

a ¶ Eo modo quo mulier. ¶ Consensu. b ¶ Hæc si dominaretur. ¶ Actu. ¶ Id est. præuaricari fecit. 3
b ¶ In ecclesia non debet mulier docere, sed in augmentum salutis habet, si filios quotidie instituendo generat Deo, vt maneant in fide & dilectione. 4

b ductus, mulier autem seducta † in præuaricatione fuit. Sal- 5 6
uabitur autem per filiorum generationem, si permanse- 7

a ¶ Dei & proximi. b ¶ Quam in baptismo perceperunt. c ¶ Temperantia contra æstum vitiorum. 8

rint in fide & dilectione & sanctificatione cum † sobrie- 9
c tate. 10

NICOLAVS DE LYRA.

1 Neque dominari s. suum.
2 Sed esse in silentio. *ei non contradicendo, sed in licitis & honestis ei obediendo. Quod declarat per primum hominem & fœminam, dicens.*
3 Adam enim. *i. primò formatus est: Ge. 1.*
4 Deinde Eua *Gen. 2. & hoc de costa Adæ: ad ostendendum, quòd vir est principium mulieris, quod præfertur ei quod est ex principio*
5 Et Adam non est. *s. in hoc quòd crederet esse verum serpentis dictum: Eritis sicut dij. fuit tamen seductus in hoc, quòd ad exhortationem mulieris comedit de ligno vetito ne contristaret eam: & quia credidit illam transgressionem non sic esse puniendam.*
6 Mulier autem. *quia dictum serpentis verum esse credidit. Ista tamen 2. sententiarum diffusius pertractantur.*
7 Saluabitur. *Q. d. licet non saluetur per doctrinam, quam sibi non concedo, saluabitur tamen per educationem prolis ad Dei seruitutem, quod cedet sibi in meritum vitæ æternæ.*
8 Si permanserint. *erga Deum.*
9 Et dilectione. *erga virum.*
10 Et sanctificatione. *circa proprium subiectum.*

CAP. III.

Fidelis sermo. HIERO. ad Oceanum: Opus non dignitatem, laborem non delicias, non crescere C fastigio, sed humilitate decrescere, vt fiat seruus & minister hominum propter Christum, vt etiam intermissa Rachele decora facie, sed non relicta, cum Iacob intret ad Liam oculis lippam. & de monte cum Moyse descendat ad campos, & de ocio contemplationis ad laborem actionis. Non enim sic esse quisque debet ociosus, vt in eodem ocio vtilitatem non cogitet proximi. nec sic actuosus, vt contemplationem non requirat Dei. In ocio non iners vacatio delectare debet, sed vel inquisitio, vel inuentio veritatis, vt in ea quisque proficiat: & quod inuenerit, alteri ne inuideat. In actione verò non amandus est honor, in hac vita, siue potentia, quia omnia sunt vana sub sole: sed opus ipsum quod per honorem & potẽtiam fit, sic rectè & vtiliter fit, scilicet vt valeat ad salutem subditorum. vnde: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desider. exponere voluit quid sit episcopatus, quia nomen est operis non honoris. Græcum enim est, & inde ductum vocabulum, quòd ille qui præficitur illis, quibus præficitur superintendit, curam illorum. s. gerens. Scopos. n. intentio est, epi, supra. Inde episcopus latinè superintendens dicitur, vt intelligat se nõ esse episcopũ, qui præesse dilexerit, nõ prodesse. Epatus. n. est super suã & aliorũ vitam intentio. F

† indubitatus

† honestũ.

† 25. di. c. v. num. §. n. c ãt. 1. q. 7. c. 2. ver. episcopum. Titum. 1. b

CAPVT. III.

¶ Vir potest præesse. & determinat quis. qui desiderat operari & prodesse multis, non superbè dominari, si irreprehensibilis, &c.

F† Idelis sermo. Si quis episcopatum deside- 1
¶ Vt bene operari possit. 2
rat, † bonum opus desiderat. † Oportet 3

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

1 Fidelis sermo. *Hæc tertia pars, in qua instruitur Timotheus de tertio actu ad episcopum pertinẽte, cuius est ordinare gradus ecclesiæ. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc instructio, secundò instructionis ratio ibi:* Hæc tibi scri. *Prima adhuc in duas: quia primò ponitur instructio de maiori gradu. secundò de minori, ibi:* Diacones. *Circa primum dicit. Fidelis sermo. i. verax. Et quod subditur in aliquib. libris, & omni acceptione plenus, non est in libris correctis.*
2 Si quis episcopatum. *Q. d. Non est desiderandus, propter officij dignitatem, sed propter annexum laborem, qui est ordinatus ad honorẽ Dei, & proximi salutem. Vnde dicitur ab epi, quod est supra: & scopos intentio, quia debet superintendere saluti plebis sibi commissæ. Dicunt autem hic al qui, quòd per episcopatum intelligit sacerdotium, quod est etiam officium intendendi saluti populi sibi commissi: quia immediatè post agit de statu diaconi, vt patet in litera. & non est verisimile, quòd scribendo de statu episcopi, statim transiret ad statum diaconi sacerdotio prætermisso. Alij dicunt, quòd Timotheus erat factus primas, eo quòd ecclesia Ephesina erat principalis totius prouinciæ: in qua erant multi episcopi per Timotheum instituendi. propter quod Apostolus instruit eum qualis sit instituendus in episcopum, dicens:*
3 Oportet ergo. *Potest tamen conuenienter dici, quòd instruit eũ de vtroque, sub nomine episcopi, sacerdotis officium comprehendentis. quia sicut est dictum: ad officium vtriusque pertinet superintendere populo: magis tamen extensiuè ad officium episcopi, scilicet in tota diocesi sua: ad officiũ verò sacerdotis in parochia. Sic igitur docet qualis sit instituendus in vtroque officio, dicens:* Opor. ergo epis. irrepre. esse. *i: sine notabili defectu & integræ famæ. Ista tamen conditio, & aliæ sequẽtes magis relucere debent ipso epõ, quam in sacerdote curato.*
1 Vnius vxoris. *sc. post baptismum. Si enim ante baptismum habuit vxorem, & mortua fuerit: non præiudicet ei quin post baptismum possit accipere vnam aliam. quia baptismus tollit illam irregularitatem: vt dicitur etiam in gl.*
2 Sobrium. *in cibis & potibus.*
3 Ornatum. *in moribus.*
4 Prudentem. *in agibilibus.*
5 Pudicum. *i. honestum in exteriori gestu.*
6 Hospitalem. *in pietatis actu.*
7 Doctorem. *i. habilem ad docendum ratione scientiæ & facundiæ.*
8 Non violentum. *i. ad potationem vini assuetum.*
9 Non percussorem, *ex iracundia.*
10 Sed modestum. *per repressionem passionum.*
11 Non litigiosum. *ita quòd non solum ex ira non percutiat aliquẽ, vt dictum est, sed nec etiam verbis iniuriosis contendat.*
12 Non cupidum. *quia victus & vestitus debẽt esse diuitiæ Christianorum, & maximè episcoporum & sacerdotum. infra 6. b.* Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.
13 Suæ domui. *i. diligentem de bona prouisione domus suæ, & maximè circa prolem in moribus informandam, ideo subditur:*
14 Filios habentem. *i. reuerentes & obedientes.*
15 Cum omni. *& non sint sicut filij Eli, qui dormiebant cum mulieribus, quæ excubabant ad ostium tabernaculi. 1. Reg. 2.*
16 Si quis. *negligenter se habens circa eam.*
17 Quomodo. *q. d. non est verisimile: quia quilibet naturaliter inclinatur circa prouisionem vxoris & filiorum. vnde bruta animalia naturali instinctu circa huiusmodi curam sunt sollicita.*
18 Neophitum. *i. de nouo conuersum ad fidem.* Et dicitur à neos *quod est nouum, & phitos quod est fides.*

Ne in

A Itaque & studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet ocium. Locus verò superior sine quo regi populus non potest, etsi teneatur & administretur vt decet, indecenter appetitur. Ideo in ocio cogitanda est vtilitas proximi, in actione requirenda est contemplatio Dei. Ocium sanctum quærit charitas veritatis. negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, vacandum est veritati. Si imponitur, suscipienda est propter necessitatẽ charitatis. Sed nec sic deserenda est delectatio veritatis, ne subtrahatur ipsa suauitas, & opprimat ista necessitas.

† 2. q. 7. c. fi.

† compositũ, seu, benè moratũ

† ad docendũ idoneũ

† ab argenti cupiditate alienum.

¶ Non obnoxium reprehensioni.

a enim † episcopum esse irreprehensibilem, † vnius vxoris 1
b a ¶ In omnibus agendis. b ¶ Habitu & gestu. c ¶ Verecundum. d ¶ Qui in hoc ante consueuerit. 2
c d virum, sobrium, prudentem, † ornatum, pudicum, hospi- 3 4
a ¶ Qui habet gratiam docendi. b ¶ Qui hoc agat frequenter. c ¶ Ita irascibilem & perturbari se sinat vt percutiat qui debet esse patiens. 5
e f talem, † doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed 6
a Qui modum animi seruet. b ¶ Qui hoc soleat. c ¶ Qui facile à iusto deuiaret. 7 8
g h modestum, non litigiosum, † non cupidum, * suæ domui 9
a ¶ Ne imitentur filios Eli, qui in vestibulo templi cum mulieribus dormiebant, & religionem prædam putantes, quod in hostiis erat in suas delitias conuertebant. 10 11
k l bene præpositum, filios habentem subditos cum omni † ca- 12
a ¶ Minori, de qua familiarior cura. 13
sticate. † Si quis autem domui suæ bene præesse nescit quo- 14
a ¶ Maiori, vbi tot & alieni. Q. Nullo modo. b ¶ Non rudem 15
m modo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? † Nõ neophytum, 16
17
18

a *Irreprehensibilem.* Idem quod ad Titum, sine crimine. Res penè contra naturam, vt sine peccato: Sed talis eligatur, cuius comparatione cæteri grex dicantur.

Titum 1. h. † 47. dis. c. sicut hi. §. necesse. Apostolus à phyton. i.

B ✠ AMBROSIVS. Si episcopus esse desideras magnum, est quod esse cupis, sed si & opus bonum simul amplificari. nam si aliter esse cupis, episcopus esse nõ potes, quia sequitur: oportet episcopũ irreprehensibilẽ esse ad superficiem tantum literæ aspiciamus, prohibet bigamum episcopum ordinari. Si vero ad altiorem sensum ascendimus, inhibet episcopum duas vsurpare ecclesias.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hoc vnico verbo genus omne virtutis expressit. Itaque qui sibi vel leuis culpæ conscius est, malè profecto facit, eam rem appetens, qua indignũ se per opera facit. non enim decet huiusmodi regere sed regi. Eum quippe qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt instar solis cæteros veluti stellarũ igniculos, in suo fulgore obscuret. Debet huiusmodi vitã habere Immaculatam, vt omnes in illum & illius vitam, veluti exemplar aliquod excellens intueantur.

✠ HIERONIMVS. Vita episcopi forma debet esse clericorum.

b *Vnius vxoris virum, &c.* id est monogamum post baptis. Si enim & ante coniugem habuit quæ obierit, non ei imputatur, cui prorsus nouo, nec stupra, nec alia quæ ante fuerunt iam obsunt.

Aug. lib. de bono coniugali.

✠ AMBROSIVS. quamuis secundam numero vxorem non sit habere prohibitum: vt tamen quis dignus ad episcopatum sit, etiam licitam debet spernere, propter sublimitatem ipsius ordinis: quia cæteris melior debet esse, qui cupidus est sedis illius.

✠ CHRISOSTOMVS. non hoc veluti sanciens dicit, quasi non liceat absque vxore episcopum fieri. Iudæis quippe licitum erat etiam secundo matrimonio iungi, & duas itidem simul habere vxores honorabiles enim nuptiæ. quidam vero hoc ita intelligunt, vt ad episcopatum is assumatur, qui vnius vxoris vir fuerit.

✠ HIERONIMVS. Huius vxoris virũ, & noua & vetus præ- C ceptio sacerdotem censuit eligendum: quia digamos plerique ad ministerium episcopi applicuerunt. nullo pacto digamos, vel concubinatum catenis insertos, decet subire sacerdotij ministerium. Si ergo clericus monogamus fuerit, & vxor digama noli eum ministerio applicare.

c *Sobrium, &c.* Ministri templi prohibentur vinum & siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, & vt sensus vigeat semper tenuis sit.

d *Prudentem, &c.* Contra eos qui sub nomine simplicitatis excusant stulticiam sacerdotum. D

e *Ornatum.* vel virtutibus, vel motu & incessu, habitu, & sermone communi.

f *Doctorem.* Quia innocens absque sermone conuersatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canũ & baculo lupi sunt arcendi. vnde: Maledictus canis non valens latrare.

† 26 dis. c. deinde 35. dis. §. 1. 47. dist §. 1. 82. di. c. 1. proposuisti - sed modestum

g *Non vinolen.* HIER. quia venter mero æstuans cito despumat in libidinem. Noe ebrietate nudauit femora. Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.

sed æquum alienum à pugnis alienum ab auaritia. † reuerẽtia

✠ CHRYSOSTO. Quid sibi quæso vult, quod de episcopo disserens, ipsum oportere non ebrium esse dixit, sed hospitalem, cùm longe excellentiora pro celsitudine gradus exigere debuisse videatur? Cur enim non ait, Oportet autem episcopum angelum esse, nulli humanæ, perturbationi, vitioque subiectum? Cur non item magna illa Christi præcepta ab episcopo requirit, quæ etiam subditis necessario inesse debent, scilicet circũferre crucem suam, atque in manibus habere semper animam pro fratribus exponendam? Cur non dixit, Oportet iam ipsum ex terra migrare, humanisque rebus euadere celsiorem? Cur igitur hic in episcopo requirenda non dixit? Quia perpaucos huiusmodi inueniri fas erat, episcopis autem plurimis tunc opus fuit, qui per singulas ciuitates magistri constituerentur. ne igitur ecclesiæ negotia fructusque perirent, idcirco moderatã proposuit inquirendam, non supremam ac cælestem. quippe sobrium, pudicum & honestum esse, multorum commune erat. E

† 48. d. §. 1.

h *Non perc.* cũ sequatur, qui dorsum posuit ad flagella, i. Christũ.

i *Non litigiosum.* Nihil est impudentius arrogãtia rusticorum, qui garrulitatem, autoritatem putant: & parati ad lites, in subiectos tumidi intonant.

Isa. 56. d Gene. 9 d gene. 19. g

k *Non cupi.* Vt apostoli, nihil præter victum & vestitũ quærens.

l *Suæ domui.* Non vt opes augeat, sed vt quod populis præcepturus est, prius à domesticis exigat.

m *Non neophytum.* Heri cathecumenus hodie pontifex: heri in theatro, hodie in ecclesia: vespere in circo, hodie in altario: dudum fautor histrionum, nunc consecrator virginum.

✠ CHRISOST. Hoc & æterna sapientiæ autores aiunt, vt qui rem suam familiarem ritè administrauerit, rei quoque publicæ conuenienter possit contrectare negotia. Est enim ecclesia, veluti domus quædã: ac sicuti in domo vxor est & filij ac serui, domusque cura ac regimen incumbit viro: ita fermè in ecclesia videas: nihil ibi est aliud, quam filij, & vxores, & serui. quòd si administrationis habeat socios ecclesiæ rector, habet & domi vir vxorem consortem curarum suarum. Est autem facilius domum, quam ecclesiam regere: qui igitur rem familiarem dispensare congruè nescit, is quo pacto ecclesiæ præesse conuenienter posse putandus est? ✠ AMBROSIVS. Manifestum est, quia tunc potest idoneus futurus rector probari, si prius domum suam F

rectè

Universidad de Deusto Biblioteca

A recte gubernauerit. qui enim in minimis fidelis est, erit & in magnis. magna ergo cura eligendus est qui domum Dei regendam accipiat. Si enim terrestrium rerum dispensatores idonei querendi sunt, quanto magis cælestium?

a *Ne in superbiam.* Nescit momentaneus sacerdos humilitatem modos personarum, vel se contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperibus erogauit In arrogantiam quæ est ruina diaboli incidunt qui puncto horæ necdum discipuli, fiunt magistri.

b *Oportet autẽ &c.* Hæc clausula congruit principio, quòd irreprehensibilis sit non solum à domesticis, sed ab alienis, Iudæis, Gentibus, hæreticis, vt qui religioni detrahunt, iuri eius detrahere non audeant.

B *Oportet autem illum testimonium.* ✠ AMBROSIVS. aduertimus quanta in nobis requirantur, vt abstinens à vino sit minister Domini, vt testimonio bono fulciatur, non solum fidelium, sed etiam ab his qui foris sunt: vt qui videt ministrum altaris congruis ornatum virtutibus, auctorem prędicet, & dominum veneretur qui tales famulos habeat.

† sic vt nemo possit illos criminari
† modestas
Crimen

a ¶ Quare? c Præ cæteris digniorem se putans, quasi coegeat religio.
a ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.† Opor 1
b ¶ Non solum à fidelibus. 2
tet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui 3
a ¶ Contemptum apud infideles: vel fideles: & sic in odium & in alios diaboli laqueos. 4
foris sunt, vt non in opprobrium incidat & in laqueum dia 5
a ¶ Nisi episcopos pro presbyteris acciperet, non pe eis intermitteret descendens ad diacones. 6
¶ Oportet esse. b ¶ Vt qui seminant discordias.
c boli. Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo 7
a ¶ Quod est emere & pluris vendere. b Vt qui frequenter hoc agit. 8
c ¶ Scientia quod de fide aliis occultum est.
vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes myste- 9
¶ Manentes. ¶ Non ait simpliciter hi, sed ait, & hi in hoc innuit, & episcopos esse probandos. 10 11
d rium fidei, in conscientia pura. Et hi autem probentur pri- 12
a ¶ Tales inuenti. b ¶ Scilicet. c Ordinandorum. quæ malæ & meretrices fuerint, viri eis regendis necessarij tollendi non sunt ab eis. 13 14
e f mum, et sic ministrent † nullum crimen habentes. Mulie- 15
g res similiter † pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in 16
a ¶ Dictis & factis. b ¶ Etiam. c ¶ Quam Deus decreuit homini, cum qua benedicitur, quod non cum secunda. 17 18
h omnibus. Diacones sint vnius vxoris viri, qui filiis suis be- 19
a ¶ Quia tales bene ministrabunt, & Qui bene mini. gra. Q Ne cui sit hoc graue. 20 21
ne præsint, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint 22
a ¶ Episcopi fiant. b ¶ Excellentiorem. ¶ Veilem hominibus. c Gloriæ æternæ. 23
¶ Et hoc per fidem.
gradum sibi bonum acquirent, & multam fiduciam in fide 24 25
a ¶ Adeo necessaria. b ¶ Etsi spero venire. 26
quæ est in Christo Iesu. Hęc tibi scribo † fili Timothee, 27
a ¶ Volo. b ¶ Tamen. ¶ Interim. 28
sperans me venire ad te cito. Si autem tardauero, ut scias 29
a ¶ Secundum diuersitates singulorum. 30
b ¶ Ideo caute agendum. 31
quomodo oportet te in domo Dei conuersari, quæ est

D Omni enim hebdomada offerendum est, etiamsi non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hedomada. Si enim plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se præcepit, vt vacent orationi, quanto magis leuitis aut sacerdotibus, quos diu noctuque pro plebe sibi commissa oportet orare? mundiores ergo esse debent cæteris, quia actores Dei sunt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vides vt eandem & ab his virtutem requirat? Et si enim episcopi atque diaconi impar dignitas est, pari tamen ratione vtrumque esse irreprehensibilem decet, atque eadem vitæ sanctimonia conspicuum.

† 8.q.1.c.licet. De cõs. di 1.c iubemus. De sacra vnctione c.vnico

d *Probentur & sic ministrent.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Perquàm enim ineptum est, & absurdum, si cũ seruũ empticiũ in domum introducimus, non prius illi aliquid domesticę supellectilis tradimus, quam lõge experimento sententiæ suæ atque voluntatis plurima iudicia dederit, in ecclesia Dei non eadem vtamur diligentia. cæterum nouicium adhuc in primo statim constituimus ordine, antequam fidei suæ, atque vitæ dederit documenta. E

† fili Timothee nõ est de textu.

e *Non turpe.* Haimo. Turpe est huic professioni quæstibus studere.

f *Nullum, &c.* AVG. Crimen est poccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum.

g *Mulieres.* AMBRO. Cum sanctum præcipit creari episcopum, & diaconum, plebem non disparem vult esse, etiam in infirmo gradu mulierum, vt munda sit ecclesia Sed occasione horum verborum Cathaphrygæ dicunt diaconas debere ordinari: quod est contra autoritatem.

h *Diacones sunt.* Post interpositionem de mulieribus iterum de diaconis dicit. F

c *Diacones sint vnius vxoris viri.* ✠ AMBROSIVS. veteribus idcirco concessum est leuitis & sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multum tempus vacabant otio à ministerio aut sacerdotio (multitudo enim erat sacerdotum magnaque copia leuitarum) ita vt tempore quo non illos contingebat altaris, domorum suarum agerent curam. at vbi vero tempus imminebat ministerij, purificati aliquantis diebus, accedebant ad templum offerre Deo nunc autem omnes à conueutu fœminarũ abstinere debẽt, quia necesse est eos quotidie præest esse in ecclesia, nec habere dilationem, vt post conuentum legitimè purificentur sicut veteres. C

Omni

☞ Eccle

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ne in superbiam. *ex sua promotione festina.*
2 In iudicium. *diaboli.*
3 Incidat. *i. deijciatur à statu gratiæ, & dignitatis propter suam superbiam, sicut diabolus propter suam superbiam fuit deiectus.*
4 Oportet autem, &c. *i. ab infidelibus.*
5 Vt non. *in contemptum solum suæ personæ, sed etiam ecclesiæ, in quam redundat contemptus procuratoris eius.*
6 Et in laqueum. *i. in odium & rancorem contra illos à quibus percipit se contemni.*
7 Diacones. *Hic consequenter instruit Timotheum de statu minori & primò de diaconibus, secundò de mulierib. ibi, Mulieres, Circa primum dicit: Diaco. simi. supple oportet esse.*
8 Publicos. *i. maturos & honestos in aspectu & exteriori gestu.*
9 Non bilingues. *quia per hoc suscitantur in ecclesia dissensiones.*
10 Non multo. *quia per hoc aufertur sensus discretionis qui requiritur in ecclesiæ ministris.*
11 Non turpe. *habendo oculum magis ad temporale bonum, quam ad spirituale ministerium.*
12 Habentes. *i. cognoscentes circa fidem illud quod est simplicibus laicis occultum, vt possint eos docere*
13 In conscientia. *in tali doctrina quæstum non attendendo, sed honorem diuinum.*
14 Hi autem. *i. antequam applicentur ministerio, probentur de moribus & fide.*

13 Nul

15 Nullum crimen. *quia debet esse integræ famæ, aliter eorum infamia in dedecus ecclesiæ redundaret.*
16 Mulieres: *Hic instruit cum de mulieribus di. Mulieres simi. supple, oportet esse.*
17 Pudicas. *i. non solum castas interius, sed etiam honestas in sensibus exterioribus. hoc enim proprie importat pudicitia.*
18 Non detrahentes. *quod frequenter contingit mulierib. sed vxores ministrorum ecclesiæ debent præ cæteris moribus pollere.*
19 Sobrietas. *in cibo & potu & vestitu.*
20 Fides in omnib. *s. verbis & factis. Et reuertitur ad diacones di.*
21 Diacones. *exponatur vt supra.*
22 Qui filiis. *eos in moribus informando.*
23 Et suis. *vxorem & familiam debitè regendo.*
24 Qui enim *in gradu diaconij.*
25 Gradum sibi. *i. merebuntur quòd fiant sacerdotes, vel episcopi.*
26 Et multam. *s. habendi finaliter vitam beatam.*
27 In fide. *i. per fidem Iesu Christi.*
28 Hæc tibi. *Posita instructione de gradibus ecclesiæ, hic consequenter ponitur instructionis ratio cum dicitur: Hæc tibi, sc. quod subditur.*
29 Fili Timoth. *Non est de textu, sed est glosa interlinearis inserta textui per scriptores.*
30 Sperans me. *Quasi dicat. si aliter Deus disposuerit, ita quòd non possim te docere verbo de ordinatione ecclesiæ, doceam te saltem hoc scripto.*
31 Vt scias. *i. ecclesiam conuenienter regere, & ordinare.*

✠ 1 Colum

☞ A a *Ecclesia.* Multorum conuocatio ad vnius Dei cultum.
b *Columna ve.* In se benè sustinens veritatem ne corruat, licet tribuletur.

Aug. in psal. 103.

c *Sacramentum.* dicitur res occulta. Idem & mysterium. Sacramentum ergo appellatur hic verbum patris, quod in natura Deitatis vel diuinitatis, in qua patri est æquale, inuisibile manet. Et hoc sacramẽtum est *pietatis*, id est, totius sanctę religionis, & veræ culturæ: & ideo cautius seruanda est ecclesia.

Psal. 144.a.

d *Magnum.* quia magnitudinis eius non est finis.
e *Et manifestè magnum.* quia apparuit per prædicationem, & per multa miracula.

Aug. lib. de gen. ad lit.

f *Manife. in car.* Sacramentum quod est Christus, in carne dicit manifestatum. Natus enim homo filius Dei, qui in secreto erat apud Deum, opere & prædicatione declarauit se creaturæ. D
g *Apparuit angelis.* Non in Deo tantum innotescit angelis, quod absconditum est, sed & hic apparet eis, cum efficitur atque propalatur.

a ¶ Tanto cautius. ¶ Quia multi ibi sunt. b ¶ Et ita in illis vita. c ¶ Quod patet, quia tot pro Christo sustinet. d ¶ Fulcimento iam nutantibus ruituris.
a b ecclesia Dei viui, columna & † firmamentũ veritatis. Et † ma 1 2
a ¶ In ecclesia, ideo cautius seruanda causa religionis. b ¶ Christus secundum deitatem dicitur occultus. c ¶ Inuisibile in se. d ¶ Ecclesiæ: ne sit ei negligens pro quantum facit. 3
c d nifestè magnum est pietatis † sacramentum, † quod manife- 4
a ¶ Assumpta. ¶ i. operibus & virtute in carne ostensis claruit, quis esset, qui erat in carne. b ¶ Sanctus & iustus ostensus est, quia de spiritusancto conceptus. c ¶ Quo etiam.
e f statum est in carne, & iustificatum est in spiritu, apparuit an- 5 6
g a ¶ Qui ex eo profecerunt. ¶ Ecce item magnum sacramentum. b ¶ Manans.
h gelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, 7 8
a ¶ De hac mortalitate. b ¶ Super omnem creaturam, habens nomen quod est super omne nomen.
assumptum est in gloria. 9

Qui prius visus humilis, deuicta morte in maiestate apparuit, vt agnoscentes angeli mysterium quod prius latuit, declaratũ in carne, genu illi flectẽtes quasi Deo gratias agant, quia didicerant veritatem.

† stabilimentum.
† circa controuersiam.
† mysteriũ.
† Deus manifestatus.

h *In mundo.* Vt perfidia mundi veniam erroris mereri non possit. Sicut dominus dicit de Iudæis: *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, &c.*

Ioan. 15 d.

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Columna. *recta & fortis ad sustinendum.*
B 2 Et firmamentum ve. *scilicet, euangelicæ: quam ecclesia sustinuit firmiter etiam in persecutionibus maximis.*
3 Et manife. &c. piè sa. *Id est, sacrum secretum. s. incarnatio verbi diuini, quod dicitur sacramentum pietatis. Ex maxima enim pietate & occulta patris processit incarnatio filij, vt esset hostia immolanda pro salute mundi.*
4 Quod mani. est in car. *s. assumpta, per hoc enim, quòd Christus tactu suæ manus saluabat leprosos, & verbo suscitabat mortuos, & imperatiuè tanquam propria virtute apparebat, quòd virtus diuinitatis sub carne latebat.*
5 Iustifi. est in spi. *i. per spiritum sanctum iustitiam Christi testificantem secundum quod dicitur Ioan. 16.b. Cum venerit spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia & de indicio. Et subditur de iustitia vera quia ad patrem vado, tunc enim erat mittẽdus spiritussanctus in signo visibili. s. post ascensionem Christi. Ioã. 7. f.* Nondum enim erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. *Spiritus autem sanctus apparens in signo visibili fuit testimonium euidens iustitiæ Christi, & quòd erat vnus Deus cum patre, sicut dixerat. Quod tunc declarauit Petrus, vt patet Act. 2. propter quod crediderunt tunc tria milia.*
6 Apparuit an. *Licet enim ante cognouerint Christi mysterium, tamẽ ipso completo in effectu cognouerunt nouo modo. s. notitia experimentali seu intuitiua, vt declaratum fuit diffusius suprà. Ephe. 3.*
7 Prædica. est Gen. *per apostolos: & specialiter per Paulum qui specialiter fuit apostolus Gentium, Galat. 2.b.* Qui operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis, operatus est & mihi inter Gẽtes, &c.
8 Creditum est, &c. *nam à tempore apostolorum in omnibus mundi partibus prædicatum fuit Christi mysterium, & ab aliquibus creditum, vt declaratum fuit suprà, plenius Rom. 10.*
9 Assumptum est in glo. *quia Christus in corpore glorioso resurrexit & sic in cælum ascendit, vt habetur. Act. 1.*

ADDITIO.

Neophytus.

In capit. 3. vbi dicitur in Postil. Non Neophytum. *id est, de nouo conuer.*

C *Hoc quod dicitur hic:* Neophytum, *i. de nouo ad fidem conuersum, intelligendum est de propinqua nouitate temporis, vnde glo. in hoc loco: Heri cathecumenus, hodie pontifex est, heri in theatro hodie in ecclesia, vespere in curru, hodie in altari. Hæc in glo. Ex quo patet, quod non loquitur apostolus de longinqua temporis differentia, sed de breui. Nõ enim dicit glos. Olim cathecumenus, hodie pontifex & sic de alijs, in quibus differentia longinqua posset intelligi: sed heri & hodie, quæ sunt differentiæ præteriti temporis, & futuri, breues tamen. In religione autem Neophytus dicitur vsque ad annum probationis, non vltra, &c.* F

CAPVT IIII.

a *Spiritus autem manife. di.* Quæ sibi futura spiritussanctus reuelauerit ad instructionẽ & cautelam ecclesiæ non tacet, dicẽs futuros pestiferæ doctrinæ viros, vt præmonita ecclesia sit solicita, ne ab huiusmodi hominibus circũueniatur. Q. Ita est digna domus Dei, sed *Spiritus ma. di.* Et ideo pro eius sublimitate ne curam deponas.

b *Cauteriatam.* Cauterium est ferrũ à cauendo dictum.

† 1 q.7.c. didici.

✠ OECVMENIVS. Quid ergo, an non, & Christiani prohibent contrahere matrimonium, nequaquam. honorabile est enim coniugium, & cubile impolutum. Sed eos qui contrahere nolunt, hortantur ad virginitatem: qui autem contrahere prohibent, tanquam à re impura arcent.

CAPVT IIII.

a ¶ Mihi in corde.
a Spiritus autem † manifestè dicit: † quia in 1 2
a ¶ Contra quæ amplius modo prouidendum vel vigilandum est b ¶ Vnde: Nisi venerit discessio primum. c ¶ Notabiles. 3
nouissimis temporibus discedent quidam 4
a ¶ Quasi cupide. b ¶ Quia in illis maligni spiritus loquentur.
dam à fide, attendentes spiritibus † er- 5
a ¶ Non quidem hominum: sed. ¶ Hominum dæmonia habentium. 6 7
roris, & doctrinis dæmoniorum in hy- 8
a ¶ Simulatione vel simulata religione, vt magis decipiant. 9
b ¶ Adustam igne malæ conscientiæ, & signo mendacij aperti notabilem, vt omnes caueant.
¶ Corruptam praua cogitatione. 10
b pocrisi loquentiũ mendaciũ, † cauteriatã habentiũ suã con- 11

✠ THEOPHYLA. Quia cõscij sibi sunt multæ impuritatis, propterea conscientia eorum indelebiles habet inustas notas sordidæ vitæ, ac nuptias reprehendit calumniaturq; Nã si pura esset ipsorum vita, cõscientia simul

† certo.
† 2.Timo. 3.a 2.1 et.3.a. Iudæ.1.f.
† Impostoribus.

☞ nuda

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

✠ Spiritus autem manife. *Hæc est quarta pars principalis, in qua instruit Timotheum de alio actu pertinente ad episcopũ, qui est docere populum. Et diuiditur in duas partes: quia primò excludit modum docendi erroneum, secundò ponit verum, ibi:* Hæc proponens. *Circa primum dicit.*

Diuisio.

1 Spiritus autem. *scilicet, sanctus.*
2 Manifeste di. *Id est, reuelet mihi, & alijs prout sibi placet. Et dicit manifestè, quia reuelationes diuinæ certæ sunt illis quibus fiunt.*
3 Quia in nouis. tempo. *potissimè circa tempora Antichristi.*
4 Discedent quid. *i. aliquæ notabiles personæ.*
5 A fide. *sicut plenius dictum fuit suprà, 2. Thes. 2. super illud verbum:* Quoniam nisi venerit discessio primum, &c.

6 Atten

6 Attendentes spiritibus. *scilicet, malignis.*
7 Erroris. *id est, ducentibus homines in errorem.*
8 Et doctri. dæmo, *in falsis prophetis loquentium. Sicut enim saluator præmisit discipulos in omnem ciuitatem & locum quo ipse erat venturus, vt habetur Luc. 10. a. & illi loquebantur in spiritusancto: sic & Antichristus præmittet prophetas suos loquentes spiritu diabolico.*
9 In hypocrisi. *id est, in sanctitate simulata.*
10 Loquentium men. *vt propter sanctitatis simulationem facilius credatur mendacijs.*
11 Et cauteriatam. *i. obstinatam in ardore suæ malitiæ & concupiscentiæ. Est enim cauterium ferrum ignitum, quo vritur caro. Et per duritiam ferri intelligitur obstinatio in malo: & per eius igneitatem, ardor malignitatis, & concupiscentiæ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A nuda fuisset, nec criminata esset, quibus Deus benedixit, quemadmodum stomaco laborans, cibos reprehendit ac reiicit, cum ipse in seipso prauis sit humoribus infectus, at nunquid & nos matrimonium prohibemus? absit, sed ad virginitatem hortamur: honoratior enim est ipsa. At qui nuptiæ nō sunt propterea ingloriæ, nec honore carent, quēadmodum neque quia aurū pretiosius est, argentū cōtemnitur & caret precio: quod verò preciosius est, precioso preciosius est, & quod melius est, bono melius est, non malo. Qui ergo potest, virginitatis aurū retineat: si verè non possit istud, matrimonij argētum recipiat.

† matrimoniū contrahere.

✠HIERONYM. In hypocrisi loquūtur, qui cùm nō contineant, tam casti volunt videri, vt etiam nuptias damnent: tam abstinentes, vt creatura Dei parcè vtentes iudicent, cum ipsi comessationibus vacent. Hic verò ita castitatem & abstinentiam prædicat, vt nec naturam, nec creaturas damnet. Ad illud fortiores hortatur, istud concedit infirmis. Illi autem non amore castitatis, sed ad obumbrandam eius iustitiam faciebāt, sanctiores videri volentes, quàm ille, qui amore castitatis etiam nuptias concedebat, ne crimen fornicationis incurrerent. Omnis enim, qui nuptias damnat, non amator, sed inimicus est castitatis, dum & continentibus laudem tollit, incontinentibus sublato nuptiarum remedio, fornicationis facit inire discrimen. B

Li. 30. cōtra Faustū Manichęus. c. 4.

✠AVGVSTINVS. Ille enim prohibet, qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono melius aliud anteponit.

a A *cibis*. quasi immundis, non causa corporalis castigationis.

✠CHRYSOST. quid ergo? nōne delitiæ prohibitæ sunt? & nimis id quidē. Cur id, si ad sumendū condita sunt, quia & panem creauit Deus, & tamen vsus prohibetur immodicus: & vinum creauit itidem, atque eo immoderatè vti prohibuit, non itaque delitias tanquam immundum aliquid cauere iubet: sed, vt quæ, si deseratur modus, vigorem animi soluant.

Serm. 66. in cātic. canti.

✠BERNARDVS. Hinc quoque hæreticos se probantes, non sanè quia abstineant, sed quia hæreticè abstinent. Nam & ego interdum abstineo, sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis, non superstitio pro impietate: à carnibus abstineo, ne dum carnem nimis nutrio, & carnis vitia simul nutriam: panem quoque cū mensura sumo, ne onerato ventre stare ad orandum tedeat, neu mihi propheta improperet, quia panem comederim in saturitate. C

Li. 30 cōtra Faust. Manichę. c. 4. & 6. Cōtra Adimantinum Manich. ca. 14.

✠AVGV. Videtis multum interesse inter abstinentes à cibis propter sacratam significationē, vel propter corporis castigationem: & abstinētes à cibis, quos Deus creauit, dicendo, quod eos Deus non creauit: proinde illa doctrina est apostolorum, hæc dæmoniorum & mandaciloquorum.

De fide ad Petrū c. 3.

✠IDEM. Hos propriè designat, qui non propterea temperant à cibis talibus, vt aut concupiscentiam suam refrenent, aut infirmitati alterius parcant: sed quia ipsas carnes immundas putant, & earum creatorem Deum esse negant.

Li. 30. cōtra Faust Manichæ. c. 15.

IDEM. Ideóque serui Dei in eo quod à carnibus & vino abstinent, non tanquam res immundas refugiunt, sed mundioris vitæ instituta sectantur. D

✠IDEM. Hæc sunt, quæ negatis, hoc animo, hac voluntate, hac opinione ab escis huiusmodi temperatis, quòd non significatione, sed natura malæ & immūdæ sunt, qua in re creatorem carū sine dubio blasphematis: hoc est quod pertinet ad doctrinam dæmoniorū.

b *Quos Deus cre.* Hæc doctrina sanctorum, illa dæmoniorum.

c *Quia o.* ✠CHRY. Si creatura Dei, bona est: omnia enim bona valdè, eo quod creaturam Dei dixit: cuncta edulia significauit. Iámq; tunc hæresim illorū iugulauit, qui materiam ingenitam introducūt, atq; ex illa facta esse, hæc dicunt. E

De fide ad Petrū c. 42.

✠AVGVST. Firmissimè tene & nullatenus dubites omnem creaturam Dei bonā esse, & nihil reiiciēdum quod cū gratiarū actione percipitur: & Dei seruos, q̄ à carnalibus, aut vino abstinent, non tanquam immūda, quæ à Deo facta sunt respuere, sed à fortiori cibo & potu pro sola castigatione corporis abstinere.

Li. 30. cōtra Fau. Manic. cap. 5.

✠IDEM. Christiani non hæretici, sed catholici edomandi corporis causa, propter animam ab irrationabilibus motibus humiliandam, non quod illa immunda esse credant, non solum à carnalibus, verùm à quibusdam etiā terrę fructibus abstinent: vel semper, vt pauci, &c. Vos autem ipsam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis, quod carnes diabolus operetur fœculentiore materia mali: ac per hoc eas, tanquam immundiora & truculentiora Dei vestri vincula exhorrentes abiicitis.

d *Sanctificatur.* Sanctus fit cibus & salubris, non noxius animę vel corpori, verbum sanctificat, oratio impetrat, diabolus verò per cibum tentat. F

✠CHRYSO. Nō quia immundū est, ideo sanctificatur, absit: verū hoc in loco illos alloquitur, qui communia quædā ex ipsis esse arbitrantur. Duo igitur capita ponit, vnū quidē, quod creatura nulla cōmunis est: Secundo, quod & si cōmunis sit, medicamentum in prōptu est. Signū crucis illi imprime, gratias age, Deo gloriā refer, & protinus immūditia omnis abscessit. Num verò, inquies, & quod idolis immolatū fuerit, eadem possumus ratione mundare? licet, siquidem nescias idolothytum esse: sin verò sciens ac prudēs illud percipias, immūdus iā eris, nō ideo quia idolothytū est, sed q cùm tibi imperatū sit nō cōmunicare dæmoniis, per id cōmunicasse cōuinceris. Itaq; neq; illud natura huiusmodi est, verum ex sententia tua, atque inobedientia immundum fit. Num suilla caro immunda est? non, si cum gratiarum actione percipitur, crucisque signaculo. Sola quippe voluntas erit immunda, quæ gratias non exhibet Deo.

e *Ineptas autē, &c.* ✠CHRYSOST. & THEOPHYL. Fabulas autem, Iudaicas obseruationes dicit, & nimium quidem id cōgruè. Nam sunt fabulis, re vera deteriores, quia non sit illis relictus locus, quod enim suo tēpore fit, perutile est, sin vero intēpestiuè fiat, non modo inutile, verum & noxium. Cogita nāque in animo virum triginta annos natum, lac sugere sine vberibus inhiētem, nōne perridiculus erit? aniles igitur, quod antiquatæ ☞ sunt,

a ¶Hoc. s. ¶.i. à nuptiis abstinere, quas dicunt institutas esse à malo autore. b ¶Et præcipientium. c ¶Non vt illi mentiuntur, princeps tenebrarum.
b scientiam, prohibentiū † nubere, abstinere à cibis, quos Deus 1 2
a ¶Vt homo propter quem omnia perciperet, & inde gratias ageret. b ¶Qui benè credunt de cibis, & quod credunt intelligunt, quòd non omnes. 3
creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, 4
¶Hanc. s. ¶Animalia quædam dicta fuerunt immunda, non natura, sed significatione. 5
c & his, qui cognouerunt veritatē. † Quia omnis creatura Dei 6
a ¶A sua natura. 7
bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione 8
b ¶Solet percipi. b ¶Ne diabolus per eum noceat. ¶Filium, per quem creauit pater.
d percipitur. Sanctificatur enim per verbū Dei, & orationem. 9
a ¶Quæ dixi de creaturis & nuptiis. b ¶Ante vel publicè. c ¶Re & opinione. 10
Hęc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, 11
a ¶Qui benè potes, quia. ¶Ab aliis. b ¶In moribus. c ¶Ab infantia. ¶Etiam tuo studio. d ¶Vbi nec aptitudo. 12 13
e enutritus verbis fidei & bonę doctrinæ, quā assecutus es. Ine- 14

NICOLAVS DE LYRA.

1 Prohiben. nube. *quasi hoc sit malum per se, cum Deus nuptias fecerit tanquam bonas, Gen. ij. & eas approbauerit: Mat. v. Dimittere tamen nuptias propter continentiam seruandam, vt liberius Deo seruiatur, est dimittere minus bonum propter maius.*

Diuisio.

2 Abstinere à ci. *tanquam ab immundis per se, & illicitis. quod tamen est falsum, cum sint Dei creaturæ. omnis autem creatura Dei per se bona est. Potest tamen fieri aliquis cibus malus alicui per accidens, vt quia prohibetur sibi à superiore, & sic aliqui cibi fuerunt illiciti Iudæis tempore veteris Testamenti, quia in lege prohibiti. Sed quia talis abstinētia pertinet ad ceremonialia, quæ cessant in noua lege, vt dictum fuit suprà j. ca. ideo talis obseruatio non est licita: vt obligans ex veteri lege. Potest tamen homo ab illis vel ab aliquibus eorum abstinere alia ratione, vtpote propter macerationem suæ carnis, vel propter conseruationē suæ sanitatis.*

3 Quos Deus crea. ad per. *id est, vtendum.*

4 Cum gra. actio. *de beneficio Dei.* 5 Fidelibus. &c. *pro id est.*

5 His qui cogno. veri *s. euāgelicam, per quam legalia cessauerunt.*

6 Quia omnis, &c. *& patet ex dictis. Et subditur ratio, cum dicitur.*

7 San

7 Sanctifica. enim per verbum Dei. *s. incarnatum.*

8 Et orationem *s. fidelium, qui gratias agunt Deo de cibo, à Deo sibi præstito. & sic cedit eis, non solum ad salutem corporis, sed etiam animæ.*

9 Hæc propo. *excluso modo docendi erroneo, hic consequenter prosequitur verum docendi modum. & primò quantum ad omnes generaliter, secundò quantum ad aliquas personas specialiter, ibi:* Seniores. *Docere verò supponit vitam virtuosam, & scientiam, sine quibus actus docēdi non est efficax. ideo Apostolus primò inducit Timotheum ad docendi actum, secundò, ad virtutis exercitium, ibi: Et exerce teipsum. tertiò ad sacræ scripturæ studium, ibi:* Dum venio. *Circa primū dicit:* Hæc proponens. *s. quòd nuptiæ sunt bonæ, & cibi liciti, vt prædictum est.*

10 Fratribus. *i. fidelibus.*

11 Bonus eris mini. Christi. *exequens eius doctrinam & voluntatē.*

12 Enutritus verbis fi. *catholicæ.* 14 Et bonæ doct. *apostolicæ.*

13 Quam assecu. es. *per gradum episcopalem. Nam episcopi sunt successores apostolorū, vt dicitur in decretis. xxj. dist. ca. in nouo Testamento.*

14 Ineptas autem & aniles fa. *id est, quas anus solent narrare, & quæ pro nihilo sunt computandæ.*

1 Deuita.

☞ sunt, ineptæ autem, quia fidem impediunt. Nam velle sub metum legis inducere animam, quæ legalia cuncta transcenderit, & ad celsitudinem veræ gratiæ ac libertatis euaserit, & execrabile simul & immundum est. A

a *Nam corporalis.* Datur intelligi, quòd vigiliis, ieiuniis, orationibus & bonis operibus se exercebat, non adeo intentus operibus misericordię.

† reiice.

✠AMBROS. Ieiunare & à cibis abstinere, manēte creatoris autoritate, nō multum prodest nisi addatur pietas: corporis enim exercitiū, nihil aliud quàm carnis fræna sunt. Quāquam carnales aliter corpus exercent (sagina & dapib' nutriētes, vt celeri motu ad perditionē proficiāt, & propter futuri desperationem, carnis curam ad tēpus agentes, vt citius ad peccandū moueatur) aliter spirituales, propter spem futurā corpora sua castigantes, & abstinētia temperantes, vt pigra in desideriis facta, resurrectione digna possint. B

† Indubitatus. † suprà c. 1. † in spiritu.

De duplici martyrio.

✠CYPRIAN. Nō locus desertus, saccus pro veste, legumen pro cibo, neque ieiunia monachum absoluūt. Ibi videas quosdam ex illis facilimè vinci delitiis, impatientiores iniuriarum, appetentiores vindictæ, quàm quemuis alium ex media plebe. quid causæ est? quoniam corpus exercuerunt magis quàm animum, cum B. Paulus doceat: quod exercitatio, &c. nō hæc dixerim, quod improbādi sint, qui talibus modis corpus castigant: sed quod satanas mille instructus artibus, nonnunquam illudit incautis, ex huiusmodi corporum exercitamentis, falsam illis inducens sanctimoniæ persuasionē: vt cum intus madeant spiritualibus vitiis, sibi & aliis pij habeantur. Ita virgines fatuę solidam existimant pietatē, corpus habere viro intactum: cū animus auaritia, superbia, inuidia, obtrectatione sit corruptissimus. C

✠CHRYSOSTO. Igitur de corporis exercitatione, ait, inutili illa, & quæ nihil adferat lucri, soloq; corpori acōmodata sit.

b *Pietas.* Quæ operatur bona fratribus valet ad promerentur Deum.

Cant. 1 b. Prou 3. c. Matt. 10. d.

c *Vitæ, quæ nunc.* Habens hic diuitias & gloriā, in futuro vitam æternam. vnde: *Leua eius sub ca. meo, & dex. il. am. me.* vnde etiam: *In dextera eius anni vitæ, in sinistra diuitiæ & honor.* Et dominus in euangelio: *Accipietis in hoc seculo centies tantum,* id est, multiplicationem diuitiarum & gloriæ, *& in futuro seculo vitam æternā.* Omnis summa disciplinæ nostræ in misericordia & pietate est. D Quam sequens si lubricū carnis patitur, vapulabit. Si quis autem solum exercitiū corporis habuit, perennes pœnas patietur.

Ambrosius.

d *In hoc laboramus.* ✠CHRYSO. Paulus afficiebatur probris, & tu ea grauiter & indignanter fers? Paulus laborabat, & tu delicias quotidie meditaris? at profectò ille nunquam tam excelenti laude, æternisq; potiretur bonis, si vitam in delitiis agere maluisset. Nam si secularia cōmoda, cum sint mortalia, homines non absq; sudoribus assequūtur, multominus illis spiritalia prouenient, otio desidiáq; torpētibus. At, inquies, ista plurimis sępe iure hęreditario proueniūt. Et si sic illa proueniāt, horum tamen custodia, laboribus perpetuis, angoribúsq; non vacant, &c. E

† iuuentutem.

Ambrosius. † Donec venio.

e *Præcipe hęc.* Monet eū, vt profectus eius per omnia exēplum esset aliis, vt in adolescēte mirabilis videretur, & grauis disciplina, vt actus eius excusarent & non quasi iuuenis, sed quasi senior habeatur, & erubescerent maiores natu, si non exhiberent se iuxta formam huius conuersatione, & moribus graues.

f *Nemo adole.* ✠CHRYSO. Oportet enim eū, qui doctoris officium suscipit, ita se gerere, vt contēni non possit, sed fortasse dices: Vbi modestia ac māsuetudo sacerdotis eluceat, si semper in honore sit, neq; cōtēptui pateat? In his quidē, quæ ad se pertinent, si contēnatur sanè constantissimè ferat: ita enim per patientiam virtus prædicationis ostenditur. Verum in his, quæ aliorum tangunt salutem, contemptui omnino non pateat. F Id quippe non mansuetudinis, sed stultitiæ est: nā si quidā iniurias in se, si maledicta, si insidias vlcisci velit, ritè omnino culpabitur: Verū vbi alienæ salutis negotiū agitur, imperio vtatur, a q; ex culmine authoritatis, ne quid noxium immineat gregi, summa cura prouideat: neque enim hoc in loco mansuetudine, sed autoritate opus est vti, ne ecclesiæ vtilitas pereat.

g *Prophetiam.* Vocauit inspirationem sancti spiritus, per quam præsciebat, quid de hoc & de cæteris esset acturus. Ideo ait: Quę data est tibi per prophetiam: quia spiritu reuelante cognouit Apostolus Timotheum esse dignum episcopali honore.

AMBROS. Prophetia est qua eligitur, quasi doctor futurus idoneus. Manus impositionis, verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus, autoritatem accipiens teste con- ☞ scientia

a ¶Alias inanes, siue fructu, etsi ibi ratio videatur, vt in legalibus. ¶Quas solent vt anus narrare.
b ¶Non sufficit illa vitare, nisi verba confirmet, addit exerce. Q. illa propone fratribus, sed. 1
ptas autē & aniles fabulas † deuita, & exerce teipsum ad pie- 2
a ¶Ad cultum & religionem omnipotentis Dei, & ad opera misericordiæ. b ¶De pietate moneo, ideo. 3
c ¶Frena carnis. ¶In qua te fatigas. d ¶Vt vitatis vitiis careat pœna. 4
a b tātem. Nām corporālis exercitatio ad modicū vtilis est. Pie- 5
¶Quando saluti omnium studet. a ¶Vt hic bonis abundet spiritualibus, & temporalium sufficientiam habeat. 6
c tas autem ad omnia vtilis est, prōmissionē habens vitæ, quæ 7 8
a ¶Verax. b ¶Et iste de pietate. c ¶Quia vtilis est. 9
nunc est, & futuræ. † Fidēlis sermō, & omni accēptione di- 10
a ¶Quod in me ostendo. ¶In hoc, quòd pietas habet promissionē vitæ huius & futuræ. b ¶s. apostoli. c ¶Opprobria patimur. 11
d gnus. In hōc enim laborāmus & malēdicimur, quia spera- 12 13
a ¶Sicut promisit Deus, qui dat vitam. b ¶Qui solem suum oriri facit super bo. & ma. ¶Qui cum iumentis saluat carnales. ¶Vel o. ¶Vel o. 14
mus in Dēum viuum, qui est saluator omnium hominū, ma- 15
a ¶Hic & in futuro, secundū corpus & animā. b ¶Scientibus. c ¶Vt fabulas vitent, & se exerceant. d ¶Nescientes. e ¶Ita naturæ, quòd nemo. 16 17
e f ximè fidēlium. Præcipe hęc, & dōce. Nēmo † adolescentiam 18
e ¶Vt videntes tuam conuersationem exemplo tui proficiant. b ¶Vt tuo exemplo loquantur. 19
tuam contemnat, sed exēmplum esto fidelium in vērbo, in 20
a ¶Honesta inter alios. b ¶Dei & proximi. c ¶Mentis & corporis. d ¶Vt hoc possis. 21
conuērsatione, in chāritate, † in fide, in cāstitate. † Dūm ve- 22
a ¶Post lectionem. ¶Iam volentium. b ¶Nescientium. c ¶Quia ad hoc constituus. 23
nio, attēde lectioni, exhortātioni, & dōctrinæ. Nōli neglige- 24
a ¶Episcopatus. a ¶Ne ergo facias eam irritam, ne inobediens sis his quibus caput inclinasti. 25 26
g re grātiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophētiam, 27

NICOLAVS DE LYRA.

1 Deuita. *Talia enim in doctrina fidei non sunt proponenda.*

2 Et exerce teipsum. *Hic consequenter inducit Timotheum ad virtutis exercitiū, di.* Et exer. teipsum ad pietatem. *Et accipitur hic pietas dupliciter. Vno modo prout pietas est idem quod cultus diuinus in quo debet exerceri episcopus. Alio modo, prout pietas importat condescensionem ad proximum: Quod etiam pertinet ad episcopum tam in corporalibus quàm in spiritualibus. Et subdit rationem huius exercitij dicens.*

Pietas duplex.

3 Nam cor. exerci. *in ieiunijs & vigilijs & huiusmodi.*

4 Ad modicum. *s. ad repreßionem concupiscentiæ carnis, quæ sic in eo exercitatur quod modicum in Timotheo valebat: cuius caro sufficienter erat repressa, tam ex infirmitate corporis, vt habetur cap. seq. quàm ex bono virtutis exercitio.*

5 Pietas autem ad omnia vtilis. *Quod patet ex dictis, cum bene disponat hominem ad Deum & ad proximum.*

6 Promissionem habens vitæ, &c. *scilicet, gratiæ.*

7 Et futu. *s. gloriæ, ideo dicit Apostolus.*

8 Fidelis sermo. *id est, verus.*

9 Et omni acceptione dignus. *quia credenti proficuus.*

10 In hoc enim, &c. *i. opprobria sustinemus.*

11 Quia spe. in Deū. *quia fidelis est reddēdo præmiū. ideo subditur.*

12 Qui est sal. omnium. *quantum ad sufficientiam ex parte sui.*

13 Maximè

13 Maximè fidelium. *Dicitur maximè, quia eorum est Saluator quantum ad sufficientiam & efficaciam.*

14 Præcipe hæc. *vt habens autoritatem.*

15 Doce. *vt habens scientiam.*

16 Nemo. ado. tuam contemnat. *id est, licet sis iuuenis ætate, tamen sis senex in moribus, vt nullus habeat occasionem te contemnendi, ideo subditur.*

17 Sed exemplum esto fidelium, &c. *sanæ doctrinæ.*

18 In conuersatione, &c. *sanctæ vitæ.*

19 In charitate. *quantum ad perfectionem affectus.*

20 In fide. *quantū ad perfectionem intellectus. Licet autē charitas, & fides sint interius in mēte, tamen relucent exterius in opere, ideo subditur.*

21 In castitate. *id est. in mundicia corporis & animæ.*

22 Dum venio. *Hic consequenter inducit Timotheum ad sacræ scripturæ studium, di.* 23 Attende lectioni. *legis, prophetarum, & euangelij. Et quia illud quod accipitur in studio debet refundi per exhortationem, & doctrinam in populo, ideo subditur.* 24 Exhortationi. *quantum ad agenda.* 25 Et doctrinæ. *quantum ad credenda.*

26 Noli negligere. *ne de talento abscondito arguaris.* 27 Quæ data est tibi, &c. *antequam enim ordinaretur episcopus, reuelatum fuit Paulo bonum futurum ecclesiæ, ex eius ordinatione, & sic per prophetiam fuit ordinatus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A scientia sua, vt audeat vice domini sacrificium Deo offerre.

a *Presbyteri.* Pro presbyterorum, quia minus tribus esse non possunt. Et vocat presbyterorum episcopum, vel quia vnus manus imponit cæteris assentientibus. Vel presbyterij, quia presbyterium est causa cur manus imponant, vel quia positio manuum presbyterium dat ordinato.

b *Ne increpaueris.* Ne indignè ferẽs se à minore correctum magis exasperetur quàm proficiat.

✠Gregor. Hæc regula eius tunc est obseruãda, cùm culpa senioris suo exẽplo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autẽ senior iuuenibus exẽplũ ad interitum præbet ibi B districta increpatione feriendus est.

† autoritate sacerdotij. — Ad Ianuariũ episco. 2.q.7.c.Paulus. — † adhortare.

D ✠Ambros. Propter honorificentiam ætatis maiorem natu cum mansuetudine ad bonum opus prouocandum, vt facilius suscipiat admonitionem, potest enim vereri commonitus ne postea corripiatur, quod turpe est seniori. Nam apud omnes vtique gentes honorabilis est senectus. Vnde & synagoga & postea ecclesia seniores habuit, sine quorũ consilio nihil agebatur. Quod qua negligẽtia obsoleuerit, nescio, nisi fortè doctorũ desidia, aut magis superbia, dum soli aliquid volunt videri.

c *Vt sorores.* Vt vidẽtes se amoris causa commoneri, facilius se corrigant.

d *In omni castitate.* In alloquio iuuencularum rectè iuuenis de castitate admonetur.

† 2.q.7.c. Paulus dicit. † senius obiurges.

¶Secundum electionem, in qua ex præteritis videtur dicere qualis futurus sit. ¶ Prædicta ad officium tuum pertinentia. ¶ Quia ad hoc electus. 1
a cum impositione manuũ † presbyteri. Hęc meditare, in his 2 3
a ¶.i. hæc exequere assiduo actu. b ¶Nullus ignoret te omnibus proficere. a ¶Vt proficias.
esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi 4 5
a ¶Qualiter viuas & doceas. b ¶Quæ tibi & aliis valent. ¶Duplex merces. 6
& doctrinæ, insta illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum 7
a ¶Etsi instandum, tamen cum discretione. ¶ Aetate vel moribus. b ¶ Pro ætatis honore. 8
b facies, & eos, qui te audiũt. † Seniorem ne † increpaueris, sed 9
a ¶Vt facilius suscipiat: potest vereri ne post corripiatur, senior tamen stultus vehementer est increpandus, vt ait Gregorius. b ¶Cum affectu dilectionis. c ¶Vt miti sermone doceantur, & sic honorifice proficiant. 10 11
† obsecra, vt patrem: Iuuenes ut fratres, anus & fratres, vt ma- 12
a ¶Vt prompte possint bonæ conuersationis suscipere disciplinam. b ¶Vt nec nutus contra eas fiat. 13
c d tres, iuuenculas, vt sorores in omni castitate. 14 15

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum impo. ma. *Est autẽ presbyterium dignitas vel officium presbyteri. Et accipitur hic presbyterium pro episcopatu, sicut conuerso sub nomine episcopi vel episcopatus comprehenditur presbyter seu presbyteratus, vt in principio ca. præ. Et dicit.*
2 Manuum. *in plurali, quia in consecratione episcopi plures requiruntur alij episcopi.*
3 Hæc medi. *s. sacrã lectionẽ vt prædictũ est, & officij tui dignitatẽ.*
4 In his. *in opere exequendo per doctrinam sanam & alia pertinentia ad dignitatem episcopalem.*
5 Vt profectus. *ita, quòd omnes percipiant te proficere non solum tibi, sed etiam ecclesiæ.*
6 Attende tibi. *id est, qualiter viuas.*
7 Et do. *qualiter doceas sicut Christus cœpit facere, & pòst docere.*
8 Insta in il. *diligenter exequendo.*
9 Hoc enim. *patet ex dictis sententia.*
10 Seniorem. *Præmisso actu docendi generaliter quo ad omnes, hic consequenter ponitur docendi modus quo ad personas speciales. Nam sicut dicit Grego. in pastorali. secundum qualitatem auditorum debet formari sermo doctorum. Sciendum etiam, quòd corripere aliquem verbo est eum docere. Dicit igitur:* Seniorem. *arguendo eum verbis duris.* E
11 Sed obsecra. *vt caueat ab indecentibus suæ senectuti, hoc tamen non est intelligendum de senibus obstinatis in sua malitia, qui sunt acriter arguendi, sicut Daniel durè coram omnibus increpauit senes impudicos, Dan. 13.*
12 Iuuenes. *vt percipientes affectum dilectionis facilius corrigantur.*
13 Anus vt ma. *vt honorifico verbo ad bonum magis moueantur.*
14 Iuuencu. *vt mansuetudine corrigantur, secundũ illud in Psa. 89.c.* Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur. *verumtamen quia talis mansuetudo non debet esse nimis alliciens, ideo subditur.*
15 In omni ca. *vt nec aliquo signo nec verbo possit aliquis episcopum notare de aliqua leuitate erga iuuenculas.*

C CAPVT V.

a *Viduas hono.* Hierony. Hoc est, quæ omniũ suorum auxilio destitutæ sunt, & quæ manibus laborare non possunt, quas paupertas debilitat, ætásq; conficit: quibus Deus spes est, & omne opus oratio. Ex quo intelligi datur adolescentulas viduas: exceptis his quas excusat infirmitas, vel suo labori, vel liberorum ac propinquorũ ministerio delegari, non recipiendas. Honor autem in præsentiarũ vel pro munere accipitur, vt illud: *Presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè quia laborãt in verbo & doctrina.* Et in euangelio dominus differit mandatũ legis, in quo dicitur: *Honora patrem.* non in verborum sono, quia inopia parentum cassa potest adulatione frustrari, sed in victus necessariis ministrandis debere intelligi. Iubente enim Deo, vt filij alerent parentes pauperes, & reddere beneficia senibus, quę paruuli acceperant, Scribæ & Pharisæi ecõtrario docebant filios ne parẽtibus crederent, di. *Corban*, hoc est, donum quod altari pollicitus sum, & in tẽpli dona promisi, si tu à me acceperis cibos, vertetur in tuũ refrigerium, atque ita fiebat, vt egentibus patre & matre sacrificium offerrent filij, quod sacerdotes & Scribæ consumerent. F

✠Chryso. Cur obsecro, nihil de virginitate disseruit? vt equidem reor, virgines tunc fortasse non erant, siue etiã proposito virginitatis exciderãt. Ergo datur intelligi, fieri posse, vt aliqua sit, quæ virum nõ habeat, nec tamẽ vidua sit. Quẽadmodum enim virginem non hoc facit, viri ignorare concubitũ, sed & aliis plurimis virtutibus opus est illi ad promerendã veræ integritatis laudẽ, vt sit sine quærela, Deo intẽta, diuinis rebus semper assideat: ita in viduitate magno honore indigẽt. Quia enim viros non habent, ea res probro esse plerisque videtur, atq; ideo illam à sacerdote iubet maiori cum studio honorari.

✠Ambros. Vnde aduertitur vtrumque pietatis affectum viduæ inesse debere, vt filios diligat, parentibus deferat.

✠Idem. Has viduas dicit honorandas, quæ data opera viduæ ☞ sunt:

Hiero. in c. 15 Matt. & Epistol. ad Ageruchiã. Aug. lib de vita Christiana c. 15. Verè viduę. — † 1.q 2.c. viduas honora. — Deut. 5.b. — Matt. 15.a. — Lib. de viduis.

CAPVT V.

a ¶Sumptibus ecclesiæ sustentando & solatiis fauendo. b ¶ Sicut viro, ita ab amore mundi destitutæ.
a Viduas † honora, quæ verè viduæ sunt. 1 2
a ¶Non tamen omnes, sed si qua.
Si qua autem vidua filios aut nepotes 3
a ¶In quo probabitur, vt demum digna sit vidua ecclesiæ nuncupari, præire enim debent merita, vt debitus honor tribuatur.
habet, discat primum domum suam 4
piè regere, & mutuam vicem reddere 5

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

1 Viduas hono. *Hæc est quinta pars huius epistolæ, in qua Timotheũ instruit de quinto actu ad episcopum pertinente, qui est bona ecclesiæ fideliter dispẽsare, quæ dispensanda sunt ministris ecclesiæ & pauperibus. nam episcopus pater est pauperum. Inter pauperes autẽ videtur maximè esse compatiendum pauperibus viduis, & ideo primò instruit Timotheum de viduis, secũdò de ecclesiæ ministris, ibi:* Qui bene præsunt. *Prima in duas. quia primò proponit intentum in generali, secundò prosequitur magis in speciali, ibi:* Si qua. *Circa primum sciẽdum, quòd honor dupliciter accipitur in scriptura. vno modo pro reuerentiæ exhibitione, alio modo pro necessariorum administratione. vnde dicit Saluator Matt. 15. quòd illi, qui sub specie religionis faciebant oblationẽ de hoc vnde parentes debebant sustentari, erant transgressores diuini præcepti de honore parentum. Sciendũ etiam, quòd viduæ veræ sunt in duplici gradu, quia aliquæ sunt diuites & illis debetur honor primo modo dictus, aliæ verò pauperes, quibus debetur honor secundo modo dictus, & sic intelligen... verbum apostoli cum dicit:* Viduas ho. *hoc modo, vel secundum earum conditionem.*
2 Quæ ve. vi. sunt. *hoc dicit ad excludendum illas, quæ meritum viduitatis perdunt.*
3 Si qua. *hic prosequitur intẽtum magis in speciali. Et ostendit primò, quæ sunt veræ viduæ nominandæ. secundò qualiter sint sustentandæ, ibi:* Si quis fidelis. *Prima in duas: quia primò ostendit, quæ sunt dicẽdæ verè viduæ ratione morum, secundò ratione annorum ibi:* Viduę eligãtur. *Prima adhuc in duas. quia primo ponit quandam distinctionem. secundò vnius membri rationem, ibi:* Si quis autem. *Distinctio enim est de viduis diuitibus & pauperibus, & qui debent esse mores vtrarumq;. Et quantum ad diuites dicit:* Si qua autẽ vidua filios vel. *indigẽtes sua educatione.*
4 Discat pri. do. *familiam suã gubernãdo & in moribus informando.*
5 Et mu. vicem. *eis reuerentiam exhibendo, & necessaria ministrando si indiguerint, sicut alita fuit ab eis.*

Diuisio. Honor duplex. — Viduarum gradus duplex.

✠ 1 Hoc

☞ sunt: quæ cum possent nubere, vt meliores essent, Deo dignæ, A secundas nuptias respuerũt, scientes semel benedici cõiugium.

✠Hieronym. Illas veras viduas esse definit, quæ vniuersis curis exutæ sunt, & ab omnibus desolatæ.

a *Parentibus.* Parentes sunt iidem, qui superius filij & nepotes, vnde & in mundana lege parens parẽti iubetur per gradũ succedere. Quibus mutuam vicẽ reddimus, cum à patribus educati sumus, alios pari lege nutrimus.

b *Desolata speret.* Videns ex nulla parte se habere suffragiũ, toto animo est deuota Deo, de quo solo sperat auxilium vitæ & salutis.

c *Quæ in delitijs.* Genus est imposturæ honorem viduæ habere velle, & non obsequi B Deo & aliud agere, aliud profiteri, cum profiteatur religionẽ.

✠Hieronym. Quicquid naturę modum excedit, delitiis deputatur. Hic maximè nostri temporis viduas tangit, quæ cum hominem suæ naturæ, qualicunq; panno non vestiant, parietes, pretiosis marmorum crustis exornant.

✠Theophyl. Quia non paucæ viduitatis statum eligunt, vt maiore libertate agant, quæ grata sunt, inquit: delitiis dedita atque petulantiæ, etiã si videatur viuere sensibilem hanc vitam, mortua est secundum spiritum. Sin autem mulieri non permittitur deliciari, vbi tamen & natura & ætas sæpe habet infirmitatem, quid dicemus, si viri in delitiis viuamus?

✠Euseb. Emissen. Agnoscamus quid incommodi nutriant oblectamenta carnalia, tunc planè vera mors est, quando anima præmoriente, deteriore sibi parte hominis sit superstes.

✠Chrysosto. Mortuus est quisq; viuens, cum in delitiis degit, quemadmodum mortuus quispiã in lectulo iacens, com- C plosis palpebris, clausisq; luminibus, nullum omnino sensum habet: ita & hic, imo longè deterius hic, quàm ille affectus est. Ille enim bona æquè ac mala eadem ratione non sentit: hic autem malorum tantum non amittit sensum, sed nihil boni penitus sentit, &c.

d *Si quis, &c.* ✠Chryso. Plerique virtutẽ suam sibi satis *esse ad salutem* putant: etsi vitam suam ritè disponãt, deesse sibi nihil arbitrãtur, sed hi profectò falluntur, si quis enim suorum, &c. nam si quis propinquos genere, atque affinitate coniunctos aspernetur, quo pacto erit in alios clemens? nónne vanitati, iudicio omnium erit obnoxius, si alienos beneficiis fouẽs, propinquos summa immanitate despiciat? quam latè patet detractionis locus, dicentibus gentibus, Christianos sine affectione esse, qui despiciãt suos. Infideli deterior, quia ille etsi alienos despicit, propinquos tamen aspernatur minimè. Diuinas planè leges violat, & iura naturæ, qui negligit suos. Deus nẽpe idcirco vincula propinquitatis instituit, vt multiplex subesset occasio nos mutuo diligendi. Quando igitur, quod infidelis facit, tu facere negligis nónne fidem abnegasti? cogitans ista, qui pecuniis parcimus, propinquósque despicimus. D

Aug. in psal. 131. — † 47. dist. c. sicut hi, §. necesse. Aug. lib. de bono viduitatis ca 9. & in psal. 9. Ambrosius. — † in omni opere bono fuit assidua. — De initio quadrages. homil. 1.

a ¶Qui eam aluerunt. b ¶Paruulos regere. c Non solum in ecclesia seruire. e ¶Quæ vero & vera est & desolata. i. non habens domum speret, &c. i. recipiatur in ecclesia & instet: nam si aliter mortua est, & sit irreprehensibilis, vel est diffinitio verè. Q. veram recipe, hæc autem est vera, quæ vera est sperat & instat, nã alia nõ, & hoc est, nãque. & his præcipe, vt non sint in delitiis, & vt sint irreprehẽsibiles.
a parentibus. † Hoc enim acceptum est corã Deo. Quæ autem 1 2
a ¶Hoc est sperare debet. b ¶Pro remotione totius mali.
b verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecra- 3 4
a ¶Pro adeptione bonorum. ¶Instat. ¶Mundi. ¶Communi vita.
c tionibus & orationibus nocte ac die. Nam, quæ in delitiis est 5 6
¶In anima. ¶Viduis. a ¶Quia iam non in eis occasio mundi.
viuens, mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. 7 8
a ¶Vera vidua, si habet domum, regat, si autem negligit. b ¶Vt sunt parentes, fratres & huiusmodi. ¶ Qui tam domestici, vt parentes filiis, vel parentibus filij. 9
d † Si † quis autem suorum & maximè domesticorum curam 10 11
c a ¶Operibus, etsi non verbis, quia proximum non diligit. b ¶ Quia hic nondum veritatem nouit vel promisit. c ¶Vera & desolata eligatur, sed huius ætatis, &c. 12
non habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior. Vidua † eliga- 13
a ¶Vbi extinctus fomes libidinis. b ¶Propter supradictum sacramentum. 14
tur non minus sexaginta annorũ, quæ fuerit vnius viri vxor, 15 16
¶Fideliter.
in operibus bonis testimoniũ habens: si filios educauit, si ho- 17 18
a ¶Pauperes. b ¶Prædicatorum, quos tunc recipere fuit periculosum ¶In carcere vel huiusmodi.
f spitio recẽpit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationẽ patiẽ- 19 20
g ¶Quid per singula? a ¶Humiliter.
tibus subministrauit, si † omne opus bonum subsecuta est. 21 22

✠Hieronym. Si quis viduas abiicit aut pupillos, vel maximè parẽtes, & pauperes, deterior est infideli: quia & illi habẽt naturaliter circa proximos pietatẽ. Siue si qua vidua orphanos filios negligat, huius sententiæ crimen incurrit. Simul notandum quosdam fideles nomine, qui infidelibus conuersatione periores sunt.

✠Ambro. Necesse est enim, vt deterior sit, qui sub lege & timore agens contemptor est, quàm qui nõ est subiectus legi. Hic enim nescit, ille autẽ sciens contemnit. E

e *Curam non habet.* Cura impẽdenda parentibus, vt Iesus matrem Ioanni commendauit.

f *Pedes.* August. Faciamus hæc inuicem humiles, quod humiliter fecit excelsus: Magna est in hoc commendatio humilitatis. Et faciunt hoc sibi inuicem fratres, etiam ipso opere visibili, & qui manu non faciunt, corde faciunt. Multò autem melius est, vt etiam manibus fiat. Nec hoc dedignetur quod fecit Christo facere Christianus, qui ad pedes inclinatur ei in corde excitatur, vel si iam est, confirmatur, humilitatis effectus.

✠Theophy. Hoc dixit, quia multæ quidẽ hospitales sunt, & hospitio recipiunt peregrinos ac sanctos, ipsę autem non per seipsas inseruiunt, sed per ancillas. Volens ergo viduam per se laborare, nec ignauam esse, ipsam per sese ministrare iubet.

✠Chryso. Vides, vt peregrinorum susceptionẽ, non simplicem humanitatẽ, sed præcipuo studio, tanquã re vera Christo exhibitã signet? neq; enim permittit huiusce in sanctos obsequia ancillulis imperari, sed ipsas per se illis ferre ministeriũ iubet. Viatores homines prætereũtes, vt putabat Abrahã suscepit hospitio, neq; tamẽ seruis permittebat omnia, sed vxori farinam misceri imperabat. Ipse enim cum vxore mercedem sibi cõparare festinat, non impensæ tantũ, verum ministerij quoq;. F

Sanctorum. quorum obsecro? eorum, qui in tribulatione sunt, non sanctorum simpliciter: possunt enim esse sancti, summóq; obsequio ab omnibus foueri. Noli hos persequi copia rerum affluentes, sed afflictos, & qui à multis ignorantur. Noli præsuli ecclesiæ ista tribuere partienda, ipse potius ministra, ne solius impendij, verùm obsequij præmium percipias: propriis eroga manibus, tu sulcum sere pietatis.

✠Hiero. Si nõ solũ habet humilitatis insignia, cui non sufficit hospitio recipere, sed manu propria lauare hospitũ pedes.

☞ a *Deuita.*

† suprà 2.a. Ioan. 16.c. — † quæ. — † eligitur. — Augu 19 de ciuit c. 14. & tract. 116. in Ioan. Tract 55. in Ioan.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Hoc e. *cui placent opera pietatis. Consequenter dicit de pauperibus.*
2 Quæ autem. *i. destituta bonis temporalibus, sicut & marito.*
3 Speret in. *quòd per prouisionem ecclesiæ habebit sufficientẽ victum.*
4 Et instet ora. *omnibus horis ad hoc opportunis. qualiter autẽ differant orationes, obsecrationes, dictum est suprà in principio. 2. cap.*
5 Nam quæ. *molliter iacendo & orationes prætermittendo.*
6 Mortua est. *id est, propinqua morti spirituali, quia delitiæ inclinant ad actum luxuriæ. ideo subditur.*
7 Et hoc præci. *tam diuitibus viduis quàm pauperibus.*
8 Vt irreprehensi. sint. *id est, absque defectu notabili, vnde possint aliqui rationabiliter scandalizari.*
9 Si quis. *Hic reddit rationem primi membri, in quo dictum est quòd viduæ diuites debent esse solicitæ de nutritione filiorum, nepotum & parentum, Hic reddit rationem huius dicti, di.* Si quis autem suorum, *id est, attinentium sibi quomodocunque curam non habet eos negligendo.*
10 Et maximè. *i. existentium de domo sua vel cognatione sua.*
11 Fidem negauit *i. fidelitatem, quam debet habere ad personas dictas, quam negauit facto debitum auxilium eis subtrahendo.*
12 Et est infideli. *i. in hoc peccat grauius quàm paganus fidem Christi non habens. nam quanto status est altior: tanto casus est grauior.*
13 Vidua. *Hic consequenter ostendit, quæ sunt verè viduæ ratione annorum. Et ostendit primò, quòd tales sunt honorandæ. secundò, quòd alia sunt vitandæ. ibi: Adolescentiores. Circa primum dicit:* Vidua eli. *tanquam honorabilis modo supra dicto.*
14 Non minus sexa. an. *Tunc enim fomes libidinis est refrigeratus.*
15 Quæ fu. vnius. *nam secundæ nuptiæ signum videntur incontinentiæ, sunt tamen licitæ.*
16 In operibus bo. *nam esse debent integræ famæ.*
17 Si fi. *derelicto.*
18 Educa. *benè & sanctè secundum suam possibilitatem. Et similiter quòd subditur:* Si hos. &c.
19 Si sanctorum pe. la. *i. discurrentium pro prædicatione.*
20 Si tribu. *i. incarceratis & infirmis.*
21 Submi. *i. secundum possibilitatem suam, vtpote victum, si fuerit diues, vel aliquod obsequium, si pauper.*
22 Si omne opus bonum subsecuta est. *Secundum possibilitatem & decentiam sui status.*

12 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Deuita.* id est, vota castitatis earum non vsque adeo cures, vt eas ecclesiæ almoniis sustentandas suscipias.

AMBROS. Prohibet adolescentulas viduas in hac suscipi professione. Lubricæ enim ætati facilè credi non debet.

b *Haben.* AVGV. In coniugali quippe vinculo si pudicitia conseruetur, damnatio non timetur. Sed viduali cõtinentia & virginali excellentia virtus muneris amplioris expetitur, qua experita & electa & voto oblata, iam non solum capescere nuptias, sed etiam si nõ nubatur, nubere velle damnabile. Vouentibus enim virginitatẽ vel viduitatẽ non solũ nubere, sed & velle dãnabile est. Omnis huiusmodi similis est vxori Loth, quæ retrò aspexit.

c *Primam.* AVGV. Etsi nõ nubendo, tamẽ volendo: nõ quia nuptiæ dãnentur, sed fraus propositi, & fracta fides voti damnatur: & voluntas, quæ à proposito recedit dãnabilis est, siue nuptię sequãtur siue non.

✠AMBROS. Quid maneat tales ostendit, ne facilè audeant, quod implere difficile est: aut si animus huic deuotioni deditus est, apud se interim teneat, quia temerarium dicit esse profiteri, quod adhuc iuuenili ætati credi non debet. Damnationi enim fit obnoxius, qui ab hoc declinat, quod rectè fecerat. Quantum enim laudabile est. Si impleat quod vltra vires eius creditur: tanto magis puniendus erit, si hoc audeat sibi imponere præsumptione temeritatis, quod ferre non possit: nec ad veniam debet pertinere, qui à primordio infidelis inuentus est.

✠HIERONY. Hæc regula non solum in viduis, sed in virginibus continentibus, quæ primam fidem irritam fecerunt, intelligenda est.

d *Simul autem.* ✠AMBROS. Quędã virgines vel viduæ commendante professione (gloriosum est enim huius rei vocabulũ) acceptabiles sunt domibus diuitum, quæ id agunt, vt pareant voluntatibus eorum, ambulantes & quærentes, quæ perferant
C ad illos, quibus delectentur, vt otiosæ muneribus afficiantur. Et malo more plus quærunt fabulis, quàm quæ operantur manibus, vt elatæ procedant & compositæ, contra professionem suam agentes.

✠CHRYSOSTOMVS. Nihil minus conuenit fœminæ, quàm aliorum facta curiosè disquirere, neq; mulieri solum, sed etiam viro; quippe impudentiæ singulis potissimum id argumentum est.

D

e *Conuerse sunt.* AVGVST. Ab excellenti illo vidualis vel castitatis virginalis proposito in posteriora respiciendo ceciderunt & interierunt.

f *Qui benè.* De honore præsbyterorũ hic agit. Q. Illud quod dixi de viduis obserua. Et hoc etiã præcipe de presbyteris, vt presbyteri, qui benè præsunt vita & doctrina, digni habeantur.

g *Duplici honore, &c.* Boni enim dispensatores & fideles, non solum honore sublimi præueniri debent, sed & terreno, vt non cõtristentur indigentia sumptuum, & gaudeant obedictia spiritualium. Instantior enim fit, si nõ humiliẽtur inopia: & crescit in illo autoritas, cum videt se etiã in precium laboris sui fructũ percipere non abundet, sed vt non deficiat. Tanta enim merces debet esse euangelizanti regnum Dei, vt non contristetur, nec extollatur.

AVGVSTINVS. Necessitatis est accipere, charitatis præbere: non tamen venale est euangelium, vt pro his prædicetur, sed pro æternis. Si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt. Accipiunt ergo sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à domino. Non enim à populo redditur quasi merces illis, qui sibi in charitate euangelij seruiunt, sed tantum dispendium datur, in quo vt possint laborare pascantur.

✠CHRYSOSTOMVS. Itaque si quis delicatus, aut remissus fuerit, dignus profecto non erit, nisi quis fuerit bos triturans, & contra gelu & spinas iugum sustinens traxerit, neque ante discesserit, dignus non est: oportet ergo doctoribus victum necessarium affatim ministrari, ne deficiant, neque seluantur, neque minimis occupati, magnis seipsos, atque alios priuent, vt spiritualia operentur, nullam secularium habentes rationem. Huiusmodi Leuitæ erant, qui nullam secularium rerum habebant curam, quomodo laici Leuitis lege constituti erant reditus decimæ, &c. Ergo ecclesiæ præsules audenter dixerim nihil præter victum & vestitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio.

✠HIERONYMVS. Vult illis præstare carnalia à quibus

☞ ailj

Aug. lib. de bono viduitatis cap. 8. & 9.

† 27.q.1.c. licut. & cap. hæc vero. c. nuptiarum, & ca. de viduis.

†domũ administrare.

† vt habeãt maledicẽdi cauſam.

B

Aug. lib. de sanct. virg. c. 31. In ps. 83. & lib. de bono viduitatis.

Genes. 9. f.

De bono viduitatis. c. 8.

Aug. tract. 17 in Ioan.

† Iacturę cupiunt aduersus Christum.

†nugaces. Ambros.

† 27.q.1 ca. nuptiarum.

† 26.q.5 c. episcopi.

* aut in qua si

† desiuerunt sequutæ Sathanam.

E

†iuxta propensionem animi.

†parum. †postnaũ. Sec. 16. & ii. de correp & grat. c. 16.

Matt. 18. b.

Lib. de pastorali.

Euangelium nõ propter terrena prædicandum.

D

Tom. 7 de corre. & gratia. c. 16.

† Deut. 19 d 25. dist. cap. sed illud 2. q. 1. c. si peccauerit

B

†iuxta propensionem animi.

†parum. †postnaũ. Sec. 16. & ii. de correp & grat. c. 16.

Matt. 18. b.

† Deuit. 25. a. 1. Cor. 9. b.

E

†præcipitatione iudicij.

† 24 dist. 1. 78. di. quid est. De elect. cũ nobis. § his igitur. † De cõ. di. 5. c sint tibi. De iureiur. etsi Christ. § quædam enim.

Lib. 7. de baptismo & li. 1. cõtra Parm. c. 21. Peccata aliena.

F

Lib. 7. de baptismo & li. 1. cõtra Parm. c. 21. Peccata aliena.

Deuteron. 25. b.

1. Cor. 9. b.

Matt. 10. b.

Matt. 10. b.

Matt. 10

Universidad de Deusto Biblioteca

A essent, virtutes tamen exercuere quas legimus.

☞ * PRIMASIVS. Dat ei consilium, vt plus aliorum profectum, quàm suam abstinentiam curet, poterat enim verbum impedire infirmitas.

a *Quorundam hominum peccata, &c.* quia dixerat sine præiudicio nihil facias: determinat vbi præiudicium sit necessarium, & vbi non, diuidens bona & mala in manifesta & occulta. Q. ideo opus est examinatione, quia sicut quędā sunt manifesta, quæ non oportet examinari, ita quędam sunt occulta de quibus sine præexaminatione non potest fieri preiudicium. D

Quorundam. Ideo est opus examinatione. Vel: bibe vinū, quia etsi non mox claruit tua bona intentio, non tamen poterit abscondi, sicut & in malis est. Aug. de sermone domini in monte,

b *Mani.* dicit. de quibus clarū est quo animo fiant, hæc præcedunt ad iudiciū, quia si ista sequitur, iudiciū nō est temerariū.

c *Subsequun.* quæ occulta sunt, qa nec ipsa latebūt tempore suo quādo Christi tēpus aduenerit, quo manifestētur: sic & de bonis. De his ergo iudicemus: Illa Dei iudicio relinquantur.

¶In quo sedes ægritudinis. ¶Ipsos accessus.
vtere propter stomachum & frequentes tuas infirmitates.
a ¶Et hi non sunt probandi. b ¶Ante nota quàm veniant ad discutionem.
a b Quorundam hominum peccata manifestata præcedentia 1 2
a ¶Specie religionis tecta per discussionem apparens.
c ad iudicium, quorundam autem & subsequuntur. Similiter 3 4
a ¶Quædam, & non est opus probari. b ¶Bona. c ¶¶.i. non sunt nota.
autem & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, 5
a ¶In discussione. b ¶Et hæc probanda.
absconditi non possunt. 6

NICOLAVS DE LYRA.

* languenti & ægrotatiuo corpori: sed vinum modicum non nocet castitati, & valet ad sanitatem seruandam. quæ necessaria est ad exercendum officium episcopi.

1 Quorundam. *Hic consequenter declarat quoddā superius dictum. dixerat enim, quòd Timotheus nihil ageret sine diligenti examinatione præuia: ideo declarat quæ sunt illa, quæ indigent tali discussione, & quæ non, di.* Quorundam hominū peccata, &c. *Ex euidentia facti, & talia nō indigēt accusatione, testificatione, seu examinatione, ideo subditur.*

2 Præcedentia ad iudicium. *i. ad examinationem, quæ per se notoria, & sic sunt punienda sine discussione.* B

3 Quorun. au. *i. sunt latentia, ita, quòd non apparent punienda, nisi post discussionem.* 4 Similiter autem & fa. bo. *supple aliquorum.*

4 Manife. sunt. *ex euidentia rei, & sic non indigent discussione ad approbationem sui.*

5 Et quæ aliter, &c. *ita, quòd non sunt ita manifestè bona.*

6 Absconditi non possunt. *i. non absconduntur de facili: habita de eis examinatione diligenti, propter quod talia sunt discutiēda, antequam approbētur. Dicuntur autē talia abscōdi nō posse, illo modo impossibilitatis quo aliquid dicitur impossibile fieri, eo quòd difficile est fieri. 5. Metaphysic.*

Vel aliter: Absconditi non possunt, id est, non absconduntur diuino iudicio, licet abscondi possunt humano. E

ADDITIO I.

In cap. 5. vbi dicitur in Postil. Peccantes coram omnibus argue.

Sunt nonnulli, qui ex hoc verbo Apostoli cum dicit: peccantes coram omnibus argue: *intelligere volunt, quòd decet prædicatorem personas arguere seu reprehēdere de vitijs, quæ scit vel credit ipsas personas commisisse: vnde & sæpe in sermonibus detrahūt personis præsentibus seu absentibus, notādo eas de vitijs. Sed hoc est erroneū & etiam nociuū. Tum quia prædicator solū debet dicere illa quorū certitudo solū per sacra eloquia vel dicta doctorū, seu per rectā rationē fundari possunt, alia enim nō pertinēt ad prædicatorē veritatis. Cōstat autē, quòd peccata, quæ à singularibus personis cōmittuntur, nō habent certitudinē ex solis prædictis, nisi cū hoc addatur sensualis cognitio, cuius certitudo non habetur ex præmissis. Tū quia prædicator in corripiēdo solū debet intēdere correctioni peccantis, qui secundū Hiero. cū se infamatū cōspicit, per talē prædicationē magis irrefrænatè peccat. Tum quia secundum Augu. in quadam epistola ad Hipponē. cū de aliquo, qui sanctū nomē profitetur aliquid criminis sonuerit, instāter satagūt homines vt de omnibus hoc credatur: & sic nō solū in talibus prædicationibus derogatur famæ illius cui detrahitur, sed etiā aliorū suæ cōditionis officij seu status. Qui est cōtra illos, qui prælatos seu clericos vel religiosos in prædicatione publicè arguūt. Ex quibus manifestū est, quòd cōmuniter dicitur & à personis discretis obseruatur, s. quòd prædicator cōtra vitia, nō cōtra personas prædicare debet, præsertim cū vitia nō sunt* C *omnino publica: quia talia publicè arguēs non corrector, sed proditor debet cēseri, prout in Glo. Autoritas autē Apostoli prædicta intelligitur de iudice ecclesiastico, qui publicè debet punire publica peccata: quod pertinet ad correctionē, quæ est actus iustitiæ, quæ nō se extēdit nisi ad prælatos seu iudices. Vnde ad Timotheū, qui erat primas Ephesinus pertinebat punire subditos suos de publicis peccatis eos publicè arguēdo & etiā puniēdo, vt cæteri timorē haberēt. Et sic intelligit Aug. de verbis domini dictū Apostoli suprà dictū. In correctione autem fraterna, quæ est actus charitatis, & per cōsequēs se extendit ad omnes, de necessitate est, quòd secreta admonitio publicā denunciationē præcedat, prout in ca. Matt. 18. b.* Si peccauerit in te frater tuus, &c. *& illa etiā denunciatio in qua dicitur:* Dic ecclesiæ, *communiter intelligitur quòd debet fieri prælato ecclesiæ, nō autē cōmunitati seu populo. Vnde subdit, ibidem:* Si autē ecclesiæ nō obedierit, sit tibi vt Ethnicus & Publicanus: *quod manifestè intelligitur de illo, qui nō obedit suo prælato in his, quæ tenetur obedire. Nec valet arguere cōtra prædicta de hoc quod legitur Isa. 58. a.* Clama ne cesses: Annūcia populo meo scelera eorū, *quia per hoc sanè intelligitur, quòd prædicator debet contra scelera & peccata, quæ credit seu suspicatur in populo cōmissa prædicare, non contra personas cōmittentes. vnde notāter dixit:* Annuncia populo, &c. *Et sic hæc autoritas potius facit cōtra eos. Quod etiam si propheta expressè dixisset nomina sceleratorum seu peccātes, nō videretur trahendū ad consequentiam in alijs, quia propheta ibi procederet tanquā executor Dei, cuius reuelatione talia debebat publicare, secus autem de alijs.* F

ADDITIO II.

In eod. ca. vbi dicitur in Postilla. Manus cito nemini imposueris.

Expositio secunda quam ponit Postil. de hoc dicto. Manus cito nemini imposueris, est magis autētica. Est enim textus decreti. 24. di. in principio. Exponitur etiam huiusmodi dictum de confirmatione electionis, quæ non est facta in concordia, quæ non debet fieri festinaliter, sed cum discussione debita in cap. fin. de electi. lib. 6.

CAPVT VI.

Qvicunque. Monet seruos non contemnere, sed reuereri dominos suos, di.

a *Quicun.* Sciēdum est quosdā prædicasse cōmunem omnibus in Christo libertatē. Quod de spirituali libertate vtiq; verum est, non de carnali, vt illi intelligebāt, ideo contra eos hic loquitur apostolus, iubens seruos dominis suis esse subditos.

AMBRO. Ne exigāt serui quod de Hæbræis dicitur, vt sex annis seruiant, & gratis dimittantur liberi, quod mutuum erat.

*CHRYSO. Nō enim, quia fidelis es, liberum te esse putes: hoc enim libertatis documentū est, seruire magis, quippe infidelis si viderit causa fidei illos superbire, blasphemabit dogma nostrum, tāquam seditionis causam: cū autem obtemperantes attenderit, citius credat, ac facilius, quæ dicuntur admittet: alioquin & Deus & ipsa prædicatio blasphemabitur.

b *Qui autē fide. &c.* * HIERONYMVS. & PRIMAS. Si seruiebant ☞

† malè audiat.

† 45. dist. c. de Iudæis. 54. dis. c. generalis. De bap. ca. maiores in fin.

CAPVT VI.

¶Et iusti & sapientes. a ¶Infidelium, quibus videntur superiores.
a Qvicunque sunt sub iugo serui, domi- 1 2
¶Benè seruiendo eis.
nos suos omni honore dignos arbi-
a ¶Quasi aliena inuadentis, sed potius per obsequia seruorum fidelium domini infideles conuertantur. b ¶Christiana quasi iniusta & contra legem prædicata.
trentur, † ne nomen domini & do- 3
b ctrina † blasphemetur. Qui autem fide- 4

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

Qvicunque. *Hæc est vltima pars principalis in qua Timotheus inducitur ad actum custodiendi, qui maximè pertinet ad pontificem Et diuiditur in tres partes, quia primo inducitur ad custodiam pauperū, secundò diuitum, ibi:* Diuitibus. *tertiò generaliter omniū, ibi:* O Timothee. *Maximè verò pauperes sunt serui, quia quicquid habent vel acquirunt: totum est dominorum suorum. Bene verò custodiuntur, quando ad seruiendum dominis fideliter & humiliter inducuntur. igitur Timotheus instruitur primò de hac custodia. secundò reprobatur doctrina contraria, ibi:* Si quis aliter. *Circa primum dicit Apostolus.*

Diuisio.

1 Quicunque. *etiam infidelium, vt dicit Glo.*

2 Dominos suos. *humiliter eis obediendo in licitis & honestis. Vnde & sanctus Paulinus Nolensis episcopus infideli regi seruiuit pro filio cuiusdam viduæ humiliter & deuotè.*

3 Ne no. *Si enim seruus alicuius infidelis, eo quòd efficitur Christianus subtrahit domino debitam seruitutem, posset dici ab infidelibus, quòd doctrina Christi nō esset bona, quæ cōcederet inuito domino subtrahere alienū.*

4 Qui autem fide. ha. do. &c. *eis denegando debitam seruitutem.*

* 1 Quia

☞ A uiebant infidelibus timore odioso, quanto magis seruire debēt fidelibus, quorum charitatis participes esse merentur.

* CHRYSOST. Si autem seruis ita imperat obedire dominis, intuemini quo nos animo in dominum nostrum esse conuenit, qui nos de nihilo vt essemus effecit, qui nutrit, qui vestit. Et si ergo nō aliter, saltem vt famuli nobis nostri, ita illi seruiamus. Nónne vitā illi omnem in hoc exponunt, vt nobis requiem parent? nónne illi quæ domini sunt, tota die curant, sua verò diei vix exigua parte? Contrà vero nos: nostra quidem semper: quæ vero sunt domini, neque minima curam⁹ tēporis parte, istudq; cum ille obsequiis non egeat nostris, sicuti domini famulorum, sed hæc omnia nostris commodis cedant. Illic enim famuli ministerium domino prodest, hic autem serui obsequium domino nihil, seruo autem plurimū cōfert, &c.

† insaniens

B

* Abstine à talibus.

a *Superbus.* Superbia quippe, non eū ratio ducit cum ad fauorem quærendum in conflictum prorumpat quod à mansuetis & bonis vitatur.

b *Languens.* Non enim recusando fidem penitus moritur, nec ad veritatis scientiam conualescit, sed quasi repetitis accessionibus languet circa quæstiones & pugnas verborum.

C c *Quæstiones.* Quæstio erat an seruus esset, cum omnes ex eisdem patribus orti, & Christus omnes redemit.

d *Et pugnas.* Nam verborum pugnæ videbantur, quia dominus dicit. *Si filius vos liberauerit, tunc verè libe. e.* Hæc verba videntur verbis Apostoli repugnare: Sed sensus concordat, cum alterum de seruitute peccati, alterum de humana agat cōditione.

Ioan. 8. c

e *Ex quibus.* quæstionibus & pugnis.

f *Oriuntur inui.* qui seruos habent & inuident & contendūt.

g *Cum sufficientia.* Quando homo non plus desiderat habere, quàm necesse est.

h *Nihil intulimus.* * AVGV. Ecce diues recole primordia tua, vide vtrum huc aliquid attuleris. Iam venisti, & tanta inuenisti? Dic ergo rogo te, quid attulisti? sed forte qui nihil attulisti, & hic multa inuenisti, aliquid tecum hinc aufferes? Et hoc fortasse amore diuitiarum trepidas confiteri, audi apostolum qui te non palpat. Nihil intulimus in hunc mundum, vtique quando nati sumus. Sed nec aufferre aliquid possumus, vtique quando de mūdo eximus. Nihil attulisti, nihil hinc aufferes: quid te inflas contra pauperem? Quando nascuntur infantes, recedant de medio parentes, serui, clientes, turbæ, obsequentes, & agnoscantur pueri diuites flentes. Pariant simul diues & pauper, non attendant quod pariunt, discedant paululum, redeant & agnoscāt. Ecce diues nihil intulisti in hūc mundū, sed nec aufferre hinc aliquid potes. D

De verbis domi Secūdum Matt. serm. 5.

* AMBR. Frustra mortales homines copiæ studere, & locupletes fieri velle aperta voce declarat, cum sciant se nihil proprium habere in mundo. Cui rei proficit humana cupiditas, nisi quia ipsa sibi inimica existit? quid sibi incutit solicitudinem, & quærit congregare talis hinc exiet, qualis venit. Quod si auari retinerent non in perniciem suam, pauci conderent quod pluribus posset proficere, cum eorum ipsorum emolumento.

† maledicēti.

* superuacuæ

E

† animo sua sorte contēto

- hunc

* HIERONY. Nudi nati sum⁹, nudi etiā morituri. Quicquid hic inuenitur, hic relinquetur, non est nostrum, quod non semper nostrū est. Tanquā peregrini ergo sufficiēti vsu cōtenti simus, illas acquiramus diuitias quas nobiscū ad cœlestē patriā ferre possimus.

† 10. q. 2. c episcopus. 13. q. 1. c. ecclesias. aute fin.

* CHRYSO. Nuda nāque natura nostra prodiit, nuda discedit, non ergo superfluis opus habemus, si nihil intulimus, neque habentes aliquid proficiscemur.

i *Habentes alim.* * CHRYSO. Tanta comedere oportet, ac talia, quæ nos nutrire sufficiant: & ea induere, quæ nos ab iniuria nuditatis tueantur, nósque contegant solum, & nihil amplius. At istud quidem omnis vestitus præstare potest. Epist. 8. F

* BERNA. Quicquid preter necessariū victū ac simplicē vestitū de altario retines, tuū non est, rapina est, sacrilegium est.

k *Nam qui vol.* Hoc dicitur his qui volunt & non sunt, ne desiderent. Iam diuitibus aliud dicitur: s. non superbè sapere, sed dare pauperibus.

* AMBR. Nihil tam asperum, tamque perniciosum est, quàm si ecclesiasticus, maximè qui in sublimi loco est, diuitiis huius seculi studeat: quia non solū sibi ipsi, sed & cæteris obest. Contrariam enim formam dat hominibus. Necesse est enim multos imitatores eius existere ad perditionem. Quanto enim honorificentior ordine est, tanto magis suadet imitandum se, maximè in hac re, ad quam vita ista procliuis est.

De verbis domini Secundū Mat. Serm 5.

☞ AVGVST.

¶Ideo quidem. ¶In Christo pares.
les habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed 1
¶Deo, domini. a ¶Præsentis vel futuri. 2
magis seruiant, quia fideles sunt, & dilecti, qui beneficij par- 3
a ¶De seruis. b ¶Nescientes. ¶Scientes. ¶Autem. ¶Vt omnes sint liberi 4
ticipes sunt. Hęc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & 5
a ¶Dum eis obiicitur Christum dixisse: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæ. Et: Discite quia mitis sum & humilis corde. 6
7
non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Chri- 8
a ¶Non facit Christianitatem odiosam. b ¶Nostræ. c ¶Iste talis est. ¶Non patiens vinci.
a sti, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est 9
a ¶De his quæ veritas habet. b ¶Non efficax & expeditus ad soluendum, sed semper circa.
b c nihil sciens: sed † languens circa quæstiones & pugnas ver- 10
a ¶In Deum, quod aliena sibi tollat. 11
d e borum, ex quibus oriuntur inuidiæ, cōtentiones, † blasphe- 12
f a ¶Quasi hanc libertatem finxerimus ad lucrum. b ¶Pseudo contra alios. 13
c ¶Quorum ratio corrupta est.
miæ, suspiciones malæ, * conflictationes hominum mente 14
15
a ¶Vera rerum cognitione & scripturarum intelligentia. 16
corruptorum, & qui à veritate priuati sunt, existimantium 17
a ¶Quia pro quæstu prædicant, non pro futuris. b ¶Putant quod pietas sit quæstus, sed pietas est longe alius quæstus. ¶Quia. b ¶Aeternus. c ¶Cui sua parua sufficiunt. 18
g quæstū esse pietatē. * Est autē quęstus magnus, pietas cū † suf- 19
a ¶Quod decet. b ¶Quia. c ¶Vnde Iob: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. ¶Nascendo. 20
21
h ficiētia. Nihil enim intulimus in hūc mūdū, haud dubiū, quia 22
a ¶Aliquid. b ¶Moriendo. c ¶Non tamen omnino obiicienda sunt hæc temporalia, sed habentes.
i nec auferre quid possumus. † Habentes autē alimēta & qui-
¶Quia qui vltra tendit.
k bus tegamur, his contēti simus. Nā qui volunt diuites fieri, 23

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Quia fratres sunt. *id est, Ambo Christiani. Hoc asserebant aliqui eo quòd non habeat imperium par in parem. Sed ista paritas intelligenda est in spiritualibus, secundum quod dicit Amb. Apud dominum bona seruitus & bona libertas æqua lance appenduntur. non autem in corporalibus, de quibus est seruitus.*

2 Sed magis seruiant. *quibus fidelis magis tenetur quàm infidelibus.*

3 Et dilecti. *Deo.* Qui benef. *scilicet diuini.*

4 Partici. sunt. *cum seruis per sacramentum baptismi.*

5 Hæc doce. *ignorantes.*

6 Et exhortare. *scientes ad complendum in opere.*

7 Si quis. *Hic consequenter remouetur doctrina contraria. Et diuiditur in duas partes. s. in partem principalem & incidentalem, ibi:* Est autem quæstus. *Circa primum dicit Apostolus:* Si quis aliter do. *quā dictum est de seruis Christianis.*

Diuisio

8 Et non acqui. *Ex quo patet, quòd Apostolus non dicit prædicta instinctu proprio, sed diuino.*

9 Superbus est. *supple talis doctor. Ex sua superbia enim procedit asserere noua quæ sunt dubia, & multò magis quæ sunt falsa.*

10 Nihil sciens. *quia de talibus non est scientia.*

11 Sed

11 Sed langues. *quia tendit ad mortem spiritualē per discessum à fide.*

12 Ex quibus. *s. quæstionibus inutilibus & verbosis.*

13 Oriuntur inuidiæ. *in corde.*

14 Contentiones. *in ore & in præsentia.*

15 Blasphemiæ. *id est, detractiones in absentia.*

16 Suspiciones. *nam inuidentes ad inuicem facta mutua pessimè interpretantur.*

17 Conflictationes ho. *s. falsorum prædicatorum contra alios.*

18 Et qui à ver. *s. à veritate triplici, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ.*

19 Existimantium. *i. prædicationem quæ est opus pietatis exercentium propter temporale lucrum.*

20 Est autem quęstus. *Hæc est pars incidentalis in qua occasione habita ex quæstu falsorum prædicatorum, excludit à veris prædicatoribus talem quæstum. Et primò ab omnibus generaliter, secundò à Timotheo specialiter, ibi:* Tu autem. *Circa primum dicit:* Est autem quęst. ma*nā per ipsum acquiritur vita beata.* 21 Pietas. *i. opus prædicationis.*

22 Cum sufficien. *necessarij victus & vestitus quæ debent sufficere veris prædicatoribus sicut dicitur postea. Habentes autem alimenta.*

23 Nam qui volunt diuites fie &c. *Loquitur de prædicatoribus euangelij, qui debent esse à terrenis cupiditatibus expediti. Ipse verò*

* *diuitem*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✻ Avgv. Aliud est esse diuitem, aliud velle diuitem fieri. Diues est, qui à diuitibus natus est, non qui voluit. Diues est cui multi hæreditates dimiserunt. Video facultates, non interrogo facultates. Hic cupiditas accusatur, non aurum, non argentum, non diuitiæ.

A — li. 50. hom. Hom. 13.

✻ Idem. Non dixit: q diuites sunt, sed qui volunt diuites fieri. Cupiditates recusauit, non facultates. Pecunia delectat, istam nō times? bona res est pecunia, bona res est magna pecunia: Incidunt homines in tētationes, non times? diuitiæ homines in interitum & perditionem mergunt, non times? adhuc surdus es? hic Deus tonat, & stertis.

✻ Chrysost. Sunt & qui pecunias habentes, eas ritè dispēsent, ac asperné tur, easq; pauperib° diuidāt: profecto nō eos qui sunt huiusmodi, sed cupidos notat.

† diaboli — † 49. di c. 1. §. impetigi nē. 47. dist. c. bonorum. De pe. di. 2. c. quia radix — † studium pecuniæ — † 1. Ti. 2. b — † professionem — B

Radicē radicis quærere non possum. At si est aliud malū, cuius radix non est cupiditas, non erit omnium malorū radix cupiditas. Si autem verum est omnium malorum radicem esse cupiditatem, frustra aliud aliquod mali genus quærimus.

D

✻ Idem. Non times radicem omnium malorū auaritiā? De agro tuo stirpas radicem spinarum, & non extirpas de corde tuo radicem malarū cupiditatū?

Tom. 10. sermo. 105.

✻ Idem. Si auaritiam intelligamus, qua quisque appetit aliquid amplius quā oportet, propter excellentiam suam, & quēdam rei propriæ amorem: cui sapientes nomen lingua latina indidit, cùm appellauit priuatum, quod potius à detrimento, quàm ab incremento dictum elucet. Omnis enim priuatio minuit.

E

✻ Chryso. Quid enim mali non pecuniæ faciunt, Imo non pecuniæ quidem, sed mala voluntas ipsis vti nescientiū? Cuius ergo mali illæ causa non sunt? nōne harum gratia concupiscimus? nonne illæ ad mortuos vsque impias extendere manus? nónne inter fratres & parentes seuierunt? nonne iura naturæ, ac præcepta Dei & omnia prorsus violarunt, qui illarum tenentur desiderio. Nónne harum causa iudicia sunt instituta? tolle itaque pecuniarum studium, & omnia mala sublata sunt. Bellū conquieuit, cessauit pugna, inimicitiæ in gratiā redeūt, sedatæ sunt hæreses & seditiones omnes.

Tom 3. lib. 11. de Gene. ad liter. ca. 15.

¶ Actu ipso. a ¶ Diuitiæ nutriunt desideria.
incidunt in tentationem, & in laqueum † diaboli, & deside- 1 2
¶ Quod peius. ¶ Ita nocent: quod. ¶ Corporum.
ria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in 3
¶ Animarum. ¶ Hac & diabolus cecidit.
a interitum & perditionem. † Radix enim omnium malorum 4 5
a ¶ Qui pecuniam appetit, cupere appetit. ¶ Generalis. ¶ Plus habendi quàm oportet. ¶ Omnino Christum deserentes.
b est † cupiditas. Quam quidam appetentes errauerunt à fide, 6 7
¶ Hoc constat in auaris. ¶ Quia rationalis. ¶ Vel etsi homo, tamen quia Dei.
c & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem homo Dei hæc 8
d a ¶ Faciendo cuique quod ius exigit, quod non cupidus. b ¶ Dei & proximi. 9
e fuge. † Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, 10 11
f a ¶ Quibus pœnitus caret cupidus, nec patienter fert aduersa, nec alicui est mansuetus.
g b ¶ In te hoc habe. ¶ Assidue, quod prodest aliis. c ¶ Vt prosit aliis, cum discretione factum. d ¶ Quod exigit fides. 12 13
patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, 14
a ¶ Pro his non quæras nisi vitam. quod debes: quia in eam vocatus, non in aliud. & quia coram multis iam vel in ordinatione vel in prædicatione confessus es, quod fides exigit. 15
apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus 16 17
h es bonam † confessionem coram multis testibus. Præcipio 18 19

✻ Primas. Qui sunt diuites, bene vtantur diuitiis: nam qui volunt diuites fieri, sine tentatione non sunt: quia quod illis crescit, vtique aliis minuitur. Occasio ergo tentationis, & laqueus diaboli est, habere diuitias, quas nec sui parentes habuerunt.

a *Radix.* Incidunt in tentationem & laqueum diaboli, quia radix omnium malorum, &c. Non est genus mali quod non ex cupiditate aliquando proueniat, quia radix omnium malorum est cupiditas.

Radix enim omnium, &c. Alibi dicit scriptura quòd superbia est initium omnis peccati. Hic vero dicitur, quòd auaritia siue cupiditas est radix omnium malorum, quæ non videntur conuenire. Sciendum vero vtrunque verè dictum esse, si peccatorum genera attendantur. nullum enim genus peccati est, quod aliquādo nō proueniat ex cupiditate. Et est vtiq; aliquis homo q ex cupiditate fit superb°, & aliquis qui ex superbia fit cupidus. Avg. Est enim qui non esset amator pecuniæ, nisi per hoc putaret se excellētiorem esse. Et est qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc maiores diuitias habere.

Ser. 205. de tempo. & lib. 11. de Gen. ad lit. c. 15, Sermo 8. de verb. Dom. & in Ps. 118 Eccle. 10. b

b *Cupiditas.* In Græco habetur, φιλαργυρία. Si ergo auaritia habetur quæ propriè est pecuniæ amor, pro genere quod est cupiditas ponitur species.

Philargyria

✻ Ambr. Auaritia enim potest omnia mala admittere. Ideo radix omniū malorum est, quia vt desideria sua expleat (quod impossibile est) & maleficia, & homicidia, & obscenitatem, & quicquid sceleris est, perpetrat: nec ad præsens secura, quæ semper cupida, & in futuro damnata.

C

✻ Avgvs. Si radicem omnium malorum quæris, habes apostolū dicentē, radicem omnium malorum esse cupiditatē. Radicem

Tom. disputat 2. cōtra Fortunat. Manich.

✻ Evseb. Emissenus. Apostolus non dixit: aurum vel argentum radix est omnium malorum, sed magis cupiditas diuitiarum, & non solum diuites, sed qui diuites volunt fieri. Cupiditas in primis hoc malum habet, quod dum ingerit transitoria, abscondit æterna: & dum à foris posita conspicit, intra se latentia non introspicit, & dum aliena querit, factori suo se reddit alienum.

Homil. de fest. pentec.

c *Doloribus mul.* Auari enim tanto plus solicitudinum cruciatus sustinent, quò amplius desiderant vel quæ habita transeūt, vel quæ habere non possunt.

d *Tu autem homo, &c.* Non dicit quòd hoc timeat de isto, sed sciebat hoc venturum in manus ecclesiarum.

e *Hæc fuge.* Nihil enim tam asperum támque perniciosum, quàm si vir ecclesiasticus maxime qui sublimen tenet locum diuitiis huius seculi studeat: quia non solum sibiipsi sed & cæteris obest, quibus contrariam dat formam. F

f *Pietatem.* Vt egenti condescendamus. quod non cupidus.

g *Fidem.* Qui veram fidem habet de Deo, non cupit in miseriis fieri diues, nec pluris est ei mundus, quàm Deus.

h *Præcipio tibi.* In Timotheo omnibus successoribus loquitur Apostolus.

☞ a. Et

NICOLAVS DE LYRA.

diuitem non est malum bene vtentibus diuitijs. vnde dicit Amb. super Lucam: Sicut diuitiæ impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt adiumēta virtutis: nec per consequens velle esse diuitem ad bene vtendum est malum, nisi propter impedimentum maioris boni. Magna enim cura circa illa impedit actum prædicationis. propter quod apostoli curam temporalium commiserunt alijs di. Act. vj. a. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres, &c. *Et subditur:* Quos constituamus super hoc opus. *Vel potest dici & magis ad intentionem Apostoli, vt videtur, quòd cum dicit:* Qui volunt diuites fieri. *loquitur de falsis apostolis qui prædicabant ex cupiditate lucri temporalis, & sic velle diuites fieri accipitur pro inordinato diuitiarum appetitu, qui semper est malus. ideo subditur:*

1 Incidunt in tent. *per interiorem consensum.*
2 Et in la. di. *quia diuitiæ præstant viam fomentum ad omnia vitia.*
3 Quæ mer. ho. in. *id est, in profundum vitiorum.*
4 Et perditionem. *id est, gehennæ pœnam.*
5 Radix enim. *quia sicut radix præstat fomentum omnibus partibus arboris, sic diuitiæ omnibus peccatis. vt dictum est.*
6 Quam quidam. *i. cupiditatem, quæ hic accipitur pro pecunijs ex cupiditate aggregatis.*
7 Errauerunt à. *abyssus enim abyssum inuocat, & sic abyssus cupiditatis trahit abyssum infidelitatis.*
8 Et inseruerunt. *Mali enim homines quasi continue sentiunt mentis dolores. propter quod dicit Aug. quòd malus animus est sibi pœna, & cum hoc se obligant ad dolores inferni intolerabiles.*
9 Tu autem. *Hic consequenter excludit hanc cupiditatem siue quæstum à Timotheo & primo exhortando, secundo præcipiendo, ibi:* Præcipio. *Circa primum dicit:* Tu autem ò ho. Dei. *id est, deputatus obsequio diuino.*
10 Hæc fu. *Et ostendit consequenter quales diuitias debet quærere di.*
11 Sectare vero. *id est, erga proximum.*
12 Pietatem, fidem, charitatem. *erga Deum. Fidem, qua creditur. Charitatem, qua diligitur. Pietatem, qua colitur. Est enim pietas vno modo sumpta idem quod cultus diuinus.*
13 Patientiam. *erga persecutores.*
14 Mansuetudinem. *erga omnes.*
15 Certa bonum certamen. *Falsis apostolis resistendo.*
16 Apprehende vi. *i. per hoc apprehendens eam.*
17 In qua vocat. *per gratiam in præsenti, quæ est arra vitæ beatæ.*
18 Et confessus es bo. *& hoc est in ordinatione tua, & etiam in prædicatione.*
19 Præcipio tibi. *Hic inducit Timotheum præcipiendo dicens:* Præcipio tibi coram Deo. *qui præsentialiter est vbique.*

✻ 1 Qui

☞ a *Et Christo Iesu.* Exemplo Christi hortatur.

A b *Beatus & solus, &c.* Hoc non de patre tantum, sed de Deo, quod est ipsa trinitas.

c *Qui solus.* Habet per naturam, alij ab eo.

d *Inaccessibilem.* Quia nullus ad eam ex se accedit, sed cui datur dono eius. quod intelligebat propheta di. *Accedite ad eum, & illu. &c.*

Avgv. Nihil est hic dictum, quod nō conueniat trinitati. quia secundum veritatem trinitas vnus est Deus & beatus & solus potens rex regum & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, quia solus per naturam est immutabilis: quia non cuiusquam gratia, sed sua natura. Nec potuit nec potest aliqua cōuersione mutari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Cuicunque vero creaturæ rationali præstatur vt peccare non possit, nō est hoc propriæ naturæ, sed Dei gratiæ. Solus ergo Deus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre potest. Nec inde separatum filiū oportet intelligi, quia filius vita æterna est cum patre. & ideo hic rectè intelligitur: Quem secundum naturam qua Deus est, nemo vidit vel videre potest, sed poterit aliquando. s. ab illis de quibus: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videb.*

Psalm. 33. a. Manualis c. 30. lib. 2. de Tri. & tract. 20. in Io. Deut. 10. d. — † princeps. — † Ioa. 1. b. — † diuitiis incertis. — B — 1. Ioan. 4. c. — Matth. 5. a.

✻ Avgvs. Vera immortalitas, incommutabilitas est, quā nulla potest habere creatura: quoniam solius est creatoris.

L. 1. de trin. ca. 10.

✻ Idem. illa autem est vera æternitas, quæ est vera immortalitas: hæc est illa summa incommutabilitas, quam solus Deus habet qui omnino mutari non potest. *Dicitur & anima immortalis*, non vt Deus.

De natura boni, c. 39.

✻ Idem. Veram immortalitatem ille solus habet, de quo propriè dictum solus habet immortalis.

li. 7. de Gen. cap. vltimo.

✻ Idem. Anima immortalis est, secundum quendam modum suum, non omnimodo sicut Deus.

✻ Hieron. Ille solus propriè habet, qui angelis & hominibus dedit habere. Nos autem nec soli, nec nobis habemus, vt ille. Hoc contra Manichæos, qui mali naturam putant immortalem atque perpetuam.

ad Hieron. epist. 28 de orig animæ — C

✻ Ambro. Quomodo enim immortalitatem non habet, qui vitam habet in semetipso? Habet vtique in natura, in substantia, non per gratiam temporalem, sed per sempiternam diuinitatem: habet non ex dono quasi seruus, sed ex generationis proprietate quasi filius coæternus, & habet sicut pater.

li. 5. de fide cap. 2. — D

e *Diuitibus huius.* Supra egit de his qui diuites volunt fieri, dicens eos incidere in tentationem & laqueū diaboli, hic agit de his qui diuites sunt, monens non sperare in diuitiis. Et quia dixit mala venire ex cupiditate, & contra suasit, ne viderentur diuites abiecti determinat.

Aug. lib. 50. hom. Hom. 13 & ser. 205. 212 de temp. — † testificatus est.

f *Non subli.* Avg. Non expauit Apostolus diuitias, sed morbum earum. i. superbiam, quæ est vermis diuitum. Grandis animus est, qui inter diuitias isto morbo non tentatur. Magnus est qui non se ideo magnum putāt, quia diues est. Qui autem ideo se magnū putat, superbus est, egenus est, in carne turget, crepat in corde, mendicat, inflatus est, non plenus.

Diuitiæ quomodo habendæ. — † Apoc. 19. c

a ¶ Patre. b ¶ Ita & te. c ¶ Vt eum imiteris.
a tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui † te- 1
a ¶ Quod non dixerat affirmauit, sc. se esse filium Dei, quæ fuit bona & honesta confessio. b ¶ Imminente morte, non negauit veritatem. c ¶ Cum esset. 2
stimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionē, 3
✠ Chrysostomus. Si enim in his quæ tristia sunt, laborisque plenissima, communicamus illi, in his quæ plena fœlicitatis sunt, non communicabimus? At id ne homo quidem faceret, vt qui secum mori affligique delegisset, si quando quiete ac rebus secundis frueretur, eum nollet fœlicitatis habere consortem. Eam profecto dicit mortem, quæ per lauachrum & passiones fit.

✠ Hieronymus. Si enim à vitiis & voluptatibus sumus commortui Christo, viuemus cum illo: alioquin quomodo poterimus sperare hoc? Si sustinuerimus cum necesse fuerit, quod ille sustinuit, tunc Deum poterimus regnare simul.

f *Negare seipsum &c.* Hoc quòd seipsum negare non potest, laus est voluntatis diuinæ. Sicut quòd quidam non possunt credere, culpa est voluntatis humanæ.

Aug. tract. 50. in Ioan.

C

✠ Ambrosius. Nemo potest Domino auferre quod habet. Quis enim illo fortior est, per quem omnia extiterunt, nec addi potest perfecto, quia non illi aliquid præstat qui credit in illum: quomodo nihil auffert ei qui non credit in illum: quicquid ergo agit, ad profectum nostrum pertinet, ne in ignorantia maneamus: nec enim ipse à nobis firmatur, cum ipse ex se, & apud se firmus sit.

✠ Chrysostomus. Verax ille est, firmus est, siue ipsi hoc dicamus,

✠ Chysostomus. Non modo nihil lucri est, verum & detrimenti plurimum est: etsi illi contempserint, Deus eos indicebat. Est enim ea res illecebris plena, sempérque gestit humanus animus rixari, atque litigare.

De doctrina Christiana lib. 4. ca. 28.

✠ Hieronymus. huiusmodi enim contentio non edificat, sed destruit audientes: putant enim omnia acumine & subtilitate subsistere.

Lib. de pręscript.

✠ Theophylactus. Nihil enim commodat verborum pugna, neque quicquam lucri habet, sed multum huic detrimenti nascitur: subuertitur enim fides auditorum, vt turris aliqua, à vectibus disputationum.

✠ Augustinus. Neque ideo hoc dictum est, vt aduersariis veritatem oppugnantibus, nihil nos pro veritate dicamus. Verbis contendere, est non curare quomodo error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni proferatur alterius. Porro qui non verbis nōtendit, siue submissè, siue temperatè, siue granditer dicat, id agit verbis, vt veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat, &c.

F

✠ Tertullianus. Hæretici scripturas obtendunt, & hac sua audacia quosdam mouent, in ipso vero congressu firmos fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittūt. ☞ *Prophana*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ideo omnia. *Aduersa.*

2 Sustineo. *Patienter.*

3 Pro ele. vt & ip. sa. con. *Ex eorum enim salute præmium Pauli doctoris augebatur: propter quod concludit.*

4 Fi. ser. *Id est, verus.*

5 Nam si com. su. *Id est, cum Christo mortui propter prædicationem sui euangelij.*

6 Et con. *Scilicet cum eo vita perenni.*

7 Si sust. *Pondere tribulationum depressi.*

8 Et con. *In gloria cœlesti.*

9 Si ne. *Christum verbo vel facto.*

10 Ille ne. nos. *Coram patre suo.*

11 Si non cre. *Ab eo puniri propter magnitudinem suæ misericordiæ sicut dicunt aliqui de misericordia eius nimis præsumentes, & sine timore peccantes.*

12 Il. fi. per. *In veritate iusticiæ.*

13 Ne. se. *Negaret autem seipsum si negaret suam iusticiam, quia iusticia diuina & Deus idem sunt.*

14 Hæc com. *In seruenti prædicatione.*

15 Test. cor. Deo. *Id est, ipsum in testem inuocans inducendo verba sua de scripturis diuinis, & opera sua in signis & prodigiis.*

16 No.

16 No. ver. *Hæc est quinta pars, in qua ponitur quintum motiuum, scilicet loquacitas falsorum prædicatorum: quia si sic fuerunt soliciti suis falsitatibus asserendis, multo magis prædicator verus debet esse solicitus de veritate euangelica constanter prædicanda. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit suam inductionem. Secundò soluit tacitam quæstionem, ibi:* In magna domo. *Circa primum sciendum, quòd licet doctor euangelicus feruens esse debeat de veritate prædicanda, verumtamen verbositas est vitanda. Ideo dicitur.* Noli verbis contendere. *Id est, multiplicatione verborum cum falsis prædicatoribus.*

17 Ad nihil enim vti. est. *Sic contendere.*

18 Nisi ad sub. au. *Quia simplices assistentes credunt magis loquaces esse magis intelligentes: quod est falsum.* Nam vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas, Prou. 14. c. *Propter quod patres antiqui cum hæreticis magis disceptabant virtutibus & signis quàm verbis. Vnde in historia tripartita dicitur, quòd quibusdam philosophis, cum Alexandro Constantino episcopo disputare volentibus, iussit imperator vt certamen acciperet. qui quamuis esset simplex insipiens, iussit omnes præter vnum tenere silentium, cui dixit in nomine domini nostri Iesu Christi impero tibi in primis ne loquaris: qui statim mutus factus est.*

19 Soli au. cu. teip. pro. *Id est, approbabilem seu laudabilem.*

20 Exhibe. Deo. *Et non hominibus tantum: quod quærunt hypocritæ.*

A

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ In operibus vitæ agendis. b ¶ Qui non erubescat euangelium, vel non deficiat. c ¶ Secundum competentiam singulorum, vt altis spiritualia, lac distribuat paruulis.
operarium† inconfusibilem, rectè tractantem verbum verita 1
¶ Verba. ¶ Vt hæreses. a ¶ Sine fructu, etsi non ita mala. b ¶ Quia aliquibus audita nocent. c ¶ Efficacia sunt. 2 3
a tis.† Prophana autem & vaniloquia deuita. Multũ enim pro- 4
a ¶ Contra cultum Dei. b ¶ A paruo ad maius paulatim tendunt, quæ sana sunt corrumpendo, & ita ad impietatem trahendo. 5 6
b ficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer † serpit. Ex 7
c a ¶ Vt ab eis specialiter caueat. b ¶ In qua olim fuerunt. c ¶ Ideo adhuc eis creditur, vnde magis noxij. 8
quibus est Hymeneus & Philetus, qui à veritate exciderunt, 9 10
a ¶ Occasione illorum verborum. Multa corpora sanctorum qui dor.sur. ¶ Vel in baptismo. b ¶ Vt non speretur alia. c ¶ Et ideo vitandi. 11
d dicentes resurrectionẽ iam factã, & subuerterunt quorundã 12
a ¶ Et ideo non pro eis desperandum. b ¶ Id est illis quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundauit. c ¶ Qui perit inde non erat. d ¶ In signum amicis, vt accedant, inimicis, vt territi fugiant. Vel hoc habeat menti impressum. Vel, significati sunt hoc signo. 13 14
fidẽ.† Sed firmum fundamentum Dei distat, habens signacu- 15 16
e f lum hoc. Cognouit dominus qui sunt eius: & † discedat ab 17

† qui non erubescat

† Prophanas autem vocũ inanitates prætermitte: ad maiorẽ enim proficiunt impietatem

† De pæ.di. 2.c.firmum

a *Prophana autem,&c.* ✻ AMBROSIVS. Nec enim congruit A vnius fidei viros habere contentionem, sed in tractatu patiantur se inuicem, & consentiant bonis dictis. Si quid autem improbabile videtur, cum pace dissimuletur aduersarij enim & dissidentes solent se inuicem prouocare, ex quibus vnus est catholicus & alter prophanus. Hic ergo catholicus, cui Apostolus mãdat vt spernat & declinet à fabulis inanibus, quietus debet esse, vt semper de conscientia verba emittat, nec patiatur se coram impia verba depromi. Dant enim quibusdam occasionem, vt in peius proficiant non enim desunt, qui audientes prophana concipiãt cogitatum malum: ideoque abest contentio.

✻ CHRYSOST. B Neque enim eatenus subsistant nam cum quid noui fuerit inuentum, semper noua id parturit, infinitusq; fit error eius. qui tranquillam fidámque littoris statione egressus, per deuia cœperit vagari.

✻ HIERONYMVS. Irreligiosas hæreticorum fabulas qui negant resurrectionem, per quas vtique Iudicis timore sublato, ad omnem impietatem & ad cuncta crimina peruenitur.

b *Sermo eorum vt cancer serpit.* ✻ HIERONYMVS. Cancer dicitur vulnus quod in mammillis nascitur fœminarum, cui nisi cito subuentum fuerit, cum virus ad cor serpendo peruenerit, nullum remedium est ita & hæreticorum sunt vitanda colloquia, ne per aures irremediabiliter vulnerent mentes.

✻ CHRYSOSTOMVS. Morbus vtique horrendus, & qui medicina contineri nequit, sed omnia in dies corrũpit, ac perimit, ideo nullum remedium valet ei adhiberi. Ostendit per hæc corrigi emendarique non posse, qui sponte à veritate aberrarunt.

c *Ex quib. est Hy. & Phi.* Horum prodidit nomina, vt ab his spiritualiter caueat, quos & prophanos & impios designat & errantes à veritate.

Aug. epist. 119.

C d *Dicen. re. iam fa.* Vel ita vt de resurrectione animæ intelligatur. Duæ enim sunt resurrectiones. Prima est quæ fit in anima per fidem, quando qui mortuus erat in infidelitate in aliis peccatis, per fidem & baptismum viuificatur: vnde. *Qui crediderit in me, transibit de morte ad vitam.* Altera, quæ erit corporũ, quæ erit in die iudicij. De illa resurrectione quæ fit in anima per fidem loquitur hic Apostolus, cum ait. *Dicentes resurrectionem mentium, scilicet esse factam* in baptismo, & in fide nullam resurrectionem corporum futuram. Omnes sectæ quæ religionem promittunt concedunt resurrectionem mentium in fide. Aliter enim non viderentur audiendi. Volentes ergo credi sibi omnes, etiam qui instituerunt alicuius falsæ religionis sectam, negare istam resurrectionem mentium non potuerunt omnes de illa consenserunt.

Resurrectiones duç

Ioan. 5. d.

Aug. Tract. 18. in Io.

consenserunt. Sed corporum resurrectionem multi negauerunt, D sicut isti quos nominat Apostolus.

c *Cognouit dominus qui sunt eius, &c.* Id est, amat & defendit præscitos suos: in quo notatur præscientia, qua quos præsciuit futuros esse conformes imaginis filij sui, id est, prædestinauit, vocauit, iustificauit, glorificauit. Numerus taliũ est hort⁹ conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cũ pomorũ fructibus hoc numero quidam spiritualiter viuunt: & supereminentem viã charitatis ingrediuntur. Quidam verò adhuc carnales profectus suos instanter exercẽt, & vt in cibos spiritualium fiant idonei sanctorum mysteriorum lacte nutriuntur & quæ in prauis moribus populari etiam iudicio manifesta sunt in Dei timore vitant, & regulam fidei diligenter inquisitam firmiter tenent, etsi ab ea deuient, citò autoritate catholica corriguntur, quamuis in eius verbis pro sensu carnali variis adhuc phantasmatum concursibus fluctuent. Sunt & ex eo numero quidam qui adhuc nequiter viuunt, aut etiam in hæresibus, vel in Gentilium superstitionibus iacent, & tamen etiam illic nouit dominus qui sunt eius. Nam in illa ineffabili præscientia Dei, multi qui foris videntur, intus sunt. Ex illis ergo omnibus qui, vt ita dicam, intrinsecus & in occulto intus sunt, id est, quos nouit dominus, nemo in æternam damnationem seducitur. *Nouit enim dominus qui sunt eius.* Nondum enim apparuit iudicium, sed iam factum est in noticia Dei. Nouit enim qui permaneant ad coronam, & qui ad flammam. Nouit triticum & paleam. Deinde alteram partem signaculi ponit de libro Isaiæ subdens.

✻ AVGVSTINVS. Sic enim nouit eos Dominus, vt Deus, quẽ nihil latet etiam futurorum, non vt homo, qui hominem ad præsens videt, si tamen videt, cuius cor non videt: qualis autem postea sit futurus: nec seipsum videt.

✻ IDEM. firmissimè tene, & nullatenus dubites, trinitatem Deum incommutabilem rerũ omnium atque operum, tã suorũ quam humanorum certissimum cognitorem, ante omnia secula scire quibus *esset per fidem gratiam largiturus, &c.*

✻ PRIMASIVS. Hi minimè cũ peccatoribus perierunt, qui illis minime consenserunt. Cognouit Dominus qui sunt eius, quia in præscientia sua non fallitur, qui nos elegit ante constitutionem mundi, nec illos permittit erroribus implicari: quia qui non vsque in finem perseuerauerint, sine dubio eius esse non possunt.

f *Et disce.* Isaias videns in homine liberũ arbitriũ, ita admonet discedere ab iniquitate: & per hæc duo, quod homo libero arbitrio discedit ab iniquitate, & Deus præscitum munit: apparet hostibus & amicis quòd ipse sit Dei hoc est signaculum.

☞ *Vasa*

Roma. 8. f.

Can 4. d. Aug. lib. 5. de baptismo contra donatist. c. 27. Idem in psal. 92. li. 2. ciuit. c. 7. & 8. & tract. 47. in Io.

† pastionẽ habebit

† discedit E

Idem Aug. tracta. 12. in Ioannem.

Lib. 20. de ciuit. Dei. c. 7 de fide ad Petrũ. c. 3.

NICOALVS DE LYRA.

✻ 1 Operarium in. *Id est, sic quòd opera tua sint talia, quòd de ipsis erubescere non debeas, sed magis in domino gloriari.*
2 Re.trac.verbum ve. *Proponendo singulis verba competentia, vt pote sapientibus altiora, simplicibus magis plana.*
3 Prophana autem. *Id est, verba hæresim vel doctrinam suspectam sapientia.*
4 Et vaniloquia. *Id est, inutilia & curiosa.*
5 Deuita. *Quia verba prædicatoris debent esse examinata.*
6 Multum enim profi. *Id est, efficacia sunt.*
7 Ad impietatem. *Id est, contra Dei cultum.*
8 Et sermo eorum. *Id est, hæreticorum & falsorum prædicatorum.*
9 Vt cancer serpit. *Id est, paulatim tendit ad corruptionẽ veritatis.*
10 Ex quibus. *Scilicet hæreticis vel prædicatoribus falsis.*
11 Est Hymeneus & Philetus, qui à veri. *Fidei catholicæ.*
12 Exciderunt di.&c. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo, quia dicitur Mat. 27. f.* Multa corpora sanctorum qui dormierunt, surrexerunt. *Dicunt aliqui quòd iste Philetus & Hymeneus ex hoc acceperunt occasionem errandi, dicentes quòd in illis resurrectio iam est facta & non est alia in fine mundi expectanda: Sed hoc non videtur probabiliter dictum, quia illi de quibus loquitur Matthæus, sunt homines eiusdem speciei cum aliis: propter quod eorum resurrectio non induxit ad negandum resurrectionem aliorum in fine mundi futuram, sed magis ad contrarium: quia de similibus debet esse simile iudicium. Ideo alij dicũt & melius vt videtur, quod isti acceperunt occasionem errandi ex verbis domini, Ioan. 5. d. Qui credit ei qui misit me, habet vitã æternã, & in iudiciũ non venit, sed transit de morte ad vitam. Vbi loquitur Saluator de resurrectione spirituali quam isti confitebantur, & verum est istam iam factam: & negabant resurrectionem corporum futuram, quod est falsum, sicut & Saducæi, Act. 23.*
13 Et subuerterunt quorundam fidem. *Per suam suasionem.*
14 Sed firmum, &c. *Id est fides resurrectionis stat in electis.*
15 Habens signaculum hoc. *Quod subditur.*
16 Cognouit dominus. *Per æternam prædestinationem.*
17 Qui sunt eius. *Quia sunt scripti & signati in libro vitæ indelebiliter.*
18 Et dis. ab ini. *Quæ negatur resurrectio futura.* Omnis qui inuocat nomen do.

✻ In magna.

a ¶ Etsi non ab iniquis quibus mixtus. ¶ Alias nominat. ¶ Verè. b ¶ Quidam sunt subuersi, quidam signati, sed non mirum.
iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna au- 1
a ¶ In ecclesia sunt simul modo. b ¶ Id est, boni. ¶ Dei dispensationes recipientes
a tem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & li- 2
a ¶ Id est, mali. ¶ Quæ etsi ad contumeliam lignea, tamen honestis ad purgationem. Vel quædam de vtrisque in honorem quædam in contumeliam. b ¶ Id est, qui purgantur per malos. c ¶ Mali qui sunt ad purgatorium bonorum. 3
gnea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam au
¶ Et quia alterum horum est. a ¶ Recedendo ab iniquitate eorum, non ab eis. b ¶ Qui in contumeliam. 4
b tem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit 5
a ¶ Gratiæ Dei. ¶ Q. Non perit propter hoc quod cum illis est corpore. ¶ Fide & operibus. b ¶ Mundum. c ¶ Alios acquirendo.
vas in honorem sanctificatum & † vtile domino, ad omne o- 6
a ¶ Prophana aliorum & inania deuita in te vero iuuenilia desideria fuge scilicet luxuriam, immunditiam &c. 7 8
pus bonum paratum. † Iuuenilia autem desideria fuge: secta- 9
¶ In iudicio. ¶ Veram. a ¶ Dei & proximi. b ¶ Quietem. 10
re verò iusticiam, fidem spem, † charitatem & pacem 11
a ¶ Fidelibus. ¶ Vel omnia hæc sectare, sicut hi qui inuocant dominum pura conscientia. 12
c cum his qui inuocant † dominum de corde puro.† Stul- 13
a ¶ Hæc sectare. ¶ Inutiles. b ¶ Et si non stultæ, in quibus tamen non est profectus disciplinæ vel scientiæ. 14 15
tas autem et † sine disciplina quæstiones † deuita sciens 16

☞ a *Vasa aurea & argent.* Sicut enim vasa lignea & fictilia valent A vt purgentur aurea & argentea, sic mali prosunt ad profectum bonorum. Et sicut illa fracta extra domum eiiciuntur, & alia vasa fracta studio reponuntur, ita mali mortui in tenebras exteriores, boni verò in vita æterna collocabuntur. Magna ergo domus ecclesia, in qua sunt vasa aurea & argentea, id est, boni & fideles & sancti Dei serui vbique dispersi & spirituali vnitate deuincti, in eadem communione sacramẽtorum degentes. Et vasa lignea & ficti, id est illi qui sunt in domo, vt non sint in compage domus, nec in societate B pacifica, & tamen adhuc corpore simul cum bonis. Nam ante tempus vltimæ separationis nullo modo propter commixtionem malorũ recedendum est ab vnitate ecclesiæ, vt ante ventilationem areæ simul sint triticum & zizania, grana & paleæ: quia nõ concessit dominus apostolis zizania à tritico separare. Quis ergo hoc audeat? Ecce per vasa aurea & argentea, intelliguntur boni & electi, & ipsi iidem sunt vasa in honorem, quia ad honorem gloriæ patriæ cœlestis subleuantur. Per vasa lignea & fictilia intelliguntur ficti & reprobi, & ipsi iidem sunt vasa in contumeliam, quia demerguntur in supplicium damnationis. Vel per vasa aurea & argentea, intelliguntur omnes boni, siue qui ad tempus sunt, siue perseuerantes: per vasa lignea & fictilia, C intelliguntur omnes mali, siue qui ad tempus sunt mali, siue pertinaces. Et de vtrisque quidam sunt in honorem, quia de bonis & de malis quidam sunt electi ad gloriam: & similiter de vtrisque quidam sunt in contumeliam, quia & de bonis & de malis, quidam sunt reprobi.

✻ AMBROSIVS. Hoc dicto significauit in ecclesia diuersos esse homines, quosdam bonos & summos viros, quos in auro intelligi vult: quosdam bonos tantum, quos in argento designat: alios vero non bonos, quos vasa lignea & fictilia appellat: quod nulli ambiguum puto. Insanus tamen Nouatus, vt errori suo blandiatur, aliter hoc intelligendum tradit: vt domus magna totus mundus significari credatur: quia habet hominum diuersitatem: cum constet Apostolum exemplo vsum domus diuitis & opulenti, quæ quamuis copiosa sit, habet tamen vasa lignea & fictilia: hoc modo & ecclesia quamquam sancta dicatur, habet tamen vitiosos & praua sentientes: Nouatus autem elatus superbia, vt ecclesiæ suæ veritatem & sanctitatem generalem defenderet, hoc modo intelligendum decreuit, quasi ecclesia penes ipsum sit, & cunctos habeat purificatos, prope illas causas quibus nos vt nocentes accusat: non ergo domum ma- D gnam nudum dixit, sed ecclesiam, in qua omnes sub vnius domini sint nomine.

✻ PRIMASIVS. Ne dicerent aliqui quare ergo hæretici, vel mali Christiani in ecclesiam ingrediuntur, ponit domus magnæ comparationẽ, qualis modo ecclesiæ ante resurrectionem, magnam domũ ecclesiam dicit, in qua sunt mixti boni & mali, certi & ficti, iusti & iniqui: sicut & area, in qua triticum & palea simul cum zizania teritur vsque ad ventilationem: nam sine macula & ruga ecclesia post resurrectionem E erit futura, cum Zizania tritico fuerit separata nam modo quod peius est, multi ficti Christiani intrant ecclesiam, & populo Dei miscentur: vt Manichei, &c.

✻ BASILIVS. Huiuscemodi enim materiis voluntas cuiusque comparatur: nam vas aureum is est, qui mẽte moribusque simplex ac sine dolo est argentum item, is qui paulo illo inferior est dignitatis ac pretij estimatione. Testaceum ac figulinum est, qui terrestria sapit: ac frangi conterique sit aptus. Ligneum, qui per peccatum facile sordet, & igni æterno materiam præbet: hic etiam iræ vas est, qui omnem in se diaboli operationem quasi vas quoddam suscipit, & propter fœtorem quem habet ex corruptione, ad nullũ vsum aptari potest, sed dignus est qui pereat.

b *Si quis ergo purgauerit seipsum.* ✻ AMBROSIVS. Nunc alia F hæresis fraude sua conuincitur, quæ asserit animas quasdam natura esse malas, quæ ad bonum cogi non possint, cum hic dicat, malos posse in bonum necari & sordidos purificari.

✻ CHRYSOSTOMVS. Vides vt non naturæ, carnalisve necessitatis sit, aureum esse vel fictilem, sed nostræ tantummodo voluntatis? ibi nempe neque fictile vas aureum fieri potest, neque hoc in illius naturam conuerti. At verò hic magna huius mutationis & emigrationis facultas volenti datur. Vas erat fictile Paulus, sed euasit in aureum: vas fuit aureum Iudas, sed in fictile conuersum est. Sunt igitur fictilia immunda, luxuriosus auarus, &c. Vas fictile corpus nostrum est. Sicut enim fictile vas nihil est aliud quam coctum lutum, ita & corpus nostrum nihil aliud est, quam lutum animæ calore solidatum huiusmodi denique si sæpius decidat, defluit, atq; cõteritur, quid enim ossa, quæ adeo valida sunt & arida, à testa figuli differunt? quid à luto carnes? nónne æquè ex humore materiam trahunt?

c *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita.* Non omnes quæstiones vitandæ, sed inutiles & sine disciplina.

☞ *Seruum*

Aug. lib. 2. contra Cresc. con. c. 34. li. de vnico baptismo. c. 18 Serm. 18. de verb. Dom. lib. 4. de baptis. c. 12. & in psal. 67.

† 1. Ti. 4. b.

† nomen domini

† ineruditas

† accommodum vsibus domini

† castitatẽ

† Titũ 3. c

† respuẽ Homil. 9. quod Deus non est autor malorũ.

NICOLAVS DE LYRA

✻ 1 In magna. *Hic consequenter respondet tacitæ quæstioni ex prædictis orienti. Et primò soluit Apostolus quæstionem. Secundò, reuertitur ad Timothei monitionem, ibi:* Iuuenilia. *Ex hoc autem quòd prædixit Philetum & Hymeneum à veritate fidei excidisse & alios peruertisse: posset aliquis quærere, quare dominus permittit talia fieri? Ad quod respondet Apostolus, quòd hoc totum cedit ad gloriam Dei: nam sicut in electis relucet eius misericordia, ita in reprobis eius iusticia & ponit exemplum de domo magni principis. Dicit igitur.* In magna au. domo. *Id est, in domo principis magni.*

Diuisio

2 Non so. sunt va. au. &c. *Quæ applicantur officiis honorabilibus.*
3 Sed & li. & ficti. *Quæ applicantur exercitiis vilibus, & totũ cedit ad perfectionem domus & honorem domini: domus autem Dei totum est vniuersum, in qua electi sunt vasa gloriæ applicata, reprobi verò vasa contumeliæ deputata. Verumtamen quia hæretici possunt dum viuunt ad veritatem redire. Ideo subditur.*
4 Si quis ergo emund. se ab istis. *Id est, à prædictis erroribus & similibus.*

5 Erit

5 Erit vas in honorem sanctificatum. *Id est, diuino cultui applicatum.*
6 Et vtile do. *Id est, vtile ad acquirendum alios domino, sicut patet de Paulo, qui post conuersionem suam multos acquisiuit domino, qui erat ante fidelium persecutor.*
7 Iuuenilia. *Hic reuertitur ad instructionem Timothei, dicens:* Iuuenilia autem desideria. *Quæ sunt circa carnis delectabilia.*
8 Fuge. *Aliter non deuincuntur.*
9 Sectare verò iustitiam. *Erga proximum.*
10 Fidem. *Erga Deum.*
11 Charitatem. *Erga vtrumque scilicet Deum & proximum.*
12 Pacem cum his &c. *Id est, cum fidelibus maximè, licet cum omnibus sit sectanda quantum potest fieri bono modo.*
13 Stultas. *Id est, irrationabiles.*
14 Et sine disciplina quæstiones. *Id est, inutiles ad fidem & mores.*
15 Deuita. *Et subditur causa.*
16 Sciens quòd generans lites. *Inter variè opinantes.*

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.* Satis obstrepunt contradicentes. Ne ergo seruus Dei sibi obstrepat studio altercandi, nec deesse voluit nos fratrum correctioni, nec studere certamini. Multi enim homines cū à somno excitantur, litigare volunt, aut rursus dormire, cum litigare prohibentur.

†2.q.7.c.sicut sacerdotes. Aug.li.2.de serm.dom. in monte, & lib.de conflictu virtutum & vitiorum.c.10.

¶ Non ædificationem. ¶ Tempus litibus expendere.
a quòd generant lites. † Seruum autem domini non oportet 1
a ¶ Tractabilē. b ¶ Etiā malos, vt attrahat. c ¶ Qui facilè doceat, vel doceatur si opus est in aliquo.
litigare, sed † mansuetum esse ad omnes, † docibilem, † pa- 2
a ¶ Quælibet aduersa. b ¶ Mentis lenitate. c ¶ Non est cessandum à correctione erroris alterius. ¶ Pro vt, vel si aliquando. 3 4
tientem, cum modestia † corripientem eos qui resistunt veri 5
¶ Aliter non prodest correctio.
b tati: ne quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscen- 6
a ¶ Quam modo impugnant. b ¶ Et cognita redeant ad bonum. c ¶ Extra patriam.
dam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui 7
¶ Non modo ligantur. ¶ Exequendam.
tenentur ad ipsius voluntatem. 8

† placidum. † propensū ad docendū. † tolerantē malos cum mansuetudine. - veritati. † erudientē.

b *Ne quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendum veritatem.* Non prodest correptio, nisi supernus medicus respiciat, id est, nisi faciat, vt peccati sui quemque pœniteat. Quæ pœnitentia pudore & timore displicendi aliis interdum impeditur, dum plus delectat hominem aliorum existimatio quàm iusticia, qua se quisque humiliat pœnitendo. Ideoque non solum cum agitur pœnitentia, verumetiam vt agatur Dei misericordia necessaria est. Vt enim Petrus amarè fleret, respexit eum dominus. Et ideo Apostolus hic dicit: Det illis Deus pœnitentiam.

Aug. de correp. & gratia cap.5. Idē in Enchiridio ca. 82. Matth.26.g.

B

NICOALVS DE LYRA.

1 Seruum au.do.non oportet litig. *Nec per consequens se talibus quæstionibus implicare.*
2 Sed mansuetum esse ad omnes. *Etiam ad infideles, vt per hoc trahantur ad fidem. sicut de beato Clemente legitur, quòd propter suam mansuetudinem non solum erat acceptus Christianis, sed etiam Gentilibus & Iudæis, & multos ex eis ad fidem conuertit.*
Habilitas docendi duplex. 3 Docibi. *Id est, ad docendum habilem: quæ habilitas dupliciter accipitur. Vno modo actiuè, ita quòd habilis docere sit ratione vitæ scientiæ, & facundiæ. Alio modo passiuè: & sic habilis doceri acquiescendo informationi bonorum de veritate circa factum aliquod: aliter non posset benè iudicari de propositis sibi.*
4 Patientem. *In aduersis.*
5 Cum modestia corripientem, &c. *Nam si immoderatè corriperet, obstinatos in malo magis faceret: sicut immoderatè dirigentes ligna tortuosa, frangunt ipsa. Ideo subditur.*
6 Ne quando det illis Deus pœnitentiam, &c. *Id est, ne per immoderatam correctionem impediatur reditus eorum ad veritatem.*
7 Et resipiscant à diaboli laqueis, &c. *In laqueis erroris.*
8 Ad ipsius voluntatem. *Scilicet sequendam in carnalibus & spiritualibus peccatis.*

E

ADDITIO I.

Capitulo 2. *Vbi dicitur in Postilla.* Sed tamen verbum Dei non est alligatum.

Super hoc quod dicit. Sed tamen verbum Dei non est alligatū. *Glo. Licet ego sum alligatus corpore, tamen verbum Dei non est alligatum, quia & sermone præsentes, & literis absentes docere non cesso.*

ADDITIO II.

In eo.cap. *Vbi dicitur in Postilla.* Dicunt aliqui quòd iste Philetus & Hymeneus ex hoc acceperunt occasionem errandi. *Isti hæretici de quibus Apostolus loquitur non arguebant ex dictis Matth.27.e. dicentis, quòd tempore passionis Christi multa corpora surrexerunt &c. impossibilitatem resurrectionis futuræ, quia de hoc potiùs habetur contrarium, vt dicit Postillator: sed ex hoc quòd iam fuerat facta semel resurrectio mortuorum tempore passionis Christi asserebant, quòd non erat iterum fienda alia resurrectio, eo quòd prophetæ vt Dan. vltimo capitulo & alij de resurrectione prophetantes non faciunt mentionem nisi de vna resurrectione, non de duabus. Ex hoc motiuo accipitur occasio errandi horum hæreticorum. Quorum motiuum non valet: nam prophetæ loquuntur de resurrectione generali in fine mundi fienda. Resurrectio autem illa quæ tempore passionis Christi fuit facta, erat particularis, & longè ante finem mundi.* F

CAPVT III.

a *Hoc autem &c. Instabunt tempora periculosa, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quomodo autē erunt tempora grauia, non dies profectò, neq; tempora, sed homines qui tunc futuri sunt, carpit: quippe & nos ita loqui conuenimus cum tēpora bona vel mala, ex his quæ in illis contigere, appellamus, fontē autem omnium malorū addidit, cum nō ea quæ sunt proximi sed quæ sua sunt singuli quærunt: nā qui ea quæ sunt proximi quærit, sua quoque ritè disposuit: ita etsi quæ illius sunt negligit, sua quoque despiciet. Sequitur.

† auari

b *Seipsos amantes.* Non dominum vt Petrus. Qui ter interrogatus, à domino: ter professus est se eum diligere, dicēs. Tu scis, quia amo te. Vnde & dominus ei oues pascendas credidit: quia in pascendis ouibus vera monstratur dilectio, si quis ibi non quærit sua, sed quæ Christi sunt. Ex eo autem quòd seipsos, non Deum amant, quasi ex radice hæc quæ sequuntur mala oriuntur.

Aug. tract. 120. in Io. Epist.59. Ioan.11.d.

CAPVT III.

¶ Dixi, prophana & stulta deuita. Hoc autem sciendum est ad ipsa vitanda. 1
a Hoc autem scito, quòd in nouissimis diebus 2
a ¶ Sanctis. b ¶ Id est, quia. c ¶ Hæc est causa periculi. 3
instabunt tempora † periculosa, & erunt ho- 4
a ¶ Inde hæc omnia oriuntur quæ sequuntur. ¶ Non Deum vt Petrus. b ¶ Pecuniæ. c ¶ Ad dominium. d ¶ De honoribus sibi impensis. e ¶ In Deum, per hæreses. 5 6 7
b mines seipsos amantes, † cupidi, elati, superbi blasphemi pa- 8
a ¶ Carnalibus vel spiritualibus. b ¶ De bonis. c ¶ In grauibus perpetrandis. ¶ Suas vel aliorum animas interficientes. 9 10
c d e rentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectio- 11 12

c *Ingrati.* Vt qui corrigentibus mala pro bonis reddunt. † sæua

d *Scelesti.* Vt quando modum peccandi transcendunt scilicet suas vel aliorum animas interficientes.

e *Sine affectione.* Non compatiendo infirmis.

Detractores.

NICOLAVS DE LYRA
CAP. III.

Sextum motiuum. 1 Hoc autem scito. *Hæc est sexta pars in qua ponitur sextum motiuum, quod est multiplicatio falsorum prædicatorum: quod debebat mouere Timotheum ad veritatem efficaciùs prædicandum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur multiplicatio. Secundò Timothei monitio, ibi:* Tu autem. *Prima adhuc in duas: quia primò prædicitur multiplicatio malorum hominum futura. Secundò, ostenditur iam inchoata, ibi:* Et hos deuita. *Circa primum dicit.* (Diuisio)
2 In nouis.dic. *Hoc enim potissimè erit ante tempora Antichristi.*
3 Insta.tē.peri. *Propter multiplicationē seductorū de quib. subditur.*
4 Et erunt ho.se.aman. *Scilicet quantum ad partem hominis sensitiuam quæ dicitur homo exterior 2.Cor.4. ex hoc sequendo carnis delectabilia, quod est malum. Amare verò seipsum secundùm partem intellectiuam superiorem quæ dicitur homo interior sequendo dictamen rationis, laudabile est & virtuosum.* 5 Cupidi. *Pecuniarum.*
6 Elati. *Id est, ambitiosi honorū.* 7 Superbi. *In depressione aliorū.*
8 Blasphemi. *Contra Deum.* 9 Parentibus non obedientes. *Id est, eis rebelles, vtpote parentibus spiritualibus in doctrina catholica, & carnalibus in conuersatione domestica.*
10 Ingrati. *De beneficiis acceptis.*
11 Scelesti. *Id est, assueti criminibus magnis quæ scelera dicuntur.*
12 Sine affect. *Bona interius.*

Sine

a *Detractores.* Famam sanctorum maculando.
b *Incontinentes.* Non refrænando malas cupiditates.
c *Immites.* Exercendo lites.
d *Sine benignita.* Dum nesciunt subuenire aliis.
e *Proditores.* Indicando inimicis piorum quæ occultanda nouerunt.
f *Proterui.* Humanā verecundiam inuerecundè agitantes. († nescii fœderis.)
g *Cæci.* Non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus agunt.
h *Volu.* Amatores, carnales delitias spiritualibus præponentes. († De cōsec. dis.4.c. quàuis.)
i *Habentes speciem.* Quia eadem sacramenta cum piis. (1.Tim.1.b. † auersare)
k *Virtutem autem.* Virtus, charitas de corde puro conscientia bona, & fide non ficta. Hæc est virtus, quam nihil vincit. Nullus ignis, nulli fluctus sæculi, nulla flumina tentationis eam extinguunt. De hac dicitur. *Fortis est vt mors dilectio.* Sicut enim mors quando venit resisti ei non potest, sic contra violentiam charitatis nihil potest mundus. Contraria est data similitudo. Quomodo enim mors ad auferendum violentissima est, sic charitas ad saluādum violenta est. (De hære. c. excōmunicamus. Aug. in psa. 47. Can.8.b.)

Vel secundum aliam literam. *Veritatem autem eius.* Id est, res pietatis.

l *Abnegantes.* Idem sensus.

✠ AVGVTINVS. Potest enim visibilis esse forma palmitis, etiam præter vitem, sed inuisibilis vita radicis haberi non potest nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta, quæ portant & celebrant etiam segregati ab vnitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis. Virtus enim pietatis inuisibilis & spiritalis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore. (Serm.11. de verbis domini.)

m *Quipene.* Ingrediebantur enim domos mulierum, & decipiebant eas. (Aug. tract. 60. in Io.)

n *Mulierculas.* Prius, & per eas viros, vt diabolus prius Euam

C Vel viros seductibiles, quasi mulieres seducunt.

✠ AMBROSIVS. Quamuis omnibus hæreticis hoc conueniat, vt subintrantes domos mulieres subdolis & versutis verbis capiant, vt per eas viros decipiant more sui patris diaboli, qui per Euam Adam circumuenit, Manichæis tamen præcæteris congruit, nulli enim tam importuni, tam fallaces, tam captiosi sunt, quam ipsi quos constat aliud colere, & aliud profiteri, aliud intus gerere, & foris aliud vendicare nam sanctimoniam defendunt, & lege sua fauente turpiter viuunt, misericordiam laudant, cum inter se iniusti deprehendantur. Ieiuniis se insistere iactanter prædicant, cum omnes saginati videantur: tantum quod arte quadam pallidi cernuntur, vt fallant. Hi inueniunt mulieres præ vanitate nouum aliquid desiderantes audire, & per ea quæ placita sunt, suadent illis fœda & illicita cupidæ enim sunt discendi cum iudicium non habeant probandi hoc est semper discere, & veritatis scientiam non habere. D († negligentes honoris)

a ¶ Ad aliquem. b ¶ Inquietantes alios. c ¶ Crimina imponentes. ¶ Alias detractores. ¶ Gulæ, vel libidinis. ¶ Crudeles.
ne, † sine pace: criminatores, incontinētes, immites, † sine be- 1
a ¶ Largitate. b ¶ Secretorum alterius. c ¶ Habitu vel verbis pudorem non seruantes. ¶ Alias procaces. d ¶ Inflato corde. ¶ Quarumlibet. 2 3
nignitate proditores, proterui tumidi, cæci, voluptatum ama 4
a ¶ Et ideò periculosi. b ¶ Religionis. 5
tores magis quàm Dei: † habentes speciem quidem pietatis 6
a ¶ Vel veritatem, id est, charitatem. b ¶ Factis. c ¶ Ecce quare incœpit de nouissimis tēporibus. ¶ Tales. 7
† virtutem autem eius abnegantes: et hos † deuita. Ex his 8
a ¶ Quia iam horum prænuncij sunt quidam, plures autem in fine futuri sunt. b ¶ Ad literam, vel rimantur proprietatem cuiusque, & quos inueniunt idoneos seducunt. c ¶ Sub dolosis & versutis verbis. d ¶ Seductibiles. 9 10 11
enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulier- 12
a ¶ Ideo erant dignæ seduci. b ¶ Semper noua desiderant. ¶ Firmos non possent seducere. b ¶ Semper ambulant, & nunquam ad viam perueniunt. 13 14
culas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis. † Sem 15
per discentes & nunquā ad scientiam veritatis peruenientes. 16
¶ Fratres. ¶ Magi Pharaonis. ¶ Hoc de apocryphis sumitur. 17
p Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt 18
¶ Hæretici. ¶ Corruptæ rationis. 19
Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti, mente 20

✠ CHRYSOSTOMVS. Vides vt antiqui seductores actu & arte vtantur, armáque arripiant, quibus & diabolus vsus est aduersus Adam quam signanter hoc verbo imprudentiam expressit singularem, ignominiam quoque fallaciam atque blanditias. E († vim. † 16.q.5.c. nec mirum. † Exo.7.b.)

✠ HIERONYMVS. Illas capiunt quæ sunt oneratæ peccatis, impunitatem illis ac veniam promittentes, siue infirmas mentes quæ fœminis comparantur. (Epistola ad Ctesiphontem.)

✠ IDEM. Simon magus hæresim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio, Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor choros duxit fœmineos, Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos animos sibi præpararet, Appelles Philumenem suarum habuit comitem doctrinarum, Montanus immundi spiritus prædicator, multas ecclesias per priscam & Maximillam nobiles & opulentas fœminas, primum auro corrupit, dein, hæresi polluit, donis vt vrbem deciperet, sororem principis ante decepit.

o *Semper discentes & nunquam scientiam, &c.* Nos autem semper ambulemus in via donec eo veniamus quò ducit via, nusquam in illa remaneamus donec perducat vbi maneamus, atque ita & quærendo tendimus & inueniendo ad aliquid peruenimus. F

p *Quemadmodum autem Iannes, &c.* Quasi dicat. Tales seducunt: veritati autem semper resistunt. Et hoc est quod ait. *Quemadmodum autem Iannes, &c.* Iannes & Mambres duo fratres fuerunt magi Pharaonis. Horum nomina non inuenit Apostolus in diuinis libris, sed in apocryphis, de quibus hoc sumitur. Hi autem restiterunt Moysi vsque ad tertium signum, in qua defecerunt dicentes. Digitus Dei est hic. Et sicut illi resisterunt Moysi, ita & hi scilicet hæretici mihi. (Ambrosius. Exod.8.c.)

Nota

NICOLAVS DE LYRA

1 Sine pace. *Exterius.*
2 Criminato. *Id est, crimina iustis imponentes.*
3 Incontinentes. *Id est, omni luxuriæ se exponentes.*
4 Immites. *Id est, crudelitatem exercentes.*
5 Sine benignitate. *Id est, bona igneitate qua quis accenditur ad benefaciendum proximo, per hoc intelligi datur oppositum, scilicet malignitas, qua quis accenditur ad nocendum iustos.*
6 Proditores. *Reuelando alterius consilium.*
7 Proterui. *Id est, effrontes in malis.*
8 Tumidi. *Inflati, in cordibus suis.*
9 Volup.ama.&c. *Id est, delitias carnalis spiritualibus præponentes.*
10 Habent.speciem &c. *Id est, apparentiam religionis vt faciliùs decipiant.*
11 Virtutem au.e.ab. *Quæ consistit in operibus virtuosis.*
12 Et hos. *Hic consequenter ostenditur multiplicatio iam inchoata, vnde 1.Io.2.c. dicitur.* Nunc Antichristi multi facti sunt. *Ideo dicit Apostolus.* Et hos deuita. *Quasi dicat iam incipiunt esse tales aliqui: quod declarat dicens.*
13 Ex his enim qui penetrant domos. *Id est, qui intrant sub prætextu religionis penetralia & loca secreta, in quibus mulieres coniugatæ vel aliæ habitant illo tempore aspectus hominum refugientes, & in talibus locis possunt mulieres citius decipi in his quæ pertinent ad fidē, & etiam in his quæ pertinent ad carnem. Ideò subditur.*
14 Et capti.du. *Id est, seducunt.*
15 Mulier. *Quæ propter defectum rationis citiùs decipiuntur. Ideo subditur.*
16 Quæ ducuntur variis desideriis. *Mens mulieris est de facili mutabilis.*
17 Semper dis. *Illud refertur ad id quod prædictur.* Ex his en.&c. *Tales enim seductores quærunt semper dicere noua, quia simplices quorum est maior multitudo proni sunt ad credendum talia.*
18 Quemad.au.Iannes & Mam. *Isti fuerunt magi, per falsa signa volentes resistere Moysi, Exod.7.a. Nomina verò istorum magorum non habuit Apostolus ex sacra scriptura, sed ex aliis libris Hebræorum, vt dicit hic Glo. Sed quia Iosephus & Ra.Sa. de hac materia loquentes nihil dicunt de istis nominibus, ideo videtur melius dicendum, quòd habuit per reuelationem, sicut & Moyses mundi creationem.*
19 Ita & hi &c.resi. *frequenter occultè, & aliquando manifestè.*
20 Homines corrupti mente. *In moribus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ Nota quòd animositas hæreticorum semper inquieta est, quos magorum Pharaonis habere conatum ait hic apostolus comparans eos Magis Pharaonis. Quos Ieremias perdici insipiẽti auiculæ comparat, dicens. *Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, fecit diuitias, non cum iudicio, in medio dierum eius derelinquent eum, & in nouissimis suis erit insipiens.*

Aug. epistolæ 119. cap. 16. Iere. 17. b.

Avgvs. Contra Faustum: Cõtentiosi hæretici, vt perdix. Contentiosum animal clamat, & congregat quæ non peperit, ita & hæreticus Christianos quos faciat suas diuitias, nõ cum iudicio, sed cũ temeritate: sed post derelinquitur, & est insipiens, vt hic dicitur: sed vltrà non proficient.

Lib. 13. c. 12. & 17. — † affectatus es

a *Et omnes qui vo. &c.* Piè viuit qui dicit. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Aliorum enim infirmitates & scandala sunt persecutiones. Quid enim si persequitur vitam bonorum, quàm vita iniquorum? Non modo cum cogit imitari quod displicet sed etiam cum cogit dolere quod videt. Quia coram pio viuens impiè: etsi non obligat conscientem, cruciat consentientem: vnde *Vidi præuaricantes, & tabescebam.*

Aug. lib. de pastoribus. 2. Cor. 11. g. Idem in psa. 54. 122. 127. & serm. 24. de verbis Apostoli. — Psal. 118. v.

✠ Chrysostomvs. Persecutiones hic dicit pressuras & dolores neque enim fas est hominem pergentem virtutis viã, tristitia, pressuris, doloribus, tentationibus immunem esse. Ea quippe rei natura est, non esse possibile, vt vir qui malis bellum indixerit, pressuris careat, non est ille profectus nemo itaq; certans requiem quærat, nemo amplectatur quietem. Nephas est pugilem Dei vacare deliciis, non licet epulari luctantem, luctamen quidem sunt præsentia omnia aliud est quietis tempus, hoc erumnis deputatum est, atque sudoribus: nullus vbi ad certamen se exuit, vnctusque est, requiem quærit si enim requiem quæris, quid te exuisti, quia enim ratione hic requiem speres, cum libidinibus bellum indixeris, atque aduersus naturam pugnare perrexeris.

✠ Hieronymvs. Non solum ego, sed & omnes qui non occidunt animas adulando. Timendum ergo nobis est, ne non piè viuamus, qui nihil patimur propter Deum. (Hom. 40. ad pop. Antioc.)

✠ Chrysostomvs. Qui piè viuunt, semper persequutionem patiuntur, etsi non ab hominibus, tamen a dæmonibus: quæ quidem grauior est persequutio.

✠ Ambrosivs. Sed quod peius est, non hi solum persequutores sunt qui videntur, sed etiam qui non videntur, & multo plures persequutores. Sicut enim vnus persequutor rex multis persequutionis præcepta mittebat, & per singulas vel ciuitates, vel prouincias erant diuersi persequutores: ita etiam diabolus multos suos ministros dirigit, *qui non foris tantum,* sed etiam intus faciant persequutiones in animis singulorum. De his dictũ est persequutionibus: *Omnes qui piè volunt, &c.* omnes dixit, nullum excepit, quis enim excepta potest esse, cum ipse dominus persequutionum tentamenta tollerarit, persequitur auaritia persequitur ambitio, persequitur luxuria, persequitur superbia &c. Isti sunt persequutores graues, qui sine gladij terrore mentem hominis frequenter elidunt, qui illecebris magis quàm terroribus animos expugnant fidelium. Hi tibi hostes cauendi, hi grauiores tyranni multi in persequutione publica coronati, occulta hac persequutione ceciderunt. (Enarratione 20. in psal. 128. versu. 5.)

b *Mali au.ho.&c.* Quales sunt timentes hos lædere coram quibus loquuntur, qui non parantur ad tentationes, sed promittunt fœlicitatẽ huius sæculi, quam Deus ipse sæculo nõ promisit. Ille prædicit labores: tu prosperas. Ille ad confortandũ cor tuum venit pati, mori, sputis illiniri, spinis coronari, opprobria ferre, fel & acetum bibere, ligno configi. Omnia hæc ille tulit pro te. Ille confortans infirmum, vt cum crediderit, non speret prospera huius seculi: vnde. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iusticia & timore, & præpara animam tuam ad tentationes.* (Eccl. 2. a.)

c *Sacras li.no.quæ te, &c.* Multum signat prodesse vet. Test. ha- ☞ bere noti-

a ¶ Operibus semper resistentes. b ¶ Semper circa, nunquam in fide. c ¶ Prædicit destruendos in Asia hæreticos. d ¶ Post hæc præsentia. c ¶ Quæ modo putatur sapientia.
reprobi circa fidem, sed vltra non proficiet. Insipientia enim 1
a ¶ Per bonos, præsertim per Ioannem apostolum. b ¶ Magorum. c ¶ Per Moysen. d ¶ Illi contradicunt veritati. 2 3
eorum manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit. Tu autem 4
a ¶ Et ideo potes illis resistere, habens scientiam per meam doctrinam. ¶ Bonorum operum. b ¶ Tendens quo ego. 5
† assecutus es meã doctrinam, institutionem, propositum, fi- 6
a ¶ Inuisibilium. b ¶ In expectatione promissorum. ¶ Dei & proximi. ¶ De aduersis. c ¶ De loco ad locum. 7 8
dem, longanimitatem, dilectionem, patientiã, persecutiones 9
a ¶ Tormentorum. c ¶ Tales sunt ibi illatæ tribulationes & persecutiones, quales mihi sunt factæ & quales sustinui. 10
passiones: Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Listris, 11 12
¶ Et. ¶ Vel passiones. a ¶ Ego sustinui. b ¶ Sic & te eruet. 13
quales persecutiones sustinui, et ex omnibus me eripuit do-
a ¶ Nec solus ego patiar, sed. ¶ Ita necesse est & tibi si piè, viuere vis. b ¶ Religiosè, iustè. c ¶ Qui venit pati. d ¶ Hoc iccirco fit, sed maximè primo tempore. ¶ In corpore vel in corde.
minus. Et omnes qui volũt piè viuere in Christo Iesu: persecu 14
a ¶ Intus vel foris. b ¶ In re. ¶ Boni patiuntur, sed. c ¶ Aliorum qui huius officij sunt. 15
tionem patientur. Mali autem homines & seductores profi- 16
a ¶ Ita. ¶ Ipsi a bono. b ¶ Ipso actu. c ¶ Alios.
cient in peius, errantes et in errorem mittentes. Tu verò 17
a ¶ Quia mali errant, & in errorem mittunt. ¶ Firmus. b ¶ A deo, vel à me. c ¶ Ecce necesse. ¶ Vt ab illis annuncies. ¶ Vt fideli dispensatori. d ¶ Memoriter retinens.
permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens 18
¶ Ideo non debes venire in dubium. ¶ Ecce autorem. a Ideo etiam permane, quia. b ¶ Legis. ¶ Prophetias. ¶ Ecce facultas.
à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti, 19
a ¶ Spiritualiter. ¶ Quam & ipsæ docent. 20
quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in 21

NICOLAVS DE LYRA

1 Reprobi circa fid. *In credibilibus.*
2 Sed vl. *Tempus à Deo ordinatum.*
3 Non pro. *Alios seducendo.*
4 Insipientia e.eorum, &c. *Hoc potißimum implebitur Antichristi tempore, quando detecta eius falsitate omnes finaliter ad Christum conuertentur: & iam impletum est in multis hæreticis & idolorum sacerdotibus per sanctos prædicatores & doctores de falsitate conuictis: & sic ab eis deuoti multotiens ad veritatem sunt reducti.*
5 Tu au. *Hic consequenter ponitur Timothei monitio, vt firmiter stet in veritate fidei catholicæ, & eam aliis constanter proponat prædictis falsitatibus resistendo. Et ad hoc ponitur duplex ratio. Prima accipitur ex parte Pauli qui de hoc Timotheum docuerat verbo & exemplo: propter quod facere debebat. Et hoc est quod dicitur.* Tu au. assecutus es meã do. *Intelligendo eam & retinendo.* (Diuisio)
6 Institutionem. *Meam nam te episcopum institui.*
7 Propositum. *De constanti prædicatione fidei.*
8 Fidem. *Articulorum.*
9 Longanimitatem. *In expectatione promissorum.*
10 Dilectionem. *Dei & proximi.* 11 Patientiam. *In aduersis.*
12 Persecutiones pas. *Differunt sicut actio & passio, quia dicuntur persecutiones, vt ab alio inferuntur: passiones prout in corpore proprio recipiuntur.*
13 Qualia mihi fa.sunt &c. *De persecutionibus sibi factis in Iconio, in Listris, habetur Actu. 12.*
14 Et omnes qui piè vo.vi.in Chr. perse. pa. *Scilicet à malis hominibus quorum maior est numerus: & cum hoc à diabolo ad hoc excitantes: si verò aliqui piè viuentes hoc non patientur, hoc rarò contingit propter quod hic non computantur, sed generaliter dicitur, quia quod modicum est, quasi nihil reputatur 2. Physicorum.*
15 Mali au.ho.& se. profi. *Quia frequenter tales mundana prosperitate florent: veruntamen quia hoc cedit finaliter ad malum eorum, ideò subditur.* In peius, &c. *Quia per hoc habent facultatem multiplicandi mala in se & in aliis.*
Aliter potest exponi.
16 Proficient. *Id est, in malicia sua vltra procedent, & accipitur hic profectus translatiuè, secũdũ quod dicitur 5. meta. quod bonũ ad mala trãsferimus, sicut dicitur bonus latro qui cautè procedit in suis latrociniis.*
17 Tu ve.per in his quæ di.à me. Et cre.sunt ti. *Id est, commissa tuæ fidelitati, ad prædicandum aliis constanter & intrepidè.*
18 Sciens à quo didi. *Vt eum in verbis & factis imiteris.*
19 Et quia. *Hic ponitur secunda ratio accepta ex parte Timothei, qui fuit filius mulieris Hebrææ, vt habetur Act. 16. & sic fecit eum instrui à puericia in scriptura legis & prophetarum quæ valet ad prædicandum veritatem, & ad resistendum falsitati. Et hoc est quod dicitur.* Et quia ab infan.sa.lite.nosti. *Modo dicto.*
20 Quæ te pos.instr.ad sa. *Ad quã ordinatur tota sacra scriptura.*
21 Quæ est in Chri. Ie. *Cui testimoniũ perhibent lex & prophetæ.*

✠ Omnis

☞ bere noticiam, vbi Christi persona & incarnatio insinuatur quæ ad salutem hominum valet.
a *Omnis e.* Scripturæ valent ad salutem quia ad causam salutis.
b *Ad arguen.* Negligentes.
c *Ad cor.* In malo persistentes.
d *Ad erudiendum,* pœnitentes.

✠ Ambrosivs Manifestum est, quia omnis scriptura cuius Deus autor ostẽditur vtilis est adhoc enim data est, vt proficiat imperitis & instauret deformes attrahens iniquos ad iusticiam. († 2. Pe. 1. d — † Integer)

✠ Chrysostomvs. Si quid vel discere, vel ignorare opus sit, illic addiscemus. Si arguere falsitatẽ inde hauriemus. Si corrigi, si castigari ad exhortationem ad solatium si quid desit & oporteat adipisci ex ea nihilominus discimus.

✠ Primasivs. De ipsa lege docetur ignorans, arguitur insolens, corripitur errans eruditur ad iusticiam qui modum seruare non nouit.

✠ Hieron. Contestatur illũ per vniuersa quæ credit religio Christiana, vt verbũ dei instauret annunciet qui iudicaturus est viuos & mortuos qa viuos inueniẽt, mortuos suscitabit.

✠ Chrysostomvs. Siue peccatores dicit & iustos siue mortuos mortuos atque superstites quod multi viui relinquendi sunt.

✠ Avgvstinvs. Iste quippe dies iudicij iam propriè vocatur, eo quod ibi nullus erit imperitæ querelæ locus cur iniustis ille sit fœlix, & iustus ille infœlix.

✠ Idem. Duobus modis accipi potest quod viuos & mortuos iudicabit siue vt viuos intelligamus quos hic nondum mortuos, sed adhuc in ista carne viuentes inuenturus est aduentus eius, mortuos autem qui de corpore antequã veniat exiere siue viuos iustos mortuos autem iniustos.

Chrysostomvs. Quid est oportunè tempestiuè intempestiuè hoc est nullum habeas definitum tempus, semper tibi tempus sit non solùm in pace & quiete, neque in ecclesia tantum sedens verum & inter ipsa pericula, siue carceri inclusus, siue catena constrictus, siue mortis lata sententia ad mortem properes, ipso etiam tempore argue, neque increpare dissimules. Tunc enim increpationi etiam tempus est, cum arguendo profeceris cum opus ostensum fuerit.

✠ Avgvstinvs. Quibus oportunè quibus importunè? oportunè vtique volentibus importunè nolentibus prorsus importunus sum audeo dicere. Tu vis errare, tu perire, ego nolo.

a ¶ Cuius autor Deus. b ¶ Per spiritum sanctum. ¶ Alicui
Christo Iesu. † Omnis enim scriptura diuinitas inspirata 1
a ¶ Nescientes. b ¶ Ad conuincendum de malo. ¶ Ad increpandum duriter. 2
vtilis est ad docendum, ad arguendum corripiendum ad 3
¶ Incipientes discere. a ¶ Vt iustum faciat. b ¶ Ita. c ¶ Executione. 4
erudiendum in iusticiã, ũt † perfectus sit homo Dei ad om- 5 6
ne opus bonum instructus. 7 8

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnis enim scri.diui.inspi. *Et sic immediatè deriuatur à veritate prima.*
2 Vtilis est ad docendum. *Veritatem.*
3 Ad arguendum. *Falsitatem.*
4 Ad corripien. *Delinquentes.*
5 Ad erudiendum. *Proficientes.*
6 In iusticia. *Scilicet legali quæ est omnis virtus. v. Ethicorum.*
7 Vt perfe.si.ho.dei. *Id est ad diuinũ officiũ ordinatus qualis es tu.*
8 Ad om.op.bo.in. *Per seipsum faciẽdo, & ad hoc alios inducẽdo.*

Ad

CAP. IIII.

☞ T *Estifi.c.&.* Sequitur.
a *Impor.* Tu opportunè agis, sed importunè videris ei qui non libenter audit quod tamen aliquando ei prodest. Tu igitur sciens hoc illi esse oportunum quod ei videtur importunum dilectionem curamque sanitatis eius animo teneas mansueto & modesto. Multi enim quãuis perturbatiores à medico videntur abscedere, paulatim tamen verbi vigore medullas penetrãte sanati sunt Et cum scriptura dicat. *In multiloquio nõ effugies peccatum.* non est dicendum istum multũ esse locutum etsi Apostolus dicat *Insta oportunè importunè &c.* In tãtiloquio enim non est multum quod est necessariũ.
b *Increpa. in o.* Huic acriorẽ suadet patientiam. Tito nimis patienti imperium.
c *Sed ad sua de.* Id est qui ea doceant quæ volunt prophetia est sancti apostoli qui præscius futurorum in doctrina præcipit esse instandum, vt contra hoc quod futurum erat præparetur ecclesia. Tales enim dicit futuros, qui pro desideriis suis doceri volũt vt à magistris scilicet cõstantibus & veracibus ad hos conuertantur qui hæc illos doceant quæ libẽter audiant quia veritas illis aspera videbitur vt relicta vera doctrina fabulis vacent.
d *Magi. pru.* Aug. supra Io. Homil. 43. Hos magistros Salomon vult per mulierem de qua ait. *Vanitas impiorum mulier est incipiens & audax qui inops panis conuocat prætereuntes dicẽs: Panes occultos libenter attingite & aquæ furtiuæ dulcedinem.* Cum sit ignara veritatis promittit scientiam veritatis quam ☞ ipsa

Aug. lib. de pastorib. in psal. 128. & lib. 15. de Trinit. cap. vlt. l. 50. ho. 5. & lib 1 cõt. Crest. cap. 6. — † 43 di. c. 1 in fine. — † Tempestiuè intempestiuè — Pro. 10. c — † Iuxta cõcupiscẽtias suas — Ambrosius — * Igitur — † In apparitione sua & regno suo — Nunc est tractatu. 97 in Io. — Prouer. 9. c. — † 45. di. c. 1 — † Increpa, exhortare cum omni lenitate — † 16. q. 5. c. nec mirum §. Auguria.

CAPVT IIII.

a ¶ Et quia sic potes ¶ Adiuro. ¶ Teste Deo.
† Estificor * coram Deo & Christo Iesu, qui 1
a ¶ Qui viui reperientur. ¶ Qui residui erunt tormentis Antichristi vel iustos & iniustos.
iudicaturus est viuos mortuos, & per † ad 2
a ¶ Priorem cui debes grates reddere vel futurum qui timendus est b ¶ Æternum. ¶ Vt conregnes Deo.
uentum ipsius & regnum eius prædica ver- 3
a ¶ Instanter prædica. b ¶ Quantum ad eos quibus placet. c ¶ De peccato. ¶ Vel importunè argue. ¶ Negligentes. p ¶ Adiura. ¶ Volentes. 4
bum instã † oportunè importunè: † argue: † obsecra incre- 5
a ¶ Negligentes. ¶ Asperis verbis persistentes. b ¶ Vt patienter sustineas repugnantes, & doceas accipientes. Repugnantium. c ¶ Accipientium. ¶ Modo est hoc quod prædices necesse vt contra hæc præparetur ecclesia 9 7
pa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum 8
a ¶ Quasi onus non ferent salutem audire. b ¶ Quod ea doceant quæ volent. 9
sanam doctrinam non sustinebunt, sed † ad sua deside- 10 12
Multos. a ¶ Ipsi. b ¶ Dederio audiendi non tamen bono. 13
ria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à 14 15

CAPVT IIII.
NICOLAVS DE LYRA

✠ T Estificor. *Hic est pars septima in qua ponitur septimũ motiuũ quod accipitur ex multiplicatione futura malorum auditorum sicut & præcedẽs ex multiplicatione malorum doctorũ quod debet mouere Timotheum & alios doctores ad efficaciter docendum antequam veniat tempus in quo non recipietur doctrina eorum. Dicit igitur Apostolus.* Testifi cor. *Id est adiuro te Timothee, & per consequens alios episcopos in te.* 1 Coram Deo patre & Chri. Ie. *Qui sunt testes huius adiurationis.* 2 Et per aduentum ipsius. *ad iudicium,* 3 Et regnum eius. *Quod est æternum.* 4 Prædica verbum. *Euangelicum.* 5 Insta. *Instanter facies hoc.* 6 Oportunè. *Id est illis qui desiderant audire.* 7 Importunè. *Id est illis qui non recipiunt gratiose quia aliquãdo est ibi profectus magnus. Sicut dicit Aug. de seipso audiente prædicationem sancti Ambrosij, curiositate motus & non vtilitate. Cumque intenderem quam pulchrè diceret, me inuito intrauit quod verum dicebat & sic conuersus ad fidem multum profecit in ecclesia Dei.* 8 Argue. *Peccantes ex ignorantia.* 9 Obse. *Peccantes ex infirmitate vt abstineant propter reuerentiam rei sacræ scilicet dominicæ paßionis eis in baptismo communicatæ.* (Septimum motiuum)
10 Increpa. *Verbis duris peccantes ex certa malicia.*
11 In omni patientia. *Ad repugnantes.* 12 Et doctrina. *Ad recipientes, ipsos diligenter instruendo, & subditur ratio huius admonitionis. d.* 13 Erit enim tempus. *Quasi dicat propter hoc instandum est doctrina veritatis, quamdiu sunt aliqui volentes audire, & antequam veniat tempus in quo sana doctrina nõ sustinebitur.* 14 Sed ad sua desideria coa.si.ma. *Loquentes tamtummodo placentia.*
15 Prurientes auri. *Id est desiderantes ab istis doctoribus audire.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa occultatione commendat & quasi condit, vt libentiùs audiatur. Cuius prohibitam furantur seducti auditiam. Hæc occultatio facit pruritum in auribus spiritualiter fornicantibus, sicut pruritu libidinis in carne corrumpitur integritas castitatis. Nefarij enim doctores ipsa occultatione condiunt sua venena curiosis, vt ideò existiment eos dicere aliquid magnum, quia habent secretũ, & suauius hauriant insipientiam, quam putant scientiã, dulciúsque audiant quã palam in ecclesia dici credique prohibentur. Mulier illa propter illicita atq; punienda secreta nõ solùm insipiens, verũ etiam audax nuncupatur. Sub Christiano enim vocabulo multas sceleſtas hæreſes concidit, nefandas fabulas finxit & neniæ tales quales in theatris cantantur sine inimica scurrilitate ridentur, & non tales quales auersus deum fingere potuisse, illam insipientiam dolemus & miramur audaciam.

✠ AMBROSIVS, Nolunt enim argui maligna opera sua: quare tales volunt magistros qui seruient moribus eorum, pruriunt enim aures eorum vt audiant fabulas vanitatum compositas sub nomine doctrinæ: quibus delectentur quod nullis tam proprium est quam Manicheis, qui nescio quæ habent diuersa commenta inflatis nominibus nuncupata, cum sint res friuolæ, & quædam deliramenta.

✠ HIERONIMVS. Tales magistros inquirent, qui ea dicunt, quæ ipsi audire desiderant, vt securi delinquant.

✠ THEOPHYLACTVS, Temerariam & inconsultam doctorum turbam per verbum (coaceruabũt) significauit, & propterea quod à vulgo deligatur, quod nihil pro ratione facit, sed eos eligit & prouehit, qui cupiditatibus ipsius consentiant, ac quæ ad voluptates eius pertinent, tum dicant, tum agant.

a *Opus fac.* Testando opere quod ore predicãt, vt retorqueatur os tutturis ad ascellas, & sint malapunica & tintinabula in extremis oris hiacynthinæ tunicæ.

Leui.1.d. Exod.29.f. b *Sobrius esto.* Per quod implere poteris, quia hæc virtus temperat omnes alias. Hoc ideò maximè dicit, ne se nimis affligeret propter prædictum præceptum.

Ambrosius c *Delibor.* Libare dicimus degustare, fundere vel immolare. Inde delibare, quod tamen hic pro ipsa immolatione ponitur, passionem enim suam delibationem appellat. Deo enim immolatur qui pro iusticia sua patitur.

d *Certaui.* Contra rebelles cucurri: vbi facilis transitus. Consummaui, firmiter locata ecclesia. In omnibus fidem seruaui, vt alij idem faciant. Hoc dicit non re plena, quia adhuc restabat ipsius passionis conflictatio, sed spe firma, ex illo quod passionem sibi reuelauerat: & ideò quod futurum præsumpsit, quasi factum indicauit.

✠ CHRYSOSTOMVS, Mœrorem profecto discipuli solari cupit, bono illum animo esse iubens, quasi ipse ad *coronam pergat*, omnibúsque ritè peractis, præclarum repererit finem, gaudendum, ait. non dolendum est. cur? bonum enim certamen veluti si quis indulgentissimus pater, paruulum sibi assistentem, & orbitatem non ferentem consoletur ac dicat: noli flere fili bene enim viximus, peruenimus ad senectutẽ, atq; in ea ætate relinquimus te. Fuit irreprehensibilis vita nostra, cum gloria hinc proficiscimur: eris & ipse minutulus pro his, quæ gesta sunt à nobis, paulò post nihil hoc certamine melius, nihil illustrius, nullo corona hæc fine concluditur, non ea ex oleastri floribus texitur, non habet æditiorem numerum hominum, neque spectatores homines. Ex angelis constatum est theatrũm. In certaminibus seculi laborant dies plurimos, & in ærumnis degunt vnius horæ momento accepta corona protinus voluptas omnium emarcuit hic autem non hic, sed semper claritas, semper gloria semper honor augetur. Bonum profectò certamen, quod non modo voluptatem verum vtilitatem quoque spectantibus præstat.

✠ PRIMASIVS. Modo iam fidenter hoc dicit, in extremo vitæ limite constitutus. Ita vtique iam merita sua bona cõmemorat, vt post bona merita consequatur coronam, qui post mala merita consequutus est gratiam.

✠ CHRYSOSTOMVS. Cursus ille non in nihilum definit neque roboris ostentatio, vel aucupatio gloriæ est, sed omnes ad cœlum submouit. Cursus hic sole purior est quem Paulus currebat in terra, plúsque illustrat orbem, quam solis ignem iubar quomodo autem cursum consummauit? orbem totum peruagatus est, & euangelio impleuit, volucris cuiusdam instar, imo volucre omni periurio atque vehementius nam si quidem auis fuisset, simpliciter peruolasset, non hic autem ille egit sed pẽnis spiritus prædictus innumera impedimenta transilij, mortes, calamitates, insidias: si fuisset auis quandoque delapsa caperetur, quia vbi in sublime ferebatur à spiritu, veluti auis igneis suffulta alis, rhætia omnia & impedimenta transcendat.

e *Fidem.* Quæ est caput Christianæ religionis. 1.Cor.7.e.

f *Seruaui.* Quæ non potest haberi nisi deo miserante, quia donum dei est, vnde alibi ait: Misericordiam consecutus sum, non quia fidelis eram, sed vt fidelis essem. Apostolũ enim inuenimus sine vllis bonis meritis, immò cum multis vitiis dei gratiam consecutum, reddentibus bona pro malis. Qui sua iam propinquante passione bona merita sua commemorat, post quæ consequetur coronam, qui post mala merita consecutus est gratiam: quæ nisi prius gratuita donaretur, corona non redderetur. Non ergo merita ipsius tanquam ipsius sunt id est, ex ipso ei comparata, sed dona dei sunt. Aug.lib.50. Hom.15.li. De grat. & lib.arb.c.17 in Psal. 83. 110. 120. Tractat. 3. in Io.

☞ Reddet

a ¶ Quæ eis aspera.

& à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem
a ¶ Ita est futurum. b ¶ In disciplina ecclesiastica, & scripturis explanandis. ¶ Dum tempus habes. c ¶ Omnis modi hominibus docebis. d ¶ Quod ore prædicas, hoc opere contesta-re.
a conuertentur. Tu verò b vigila, in ómnibus † labora, opus
a ¶ Episcopatus tui. ¶ In tantum, vt impleas ministeri. b ¶ Scientia vita & doctrina. c ¶ ...in omnibus modum serua.
b fac euangelistæ, ministerium tuum † impleb, sobrius esto.
a ¶ Vigila, labora, ¶ Ideò se oportet. b ¶ Incipio offerri Deo grata hostia. c ¶ Mortis. d ¶ Prope est.
c Egò enim iam † delibor, & tempus meæ resolutionis instat.
a ¶ Vnde hoc scis? quia dei preueniente gratia expleui quod debui, vel in proximo sum migraturus. sed bonum certamen certaui. Q.hoc exemplum tibi relinquo. b ¶ Prædicationis.
d Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem ser-
c ¶ Et in omnibus aduersis. a ¶ In futuro. b ¶ Quam nullus auferat idem tibi sperare potes.
uaui. † In reliquo reposita est mihi corona iusticiæ, quam

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

†obdura in afflictionibus

† Ad plenũ probatum reddito sobrius esto

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et à ve.quidem. *Id est, à doctoribus veritatis.*
✠ 2 Auditum auer. *Reputantes eorum doctrinam nimis duram. Io.6.g. dixerunt aliqui de sermone Christi.* Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?
3 Ad fabulas autem conuertentur. *Id est ad doctrinam humanitus conflictam & veritate carentem.*
4 Tu verò vi. *Super gregis domini custodiam.*
5 In omnibus la. *Id est operando vt omnibus modis instruamur de bonis.*
6 Opus fac euange. *Id est impleas opere quod prædicas ore.*
7 Ministerium tuum. *Scilicet episcopatus.*
8 Imple. *Scilicet scientia, vita & doctrina.*
9 Sobrius esto. *In omnibus debitum modum tenendo.*
10 Ego enim. *Hæc est vltima pars principalis huius epistolæ quæ dicitur eius conclusio, in qua tria facit Apostolis quia primo martyrium suum esse propinquum Timotheo denunciat, secũdo eius aduentum flagitat ibi:* Festina. *tertiò per eum amicos salutat. ibi:* Saluta Priscam. *Circa primùm dicit.*
11 Ego enim iam delibor. *Id est, immolor per effusionem sanguinis mei. Libare enim est deo offerre sacrificium de liquidis, vnde & talia sacrificia in ve.Te. in multis locis dicuntur libamenta & libamina. hoc autem Apostolus dicebat, eò quod suum martyrium appropinquabat. vnde subditur:*
12 Et tempus meæ resolutionis. *Id est, separationis animæ à corpore.*
13 Instat. *Id est, propè est.*
14 Bonum certamen cer. *Contra aduersarios fidei.*
15 Cursum consummaui. *Id est, prædicationis iniunctæ mihi.*
16 Fidem. *Id est, fidelitatem,*
17 Seruaui. *Christo domino meo.*
18 In reliquo. *Id est, in futura.*
19 Reposita est mihi corona iustitiæ. *Quam nullus mihi auferet, quia reposita est apud illum qui est omnipotens.*
20 Quam reddet mihi dominus in die iustus iudex. *Scilicet mortis meæ.*

☞ Non

☞ a *Reddet.* Si enim fides gratia est, & vita æterna quasi merces est fidei, videtur quidem Deus vitam æternam tanquam debitum reddere cui debet fideli, quia promeruit illam per fidem Sed quia fides gratia est, & vita æterna est gratia, per gratiam ergo reddet.

b *Iustus iu.* Vtique iustus retribuendo bona pro bonis quia tamen prius misericors est retribuendo bona pro malis, & ipsa iusticia qua retribuuntur bona pro bonis non est sine misericordia.

Libr.1.offi. c.15. ✠ AMBROSIVS. *In die iudicij supremi, non hic. Hic autem in laboribus, in periculis,* in nauffragiis quasi bonus athleta certabat, quia sciebat quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Ergo non poteſt quis præmium accipere, nisi legitimè certauerit, nec est gloriosa victoria nisi vbi fuerint gloriosa certamina.

✠ PRIM. Cui redderet coronam iustus iudex si non donasset gratiam misericors pater? Et quomodo esset ista corona iusticiæ, nisi præcessisset gratia, quæ iustificat impium? quomodo ista debita redderentur, nisi prius illa gratuita donarentur?

c *Festina.* Et etiam ideò, quia quos mecum habere solebam modo non habeo.

d *Penul.* Secundùm Haymonem hæc penula data patri Pauli in insigne à Romanis, quando susceptus est in socium & ciuem Romanum vnde & Paulus se ciuem Romanum appellat. HIERO. Volumen Hebræum replico, quod Paulus penulam iuxta quosdam vocat.

Penula Romanorum consuetudo & quomodo paulus factus ciuis Romanus.

Penula vestis erat consularis, qua induebãtur consules Romani ingredientes in curiam. Vnde fertur Romanis hanc fuisse consuetudinem quando monarchiam totius quasi orbis acquirebant, vt quæcumque gens cum pace & coronis eis occurrisset darent eis libertatem, in tantum vt fratres illorum dicerentur, ciuésque Romani appellarentur. Dabántque potestatem ædificandi curiam, & habendi consules sicut & ipsi habebant. Pater tunćque ipso fruebatur penulam quærit, ne ab aliis hanc accipere opus sit.

✠ PRIMASIVS. Penula vestis erat consularis antiquorum Romanorum: quam non dixit fuisse suam, potuit enim eam ad pedes Apostoli inter cætera aliquis conuersus ad fidem Christi posuisse vendendem.

e *Alexan.* Iste est quẽ supra dixit feuersum ad apostasiã, q fabricat ædes Dianæ apud Athenas, & oẽs cõtra Apostolũ cõmouit. Aug.lib.16. cont. faust. cap.22.

f *Multa mihi mala ostenditis.* CHRYSOST. Qui enim à magno aliquo præmitur, nonnihil solatij videtur admittere, quod sit persona eminens, à qua id patitur, qui autem à vili & abiecto maiore afficitur mœsticia, sed hæc impunè illi minimè cedẽt. hic dupliciter discipulum cõsolatur, & quia male & iniustè patitur, & quia ille recipiet vicem, non quòd pius gaudeant sancti delinquentium, sed quod prædicationi opus sit, vt infirmiores quoque etiam ex hac parte solatium capiant.

g *Defen.* Vel pressuram & tribulationem sibi illatam defensionem appellat: Tribulatio defensio est, Christianis, quia defendit eos in die iudicij.

a ¶ Q. Mali timent, ibi damnandi boni vero diligunt, quia ibi saluandi.
a reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solùm au-
b
c tem mihi, sed & his qui diligũt aduentum eius. † festi-
a ¶ Quia instat tempus resolutionis. b Quia. c ¶ Proprium nomen.
nã venire ad me cito. Demas † enim me dereliquit † dili-
a ¶ Tempore aduersitatis.
gens hoc seculum, & abiit Thessalonicam. Crescens in Ga-
a ¶ Missus in ministerium à me. ¶ Propter. b ¶ Missus à me.
lãtiam. Titus in Dalmatiam. Lucas est mecum solus. † Mar-
cum assume & adduc tecum, est enim mihi vtilis in ministe-
d rium. Tychicum autẽ misi Ephesum. Penulam quã reliqui
Troade apud † Carpũ, veniens affer tecũ, & libros, maxime
a ¶ Vt tibi scribam epistolas meas. ¶ Autem. b ¶ Vel faber, vel cultor ærarij.
autẽ & mẽbranas. Alexander † ærarius multa mala mihi o-
f ¶ Athenis. a ¶ Verbum pronunciantis est non imprecantis. ¶ Indicat, non optat.
stẽdit, reddẽt illi dominus secũdũ opera eius, quẽ & tu † deui
a Quando primo cœpi defendere euangelium contra illũ. ¶ Iniuit sæpe congressum contra illum.
g ta. Valde enim restitit verbis nostris In primã mea defẽsione

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

† Autem

Libr.1.offi. c.15.

† Turpiam

† Faber ærarius

† da operã

† Amplexus.

† Col.4 b

† Fecit

† Caue

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Non solum &c. sed & his. *Id est iustis quibus aduentus Christi ad iudicium debet esse desiderabilis, quia tunc recipient integrum præmium, scilicet beatitudinem corporis & animæ propter quod Saluator loquens de signis præcedentibus iudicium dicit Lu.21.* His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra. *Id est exhilarate corda vestra. vt exponit Greg. vnde ibidem dicitur.* quoniam appropinquat redemptio vestra.
2 Festina. *Hic consequenter aduentum Timothei flagitat, & diuiditur in duas partes scilicet principalem, & incidentalẽ quæ incipit ibi.* Alexander. *Circa primum dicit.* Fe. ad me ven. ci. *erat enim discipulus eius prædilectus propter quod volebat eum videre ante mortem suam, quam sciebat esse propinquam. Assignat etiam aliam causam scilicet quia socij sui erant ad alia loca dispersi, & hoc est quod dicit:*
3 Demas enim. *Proprium nomen est.*
4 Me reli. *Tempore aduersitatis.*
5 Dili. hoc se. *Id est vitam præsentem timebat enim fortè vt propter societatem Pauli incarceretur, & tandem ad martyriũ duceretur.*
6 Et abiit Thessa. *Quærens ibi maiorem securitatem.*
7 Crescens. *Proprium nomen est.*
8 In Galatiam. *Iste abiit de voluntate Apostoli ad vtilitatem ecclesiæ & similiter T.tus.*
9 In Dalma. *Simili ratione.*
10 Lucas est mecum solus. *Iste est Lucas euangelista qui fuit comes indiuiduus peregrinationis Pauli, vt dicit Hiero. in libro illustrium virorum & satis patet ex Actibus apostolorum.*
11 Marcum assume & adduc tecum. *Et subditur causa:*
12 Est enim mihi vtilis in ministerium. *Necessariorum.*
13 Tychicum autem misi. *Similiter pro bono illius ecclesiæ.*
14 Penulam quam reliqui Troade. *Nomen est ciuitatis.*
15 Apud Carpum. *Nomen est viri apud quem dimiserat. Est autem penula, vt dicitur in glo. vestis consularis quæ à Romanis data fuit patri Pauli in signum amicitiæ cum ipso, & quod esset factus ciuis Romanus quam reseruauerat Paulus ob memoriam patris, & in signũ quod esset factus ciuis Romanus, si necessitas incumberet hoc ostendendi. Vnde & pluries legitur hoc allegasse in Actibus Apostolorum. Alij verò dicunt. quòd penula hic accipitur pro volumine legis. Sed primùm videtur, melius, quia de libris subditur,*
16 Et libros. *Scilicet quos ego tibi dimisi, & probabile videtur, quod essent libri Hebraici, legis & prophetarum.*
17 Maximè autem & men. *Ad scribendum ibi epistolas suas, quia quando non poterat discurrere ad prædicandum, volebat absentes docere per scriptum.*
18 Alexander. *Hæc est pars incidentalis, quia dixerat: Demas enim me re. &c. ideò occasione eius facit mentionem de alio, quia non solum eum dereliquit. sed etiam impugnauit dicens:* Alexander ærarius. *Iste est ille quem Apostolus tradidit sathanæ, vt habetur in epistola præcedenti, 1. capitulo vt dicitur in Glo.*
19 Multa mala mihi ostendit. *Id est fecit.*
20 Reddet il.do. *Scilicet pœnam debitam. Nec est verbum imprecãtis illi malum. sed prædicentis futurum, ideò non dicit reddat, sed reddet. Consequenter subdit de aliis eum dimittentibus, sed non impugnantibus di.*
21 In pri. mea de. *Scilicet quando sui primò præsentatus coram crudelissimo Nerone,*

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Adiutor. ¶ Quia hominis est timere.
a nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt non illis im- 1
¶ Quanto plus ab hominibus relictus. 2
putetur. Dominus autem mihi astitit, & † confortauit me, 3
vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes, 4 5
¶ Etiam. ¶ Diaboli vel Neronis.
b & liberatus sum de ore leonis. † Liberauit me dominus ab 6
a ¶ Etiam. b ¶ Idem tibi sperare licet. ¶ Ducens. 7
c omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cœleste
cui gloria in secula seculorum, Amen. Saluta Priscam & A- 8
a ¶ Familiam. b ¶ Ideo nomnat illos, vt veniens per eos hos visitet.
d quilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi, 9
Propter imbres & frigora commonet vt autumno veniret. 10
e Trophimum autem reliqui † infirmum Myleti. Festina an- 11
f te hyemem venire. Salutant te Eubolus & † prudens & Li- 12
a ¶ Post salutationem fratrum ipse salutat quasi subscribens hoc modo Do &c.
nus & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus 13
a ¶ Id est maneat vestra dilectio. Ne admonitus irascaris, sed potius. b ¶ Id est fiant vera quæ hactenus dixi.
cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen. 14

† Corroborauit
† Liberauit
† Languentem
† Pudens

A a *Non illis im.* Non orat pro Alexandro, qui inuidentia fraternitatem opugnando peccauerat. Sed pro his qui non obruperant amorem, sed timore succubuerunt orat, vt eis ignoscatur. Multum enim interest inter eos qui hoc modo & eos qui illo modo peccant.

Act.25.d. b *De o.l.* Neronis, id est, de cuius manibus liberatus est à domino quando venit Romā adductus ab his qui præerant Iudææ ob hoc quia Cæsarem appellauit Nam cum venisset Romam duobus annis mansit in libera custodia post etiam transiuit ad alias nationes, quæ erant in circuitu Romæ.

1.Pet.5.c. c *Leonis.* Diaboli cui sicut Petrus inquit. Tanquam leo circuit rugiēs quærens quem deuoret B qui cum non potest à iusticia amouere, vel de vita vult tollere ne aliis prodesset quod quia non potest insultat ei Apostolus.

d *Et Aqui.* Aquila erat vir. Priscæ apud istos hospitabatur Apostolus.

e *Trophimum autem reliqui infirmum.* Ambrosivs. Quid est vt præsente apostolo, qui mortuos excitabat. Trophimus infirmaretur? sed signa propter incredulos facta & quia ex diuersis causis meritum collocatur apud Deum vt siue in tribulatione, siue in ęgritudine qui Deo gratias agit, nec ab aduersa parte suffragium quærit, proficiat meritis apud Deum.

Chrysostomvs. Cur obsecro non illum sanasti? nonne omnia apostoli poterant? Nonne per gratiam omnia dispensabant? ne quis existimaret supra id quod videretur, hoc in veteribus iustis contigisse videmus duo igitur vna fiebant, & aperta enim quæ fiebant ostendebantur, & totum Deo ad scribebatur nisi enim essent subiecta passionibus corpora illis omnia ad scriberentur. D

Primasivs. Hic ostenditur quæ apostoli non propter infirmitatem carnis curabant, sed vt signa monstrarent, cum suos discipulos non sanarent.

f *Linus & Claudia.* Chrysostomvs. Adeò mulieres quoque feruebant circa fidem, ardentésque erant vt hæc Claudia & Priscilla iam crucifixæ mundo, & ad omnia subeunda etiam paratæ. Quid autem hoc sibi vult, quod cum tā multi fideles essent, horum tantum meminit? Quia mandata omnia iam excesserant animo, maiorísque E virtutis luce fulgebant neque enim à fidei virtute infirmior sexus excluditur imò id quoque diuini numeris est, quod hic etiam sexus seculi curis minime à virtutis proposito impediatur neque enim minimam in rebus humanis administrationis partem mulier suscipit, domi sedulò resident, cum absque illa nullæ respublicę cōstare possint nam si res familiaris turbis, tumultibusque misceatur quisque ciuium domi se continebit atque ita respublica pessimè habebit itaque nihil minus habebit honoris ac rationis, neque in sęculi curis neque in spiritualibus rebus ne ab ipsa quidem martyrij gloria hic sexus prohibetur plurimę namque pro fidei confessione gloriosissimè coronatæ sunt pudicitiam quoque seruare magis quam viri possunt, quippe quas non æquè, vt viros, libidinis flamma sollicitat, pecunias autem si vellent æque contemnere.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nemo mi.aff. *Sed quia hoc non fuit ex malicia, sed ex timore,* C *ideò subdit orando.*
2 Non il.impu. *Scilicet à domino.*
3 Do.au. *Quia propriū est diuinitatis assistere in casibus necessitatis.*
4 Et con.me. *Deficiente humana consolatione.*
5 Vt per me prædicatio im. *Scilicet in partibus occidētalibus, in quibus prædicauit Apostolus post dimissionem à carcere Neronis, vt dictum est supra Ro.15.a. Vnde & subditur.*
6 Et liberatus sum de ore le. *Id est, Neronis: quem vocat propter crudelitatem leonem. Sciendum tamen quod Apostolus non loquitur pro tempore quo scripsit hanc epistolam, quia tunc erat iterum in carcere Neronis, sed loquitur pro tempore præterito in quo dimissus fuerat à Nerone Quod autem subditur.*
7 Liberauit me dominus &c, *Refertur ad tempus detentionis secundæ quando scripsit hanc epistolam. Et quia nihil impedit à consecutione regni cœlestis in morte, nisi peccatum ideò subdit.* Et saluum faciet *in regnum suum cœleste &c.*
8 Saluta. *Hic vltimò per Timotheum amicos salutat di.* Salu. Priscam & Aquilam &c. *Erat enim Aquila vir Priscæ, & cum illis mansit Apostolus, vt habetur Act.18.a.* F
9 Et Onesiphori.d. *Id est, eius familiam.*
10 Erastus autem reman &c. *Istos autem duos nominat, vt Timotheus veniens Romam eos visitet in transitu suo, & statum eorum nunciet Apostolo, vt dicit Glo. Potest etiam addi alia causa scilicet, vt Timotheus citius veniat ad Apostolum sciens eum sic esse solitarium ideò subditur*
11 Festi.ante &c. *Aliter propter importunitatem temporis posset iter suum nimis retardare, & quia magna pars viæ est per mare in quo non est tutum in hyeme nauigare. Vltimo salutat Timotheum, & primò ex parte amicorum di.*
12 Salu.te. *Secundò ex parte sui di.*
13 Do.Ie. *Qui est animæ aita effectiue tamen.*
14 Gra.d. *Quæ est anima vita formaliter.* Vob.Amen.

ADDITIO I.

In c.4. *Vbi dicitur in Postilla.* Argue peccantes ex ignorantia, obsecra peccantes ex infirmitate.

Hoc quod dicitur, argue, increpa obsecra, potest distingui secundùm triplicem hominem statum. Sunt enim communiter aut maiores, aut minores, aut mediocres, intelligatur argue ad mediocres, obsecra ad maiores, quia vt.v.ca.ad.Timo.1.a. Seniorem te ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. *increpa ad minores. Vel secundùm Glo. aliter potest legi litera & distingui scilicet sic.* Opportunè & importune arg. *Id est, de peccatis argue quoscumque negligentes, opportunè, & importune vt expositum est. Deinde facta tali agnitione.* Obsecra. *id est, ora ra volentes vt persistant in correctione,* increpa. *scilicet verbis asperis resistentes & hoc in omni patientia.*

ADDITIO II.

In eo.c. *vbi dicitur in po.* Prurientes auribus. *Id est desiderantes audire ab istis doctoribus.*

Super illud verbum. Prurientes auribus. *Glo. Nefarij enim doctores ipsa occultatione condunt sua venena curiosis, vt ideò æstiment eos dicere aliquod magnum quia habent secretum, vt suauius hauriant insipientiam quam putant scientiam dulciusque audiant quæ palam ecclesia dici credique prohibētur. Hæc in Glo. Ex quo intelligitur quomodo ille pruritus aurium scilicet desiderium audiendi procuratur à talibus doctoribus scilicet per quandā obscuritatē seu occultationē eorum quæ ab eis docētur q a vt habetur Prou.9.d.* Aquæ furtiuæ dulciores sūt *Quod tēporibus istis nōnulli faciūt in suis predicationibus vel scriptis.*

In eodem capite. *vbi dicitur in Postilla.* Penulam quam reliqui *Troade. Nomen est ciuitatis.*

ADDITIO III.

Licet apostolus pluries legitur allegasse se esse ciuē Romanum nunquam tamen legitur se allegasse habere huiusmodi vestem consularem. Nec videtur verisimile quod talē reseruasset quia cum sine tal signo sibi credebatur quod erat ciuis Romanus habetur Act.22. habere talē vestem potius videbatur ad inanem gloriam pertinere quam ad aliquam

A *necessitatem, vnde secunda expositio videtur probabilior, & est Hieronymi dicentis prout in Glo. Volumen Hebræum replico, quod Paulus iuxtà quosdam vocat penulam. Nec obstat huic expositioni quod subditur:* Et libros. *Nam probabile est, quòd haberet alios libros, & tamen seorsum faciebat mentionem de volumine legis propter eius autoritatē seu dignitatem, sicut si aliquis habens plures libros & Bibliam diceret alicui, porta mihi Bibliam & libros meos.*

REPLICA. *In cap. vltim. 2. ad Timoth. vbi dicitur.* Penulam quam reliqui Troade, &c. *Postillator sicut & magister in glo. exponit de veste consulari. Burgen. obiicit dicens, quòd Hieronymus penulā dicit volumen Hebræum. Sed beatus Hieronymus hoc non facit secundū propriam, sed aliorum expositionem, dicit nanque: Volumen Hebræum replico quod Paulus secundùm quosdam penulam vocat.* Nec pertinet *vt dicit Burg. ad inanem gloriam, per vestem hic dictam penulam Apostolum se ostendere fore ciuem Romanum, nam non magis ad vanitatem pertinet hoc facere per vestem, quàm per vocalem protestationem, quod tamen Apostolus sæpè legitur fecisse, specialiter quando Cæsarem appellauit, nec valet ratio Burgen. quoniam superfluè exprimeretur liber vnus quando indiffinitè dicitur de libris, nec dignitas alicuius libri huiusmodi superfluitatem tollit, vt si quis deposuisset Bibliam cum multis aliis libris, superfluè diceret: Remitte mihi libros & Bibliam, nam cum quis dicit de libris, vtique principaliter de principalioribus loquitur & secundariò de minus principalibus, sed si quid inter libros esset quod nomen libri non dignè reciperet, meritò specificaretur: ideò Apostolus addidit specificando membranas. Vide in litera, non est magnæ speculationis.* D

Incipit Epistola ad Titum.

Hanc Epistolam Apostolus Tito scribit quem creauit episcopum, commonens eum forè solicitum ecclesiastica disciplina, debet enim pontifex habere maternā pietatē & patris seueritatem, B vt sit fortis superbis, & suauis modestis vt non habens timoris angulum, nec elationis supercilium. Exod.28.b. Vrat & luceat, vnde in veste legalis pontificis erat coccus bis tinctus, qui habebat speciem ignis. Ignis autem duo facit, vrit & lucet. Ita & pontifex prædicationis gladio, scilicet ignito eloquio vrere debet mordaci increpatione, & metuenda comminatione, & lucem fouendo blandis, & delectabilia promittendo. Ideò de manna dicitur, Exod.16.c. quòd indurabatur ad ignem, & liquescebat ad solem. Et baculus pontificis ab inferiori pungit, & in summo ad anteriora extenditur in se rediens: quia ecclesiasticus doctor gladio verbi pungere debet, id est, asperè redarguere peccantes, quod est ex inferiori natura: Et correctos in anteriora dirigere: ita tamē vt ad propriam conscientiam sui consideratione redeat si fortè in se habeat quæ aliis annunciat.

Argumentum in epistolam ad Titum incipit.

Titum commonefacit & instruit de constitutione presbyterij & de spirituali conuersatione, & hæreticis vitandis, qui in traditionibus Iudaicis credunt, scribens ei à Nicopoli.

Tito relicto Cretæ episcopo ex simplicitate & humilitate nimis patiēti, præscripta ei sua autoritate vtili, scribit de episcopali officio imperiosè & potestatiuè tractando à Nicopoli. E

Est igitur intentio Apostoli instruere Titum de episcopali officio atque monere, vt illud imperiosè tractet, & hæreticos vitet. Modus talis. Primò salutat. Deinde instruit eum de episcopali officio, docens eum quid agere debeat, & quales episcopos per ciuitates constituere. Deinde qualiter diuersos vel sexu vel ætate vel conditione instruere debeat. Postea monet eum de vitandis hæreticis.

Epistola Pauli ad Titum incipit.

CAPVT I.

¶ Nomine. ¶ Humilitas non tollit potestatem & dignitatem.
a Paulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu 1
¶ Tenens & prædicans fidem. ¶ Secundum. 2
b c Christi, secundum fidem electorum Dei & 3
a ¶ Est veritas in liberalibus artibus, quæ nihil ad Christianam religionem. b ¶ Id est, Christianam religionem.
d agnitionē veritatis, † quæ secundū pietatē est 4 5

† quæ ad pietatem ducit

CAP. I.

a *Paulus seruus, &c.* Conditione non tamen peccati misera seruitute. Sed.

b *Dei.* Quædam nobilitate, qualiter Moyses & Dauid serui sunt appellati, & Maria ancilla.

Hierony. Porrò quod ait: Apo C stolus Iesu Christi, tale mihi videtur quale si dixisset præfectus prætorio Augusti Cęsaris, magister exercitus imperatoris Tiberij. Vt enim Iudices seculi huius, quo nobiliores esse videantur, ex regibus quibus seruiunt, & ex dignitate qua intumescunt vocabula sortiuntur: ita & Apostolus grandem inter Christianos sibi vendicans dignitatem, Apostolorum se titulo Christi prænotauit: vt ex ipsa lecturos nominis auctoritate terreret: indicans omnes qui in Christum crederent, debere esse sibi subiectos.

c *Secundum fidem ele.* Id est, quam tenent vel qua saluantur electi Dei, & ideò per ea magis laborandum.

Chrysostom. Non ex rectè factis, neque ex laboribus, ac sudoribus hanc cœpi dignitatem: sed totum eius, qui mihi hæc crediderit beneficij est.

Hieronymvs. Id est, eorum qui non tantum vocati sunt, sed & electi: Electorum quoque ipsorum magna varietas est, pro diuersitate operum atque sermonum. Primasius. Secundum eam fidem quam ipse infundit, & facit credentes, quos & in præscientia sua elegit.

d *Quæ secundum pietatem est.* Hieron. Vtrùm nam sit aliqua veritas, quæ nō in pietate sit posita, & nūc ad distinctionem illius inferatur cognitio veritatis quæ iuxtà pietatem est? Est planè veritas quæ non habet pietatem. Si quis grammaticam artem nouerit, vel Dialecticā: vt rationem rectè loquendi habeat; & inter vera & falsa diiudicet. Geometria quoque Musica & Aritmetica, habent in sua scientia veritatē, sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis, est nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, apostolos non ignorare. Absque pietate notitia veritatis delectat ad prȩsens, sed æternitatem non habet præmiorum. F

Chrysostomvs. Quippe & rerum veritas est, sed non est secundum pietatem, puta rei rusticæ peritiam nosse, siue aliquam artem veraciter verùm ea secundùm pietatem tantùm veritas est, quæ secundùm fidem credidit.

Idem. Veritatem autem hoc loco ad figuram refert, & illa enim agnitio erat, & pietas erat, non tamen veritas, neque item men-

Postilla Nicolai de Lyra super Epistolam Pauli ad Titum incipit.

CAPVT I.

1 Paulus ser. Dei. *Hic incipit epistola Pauli ad Titū quæ diuiditur in tres partes, scilicet in salutationē, & persecutionem, ibi:* Huius rei gratia: *& conclusionem, ibi:* Salutant te, *in fine epistolæ. In prima* Diuisio *parte primò ponitur persona salutans quantum ad nomen, cùm dicitur:* Paulus, *& ratio huius nominis dicta fuit in principio epistolæ ad Romanos. Et quantum ad religionem, cùm dicitur.*
2 Ser. *Id est, fidelis Christianus, & quantum ad officij dignitatē cùm dicitur.*
3 Apo. autem Iesu Christi secund. *Id est, ad prædicandum fidem*
4 Et agni. ve. Dei. *Hoc dicit ad excludendum scientiam humanitus inuentam, in quibus sunt aliquæ falsitates admixtæ, vt patet per Aristotelem, qui licet veriùs aliis scripserit, aliqua tamen falsa admiscuit, vt de æternitate mundi, & de numero intelligentiarum, & huiusmodi.*
5 Quæ secundum pieta. est. *Id est, ad verum Dei cultum ordinata.*

In spem vitæ

A item mendacium, ſed figura atque imago in ſpe vitæ æternæ, illa in ſpe præſentis vitæ. Illi non electi ſed nos, nam & ipſa aliquando dicebantur electi. Iam huiuſmodi gratiam amiſerunt.

a *In ſpem vitæ æternæ.* Hæc res, hic fructus Apoſtolici officij. Per hoc commendat officium Apoſtolicum, non tepidius agendum.

b *Promiſit, &c.* Sed quomodo promiſit, dum nondum homines eſſent, quibus ꝑmitteret, quia in eius æternitate & in ipſo verbo eidem coæterno iam prædeſtinatione fixū erat quod ſuo tempore futurū erat. Promiſit ergo antè tempora quia in ſe æterno fixerat, antequā tēpus eſſet, quod cum creaturis cœpit. Nō enim poſſumus dicere fuiſſe aliquod tēpus, quando Deus nondum fecerat aliquid.

† æterna

† delegationem, iniunctionem

Aug. lib. 12. de ciu. c. 16.

a ¶ Et hoc eſt. ¶ Id eſt, per hoc ſperans vitam æternam. b ¶ Quæ quanto certior, tanto miniſtet debet eſſe ſolicitior. c ¶ Vitam æternam.

a in ſpem vitæ æternæ, quàm promiſit qui non mentitur

a ¶ Omnia. b ¶ Alias æterna. ¶ Quod idem eſt. c ¶ Non ſolùm rei effectu, ſed in prædi &c.

b c Deus ante tempora † ſecularia: manifeſtauit autem tempo-

¶ Vt fideli.

d ribus ſuis verbum ſuum in prædicatione, quæ credita eſt mi-

a ¶ Cui tui comparticeps. mittimur. ¶ Cui in ſalute hominum minus obedimus, ſi quo modo re- b ¶ Paulus inquam ſcribit hanc epiſtolam.

hi ſecundum † præceptum ſaluatoris noſtri Dei Tito † dile-

¶ Manifeſta ſunt hæc. a ¶ Et in ſcribendo primum ſalutat in hunc modum.

e cto filio ſecundum communem fidem, gratia * & pax à Deo

f patre noſtro & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro. † Huius rei gra

¶ Cum inde recederem. a ¶ Ad perfectionem. b ¶ Mala in peccantibus addendo bonis ea quæ deſunt.

tia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas

a ¶ Singulas. b ¶ Epiſcopos, c ¶ Id eſt, quales conſtituendos docui.

g per ciuitates presbyteros, ſicut & ego tibi diſpoſui. Si quis

D ſuum, & ipſam ſapientiam ſuam, & vitam eorum qui credituri erant mundo eſſe venturam.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hoc eſt, non modo ex pœnitentiæ remedio prouenit, ſed olim, atque ab ipſo principio iſta præfixa ſunt. Oſtenditur ex his nobilitas noſtra, quòd non nuper, ſed olim, atque ab ipſis initiis dilecti ſumus.

d *Manifeſtauit.* Cōgruis temporibus, ſcilicet verbum, id eſt, filium, hæc eſt vita æterna.

e *Filio ſecundùm cōmunem fidem.* Id eſt, Catholicam, non priuatam alicuius. Catholicon Græcè, cōmune vel vniuerſale dicitur Latinè.

† germano

* miſericordia

f *Huius rei gratia.* Primò dicit quid agere debeat & quales ordinare presbyteros, incipiens ita *huius rei gratia.* Dum hæc recolit ſicut ei diſpoſuerat, monet exequi.

† 93. diſtin. c. legimus poſt. prin.

E

c *Ante tempora, &c.* Non recens promiſſio, ſed antè tempora omnium ſæculorum, & vt certiùs ſit.

Lib. 83. q. 72.

✠ AVGVSTINVS. Quomodo ab apoſtolo dictum eſt ante tempora æterna. Si enim tempora quomodo æterna, niſi ſi fortè antè omnia tempora intelligi voluit, quia ſi dixiſſet antè tempora & non addidiſſet æterna, poſſet accipi, antè quædam tempora, quæ antè ſe haberent alia tempora. Æterna autem maluit dicere quam omnia, fortaſſis ideò, quia tempus non cœpit ex tempore, an tempora æterna eum ſignificauit, inter quod & tempus hoc diſtat, quod illud ſtabile eſt, tempus autem mutabile.

✠ IDEM. Cùm autem retrorſum tempora à conſtitutione mundi, habere videantur initium, quomodo ſunt æterna, niſi quia æterna dixit, quæ ante ſe non habent vllum tempus.

Cōtra Priſcilianis & Origenis ad Oroſ. cap. 6.

✠ HIERONYMVS. In hoc curriculo & rota mundi, tempora labuntur & veniunt, & aut futura ſunt, aut fuerunt. Vnde quidam Philoſophorum non putant eſſe tempus præſens, ſed aut præteritum aut futurum, quia omne quod loquimur, agimus cogitamus: aut dum fit, præterit, aut ſi nondum factum eſt, expectatur. Ante igitur hæc mundi tempora, æternitatem quādam fuiſſe ſeculorum credendum eſt: quibus ſemper cum filio & ſpiritu ſancto fuerit pater: & vt ita dicam, vnum tempus Dei eſt omnis æternitas: imò innumerabilia tempora ſunt, cum C infinitus ipſe ſit, qui ante tempora omne tempus excedit. Sex millia necdum noſtri orbis implentur anni, & quantas prius æternitates, quanta tempora quantas ſæculorum origines fuiſſe arbitrādum eſt in quibus angeli, throni, dominationes, cæteræque virtutes ſeruierint Deo, & abſque temporum viribus, Deo iubente ſubſtiterint. Ante itaque hæc omnia tempora quæ nec ſermo eloqui, nec mens comprehendere, nec cogitatio tacita audet attingere promiſit Deus pater ſapientiæ ſuæ verbum ſuum, &

diſpoſuerat, monet exequi.

g *Presbyteros.* Vt paſtoralis curæ onus facilius ſuſtineatur, per multos diuiſum.

✠ HIERONYMVS. Audiant epiſcopi qui habent conſtituendi presbyteros per vrbes ſingulas poteſtatem, ſub quali lege eccleſiaſticæ conſtitutionis ordo teneatur, nec putent apoſtoli verba eſſe ſed Chriſti: ex quo manifeſtum eſt eos, qui apoſtoli lege contempta, eccleſiaſticum gradum non meritò voluerint alicui deferre, ſed gratia, cōtra Chriſtum facere: qui qualis in eccleſia presbyter conſtituendus ſit, per apoſtolum ſuum in ſequentibus executus eſt. Moſes amicus Dei potuit vtique ſucceſſores principatus, filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere poteſtatem: ſed extraneus de alia tribu eligitur Ieſus, vt ſciremus principatum in populos, non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos in eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe, ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit, & (vt deteriora taceam) qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt.

✠ IDEM. eſt ergo presbyter, qui & epiſcopus, & antequam diaboli inſtinctu, ſtudia in religione fierent, communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquā verò vnuſquiſque eos quos baptizauerat ſuos putabat eſſe non Chriſti F in toto orbe eſt decretum, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatis fœmina tollerentur, paulò pòſt. Hæc propterea vt oſtenderemus apud veteres eoſdem fuiſſe presbyteros quos & epiſcopos, paulatim verò vt diſſenſionum plantaria euellerentur, ad vnum omnem ſolicitudinem eſſe delatam.

✠ CHRYSOST. Neque enim profectò volebat inſulam totam vni viro

NICOLAVS DE LYRA

1 In ſpem vitæ æternæ. *Per hæc conſequendæ.*
2 Quam promiſit, &c. *Cum ſit ipſa veritas.*
3 Ante temp. ſecula. *Id eſt, ab æterno. Et accipitur promiſſio hic pro prædeſtinatione Dei, quæ ab æterno dare electis ordinauit gratiam & gloriam. Sed quia effectus huius prædeſtinationis eſt in tempore, ideò ſubditur.*
4 Manifeſtauit, &c. *Id eſt, ab eo diſpoſitis & ordinatis.*
5 Verbum ſuum. *Id eſt, filiū incarnatum.*
6 In prædi. *Id eſt, per prædicationem, ſcilicet Chriſti & diſcipulorum ſuorū, ideò ſubditur.*
7 Quæ cre. eſt mi. *Tanquam fideli prædicatori.*
8 Secundum præce. ſal. no. Dei. *Vt patet Act. 14. a.* Separate mihi Barnabam & Saulum. *Secundò ponitur perſona ſalutata, cùm dicitur.*
9 Tito dile. fi. ſec. com. fi. *Id eſt, Catholicā. Catholicon enim Græcè, Latinè ſignificat commune vel vniuerſale. Dicit Apoſtolus:* Filio ſecun. com. fi. *Ad oſtendendum quòd Titus non erat filius eius carnalis, ſed ſpiritualis. Tertiò ponuntur optata bona, cùm dicitur.*
10 Gratia. *In præſenti.*
11 Et pax. *In futuro, nam beatitudo quietat totaliter hominis appetitum.*
12 A Deo pa. no. *Qui eſt gratiæ & beatitudinis cauſa principalis effectiua, tamen cum filio & ſpirituſancto, nam opere trinitatis ſunt indiuiſa.*
13 Et Chriſto Ieſu. *Quia eius humanitas eſt cauſa inſtrumentalis coniuncta.*
14 Huius rei. *Hic incipit epiſtolæ proſecutio, quæ diuiditur in duas partes, in prima parte Titum inſtruit de ordinatione eccleſiæ, ſecundò de informatione plebis ſibi commiſſæ ſeq. c. Prima in duas, quia primò ponit ſuam inſtructionem, ſecundò cuiuſdam dictirationem, ibi:* Sūt enim multi. *Circa primum inſtruit eum de ordinatione eccleſiæ quantum ad epiſcopos & presbyteros, inſtituerat enim eum Paulus Cretenſem archiepiſcopum, & ſic ad eum pertinebat ordinatio totius prouinciæ. Sciēdum etiam, quòd ſub nomine presbyterorum intelligit etiam epiſcopos, & è conuerſo, ſub nomine epiſcoporum intelligit presbyteros, ſicut dictū fuit plenius, ſuprà 1. Ti. 3. Dicit igitur:* Huius rei gratia. *Id eſt, propter prædicationem fidei Catholicæ.* Diuiſio
15 Reliq. te Cretæ. *Inſtituens te ibi archiepiſcopum.*
16 Vt ea quæ de. *De bona diſpoſitione eccleſiæ.*
17 Corrigas. *Id eſt, melius reformando.*
18 Et conſtit. per ciuit. *Secundum exiſtentiam populorum.*
19 Sicut & ego tibi diſp. *Id eſt, forma quæ ſequitur.*
20 Si quis. *Ille enim qui conſtituitur presbyter vel epiſcopus, debet eſſe integræ famæ & fidei, iſta autem conditio & aliæ ſequentes debent eſſe excellentiùs in epiſcopo, quàm in ſacerdote curato.*

✠ Vnius

A tam vni viro permitti, ſed vnicuique propriam curam indici: ita enim laborem ſibi fore timorem ſciebat, & ſubditos maiori diligentia gubernandos, ſiquidem Doctor non multarum eccleſiarum regimine diſtraheretur, ſed vni tantum regendæ vocaret, eámque componere moribus & ornare ſtuderet.

Auguſt. lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagiā. cap. 14. Aug. tract. 38. in Io. & li. 13. de ciu.

a *Sine crimine.* Si dixiſſet ſine peccato nullus in eccleſia rectè poſſet ordinari miniſter. Multi enim baptizati fideles ſūt ſine crimine, ſine peccato vero in hac vita neminem dixerim, non quia peccati aliquid remaneat quod in baptiſmate

a ¶ Non peccato. ¶ Peccato criminali, vel infamia criminali. b ¶ In quo ſpecies continentiæ & ſacramentum. ¶ Sanæ fidei.

a ſine crimine eſt vnius vxoris vir, filios habens fideles: † non

b in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. † Oportet enim e-

c d piſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpēſatorem, nō † ſu-

e a ¶ Id eſt, non aliorum mentes aliter quam oporteat loquendo percutientem, vel non ferocem: non crudelem.

f perbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſo-

D omni ſit Digamo melior, cum in eo magis ſit electa fœlicitas quam voluntas. Montanus eſt qui Nouati ſchiſma ſectātur, nomen ſibi munditiæ præſumpſere: putántque ſecunda matrimonia ab eccleſiæ communione prohibenda: cùm apoſtolus de epiſcopis & presbyteris hoc præcipiens vtique in cæteris relaxarit: non ꝙ hortetur ad ſecunda matrimonia, ſed quod neceſſitati carnis indulgeat.

✠ CHRYSOST. Cuius rei gratia etiā huiuſmodi homines in medium adducit? Obſtruere prorſus ora hæreticorum intendit, qui nuptias

† non obnoxios crimini luxus Crimen.

† 25. diſt. c. vnū. §. nūc autem.

† præfractū id eſt, durū, & ſui ſenſus plus ſatis tenacem

non dimittatur, ſed quia in nobis in huius vitæ infirmitate manentibus quotidie fieri non quieſcunt, qui fideliter orantibus quotidie remittantur. Quamlibet valde iuſtum diſcutias in hac vita, non eſt tamen ſine peccato. Vnde Ioannes: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Sed planè, multi iuſti dicti ſunt ſine quærela, quod intelligitur ſine crimine. Nulla enim querela iuſta eſt de his qui non habent crimen. Crimen ergo eſt querela, id eſt, peccatum graue B accuſatione & damnatione digniſſimum, vt homicidium, adulterium, aliqua immundicia fornicationis, furtum fraus, & huiuſmodi, quæ cum cœperit homo non habere, incipit caput erigere in libertatem, ſed iſta inchoata eſt non perfecta libertas.

Ioan. 1. c.

✠ HIERONYMVS. Non tantum eo tempore, quo ordinādus eſt, ſine vllo ſit crimine, & præteritas maculas noua conuerſatione diluerit; ſed ex eo tempore quo in Chriſto renatus eſt, nulla peccati conſcientia remordeatur. Quomodo enim poteſt præſul eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto ſimili corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem cum tacitus ſibi ipſe reſpondeat, eadem admiſiſſe, quæ corripit?

✠ OECVMENIVS. Inculpatum eſſe generale eſt. Siquidē inculpatum eſſe, omnia quæ ſunt enumeranda complectitur: hoc eſt, in quem nullum poſſis crimen impingere.

b *Vnius vxoris vir.* Poſt baptiſmum, quia nouo homini nō ſtupra, nec aliqua quæ antè fuerunt obſunt. Huic ſententiæ cōtradicit Aug. his verbis: Acutiùs intelligunt qui nec eum qui cathecumenus vel Paganus habuit alterum ordinandum cenſuerunt quia de ſacramento agitur, non de peccato. Nam in baptiſmo peccata omnia dimittuntur. Et qui dixit: *Si nupſerit, virgo non pec cat,* ſatis declarauit nuptias non eſſe peccatum. Propter ſanctitatem autem ſacramēti ſicut fœmina: ſi cathecumina, vitiata eſt non poteſt poſt baptiſmum inter virgines Dei conſecrari: ita non abſurdè viſum eſt, Bigamum non peccaſſe, ſed normam ſacri amiſiſſe non ad vitæ meritum, ſed ad ordinationis eccleſiaſticæ ſignaculam neceſſariam. Et ſicut plures antiquorum C patrum vxores ſignificauerunt futuras ex omnibus gentibus eccleſias vni viro ſubditas, id eſt, Chriſto: Ita noſter antiſtes, id eſt, epiſcopus vnius vxoris vir ſignificat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro Chriſto ſubditam. Itaque *ſicut duobus dominis ſeruire,* ſic ab vno Deo apoſtatare. & in alterius ſuperſtitionem ire non licet.

Lib. de bono coniuga li. cap. 18.

1. Cor. 6. c.

Matth. 6. c.

✠ HIERONYM. Quod autem ait: *vnius vxoris vir:* Sic intelligere debemus, vt non omnem Monogamum Digamo putemus eſſe meliorem: ſed quo is poſſit ad Monogamiam & continentiam cohortari, qui ſui exemplum præferat in docendo. Eſto quippe aliquem adoleſcentulum coniugem perdidiſſe, & carnis neceſſitate ſuperatum, accepiſſe vxorem ſecundam, quam & ipſam ſtatim amiſerit, & deinceps vixerit continenter: alium verò vſque ad ſenectam habuiſſe matrimonium & vxoris vſum, nunquam à carnis opere ceſſaſſe: quis vobis è duobus videtur eſſe melior, pudicitior, continentior? Vtique ille qui in matrimonio ſecundo fuit, & poſtea pudicè & ſanctè conuerſatus eſt, & non is qui ab vxoris amplexu nec ſæculi eſt ſeparatus ætate. Nō ſibi ergo applaudat, quicunque quaſi Monogamus eligitur, ꝙ omni ſit

damnant, oſtendens eam rem culpa carere, imò ita eſſe pretioſam vt cum ipſa etiam poſſit quiſpiam ad ſanctum epiſcopatus ſolium prouehi. Caſtigat hoc ipſo etiam impudicos, dum non eos permittit poſt ſecundas nuptias ad eccleſiæ regimen dignitatémque paſtoris aſſumi. Nam qui defunctæ vxori beneuolētiam nullam ſeruaſſe deprehenditur, quo pacto hic eccleſiæ præceptor optimus eſſe poterit. Imò quibus criminibus non ſubiicietur indies? Noſtis enim profectò omnes, quod etſi per leges ſecundæ nuptiæ permittantur, multis tamen ea res accuſationibus patet. E

c *Filios hab. fidel.* Nec ſaltem de luxuria accuſatos, vel ſibi non ſubditos. Alioquin nec ſpes in illo eſt corrigendi alios, nec frōtem habet ad alios talium cohabitator.

✠ CHRYSOSTOM. Nam qui filiorum ſuorum magiſter eſſe non potuit, quo pacto alios docere poſſe putandus eſt? Si quos ab initio ſecum ſemper habuit & nutriuit, peruerti permiſit, & quorum ſibi & per leges & iure naturæ poteſtas omnis indulta erat, eos regere, moderaríque non potuit, quomodo alienis prodeſſe valebit? Nam ſi in rebus, in quibus vrgebat naturalis affectus ita negligens fuit, atque ita ſtultus, vt pecuniariæ rei plus ſtuderet quam curæ filiorum: quo iure hic ad epiſcopalem thronum promoueatur, tantúmque ſubeat regiminis opus.

✠ HIERON. Tam ſanctum eſt nomen ſacerdotij, vt nobis etiam ea quæ extra nos ſunt poſita, reputentur non quo propter vitia noſtra epiſcopi non fiamus, ſed quod propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arcendi ſimus: qua enim libertate poſſumus alienos filios corripere, & docere quæ recta ſunt, cum nobis ſtatim poſſit qui fuerit correptus ingerere: ante, doce filios tuos, &c.

d *Oportet enim.* Talis debet conſtitui: Neceſſe eſt enim ad tractationem officij eum eſſe ſine crimine, id eſt, irreprehenſibilē epiſcopum, hic apertè oſtendit presbyterorum nomine epiſcopos ſupra fuiſſe deſignatos.

e *Dei diſpenſatorem.* ✠ HIERONYMVS. Inter villicum & familiam hæc ſola diſtantia eſt, quod cōſeruus præpoſitus eſt cōſeruis ſuis. Sciat itaque epiſcopus & presbyter, ſibi populū conſeruum eſſe, non ſeruum. F

✠ CHRYSOST. Qui exteriore ac mundana poteſtate ſubnixus eſt, qm̄ lege imperat, ac neceſſariò illi obtemperatur: meritò ſepiùs contra ſubiectorum voluntatem dominatur. Porrò is qui volentibus præeſſe vult, ſi ea lege præſumit, vt conſilio proprio omnia faciat, quaſi nemini rationem redditurus tyrannicè potius quam populariter huiuſmodi exercet officium.

f *Non vinolentum.* ✠ HIERON. Quale eſt autem epiſcopum videre vinolentum: vt ſenſu occupato, exaltet riſum, cōtra grauitatis decorem, & labiis diſſolutis cachinnet: vel ſi paululum triſtis rei cuiuſdam fuerit recordatus, inter pocula in ſingultus ꝓrumpat & lachrymas. Longū eſt ire per ſingula, & inſanias, quas ebrietas ſuggerit explicare: videas alios pocula in tela vertentes, ſcyphum in faciem iacere conuiuæ vomunt vt bibant, & bibunt vt vomāt. Digeſtio ventris & guttur, vno occupatur officio. Et vbicunque ſaturitas & ſobrietas fuerint, ibi libido dominetur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vnius vxo. vir. *Scilicet poſt baptiſmū, vt dictum eſt ſup. 1. Tim. 4. a.*
2 Filios hab. fi. *Licet non oporteat ipſum habere filios, quia poterat continere: tamen ſi habet, oportet quòd ſint fideles, id eſt, ſanæ fidei.*
3 Non in accu. lux. *Id eſt, accuſabiles de luxuria, ſicut filij Heli. 1. Reg. 2. d.*
4 Aut non ſub. *Id eſt, rebelles.*
5 Oportet eum e. ſine cri. eſſe. *Iam expoſitum eſt.*
6 Sicut Dei diſpen. *In bonis ſpiritualibus vbi requiritur maior fidelitas & diligentia, quàm in diſpenſatione bonorum temporalium.*
7 Non ſuperbum. *Alios ſuppeditando.*
8 Non iracundum. *In animo. Superbi enim de facili iraſcuntur.*
9 Non vinolentum *Id eſt, in potu vini exceſſiuum, quia per hoc impeditur diſcretio, quæ requiritur in Dei miniſtro.*
10 Non percuſſorem. *Quod vitium oritur frequenter ex exceſſiua vini potatione*

✠ Non

Universidad de Deusto Biblioteca

A minetur, specta vētrem & genitalia, pro qualitate vitiorū ordo membrorū, nunquā ego ebrium castum putabo. Dicat quisq; quod volet, ego loquor conscientiam meā: scio mihi abstinentiam, & nocuisse intermissam & profuisse repetitam. Miramur Apostolum in episcopi damnasse vinolentiam, cum in veteri quoque lege præceptum sit. *Sacerdotes cum ingrediuntur, &c.*

¶ Secularis.
a rem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, † benignum,
a ¶ Proximo. b ¶ Deo. c ¶ Ab illicitis, ira, superbia & huiusmodi. d ¶ Amore.
prudentē, sobriū, iustum, sanctum, † continentē, † amplectē-
¶ Veracem.
tem eum qui secundùm doctrinam est fidelē sermonem, vt
a ¶ Obloquendo, vel malè viuendo.
b † potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui cōtradicūt
¶ In Creta. a ¶ In se. b ¶ Ad alios.
† arguere. Sunt enim multi etiam † inobedientes, vaniloqui,
a ¶ Circunuentionibus & cuiuscunque generis fraudibus. b ¶ Id est, de Iudæis, qui sub nomine Christi Iudaizare docebant, renati enim in Christo non puri erant Christiani, quia partim legem, partim Christum venerari volebant.
& seductores, maximè autē qui de circuncisione sunt, † quos
a ¶ Ideò quia tales sunt. b ¶ Totam familiam.
oportet redargui, qui vniuersas domos subuertūt, docentes
a ¶ Et hoc faciunt. ¶ Terrenæ rei, vel vt faciāt proselytos, sicut dominus dixit Scribis & Pharisæis Circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum. ¶ Pro terrenis acquirendis. b ¶ Verè tales sunt. c ¶ Qui eos conerat.
c quæ nō oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidā ex illis pro-
a ¶ Quod vtique ad hoc dictum est, ne propheta videretur. b ¶ Non Dei. ¶ Et si etiam aliorum. c ¶ Quia eorum benè naturam aperuit. d ¶ Sanguinem sitiente.
prius ipsorum propheta: † Cretenses semper mēdaces, malæ
a ¶ Gulosi, & ideo pigri. b ¶ Ne minus credas ei quia Gentilis, verba eius commendat Apostolus. c ¶ Docens quod non oportet.
bestiæ, ventris pigri. Testimonium hoc verum est. Quām ob
a ¶ Non verbales molliter. b ¶ Id est, vt rectè credant.
causam increpa illos † durè, vt salui sint in fide, nō intenden-
a ¶ Quia nesciunt vim scripturarum literalis obseruantiæ in qua nemo iustificatur apud Deum. b ¶ Iam non Dei. ¶ Alias auersantium.
d tes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auertentium se à
e

Leuit.10.

a *Sed hospitalem.*

HIERONY. Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denunciatur. Si enim omnes de Euāgelio desiderāt audire: hospes fui, &c. quantò magis episcopus cuius domus, omniū cōmune debet esse hospitiū? Laicus enim vnum aut duos, aut paucos recipiēs, implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes receperit inhumanus est.

B b *Contrādi.* Cōtradicētes enim nō vno modo intelligendi sunt, paucissimi quippè nobis cōtradicūt loquendo, sed multi malè viuendo. Quis enim audet apertissimè loquendo cōtradicere veritati? Non contradicunt multi lingua sed vita: quos redarguere bonum opus est, grandis sarcina, cliuus arduus.

-prudentē † temperantem

† 43.di.c.1. 45.dist.c.fi.

† cōuincere

† 1.q.1.c. dominus.

† seueriter

Augusti. de verbis apostoli Serm. 21.

CHRYSOSTOMVS. Hoc verò quod ait: *Et contradicētes arguere:* referendum est ad scientiam, qua etsi episcopi tantum se vita sancta, sibi potest prodesse sic viuens. Porrò si sermone & doctrina fuerit eruditus, potest se, cæterósque instruere: & non solùm instruere & docere suos, sed & aduersarios repercutere qui nisi refutati fuerint, atque cōuicti, facilè queunt corda simplicium peruertere. Hic locus aduersus eos facit, qui inertiæ se & otio, & somno dantes, putant peccatum esse si scripturas legerint, & eos qui in lege dñi meditantur die ac nocte, quasi garrulos, inutilésque contemnunt, non animaduertentes Apostolū post catalogū cōuersationis episcopi, etiā doctrinā præcepisse.

C CHRYSOSTOMVS. Non itaq; fastuosis verbis, sed summa illa opus est peritia scripturarum, vt absconditos sensus, intelligentiáq; retinetur. Non vides vt Paulus orbem conuerterit vniuersum,

D rit vniuersum, de longè maiora perfecerit quā Plato, & omnes huiusmodi cæteri? At fortè dicturus es, signorū gratia hoc illū potuisse peragere. Non ex signis tantùm hoc potuit: nam si Apostolorum euoluas actus, sæpius illum vi doctrinæ obtinuisse comperies, quam virtute signorum, &c.

c *Dixit quidā ex ill.*

AVGVSTINVS.
1 Iste fuit Epimenides
2 Cretensis, in cuius
3 libris hoc inuenitur:
4 qui homo inter pro-
5 phetas Dei non in-
6 uenitur, nec eius p-
7 phetia ad illa Dei e-
8 loquia pertinet quæ
9 Iudæis sunt credita:
10 & ideò nomen eius
11 non commemorauit
12 Apostolus sicut so-
13 let commemorare
14 pphetas Dei dicēs,
15 sicut & Dauid dicit,
16 vel Isaias. Vel cū ta-
17 citis nominibus illo
18 rum dicit, sicut scri- E
19 ptum est, & ea scri-
20 ptura intelligitur in
21 qua est autoritas
22 Dei. Homo autem
23 ineruditus, canis ra-
24 biosus veritati obla-
25 trans ausus est dice-
26 re istū de prophetis
27 Iudæorum fuisse, de
28 quo ait Apostolus:
29 *Dixit quidam ex illis,*
30 *&c.* Licet diuinæ au-
31 toritati vnde volue-
rit, quod verùm inuenerit testimoniū sumere, sicut & Paulus, vt legitur in Actibus Apostolorum, cum loqueretur Atheniensibus, ait de Deo: *In illo viuimus mouemur & sumus, sicut & quidam secundùm vos dixerunt.* Et de Atheniensis aræ inscriptione ait: *Inueni aram in qua subscriptum est: Ignoto Deo.* Ita diuina autoritas vndecunque sumit quod necessarium iuuenit, sed non omnia quæ scripta ibi sunt, accipienda confirmat. Vnde in lege præceptum est Iudæis, vt si mancipium Gentile emerent, eius pili raderentur, & vnguium incrementa abscinderentur, deinde ad vsus domesticos assumeretur. Ita vanis atque superfluis Gentilium superstitionum & Poëtarum sententiis abrasis & decisis, quod purū reptū fuerit ad ministeriū domus Dei assumēdū est.

d *Mandatis.* Quia mandata legis post manifestam veritatem iā hominum, non Dei mandata sunt. F

e *Auertentium.* Spiritualis intelligentiæ. Quidquid enim aduer sus veritatem

Lib.2. cōtra aduersariu legis & prophetarum cap.4.

† bonorum studiosum

† tenacem eius qui

† intractabiles

† quibus oportet obturare os.

Act.17.f.

Ibidem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non turpis lucri cupidum. *Id est, secularis, quod est per mercationes, & talia quæ non decent ministros ecclesiæ.*
2 Sed hospitalem. *Oportet eum esse ad peregrinos.*
3 Benignum. *Ad omnes.* 4 Prudentem. *In agibilibus.*
5 Sobrium. *Id est, tenentem sobriam mensuram in omnibus.*
6 Iustum. *Formaliter, quantum ad seipsum, & effectiuè quantū ad populum sibi subditum, in quo debet facere iusticiam & conseruare.*
7 Sanctum. *Erga Deum.* 8 Continentem. *Id est, firmiter se tenentem contra tentationis impetum.* 9 Amplectentē. *Id est, diligenter studentem in sacra scriptura.* 10 Vt potēs, &c. *Scilicet, fideles ad bonum.* 11 In doctrina sana. *Absque admixtione alicuius erroris.* 12 Et eos, &c. *Eos efficaciter refellendo.* 13 Sunt enim, *Hic consequenter reddit rationem vltimi dicti, scilicet quare debet esse potens inobedientes vel contradicentes arguere, dicens:* Sunt e.mul.et.inob. *Id est, veritati euangelicæ tradicentes.* 14 Vaniloqui. *Ex multiloquio suo mentes simplicium perturbantes, ideò subditur.*
15 Et seductores. *Per mendacia colorata.*
16 Maximè, &c. *Quia supple sunt tales.* 17 Quid de cir. &c. *Isti erant falsi apostoli de Iudaismo conuersi, non tamen rectè, quia cum obseruatione euangelij volebant obseruationem legalium introducere, vt habetur infrà eo.cap.* 18 Quos oportet, &c. *Quia legalia mortua fuerunt in passione Christi, & mortifera post publicationē euangelij, prout supra declaratū fuit diffuse ad Ro.3. & Gal.2. & 1.Ti.5:*

91 Qui

19 Qui vniuer.do. *Fidelium.* 20 Subuertunt. *Id est, subuertere nituntur.* 21 Docentes, &c. *Id est, nō sana, sed pestifera.*
22 Turpis lu. &c. *Id est, propter quæstū: & sic in duobus peccabāt, scilicet in doctrina in intentione docendi. Et declarat propositum per dictum cuiusdam doctoris illius gentis dicitur.*
23 Dixit quid. &c. *Per hoc autem quòd non dicitur propheta absolutè, sed propheta ipsorum, datur intelligi quòd non fuit vere propheta loquens spiritu diuino, sed humano sicut expertus fuit viuens inter eos. Dicitur tamen propheta largè & participatiuè inquantum verū dicit, sicut & prophetæ vera loquuntur. Et subditur eius dictum cùm dicitur.*
24 Cretenses, &c. *Id est, assueti mendaciis.*
25 Malæ bestiæ. *Id est, mordaces verbis.*
26 Ventris pigri. *Id est, gulosi. Ille enim qui habet ventrem nimis impletum, non potest ire expeditè, sed tardè & pigrè.*
27 Quam ob caus. &c. *Id est, quia sunt talibus vitiis assueti.*
28 Increpa illos, &c. *Et non molliter, sicut Heli. 1.Reg.2.c. Vnde Hieronym. Heli pro filiorum suorum iniquitate damnatus est: Corripuit quidem eos, sed lenitate patris, & non autoritate pontificis.*
29 Vt sa.fint. *Catholica,* 30 Non intend. &c. *De obseruatione legalium quæ mortua fuerunt in passione Christi. Et ideò quidquid dicitur de necessaria obseruatione eorum, totum est fabulosum & falsum.* 31 Et man. *Fecerant enim Iudæi multa statuta, per quorum obseruationes irritabantur præcepta diuina, secundū quòd improbat eis Saluator Matth.15.a.d.* Quare irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram?

Omnia

A sus veritatem opponitur, humana inueteratio est. Ideò mandata hominum & fabulas appellat quæ narrant, quia nescientes vim scripturarum & interiora verborum legis colorem sequuntur non saporem, putant enim nunquam recedendū esse ab his quæ Moyses tradidit, vtpotè de escarum differentia.

a ¶ Docent enim de ciborum discretione, cùm non sit, b ¶ Q. Verè se auertunt, quia. ¶ Humanis vsibus concessa. c ¶ Qui bona fide sumunt, & iusti sunt. d ¶ Per peccatum.
a à veritate. † Omnia munda mundis, coinquinatis autem & 1
a ¶ Qui non credunt in Deum vel Deo. b ¶ Quia non sunt digni donis Dei. 2
c ¶ Q. non ex cibo est coinquinatio eorum, sed ex malo intellectu & conscientia peccatorum. 3
infidelibus nihil mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mēs 4
¶ Quia. ¶ Verbis. a ¶ Quidem. ¶ Vnde, Ioannes, Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius, non capit, mendax est. 5
b & conscientia. † † Confitentur se nosse Deum, factis autem 6
¶ Deo odibiles. ¶ Nec habiles credere. a ¶ A Deo reprobati, vt non habeant gratiam ad bene operandum. 7 8
negāt, cum sint abominati & † incredibiles, & ad omne opus 9
bonum reprobi.

August. lib. 31. cōtra Fau. Manic. cap.4. & lib. 6. ca.7. & in Psal.103. Gen 1.d. † 82 dist.c. proposuisti. 1.q.1.c. dominus.§. itē nos.

† 11.q.3.c. æstimant.

a *Omnia.* Quod ipsi negant, ideò quia in lege quædā Moyses prohibuit, & ab immūdis munda discreuit. Hoc autē nō secūdū naturas, quas Deus creauit, intelligi voluit, sed secūdū significationes. Omnia ergo mūda sunt mundis secundū naturas, vnde in Gen. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Secundū significationes quædam immunda sunt Iudæis: nec nobis omnia apta sunt, vel propter salutem corporum, vel propter consuetudinem humanæ societatis.

B AMBROSIVS. Istos mūdos esse significat, qui & qua causa interdicta sunt norunt, & qua causa concessa sunt postea, nā si quæ fecit Deus bona sunt: dubium nō est quia & munda sunt. Si enim bona facta leguntur, cur interdicuntur vt quasi execrabilia? Si execrabilia non sunt, quia bona; sunt, propter duritiam interdicta noscuntur, quia indigni habiti sunt tota Deo vti creatura.

Lib.6. cōtr. Fau. Manic. cap.6.

AVGVST. Vnde re vera Manichæis nihil est mundū, quādoquidem ipsam Dei substātiam non solū coinquinari potuisse sed etiam ex parte coinquinatam contendunt. Vnde mirum est, quod ita se dicunt immundas omnes carnes existimare, & ob hoc ab eis abstinere, quasi aliquid existiment esse mundum, non solū escarū, sed omniū creaturarū. Nā & ipsa olera & poma & omnes fruges & totam terram & cœlū commixtione gentis tenebrarum perhibent inquinata.

Ibidem.c.9.

IDEM. Omnia quippe quæ naturaliter sunt, in ordine suo bona sunt, & nemo in eis peccat, quasi qui suum ordinem in Dei obedientia non custodiens, eorum quoque ordinem malè vtendo perturbat.

HIERONYMVS. Sed considerādum ne ista tractantes, occasionē illi hæresi demus, quæ putat de Idolothitis esse vescendum: quia omnia nuda sunt mundis, nunc enim Apostolo non fuit propositum, de his qui immolantur dæmonibus disputare: sed aduersus Iudæos, qui secundū legis abolitæ disciplinā, quædam munda, quædam arbitrabantur immunda. In nobis est itaque comedere

D itaque comedere vel munda, vel immunda. Si enim mundi sumus, munda est nobis creatura: Si autem immundi, fiunt nobis omnia communia.

CHRYSOST. Non igitur per naturam munda, aut immūda sunt, sed ex accipientium voluntate atque proposito. Num igitur & suilla caro munda est? Vtique: cur ergo quasi immunda lege prohibetur? nō quod immūda esset hoc fecit, sed deliciarum partem maximam amputare contendit. Nihil enim Deus fecit immundum, sed peccatum solum est quod inquinat omnia, & facit immūda: quippe animam tangit & penetrat, eámque sordibus inquinat. Hoc autem humore electionis est vitium, &c.

† profitētur

† increduli

b *Factis aut.* Si negatio non tantum lingua fit, sed etiam factis, certe multos inuenimus Antichristos, qui ore confitentur Christum, & moribus dissentiunt ab eo. Quisquis factis negat Christum, Antichristus est. Tales sunt omnes mali Catholici, qui nō verbis, sed factis negant. Nolite ergo esse tanquam de fide securi adiungite fidei rectæ vitam rectam, vt Christum confiteamini, & verbis vera docendo, & factis benè viuēdo. Nam si cōfitemini verbis & non factis, fides talium meorum propriè fides est dæmoniorum.

Multi Antichristi. E

Tract.3 in epist. Ioan. li.4. de Do. Christ cap. 29. & Serm. 31. de verb. Apost.

AVGVST. Quid est negare factis? & supbire & schismata facere, non in Deo, sed in homine gloriari. Ita factis negatur Christus, vnitatem quippe amat.

De verbis apostoli serm.31.

HIERONYMVS. Existimant quidam in eo tantum Deū negari, si in persequutione quis à gentilibus comprehensus, se renuerit esse Christianum, sed ecce apostolus omnibus quæ peruersa sunt factis; Deū asserit denegari. Christus sapientia est, iusticia, veritas, sanctitas, fortitudo, negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iusticia, per mēdacium veritas, per turpitudinē sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescunque vincimur vitiis atq; peccatis, toties Deū negamus. Et quoties benè quid agimus, Deū cōfitemur. Nec arbitrandū est in die iudicij, illos tantū à Dei filio denegandos, qui in Martyrio Christum denegarunt, sed per omnia opera, sermones, cogitationes Christus vel negatus negat, vel cōfessus cōfitetur.

PRIMASIVS. Neminem ita vt se dicunt nosse Christū quibus ex lege promissus est, sed factis negant aduentum eius, cum se sine legis auxilio putant iustificari non posse.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnia. *Cibaria.* 2 Munda. *supple sunt.*
C 3 Mundis, *Id est, per baptismum sanctificatis.*
4 Coinq.au. &c. *Et subditur causa, cùm dicitur.*
5 Sed inqui. &c. *Propter quod dicit Saluator Matth.15.b. Non quod intrat in os coinquinat hominem scilicet cibus, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem, scilicet detractiones, blasphemiæ & huiusmodi, quæ primò procedunt ex corde malo & conscientia coinquinata.* F
6 Confiten.se. *Dicētes se esse Christianos falsè tamē, ideò subditur.*
7 Cum sint abom. *Deo.* 8 Et incredi. *Id est, increduli.*
9 Et ad omne. *Quia nullum opus potest esse bonum meritoriè sine fide, Hebr.11.b.* Sine fide impossibile est placere Deo.

ADDITIO.

Cap.1. *Vbi dicitur in Postilla.* Vt patet per Arist. qui licet veriùs aliis scripserit aliqua, tamen falsa immiscuit.

Non vtatur Aristot. concludere seu asserere æternitatem mundi, sed potius istud relinquere tanquam problema neutrum. Licet enim probat quòd materia prima non sit generabilis nec corruptibilis, similiter quòd generatio vnius est corruptio alterius & huiusmodi, ex his non sequitur quòd mundus non incipit esse per modum creationis. Similiter licet in nono Methap. concludat numerum intelligentiarum separatarū, hoc est secun dū considerationem motuū orbium cœlestiū & est processus naturalis: quia ad cognoscendū intelligibilia non possumus naturaliter peruenire nisi quæ sensibilia, sed secundùm sententiam sanctorum qui scripturas diuinas scrutantur, substantiæ immateriales excedunt quasi incomparabiliter secundùm multitudinem substantias materiales.

REPLICA. *In epistola ad Titum 1.cap. Vbi Postillator dicit Arist. in pluribus benè scribentem. falsitates tamen sæpè inseruisse, sicut æternitatem mundi, & numerum intelligentiarum, &c. Burg. hic sicut & Ioan.1. nititur Arist. defendere ab erroribus illis, in quibus tum schola Parisiensis eum damnauit, & corruptionem illius vide Ioan.1.*

CAP. II. *TV autem loquere dec. sanam doctr.* Hæc

CAPVT II.

¶ Illi docent quod non oportet. ¶ Ea. ¶ Id est, Doctrinam sanæ fidei. 1
TV autem loquere quæ decent sanam doctriuam. 2

Hæc sunt quæ ad bonos mores pertinent.

Senes vt

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT II.

TV autem loquere, &c. *Postquam Apostolus instruxit Titum de ordinatione ministrorum ecclesiæ hic consequenter instruit eum de informatione plebis sibi commissæ: & primò quantum ad aliquos specialiter, secundò quantum ad omnes generaliter seq. cap. Prima in tres secundùm tres gradus hominum. Partes patebunt prosequendo. In prima parte docet eum quantum ad eos qui sunt in statu senili dicitur.*

Diuisio

1 Tu autem loq. *Informando populum.*
2 Quæ decent sa.doct. *In moribus.*

Senes vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Senes vt sobrij sint.* CHRYSOST. Habet senectus vitia quædam propria, & morbos quibus iuuentus caret. Et ipsa quoque senectus morbus est, ineſt illi tamen præterea segnities quædã ac tarditas, obliuio profunda, obtusio sensuum & iracundia. Sunt enim plurima, quæ in huiusmodi ætate vix fieri patiantur.

✠ PRIMASIVS. Hic senes, seniores eccleſiæ appellat, quos necesse est omnibus formam præbere.

† graues i. honeſta pręferentes

b *In ha.san.* Vt scilicet earum incessus, motus, vultus, sermo præferant sanctitatẽ.

† sobrias reddant Hieronym.

c *Non vi.mul.* Solẽt enim esse quædam, quæ corporis frigescente luxuria, vino se pro libidine dederunt,

✠ HIERONYMVS. A vini ergo nimio potu anus prohibeantur: qm̃ quod

† malè audiat

B in adolescentibus libido, sic in senibus ebrietas est, aut quomodo potest anus docere adolescentulas castitatem: *cum sit ebrietatem vetulæ mulieris adolescentula*, fuerit imitata, pudica esse non possit. Signanter autem expressit, non multò vino seruientes: seruitus enim quædam est & extrema conditio, vino sensus hominis occupari, & non suum esse, sed vini.

✠ CHRYSOST. Idem quippè mulierum, atque senectutis propriè vitium est. Non quod ætate frigescant, magno potationis inseruiunt studio: quocirca eas abhoc vitio remotissimas cupit, namque facilius vapores ex infimis ad superiora feruntur, ac cerebrũ occupãt, & caput hinc leditur, atque inde maximè ebrietas fit: habet quidem vino opus hæc ætas, cum infirma sit, cæterùm temperato.

d *Bene do.* Non quidem publicè viros, sed priuatè.

Hieronym. c *Vt viros sit.* Quos naturali affectu naturaliter diligunt, amẽt etiam pudica dilectione, vt scilicet cum pudore viris debitum potius reddant, quàm exigant.

✠ CHRYSOST. Præcipuum illud est domesticæ pacis, ac bonorum omnium fundamentum, si vxor viro per omnia consentiens sit. Nam vbi hoc fit, nihil triste cõtingere poterit. Quo pacto enim cum caput corpori connexum coniunctúmque sit, vlla ibi seditio, vlla dissentio oriri possit, necessariò profectò re-

C liqua omnia in pace sunt. Principibus namq; pacatis, quibus iã pacem diuidere possit, atque discindere? quemadmodum è contra, his inuicem dissentientibus, nihil salubre esse poterit, totáq; simul mutabit familia.

f *Vt non blasp.* Hoc ad senes & ad omnia superiora potest referri, quasi hortare senes & anus & adolescentulas, vt ita se habeãt vt dixi quod ideò facere dicunt, vt non blasphem. &c.

✠ HIERONYMVS. Verbũ autem domini blasphematur: vel cum contemnitur Dei prima sententia & pro nihilo dicitur: vel dum contra legẽ fidémque naturæ, ea quæ Christiana, & ex Dei lege subiecta viro imperare desiderat, cum etiam gẽtiles fœminæ, viris suis seruiant cõmuni lege naturæ.

† modesti

† honesta

✠ CHRYSOST. Audiant mulieres quæcũq; malis aut infidelibus coniũctæ sunt viris, audiãt atq; discant moribus, pębis ac virtutis operibus, eos ad Dei cultum & religionem adducere, quod si nihil aliud lucrata fueris, neque virum ad consortium fidei, rectorúmque dogmatum traxeris, illius tamen ora obstruxisti, neque blasphemare permisisti Christianæ religionis honorem, &c.

† † 28.q.1.c. 1.in fine.

† vt sobriæ sint, puræ

g *Iuuenes simil.horre.* Quia iuuentus promptior est ad lapsum, continuò iubetur, quod vt faciliùs fit, magistrum iubet formã esse, vt quod docet verbis ostendat factis, vt ita prophani erubescant.

h *In omnibus, &c.* Omnis enim qui malè viuit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantum in ipso est occidit eos, & si illi viuunt, de misericordia Dei viuunt.

a auguſt. de paſtoribus cap. 4.

✠ AMBROSIVS. Attendit enim ouis etiam fortis plerumq; præpositum suum malè viuentem, si declinet oculos à regulis dñi, & intendens in hominẽ, incipit dicere in corde suo, si præpositus mẽs sic viuit, ego quid sum qui nõ faciã quod ille facit?

✠ HIERONYMVS. Nihil prodest aliquem esse exercitatũ in dicendo, & ad loquendum triuisse linguam, nisi plus docuerit exemplo quam verbo. Denique qui impudicus est, quamuis disertus sit. Si ad castitatem audientes cohortetur, sermo eius infirmus est, & auctoritatem non habet cohortandi. Et è contrariò quamuis sit rusticanus & tardus ad loquendum, si castus fuerit, exẽplo suo põt homines ad vitæ similitudinẽ impellere.

✠ CHRYSOST. Sic omnibus doctrina, exemplárq; virtutis tuæ, speculum vitæ, quod omnibus proponitur ad imitandum, velut primitiua quædam imago, omnia in se habens, quæ bona atque honesta sunt: quæ magna cum facilitate volẽtibus aliquid sui decoris imitari, exempla semper præbere parata sit.

F

☞ *Vt doct. sal.*

D

a *Seruos dominis suis subditos, &c.* ✠ HIERONYMVS. In his autem omnibus, quæ non sunt contraria Deo: vt si dominus ea iubet quæ non sunt aduersa scripturis sanctis, seruus subiiciatur domino suo. Sin verò contraria præcipit, magis obediat spiritus quam corporis domino.

✠ CHRYSOST. Neque enim ex verbis dogmata, verum ex ipsis rebus, atque vita gentiles iudicare consueuerũt. Sint igitur illis & vxores, & serui in magisterium rectissimæ conuersationis norma. Quippe & apud eos, & vbique terrarum istud pro cõfesso habetur, seruorum genus fermè impudens esse, formatúque difficile, lasciuum, lubricum, parúmque idoneum ad virtutis capessendam doctrinã, non id quidem naturæ causa, absit, verum propter conuersationis vitæque negligẽtiam. Solẽt enim huiusmodi in his quæ mores tangunt à dominis negligi. Nihil enim aliud fermè curant hi, in quorum potestate sunt, quàm ministeriũ suum, &c. Cum igitur perspexerint genus à Deo impidens, veluti frenis impositis ex religionis nostræ cultu honestius omnibus euasisse, atque modestius, etiam si valde stolidi fuerunt atque irrationabiles domini magna profectò concipient de fidei ac religionis nostræ dogmatibus.

b *Vt doctri.sal.* Hoc refertur ad omnia prædicta s. ad senes & anus & seruos. Q. Hortare omnes prædictos, vt ita se habeant vt præscriptum est, vt ita ornent in actibus suis doctrinam sal. &c.

c *Ornent.* Ornamentum doctoris est honesta vita discipuli.
Ap.enim. Q. Omnes monendi sunt, quia omnibus natus est, nullum excluſit. Vel.

d *Gratia.i.* Christus qui est gratia Dei. Vel gratia Dei & sal. &c.

i. Deus

¶ i Vobis contrarius.

aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. 1
a ¶ Hortare. b ¶ Quibuslibet tam bonis quàm malis. c ¶ Quæ non sunt contra Deum. 2

a † Sẽruos subditos dõminis suis esse, in omnibus placentes, 3
a ¶ Hoc modo placere poterunt, cum non mutauerint cum domini eos aliquid iusserint. b ¶ Eos debito seruitutis. ¶ Etiam in animum. 4

† Ephe.6.a Col 3.d 1.Per 2.c

non † contrãdicentes, nõn † fraudantes, sed in omnibus bo- 5
b ¶ Hoc refertur ad omnia. 6

† responsatores. † 23.q.5.c. ii apud.

b nam fidem ostendẽtes, † vt doctrinam Saluatoris nostri Dei 7
a ¶ Bonis operibus & fide. b ¶ Actibus suis. c ¶ Per carnem. 8

c d ornẽnt in omnibus. Apparuit enim grãtia Dei † & saluatoris 9
a ¶ Ad vtilitatem omnis generis hominum, siue quo non profuisset nasci. ¶ Quantum ad se. b ¶ Exemplo vitæ & doctrinæ, in quo eum sequi debet. 10

nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos, † vt abnegantes 11
a ¶ Vanæ culturæ, & ignorantiam. b ¶ In nobis c ¶ Ad proximum. d ¶ Ad Deum 12

impiẽtatem & sæcularia desideria, sõbriè & iustè & piè viua- 13
a ¶ Tam fragili. b ¶ Per hoc. ¶ Certi & soliciti. c ¶ Gloriam æternam. d ¶ Alias manifestationem. 14

e mus in hoc sæculo, † expectantes beatam spem & † aduẽ- 15
a ¶ Non hominis infirmi, non mortalis, non passibilis vt prius. 16

tum gloriæ mãgni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui 17
a ¶ Non solum eruditis. ¶ Per hoc sumus securi de spe. ¶ Ad hoc. ¶ Per sanguinem. 18

dẽdit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni ini- 19
a ¶ Tam ab originali quàm actuali. ¶ Alias peculiarem. i. proprium. 20

f quitate, & mundãret sibi populum acceptabilem, sectato- 21
a ¶ Nescientibus. b ¶ Scientes. c ¶ Negligentes & rebelles 22

g rem bonorum operum. Hæc loquẽre & exhortãre, & argue 23
¶ Ita cum imperio. a ¶ Pro simplicitate. 24

cum omni imperio. Nemo te contẽmnat. 25

grata anima, quæ huiusmodi gratia non ad meliora sectanda pronocari sufficeret? Illud enim gratię est, cum à sæcularibus cupiditatibus liberamur atque ad cœlum digni subuehimur.

e *Et aduentum gloriæ magni Dei, &c.* Qui non in infirmitate vt prius, sed in gloria & potestate veniet præmia daturus secundùm merita, qui in primo aduentu adeo humilis fuit, quod non solum eruditi, sed etiam *dedit se.*

Augu. tract. 7. Ioan.

f *Sectatorem bonorum operum, &c.* Quia ad hoc redemit nos Christus, vt puram vitam sectantes & repleti operibus bonis, Dei hæredes esse possimus.

g *Argue cum omni, &c.* Iam non asperè accipitur, cum pro salute fieri sciatur.

☞ CAP.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Senes vt sobrij sint. *Id est, moderati in actibus suis, quod exigit maturitas ætatis.*
2 Pudici. *Id est, casti. quia contrarium est valdè detestabile in antiquis eò quòd in eis frigescit calor naturalis.*
3 Prudentes. *In agibilibus, quod debet esse in eis acquisitum per experientiam longi temporis.*
4 Sani in fi. *Absque admixtione erroris.*
5 In di. *Quæ est forma fidei.*
6 In patient. *Similiter sint sani ita q̃ non frangantur per impatientiam in aduersis.*
7 Anus sim. in ha. sanct. *Religioso & honesto supple sint.*
8 Non crimina *Id est, imponentes de facili crimina iuueniculis.*
9 Non mul. vi. ser. *Nam potatio vini excessiua inducit ad fractionẽ castitatis vidualis.*
10 Bene do. *Non in publico: sed in secreto iuniores mulieres.*
11 Adolescentulas. *Hæc est secũda pars in qua instruit eum de personis existentibus in statu iuuenili dicens.* Adolescentulas. *Supple admone.*
12 Vt vi. suos ament. *Sicut seipsas, quia vir & vxor sunt vna caro.*
13 Filios suos di. *Non solùm quantum ad corpus eos nutriendo, sed etiam quantum ad animam eos in moribus informando.*
14 Prudentes. *Supple esse in gubernatione domus & familiæ.*
15 Castas. *Castitate coniugali.*
16 Sobrias. *In cibo & potu, quod multum facit ad castitatem seruandam.*
17 Domus curam hab. *Et non per alienas domus vagantes.*
18 Benignas. *Erga omnes.*
19 Subditas suis viris. *Vt non nobilitate vel diuitiis elatæ nolint eis obedire.*
20 Vt non blasp. *Id est, doctrina euangelica, & refertur hoc ad omnia prædicta & etiam sequentia tunc enim habitabant Christiani inter infideles, & ideò fit fuissent incompositi moribus, infideles fidem Catholicam derident.*
21 Iuuen. simil. *Quia iuuentus impellit ad sequendum impetus passionum maximè concupiscentiæ carnalis, propter quod retinenda est in freno sobrietatis: & quoniam turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum & in moralibus magis mouent facta quàm verba ideò consequenter informat Titum dicens.*
22 In omnibus teip. *Informando subditos factis.*
23 In doctrina. *Informando eos verbis sacris.*
24 In integritate. *Id est, puritate mentis & corporis.*
25 In grauitate. *Gestus exterioris.* 26 Verbũ sa. *Supple sit.*
27 Vt is qui ex ad. *id est, aduersarius fidei.*

✠ Vereatur

NICOLAVS DE LYRA.

13 Et sæcularia desideria, &c. *quæ tendunt ad diuitias, honores & delitias.*
14 Sobriè. *in vobis.*
15 Et iu. *ad proximum.*
16 Et piè. *ad Deum.*
17 Viuamus in hoc sæ. *fragili & transitorio. ideo subditur.*
18 Expectantes beatam spem. *id est gloriam æternam à nobis speratam.*
19 Et aduentum gloriæ, &c. *Nam in primo aduentu venit in humilitate & subiectione in secundo veniet in gloria & potestate, & subditur de primo aduentu.*
20 Qui dedit semet. *in humilitate factus obediens vsque ad mortem crucis.*
21 Ab omni ini. *s. originali & actuali.*
22 Et mun. *per sacramentum baptismi, quo deletur originale peccatum & actuale.*
23 Sibi po. ac. *per gratiam baptismalem.*
24 Secta. bo. *ita quod gratia baptismalis non detur in vacuum, s. ad bene operandum.*
25 Hæc lo. *ignorantes docendo.*
26 Et exhortare. *iam scientes ad melius inducendo.*
27 Et ar. *delinquentes.*
28 Cum omni *i. autoritate pontificali.*
29 Nemo, &c. *Prælatus enim nimis molle contemptibile redditur suis subditis.*

B

CAP. III.

A a Admone, &c. Sequitur.

b Ad omne opus, &c. Q. Admone, vt ad malum tardi sint, sed ad bonum parati, scientes quod singulis persolui oporteat, quia singulis paratur.

c Eramus enim & nos aliqua. Etsi philosophi essent quidam nostrum, vera tamen sapientia carebant.

✻ HIERONYMVS. Quærat aliquis quomodo Paulus stultus fuerit, incredulus, errans, & seruiens variis desideriis, antequam saluatoris nostri clementia per lauacrum regenerationis saluũ faceret? ad quod respõdetur, Iudæos qui ante aduentum saluatoris & passionem eius, & resurrectionem in lege versati sunt, licet non plenam, aliquam tamen habuisse iustitiam. Postquam verò populus conclamauit: *crucifige*, *&c.* Ex eo tẽpore, qui in Christum non credidit, fuit stultus, errabundus, incredulus, & seruiens variis voluptatibus.

B

† erga homines amor

† indubitatus.

CAP. III.

¶ Etsi habes imperium spirituale, tamen admone. ¶ Regibus & ducibus. ¶ Minoribus.

a Admone illos, principibus & potestati- 1

¶ Illorum. 2

bus subditos esse, † dicto obedire, ad 3

¶ Nunquam ad malum. 4

b omne opus bonũ paratos esse, † nemi- 5

¶ Etsi præmuntur ab illis. 6

nem blasphemare, † non litigosos esse, 7

¶ Verbis & factis. a ¶ Quia sic infideles & perfidi ad futuram spem vocari possunt. b ¶ Bonos vel malos. 8

sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad om- 9

a ¶ Hoc ideo debemus, quia & nos aliquando fuimus quod ipsi, sic poterunt esse quod nos sumus per eandem gratiam. 10

c nes homines. Eramus enim & nos aliquando insipientes & 11

¶ Per mala opera. ¶ Animi. ¶ Carnis.

increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus va- 12

a ¶ Nocendi. b ¶ De aliorum successibus. ¶ Si nocere non licuit. c ¶ Vitam nostram. d ¶ Deo vel aliis hominibus. 13

riis, in malicia & inuidia agẽtes, † odibiles, odientes inuicem. 14 15

a ¶ Benignus & humanatus Deus, vel larga misericordia & clementia Dei. b ¶ Idest illuxit hominibus. ¶ Mundo per carnem. ¶ Vel nobis per fidem. 16

d Cum autẽ benignitas & † humanitas apparuit saluatoris no- 17 18

a ¶ Quia nulla bona feceramus nos.

stri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũ- 19

a ¶ In forsitan etiam illos qui adhuc increduli. Iam spe futuræ salutis. b ¶ Baptismi ¶ In quo deposito veteri homine generatur nouus. 20

dum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum re- 21

a ¶ Quia qui credit quotidie, magis & magis renouatur per spiritum in baptismo datum b ¶ Spiritum.

generationis & renouationis spiritussancti, quem effudit in 22

a ¶ Ad remissionem omnium peccatorum ad copiam virtutum. b ¶ Ad hoc istud addat. 23

nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut 24

a ¶ Interim in præsenti. b ¶ Etsi nondum secundum rem. 25

iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ 26

a ¶ Verax. b ¶ Iste quod Christus saluauit & hæredes fecit. c ¶ Prædictis. d ¶ Alios. ¶ Vel volo te confirmare scilicet eos qui credunt Deo, vt curent. 27

æternæ. † Fidelis est sermo. Et de his volo te confirmare, 28

ptatibus. An non vobis videtur Paulus fuisse stultus, quando habebat zelum Dei, sed non secundum scientiam, & persequebatur ecclesiam, & lapidantium Stephanum vestimenta seruabat? Quis autem maior error & inobedientia, quàm postquam respirauit dies, & præterierunt vmbræ, legem abolitam velle seruare, & apparente solido cibo & virili, infantiæ lacte cupere potari?

D

† magistratui.

† nec de quoquã maledicant

† 46. dist. §. 1. & 2. q. 7. c. sicut sacerdotes.

d Benignitas, &c. per quam dona nobis spiritualia abunde tribuit. Vel:

† odiosi

✻ AMBROSIVS. Hoc bonum quod in Christianis florere videtur, de radice diuinæ pietatis oritur. Deus enim misericordia sua saluos nos fecit per Christum, cuius gratia renati spiritum sanctum recepimus abunde, vt bonis operibus imbuti possimus ipso nos in omnibus adiuuante, vt per hæc hæreditatem regni cœlorum assequi possimus.

E

a Præesse

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

✻ 1 Admone. *Postquam Apostolus Titum instruxit de informatione populi secundum gradus speciales, hic consequenter instruit eum de informatione generaliter quo ad omnes, & primo qualiter se debeat habere erga principes, secundo erga hæreticos homines, ibi:* Hæreticum *Prima in duas: quia primo ponitur instructio, secundo instructionis ratio, ibi* Eramus enim. *Circa primum dicit.* Ad mo.il.*i. subditos tuos generaliter.*

2 Princip.&c.*secularibus.*

C 3 Subditos. *Tales enim potestates procedunt ex Dei ordinatione, qui secundum voluntatem suam transfert regna atque constituit, Dan. ij. & ideo qui tali potestati resistit, ordinationi Dei resistit, Rom. xiij.*

4 Dicto.*s. potestatis.*

5 Obe.*in licitis, ideo subditur.*

6 Ad omne,&c. *In hoc enim non solum obeditur homini, sed Deo cuius minister est iudex siue potestas, vt dicitur Ro. xiij.*

7 Neminem. *etiam iniuriantem, sed patienter tolerare, aut rationabiliter obuiare. ideo subditur.*

8 Non litigiosos,&c. *sed modestos, mensuram debitæ rationis seruando: nam aliquando expedit de iniuriantibus iustitiam quærere. vtpote, quando ex tolerantia nutritur iniuriantibus audacia malefaciendi.*

9 Omnem,&c. *secundum rationis dictamen, aliter non esset mansuetudo sed magis pusillanimitas.*

10 Ad omnes homines. *tam fideles quàm infideles.*

11 Eramus. *Hic consequenter ponitur dictæ instructionis ratio. Et est duplex. Prima accipitur ex parte status conuersorum ad fidem catholicam ante conuersionem in quo statu erant mali & defectuosi. & ideo debent defectuosis hominibus & infidelibus condescendere per mansuetudinem quantum potest fieri bono modo secundum rationis dictamen. ideo dicit:* Eramus enim a. &c. infi. *idest sine sapientia vera quæ est Christus, quamuis tunc aliqui essent philosophi mundana præditi sapientia.*

12 Increduli. *in his quæ sunt supra rationem, cuiusmodi sunt ea quæ sunt fidei.*

13 Errantes. *in moribus.*

14 Seruientes,&c. *i. passionum sectatores.*

15 In malitia,&c. *quantum ad alios qui peccabant ex certa malitia, & quia hoc est valde destabile, ideo subditur.*

16 Odibiles. *scilicet Deo.*

17 Odientes inuicem. *quia mali homines non habent amicitias ad alios, nec etiam ad seipsos, vt declarat philosophus. viij. Ethicorum.*

18 Cum autem beni. *Hic ponitur secunda ratio dictæ instructionis, secundo ex dictis infertur quædam conclusio, ibi:* Fidelis. *Ratio accipitur ex credentium statu post suam conuersionem ad quem vocati sunt vt sint hæredes vitæ æternæ & hoc ex mera Dei gratia & benignitate: propter quod benigni aliis etiã infidelibus debẽt esse, maxime principibus quantũ potest fieri secundum Deum: & hoc est quod dicit.* Cum autẽ be.& hu. *a. humanitas in eius natiuitate. benignitas autem in sua conuersatione.*

F

19 Non ex op. quæ fecimus. *nos peccatores.*

20 Sed se.&c. *salus enim æterna excedit totaliter facultatem naturæ humanæ: propter quod non potest eam attingere, nisi ex largitate diuinæ misericordiæ.*

21 Per la.re. *idest baptismi, qui est spiritualis generatio. Ioh. iij. a.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

22 Et re.spi. *Spiritus enim sanctus in baptismo datus terminat vitam veterem quæ fuit sub peccato, & inchoat nouam quæ est in gratia.*

23 Quem,&c. *ad deletionẽ omnium peccatorum & copiã virtutum.*

24 Per Ie. *ex cuius passione habet efficaciam baptismi sacramentum.*

25 Vt iu.gra. *qui facit nos Dei filios adoptiuos, & per consequens.*

26 Hære.simus. *in præsenti, & in futuro erimus secundum rem.*

27 Fidelis. *Hic ex dictis infertur conclusio. s. quod Titus de hac spe vitæ æternæ informet suos subditos, & deuitet doctrinam inutilem & curiosam, dicit igitur:* Fidelis ser.est. *s. quod simus hæredes secundum spem vitæ æternæ.*

28 Et de his,&c. *Est enim spes ista ancora animæ, tenens eam immobilem in bono sicut ancora materialis nauem in mari. Sed in hoc est differentia, quia ancora materialis figitur deorsum in maris fundo. hæc autem figitur sursum in cœlo. ideo dicitur. He. vj. d.* Fortissimum solatium habeamus, qui cõfugimus ad tenẽdam propositam spem, quam sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam & incedentem vsque ad interiora velaminis. *i. ad secreta cælestia quæ sunt nobis velata.*

15 In ✻ 1 Vt

a *Præesse.* i. magis proficere. & seipsis meliores fieri.

A b *Hæreticum ho.* Hæreticus est qui per verba legis legem impugnat. proprium enim sensum astruit ex verbis legis, vt prauitatem mentis suæ legis autoritate cõfirmet: qui vitandi sunt: quia frequentius correcti exercitatiores essent ad malum.

Ambrosius Hæreticus quis.

✻ HIERONYMVS. Hæresis Græcè ab electione dicitur, quod scilicet vt vnusquisque id sibi eligat, quod ei melius esse videatur. Philosophi quoque stoici, peripatetici, academici, epicurei, illius vel illius hæreseos appellantur. Quare autem post vnã & alteram monitionem vitãdus sit reddit causas: quia subuersis est. qui enim semel bisq; correptus, audito errore suo non vult corrigi, errare existimat corrigentem, & ecõtrariose ad pugnas & iurgia verborum parans, cum vult lucrifacere à quo docetur. Propterea verò à seipso dicitur damnatus, quia fornicator, adulter, & cætera vitia per sacerdotes de ecclesia propelluntur. Hæretici autem in seipsos sententiam ferunt, suo arbitrio de ecclesia recedentes: quæ recessio videtur propriæ conscientiæ esse damnatio. Inter hæresim & schisma hoc interesse arbitramur, quod hæresis peruersum dogma habeat: schisma autem propter episcopalem dissensionem ab ecclesia pariter separet.

† 24. q. 1. quod igitur. & q. 3. c. dixit Apostolus. 26. q. 5. c. episcopi. in prin.

B

Li. 3. cap. 3. ✻ IRENÆVS. Tantum apostoli, & horum discipuli habuerunt timorem, ne verbo tenus communicarent alicui eorum qui adulterauerant veritatem, quemadmodum ait Paulus: *hæreticum hominem deuita.*

In vita Antonij. ✻ ATHANASIVS. Schismaticorum quoque & hæreticorum venena vitate, meúmque circa eos odium sectamini; quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter prauam eorum voluntatem, & pertinax contra Christum bellum. *Verba sunt Antonij magni ad fratres monachos.*

✻ HIERO-

C

a ¶ Aliis multis, vel sibiipsis. b ¶ Ideo volo te de prædictis confirmare alios, quia. ¶ Prædicta.

a vt curent præesse bonis operibus, qui credũt Deo. Hęc sunt 1

a ¶ In se. b ¶ Aliis. c ¶ De his confirma. d ¶ Vbi nec salus nec vtilis scientia. 2

bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones & ge- 3

a ¶ Originum enumerationes. b ¶ Quas de lege faciunt, vt de cibis, quos alij asserunt discernendos, alij non. c ¶ Vt quando inemendata scriptura de annis Mathusalem & de huiusmodi aliis contraria vel impossibilia sentire videtur. 4 5

nealogias & contentiones & pugnas legis † deuita. Sũt enim 6 7

a ¶ Sine fructu. b ¶ Falsæ. 8

b inutiles & vanæ. † Hæreticum hominem post vnam & secũ- 9

¶ Non solum hæc deuita: sed & correctionem postquam bis feceris. ¶ Cur? ¶ Perditus. 10

dam correctionem † deuita, sciens quia subuersus est qui 11

¶ Incorrigibilis. a ¶ Quia scienter peccat. b ¶ Vel, & cum sit. 12

c eiusmodi est, & delinquit, cũm sit † proprio iudicio cõdem- 13

a ¶ Vt interim prouideant Cretensibus dum ad me veneris. b ¶ Ideo dicit, quia vult eum videre causa affectus. & vt plenius confirmet in ecclesiastica disciplina. 14

natus. Cum misero ad te Arthemam aut Tichicum, festinã 15 16

d ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare: Zenam 17

a ¶ Sic erat in synagoga. b ¶ Qui perfectus erat in scripturis. c ¶ Ita solicite. d ¶ Eorum quæ ad viaticum necessaria sunt illis. 18

e legisperitum & Apollo solicitè præmitte, ut nihil illis desit. 19

f a Vnde autem res illis. b Cretenses vt & alij c Sibiipsis. d ¶ Dando ministris. 20 21

g Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus ne- 22

¶ Non ad quælibet. a ¶ Quia iuxta parabolam, arbor quæ non facit fructum bo. excidetur & in ignem mittetur. q ¶ Propter compendium simul omnes consalutatores significat. 23

cessarios, vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt 24 25

¶ Idest fideli affectu. ¶ Non ficte.

omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum 26

omnibus vobis, amen.

✻ HIERONYMVS. Aduersus eos qui me dicunt hoc opus inflammatum inuidiæ facibus scribere, breuiter respondeo, nunquam me hæreticis pepercisse: & omni egisse studio, vt hostes Ecclesiæ, mei quoque hostes fierent. Scripsi, vt omnibus probarem me non odisse homines, sed errores: nec aliquorum infamiam quærere, magisque dolere vicem eorum, qui falsi nominis sciẽtia supplantentur.

D

proœmio dialog. adu. Pelagianos.

✻ IDEM. Meam iniuriã patienter tuli: impietatem contra Deum ferre non potui.

Epist. 57. ad Vigilant.

† omitte

✻ IDEM. Vtinam apud vos deponerẽt hypocrisim, qui occultè dicuntur subruere veritatem. De quibus non benè sentientes in eis regionibus fratres, hęc me scribere prouocarũt. Quamobrem cauete, & effugite huiuscemodi homines, iuxta quod scriptum est: *Si quis non adfert ad vos Ecclesiasticam fidẽ, huic nec aue dixeritis.*

† Sectarum autorẽ, vel defectorem

† reiice

† perse

E

Epist. 72.

c *Pro.iu.* se damnat qui errorem laudat & veritatẽ vituperat.

d *Ze.leg.* Hoc dicit, non quia peritior sit Apollo, sed quia huius professionis erat in synagoga.

e *Apollo.* Episcopus fuit Corinthiorum qui propter seditionem concitatam aduersum se à pseudo apostolis discesserat cum Zena socio suo ad Titum Cretensem episcopum. Sed Corinthiis iam sedatis per epistolas Pauli mandat Tito, vt priusquam veniat Nicopolim præmittat eos ita solicitè, vt nihil in viatico illis desit.

f *Vt nihil, &c.* Ideo iubet sumptus illis necessarios dari, quia dignum erat, vt qui spiritualia tradebant, non illis deessent carnalia.

F

g *Discant autem & nostri, &c.* ✻ SEDVLIVS. Nostros suos vocat, qui in Christo crediderant, quia Christi erant, rectè Pauli & Titi appellari merebantur. Habes, inquit, in discipulos potestatem: doce eos non eos non esse infructuosos: sed euangelistis & apostolicis viris, qui bonis operibus seruiunt, ministrare.

a Phile-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Vt curent bonis, *i. vt sint de primis in operibus bonis.*

2 Hæc. *s. documenta sunt bona, &c.*

3 Stultas autem quæsti. *irrationabiles.*

4 Et genealogias. *i. falsas per quas pseudo apostoli nitebantur ostẽdere Iesum Nazarenum de Dauid non descendisse, sicut dictum est suprà j. ad Timothe. j.* 5 Et contentiones. *verbosas.*

6 Et pugnas le. *per quas aliqui nitebantur falsum intellectum producere. ideo subditur:* 7 Sunt enim inuti. *i. sine fructu.*

8 Et vanæ. *id est, falsæ.* 9 Hæreticum. *Hic ostenditur qualiter Titus & subditi sui se debeant habere erga hæreticos di.* Hæreti. hominem. *qui recipit fidem catholicam, & postea corrupit eam.*

10 Post vnam. *i. primam eo modo loquendi, quo dicitur Gene. j. a.* Factum est vespere & mane dies vnus. i. primus.

11 Et secun. *& facias ab aliis deuitari, ne per eum inficiantur alij.*

12 Sciens, quia subuer. *absque reditu & hoc de communi cursu.*

13 Cum sit proprio. *nam fidem quam recepit vt veram, impugnat vt falsam.*

14 Cum misero. *Hæc est vltima pars huius epistolæ, quæ dicitur conclusio eius in qua pro Tito mandat & eum salutat dic.* Cum misero ad te Arthemã aut Tychicum. *ad regendum in absentia tua populum tuum.*

15 Festina ad me venire. *quia proponebat ibi manere per aliquod spacium temporis. ideo pro Tito mandabat vt illo temporis spacio posset eum plenius informare de ecclesiastica disciplina.*

16 Zenam legispe. *i. priusquam ad me venias, remitte. ita solicitè prouidendo eis de necessariis.*

17 Vt nih. illis desit. *In via: erat enim Apollo episcopus Corinthiorum, sed propter seditionem aduersum se concitatam per pseudo apostolos discesserat cum Zena socio suo veniens ad Titum Cretensem episcopũ: sed sedatis Corinthiis per epistolas Pauli mandauit Tito vt priusquam veniret Nicopolim eum remitteret ad eos decenter. Quod autem prius nominat Zenam, & dicit eum legisperitum non est ex eo quòd esset maior vel peritior sed quia dignitas episcopalis ipsius Apollo & eius scientia erãt nota & famosæ: non sic autem alterius. Ideo prius ipsum nominat & peritum expressit, ne cura prouisionis circa eum negligeretur. Et si quæratur vnde fieret ista prouisio, respondit.*

18 Discant autem, &c. *scilicet Cretenses vobis subditi.*

19 Bonis operibus, &c. *i. insistere. s. ministrando doctoribus.*

20 Ad vsus ne. *non superfluos.*

21 Vt non sint in. *& sic excidantur & in ignem mittantur, sicut arbor infructuosa, Mat. vij. c.* Omnis arbor quæ non facit fru. bo. excidetur & in ignem mittetur.

22 Salutant te. *Consequenter salutat eum ex parte sociorum. d.*

23 Salutant te qui mecũ sunt omnes. *quorum nomina tacet propter breuitatem.* 24 Salutat eos, &c. *i. fideliter & non ficte. Consequenter salutat eos generaliter. di.* 25 Gratia Dei. *quæ est arra vitæ beatæ.* 26 Cum omnibus vobis. *supple sit, Amen.*

ADDITIO

In ca. iij. vbi dicitur in Postilla: Stultas autem *quæstiones.* *Quid intelligatur per hoc quod dicitur: Stultas autem quæstiones & genealogias, dictum fuit in additione suprà ad Timoth. j. &c.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a Philemoni. Colossensi, qui nulla ecclesiasticæ ministrationis præditus erat dignitate, sed vir laudabilis in plebe, familiares literas mittit Apostolus pro Onesimo seruo eius, qui cum damno eius fugerat, sed ab Apostolo, audito euangelio, baptizatus est, cui & veniam deprecatur Apostolus scribens à Roma de carcere. Et est intentio Apostoli implorare veniam Onesimo apud Philemonem. Modus talis est, Prius salutat illũ cum vxore & filio, deinde agit gratias Deo de bonis eorum, commendans fidem & charitatẽ eorum, postea Philemonẽ obsecrat cum ei imperare posset, vt Onesimo parcat, & gratias Deo agat, qui talem illum recepit, vt non seruum æstimet, sed dilectissimum fratrem: ac deinde dicit, vt paret sibi hospitium speranti ad ipsum ire. D

Argumentum in epistolam ad Philemonem.

a Philemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens ei ab vrbe Roma de carcere per suprascriptum Onesimum.

Epistola Pauli ad Philemonem incipit.

CAP. I.

Paulus vinctus. Non dicit Apostolus: quod est nomen dignitatis, sed vinctus quod est nomen humilitatis: quia nõ imperat sed orat. Est enim hic intercessio pro Onesimo. ideo quæ humilitatis sunt commemorat incipiens ab iniuria sua, B vt dignitatẽ epistolæ suæ faceret. Sicut enim peccati causa vinciri opprobrium est, sic econtra pro Christo custodiæ vincula sustinere maxima gloria est. Eo enim tempore in custodia erat. Ideo ait. (Ambrosius)

Incipit epistola Pauli ad Philemonem.

CAP. I.

a ¶ Cuius etiam causa tu debes misereri.
a Paulus vinctus Christi Iesu, & Timo- 1
a ¶ Fratri. ¶ Prouentu virtutum. 2
b theus frater Philemoni dilecto † adiu- 3
a ¶ Ministerio prædicationis. b ¶ Vxori eius, vt & hæc virum oret.
tori nostro, & Appię sorori charissimę, 4
a ¶ Filio eius: Colossensium ministro: vt & hic patrem exoret.
Archippo commilitoni nostro, & ec- 5
a ¶ Toti familiæ, vt & hi orent. 6
b ¶ Et ante alia salutat in hunc modum.
¶ Remissio peccatorum.
¶ Mentis & reconciliatio ad Deum.
c clesiæ quæ in domo tua est. Gratia vobis & pax à Deo patre 7
a ¶ Memorata bonitas mouere potest ad veniam. 8
d nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo sem 9

† collegæ

✠ Idem. Extinguit irã, vinctumq; seipsum vocãs compungit, atque ad sui cognitionẽ penitus reuocat, præsentiaque omnia nihil æstimare persuadet. Si enim iniecta pro Christo vincula, non pudori, sed gloriæ sunt, quãto minus seruitus probro erit?

✠ Hieron. Non omnis autẽ qui vinctus est, vinctus est Christi: sed quicũque pro Christi nomine, & pro eius cõfessione vincitur, ille verè vinctus dicitur. *Iesu Christi*, & sanguis effusus is tantum facit martyrem, qui pro Christi nomine funditur. E

(Lib. de spiri. & liter. c. 7. serm. 42. de sanct.) ✠ Hieron. Vt enim Scipio subiecta Aphrica, Aphricani sibi nomẽ assumpsit, & Metellus Creta insula subiugata, insigne Cretici suæ familiæ reportauit, & imperatores nunc vsque Romani ex subiectis gentibus, Adiabenici, Parthici, Sarmatici, nũcupantur: Ita & Saulus ad prædicationem gentium missus, à primo ecclesię spolio procõsule Sergio Paulo, victorię suæ trophea retulit, erexitque vexillum, vt Paulus diceretur è Saulo.

✠ Avgvst. Ideo Paulus Apostolus, qui cum Saulus prius vocaretur, non ob aliud quantũ mihi videtur, hoc nomen elegit, nisi vt ostenderet paruum, tãquam minimum apostolorum. Idẽ hic apostolus de Saulo Paulus, hoc est, de superbo minimus.

a *Paulus vin.* Q. Cuius misereri debes non est causa doloris, quid eris si immisericors filium cruciaueris?

✠ Hieronymvs. Maioris autem mihi videtur supercilij, vinctum se Iesu Christi dicere, quàm apostolum. Sed necessaria authoritas vinculorum. Rogaturus pro Onesimo, talis rogare C debuit, qui posset impetrare, quod posceret. Fœlix nimirum, qui non in sapientia, non in diuitiis, non in eloquentia & potentia seculari, sed in Christi passionibus gloriatur.

(Homil. 8. in epi. ad eph.) ✠ Chrysost. Nihil ita splendidum vt vinctum esse propter Christum illustrius est, quàm siue apostolũ, siue doctorem, siue euãgelistam esse, qui Christum diligit, nouit quid sit quod dico. Hic prius habebit, optione data, vincula ferre propter Christum, quam cœlos inhabitare. quod si quis mihi vel vniuersi cœli, vel huius catenæ copiam & optionem largitus esset, catenã hanc planè ego elegissem. Si aut mihi cum angelis standum fuisset sursum, aut cum Paulo vincto, carcerẽ vtique præoptassem. Si quis me aut in numerũ & ordinẽ collocasset celestium potentiarum, earum etiam quæ sunt propè thronum Dei, aut talem ligatũ fecisset, talis vtique ligatus esse voluissem. paulò post. Si quis modo mortuos mihi largiretur excitandi facultatem, istud sanè non præferrem huic catenæ, &c.

✠ Idem.

(Orat. 1. cõt. Iudęos. t. 5) ✠ Chrysost. Ob id martyres amamus, nõ quòd cruciantur: sed quòd ob Christum cruciatus fuerunt. Contra, latrones detestamur, non quia puniuntur, sed quod ob malefacta puniantur.

(Li. 1. contra epi. Parm. cap. 7.) ✠ Avgv. Si quisquis ab imperatore vel à iudicibus ab eo missis pœnas luit cõtinuo martyr est, omnes carceres martyribus pleni sunt, omnes catenæ iudiciariæ martyres trahunt, in omnibus metallis martyres erumnosi sunt, in omnibus locis pœnalibus iuridico gladio martyres feriũtur, ad omnes bestias martyres surriguntur, aut iussionibus iudicum viui ignibus cõcremantur. Si quis eorum dãnatus in tali crimine fuerit, martyr continuo estimandus est, quia pro superstitione quam piam religionem putabat, pœnas legibus luit? nullus certè quo quomodo Christianus audet hoc dicere. paulo post, nõ ergo ex passione certa est iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est.

b *Dilecto*. Vel diligibili, sicut in Græco habetur, qui. s. diligi meretur. (Hieronym.)

c *Gratia vobis, &c.* ✠ Hieron. gratia est, qua nullo merito, nec opere saluamur. (Exposit. 2. in psal. 18.)

✠ Avgvst. Quia gratis, ideo gratia: nõ enim est gratia nisi gratuita, quia nihil boni ante feceramus, vnde talia dona mereremur, nihil præcesserat in meritis nostris nisi vnde dãnari mereremur. gratis ergo præstitum est beneficium, ne merito inferretur supplicium. F

✠ Idem. Quòd est meritũ hominis ante gratiam, cum omne meritum nostrum non faciat nisi gratia? Et cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet, nisi munera sua? (Epist. 105.)

d *Gratias ago.* Post salutationem de bonis gratias agit commendans fidem & charitatem, quæ ideo commemorat, vt memorata bonitas moueat eum ad veniam.

✠ Avg. Gratias agere Deo est sentire & ex animo credere ipsum esse fontem & largitorem omniũ bonorum operum: ac proinde (Com. in 1. ca. ad Rom. epi. ad Mar.)

Postilla Nicolai de Lyra ad Philemonem incipit.

CAP. I.

✠ 1 Paulus vinctus. *Hic incipit epistola ad Philemonem, quæ diuiditur in tres partes. s. in salutationem & persecutionem, ibi:* Gratias ago. *& conclusionem, ibi:* Confidens. *In prima parte ponuntur personæ salutantes, cum dicitur:* Paulus vin. Iesu Chri. *i. incarceratus pro fide Iesu Christi: Hic non nominat se apostolum, quod est nomen dignitatis, sed vinctum pro Iesu Christo, quod est expressiuum pietatis: eo quod intendebat monere Philemonem ad pietatem erga Onesimum: pro quo scripsit hanc epistolam Philemoni, vt patebit prosequendo.*

2 Et Ti. fr. *Hunc adiungit in salutatione, quoniam erat dilectus Philemoni, vt sic petitio sit magis exaudibilis, non solum pro reuerentia Pauli, sed etiam pro amore Timothei. Secundò ponuntur personæ salutatæ, cùm dicitur.*

3 Philemo. di. ad. no. *in opere prædicationis.*

4 Et Ap. so. cha. *Hæc vt dicit glo. erat vxor Philemonis. ideo ponit eã in salutatione vt inclinet Philemonem ad petitionis exauditionem.*

5 Et Ar. com. no. *in militia Christi, resistendo viriliter aduersariis fidei. Et iste nominatur eadem ratione qua & Appia.*

6 Et eccle. *i. congregationi fidelium.*

7 Quæ in do. *nam cum eo plures habitabant fideles. Tertiò ponuntur optata bona cum dicitur.*

8 Gratia vob. *exponatur sicut in principio epistolæ præcedentis.*

9 Gratias ago. *Hic consequenter ponitur huius epistolæ prosecutio. Et diuiditur in duas partes: quia primò Paulus captat Philemonis beneuolentiam, secundò format suam petitionem, ibi.* Propter quod. *Circa primum dicit:* Gratias ago Deo meo sem. *actu vel habitu. Vel:* Semper. *i. omnibus temporibus ad hoc docentibus.*

A proinde illum corde, ore, & opere celebrare.

✠ Idem. quid melius & animo geramus, & ore promanus, & calamo explanemus, quàm Deo gratias? Hoc nihil dicit breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.

a *Audiẽs, &c.* ✠ Avg. Charitas causa est & mater omniũ virtutũ: quę si desit, frustra habentur cætera: Si autem adsit habẽtur cętera. Sicut enim radix omniũ malorum est cupiditas, ita & radix omniũ bonorum est charitas. Ille itaq; tenet & quod patet & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatẽ tenet in moribus. quapropter fratres, sectamini charitatem, dulce ac salubre vinculũ mentiũ, sine qua diues pauper est, & cũ qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat, in ꝓsperitatibus temperat, B in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres latissima. In Abel per sacrificium grata, in Noë per diluuiũ secura, in Abrahæ peregrinatione fidelissima, in Mose inter iniurias leuissima, in Dauid tribulationibus mansuetissima, casta in Susanna erga virum, in Anna post virum, in Maria præter virum.

† refocillata sunt. † decẽs est. † sim.

a ¶ Idest commendationem fidei tuæ & charitatis. b ¶ Fidem & charitatem.
a semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens 1
2
b charitatem tuam & fidem quam habes in domino Iesu & in 3
a ¶ Per opera fidei & charitatis seruit sanctis. ¶ Alias omnibus sanctis. 4
b ¶ Communicans fidei nostræ fides tua. Vel quod aliis tua communicas euidens fit, vt hoc merito agnoscatur omne bonum esse in te per Christum.
c omnes sanctos, vt communicatio fidei tuæ † euidens fiat in 5
¶ Hoc ideo oro quia. 6
d agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. Gaudium enim 7
e a ¶ In corde. b ¶ In aduersis c ¶ Quæ non solo virtutis habitu in corde viguit, sed etiam extra in opere manifesta est. d ¶ Hac. 8
9
magnum habui, & consolationem in charitate tua, quia vi- 10
a ¶ Interni affectus. ¶ Quia sanctis vtensilia ministrauit. b ¶ Digne illos recipientem, à suis laboribus quodam modo respirantes. ¶ Alias erga te.
c ¶ Quia seruis aliis multo magis mihi, quia ad benefaciendum promptus
f scera sanctorum † requieuerunt per te frater: propter quod 11
a ¶ Non dico potestatem contra tua licita. ¶ Per Christum Iesum. ¶ Etiam.
g multa fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod 12
¶ Tuam vtilitatem. a ¶ Meam vel tuam. b ¶ Vnde supra: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. c ¶ Vita & ætate. 13
14
† ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum 15
¶ Ego. a ¶ Propter quod magis debes moueri.
h † sis talis, vt Paulus senex, nũc autem & vinctus Iesu Christi: 16

c *In Christo Ie.* i. cum cognitione boni æterni, vt illud expectetur in præmiũ. Hoc enim orat Apostolus, vt operatio eius cum cognitione fiat bonitatis. i. vt tali mente operetur, vt in futurum inde expectet præmium Iesum Christum, non retributionem temporalium. D

f *Viscera san.* i. filij sanctorũ clarissimi, vel erga te propẽsius sanctorum affectus quieuit te, s. consolãte, & refrigeratus est, quia bonũ te per omnia inuenerunt. † efficax.

✠ Ambro. Manifestum est, quia idcirco se significat letũ esse, quia sanctorũ necessitatibus vtẽsilia ministrabat: vnde plus gaudet, certus ex hoc quia obsequeretur mãdatis eius quẽ cõstat esse potiorem. ∘ operis.

✠ Chrysost. Nõ quidem ait, cum hæc aliis facias, quãto magis mihi denegare nõ debes, quod cæteris ꝓstas: sed hoc E ipsum tamen aliis verbis admonuit, lenius id quodammodo, & gratius expetens. Tu mihi inquit, dedisti fiduciam postulandi, ex his quæ in alios contulisti.

✠ Hieronymvs. Et hic idioma apostolicũ est, vt semper viscera vocet, volens plenam mentis ostendere charitatem.

g *Magnam habens, &c.* ✠ Ambro. Quantũ ratio exigebat, dignũ erat imperare discipulo magistrũ, & fiducia apostolicæ authoritatis: sed quia vir bonus erat Philemõ, per affectũ illũ prouocat obaudire, quasi coęuũ ætatis, & vinctũ Christi Iesu. i. obligatũ negotiis dominicis, vel ꝓpter nomẽ eius subiectũ vinculis.

✠ Chrysost. Inspice quæso, quàm cautus incedat. ne quid enim, maxima licet vi charitatis expressum, auditorẽ fortè feriret, atque ideo grauiter ferret, ideo antequã diceret *imperãdi tibi*, F quia id graue videbatur, ac licet ex charitate prolatũ curare potius posset, ex abũdãtia tamẽ magis secura præmunit, dicẽs, *fiduciã habes*: quod profecto Philemonẽ magni esse meriti iudicãtis est, ac si dicat: fiduciã nobis dedisti, neque hoc solũ, sed in Christo non ideo quod sis in seculo clarior atq; potentior, de te ista præsumimus: sed propter fidem, quam habes in Christum.

✠ Hiero. Et hoc ex fiducia illa veniebat, quod qui tanta ob Christũ perpetrarat, vtiq; impar sui in cęteris esse non poterat.

✠ Chrysost. Scio quidẽ quòd etiã imperãs facilè efficiã quod intendo, quod ex præcẽtibus tuis meritis colligo, sed quia mihi huius rei magnum studium est, obsecro. Vtrumque simul ostendit, & quòd ipsi confideret, quia imperauit, & quod ea cura vehementer sibi cordi esset, obsecrat enim.

✠ Hiero. vult magis petere quàm iubere, grãdi petentis authoritate proposita: per quam & apostolus obsecrat. Totum autem pro quo rogat tale est: Onesimus seruus Philemonis, fugam furto cumulãs, quodam rei domesticæ compilarat: hic pergens ad Italiam, ne in proximo facilius posset apprehendi, pecuniam domini per luxuriam prodegerat.

h *Nunc autem, &c.* ✠ Chrysost. Quis oro, huiusmodi athletã innumeris victoriis clarum nõ obuiis exciperet manibus? quis intuens

b *Quam ha.* Quia enim in Christũ credebat, & eum diligebat, & sanctis credebat & eos diligebat, & per opera fidei & charitatis Christo seruiebat & sanctis.

✠ Origenes. Est fides nostra primo quidem omnium in dominum nostrum Iesum Christum, consequenter vero etiam in omnes sanctos Patriarchas, vel Prophetas, vel apostolos Christi.

✠ Hieronymvs. Non est enim in Deum perfecta fides, quæ in ministros eius infidelitate & odio tenuatur. quod autem dico tale est: credit quispiam in conditorem Deum, non potest credere, nisi prius crediderit de sanctis eius vera esse quæ scripta sunt: Adam à Deo plasmatum, Euam ex costa illius & latere fabricatam: Enoch translatum, Noë naufrago solum orbe saluatum: quod primus Abraham accepit testimonium Dei: quod C Isaac oblatus: quod Moses & Aaron decem plagis Ægyptum afflixerint, ad vocem Iosue Sol steterit, &c. Hæc & cætera quæ de sanctis scripta sunt, nisi quis vniuersa crediderit, in Deum sanctorum credere non valebit.

c *Vt communicatio.* Q. Fidem habes & charitatem in Christo & in sanctis, ita, vt *communicatio fidei tuæ eui. fiat.* i. vt fides tua communicans fidei nostræ: vel, quod aliis ex fide tua communicas euidens fit. Et hoc.

d *In agnitione omnis.* i. ita euidẽs fit, vt hoc merito cognoscatur omne bonum esse in te per Christum. i. omnium bonorum sufficiẽtia. Vt ita: Memor sum tui. & gratias ago in orationibus habitis de hoc. *Vt communicatio fidei tuæ.* i. operatio fidei qua seruis Christo & sanctis. *eui. s. in a.* Quæ est.

c In

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Memoriam tui fa. *gratias agendo pro bonis tuis præteritis & deprecando de futuris.*

2 Quam h. in d Ie. *cui seruis fideliter.*

3 Et in o. san. *quibus tua bona communicas misericorditer.*

4 Vt com. *hoc refertur ad id quod supra dicitur:* Memoriam tui faciẽs in orationibus meis. *i. orando:* Vt cõmunicatio fidei tuæ. *in effectu quo seruis Christo fideliter & sanctis eis ministras misericorditer.*

5 Euidens fiat. *per receptionem præmij.*

6 In agni. *i. in clara visione Dei, in quo est omne bonum.*

7 In Christo Ie. *i. per Christum Iesum tanquam per mediatorem nostrum. Vel dicitur:* In Christo Ie. *quia beati reficiuntur interius in aspectu suæ deitatis, & exterius in aspectu eius humanitatis.*

8 Gaudium enim magnum, &c. *quia bonum discipuli redundat in bonum magistri.*

9 Quia vi. *Consolatus enim fuerat eos verbo & etiam necessaria ministrando. Hanc autem commendationem & consimiles non faciebat Apostolus ad adulandum, sed vt prouocaret ad maius bonum, quia virtus laudata crescit.*

10 Propter quod. *Hic consequẽter Apostolus format petitionem. ibi:* Forsitam enim. *Circa primum dicit:* Propter quod. *i. propter charitatem de te auditam.* (Diuisio.)

11 Multam fi. habens. *idest pro amore Christi Iesu,*

12 Imperandi tibi, &c. *i. quod est decens & rationabile.*

13 Propter charitatem. *inter me & te mutuam.*

14 Magis obsecro, &c. *vita & ætate.*

15 Vt Paulus senex. *propter quod magis volo vti deprecatione quàm imperio. Vnde & scribens* Timotheo, *dicit prima epistola. iiij. cap.* Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.

16 Nunc autem & vinctus Iesu Christi. *quasi diceret: Mea senectus & incarceratio monere te debent ad acquiescendum meæ deprecationi, quæ subditur cum dicitur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

intuens vinctũ pro Christo,non ei innumeras deferret gratias.
A Cum itaque tã multis modis præparasset ac mitigãsset animum, non cõtinuo nomen adiúxit,sed post à Deo insigné admonitionem differt adhuc. nostis quippe dominorũ aduersus fugitiuos seruos indignationẽ, & maximè si re familiari expilata diffugerint:quãlibet illi mites fuerint, ex accepto detrimento ira succresc it. Hãc igitur modis omnibus lenire contendit.

a ¶ Inquam. b ¶ Et ideo teneritus diligo. ¶ In fide. c ¶ Cum essem.

a Obsecrõ te pro meo filio quem genũi in vinculis Onesi- 1
a ¶ Dum infidelis. b ¶ Tua tollendo. 2
b mo,qui tibi aliquãndo inũtilis fuit, nunc autem & mihi & ti- 3
a ¶ Seruiendo, & per me tibi,cuius est quicquid tuus mihi seruus fecit. b ¶ Vt filium. ¶ Vel meum in eo affectũ. 4
c bi vtilis quem remisi tibi. Tu autem illum, vt † mea viscera 5 6
suscipe. Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te 7
¶ Consensu. 8
mihi ministraret in vinculo euangelij. Sine † consilio au- 9
¶ Vt non. a ¶ Contra velle tuum. b ¶ Quod tuus mihi seruit. Vt tamen velit Deus facit,qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. 10
d tem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bõ- 11 12
¶ Suscipe,quia vtilis fuit fuga eius. 13
e num tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo di- 14
¶ Hic & in futuro. 15
scessit ad horam à te, vt in æternum illum recipias : iam 16
¶ Tantum. ¶ a Quod ante. ¶ Alias fratrem charissimum plus seruo. Fratres enim plus quàm serui chari sunt. 17
non vt seruum, sed † pro seruo charissimum fratrem,

† filiũ meũ charissimũ.

a *Obsecro te pro, &c.*

✲ Chrysost. Rursus vincula quæ exorãdi vim habent, & tũ demũ nomẽ apponitur, nõ modo enim irã extinxit,verũ & magna incũditate repleuit. Nequaquã ait,illũ vocatem filiũ, nisi valde esset approbatus,& vtilis.Illũ denique, ac Timotheũ eodẽ appello nomine.Vbi veroplurimis in locis suũ declarasset affectũ,ex partus quoq; tempore sui reuerentiã inducit,vinctus,inquit,illũ genui,vt ex hoc amore dignior honore censeatur,quod esset inter ipsa certamina,& in ipsis pro Christo tẽtationibus æditus.

† senectutis autem tuæ.

† suprascriptum.

B ✲ Hieron. Volens impetrare quod postulat,iam non pro seruo Philemonis,sed pro filio suo se asserit deprecari,& illo filio quem genuerit in vinculis euãgelij, hoc est, quæ pro Christi euãgelio sustinebat.Simul autem admirandum de magnanimitate apostoli,& in Christum mẽte feruentis. Tenetur in carcere,vinculis stringitur, squalore corporis, charorũ separatione, pœnalibus tenebris coartatur,& non sentit iniuriã,non dolore cruciatur, nihil nouit aliud,nisi de Christi euangelio cogitare.Sciebat seruum,sciebat fugitiuum, sciebat aliquãdo raptorem ad Christi fidẽ esse conuersum.grandis laboris est talẽ hominem in eo quod cepit,perseuerare. Idcirco filiũ suum & filiũ vinculorum,& ministrũ euangelij in vinculis cõstituti,inculcat ac replicat:vt Philemõ ille prudenter & dispensatorie tãtum in præfatione laudatus,non auderet negare,ne suis laudibus videretur indignus.

C *Obsecro te.* Magnum est non de humili,sed de sublimi,si se inclinat & obsecrat.

Senex. Seni magis ætatis similitudine debet obsequi.

b *Qui tibi aliquando,&c.* Chrysost. Vide autẽ quàm prudẽter ipsius delictũ confitetur,vt eo ipso extinguat iracũdiam domini,non ait, nunc tibi vtilis erit,ne ille non crederet,sed personam quoque introduxit suam ,vt ex hoc ille dignius sperare meliora potuisset.Si enim Paulo fitutus est vtilis,qui tãtam virtutis & perfectionis diligentiã exigit,quanto amplius domino.

✲ Hieron. Qui cum antè inutilis domino suo tãtum fuerit, (nec enim seruus fur atque fugitiuus alteri nocuit , nisi domino suo) nunc econtrario vtilitatis compensatione , qua ipsi domino & Paulo vtilis est , cæterisque per Paulum,plus charitatis meretur quàm odij antea meruerat.

c *Vt mea viscera,&c.* Onesimum profugum recurrentẽ ad diuinum auxilium cum esset in custodia apostolus Paulus baptizauit, videns in illo vtilitatis spem:quem sic commendat, vt suum animum in illo significet recipi.

& Chrysost. Et hic rursus non simpliciter *posuit* nomen, *sed etiam vocẽ adhortatiu* adiecit,quę longe plus habet virtũ, quã si filiũ diceret. Dixerat filiũ:dixerat, quẽ in vinculis genui, vt ex eo maximè videretur amabilis, quod esset in præsturis & tentationibus genitus.quòd enim illis maxime filijs afficiamur,quos inter pericula,vel etiam post vitata pericula gignimus,testimonio scripturæ cõprobatur, quæ Bẽiamin delicatum patri Iacob filiũ ex eo manifestat,q; hũc moriẽs mater ediderit, nõ ait,recipe:nõ dixit, ne irascaris:sed suscipe:*hoc est nõ modo* veniã,sed honorem quoque promeretur. Est enim Pauli filius effectus. D

✲ Hieron. Quod autẽ ait:tu illum,&c. Hoc est quod ante dixi, viscera significare internũ cordis affectum, & plenã ex animo voluntatẽ:cũ totum quicquid in nobis est,suscipitur à rogato : aliàs autẽ omnes liberi, viscera sũt parentum. Gen. 37.

✲ Lactantivs. Homini enim Deus præter cætera dedit hunc pietatis affectum , vt homo hominem tueatur, diligat , foueat , contraque omnia pericula & accipiat, & præstet auxilium.

d *Vt non quasi , &c.* Dialog.

✲ Ivstinvs Martyr. Sic Deo visum est, tũ angelos,tum homines,libero arbitrio proditos, fuisque potẽtes facere quẽque pro accepta facultate,vt si placita eius elegerint, illæsos seruet,& incolumes ; sin ad malum deflexerint,singulis pœnas infligat,quascunque voluerit. E

✲ Idem. nulla laude quicquam esset dignum , nisi esset ad vtrumque flexibile. Apolog. 1.

✲ Iden. Nisi homines possent suo arbitratu, turpia fugere, & honesta sectari,extra culpam erunt quicquid agant. Apolog. 2.

✲ Clemens Rom.quomodo ergo Deus iudicat secundũ veritatem vnũquemq; pro actibus suis, si aliquid agere nõ habuit in potestate suã:Hoc si teneatur,cõuulsa sunt omnia,frustra erit studiũ sectãdi meliora.Sed & iudices seculi frustra legibus præsunt,& puniũt eos qui male agũt: nõ enim in sua potestate habuerũt,vt non peccarẽt. Vana erũt & iura populorũ,quæ malis artibus pœnas statuũt miseri erunt & hi qui cum labore seruãt iustitiã:beati verò qui in delitiis positi , cũ luxuria & scelere viuentes,tyrãnidem tenent.Secundum hæc ergo nec iustitia erit, nec boniras,nec vlla virtus,& vt vis,nec Deus. li. 3. recogn.

✲ Irenæus.Si nulla esset in hominibus libertas arbitrij,nulli essent laudãdi aut vituperandi , exularẽt omnes apostolorũ adhortationes,prophetarum,& domini:vacaret omne cõsilium. li. 4. contra hæres. c. 72.

✲ Aug. Ipsa diuina præcepta homini non prodessent , nisi haberet liberum voluntatis arbitrium , quo ea faciens,ad promissa præmia perueniret. li. de grat. & liber arbitr. cap 1.

✲ Hieron.Hoc quod à pleriscq; quæritur,quare Deus hominem faciẽs,non eum bonũ cõdiderit:de præsenti loco solui potest.Si enim Deus voluntariè,& nõ ex necessitate bonus est,debuit hominẽ faciẽs, ad suã imaginem facere,hoc est, vt ipse volũtariè & nõ ex necessitate bon' esset. q. si talis fuisset effectus, qui bonũ nõ voluntate,sed necessitate perficeret, nõ esset Deo similis,qui ideo bonus est,quia vult,nõ quia cogitur.potuit itaque Paulus absq; voluntate Philemonis,Onesimũ sibi in ministeriũ retinere.Sed si hoc sine volũtate Philemonis fecisset,bonum quidẽ erat,sed nõ volũtariũ.quod autẽ voluntariũ nõ erat, alio genere arguebatur esse malum.nihil quippè dici bonũ potest,nisi q̃ vltroneũest.Superior ergo quæstio ita soluitur.Potuit deus hominẽ sine volũtate eius facere bonũ.Porrò si hoc fecisset,nõ erat bonũ voluntariũ,sed necessitatis,quod autẽ necessitate bonũ est,& alio genere arguitur malum. Igitur proprio arbitrio nos relinquens , magis ad suam imaginem & similitudinem fecit.Similem autem Deo esse,absolute bonum est. F

e *Forsitan enim.* Ideo dicit , quia humana dubia , & potuit alia esse causa,quare sic Dens disposuerit.

☞ Chrysost.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Obsecro te pro meo filio. *spirituali.*
✲ 2 Quem genui. *in fide.* 3 In vinculis. *existens. propter quod tenerius ipsum diligo.* 4 Qui tibi aliquando. *tua tollendo quãdo erat infidelis.* 5 Nunc autem. *regeneratus in Christo.*
6 Et mihi & tibi. *seruiendo fideliter mihi & tibi.*
7 Quem remisi *melioratum.* 8 Tu autem.*i.vt filium meum charissimum ac si fuisset genitus ex meis visceribus.* 9 Quẽ e. v. *qui filius meus es iam diu.* 10 Mihi ministraret. *cum sit seruus tuus, & sic mihi ministrares per ipsum.* 11 In vinculis. *id est, quibus sum alligatus pro prædicatione euangelij.* 12 Sine consi. *i. sine assensu tuo.* 13 Nihil vo.fa. *de eius retentione.* 14 Vt ne ve. *i. ne bonum ministerium quod fieret mihi per eum , quod secundum veritatem debet dici tuum, eo quòd est seruus tuus , videretur magis coactum quàm voluntarium ex parte tua.* 15 Forsitan. *Hic consequenter remouet duplicem excusationem quã posset iste Philemon facere. Prima est quia Onesimus ab eo recesserat ipso nesciente, propter quod non debebat ab eo iterum recipi gratiose. hoc autem excludit Apostolus per hoc quòd ille recessus cedit ad bonum Philemonis , dicens :* Forsitan autem discessit ad ho. à te.*i.modico tempore,quod quasi nihil reputandũ est ij. Physico.* 16 Vt in æter. *i. non solum in præsenti ad tuum seruitium paratum,sed etiam in futuro tecum ad cęli gloriam ordinatum. Ideo subditur:*
17 Iam non vt. *religione Christiana.* 1 ✲ Maxim

✲ Chrysost. Rectè, *forsitam*, posuit, vt facilius crederet dominus,quia enim ex elatione aut peruersa corde,nec ex voluntatis rectitudine fuga illa processerat , dicit *forsitam* : neque ait ideo fugit:sed ideo separatus est , honestiori vsus vocabulo. Non enim hoc ille molitus est,vt huius rei gratia discederet. D

✲ Hieronymvs. nõnunquam malum occasio fit bonorum. & hominũ praua cõsilia conuertit ad rectum.fratres Ioseph, sui zeli stimulis incitati,Ismaẽlitis 20. aureis vendiderũt. Hoc initiũ & patri & fratribus & omni Ægypto bonorum omniũ fuit.Simile quid & in Onesimo possumus intelligere, quod mala principia,occasiones fuerint rei bonæ. Si enim dominũ non fugisset , nunquã veniisset Romã vbi Paulus erat vinctus in carcere.Si Paulũ in vinculis non vidisset,nõ recepisset fidem in Christum:si Christi non habuisset fidẽ:nunquam Pauli effectus filius,in opus euãgelij mitteretur. Pulchrè autem addens, *forsitã*, sentẽtiam temperauit:occulta sunt quippe iudicia Dei , & temerarium est quasi de certo pronunciare quod dubium est.*forsitam* , inquit,ideo discessit,caute,timide,& non totum fixo gradu,vt si non posuisset *forsitam*, omnibus seruis fugiendum esset,vt apostolici fierent.

✲ Oecvmenivs.Fausto nomine fugãappellauit secessionem,ne facta fugæ mentione,vulnus recrudescere t.

Ambrosius a *Maxime mihi.* Mihi magistrõ tuo. frater Onesimus enim offenso proprio domino confugit ad Apostolum ad hoc, vt obliteratis peccatis vtilis reuerteretur.in tãtum, vt non solũ domino suo æqualis fieret meritis,sed ipsi magistro frater.Et ne Philemon quia dominus,contra seruũ inflaretur, humiliat eum dicẽs,*Fra. & in car.* quia ex vno Adã omnes,& *in domino* per fidem.

✲ Chrysost. Seruũ ad modicum amiseras:& fratrẽ perpetuo repperisti,non modo tuum , sed meum.Magnum ex hoc eximię virtutis testimonium.si meus,inquit,frater est,profectò & tu non erubescES illum habere fratrem. Ex hoc igitur quod hũc filium dixit,singularis affectus indicium dedit:ex eo autem quòd fratrem appellauit,magna illum benevolentia,& pari secum honore dignum profectò declarauit. Ista nõ sine certa ratione scripta sunt,sed vti ne seruos peccãtes despiceremus, neque illis nimis domini immineant,sed crimina discamus ignoscere eis,qui sunt huiusmodi,ne semper seueri, semper asperrimi simus , ne seruitutis prætextu , si boni fuerint,socios illos in omnibus assumere erubescamus. Si enim Paulus non erubuit huiusmodi appellare filiũ,fratrem , viscera,atque charissimum, cur obscro nos erubescamus?Et quid dicam Paulus? Pauli ipse dominus non erubescit seruos nostros fratres,amicos & cohæredes appellare,& nos erubescimus. C

b *Hoc mihi im.* Nunc excusationem omnem conuellit, cum sibi imputandum esse dicit,si vel lædit,vel debet aliquid.

✲ Hieronymvs. Vide quàm cautè postremo addidit culpam. culpam. quia enim maximè rei pecuniariæ iactura angi hominES solẽt,ne quid huiusmodi obiceret, consumpta quippe fuerat pecunia furto sublata:non ait , si quid furatus est , *Sed si quid te lesit.* Simul & peccatum confitetur, & non veluti serui peccatum,sed quasi amici ad amicum, iniuriæ magis vsus quàm furti nomine. *hoc mihi imputa*, idest à me debitum exige. P

✲ Hieronym. Imitator domini sui & Christum in se loquentem habens , ea iuxta vires suas debet facere,quæ Christus. Si enim ille infirmitates nostras portauit , iustè apostolus pro Onesimo se opponit, & spõdet quæ ille debebat. quod dicit tale est. Quod Onesimus furto rapuit, ego me spõdeo redditurum,cuius sponsionis,epistola hęc & manus testis est propria , quam nõ solito more dictaui,sedmea manu ipse cõscripsi. Crede igitur mihi pro Onesimo pollicẽti. † de

a Maximè mihi: Quãto autem magis tibi, & in carne, & in 1
a ¶ Per fidem. ¶ Quia fidelis frater. b ¶ Habere vis. c ¶ Si non fuscipis, non es socius. 2
domino. Si ergo habẽs me socium,suscipe illum,sicut me. Si 3 4
b autem aliquid tibi nocuit, aut debet,hoc mihi imputa. Ego 5
a ¶ Vel hic,vel in futuro. b ¶ Reddam dico. ¶ Minus exigo quàm debes. 6
Paulus scripsi mea manu. Ego reddam, ut non dicam tibi, 7
¶ Non modo tua. a ¶ Adiuratio. 8
c quòd & teipsum mihi debes. Ità frater ego te fruar in domi- 9
a ¶ Filium, vel intellectum. b ¶ Alias domino. ¶ i. propter Christum vel dominum. 10
d no:refice viscera mea in Christõ. Confidens † in obedientia 11 12
tua scripsi tibi , sciens quoniam & super id quod dico facies. 13
¶ Vel hic mouet ad veniam.
e Simul autem & para mihi hospitium.Nam spero per oratio- 14
nes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concap- 15 16
tiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, 17
& Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi 18
B cum spiritu vestro, Amen. 19 E

† de

c *Ita frater ego.* 1. gaudebo de te in regno Dei , si feceris quod rogo.Et quid est illud,subdit:*Refice vis. &c.*

d *Confidens in obe.* Prouocat eum sic blandiendo , vt non amplius faciat,quàm postulatur ab eo.Solet enim fieri,vt qui de se videt bene sentiri,meliorem se præbeat.

e *Simul autem.* Vt solicitiorem eum faciat, & ad obediendum promptiorem venturum se ad illum significat:quia vel hoc potest eum mouere ad veniam. Solent enim absentes contemni. Ambrosius

✲ Hieronymvs. Non puto tam diuitem fuisse apostolum , & tantis sarcinis occupatum,vt præparato ægeret hospitio, & non vna contentus cellula , breues corporis sui spatio ædes amplissimas existimaret:sed vt dum eum expectat Philemon ad se esse venturum : magis faciat quod rogatus est. Si autem non dispensatorie sed verè quis existimat imperatum, vt sibi hospitium præpararet , apostolo , magis quàm Paulo hospitium præparandum est. Venturus ad nouam ciuitatem, prædicaturus crucifixum , & inaudita dogmata delaturus , sciebat ad se plurimos concursuros , & necesse erat primùm vt domus esset in celebri vrbis loco , ad quam facilè conueniretur: Deinde vt ab omni importunitate vacua , vt ampla , quæ plurimos caperet audientium , ne proxima spectaculorum locis, ne turpi vicinia detestabilis : postremo vt in plano potius esset sita , quàm in coenaculo. Quam ob causam eum existimo etiam Romæ in conducto mansisse biennium. nec parua vt reor erat mansio, ad quam Iudæorum turbæ quotidie confluebant. F

✲ Chrysostomvs. Pro Onesimo faciebat ne illi negligerent , sed scientes illum omnino venturum , atque auditurum vt sese habuerint aduersus eum , omnem iniuriæ memoriam deponerent , & promptiores ad gratiam essent. Grandis enim erat præsentis Pauli honor & gratia : Pauli inquam, post ætatem senectutis expressam , post commendata sæpius vincula.

☞ *Incipit*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Maximè.*s. charissimum,eo quod in fide genui eum.vt prædictum est.*
2 Quantũ.*supple debet esse charus . magis quàm ante recessum ipsius.*
3 Et in carne.*quia seruus tuus est ad seruiendum tibi corporaliter.*
4 Et in do. *quia factus est fidelis ad regnandum tecum æternaliter. Ideo concludit.*
5 Si er.habes me so.*Tibi verissima charitate conunctum.Et accipitur si : pro quia.*
6 Suscipe illum.*Idest dulciter & benignè.*
7 Si autem. *Hic remouetur secunda excusatio , quia posset Philemon dicere , quod Onesimus recedendo intulit sibi damnum in personis , vel in suis rebus.hoc remouet per hoc quod obligat se ad satisfaciendum, dicens:* Si autem aliquid tibi nocuit.*In persona tua, aut in familia.*
8 Aut debet.*Ex obligatione aliqua.*
9 Mihi imputa.*Tanquam debitori.*
10 Ego Paulus,&c. *Hoc dicit ad maiorem certitudinem.*
11 Ego repẽdam.*Idest satisfaciam ipsi domino, qui est superior omnium. Ideo subditur.*
12 Vt non,&c.*Cuius subditur ratio cum dicitur.*
13 Quod & teipsum.*i. quia etiam teipsum mihi debes.eo quod es creatura mea in fide catholica & instructione euangelica.quasi dicat, minus exigo à te,quàm mihi debeas.*
14 Ita frater,&c.*idest gaudebo de te in Deo si feceris quæ peto.*
15 Refice,&c.*Complendo desiderium meum in hoc quod postulo.*
16 In do.*i.propter dominum principaliter,& propter me secundario.*
17 Confidens. *Hæc est vltima pars vel epistolæ conclusio , in qua primo dicit se scripsisse Philemoni confidens de promptitudine suæ obedientiæ , dicens :* Confidens. Et patet. *Secundo mandat sibi hospitium parari ex amicitia speciali , dicens :* Simul autem. *Tertio salutat eum ex parte sociorum suorum , dicens :* Salutat te Epaphras concaptiuus meus,&c. *Et vltimo benedicit ei & aliis simul dicens.* Diuisio.
18 Gratia domini nostri Iesu Christi , &c. *quæ est arra vitæ beatæ.*
19 Cum spiritu vest.*supple sit perseueranter, Amen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit argumentum ad Hebræos.

A An epistola ad Hebreos tit. Pauli.

IN primis vi. Quidam veritatis calumniatores hanc epistolam non esse Pauli dicere ausi sunt eo quod nomen eius in titulo non habeat & longè splendidiore atque facūdiore stilo quàm aliæ resplendeat, sed aut Barnabæ, aut Lucæ, vel Clementis vel Tertulliani. Quibus in promptu nobis est respondere. Si enim ideo non est dicenda Pauli, quia nomine eius prætitulata non est, ergo nec alicuius illorum, immo nullius omnino, cū nullius nomen habeat in titulo. Ideo autem nomen suum huic epistolæ sicut & cæteris non præposuit, quia Hebræis odiosus erat, quibus legis destructor videbatur. Quia ergo non eorū, sed Gentium erat Apostolus nomen suū

B eis odiosum tacuit, ne præscripti nominis inuidia sequentis vtilitatē excluderet lectionis. Sciēs quoque eorum superbiam, suámque humilitatem ipse demonstrās, ordinis sui dignitatem noluit anteferre nominando se apostolum. Sed meritum officij sui tacens superbis, ipse humilis non se apostolum nominauit, ne superbi indignarentur. Quod verò hæc epistola maiore relucet facundia quàm aliæ, sane mirandum non est, cum naturale sit vnicuique plus in sua quàm in alia valere lingua. Cæteras enim epistolas Apostolus peregrino. i. Græco sermone composuit: hanc autem scripsit Hebraica lingua. Cuius sensum & ordinē retinens Lucas post excessum eius Græco sermone composuit. Non est ergo mirum si in hac tanto doctrinæ fulget eloquio. Propulsatis ergo calumniis aduersantium veritati nullatenus ambigendum est, & hanc Pauli fore epistolam. In qua intendit Christi eminentiā & fidei sufficientiam, necnon & legis insufficientiam & inutilitatem ostendere.

Paulus doctor egregius Gētium Apostolus ministeriū suum volens honorificare, iuxta quod in epistola ad Romanos ait: *Quandiu quidem sum apostolus Gentium, honorificabo ministerium meū, tentans si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam*: Ecclesiis Hebræorum scripsit de eminentia Christi secundum vtramque naturam, & in vtilitate legis Mosaicæ astruens multis modis fidem Iesu Christi absque legalibus sufficere ad iustitiam & salutem. legalia verò post passionē Christi non modo nō proficere verum etiam officere, quorundam Hebræorum superstitiosam traditionem excludens, qui Christum cōfitentes, legales obseruantias tenendas putabant. Et in hunc errorem quosdam etiam qui de gentilitate venerant ad Christum sua autoritate induxerant. Ideo Apostolus prouidens Gentibus, ne deinceps in hunc errorem Hebræorum autoritate trahantur, Iudæos quoque ad æmulandum prouocans, quod est honor ministerij sui, gratiam Dei hic commendat per Christum verum pōtificem hoc tempore fidelibus factam, legem ostēdens reprobatam, ad vltimum etiā de moribus instruit. Præsentis igitur temporis eminentiam ostendit, dicens Deum vnigenitum suum nobis emisisse, & in nobis locutum vt auditorum mētes erigeret. i. fidelium quibus scribit Iudæorum. Ne quia multis malis quæ illis acciderāt, valde afflicti & contriti erāt, putarent ex hoc se inferiores esse cæteris ac miseriores. Ideóque vt eos consoletur atque erigat, maiori gratia præditos initio epistolæ suæ declarat. antiquis quidem prophetæ missi sunt, nobis autem filius, & illis serui & cōserui locuti sunt, nobis autem dominus. Modus tractandi. Primum proponit audienda esse verba Christi conferendo eū prophetis quia in eo locutus est dominus vt in prophetis, & maior est eis. deinde cōmēdat eum alternatim secundum vtrāque naturam, humanā. s. & diuinā. Postea comparat eum angelis & præfert, multa interserens de excellentia eius secūdum vtramque naturam. Deinde comparat eū Moysi & præfert. Deinde multis rationibus & autoritatibus gratiam fidei vmbræ legis præferendā declarat. Et sacerdotiū

E Christi Leuitico sacerdotio, & Testamentum nouum veteri, eiúsque sacrificiū vnum multis illius sacrificiis præponendum ostendit: quia ibi vmbra, hic veritas. Tandem ponit fidei descriptionem, eam multis testimoniis commēdans. Circa finem vero moralem subdit instructionem.

Argumentum in Epistolam ad Hebræos incipit.

IN primis videndum est cur apostolus Paulus in hac epistola scribenda non seruauerit morem suum, vt vel vocabulum nominis sui, vel ordinis describeret dignitatem. Hæc causa est, quòd ad eos scribens qui ex circuncisione crediderant, quasi Gentium apostolus & non Hebræorum, sciens quoque eorum superbiam, suámque humilitatem ipse demonstrans, meritum officij sui noluit anteferre. Nam simili modo etiam Iohannes apostolus propter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non prætulit. Hanc ergo epistolam fertur Apostolus ad Hebræos conscriptam Hebraica lingua misisse: cuius sensum & ordinem retinens Lucas euangelista, post excessum beati Apostoli Pauli Græco sermone composuit.

✠ EVSEBIVS. Clemēs Alexandrinus in libris ὑποτυπώσεων, epistolam ad Hebræos scriptam, Pauli esse adfirmat, & Hebraico sermone ad Hebræos ab eo æditam. Lib. 5. hist. cap. 11.

✠ ORIGENES. Est verisimile quēdam qui præmebatur ab ea quę in his est demonstratione, vsum esse consilio eorum, qui epistolā abrogent, tanquā quę non sit Pauli, aduersus quemalis scorsum vtimur rationibus ad probādum Pauli esse epistolam. Epi. ad Afri.

✠ IDEM. Apud Eusebiū. Proinde, si quæ Ecclesia istam habeat epistolam, eam ipsa approbet vt Pauli. idque hac ratione persuasa, non enim temere veteres eam Pauli esse tradiderunt. Lib. 6 hist. cap. 19.

✠ IVSTINVS Martyr. Quanto rationale animal honoratius est irrationali, tanto eius immolatio augustior est quàm illius. Atque hoc ex Iephthæ facto clarius patet, qui cum filiam suam immolauerit, in epistola ad Hebræos ab Apostolo commemoratur in numero piorum. Quæst. 99. ad Orthodox.

✠ IRENÆVS Martyr. Moses homo Dei existens, Deus quidem datus est ante Pharaonem: non autem Deus dominus appellatur, nec Deus vocatur à prophetis: sed fidelis famulus & C seruus Dei dicitur à Spiritu, quod & erat. Lib. 3. ca 6.

F

✠ THEODORETVS. Nihil faciūt qui morbo Ariano laborant, si aduersum literas apostolicas furant, & epistolam ad Hebræos à reliquis separent, & eam adulterinam appellent. Qui enim aduersus Deum & Saluatorem nostrum linguas mouent, quid non ausi fuerint aduersus eius beneuolos, & grandiloquos veritatis præcones? Heb. 13. Aug. epi. ad Rom.

✠ HIERON. Hæretici quicquid contrarium suo dogmati viderunt, eraserunt, nonnullas epistolas integras repudiandas crediderunt, ad Timotheum videlicet vtramque, ad Hebræos, & ad Titum. Et siquidem redderēt causas cur eas Apostoli non putarent, tentaremus aliquid respondere, & forsan satisfacere lectori: nunc autē cum hæretica authoritate pronuncient, & dicant, illa epistola Pauli est: hæc non est: ea authoritate refelli se pro veritate intelligant, qua ipsi non erubescunt falsa simulare. Proœmio epist. ad Titum.

Nicolai de Lyra in Postillam super epistolam Pauli ad Hebræos Proœmium.

✠ VM venerit quod perfectum est, euacuabitur quòd ex parte est. *infrà Co. xiij. c. In primitiua ecclesia illi qui de iudaismo conuertebantur ad fidem Christi, zelabant nimis, & indiscretè pro lege Moysi mouebantur, secundum quod scribitur in ti, actuum apostolorum. In quo quidem libro texitur historia nascentis ecclesiæ, vt dicit Hiero. in epistola ad Paulinum. Ibi enim. xxj. ca introducuntur verba beati Iaco. loquentis ad Paulum apostolum de cælo c nuerso ad fidem Christi pro lege Moysi sic dicentis*: Vides frater quot milia sunt in Iudæis qui crediderunt Christo, & omnes sunt æmulatores legis, &c. *& intantum pro lege Moysi zelabant, quan dicebant necessariam ad salutem ipsam obseruari, vt habetur Act. xv.* quidam descendētes de Iudæa. s. in Antiochiam vbi erat ecclesia fidelium inchoata, dicebant: fratres, quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non poteltis salui fieri. *& inde orta fuit hæresis Nazarenorum, dicentium obseruantiā omnium legalium esse necessariam ad salutem, vt dicit Aug. de hæresibus. Paulus igitur à Deo doctus, non solum in terris per inspirationem sicut cæteri apostoli sed etiam in cælis per apertam visionē in raptu, secut scribit Aug. ad Paulinum de videndo Deum: videns hoc esse contra veritatem euangelij, scripsit hanc epistolam Hebræis ad fidem christi conuersis, in ea manifestè ostendens imperfectionem legis respectu euangelij. & per consequens eius cessationem in tempore perfectionis, quod est tempus Christi. Et ex hoc patet, quod ista epistola inter epistolas Pauli prima est in ordine doctrinæ, licet sit vltima scribendi tempore, quod patet ex duobus. Primo ex mo-*

✠ do scri-

✠ *do scribendi, quia hanc epistolam scripsit Apostolus Hebraicè vt magis videbatur, infra. scriptura autem Hebraica antiquior est inter omnes, secūdum quod dicit Isid. j. etimol. vnde & aliæ literæ deriuantur ab Hebraicis & quantum ad sonum & quantum ad nominationem. quod patet de*

A Euseb. lib. de præpar. euang. *literis Græcis. Prima enim litera Hebraica dicitur Aleph. Secunda Beth. Prima in Græco dicitur Alpha: Secunda, Vita: & sic de aliis, saltem in pluribus. Vnde patet quod literæ Græcæ sunt deriuate ab Hebraicis, & non est dubium quòd Latinæ derivate sunt a Græcis, sicut idioma Latinum ab idiomate Græco: & sic patet propositum. Secundo hoc patet ex sententia, quia in hac epistola veritas legis euangelicæ & eius perfectio ostenditur: in aliis autem epistolis Paulus Apostolus ad obseruantiam euangely fideles hortatur. prius est autem legis veritatem agnoscere, quàm ipsam veritatem obseruare. patet igitur quòd hæc epistola prior est ordine doctrinæ. an verbo igitur præassumpto tria designantur ad euidentiam huius epistolæ. Primum est imperfectio legis Mosaicæ. Secundum est perfectio legis euangelicæ. Tertium, est ordo vtriusque. Primum tangitur cum dicitur*, Quod ex parte est. *Secundū, cum dicitur*: Quod perfectum est. *Tertium, cum dicitur*: Venerit & euacuabitur. *quia*

Diuisio *adueniente euangelio lex euacuabitur, vt magis videbitur in sequentibus. Primò igitur in verbo præassumpta tangitur imperfectio Mosaicæ legis, cum dicitur*: Quod ex parte. *pars enim habet rationem imperfecti, sicut per oppositum totum habet rationem perfecti, secundum quòd dicit. ij. Physicorum. Totum & perfectum idem sunt. & ideo imperfectio*

Tria considerandā in lege diuina *legis Mosaicæ bene designatur, cum dicitur*: Ex parte. *Ad cuius euidentiam notandum quòd in lege diuina occurrunt tria considerāda. Primū est fides vnius Dei quod est quid præuium ad susceptionem legis diuinæ: quia per eandem populus adunatur cui lex datur, quia lex non datur nisi*

B *populo aliquo adunato. Secundum est ipsa lex vel corpus legis, quod constitut in ipsius mandatis vel monitis. Tertium est eius finis. Finis autem legis diuinæ est beatitudo eterna, sicut finis legis politicæ & humanæ & fœlicitas politica. In istis tribus lex Mosaica inuenitur imperfecta, quod patet de primo, videlicet de fide, quia licet in illa lege fuerit notitia aliqualis vnius Dei, & etiam Christi in quodam generali, tamen nō fuit ibi notitia explicita trinitatis personarum in vnitate essentiæ nec per cōsequens incarnationis. Cuius ratio est, quia sicut cognitio naturalis procedit de imperfecto ad perfectum, vt dicitur. j. Physicorum. Vnde & pueri vocant primo omnes viros patres, & omnes fœminas matres, postea distinguunt vnumquodque. Ita similiter supernaturalis cognitio minor fuit in veteri lege quàm in noua, in qua per Christum veritas lucide est reuelata. propter quod dicit Saluator Ioan. xvij. a.* Pater, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, &cæt. *In signum huius Moyses loquebatur ad populum velata facie, vt habetur Exod. xxxiij. quia mysteria fidei nostræ erant figuris & ænigmatibus velata. propter quod patres veteris Testamenti poterant dicere illud quod scribitur. j. Corinth. xiij. c.* Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. *Similiter lex Mosaica fuit imperfecta quantum ad secundum, quod est*

Mandata legis triplicia *legis corpus siue mandata ipsius. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd mandata legis in tria distinguuntur genera, quia quædam sunt præcepta moralia: cuiusmodi sunt illa quæ sunt de dictamine rationis, etiam si nulla lex esset posita, sicut est illud mandatum quod scribitur Exod. xx. b.* Honora patrem & matrem, &c. *Et similiter illud quod per modum monitionis scribitur Leuit. xix. g.* Coram cano capite cōsurge, & honora personam senis: *& similia. Quædam autem sunt inter dictalia præcepta, quæ sunt determinationes quædam moralium præceptorum in ordine ad proximum sicut de dictamine rationis naturalis est, quòd malefici moriantur: propter quod præceptum illud morale est quod*

C *habetur Exo. xxij. c.* Maleficos non patiaris viuere. *sed modus mortis, vt quòd lapidentur vel decapitentur & huiusmodi, pertines ad determinationem legis & determinatur in iudicialibus præceptis. Quædam autem sunt ceremonialia. & sunt determinationes moralium præceptorum in ordine ad Deum, sicut de dictamine rationis naturalis est quod Deus honoretur. & ideo datur de hoc præceptum morale. Exod. xx. b.* Memento, vt diem sabbati sanctifices. *Modus honorandi Deum, vt per talia sacrificia vel talibus temporalibus & huiusmodi, pertinet ad determinationem legis. & hoc determinatur in ceremonialibus præceptis. proprer quod Exod. xx. b.* Memento, vt diem sabbati sanctifices. *quantum ad determinationem temporis, scilicet diei sabbati, ceremoniale est. morale autem inquantum ibi præcipitur, quod homo vacet diuinis. Ista morale autem tria prædicta genera præceptorum in lege Moysi fuerunt imper-*

Mortalia ve. legis imperfecta. *fecta. Et hoc declaratur primo de moralibus præceptis duplici ratione. Prima ratio est ista, quia moralia præcepta in lege Moysi ordinabāt actus minum exteriores tantum propter quod Apostolus in epistola ad Ro. xij. vocat legem Moysi, legem factorum, de actibus autem interioribus in principalius constitit bonum moris nihil ordinabant, aut parum. quibus Sed contra hoc videtur esse illud quod habetur Exod. xx. vbi concupi-*

D *scentia prohibetur*: Non concupisces vxorem proximi tui, &c. *Dicendum est secundum antiquos doctores, quòd talis concupiscentia non prohibetur inquantum est omnino latens in corde. sed prout prorumpebat exteriùs per aliqua signa, vt per verba scurrilia, tactus, & oscula. & huiusmodi. Et ideo sic exponunt*: Non concupisces. *id est, signa concupiscentiæ non facias. vnde Phil. iij. dicit Glo. quòd lex vetus prohibebat*

E *manum, non animum. Vel secundum alios dicendum, quòd licet lex vetus prohiberet concupiscentiam animi latentem, hoc tamen erat in paucis, scilicet in mœchia & furto. Iterum in istis insufficienter prohibebat concupiscentiam, quia non puniebat transgressores. & sic patet, & lex Mosaica insufficienter ordinabat actus interiores. Secunda ratio est quia lex Mosaica etiam actus exteriores insufficienter ordinabat, sicut patet Deuter. xxiij. d. vbi dicitur*: Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam nec fruges, nec aliquam aliam rem, sed alieno. *Ibi enim permittitur vsura cū extraneis personis, quod esi illicitum & contra dictamen rectæ rationis. Similiter Deut. xxiij. a. permittitur viro dare vxori libellum repudij, & ex causa indebita. Vnde ibidem dicitur*: Si acceperit homo vxorem, & odio habuerit eam, & non inuenerit gratiam in oculis eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam de domo sua. *indissibilitas autem coniugum per totam vitam est de dictamine rationis naturalis, vt alias declarāui super Matthæum. Et sic patet, quòd lex vetus imperfecta fuit in moralibus. Propter hanc autem imperfectionem lex Mosaica dicitur pædagogus noster, Gal. iij. d. id est, regula pueroF rum & imperfectorum, in quibus non queritur perfectio interior, licet ab exterioribus inhonestis timore disciplinæ reprimantur, & in exterioribus actibus multa eis permittuntur, quæ non permitterentur viris perfectis. Propter quod Aug. lib. de spiritu & litera exponens illud. ij. Cor. iij. d.* Litera occidit, &c. *dicit hoc esse intelligendum non tantum de ceremonialibus sed etiam de moralibus veteris legis, quia scilicet non prohibebant aliqua quæ de se sunt mortifera, vt patet ex prædictis, propter quod dicitur ad Roma. iij. d.* Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. *Secundo ostenditur, quòd ceremonialia fuerunt imperfecta.*

Ceremonialia veteris legis quadripartita *Ad cuius euidentiam considerandum, quod ceremoniæ veteris legis sunt in quadruplici differentia. Quædam pertinent ad sacramenta, quædam ad sacrificium, quædam ad obseruationem, quædam ad sacra. Sacra autem & obseruationes ordinantur ad sacrificia & sacramenta, quia sacra dicuntur vasa & loca & huiusmodi, quibus vtebantur in sacrificiis & ritu colendi. Obseruationes dicuntur quædam modi religiosi viuendi quibus vtebantur Iudei, qui erant populus peculiaris ipsius Dei, vtpote custodirent se ab aliquibus cibariis & potibus & vestibus & consimilibus. & hoc quia erant populus Deo consecratus per sacramentum circuncisionis & alia sacramenta. Nunc autem ita est quòd ex fine accipitur ratio eorum quæ sunt ad finem: & ideo si ostendatur quòd sacrificia &*

Sacramenta legalia *sacramenta erant imperfecta, sufficienter eru ostensum, quòd sacra & obseruationes erant imperfecta, quia ordinabantur ad duo prædicta sunt ad finem, vt prædictum est. Quod autem sacrifi. ia veteris legis essent imperfecta ostenditur, quia quædam erant sacrificia pro peccato oblata, & hæc erant imperfecta, quia non poterant auferre peccata. propter quod dicit Apostolus ad Heb. x. a.* Impossibile est sanguine hircorum & taurorum auferri peccata. *Et iterum ibidem*: Omnis quidem sacerdos. *scilicet veteris legis. præsto est quotidie ministrans, vt easdem afferens hostias quæ non possunt auferre peccata. Et hoc idem habetur Esa. xl. d. Libanus non sufficiet ad succendēdum. & animalia non sufficient ad holocaustum. Libanus autem hic vocatur primum templum, quod factum fuit de libani lignis, animalia autem ibi oblata & quantum ad partem concremata non sufficiebant ad emotionem peccati. Alia erant sacrificia pacifica, id est, ex deuotione oblata ad gratiam Dei impetrandam seu aliquod beneficium diuinum & illa erant imperfecta, quia diuina seu beneficium diuinum non impetrabatur ratione oblati muneris licet aliquando daretur propter deuotionem & fidem offerentis. Et hoc est quod dicit Apostolus ad Hebr. ix. d.* Tabernaculum factum est primum, &c. *Et sequitur*: Quæ est parabola instantis temporis iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quę non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem. *Perfectio conscientiæ est per donum gratiæ. & sic patet propositum quantum ad legis sacrificia. Similiter sacramenta veteris legis erant imperfecta. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd illa sacramenta erant ordinata ad faciendum homines idoneos ad cultum diuinum: & ideo de eis aliqua erant communia toti populo tam viris quàm mulieribus, vt purificationes aliquæ ad tactum immundi vel mortui, quæ purificationes fiebant per aspersionem aquæ expiationis, de qua habetur Num. xix. & consimilia. Aliqua autem erant sacramenta solis viris conuenientia, sicut circuncisio. Aliqua solis sacerdotibus, sicut consecratio & vnctio sacerdotis & similia. Cuius ratio est, quia sacerdotes speciali modo applicabantur ad cultum Dei. Ista tamen sacramenta prædicta erant imperfecta, quia non conferebant gratiam, sine qua non efficiuntur homines idonei ad cultum diuinum. ideo sacramenta legalia dicuntur egena & infirma, Gal. iij. b. vbi dicitur sic*: Nunc autem cum cognoueritis Deum, immo cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad egena & infirma elementa? *Dicuntur autem infirma, quia non conferebant aliquam potestatem spiritualem sicut conferunt sacramenta nouæ legis. Similiter dicuntur egena, quia non conferebant gratiam quæ necessaria est ad bene vtendum illa potestate. Sed contra hoc videtur, quia in Exodo & Leuitico quasi vbi dicitur quòd illa sacramen-*

✠ ta red

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta reddebant homines idoneos ad cultum diuinum.dicendum, quòd talis idoneitas erat per quandam mundiciam & expiationem corporale, sicut in noua lege aliquis dicitur ineptus ad ministrandum vel celebrandum propter immunditiam manuum, & lotio manuum reddit eum aptum: sed hæc aptitudo est tãtum corporalis.sic erat de aptitudine quæ dabatur per sacramenta veteris legis. propter hoc dicuntur ista sacramenta emundationis carnis, vt habetur Heb.ix.d. vbi dicitur sic: Sanguis hircorũ qui. s. offerebatur in consecratione sacerdotum, & cinis vitulæ asperſus, quo omnes mundabantur à tactu mortiferi vel immundi vt dictũ est, inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis.i.corporis: quia vt dictum est, talia non conferebant gratiam.sed auferebant quædam impedimenta & irregularitates impedientes à tabernaculi ingressu. Sicut in noua lege patet per exemplum. Quando enim per prælatos dispensatur cum aliquo illegitimè nato vel priuato vno oculo vel huiusmodi, non confertur ex hoc sibi gratia.sed tantum irregularitas tollitur, sed contra hoc videtur, quòd secundum doctrinam sanctorum circuncisio tollebat peccatum originale, & per consequens conferebat gratiam vt communiter tenetur. Dicendum secundum antiquam opinionẽ, quòd tollebat peccatum originale, non tamen gratiam conferebat. hæc enim erat potestas circuncisionis, vt tenetur à multis & magis: quorum rationes hic propter prolixitatẽ omitto: & in hoc differebat à baptismo, qui non solum aufert peccatũ originale, sed confert gratiam. Aliter potest dici, quòd si in circuncisione conferebatur gratia, hoc non erat in virtute illius sacramenti, sed ex fide Christi venturi, quem protestabatur ille qui circuncidebatur si adultus erat, vel alius pro eo si paruulus erat. Et hoc est quod dicitur communiter, quòd valebat ex fide suscipientium, non autem ex opere operato per quem modum valent sacramenta nouæ legis. Patet igitur quòd ceremonialia præcepta legis erant imperfecta.

Iudicialia imperfecta

Tertiò ostendo quòd iudicialia erant imperfecta. Quod patet ex duobus. Primò ex modo inducendi homines ad obseruationem iustitiæ, ad quod ordinabantur iudicialia præcepta. Secundò ex ipsis præceptis. Primum patet sic: Proprium est imperfectorum hominum, vt inducantur ad iustitiam obseruandam per timorem pœnæ. Vnde dicit Horatius lib. epistolarum: Oderunt peccare boni virtutis amore: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Hoc etiam declaratur ratione: quia illud quod cum timore fit, pœnale est & non delectabile. Vnde dicitur. j. Io.iiij d. Timor pœnam habet: operari autem virtuose non est pœnale virtuoso & perfecto. sed magis delectabile. Propter quod dicitur.x. Ethicorum, quòd signum habitus generati est delectatio in opere. Sed lex Mosaica inducebat hominem ad iustitiam obseruandam per timorem pœnarum, propter quod dicitur lex timoris. & in signum huius lex data fuit in terroribus, vt patet Exod. xix.c. Iam aduenit dies tertius, in quo.s. data est lex. Sequitur: Et cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangórque buccinæ vehementius perstrepebat, tre mutque populus qui erat in castris. Et similiter eadem ratione facies Moysi apparuit cornuta, quando se cundo apportauit legem in tabulis descriptam, & timuerunt filij Israel, vt habetur Exod. xxxiij. In cornibus enim illis designabatur terror & feritas atque seueritas legis. Patet igitur primum, videlicet imperfectio iudicialium præceptorum ex modo inducendi ad opera iustitiæ per timorem pœnæ. Secundo idem patet ex ipsis iudicialibus præceptis, quæ aliquando infligebant pœnam innocenti, & aliquãdo culpabilem non puniebant. Primum patet per illud quod habetur Nu.xxxv.c. de homicidio omnino casuali, vbi dicitur sic: Talis qui fortuitu & absque odio est inimicus, &c. interficiebat hominem, debere fugere ad aliquam ciuitatem refugij, & ibi manere vsque ad mortem summi sacerdotis, quod aliquando erat per magnum tempus, & per consequens talis qui erat innoces, cum homicidium fuisset omnino casuale & inuoluntarium, sine culpa puniebatur graui pœna, quia oportebat eum exulem esse per magnum tempus à sua ciuitate & sua possessione. Secundum patet, vbi subditur de tali fugitiuo innocente. Quod si extra fines vrbium muentus fuerit, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim pro fugiens vsque ad mortem summi pontificis in vrbe residere. & sic patet quòd interfectio innocentis in casu tali remanebat sine pœna. quæ tamen est grauis culpa. Talis autem imperfectio legis conueniebat imperfectioni populi qui erat pron⁹ ad effusionem sanguinis. & ideo si interfector à casu remaneret in sua ciuitate inter amicos interfecti, esset in periculo mortis quamuis innocens, & sic de facili possent in populo homicidia multiplicari. Et ideo ad hæc mala euitanda data est lex prædicta de eius fuga, quamuis esset innocens, & eadem ratione procedit lex si aliquis amicus mortui interficeret eum extra fines ciuitatis refugij, vt sic cogeretur in vrbe remanere.nõ ex sua culpa, sed propter homicidia euitanda, ad quæ populus tanquam imperfectus erat pronus. Exemplum ad hoc idoneum ponit Philosophus. v. Ethicorum dicens, quòd aliqua leges sunt similes regulis, quibus vtuntur artifices in Lesbia ad dolandum lapides, quia lapides illius regionis sunt malè dolabiles: ideo vtuntur artifices regulis plumbeis, vt possint tortuositati lapidum applicari. Sic in veteri Testamento data sunt leges aliquam imperfectionem habentes propter imperfectionem illius populi. Patet igitur ex prædictis, quòd legis præcepta tam ceremonialia quàm moralia quòd etiam iudicialia erant imperfecta. Propter quod dicit dominus

Ezech.

Ezech.xx.d. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus D
non viuent: & pollui eos in muneribus suis. Dicit præcepta, quantũ ad moralia: quæ dicuntur non bona, non propter hoc quòd ibi aliquod malum præcipiebatur, sed quia per ipsa actus interiores ipsorum imperfectè ordinabantur, vt visum est suprà. Dicit iudicia in quibus non viuent quantum ad iudicialia per quæ regebatur iste populus timore pœnæ: in quo non consistit vita animæ, sed magis in amore. Dicit vlterius: Et pollui eos in muneribus suis, id est, pollutos ostendi quantum ad cæremonialia, quia per illa quæ offerebantur pro peccatis, polluti ostendebantur, & tamen non mundabantur, vt visum est suprà. Patet igitur quòd lex Mosaica erat imperfecta, si consideretur ipsum corpus legis. Tertiò Lex Mosaica erat imperfecta si cõsideretur eius finis. Sicut enim finis legis humanæ est felicitas politica, ita finis legis diuinæ est felicitas æterna non solum legis nouæ, sed etiam veteris. propter quod dicit Apostolus Roma x. b. Finis legis Christus. in quo consistit beatitudo obiectiue: secundum quod dicitur Ioan.xvij.a. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hunc autem finem non consequimur nisi per gratiam, secundum quòd dicitur Roman.vj.d. Gratia Dei vita æterna. Lex autem Mosaica non poterat gratiam conferre, vt visum est, & per consequens non poterat ad hunc finem introducere. propter quod patres veteris Testamenti, quantumcunque iusti defecdebant in infernum ad limbum patrum. propter quod dixit sanctus Iob xvij.d. In profundissimum inferni descendebant omnia mea. propter quod felicitas æterna non promittebatur in lege manifestè, sed tantum sub figura prosperitatis terrenæ: & si aliter promittitur, hoc est raro & obscure. propter quod dicit Apostolus ad Heb.x.a. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, quia non manifestè, sed obscurè futura bona, quæ sunt bona cœlestia promittebat. Patet igitur ex prædictis imperfectio legis quantum ad tria prædicta, vi- E
delicet quantum ad id quod est legis principium, & quantum ad legi corpus, & quantum ad finem ipsius. propter quod dicit apostolus Heb. vij.c. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et hæc imperfectio designatur cum dicitur in verbo primo proposito, ex parte, vt prædictum est. Propter quod de hoc potest ex parte exponi illud quod dicitur Iob xxvj.b. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum Dei. Via enim deueniendi ad Deum sunt vetus & nouum Testamentum, sed ea quæ in veteri Testamento dicta sunt, illa sunt ex parte: quia sunt imperfecta, vt patet per dicta.

Perfectio legis euangelicæ ex tribus

Secundò principaliter tangitur in verbo proposito perfectio legis euãgelicæ, cum dicitur. Id quod perfectum est. Et patet eius perfectio comparando eam ad legis imperfectionem, quia perfecta est respectu cognitionis dei, & respectu præceptorum respectu finis in quibus lex Mosaica erat imperfecta. Quòd autem cognitio Dei perfecta sit in lege noua, patet per illud quod habetur Ioan.xvij.a. Pater manifestaui nomen tuum. In figura autem huius velum templi fuit scissum in Christi passione. ad o- F
tendendum, quòd declarata & manifestata erant quæ prius latebant sub velamine. propter quòd ipsa lex noua tanquam perfecta in cognitione, est donum perfectum descendens à patre luminum, vt habetur Iaco.j. Similiter lex noua perfecta est quantum ad ipsum corpus legis. s. quantum ad moralia præcepta, & quantum ad sacramenta & quantum ad sacrificia. Primò patet hoc de præceptis moralibus: quia lex noua perfecte ordinat humanos actus, non solum exteriores, sed etiam interiores, & in hoc imperfectionẽ legis supplet, propter quod dicit Saluator Matth. v. imperfectionem legis adimplendo: Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. In quo ordinat motum animi interiorem, vt patet. Similiter lex noua actus exteriores ordinat nullum malum permittendo. propter quod dicit saluator Mat.xij.c. Dico autẽ vobis, quia omne verbũ otiosum quod locuti fuerint homines super terrã, reddent rationem in die iudicij. Si autem hic prohibet verbum otiosum, per consequens verbum nociuum, & multo fortius omnem actum malum, propter quod Matth.v. g. post supplentem præceptorum moralium veteris legis, concludit perfectionem euangelij, dicens: Estote ergo perfecti, &c. Perfecti autem Christus moralia præcepta legis, eis consimilia euangelica superaddendo, propter quod Matth. xix.c. iuueni dicenti se custodisse mandata legis & quærenti vlterius viam perfectionis, dicit Saluator: Adhuc vnum tibi deest: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni & sequere me. Secundò dico quòd lex noua perfecta est quantum ad sacramenta, quia conferunt gratiam, quod non faciebant sacramenta veteris legis, propter quod dicitur Ioan.j.b. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum. propter hoc de Ioanne Baptista qui per suam prædicationem & baptismum suum disponebat populum ad Christi baptismum, & per consequens ad alia sacramenta, cum baptismus sit tanua sacramentorum, Luce.j.d. dicitur: Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ parare domino plebem perfectam.

Tertiò lex noua perfecta est quantum ad sacrificia, quia in ipsa est vnum sacrificium perfectissimum, scilicet Eucharistia, quæ non est tantum sacramentum sed etiam sacrificium. quia ibi Christus quodammodo

A modo immolatur: & fructus suæ benedictæ passionis à populo percipitur: tamen is sanctificium tanquam vnum & perfectum sunt in lege figuratum per multa sacrificia & varia, sicut perfectum, & imperfectum. Eius autem perfectio apparet in duobus. Primò, quia tollit peccata quod non poterant facere legis sacrificia. propter quod Io.j.d. dicitur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, i. peccata omnis fidelis & infidelis. secundum q̃ dicitur Io.vj.a. prima canonica: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris non pro nostris tãtum sed etiam pro totius mundi. Secundo apparet eius perfectio, quia augmentat gratiam, secundum quòd dicitur Io.xvj.f. Qui manducat me, viuet propter me. per augmentum. f. gratiæ. De vtroque autem effectu huius sacrificij dicitur Heb.x.c. Hic autem vnam pro peccatis hostiam offerens. s. semetipsum, sedet ad dexteram Dei patris. Sequitur: Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Amotio culpæ ostẽditur, cum dicitur in auctoritate: Vnam pro peccatis hostiam offe- Perfectio eucharistiæ
rens. collatio & augmentatio gratiæ, cũ dicitur: Consummauit in sempiternum sanctificatos. & sic perfectio euangelij patet ex perfectione sacrificij propter quod dicitur Heb. ix.c. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius, &c. Tertiò ostenditur perfectio legis euangelicæ quantum ad iudicialia, quia inducit ad obseruantiam legis non per timorem pœnæ, sed per amorem iustitiæ quod est proprium perfectorum, vt suprà dictum est. propter quod lex noua dicitur perfecta, secundum quòd dicitur Iaco.j.d. Qui autem prospexerit in lege perfectæ libertatis, &c. Item quia nullum innocentem punit, nec aliquod malum impunitũ relinquit, quia etiam verba otiosa punient, ostendit, vt suprà dictum est. & non solum modo verba otiosa, sed B
etiam malas cogitationes, secundum quod dicitur Mat.v.d. Ego autem dico vobis, q̃ quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. propter quod lex noua est perfecta. de qua potest exponi illud Cant.vj.c. Vna est columba mea, perfecta mea. Dicitur enim lex noua columba metaphoricè, quia est sinefelle amaritudinis: nullum innoxium puniens. Dicitur perfecta, quia nullum malum permittens, & sic apparet perfectio legis euangelicæ quãtum ad legis corpus, quod continet mandata. Similiter lex noua perfecta est quantum ad finem legis. Qui quidem finis est vita beata, ad quem finem immediata introducit lex euangelica, quod non poterat lex vetus vllo tantum in figura. propter quod dicit Apostolus ad Heb.xj. e. Non accessistis ad tractabilem ignem. i. corporalem & visibilem, sicut accesserunt Iudæi in monte Sinai. sed accessistis vos. s. credẽtes in Christo ad Sion montem ciuitatem Dei viuentis cælestem Ierusalem. & multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deũ & spirituum sanctorum perfectorum. propter quod Apostolus Heb. vij.c. postquam dixerat: Nihil ad perfectum adduxit lex. s. lex vetus adiunxit. Introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. s. in lege noua. Patet igitur ex prædictis q̃ lex noua perfecta est, & quantum ad cognitionem fidei legi præuiam, & quantum ad ipsum corpus legis, & quantum ad eius finem. ista autem perfectio legis fi- Figura legis nouæ
gurata est. iij. Reg. vj. vbi dicitur sic: Perfecta est domus domini in C
omni opere suo. Lex enim noua potest conuenienter dici domus domini, quia huius domus ipse est ædificator, quia lex noua data est ab eo immediatè, non lex vetus, secundũ quod dicitur Heb.j.a. Multifariè multisq̃, modis olim Deus loquens patri. in prophe. Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio suo consubstantiali & coeterno, vt ibidem subditur. Dicitur etiam lex noua domus domini, quia ipse est huius domus inhabitator, quia in sacramento & sacrificio noue legis. s. eucharistia continetur totus Christus realiter. Bene igitur dicitur: Perfecta est domus domini in omni opere suo, quia perfecta est lex noua in cognitione fidei. in præceptis moralibus, in sacrificiis, in sacramentis & iudicialibus: & perfectè introduxit ad finem legis. s. vitam beatã, quæ est finis diuine legis. Et sic patet secundum principale.

Ordo triplex legis & euãgelij

Tertiò principaliter ostenditur in verbo præassumpto ordo vtriusq̃. legis euangelij. cum dicitur. cum venerit hoc euacuabitur illud: in quo. s. legis euangelij. cum dicitur. cum venerit hoc euacuabitur illud: in quo. s. legis euangelij,

Universidad de Deusto Biblioteca

fidei. Legem fidei vocat legem nouam, sic enim euacuat & excludit veterem. Patent igitur tria prædicta in verbo primo notata, scilicet imperfectio legis Mosaicæ, perfectio legis euangelicæ, & ordo vtriusque.

Ad maiorem autem sequentium & prædictorum euidentiam quæritur, vtrum hæc epistola sit Pauli apostoli.

Et arguitur primò quòd non: quia in hac epistola non tenetur modus scribendi qui in aliis epistolis Pauli præponendo nomen suum, & sui apostolatus officium, vt patet, ergo. &c.

Item quia elegantior est stilus in hac epistola quàm in aliis.

Epistola ad Hebræos probatur Pauli.

Ad contrarium est vsus, & consuetudo ecclesiæ, in qua allegatur ista epistola tanquam ab Apostolo scripta. Respondeo dicendo, quòd propter rationes prædictas ab aliquibus fuit opinatum, quòd hæc epistola non esset Pauli: propter quod aliqui dicebant, quod erat epistola Clementis papæ & martyris. Et mouebantur ad hoc, quia ipse scripsit Athenensibus epistolam per omnia consimilem. Alij autem dicebant, quòd erat Lucæ euangelistæ: & mouebantur ad hoc quia ipse eam primo scripsit Græce, vt dicitur in prologo. Alij autem dicebant quòd erat Tertulliani, qui fuit propinquus Apostolorum tempori. Sed modo indubitanter tenetur quòd est epistola Pauli: Quod probatur multipliciratione. Primò autoritate ecclesiæ, cuius est talia dubia determinare. In synodo autem Nicena recepit ecclesia istam epistolam tanquam ab Apostolo scriptam. Secundò hoc idem probatur per autoritatem antiquorum doctorum, & potissimè Beati Dionysij, qui fuit discipulus beati Pauli. Iste autem in scriptis suis allegat dicta huius epistolæ tanquam dicta Pauli magistri sui. Tertiò hoc probatur ex autoritate Chrysostomi super epistolam istam dicentis, ꝙ Paulus eam scripsit Romæ existens. Postquam enim biennio Romæ fuerat propter appellationem factam ad Cæsarem. de qua habetur in Actibus apostolorum, habuit licentiam transeundi in Hispaniam, & Iudæos ibi vidit, & postea Romam rediens de illo loco hanc epistolam eis scripsit, vt dicit Chrysostomus. Quartò patet propositum ex his quæ dicuntur vltimo capitulo huius epistolæ, videlicet quòd missa fuit hæc epistola per Timotheum qui fuit filius spiritualis Pauli apostoli. Quinto hoc idem arguitur ex zelo Apostoli ad salutem Iudæorum, de quo zelo dicit ad Rom. ix. Optabam anathema esse pro fratribus meis qui sunt cognati mei ex quibus Christus secundum carnem, ad Rom. xj. b. Quandiu quidem ego sum Gentium apostolus, ministerium meũ honorificabo, si quo modo ad æmulandũ prouocẽ carnẽ meam. i. Iudæos, & saluos faciam aliquos ex illis. Ideo non est aliquo modo probabile, quin Paulus scripsit Iudæis ad eorum salutem, qui tot alia scripsit aliis gentibus pro salute eorundem, nulla autem alia epistola Pauli dicitur scripta Hebræis nisi ista. ergo, &c. Sextò probatur propositum ex zelo Pauli apostoli ad euangelicam veritatem, ex quo zelo reprehendit Petrum manifestè, vt habetur ad Gal. ij. Nunc autem ita est, ꝙ sicut necessarium fuit ecclesiasticã veritatem prædicari ad conuersionem fidelium, sic necessarium fuit eam scribi ad confutationem hæresum insurgentium. propter quod Ioannes Euangelium suum incipit à natiuitate Christi æterna, quia videbat hæresim Hebionitarum insurgere, qui dicunt Christum ante Mariam nõ fuisse. Paulus autem Apostolus vidit tempore suo hæresim Nazaræorum insurgere qui dicunt esse necessarium ad salutem seruare legem veterem & nimium inualuit hoc dictum, ita ꝙ etiam Petrus aliquo modo offendit in obseruatione legalium, propter quod Apostolus ei restitit in facie, vt dictum est. Ideo non est verisimile quin Paulus apostolus aliquid scriberet conuersis de Iudaismo ad confutationem huius erroris. hoc autem fit in hac epistola, vt patebit domino concedente: & ideo tenẽdum est indiscussè quòd ista epistola fuit à Paulo apostolo scripta.

Ad primum argumentum patet solutio in prologo Nõ enim erat Apostolus Iudæorum, sed gentium, secundum quod dicit ad Gal. ij. b. Creditum est mihi euangelium præputij, sicut & Petro circũcisionis, &c. Et ideo non scripsit in hac epistola quæ dirigebatur Iudæis nomen sui officij. similiter nec nomen personæ: quia ipse erat odiosus Iudæis, patet in Actibus apostolorum in multis locis: propter quod epistola fuisset minus recepta à Iudæis si nomen Pauli esset ibi præpositum.

Ad secundum dicendum quòd stilus est elegantior: quia quilibet elegantius loquitur linguam propriam quàm alienam. Ipse autem Paulus scripsit hanc epistolam solum Hebraicè, & ideo loquitur magis ornatè.

Sed contra hoc insurgit vnum dubium, quia per infusionem spiritussancti habuit donũ linguarum, secundum quod habetur. j. Cor. xiiij. d. Gratias ago Deo meo ꝙ omnium vestrum lingua loquor. Dona autẽ spiritussancti perfecta sunt, ergo ita perfectè loquebatur alia idiomata sicut Hebraicum. Dicẽdum quòd donum linguarum datum est apostolis ad prædicandum fidem Christi omnibus populis, & ideo datum est hoc donũ apostolis prout faciebat ad efficaciam prædicationis Ad hoc autem non multum facit ornatus verborum sed aliquando magis impedit, vt patet per Apostolum j. Cor. ij. a. Sermo meus & prædicatio mea nõ est in persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ verbis, &c. Et ideo non est mirum, si Paulus apostolus habuit aliquem ornatum verborum in Hebraica lingua ex humana acquisitione quem non habuit in aliis, habuit tamen omnia idiomata inquantum valent ad efficaciam prædicandi.

Incipit epistola Pauli ad Hebræos.

CAP. I.

¶ Multis locutionibus. ¶ Multis qualitatibus.

Vltifariè multísque modis olim 1, 2

a ¶ Seruis per seruos.

Deus loquẽs pãtribus in prophetis. 3, 4

¶ Quia post hanc non sequitur alia locutio. ¶ In fine temporum. ¶ Quasi adhuc supersunt qui audierunt & viderunt. ¶ Filiis.

Nouissimè diebus istis locutus est nobis in fi- 1, 2

¶ Qui maior prophetis: vnde & eum secundum vtranque naturam cõmẽdat. ¶ Secundum humanitatem. vnde: Postula à me & dabo tibi Gen. hæ. ¶ Quia filius & nunquam perdit quicquam de omni dato patris. ¶ Vt per verbum.

lio, quem constituit hęredẽ vniuersorum, per 3, 4

¶ Non solum æterna, quæ minus nota. ¶ Secundum diuinitatem. ¶ Ex patre & idem cum eo. ¶ Lumen de lumine.

quẽ fecit & secula. Qui cũ sit splendor gloriæ, 5

Incipit epistola Pauli ad Hebræos. CAP. I.

In 1. cap. ad Galat.

a Multifa. &c. ✱ HIERONYM. In epistola ad Hebræos propterea Paulus solita consuetudine nec nomen suum, nec apostoli vocabulum præposuit, quia de Christo erat dicturus. Habentes ergo principem sacerdotum, & apostolum nostræ confessionis Iesum, nec fuit congruum, vt vbi Christus apostolus dicendus erat, ibi etiã Paulus apostolus poneretur.

✱ PRIMASIVS. Omnis intentio beati apostoli in hac epistola est, vt Iudæos cognatos suos (qui & Hebræi, ab Heber appellantur, in quo assumpti sunt) à lege Moysi transire faciat ad gratiam euangelij: ab obseruatione carnali ad spiritalem: simúlque eminẽtiam gratiæ, quæ per filium data est fidelibus discernit à legalibus vmbris, quæ angelicis ministrationibus exhibitæ fuerunt.

c Olim. Non est nouum.

d Deus. Qui est inuariabilis tũc & nunc.

e Loquens. Quia quod tunc etiam nunc.

f Patribus. Qui carne & cultu Dei patres nobis sunt.

g In prophetis. Non enim ipsi, sed Deus in eis.

Multifariè. i. multotiens Abrahæ, Isaac, & Iacob, & cæteris, & eisdem sæpè.

b Multisq. modis. Quia modo per somnia, vt Danieli: modo aperta voce, vt Moysi: modo interiori inspiratione, vt Dauid.

☞ Vel, Multifariam. Multo & diuerso genere locutionis, vt per somnia vel inspirationes, vel apertas voces.

Multisq. modis. Rerum diuersis mysteriis futura significans.

a Locutus. Quia idem modo qui olim.

b Nobis. Filiis illorum patrum. Ne de aliis putetur nobis locutus quàm illis: quod poterat videri si alij loqueretur genti.

Multifariè. In omni genere loquendi, vt figuris, visionibus somniorum, locutionibus angelorũ.

Mul. modis. Rerum creatione, vt in formatione Adæ, in transitu maris rubri, & similibus in actibus.

Aug. in psal. 37.

Olim patribus in prophetis: Nouissimè nobis in filio. Tempus enim cõstituit dominus promissis suis, & tempus eis quæ promisit implendis. Promissionum tempora habuerunt prophetas afflatos & impletos verbi Dei vsque ad Ioãnem: ab illo autem vsque in finem tẽpus est implendi quæ promissa sunt. Vnicus Dei filius vẽturus erat ad homines assumpturus hominem, & per id futurus homo moriturus, resurrecturus, ascensurus, sessurus ad dexteram patris, impleturus in gentibus promissa. Quod loquens & locutus, præsens de præterito, præteritum de præsenti posuit, significat id se loqui per filiũ quod locutus est per prophetas. Nisi quòd in prophetis occulta veritatis & adhuc implenda, in filio autem aperta & completa.

In ps. 73.

In prophetis. AVG. Propherandum fuit vt non subitò veniens horreretur, sed creditus expectaretur.

✱ PRIMASIVS. Consideremus ergo, quomodo multis loquutionibus, multísque qualitatibus loquutus sit Deus pater patribus testamenti: multis loquutionibus, multísque qualitatibus loquutus est eis, quia non semper vniformiter secreta sua eis reuelauit. Aliquando enim apertè & per angelum loquutus est: vt Abrahæ, Mosi, Loth, aliquando vero obscurè & per enigmata: aliquando in habitu militis, aliquando in corde, aliquando per somnium. Quanta vero distantia est inter gratiam euangelij, quę per filium data est, & legem, quæ per seruum administrata est, tanta est differentia inter ministros & auditores legis, quoniam serui ad seruos missi sunt, & inter promissionem & gratiam, quæ per filium data est filiis, ac postmodum per filios administrata.

Christus maior prophetis

c In filio. Qui prophetis est maior. est enim dominus prophetarum, impletor & sanctificator, Sic enim propheta est, quòd & dominus prophetarum. Sic & angelus Christus est, & dominus angelorum: Nã & ipse dictus est magni cõsilij angelus, & Moysi dictum est de eo. Suscitabo eis prophetam similem tui. Si Christus nihil annũciaret, angelus non diceretur. Si nihil prophetaret, propheta non diceretur. Ex eo quòd præsens annunciauit, angelus erat, ex eo quòd futurũ prædixit propheta erat: ex eo quòd verbũ Dei caro factũ est, & angelorũ & prophetarũ dominus erat.

Esa. 9. b. Deut. 18. d.

d Constituit. Iam immutabilitatem.

Theophylactus.

e Hæredẽ vniuersorum i. possessorem omnis creaturæ. Nõ enim iam portio domini est: Iacob enim & pars eius Israel, sed omnes prorsus nationes mundi. Hæredis autem vtitur nomine, vt duo quædam per hoc astruat & ostendat. s. quòd proprius sit filius, & ꝙ donationis illi nulla contingat amissio. Dicendo ergo hæredem, humilitatis demonstrauit indicium. Deinde ad superiorem gradum altiorémque transcẽdit dicens: Per quem, vt per verbum patri coæternum. Fecit. non solum æterna & inuisibilia & immutabilia quæ minus nobis sunt nota, sed,

✱ PRIMASIVS. Hæres dicitur ab hæro domino: eo quod libera potestate in hæreditate dominetur. Constituit ergo Deus pater hæredem vniuersorum: non tamen secundum diuinitatem, qua coæternus est patri, & coæqualis illi in omnipotentia deitatis, & qua æternaliter ipse possidet omnia cum patre, sed potius secundum humanitatem, à verbo assumptam, cõstitutus est ille Dominus super omnem creaturam, non ergo diuidamus personas, sed distinguamus naturas.

Et secula. i. visibilia & mutabilia.

In symbolo.

✱ RVFINVS. Quod si per ipsum secula instituit pater, & per ipsum creata sunt omnia, & ipse est hæres omnium: per ipsum ergo & potentatum omnium tenet. Quia sicut lux de luce, & veritas de veritate, ita & de omnipotente natus est omnipotens.

✱ PRIMASIVS. Secula dicuntur à sequendo, eo quod sequuntur, in semet redeundo ac reuertendo.

Aug. ser. 38. de verb. Do.

f Qui cum sit splendor gloriæ, &c. Hic secundum diuinam naturã commendat Christum ostendens eum coæternum & coæqualem patri, eiusdémque cum eo substantiæ, sed alterum in persona. Attende qualiter hic duas vias ingreditur. Vna quidem reuocãs nos à nefando errore Sabellij. Alia verò ab Arrianicæ impietatis errore. Ne putetur pater vel vnicum non habere, vel filius extraneus à patre subsistere. Sũt enim quidam, qui eum extraneum esse delirent, quod male visum est Arrio. Alij qui non alterum patrem: alterum filium suppingere moliuntur, sed eundem aliquando patrem, aliquãdo filium. Integra ergo commonet ratione, & quia Dei filius est, & quòd nõ ab eo alienus existit. Hoc autem religioso debemus accipere intellectu, & si quid absurdum fortasse occurrit, ab acie mentis abigere. Vbique siquidem religioso nobis opus est intellectu, maximè verò vbi de Deo vel loquimur aliquid, vel audimus: quia nec ad loquendum dignè de Deo lingua sufficit, nec ad percipiendũ præualet intellectus. Multa enim de Deo intelligimus quę loqui penitus non valemus, multa rectè loquimur quæ intelligere nõ sumus idonei. Verbi gratia: Quòd vbique Deus est scimus & dicimus, quomodo autem vbique sit, intellectu non capimus. Itẽ quòd est incorporea quædam virtus, quæ omnium est causa bonorum scimus, quomodo autem quę ista sit penitus ignoramus. Sunt etiã quædã quæ dici non possunt quãuis mente capiantur, ita vt etiam ipsum Paulum videamus in quibusdam talibus quasi infirmari & non integra proponentẽ exempla, sicut hic cum ait.

Chrysostomus. Arriana impietas. Ambrosius & Chrysost.

Aug. Ser. 38. de verb. Domi. lib. 1 de incarn. Verbi, ca. 12. & ser. 190. de temp.

Qui cum sit splen. gloriæ, &c. Vtens impropriis nominibus: quia ꝓpria reperire nõ poterat, & rerum temporaliũ similitudine ad ostendendũ veritatem æternorum. i. patris, & filij coæternitatẽ, quamuis temporalia integra collatione æternis comparari non possunt. In æternitate enim stabilitas est, in tempore varietas. In æternitate omnia stant, in tempore alia aliis succedunt. In creatura nihil inuenimus coæternum, quia nihil æternum, sed sufficit ad similitudinem vt inueniamus coæuum. Coæua enim dicimus quæque eandem habent mensuram temporum, nec alterum ab altero tempore præceditur, ambo tamẽ esse cœpisse dicimus. Et si in creatura coæua inuenire poterimus, non tamen generãs & generatum, sicut in trinitate generaliter coæternum vnigenitũ. In creaturis enim non ex eo incipit generatum ex quo generãs. In creatore verò non præcessit genitor genitum. Nõ possunt ergo comparari temporalia æternis integra collatione, sed tamen possunt ex aliqua tenui & parua similitudine coæua coæternis comparari. Inueniamus itaque coæua. Nam de scripturis admonemur ad has similitudines, Legimus enim scriptum de ipsa sapientia: Cãdorem lucis æternæ. Item, speculum est sine macula Dei maiestatis. Ecce ipsa sapientia dicta est cãdor lucis æternæ. i. imago patris & speculum. Et hic ait Apostolus. Splen. glo. Coæternus est enim patri filius, vt coæuus est splendor igni. Si enim lucernam accẽdere cupio, nondũ est ibi ignis, nec splendor: mox autẽ vt accendero, simul & cũ igne splendor existit. Ergo filius Dei secũdũ hoc dicitur splendor gloriæ ꝙ ei semper pater est, quo habet de quo sit. nõ secundùm hoc quod prius esset pater, & postea filius, semper enim pater semper filius de patre est. Semper igitur filius natus, semper pater est: semper de illo imago. Ecce nõ potuisti coæterna inuenire in creaturis & inuenisti coæua: quorum proportione intelligis coæternũ filium, æterno gignenti. Quod enim est temporali coæuum, hoc est æterno coæternum Sed attendendum, quòd cum in his. s. igne & splendore sit coæuitas, non tamen omnimoda est ibi æqualitas: quia splendor qui ibi funditur de igne, minus lucet quàm ipse ignis. habent ergo ista similitudinem, sed non omnimodam æqualitatem. Ex aliorum igitur proportione tẽporalium, quorum alterum est ex al- ☞ tero,

Coæua quæ dicantur. Sap. 7. d. Filij coæternitas.

Incipit Postilla Nicolai de Lyra super epistolam Pauli ad Hebræos.

CAP. I.

✱ Multifariè, &c. Sicut prædictum est, Apostolus hanc epistolam scripsit aliquibus conuersis ad fidem Christi de Iudaismo, volentibus seruare legalia cum euangelio. quasi non sufficeret ad salutẽ gratia Christi. Et ideo in hac epistola ostendit eminentiam noui Testa. respectu veteris, ostendens ꝙ vetus comparatur ad nouum sicut dispositio ad formã, & sicut imperfectum ad perfectũ, quod euacuatur & cessat adueniente perfecto, vt dicitur. j. Cor. xiij. c. Diuiditur autem hæc epistola in duas partes s. proœmium & executionem. Secunda pars ponitur ibi: Qui cum sit splen. In prima autem parte proponit excellentiã noui Testa. respectu veteris ex tribus. videlicet ex tempore, ex legislatore, ex modi tradendi diuersitate. Differentia temporis tangitur in hoc, vetus Testamentum olim fuit traditum, nouum autem diebus istis nouissimis: gratia autem perficit naturam. & ideo similis est processus gratiæ sicut & naturæ suo modo. Nunc autem in cognitione naturali processus est de cognitione confusa, & inde terminat ad determinatam & perfectam, vt patet. j. Physicorum. propter hoc vt ibidem dicitur, pueri in principio vocant omnes viros patres, & omnes fœminas matres: postea distinctè cognoscunt. Et sic similiter est in cognitione supernaturali, quia in veteri Testamẽto fuit cognitio imperfecta, in nouo autem quod posterius datum est, veritas manifestè reuelatur. Excellentia autem ex parte legislatoris ostenditur, quia licet vtrunq. Testamentũ sit à Deo datum, vetus tamen tradidit per angelum qui loquebatur Moysi in persona Dei, Act. vij. e. Hic est Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cũ angelo qui loquebatur ei in mõte Sinai. nouum autem Testamẽtum tradidit Deus per seipsum, quia per filium incarnatum qui est vnus Deus cum patre: & hæc excellentia noui Testamenti ad vetus tangitur, cum dicitur, quòd Deus olim erat loq. patribus in prophetis. in nouo autem Testamento, locutus est no. in filio. Excellentia autem ex modo tradendi est, quia vetus Testamentum traditum est obscurè sub velaminibus & figuris. nouum autem Testamẽtum traditum est lucidè & apertè. Et hoc notatur cum dicitur. Locutus est. s. planè & sensibili voce & humana. vnde Io. xvj. g. dictum est ipsi Christo ab apostolis: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiũ nullum dicis. His dictis patet sententia.

Diuisio. Differentia no. legis à veteri triplex.

1 Multifariè. i. per diuersas figuras & velamenta in sacrificiis & sacramẽtis & huiusmodi quæ erãt figuræ eorũ quæ sunt facta tẽpore Christi

2 Multísque mo. Quia aliquando fit reuelatio per visionem corporalem, sicut Dan. v. b. Apparuerunt digiti manus scribentis in pariete. Aliquando per visionẽ imaginariã, sicut dicitur Esa. vj. a. vidi dominum sedere super solium excelsum, &c. Aliquando per visionem intellectualem tantum, sicut de Dauid dicitur in prologo super Psal.

3 Olim Deus loquens. i. ab antiquo & ex multo tempore paulatim assuefiendo vt crescerent homines in cognitione mysteriorum incarnationis & veritatis, quæ per Christum facta est. vt dicitur Ioan j.

4 Patribus in prophetis. Quibus angeli reuelabant occulta diuina, & ipsi vlterius populo denuntiabant.

✱ Nouis

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nouissi. diebus istis. i. Tempore gratiæ & veritatis reuelatæ.

2 Locutus est nobis in filio. i. per filium incarnatum.

3 Quem constituit heredem vniuersorum. quantum ad naturam assumptam. eo enim ipso quòd natura humana à verbo assumpta est in vnitate suppositi, eo ipso constituta est super omnem creaturam.

4 Per

4 Per quem fecit & se. quantum ad naturam diuinam: pater enim operatur per filium sicut per artem, quia secundum Aug. filius est ars omnipotentis Dei plena rationibus omnium viuentium. Secula sunt reuolutiones & spatia temporum: quia à patre per filium non solum facta sunt incorruptibilia & æterna à parte post, sed etiam corruptibilia.

5 Qui cũ. hic exponitur executio, in qua declarat illud quod præmissum est. s. eminẽtiã noui Testam. respectu veteris. Et quia differẽtia vtriusque

✱ que

Universidad de Deusto
Biblioteca

tero, etsi non coæuum, tamen consubstantiale, filius patri consubstantialis ostenditur. Nascitur enim homo de homine, & equus de equo. Nec est horum alter alteri coæuus: quia natus ab eo de quo natus est tempore præceditur: sed tamen & ille homo & iste homo, & ille equus & iste equus. i. eiusdē substantiæ sunt, diuersa sunt tempore, sed nō sunt diuersa natura. Similiter & de Deo patre Deus filius natus est, & cum sit ei coæternus est etiam eiusdem naturæ non minor eo, quia Deus de Deo, vt homo ex homine natus eiusdē substantiæ est, & equus ex equo. Ecce aliud genus similitudinis, hic laudatur æqualitas, ibi coæuitas. Iūge igitur: quia totum quod laudabile est in creaturis quibus aliquid deest, simul est in creatore, cui nihil deest, ibi tamen quod inuenimus. i. homo & duo homines sunt: hic verò pater & filius vnus Deus. Ideo Apostolus ait: *Qui cum sit splendor glo.* Pater est gloria, filius idem cū eo: & eum nouificans homo factus, vt radius solē.

✠ Evseb. Cæterum, à sensibili quidem lumine splendor separari non potest, filius autem seorsum à patre per ipsum subsistit, & luminis splendor locum efficientiæ obtinet, ac filius alius quidam, quàm secundum efficientiam est, non per seipsum vtiq; essentiam nactus, sed à patre. Rursus splendor simul existit cum lumine, illúdque quodammodo cōplet (nam sine splendore non consistit lumen) simúlque cum illo, & secundum illud subsistit. At à patre filius procedit, & illum generat, at ipse non genitus est, & ille quidem per seipsum perfectus ac primus tanquā pater, & qui autor sit, vt filius consistat, nihil à filio accipiens, quo naturam suam, qua Deus est, compleat. Rursus, splendor quidem non ex proposito, & voluntate luminis splendet, sed secundum quiddam, quod ad essentiam illius inseparabiliter accidit, filius vero ex sententia, & proposito, imago patris existit.

a *Fig. sub.* Ecce aliter personaliter, vt figura ab eo cuius est figura. Sed æqualis, quia nec parum dissimilis, sicut ipse ait: *Pater in me est: & qui videt me, videt & patrem meum.* Attende q̄ hæc nomina. s. lumen, gloria, quandoque ad naturam diuinam referuntur, quandoque ad personam. Et quando ad personam referūtur, modo ad patrem, modo ad filium referuntur. Dicimus enim, pater est lumen, & filius est lumen. Similiter pater est gloria, filius gloria, & hi duo vna gloria & vnum lumen non duo. Et dicitur filius gloria de gloria, sicut lumen de lumine, & principium de principio, & Deus de Deo, non tamen duo dij, sed vnus, nō duo principia, sed vnum. Splendor autē & figura sicut & imago propriè ad personam filij referuntur, & relatiuè dicuntur.

✠ Chrysost. Character alter est à suo ipso exemplariter autem non in omnibus, secūdum quod per seipsum subsistet. Nam & hic character similitudinis omnimodæ probet indiciū, ad illud cuius est character, & suspicionem vel paruæ dissimilitudinis omnino non recipit. Quando ergo enim & formā vocitat & characterem, quid dicunt, aut quid nituntur opponere? Sed etiam imaginis (inquiūt) imago appellatus est homo. quid ergo num eo modo, sicut filius? non inquiunt, sed quia imago non est similitudinis iudicatrix, quanquam & homo secundum q̄ imago appellatus est, demonstrat similitudinē, sicut potest in homine demonstrari, quod enim est Deus in cælo, hoc homo in terris est, secūdum principatum dico. Sicut enim omnibus quæ in terris sunt iste dominabitur, sic & dominus omnium cælestium & terrestrium dominatur. Verum vt ista nó vrgeamus, homo non est dictus character, non est appellatus forma, quod declarat essentiam, aut essentiam simul & similitudinem, quæ est secundum essentiam. Sicut enim forma serui, nihil aliud significat, quàm hominem propriè: sic & forma Dei nihil aliud manifestat, quàm Deus.

b *Portánsque omnia, &c.* Supra dictū est: quia per ipsum fecit omnia. Hic ei nūc summam autoritatis attribuit, ex eo quòd cum autoritate cuncta gubernat & continet. Sicut enim ab eo creata sunt, omnia, ita per eum immutabilem conseruantur. Creatoris enim omnipotentia causa est subsistendi omni creaturæ, quæ virtus si ab eis quæ condidit regendis aliquando cessaret, simul omnium rerum species & natura concideret. Ideóque dominus ait: *Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor illud*, continuationem quādam operis eius (qui simul omnia continet atque administrat) ostendens. In quo opere etiam sapientia eius perseuerat, de qua dicitur: *Pertingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Deus ergo omnipotens incommutabili æternitate, volūtate, veritate, semper idem mouet per tempus creaturam spiritualem, mouet etiam per tempus & locum creaturam corporalem, vt eo motu naturis quas condidit administret. Cum igitur tale aliquid agit non debemus opinari eius substantia qua Deus est temporibus, locisque mutabile, siue per tempora & loca mobilem, cum sit ipse interior omni re, quia in ipso sunt omnia, & exterior omni re: quia ipsa est super omnia, & antiquior omnibus: quia ipse est ante omnia, & nouior omnibus, quia idem ipse est post omnia. s. post omniū initia. ideóq; potestatē eius cōmendans Apostolus ait: *Portánsque o. &c.* Et nota per simile dictū esse. Hoc enim dicendo facilitatem continendi voluit designare per metaphoram illorum qui sine vllo labore verbo vel digito mouēt aliquid vel efficiūt: ita Christus molem creaturæ magnitudinémq; sine labore continet & gubernat. Attende, q̄ cum hic dicat Apostolus Christum omnia cōtinere, supra dixit patrem per ipsum omnia feciſſe, vbi ait: *Per quem fecit & secula.* Tanquam facere ipse non posset, si ei non porrexisset pater dexteram, vel tanquam aliquod instrumentum fuerit patris operantis. Sed si ab eo gubernantur omnia, nónne ab ipso facta sunt? Nō igitur vt tu hęretice inaniter suspicaris tāquā aliquod instrumē-tū extitit, neq; p eū dicitur pater feciſſe, tāquā ipse facere nō posset. Sed sicut dicitur pater iudicare per filium, quia eū cōstat opificē genuisse. Si enim causa eī pater est secūdū q̄ pater, multo magis eorū causa est, quæ p filiū facta declarātur.

✠ Primasius. Non minus est gubernare mundum, quàm creasse: nam in creando ex nihilo substantiæ rerum productæ sunt: in gubernando vero ea, quæ facta sunt, ne ad nihilū redeant continentur. Ergo dum hæc omnia regūntur, & adinuicem sibi pugnantia coaptantur, magnum & admirabile virtutis Dei indicium declaratur.

c *Purgationem.* Postquam ostendit eius excellentiā quo cuncta creauit & gubernat, hic humilitatis eius benignitatem commēdat. Commoner enim nos crucis mox, & resurrectionis & ascēsionis, vbi ait: *Sedet, &c.*

a *In excelsis.* Dicens: non loco concludit Deum: sed ostendit hominem Christum omnibus altiorem, & omnibus eminentiorem: Sic & per dexteram non Deum deformauit, sed similitudinem honoris demonstrauit. Confessus enim nihil demōstrat aliud nisi honoris æqualitatem. Cōtemplare sapientiam Pauli immo nō Pauli, sapientiam, sed spiritussancti mirare gratiam. non enim suam intelligentiam mente propria procreauit sed spiritussanctus infundit. Attende ergo per quales apostolica sapientia eos subleuat gradus, & qualiter eos ad ipsum apicem pietatis adducit. Vbi item antequam deficerent eos obscuritas occuparet, vide quomodo eos ad inferiora reuocauit. Quandoque enim quæ sunt humilitatis eloquitur, quandoque verò altiora intonat, nec semper in humilibus remanet nec in excelsis perdurat, sed veluti quibusdam gradibus nunc ad alta fastigia subleuatur, nunc ad inferiora declinatur. Sicut enim qui infantulum quempiam ad excellentiora vult paulatim sursúmque surrigere, gradatim hoc facit ab inferioribus ad superiora conscendens. Demū cū sursum peruenerit, obscuritatibus ac defectionibus eum fatigari videns, post alta deponit eum ad inferiora quo respirare, atque animum recreare valeat. Post item cum refectus fuerit ad alia alta sustollit. Ita circa Hebræos beatus facit Apostolus, quos paulatim ad notitiam Dei erigit, inter alta memorans humilia vbique magistri sui vestigia consequens. Nā & ipse sic faciebat, aliquando quidem ad altiora discipulos suos subleuabat, aliquādo eos ad inferiora imbecillitatis eorum gratia reuocabat, nequaquam eos prolixo tēpore in alta permanere parte permittens. Ita in hac tota serie facit Apostolus, prius alta cōmemorat, dicens: in filio vbi proprius intelligitur filius, qui est superior & excellentior vniuersis. Deinde ad humilia descendit dicens, *quem constituit heredem.* Deinde ad alta redit dicens, *per quem fecit & secula.* Postea ad altiorem omnibus gradū venit dicens: *Qui cum sit splen. &c.* Deinde ad humilia loquitur, *purgationē peccatorum faciens.* Inde ad alta narranda reuertitur: *Sedet ad dexteram maiestatis.*

✠ Primasius. Sedere autem illius, pro habitare, & esse, in loco isto ponitur: sicut & dextera pro honore & dignitate summa. Nam non est putandum, quod omnipotens pater, qui spiritus incircunscriptus est, omnia replens, dexteram aut sinistram habeat, sicut nos habemus, aut quod ita sedeat in dextera illius filius eius, sicut solent filij regum sedere iuxta patrem, appositio sibi solio: sed sicut diximus, dextera pro gloria & dignitatis honore accipitur: si quidem & pater à dextris esse dicitur Christi. Ambo ergo à dextris sunt, quia nihil est in dignitate sinistrum: quid est ergo, *Sedet ad dexteram maiestatis*, nisi vt dicatur, habitat in plenitudine paternæ maiestatis?

b *Tantò melior.* In psalmo tamē ait: Paulo minus minoratus est ab angelis. Hic eisdem melior dicitur. Et sicut illud secundū humanam naturam, ita & hoc secundum diuinam dictum esse posset intelligi, nisi adderetur effectus. per quod aperitur, quòd hic loquitur de eo secundum carnem. Nam secundum hoc quòd patris substantiæ consubstantialis agnoscitur, non est factus, sed natus. de eo ergo sermo versatur secundum humanam naturam, secundum quam & minor fuit angelis passione, & maior & melior etiam gratiæ plenitudine, de qua & ipsi angeli ad mensuram accipiunt.

✠ Athan. Neutiquam enim creator ille angelorum, qui verbum Dei est, præstantior factus est, quasi qui inferior fuisset, sed vt formam serui in se receptam, præstantiorem angelis & omnibus rebus creatis ostenderet: quandoquidem ipse est imago Dei inuisibilis, ac primogenitus omnis creaturæ.

c *Differentius no.* Dum mortalis, differens nomen habuit, quia angeli ministrabant ei. Postquam immortalis magis differēs. Et quia hoc posset & non præ illis, addit: *quæ illis* i. valde differens à nomine angelorum, hoc est nomen quod est super omne nomē. s. Deus, siue filius, quod reuera dignius est illo quo illi dicuntur angeli. i. nuncij. Filij enim nomen proprietatem ostendit. non adoptionem, quia nisi esset proprius filius, non posset ex hoc Apostolus amplitudinem honoris asserere. Proprius autē filius est de ipso patre genitus. Si autem adoptionis gratia esset filius, non solum patre, sed etiam angelis minor esset.

d *Hodie.* Ne præterita generatio videretur. Quāquā enim possit etiā ille dies intelligi, quo Christus secūdū hominē natus est, tamen quia hodie præsentiam significat, atque in æternitate nec præteritum est quicquam quasi esse desierit, nec futurum, quasi nondum sit, sed præsens tantum: quia quicquid æternū est, semper est: diuinius accipitur de sempiterna generatione sapientiæ Dei, quam fides sincerissima & catholica prædicat.

✠ Aug

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *que testamenti ex parte temporis manifesta est, ideo hoc dimittit tanquā manifestum. Sed secundum probat & declarat. s. eminentiam ex parte legislatoris & per consequens alia eminentia erit declarata, quæ est ex modo tradendi. Igitur executio huius epistolæ diuiditur in duas partes: quia primò ostenditur eminentia latoris no. Te. Secundo ostenditur qualiter & per quæ adhærendum est ipsi legislatori, & no. legi. Secunda pars incipit in princi. xj. ca. ibi:* Est autem fides, &c. *Circa primum aduertendum. quòd ve. Te. traditum est per angelos ipsi Moysi, & per Moysen sacerdotibus, & per sacerdotes ipsi populo. Et igitur primo ostenditur eminentia Christi legislatoris respectu angelorum, secundo respectu Moysi, tertio respectu sacerdotum ve. Te. Secunda pars incipit. iij. ca.* Vnde factus. *Tertia. v. ca.* Omnis ponti *Prima adhuc in duas partes diuiditur: quia primo præfertur ipse Christus angelis, secundo ex hoc concluditur quanta reuerentia sit exhibenda doctrinæ nouæ legis. Secunda incipit se. ca.* Propterea abun. *Prima adhuc diuiditur in duas partes: quia primo ponitur excellentia Christi & ostenditur quòd ab ea deficiunt angeli. Secundo probatur vtrunque per scripturam ve. Test. ibi:* Cui enim dixit aliquando angelorum. *Excellentia autem Christi tāgitur in quatuor. Primo quia est patri coæternus. Secundo, quia consubstantialis. Tertio, quia æqualis est ei in potestate. Quarto, quia æqualis est ei in dignitate. Ab istis autem deficiunt angeli. Coæternitas autem tangitur ibi:* Qui cum sit splendor. *Filius enim procedit à patre, vt splendor à sole. qui splēdor soli coæuus, & esset æternus si sol esset æternus. Sed non solum filius dicitur splendor gloriæ: quia gloria est clara notitia cum laude. filius autē procedit à patre, sicut notitia de notitia. quia filius est sapientia genita, & ideo dicitur splendor gloriæ. Consubstantialitas aut filij ad patrem tāgitur ibi:*

1 Figura sub. *Et accipitur hic figura pro imagine. filius enim est imago naturalis ipsius patris, homo autem est quasi imago artificialis propter quod magis dicitur ad imaginem Dei. quàm eius imago, sicut aliter est imago regis in filio suo naturali, & in denario seu statua. Filius igitur in diuinis est imago naturalis, & ideo dicitur imago vel figura substātiæ. i. eiusdem substantiæ cum patre. Et quia illa est indiuisibilis, & per consequens est eadem substantia numero in patre & filio. Non sic autem in rege & eius filio, quia est eadem specie tantum. Æqualitas autem potentiæ tangitur ibi:* Portā. s. o. &c. *Potentia enim Dei patris apparet in duobus. Primo in creaturarum productione & conseruatione: subtracta enim eius influentia in nihilum redigentur. Et quia pater & filius sunt vna causa creaturæ, igitur est causa conseruans creaturæ, sicut & pater. Et hoc est quod dicitur.*

2 Portánsque omnia. *Id est, sustentans & conseruans in esse.*

3 Verbo virtutis suæ. *Id est, suo imperio virtuoso, quia suum dicere est facere. Secundo apparet Dei potentia in iustificatione impiorum, quia non minus est iustificare impium, quàm creare cælum & terram secundū*

✠ *Augus*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Augustinum. In hoc autem filius est æqualis patri. Et hoc est quod subditur,* Purgationem peccatorum faciens. *Æqualitas autem dignitatis tangitur, cum subditur.*

1 Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. *Quia si hoc referatur ad diuinam naturam, eadem dignitas est patris & filij: sicut eadem natura. Si autem referatur ad humanam naturam, sic non est ibi æqualitas, quia secundum illam ei minor patre: Dicitur tamen etiam secundum hoc filius sedens ad dexteram patris per modum cuiusdam associationis, inquantum humana natura est verbo coniuncta. & sic eadem veneratione veneratur.*

Vel aliter dicitur sedere ad dexterā, &c. i. in potioribus bonis. Et quia à quatuor prædictis excellentiis angeli deficiūt. ideo concludit de Christo.

2 Tanto melior, &c. *Quia ipse dicitur verus Deus & dominus consubstantialis patri, ipsi autem dicuntur serui.*

3 Cui enim dixit. *Hic consequenter probat de Christo quatuor conditiones prædictas, excludendo eas ab angelis. Et primò probat hoc de consubstantialitate. Secundò, de æqualitate potentiæ ibi:* Et tu domine in principio. *Tertiò, de coæternitate, ibi:* Ipsi peribunt. *Quartò de dignitatis æqualitate, ibi:* Ad quem autem. *Primum autem probat per quatuor autoritates veteris Testamenti. Secunda ponitur, ibi:* Et rursum. *Tertia, ibi:* Et cum iterum. *Quarta, ibi:* Ad filium autem. *Ad euidentiam primi aduertendum, quòd ea quæ sunt fidei non possunt efficaciter per rationem probari, quia excedunt facultatē intellectus nostri. Et ideo probatio in talibus debet fieri per autoritatem diuinam, quæ non potest continere falsitatem. & ideo per ipsam est efficax probatio illis qui recipiunt eam vt diuinam. Iudei autem qui recipiunt vetus Testamentum, sicut à Deo datum & ideo probatio Apostoli efficax est, quia procedit per autoritatem veteris Testamenti. Veterius considerandum, quòd licet sacra scriptura habeat multiplicem sensum, non tamen habetur efficax argumentum*

---

mentum nisi per sensum literalem, vt dicit Aug. in epistola ad Vincētium Donā. quia in argumento semper esset fallacia æquiuocationis, vel amphibologiæ propter sensuum multiplicitatem. Igitur ostendendum est q̄ authoritas ab Apostolo nūcta intelligitur ad literam de Christo, quod patet per illud quod habetur Act. iij. vbi apostoli qui habuerunt intelligentiam scripturarum & reuelationem spiritussancti exponunt illa Ps. ij. a. Quare fremuerūt gētes, &c. de Christo prædictum, sicut patet literam intuenti. Et per consequens hæc autoritas quæ hic inducitur ab Apostolo de illo Ps. est intelligenda ad literam de Christo. hoc etiam patet per Ps. quia ibi dicitur: Ego hodie genui te. *quod non potest de Dauid intelligi, sed de filio Dei, cuius generatio non transit in præteritum. Item per hoc quod ibidem subditur:* Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. *quod non potest intelligi de Dauid, cuius regnum non se extendebat ad Gentes, sed ad Iudæos tantum: nec regnum eius non se extendebat ad terminos terræ. sed tantum in Iudæam quæ est parua terra. Hoc dicunt aliqui doctores Hebræorum super Ps. istum, & est de Christo intelligendum: quod plenius declarauit super libros psalmorum. hoc igitur supponens Apostolus tanquā manifestum illis quibus scribebat, qui erant edocti in lege & prophetis dicit:* Cui enim dixit aliquando angelorum. *Et cum dicit. meus es tu. ego hodie. q. d. nunquā. quia angeli non sunt eiusdē naturæ cum Deo: & per consequens non possunt dici eius filij proprie loquendo, sicut nec artificiū dicitur filius artificis. Et, licet eorū creatio posset dici quædam generatio large, tamen de ipsa non potest exponi illud quod dicitur:* Ego hodie genui te. *quia eorum creatio fuit à principio mundi, & ideo transierat in præteritum. & ideo non potest dici verbum prædictum, nisi de Dei filio, cuius generatio non transit in præteritum. Et sic probat est consubstantialitas patris ad filium inquantum naturaliter & æternaliter ab eo gignitur & genitus est. ex quo sequitur identitas naturæ in vtroque, saltem in specie, & per consequens identitas numeralis, quia natura diuina non est multiplicabilis.*

✠ 1 Et

Universidad de Deusto Biblioteca

A ✻ AVGVST. Non vnum illum temporis diem, quo baptizatus est, sed immutabilis æternitatis ostendit, vt illum hominem ad vnigeniti personam pertinere monstraret. Vbi enim dies nec hesterni fine inchoatur, nec initio crastini terminatur, semper hodiernus est. (In enchirid. c. 4.)

✻ IDEM. Quid me stimulas Arriane, & rides cũ audis, hodie? Apud Deum nunquã crastinus, nunquam hesternus dies est, sed semper hodie: nõ mensium circulis soluitur annus, non succedentibus aut decedentibus transigitur mensis diebus, non horæ mutantur, non variantur tempora vel momenta, vbi Deus est: nec termino includitur, nec initio inchoatur. (Orat. de 5. heresib. c. 4.)

B ✻ PRIMASIVS. Notandum, quia non dixit, ante omnia secula genui te, vel in præterito tempore, sed, hodie, inquit, genui te: quod aduerbium est præsentis temporis: in Deo enim nec præterita transeunt, nec futura succedunt, sed omnia tempora simul ei cõiuncta sunt, quia omnia præsentia habet. Et est sensus: sicut ego semper æternus sum, neque initium, neque finem habeo: ita te semper habeo coæternum mihi.

a *Ego ero, &c.* Ad honorem illius vel illi homini de virgine nascituro. Potest tamen & secundum carnem hoc accipi dictum, etenim caro cõmunicat altioribus, sicut & diuinitas humilibus.

b *Ero.* Futurum quia de incarnatione filij hoc dicitur.

c *Iterum in.* Visibilem carne assumpta qui ante inuisibilis in mũdo erat, quæ assumptio dicitur exitus à patre: introductio ad hæreditatem, vbi iubetur adorari.

d *Introducit.* Christus aduentum suum carnalem exitum vocat, dicens: *Exiit qui seminat, &c.* Et iterum: *Ego à patre exiui, & veni in mundum.* Paulus verò introitum vocat. Foris enim eramus à Deo sicut qui sunt extra regales aulas in vinculis colligati, & qui habẽt apud regem pro culpis aliquam offensam. Egressus quippe sic ad nos Christus, id est, carnem sumens, & collocutus nobiscum regis præcepta innotuit: & sic de peccatis nos emendãs ad Deum cõuertens, in aulam regalem velut mediator optimus introducit. C rectè igitur introitus & exitus vocatur carnis suæ aduentus. (Mat 13. a Ioan. 16. f Chrysostomus & Primasius.)

e *Primogenitum.* ✻ PRIMASIVS. Omnis vnigenitus potest dici primogenitus, eo quod primus aperiat vuluam matris: non tamen omnis primogenitus, vnigenitus, qui habet alios fratres subsequentes. Dominus autem Iesus tam secundum diuinitatem, quàm secundum humanitatem, & vnigenitus, & primogenitus dici potest. Vnigenitus est secundum diuinitatem, quia in natura diuinitatis non habet fratres subsequentes: secundum humanitatem quoque vnigenitus B. Mariæ est, qua post illum alios non genuit, sicut caluniatur Heluidius. Verbũ ergo Dei patris per quod omnia facta sunt, vnus essentiæ existens cum patre, & Spiritu Sancto, vbique est & omnia implet. Quia cingendo omnia implet, implendo cingit, gubernando præsidet, præsidendo gubernat. Et quia in mundo erat, vbi carnem assumpsit, & cum inaccessibile erat aspectibus nostris, quia non videbatur, ipsam assumptionem carnis vocat alterum introitũ: dum enim qui inuisibilis erat humanis aspectibus, E carne assumpta, visibilem se præbuit, quasi iter introductus est. D († 2. Reg. 7. d 1. Par. 22 e; † Psal. 69. b)

Cùm introducit primog. in orbem terræ, &c. ✻ SEDVL. Id est, Mariæ. Vel cùm dicat de eius incarnatione in terra: *adorẽt eum omnes angeli.* Nam licet incarnatus, adoratus est ab angelis: quanto magis secundum diuinitatem?

✻ THEOD. Vtrunque innuunt dispensationem. Siquidem post humanam susceptam naturam, eum angeli adorauerũt: ante hanc autem, hunc ei honorem non exhibebant: sed vbiq; erat vt Deus, & in orbem terrarum vt homo ingressus est. Ita diuinus Ioannes dixit: *In mundo erat, & mundus eum non cognouit.* Sed si in mundo erat, quomodo venit? Sed in mundo erat vt Deus, & venit vt homo. Ita etiam vnigenitus est, vt Deus, & primogenitus, vt homo in multis fratribus. Ita semper accepit ab angelis cultũ & adorationem: erat enim semper Deus: adorarũt autem ipsum, etiam vt hominem. Cùm hanc eius fecisset comparationẽ, quod spectat ad humanitatem, ad diuina rursus transit, & dicit. *Et ad angelos quidem, &c.* Per hæc autem apertè ostendit angelos habere creatam naturam, vnigenitus autem increatam & æternam.

F ✻ SEDVL. Duplex angelorum officium est, aut enim spiritum consolationis, aut ignem vindictæ hominibus ministrant. Aliter, hîc hyperbaton est, & est ordo: Qui facit spiritus suos angelos, id est, vt sunt angeli, hoc est, nuncij supernæ voluntatis. Nam angelus officij est nomen, non naturæ.

f *Et ado.* Et iterum dicit pater de eodem filio: *Cum intro.* Cum ☞ ostendit

a ¶ Ne nouum putetur, ne modo videretur incipere. b ¶ De eodem Isaias. c ¶ Hoc & semper est, sed dicitur: Erit, cum ab hominibus id scietur in die iudicij. d ¶ Qui nascetur.

a nui te? Et rursum: † Ego ero illi in patrem, & ipse erit mi- 1 2

b a ¶ Vnde. Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. b ¶ Quia sæpe dicit introducendum. c ¶ Quasi hæredem in possessionem. ¶ Ante omnes creaturas genitum.

c hi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum 3

d a ¶ Secundum humanitatem iubentur angeli adorare Christum. b ¶ Qui passus est & mortuus.

e f in orbem terræ, dicit: † Et adorent eum omnes angeli

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et rursum. *Hoc idem probat hic per aliam scripturam. j. Par. xxij. quæ licet sit dicta de Salomone, tamẽ dicitur de eo prout fuit figura Christi. & ideo de Christo intelligitur ad literam. Ad cuius intellectum sciendum, q nihil potest esse figura alicuius, nisi in se sit res aliqua. illud enim quod nihil est, non potest aliquid figurare. & ideo res quæ est figura vel signum alicuius, potest tripliciter considerari. Vno modo, vt res tantum. Alio modo, vt signum tantum. Tertio modo, vt res & signum simul, vt circulus pendens ante tabernam potest considerari prout est corpus rotundum tantum. secundò, vt est signum venditionis vini tantum. tertiò, vtroque modo. Eodem modo dicendum de Salomone qui figura Christi: quia aliqua conueniunt ipsi Salomoni secundum se. Et talia exponenda sunt de ipso ad literam, & nullo modo de Christo, vt quòd deprauatus per mulieres factus est idololatra, & similia. Aliqua autem dicuntur de Salomone prout fuit figura Christi tantum. & talia sunt exponẽda de solo Christo ad literam, sicut illud quod habetur Psal. lxxj. b.* Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. *quod non potest verificari de Salomone: cuius regnum fuit satis paruum: sed tantum de regno Christi* qui est lapis abscisus de monte sine manibus, & impleuit vniuersam terram, *Dan ij. & ideo in Psa. prædicto sub nomine Salomonis describitur monarchia Christi. hoc etiam patet per illud quod sequitur in eo. Psal.* Ante solẽ permanet nomen eius. *& illud quod ibidem dicitur:* Adorabunt de ipso semper, *quæ soli Christo conueniunt, & non Salomoni. Aliqua autem dicuntur in scriptura sacra de Salomone vtroque modo, videlicet secundum se, & vt fuit figura Christi, & talia sunt illa quæ impleta sunt in vtroque ad literam, in Christo tamen perfectius, & in Salomone minus perfectè. & talia exponuntur ad literam nõ solum de Salomone, sed etiam de Christo & perfectius quàm de ipso Salomone. cuiusmodi est autoritas. j. Para. xxij. quia Salomon fuit filius Dei adoptiuus per gratiam, saltem in principio regni sui propter quod Nathan propheta vocauit eũ amabilem domino. Christus autem filius est Dei naturalis quæ est filiatio perfectior. & ideo per hanc filiationem probat Apostolus consubstantialitatem filij ad patrem, cum dicitur.* (Figura tripliciter cõsideratur)

2 Et

2 Ego e. *Dato etiam quòd hæc autoritas non posset exponi ad literam de Christo sed tantum secundum sensum mysticum, tamen eam bene inducit Apostolus ad suum propositum. licet enim argumentum efficax non habetur in scriptura per sensum mysticum, vt suprà dictum est, propter quod ex solo sensu mystico non est arguendum, tamen si prius habetur autoritas in sensu literali ad probandum propositum, bene potest alia autoritas adiungi in sensu mystico ad idem declarãdum de congruo. & hoc est quod dicit Aug. in epistola ad Vin. Dona. Quis autem imprudentissimè non nitatur aliquid in allegoria positum pro se adducere nisi habeat, & manifesta testimonia quorum lumine illustrent obscura. Sic ergo autoritas prædicta inducitur ab Apostolo conuenienter ad suum propositum. Sed contra hoc videtur, quòd ibi loquitur per modum futuri.* Ego ero, &c. *generatio enim filij æterna est, & per consequens non spectat aliquod futurum: sicut nec transit in præteritum, sicut suprà dictum est. Dicendum, quòd loquitur in futuro propter incarnationem pro tunc futuram, per quam natura humana erat ad filiationem æternam assumẽda. & quia hæc assumptio facta est virtute diuinitatis: ideo bene dicit:* Et ero, &c. *q.d. virtute Dei fiet hoc.*

3 Et cum ite. *hic ad propositum ostendendum inducit aliam scripturam de illo psal.* Dominus regna. exul. &c.

Ad cuius euidentiam cousiderandum est, quòd magister dicit in glo. q Dauid fecit hunc psal. quando restitutum est ei regnum post mortem Absalon & dicit hunc esse titulum psal. Psal. Dauid quando terra eius restituta est ei. & secundum hoc esset exponendus ad literam de Dauid. Sed dictum magistri non videtur verum. primò quia in Hebraico iste psal. est sine titulo. secundò quia tituli sunt quasi claues ad intelligendum ea quæ in psal. dicuntur. Psal. autem non loquitur de regno Dauid, sed solum de regno Christi quando perfectè ei omnia subiicientur. quod erit in iudicio, & ideo hic psa. ad literã est exponendus de regno Christi. & hoc est quod dicit Paulus: Et cum iterum introducit primogenitum, &c. *i. per scripturam sacram ipsum introducendum ad regnum in orbem terræ prædicit. Ex quo patet, q hæc scriptura non loquitur de aduentu Christi primo quia tunc venit cum humilitate. & ideo dicit tunc:* Regnum meũ non est de hoc mundo, *Ioan. xviij. g. sed loquitur hic de secundo ad-* ✻ uentu,

☞ A ostendit intro vsque ad corda hominum ducendum, per fidẽ: Quid dicit? *Et adorent.* Adorant angeli, quia iussioni eius obtẽperant & reuerentur. (Aug. in psa. 103.)

a *Angelos.* Spiritus naturæ nomen est, angelus officij. Quos enim Deus spiritus condidit, mittendo nuncios angelos facit. Et omnibus vtitur ad incõmutabile arbitriũ sententiæ suæ, siue bonis per gratiã eius, siue malis per propriam voluntatẽ. Ac per hoc voluntas Dei est prima & summa causa omnium corporalium specierũ atq; motionũ. Nihil enim visibiliter fit, quod nõ de interiori inuisibili atque B intelligibili aula summi imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, secundum ineffabilem iustitiã. Vel ita, quãdo leuia nunciare mittuntur angeli. Quando ad vindictã, vt in Sodoma, ignis ardẽs, sic & ministri ecclesiæ, ignis etiam dum vitia nostra vrunt. (Spiritus Angelus; Aug. li. 3. de trini, cap. 4.; † Psa. 44. b.; Gene. 19. c. † vltra consortes tuos.)

b *Ad filium.* Hic per dignitatem simul & potestatem commendat Christum.

c *In seculum.* quia semper regnabit, & nouissimum iudicium semper stabit. vnde: Ibunt hi in ignem æternum, & illi in vitam æternam. D (Matt. 25 d. Au. in ps. 44.)

d *Vnxit.* secundum hominem. quia deitas nullo indiguit. Vnctus significat regem vel sacerdotem. Deus repetitur ex magna dilectione. Vel secundum Aug. Alter casus est vocatiuus, alter nominatiuus: vt sic: O tu Deus fili, vnxit te Deus tuus, scilicet, pater. In latino putatur idẽ casus, sed in Græco euidẽtissima distinctio est: qua aliter nominatiuus, aliter vocatiuus intelligitur. († psal. 103. d)

e *Et tu.* Post humanitatis excellentiam iterum redit ad æternitatem filij.

f *In prin.* quia creator ante creata existit sine vllo initio.

g *Manuum.* Virtus iussionis, id est, potẽtia voluntatis, quia vt voluit facta sunt omnia. E

h *Peribunt,* ab eo quod sunt, dum immutantur in melius creaturæ.

i *Tu autem.* vt sicut æternus ante omnia, sic quia permanet idem post mutata. (Psalm 33. b)

k *Veterascit.* quod more vestis consumitur, sicut caro humana quæ tamen in melius mutabitur.

☞ Et

a ¶ Dicit pater de filio hoc pertinens ad angelos. b ¶ Vt sciantur ministri. c ¶ Filius. d ¶ Spiritus cælestes facit angelos. i. legatos suos.

a Dei. Et ad angelos quidem dicit: † Qui facit angelos suos spi- 1 2

a ¶ Etiam flammam ignis, id est, seraphim qui sunt de ordine superiori facit ministros. b ¶ Hoc autem pertinens ad filium ait dominus per prophetam. ¶ Qui dominus.

b ritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: 3

a ¶ Regnum vel iudicium. ¶ Iudiciaria sedes. ¶ Omne iudicium dedit filio. b ¶ O fili. c ¶ Permanet. ¶ In æternum. d ¶ Et merito quia: ¶ Regula directa & inflexibilis: quæ & alibi virga ferrea.

c † Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis, vir- 4

a ¶ Disciplina regimur. ¶ Qua bonos regis, malos percutis. b ¶ Idem ideo. ¶ Ex amore. c ¶ Omne bonum. d ¶ Econtra. ¶ Non simul vtraque tibi sunt. e ¶ Omne malum. f ¶ Vt hæc tibi essent: Vel quod dilexisti iustitiam. & odi. iniqui. &c & hac mihi præmium.

gã regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem propte-

a ¶ Per se, non per ministros. b ¶ Pater. c ¶ Spiritusancto. d ¶ Quia immunis à peccato, scilicet, vnde conscientia hilaris. ¶ Vel lætitiæ.

d rea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis † præ partici-

a ¶ Præ omnibus sanctis. ¶ Item propheta de filio. b ¶ id est, per filium. ¶ Rerum, id est, antequàm res essent. c ¶ O fili. vel pater. d ¶ Ecclesiam populorum stabilisti.

e pibus tuis. † Et tu in principio domine, terram fundasti, 5

f a ¶ Q. specialiter in eis operatus sit. b ¶ Vt Apostoli. c ¶ Cæli simul cum terra. d ¶ Quicquid ex se sunt. ¶ id est, morte destruentur. e ¶ Tu in illis, id est, iustitia, & quæ in eis operari.

g h & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu au- 6 7

a ¶ Siue cœli, siue terra. b ¶ id est, secundum corpus quod circundat animam. c ¶ Paulatim corrumpentur.

i k tem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *uentu, quando veniet cum gloria in nubibus & maiestate, vt dicitur Mat. xxiiij. & Dan. vij.* Ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit. *& sequitur.* Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, &c. *Et ideo de ipso in tali honore constituto dicit pater:* Et adorent eum omnes angeli, &c. *Sed nostra litera sic habet:* Adorate eum omnes angeli eius. *Apostoli enim non semper curauerunt allegare scripturam de verbo ad verbum, sed sufficit eis accipere sensum. Ex hac enim scriptura ostenditur sufficienter, quòd* C *in Christo sit diuina natura, quia nulla natura adoratur à tota natura angelica vt superior, nisi diuina. Et ideo ex quo scriptura hoc ostendit, q filius est ab omnibus angelis adorandus, per consequens ostendit, quòd ipse sit Deus. & per consequens ostenditur Deo patri consubstantialis, quia diuina natura est indiuisibilis, secundum quod dicitur Deu. vj. a.* Audi Israel dominus Deus noster Deus vnus est. *Sequitur.*

1 Et angelos, *id est, quid pertineat ad naturam angelorum, exprimit per scripturam, dicens.*

2 Qui facit angelos. *q.d. licet angeli tantæ excellentiæ sint spiritualis naturæ, non tamen sunt idem quod Deus, sicut filius, sed sunt serui & ministri, non solum ipsum adorando sed etiam nobis propter ipsum quodammodo ministrando, verumtamen quia suum ministerium in Deum referunt, ideo in hoc dicuntur sicut flãma ignis, quæ semper ascendit in altũ.*

3 Ad fil. *Hic adducit tertiam autoritatem ad probandum suum propositum, quæ accipitur de psal. xliiij.*

Ad cuius euidentiam considerandum, quòd moderni Iudæi ne cogantur recognoscere diuinitatem Christi, exponunt hunc psal. de Assuero. & dicunt quòd iste psal. factus est à Mardochæo. Sed hoc patet falsum. primò per psal. titulum, quia non intitulatur à Mardochæo, sicut aliqui psal. intitulantur ab Asaph qui fecit eos, vt patet in titulo psal. xlix. & in pluribus alijs locis. Iste autem psal. intitulatur à Dauid vt patet in Hebræo. Hoc etiam patet per literam psal. sequentẽ: quia iste rex de quo est psal. sequentem: quia iste rex de quo est psal. habetur tanquàm Deus adorandus secundum quod ibidem dicitur: Concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eum. *Et translatio Hiero. sic habet: Et ado. eum. Si autem ista verba dicantur de Assuero rege, sequitur quòd Mardochæus induceret totum populũ, & potissimũ ipsam Ester, ad quam diriguntur verba præmissa, secundum expositionem eorum, ad adorandum Assuerum sicut Deũ. quod manifestè patet falsum, quia in eodem libro dicitur, quòd noluit genua flectere coram Aman, ne honorem Dei transferret in hominem: Hoc patet per translationẽ Chaldaicam, super psal. istum: quæ autentica est apud Hebræos. Vbi enim in hoc psal. habemus sic:* Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. *Chaldaicum sic habet, Pulchritudo tua Messia, maior est quàm filiorum hominum, datus est spiritus prophetiæ in labijs tuis. Sic igitur patet ex prædictis, quòd autoritas quæ hic inducitur de illo psal. intelligenda est ad literam de Christo. Hoc autem supposito probatur per hoc ipsius Christi diuinitas & per consequens consubstantialitas eius ad patrem, & distinctio in persona. quia ibi dicitur:* Thronus tuus Deus in secu. se. &c. (Ester. 3. a.)

4 Propterea vnxit te Deus. *Et sic patet quòd Christus est vnctus Deus à Deo vngente, quia filius Dei in humana natura vnctus est plenitudine gratiæ. & cum non possunt esse plures dij, vt suprà dictum est, ex hoc sequitur consubstantialitas patris & filij. Cætera quæ sunt ex autoritate, patent.* 5 Et tu domine. *Hic consequenter probat æqualitatem potentiæ in filio & in patre, & breuiter transit, quia probato quòd Christus secundum naturam diuinam est consubstantialis patri, per consequens sunt probatæ aliæ tres conditiones, scilicet, æqualitas potestatis, dignitatis & durationis. Potentia autem Dei relucet potissimè in creatione rerum de nihilo, & earum conseruatione. & hoc non solùm conuenit Deo patri, sed etiam eius filio qui est eiusdẽ naturæ cum ipso. & ideo dicit propheta.* Et tu domine in princi. ter. fund. *i. tu domine pater fecisti terram de nihilo, & conseruas in stabilitate, & hoc exprimitur per hoc quod dicitur,* Fundasti. *Et quia nulla creatura inferior est ipsa terra, sicut in domo illud dicitur fundamentum quod est infimum. Sed quia in hoc opere communicat filius cum patre tanquã eiusdem potentiæ. ideo dicit:* In principio. *i. in filio, siue per filium, per quem operatur pater sicut per artem suam. vt suprà dictum est. Quod autem filius dicatur principium. patet Io. 8. d. vbi Christus Iudæis quærẽtibus ab eo, Quis es? Respondit,* Ego principium qui & loquor vobis. 6 Et opera ma. tua. *Manus autem diuinæ potentiæ metaphoricè dicuntur virtus suæ potentiæ, Nominatur hic cælum & terra quæ sunt extrema in creaturis: vt per hoc intelligantur creaturæ mediæ, quia omnis creatura à patre & filio simul est producta & conseruata, & sic patet æqualitas potentiæ.* 7 Ipsi peribunt. *Hic consequenter probat filium patri coæternũ. Ad cuius euidentiã sciendum, quòd sicut tempus sequitur motum & mutationem, ita æternitas immutationem. Solus autem Deus immutabilis est per omnem modum. ideo ipse solus mensuratur æternitate eo modo quo potest ibi dici mensura. Quod enim in omni creatura sit aliqua mutabilitas, patet, quia angeli sunt mutabiles secundum actum intelligendi & volendi, loquendo de cognitione & effectione naturali. Sunt etiam mutabiles de esse ad non esse, si dimittantur à diuina conseruatione. Similiter cæli superiores hoc modo sunt mutabiles, & secundum hoc mutantur quantum ad situm. Cæli autem inferiores, scilicet, ignis & aer cum istis modis mutationum sunt mutabiles quantum ad alterationem & generationem. & per consequens alia elementa & mixta ex eis. In omni autem motu & mutatione est aliqua corruptio secundum philosophum. iiij. Phisicorum, & etiam secundum Au. Status autem mundi immutabitur in fine, quia cælum cessabit à motu cõ-* (psal. 101.; F; Equalitas potentiæ in patre & in filio)

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Et velut ami.* Significat mutationem cæli. Vnde: *Vidi cælum nouum & terram nouam.*

Cæli aerei veterascent sicut vestimentum, ideſt, ſicut humana corpora longæuitate veterascent. *Eos mu.ſi.amı.* Amictu comparat, quia terram cingunt. Tam facile enim mutat Deus, cœlos sicut amictus extẽditur & plicatur. & post mutationem sic permanebunt.

b *Et mutabuntur, &c.* Quia facta Dei sub æternitate ſtabunt, ne ad corruptionem reuertantur.

✠ Chrysost. Quod etiã in epiſtola ad Romanos dixit. quiatranſformaturus eſt mundum, & facilitatem ſignificans, intulit: Sicut quilibet amictum inuoluit atque permutat, ſic & ipſe mundum, & complicaturus, & mutaturus eſt. Ergo cùm tranſformationem & conditionem, quæ fit in melius, tam facilè poterit operari: quis dicat, quod in inferiori opere, alterius eguerit adiutorio. Vſquequo non erubeſcunt taliter infamire? Simul etiam conſolatio maxima eſt, cognoſcere quod non in eodem ſtatu cuncta permaneant. ſed illa quidem mutabuntur, ipſe autem idem permanet in æternum, & ſine fine viuens.

✠ Anselmvs. Amictui comparantur cæli, quia terram operiunt & circundant. Sicut amictum mutabis eos, ideſt, tam facile ſicut amictus extenditur & plicatur. Ira ergo peribunt cæli & terra, vt mutentur, non vt omnino deſinant eſſe: quia ab ea quam nunc habent ſpecie, tergentur per ignem, & tamen in ſua ſemper natura manebunt. Creaturæ quidem mutabuntur, ſed tu immutabilis permanes, iuxta quod alibi dixiſti, ego dominus & non mutor, & ego ſum qui ſum.

c *Tu autem.* ex toto immutabilis.

Ipſi perib. Nouiſſimi cæli (qui per diluuiũ perierunt) ſicut Petrus ait: igne peribũt. Excreuit enim aqua, & totã iſtã capacitatẽ vbi aues volitãt, occupauit, ac ſic vtiq; cæli perierũt propinqui terris. De cælis ergo, vnde dicuntur aues cæli, nõ eſt dubiũ quin in diluuio perierũt, & igne perituri ſunt. De ſuperioribus autẽ cælis cœlorum, vtrum & ipſi perituri ſunt igni quæſtio eſt & diſputatio ſcrupuloſior inter doctos. Et erit incendium mundi non incendens ſanctos Dei. Quòd enim fuit caminus regis tribus pueris, hoc erit ardens mũdus iuſtis in trinitate ſignatis.

✠ Anselmvs. Tu ſemper idem ipſe es æqualiter, incommutabilis, & anni tui non deficient, ideſt, æternitas tua, anni noſtri quotidie deficiunt, nec ſtant omnino. Sed anni tui non deficiunt, quia ſemper ſtant: & quia ſtant, ipſi anni qui ſtant, vnus annus eſt, & ipſe annus qui ſtat vnus dies eſt. Quia ipſe vnus dies, nec ortum habet, nec occaſum, ſed ſemper ſtat & lucet. Hi ſunt anni qui non deficiunt ſed permanent. His itaque dictis euidenter oſtenditur Dei filius æternaliter incommutabilis in ſua deitate ſiue initio, & ſine permanere, & omnium creator eſſe, ac per hoc fides eius ad æternam ſalutem optime ſufficere. Nũc enim Apoſtolus excellentiã ſoli filij prophetici teſtimonijs mẽdi, oſtẽdere, qui Iudæis propter aſſumptionẽ carnis minor videbatur.

d *Ad quem angelor.* Item de gloria humanitatis.

e *Sede.* victori filio conſeſſus offertur. Aug.in pſ 109.

f *Pedum.* Per pedes ſtabilitas æterna ſignatur, ideſt, in æternitatẽ vbi veſtigijs quaſi poſitis virtute omnipotentiæ conſiſtit.

✠ Chrysos. Ecce iterum eos confidentes facit, ſiquidem futurum oſtendit, vt eorum ſuperantur inimici, & quia inimici eorum ipſi erunt etiam Chriſti, in hoc iterum & regni declaratur iudicium, & honoris æqualitas. Nullam autem imbecillitatem aliquatenus arbitreris, eo quod dicit patrem indignatum iri, pro his quæ filius indignè perpeſſus eſt, hoc multum patris erga filium dilectionis, & honoris oſtendit. Qui enim indignatur pro eo, quo modo extraneus ab illo eſſe contenditur: quod etiam in ſecundo dicitur Pſalmo: *Qui habitat in cœlis irridebit eos. & dominus ſubſannabit eos: Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.* Et iterum ipſe dixit: *Eos autem qui me regnare noluerunt ſuper ſe, adducite in conſpectu meo, & interimite.* Proindè honoris duntaxat eſt patris circa filium quod dicitur, *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Luc.19.

✠ Anselmvs. De gloria humanitatis loquitur, oſtendens eum angelis multò digniorem: quaſi dicat, Non ſolùm perſuadicta maior angelis eſſe declaratur, ſed etiam per hoc, quia, *Ad quem angelorum*, quantæcumque excellentiæ fuiſſet, aliquando, id eſt, in aliquo ſtatu eorum, vel ante ruinam ſuperborum, vel poſt cõfirmationem humilium, *dixit Pater* quod Chriſto diciſſe legitur, ſcilicet, *Sede à dextris meis.* Nam de excellentiſſimis angelis ſcriptum eſt, quia *Seraphin ſtabant in circumitu eius.* Seraphin ſtant vt miniſtri, filius ſedet vt dominus. Seraphin in circumitu, filius ad dexteram. Hoc nulli angelorum dictum eſt, ſ. *Sede à dextris meis* quia non eſt miniſtri ſedere ad dexterã patris. Iſay.6.

g *Nonne ſunt omnes, &c.* q.d vtique. Intellige igitur quantus honor nobis exiſtit, vt ad nos ſicut ad amicos miniſtros angelos ſuos

✠ *pleto numero electorum, ad quem numerum finaliter ordinatur. & per conſequens alteratio & generatio in elementis, quæ etiam elementa per ignem conflagrationis purgabuntur. & ideo (ſicut dictum eſt) tam in cœleſti corpore quàm in elementis erit mutatio. & per conſequens peribunt quod ammodo à ſtatu in quo modo ſunt, & hoc eſt quod dicit.* Ipſi per. ſ. cæli ſuperiores & inferiores. *Et quia non corrumpentur quantum ad ſubſtantiam. ideo ſubditur:* 1 Et velut. *Sicut enim ceſſante frigore mutatur veſtis quæ erat contra frigus neceſſaria. non quidem tunc mutatur ſic veſtis q. corrumpatur: ſed quia frigus ceſſat: Sic cæli & elementa dicũtur mutari, quia motus cæli, & alteratio elementorum, quæ ſunt propter generationem, vt ſcilicet, impleatur numerus electorum: quo impleto ceſſabunt, manente tamen ſubſtantia & elementorum & cælorum. Deus autem ſolus eſt omnino immutabilis, vt tam dictum eſt. ideo concludit:*

2 Tu autem. *ideſt, per omnem modum immutabilis, & per conſequens.*

3 Anni tui. *ideſt, duratio tua, non quòd induratione diuina ſit aliqua ſucceſſio, ſicut eſt in annis, ſed quia æternitas diuina in ſe ſimpliciſſima non poteſt apprehendi à nobis niſi ex comparatione ad tempus, & per conſequens ex proprietate temporum eam exprimimus. Ex hoc patet coæternitas filij ad patrem. quia ex quo ſunt vnius ſubſtantiæ, vt ſupra probatum eſt. ſequitur quòd ipſis eſt vnum eſſe, & eadem immutabilitas, & per conſequens æternitas.* 4 Ad quem. *Hic conſequenter probat Apoſtolus æqualitatem dignitatis in Chriſto per autoritatem pſal.cix. Qui pſa. de Chriſto eſt intelligendus ad literam.*

Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd Iudæi moderni aliqui dicunt ipſũ debere intelligi de Abrahã, & quòd Eleazar eius diſpenſator fecit illum pſal. ad reddendum gratias Deo de victoria quam habuit Abraham contra illos reges qui captiuauerũt Loth nepotẽ ſuũ. ſecundũ quod habetur Ge.xvj. Sed hoc patet falſum ex titulo pſal. quia non intitulatur ab ipſo Eleazar, ſed à Dauid. Ideo dicunt alij, quòd eſt pſal. ſactus à Dauid, & non loquitur de ipſo, ſed de angelo ſuo, vt ſit ſenſus: Dixit dominus domino meo, &c. *ideſt, Deus cæli angelo me cuſtodienti. Sed hoc patet ſalſum. quia infrà dicitur:* Tu es ſacerdos in æternum, &c. *Quod non eſt intelligendum de angelo Dauid. quia ſacerdotium non competit angelis. Et ideo dicendum, quòd ad literam eſt pſal. factus à Dauid loquẽs de Chriſto. Et hoc patet per tranſlationem Chaldaicam quia vbi habetur:* Dixit dominus domino meo, *Chaldaica ſic habet: Dixit dominus verbo ſuo, &c. Item per illud quod ſequitur. Ex vtero ante luciferum genui te, ideſt, ex ſubſtantia mea ante omnem creaturam, hoc autem non poteſt competere, niſi ſoli Dei filio, qui filius eſt verbum Dei. Ex hoc igitur ſuppoſito patet, quòd Apoſtolus bene inducit autoritatem huius pſal. ad probandum æqualitatem dignitatis in Chriſto quæ eſt in Deo patre, in troducens verbum Dei patris ad filium, dicens ſibi.*

5 Sede à de. *ideſt, ad æqualitatem dignitatis meæ. Sic enim refertur ad Chriſtum ſecundum diuinam naturam, ſicut ſupra expoſitum eſt eo. ca. Sequitur:* 6 Do.po *Hoc autem erit in iudicio futuro quando omnia ſui iacientur quantum ad executionem, quia quantum ad autoritatem omnia iam ſunt ei ſubiecta, ſed de hoc plenius videbitur.*

Sed inſurgit hoc dubium quia videtur quòd Chriſtus non debuit ſedere ad dexteram Dei patris in æternum, ſed tantum vſq; ad tempus determinatum, in quo omnia ſibi ſunt ſubiecienda. Quod videtur importari per hoc aduerbium, donec. Dicendum, quòd hoc aduerbium donec, aliquando tenetur finitè, quando, ſcilicet ſignificat terminum cui adiungitur. Sicut cum dicitur: Sede hic donec veniam. Senſus eſt, quòd in aduentu meo terminetur ſeſſio tua. Aliquando tenetur indeterminatè, & tunc non ſignificat talem determinationem. Sicut cum dicitur, Iſte non pœnituit de peccatis ſuis donec vixit. Sẽſus eſt, quia nũquam pœnituit nec pœnitebit: quia poſt mortem non eſt locus pœnitẽsie. Iſto ſecundo modo ponitur hic aduerbium cum dicitur: Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, &c. *Et ideo ſenſus eſt quòd nunquàm ceſſabit ſedere ad æqualitatem Dei patris. Hæc autem æqualitas non competit angelis. ideo ſubdit Apoſtolus.*

7 Nonn. *q.d. Sic, Sicut enim in artificialibus videmus, quòd aliqui præ*

✠ *cipiunt in operibus. ſ. architectonici, principales, aliqui exequuntur imperata, ſicut inferiores artifices materiam præparantes, tamen omnes dicuntur artifices, vt habetur. j. Meraph. Sic in angelis aliqui diſti dicuntur ſubſiſtere, aliqui autem exequi imperata. tamen omnes dicuntur adminiſtratores vel adminiſtratorij ſpiritus. i. ſpirituales ſubſtantiæ in miniſterium miſſi. Superiores enim angeli mittuntur tantum miſsione interiori, medius & inferiores illuminando ordine hierarchico. Inferiores autem mittuntur ad aliqua circa nos exequenda, & ſic mittuntur miſſione exteriori. Et ſic patet quòd omnes ſunt in miniſterium miſſi, licet diuerſimode. Iſtud autem miniſterium exercent angeli propter ſalutem electorum, vt natura humana quæ eſt inferior, inducatur ad Deum per angelicam tanquàm per ſuperiorem propter hoc ſubditur.*

1 Propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. &c. *Secundum enim Dionyſ. hæc eſt lex diuinitatis vt infirma per media reducantur in ſuprema.*

A Chryſoſto. Aug. libr. 3. de Tri. & li. 2. med. c 3.

ſuos deſtinet Deus. Quamuis enim multum intersit inter angelos & homines, propinquos tamẽ eos nobiſcum fecit, quia noſtræ ſaluti ſtudent, propter nos diſcurrunt, nobis ſuo funguntur officio, hoc eſt opus, angelicum, angelicæ functionis officium, vt omnia fiant pro ſalute proximorum. Magis autem hoc eſt opus Chriſti, quia angelis nobis ſuperioribus præcepit ad noſtram ſalutem ſuum exhibere miniſterium.

✠ Avgvstinvs. Dicuntur enim angeli orationes, & vota noſtra offerre Deo, non quia Deum doceant. quia omnia ante quam fiant, ſicut & poſtquam facta ſunt nouit, ſed quia eius voluntatem ſuper his conſulunt, & quod Deo iubente completum eſſe cognouerunt, hoc nobis euidenter, vel latenter reportant.

D lib. 2. med. cap. 3.

a ¶ Ex officio. ¶ Quocunque placet filio, tamen ſemper aſsiſtunt ei, qui vbique eſt.

¶ Aſsaliter. b ¶ Etiam propter homines, quibus licet minoribus, imperio Chriſti ſeruiunt.

a ¶ Quibus promittitur hæreditas vitæ æternæ.

nes angeli adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi prõpter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis?

Cap.

In ca.i. vbi dicitur in Poſtil. Multifariè, &c.

Ad maiorem euidentiam quorundam quæ in hoc ca. continentur, ſuper illa quæ habentur in Poſti. quædã videtur addenda. Circa quæ præſuppoñdum eſt quòd Apoſtolus in hoc loco in dictis ſuis innuit aliquid quod ſundatur in aliqua autoritate ſacræ ſcripturæ, vel in dictis apud Hebræos autenticis, vt patebit. Vnde in hoc quòd dicit: Olim Deus loquens patribus in prophetis, *videtur innuere, quòd ante aduentum Chriſti per aliquod tempus iam ceſſauerat prophetia. Sicut enim tradunt Hebræi in libro qui dicitur Ioma. ſuper illud pſal.* Signa noſtra non vidimus. iã non eſt propheta, &c. *Ante finem templi ſecundi per. xlij. annos, quod tempus concurrit cum paſſione Chriſti, ceſſauerant multa ſigna templo, quibus tendebatur & Deus nõ acceptabat ſacrificia ibidem oblata. Similiter & ceſſauerat prophetia, quia iam nulla prophetia inter eos erat. Ex quibus reprobatio illus ſtatus quod ammodo oſtendebatur. Quod Apoſtolus intendens, de hoc Hebræos volens inſtruere dicit:* Olim Deus loquens patribus. *q.d. Olim loquebatur patribus Deus in prophetis, ſed iam nunc ceſſavit illa locutio aduemente perfectiori locutione qua nouiſſime locutus eſt nobis Deus in filio.*

Si autem obijciatur de Iohanne baptiſta: dicendum quòd prophetia Iohannis concurrit cum tempore Chriſti cuius fuit præcurſor immediatus: & ideo non eſt computanda inter prophetias antiquorum. Item in prædicẽs verbis oſtendit identitatẽ illius qui patribus loquebatur cum illo quæ nouiſſimè loquitur cum dicit, quòd Deus qui patribus, in prophetis loquebatur, nouiſſime locutus eſt in filio: In quo innuit impleri illud Iſa.lij.b. Propterea cognoſcet populus nomen meum in illa die, quia ego qui loquebar ecce aſſum, *prout fuit largus expoſitum in additio ne ſuper illud ca. Iſa. In qua identitate refutantur duo errores, ſcilicet, Manicheorum & Iudæorum. Manichei antiquum Teſtamentum attribue bant malo principio, nouum verò bono. Iudæi econuerſo antiquum Teſtamentum dicebant eſſe à Deo nouum autem non: vnde vtrumque errorem refutans Apoſtolus aſſerit prædictam identitatem, ſcilicet, inter illum qui olim loquebatur patribus, & illum qui diebus iſtis loquitur nobis, ſed prius per prophetas, & nunc per filium qui maior eſt prophetis. Ex quo eminentia nouæ legis reſpectu veteris oſtenditur. Nam ſicut in omnibus potentibus & artibus ordinatis ille qui eſt ſuperior artifex ſeu præſidẽs, principalis & perfectum actum operatur per ſemetipſum: ea verò quæ diſponunt ad vltimam perfectionem, operatur per miniſtros, ſicut nauifactor compaginat nauem per ſeipſum, ſed præparat materiam per artifices ſub miniſtrates. Sic lex noua quæ data eſt per ipſum filiũ Dei hominem ſactũ eſt perfecta, lex autem vetus quæ data eſt per angelos ſeu per prophetas, eſt imperfecta. Quod etiam habetur ex dictis Hebræorũ, vnde ſuper illud* Manicheorũ & Iudæorum error. Omnia vanitas. *exponendo ly omnia quædam gloſſ. eorum Eccleſi. j. a.* Omnia vanitas. *exponendo ly omnia quædam gloſſ. eorum ſic dicit, Omnis lex quam addiſcimus in præſenti tempore vana eſt reſpectu legis Meſsiæ, quæ quidem glo. multum continet veritatis. Nam ſicut medicina quæ non confert ſanitatem vana dicitur, ſic lex vetus quæ non ducebat ad beatitudinem vana diceretur, ſi non ſuperueniſſet lex noua quæ ad beatitudinem induxit. Sed contra prædicta Iudæi murmurant dicentes, quòd per autoritatem ſacræ ſcripturæ probatur quòd Deus dãt legem veterem per ſeipſum. Legitur enim in datione legis. Exo.xx.a.* Locutuſq; eſt dominus ſermones hos. *conſequenter etiam in exordio decalogi dicitur:* Ego enim ſum dominus Deus tuus. *Ex quibus videtur quòd lex Moſaica à Deo immediatè fuiſſet data, non per angelum. Idem intendunt probare per illud quod legitur Exo.xxxiij.b.* Loquebatur enim dominus ad Moyſem facie ad faciem, *ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. Ex quo videtur quòd reuelationes factæ ipſi Moyſi non ſolum in datione legis, ſed etiam in aliis erant immediatè à Deo, ſic enim loquitur ad amicum ſuum, ſcilicet, immediatè. Ex quo infertur concludere, quòd lex data per ipſum Moyſen eſſet perfectiſſima.*

Ad primum dicendum, quòd ſecundum Gre in j. mora. angelus qui Moyſi apparuiſſe legitur, modo angelus, modo dominus memoratur. Angelus ſcilicet, propter hoc q. exterius loquendo ſeruiebat. Dominus autem dicitur, quia interius præſidens loquendo efficaciam miniſtrabat. Et attendendum, quòd in ſerie decalogi in quo principalia legis præcepta tradantur, hæc ſententia Gre. apertè demonſtratur. Primo enim loquitur in perſona Dei. cum dicit: Ego ſum dominus Deus tuus, &c. *& non ſint tibi dij alieni præter me. In quibus loquens loquitur vt Deus. Et ſequitur:* Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, &c. *In quibus loquens oſtendit ſe alium eſſe à Deo. Non enim dixit: Non aſſumes nomen meum in vanum ſed nomen domini Dei tui. & ſic in ſequentibus.*

Ad ſecundum dicendum, q. per hoc quod dicitur: Loquebatur dominus ad Moyſen facie ad faciem, *non intelligitur quòd Deus loqueretur Moyſi immediatè. Legitur enim Deu. v. a.* Facie ad faciem locutus eſt vobis dominus de medio ignis. *ſ. toti populo. quod ſecundum intelligitur propter rerum euidentiam, & quod ammodo diuinæ maieſtatis præſentiam, de qua dubitari non poſſit. In Moyſe autem per hoc quod dicitur, quòd loquebatur ei dominus facie ad facie: intelligitur quædam eminens contemplatio, quam Moyſes familiarius habebat quam cæteri prophetæ. & ſpecialiter in hoc quòd Deus loquebatur ſibi ſic familiariter, quòd quocunq; terrore impediente ſublato conceptus ſuos Deo exprimebat, & eius reuelationes plane recipiebat. & hoc ſonat propriè ſicut loquitur homo ad amicum ſuum, ſcilicet, abſq; terrore turbante, ſicut aliis contingebat prophetis, vt patet Da.x. & Iob.iiij. & huiuſmodi. Omnia iſta tamen intelliguntur circa eſſentiæ diuinæ viſionẽ. Nam ſecundũ Au. ſuper Ge. ad literã poſtquàm de Moyſe legitur:* Locutus eſt dominus ad Moyſen facie ad faciem, &c. *poſtea in eodem contextu ſubditur:* Oſtende mihi gloriam tuam. *Ex quo patet, quòd nondum videbat videre deſiderabat. vnde licet poſtea ſecundum Aug. de videndo Deũ, Moyſes eſſentiam vidit diuinam, non tamen in datione legis quæ data fuit per angelum, vt dictũ eſt. Ex hoc igitur, quòd lex noua data eſt in filio, prout dictũ eſt, intendit Apoſtolus eminentiam eius ſuper veterẽ legem oſtendere. Et attendendum, quòd quia contingit in humanis aliquos eſſe filios qui non ſuccedunt in hereditate paterna, propter aliquos defectus. ideo ſubdit:* Quem conſtituit hæredem vniuerſorum. *q.d. filius de quo agitur, conſtitutus eſt hæres à patre, & non ſolum particulariter, ſed hæres vniuerſorum. quod intelligitur ſecundum glo. reſpectu omnium nationũ mundi. Non enim ſolum hæc hereditas extendit ſe ad Iſrael, ſicut antea dicebatur in carmine Moſaico:* Pars domini eſt populus eius, & Iſrael hæreditas eius. *ſed omnes mundi nationes in hac hæreditate includuntur. in quo Apoſtolus tacitè videtur allegare illud Pſalmi, vbi de filio dicitur:* Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. *&c. q.d. Apoſtolus, hæc filiatio de qua loquor eſt illa de qua in Pſal.* Filius meus es tu, dabo tibi gentes hæreditatem. *&c. Et quia iſta etiam ſecundum naturam aſſumptam intelliguntur, quæ in tempore incepit eſſe, ideo ſubungit illud quod competit filio tantum ſecundum naturam aſſumentem, dicens:* Per quem fecit & ſeculа. *quod competit filio tantummodo ſecundum deitatem, vt in Poſti. Et in hoc videtur allegare Apoſtolus tacitè illud Ge.i.a.* In prin. crea. Deus, &c. *vbi per ly in principio, intelligitur illud, per quem Deus fecit omnia, ſicut cum dicitur.* Omnia in ſapien. fecit. *quæ quidem ſapientia habet ſe ad creaturas, ſicut ars in mente artificis exiſtens ad artificiata. Et ſic intelliguntur aliqui expoſitores Hebræorum dictum verbum:* In princ. crea. &c. *Licet hoc obſcurè & confuſe tradant, prout dictum fuit in additione ſuper Gen. c.i. Et ſequitur:* Qui cum ſit ſplendor.

Pſal.2.d.

Circa quod notandum ſecundum glo., quòd quia ad loquendum dignè de Deo lingua non ſufficit, nec ad percipiendum præſulet intellectus. inde eſt, quòd ipſum Paulum videmus quaſi in quibuſdam infirmari, & non integra proponentem exempla, vt cum dicit, Qui cum ſit ſplen. patris. *Temporalia enim integra collatione æternis comparari non poſſunt. cum in æternitate omnia ſtant: in temporalibus autem alia accedunt alia ſuccedunt. Querimus tamen coeua in creaturis, vt ſplendor igni vel ſolis, per quæ coæterna in creatore. ſ. perſonam filij ad patrem intelligamus. Quod*

Universidad de Deusto Biblioteca

quidē exēplū Apoſtoli in ſcripturis habetur.vnde Sa.7.d.de ipſa ſapiētia dicitur.Cādor eſt lucis æternæ.Et quia licet in creaturis,etſi inuenire poſſumus aliqua coæua,non tamen generans ad generatum,in quibus generans ſemper præcedit in creaturis.Idcirco cum Apoſtolus dixiſſet. Locutus eſt nobis in filio.ne ex hoc patrē præceſſiſſe filiū intelligeretur,ideo ſubiungit:Qui,ſcilicet,filius eſt ſplendor gloriæ.Ex quo intelligamus,ꝙ ſicut procedit ſplendor ab igne ſeu à ſole,licet non præcedatur ab eo tempore,ſic filius à patre per generationem procedit,licet ab eo tempore non procedatur,ſed ſit ſibi coæternus,ſicut ſplendor coæuus eſt igni vel ſoli.Et ſic patet ratio quare habuit Apoſtolus addere iſtud exemplū:Qui cum ſit ſplendor gloriæ.ſcilicet,ad tollendam occaſionem erroris, ne ex hoc quod dixerat:In filio,intelligeretur filius patri ſucceſſiſſe in tempore,ſicut in creaturis generans præcedit tempore ſuum genitum.

An omnis figura ſit imago.

Et ſequitur.Figura ſubſtantiæ eius.Circa quod ſciendum,quòd licet in corporalibus omnis imago ſit figura,non tamen econtra,omnis figura eſt imago.Vnde in propoſito(ſaluo ſemper meliori iudicio)non videtur neceſſarium,quòd figura accipiatur pro imagine,prout in Poſtil. ſed vt accipiatur figura in ſua propria ratione.ſcilicet,pro aliquo quod termino vel terminis includitur,prout eſt in quarta ſpecie qualitatis.Conſtat autem,quòd figura ſic accepta continet totam quantitatem illius figuræ. vnde in hoc exemplo intendit Apoſtolus oſtendere,quòd filius in diuinis totā naturam ſeu ſubſtantiam vel eſſentiam patris cōprehendit per ipſam terminatam,& ſic per iſtud exemplum excludit Apoſtolus aliquas diſſimilitudines quæ in prædictis nominationibus habentur.Imago enim in filio regis,& multo minus in denario ſeu ſtatua non comprehendit naturam ſeu eſſentiam vel ſubſtantiam illius cuius eſt imago,vt eſt manifeſtum.Similiter nec ſplendor totam naturam ſolis ſeu ignis comprehendit. Figura autem comprehendit(vt dictum eſt)totam naturam ſeu quantitatē figuratam per ipſam,vt circulus & quadratum,& huiuſmodi totum ſpaciū in circulo ſeu quadrato contentum figurando comprehendit perfectè.Sed quia in diuinis non eſt quantitas dimenſionalis,ſed pelagus ſubſtantiæ ſeu eſſentiæ infinitæ.ideo ſubiungit,Figura ſubſtantiæ eius.hoc eſt dicere,figura dico comprehendens ſubſtantiam. non quantitatem, & ſic videtur intelligēdum illud Nu.xij.vbi dominus de Moyſe,qui eſſentiam diuinam ſecundum Augu.vidit in hac vita.ſic dicit:Et figuram domini intuetur,ſcilicet filium Dei:qui totam diuinam eſſentiam complectitur,ſicut figura totum ſpacium in ea contentum comprehendit.

Si autem contra prædicta quis dicat,quod figura ſupradicto modo intellecta non poteſt dici in diuinis.Tum quia figura ſic accepta propriè ad quantitatem molis pertinet.Tum quia rem finitam ſeu determinatam demonſtrat,cum de ſui ratione importat incluſionē in termino ſeu terminis.

Ad hoc dicendum,quòd ſecundum glo.illa quæ de Deo dicuntur,cum religioſitate debemus accipere:accipiendo,ſcilicet,illa quæ pertinent, & excludendo illa quæ à Deo ſunt aliena.Sicut in nomine filij intelligimus generationem,non autem temporum ſucceſſionem.& in imagine intelligimus veram repræſentationem,non autem lineamenta corporalia ſeu attinentia,quæ in qualibet imagine creata intelliguntur.vnde in propoſito in hoc quod dicimus figuram ſubſtantiæ,intelligendum eſt totalem comprehenſionem immenſitatis eſſentiæ ſeu ſubſtantiæ diuinæ,quam per generationem infinitam filius habet à patre:non autem molis quantitatē,ſeu aliquam terminorum finitatem.Et iſto modo quidam philoſophorum dicebant de Deo,quòd eſt ſphæra intellectualis,cuius centrum eſt vbique, & circumferentia eſt nuſquàm.Vt per hoc quod dicit,Sphæra, intelligatur figura in quarta ſpecie qualitatis accepta.Per hoc autem quod dicit intellectualis,amouet ab ea corporeitatem dimenſionalem. Per hoc autem ꝙ dicit:Cuius centrum eſt vbiq;, intelligitur quòd veſtigium diuinum in qualibet re creata inuenitur,ſicut centrum quod eſt proprium veſtigium ſphæræ.Per hoc autē quòd dicit.Et circumferentia eſt nuſquàm,intelligitur quòd repræſentatio cuiuſcunque creaturæ deficit ab omnimoda repræſentatione Dei in infinitum,ſicut circumferentia in finito diſtat à centro. Quod autem ſequitur,Portanſque omnia verbo virtutis ſuæ. exponatur prout in po.hoc addito quod iſtud videtur fundari Prouer.xxx.a. vbi cum agitur de quibuſdam ad ſuſtentationem ſeu gubernationem principalium partium mundi pertinentibus,dicens,Quis aſcendit.&c.quis ſuſcitabit,ideſt,ſuſtentauit terminos terræ.ſubdit:Quod eſt nomē eius & quod eſt nomen filij eius ſi noſti.Ex quo patet, quòd illa quæ ibi dicuntur ad ſuſtentationem ſeu gubernationem mundi pertinentia pertinent ad filium ſicut ad patrem.Per hoc autem quòd dicit:Verbo virtutis ſuæ,metaphoricè videtur deſignare ſecundum gl.facilitatem continendi omnia ad modum illorum,qui ſine vllo labore verbo vel digito mouent aliquid vel efficiunt. Quod vero ſubditur:Purgationem peccatorum faciens.prout in gl.pertinet ad Chriſtum ſecundum humanitatem,in qua crucis paſſionem & mortem pertulit,per quam à peccatis nos purgauit,vt habetur plene Iſa.liij.Cætera exponantur prout in Poſtil. vſque ibi,Cui enim aliquando angelorum dixit:Filius meus es tu,ego hodie genui te.Contra quod poſſet dici,quòd non ſolum angeli,ſed etiam homines & aliquæ creaturæ,quandoque in ſcriptura dicuntur.filij Dei, & à Deo generati.vt cum dicitur Deut.xj.c.Deum qui te genuit dereliquiſti.Et Iob.xxxviij.c.Quis eſt pluuiæ pater:aut quis genuit ſtillas roris?vnde qualiter intelligatur efficacia rationis Apoſtoli ex hoc dicto pſal.Filius meus es tu,ego hodie genui te,habetur plenè in additione ſuper pſal.ij.in verbo prædicto.vide ibi.

REPLICA.In cap.j.ad Hebræos.Burgen facit longam digreſſionem in qua nonnulla dubia ad expoſitionem literæ impertinentia ponit, de quibus non iudico,quia directè contra Poſtilla.non faciunt. Sed illud diſſimulandum non eſt,quòd cum dicitur in eodem, quòd filius eſt ſplendor gloriæ Dei & figura ſubſtantiæ eius,exponendo illud,dicit Bur. Non eſt neceſſarium figuram accipi pro imagine,prout in Poſtil.ſed quòd accipiatur figura in ſua propria ratione, ſcilicet, in eo quòd termino vel terminis includitur,prout eſt quarta ſpecies qualitatis.In quo apparet Bur. non habere pro inconuenienti Deum ponere in prædicamento, quia ponit aliquid formaliter dictum de Deo ſecūdum propriam rationem eſſe quartam ſpeciem qualitatis,ſcilicet,figuram Dei vel formam.Hoc enim Bur. faciens,audet à fortiori Deum in prædicamento ſubſtantiæ ponere, quod tamen eſt contra magiſtrum di.viij.li.j. Nec videtur Bur.aſſignare propriam rationem figuræ,prout eſt quarta ſpecies qualitatis: dicendo quòd termino vel terminis includitur.Nam ſic diceret rationem menſurabilis vel menſuræ prout ipſe declarat figuram totam quantitatem comprehendere, per conſequens menſurare.ſed ratio menſuræ non eſt propria ratio qualitatis,ſed eſt propria ratio & intrinſeca quantitatis,vt patet per omnes philoſophicè loquentes.ideo qualitas non eſt ſecundum propriam rationem menſuræ quantitatis,ſed econuerſo.Propria autem ratio figuræ & formæ de quarta ſpecie qualitatis,eſt reſultatio ex ordine & diſpoſitione partium totius.Patet,quia ad poſitionem illius ordinis partium reſultat figura & ad mutationem eius mutatur figura,& ad diuiſionem partiū ab inuicem deſinit eſſe figura,& ſecundum illa propriam rationem Deo nullo modo competere poteſt nomen figuræ.quia in Deo, nec eſt pars nec ordo partium, vt fide tenemus.Potuit igitur Bur.ſtare contentus in dicto Poſtil.qui exponit figuram per imaginem naturalem, diſtinguens inter imaginem naturalem & artificialem. Et notanter imaginem ſubſtantiæ Dei dicit illam figurā, quia eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre plus quàm filius regis cum rege, qui non habent vnam ſubſtantiam,niſi vnitate ſpecifica non numerali. Dicit etiam Burgen.ſe docuiſſe circa pſal.ij.quomodo ex allegato hic per Apoſtolū accipitur efficax ratio contra Iudæos, cū dicitur:Filius meus es tu,ego hodie genui te. Sed vide circa eundem pſal.correctorium competens.

CAP. II.

a Propt.Poſtquàm locutus eſt de filio Dei, multa quæ ad eius commendatione valent,hortetur eos quibus ſcribit vt diligenter animaduertant & cuſtodiant ea quæ per illum annunciata ſunt eis. Et ad hoc tendunt omnia præmiſſa:quia maior prophetis & angelis.

CAPVT II.

¶ Quia maior prophetis vel angelis.
¶ Quam quia prophetis vel angelis, qui miniſtri legis. 1
a b Propterea abundantius oportet nos ob 2
a ¶ A filio. ¶ Dicta in euangeliis. ¶ Puniamur.
¶ Quod probat per minus. 3
ſeruare ea quæ audiuimus: ne forte 4

b Abun.quàm quæ de lege dicta ſunt.Nomen tamē legis obtinuit:quia in aſtructione ſua quam in poſterioribus facit manifeſtum hoc facit.

☞ AMB.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 Propterea.Poſtquàm Apoſtolus in ca.præcedenti declarauit eminentiam Chriſti, hic conſequenter ex hoc oſtendit quanta reuerentia ſit exhibenda legi nouæ ab ipſo datæ.Et circa hoc duo facit.quia primò ponit quandam conſequentiam.ſecundò confirmat ipſam: ibi, Nō enim angelis,Conſequentia talis eſt.Lex vetus fuit data per angelos immediatè,vt dictum eſt ca.præce,& tamen fuit ſuſcepta à populo Iſrael cum reuerentia magna,ſecundum quod patet Ex.xix.vbi dicitur,quòd populus ante ſuſceptionem legis per duos dies veſtimenta lauit, & è proprijs vxoribus continuit, vt eſſet paratus die tertio ad legem reuerenter ſuſcipiendam. Similiter illa lex fuit diligenter obſeruata, quia eius tranſgreſſores puniebantur morte:ergo multo fortius lex noua, prædata eſt apoſtolis immediatè à Chriſto qui eſt dominus angelorum,& mediantibus apoſtolis in mundo diuulgata eſt per prædicationem & confirmationem miraculorū,ſuſcipienda eſt cū reuerentia,& diligēter obſeruāda,& tranſgreſſores magis punientur. Hoc eſt igitur quod concludit Apoſtolus Propterea.ideſt,propter excellentiam legis nouæ à Chriſto datæ.
2 Abun.opor.nos.Chriſtianos.
3 Audi.à Chriſto & apoſtolis.
4 Ne fo.Fluit enim homo per pœnā corporalē ſecundū quod dicitur.ij.

Reg.

☞ ✠ AMBROSIVS.Hortatur eos diligentius his intendere, quæ per Dei filium audierunt,quàm eis quæ per angelos dicta ſunt.

✠ SEDVLIVS.Quoniam maior eſt authoritas noſtræ legis, quàm authoritas angelorum miniſtrantium veterem legem.

Anſelmus

a Pereffluа. Fluimus per pœnas mortalis naturæ,effluimus,peccata addendo,perfluimus in æterna damnatione.Hinc ſuadet audienda eſſe verba Chriſti per pœnam quę erit negligētibus.

† perfluamus

✠ CHRYSOSTO. Hoc eſt ne forſitam pereamus, ne forſitā excidamus.Et demōſtrat in hoc loco,quātum malum in ſe ruina iſta poſſideat. Siquidem difficile eſt,quod affluxerit iterum reſaluari,quoniā ex negligentiæ contigit vitio,ſumpſit autem hoc verbū ex prouerbiis:fili,inquit,non perfluas: Sed etiam facilitatem lapſus, & malum perditionis oſtendit:quaſi dicat, Inobedientia vobis à periculo non erit libera:& per ea ipſa quæ adſtruit, approbat, quoniam maius erit in cadente ſupplicium,& iterum relinquit huius inquiſitionem rei,ne ex concluſione ſuam diſputationē grauem illis efficeret.Hæc eſt quippe modeſtia diſputantis, vt nulla generetur audientibus ex ſermone moleſtia.

† primum cœpit

¶ Ad Moyſen & cæteros. b ¶ Dei
a † pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo, fa- 1
b ¶ Vt lex per miracula & minis & promiſſis confirmata. b ¶ Verus. 2
c ¶ Contra vetita facere. d ¶ Præcepta dimittere. 3
c ctus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia acce- 4
¶ Quantum meruit. ¶ Pro qualitate factorum ſit qualitas pœnæ.
b ¶ Quibus filius de gretia,per quam eſt ſalus,locutus eſt. c ¶ Gehennam. 5
d e pit iuſtā mercedis retributionem:quomodo nos effugiemus, 6 7
b ¶ Saltem quod minus eſt,quàm præuaricari. c ¶ In euangelio factam. 8
¶ Non tanta in veteri teſtamento. ¶ Ibi ſermo,hic ſalus. ¶ Salus.
¶ Indeficientem. ¶ Non longe poſt. d ¶ Non conſtitutionis,quod ab æterno,ſed enar. 9
f ſi tantā neglexerimus ſalutē?Quæ cū † initiū accepiſſet enar- 10
a ¶ Et hoc. b ¶ Angelorum.i.per Chriſtum. c ¶ Apoſtolis. 11
¶ i.in nos Iudæos. p ¶ Autoritati apoſtolorum. 12
g h rādi per dominū,ab eis q audierūt in nos cōfirmata eſt,cōte- 13

✠ ANSELMVS.Ideſt,puniamur.Fluimus enim quia ſicut fluuius in defluxu & mutabilitate ſumus de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem,de iuuentute ad ſenectutem, & inde ad decrepitam ætatem.Effluimus vero,cum morte anima & corpore diſſoluimur.Effluimus,ideſt,extra fluimus,cum animā exalamus,pereffluimus ſi à vero Dei eſſe perpetualiter ſeparati per varia tormenta ſine fine deficimus & ne hoc nobis contingat,obſeruemus verba Chriſti ſaltem timore pœnæ, ſi necdum regnat in nobis amor iuſtitiæ.

b Si enim qui per angelos,&c.✠ ANSELMVS.Si ſermo Dei qui dictus eſt Moyſi per angelos,ideſt,per officium Angelorum,factus eſt firmus, ideſt,ratus,& ſtabilis,& in minis, & in promiſſis,quia quicquid minata eſt lex,& quicquid promiſit completum eſt.

c Et omnis præ.Dicit vt pro ſingulis peccatis ſit pœna non ſolum omnis præuaricator qui multorum reus eſt.

✠ ANSELM.Præuaricatio eſt vetita facere,inobedientia vero iuſſa non facere.Et non ſolum præuaricator, qui multorum reus erat,ſed & omnis præuaricatio, ideſt, omnis culpa tranſgreſſionis vt pro ſingulis vltio fieret,& omnis culpa inobedientiæ,quæ legis præcepta facere contempſit.

✠ CHRYSOST.Quare dixit mercedis retributionem. Merces autem in bono poni ſolet,ſed iſte mos eſt Apoſtolo vt non magnam verborum habeat rationem,ſed indifferenter,vel quę in bono dicuntur,vel quæ in malo,pro alterutro ponere, ſicut & alibi dixit:In captiuitatem redigentes omnem ſenſum ad obediendum Chriſto.Et iterum mercedis retributionem poſuit pro ſupplicio:ſicut & in præſenti loco ſupplicium mercedē nominauit.Item alibi dixit:Siquidem iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulantibus vos tribulationem,& vobis qui tribulamini requiem hoc eſt, nō eſt corrupta iuſtitia, ſed executus eſt Deus,& conuertit iudicium ſuum ſuper peccatores, quamuis non omnia ſint manifeſta peccata,niſi quando præcepta diſpoſita contemnuntur Et quomodo nos inquit, effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem?Per hæc verba ſignificat, tantam non fuiſſe ſalutem in veteri teſtamento,Bene autem addidit, Si tantam neglexerimus ſalutem.Non enim nunc nos de præliis liberauit,non nobis terrā,vel terrena bona largietur, ſed mortis interitum,diabolique perditionē,regna cœlorū,vitam,&beatitudinem ſempiternā. Hæc quippe omnia breuiter innuit,dicēs: Si tantam neglexerimus ſalutem.

2.Cor 10
2.Teſſal.1.

✠ ANSEL.Non enim tanta ſalus fuit in veteri teſtamēto,quāta eſt hæc quam filius nobis attulit,Illa temporalis fuit, hæc eſt perpetua.Illa terrenas diuitias, hæc cæleſtes promiſit. Illa victoriā de carneis hoſtibus, hæc conceſſit de ſpiritualibus.Illa temporalem fœliciter vitam,hæc tribuit ęternaliter beatā. Ideoq; ſaltem non negligenda, quod eſt minus quā pręuaricari.Grauior enim vindicta ſumetur de his,qui ſalutem iſtam neglexerint,quàm ſumpta eſt de illis,qui ſermonem Angelorum pręuaricabantur:ibi enim ſermo,hic autem ſalus,quia ibi tantum littera iubens, hic verò ſpiritus adiuuans.

d Iu.Ne putetur perire iuſtitia per miſericordiā. Quod verò ait retributionem,hoc pœnę ad quantitatem refertur,quę ęqualis peccato erit:quia ſecundum quod maius vel minus eſt peccatum,vel minor erit pœna.Quod verò ait,mercedis:hoc ad qualitatem pœnæ refertur,vt qui libidinis igne perierit,igne æterni incendij crucietur.

e ✠ Quo.nos effugie.CHRYS.Et intuere qualiter faciat comparationem.Si enim qui per angelos dictus eſt, inquit, ſermo. Illic quidem per angelos, hic autem per dominum, & illic quidem ſermo,hic autem ſalus.Deinde ne fortaſſe diceret aliquis.O Paule iſta quę loqueris,ipſius Chriſti ſunt,proinde ergo,vt fidē dictorum probabilem reddat, ſignificat non ſolum à Chriſto dicta eſſe, ſed etiam nunc à Deo dici non ſimpliciter voce per aerem prolata,ſicut ad Moſem ſed ſignis atq; virtutibus factis, & ipſis atteſtantibus rebus.Quid autem eſt.Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo,fuit firmus?Quid eſt fuit firmus? videlicet verus:tanquam ſi diceret,fidelis in opportuno tempore.Et cuncta quæ prædicta ſunt,perceperunt ipſis rebus effectum.Siue ergo hoc dicit,ſiue quia obtinuit ſermo, & quicquid cōminando dixit,rebus conſtat impletum,ſiue ſermonem dixit,præcepta veteris teſtamenti.Plurima quippe & præter legem ſunt mandata per angelos, qui ad illud miniſterium mittebantur: ſicut miſſi ſunt ad Loth in montem,& ad Iudices, & ad Samſon.Propterea enim non dixit lex ſed ſermo:Vnde magis mihi videtur illa ſignificare,quæ per angelos diſpenſata ſunt. Quid ergo dicemus: niſi quia præſentes erāt & angeli,quibus fuerat gens illa commiſſa,& ipſi erant qui tubis,& buccinis perſonabant,& cætera faciebant,hoc eſt,ignem,fumum, & nebulas.

f Quæ.Ecōtra oſtēdit inexcuſabiles qui cōtēnūt ſalutē.i.ſermonē Chriſti,qui eſt cauſa ſalutis.Q.Nō effugiem[us] ſi neglexerim[us].

g Per dominum,&c.Alia æditio,per Chriſtum.

✠ CHRYS.Hoc eſt,ab ipſo fonte hæc quæ dicimus,habuere principium,non ab hominibus nobis allata ſunt, non ab aliqua virtute vel creata,vel condita,ſed ipſe nobis ea filius vnigenitus impertiuit.

h In nos confirmata eſt.✠ CHRYS.Quid eſt confirmata eſt?certa,aut perfecta.Pignus,inquit habemus,hoc eſt, non extin-

☞ cta

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Reg.14.c.Quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.ſed vlterius effluit per culpam,ſed pereffluit, id eſt, perfectè fluit per æternam damnationem,quod contingit non obſeruantibus Chriſti legem. ideò bene dicit Apoſtolus,Ne fortè peref.id eſt,æternam damnationem incurramus. Quod probat conſequenter per legem veterem, quæ eſt minoris autoritatis.
1 Si enim. Vetus lex quæ data eſt per angelum in monte Moyſi, vt prædictum eſt præcedenti cap.
2 Factus eſt fir.id eſt,firmiter iniunctus ad cuſtodiendum.
3 Et omnis præua.id eſt,tranſgreſſio legis per peccatum commiſſionis,quod eſt contra præcepta negatiua.
4 Et inobedien.id eſt,peccatum omiſſionis,quod eſt contra præcepta affirmatiua.

Acce

5 Acce.iu.merce. id eſt, pœnam debitam ſecundum quantitatem & qualitatem criminis,vt patet in ve.Teſt.in multis locis.Si ergo ita eſt.
6 Quomodo nos.ſcilicet,Catholici.
7 Effugiemus.pœnam debitam.
8 Si tanta.id eſt,ſi inobedientes fuerimus legi nouæ,in qua ſola eſt ſalus vitæ æternæ. q. d. nullo modo. Et conſequenter oſtendit Apoſtolus, qualiter hæc lex noua à Chriſto primò data eſt apoſtolis & per apoſtolos publicata,dicens,i
9 Quæ.ſcilicet,lex noua.
10 Cum ini.qui apoſtolis in principio eam dedit.
11 Ab eis qui.à Chriſto.i.ab ipſis apoſtolis & alijs diſcipulis.
12 In nos con.per prædicationem ipſorum.
13 Conteſtante.id eſt, confirmante eorum prædicationem per miracula varia & multa,ſicut dicitur Mar.vlt.d.Domino cooperante,&

 ✠ ſer

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A cta, non diminuta est salus quam nobis attribuit, sed permanet, & prævalet in æternum.

a *Varijs vir.* ✠ CHRYSOST. Bene dixit *varijs virtutibus.* affluētiam significans donorum, quæ erat apud antiquos, neq; tanta signa, neq; tam diuersa prodigia. Hoc ergo dicit, quia non simpliciter illis credim⁹ sed per signa, & prodigia, proinde non illis sed Deo credimus.

✠ ANSEL. Vel varijs animæ virtutibus, idest, charitate, humilitate, castitate, & ceteris huiusmodi, quia Deus in eorum moribus reluce re faciebat, vt eorū vita prædicationi cōcordaret, quatenus humilitatem docentes, humiles essent, largitatem prædicantes, largi essent, quibus nimirum virtutibus contestatur Deus veram esse doctrinam eorum.

† testificat⁹ Isa.44 a. — B — † Psal. 8. d.

b *Et spi.distri.* Per hoc affluentiam designat gratiarum, quæ non erat apud antiquos, neq; tanta signa, neque tam diuersa prodigia: per quod ostendit, quia non simpliciter est eis creditum, sed per signa & prodigia. Ideoque cum credimus, non illis, sed Deo nos credere declaratur. (Aug.li.3. de Trinit.)

✠ CHRYS. Sed fortasse dicet aliquis: Quid ergo? An nō & magi signa faciunt, & Iudæi in Beelzebub Christum dæmones exclusisse dicebāt? num propterea credendū est magis? sed illi non talia signa faciunt, propterea subiunxit Apostolus dicens: *varijs virtutibus.* Illa enim non virtuti, sed infirmitati potius tribuenda sunt: quippe quæ phantastica, & inania demonstrantur: idcirco ergo intulit dicens. *Et spiritussancti distributio secun. ipsius voluntat.* (Luc. 11.) (Au.in psa.8.)

c *Non enim an.* Dixit negligentes dignos esse pœna, qui contemnunt gratiam per apostolos & miracula & dona confirmatam: hic dicit Christum esse potentem vindicare, & suos per passionem mortis saluari. Q. Verè non effugiemus, si negligemus salutem Christi, cum pro sermone angelorum puniti sunt Iudæi, quia filio subiecit orbem, quod non angelis, quorum mini-
C sterio etsi multa fiūt in orbe, omnia tamen spectant ad imperiū Dei. Non subiecit angelis, sed hoc vt subijciatur futurum est ei de

a ¶ Minoribus, vt morbos depellere, quod & medici possunt. b ¶ Maioribus, quæ contra naturam fiunt. c ¶ Non præter naturam, vel de virtutibus animi, quòd casti, humiles, qui prædicant, & cætera huiusmodi. d ¶ Quia aliis dabat genera linguarum, aliis alia dona.

1 2 stante Deo signis atque portentis, & variis virtutibus, & spi-

a ¶ Non secundum meritum, sed secundum placitum suæ misericordiæ.

3 ritussancti distributionibus, secundum suam voluntatē. Non

a ¶ Orbem futurum subditum ei de quo loquimur. vel de quo orbe loquimur, ne putetur alius orbis. ¶ Non solus hoc dico. sed

enim angelis subiecit Deus orbem terrę futurum, de quo lo-

¶ Hoc idem. a ¶ Noto vobis. b ¶ Sermone. c ¶ Notus egregius propheta Dauid.

4 5 quimur. † Testatus est autem in quodam loco quis dicens:

a ¶ Quàm magnum, quàm dignum. ¶ Admiratiuè pro Christo. ¶ Per hoc. b ¶ Temporalem præbendo salutem, qua saluas homines cum iumentis. c ¶ Longè positi. ¶ Faciendo immunem à peccato. ¶ Et homo de homine, vt Deus de Deo. d ¶ Homo spiritualis & cælestis. e ¶ Per hoc.

6 Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis quò-

D de quo loquimur. i. Christo. Quod probat autoritate Dauid, qui futura quasi præterita refert, vt pote admissus diuinis consilijs, vbi omnia futura sunt facta, secundum illud Isa. Qui fecit quæ futura sunt. Cui & præmittit de Christi humilitate, ne pro ea dubitetur de exaltatione: & non tantum Christi, verumetiā totius generis humani, ostendens hominem per se miserum & abiectū, sed per Dei gratiam exaltatum. vnde subdit, *Testatus, &c.* (Rom.5.c.) Vel ita, Deus subiecit, non angelis, sed filio orbem terræ futurū: ita hic dicit futurum, sicut alibi dixit, qui est forma futuri, de Adam & Christo loquēs: & respectu temporum Adæ, futurum secundum carnē Christum dicit, sicut etiam nunc futurum orbem dicit quantum ad Christū. Futurus quippe erat orbis quantum ad filium Dei qui semper erat. Et ne de altero orbe disputare intelligeretur, addit de quo orbe loquimur. E

d *Quid est homo.* Potest legi admiratiuè, vt per hominem & filium hominis intelligatur Christus homo. Cuius fuit memor Deus in conceptione, dando immunitatem à peccato. Et visitauit in resurrectione, dando gloriam immortalitatis. *Quid est homo.* Vel cum despectu legendum pro terreno: Adam homo, sed non filius hominis, sic homines dicuntur qui portant eius imaginem. Qui Christi, filij hominum. Ille vetus homo dicitur, iste nouus. Homo igitur hoc loco terrenus est, filius autem hominis cælestis. Et ille longè seiunctus est Deo, hic autem præsens est. Et ideo illius est memor tanquam in longinquo positi. F Hunc visitat quem vultu suo. i. gratiæ suæ præsentia illustrat. *Visitas eum.* hominem per filium hominis, quasi per medicum infirmum.

e *Homo.* quando fragilis, despectus, peccator. *Memor.* quando peccata dimittit. *Aut filius hominis.* iam surgit à mēbris ad caput ascendens i. Christus, qui non ex duobus hominibus, sed de virgine, ibi: Memor, quando patriarchis de cælo misertus. hic *visitas.* cum verbum caro factum, cum medicus ad infirmos venit. (Ioh 1. b.) ☞ Minuisti

NICOLAVS DE LYRA.

✠ sermonem confirmante sequentibus signis. *Sicut enim ea quæ subsunt rationi, confirmantur per hoc quòd ad principia per se nota reducuntur, ita similiter ea quæ excedunt facultatem intellectus humani, cuiusmodi sunt credibilia, sufficienter confirmantur quando ad testimonium talis doctrinæ miracula facultatem totius naturæ creatæ excedentia à Deo perpetrantur. quia cum Deus non possit esse testis falsitatis, per hoc sufficienter ostenditur. quòd talis doctrina meram continet veritatem. & hoc est quod dicitur:* In nos con. *scilicet lex euangelica.* Contestante. *id est, confirmante ipsam.*

1 Signis. *idest, varijs miraculis.*

Miracula triplicia. *Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd miracula per quæ confirmata est ista doctrina euāgelica, sunt in triplici differētia. Quia aliqua sunt quæ possunt fieri per naturam quantum ad substantiam facti, non tamen quantum ad modum fiendi. Sicut sanatio febris aliquando fit virtute naturæ, aliquando virtute medicinæ ipsam naturam adiuuante, & tunc non est miraculum, quia habet causam naturalem. sanatio enim facta isto modo fit in tempore, quia natura non potest operari in instanti. Si autem sanatio febris perfecta in instanti fiat, hoc non potest esse nisi virtute diuina. sicut socrus Petri sanata est à febribus à Christo vt patet Mat. viij. b. talia miracula vocantur hic signa. Alia autem sunt quæ non possunt fieri per naturam, nec quantum ad substantiam facti, nec quantum ad modum fiendi, sicut est illuminatio cæci, & sanatio leprosi: Et talia dicuntur hic prodigia. Et dicitur prodigium, quasi procul à digito, idest, aliquid remotum ab ostensione vel cognitione humana: quod est supra naturam humanam. & quantum ad substantiam facti, & quantum ad modum fiendi. Alia autem sunt quæ non solum excedunt naturam humanam, sed etiam videntur esse contra naturam, sicut quòd virgo manens virgo pariat, & quòd habens verum corpus, per corpora absque eorum diuisione transeat, sicut ipse Christus intrauit ad discipulos ianuis clausis, & consimilia. & talia dicuntur portenta. Et dicitur portentum quasi in longinquum tensum vel extensum, ad denotandum rei magnitudinem. talibus autem confirmata est fides catholica, vt hic dicitur:* Signis, &c. *& non solum istis, sed etiam.*

2 Vari. vir. *Virtutes hic dicuntur fides, spes & charitas, quas virtutes dedit Deus prædicatoribus nouæ legis. distributiones spiritussancti sunt diuisiones gratiarum, quæ sunt datæ apostolis ad ædificationem ecclesiæ, sicut donum linguarum & prophetiæ & consimilia, de quibus loquitur apostolus j.Cor.xij. Ista autem non dantur prædicatoribus ecclesiæ ex suis meritis, sed ex diuina liberalitate. ideo subditur,* Secundum suam voluntatem.

3 Non enim ange. *Hic consequenter Apostolus confirmat dictam consequentiam. i. quòd magis est obediendum legi nouæ datæ à Christo, quàm legi veteri datæ per angelos: quia dominium Christi maius est, quàm dominium angelorum. Igitur circa hoc duo facit, quia primò ostendit dominium Christi esse maius dominio angelorum per scripturam. Secundò eam exponit de Christo, ibi,* Eum autem.

Duplex status orbis. *Ad euidentiam primi notandum, quòd duplex est status orbis. Vnus qui primus est secundum generationem & corruptionem ad electorum productionem. Alius status erit post iudicium in quo cessabit omnis talis transmutatio. Nunc autem ita est, quòd licet sit idem orbis quantū ad substantiam nunc & post iudicium, tamen non est idem status, vt visum est, & ideo orbis quodammodo duplicatur secundum istam diuersitatem status. Ita quòd dicitur orbis præsens, secundum statum qui currit vsque ad iudicium. Dicitur autem orbis futurus secundum statum qui erit post iudicium. Orbis autem secundum statum præsentem subiectus est quodammodo ipsis angelis: quia ministerio eorum mouentur corpora cælestia, & per consequens transmutantur ista inferiora per ipsos, & illuminantur homines de diuinis. Omnia autem cessabunt in iudicio, & ideo orbis futurus non erit angelis subiectus, sed ipsi Christo, quia tunc omnia erunt ei plenè subiecta non solum quantum ad diuinitatem, sed etiam quantum ad humanitatem, vt magis videbitur infrà. Dicit igitur:* Non enim angelis subiecit Deus orbem. *id est, secundum futurum statum de quo loquimur: quia de hoc statu Apostolus intendit loqui. Quod autem orbis secundum illum statum subijciatur Christo, probat per scripturam, dicens:*

4 Testatus est autem in quodam loco, &c. *idest. in psal.*

5 Quis dicens, &c. *Sic loquitur in communi: quia scriptura hæc nota erat illis quibus scribebat, similiter scriptor eorum.*

6 Quid est homo quòd memor es eius, &c. *Verba sunt ipsius Dauid admirantis exaltationem humanæ naturæ in ipsa incarnatione, & ideo*

☞ A *Minuisti.* dum se exinaniuit formam serui accipiens. *Minus.* angelis, quia mortalis: *paulò.* quia sine peccato. *Gloria.* in resurrectione & ascensione. *Honore.* in consessu patris. *Constituisti.* Ecce potestas. *Super omnia.* Vt à domini opere nil excipitur, ita nec à Christi potestate. *Nihil dimisit.* Hic vniuersalem, siue voluntariā siue necessariam subiectionem significat. *Necdum.* Hic tantum voluntariam subiectionem fidelium credentium in eum. (Phili.2.a.)

a *Gloria.* Charitate immortalitatis. *Honore.* quòd sibi flectitur omne genu. (†1.Co 15.d)

b *Super opera.* digniora, scilicet, angelos, & homines, quæ per excellentiam dicuntur opera manuum. († Phili.2.a.) († q̄ angelis)

B c *In eo autem.* Exponit sensum Dauid. ait Dauid: *Omnia subiecisti:* In eo autem quod scriptura subiecit, id est, subiecta ostendit omnia, nihil dimisit, idest, nihil excepit de omnibus. Vel bene dico orbem terræ futurum Christo subiectum: quia in eo quod dixit, omnia, nihil dimisit non subiectū, sed dixit, omnia subiecit, sed tamen nondum omnia subiecta. & ideo dixit futurum. (Psal.8.b.)

d *Nunc autem necdum videmus, &c.* ✠ CHRYSOS. Necdum imperator noster manifestè cuncta obtinuit, quid ergo turbaris dum aliqua mala pateris? Necdum omnia obtinuit prædicatio nostra: necdum tempus in quo perficitur subiectio: deinde alia consolatio. Si enim etiā ipse qui omnes habiturus est subiectos, mortuus est, & innumera passus, quid tu cōtristaris cū pateris?

✠ AMBROS. Non solum ergo à patre, sed etiam ab angelis, minor filius Dei factus est.

e *Eum autem qui modico.* Minor angelis, non propter naturam hominis, sed propter passionem mortis. Natura humanæ mentis quæ ad imaginem Dei sine peccato qualem Christus assumpsit, solus maior est Deus. Minor ergo angelis corpore, non mēte. Maiores tamen angeli & homine dici possunt, quia maiores sunt hominis corpore. Maiores sunt & animo, sed in eo tantum quòd peccati originalis merito corpus aggrauat ipsum a-
C nimum, sed hoc non in Christo. Quod autem tibi videtur nihil magnum de Deo patre dici, si forma serui maior est, qua maiores videntur & angeli, non rectè cogitas, nec attendis, quē habeat locum in rebus humana natura, quæ condita est ad imaginem Dei: cui tamen iniuria facta non est, cum Christus dicebat: *Pater maior me est.* qui non carni suæ solum sed etiam menti quā gerebat humanæ, Deum patrem præferebat, quæ toto sine dubio forma agnoscitur serui, quoniam seruit tota creatura creatori, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. (Ioh.14.b.)

✠ OECVMEN. Modico: siue paululum, ob id dicit, quod tribus diebus fuerit apud inferis.

✠ CHRYSOST. Vides quomodo illi omnia cooptauerit. Et enim idipsum quod dixit, Modicum, cui magis aptum quàm ei qui

a ¶ Resuscitando. ¶ Quasi infirmum. ¶ Præsentia gratiæ. b ¶ In hoc indiguit visitari. ¶ Per passibilem naturam. c ¶ Filium Dei. d ¶ Quia est passibilis, tamen imperabit angelis.

a niam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, glo- 1

¶ Sed post. a ¶ Vndiquecircundedisti. ¶ Ad similitudinem triumphatoris. ¶ Stabilem. ¶ Angelos, homines. 2

b ria & honore coronāsti eum, & constituisti eum super opera 3

¶ Non solum super, vt dignior, sed omnia ei subiecta ¶ Vt omnia adorent eum.

c manuum tuarum. † Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo

¶ In eo quod dicit, omnia subiecisti. a ¶ Alias enim. b ¶ Dum dicit omnia, nec terrena excipit, nec cælestia.

autem quòd ei omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei.

¶ Quotidie aliqui, sed non omnes, donec in iudicio. a ¶ Nondum omnia, sed pars prophetiæ iam est impleta, in quo constat, quia implebitur & altera. & ideo ne doleas de aduersis.

d Nunc autem necdū videmus omnia subiecta ei. † Eum autem 4

e ¶ Iam. ¶ Saluatorem. 5

qui modico quàm ab † angelis minoratus est, videmus Iesum 6

a ¶ Hoc merito. b ¶ Non quamlibet, sed. c ¶ i. per gratiam Dei, quia homo non meruit. 7

f propter passionem mortis gloria & honore coronatū, vt gra- 8

g a ¶ Quia amara, vel cito transit. b ¶ Gustaret. c ¶ Deum patrem. 9

h tia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum 10 11

D qui tres duntaxat dies in inferno fuit?

✠ ANSELM. Erat enim & est semper consubstantialis & coæternus, tibi, sed minuisti eum, dum exinaniens seipsum, formam serui acciperet. Minus angelis, quia mortalis factus est, paulò, quia sine peccato, Nam minor angelis fuit propter humilitatē carnalis generatiōis, atque passionis, non propter naturam humanitatis. Natura enim humanæ mentis quæ ad imaginē Dei facta est, si peccato careat par est angelis, Christus ergo corpore, non mente fuit minor angelis, & corpore mortali atque passibili. Ista non valent ad hoc ostēdendum, quod ei subiecta sunt omnia, sed potius ostenduntur quidā gradus, & merita, quibus ipse ad hoc peruenit vt ei subderentur omnia, vt per hæc quæ iam completa sunt, credamus, & illa fore complenda, quæ necdum sunt completa. Minuisti (inquam) eū, idest, minus minuisti maiori, hoc est hominem coniunxisti verbo in vnitate personę. E

f *Pro passi.* Hic iam incipit ostendere non pro potentia tantum vel vltione verba Christi audienda esse, sed pro dilectione qua dilexit nos, vt pro nobis moreretur.

✠ CHRYSOST. Dicendo ergo mortem, & passionem mortis, manifeste mortem significauit, dicendo autem, quoniam angelis melior, resurrectionem declarauit. Sicut enim medicus non habens necessitatem ex cibis, qui ægroto proponuntur gustare, sed illi consulens, primus ex illius cibo degustat, vt persuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: sic etiā dominus, quoniam omnes homines mortem timebant, persuadens eis, vt fiducialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem, nullam habens necessitatem. *Venit etenim huius mundi princeps,* Inquit, *& in me inuenit nihil.* sed & ex eo quod dicit: gratia Dei, &, pro omnibus gustaret mortem, istud commendat. (Ioann.14.)

g *Vt gra. Dei.* Minoratus ideo, vt gustaret mortē pro omnibus prædestinatis, vel quia omnibus hominibus generaliter, quia omnibus precium sufficit. F

✠ ANSELM. Dico quia minoratus est, & hoc ideo vt gustaret mortem, idest horariam, & non longam, quasi aliquid gustando transiret pro omnibus ad vitam prædestinatis, vel pro omnibus, quia preciū sanguinis eius sufficit omnibus. Et hoc factum est gratia, idest gratuito munere Dei, quia homo non meruit, Vel ipse Christus est gratia Dei, qui pro salute omniū mortem gustauit, quia non debebatur nobis, vt filius Dei moreretur pro nobis. Qui mortuus est pro omnibus, quia etsi omnes non credunt, ipse tamen quod suum est fecit.

Ipse est gratia Dei, quia pro omnibus mortuus, etsi non omnes credunt. ipse quod suum est fecit.

h *Decebat enim eum. &c.* ✠ CHRYSOST. De patre hic loquitur. Vides quomodo iterum ei illud, per quem coaptat? non e- ☞ nim

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ideo dicit:* Quid est homo. *q.d. modicum, & quasi nihil respectu naturæ diuinæ & angelicæ, & tamen memor es eius, ipsum mirabiliter visitando & sibi vniendo in incarnatione. Sequitur.*

1 Minuisti eum paulò minus ab ange. *quia natura humana sic exaltata in ipsa incarnatione fuit, postea minorata ab angelis in ipsa passione, quia angeli non sunt passibilis naturæ. Sequitur,*

2 Gloria & honore corona. *Quia per meritum passionis obtinuit gloriam corporis, quod ante passionem & resurrectionem non fuit gloriosum, sed passibile & mortale, ad implendum nostræ redemptionis mysterium. Et quia extunc autoritatiuè sunt ei omnia subiecta, secundum quod dicitur Mat. vlt. d. dicens apostolis post resurrectionem suam:* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *ideo sequitur.*

3 Et constituisti eum super opera. ma. tu. Omnia subie. sub pe. *Verumtamen, quia non omnia sunt ei subiecta executiuè, sed hoc complebitur perfectè in iudicio. sequitur.*

4 Nunc au. *i. tempore moderno quod currit vsque ad iudicium.*

5 Necdum vide. omnia sub. *scilicet quantum ad executionem.*

6 Eum autem qui. mo. *Hic consequenter exponit prædictam scripturam de Christo. Et diuiditur in duas partes. quia primò ponit expositionem suam, secundò remouet circa hoc quandam dubitationem. ibi,* Decebat enim. *Exponit ergo primò autoritatem prædictam eo modo quo exposita in parte præcedenti, dicens:* Eum autē, qui modico quàm, *idest, Iesum Christum qui plus quàm angelis minoratus est in passione vt dictum est.*

7 Videmus Ie. *sic minoratum.*

8 Propter pas. mor. *idest, ex merito passionis.*

9 Gloria & ho. coro. *Differt enim honor & gloria, quia honor est exaltatio vnius in testimonium virtutis. Quæ si fiat in secreto vel coram paucis, dicitur honor. Sed gloria propriè dicitur talis honor exhibitus coram multis. vnde secundum Amb. gloria est clara notitia cum laude. ideo dicit:* Videmus Iesum gloria & honore coronatum. *quia per fidem firmiter tenemus ipsum exaltatum coram multitudine ciuiū supernorum. & hoc ex merito passionis, vt dictum est, Et quia hoc non fuit factū ex nostris meritis, sed ex diuina gratia & liberalitate: ideo sequitur:*

10 Vt g. d. *Et dicit pro omnibus. quæ licet eius efficacia non se extendat, nisi ad iustos, eius tamen sufficientia extendit se ad omnes.*

11 Deceb. enim. *Hic consequenter remouet quoddam dubium ex prædictis ortum. Dixerat enim primo ca. quòd Christus præeminet angelis sicut dominus seruis suis. & in hoc. ca. dicit quòd in passione fuit minoratus* (Honor & gloria differunt.)

Universidad de Deusto Biblioteca

A nim hoc faceret, si alicuius diminutionis esset. & filio soli conueniret. Quod autem dicit hoc est, Digna, inquit, clementia sua fecit, quod primogenitum clariorem omnibus ostendit. & sicut athletam fortem, & cæteros superantē exemplū alijs constituit. Principē salutis eorū, hoc est, causam salutis eorū. Vides quātū sit differētiæ? & ipse filius & nos filij, sed ille saluat, nos saluamur. Vides quomodo nos cōiungit, & discernit? Multis filijs, īquit, adductis in gloriā, Hic coniunxit principem salutis eorum, atque iterūdiscernit. Per passiones, inquit, perficeret. Ergo passiones perfectio sunt, & causa salutis.

† principē

† perfectum reddi.

† erubescit

† Psal. 21. e.

✠ SED. Per quē omnia creata sunt, & propter cuius gloriā facta sunt omnia.

B

† Isa 8.d.
† Isa. 8.d.

✠ ANSEL. Christus est gratia Dei, gratuita donatio eius, quia gratis eum dedit nobis nullo id promerente. Dedit eum nobis, vt breui haustu, mortem gustaret pro nobis. Nam hoc facere decebat Deum patrē, quia nihil in hoc fecit, quod esset cōtra honorem suum, sed potius hoc illum decuit, vt per filium suum maiorem, subueniret minoribus.

a *Aut.* Christum.

b *Salutis eo.* idest filiorum. Ipse enim est filius per naturam, cuius hæredes erimus qui sumus adoptione filij. Vide quantū est in medio nostrum: Et ille filius, & nos filij sumus. Sed distat, quod ille saluat, nos saluamur. Ille sanctificat, nos sanctificamur. Modo coniungit nos scriptura, modo disiungit. *Multos,* inquit, *filios,* hic coniunxit autorem salutis eorum, hic discreuit.

c *Per pas.* Quia aliter homo non redemptus periret: quod si esset, frustra omnia facta essent. Cætera enim homini seruiunt, ho-

a ¶ Glorificandum facta sunt omnia. b ¶ Autorem c ¶ Facta sunt. d ¶ Ille filius & nos filii: sed ille saluat, modo coniungit, modo distinguit.

propter quēm omnia, & per quēm ōmnia, qui multos filios 1 2

¶ Adoptiuos. a ¶ Adducendos prauiderat. b ¶ Christum. c ¶ Filiorum. d ¶ Mortis.

a in gloriam adduxerat, † autorem salutis eōrum per passiōnem

a ¶ Perficere. ¶ Quod in resurrectione intendit. b ¶ Christus. c ¶ Prædestinatos in Christo. d ¶ Per eum, idest, nos 3

† consummāre. Quī enim sanctificat & qui sanctificātur, ex 4

a ¶ Ex Deo sunt & pendent. a ¶ Aeque. c ¶ Probat, quod ex vno omnes. ¶ idest, quia vtrique, caput & membra ex eodem. d ¶ Vel non erubescit Christus, licet à peccato immunis. 5 6

vnō omnēs. Prōpter quam causam non † cōnfunditur fra- 7

a ¶ Qui peccando sunt degeneres. b In psal. c ¶ Post resurrectionem ¶ Alias narrabo. d ¶ Famam gloriam deitatis toto orbe. 8 9

tres eōs vocare, dicēns: † Nunciābo nōmen tuum fratribus 10

a ¶ In toto orbe circunquaque. ¶ Positus vt columna. b ¶ Idem autoritate Isaiæ probat. c ¶ Christus. ¶ Quod non nisi ex eo esset. d ¶ Vt homo. 11

meis, in mēdio ecclesiæ laudabo te. Et iterūm: Egō ero fidēns 12 13

a ¶ Patrem. b ¶ Idem probat autoritate Isaiæ. c ¶ Præsto sum seruire. d ¶ Apostoli & alii fideles. e ¶ Tanquā capiti membra in vnitate naturæ & gratiæ. ¶ In hoc patet quòd ex Deo sunt. 14

in eūm. Et iterum: † Eccē † ego & pūeri mei, quōs de- 15 16

D homo Deo. Nec in aliquibus Deus glorificetur, cum ad hoc omnia facta sunt: falsa esset prædestinatio de adducendis filijs.

d *Consum.* Quod in resurrectione incœpit, quando immortalitatis gloria sublimatus est. Et actum in ascensione, quando ascendit ad dexterā patris. Et perficietur in iudicio. *quando ei omnia subijcientur, & erit omnia in omnibus.* (1. Cor 15.)

e *Qui enim* Probat, quòd pro nostra liberatione Christum pati decuerit. Videtur enim indecens, quod autor salutis pateretur, sed nō dedecet. quia ex Deo pendet, & est ei subditus vt alij homines, & ideo cōuenit pati si opus est. Et quòd opus fuerit, post dicit, ibi: Quia ergo pueri, &c. & ipse similiter participauit eisdem, nisi homo esset qui diabolū vinceret, non iuste, sed violenter homo ei tolleretur. sed si homo eū vincit, iure hominem perdit & vt homo vincat necesse est vt Deus in eo sit, qui faciat eum sine peccato esse. Si enim homo per se vel angelus in homine, facile peccaret, cum & vtramq; naturam per se constat se sciuisse. (Aug. tracta. 105. in Io.)

E

f *Ex vno omnes.* Sed ille vt proprius filius, nos adoptiui. Cum dicit, non erubescit fratres vocare: ostendit quòd non ei naturæ est fraternitas nostra, sed misericordiæ. Quod probat per Prophetam, ne putetur nouum.

✠ AMBROSIVS. Vnum habemus patrem Deū: Christus quasi proprius filius sanctificat nos, sicut adoptiui sanctificamur.

Propter quam causam non confunditur, &c. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non erubescit demonstrat non rei naturæ esse, sed misericordiæ esse totum eius qui non erubescit, & modestiæ F

☞ multæ

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ab angelis. & sic illud secundū videtur repugnare primo dicto, quasi remouens hanc repugnantiā apparentē, ostendit quod Christus quamuis sit maior angelis, & autor nostræ salutis, tamen conuenienter passus est. & hoc ostendit triplici ratione. Prima accipitur ex parte Dei patris passionē filij ordinantis. Secunda ex parte filij pro redemptione nostra passionē sustinentis. ibi:* Qui enim sanctificat. *Tertia ex parte naturæ humanæ, redemptione indigentis, ibi:* Nusquam angelos. *Prima ratio talis est. Deus pater est causa efficiens & finalis omnium, & per consequens habet prouidentiam de electis, qui deducuntur ad beatitudinem supernaturalem, propter quod prædestinatio quæ est respectu electorum tantum dicitur quædam pars spiritualis ipsius diuinæ prouidentiæ, vt patet. j. sententiarum, Igitur cū Deus pater omnia cōuenientissimè faciat,* quia disponit omnia suauiter, *vt dicitur Sap. viij. c. per consequens redemptio electorum per quam ipsi deducuntur ad gloriā, cōuenientissimè facta est vt Christus qui est verus homo & verus Deus, in humana natura passus est, vt sic non remaneret dedecus culpæ sine decore iustitiæ, & qui per culpam auersus à Deo fuerat, reduceretur per pœnam. Conuenientissimum enim erat, quod hanc pœnam sustineret ille qui est Deus & homo, & sic puniretur homo qui peccauerat, & satisfaceret Deus qui poterat. quia offensa primi hominis quandam infinitatem continebat. Hanc autem sententiam breuiter tangit Apostolus di.* Decebat enim eum. *idest, Deum patrem.*

Christus cōuenienter passus propter tria

Prima ratio

1 Propter quem omnia sunt. *finaliter, vt dictum est.*

2 Et per quem omnia. *sunt efficienter.*

3 Qui multos filios in gl. addux. *idest, ad gloriam adducere ab æterno disposuerat: Et loquitur hic de effectu prædestinationis, quæ non potest falli. Decebat eum Deum patrem.*

4 Consummare. *idest, ad finem nostræ redemptionis adducere.*

5 Auto. salu. eo. *idest, Iesum Christum, qui est autor salutis electorum.*

6 Per passionem, *quia passio sua fuit conueniens modus nostræ redemptionis, vt visum est.*

Secunda ratio.

7 Qui enim sanctifi. *Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex parte Christi passionem sustinentis, & est talis, Christus enim secundum humanam naturam est eiusdem speciei nobiscum, & per consequens caro nostra, & frater noster, & ideo sicut communicat in natura passibili nobiscum, ita conueniens fuit: vt communicaret nobiscum in passionibus carnis, vt per hoc impassibilitatē nobis donaret. hoc est igitur quod dicit hic.* Qui enim san. *idest, Christus.*

8 Et qui sanctifi. *idest, populus catholicus.*

9 Ex vno omnes. *idest, ex vno patre licet diuersimodè, quia ipse est filius Dei naturalis, nos autem filij sumus adoptiui.*

10 Propter quam causam. *idest, propter communicationem in natura & filiatione prædicta.*

11 Non confunditur. *idest, erubescit.*

12 Fratres eos vo. *idest, ipsos fideles quos vocat fratres, dicens psal. 21. e.* Nunciabo nomen tuum fratribus meis, &c. *Ille enim psal. loquitur de passione Christi, vnde ibidē præmittitur:* Foderūt manus meas & pedes meos. *Quod non potest intelligi de Dauid, nec de Mardocheo, de quo dicunt Iudæi moderni illum psal. debere intelligi. Ex quo patet eorum falsitas. quia nec Dauid, nec Mardocheus fuerunt sic confossi. & ideo illa scriptura ad literam intelligenda est de Christo, qui post passionem suam resurgens à mortuis, nunciauit nomen Dei patris fratribus suis, idest, apostolis.*

13 In me, &c. *quando in medio apostolorum & aliorum discipulorum stetit, & per quadraginta dies de lege Dei docuit, vt habetur Act. j. Sequitur:*

14 Et ite. Ego ero. &c. *Hæc scriptura loquitur de certa expectatione resurrectionis suæ, quam expectabat Christus à Deo patre.*

15 Et iterum. *Hic consequenter ponit aliam autoritatem quæ habetur Isa. viij. ad idem probandum, scilicet, quòd Christus debuit participare nobiscum in passionibus carnis. quia vocat nos pueros suos. & per consequens eiusdem naturæ passibilis cum ipso. Quod autem illa autoritas Isa. intelligatur de Christo patet per illud quod ibi præmittitur:* Dominum exercituum ipsum sanctificate in lapidem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel: *quia Gentibus recipientibus Christum, Iudæi ex magna parte scandalizati sunt & excæcati. & sequitur ibidem:* Liga testimonium, signa legē in discipulis meis. *Et quia lex euangelica data est à Christo ipsis apostolis & alijs discipulis, & tunc illud quod hic ponitur.*

16 Ecce ego & pue. *Pueri hic vocantur fideles catholici dati filio à Deo patre secundum quòd ipsemet dicit Ioh. xvij. a.* Manifestaui nomē tuum hominibus quos dedisti mihi: tui erant, & eos dedisti mihi. *Hoc igitur supposito arguit Apostolus dicens.*

✠ Quia

☞ A multæ. Et si enim ex vno, veruntamen ille sanctificat, nos autē sanctificamur, & multum interest, ille quidem ex patre sicut filius, & proprius, hoc est eius essentia, nos autem vt creatura, hoc est ex nullis extantibus. multū igitur ab eo distamus. Propterea dicit, non erubescit fratres eos vocare dicens. *Nūciabo nomen tuum fratribus meis.* (Psal. 21.)

Carnem enim indutus, indutus est & fraternitatem, & introducta est simul etiam fraternitas, sed hoc quidem rectè profert, Illud autem. *Ego ero fidens in illo.* Quid sibi vult, Quæ sequūtur commodè quidē ponit, vt pote Ecce *Ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus.* Sicut enim hic patrem seipsum ostendit, sic illic Fratrem. Annuntiabo, inquit nomen tuū fratribus meis.

Epist. ad Algasiam q. 2. Epist. ad Pammachium. de optimo genere interpretādi.

✠ HIERON. Ergo non solum fateor, sed & liberè voce profiteor, me in interpretatione Græcorum, vbi & verborum ordo, & misterium est, non verbum à verbo, sed sensum de sensu expressisse, quod & Apostoli, & euangelistæ fecere. Huius rei, quā plurima scripturæ exempla producens. Idem ad Ephes. 1. c. Propter paupertatem linguæ, inquit, & rerum nouitatem. Et sicut quidam aiunt, quod sit Græcorum sermo latior, & lingua fœlicior, conabimur non tam verbum è verbo transferre, quod impossibille est, quàm vim verbi, quodam explicare circuitu, quod Latinis & Græcis commune est.

B

a *Quia ergo.* Q. Cum ex vno omnes. Et quia pueri qui sanctificandi erant communicauerāt. i. erant homines ex anima & corpore, quæ per sanguinem accipitur, corruptibiles.

b *Et ipse.* Christus.

c *Participauit eisdem.* pueris vel *eisdem.* i. carne & sanguine, & hoc similiter idest passibilis & mortalis, vt posset mori, & sic destrueret diabolū, & per mortē legē euacuaret, & Iudæos liberos faceret per gratiā, qui timore pœnarū serui erāt legis.

Quia er. Q. Constat, quòd ex Deo ipse, & sanctificati, & ita non dedecet eum si opus sit, Sed quid opus erat pati, ergo quia ex Deo omnes, & pueri communicauerunt.

Parti. Ecce vera fraternitas in Christo, & nō ficta humanitas.

✠ ANSEL. Quia pueri, id est quos humiles & à vitiis puros facere volebat, communicauerunt carni, & sanguini, id est, communiter habere carnem & sanguinem, id est erant homines corruptibiles ex corpore & anima, quæ nunc per sanguinem intelligitur, propter hanc rationabilem causam. Et ipse quoque qui tantus erat in diuinitate.

Participauit eisdem. id est carne & sanguine, & hoc similiter vt pueri eius qui sanstificandi erant, quia similiter mortalem, & passibilem naturam humanitatis accepit.

d *Per mor.* Mirum quid? Mors erat arma per quæ vincebat diabolus, & per eam victus est à Christo.

✠ CHRYS. Hic admirabile quiddā demonstrat, quia per quod imperium, obtinuerat diabolus, per hoc & victus est, & arma quæ illi fuerunt fortia aduersum mundū, hoc est, mors, per quā Christus illum percussit. Hic magnitudinem virtutis eius qui vicit insinuat.

li. 3. de fide. c. 1.

✠ AMBROS. Quis est ergo qui nos participes suæ voluit esse carnis & sanguinis. Vtique Dei filius. Quomodo nisi per carnem particeps factus est noster, aut per quam nisi per corporis mortem, mortis vincula dissoluit.

Mortis bonum

e *Et libera.* Quantum bonum operatur mors? Timore mortis obnoxij seruituti, serui siquidem erant qui mortem timebant, & omnia patiebantur ne morerentur. Nunc sancti ad regnum transituri C

¶ Qui sanctificandi.

a dit mihi dominus. Quia ergo pueri † communicauerunt 1

a ¶ Sanctificans. b ¶ Pueris vel carni & sanguini.

b c carni & sanguini, & ipsē similiter participauit eisdēm, 2

d † vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis im- 3

a ¶ Per gratiam.

e f perium, idest diabolum, & libērar et eos qui timore 4

¶ Subditi. ¶ Legis. 5

b ¶ Corporis vel animæ seruabant legem, quas Christus liberauit ab inferno, vel iugo legis. 6

g mortis † per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusquam 7 8

D transituri irrident eā. vnde, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Et hęc est victoria fidei, quæ vtique defuisset, si credentes immortalitas mox consecuta esset. Poterat quidem hoc Deus dare credētibus, vt nec istius experirentur corporis mortem. Sed si hoc fecisset, carni quædam fœlicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timēt, vt non ob aliud fœlices dicerent Christianos, nisi quòd mori omnino non possent, ac per hoc nemo propter illam beatam vitam quæ futura est ad Christi gratiam festinaret, sed propterea mouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum, essetque fides eneruis & debilis. Quid magnum esset credere videndo nō mori eos qui crederent, Crederes enim non moriturus. Quanto fortius ita credere, vt se speret moriturum sine fine victurum, exemplo Christi, qui post mortem in gloria resurrexit, & beata sine fine vita viuit. desideremus ergo vitam Christi quia tenemus pignus mortem Christi. Quomodo enim nobis nō dabit bona sua: qui passus est mala nostra. In terris istis, & in seculo isto maligno, quid abundat nisi, nasci, laborare, & mori? Hæc sunt mercimonia regionis nostræ. Ad tales merces mercator dat, & accipit. Dat quod habet, & accipit quod non habet. Etiam Christus in hac mercantia dedit & accepit. Sed quid accepit: nisi quòd hoc abundauit. s. nasci, laborare, & mori. Et quid dedit, Renasci, resurgere, & in æternum regnare. O bone mercator gratias agimus, quia emisti nos, sanguinem tuum bibimus, euangelium legimus instrumentum nostrum, serui tui sumus, creatura tua sum⁹, fecisti nos. redemisti nos. Emere quis potest seruū suū, creare nō potest. Dominus autē seruos suos. & creauit vt essēt, & redemit per mortē, ne semper captiui essēt. sic & mortē gustauit vt timorē mortis fideles vincerent. Vt enim medicus nō habēs necessitatē ex cibis illius degustat, vt persuadeat ægroto promptius illos cibos accipere, Sic & dominus, cū omnes homines mortē timerēt, psuadēs eis, vt fiducialiter ad mortē accederēt, & ipse gustauit mortē, nullā habēs mortis necessitatē.

Philip. 1. d.

Augu. epist. ad Marcellinum de baptis. paruul. contra donatistas.

† commercium habēt cum carne & sanguine

† Osee. 13. d. 1. Cor. 15. g.

† Alias non habet per totam vitam

E

f *Impe. id est diabo.* Autor est mortis, quia peccati, ex quo mors. de quo, *Ecce venit princeps huius mundi.* i. diabolus, qui potestatem habebat mortis, & in me nihil inueniet, quia nihil inuenit in Christo vt moreretur, sed pro voluntate patris, ipse mori voluit, non habens mortis causam de peccato sub autore peccati, sed de obedientia & iustitia factus *est obediens vsque ad mortē,* per quam nos à seruitute diaboli redemit. Incideramus enim in principem huius seculi qui seduxit Adam, & seruum fecit & cœpit nos tanquàm vernaculos possidere, sed venit redēptor, & vict⁹ est deceptor. Et quid fecit redēptor captiuatori nostro? Tetēdit muscipulā crucē suā posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem sanguinē fudit non debitoris, per quod iussus est reddere debitores, fudit sanguinem innocentis, & iussus est recedere à nocentibus. Ille quippe sanguinē suū ad hoc fudit, vt peccata nostra deleret. Vnde ergo diabolus nos tenebat, deletum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorū nostrorū. Istę erant catenæ captiuorum. Venit ille, alligauit fortem vinculis passionis suæ, intrauit in domum eius. i. in corda eorū, vbi ipse habitabat. & vasa eius eripuit. Nos sumus vasa ista, quę impleuerat ille amaritudine sua quā nostro redēptori in felle propinauit. De⁹ autē noster eripiēs vasa eius, & sua faciens fudit amaritudinem, & impleuit dulcedine.

Ioh. 14. d.

Phil. 2. b.

g *Nusquā.* Participauit eisdē vt homines sanctificarēt. Et rectè ☞ hæc

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia er. pue. &c. *i. fideles, communicauerunt Christo in natura passibili.*

2 Et ip. si. *hoc enim fuit decens.*

3 Vt per mor. *i. diabolum. Habebat enim diabolus mortis imperium inquantum ex persuasione sua natura humana ducta est ad mortem culpæ, & ex consequenti naturæ, quia per culpam natura humana incurrit moriendi necessitatem.*

4 Et libera. *s. ipse Christus à seruitute legis.*

5 Eos qui ti. mor. *i. per legem veterem, quæ dura fuit, quia erat lex timoris, dicitur enim timor mortis, quia pœnam mortis infligebat.*

6 Per totam vi. ob. *i. obligati.*

7 Erant seruitu. *Ab hac enim seruitute cui eramus obligati per legem liberauit nos Christus per suam mortem.*

Nusquàm

F

Tertia ratio

8 Nusquam e. ang. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex parte naturæ redemptione indigentis, nam indigens redemptione ex natura intellectualis subiacens peccato remediabili. cuius ratio est, quia natura carens intellectu non potest peccare, & per consequens non indiget redemptione. Similiter natura humana ante lapsum non subiacebat peccato, & ideo redemptione non indigebat, licet indigeret perduci ad beatitudinem duce supernaturali, natura etiam angelica post lapsum licet subiacebat peccato, tamen non indigebat redemptione, quia illud peccatum est irremediabile, nunc autem ita est, quòd natura humana assumptibilis est à verbo ad opus redemptionis, vt satisfaciat natura quæ peccauit, & ideo humana natura assumpta est à verbo, & non angelica, & hoc est quod dicit hic Apostolus,* Nusquam enim an. ap. *i. nullo loco sacræ scripturæ inuenitur, quòd natura angelica à supposito diuino assumatur.*

✠ Sed

Universidad de Deusto Biblioteca

A hæc causa apponitur, quia si non esset eos liberaturus, non eis participaret. Quod in angelis apparet, quia nusquam, idest, nulla scriptura legitur apprehendisse angelos.

Chrysosto. Ibid.

a *Apprehen.* dicit non assumpsit. q. longe fugientem cōsequēs. In quo humanę naturæ dignitas intelligi potest, & misericordia & gratia qua hoc fecit & cura, quā de nobis habuit. Fugientem quippè ante humanam naturam, & longè fugientem: longè enim eramus, insecut⁹ apprehēdit, non angelicæ, sed humanæ naturæ data est hæc dignitas, vt Deus ei in vnam personam iungeretur.

† assumit

† in his quę ad Deū pertinent,

renda sunt, vt corpori penitus aptari non possint. De verbo vtique Dei dictum est, quod non angelos apprehendit, hoc est, non in vnam sibi personam assumpsit, sed semen Abrahæ. Neque enim legitur, Verbum angelus factus est, sed, Verbum caro factum est. D

a ¶ Angelicam naturam, vt angelos redimeret. b ¶ i. carnem de Abraham, vt filios eius saluaret.

a enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ † apprehēdit. 1

a ¶ Vnde quia semen Abrahæ apprehendit. b ¶ Vt passibilis & mortalis. c Ideo vt sic. d ¶ Quod erat natura.

b Vndè debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fie-

a ¶ Actu. b ¶ Nullum fallens. c ¶ Mediator. ¶ Pons ad Deum. d ¶ Seipsum offerens. e ¶ Prope vocatus remoueret. 2 3

ret, & fidelis pontifex † ad Deum, & ut repropitiaret delicta 4

a ¶ Quod potest. ¶ In inferiori substantia, carne. s. ¶ A Pilato. 5 ¶ Alias expertus. ¶ A diabolo. 6

c d populi. In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens 7

est & eis qui tentantur auxiliari. 8 9

✱ ANSELMVS. Duas ad intelligendū se creaturas fecerat: angelicam, scilicet, & humanā: vtram que verò superbia perculit, & à statu ingenitæ rectitudinis fregit. Sed vna regimē carnis habuit, alia verò nihil infirmū de carne gestauit, angelus namque solūmodo spiritus, homo verò spiritus & caro.

B ✱ THEOPHILACTVS. Vt ostenderet naturam hanc nostram refugientem, & longe ab se abeuntem, Dei filium fuisse insectatum, & adeptam tandem comprehendisse sibi vnisse, & à fuga retraxisse.

lib. 1. de mirabili. sacræ scriptur. c. 2.

✱ AVGVSTINVS. Deus, inquit, angeli peccatum non curare destinauerat, Homo verò ad statum pristinum à Deo erat euocandus, & per clementiæ suæ veniam satisfactionem accepturus, idcirco semen Abrahæ, non angelos apprehendit.

lib. de carne Christ. c. 14.

✱ TERTVLLIANVS. Christus salus hominis fuit, causa, scilicet ad restituendum quod perierat, homo perierat, hominem restitui oportuerat, vt angelum gestaret. Christus nihil tale de causa est, nā etsi angelis perditio reputatur, in ignem præparatum diabolo & angelis eius, nunquam tamen restitutio repromissa est. Nullum mandatum de salute Angelorum suscepit Christus à patre. Quod pater neque repromisit neque mandauit, Christus administrare non potuit. Cui igitur rei angelum quoque gestauit, nisi vt satellitem fortem, cum quo salutem hominis operaretur?

de gradibus humilit.

✱ BERNARDVS. Puto quòd hæc verba sic ad caput referenda

E Misertus ergo creator vt redimeret, illam ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpæ, ex infirmitate aliquid constat habuisse, & eò altius apostatam angelum debuit repellere, qui cum à persistendi fortitudine corruit, nil infirmum ex carne gestauit. Est adhuc aliud, quo & perditus homo reparari debuit, & superbiens spiritus reparari non possit: quia nimirum angelus sua malitia cecidit, hominem verò aliena prostrauit. Propterea *Nusquam*, id est, in nullo scripturarum loco, vel nusquam, id est, nec in cælo, nec in aere, nec in terra, nec in abysso apprehendit angelos apostatas, imo penitus deseruit eos. *sed semen Abrahæ.* Melius posuit Apostolus semen, quàm si posuisset filios: quia semen tam de longinquis, quàm de propinquis parentibus dicitur, filij verò magis dicuntur propinqui.

b *Per omnia.* Quod natus: educatus, creuit: passus, mortuus. Qui suprà figura paternæ substantiæ dictus est.

c *In eo enim.* In carne quam suscepit multa sæua passus est. Nouitque quid est ista tribulatio patientium per experimentum.

d *Qui ten.* Tentat Deus vt probet, diabolus vt decipiat, homo vt sciat quod nescit.

☞ CAP. F

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed se. Abrahæ ap. *naturam humanam sibi vniuit sicut supra probatum est per scripturam vete. Testa. propter hoc sequitur.*

2 Vnde debuit *scilicet, ipse Christus.*

3 Per omnia fra. as. *hoc est quantum ad omnes proprietates naturæ passibilis, quia talia faciunt ad opus nostræ redemptionis, non debuit autem assimilari eis quantum ad defectum culpæ, quia hoc non valeret ad opus redemptionis nostræ sed magis impediret. sequitur.*

4 Vt mise. fie. *per hoc enim, quòd ipse habuit naturam passibilem quādam aptitudinem ad compatiendum nobis.*

5 Et fi. po. *seipsum misericorditer & charitatiuè offerendo pro nobis.*

6 Vt repropitia. delic. po. *pro eis satisfaciendo.*

7 In eo enim. *i. natura in qua passus, quæ est natura humana.*

8 Et tentatus. *primò à dæmone in deserto, postea ab hominibus in sua passione.*

9 Potens est & eis qui tentātur auxi. *i. à natura in qua passus est, & tentatus habet quandā aptitudinem & promptitudinem ad deferendum nobis auxilium in passionibus, & tentationibus nostris.*

Ad euidentiam huius quod dictum est in hoc ca. & in præce. quæritur, vtrū omnia sint subijcienda Christo secundū humanitatē in futuro seculo.

Et arguitur primò quòd non, quia creatura intellectualis subijcitur Christo per conformitatem voluntatis ad ipsum: sed homines damnati & angeli nunquam ei sic conformabuntur, quia habebunt voluntatem resistentem ei quantum poterunt, ergo nunquam ei subijcientur. Item si angeli sint ei subiecti, aut hoc erit ratione naturæ, aut ratione gratiæ, non ratione naturæ, quia natura humana in Christo inferior est angelica natura: quia Christus secundum quòd homo, fuit eiusdem speciei nobiscum, nec ratione gratiæ; quia bonis angelis data est gratia secundum proportionem naturalium: secundum quod diffusius tractatur ij. Sententiarum. & per consequens in eis est maior gratia, quàm in Christo, quia Christus secundum humanam naturā inferior est angelis, vt iam dictum est, & secundum hanc naturam receptiuus gratiæ, & non secundum diuinam, ergo, &c.

Error Origenis

Contrarium vt in litera, quia dictum est, quòd Christo homini subijcientur omnia. Respondeo, in hac quæstione sunt errores contrarij. Vnus est Origenis, qui posuit, quòd omnia sic subijciētur Christo, quòd dæmones & homines damnati subijcientur Christo, secundum conformitatem voluntatis, quia posuit quòd per aliquod tempus certum post iudicium dæmones & damnati recipientur ad pœnitentiā, & vlterius ad gloriam. Sed hic error damnatur per illud quod habetur Mat. xxv. vbi vniformiter describitur æternitas pœnæ damnatorum, & gloriæ beatorum, secundum quòd ibidem dicitur, Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. *& ideo pari ratione qua damnati dicerentur redire à pœ-*

Christo secundum humanitatem omnia subijcientur

na, eadem ratione diceretur, quòd beati possent cadere à gloria. Alius est error negantium ipsum esse verum hominem, quia ad hoc sequitur quòd Christo nihil subijciatur, quantum ad humanitatem. si enim vera humanitas non fuit in Christo, nihil subijcitur ei inquantū homo. Hoc autem sequitur ad dictum Arrij, qui posuit quòd verbum assumpsit solam carnem humanam, sed non assumpsit animam, quia verbum supplebat locum animæ. & confirmabat illud per dictum quod habetur. Io. j. b. Verbo caro factum est.

Error Arrij

Ad hoc autem sequitur, quòd Christus non sit homo, quia quòd aliquis sit homo, non habens animam, est implicatio contradictionis. cum anima sit forma hominis. Nec valet si dicatur, quòd verbum supplet locum animæ, quia non potest supplere vicem causæ formalis materiam perficientis. modus autem dicendi destruit seipsum, quia caro non potest habere speciem carnis, nisi per animam. & ideo dicere quòd verbum assumpsit carnem, & non animam humanam, est implicare contradictionem. Ad istud inconueniens euadendum dixit alius hæreticus. s. Apollinaris, & sui sequaces, quòd verbum assumpsit animam sensitiuam, & non intellectiuam, quia verbum supplebat vicem ipsius intellectiuæ, Et ad istam sicut ad primam sequitur quòd Christus non sit homo, quia homo reponitur in specie humana per animā intellectiuam. Homo enim per intellectum differt ab alijs speciebus animalium, vt habetur. j. Meta. Similiter hæc opinio destruit seipsam: quia dato quòd per animam sensitiuam Christus habuisset carnem, non tamen posset dici quòd haberet carnem humanam, sed tantum brutalem. quia caro non potest dici humana, nisi ab anima intellectiua, quæ est hominis forma.

Error Apollinaris.

Item vtrumque dictum. s. Arrij & Appolinaris est manifestè contra euangelicam veritatem, & esset contra veteris Testamenti scripturam, vbi expresse fit mentio de Christi humanitate vera: quod esset impossibile secundum eorum dicta. Item vtraque scriptura dicit Christum esse verum filium virginis, secundum quod habetur Mat. j. d. & Esa. vij. c. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c. *hoc autem non esset verum, nisi Christus esset eiusdem speciei cum virgine, & per consequens verus homo. Multis etiam alijs vijs possent impugnari prædictæ hæreses, sed propter prolixitatem vitandā ad præsens omitto. Supponendum igitur secundum veritatem fidei catholicæ: quòd Christus sit verus homo, & verus Deus, dico ad quæstionem, quòd omnia sunt subijcienda ipsi Christo, etiam secundum humanitatem, quia quòd sint subiecta secundum diuinitatem, nō est dubium. Propositum autem ostenditur triplici via. Prima accipitur ratione vnionis. quanto enim aliqua natura creata est propinquior ipsi primo principio: tanto est sublimior, sicut corpora cœlestia præsunt quodammodo ipsis generalibus, & corruptibilibus, & ista generabilia & corruptibilia sunt eis subiecta. propter quod dicitur. j. Meteororum, quod elementa contiguantur superioribus lationibus: vt* ✱ omn

A NICOLAVS DE LYRA.

✱ *omnis virtus eorum gubernetur deinde. Quòd autem ista inferiora magis distent à primo principio, patet per Philosophum. ij. de generatione, vbi dicit, quòd ista inferiora corruptibilia sunt propter longè distare à primo principio. Patet. j. assumpta propositio in corruptibilibus. s. quanto aliqua sunt propinquiora primo principio, tanto alia sunt eis magis subiecta. & eadem ratione natura angelica præest ipsis corporalibus, secundum quòd dicit Aug. iij. de tri. Nunc autem ita est, quòd natura humana in Christo est propinquior quàm natura aliqua angelica. quia, coniuncta est ipsi Deo, non solum per vnionem operationis sicut angeli beati, sed secundum esse hypostaticū, quia in vnitate suppositi, ergo tota natura angelica est sibi subiecta, & per consequens omnia alia. Secunda ratio accipitur ex merito suæ passionis, quod fuit quasi infinitæ efficaciæ ratione suppositi, quia actiones sunt suppositorum. & ideo licet natura humana esset ratio tolerandi passionem & merendi, illud tamen meritum erat suppositi diuini. Nunc autem ita est, quòd per illam passionem meruit suam exaltationem, & per consequens meruit exaltari super omnem creaturam. Hanc autem rationem tangit Apostolus ad Phi. ij. b.* Humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomē

B quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium. & infernorum. *Tertia ratio accipitur ex parte status futuræ beatitudinis qui respicit ordinem gratiæ magis quàm naturæ, & ideo vbi est maior gratia, per consequens & dignitas, seu excellentia sublimior. In Christo autem homine est gratia maxima, non solum vnionis, sed etiā personæ singularis, secundum quod dicitur Io. iij. d.* quòd spiritus datus est ei non ad mensuram. *& per consequēs est excellentior & sublimior omnibus angelis, esset secundum humanitatem. Et hanc rationem tangit. Io. j. b.* Vidimus eum quasi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis. *Vnigenitum dicit, quia ipse*

D *solus est naturalis filius & principalis, omnes autem alij beati sunt tantūmodo filij adoptiui, & participatiuè dicti, & per consequens ei subiecti.*

Considerandum tamen propter solutionem argumentorum, quòd istā excellentiam & dignitatē habuit Christus secundū quòd homo, ab instanti illius beatæ vnionis naturæ humanæ in diuino supposito, sed hoc fuit tantum autoritatiuè, eo quòd illa natura adhuc erat passibilis & passionibus subiecta, sed post resurrectionem suam habuit eam executiuè, inquantum illa natura fuit plene gloriosa, & omnibus angelis præposita. ideo tum dixit apostolis Mat. vl. d. Data est mihi omnis potestas in cælo & *in terra. sed plenarie eam habebit post iudicium, quando voluntas eius, & sententia adimplebitur in omnibus tam bonis quàm damnatis. Per hoc patet ad argumenta.*

Ad primum dicendum, quòd licet damnati nunquam sint habituri voluntatem Christo conformem, erunt tamen sibi plenè subiecti inquantum sententia suæ sapientiæ, & voluntatis cōplebitur in eis per pœnā debitā.

Ad secundum dicendum, quòd angeli sunt ei subiecti ratione duplici. s. vnionis & personæ singularis, vt dictum est. & talis ordo subiectionis competit statui beatitudinis. Quòd autem dicitur, quia angeli receperūt gratiam secundum proportionem naturalium: & sic vbi est dignior natura, ibi est maior gratia. Dicendum quòd verum est, si comparetur natura angelorum ad inuicem, quia excellentiores in naturalibus fortius conuersi sunt ad Deum, & sic receperunt maiorem gratiam sed non est verum si comparetur natura angelica ad naturam humanam Christi, quia gratia non est data ipsi Christo homini secundum conatum liberi arbitrij ipsius in Deum, quia non accepit gratiam per talem modum, sed ab instanti creationis illius animæ, & vnionis in persona diuina, quia fuit idem instans vtriusque, recepit anima Christi plenitudinem gratiæ. secundum mensuram volūtatis diuinæ, & potentiā obedientialē ipsius animæ, & sic licet anima Christi sit inferior secundum gradum naturæ, tamen recepit maius donum gratiæ. E

ADDITIO I.

In ca. ij. vbi dicitur in Postilla, Testatus est autem in quodam loco spiritus.

In quibusdam libris dicitur, Testatus est autem in quodam loco spiritus, Et dicit spiritus, quia Hebræi quibus loquebatur Apostolus agiographa in diuinis scripturis contenta, in quibus psalterium est principale, dicebant esse scripta à spiritusancto. Alia vero dicebant prophetica. vnde Apostolus istum modum tenet infrà. iij. ca. vbi dicit. Quapropter sicut dicit spiritussanctus, Hodie, si vocem eius audieritis.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in post. Et ideo pari ratione qua damnati dicerentur redire ad pœnam, & eadem ratione diceretur, quòd beati possent cadere à gloria.

Non videtur par ratio in reductione damnatorum, & condemnatione beatorum. Reductio enim damnatorum procederet ex misericordia diuina, quæ talem reductionem sine præiudicio suæ iustitiæ posset facere, sicut cum aliquis offensam in se commissam dimittat, vel liberaliter aliquid det, non facit contra iustitiam. Vnde secundum sanctum Th. in prima parte. q. xxj. arti. iij. in responsione. ij. ar. talis misericordia quādoque est, quædam iustitiæ plenitudo vnde Iaco. ij. c. Misericordia super exaltat iudicium, *damnatio autem beatorum esset manifestè contra diuinam iustitiam secundum quam iusti non sunt puniendi, sed præmiandi. & multò magis contra diuinam misericordiam. vnde ex parilitate rationis per Postil. allegata non condemnaretur error Origenis, sed autoritas euangelij dicens, Ibunt hi in supplicium æternum, sufficit ad dicti erroris exclusionem.*

REPLICA. *In ca. ij. in quo Postil. arguit contra errorem Origenis ex illo Matt. xxv. d.* Ibunt hi in æternum supplicium, hi autem in vitam æternam. *cum vtrobique vniformiter describitur æternitas pænæ malorum & gloriæ beatorum, ita pari ratione si secundum Orige. æternitas terminum haberet in pœna, etiam æternitas haberet finem in gloria. Bur. frontose se opponit huic parilitati rationis, & subsumit quasi hæc similitudo rationis currat quatuor pedibus, subsumit inquam de diuina iustitia, & misericordia, quòd non est similis ratio de gloria beatorum, & pœna damnatorum, Sed nec Postil. vult illam similitudinem esse debere generalē, sed solū in materia & ratione æternitatis. & vide Ioh. xiij. correctionem talium deceptionum, quibus Bur. sæpe deceptus est in materia similitudinum contra suam propriam in multis locis positionem.*

CAP. III.

☞ a *Vnde fratres.* Ex omnibus superioribus infert: quia potens, quia passus pro nobis, & potest auxiliari.

b *Qui fidelis.* Incipit comparare Moysi, sicut supra prophetis & angelis, ita vt sit prę Moyse fidelis, quia nō suam, sed patris gloriam quæsiuit, nec eius mandata abscondit.

CAP. III.

¶ O vos. a ¶ Vocati ad cælestia. i. ad cælestem hæreditatem habendam.

a Vnde fratres sancti vocationis 1

a ¶ Hæreditatis cum Christo. b ¶ Diligendo, & quæ præcipit operando. 2

cælestis participes, cōsiderate 3

a ¶ Quem Deus vobis misit. b ¶ Mediatorem.

Apostolum & pontificē con-

a ¶ Fidei. ¶ Per quem itur ad Deum. b ¶ Quem nos confitemur ¶ Alio si egemus. c ¶ Christus. d ¶ Deo patri.

b fessionis nostrę Iesum Christū, qui fidelis est ei qui 4

Qui Christus fidelis est patri (sicut Moyses) in omni domo Iudæorum & Gentium.

✱ CHRYSOSTOMVS. Præpositurus Christum Moysi secundum comparationem, ad legem sacerdotij sermonem transtulit: non enim exiguam opinionem habebant de Mose omnes: & præmittit iam semina excellentiæ: & incipit quidem à carne, ascendit autem ad diuinitatem, vbi iam nō est comparatio. Cœpit enim à carne quod æquale est ponere, & dixit, Sicut & Moses in omni domo eius, & non statim in initio demonstrat excellentiā, ne auditor resiliat, & obturet auditū: tametsi enim fideles erant, veruntamen adhuc multam conscientiam habebāt circa Mosem. Fidelē, inquit, existentē ei, qui ipsum Apostolum constituit, & pontificē: nihil hic de essentia loquitur, neque ☞ de F

C NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Diuisio

1 Vnde fratres, &c. *Postquam Apostolus declarauit excellentiam noui Test. respectu veteris, per hoc quòd præeminet Christus angelis, hic consequenter ostendit hoc idem, per hoc quòd excellit Moysem. Et diuiditur in duas partes, quoniam primò ostendit propositū, & secundò ex hoc concludit quantum sit Christo obediendum, ibi,* Quapropter *Prima adhuc in duas, quia primò declarat quandam similitudinem. & secundò ostendit ipsius Christi respectu Moysi excellentiā, ibi,* Amplioris enim gloriæ. *Circa primum aduertendum, quòd dulciter alloquitur illos quibus scribebat, vt animos eorum ad intelligendum sequentia magis alliciat dicens,* Vnde fra. san. &c. *vocat enim eos fratres propter nimiam charitatem, sanctos, propter eorum puram & innocentem conuersationem, quia talia debent resulgere in Christi fidelibus.*

2 Vocationis cælestis parti. *quia de Iudaismo erant vocati ad fidē catholicam, ad quam nullus potest efficaciter meritoriè peruenire, nisi pater cælestis eum traxerit tractu gratiæ, secūdum quod dicit Ioh. vj. e.* Nemo potest venire ad me, nisi pater me⁹, qui misit me, traxerit eū.

3 Considerate apo. & po. &c. *Dicitur autem pontifex quasi pontē faciens, quia per passionem suam fecit nobis pontes, vt possimus transire ad beatitudinem. dicitur esse pontifex confessionis nostræ, quia non sufficit corde tantum, sed oportet etiam confiteri ore, secundum quod dicit Apostolus Ro. x. b.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.

4 Qui fi. est ei qui fe. il. *i. ipsam humanitatem Christi. Dicitur etiam fidelis Deo patri, quia in omnibus quærebat gloriam patris & non suā, secundum quod ipsemet dicit Ioh. viij. f. Ego gloriam meam non quæ. &c.*

✱ Sicut

Universidad de Deusto Biblioteca

A de diuinitate, sed interim de dignitatibus humanis.

a ✲ *Sicut & Moyses in omni domo eius.* hoc est in populo, aut in templo. Hic enim in domo eius dixit, tanquam si aliquis dicat, de his qui sunt in domo. Sicut aliquis curator ac dispensator domus, sic erat & Moyses in populo.

✲ OECVMENIVS. Vbi ad dispensationem peruenit, omnia deinceps humilia intrepide loquitur. Apostolum autē sine lege tum dicit ipsum, quia missus est à patre tanquam homo. Confessionis vero fidei, quod fidelis sit, fidem inquit seruauit beneplacentē patri, idémque cum eo sensit de seruando populo.

b *Amplior.* Q. quòd fidelis effectus indicat: quia dignus est gloria, vt Moyses. Quia etiam amplioris præ Moyse, idest, quàm Moyses, vel præ Moyse ens in merendo.

† præfecit, constituit

† is qui construxit domum, quàm ipsa domus

† Nu. 12 b.

B

† audaciam & glorationem

lib. 3. de spiritusancto. c. 19.

✲ AMBROS. Adorandum quoque docuit quem dominum, & Deum omnium dixit, qui enim Deus vniuersitatis & dominus; est, vtique ab omnibus adorandus est. Sic enim scriptum est Matthæi. 4. dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. & Heb. 1. Et adorent eū omnes angeli Dei.

✲ CHRYS. Iterum redit ad carnem, secundum quod ampliorem honorem habet, quàm domus, qui construxit eam Et ipse, inquit de domo erat: & non dixit, ipse quidem seruus, ille autē dominus, sed hoc latenter significauit. Si domus erat populus, & ipse de populo erat, & ipse igitur de domo erat. Sic enim & nobis vsus est dicere: ille ex domo illius est. Hic quippe domum non ipsum templum dicit: non enim illud Deus construxit, sed homines, qui vero fecit eum Deus est, Moysem dicit. Et intuere quomodo ostendit excellentiam latenter, fidelis, inquit, in omni domo eius. Et ipse est ex domo, hoc est, ex populo, maiorem habet honorem artifex quàm opera ipsius: & qui domum fabricauit, quàm ipsa domus.

c *Omnis namque do. fa.* Fabricauit dico, per se enim non potest fieri, sed ab aliquo. An ideo à Christo? Verè, quia Deus qui omnia, & domum.

C

Qui

D

d *Qui au.* & domum, &c.

e *Omnia cre. Deus e.* Vtriusque enim domus, quam rexit Moyses, & Christus, factor est Deus.

✲ CHRY. Vides quoniam non de templo dicit, sed de omni populo.

a ¶ Ex semine Dauid secundum carnem. ¶ Secundum hominem. b ¶ Fidelis fuit. c ¶ Iudæorum. d ¶ Non Moysi, quia ille minister fuit, non dominus.

a † fecit illū, sicut & Moyses in omni dōmo illius. † Amplioris 1 2

¶ Iesu, vel patris. a ¶ Tanto amplioris.

b enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, quanto am- 3 4

a ¶ i. in domo, vel de domo facta. quod de spiritualibus intelligendum est. b ¶ Vt dominus.

c pliorem honorem habet † domus qui fabricauit eam. Omnis 5 6

a ¶ Domus fit ab aliquo, qui autem domum & omnia facit, est Deus, quem constat omnibus præesse. & ita Christus quia creator & Deus, præ Moyse est.

d namq; domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia crea- 7 8 9

¶ Ideo etiam amplioris gloriæ. ¶ s. quia. a ¶ Non sua. sed.

e f uit Deus est. † Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo 10 11

a ¶ Patris, vel Christi. b ¶ Qui non adeo diligit domum, vt cuius est propria. c ¶ Non vt gratiam daret, sed vt testaretur ea quæ conueniebant dici carnalibus, qui nondum spiritualia capere poterant.

g eius, tanquam famulus, in testimonium illorum quæ dicen- 12

a ¶ Fidelis est. b ¶ Qui hæres est cum Deo patre.

da erant: Christus verò tanquam filius in domo † sua. Quæ 13 14

a ¶ Christi. b ¶ Renati. c ¶ i. spem cum fiducia non dubiam. c ¶ Gloriosam spem quæ de iocunditate cælesti.

domus sumus nos, si † fiduciam & gloriam spei vsque ad finē

a ¶ i. Perdurante vsque ad finem vitæ, quando habebitur quod modo speratur. b ¶ Quia hoc modo sumus domus Christi, vide t, &c. vel, Nolite obdurare. c ¶ Ita hoc dico, sicut di. spi. d ¶ In Dauid.

h firmam retineamus. Quapropter sicut dixit spiritussanctus: 15

† Amplioris enim gloria

E

† ipsius

✲ ANSEL. Sed ille qui creauit omnia virtutum bona in electis Deus est, & hoc agere Christus potentia diuinitatis suæ semper consueuit. Non solū enim creauit nos vt essemus, sed etiam vt boni essemus, si iam boni sumus. Quod si necdum boni sumus, rogandus est, vt qui nos fecit homines, faciat nos bonos. Ipse est ergo fabricator huius sanctæ domus, ac per hoc aliter in ea quàm Moyses, honorandus.

f *Et Moyses.* Ostendit Christū dignum ampliori gloria quàm Moysen, quia Christus fabricator est domus nō Moyses. Hic aliā rationem idē ostendit, quia Christus filius, Moyses famulus est, qui & carnalia carnalibus tradebat, Christus verò spiritualia.

g *Quæ domus sumus nos si fiduciam, &c.* ✲ SEDVL. Per fiduciam fides, per gloriam spei spes, per finem charitas intelligitur, vt finis præcepti est charitas. In his domus supradicta continetur, quia fides fundamentum est, spes verò paries, charitas culmen eminet.

✲ ANSEL. Idcirco ostēsus est Christus, longe nobilior Moyse, vt solum Christum teneamus, in quo habemus omnia, & gloriam spei, id est, gloriosam spem, quia est de iucunditate cœlesti. firmam, id est, perdurantem vsque in finem vitæ, quando accipietur, quod nunc speratur.

h *Quapropter.* Sicut suprà cum præ angelis & prophetis Christum commendasset in multis, subintulit nos oportere obseruare quæ ab illo audiuimus. Ita non commendato ipso præ Moyse, hic incipit terrere, ne sint increduli Christo, per patrum similitudinem, & post ne amittant requiem blanditur, & per oportunitatem temporis.

☞ Hodie

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Sicut & Moyses. *fidelis fuit.*

2 In omni do il. *i. in congregatione fidelium. quæ est domus ipsius Dei, quam inhabitat per gratiam. Quod autem Moyses fuerit in hac domo non quærens propriam gloriam Dei, patet pentateuchum inspicienti.*

3 Amplioris. *Hic consequenter ostendit Christum excellentiorem Moyse, quia licet vterque fuerit fidelis in domo Dei, quæ est congregatio fidelium, principalior tamen in hac domo est Christus quàm Moyses. quia ille qui fabricat aliquam domum, & eam inhabitat vt propriam, excellentior est qui habitat in ea, sicut in aliena. Christus autem habitat in hac domo, sicut dominus & fabricator ipsius, quia homines non possunt congregari in fide, nisi ipso Deo hoc faciente. Moyses autem habitauit in hac domo sicut seruus. ergo in hac domo principalior est ipse Christus. & hoc est quod dicit Apostolus.* Amplioris e. glo. *id est maioris dignitatis.*

4 Iste. *idest, Christus.*

5 Præ Moy. &c. *quod probat consequenter dicens.*

6 Quanto am. ho. ha. d. *i. in domo ille.*

7 Qui fa. eam. *i. ædificauit illam tanquam suam propriam, quod verum est de Christo, & non de Moyse, vt dictum est. & probat hoc consequenter.*

8 Omnis namque do. fa. *idest compaginatur.*

9 Ab al quo. *Sicut enim partes domus materialis non coniunguntur ad inuicem, nisi per aliquem artificem eas immediate vnientem, ita similiter domus ecclesiæ non compaginatur ex diuersis gentibus. s. Iudæis & Gentibus, nisi per ipsum Christum qui potest vnire corda fidelium. propter quod dicit Ioh. x. c.* Alias oues habeo: quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, vt fiat vnum ouile, & vnus pastor. *Quod autem talis congregatio non potest fieri nisi à Deo, probat consequenter cum dicit.*

F

10 Qui au. crea omnia Deus est. *eiusdem autem potentiæ est creare mundum, & recreare homines per fidem & gratiam, propter hoc dicitur Ia. o. j. c.* Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. *Deus autem pater omnia operatur per filium, quia diuisa sunt opera trinitatis, & per consequens fabricauit domum ecclesiæ, non autem sicut Moyses. & hoc est quod dicit.*

11 Et Moy. quidem fi. erat in to. do. eius. *scilicet, Dei.*

12 Tanquam famu. in te. il. &c. *i. legis dandæ populo Israel.*

13 Christus ve. tanquam fi. in d. sua. *i. in ecclesia habitat.*

14 Quæ do, su. nos. *quia ecclesia non est parietes materiales, sed fideles Christi, quia sicut in domo materiali requiritur firmitas, sic etiam in fidelibus Christi ad hoc quòd sint domus principalis Dei requiritur stabilitas fidei. Propter quod subdit istam conditionem.* Si fiduciam & glo. spei, vsque ad finem firmam retinea.

15 Qua propter. *Hic consequenter concludit ex prædictis, quòd Christo firmiter est obediendum. Et circa hoc tria facit, quia primò ad hoc inducit autoritatem scripturæ hoc exhortantem secundò exponit illam scripturam, ibi,* Videte fratres. *tertiò, ex autoritate & expositione probat suam intentionem, ibi,* Timeamus ergo fratres, *in principio sequentis ca. Prima in duas, quia in autoritate scripturæ, quam adducit primo quædam monitio. secundò ad hoc inducitur exemplum, ibi,* Sicut in exacer-

Diuisio

✲ ba-

A a *Hodie.* Modo per se loquitur, qui prius per præcones, si tūc duri, modo estote molles. Historia est de eo, quòd miserunt videre terram & cum audirent ibi esse inexpugnabiles viros, obliti virtutis Dei totiens probatæ, dixerunt, reuertamur in Aegyptum. vnde iurauit dominus, quòd non intrarent in terram promissam, quæ esset requies laborum. & sic omnes perierunt præter duos. Tres requies memorat. vnā sabbati, secundam in Palæstinam, tertiam veram in cęlo, de qua hic dicit loquens ad veros Israelitas dicens, Nolite duri esse Christo loquenti, sicut spiritussanctus præmonuit, ne similia patribus vestris patiamini, qui per Moysen tunc vocem Dei audierunt, vos, modo per ipsum.

Aug. in ps. 94. Nu. 13. c.

Chryso sto.

† Psal. 94 b.

† in die

† insensus

B

a ¶ Tempore gratiæ, quod præsens erat Dauid in spiritu. b ¶ Christi per se loquentis. c ¶ Quod vere erit, noli. obdu.

a † Hōdie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda ve- 1 2

a ¶ Vos dico agentes. ¶ Patres vestri fecerunt. b ¶ Nolite obdu. secundum diem. i. sicut illi obdurati sunt in die tentationis. Hæc est vna de exacerbationibus.

stra, sicut in exacerbatione † secundum diem tentationis in 3 4 5

a ¶ Vbi magis egerent auxilio, ita in deserto huius mundi cauete ne tentetis Deum, vt non pereatis sicut illi. b ¶ Secundum carnem, videte vos ne secundum spiritum. c ¶ Probabilem inuenerunt, quia viderunt.

b dēserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & 6

a ¶ Oculis. b ¶ Magnæ virtutis. c ¶ i. quibus me omnia posse experti sunt. d ¶ Quia tentauerunt.

c viderunt opera mea quadraginta annis, propter quod † of- 7 8

a ¶ Iratus. ¶ Tam malæ. ¶ De illis.

fensus fui generationi huic, & dixi semper, hi errant 9

a ¶ Ex propria deliberatione, quia serio peccant. Et licet sic monerem, tamen noluerunt cognoscere opera mea. & ideo si intrabunt, hoc dico sicut iuraui. i. firmiter statui, quando iratus fui. & ideo Videte fra.

d corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas, quibus 10

e iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. 11

Epi. ad Pau. Origines lib. 3. Penarchon.

✲ HIER. Vniuscuiusque propositum virtutibus, & mirabilibus Dei & patientia induratur, si incultus & ferum est ac barbarum in semetipso superbiens: si autem purgatum fuerit à vitijs, & excultum, nitescit amplius, ac tota mente se in obedientiam tradit Sicut enim sol vna eadémque caloris virtute ceram soluit, & limi arefacit, & stringit; non quod virtus eius aliter in limo, & aliter operetur in cera, sed quod limi alia, alia quoque ceræ sit qualitas, ita vna eadémque Dei operatio, quæ per Moysem in signis & virtutibus gerebatur, Pharaonis quidem duritiam, arguebat: quam malitia sua conceperat. Reliquorum vero Ægyptiorum, qui Israelitis admiscebantur, obedientiam declarabat, qui etiam cum Hebræis pariter exisse Ægyptum refferuntur. Tropū verò vel figuram sermonis eius qui scriptus est de induratione etiam ex communi consuetudine exponendum puto, quod nō videatur absurdum. frequenter enim benigniores quique domini adeo seruis qui per multam patientiam, & mansuetudinem suam insolentiores improbiorésque fiunt dicere solent, ergo talem te feci, mea patientia peristi, ego causa huius insolentiæ sum, qui te non statim per singulas culpas punio pro merito delictorum. Necesse est enim nos tropum, vel sermonis figurā aduertere, & ita Dei virtutem intelligere, nec inferre calumnias verbo, cuius interiorem sensum diligentius exploremus.

C

D

✲ AVGV. Hanc iniquissimam obstinationem Deus cum facere dicitur, non infligendo aut inspirādo, sed deferendo facit, vt dæmones operentur in filiis diffidentiæ: quod Deus iustè debitéque permittit, iuxta illud Isa. 64. Domine ecce tu iratus es, & nos peccauimus, & facti sumus sicut immundi omnes? Præcessit enim aliquid vnde Deus iustissimè iratus ab eis suum lumē auferret. Dicit itaque Paulus, *Nolite obdurare corda vestra.* id est, Deo rebelles & contumaces esse, sed obsequentes.

in Psal. 77.

E

b *Probaue.* id est, curiositatis causa exquisierunt.

c *Offensus.* Valdè & culpabiliter iratus. *Insensus.* Vel proximus, adhibendo correctionis flagella.

d *In ira mea.* Irasci dicitur per figuram antropospathos.

e *Si introibunt in requiem meam.* Aposiopesis est, id est, non introibunt.

✲ CHRYSOSTOMVS. Ne similia patiamini, qualia progenitores vestri, ne priuemini requie. hinc clarū est, quia quædam est requies: nam si iam acceperant requiem, quæ erat in Palæstina, quare eis iterum dicit, Hodie ne obduretis corda vestra, sicut patres vestri? Quæ est ergo alia requies, nisi regnum cælorum, cuius imago & typus est sabbathum?

✲ AVGVSTIVNVS. Iurauit ergo illis ergo in ira sua, ne intrarent in requiem ipsius. Etenim oportet aliquos intrare in requiem illam æternæ beatitudinis, illis ergo reprobatis nos intrabimus, quia etsi aliqui ex ramis fracti sunt ob infidelitatem, nos propter fidem & humilitatem ingrediamur.

☞ a Cor F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ batione. *Dicit ergo primò sic. Quia Christus excellentior est Moyse, vt dictum est, ideo quasi concludendo, & admonendo per scripturam sacram di.* Quapropter sicut dicit spi. *loquens per os Psalmistæ.*

1 Hodie. *i. tempore gratiæ, in quo veritas est reuelata, quia tempus legis, fuit quasi tempus noctis secundum quod dicit Apostolus ad Ro. xiij. d.* Nox præ cessit, dies autem appropinquauit.

2 Si vo. eius au. *i. ipsius Christi, Et hic ponitur si pro quia, quia vox ipsius Christi loquētis audita est in euāgelio, in natura humana assumpta. In ve. Testa. autem audita est vox prophetarum eius, secundum quòd dicit Augu. lib. de sermone domini in monte, exponens illud Mat. v. a.* Et aperiens os suum docebat, &c. *tunc enim ille aperuit os suum, qui in vete. lege aperiebat ora prophetarum.*

3 Nolite ob. &c. *per inobedientiam. Homo enim inobediens Deo ab eo se auertit, & per consequens Deus iuste suam gratiam ei subtrahit Et quia gratia Dei mollificat cor, per consequens sequitur ipsius hominis obduratio, sicut plenius videbitur.*

Obduratio antiquorū Iudæorum

4 Sicut in exacerba. *Hic ponitur exemplum de obduratione antiquorum Iudæorum quòd habetur Nu xvj. vbi dicitur quòd exploratores qui missi fuerant ad considerandum terram terruerunt corda populi, & tunc increduli domino, qui tot signa & mirabilia eis ostenderat in deserto, voluerunt reuerti in terram Aegypti, propter quod dominus iratus voluit eos delere, sed precibus Moysi impedita est percussio populi. verumtamen per quadraginta annos impeditus est populus ab ingressu terræ promissionis, quousque omnes qui ingressi fuerant de Aegypto à viginti annis, & suprà mortui sunt in deserto, nec intrauerunt terram promissionis propter eorum incredulitatem. duobus tamen exemptis. s. Iosue filio Nun, & Caleb filio Iephone, qui ingressi sunt terram promissionis propter eorum obedientiam & fidelitatem. Hoc est igitur quod dicitur hic,* Nolite ob. cor. ve. &c. *Dicitur enim illud peccatum exacerbatio per similitudinē. fructus enim acerbus non est acceptus ad cibum & opponitur maturo, ita peccatum illud fuit maximæ obstinationis, quia sicut dictum est, erant increduli domino visis tot mirabilibus & signis, & ideo noluit totaliter placari eis, vt dictum est, sicut fructus acerbus non acceptatur, sed deijcitur. Sequitur.*

5 Secundum diem tentationis. *quia plures in deserto tentauerunt Deum, vt patet in decursu veteris testamenti. Ideò sequitur:*

6 Vbi tentauerunt me patres vestri. *Dubitando de diuina existentia in eis, & quærendo super hoc importunè signa à Moyse. cum tamen viderent Dei mirabilia quasi omni die, & longo tempore, scilicet, quadraginta annis, quibus fuerunt in deserto, & hoc est quod dicit:*

7 Probauerunt & viderunt opera tua. *Et ideo grauius erat peccatum incredulitatis eorum, & magis puniendum. Ideo sequitur.*

8 Propter quod offensus fui generationi huic. *In Psal. ponitur, Proximus fui generationi huic. proximus scilicet, ad punitionem infidelitatis ipsorum, & in idem reuertitur. Sequitur.*

9 Et dixi semper hi errant corde. *Iste error procedebat in eis ex malitia, quia viderant frequentissimè Dei mirabilem virtutem in eis, & ideo dubitare de ea, & eam nescire non poterat ex simplici ignorantia procedere, sed animi obstinatione in contrarium, & talis error non excusat, sed magis aggrauat peccatum propter quod sequitur.*

10 Quibus iuraui in ira mea. *i. firmiter decreui & irreuocabiliter punire eos. dicitur enim Deus iratus metaphoricè, quando punit, quia ad modum irati se habet. quæ autem fuerit illa punitio, subditur.*

11 Si introibunt in requiem. *id est non intrabunt promissionis terrā quæ dicitur requies, quia in illa requieuerunt filij Israel, postea vnusquisque sub vite sua: & sub ficulnea sua: secundum quòd habetur. iij. & iiij. Reg. in pluribus locis. & iterum quia per illam requiem signata est requies conscientiæ, quia homo requiescit in Deo per gratiam, & requies fruitionis æternæ, qua requiescit in Deo per gloriam. Quod autem in requiem promissionis non intrauerunt filij Israel qui egressi sunt de Aegypto, patet ex prædictis, quia mortui sunt in deserto propter peccatum prædictæ exacerbationis.*

✲ Videte

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Cor malum incredulita.* Vt putetis Christum non sufficere sine lege, quod est malum, quia sic ruit homo in multa peccata. Nec hoc leue, quia hoc est cor discedendi.

serm. 8. in ps. 118.

✽ THEOPHIL. Neque enim aliter obuentura est incredulitas ipsa, & diffidentia, nisi à Deo qui prius desciscat, nam quandiu quis Deo adhæserit, fueritque illi vt omnipotenti confisus, nihil existimat fieri non posse, quod Deo libuerit.

✽ CHRYS. Quippe ex duritia infidelitas nascitur, & sicut solidata corpora, & dura non obsequūtur manibus medicorū, sic & animæ obduratæ non obsequūtur verbo Dei. Fortasse enim aliqui iam etiam nō credebant, tanquam non essent vera ea B quæ facta sunt, idcirco dixit, Videte ne forte sit in aliquo vestrum cor malignum infidelitatis, ne recedat à Deo viuo. Quippe quoniam sermo de futuris, non est ita credibilis sicut de præteritis, commonefacit eos historiæ, in qua, fide opus habebant. Si enim patres vestri, inquit, quia non sperauerunt sicut oportebat sperare, hæc passi sunt, multo amplius vos, ad illos enim iste sermo factus est. Hodie namque illud, inquit, semper est, donec constat mundus: propterea exortemini vos inuicem quotidie, quod appellatur dies hodiernus, hoc est ædificate inuicem, corrigite vosipsos, ne contingant vobis similia Ne obduretur quispiam ex vobis seductione peccati. Vides quod infidelitatem peccatum faciat. Sicut enim infidelitas vitam prauam procreat, sic etiam anima, quando in profundum malorum venerit, contemnit, contemnens autem neque credere sustinet, vt seipsam timore liberet.

b *Donec hodie.* id est tempus gratiæ, de quo aiebat propheta superius in psal. quia non minus modo præstatur credentibus gratia ad salutem, quàm ipso Christo præsente.

Si quis enim peccat vsque quo est hodie, potest reuerti. Nemo ergo desperet dum viuit.

c *Fallacia peccati.* i. diaboli existente causa peccati.

d *Particeps enim Chr.* Debetis hortari, & non esse duri, quia C quod non eramus, facti sumus per gratiam, habentes partem cum Christo in hæreditate. tamen hac conditione si initium D substantiæ, idest fidei, quæ initium bonorum, per quam Deus existit, in nobis, & per quam deificamur, & diuinæ substantiæ participamus, vsque ad finem retineamus.

✽ AMBROS. Quicunque in nouitate vitæ ambulauerit, quicumque tramitē Iustitię tenuerit, particeps Christi est, Quicunque similiter cū Christo per baptismum in morte consepultus est, Christi particeps efficitur. Christi igitur participes facti sumus, per gratiam hæreditatis eius partem habentes, hæredes quidē Dei, cohęredes autem Christi. Roma. 8. hac tamen lege, Si initium substātia eius, ipsam fidem videlicet, quæ aliorum virtutum fundamentum est, vsque ad finem vitæ firmum retineamus, nequaquā ab ea resilientes. E

✽ ANSEL. Tamen hac conditione dico, si retineamus initium substātiæ eius, id est, fidem, quæ est initium verborum, per quam Deus existit in nobis, & per quam deificamur, & diuinæ substantiæ participamus. fides enim est substantiæ initiū, id est incorporationis eius, quia fundamentum est origo virtutū, per quas ipse cōstat in nobis, & nos membra eius efficimur.

e *Nolite obdurare.* Vt patres, quia quidam eorum duri fuerunt, & ideo perierunt.

✽ CHRYS. Per Hiberbaton dictum est, in eo quod dicitur. *Hodie si vocem eius audieritis. &c.* ✽ ANSEL. Non solum auditores Christi, fidem debuerunt adhibere dictis eius, sed & vos quādiucunque dicitur, hodie si vocem eius audieritis, id est, quandiu vocem diuinæ prædicationis in hoc seculo potestis audire.

f *Exacerbauerunt.* Quidam audientes. Hoc ideo dicit, ne quis putet satis esse audire de requie, quia & illi omnes audierunt, sed non omnes peruenerunt.

g *Quadraginta annis.* Quadragenarius enim integritatem seculorum indicat, & totam vitam nostram significat. Infensus ergo dicitur illis quadraginta annis, quia peccantibus vsque ad finem vitæ suæ irascitur Deus.

Quadragenarii perfectio F

☞ CAP.

a ¶ Ergo. ¶ Quia propter incredulitatem patribus vestris requies negata est.
b ¶ Quia facile potest contingere. c ¶ Quia de multis non dubitat, quin perfecti sint.
a Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum in- 1
a ¶ A quo qui discedit perdit vitam. b ¶ De incremento virtutum. c ¶ Alii alios, vel vnusquisque seipsum. 2
credulitatis discedendi à Deo viuo, sed adhortamini vosmet- 3
a ¶ Quandiu. b ¶ Tempus gratiæ. ¶ Quia non minus modo quàm ipso Christo præsente. 4
b ipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non 5 6
a ¶ Scitis enim quia diabolus fallit eum qui obduratur vnde post cadit in peccatum. 7
b ¶ Habentes partem cum Christo in hæreditate.
c obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim 8
a ¶ Ipse caput, vos membra. b ¶ Per gratiam qua ei vniti sumus.
d Christi effecti sumus. Si tamen initium substātiæ eius vsque 9
a ¶ Vitæ. b ¶ Vt nunquam deseramus. ¶ Quamdiu ¶ Nobis.
ad finem firmum retineamus. dum dicitur, Hodie si vocem 10
a ¶ Quemadmodum sua obdurauerunt patres.
e eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmo-
a ¶ s. obdurauerunt patres, vt per pœnas eorum deterreat, hoc addit. b ¶ Vocem Dei in deserto. c ¶ Increduli & duri fuerunt.
f dum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacer- 11
¶ i. omnes exacerbauerunt, vt Caleb & Iosue his sitis similes. a ¶ Ita nos a tenebris per Christum.
bauerunt. sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegyp- 12
a ¶ Horum exacerbantibus, an non exacerbantibus. b ¶ Quibus notatur tota vita nostra.
g to per Moysen. † Quibus autem infensus est quadraginta 13

NICOLAVS DE LYRA.

✽ 1 Videte fra. *Hic consequenter exponit prædictam autoritatem. & quia in prædicta autoritate tria præmiserat. s. exhortationem ad bonum operandum, culpam malorum ad euitandum, & pœnam pro ea inflictam ad timendum, ideo hæc tria facit. & primò exponit quod pertinet ad exhortationem, secundò quod pertinet ad malorum culpam ibi,* Quidam *enim audientes tertiò quod pertinet ad pœnam inflictam ibi,* Quibus autem. *Circa primum dicit:* Videte fra. *i. diligenter considerate quilibet inseipso & etiam in proximo suo, quia secundum quod dicitur Ecclesiasti. xvij. b.* Vnicuique mandauit Deus de proximo suo.

Diuisio

2 Ne forte sit in ali. ve. cor ma. *i. voluntas mala. Sicut enim & corde oritur sensus, & motus in alijs membris, ita voluntas mouet omnes animæ potentias ad agendum.*

3 Incredulita. *licet enim incredulitas sit in intellectu sicut in subiecto, sicut & fides quæ est eius oppositum: tamen credere est actus ipsius intellectus moti à voluntate, & per consequens discredere. Dicit enim Aug. super Iob, quòd nullus credit nisi volens.*

4 Discedendi à Deo viuo. *Sicut enim bonum animæ est adhærere Deo per fidem formatam, ita malum animæ est recedere ab eo per incredulitatem. Sequitur.*

5 Sed adhorta. vosmetip. per sin. dies. *continuè conscientias proprias discutiendo.*

6 Donec hodie cogi. *i. quandiu durat tempus gratiæ, quod cognominatur dies per quandam similitudinem, propter notitiam veritatis reuelatæ, quod non erant tempore legis, vt suprà dictum est.*

7 Vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. *Hoc autem dicit, quia licet obduratio sit aliquo modo à Deo, tamen principium eius est à libero arbitrio inclinante se ad peccatum, vt videbitur.*

8 Participes enim Christi effecti sumus. *quia recipientes fidem eius, de plenitudine eius accepimus.*

9 Si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retinea. *Qui enim in Christo baptizatur, suscipit quandam nouam naturam per fidem formatam. quia fides est substantia sperandarum rerū, vt dicitur infra. ca. xj. & hoc vocatur hic initium substantiæ, quod debemus vsque in finem firmiter retinere, dum dicitur.*

Ioh. 1. b.

10 Hodie. *i. tempore gratiæ,* Si vocem eius audieritis, &c. *Hoc totum est suprà expositum.*

11 Quidam enim audientes. *Hic consequenter hoc exponit, quod in autoritate prædicta dixerat de culpa exacerbationis prædictæ, dicens,* Quidam enim audientes exacerbauerunt. *Quia populus Israel audiens verba exploratorum incredulus domino, voluit in Aegyptum reuerti. vt prædictum est.*

12 Sed non vniuersi qui perfecti sunt ab Aegypto per Moysen. *Hoc dicit propter Caleb & Iosue qui non exacerbauerunt dominum cum alijs, sed fideles & obedientes domino permanserunt. & sic patet, qui peccauerunt, & qui non.*

13 Quibus autem. *Hic exponit de pœna propter culpam prædictam inflicta. & hoc est quod dicit,* Quibus autem infensus est quadraginta annis. ipse. *s. Deus puniens eos.*

✽ Non-

a ¶ Quod non est dubium. b ¶ In hoc apparet ira Dei.
A annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum 1
a ¶ Sine sepultura. b ¶ Bestiis & auibus. 2
c Non solum prostrauit. sed etiam in.
cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus 3
a ¶ Aeternam, quæ significabatur per terram promissionis. Vel, in ipsam terram promissionis ad literam.
autem iurauit nō introire in requiē ipsius, ni- 4
¶ Et non aliis. a ¶ Domino promittenti. c ¶ Iurauit non introire in requiem. & ita videmus, & apertè scimus. D
5 si illis qui increduli fuerunt. Et videmus, quia
6 a ¶ Aeternam, sicut in terram promissionis.
7 non potuerunt introire in requiem ipsius, propter incredulitatem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nonne illis qui peccaue. *q. d. Sic, & non alijs, quod patet per consequentem effectum cum dicitur.*

2 Quo. cada. prostra. sunt in deser. *in pœnam prædicti peccati.*

3 Quibus autem iura. *i. decreuit.*

4 Non introire in re. *i. in terram promissionis.*

5 Nisi illis qui increduli fuerunt. *quasi dicat, alijs non iurauit, quia Caleb & Iosue qui fuerunt creduli, ipsi introierūt. & ideo concludit.*

6 Et vide. *s. per effectum prædictum.*

7 Quia non po. intro. *propter incredulitatem prædictam.*

B *Ad euidentiam prædictorum quæritur vtrum obduratio cordis sit attribuenda homini.*

Et arguitur primò quòd non, quia illud quod est proprium Dei, nō est attribuendum homini, obduratio cordis est huiusmodi, ergo &c. maior patet. minor probatur per illud quod habetur Ro. ix. d. Cuius miseretur. &c. *Item idem per sui præsentiam & absentiam est causa contrariorū, secundum quod dicitur. ij. Physi. Nauta enim per sui præsentiam est causa salutis nauis, & per sui absentiam est causa periclitationis eiusdem, sed Deus per sui potentiam est causa mollificationis cordis, ergo per sui absentiam est causa obdurationis.*

Contrarium patet per illud quod dicitur in litera, nisi enim obduratio cordis esset ab homine, frustra admoneret Apostolus di. Nolite obdu. &c.

Respondeo dicendum, quòd non est inconueniens vnum & eundem effectum attribui diuersis causis, diuersimode tamen. Obduratio enim cordis est obstinatio hominis in peccatum. Dicitur enim cor durum metaphoricè, ad similitudinem corporis duri. corpus enim durum dicitur quod non cedit tangenti, sed resistit, vt habetur iiij. Meteororum. & ad similitudinem huius, cor hominis dicitur durum & voluntas, quia cor hic accipitur pro voluntate, vt dictum est, quando non cedit vel obedit monitioni ad bonum. sed magis resistit. Talis autem obduratio est ab homine inchoatiuè, & demeritoriè, inquantum per liberum arbitrium adhæret peccato, & per consequens auertitur à Deo quantum in se est, & sic demeretur, quòd Deus subtrahit sibi gratiā suam. Sicut si ipse sol materialis illuminaret hæc inferiora per cognitionem & arbitrij libertatem, iustè retraheret lumen suum ab eo qui se vellet inquantum in se esset ab eius lumine retrahere. Deus autem beneficium gratiæ dat hominibus ex cognitione, & mera liberalitate, & ideo iustè eam retrahit ab eo, qui se per peccatum auertit à Deo. Cor autem humanum per gratiam Dei mollificatur. & ideo ipsa subtracta per peccatum obduratur. & sic patet qualiter obduratio diuersimodè Deo, & huiusmodi attribuitur, quia attribuitur huiusmodi inquantum est culpa, Deo autem inquantum est pœna iustè inflicta, & sic ex prædictis patet ad quæstionem & argumenta ex vtraque parte inducta.

Obduratio hominis à quo E

ADDITIO.

In ca. iij. vbi dicitur in Postilla, Hodie. *idest, gratiæ tempore, in quo veritas est reuelata.*

Hoc quod dicitur in ps. Hodie si vocem eius audieritis, &c. *Exponitur ab Hebræis in libro qui dicitur Cahanit Ierosolymitano, conformiter ad dictum Apostoli. Legitur enim ibi sic Si Israel ageret pœnitentiā vna die, statim venisset filius Dauid. i. Christus, scriptum est enim,* Hodie si *vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, Hæc ibi. Ex cuius dicto manifestè habetur, quòd non tardabatur aduentus Messiæ, nisi propter hoc quòd Israelitæ non audierunt vocem eius. Quod si audiuissent, statim veniret. Quod verbum verificatur quotidie de ipsis. Nam illi qui audiūt vocem eius. s. Christi per fidem statim eis venit. Et hæc videtur propria expositio istius vsus & nostræ fidei fauorabilis, in qua expositione ly. si, tenetur in sua propria significatione. s. conditionaliter, nec oportet quòd exponatur pro quia, sicut in Postilla.* C

Aduentus Christi quare dilatus. F

CAP. IIII.

CAP. IIII.

a *Timeamus ergo.* ✽ AMBROSIVS. Festinat ostendere aliam esse requiem ad quam vocati sumus, id est, regnum cœlorum, nec nos qui credidimus dicit intraturos in illam, quæ Palæstina est, illos verò non intraturos propter obdurationē cordis sui, nec in Palæstinam, nec in requiem cælestem.

† Videatur

✽ ANSELMVS. Et quia propter incredulitatem illi perdiderunt requiem, ergo timeamus, id est, solliciti simus, ne & nos similiter eam perdamus ob infidelitatem, vt si non amore, saltem timore fugiamus incredulitatem.

Ne quis desit, quasi ad nos pertineat, pertinet enim. Etenim enim & nobis nunciatum est, & ingredimur credendo, sicut illi perdiderunt non credendo.

¶ Quia illi perdiderunt requiem. ¶ Si non amore vel timore hoc faciamus. a ¶ Per hoc quod relinquatur & contemnatur frequens promissio Dei, vel quam in baptismo fecimus.
a TIMEAMVS ergo, ne forte re- 1
a ¶ Quam terra promissionis significat. 2
licta pollicitatione introeundi in re- 3
a ¶ Vero iudicio, etsi impudenter præsumat inde.
quiem eius, † existimetur aliquis 4
a ¶ A requie. ¶ Et merito, quia non possumus excusari, qua fide re non dicta. b ¶ Tempore gratiæ. ¶ Per filium.
¶ De æterna requie, sicut illis per figuram terræ promissionis.
b ex vobis † deesse. Etenim & nobis nunciatum est, 5

b *Etenim & nobis nunciatum est, quemad. &c.*

✽ THEOPHILACTVS. Et nobis præterea denunciata futura sunt bona, haud secus ac illis sub figura terrę promissionis nil tamē id potest nobis prodesse, nisi, & fidē promissis adhibeamus, deponamúsq; animi omnem pusillitatem & diffidentiam, sicuti nec illis aliquid contulit. Aduerte autem quēadmodum denunciatum nobis ait illud fuisse, tanquam vera quædam & certiora sint bona promissa, & quæ velut ex trophæis in nos, & parta victoria conferatur, illis verò auditum esse sermonem.

† fuisse frustratus.

☞ *Non*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

✽ Timeamus er. *Postquam Apostolus adduxit autoritatem scripturæ & expositionem illius ad ostendendum, quòd Christo est firmiter obediendum, hic ex autoritate prædicta: & expositione eius arguit ad propositum. & diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quòd nobis imminet solicitudo intrandi in requiem cælestem, quæ per ingressum terræ promissionis figurata est. secundò ex hoc concludit, quòd debemus ad hoc festinare, ibi,* Festinemus ergo ingredi. *Prima in duas, quia primò arguit propositum, secundò probat quoddam quod in argumento erat suppositum, ibi,* Et quidem operibus. *Virtus autem argumenti sui in hoc consistit, Sicut patribus promissa est requies temporalis in terra promissionis, ita figuraliter nobis promissa est requies æterna beatitudinis.* quia omnia in figura contingebant illis, *vt dicit Apostolus. j. ad Cor. x. c. sed illi qui fuerunt soliciti seruare Deo fidem & obedientiam, introierunt in requiem illam terrenam, vt patet ex prædictis: & non alij. ergo similiter si velimus intrare requiem cælestem, de hoc debemus esse solliciti. Dicit igitur.*

Diuisio

1 Timeamus ergo. *i. soliciti simus: quia timor solicitudinem inducit.*

2 Ne forte reli. pol. *i. promissione diuina.*

3 Introeun. in requiem eius. *i. requiem cælestem.*

4 Existi. aliquis ex vo. &c. *hoc dicit, quia illa impletio promissionis diuinæ nulli deficit: nisi ipse deficiat.*

5 Et enim & no. nunciatum est. *de requie. s. æterna.*

✽ Quemad-

Universidad de Deusto Biblioteca

Nu.13.d. Haymo Au in ps.77.

☞ a *Non ad.fi.&c.* Egressi enim de Aegypto cum multam viam perambulassent, & multa indicia virtutis Dei accepisset in Aegypto, in marirubro, in eremo, consilium fecerunt mittere speculatores qui deberent inspicere naturam terræ. Illi verò cum pertexissent reuersi sunt, Prouinciam quidem magnorum fructuum, & virorum inexpugnabiliū, & fortium procreatricem esse dicētes. Quibus auditis obstupuerūt qui eos miserant, nō credentes veram esse promissionem.

b *Ex h.* i. ppter hæc.

c *Quæ au.* ab exploratoribus, qui mala retulerunt non crediderunt, vel fidei sumptæ ex his quæ audierunt.

✻ CHRYS. Et quomodo non profuit? Posteaquam eos terrere voluit ostendit, hoc ipsū dicens. Quidam enim cū audissent, exacerbauerūt, sed non omnes qui exierunt ex Aegypto per Moysem. Quibus autē iratus est quadraginta annis? nonne his qui peccauerant, quorum cadauera ceciderunt in heremo. Quibus autem iurauit quia non intrarent in requiem eius nisi infidelibus? Et videmus, quod intrare non potuerint propter infidelitatem. Non ergo putetis, quia ex auditu tantum prædicationis iuuabimini: quia & illi audierunt, sed nihil vtilitatis habuere, quoniam non crediderunt. Caleph autem & Iesus, quia non consenserunt infidelibus, effugerunt pœnam quæ illis illata est. Et inspice quam mirabiliter: non dixit, non consenserūt, sed non commixti sunt, hoc est sine seditione dissenserunt, illis omnibus vnam eandémque sententiam habentibus: hic mihi tamen videtur etiam seditionem quandam significare.

d *Ingrediemur enim in requiem eius, &c.* ✻ OECVMEN. Omnino necesse est vt aliqui ingrediantur in requiem Dei, ne vanè ac temerè sit promiss... Quoniam ergo isti non sunt ingressi, (iurauit enim ipsos non ingressuros) necesse est vt nos, modo velimus, ingrediamur: at non iam in figuratiuam requiem, sed in verum regnum cœlorum.

✻ ANS. Ingrediemur credēdo, sicut illi perdiderūt nō credēdo.

e *Et quidem.* De prima requie quæ significat hic agit.

Et quidem ope Quia dixerat nunciatum esse de requie dicit quando: Et ante legem, & post perfectionem operum septem dierum per requiem sabbati; Et sub lege quando per terrā promissionis designabatur, Et tempore gratiæ in Dauid nunciatum est. & sic quidem quando nondum completio istius veræ requiei & significatæ, quia ea nullus adhuc potitus erat. Et in isto rursum.

f *Perfectis.* quod fuit facto homine, pro quo omnia, & ipse apud Deum glorificandus.

g *Et requieuit die septima.* Sex diebus fecit omnia, vt post nihil fieret nisi de materia ibi facta, vel ad similitudinem factorum. Septima quieuit, quæ significat requiē. Sic & sexta ætate homo natus est mundo ad laborem, sexta die & sexta diei hora passus, septima quieuit. Sic & nos dum sub operibus sex dierum viuimus operamur, inde exeūtes quiescimus: Si tamen opera nostra valde bona inueniantur. (Gen. 2.a.)

✻ AVGVS. Requies sua nobis insinuata sperare adinuenit in se requiem nostram futuram. Rectè quippe dicitur, sicut Deus post opera bona requieuerit, ita & nos post opera bona nostra, requiē accepturos. (lib.4. de Genesi ad literam, c.10.)

✻ CHRYS. Quia ergo relinquitur inquit, quosdam intrare in illam, & quibus prius annunciatum fuit non ingressi sunt propter infidelitatem: rursum quendam deffinit diem, hodie in Dauid dicens, post tantum temporis, sicut prædictum est. Quid autem est quod dicit? Quoniam enim debent inquit, aliqui intrare, vtique illi non intrauerunt. Quod verò oporteat intrare, & debeant aliqui intrare, audiamus vnde hoc certum sit. Quoniam post tantos annos, inquit, dicit iterum Dauid, *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

h Vel, *Operibus* perfectis nunciatum est. Dixit enim.

i *Et in isto.* De secunda quæ significatur per signnm & figuram requiei terræ promissionis. (Primasius. Haymo.)

k *Quo er.* Bis per diem septimam, & terrā promissionis requies est significata & promissa. & quia hoc est, ergo iterum. i. sub eiusdem requiei designatione, terminat spiritussanctus, & distinguit diem quendā i. tempus egregium gratiæ. s. in aduentu Christi, dicendo in Dauid hodie, qui Dauid futuris tēpore gratiæ reputat verba patribus dicta. Post tantum temporis, ex quo illa patribus dicta sunt in deserto. vnde patet non de terra promissionis agi, quæ iam dudum habebatur. Ideo terminat diem intrationis quoniam superest introire, & nisi videret intraturos, non terminaret. Dauid licet sub lege positus, mente in tempore gratiæ, dicens hodie, tertiò nunciat requiem in illo tempore consummandam.

☞ Vel

a ¶ Per famulum. b ¶ Nunciatum est, sed. c ¶ Quia non fuit creditus. d ¶ Promissio de requie.
quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo † auditus, 1
a ¶ Vt sermo & fides illis iungerentur. b ¶ Propter hæc. c ¶ Ab exploratoribus. 2
d ¶ Nobis nunciatum est. Ingrediemur enim. Vel quia non crediderunt, non profuit. quia nobis qui credimus prodest.
non admixtus fidei, ex † his quæ audierunt. Ingrediemur e- 3
a ¶ Veram. b ¶ Nos. c ¶ Sicut ex opposito spiritussanctus dixit de incredulis. per quod patet, quod qui credunt intrabunt.
nim in requiem eius qui credimus, quemadmodum dixit, † Si 4
¶ Quid dixit, hoc s. a ¶ Illi, nec in Palæstinam, nec in veram, nos in veram. 5
cut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Et qui- 6
a ¶ Quæ fecit. b ¶ Inchoando. ¶ i. ex quo mundus cœpit institui, quia ipse omnia fecit. c ¶ Postquam poterat quiescere. 7
dem operibus ab institutione mundi huius perfectis. Dixit e- 8
a ¶ Spiritussanctus. b ¶ Egregio loco scripturæ. c ¶ Per quam significatur æterna requies. d ¶ A noua operatione.
nim in quodā loco de die septima sic: † Et requieuit Deus die 9
a ¶ Dicit spiritussanctus. b ¶ Loco. c ¶ De eadem requie per signum. 10
septimo ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si in- 11
a ¶ Terram promissionis, quæ signat veram quam Moyses promiserat. b ¶ Restat post promissionem.
troibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest 12

† auditionis † iis qui † Psa.94.b † Gen.2.a.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quemadmodum & il. *qui fuerunt in ve. Test. fuit primò nunciatum de requie terrena.*

2 Sed non profuit il. ser. audi. &c. *quia licet illa promissio fuerit omnibus facta, tamen illi soli qui fuerunt creduli perceperunt illius promissionis effectum. & ideo concludit.*

3 Ingredie. enim in requiem. *s. cælestem.*

4 Qui credi. *ipsi Christo.*

5 Quemadmodum di. *ipsis. s. incredulis quibus iuraui, &c.*

6 Sicut iuraui in ira mea. *patet expositio per prædicta. quia sicut fideles admittuntur ad requiem cælestem, ita increduli excluduntur.*

7 Et quidem ope. *Hic probat illud quod suppositum est in argumento, videlicet quòd requies cælestis sit figurata per requiem terræ promissionis. Et diuiditur in duas partes, secundum quid hoc probat dupliciter per scripturam. secunda, ibi.* Et in isto rursum. *Prima probatio talis est, Productis omnibus creaturis in principio mundi dicit scriptura, quòd Deus requieuit die septimo. Ista autem requies non potest intelligi requies terræ promissionis, sed magis requies per quam Deus requiescit in seipso, & hæc est requies beatorum, quia mens humana non potest quiescere nisi in Deo, & ista figuratur per requiem terræ promissionis sicut perfectum per imperfectum, & veritas per vmbram. Hoc est igitur quod dicit Apostolus,* Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis. *in suis speciebus & naturis.* (Diuisio)

8 Dixit enim in quodam loco. *s. Gen. ij. Loquitur tamen sic in generali, quia illa scriptura erat nota & famosa illis quibus scribebat.*

9 De die septima sic. *scilicet loquitur prædicta scriptura.*

10 Et requieuit Deus die sep. ab omnibus operibus suis. *in seipso quiescendo. Et in hoc stat virtus rationis prædictæ, quia per hoc habetur: quòd est alia requies vera & perfecta à requie data filijs in terra promissionis. & per consequens figurata per illam, vt dictum est.*

11 Et in isto rursum. *Hic ponit aliam scripturam ad probandum hoc idem, Et est probatio talis, Dauid rex fuit per magnum tempus, postquā filij Israel obtinuerant terram promissionis sub Iosue, & in ea quieuerāt, & tamen ipse determinat quendam nouum modum intrandi in requiem, dicens,* Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, *ne priuemini requie promissa, sicut patres vestri propter suam incredulitatem. patet igitur ex dicto Dauid, quòd est alia requies perfecta, quæ est requies beatorum figurata per quietem filiorum Israel in terra promissionis. quia si Iosue dedisset filijs Israel perfectam quietem & vltimatam, Dauid qui per magnum tempus post eum fuit, non hortaretur fideles de nouo ad ingrediendum requiem. hoc est igitur quod dicit Apostolus,* Et in isto rur. *hoc est in hoc loco scriptura ipsius Dauid iam allegata,* Si introibunt in requiem meam. *patet propositum. Ideo sequitur.*

12 Quoniam ergo superest intro. quos. in il. *i. in requiem perfectam de qua loquitur Dauid.*

✻ Et

☞ Vel alio verborum ordine potest legi hæc litera: *Quoniam ergo &c.* Q. hoc & illlo modo promissa est, & signata requies cælestis ergo superest quosdam introire in illam requiem. *Et quo. hoc est.* Et quia hoc non sufficeret ad inferendum quod illaturus est, addit aliud, s. *Et hi quibus.* Vt ex his duobus tertium necessario inferatur hoc modo q. Et quia hoc est, scilicet, Quoniā superest quosdam intrare. Et quia hi quibus priorib. annunciatum est, nō introierūt propter incredulitatem, ideo iterū terminat diem, q. quia necessarium erat dicere in Dauid hodie post tantum temporis. Ex quo illa dicta patrib⁹ & filij Israel in terram promissionis intrauerant. vnde patet quòd hec est illa requies: Sicut, &c quæ non mutantur. († psal. 94. b. supr. 3 b.)

a *Diem quendam hodie* De tertia significata, & quando datur, quamuis obscurè, quæ per Christum credentibus promissa est.

b *Post tantum temporis.* In hoc patet, quòd hæc est alia requies de qua Dauid dicit, hodie, quam illa ad quam Iosuæ duxit. Nam si illa esset, non loqueretur de alia Dauid, ergo certum est esse aliā ad quam Christus duxit, quæ per illam in Palæstina signabatur. (Primasius Haimo)

c *Nam si eis Iesus, &c.* Superest quosdam intrare, sicut Dauid terminat. *Nam si eis, &c.* (Ne videretur dictum hoc de terra promissionis.

Eis. filiis Israel quibus prius nunciatum est de requie per signū. id est, terram promissionis: *equiem præstitisse.* vt in litera.

d *Nunquam* id est, nullo tempore, posthac i. in sequenti tēpore.

e *Loqueretur de alia die.* id est, tempore gratiæ. Q quo deberet dari. Vel nunquam post loqueretur de alia scilicet, requie, præter terram promissionis, dicendo hac die: quàm supra hodie, &c. Sed locutus est de alia *Itaque relinquitur.*

f *Sabbatismus.* Vera requies significata per sabbatum (id est, plenæ quietis feriata iocunditas) quo dominus requieuit, & in lege obseruabatur. Tunc enim perfectè vacabimus, gratia maiore refecti, & Deo pleni. Et sciemus perfectè, quia ipse est Deus. Ibi vacabimus, videbimus, & amabimus: amabimus & laudabimus. Ecce quid erit in fine sine fine, Nam quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum, cuius non est finis. (Finis hominis)

✻ HIERONYMVS. Sabbatismus repromittitur nobis in cœlestibus, & in gloria præparatur, vt dum non facimus vias nostras in Sabbatho, nec inuenitur voluntas nostra, vt loquamur sermonem quo scilicet sicut nec opere peccemus. Alioqui si hæc tantum prohibentur in Sabbatho, ergo in aliis sex diebus libertas nobis delinquendi tribuitur. Quod si stultum est credere, superest vt Sabbathum, quod requies interpretatur, omni tempore sanctificandum sit á fidelibus dum non carnis sed animi faciunt voluntatem. (in c.58. Isa.)

✻ IDEM

a ¶ Egregios. b ¶ Requiem æternam, quæ significabatur. c ¶ Quid opus erat illis dicere nolite obdurare corda vestra? quia hi quibus prio.
quosdam introire in illam, et hi quibus prioribus anūncia- 1
a ¶ In veram requiem, quam terra promissionis significabat, ad quam non peruenerunt.
tum est, non introierunt propter incredulitatem, iterū ter- 2 3
a ¶ Spiritussanctus. ¶ Distinguit. b ¶ Quo prænunciata impleantur. c ¶ In hoc patet, quod hæc est alia.
minat diem quendam hodie in Dauid, dicendo post tantum 4 5
¶ Dicendo hodie, sicut iam. ¶ Tempore gatiæ. ¶ Sicut vere audietis. 6
temporis, sicut dictum est: † Hodie si vocē eius audieritis, 7
a ¶ Vere hæc est alia. b ¶ i. Iosuæ qui induxit in terram promissionis, ¶ Veram. 8
nolite obdurare corda vestra. Nām si eis Iesus requiem 9
¶ Ipse præstans, vt dux dedisset. 10
præstitisset, nunquàm de alia loqueretur posthac die. Ita- 11
a ¶ Futuris seruatur, Deo permittente. b ¶ Plenæ quietis feriatio & iocunditas sabbati. ¶ Futuro. ¶ Vera requies est. 12
que relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingres- 13
¶ Quam Deus dat. a ¶ Quibus hic laborauit. 14
sus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus
a ¶ Ita perfecte. b ¶ Operib. c ¶ Quieuit. d ¶ Et quia hæc est vera requies. e ¶ Per fidem & bona opera.
suis, sicut & à suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illam 15

✻ IDEM. In septem diebus & Sabbatismis ostenditur, qui iuxta Paulum populo Deo reformatur, in quibus veram, æternamque speramus requiem, & nequaquā semite opus faciemus peccatorum, quod ne de mortali quidem, sed & de veniali accipi debet, cui beatos non fore obnoxias compertissimum est. (in c. 45. Ezechiel.)

✻ AVGVSTINVS. In tempore gratiæ perpetuum Sabbathum obseruat, qui spe futuræ quietis operatur, quicquid boni operatur, nec in ipsis bonis operibus, quasi habens bonum quod non acceperit, gloriatur qui quiescit à priscis operibus suis, vt iam in nouitate vitæ ambulans Deum in se operari cognoscat. (li.4. de Genes. ad litt. c.13.)

✻ IDEM. Spiritaliter obseruat Sabbathum Christianus. abstinēs se ab opere seruili. Quid est ab opere seruili á peccato quidem. (tractat.3. in Ioannem)

✻ CHRYSOSTOMVS. Et bene conclusit hunc sermonem: non enim dixit requies, sed Sabbatismus, proprium nomen, ad quod gaudebant & concurrebant, sabbatismum regnum vocans, Sicut enim sabbatho ab omnibus abstineri iubetur, & illa tantum fieri, ad obsequium Dei pertinent, quæ sacerdotes efficiebant, & quæ animam iuuabant, & nihil aliud, sic & tunc.

g *Qui enim ingressus est in requiem eius etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis.* ✻ THEOPHYLACTVS. Explicat nunc cur Sabbatismum dixerit futuram in cœlis requiem, ob id scilicet, quia & ipsi à nostris operibus requiescimus, nec secus quam Deus, vbi diem, quo à cōdenda terrarum hac machina cessasset ab opere, sabbathum appellauit, perinde at si dicat. Hac quidem in vita acerrimum est iustis certamen, & labor immensus propositus, quia virtuti maximè est insudandum. In cœlis verò neque ad mortalitatem aliquam exercebantur, sed Deo duntaxat inexplebili quadam animi fruentur suauitate. Quod autem hi qui ex Iudæis crediderant audire maximè cupiebant, quod à præsentibus scilicet, & operosis negotiis liberandi sint, & præssuris, nunc dicit, vt eorum subleuet animas, malis in gentibus afflictatas.

h *Festinemus ergo ingredi in illam requiem vt ne quis in idipsum.*

✻ ANSELMVS. Festinemus fide & operibus quod illi non faciunt, qui carnaliter adhuc legem obseruant, & erga fidem, & spiritualem conuersationem negligentes existunt.

Festinemus. (inquam) ingredi in illam requiem, tantam tam nobilem, & tam gloriosam, atque toties nobis promissam. Ideo quoque festinemus ad illam requiē vt pœnas euadamus æternas.

✻ THEOPHYLACTVS. Rectè festinemus vt ad huiusmodi requiem præbeat aditum, satis virium habere per se fides videatur, nisi & optimus adsit viuendi modus.

☞ *In idipsum*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et hi quibus prioribus nunciatum est. *de requie in terra promissionis, quæ fuit figura huius.*

2 Non introierunt. *propter eorum incredulitatem, vt patet ex dictis ideo.*

3 Iterum terminat. *id est, terminat sacra scriptura.*

4 Diem quendam. *hoc est tempus aliud ingrediendi requiem perfectam.*

5 Dauid dicendo. *id est, per ipsum Dauid.*

6 Post tantum temporis sicut dictum est. *id est, post temporis multum postquam filij Israel sub Iosue habuerunt requiem in terra promissionis, dicit Dauid.*

7 Hodie si vocem eius audieritis. *id est, si in tempore isto, quod vocatur hodie, respectu veteris Testamēti. Ex hoc patet, quòd eis loquitur de alia requie quam fuerit requies in terra promissionis. propter quod sequitur.*

8 Nam si eis *id est, filiis Israel.*

9 Iesus. *id est Iosue.*

10 Requiem præstitisset. *id est, requiem perfectam & vltimatam dedisset in terra promissionis eos introducendo.*

10 Nnnquam

11 Nunquam de alia loqueretur. *id est, ipse Dauid non loqueretur de alia requie, vel de alio tempore intrandi in requiem.*

12 Posthac die. *id est, post illud tempus, in quo Iosue dedit filiis Israel requiem in terra promissionis, ex quo concluditur.*

13 Itaque relinquitur sabbatismus. *id est, requies perfecta beatorum, vbi Dei populus recipietur. Quæ quidem quies per quietem terræ promissionis figuratur, & illa quies perfecta consistit in fine vltimato perfectè, & præsentialiter apprehenso, & hoc est quod dicitur.*

14 Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit. *Hoc est dictum: quia sicut post rerum productionem Deus requieuit in seipso, sic beati qui quiescūt à laboribus suis habent quietem in Deo ipso perfruendo. Licet enim alia beatitudo sit Dei & beatorum loquendo formaliter, quia alius est actus videndi & amandi hic & ibi tamen est eadem beatitudo obiectiuè loquendo: quia idem est obiectum beatitudinis Dei, & sanctorum. Considerandum tamen, quòd beati non quiescunt ab omnibus operibus generaliter loquendo, quia continuè & æternaliter vident, amant, & laudant Deum, sed requiescunt ab operibus laboriosis, secundum quid dicitur Apocal. xiiij. c.* A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.

15 Festinemus ergo. *Ostenso quòd debemus esse soliciti de ingressu*

D

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A a *In idipsum exemplum.* Vel in pœnam qualem illi per incredulitatem habuerunt exemplum dicit vt mentem nostram habeamus illic, ne similiter excidamus.

✠ THEOPHYLACTVS. Idipsum, id est, Israelitarum exemplum. Quemadmodum enim cum maiorem itineris partem iam confecissent, & mala plurima essent perpessi, ob incredulitatem tamen, & diffidẽtiam cõciderunt, sic & vobis cauendum, ne post tam multa, quæ iam subiistis certamina collabamini, vtpote qui non ad finem vsque strenuos vos præstiteritis. Id enim verus est lapsus.

†eodem cõcidat incredulitatis exemplo

a ¶.i. vt non aliquis. b ¶In illam incredulitatem, in qua patres fuerunt quæ est vobis exemplum, vnde peius est nisi caueatis.

a requiem, ut ne quis † in idipsum incidat incredulitatis 1

a ¶Debemus festinare in illam. ¶Et ita in eo viuetis. b ¶Filius Dei. c ¶Potens omne quod vult facere, saluando vel damnando. d ¶.i. perspicacior, ne qua occulta putetis latere eum.

b c exemplum. Viuus est enim sermo Dei efficax & penetra- 2 3

a ¶Omni ingenio carnali, vel spirituali. b ¶.i. ad discretionem carnalium & spiritualium cogitationum. 4

d e f bilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisio- 5

a ¶Rationalitatis. b ¶Ad diuisionem pertingens. ¶Compages sunt cogitationes, quæ sibi iunguntur, quando altera alteram sequitur. medullæ subtiles intentiones.

g h i nem animæ ac spiritus compagum quoque ac medullarum 6

Et vt magis terreat, addit: *Viuus est enim.* id est, qui illos iudicauit, vobis iudex est scilicet filius Dei, cui qui obedit, mortem non videbit in æternum.

b *Sermo Dei, &c.* Qui à regalibus sedibus venit.

c *Viuus* quem infideles mortuum putant.

Lib.4.defi dec.3.

✠ AMBROSIVS. Verbum hoc nostrum vtique prolatiuum est, syllabæ sunt, sonus est, & tamen à sensu nostro, & mente non discrepat, & que interiori tenemus affectu, ea tanquam operantis verbi testificatione signamus, Sed non sermo noster operatur, solum est verbum Dei, quod nec prolatiuũ est nec endiatheton dicunt, sed quod operatur, & viuit, & sanat, vnde dicit Viuum est Dei vebrum & efficax. B

✠ ANSELMVS. *Sermo Dei*, id est, verbum patris, qui nos festinantes adiuuet, & peruenientes coronet, viuus est, id est, vera vita in semetipso, & sufficiens ad aliorum viuificationem, & ita viuemus in eo. *Sermo Dei*, qui prædicauit illam requiem est viuus vita propria, id est, viuificans alios. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Vel, in assumpta humanitate, in qua mori voluit, iam viuus est, vitam æternam consequutus, & sequaces suos viuere similiter faciens, quia immortalis factus est, & vos immortales faciet.

d *Et penetrabilior omni gladio ancipiti.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quouis enim gladio sæuius, in eorum animas incidit sermo plagas quasdam operans sæuas, & lethales incisiones importat, & harum rerum demonstrationem adhibere non opus habet, neque probare necessarium putat, habens tam horrendam narrationem.

✠ ANSELMVS. Quia penetrat omnia, nec putetur eum latere cordium occulta, & per hoc minus iustè iudicare. Nam si non penetraret hominum conscientias, non posset veraciter iudicare quis esset fidelis, vel quis infidelis, siue quis bonam, vel quis malam haberet conscientiam: & tunc non valeret dignam singulis rependere vicem, quia potentiam ei aufferret, quod occulta hominum videre non posset. Sed vt potenter in omnibus sit efficax, omnia visu suo penetrat, & acutior & perspicacior est omni gladio ancipiti, omni subtilitate sermonis diuinæ prædicationis. Sermo enim doctrinæ est gladius anceps, i. vtraque parte acutus, quia dicit de temporalibus, & dicit de æternis In vtroque probat quod dicit antè & subtiliter, & eũ quẽ ferit, separat à mundo. Quod non faceret, nisi mẽtem eius penetraret. Sed multo penetrabilior est iste sermo qui Deus est. C D

e *Pertingens vsque.* Et tota consideratione perueniens ad separationem animæ, id est, sensualitatis, & spiritus .i. rationis. Haimo Primasius

f *Diuisionem animæ.* Anima viuimus cum bestiis, spiritu intelligimus cum angelis. Ideoque per animam intelliguntur carnalia peccata, id est, quæ actu corporis fiunt, vt luxuria, per spiritum verò spiritualia, id est, quæ sunt mentis, vt superbia. Discernit autem sermo Dei inter carnalia peccata & spiritualia quis, quid, quo animo agat. Vel ita, vt per animam accipiantur carnales cogitationes & malæ, per filium spirituales cogitationes & bonæ. Et est sensus, pertingens vsque ad diuisionem ac spiritus, idest vsque ad discretionem carnalium & spiritualium cogitationum. E

g *Animæ ac spiritus.* Pertingit sermo Dei cognitione inseparabili, quòd cognoscit quomodo diuidatur sensualitas à ratione, & ipsa a se, dum plus dedita infimis rebus inferior est, vel ab his reuocata dignior. Sic etiam videt quomodo spiritus à seipso diuidatur, vel dum in Deum inhiat de diuina visione cogitans, vel dum inferius cœlestia considerat. Vel item inferius in terra de mundanis rectè agendis pertractat. Vel quomodo spiritus, id est, ratio à sensualitate secernitur, dum quod in se inferius est, superat quod in illa altius est.

h *Compagum quoque.* dicitur iunctura ipsius sensualitatis & rationis, quam videt filius Dei, scilicet quomodo & inter se cohæreant in aliquo, vel hæc & illa, id est, ratio & sensualitas, quomodo in suis differentiis inter se conueniant, dum superior differentia sensualitatis consentiendo conuenit cum differentiis rationis. Vel inferior differentia rationis pressa & captiua aliquando consentit inferiori differentiæ sensualitatis.

i *Medullarum: & discretor cogitationum & intentionum cordis, Et non est vlla creatura inuisibilis, &c.* quæ interior est, dicitur quicquid interius & subtilius est in anima vel spiritu, quod etiam videt filius Dei. Discernit etiam cogitationes, id est, quæ diuersa disi cogitent. Discernit & intentiones earum cogitationum, quo singulæ tendant ad bonum vel malum. Et vt plus dicam, nulla creatura terrena vel cœlestis est ei inuisibilis, sed omnia sunt nu- ☞ da & F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ad requiem cælestem, hic consequenter concludit quòd debemus festinare ad ipsam. Et diuiditur in duas partes: quia primo hortatur nos ad istam festinationem, secundò adducit ad hoc rationem, ibi:* Viuimus est enim sermo. *Primò igitur dicit sic:* Festinemus ingredi in illam requiem. *q.d. Ex quo ita est, quòd nobis incumbit solicitudo de ingressu requiei cælestis. festinemus ingredi in illam requiem, quæ festinatio est per fidem & dilectionem operantem.*

1 Vt ne in idipsum quis incredulitatis exemplum. *id est, ne incidamus in consimilem pœnam, in quam ceciderunt increduli veteris legis, qui propter incredulitatem suam fecerunt exclusi à requie terræ promissionis, & pœna eorum data est nobis in exemplum, ne consimiliter priuemur requie cælesti, si fuerimus tardi & pigri ad ingrediendum.*

2 Viuus est. *postquam posuit suam admonitionem, hic consequenter ponit suæ monitionis rationem. Et diuiditur in duas partes, secundum duas rationes quas facit, secunda ponitur ibi: Habentes ergo pontificem. Prima ratio procedit ex Christi excellentia in natura diuinitatis, & talis est, Ei qui habet excellentiam diuinæ naturæ, & virtutis infinitæ, generalis cognitionis, & supremæ autoritatis credendum est de impletione suæ promissionis: & per consequens securè est festinandum ad ipsam obtinendum, sed Christus in natura diuina habet quatuor prædicta, ergo, &c. In ista ratione sic procedit Apostolus, quòd maiorem propositionem supponit tanquam manifestam: minorem ponit & declarat eam, dicens:* Viuus est enim. *In quo tangitur primum, scilicet excellentia diuinæ naturæ in Christo, quia sermo accipitur hic pro verbo, vnde & in Græco sic habetur, logos, quod signat idem quod verbum, verbum autem in diuinis est eiusdem naturæ cum eo cuius est verbum, cum igitur Christus sit verbum Dei secundum quod habetur Ioh.j.a.* Verbum caro factum est. *sequitur quod in eo sit excellentia diuinæ naturæ, & bene dicitur:* Viuus est enim sermo. *quia Dei verbum viuit vita nobilissima, quia eius viuere est diuinum intelligere, quod est respectu obiecti nobilissimi, propter quod concludit philosophus, xij. metaphysicæ, quòd primum ens siue Deus viuit vita nobilissima & optima. Et sic patet primum. Consequenter declarat secundum, s. quòd in ipso sit efficacia virtutis infinitæ, cum subdit:* Diuisio.

3 Efficax. *Tanta est enim efficacia, quòd se extendit ad omnia, secũdum quod diciur Sap. vij. c.* Omnium est enim artifex omnium habens virtutem, &c. *Sed considerandum est, quod virtus aliorum artificum attingit tantummodo rei factibilis exteriora, sed virtus Dei est tanta quod attingit cuiuscũque rei intima, quia est causa eius dans esse & conseruans: & principia rei cuiuscunque vniens & cõiungens: propter quod est vicinior ipsi rei, quam ipsa res sit sibiipsi, & ad hoc denotãdum dicit.*

4 Et penetrabilior omni gladio. *i. habenti acutiem ex vtraque parte: & sic non impeditur eius penetrabilitas ex aliqua parte. Simile est de virtute Christi, quæ à nullo potest impediri, quæ pertingit ad intima rei, & ad maiorem huius expressionem dicit.*

5 Et pertinges. *Animæ dicit propter potentias eius animales, quæ sunt animæ & corporis communes. Spiritus dicit propter potentias animæ abstractas quibus conuenit cum substantiis purè spiritualibus. per hoc vult dicere, quod virtus Christi anttingit rei intima quantũcumque subtilia sint. Sequitur.*

6 Compagum quoque ac medullarum. *Compages sunt corporis* ✠ *iuncturæ* Compages Medullæ

☞ A da & discooperta, quia ex omni parte plenè visa. Vel compages dicit coniunctiones cogitationum: Medullas intentiones earum, quod ipse apertius dicit, cogitationum & intentionum. Et est ordo discretor compagum Si enim cogitatio cogitationi coniungitur, ipse nouit quæ sit secundum Deum, & quæ secundum seculum. Nouit quoque quo vergat intentio earum.

¶Voluntatis. 1

& discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non 2

a est vlla creatura † inuisibilis in cõspectu eius. † Omnia autẽ 3 4

a ¶Reuelata, discooperta. b ¶Manifesta. c ¶Visioni. d ¶Filij Dei e ¶.i. cui oportet nos reddere rationem de operibus nostris. f ¶Quia talis est sermo Dei: ergo teneamus, & merito, quia idem pontifex est, qui obtulit se secundum quod homo: & hoc est.

b nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Habẽ 5 6

a ¶Super omnes pontifices. b ¶Moyses nec terram promissionis. c ¶Penitus intrauit, Vt possimus sequi. d ¶Non sanctasanctorum templi. e ¶Qui etiam saluator & filius Dei.

tes ergo pontificẽ magnum, qui penetrauit cælos, Iesum fi-

a ¶Vt fides etiam sit in ore. ¶.i. fidem cordis cum confessione oris. ¶Quæ est causa. b ¶Futuræ beatitudinis, quam speramus. c ¶Tenere debemus. ¶Hoc ideo dicit, ne pro prioribus desperent.

c d lium Dei, teneamus confessionem nostræ spei. Non enim 7 8

a ¶Et si alius: Ne dico videatur eos abiicere. b ¶Condescendere, per similitudinem. c ¶Fragilitatibus.

e habeamus pontificem, qui non possit compati infirmita-

a *Omnia nuda & aperta sunt, &c.* † occulta

✠ THEOPHYLACTVS. Vt clarè demonstret, quemadmodum cuncta illi sint nuda, id est nota & cognita, dictione est vsus, ex quadam excoriatæ ouis metaphora. Nam vt illi cũ demitur tergus, vel iugulo cultrum infigitur, & enectæ demum á collo pellis diuellitur, interiora cuncta nundantur & patent: haud secus & Deo vniuersa quæ in terris geruntur. vel animo concipiuntur, & mente vt aperta, & enudata mox innotescunt. B

✠ ANSELMVS. Siquis habet librum aliquo velamine tectum dicitur quidem visibilis, sed nudus. Rursum si velamen aufferretur, nudus posset dici, sed non apertus Iterum si aperiretur & omnia eius interiora demonstrarentur, iam omnino quicquid in eo latuerat videretur, Ita verbo Dei cuncta sunt, visibilia, & nuda, & aperta, quia & foris & intus omnia plenariè videt. Per oculos eius intelligitur potentia videndi.

Ad quem nobis sermo. ✠ IDEM. Ad sermonem Dei viuum & efficacem, & omnia peruidentem est nobis habendus sermo, quia sermocinaturi sumus ad eum, & rationem reddituri de cunctis quæ gessimus, vel cogitauimus.

b *Habentes ergo.* Hic incipit de pontifice Christo, quomodo sufficiens quomodo dignior veteri sacerdote. Quem etiam immutat, & legem quæ sub illo est per meliorem legem suam, & quomodo necessarius nobis ad iustitiam & salutem.

Lib.10 de Genes. ad literam. c.19. C

✠ AVGVSTINVS. Est in epistola quæ scribitur ad Hebræos locus quidem cõsideratione dignissimus, cum per Melchisedech in quo huius rei futuræ figura præcessit, discernatur sacerdotium Christi à sacerdotio leuitico. D

✠ AVGVSTINVS. Dominus noster Iesus Christus rex & sacerdos noster & cognationem ducebat de stirpe sacerdotali, non tamen erat de tribu sacerdotali, hoc est de tribu leui, sed erat de tribu Iuda, hoc est de tribu Dauid, ex qua tribu, nemo intendit altari. Lib 834. q. 461. † 2.q.1.c. Deus omni potens

c *Teneamus confessionem.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quam confessionem dicit? Quod sit resurrectio, quod innumera sint futuræ vitæ bona, quod Christus sit Deus quod iam fides recta sit, hæc confitemur: quòd verò hæc vera sint manifestum est, ex eo quod pontifex, in interioribus constitutus est, non excidamus igitur, confiteamur, etiamsi res ipsa non adsint iam, confiteamur tamen. Si enim modo adessent, falsus esset qui promisit, proinde etiam hoc ad veritatem facit, quod differuntur. -- nostræ spei E

d *Non enim habentes pontificem.* Qu. Teneamus & tenere debemus, quia cum sit potens, est etiam misericors nostram expertus infirmitatem.

e *Qui non possit compati infirmitatibus nostris.* Impossibile est scire afflictiones afflictorum, homini qui experimentum afflictionis non habuit, & sensibiliter omnia non sustinuit. Christus verò scit non solum per hoc quòd Deus secundum quod omnia nouit, sed & per hoc quòd homo & similia sustinuit. Haimo Primasius

✠ THEOPHYLACTVS. Non enim est pontifex iste, qui nostræ conditionis ignarus quales plerique pontificum sunt, qui vt mala minus experti, ignorant prorsus quãdiu se habeant præssuræ acerbitatis, & ideo nec promptiores sunt, vt oppressis opitulentur, vel miseris compatiãtur Atqui cuncta subiuit noster hic pontifex, & vbi mala quàmplurima fuit perpessus, & cælum conscendit veniam fragilitatis daturus.

☞ *Tentatum* F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *iuncturæ neruis illigatæ, medullæ sunt intra ossa conclusæ. per hoc vult dicere, quòd virtus Christi attingit omnia quantuncumque sint ligata & inclusa, & sic patet secundum, scilicet, efficacia virtutis Christi. Consequenter declarat tertium. scilicet, generalitatem suæ cognitionis, quæ se extendit ad omnia etiam in particulari, quantuncumque sint occulta, & hoc est quod dicit.*

1 Et discretor cogitationum. *quæ soli Deo cognitæ sunt, secundum communem opinionem doctorum, & hoc videtur per illud quod dicitur .j. Reg. xxj. b.* Deus autem intuetur cor. *Cõsiderandum etiam, quòd licet aliqui doctores dicant ipsam cognitionem nostram esse cognoscibilem puris substantiis spiritualibus, tamen de intentione cogitationis ipsi concordant & concedunt, quod est cognoscibilis soli Deo. verbi gratia, si cogitem de muliere, dicunt quòd hoc potest cognoscere angelus bonus siue malus etiam ex naturalibus, sed si cogitem de muliere, intentione decipiendi ipsam, vel ad bonum informandi, cognoscit solus Deus, & propter hoc subdit Apostolus.*

2 Et intentionum cordis. *Quia cognitio Christi non solùm se extendit ad ipsas cogitationes, sed etiam ad intentiones cogitationum ex dictis patet, quòd Christus cognoscit ea quæ sunt ad cognoscendum difficilima. Ex quo concludit vlterius quod cognoscit omnia alia dicens.*

3 Et non est. *Et quia non solum videt res in superficie, sicut nos, cum videmus hominem vestitum, non videmus ea quæ latent sub veste: sed ipse omnia videt in profundo: ideo subditur.*

4 Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. *Et sic patet tertium. Consequenter ponit quartum, scilicet, excellentia autoritatis in Christo, cum dicit:*

5 Ad quem nobis sermo. *Ipse enim constitutus est rex viuorum & mortuorum, ideo habemus sermonem ad ipsum: quia oportet nos reddere rationẽ de omnibus factis nostris & cogitatis, & sic patet quartum. Et per consequens patet minor præmissæ rationis quantum ad eius quatuor partes, scilicet, quod in Christo ratione diuinitatis est excellentia naturæ, efficaciæ, & cognitionis, & autoritatis: & per consequens debemus festinare ad id quod nobis præcipit & promittit scilicet. ingredi in requiem cælestem.*

6 Habentes ergo pontificem magnum. *Hic ponitur secunda ratio ad idem ostendendum, & accipitur ex magnitudine humanitatis Christi & est ratio talis: Christus in sua humanitate habet magnitudinem, per quam potest nos adiuuare, habet etiam pietatis teneritudinem. per quam est paratus ad nobis compati & condescendere: ergo securè festinemus ingredi in requiem cælestem, confisi de eius adiutorio tempore oportuno quod est tempus præsens, quia est tempus gratiæ. In ista ratione sic procedit Apostolus. quia primò declarat Christi magnitudinem etiam secũdum suam humanitatem, dicebatur enim pontifex in lege magnus, quia semel in anno intrauit in sanctum sanctorum in sanguine alieno. ergo multò fortius Christus debet dici pontifex magnus, qui intrauit cælum in sanguine proprio. Item dicebatur pontifex legis magnus, quia erat de filiis Aaron, & multò fortius debet dici Christus magnus, qui est naturalis Dei filius, nec potest dici filius Dei adoptiuus etiam secundum humanitatem, & hoc est quod dicit Apostolus:* Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei. *Igitur ex quo est ita magnus.*

7 Teneamus nostræ spei confirmationem. *ore & opere eius magnitudinem confitendo & ei obediendo. Consequenter ostendit pietatis teneritudinem in Christo, cùm dicit.*

8 Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus. *Christus enim in carne passibili assumpta pro nobis passus est in cruce, & tentatus in deserto à dæmone, & ideo ex tali experientia habet quandam aptitudinem ad compatiendum infirmitati nostræ, & hoc est quod dicit.* Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. *tentandum autem per omnia. Considerandum tamen, quòd licet Christus tentatus fuit in carne passibili sicut & nos, tamen alio modo, quia ex tentationibus*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.*
✠ BEDA. Cum aliquotiens in scripturis inueniatur homines dictos esse sine querela, nemo inuenitur qui sit dictus sine peccato, nisi vnus solus de quo apertè dictum est, Eum qui non nouerat peccatum, & eo loco vbi, de sacerdotibus sanctis agebatur. Etenim expertus omnia secundum similitudinem sine peccato in illa scilicet carne, quæ habebat similitudinem carnis peccati, quamuis non esset caro peccati, quam tamen similitudinem non haberet, nisi cætera omnis hominis caro peccati esset. (Aug. ex lib. de natura & gratia)

B b *Accedamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam cōsequamur.*
✠ CHRYSOSTOMVS. Quam dicit sedem gratiæ? Sedem ipsam regalem de qua alibi, dicitur. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. (psal. 109.) Quid est accedamus cum fiducia. Quia pontificem sine peccato habemus qui mundum deuicit. Confidite inquit, ego vici mundum. (Ioan. 16.) Nam quod dictum est, oportet eum omnia pati, mundum autem eum esse à peccatis. hoc significat, etiam si nos sub peccato sumus, inquit. ipse tamen sine peccato est. Quomodo accedemus cum fiducia? Sedes gratiæ nunc est, non sedes iudicij, propterea accedamus cum fiducia, vt accipiamus misericordiam qualem quærimus largitas quippè eius est hæc causa, & donum regale. *Et inueniamus* (inquit,) *gratiam ad auxilium opportunum.* Benè dixit ad oppportunum auxilium, si enim nunc inquit accedas, accipies, & gratiam & misericordiā opportunè quippe accedes. Si autē tunc accesseris nequaquam: Intēpestiua quippè erit accessio tunc. Nō enim erit tunc fides gratiæ, vsque tunc sedebit rex gratiam largiens cum autem venerit finis, tunc surget ad iudicium. *Accedamus ergo cū fiducia ad thronum gratiæ eius, &c.*

C c *In auxilio opportuno.* Nunc enim tempus est auxilij, nunc est tempus donorum, cum post baptismum peccātes per gratiam inuenire pœnitentiam possunt. Cum autem thalamus fuerit clausus, cum intrauerit rex videre discumbentes, vt ad sinum patriarchæ venerint, qui eo fuerint digni, tunc malis erit desperationis tempus. Nunc autem cum adhuc agon permanet, & palma pendet, non est desperandum, sed cum fiducia, id est, sine dubitatione accedendum, vt per gratiam accedatur, inueniatur auxilium oportunum Est enim auxilium quod non congruit.

a ¶Et ideo potest compati. ¶A diabolo. ¶Irrisum crucifixum. ¶Genera tentationis. ¶Id est, quia similis aliis hominibus, vel vt exemplum daret.
a tibus nostris, tentatum autem per omnia † pro similitudi- 1 († iuxta similitudinem)
a ¶Tamen. ¶Et ideo potest liberare. b ¶Et quia potest compati ¶Fide intentione & opere. c ¶Fiducialiter, quia compatiens. ¶Licet peccatores. d ¶Non dico ad tribunal iudicij. ¶Id est, ad eum in quo gratia regnat.
b ne absque peccato. Adamus ergo cum fiducia ad thronum 2 3 4
a ¶Remissionem peccatorum præcedentium. b ¶Per eum. c ¶Et de reliquo gratiam in auxilio, vt auxilietur. ne recedamus in hac vita.
gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam in- 5
a ¶Nunc est tempus auxilij. b ¶Est enim quod non congruit.
c ueniamus in auxilio oportuno. 6

D E F

NICOLAVS DE LYRA.

frequenter in delectationem peccati & consensum incidimus. ipse autem nullo modo, & ideo eius tentatio fuit tantum exterius & hoc est quod dicit Apostolus.

✠ 1 Pro similitudine. *quia in simili carne tentatus, sed non simili modo, & quia Christus habet potestatem nos adiuuandi & aptitudinem ad hoc propter pietatis teneritudinem, ideo concludit Apostolus.*
2 Adeamus ergo. *per dilectionem operantem.*
3 Cum fiduciam. *de Christi potestate & misericordia.*
4 Ad thronum. *ingrediendo requiem cælestem.*
5 Et gratiam inueniamus. *sine qua non possumus ingredi in illam.*
6 In auxilio oportuno. *hoc est moderno tempore, quando est tempus gratiæ. Ad euidentiam maiorem eorum quæ dicta sunt circa principium huius capit. quæritur vtrum requies beatorum fuit figurata per requiem filiorum Israel in terra promissionis. Et arguitur primo quòd non, quia status beatorum figuratur propriè per nouum Testamentum, quia nouum Testamentum medium est inter statum veteri lege & inter statum beatorum, & ideo sicut ea quæ fuerunt in veteri lege sunt figura eorum quæ sunt in noua: ita facta noui Testamenti sunt figura eorum quæ sunt in gloria cælesti, sed illud quod est proprium noui Testamenti non est attribuendum veteri ergo requies filiorum Israel in terra promissionis non fuit figura requiei cælestis. Item si requies beatorum esset figurata in lege, ibi promitteretur aliquo modo, sed hoc est falsum, quia lux vetus non poterat illam requiem dare, vt patet ex prædictis, & sic promitteret illud quod esset sibi impossibile, ergò, &c. Item figura debet correspondere figurato, sed Moyses legislater veteri lege requiem terræ promissionis non intrauit, ergo nec lex vetus requiem cælestem figurauit. Contrarium patet in litera.* Respondeo: *Hic duo sunt videndada. Primum est, quæ sit requies beatorum. Secundum, qualiter figurata fuit per requiem in terra promissionis.*

Circa primum considerantum, quòd requies non accipitur hic, prout opponitur motui & lassitudini corporali, & hoc duplici de causa. Primò quia talis requies potest haberi in vita præsenti, sed beatitudo non potest haberi in vita præsenti. Secundò, quia requies beatorum idem est realiter quod beatitudo ipsorum, beatitudo autem ista est perfectio animæ secundum partem superiorem, videlicet secundnm voluntatem & intellectum: vbi requies quæ opponitur motui corporali & fatigationi non habet locum, & ideo quies beatorum accipitur prout opponitur motui in spiritualibus, qui mouentur ad aliquid per desiderium, sic enim mouentur amoribus sicut corpora ponderibus, secūdum quod dicit Aug. in libr. confes. Amor meus pondus meum, eo feror quocunque feror, & sic requies beatorum consistit in hoc quod appetitus eorum totaliter quietatur per adoptionem summi boni potentis quietare appetitum, propter quod dicit Augu. in lib. confessio. Inquietum est domine cor meum, donec requiescat in te. Ex prædictis patet, quod eadem est realiter quies Dei & beatorum si tamen accipiatur quies obiectiuè, quia idem est obiectum beatitudinis vtriusque. Si autem accipiatur formaliter, differunt sicut creatum & increatum, sicut de beatitudine Dei *& sanctorum dictum est, & sic patet primum* (Requies beatorum)

Circa secundum considerandum, quod illud quod est figura alicuius oportet quod sit in se res aliqua, quia quod nihil est, in se non potest aliud figurare, & ideo illud quod est figura alicuius potest accipi tripliciter. Vno modo prout est res tantum, alio modo, vt est figura tantū tertio modo, vt est res & figura simul. Isto modo triplici inuenitur in scriptura aliquid dictum de requie terræ promissionis. Quia aliquando aliquid dicitur de ipsa secundum se. & hoc modo non potest dici figura requiei beatorum. sicut est illud quod scribitur Deut. xxxij. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, &c. *quia quies & abundantia illius terræ fuit occasio idololatriæ. Inuenitur etiam aliquid scriptum de ipsa inquantum est in figura tantum. Sicut est illud quod habetur Ezech. xliij. b.* Fili hominis locus solij mei & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum, *& sic sensus literalis huius autoritatis est tantummodo de requie cælesti. Inuenitur etiam aliquid scriptum de requie prædicta, inquantum erat res & figura simul, sicut est omne illud vbi promittitur requies in terra promissionis filiis Israel in præmium virtuosæ operationis, quia præmium debet excedere meritum, sicut finis melior est his quæ sunt ad finem. Nunc autem ita est, quòd operatio virtutis melior est, quam fuerat quies corporalis, & ideo quies illa corporalis non potuit esse principale præmium virtutis, sed fuit quoddam bonum minus sensibile, tamen eis promissum: & sub hoc intelligitur promissa principaliter quies beatorum. Ista autem quies beatorum hic iuchoatur per gratiam, secundum quod dicitur Luc. ij. b.* In terra pax hominibus bonæ voluntatis, *& cōsummatur per gloriam, vtrumque autem datur nobis per ipsum Christum qui est autor noui Testamenti & sic patet quòd quies terræ promissionis fuit figura requiei cælestis vt exhibendæ nobis per Christum: & sic non fuit figura ipsius immediate, sed mediante statu noui Testamenti & sic patet secundum. Ad argumenta patet per prædicta: quia non concludunt, nisi quòd requies terræ promissionis non fuit figura immediate requiei cælestis, vt patet intuenti.* (Requies beatorū figura triplex)

ADDITIO.

In ca. iiij. vbi dicitur in Post. Timeamus ergo. *i. solliciti simus.*

Hoc quod dicitur: Timeamus ergo. *ne fortè relicta postillatione existimetur aliquid nobis deesse, videtur sic exponendum: Posset enim quis dicere, licet antiquis fuit promissum intrare requiem terrenam, non tamen alicubi videtur fuisse illis promissum intrare in requiem cælestem, & sic ex illa figura non accipietur argumentum efficax ad hoc quòd nobis esset promissa requies cælestis, & hoc est quod dicit Apostolus: Relicta pollicitatione, id est uon considerata postillatione quam habemus ad intrandum requiem cælestem, existimetur aliquid ex nobis deesse. i. existimet quòd nobis deest talis pollicitatio, cum non legatur in ve. Te. Quod refutat Apostolus, di.* Etenim nobis nunciatum est quemadmodum & illis, *i nunciatum est nobis regnum cælestem quēadmodum & illis regnum terrenum, & hoc est manifestū quia Christus expresse promisit regna cælestia credentibus, sicut antiquis regnū terrenum fuit promissum obedientibus. vnde ex consequenti arguit, q̄ sicut illis non profuit promissio propter eorum defectus, sic timendum est, ne hoc contingat præsentibus, &c.*

✠ REPLI-

REPLICA. In ca. iiij. vbi dicitur: Teneamus ergo ne fortè relicta postillatione, &c. *Burg. videtur sentire, q̄ promissiones factæ in ve. le solū erant de terrenis, nō de cælestib. Huius oppositū nititur probare trib. rationib. circa. xv. Gen. in secunda discressione & in vltima additione circa ca. xlviij. Gen. & circa ca. xviij. Leuit. & multis aliis locis, effectus tamen huius additionis est ad idem cum Postilla.*

CAP V.

A a [O]*Mnis nāque pontifex.* Quia spiritualia non sic introducūt infirmos, vt corporalia, de his incipit, volens ostendere nouum melius veteri Testamento. Quædam hic Christo cōmunia cum sacerdotibus ponit. Quædam altiora pertinētia soli Christo, Quædam humiliora illis tātum sacerdotib. conuenientia. (Primasius Haimo; † 15. dist. c. si. §. quibus & pauca.; † moderatè ferre valeat eos)

B ✠ ANSELMVS. Probat à minori quod iste noster pontifex possit nobis impetrare misericordiam & gratiam cum pontifices veteris testamēti quodammodo sacrificiis & orationibus impetrarent misericordiam, qui puri homines erant & peccatores. († 8. q. 1. c. in scripturis; † vsurpat)

✠ ORIGENES. Erant etiam ea tempestate sacerdotes necdum à lege ordinati, sed naturali sapientia hoc requirente, ac perficiēte. Ita sacerdotio functus est N e, Ita sacerdotio functus est Abraham, ita sacerdotium gessit Melchisedech Ita & ipse Iob post illos sacerdotio functus est. (li. 1. in Iob.)

Ex hominibus assumptus. ✠ HVGO de sanctovictore Duplex debet esse assumptio eorū qui præficiuntur, scilicet vt intus per gratiam primum assumantur ad virtutis excellentiam & foris per electionem, & authoritatem, ad gradum dignitatis.

C b *Vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.* ✠ THEOPHYLACTVS. Explicat quid illud sit, pro hominibus ipsis ad Deum constitui, peccatis, scilicet Deum propitium reddere. Quod vtiq; & Christo est, & si nō penitus, commune cum aliis, quippe qui patrem conciliandi gratia, seipsum obtulerit. Alij verò alia quædam, donum videlicet & sacrificium. (Primasius Haimo.)

c *Quoniam & ipse.* Aufert occasionem extollendi.

d *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo.* Percutit cupidos, qui nō vocantur, sed ingeruntse. († propter hanc)

E ✠ CHRYSOSTOMVS. Hic mihi videtur etiam Iudeorum sacerdotes taxare tāquam præter vocationem insilientes, ac legem & sacerdotium corrumpeutes. († glorificauit.)

✠ ANSELMVS. Percutiuntur hac sententia, qui honores ecclesiasticos, ad quos diuinitus non vocantur arripere cupiunt. Qui enim se ingerit, & propriam gloriam quærit, non sumit honorem, si pontifex, aut prælatus, in Ecclesia factus fuerit, sed gratiæ Dei rapinam faciēs, ius alienum vsurpat, & ideo non accipit benedictionem, sed maledictionem.

e *Non semetipsum clarificauit.* Clarificatus est filius à patre, cnm dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com.* Quæ clarificatio longè ante per prophetam prædicta est. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* (Matt. 3. d.; Psal. 2. b.)

✠ AVHVSTINVS. Apud Deum nunquam crastinus, nunquam hesternus dies est, sed semper hodie non mensium circulis saluitur annus, non succedentibus, ac decedentibus transigitur mensis diebus, non horæ mutantur, non variantur tempora, vel (lib. de quinque hæresi.) F

☞ momenta

CAPVT. V.

¶Per eum possumus consequi gratiam & misericordiam. a ¶Secundum legem. b ¶Ex numero hominum.
a [O] †Mnis namque pontifex ex homnib. 1
a ¶Ad aliquid dignius. per quod valet alios iuuare. b ¶Vt per eum impetrent misericordiam à Deo.
assumptus, pro hominibus constitui- 2
a ¶Muneribus, hostiis. precibus quæ ducunt ad Deum. b ¶Deo. 3
b tur in his quæ sunt ad Deum, vt offe- 4
a ¶Primitias, & huiusmodi. b ¶De animalibus. ¶Dimittendis.
rat dona & sacrificia pro peccatis. 5
a ¶Ex hominibus sumitur: & talis. b ¶Qui ex consueta bonitate. c ¶Ex ignorautia peccant. d ¶Scienter peccant. 6
c Qui † condolere possit his, qui ignorant & errant, quoniam 7
a ¶Merito condolere. ¶Vt illi, non ita Christus, & ideo plus potest iuuare. b ¶Peccati. c ¶Quia infirmus vt alij. d ¶Qua necessitate. ¶Non ita Christus, qui nisi pro suis.
& ipse circūdatus est infirmitate. Et † ꝓpterea debet quemad-
a ¶Simili aliis. ¶Quæ sit necessitas illa aperit.
¶Scilicet. ¶Non solum vt iustus conseruetur, sed vt ipse & alij peccatores recipiantur.
modū pro populo, ita etiā pro semetipso offerre pro pec-
¶Per hoc iterum potest ille pontifex prodesse, sicut Christus. a ¶Vt sibi imputandum sit, sed Deo qui vocat. b ¶Qui rectè eligitur, à Deo vocatur.
d catis. † Nec quisq̄ † sumit sibi honorē, sed q vocatur à Deo 8
a ¶Indicio virgæ & incendio inuidorum. ¶Vt sibi sumeret. b ¶Per suas virtutes. c ¶Ita.
e tanq̄ Aaron. Sic & Christus nō semetipsum † clarificauit ut 9

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

✠ [O]Mnis namque pontifex. *Postquam Apostolus ostendit excellentiam noui Testamenti respectu veteris, per hoc quòd Christus præeminet angelis & etiam Moysi, per quos data est lex vetus: hic ostendit hoc idem per hoc quòd sacerdotium Christi præeminet sacerdotio Aaron, & circa hoc duo facit: Quia primo ostēdit Christum esse pontificem, secundò ostendit ipsum esse excellentiorem pontificem vet. Test. Secunda pars incipit in principio vij. cap. ibi:* Hic enim Melchisedech. *Circa primum duo facit, quia primò ostendit Christum esse pontificem, secundo præparat animos auditorum respectu sequentium, secunda ibi:* De quo nobis grandis sermo. *Prima adhuc in duas: quia primo ostendit quid requiritur in pontifice, secūdò declarat ea in Christo fuisse, secunda ibi:* Sic & Christus. *Prima adhuc in tres: quia primò describitur pontificis status, secundò sui debiti officij debitus vsus, ibi:* Qui condolere possit. *tertiò debitus consequutionis modus, ibi:* Nec quisquam. *Circa primum considerandum quòd ille qui instituitur pontifex debet esse homo, non angelus: quia edbet esse talis naturæ quòd subditi possint ad eum familiariter & faciliter recurrere, & hoc est quòd dicit Apostolus.* (Diuisio.)

1 Omnis namque pontifex ex hominibus. *id est, de numero hominum debet esse, veruntamen licet similis sit aliis in natura, tamen debet eos excedere in gradu dignitatis & in vita, ideo sequitur.*
2 Assumptus. *id est, ex communi statu hominum super alios eleuatus: & quia non debet quærere proprium cōmodum vel honorem, sed subditorum salutem, ideo sequitur:* Pro hominibus constituitur. *& quia non instituitur vt præsit in temporalibus, sed magis in spiritualibus, ideo subditur.*
3 In his quæ sunt ad Deum. *id est, in spiritualibus & diuinis, & quia talia debent exerceri liberè non coactè nec mercenariè, ideo subditur.*
4 Vt offerat dona, &c. *id est voluntariè oblata, non violenter extorta.*
5 Et sacrificia pro peccatis. *scilicet populi.*

6 Qui

6 Qui condolere possit. *Hic consequenter describitur modus debitus vtendi officio pontificali, quia cum sit vicarius ipsius* Dei, *cuius proprium est parcere & misereri, ideo debet peccantium misereri, & hoc est quod dicitur:* Qui condolere possit his, *id est, qui peccant ex ignorantia.*
7 Et errant *id est, de his qui peccant ex infirmitate vel quocunque alio errore, quia infirmitas passionis peruertit iudicium rationis. Debet autem pontifex moueri ad misericordiam circa tales ex consideratione propriæ fragilitatis. Vnde dominus permisit beatum Petrum in peccatum cadere, vt sciret aliis compati ex consideratione proprij delicti, propter hoc sequitur:* Quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita pro semetipso offerre pro peccatis. *Vnde & in veteri lege determinatur proprium sacrificium pro peccato pontificum, & in noua lege dicit sacerdos in canone missæ: Nobis quoque peccatoribus, &c. percutiendo proprium pectus, recognitione sui peccati: pro quo offert sacrificium sicut & pro peccato populi.*
8 Nec quisquam. *Hic consequenter ostenditur debitus modus assequendi pontificale officium, quia homo non debet sibi, ipsum assumere violentia, præcio, & simulatione, sed si sibi imponatur pro vtilitate populi, debet cum timore suscipere: vnde Aug. xix. de ciuit. Dei: Ocium sanctum quærit charitas, negotium iustum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, contemplandæ veritati vacandū est, & hoc est quod dicit Apostolus.* Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *Ille enim à Deo vocatur, qui modo debito instituitur.*
9 Sic & Christus. *Ostenso quid requiritur ad pontificem, hic consequenter ostendit illud Christo conuenire. Et diuiditur in duas partes quia primo declarat propositum, secundo ex hoc concludit intentum, ibi: Appellatus à Deo. Circa primum sic procedit: quia ipse primo ostēdit Christum esse factum pontificem à Deo: secundo agit de eius officio, ibi:* Qui in diebus carnis suæ, *tertio de pietatis exercitio, ibi:* Et quidem cū esset filius Dei. *Prima in duas quia primò probat Christi pontificatum esse à Deo patre per duplicem autoritatem scripturæ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A momenta vbi Deus est: nec termino includitur, nec initio inchoatur:

Aug. in ps. 33.& 109.

a *Tu es sacerdos.* Sacerdos autem Christus est, non secundum id quod natus est de patre Deus apud Deum coæternus gignenti: sed propter carnem assumptam, propter victimam, quam obtulit pro nobis.

Primasius Haimo

b *Melchisedech.* Qui non temporalis fuit scriptura subticente initium & finem eius vitæ in figura Christi qui caret initio & fine. Et sicut ille obtulit in pane & vino & semel, sic & Christ' sub specie panis & vini corpus & sanguinem suum discipulis dedit.

† psa. 109. a

B c *Preces supplicationesque.* Christi dicit actionem & vitam cuius omnis actio' fidelium est institutio, & ad Deum oratio. Quidquid egit Christus, preces, & supplicationes fuerant pro omnibus. Sanguinis effusio fuit clamor validus, in quo auditus, pro reuerentia eiusdem passionis. Reuerentia est quòd sine peccato passus pro sola charitate.

† quin quam esset

d *Exauditus est.* per hoc patet, quod per eum possumus consequi misericordiam, cum iam ad dexteram sit patris.

✠ CHRYSOSTOMVS Erubescant hæretici, filius Dei pro reuerentia exaudiebatur & quid amplius de prophetis quis dixerit. Qualis autem ordo est quod dixit, Exauditus est pro reuerentia. Et

C

a ¶Sed ille clarificauit eum in baptismo & transfiguratione & pontificem constituit, qui alibi dicit: Filius meus es tu per quod videtur dignus in quo psal. ostenditur rex & sacerdos. ¶Quod ei in baptismate dicturus erat.

pontifex fieret, sed qui loquutus est ad eum: † Filius meus 1 2

a ¶Con substantialem, quia idem cum patre. b ¶Sic illud locutus est pater de generosa natiuitate filij, sicut alibi de pontificatu eius.

es tu, ego hodie genui tẽ. Quemadmodũ & in alio loco di- 3

a ¶Deus pater. b ¶Tam dignus. c ¶Docens & orans & efferens. d ¶Non ad tempus, vt Aaron. e &Secundum dignitatem ordinis, id est sacerdotij. ¶In pane & vino, & semel. &Qui non temporalis.

a b cit. † Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchi- 4 5

a ¶Christus. ¶Quid egit pontifex? ¶Quid ergo post? b ¶Mortalitatis. c ¶Non timore mortis sed causa nostræ salutis. ¶Vt iam imminente passione quando prolixius orauit totum pro nobis.

c sedech. Qui in dieb. carnis suę preces, supplicationesque ad 6 7

¶Alias Deum. ¶Alias sit. a ¶Qui precabatur. b ¶i. resuscitare. c ¶Cum intentione efficacissima, vt quando proxilius orabat. d ¶Hoc non in euangelio.

eum qui posset saluũ illũm facere à morte cũ clamore vali- 8 9 10

a ¶Quia quod quæsiuit accepit in resurrectione. b ¶i. sicut sua religio meruit.

d e do & lachrymis offerens, exauditus est † pro sua reueren- 11

a ¶Exauditus, & quidem tempore mortalitatis. b ¶i. quamuis. c ¶Secundum quod homo expertus. ¶Obedire. d ¶Per ea. e ¶Non solum preces & supplicationes obtulit.

f tia. Et † quidẽ cũm esset filius Dei, didicit ex his quę passus 12 13 14

tia. Et quamquam esset filius, *didicit ex his quæ passus est obedientiam. Quam obedientiam?* Qui vsque ad mortem antea fuit obediens, sicut patri filius, quomodo postea didicit? Vides quia de incarnatione dictum est. Quod autem dicit tale est. Dic mihi, num patrem orabat, vt saluaretur à morte, & propter hoc tristis erat, & dicebat si possibile est träseat à me calix iste. Nusquam autem pro resurrectione orauit patrem, sed è contra ipse pronunciat dicens. Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud, &, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo aufferet eam à me, ego à meipso ponam eam. Quid ergo est, pro quo orabat? Pro aliquibus orabat, qui crediderant in eũ. Quod autem dicit, tale est, exauditur facile, quoniam, quippe necdum de eo opinionem habebant competentem, ideo dixit: & Exauditus est, sicut & ipse consolans discipulos suos dixit: Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad patrem, & pater meus maior me est. D

Matth. 26. † Psal. 2. b. Ioan. 2. Ioan. 10. Ioan. 14. E

† quòd Deum in honore habebat

Phil. 2. a.

e *Reuerentia.* Quia amplius omnibus Deum reueritus est.

f *Didicit ex his quæ passus est obedientiam.* i. volontariè suscepit obedientiam vsque ad mortem. F

☞ Omnibus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *secunda ibi:* Quemadmodum in alio loco. *Circa primum dicit continuans sententiam literæ immediatè præcedenti.* Sic. & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, *Sicut ambitiosi & hypocritæ, vt possint ad dignitates ecclesiasticas ascendere.*

1 Sed qui loquutus est ad Deum *id est, Deus pater clarificauit ipsum Christum: & hoc est intelligendum secundum naturam humanam, quia in diuina natura habet eandem charitatem & gratiam cum patre, potest etiam intelligi secundum diuinam naturam, non sic quòd Deus pater filio aliquam charitatem vel gloriam de nouo dederit, sed inquantum diuinitatem quam ab æterno habuit à patre, in tempore pater manifestauit, propter quod petebat Saluator Ioh. xvij.* Clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret. *hanc autem claritatem filij declarat pater, dicẽs quod sequitur.*

2 Filius meus es tu, &c. *Et hoc expositum est, suprà. ca. j.*

3 Quemadmodum. *Hic consequenter inducit Apostolus aliam autoritatem psal. ad probandum sacerdotiũ Christi esse à Deo, quia est verbum patris ad filium di.*

4 Tu es sacerdos in æternum. *Dicit autem in æternum, ad differentiam ipsius sacerdotij veteris legis, quia illud erat tantum temporale & figurale, sacerdotium autem* Christi *est æternum & verum: quia nos introducit ad claram visionem in vita æterna: quod non porat facere sacerdotium veteris legis. Additur etiam alia differẽtia per hoc quod dicitur.*

De elect. c. qualiter.

5 Secundum ordinem Melchisedech. *Quia sacerdotium veteris legis fuit secundum ordinem Aaronicum seu Leuiticum, sacerdotium autem Christi secundum ordinem superiorem, qui figuraliter tangitur cum dicitur.* Secundum ordinem Melchisedech. *secundum quod inferius diffusè determinat Apostolus, vij. ca. & ibidem plenius exponitur hoc verbum.*

6 Qui in diebus. *Hic consequenter agit de officio pontificatus Christi, primo declarans tempus debitum, di.* Qui in diebus carnis, *id est. passibilitatis, quia ante resurrectionem habuit carnem passibilem, sed non peccabilem: & illud tempus debitum vtendi officio pontificis offerentis pro nobis sacrificium. Secundò modum deuotum offerendi pro nobis sacrificium, &c. cum dicit.*

7 Prece

7 Preces supplicationesque. *Dicit preces, quia apud patrem fecit petiones. Dicit supplicationes quia in orando habuit modum humilem & deuotum.*

8 Ad eum. *id est, ad patrem.*

9 Qui posset eum saluare à morte. *Faciendo quòd non moreretur si vellet, sed tamen noluit propter redemptionem nostram adimplendam, quæ per mortem Christi conuenientissimè impleta est: saluauit eum tamen à morte alio modo scilicet eum à mortuis resuscitando.*

10 Cum clamore valido, &c. offerens. *scilicet corpus suum cum præcibus in cruce. Quòd autem moriens validè clamauerit dicunt euangelistæ, sed quòd ibi lachrymatus fuerit non habetur de euangelio expressè potest tamen haberi per simile, quia Iohan. xj. dicitur, quòd Christus in morte Lazari lachrymatus est ex pietate: & magis probabile est quòd lachrymatus fuerit in cruce pro totius humani generis redemptione. Dicitur etiam Ioh. vl. g. quòd multa fecit Iesus signa quæ non sunt scripta, & ideo cum Apostolus dicat tunc ipsum lachrymatum fuisse, tenendum est hoc tanquam certum, quamuis in euangelio non sit scriptum. Et patet ex prædictis, quòd oblatio & oratio Christi fuit facta humili modo, deuoto, & feruenti: ideo meritò fuit exaudibilis & accepta, & hoc est quod subditur.*

11 Exauditus est pro sua reuerentia. *id est, quia vtendo officio pontificis, scilicet, orando pro populo & offerendo suum sacrificium habuit modum deuotum & reuerentissimum.*

12 Et quidem. *Hic consequenter ostendit, quòd in Christo fuit maxima misericordia, quæ debet esse in pontifice: quia cum esset Deus ab æterno, in qua natura pati non poterat, ex sua pietate & misericordia qua visitauit nos oriens ex alto, assumpsit naturam humanam passibilem, in qua pro nobis pateretur, & ex passionis experientia ad compatiendum nobis quodammodo aptior redderetur, & hoc est quod dicit Apostolus.*

Et qui cum esset filius Dei. *id est, ab æterno existens in natura diuina.*

13 Dicit. *Ex tempore in natura humana.*

14 Ex his quæ passus est, obedientiam. *Sed hoc fuit tantum notitia experimentali, quia in notitia habituali non profecit, sed eam totam ab instanti conceptionis habuit: & quia per suam passionem meruit gloriam sui corporis & exaltationem, & consequenter aliorum*

✠ glorifica-

☞ a *Omnibus obtemperantibus.* Tantum valet passio quòd omnib. sufficit ad salutem, quæ salus bene potest esse per eum, quia ipse *est appellatus, &c.* A

✠ THEOPHYLACTVS Id est, non modo ipse saluus est factus, quin salutem cæteris contulit, nec temporariam aliquam, aut breuem qualis solet in bello afferri periclitantibus, sed æternam. At quibus est, illa allata? Nimirum obtemperantibus. Cur ergo vos increduli estis in tantæ salutis admittendæ discrimen? Videsne quemadmodũ hęc omnis oratio, tam vatiis sit figuris districta? Sed aduerte & orationis huiusce pręstantiam. Ait enim factus est causa, quod vtique diuinitatis est proprium. Nam Deũ pręter, alius nemo esse tantæ salutis causa potest. B

† perfectus redditus

-- in † interpretatu difficilis

a ¶Ad perfectionem ductus, quando in dexteram collocatus est. 1

a est obedientiam, & † cõsummatus factus est omnib. obtem- 2

a ¶Sufficiens. b ¶Gloriæ æternæ. c ¶Qui reariter hoc ostendit, & non mentitur. 3

perantib. sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo ponti- 4

a ¶De qua re, quomodo secundum ordinem Melchisedech & non secundum ordinem Aaron. b ¶Profundus & subtilis est.

fex iuxta ordinẽ Melchisedech. De quo nobis grandis ser- 5 6

a ¶i. non habilis interpretatui. b ¶Ad exponendum vobis. c ¶Non ideo quin ego possem. vel grandis. quoniam imbecil.

b mo, & † ininterpretabilis ad dicendũ: quoniam † imbecilles 7

a ¶Ad intelligendum profunda mysteria. b ¶Imbecilles. c ¶Quia prius annunciatum est vobis. d ¶Quia exercitati in lege & prophetis de Christo. ¶Aliorum.

c facti estis ad audiendũ. Etenim cũm deberetis magistri esse 8

a ¶Quia prius annunciatum est nobis de Christo. b ¶Vt à principio cathezizationis vestræ. c ¶Sicut pueri, quibus prima elementa literarum dantur ad legendum.

d propter tempus, rursum indigetis, vt vos doceamini, quæ 9

a ¶Exordiim sermonum, est symbolum fidei. ¶Ad hoc redacti estis. ¶Humili sermone.

sunt elementa exordij sermonum Dei. Et facti estis quibus 10

✠ ANSELMVS Per exauditionem eius, de signatur resurrectio, per consummationem exaltatio. Vel consummatus est in omni operatione sanctitatis, quando completus omnibus obedientiæ suæ actionibus dixit: Consummatum est. Et emisit spiritum.

Sicque Factus est causa salutis, nõ cuiuslibet sed æternæ: nec paucis, sed omnib. hac tamen conditione vt obtemperent ei. Nõ enim aliter salutem consequi poterunt. Et bene potest ipse causa salutis esse celeris, quoniam *appellatus est à Deo pontifex*, sicut & ipse suis operibus realiter ostendit se hoc esse. Nam quia pontificis officium impleuit, atque patri fuit in omnibus obediens, & in seipso peruenit ad tantam bonorum omnium cõsummationem, vt sufficeret etiam ad aliorum salutem, idcirco *appellatus à Deo est pontifex*, & hoc *iuxta ordinem Melchisedech*, scilicet, vt omnis ordo diuinitatis in eo consideretur, qui considerari potuit in Melchisedech.

✠ THEOPHYLACTVS. Quoniam inquit, passus est ille, & pontifex est nũcupatus, vtpote qui sese in mortem obtulerit. Nec tamen etsi sanguinem obtulit, pro Iudaicis institutis id egit, sed in Melchisedech m[o]rem factus est pontifex, Nam quemadmodũ ille non fuit olei liquore ab homine delibutus, sic nec Christus quidem sed à Deo consubstantiali ipsius spiritu offusus est: vtque & ille rex fuit, ita & iste potitus est regno. C

b In in-

b *In interpretabilis.* Sermo de incarnato filio difficilis est ad interpretandum, quia debiles sensu estis ad intelligendum profunda mysteria. Vel, *Interpretabilis.* Quia hic sunt multa sacramenta exponenda de personæ scilicet dignitate & æternitate, & de ritus & tribus mutatione, & de sacrificij eius & Test. excellentia & nouitate, & de legis atque sacrificiorum illius temporis reprobatione, & de aliis multis. D

c *Etenim cum deberetis.* Interserit increpationem de infirmitate, vt alta de Christo laborent intelligere.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hic humanitatem dicit, sicut enim in literis secularibus primùm elementa discuntur, sic etiam hic primùm de humanitate docebantur. Intueris quæ sit causa, vt humilia loquatur. Sic etiam cum Atheniẽsibus fecit Paulus disputans ac dicens: Tempora quidem ignorantiæ cum dissimulauerit Deus: nunc præcepit hominibus omnibus vbique vt pœniteant, secundùm quod constituit diem, in qua iudicaturus est mundum cum iustitia in viro in quo definiuit, fidem tribuens omnibus exsuscitans eum à mortuis. Propterea si aliquid altum dicit, breuiter hoc dicit, humilia verò plurimis epistolæ locis inspersit, & sic quæ alta sunt, ostendit. Nam quod ita humiliter loquitur, non permittit, vt ista de diuinitate suspicemur, sic & hic cautelam seruauit.

† segnes auribus

d *Quæ sunt elementa exordij.* Exordium sermonum est simplex doctrina. Elementa eius, materia de qua agit vt natiuitas, passio.

Et facti estis quibus lacte opus sit. ✠ BEDA. Cum deberetis tempore ipso esse doctores, iterũ doctrina indigetis quæ sunt elementa sermonum Dei, & facti estis opus hacentes lacte non solido cibo. Omnis enim qui lactet, inexpertus est verborum iustitiæ, infans enim est. Perfectorum autem est solidus cibus eorum qui per habitum exercitatos habent sens ad separandum bonum Hic enim videmus tãquam diffinitum esse quem perfectorum dicat solidum cibum, & hoc esse illud quo sed C rinthios scriptum est Sapientiam loquimur inter perfectos. F

✠ IDEM. Sunt quidam homines qui cum audierunt quia humiles esse debent, dimittunt se nihil nihil volunt discere, putantes quia si aliquid didicerint, superbi erunt, & remanent in solo

☞ lactè

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *glorificationem, ideo sequitur.*

1 Et consummatus factus est omnibus. *Quia in sua resurrectione habuit gloriam consummatam in corpore, quia prius erat perfecta tãtum ex parte animæ.*

2 Factus est omnibus obtemperantibus. *s per veram fidem.*

3 Causa salutis æternæ. *Videmus enim in naturalibus, quòd illud quod est perfectum potest facere alterum sibi simile. Similiter Christus in gloria perfectissimus est aliis causa gloriæ, inquantum Deus per modum principalis effectus, & inquantum homo per modum merentis & instrumenti, coniunct. tamen in vniuersitate suppositi, alij autem sacti se habent ad Deum per modum instrumenti separati, sicut manus artificis, aliter est instrumentum eius, & aliter securis.*

4 Appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. *Ostenso quòd Christus habuit perfectè illa quæ debent esse in pontifice hic consequenter concludit propositum principale, scilicet quòd Christus est appellatus realiter pontifex & verè, di.* Appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melichisedech. *Hoc autem addit, quia sacerpotium Christi non consistit in oblatione brutorum animalium sicut consistebat sacerdotium Leuiticum, sed consistit in oblatione corporis & sanguinis Iesu Christi sub specie panis & vini, sicut Melchisedech qui erat sacerdos Dei altissimi obtulit panem & vinum, vt habetur* Gen. *xiiij. e.*

5 De quo nobis grandis sermo. *Ostenso quòd Christus sit verè pontifex, hic consequenter præparat animos audientium respectu sequentium. Et diuiditur in tres partes: quia primo reddit auditores attentos. secundò dociles in principio se. ca. ibi:* Quapropter. *tertiò beneuolos, ibi:* Et hoc fa. *Circa primum sciendum quod animus auditoris ex-*

ciatur

citatur ad attentionem, quando doctor ei insinuat dicendorum difficultatẽ potest cõtingere dupliciter. Vno modo propter materiæ arduitatem. Alio modo propter audientis imbecillitatem ad capiendum & tarditatem. Vtrunque contingit in proposito, quia materia incarnationis de qua loquebatur Apostolus, est valde ardua & difficilis. Item illi quibus scribebat, scilicet Iudæi erant etiam imbecilles ad capiendum, propter assuefactionem ad contrariũ, & hoc est quod dicit Apostolus: De quo. *scilicet pontifice nostro Iesu Christo est.*

6 Nobis grandis sermo & in interpretabilis ad dicendum. *id est interpretatione indigẽs propter materiæ difficultatem, & iterum alia causa est.*

7 Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. *ad intelligendum, de quo eos reprehendit, di.*

8 Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus. *id est, propter diuturnitatem temporis, hoc autem dicit Apostolus, quia ipsi fuerant instructi à iuuentute in lege & prophetis.*

9 Rursum indigetis vt vos doceamini, quæ sunt elementa exordij sermonum Dei. *In grammatica elementa dicuntur literæ, quas pueri primo addiscunt, ad similitudinem huius dicuntur elementa illa quæ sunt prima & communia in fide quæ quilibet debet scire. Considerandum tamen quod Apostolus non dicit, quod velit eos de talibus instruere, vt in ca. se. patet, sed vt sic loquendo possit eos melius excitare, propter quod etiam subditur.*

10 Et facti. *Sicut enim paruulis datur lac, quod est cibus de facili conuertibilis, & non dantur eis carnes vel pisces vel alius cibus duræ digestionis, ita similiter nouitiis in fide & simplicibus non sunt proponenda difficilia fidei, sed ea tantum quæ possunt de facili capi. propter quod sequitur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A lactè, quos reprehendit scriptura dicens.

Et facti estis opus habētes lactè non solido cibo. sic enim Deus vult nos lacte nutriri, vt non ibi remaneamus, sed crescendo per lac ad solidum cibum perueniamus. Non ergo sic tibi dicitur, humilis esto, vt non sapias. Humilis esto propter superbiam, altus esto propter sapientiam. Audi euidentem sententiam de hac re. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia infantes estote, vt mentib. perfecti sitis. Certe explicatum est fratres mei, vbi nos De⁹ voluit esse humiles, vbi altos: humiles propter cauendam superbiam, altos propter capiendam sapientiam. Lactare vt nutriaris: sic nutrire vt crescas: sic cresce vt panem manduces. Cum enim cæperis panem māducare, ablactaberis, id est, iam non tibi opus erit lacte, sed solido cibo.

† inexpertus rudis | B | † propter consuetudinem

a ¶Ad similitudinem infantium. b ¶Et. c ¶Arcanis Dei. ¶Qui confirmet vos. d ¶Non solido. ¶Cuius pars est lac. ¶Vt paruulus non discernit cibos & perit sumendo noxios, sic indoctus.

a lactè opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est 1

a ¶Quod vos estis. b ¶Qui iustis & perfectis conuenit. c ¶Ideo quia. ¶Vt vos in fide tenelli.

particeps, † expers est sermonis iustitiæ. † Paruulus enim 2 3

a ¶Sensus & opere. b ¶De quo alibi: Sapien. loqui. inter perfect. c ¶Scilicet. d ¶Consueti sunt studio & lectione scripturarum.

est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui 4 5

a ¶Non modo naturaliter acutos. b ¶Intellectus. c ¶Eundo. d ¶Hic est solidus cibus. ¶Inter se vel boni à minus bono, & mali à minus malo.

b †pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretio- 6 7
nem boni ac mali.

a *Omnis enim qui lactis est particeps.* Qui non capit: *verbum caro factum est.* quomodo capiet. *in principio erat verbum?* Omnis de hac re sermo, quo agitur, vt non solum credatur verumetiam intelligatur, sciaturque quod dicitur, onerosus est: facilius illos præmit quam pascit: Ex quo fit, vt spirituales, ista carnalibus non omninò taceant, propter catholicam fidem, quę omnibus prædicanda est. C Nec tamen sic deserat, vt volentes ea perducere ad intelligentiam non capacem, facilius fastidiri faciant in veritate sermonem D quam in sermone percipi veritatem.

Ioh.1.b. Ibidem.a. Primasius Haimo

b *Ad discretionem boni & mali.* Ecce hic ostendit quid sit solidus cibus, scilicet separare bonum à malo: quod perfectorum est qui habent sensus exercitatos. Qui autem inualida & exercitata mente hoc non possunt, perfecto nisi quodā fidei lacte teneantur, vt inuisibilia quæ non vident, & intelligibilia quæ nondum intelligunt credant, facile ad vanas & sacrilegas fabulas promissione scientiæ seducuntur, vt bonum & malum non nisi corporalibus imaginibus cogitent, & ipsum Deum non nisi corpus aliquod esse existiment, & malum nisi substantiam putare non possunt, cum sit potius ab immutabili substantia mutabilium substantiarum quidam defectus: quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis & summa substantia, quæ est Deus. Quod perfecto quisquis non solum credit, verumetiam exercitatus in exterioribus animi sensibus intelligit, percipit, nouit: non est iam metuendum ne seducatur ab eis, qui malum putando esse substantiam, quam non fecit Deus, mutabilem substātiam faciunt ipsum Deum, sicut Manichæi. Vel si quæ aliæ pestes ita desipiunt. F

Aug. tract. 95 in Ioan. | † infans | E | Malū quid

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnis enim qui lactis est. particeps. *i. indigens doctrina facili.*
2 Expers est sermonis iustitiæ. *id est, ineptus ad capiendum difficilia quæ tantum sunt proponenda perfectis. cuius ratio subditur.*
3 Paruulus est enim est. *id est nouellus & impotens ad talia.*
4 Perfectorum autem est solidus cibus. *id est doctrina subtilis in his quæ ad fidem pertinent, est tantum proponenda perfectis, & qui sit tales ostendit consequenter, di.*
5 Eorum qui pro ipsa consuetudine. *in exercitio scripturarum.*
6 Exercitatos habent sensus. *id est, virtutes intellectuales, quæ per sensus aliquando designantur sicut aliquando alicui dicitur, vides tu hoc. i. intelligis, & ad quid valeat tale exercitium subdit, di.*
7 Ad discretionem boni ac mali. *id est, veri & falsi in his quæ sunt fidei: quia verum est bonum intellectus, & falsum est malum ipsius.*

Ad euidentiam maiorem huius partis vltimæ quæritur: Vtrum mysteria & subtilia fidei sint omnibus indifferenter proponenda. Et arguitur primò quòd sic, quia dicitur Matth. vlt. d. Prædicate euangelium omni creaturæ. *sed in euangelio continentur omnia fidei mysteria, ergo, &c. Item credere articulos fidei explicitè est de necessitate salutis, quantum ad omnes: sed non possunt talia credere, nisi eis proponantur: ergo articuli fidei sunt omnibus proponendi: sed articuli fidei continent mysteria & difficilia ergo, &c.*

Contra, per illud quod habetur in textu: Et facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.

Mysteria fidei dupliciter proponuntur.

Respondeo: Mysteria fidei possunt dupliciter proponi. Vno modo vt credenda simpliciter per simplicem assensum. Alio modo proponuntur. vt aliqualiter intelligenda per rationem, prout potest ratio haberi in tali materia. Loquendo igitur de primo modo proponendi, dicendum quòd fidei mysteria non sunt omnibus proponenda, quia non debent proponi infidelibus obstinatis, quia ex hoc non sequitur eorum conuersio, sed tantum fidei derisio, & proponi debet mors siue occisio. & hoc est quod dicit Saluator Matthæi. vij. a. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. *Per sanctum & per margaritas intelligitur hæc doctrina sancta & pretiosa, & per canes porcos intelliguntur obstinati in infidelitate & in immundicia & sed fidelibus & credere volentibus & illis de quib. speratur conuersio, proponenda est fidei doctrina.*

Aduertendum tamen, quòd in doctrina fidei aliqua sunt omnibus communia, quia omnes tenentur illa credere explicitè, sicut est mysterium incarnationis Christi & passionis & resurrectionis & consimilia, quæ communiter prædicantur in ecclesia: & talia sunt omnibus proponenda, etiam simplicibus: non tamen subtiliter, sed per grossa exempla ab eis capibilia, quia aliter daretur eis occasio errandi. Alia sunt in doctrina fidei quæ sequuntur ex articulis fidei, ad quæ credenda explicitè non tenentur simplices, sed tantum illi qui sunt in ecclesia superiores: & talia non sunt simplicibus proponenda, nisi probabiliter timeretur, quòd in talibus essent male informati ab hæreticis. In tali *enim casu sunt de talibus: instruendi, quia perfidia hæresis non tantum contingit in errore circa articulos, sed etiam in errore eorum quæ sequuntur ex articulis, sicut enim hæreticum est dicere, quòd Deus non sit incarnatus, ita hæreticum est dicere, quòd non assumpsit ea quæ sunt de veritate humanæ naturæ, & ideo Manichæus condemnatus est vt hæreticus. qui dixit Dei filium assumpsisse carnem phansasticam: & similiter multi alij qui negauerunt in Christo esse aliqua quæ pertinent ad naturam humanam. Si autem loquamur de secundo modo proponendi ea quæ sunt fidei, sc. inquantum sunt per rationem intelligenda: sic tantummodo proponenda sunt hominibus intelligētibus & exercitatis in scriptura qui possunt capere talia, non autem. simplicib. & capere non potentibus, quia hæc possent eis esse erroris materia. Argumenta patent per prædicta.*

Error Manichæi.

CAP.

ADDITIO I.

In cap. v. vbi dicitur in postil. Et exauditus est pro sua reuerentia.

Hoc quod dicitur: Exauditur pro sua reuerentia. *potest etiam aliter intelligi secundum Glo. scilicet, pro reuerentia passionis cui maxima reuerentia debetur, eo q sine peccato passus est pro sola charitate.*

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in Postil. De quo scilicet, pontifice nostro Iesu Christo.

Hoc quod dicitur hic: De quo grandis sermo nobis & interpretabilis ad dicendum, secundum Glo. referendum est ad sacerdotium Christi scilicet, quomodo secundum ordinem Melchisedech appellatus est sacerdos, vt statim supra dixerat, de hoc enim facit Apostolus grādem sermonē. infra & interpretabilem, s. indigentem interpretaione, non propter materiæ difficultatem: quia illa que iam proposuerat de Christo in principio huius epistolæ, di. Qui cum sit splendor patris, habent maiorem difficultatem, & indigent altiori interpretatione, vt est manifestum, sed hæc materia de sacerdotio Christi non habet in se tantam difficultatem, nisi solum propter imbecillitatem audientium. qui non vacabant discutere intelligentiam eorum quæ de hoc traduntur in scriptura, prout Apostolus declarare intendebat, & hoc est quod subdit. Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum, &c. q. d. Non indigeremus grandi sermone & interpretabili, nisi propter imbecillitatem vestram.

CAP. VI.

A Q*Vapropter.* Duriter eis increpatis, & culpatis eo quod velint semper eadem ipsa discere, iterum blanditur illis se eis connumerando, hortans eos ad perfectionem.

b *Inchoationis.* Quo rudes sunt catechizandi, vt est symbolum fidei, & dominica oratio.

† De pœni. di. 4. c. intermittentes.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quid est initiū? nihil aliud quam hoc. Initium est quum nōdum vita est perfecta. Sicut enim eum qui ad doctrinam litterarum inducitur, elemēta oportet primùm audire: sic & Christianum hęc scire exactè, & nihil dubitare de ipsis. Si autem iterum opus habuerit horum doctrina, necdum fundamentum habet. firmum enim, oportet & fixum esse & stare, & non transferri. Si autem quisquam verbum veritatis audiuit, & B baptizatus est, & post annos decem de fide iterum audire opus habet, quod credere oporteat resurrectionem mortuorum, nondum fundamentum habet, iterum initium christianismi querit. Quod enim fides fundamentum sit, cætera vero superædificationes, aduerte ipsum dicentem: Ego fundamentum posui, alius superædificat.

CAP. VI.

¶Quia perfectorum est solidus cibus. a ¶Alias remittentes. ¶Nos amodo.

a Q† Vapropter † intermittentes in- 1

a ¶Cum iam aliquid sumus. & nondum sumus perfecti. ¶id est, de initio, fide. ¶In quo Christus inchoatur in nobis esse.

b choationis Christi sermonē, ad per- 2

a ¶Secundum intelligentiam & operationem. b ¶Nos docendo, vos audiendo. ¶Quia vestrum portare meū reputo. c ¶Ita. s. ¶Non ita negligenter, vt olim, vel non amplius iacientes. ¶Hæc sunt inchoatio.

c d fectiora feramur. Non rursus iacientes 3

a ¶Id est pœnitentiam quasi lapidem in fundamento. b ¶Quæ est. ¶De. ¶Quia ibi opera priora peccando fecerunt irrita. c ¶Id est peccatis. d ¶Contra hanc fecerunt, qui in lege quærunt iustitiam.

e fundamentum pænitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad

f a ¶Si scirent omnia in baptismo dimitti, & per impositionem manuum spiritum dari lex superflueret: nec præter ipsum aliquid quærerent, si scirent per eum resurrecturos mortuos & iudicandos. ¶In confirmatione.

Deū, baptismatum doctrinę, impositionis quoque manuū,

a ¶id est, ad perfectionem feremur per. b ¶Vel faciemus.

g ac resurrectionis mortuorū, & iudicij æterni. Et hoc facie- 4

1.Cor.3.

✠ THEOPHYLACTVS. Quia haud quaquam necesse est, vt circa initia ipsa semper versemini, id est de fide semper instruamini, tanquam ad eum nuper inducti: sed ad perfectionis fastigium perducamini: & ad optimum viuendi ritum.

c *Ad perfectiora feramur.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quid est ad perfectionem feramur? Ad ipsum, inquit transeamus cacumen, hoc est, vitam optimam habeamus. Sicut enim in elementis vniuersum apex primus, hoc est alpha, & fundamentum ędificium totum continet: sic & vitæ munditiam certa fidei persuasio. Sine ista enim non potest esse christianus, sicut nec sine fundamēto ędificium, neque sine elementis peritus litterarum fieri potest.

d *Non rursus.* id est, non vt olim, vt sicut prius ceciderunt, iterum credant. Vel non rursus iacientes, ita modo iaciamus, vt amplius iacere non sit opus.

Fundamentum fidei sextuplex.

e *Fundamentum.* Quod prius dixit sermonem inchoationis, hîc appellat fundamentum, eò quòd ad Christianam religionem venientibus prius proponitur, & super hoc quod perfectionis est ędificetur. Hoc fundamentum diuidit in sex, quæ sunt inchoatio. scilicet pœnitentia, fides, baptismatum doctrina, impositio manuum, resurrectio, atque iudicium. Quicunque aliquos ad fidem C conuertit, prius facit pœnitere, in Deum credere, baptizari in remissionem, confirmari per impositionem, resurrectionem, & D diem iudicii prestolari.

f *Ab operibus mortuis.* ✠ AVGVSTINVS. Quid est autem à mortuis operibus pœnitentia? nisi ab his quæ oportet mortificari vt viuamus.

Lib. de fide & operib. c.11.

Mortua opera dicit peccata quæ occidūt. Vel priora bona quæ per sequens malum mortua erāt. Pœnitere ab his est fundamentum iacere sine quo nihil ædificabitur. Quid est autem à mortuis operibus pœnitere, nisi ab his quę oportet mortificari, vt viuamus? Feramur ad perfectionem iacientes fundamentum pęnitentiæ ab operibus mortuis & fundamentum fidei quæ sit ad Deum, vt omnes partes fidei habeat, & non aliunde putet iustitiam esse. Fundamentum etiam doctrinæ baptismatum pluraliter, quia est baptismus in aqua, in pœnitentia, & in sanguine: quia sic mundatur homo à peccatis per pęnitentiam vel sanguinis effusionem, sicut per lauacrum baptismi. E Vnum tamen dicitur baptisma, quia vna forma, nec iterari potest. Vna ibi est trium personarum operatio. Non ergo ideo dicitur baptismus fieri in pęnitentia & in sanguine, quod sacramentum baptismi celebretur, vt in aqua accedente verbo: sed quia vicem baptismi supplet effusio sanguinis pro nomine Christi. Et etiam fides & pęnitentia, ibi duntaxat vbi articulus necessitatis contemptus religionis sacramentum baptismi excludit. Ideoque sic intelligendum est illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnum cœlorum, id est, qui non fuerit regeneratus ea regeneratione qua renascuntur illi, qui renascuntur ex aqua & spiritusancto, non saluabitur. Ea verò renascuntur homines diuersis modis, alij per pęnitentiam, alij per effusionem sanguinis, alij per baptismum: Ideo pluraliter dixit baptismatum. Fundamentum etiam impositionis ma. quia nisi quis credat, quod per manus impositionem detur spiritus ad remissionem & corroborationem, non est fundatus. Fundamentum etiam resurrectionis mortuorū, quod nisi quis credat quia resurrectio Christi facit resurrectionem mortuorum, non habet super quod ædificet. Fundamentum etiam iudicij æterni, quia quidquid ibi statuetur, in æternum durabit: quod iudicium qui non credit, nō habet fundamentum. Hæc omnia nisi in fundamento præcesserint, nemo potest bene operari. Et quia hæc omnia illis necessaria sunt dicit, iacientes hæc omnia sicut lapis in fundamento iacitur.

Primasius. Haymo | † omisso qui in Christo rudes inchoat, sermone Baptismus triplex. | Iohan.3.a.

g *Et hoc faciemus.* ✠ AMBROSIVS. Non potest enim sine fauore Dei aliquis esse perfectus.

Libr.1. de pœn.c.2. F

Impossibile

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

QVapropter. *In parte cap. 6. immediatè præcedēti Apostolus reddit auditores attentos, ostendendo dicendorū difficultatem, Hic consequenter reddit eos dociles, ostendendo eorum ordinem, quia ostendit quæ sunt dimittenda & quæ prosequenda. Illi enim quibus scribebat erant exercitati in scripturis. & ideo dicit quod intendit dimittere ea quæ solent dici nouitiis, sed intendit prosequi ea quæ solent dici perfectis, & hoc est quod dicitur.* Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem. *supple, facilia à quibus incipit fidei doctrina.*

2 Ad perfectiora feramur *id est, ad doctrinam perfectorum. & quæ sint illa quæ intendit dimittere breuiter tangit, & sunt sex. Primum, est pænitentia à peccatis præteritis. sicut enim in motu naturali prior est recessus à termino à quo, quàm accessus ad terminū ad quem: ita in processu gratiæ quæ perficit naturam, primum est pænitentiæ sacramentum, quod est quædam regressus à peccatis. & hoc tangitur cum dicitur:*

3 Non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. *id est, peccatis quæ sunt opera mortua. dicitur autem pænitentia fundamentum: quia est illud quod est primum in processu gratiæ, vt dictum est. sicut fundamentum est illud quod est primum in ædificatione. Secundum quod est dimittendum est fides simplicium, per quam fit accessus ad Deum, secundum quod dicitur infra xj. c.* Accedentē ad Deum oportet credere, quia est &c. *& hoc tangitur ibi:* Et fidei. *Tertium est baptisma, quod est quædam spiritualis generatio. & hoc tangitur ibi.* Baptismatum doctrinæ. *& dicit in plurali, quia triplex est baptisma, scilicet fluminis, flaminis, & sanguinis. verumtamen habent tantum virtutem vnius baptismi. & ideo dicit Apostolus ad Eph. iiij. b.* Vna fides, vnum baptisma. *Quartum est sacramentum confirmationis, in quo datur spiritussanctus ad robur, sicut in baptismo datur ad consequendum esse spirituale. & hoc notatur ibi:* Impositionis quoque manuum. *Quintum & sextum pertinent ad terminum spiritualis processus. expectamus enim resurrectionem corporum futuram, quia hoc amoto inanis esset fides nostra, vt dicitur. j. ad Cor. xv. & hoc tangitur ibi:* Ac resurrectionis mortuorum, *quæ est quintum. Expectamus etiam remunerationem nobis fiendam in iudicio extremo. & hoc est sextum. quod notatur ibi:* Et iudicij æterni. *dicitur autem iudicium æternum, quia sententia ibi data in æternum durabit. ista sex prædicta non intendit Apostolus prosequi modo, quia sunt quædam fidei rudimenta, de quibus fidei nouitij sunt instruendi, & de talibus instruebantur in primitiua ecclesia, vt patet Act. xvij. & in pluribus aliis locis.*

4 Et hoc fa. *Hîc consequenter Apostolus reddit auditores beneuolos ad ostēdendū eis suæ doctrinæ possibilitatem & vtilitatē. Et diuiditur* in tres

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Impoſſibile.* Ne quis verò exiſtimet ſecundum vel tertium baptiſma poſt peccata poſſe fieri.ſubdit:*Impoßibile.*Non tamen difficile,ne quis in hoc confideret.

b *Eos qui.* id eſt, etiam eos qui hæc bona habuerunt. Nedum penitus malos.

c *Renouari.* per baptiſmum,cuius virtus in cruce Chriſti conſtat.vnde:

d *Rurſum crucifigentes.* Quia in baptiſmo ſumus cōformes morti eius & ſepulturæ. Qui putat ſecūdò baptizari, ſecundò Chriſtum quantum ad ſe crucifigit, quod eſt eū habere oſtentui & deriſioni, vt ſemel mortuus eſt. ita nos in baptiſmo ſemel morimur peccatis, non ſecundò vel tertiò. *Renouari rurſus ad pœnitentiam.* ✠ AMBROSIVS. Impoſſibile eſt renouari ad pœniteutiam per baptiſmum, hoc eſt rebaptizari, quia hoc eſſet iterum crucifigere Chriſtum, non in carne ſua, ſed in carne baptizati. Etenim quia de remittenda prædicauit pænitentia, debuit, & de his qui iterandum putant baptiſmum non ſilere, & prius ſollicitudinem nobis auferri oportuit, vt ſciremus etiam poſt baptiſmum, ſi qui peccarent donare eis poſſe peccatum ne ſpe venie deſtitutos iterandi baptiſmatis opinio viua peruerteret.

(Secūdò baptizari prohibitum. Reiteratio baptiſmi.)

(Libr. 2. de pœnit.ca.1.)

✠ CHRYSOSTOMVS Duobus modis hanc cauſam impoſſibilem eſſe dixit, & fortiorem modum poſtremo poſuit. Vno quidem modo, quia non eſt dignus, qui cum talibus dignus factus ſit, & cuncta perdidit, quæ ſibi donata fuerant, iterum renouari: & quia poſſibile non eſt eum iterum crucifigi, hoc enim eſt oſtentui habere Chriſtum: non eſt igitur ſecunda lauatio:nam ſi eſt, eſt & tertia, eſt & quarta Prima namque à ſecunda diſſoluitur, & hoc ſemper ab altera, & hoc in infinitum procedat neceſſe eſt. *& guſtauerunt* (inquit) *bonum Dei verbum.* Et non aperit quid ſit hoc. *Virtutes etiam futuri ſeculi.* Viuere quippe ſicut angeli, & nullius egere eorum quæ in iſta vita ſunt, ſcire quoniam futuri ſeculi fructuum prouiſio nobis efficitur, per ſpiritum ſanctum hæc dicere conceditur: & inde abdita illa ingredi. Quæ ſunt virtutes futuri ſeculi? Vita æterna, angelica conuerſatio.Horū quippe iam pignus accepimus per fidem à ſpiritu. Dic igitur mihi, ſi in regnum cuiuſdam regis introducto,cuncta tibi quæ ibi ſunt crederentur, deinde proderes omnia, crederentur tibi interim. Negat hic Apoſtolus reiterationem baptiſmi, ſed non excludit pœnitentiam. Renouari enim eſt nouum fieri. Nouum autem facere lauacri eſt. vnde : *Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua.* hoc fit in baptiſmo.Et eſt ſenſus : Impoſſibile eſt eos, qui hoc ſemel acceperunt rurſus renouari, id eſt, rebaptizari motos ad pænitentiam, illos dico ſi rebaptizantur: rurſus crucifigentes filium Dei, & habentes irriſioni, quantum ad ſe. Non enim in re,crucifigunt, ſed ſimiles ſunt irriſoribus & crucifixoribus: quia vna mors Chriſti, vnum baptiſma conſecrauit, quod ſufficit contra omnia peccata etiam ſequentia. Si pœnitentia de eis agatur, ſicut illa vna mors, ſufficit ad omnia peccata tollenda Qui verò iterat baptiſmum, quaſi illa vna mors, & vnum ex ea baptiſmum non ſufficiat, iterat & mortem, vt ex ea iterata fiat iterata remiſſio. Vel in ſe crucifigunt filium Dei & contumeliæ habent, qui gratiam eius vilipendentes in peccatis iacent. Et eſt ratio cur non debeant relicta fide prima in peccata cadere. Non enim vltra poſſunt rebaptizari in remiſſionem peccatorum. Impoſſibile eſt enim rebaptizari, quia tantum bibere imbrem, id eſt,Chriſti doctrinam poſſunt, qua per pænitentiam fructificent. & hoc eſt:*Terra enim ſæpe.*

(† De pœ.di. 2 c.ſi enim §. nos autem) (Chryſoſto. † ab integro) († ludibrio Pſal 102.a. Primaſius. Haymo.)

a ¶ id eſt, ſi in hac vita ſpacium pœnitentiæ dederit : nam in alia impoſſibile eſt per pœnitentiam renouari. ¶ Hæc fundamenta iaciemus, vt non rurſum oportet iaci fundamentum.

mus: ſi quidem permiſerit Deus. † Impoſſibile eſt enim, 1

a ¶ Per fidem baptiſmum,& ſpiritumſanctum. b ¶ Per ipſam fidem, quaſi ſuauem & iucundem guſtum. c ¶ Remiſsionem peccatorum in baptiſmo.

eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum 2

a ¶ Qui etiam partici. b ¶ Habentes genera linguarum,& alia dona.

cæleſte, et participes facti ſunt ſpirituſſancti, guſtauerunt 3

a ¶ Quam nos vel nihilominus, quam facti ſunt participes ſpirituſſancti. b ¶ Iucundum. 4
c ¶ Diuinitatem Chriſti,vel angelicam doctrinam. d ¶ Impaſsibilitatem, & immortalitatem,quam non prælibauerunt.

nihilominus bonum Dei verbū, virtuteſque venturi ſeculi, 5

a ¶ Poſt hæc omnia. b ¶ Grauiter. c ¶ Iuſticia recuperata. d ¶ Quod hic licet. non ibi. e ¶ Per. f ¶ Vt rebaptizentur poſt pœnitentiam.

et prolapſi ſunt: renouari rurſus ad pœnitentiam:† rurſum 6

d ¶ Quia non poſſunt efficere, vt iterum ſibi valeat crucifixio Chriſti. ſibi enim fieret crucifixio Chriſti, ſi 7
carnem ſuam crucifigerent cum vitiis & concupiſcentiis : quod hic licet. a ¶ Neque poſſunt habere 8
Chriſtum oſtentioni vt eum imitentur in nouitate vitæ.

crucifigentes ſibimetipſis filiū Dei, & † oſtentui habentes. 9

☞ Sæpe

NICOLAVS DE LYRA.

*in tres: quia primò proponit in generali, quod ſua doctrina eſt conueniens & poßibilis. ſecundò oſtendit in ſpeciali quibus impoßibilis eſt, ibi:*Impoſſibile eſt enim. *tertio quibus eſt poſſibilis, ibi :* Confidimus autem. *Circa primum ſciendum, quod Apoſtolus in principio huius ca. dixit ſe velle inſtruere illos quibus ſcribebat de his quæ pertinent ad perfectionem doctrinæ Chriſti, & quamuis illud ſit difficile, tamen hoc eſt bene poßibile cum adiutorio Dei. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus:* Et hoc faciemus ſiquidem permiſerit Deus. *id eſt, adiuuerit. minus enim dicit & plus ſignat.*

1 Impoſſibile eſt enim. *Hic oſtendit quibus ſua doctrina eſt impoſſibilis. Et diuiditur in duas partes, quia primò oſtendit propoſitum. ſecundò ad hoc inducit exemplum, ibi:* Terra enim. *Dicit igitur quod ſua doctrina eſt inutilis illis qui poſt multa beneficia diuina recepta per ingratitudinem labuntur de peccato in peccatum : quia de ſe reſurgere non poſſunt, & iuſte à Deo permittuntur depreſſi onere peccatorum. talibus enim ſic in peccato profundatis, & per conſequens quodammodo obſtinatis, ſecundum quod ſcribitur Prouerb. xviij.a.* Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit: *inutilis eſt doctrina Apoſtoli, quia non recipiunt humanam perſuaſionem. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus:* Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, *recipientes baptiſmi ſacramentum quod dicitur ſacramentum fidei, quia illuminat per fidem. Et bene ſemel dicitur: quia hoc ſacramentum non poteſt adhiberi homini, niſi ſemel, cum non ſit iterabile.*

2 Guſtauerunt etiam donum cæleſte. *quia in ſacramento baptiſmi confertur gratia quæ de cælo datur.*

3 Et participes facti ſunt ſpirituſſancti. *Quia varia dona ſpirituſſancti dantur cum gratia, quæ quidem dona fuerunt in Chriſto perfectè, vt habetur Iſa. xj. Et in nobis ſunt participatiuè.*

4 Guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum. *Quia à Chriſto recepimus non ſolum donorum ſpirituſſancti largitionem, ſed etiam ſpiritualem nutritionem per ſuam doctrinam.* Non enim in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. *Matth. iiij.a.*

5 Virtuteſque venturi ſeculi. *Virtutes iſtæ ſunt dotes animæ & corporis. dotes animæ, ſunt aperta Dei viſio, firma intentio, continua fruitio, quæ habentur in patria perfectè : ſed hic à viris perfectis habentur inchoatiuè, ſcilicet in ſpe & charitate. quibus ſuccedunt illæ dotes. habentur etiam aliquando ex ſpeciali gratia in quadam diuinæ dulcedinis experientia, quæ conceditur aliquando viris ſanctis in via. dotes vero corporis non habentur hic, niſi in ſpe. & quia magna ingratitudo eſt, poſt tanta beneficia diuina cadere à fide & gratia : ideo ſequitur:*

6 Et prolapſi ſunt. *ſcilicet illi qui prædicta perceperunt.*

7 Renouari rurſus ad pœnitentiam. *eſt impoſſibile. ad hoc enim refertur illud impoßibile : quod tamen hic accipitur pro difficili. ſicut dicimus de Claudo, quod non poteſt ambulare, quia male & difficile ambulat. ſic prædicti cadentes de difficili reſurgunt, non tamen eſt impoßibile ſimpliciter quandiu ſunt in via. Sequitur:*

8 Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei. *quia quantum eſt in ipſis, reiterant cauſam ſuæ crucifixionis.*

9 Et oſtentui habentes. *Quia per hoc videntur irridere mortem Chriſti quaſi pro modico eam habentes. Aliter exponitur illa litera ab aliquibus ab illo loco:* Et prolapſi ſunt. *& dicunt, quod Apoſtolus remouet hic errorem quorundam, qui de Iudaiſmo erant conuerſi ad fidem catholicam. & ideo ſi ut apud Iudæos ablutiones & baptiſmata frequenter fiebant, ſicut patet ex euangelio in pluribus locis, ita opinabantur baptiſma Chriſti pluries poſſe reiterari circa eundem hominem ad delenda eius peccata. ſed hoc remouet Apoſtolus, di. Impoßibile enim eſt eos qui ſemel illuminati ſunt per baptiſmum qui eſt fidei ſacramentum, rurſum renouari ad pænitentiam ſi lapſi fuerint: quia per pænitentiam ſequentem non poſſunt redire ad renouationem baptiſmalem, quia baptiſmus eſt* lauacrum regenerationis & renouationis, *vt habetur ad Titum. iij. Et ideo non dicit Apoſtolus quod ſit impoßibile pœnitere, ſed renouari modo prædicto, quia ſacramentū baptiſmi nō eſt iterabile. Sequitur.* Rurſū crucifi. ſibimetipſis fi. Dei.

✠ In ba-

A a *Sæpe ve.* Quia ſi rara, non ſufficit: ſi aſſidua, vileſcit.

b *Imbrem.* Doctrinam ſanctam rorem cælorum, quem ſitienti terræ pluunt cæli, id eſt, prædicatores verbi veritatis.

(Tractat. in pſal. 88.) ✠ AVGVST. Et germinet excipiens pluuiam germina bona opera bona, nec pro bona pluuia det ſpinas, & pro horreo expectet ignē. Reliquum enim erit: vt ſi ſemen quod ſpargitur in cordibus noſtris, non abſtulerint aues, nec ſpinæ præfocauerint, nec æſtus exuſſerit, accedente pluuia hortatio num quotidianarum & cogitationibus veſtris bonis, quibus hoc agitur in corde, quod agitur in agro raſtris, gleba frangatur, & ſemen operatur, & germinare poſſit, afferat & fructum, ad quem gaudeat, & lętetur agricola. Si autem pro ſemine bono, & pro pluuia bona, nō fructum de ſpinis attulerimus, nec B ſemē accuſabitur, nec pluuia erit in crimine, ſed ſpinis ignis debitus præparatur.

(† De pœn. di. 2. c. ſi enim §. nos autem)

a ¶ In alia vita impoſsibile eſt renouari, quia hic tantum vbi bibit imbrem. ¶ Vel dixerat ſeramur ad perfectionem, ſubdens:& hoc faciemus:nunc addit:& iuſtum eſt:quia Terra, id eſt, mens auditorum. ¶ Proficiens. anima. ¶ A Deo. b ¶ Ad ſimilitudinem aridæ terræ.

a Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & ge- 1

b ¶ Doctrinam. a ¶ FIdem & bona opera. b ¶ Congruam. c ¶ Qui inde glorificabuntur. vel ſecundum illud. Et fecerunt fructum natiuitatis. ¶ Non ſolum facientibus, ſed prædicatoribus illorum. d ¶ Aliter non generaret.

c nerans herbam oportunam illis à quibus colitur, accipit be

d a ¶ Hic argumentum virtutum, in futuro præmium. b ¶ Et terra. ¶ In apertum vt videantur. c ¶ Peccata quæ pungunt. d ¶ Grauiora quæ acutius. ¶ A Deo.

nedictionem à Deo: proferens autem ſpinas ac tribulos, re-

a ¶ Damnationi. b ¶ Nondum incidit in maledictionem ſed proxima eſt, & adhuc licet reuerti c ¶ Finis, ſi perſeuerat. ¶ Erit.

proba eſt, & maledicto proxima, cuius † conſummatio in 2

a ¶ Æterni incendij. ¶ Duriter increpaui: ſed Confi. b ¶ Quia talis affectionis eſtis.

e combuſtionem.† Confidimus autem de vobis dilectiſsimi 3

a ¶ Quam combuſtionem. b ¶ Quam ſint ſpinæ & tribuli. c ¶ Ideo de vobis confidimus, quia olim multa operati eſtis, pro quibus ſi pœnitemini de malis, bene faciet vobis Deus. ¶ Dure terrendo, increpando.

meliora & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur. † Non 4

a ¶ Scilicet ex qua opera illa bona feciſtis. 5

f enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & † dile- 6

a ¶ Ad honorem Dei. b ¶ Hoc eſt opus. 8 7

g ctionis, quā oſtenditis in nomine ipſius qui miniſtraſtis ſan

¶ Adhuc.

a ¶ Q. per præterita vos laudo, de futuro autem vobis bona cupio. b ¶ Vt nec vnus deſit. 9

h ctis, & miniſtratis. Cupimus autē vnumquenque veſtrum 10

(in c. 50. Eſa.) ✠ CHRYSOSTOMVS. Semper bibimus, ſemper audimus, ſed confeſtim humorem amittimus ſole exorto propter hoc ſpinas proferimus.

✠ HIERON. Significat Paulus populi Iudaici vaſtitatē : quia Romanis traditi ſunt, & captiuitates iugum hucuſque ſuſtinent. de manu enim Chriſti hęc facta ſunt omnia, & in mœrore, ac doloribus dormitant, quia nec beneficiis, nec tormentis Dei filium recipere voluerunt. vnde loquitur ad eos Ite in ignem æternum, quem præparauit Deus diabolo, & angelis eius. Quod & Apoſtolus ait. 1. Theſſal. 2. *Peruenit ira Dei ſuper eos in finem.* (Matth. 25.)

c *Generans herbam.* Significat illos ſæpe bibiſſe per legem & prophetas verbum cæleſtis doctrinæ, & nec ſic prompti fuerunt germina fidei proferre.

d *A quibus colitur.* Cultores terræ qui vomere ſpirituali arbuſta conſcindunt, & falce verbi Dei noxia præcidunt. Vel illis à quibus colitur, id eſt, ipſis eiſdem qui ſe colūt in bonis operibus, imitari ſcilicet maiores, ſecundum illud: *Et fecerunt fructum natiuitatis,* quia patres ſuos, qui eos in fide genuerunt imitantur. (Pſal. 106. d.)

(Chryſoſt.) C e *Confidimus.* Non dicimus putando vos tales, ſed timendo ne ſitis tales. Terreo verbis, ne ipſa doleatis re. *Confidimus.* Quia de præſenti non habet, vnde laudet de ſpe futurorum attollit, ad quæ D per præterita allicit, & recreat animos eorum & confortat, antiqua eis in mente reuocans, & facit eos exiſtimare Deum nō oblitum bonorum quæ fecerunt. Sicut enim priora bona per ſequentia mala mortua fuerant & irrita facta, ita ipſa eadem per pœnitentiam & alia bona ſequentia reuiuiſcent.

f *Operis.* Magna illis teſtificatus eſt. Tria autem bona commēdat in eis, ſcilicet quod omnia ſua fecerunt communia ſanctis. Ecce opus. & hoc ex dilectione quæ informat actiones: Ecce alacritas. & hoc ad gloriam Dei: ecce pura & recta intentio.

(† exit. huc tendit, vt exuratur.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Papè quomodo recreauit animas eorum, & confortauit: antiqua eis in mentem reuocans, & eò inducens, vt neceſſario nequeant cogitare, apud Deum ſe in obliuionem veniſſe *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur* E *operis veſtri.* Neceſſe eſt enim peccare illum, cui non ſatisfactum eſt de ſpe, deumque iniuſtitiæ arguere. Proinde coēgit eos omnibus modis, expectare illa futura. Eum enim qui deſperat à præſentibus & renuntiat, ex futuris confortare quis poterit?

(† De pœn. di. 2. c. non eſt.) († laboris ex charitate ſuſcepti)

✠ ANSELMVS. Reuera enim grandis eſſet iniuſtitia Dei, ſi tantum peccata puniret, & bona opera non ſuſciperet.

g *Qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis.* ✠ ANSELMVS. His verbis patet, quia ſuperior increpatio, & preſens conſolatio, non ad perfectos diriguntur, qui reliquerant omnia, & habebant cor vnum, & animam vnam, ſed ad cæteros qui ſecularia relinquere noluere, & negligenter ac remiſsè vixere. Quos Apoſtolus per pauca bona quæ fecēre, allicit, & recreat animos eorum, atque confortat. *Vos quidem miniſtraſtis, & miniſtratis,* ſed tamen nolumus vt ab hac adhuc miniſtratione ceſſetis, quaſi iam ſufficiat quod hactenus egiſtis, ſed cupimus, vt vſque in finem in hac actione perſeueretis.

h *Cupimus.* Multam dilectionem erga illos oſtendit, & eandem circa ſingulos curam demonſtrat, & maiorum enim & minorum ſimiliter curam gerit, & omnes diligit. F

☞ Promiſ-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *In baptiſmo enim configuramur morti & ſepulturæ Chriſti, vt habetur Rom. vj. a.* Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum &c. *& per conſequens dicentes baptiſmum reiterari, dicunt quodammodo mortem Chriſti iterabilem, & ſic derident eam. propter quod ſequitur :* Et oſten. ha. *Licet autem hæc expoſitio ſit ſubtilis : prima tamen magis videtur concordare literæ.*

1 Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem *Quia in parte præcedenti dixit, quod illi qui propter ingratitudinem diuinorum beneficiorum labuntur in peccatum, quodammodo ſunt impoſſibiles ad reſurgendum : ideo hic conſequenter inducit ad hoc quoddam exemplum : Terra quæ multo labore culta eſt & irrigata, ſi ſaciat fructus bonos, benedicitur. ſi autem ſpinas & tribulos, maledicitur magis quam ſi non fuiſſet ita diligenter exculta. Sic & in propoſito de homine diuina beneficia recipiente. & ideo in fine concluditur.*

2 Cuius conſummatio in combuſtionem. *Quia tales ingrati finaliter deducuntur ad gehennam alia litera patet ex dictis:*

3 Confidimus autem de vobis. *Hic conſequenter oſtendit Apoſtolus quibus ſua doctrina ſit conueniens & vtilis. Et diuiditur in duas : quia primò proponit intentum. ſecundò propoſitum probat, ibi.* Non enim iniuſtus. *Circa primum ſciendum, quod ex prædictis verbis apoſtoli poſſent illi quibus ſcribebat opinari, quod ipſi eſſent tales, prout immediatè prædixerat, & per conſequens doctrina eius inutilis eſſet. & ideo Apoſtolus hoc remouet, di.* Confidimus autem de vobis dilectiſſimi. *Et per conſequens reputabat eos eſſe aptos ad capiendum perfectionem doctrinæ Chriſti. propter quod ſubdit:* (Diuiſio.)

4 Meliora & viciniora ſaluti. *ſcilicet confidimus de vobis.*

5 Tametſi ita loquimur. *quaſi dicat non loquutus ſum in præcedentibus, eo quod tales ſitis, ſcilicet ingrati & ad doctrinam Chriſti inepti : ſed ad cautelam futurorum ne efficiamini tales per caſum.*

6 Non enim iniuſtus Deus. *Hic probat propoſitum, primò ex eorum conuerſatione. & ſecundo ex Abrahæ promiſſione, ibi :* Abrahæ namque. *In prima igitur parte dicit ſic : Rationabiliter dixi, quod confidimus meliora de vobis, cuius cauſam ſubdit, dicitur.* Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri. *id eſt, ſanctæ conuerſationis veſtræ.*

7 Et dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius. *Et quæ ſit iſta dilectio oſtendit ex facto, dicitur.*

8 Qui miniſtraſtis ſanctis. *id eſt Chriſti fidelibus neceſſaria præbendo.*

9 Et miniſtratis. *Opus charitatis continuando & quia virtus laudata creſcit, ideo poſt commendationem hortatur eos ad virtutis continuationem & augmentationem, dicens:*

10 Cupimus autem vnumquenque veſtrum eandem oſtentare ſollicitudinem. *id eſt, monſtrare per effectum euidentem.*

✠ Ad exple

Universidad de Deusto
Biblioteca

✠ Chrysostomvs Dicendo, Cupimus vnumquemque vestrum, hoc est, veluti si quisquam dicat: volo te studere semper, & qualis fuisti primum, talem esse, & nunc, & in futurum. Hoc enim redargutionem eius & faciliorem, & tolerabiliorem reddit. Et non dixit volo, quod est authoritatis doctrinæ, sed quod erat paternæ dilectionis, amplius quam velle, Cupimus, inquit tantum, non dicens, ignoscite etiamsi graue quid loquamur. Cupimus vnumquenque vestrũ idem studium ostendere vsque ad finem, & plenam certitudinem spei. Spes, inquit, sustinet, ipsa est quæ recreat ne dissoluamini, ne desperetis, & superflua sit vestra spes, Qui enim bona operatur, & bona sperat, & nunquã desperat de seipso.

a *Vt non segnes efficiamini.* ✠ Theophylactvs. Vel id quidem subiungit, vt vos consoletur. Nam & in futurum rem ipsam producit. Dixerat namque superius quandoquidem torpidi estis effecti, sed auditu. Ibi quidem solis auribus torpedinem terminat, nunc verò prospicio inquit, quominus ad animum hæc pertingat segnities. Nam quemadmodum corpori otium & exercitatio officit, sic animo bonorum operum obest neglectus, & homines reddit somnolentiores, & torpidos.

b *Promissiones.* ✠ Theophylactvs. Commemorat quę antehac optimè peregissent, & ex eorum rectè factis profert nunc argumenta, & ad pristinum statum traducit. Verum ne forsan existiment se planè indignos, quorum haberi ratio debeat, eoque destitutos fuisse à Deo ostendit tentationibus vitos eò acrius diuexari, quo magis animi magnitudine polleant, & Deum ipsum magnis & præstantibus viris sic vti solere. Aduerte autem, quemadmodum prius fidem posuerit, deinceps, & patientiam subdat, Ex fide namque & patientia oritur. nisi enim quis prius crediderit, daturum Deum quod ante promiserat, nil patienter moram hanc tolerabit.

Sciebat placere Iudæis promissiones patrum memorari, vnde modo his laudibus extollit quos supra exemplo obduratorum terruit. In hoc autem Abraham maximè elegit, cuius filij erunt si credunt.

c *Abrahæ namque promittens Deus.* Tria dicit, quod promissio facta, & per iuramentum firmata, & in Abraham iam impleta.

✠ Oecvmenivs. Cũ igitur vides Christum dicentẽ, Amen, Amen dico tibi, intellige quod cum per nullum maiorem iurare possit, iurat. Amẽ: non quin etiam filius nunc iuret ipsi Abrahæ. Verbum enim *iurat.*

✠ Anselmvs. exponit, promissiones quas hæreditabunt, qui fidem, & patientiam seruant, illas scilicet, quas Deus fecit Abrahæ. In quibus non relinquitur nobis locus dubitationis, quando eas Abrahæ promisit, & iurauit, & etiam omnibus imitatoribus eius in fide & patientia. Quasi dicat Inde potestis videre quoniam qui fidem & patientiam habent promissiones hæreditabunt, quia Abraham, qui primus eas audire cæpit, sic adeptus est eas.

✠ Avgvstinvs. Cum iuras per cœlum aut terram, non te arbitreris non debere domino iusiurandum tuum: quia per eum iurare conuincetis, cuius cœlum thronus est, & terra scabellum est.

✠ Idem. Non vobis dicimus nos non iurare, si enim hoc dicimus, mentimur: quantum ad me pertinet iuro, sed quantum mihi videtur magna necessitate compulsus, cum videro non mihi cedi, nisi faciam, & ei qui mihi non credideris, non expedire, quod non credat. Hac perpensa ratione & consideratione libratà, cum magno timore dico, Coram Deo, aut, Testis est Deus. aut scit Christus.

d *Nisi benedicens benedicam tibi.* Aposiopesis est hîc, id est, defectio. Q. Si hoc non fecero, non mihi credatur de aliquo.

In quo

Lib. 1. de sermo. domini in monte.

Sermo. 28. de Paulus Apostoli.

Gen. 22. c.

a *In quo abundantius volens.* Q. Si autem homini qui mendax est, per iuramentum creditur, quantò magis Deo credendum est, qui mentiri non potest.

Lib. 1. officia c. 36. b *Fortissimum solatium habeamus.* ✠ Ambrosivs. Est ergo fortis, qui se in dolore aliquando consolatur, Et reuera iure ea fortitudo vocatur, quando vnusquisque seipsum vincit, iram cõtinet, nullis illecebris emollitur, atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi venti quadam variarum rerum Circumfertur mutatione.

c *Confugimus.* Fugit ad spem qui spe beatitudinis tribulationes spernit.

d *Quam sicut.* Sicut ancora nauẽ, sic spes animam tenet, ne mergatur in salo huius mundi, consentiendo iniquitati. Et firmam, ne saltem tibuet.

ex tract. in psal. 54. ✠ Avgvst. Iacta in Deum curam tuam, & ipse te enutriet. Et vide quia portus excipit. Et non dabit in æternum fluctuationem iusto. Videns fluctuare in mari iusto, sed excipit te portus. Tu autem antequam intres in portum, ab anchora noli obrumpi. fluctuat nauis ab anchoris, sed non longe à terra proijcitur: nec in æternum fluctuibat, etsi ad tempus fluctuat. Anchora spes eius est, non dabit in æternum fluctuationem iusto.

c *Præcursor.* ad hoc enim præcurrit, vt nos sequamur. Qui bene dicitur cursor, quia multa culpa eum impediuit, secundum illud: *Exultauit vt gigas ad currẽdũ viam.* Et alibi: *In via pec. non ste.* Et præcursor: quia ante nos, & pro nobis cucurrit.

f *Secundum ordinem Melchisedech.* Vnde oportet Christianos (quorum est pontifex) superiores Iudæis esse quantum distat inter Christum & Aaron: & melius sacrificium habere scilicet rationabile obsequium quod ducit in cælum, nõ pecudes. Quid autẽ est rationabile obsequiũ, nisi quod per animam & secundum spiritum offertur: vt sunt virtutes. *Spiritus enim Deus est, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet.* Ecce qualibus sacrificiis placat Deus hæc igitur offeramus. Illa quidem diuitiarum sunt & diuitum, hæc autem virtutum. Illa extrinsecus, ista intrinsecus. Illa quilibet operari potest, hæc autem pauci. Quanto enim melior est pecore homo, tanto hoc sacrificium illis. Hic enim animam tuam in sacrificium offers, ibi pecora offerebantur.

Chrysost.

Ioan. 4. d.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In quo. *id est, in iuramento Abrahæ facto.*

2 Abundantius *quia facta est Abrahæ prose & hæredibus suis.*

3 Immobilitatem *per hoc ex abundanti eam immobilem ostendit: erat enim firma ex hoc, quod procedebat ex diuino consilio. & ideo iuramentum additum firmauit eam ex abundanti, quando promissioni prius facta ipsi Abrahæ fuit additum, vt habetur Gen. xxij.*

4 Vt per duas res immobiles. *Hic ex prædictis Apostolus concludit intentum, videlicet, quod illi qui sunt de semine Abrahæ si fuerint imitatores fidei ipsius, certitudinaliter consequenter promissionem Abrahæ factam, prædicto modo firmatam: & hoc est quod dicitur hic.* Vt per duas res immo. *scilicet diuinum consilium & eius iuramentum.*

5 Quibus impossibile est. *id est, securi simus de obtinenda promissione: quia sumus imitatores Abrahæ propter quod sequitur:*

6 Qui confugimus. *Supple per baptismum ad Christum, per quem adimpletur promissio Abrahæ facta. ideo sequitur:*

7 Ad tenendam propositam. *id est, certam gloriæ expectationem.*

8 Quam sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam. *Sicut enim ancora materialis tenet nauem immobilem inter fluctus maris, ita spes tenet animas immobiles inter fluctus varia & multiplicis tentationis. veruntamen ipsa spes habet contrarium modum firmitatis respectu ancoræ materialis, quia ancora materialis per hoc quod figitur in terra, dat firmitatem nauí animæ autem nostræ non possunt in terra stabiliri, ideo oportet quòd ancora spei firmetur in loco contrario, scilicet in cælo. & hoc est quod subditur:*

9 Ad interiora velaminis. *id est, ad secreta cælestia, quæ sunt nobis velata: ad quem locum ascendit Iesus Christus, vt ibi figeret anchoram nostram: quia per hoc habemus firmam spem veniendi ad gloriam: & ad hoc est quod subditur:*

10 Vbi præcursor pro nobis. *Hoc autem Apostolus subdit, quia prius loquutus fuerat de pontificatu Christi. & interposuerat aliqua ad excitationem audientium, & sic consequenter reuertitur ad suum propositum, scilicet ad loquendum de pontificatu Christi de quo adhuc loquitur cap. seq.*

Ad euidentiam maiorem cuiusdam dicti in hoc capit. quæritur: Vtrum in cadentibus post baptismum pœnitentia habeat locum. Et arguitur quod non, quia sicut baptismus habet efficaciam à passione Christi, ita & pœnitentia. sed baptismus non potest iterari, ergo &c. Item spiritualis curatio, quæ fit per pœnitentiam, significata est per curationes corporales quas Christus operatus est sed Christus non legitur aliquem bis curasse: ergo &c. Contra Eccle. vj. d. dicitur: Secundum magnitudinem eius sic & misericordia illius, *sed magnitudo Dei infinita est, ergo & eius misericordia: & per consequens non tantum semel sed totiens quotiens recipit reuertentem ad pœnitentiam etiam etiam post baptismum.*

Respondeo in hac quæstione fuerunt hæreses contrariæ occasione illius quod dictum est in hoc ca. Impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt &c. per quod intelligitur baptismus, vt dictum est supra sequitur: Et prolapsi sunt rursus renouari ad pœnitentiam. *dixit quidam præsbyter Romanus nomine Nouatus, quod nullus potest resurgere ad pœnitentiam post baptismum. Sed hoc est falsum & erroneum, secundum quod dicit Athanasius in epistola ad Serapionem: & probat per scripturam per illum Corinthium incestuosum, de quo loquitur Apostolus. j. Cor v qui tantæ enormitatis erat, quod vxorem patris sui habebat: propter quod Apostolus iussit eum tradere Sathanæ ad affligendum, vt spiritus eius saluus fieret in die domini nostri Iesu Christi, vt ibidem dicitur: quod non esset verum, nisi pœnitentia in eo haberet locum. Item de illo eodem scribitur ij. Corin. ij. quod de mandato Apostoli fuerit iterum receptus ad communicationem fidelium: per quod patet, quod pœnitentia habet locum in cadentibus post baptismum. Item Paulus Apostolus scribens Galathis, qui post receptionem fidei & baptismi fuerant decepti à falsis Apostolis, dicit Galiiij. c.* Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: *ex quo patet quod recepit eos ad pœnitentiam post baptismum, Posset etiam error Nouati per rationem impugnari: sed hoc dimitto: quia hoc tractari habet in iij. sententiarum. Error autem contrarius fuit error Origenis, qui nimis laxauit pœnitentiam, sicut Nouatus nimis restrinxit. di. quod non solum habet locum pœnitentia totiens quotiens in vita præsenti, sed habet locum in futuro. quia dicit dæmones & damnatos post aliquod tempus ad gratiam & gloriam reuerti. Sed hoc est contra rationem & scripturam sacram: eadem enim ratione videretur, quod beati possent cadere à beatitudine: & quod damnati reuertantur à damnatione. primum autem est erroneum: ergo & secundum. Item scriptura eodem modo loquitur de durationedamnationis & beatitudinis, Matt. xxv. d.* Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. *Multa etiam absurda alia continentur in errore Origenis, quæ dimitto propter prolixitatem: & quia sufficienter tractatur à doctoribus. iij. & iiij. sententiarum. Fides autem catholica inter duos errores prædictos tenet medium. scilicet quod inuita præsenti etiã post baptismũ potest pœnitẽtia totiẽs quotiẽs iterari. & ideo verbũ Apostoli supra inductũ, quod monet Nouatum ad dicẽdum contrarium. exponendũ est sicut & supra exposui. Sed contra errorem Origenis tenet fides catholica quod post vitã istam non habet locum pœnitentia: quia amplius non sunt in via, sed in termino. Ad argumentum primum in contrarium dicendum, quod non est simile de baptismo qui imprimit characterem in anima, qui quidem character est indelebilis. & ideo baptismus non est iterabilis pœnitentia autem characterem non imprimit. ergo &c. Ad secundum dicẽdum*

Error Nouati.

Error Origenis.

quod

a ¶ Quam quondam habuistis. b ¶ Frequenter ostendere. c ¶ Ministrandis sanctis. d ¶ Vt in futuro compleatur in vobis quod modo speratis.

eãdem ostẽtare sollicitudinẽ ad † expletiõnem spei vs- 1
a ¶ Vitæ vestræ. b ¶ Ita ostentate. c ¶ In hac sollicitudine. ¶ Sanctorum.
a que in finẽm, ut non segnes efficiamini, verùm imitato- 2
a ¶ Promissam sæpe beatitudinem. 3
¶ Nos per genus.
b res eorum qui fide & patientia hæreditabunt prõmissio- 4
a ¶ An sunt factæ promissiones? Vtique. ¶ Ideo per se.
c nes. † Abrahæ namque promittens Deus, quoniam nemi- 5
¶ Se.
nem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semet- 6
¶ O Abraham. a ¶ In his qui stellæ. b ¶ Incremento virtutum. ¶ Assiduo. 7
d ipsum, dicens: Nisi benedicẽs benẽdicam tibi, & multi- 8
a ¶ Sine fide. b ¶ In his qui arena. ¶ In futura beatitudine magnitudine gloriæ. ¶ Apposiopesis. ¶ Certus Abraham. c ¶ Inter multa aduersa. d ¶ Diu patienter expectans. e ¶ Tandem. 9
plicãs multiplicabo te. Et † sic longanimiter ferẽs, adeptus 10
a ¶ Sæpe promissam benedictionem, id est, æternam beatitudinem. b ¶ Ideo iurauit Deus, quia homines iurant: ideo per se, cum maiorem non habuerit, quia homines per maiorem iurant. c ¶ Quia per Deum, qui solus verax est.
est reprõmissionẽ. † Hõmines enim p maiorẽ sui iurãt: & 11
¶ Altercationis. a ¶ Valens b ¶ Alterius partis.
omnis cõtrouersiæ eorũ finis ad cõfirmãtionẽ, ẽ iuramẽtũ. 12

† ita cũ patienter expectasset.

† de inreiu. & si Christus. 8. Iacobus quoque

† Gen. 22. c.

† plenam spei certitudinem vsque ad perfectionem

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ad expletionem spei vsque in finem. *Quia per continuationem boni operis vsque in finem expletur spes, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis, inquantum consequitur actualiter gloriæ præmium ideo subdit:*

2 Vt non segnes efficiamini. *id est, pigri, sed virtuosi in bono proficientes, sicut fuerunt patres sancti. & hoc est quod dicit:*

3 Verum. *prosed.*

4 Imitatores eorum qui fide & patientia &c. *scilicet hæreditatis cælestis.*

Diuisio. 5 Abrahæ namque promittens Deus. *Hic consequenter idem probat per promissionem Abrahæ factam. Et diuiditur in tres partes: quia primò proponit illam promissionem. secundò ostendit eius infallibilitatem, ibi:* Homines enim. *tertiò ex hoc concludit veritatem intentam, ibi:* Vt per duas res. *Circa primum sciendum, quod Abrahæ facta est promissio de bonis temporalibus & etiam cælestibus: propter quod dictum est ei, quod semen eius erat futurum sicut arena maris & sicut stellæ cæli: & promissionem illam firmauit iuramento. & hoc est quod dicitur:* Abrahæ namque promittens Deus. *bona terrena & cælestia. & ad confirmationem huius promissionis iurauit per semetipsum.*

6 Quoniam neminem. *id est, nullam rem.*

7 Habuit per quem iuraret maiorem. Et *quid iurauerit subdit, dicitur.*

8 Nisi benedicens benedicam. *Et subintelligitur deficiet veritas mea nisi fiat sic.*

9 Et sic longanimiter ferens. *id est, Abraham patienter expectans.*

10 Adeptus est repromissionem. *Quia tandem consequutus est gloriam.*

11 Homines enim. *Hic consequenter ostendit huius promissionis infallibilitatem. Ad cuius euidentiam sciendum, quod dispositio Dei æterna immutabilis est, quæ est idem quod eius consilium. & ideo quando in sacra scriptura aliquid denunciatur, prout habet esse in diuino consilio, immutabile est, nec retractatur. & hoc modo infrà Reg. xv. dicitur de Saulis abiectione:* Porro triumphator Israël non parcet, nec pœnitudine flectetur. *Quando autem aliquid denunciatur in sacra scriptura secundum exigentiam meritorum, non tamen prout habet diuinum consilium, sicut subuersio Niniuitarum:* Ionæ. iij. *Hoc bene retractatur, sicut subuersio Niniuitarum à domino prædicta, propter pœnitentiam eorum fuit retractata. & hoc est quod dicitur Iere. xviij. a.* Repente loquar aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem & destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. *& quia talis commissuper malo quod cogitaui vt facerem ei. & quia talis commissuper malo quod cogitaui vt facerem ei. & quia talis commissuper malo quod cogitaui vt facerem ei. &

NICOLAVS DE LYRA.

A quod non oportet omnimodam similitudinem esse inter figuram & figuratum: & ideo si curatio corporis non fuit reiterata a Christo circa eundem hominem, propter hoc non sequitur pænitentiam esse irreiterabilem. D Præterea licet non legatur Christum curasse eundem hominem pluries: non propter hoc habetur quin fuerit factum, quia multa Christus fecit quæ non sunt scripta, vt habetur Ioh. vltimo.

ADDITIO I.

In ca. vj. vbi dicitur in postil. Licet autem hæc expositio sit subtilis, prima tamen magis videtur concordare literæ.

Hanc expositionem secundam videtur tenere Glo. & est magis conformis literæ. Accipit enim illud quod dicitur impossibile in quo tota vis rationis consistit in sua propria significatione: non autem pro difficili quæ est significatio large sumpta. Similiter quod dicit: Rursum crucifigentes &c. *magis consonat huic expositioni secundæ: & quia prout in Glo. qui putant secundò baptizari, quantum ad se Christum crucifigunt: quia sicut semel mortuus est in carne, ita nos in baptismo semel peccatis morimur; vnde non est iterandum, sicut nec mors Christi est iteranda.*

ADDITIO II.

In eodem ca. vbi dicitur in po. Sed hoc est contra rationem & scripturam sacram.

Prout dictum fuit suprà non videtur eadem ratio quod beati possent cadere à beatitudine, & quod damnati reuertantur à damnatione: Tum quia damnatio beatorum esset manifestè contra diuinam iustitiam, similiter & contra diuinam misericordiam. reductio autem B *damnatorum posset procedere ex misericordia diuina sine præiudicio plenitudinis iustitiæ suæ, prout dictum fuit in ij. addi. ij. ca. huius epistolæ. Tum quia prout sanctus Tho. prima secundæ. q. v. ar. iiij. in corpore quæstionis multipliciter ostendit: Impossibile est quod aliquis videns diuinam essentiam vellet eam non videre, damnati verò maxima supplicia sua sentientes non irrationabiliter ad refutationem errorum suorum præteritorum possent reuerti. Ad confutationem tamen erroris Origenis sufficit autoritas scripturæ secundum determinationem ecclesiæ intellecta.*

ADDITIO III.

In eo. ca. vbi dicitur in po. Ad argumentum primum in contrarium dicendum quod non est simile de baptismo.

Baptismus est quædam regeneratio spiritualis: dicente Christo Ioh. iij. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto. *Pænitentia vero est quædam medicina spiritualis: Iuxta illud Mat. ix. b. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. ex quibus potest sumi differentia horum sacramentorum quantum ad eorum iterationem. nam sicut generatio corporalis non iteratur, ita nec baptismus: & sicut medicina corporalis iteratur, ita & penitentia. & sic habetur alia responsio ad primum argumentum.*

REPLICA. In cap. vj. resumit Burg. illud quod ij. ca. suprà & vide correctionem eius ibi. & Iohan. xiij. In eodem ca. vbi disputat Postil. quare baptismus non est iterabilis sicut penitentia. Et respondet, quia baptismus imprimit characterem, non penitentia. Burg. autem reddit aliam rationem diuersitatis: quia inquit baptismus est generatio spiritualis: pænitentia autem medicina. sicut igitur in corporalibus generatio non est iterabilis sed bene medicina: ita hic. Sed istæ similitudines vsque quaque non currunt quatuor pedibus. Certum enim est peccantē mori mortaliter. sicut enim per medicinam non potest suscitari mortuus, ita nec per pænitentiam mortaliter peccans. E *consequens est falsum, tamen antecedens patet in Psal. vbi habetur pro impoßibili, quod medici suscitabunt & confitebuntur tibi, igitur comparatio illa non est vniuersalis. Cæterum pænitentia potest comparari generationi sicut & baptismus, igitur per hoc non dat Burg. causam diuersitatis in proposito. assumptum patet, quia sicut processus à non esse ad esse est propria generatio in corporalibus, sic progreßio à non eße gratiæ ad eße gratiæ est generatio in spiritualibus. talis autem progreßio fit per pænitentiam, vt patet: igitur pænitentia est generatio vel saltem similis generationi. Et ita patet modus calumniandi consuetus apud Burg. qui similitudines & translationes sæpe contra postil. accipit generaliter, & secundum generalitatem vniuersaliter subsumens.*

CAP. VII.

Primasius. Haymo. Hic enim Melchisedech. CHRYSOSTOMVS. Volens Paulus differētiam demonstrare noui, & veteris testamēti in multis hæc disseminat, & præludit, & explorat etiam aures auditorum, & exercet. Confestim quippe ab ipso exordio, hoc quasi fundamēti loco præiecit dicēs: Quia illis quidem locutus est in prophetis, nobis autem in filio: & illis quidem multifariam, & multis modis, nobis autem per filium. Deinde de filio locutus, quis iste sit, & quid operatus sit, & admonens credendum illi esse, ne eadem patiamur quæ & Iudæi, & *Quia Pontifex est secundum ordinem Melchisedech.*

ANSELMVS. Et prius exponit quis ordo precesserit in Melchisedech, & quomodo iuxta ordinem eius Christus factus sit Pontifex in æternum. Vt exposito, & commendato ordine Melchisedech, appareat quam dignum sit sacerdotium Christi, quod tam magnum est, vt sacerdotium Melchisedech illud præmonstrauerit non sicut æquale, sed sicut vmbra, dum enim magna vmbra præcessisse ostenditur, patet satis quod magna veritas corporis sequatur.

Iam incipit ostendere quomodo Christus secundum ordinem Melchisedech assimulatus sit filio Dei. Melchisedech dicitur rex iustitiæ,

CAP. VII.

¶ Bene dico secundum ordinem Melchisedech.
¶ Melchos vel Melchi. rex: sedech, iustus vel iustitia. a Fuit.
a HIC ENIM Melchisedech rex Salem 1

iustitiæ, id est, Christus, qui suos per iustitiam regit inter procellas seculi. Rex pacis Christus: quia quos hic iustitia regit, in pace æterna regere non desinit. Sacerdos Dei, qui se in ara crucis obtulit Obuiat & occurrit, dando gratiam cuique fideli: post cædem vitiorum, quæ per quinque sensus subintrant & dominantur: & benedicitur ei, dando incrementum boni operis. Dat panem & vinū, id est, corpus & sanguinem suum, quo pasti & à præteritis mundantur, & in futurum confortantur. Cui Abraham, id est, fidelis dat decimas omnium id est, omnem perfectionem suam ei attribuit. primum Melchisedech, id est, rex iustitiæ, pòst rex Salē, id est, pacis: quia prius hic regit suos in iustitia pòst in futuro regit eos in pace. Sine patre secundum carnem, sine matre, secundum deitatē. Sine genealogia: quia filios carnis non habuit. Non habens initium neque finem, coæternus patri secundum deitatem. Etsi omnes patriarchæ & prophetæ figura Christi fuerunt: Melchisedech specialius, qui non de genere Iudæorum præcessit in typum sacerdotij Christi. Secundum ordinem Melchisedech multis modis. Quòd solus rex & sacerdos fuit, & ante circumicisionem functus sacerdotio, vt non Gentes à Iudæis sed Iudæi à Gentibus sacerdotium acciperent: non vnctus oleo visibili, vt Moyses constituit, sed oleo exultationis & puritate fidei, nec animalia im- F molauit,

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Diuisio. Hic enim Melchisedech. *Aliquibus interpositis ad excitationem audientium &c. hic Apostolus reuertitur ad suum propositum, scilicet ad probandum excellentiam sacerdotij Christi. Et diuiditur in duas partes: quia primò ostendit excellentiam huius sacerdotij respectu sacerdotij Leuitici. secundo ostendit quod fideles debent huic sacerdotio reuerenter subijci. secunda pars incipit in medio ca. x. ibi:* Habentes itaque fratres fiduciam. *Circa primum sic procedit, quia primò ostendit excellentiam sacerdotij Christi respectu Leuitici ex parte personæ sacerdotis. secundò ex parte sui ministerij. secunda incipit in principio sequentis cap. ibi:* Capitulum auem &c. *Adhuc primo ostendit excellentiam sacerdotij Christi per auctoritatem diuinam, secundo ostendit huius sacerdotij necessitatem, ibi:* Talis enim decebat. *Circa primum aduertendum, quod Apostolus probat propositum suum per auctoritatem Psalm. cix. a.* Inrauit dominus & non pœnitebit eum &c. *Vnde tria ostendit ad suum propositum probandum. Primum est illud quod in auctoritate ista ponitur:* Secundum ordinem Melchisedech.

Secun-

A molauit, sed pane & vino Christi sacerdotium dedicauit. Non verè sine patre vel matre. cum Christus secundum duas naturas & patrem habuit & matrem. Sed quia in Genesi inducitur subitò occurrisse Abrahæ, & nec ante nec post eius nomen in genealogia inuenitur. Huius autem exemplo affirmat Apostolus, quod sacerdotium Aaron & principium habuit & finem: sed ecclesię sacerdotium & in præteritum & in futurum æternum sit.

Gene. 14. a.

¶ Per Deum, non per hominem.
a sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde 1
b a ¶ Abrahæ. b ¶ Melchisedech. c ¶ De præcipuis donauit. 2
regum, & benedixit ei. Cui & decimas omnium diuisit A- 3
¶ Dictus est Melchisedech. a ¶ Hic vere Christus qui iustos facit & regit. b ¶ Dictus est.
braham. Primùm quidē qui interpretatur rex iustitiæ: dein- 4
a ¶ Pacis. Salem enim pax interpretatur. b ¶ Christus pacificat quæ in cælis & in terra. 5
c ¶ Ens. d ¶ Non quia non habuerit, sed quia scriptura proinde non memorat in figura Christi.
de autem & rex Salem, quod est rex pacis: † sine patre, sine 6
a ¶ Non habens prolem. b ¶ Scriptura in figura Christi reticente. c ¶ Quod scriptura dicat.
c matre, sine genealogia: Neque initium dierū, neq. finē vitæ
a ¶ In omnibus præmissis. b ¶ Non in se, sed in Christo. ¶ id est, sacerdotium eius durat in æternum: non ei aliud succedit, vt Leuitico. 7
d habēs. Assimulatus autē filio Dei manet sacerdos in ppetuū. 8

† Ignoti patris, ignotę matris, ignoti generis.

Homil. 34. in Genesim. a *Sacerdos Dei summi.* CHRYSOST. Sacerdos autem erat fortè à semetipso ordinatus, sic enim tunc erāt sacerdotes. Vel quia ætate prouectior erat, à suis colebatur. Vel quod & ipse sacrificare studuit, sicut & Noe, Abel, Abraham, B quando sacrificia obtulerunt.

Gene. 14. b. b *Regresso à cæde regum, & benedixit ei.* Sicut in Genesi legitur. Quatuor reges aduersus quinque pugnauerunt, eosque vicerunt. Sub quinq; deuictis Loth degebat, & captus est à quatuor Quod cum audisset Abraham, cum trecentis decem & octo vernaculis persecutus est eos atque percussit. reduxitque Loth & omnem substantiam quam ceperant. Hinc ergo Abraham redeunti occurrit Melchisedech, & benedixit &c. Primasius Haymo. Tradunt Hebræi Melchisedech esse filium Noe: & quando Abraham natus est habuisse trecentos nonaginta annos. & Abrahæ vt nepoti obuiasse: & panem in refectionem eius & suorum obtulisse, & vt sacerdotem Dei decimas recepisse. Salem plurimi dicunt Ierusalem: sed fuit oppidum regionis Sichem, quod & hodie Salem dicitur, vbi ex magnitudine ruinarum palatium Melchisedech ostenditur. Vnde & in euangelio dicitur, *Erat Iohannes baptizans in Ennon iuxta Salem.* Ioh. 3. c.

c *Neque initium dierum, neque finem vitæ habens.* Christus omnino non habuit initium neque finem.

C

d *In perpetuum.* Quia scriptura obticet, quod aliquis ei successisset. D Misticè. Vel mysticè per eum loquitur de sacerdotio Christi.

AMBROSIVS. Non agnoscis quis sit iste? Potest homo esse rex iustitiæ cum vix iustus sit? Potest esse rex pacis, cum vix possit esse pacificus? Sine matre secundum diuinitatem, quia ex patre Deo genitus est, vnius substantiæ cum patre. Sine patre secuudū incarnationem, qui natus ex virgine est, initium & finem non habens, quia ipse est initium & finis omnium primus & nouissimus. (Lib. de his qui misteriis initiantur. c. 1.)

CHRYSOSTOMVS. In paucis totam narrationem posuit, & misticè eam contemplatus est, & primùm à nomine. Primum quidem qui ex interpretatione, inquit, *dicitur rex iustitiæ.* E Sedes quippe, iustitia dicitur, Melcha vero rex, Melchisedech ergo rex iustitiæ. Vides & in nominibus adhibitam diligentiam? Quis vero est rex Iustitiæ nisi dominus noster Iesus Christus? Deinde Rex Salem, ex ciuitate hoc est rex pacis. Quod iterum pertinet ad Christum: iste namque nos iustos effecit, pacificauit quæ in cœlis sunt, & quæ in terris. Quis homo rex est iustitiæ & pacis? Nullus nisi solus Dominus noster Iesus Christus: Deinde alteram differentiam introducit. *Sine patre, sine matre, sine Genealogia, neque initium dierum habens, neque finem vitæ, aßimilatus autem filio Dei, manet pontifex in perpetuum.* Quoniam igitur occurrebat illi quod dictum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Ille autem mortuus erat, & non fuit sacerdos in perpetuum, intuere quali contemplatione istud exposuit. Et quis hoc vnquam de homine dixerit? Non reipsa inquit, dico: hoc est, nescimus quem patrem habuit, vel quam matrem, neque quando (Psal. 199.)

suscepit F

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio. *Secundum est illud quod ibi dicitur:* Iurauit dominus &c. *tertium est illud quod sequitur:* Tu es sacerdos in æternum: *& ideo diuiditur in tres partes. in quibus Apostolus tria prædicta prosequitur. secunda incipit ibi:* Et quantum est non sine. *tertia ibi:* Et alij quidem plures &c. *Circa primum tria facit: quia primò declarat similitudinem ipsius Melchisedech, ad Christum, cuius fuit figura. secundo ostendit excellentiam ipsius Melchisedech ibi:* Intuemini autem. *tertio ex hoc concludit principale intentum, scilicet excellentiam sacerdotij Christi respectu sacerdotij Leuitici, ibi:* Si ergo consummatio. *Prima adhuc in duas: quia primò ponit conditiones Melchisedech. secundò per hoc concludit similitudinem ad Christum sicut figuræ ad figuratum, ibi:* Assimulatus autem. *Prima adhuc in duas: quia primo ponit ipsius Melchisedech multiplicem conditionem, secundo ponit eorum interpretationem, ibi:* Primum quidem. *Circa primum describendo conditiones Melchisedech, primo ponit regiam dignitatem. di.* Hic enim Melchisedech regem rex Salem. *Dicunt autem Hebræi quod ipse fuit Sed filius Noe primogenitus, & erat tunc. cccix. annorum. Salem autem secundum quosdam idem est quod* Ierusalem. *quia illam ciuitatem ipsemet* Semper *primo ædificauit & in ea regnauit. vt dicit Isid. lib. xv. ætymolo. Secundum alios est idem quod Salem vbi baptizabat Iohannes, vt habetur Ioan. iij. secundo ostendit Apostolus eius dignitatem sacerdotalem, dicens.*

1 Sacerdos Dei sum. *& additur hoc scilicet Dei summi, ad ostendendum quod non erat sacerdos idolorum: quia idololatria tunc temporis vigebat per totum mundum, & quia ad ipsum pertinebat Deo offerre sacrificia & conferre populo spirituali: ideo occurrit Abrahæ de victoria reuertenti, vt benediceret ei. & hoc est quod subditur:*

2 Qui obuiauit Abrahæ &c. *Et hoc habetur Gene. xiiij.* Et *quia ille qui confert populo spiritualia, debet de ipso accipere temporalia ideo Abraham dedit ei decimas de præda. & hoc est quod dicitur:*

3 Cui & decimas omnium diuisit Abraham. *Per hoc enim ostendit se imperfectum respectu Melchisedech quia ei dabat decimam partem, quæ signat perfectionem, eo quod numerus denarius perfectus est. sibi autem retinebat nouem partes, quæ signant imperfectiones.*

4 Primum quidem. *Hic consequenter Apostolus interpretatur quoddam dictum de Melchisedech, dicens quod nomen eius interpretatur, rex Iustitiæ. melchos enim idem est quod rex, sedech autem idem quod iustitia. Salem autem interpretatur pax. & ideo per nomina prædicta intelligitur, quod Melchisedech regnabat in pace & iustitia. ista enim duo se concomitantur secundum quod dicitur Isai. xxxij. d.* Et erit opus iustitiæ pax. *& hoc est quod dicitur:* Primum quidem qui inter. rex iustitiæ. *ratione proprij nominis.*

5 Deinde autem rex Salem quod est rex pacis. *quod designatur ex loco sui regiminis. sequitur:*

6 Sine patre, sine matre, *per hoc non est intelligendum quod Melchisedech istis caruerit: sed quia de istis scriptura mentionem non facit: quia non loquitur de patre eius, nec matre, nec de principio vitæ eius vel fine. Sed per hoc videtur quod dictum Hebræorum sit falsum, qui dicunt ipsum fuisse Sem filium Noe: quia scriptura describit patrem & matrem ipsius Sem & eius genealogiam. Sed ad hoc posset dici, quod scriptura de prædictis non loquitur sub hoc nomine Melchisedech. de quo arguit & facit Apostolus mentionem. & hoc sufficit ad rationem figuræ quæ frequenter deficit à figurato in pluribus.*

7 Assimilatus antem. *Ex prædictis dicit Apostolus ipsum Melchisedech fuisse similem Christo & eius figuram. primò ratione nominis, quod interpretatur rex iustitiæ. secundò ex loco regiminis: quia dicitur rex Salem, id est, rex pacis: & ista duo perfectè conueniunt Christo secundum quod dicitur Psal. lxxj. b.* Simul orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis donec auferatur luna. *quod non potest intelligi de pace facta tempore Salomonis: quia illa parum durauit, vt habetur. iij. Reg. sed intelligitur de pace & iustitia data per Christum. similiter ea quæ sequuntur de Melchisedech:* Sine patre, sine matre &c. *perfecte conueniunt Christo: quia sine patre est in natura humana, & sine matre in natura diuina. similiter,* sine principio, sine fine dierum, & sine genealogia. *Et quia Christi generatio in natura diuina æterna est, & enarrari non potest, secundum quod dicitur Isa. liij. c.* Generationem eius quis enarrabit? *ideo dicit Apostolus:* Assimulatus autem filio Dei. *Melchisedech supple.*

8 Manet sacerdos in æternum. *id est, in perpetuum. non quia Melchisedech sacerdotium fuit perpetuum simpliciter, sed quia scriptura non loquitur de principio & fine sui sacerdotij, nec de successore eius. & per hoc præfiguraui Christi sacerdotium. quod est simpliciter perpetuum.*

Intuemini

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A suscepit initium, neque quãdo deffunctus est. Et quid hoc inquis? Nunc enim quia nos nescimus, ideo deffunctus non est? non habuit parẽtes: bene dicis Et defunctus est, & parẽtes habuit. Quomodo ergo sine patre sine matre? Quomodo neque initium dierum, neque finem habuit? Quemadmodum in illo non est narrata genealogia eius, sic & Christus ipsa natura rei, & sine initio, & sine fine est Sicut enim istius nescimus neque initium dierum, neque finem vitæ, propterea quod non est scriptum, sic & nescimus filij Dei, vel initium, vel finem non quia non est scriptum, sed quia initium non habet, vel finẽ. Nam ille quidem typus, atque ideo ex eo quod nec de initio nec de fine vitæ, quicquam scriptum est, talis dicitur, hic vero ex ipsa veritate, & propterea quòd nõ sit ei vel initium, vel finis, sicut etiam in hominibus. Hic B enim appellationes erant. *Rex iustitiæ & pacis*, illis autem rerum veritas. Quomodo ergo initium habet? Intuleris sine initio filium, non quia non habet causam ex qua sit: hoc enim impossibile est, habet namque patrem: alioquin quomodo filius. Sed quia nõ habebat initium vitæ, neque finẽ, *assimilatus autem filio Dei*. In quo est similitudo? Quia & huius & illius finẽ ignoramus, & initium. Sed huius quidem: quia non est scriptum, illius autem quia omnino non est: in hoc est similitudo Si autem in omnibus esset similitudo, non iam typus esset & veritas, sed typus esset vtrumque. Sicut & in imaginibus est aliquid simile, est etiam aliquid dissimile, in lineis quippe, est similitudo quædam in charactere, dissimilitudo autem in impositione colorum, & sic differentia manifesta monstratur, & quiddam quidem simile, quiddam autem dissimile.

[Primasius & Haymo.] a *Intuemini autem quantus hic cui & decimas dedit de præcipuis.* Immoratur in commendanda dignitate Melchisedech & excellentis sacerdotij eius: preferens eum ipsi Abrahæ patri omnium & omnibus Leuitis.

✠ THEOPHIL. Cum figuram veritati accommodasset, id est Melchisedech Christo nunc Demum fidens, figuram ipsam Melchisedech, Iudæorum sacerdotibus clariorem arguit extitisse, neque his modo, quin vel Abraham patriarcham ipsum præstare. Si igitur figura tantopere cæteros antecedit, longe magis, & ponti- C

pontifex Christus, incomparabiliter istos dignitate & anteibit, qui D per illam significatur. *Intuemini.* (inquit) & diligenter aduertite, quanti sit iste, & quantum excellat, cui munera detulit, non plebeius aliquis & abiectior, sed Abraham patriarcha egregius Nec temerè quidem patriarchæ nomen adiecit: quin eo id egit, vt eius personam magis extolleret exacrothinium id est ex melioribus & honorationibus spoliis. Nec dici id potest: Abraham dona hæc & exuuias fuisse Melchisedech Impartitũ, quia secum vna hic militasset, & ob id premia huic dependisset militiæ, sed domi se continenti, munera & decimas detulit: & ideo dixit superius obuiam Abrahę Melchisedech processisse. Si igitur munera hæc impartita Abrahã arguunt Melchisedech illum longe præstantiorem, quãtomagis constabit vel legis sacerdotibus, Christi, longe præcellere. E

a ¶ Talis fuit. ¶ Etiam ex factis. b ¶ Præfertur Abrahæ quem Iudæi extollunt, de quo gloriantur quem Christo præponere voluerunt: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? c ¶ Melchisedech. d ¶ Tanquam minor maiori.

a Intuemini autem quantus sit hic cui & decimas dedit de † 1 [† spoliis]

a ¶ Hoc est quod superius dixit, diuisit. b ¶ Princeps patrum nostrorum. 2

¶ Hic præfert eum Leuitis. 3

b præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Leui 4

sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas su- 5

a ¶ Non ab aliquo summo viro vel alieno, sed à populo. ¶ Humili. 6

b ¶ Non aliter, quam præcipit lex. c ¶ In quibus licet melius confidere. ¶ A populo.s.

c mere à populo secundum legem, id est à fratribus suis, 7

In eo quod sumunt decimas præsunt, quanquam & ipsi exi. &c. similes sunt genere.

a ¶ Filij Leui à fratribus, sed Melchisedech: cuius generatio non numeratur in Iudæis. Q. qui erat alienigena absque legis mandato sua autoritate sumens dec. &c.

d quanquam & ipsi exierunt de lumbis Abrahæ. Cuius 8

a ¶ Quasi excellentior.

autem generatio non annumeratur in eis, decimas sum- 9

a ¶ scilicet Abraham. b ¶ Id est cui factæ sunt. 10

psit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones 11

b *Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes.* Et ex hoc modo intuemini quãtus sit, quia aliquid de filiis Leui per hoc quod accipiunt sacrificium, & cum aliter non auderent, habent mandatum in lege, sine cuius autoritate nunquam præsumerent.

Et quidem de filiis Leui. Tanta est sacerdotij excellentia, vt etiam similes genere multò amplius digniores sint fratribus suis. Vnde Abraham incircumciso alienigenæ decimas non dedisset, nisi excellentior esset In quo & isti Leuitici sacerdotes decimas soluere

c *Secundum legem &c.* ANSELMVS. ✠ Id est secundũ legis institutionem, sine cuius authoritate nunquam presumerent. Vnde secundum legem, id est, non aliter quam præcipit lex, scilicet, vt nec plus, nec minus, nec alio modo accipiant, quam in lege decretum est. [Lib.20. De genes. ad litter. c. 19.]

d *Quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ.* ✠ AVGVSTINVS. Secundum rationem quippè illam seminalem in lumbis Abrahæ fuit Leui, qua ratione per concubitum, venturus erat in matrem, secundum quam rationem non erat ibi Christi caro, quamuis secundum ipsam ibi fuerit mariæ caro.

Melchisedech autem secundum nullam legem accepit à patriarcha, cum esset alienigena, & in hoc dignior.

☞ Contesta- F

NICOLAVS DE LYRA.

[Diuisio.] 1 Intuemini. *Descripta similitudine ipsius Melchisedech ad Christum, hic consequenter Apostolus probat sacerdotium Melchisedech fuisse excellentius quàm sacerdotium Leuiticum. Et diuiditur in duas partes: quia primò probat propositum, secundò remouet quoddam dubium, ibi:* Et vt ita dictum sit. *Prima in tres, secundum quod propositum probat per tres rationes secunda ibi:* Et hunc qui ha. *tertia ibi:* Et hic quidem decimas. *Prima ratio talis est: ille qui accipit decimas ab alio, maior est illo quia sicut dictum est iam, ille qui dat decimas per hoc profitetur se imperfectum respectu illius qui accipit decimas. sed Melchisedech accepit decimas ab Abraham, vt habetur Gene.xiiij. ergo fuit maior Abraham, & per consequens eius sacerdotium fuit maius quàm sacerdotium Leuiticum: quia Leui descendit ab Abraham, & fuit minor eo. quod autem est maius maiore, est maius minore, & hoc est quod dicitur:* Intuemini autem. *id est, diligenter considerate:*

2 Quantus sit hic. *id est, Melchisedech.*

3 Cui & decimas dedit de præcipuis Abraham pater *id est. princeps patrum. & per consequens Melchisedech fuit maior quàm Leui, & quàm quicunque alij patres ab Abraham descendentes. Sed videtur alicui quòd istud argumentum non valeat. quia si aliquis est maior patre episcopi non propter hoc sequitur quod sit maior ipso episcopo. sic autem arguitur in proposito: ergo &c. Dicendum, quod in lege noua sacerdotium habet dignitatem à Christo, & non ex dignitate paterna. Et ideo ille qui est maior patre episcopi, non propter hoc est maior episcopo. sed dignitas sacerdotij Leuitici procedebat ex dignitate paterna. propter hoc nullus alterius tribus admittebatur. & ideo bene sequitur argumentum. Et confirmatur argumentum per illud quod sequitur.*

4 Et quidem de filiis Leui. *Ad cuius euidentiam sciendum, quod Leuitæ generaliter recipiebant decimas à reliquo populo Israel, inter Leuites autem illi qui erant maiores illius tribus, videlicet sacerdotes summi filij Aaron, non solum accipiebant decimam cum Leuitis à populo, sed etiam de parte Leuitarum recipiebant decimam quæ vocabatur decima decimæ. Nume.xviij. in signum quod sacerdotes erant maiores simplicibus Leuitis. & pari ratione Melchisedech maior fuit Abraham à quo accepit decimas, & per consequens maior ipso Leui qui descendit ab eo, & sic idem quod prius. & hoc est quod dicitur:* Et quidem de filiis Leui. *generaliter acceptis.*

5 Sacerdotium accipientes. *Et per consequens erant maiores.*

6 Mandatum habent &c. *secundum legem. Et quod nomine populi non solum intelligantur illæ tribus: sed cum hoc etiam simplices Leuitæ, exponendo subdit.*

7 Id est à fratribus suis: quamquam & ipsi exierunt de lumbis Abrahæ, *scilicet Melchisedech.*

8 Cuius autem generatio non annumeratur in eis. *Quia scriptura non facit mentionem de patre & matre & genealogia eius vt supra dictum est.*

9 Decimas sumpsit ab Abraham *sicut maior à minore.*

10 Et hunc. *Hic exponitur ratio secunda quæ talis est: Benedicens medius est inter Deum & illum qui benedictionem ab eo recipit. sed Melchisedech benedixit ipsum Abraham, vt habetur Gene.xiiij. ergo fuit maior eò. & in hoc patet magna excellentia ipsius Melchisedech, qui benedixit eũ cui erat facta repromissio de Christo. & hoc est quod dicitur:*

11 Qui habebat repromissiones. *scilicet ipse Melchisedech.*

✠ Sine

☞ a *Contestatur.* Vt ego vel idem in multis locis

A b *Viuit.* Gerebat enim typum pontificis nostri. cuius excellentia potestatis per illius similitudinem ostenditur Per Melchisedech enim in quo figura præcessit, discernitur sacerdotium Christi à sacerdotio Leui in cuius Christi figura dicitur quòd Melchisedech viuit. Vnde dicitur sacerdos in æternum, qui se ipsum obtulit, non ex aliqua necessitate, sed ex voluntate propriæ potestatis. [† maiore.]

c *Adhuc enim in lumbis.* ✠ CHRYSOTOMVS Hoc est, In eo erat Leui quanquàm natus nondum esset. Et non dixit Leuitæ sed Leui. Vides eminentiam? Vides quantũ interest inter Abrahã & Melchisedech, qui typũ gerebat pontificis nostri? Et ostendit excellentiam potestate non necessitate factam. Ille quippe dedit decimas, quod pertinet ad sacerdotem, iste benedixit quod melioris est Ista excellentia & ad posteros omnes pertransiit. Mirabiliter, & fortiter exclusit Iudaicas rationes. Propterea dicebat, B Quia imbecilles facti estis, quia hæc euertere volebat, ne glorientur in eis. Talis enim est sapientia Pauli, præstruit primum, & hinc ingreditur ad ea, quæ vult ostendere. Difficile tractatu est genus humanum. & quod multa indigeat diligentia, & ampliore: quam arbusta vel surculi. Illic enim natura corporum est, & terræ, obediens agricolarum manibus: hic autem voluntas est plurimas mutationes accipiens, & nunc quidem istud, nunc autem illud eligens, procliuis enim est ad malitiam. [† loquar.] [Sup.c.3.]

[Aug lib.10 de Gene.ad lit. cap. 19. 20.21.] Sicut Adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerunt, sic Abraham dante decimas, qui in lumbis eius erant, decimati sunt. Sed nõ hoc sequitur in Christo, licet in lumbis Adæ & Abrahæ: quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo Leui & Christus secundum carnem essent in lumbis Abrahæ, quando decimatus est, non ideo patitur decimati sunt, quia secundum aliquem modum, non erat ibi Christus quo erat ibi Leui. Secundum rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem, secundum quam rationem non ibi erat Christi caro quamuis secundum ipsam ibi fuerit Mariæ caro. Leui secundum cõcupiscentiam carnalem, Christus autem secundum substantiam corporalem inde venturus erat. Cum enim sit in semine visibilis corpulentia, & inuisibilis ratio, vtrumque cucurrit ex Abraham: vel etiam ex ipso C Adam vsque ad corpus Mariæ, quia & ipsum eodem modo conceptum & exortum est. Christus autem visibilem carnis substantiam de carne virginis sumpsit. Ratio verò conceptionis eius, non à semine [Verum: nõ propagati. sed propagantiũ concupiscibilitate.]

à semine virili, sed longè aliter ac desuper venit. Proinde secundum quod de matre accepit, & in lumbis Abrahæ fuit. Ille est ergo decimatus in Abraham, qui sic fuit in lumbis eius, sicut in lumbis sui patris etiam ipse Abraham fuit, id est, qui sic est natus de patre Abraham, sicut de suo patre natus est Abraham. per legem, scilicet in membris repugnantem legi mentis, & inuisibilem concupiscentiam: quanuis eam casta & bona vita nuptiarum non sinat valere, nisi quantum ex ea possunt generi substituendo prospicere. Ille autem nõ ibi decimatus est cuius caro inde non feruorem vulneris, sed materiam medicaminis traxit. Nam ipsa decimatio ad præfigurãdam medicinam pertinuerat, illud in Abrahæ carne decimabatur quod curabatur, non illud vnde curabatur. Eadem enim caro Abrahæ, vel ipsius primi hominis similis gerebat, & vulnus præuaricationis & medicamentum vulneris. Vulnus præuaricationis in lege membrorum repugnat legi mentis, quæ per omnem inde propagatam carnem seminali ratione quasi transcribitur Medicamentum autem vulneris inde sine opere concupiscentiali in sola materia corporali per diuinam conceptionis formationisque rationem de virgine assumptum est. E [† qui moriuntur.] [† is de quo testatur est qui viuat] [Rom.7 d.]

a ¶ Tempore maioris dignitatis. b ¶ Benedixit. c ¶ Et si in acceptione decimarum contradicitur quod non maior: quia & filij Leui à fratribus. ¶ Typus Christi melior est promissiones habente.

benedixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est 1

¶ Hoc etiam modo intuemini dignitatem Melchisedech. 2

a ¶ id est, in sacerdotio Leuitico.

à † meliore benedicitur. Et hic quidem decimas † morien 3

a ¶ Vbi agit de Melchisedech. b ¶ Scriptura. ¶ Quia de morte eius nihil dicit in figura Christi. c ¶ Hoc etiam modo dignior. ¶ Per quendam tropum & modum loquendi. 4

¶ Non enim proprie in sua persona Leui decimas dedit, circuncisus sacerdos in incirconciso.

a tes homines accipiunt, ibi autem † contestatur, quia viuit. 5

b a ¶ Quasi per materialem causam. b ¶ Leuiticus ordo. 6

Et vt ita † dictum sit, per Abraham & Leui qui decimas 7

a ¶ A fratribus. b ¶ Decimas dedit Melchi. c ¶ Per Abraham. d ¶ Quando Abraham dedit. 8

c accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, 9

a ¶ Patri Leui, Abrahæ, scilicet. b ¶ Quia Christus secundum Melchisedech: & hoc sacerdotium præest Leuitico: ergo si potes tu Iudæe solue hoc. Si ergo consum. ¶ Perfectio. 10

d quando obuiauit ei Melchisedech. Si ergo consummatio 11

d *Sicut ergo consummatio.* ✠ ANSELMVS. Prætulit hactenus sacerdotium Christi, quod est secundum ordinem Melchisedech, Leuitico, & nunc addit quod sacerdotium Christi Leuiticum destruat, quo destructo, necesse sit & legem destrui secundum carnales obseruantias. Ac si dicat: Quoniam superius dictum est. Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, & omnes legem habentes nouêre hoc esse futurum, ergo quid necessitatis extitit, vt non iuxta Aaron sed iuxta Melchisedech surgeret iste nouus sacerdos, sub quo perfecta daretur iustitia?

✠ AVGVSTINVS Oportebat enim vt euacuaturus sacrificia, quæ secundum ordinem Aaron in Leuitico sacerdotio fiebant, non esset de tribu Leui, ne ad ipsam tribum, & ad ipsum sacerdotium, quod temporaliter vmbra erat futuri, pertinere videretur mundatio peccatorum, quam Dominus oblatione holocausti sui, quod veteri sacrificio figurabatur impleuit, & holocausti eius imaginem ad memoriam passionis suæ in ecclesia celebrandam dedit, vt esset sacerdos in æternum, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech. [Lib. 83. q. 81.]

✠ CYPRIANVS. Itaque necesse erat, vt vetus sacerdotium cessaret, & nouus sacerdos veniret, qui in æternum futurus esset secundum ordinem Melchisedech. 1. Reg. 2. Et suscitabo mihi [Lib. 1 aduersus Iudæos.] F

☞ sacerdotem

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sine vlla autem contra. *id est, generaliter verum est.*

2 Quod minus est à meliore benedicitur. *id est, à maiore, quia in his quæ sunt quantitate magna, idem est esse maius quod est & melius.*

3 Et hic quidem decimas. *Hic ponitur tertia ratio, quæ talis est: Ille qui semper viuit, maior est eo qui moritur: sed Abraham mortuus est, & sacerdotes veteris Testamenti erant mortales, non sic autem Melchisedech: ergo maior est ipso Abraham, & sacerdotium eius maius sacerdotio Leuitico. & hoc est quod subditur:* Et hic quidem. *id est, in statu legis Moysi.*

4 Morientes homines decimas accipiunt. *id est, sacerdotes qui sunt mortales.*

5 Ibi autem. *id est, in ipso Melchisedech.*

6 Contestatur. *scilicet scriptura.*

7 Quia viuit. *Per prædicta non est intelligendum sicut intellexerunt aliqui hæretici, quod ipse Melchisedech fuerit immortalis: sed hoc dicitur, quia scriptura non facit mentionem de morte eius, sicut de morte Abrahæ & sacerdotum veteris Testamenti & hoc sufficit ad rationem figuræ, quæ debet à figurato deficere, sicut vmbra à veritate. Et ideo Melchisedech per hoc quòd de morte eius non fit mentio in scriptura, sufficienter fuit figura Christi sacerdotis noui Testamenti: qui viuit in æternum.*

8 Et vt ita dictum sit. *Hic remouet quoddam dubium circa prædicta quia rationes suæ processerunt ex hoc, quod Abraham dedit decimas ipsi Melchisedech. Et posset aliquis dicere: licet Abraham fuerit decimatus, non propter hoc sequitur, quod Leui decimatus fuerit. hoc remouet Apostolus dicens, quòd immo sequitur, quod Leui & omnes qui de Abraham descenderunt adhuc erant in lumbis Abrahæ quando dedit decimas Melchisedech: & ideo Leui in Abraham decimatus est, & hoc est quod dicitur:* Et vt ita dictum sit. *id est, sequitur ex dictis quòd.*

9 Per Abraham & Leui qui decimas accepit, decimatus est. *Quia illi de tribu Leui acceperunt decimas à reliquo populo Israel.*

10 Adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei Melchisedech. *id est, Abrahæ erat Leui quando obuiauit ei Melchisedech, à quo tunc accepit decimas. Si autem aliquis ex dictis arguat, quod Christus decimatus fuit in Abraham, quia descendit de eo. Dicendum quod non valet, quia descendit ab Abraham secundum corpulentam substantiam tantum, sed non secundum rationem seminalem. Et ideo non fuit decimatus in eo quia non fuit conceptus ex semine virili, sed virtute spiritussancti. & hoc habet diffusius tractari.iij. sententiarum. propter quod ad præsens dimitto.*

11 Si ergo consummatio. *Hic ex prædictis probat Apostolus sacerdotium Christi esset excellentius sacerdotio Leuitico & euacuare ipsum, per hoc quod est secundum ordinem Melchisedech, secundum quod dicitur Psal.cix.a. vbi dicitur de Christo:* Tu es sacerdos in æ-

8 Et

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdotem qui iuxta cor meum, & animam meam faciet,& ædificabo ei domum fidelem &c.

AMBROSIVS. Incipit hic veteris & noui Testamenti differentias dare. *Si ergo.* sacerdotij translatio est, necessario & legis. Non potest enim sacerdos sine testamento & lege & præceptis esse. Transeundū est ergo a lege ad euāgelium. *Si ergo cōsummatio.* Vel prætulit hactenus sacerdotiū Christi (quod est secundum ordinem Melchisedech) Leuitico, nunc addit quod sacerdotium Christi Leuiticum destruat, quo destructo necessario etiam destruitur lex. Q. Si Leuiticum sacerdotium consummabat, frustra surgeret alius secundum ordinem Melchisedech sed surgit alius, quod ibi notatur. Translat. scilicet Quod & probat ibi: In quo enim hæc dicuntur. & ibi: & amplius adhuc manifestum est, ergo illud non cōsummabat. a *Sub ipso.* Quia in manu sacerdotis lex, & per eum impletur lex quæ dicitur consummare. Hæc translatio figurata fuit in Samuele, qui de tribu Ephraim electus est sacerdos à domino, reprobatis filiis Eli. domino dicente: Qui honorauerit me, honorabo eum: & qui inhonorauerit &c.

b *Translatio enim &c.* Quòd alius surgat, subsequenter probat & per tribum & per ritum. Per tribum ibi: *In quo enim hæc &c.* Per ritum ibi: *Et amplius &c. Translato enim sacerdos.* Quia enim similiter & ab eodem & sub eadem sponsione vtraque data sunt, quod de vno dicitur, necesse est de altero intelligatur.

✠ THEOPHYLACTVS. Patefacit hoc loco quemadmodum lege ipsa cessante, & redacta in nihilum, consequenter, & illud esset testamentum inductum. Nam si alio traductum est sacerdotium, necesse est & aliam legem esse, quandoquidem nequit sacerdos sine testamento, & lege constare. Translatum est itaque sacerdotium, non solum pro modo. 1. quod nequaquam pro Aaron ipsius Melchisedech institutis & ritu conster, sed tribu, A sacerdotali namque Aaron tribu, in regiam illam Iuda traductum est sacerdotium. Sed attende misterium. Hoc enim cum regale fuisset mox est † sub ipsō a per sacerdotium Lēuiticum erāt: populus enim † sub ipsō 1

a ¶ Quia Aaron de Leui. b ¶ Quod deberet esse. c ¶ Interpositio. d ¶ Sacerdotio, vt in manu eius sit.

a ¶ Postquam vetus consummaret. b ¶ Dici à propheta Dauid. 2

legem accepit, quid adhūc necessarium fuit secundum or- 3 4

a ¶ Hoc non diceretur, si illud melius esset. b ¶ Secundum ritum & tribum. c ¶ Qui à peccato liberauit, quod non illi. d ¶ In aliquo hoc addit, ne vtrunque tenere putes.

dinēm Melchisedech aliūm surgere sacerdotem, & nōn se- 5

a ¶ Ideo dico legem sub sacerdotio, quia sic noto, quod destructo sacerdotio destruitur & lex, quæ non nisi sub eo.

c cundum ordinem Aaron dici? † Trānslato enim sacerdo- 6

a ¶ In cuius considerazione. b ¶ Christus. c ¶ Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. 7

tio, necesse est vt & legis translatio fiat. † In quo enim hēc 8

a ¶ De Iuda. ¶ Non de tribu Leui. b ¶ Alia. ¶ Alias altari. 9

d dicuntur de alia tribu est, de quā nullus altario præsto fuit.

¶ Vere de alia. a ¶ Vt eadem sit sacerdotalis & regalis, vt fuit Melchisedech rex & sacerdos. ¶ Christus. 10

¶ Vt de ea esset aliquis sacerdos.

Manifestum est enim, quòd ex Iūda ortus sit dominus

a ¶ Hæc est firmior probatio per ritum. ¶ Quam per tribum. b ¶ Quod transfertur, & surgit alius. ¶ Quia- 11

noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses loquu-

e tus est. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum

Primasius.

cerdotium, quod temporaliter erat vmbra futuri, pertinere videretur, mundatio peccatorum, quam ipse oblatione sui veri sacrificij fecit. *De alia tribu est.*

d *Manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit dominus noster.* de tribu ad tribum translatum est sacerdotium, de sacerdotali ad regalem, vt eadem sit sacerdotalis & regalis. Et intuere misterium. Primum fuit regalis, postea facta est sacerdotalis. sic Christus rex erat semper, sacerdos autem factus est quando carnem suscepit, quando sacrificium obtulit.

e *Et amplius adhuc manifestum est.* Quia si tribus in Samuele mutata erat, non tamen ritus. Vel:

☞ *Non se-*

Diuisio.

NICOLAVS DE LYRA.

cundum ordinem Melchisedech. *vt suprà dictum est. j. cap. Et dinditur in duas partes secundum duas rationes. secunda incipit ibi:* Et amplius. *Ad euidentiam primæ rationis notandum, quod sacerdos non est sine lege, secundum quod dicitur in glo. propter quod & lex vetus administrata fuit populo per sacerdotes veteris Testamenti & similiter lex noua per sacerdotium Christi, & ideo lex & sacerdotium sese concomitantur, ita quod mutato vno & aliud mutatur ex quo patet, quòd cum scriptura dicit Psal. cix. quod sacerdotium Christi debebat surgere secundum ordinem Melchisedech, qui est alius ab ordine Leuitico, eo quod sacerdotium Leuiticum fuit imperfectum: alirer non esset necesse. immo superfluum surgere sacerdotium nouum secundum ordinem alium. & ideo sacerdotium Leuiticum cessat adueniente sacerdotio Christi, sicut vmbra adueniente veritate, & imperfectum adueniente perfecto. Et eodem modo lex vetus adueniente noua, quia lex & sacerdotium pari passu currunt. & hoc est quod dicit:* Si ergo consummatio. *id est, perfectio.*

1 Per sacerdotium Leuiticum erat. *supple non esset necessarium aliud sacerdotium. Cuius causa subditur:*

2 Populus enim sub ipso. *id est sacerdotio Leuitico.*

3 Legem accepit. *in monte Sinai, vt patet Exod. xx. Si ergo illud sacerdotium fuisset perfectum:*

4 Quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotē &c. *id est, qui non diceretur sacerdos secundum ordinem Aaron, sed secundum alium ordinem quasi dicat non fuisset necesse. & ideo cum hoc necesse appareat ex scriptura Psal. cix. quæ dicit surgere sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, per hoc manifestè patet, quod sacerdotium Leuiticum & Aaronicum, quod idem est, euacuantur per sacerdotium Christi: & per consequens lex vetus quæ illud sacerdotium concomitatur. & hoc est quod subditur.*

5 Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. *Quod autem sacerdotium veteris legis sit translatum, declarat Apostolus vlterius per hoc, quod Christus à quo incipit sacerdotium noui Testamenti, non fuit de tribu Leui, de qua erant sacerdotes isti, sed de tribu Iuda de qua loquitur Psal. 77. & hoc est quod dicit:*

6 In quo enim hæc dicuntur. *id est, in Christo, de quo prædicta scriptura impleri dicitur:*

7 De alia tribu est. *id est, de tribu Iuda.*

8 De qua nullus altario præsto fuit: *ad ministrandum, vt sacerdos.*

9 Manifestum est enim, quòd ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses loquutus est. *patet litera.*

10 Et amplius adhuc manifestum est. *Hic ponitur secunda ratio quæ talis est. Necesse est surgere alium sacerdotem, vt patet per rationem prædictam: ergo necesse fuit surgere aliam legem. quia sacerdotium & lex pari passu currunt. Vnde & sicut sacerdotium illud consistebat in quibusdam sacrificijs carnalibus, sic & lex promittebat bona carnalia. lex autem noua promittit bona spiritualia & æterna. Et ideo lex vetus & eius sacerdotium euacuantur sicut quadam imperfecta & infirma. & hoc est quod dicit Apostolus:* Et amplius adhuc manifestum est. *id est, alia ratione patet propositum.*

11 Si secundum similitudinem Melchisedech exurget alius sacerdos &c. *id est, institutus, sicut erat institutio sacerdotij ve. le.*

✠ Sed

a *non secundum legem.* ideſt secundum carnalem intellectum legis, vt faceret secundum carnales obseruantias, sed secundum virtutem ipsius legis ideſt spiritualem intellectum, quem exequentes vitam habent æternam. Differt inter sacerdotium. & sacerdotium Illud carnale, hoc spirituale. Illud temporale, hoc æternum.

✠ CHRISOSTO. Factus est inquit, Pontifex non secundum legem præcepti carnalis, lex quippe illa, ex nulla parte carnalis etat. Quid est præcepti carnalis? Circūcide inquit, carnem, vnge, inquit, carnem: laua carnem, munda carnem tōde carnem, liga carnem, nutri carnem, otium agito carnī. Bona autem retributionis quæ erint? Multa vita carni, mel & lac carni, pax carni; delitiæ carni. Ex hac lege sacerdotium suscepit Aaron: Melchisedech autem nō sic. Et amplius adhuc manifestum est, liquidem secundum similitudinē Melchisedech exurgit pōtifex alter. Quid manifestū est? Quantaj inter vtrunque sacerdotium differentia. quantò melior, qui non secundum legem præcepti carnalis factus est. Quid iste? nū Melchisedech? non inquit, sed Christus: sed qui secundum potentiam vitæ insolubiliset.

b *Vitæ indissolubilis.* Contestatur enim Deus pater iureiurando, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Euagrio.

✠ HIERONY. Ordinē Melchisedech multis modis interprætantur quod solus rex fuerit, & sacerdos & ante circuicisionē functus sacerdotio vt non gentes ex iudæis, sed iudæi a gentibus sacerdotium acceperint: neque vnctus oleo sacerdotali, vt moysi præcepta cōstituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate. Et quod sit rex iustitiæ, & rex pacis, sine patre & sine matre &c. non quod absq; patre & matre fuerit, sed quod introducatur occurrisse Abraham a cæde hostium reuertenti, & nec ante nec postea, eius nomen feratur ad scriptum,

C c *Reprobatio quidem.* ✠ CHRISOSTOMVS. Hic hæretici insurgunt. sed aduerte integrè non dixit propter malignitatem, neque propter malitiam: sed propter infirmitatem & inutilitatem. Nam & alibi ostendit infirmitatem eius cum dicit In quo infor- D, matabatur per carnem. Non ergo ipsa infirmata est sed nos. Causam supponit, quare vetus sit destructum cum Deus illud derit, & nouum testamentum substitutum: quia tempore suo status illud fuit infirmum & non prorsus inutile. Hoc autem perficit, quòd valet ad laudem nouī sacerdotis.

d *Inutilitatem.* Quia post aduentum Christi inutile est fieri ea quæ olim fiebant, vt hæc prædicerent. Circuncisio enim & cętera huiusmodi priori populo per vetus testamentum diuinitus data sunt ad significationem futurorū, quæ per Christū oportebat impleri. Quibus aduenientibus remāserunt illa Christianis tamen legenda ad intelligentiā præmissæ prophetiæ, non autem necessario facienda, quasi adhuc expectādum esset, vt veniret reuelatio Dei, quæ his significabatur esse ventura. Proinde nūc quisquis Christianorum similitur ea celebrare voluerit, quasi sopitos cineres eruens, nō erit pius deductor, vel baiulus corporis sed ipsius sepulturæ violator.

Aug. Epist. ad Hieron. primasius. Haymo.

✠ AVG. Licet itaque videre Apostolū Paulū, & alios rectæ fidei Christianos tunc illa vetera Sacramenta paululū obseruando veraciter commendare debuisse, ne putarentur illæ prophetiæ observationes à piissimis patribus custoditæ tanquam sacrilegia diabolica, à posteris detestandæ. Iam enim cum veniſset fides, quæ prius illis obseruationibus prænunciata post mortem, & resurrectionem Domini reuelata est: amiſetant tanquam vitam officii sui: veruntamen sicut defuncta corpora, necessario deducenda erant quodammodo ad sepulturam, nec simulate sed religiosè, non autem deferenda continuo, vel inimicorum obtrectationibus, tanquam canum morsibus proiicienda. Proinde nunc quiſquis Christianorum, quamuis sit ex Iudæis similiter eo celebrare voluerit, tanquam sopitos cineres eruens, non erit F pius deductor, vel baiulus corporis, sed impius sepulturæ violator:

Epist. ad Hieron.

e *Dixit: Tu es sac. in æter.* Et quòd in æternum, *iuravit Dominus.*

☞ *In tan-*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed secundum virtutem vitæ indissolubilis, *i. æternæ, quod declaratper scripturam dicens:*

2 Cōtestatur enim scrip. de Christo: Tu es sacerdos in æternum, *propter quod sequitur:*

3 Reprobatio quidem. *i. euacuatio.*

4 Fit præcedenti mandati. *i. veteris legis quæ fuit prior noua ordine temporis, non tamen ordine dignitatis: quia imperfecta præcedunt perfecta in tempore. & subdit causam euacuationis:*

5 Propter infirmitatem eius & inutilitatem. *Dicitur enim lex vetus infirma, quia non poterat inducere ad beatitudinem, quæ est finis legis diuinæ. dicitur etiam inutilis, quia non conferebat gratiam, habebat tamen vtilitatem, inquantum retrahebat ab idololatria, & disponebat ad Christum, sicut eius figura. Et propter hoc subdit:*

6 Nihil enim ad perfectum adduxit lex. *quia non conferebat perfectionem gratiæ & gloriæ. sed hoc seruabatur perfectioni legis nouæ, quæ confert vtrumque, & hoc est quod subditur:* Introductione vero melioris spei, per quam proxima. ad Deum.

7 Et quantum est. *Ostensa excellentia sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticum per illud quod in autoritate præmissa dicitur, secundum ordinem Melchisedech, hic consequenter hoc idem ostendit per hoc quod ibidem dicitur: iurauit Dominus & arguitur sic: illud quod statuitur sub iuramento firmius est quàm illud quod statuitur sine iuramento. Unde & iuramentum diuinum est signum certissimum sui consthi, quod est immutabile, vt dictum est ca. 6. Sacerdotium autem Christi institutum est à Deo & sub iuramento, vt patet per scripturam Psal. 59. a.* Iurauit Dominus & nō pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum. *Sacerdotium autem Leuitici um sine iuramento institutum est à Deo, vt patet Exo. 28 vbi dicitur sic:* Applica fratrem tuum Aaron cum filiis suis de medio filiorum Israel vt sacerdotio fungantur mihi &c. *Ibi nullum interponitur iuramentum diuinum ergo sacerdotium Christi firmius & excellentius est sacerdotio Leuitico. & hoc est quod dicitur hic:* Et quantum est non sine iureiurando. *q. d. magnum est valde, quod sacerdotium Christi non est institutum sine iuramento diuino, quia non sic factum est de sacerdotibus ve. le. propter quod sequitur.*

8 Alij quidem sine iureiurando sacerdotes acti. *scilicet in veteri le.*

9 Hic autem. *i. Christus.*

10 Cum iureiurando. *instituitus est.*

11 Per eum. *id est per patrem.*

12 Qui dixit ad illum: Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in &c. *Et quia sacerdos medius est inter Deum & populum. referens populum in Deum & beneficia Dei ad populum, ideo quanto melius est sacerdotium Christi, tanto meliora beneficia per ipsum promittuntur populo. & hoc est quod subditur.*

F 2 ✠ In tan-

Universidad de Deusto Biblioteca

A ✠ CHRYSOSTOMVS. Duas ponit differentias quia non habet finem sicut legalis hæc autẽ facit ex personã mediatoris Christi: secundum virtutem inquit, vitæ insolubilis. Facit autem hoc etiam ex iureiurando quod iurauit, & ex re. Si enim quoniam infirma erat illa exclusa est ista quoniam valet, & fortis est manet facit autem hoc & ex Pontifice. Quomodo quia vnus est: nõ enim vnum esset, nisi esset immortalis Sicutenim multi sacerdotes sunt quia mortales sunt, sic vnus quia immortalis est. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Secundum quod iurauit, semper eum esse mansurũ.

† pontifex secundum ordinem Melchisedech.

B ✠ AVGVSTINVS. (Lib. aduersus Iudæos.) Christo enim dictum est, & de Christo tanto ante prædictum. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum, tu ex sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech. Quid est iurauit dominus, nisi inconcessa veritate firmauit. Et quid est non pœnitebit eum, nisi hoc sacerdotium nulla omnino ratione mutabitur Neque enim sicut hominem pœnitet Deum sed Dei dicitur pœnitentia quæuis ab illo institutæ rei cuiuscunque mutatio, quæ credebatur esse mansura. Proinde cum dicit, non pœnitebit eum tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech, satis ostendit eum pœnituisse, hoc est, eum mutare voluisse sacerdotium, quod constituerat secundum ordinem Aaron: sunt de vtroque videmus impletum. Nam & Aaron sacerdotium iam nullum est in aliquo templo, & Christi sacerdotium perseuerat in cælo. D

¶Hoc dicit propheta. a ¶Non immutabit factum.

dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æter-

a ¶Quod cum iureiurando, & quod per eum proximamus ad Deum. ¶Vt sacerdotum per eum, & lex eius. b ¶Quam sit vetus. c ¶i. assertor. ¶Hoc item modo dignior Iesus quia.

a b num. † In tantum † melioris testamenti sponsor factus est 1 2

a Leuitici.

Iesus. & alij quidem plures facti sunt sacerdotes secundum 3

a ¶In vita hac. ¶Iesus.

c legem, idcirco quòd morte prohiberentur permanere. Hic 4

autem eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet 5 6

a ¶Quia manens sempiternum habet sacerdotium. b ¶Iesus ipse.

d sacerdotium. Vnde & saluare † in perpetuum potest, ac- 7 8

a ¶Ad Deum. b ¶Non per alienas hostias, sed per se viuam hostiam. ¶Non per alium pontificem. ¶Vnde: Nemo venit ad patrem, nisi per me. c ¶Ideo potest saluare quod non alij.

cedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad inter-

a ¶Representatione sui, ex ea enim natura qua pontifex est. i. humana, quam cœlis intulit interpellat pro nobis. ¶Accedens per se. b ¶Filiis, serui alio: habuerunt.

pellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis esset

a ¶Positione virtutum & mente. b ¶Ad proximum. c ¶Remotione malorum. d ¶Non tantummodo impollutus, sed semper sine peccato.

e f g h pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus

† ad plenũ.

a *In tantum.* ex laude sacerdotis infert commendationem legis.

b *Melio.* quia meliora id est æterna promittit vetuo temporalia.

c *Hic autẽ eo quòd maneat in æternum.* Sicut ille permanet, ita & lex quã attulit, in qua vera remissio peccatorum, & perpetua gratia, quod quia verus lex non potuit, exclusa est. Quod autem permanet in æternum ostendit ex pontifice, quia vnus est, quod non esset nisi esset immortalis, sicut in lege multi quia mortales. E

d *Vnde & saluare.* Oneroso quod per sacerdotium Christi vetus sacerdotium, & lex destruitur, commendat actum ipsius deprimendo per contrarium actum veteris sacerdotii.

e *Sanctus*, interius.
f *Innocens.* manibus.
g *Impollutus*, corpore.
h *Segregatus a peccati* idest ab omni peccato immunis. F

C Theo

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

1 Intantum melioris te. *i. meliorum bonorum, scilicet æternorum, quia nomine testamenti designatur aliquando bonum quod datur per testamentum. Testamentum autem nouum promittit bona cælestia & æterna quod propriè est testamentum Christi, ideo sequitur.*

2 Sponsor factus est Iesus. *In veteri autem testamento non promittebantur nisi bona carnalia, quæ mentem hominis non quietant.*

3 Et alij quidem. *Hic consequenter probat sacerdotium Christi excellere sacerdotium Leuiticum per hoc quod dicitur in autoritate Psal. præmissa de Christo:* Tu es secerdos in æternum. *Et diuiditur in duas quia primò facit quod dictũ est. secũdò ex hoc cõcludit efficaciã sacerdotij Christi. ibi:* Vnde & saluare. *Circa primum sciendum, quòd illa quæ sunt corruptibilia in corporalibus multiplicantur in eadem specie, sicut patet ad sensum, ista autem quæ sunt incorruptibilia non sic multiplicantur, sicut patet quòd est vnicus Sol & vnica Luna. In sacerdotio autem Leuitico fuerunt plures summi sacerdotes sibi inuicem succedentes quia Eleazar successit Aaron, & Phinees ipsi Eleazaro, & sic de aliis In sacerdotio autem Christi est vnicus tantum summus sacerdos, sci. Christus alij autem omnes non sunt nisi ministri secundum quod dicit Apostolus. j. Cor. iiij.* Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, &c. *Ex quibus patet, quòd sacerdotium Leuiticum fuit corruptibile & transitorium, sacerdotium verò Christi incorruptibile est & æternum, æternum autem excellentius est corruptibili, ergo, &c. & hoc est quod dicitur:* & alij quidem plures facti sunt sacerdotes. *in lege veteri. & causa subditur*

4 Idcirco *i. propter hoc.*

5 Quod morte prohiberentur. *cum essent corruptibiles.*

6 Hic autem. *i. Christus.*

7 Eo quod maneat in æternum. *sempiternum habet sacerdotium.*

8 Vnde & saluare. *Hic ex prædictis concludit efficaciam sacerdotii Christi. effectus enim æternus non potest induci à causa temporali, sed tantum à causa æterna, & ideo Christus qui est sacerdos in æternum potest dare salutem æternam, & hoc est quod dicitur:* Vnde & saluare in perpetuum potest. *Modus autem per quem hoc facit est naturæ excellentia. & pietatis abundantia, primum patet, quia licet habeat naturam humanam, per quam distat à patre, est tamen vnita naturæ diuinæ per quam indistans est ab eo, & hoc tangitur cum dicitur.*

9 Accedens per semetipsum. *Accedere enim ad aliquem non conuenit nisi ei qui aliquomodo distat ab eo Christus autem distat à patre secundum naturam humanam tantum, & hoc modo competit ei accedere ad patrem, veruntamen quia habet eandem naturam cum patre. ideo accedit per semetipsum, hoc autem non potest competere alicui puræ creaturæ. Et quia in Christo est excellentia naturæ diuinæ, sequitur quòd semper viuit, quia semper vita diuina est æterna, & hoc est quod dicitur:* Semper viuens. *Excellentiam autem pietatis tangit cum dicitur.*

10 Ad interpellendum pro nobis. *Quia licet tantæ excellentia sit, sicut dictum est, tamen ex sua pietate est aduocatus noster, secundum quod dicitur. i. Iohan. ii.* Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. *interpellat enim pro nobis assumpsit ipsum patri repræsentando. similiter anima per ipsum naturale desiderium de nostra salute exprimendo.*

11 Talis enim. *Postquam ostendit sacerdotii Christi excellentiam, hic cõsequenter ostendit eius necessitatem, perfectum enim necessarium est ad exclusionem imperfectionis, sacerdotium autem Leuiticum fuit imperfectum, & ideo necessarium fuit sacerdotium Christi, quod est perfectum, & ideo ostendit primò quod quidquid perfectionis fuit in sacerdotio Leuitico, totum est in Christo. secundò quia ab eo excluditur quidquid erat imperfectionis, ibi:* Qui non habet necessitatem. *Circa primum sciendum, quòd in sacerdotio veteris Testamenti requirebatur sanctitas, vt habetur Leuitici. xxi. d.* Panes Dei sui offerunt, ideo sancti erunt. *Requirebatur etiam innocentia: Leuitici xxii. b.* Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato. *innocentia enim est puritas à peccato. Requirebatur etiam impollutio. Leuitici xxi. c.* Homo de semine Aaron sacerdotis qui habuerit maculam, non accedat offerre, &c. *item requirebatur segregatio à coinquinatis. Leuit. xxi. c.* Non commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ. *Ista autem perfectissimè erant in Christo: & hoc est quod dicitur:* Talis enim decebat vt no. esset pontifex sanctus. *Quia Christus ab instanti conceptionis fuit sanctussanctorum. Sanctum enim idem est quod applicatum ad diuina, propter quod etiam res inanimatæ si ad diuinũ cultum applicentur, dicuntur sanctæ, sicut calix altare, & consimilia. Humanitas verò Christi ab instanti conceptionis fuit Deo applicata in vnitate suppositi, quæ est maxima applicatio.*

12 Innocens. *Hoc etiam maximà competit Christo,* qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, *vt habetur. i. Petr. ii. d.*

13 Impollutus. *i. sine corporali deformitate: quia talis deformitas causatur, vel à causa intrinseca s. à defectu virtutis formatiuæ, vel ex defectu materiæ per quem modum contingunt monstra in natura humana, sed neutrũ habuit locũ in Christo, quia corpus eius fuit formatũ virtute spiritussancti, quæ est infinita, materia autẽ sui corporis fuit purissimus sanguis beatæ virginis. Aliter causatur deformitas à causa extrinseca, scilicet quod aliquis propter peccatum suum priuetur manu vel pede vel oculo, aut quia malo regimine aliquis perdit manum, oculum vel pedem, quod in Christo non habuit locum, vt patet.*

14 Segre. à peccatoribus. *Et secundum hoc videtur falsum de Christo quod dicitur Mat. ix. b.* Discumbente Iesu in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu & discipulis suis. *Dicendum, quòd Christus venit tanquam medicus perfectorum, & ideo, non debuit segregari à peccatoribus quantum ad cohabitationem. & ideo legitur cum peccatoribus comedisse propter eorum salutem, fuit tamen segregatur à peccatoribus quantum participationem cum eis in peccato, quia talis segregatio erat virtuosa & saluti nostræ accommoda non sic autem segregatio prima.*

A ✠ THEOPHYLACTVS. Constat sanè ex his quæ antea dixit, & prosequi non desistit eadem confirmare, carnis dixisse ob gratiam Paulum. Quid enim huiusmodi de Deo dissereret? Nec pudet quidem incomprehensibili illi naturæ hæc adiecisse. ὅσιος itaque religiosus & sanctus est, qui nihil eorũ quæ facere debeat intermittit. ἄκακος vero & innocens qui caret malignitate. Neque enim, inquit eius in ore iuuentus est dolus impollutus neque id quidem adeo in laudem cedere dixerit quispiã minus scilicet dici hũc inquinatum, sed liquet sanè, de Christi vnius humanitate dicta hæc esse. *Segregatus a peccatoribus, & excelsior cælis factus.*

a ¶i. prioribus sacerdotibus. b ¶Quem omnes Angeli adorant c ¶Omni cœlesti creatura.

a à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Qui nõ habet quo- 1

a ¶Qui tamen figura istius fuerunt, qui non hanc habent necessitatem. ¶Leuitici.

tidie necessitatem, quemadmodum † sacerdotes, prius 2

b pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo.

a ¶Non habet necessitatem hanc, hoc enim. i. offerre, fecit non pro suis, sed pro populi delictis semel quia sufficit omnibus, & ideo non est opus iterari

c Hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Lex. enim. ho- 3

a ¶Peccandi & moriendi: & ideo pro se offerebant.

mines cõstituit sacerdotes infirmitatẽ habẽtes: sermo autẽ 4

a ¶Dictus per Dauid. b ¶Constituit sacerdotem. c ¶Duraturum. d ¶Gratia & veritate.

d iurisiurãdi, qui post legem est, filium in æternum perfectũ.

† illi summi sacerdotes.

B Legis enim (inquit) sacerdotes, & si cæteris polleant sanctitate, pro natura tamen humana nequitiæ arguuntur. Nec prorsus sunt a delinquentibus ipsi seiuncti, quippe qui & ipsi sunt peccatis obnoxij, necdum in cælis versantur. Pontifex vero hic noster, cum omni sit virtute superior, & a peccatoribus ipsis penitus alienus, vel in cœlo est celsior factus, throno paterno insidens. *Cum vero factus est*, inquit, perspicuum est secundum carnem de Christo in dici nam vt Deus perpetuo est in cælo sublimior.

✠ AMBROSIVS. (Lib. 3. de fide cap. 5.) Nemo excelsior factus dicitur nisi qui in aliquo fuerit humilior. in eo igitur excellentior factus est, sedendo ad dexteram Patris, in quo se, minor angelis factus, obtulit passioni.

✠ PRIMASIVS. Non eramus digni, nec promerebamur talẽ habere Pontificem: sed necesse erat nobis vt talem haberemus, qui esset sanctus in interiori homine, innocens manibus impolluto corpore ab omni peccato immunis, & à conuersatioue peccatorum separatus. In hoc enim fuit separatus quia alii cum peccato cõcipiuntur & nascuntur, atque ab hoc seculo cum peccato transeunt: hic autem sine peccato conceptus, natus, vixit. Factus est excelsior cælis, quando quadragesimo die admirandæ resurrectionis, super omnes cælos, & super omnes ordines cœlestium spirituum eleuatus est ad consessum paternæ maiestatis, vbi nunc sedet in plenitudine honoris & gloriæ.

b *Qui non habet quotidie.* Qui cum sit talis, non habet necessitatem quotidie offerre. Non quod aliquando egeat, sed vt ab eo remoueat quod illis conuenit.

C c *Hoc enim fecit semel seipsum offerendo.* Adeo magnum est sacrificium, quòd licet vnum & semel oblatum sit, sufficit tamen ad æternitatem.

a *Lex enim homines constituit sacerdotes.* Illi habent necessitatem quotidie offerre, quia infirmi: hic semel sufficit qui filius perfectus. D

✠ AVGVSTINVS. (Lib. 1. de bapt. paruul. & lib. 4. de trinit.) Intelligere debemus ne ipsos quidem superbissimos spiritus honoribus sacrificiorum gaudere potuisse, nisi vni vero deo pro quo coli volunt, verum sacrificium deberetur: neque id rite posse offerri, nisi per sacerdotẽ sanctũ & iustũ nec nisi ab eis accipiatur qd offertur pro quibus offertur atq; id sine vitio sit, vt pro vitiosis mundandis possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificiũ deo volũt. Quis ergo tã iustus, & sanctus sacerdos quam vnicus Dei filius: qui nõ opus habet per sacrificium sua purgare peccata, nec originale nec ex humana vita quæ adduntur. Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quam humana caro? Et quid tam aptum immolationi, quam caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis vitiis mortalium, quam sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero virginali? Et quod tam grate offerri & suscipi posset caro sacrificii nostri, corpus effecta sacerdotis nostri: Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse viuus ac verus mediator, per sacrificium Patris reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneat cui offerebat, vnum in se faceret, pro quibus offerebat, vnus ipse esset qui offerebat, & quod offerebatur. E

✠ PRIMASIVS. Quia sacerdotes Aaronici peccata habebãt, vt pro populi, ita pro suis delictis hostias offerebant. Iste autem tam potens est, vt non indigeat pro se offerre sed insuper semel oblato carnis suæ sacrificio omnium saluti satisfecit.

d *Sermo autem iusiurandi &c.*

✠ PRIMASIVS Subaudi, ostendit, siue perfectum constituit sacerdotem, non infirmitate grauatum, sicut lex cõstituit suos: post legem factus est sermo Dei Patris ad Dauid de Christo cum iureiurando, *Iurauit Dominus Tu es sacerdos &c.* Ponit hic Apostolus nomen filii ad distinctionem seruorum qui fuerunt in lege: quia serui infirmi fuerunt, siue quia peccatores, siue quia mortales erãt filiũ vero perfectum ostendit, quia semper viuit, & sine peccato est. F

Capitulnm

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eo exelsior cælis factus. *quia secundum naturam diuinam excellit omnem creaturam.*

2 Qui non habet. *Hic consequenter excludit à Christo imperfectiones, quæ erant in sacerdotibus ve. Te. erat etiam imperfectionis, quòd sacerdos ve. Te. non solum offerebat sacrificium pro peccatis populi in die expiationis, sed etiam cum hoc offerebat vitulum pro peccatis propriis. Item imperfectionis erat, quòd hoc fiebat non tantum semel sed pluries. quia vna oblatio non sufficiebat pro omnibus peccatis, propter sui imperfectionem. Christus autem tantum vnam obtulit hostiam scilicet corpus suum in cruce, non tamen pro peccatis propriis, sed pro alienis. & hoc est quod dicitur hic:* Quia non habet quomodo ne. *patet littera vsque ibi.*

3 Lex enim &c. infir. habet *idest pronitatẽ ad peccandum. & sic peccabant aliquando sicut alii homines, non sic autem Christus, propter quod subditur.*

4 Sermo autem &c. *idest verbum diuinum loquens de sacerdotio Christi constituti per iuramentum diuinum vt supra dictum est, ostendit quòd filius Dei est constitutus sacerdos no. Te. quod est post legem Moysi ordine temporis, sed non ordine dignitatis. Ad maiorem euidentiã illius verbi quod habitum est in hoc ca. Quod minus est à maiore benedicitur Videtur quòd non sit verum generaliter. Primò, quia Papa consecratur ab Episcopo Hostiensi. & tamen Papa maior est ex ipsa sua electione etiam antequam consecretur, & Archiepiscopus consecratur à suffraganeis ipso minoribus. In contrarium est authoritas Apostoli, quia dicit illud esse verum sine vlla contradictione. Dicendum quòd circa hoc errauerunt quidã hæretici qui nominantur pauperes de Lugduno, quia etiã quilibet iustus maior est quocunque peccatore. ideo dixerunt, quod sacerdos peccator non potest benedicere iusto etiam puro laico, sed è conuerso quilibet iustus etiam purus laicus est sacerdos verus, & nullus alius. Sed hic error est nimis perniciosus. quia si sanctitas ministri sit de necessitate sacramenti, nulla erit certitudo in sacramentis ecclesiæ: quia nullus scit certitudinaliter se esse in statu gratiæ. & multo minus potest hoc scire de alio. & per consequens de nullo sciretur vtrum esset baptizatus vel non. Nec de quocunque alio sacramento esset aliqua certitudo. Et ideo dicitur, quod quando aliquis agit in virtute propria, tũc quæritur de ipso, quis vel qualis sit, quia eius bonitas vel malitia variat solum actionem propriã sed quando solum agit in virtute alterius non variat. Bona enim elleemosyna datur à bono per malum seruum, & eodem modo deus confert bonum & verum sacramẽtũ per malos ministros. Ideo dictum Apostoli verum est. scilicet quòd minor à maiore benedicitur, quia quilibet institutus minister Christi maior est quocunque alio inquantum est homo vel peccator. Sed adhuc vna obiectio est de sacerdote, corpus Christi consecrate, & non videtur quod sacerdos sit aliquo modo maior ipso. Dicendum quod sacerdos consecrat ipsam materiam qua maior est: Christi autem inquantum deus consecrat corpus suum. & sic patet propositum. Ad argumenta dicendum, quod patent ex dictis. electus enim in Papam submittit se voluntariè inquantum est homo, Episcopo Hostiensi in quantum est minister Dei, & eodem modo Archiepiscopus suis suffraganeis*

Error pauperum de Lugduno

ADDITIO. I.

In ca.vii.vbi dicitur in Postil. Sed videtur alicui, quòd istud argumentum non valet. Argumentum Apostoli non fundatur in hoc, quòd si aliquis est maior patre, propterea sit maior filio: quia talis ratio multipliciter deficit. sed ratio Apostoli fundatur in hoc, quòd Abraham apud Iudæos erat maximè dignitatis, in tantum quòd ipsum Abraham præponere volebant ipsi Christo. vnde Ioh.viii.g. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham?

A

ADDITIO.

In eodem cap.vbi dicitur in Postilla. Translato autem sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat.

Hoc quod dicit apostolus: Translato autem sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. non videtur fundari in concomitantia legis & sacerdotij in generali considerata. quia si sic, tota lex esset translata translato sacerdotio, quod est falsum: nam lex vetus etiam translato sacerdotio manet quantum ad moralia, sed ad veram intelligentiam dictorum Apostoli videtur attendendum, quod ceremonialia le.ve. vt sunt sacrificia & huiusmodi, non poterant impleri secundum ritum Mosaicæ legis nisi per sacerdotes de semine Aaron, vt habetur Nume.xvi. & in aliis quamplurimis locis. Similiter iudicialia, ad quæ implenda requiritur autoritas iudicis, non poterant impleri sub eodem ritu, nisi per sacerdotes prædictos, apud quos erat autoritas iudicialis. vnde Deuter. xxi.a loquendo scriptura de quodam negocio iudiciali, sic dicit: Accedentque sacerdotes filij Leui, quos elegerit dominus Deus tuus vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum omne negocium pendet. *Ex quo patet manifestè, quòd translato sacerdotio ve.Te. necesse est vt legis translatio fiat quantum ad ceremonialia & iudicialia tantum, non autem quantum ad moralia, quæ nullam dependentiam habebant à sacerdotio, &c.*

B

ADDITIO. III.

In eo.ca.vbi dicitur in Postilla, Iurauit dominus.

In hoc quòd dicitur: Iurauit dominus, &c. Non videtur arguere Apostolus solam ex maiori firmitate eius quod statuitur sub iuramento, sed cum hoc etiam videtur innuere quod istud sacerdotium sub iuramento firmatum est sacerdotium Christi: ex hoc quod mysteria Christi consueuerũt in sacra scriptura sub iuramẽto diuino vallari. cõstat enim, quòd cum Deus denunciasset Abrahæ quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes, quòd intelligitur ad literam de Christo: ibi interposuit firmum iuramentum, Gen.xxii.c. Per memetipsum iu.di.dom.&c. *De quo iuramento Apostolus agit supra cap.vi. Similiter cum de regno Christi ageretur in Psal. qui incipit:* Memento domine Da.&c. *Deus ibi interposuit iuramentum di.* Iurauit dominus Dauid ve. & non

Psal.131.a fru.eum, &c. *Et sic patet quòd ex interpositione iuramenti intelligi debet hoc sacerdotiũ ad Christum pertinere. Et notãdum quòd in hoc quolibet prædictorum iuramentorum superadditur aliquid ad solenniorem iuramenti firmitatem pertinens. vnde Gen.xxii. non solum dixit: Iuraui dicit dominus, sed addit, per memetipsum iuraui, &c. Et in Psalm. non solum dicit:* Iurauit dominus, *sed addit,* & non pœnitebit eum. *Simi-*

Psal.109.a *liter & in Psal.* Memento domine Dauid, *non solum dicitur.* Iurauit dominus Dauid. *sed addit,* & non frustrabitur eum. *Quæ quidẽ additiones non consueuerunt fieri in sacra scriptura in aliis iuramentis diuinis, &c.*

ADDI-

In eo.cap.vbi. dicitur. in Postil. Ad argumenta dicendum, quòd patent, &c.

ADDITIO. IIII.

Sed adhuc contra verba apostoli videntur multæ autoritates esse sacræ scripturæ, in quibus patet quòd creaturæ benedicunt Deum, vt cum dicitur: Benedic anima mea domino, & Benedicite angeli domini domino. *& huiusmodi. Ad quod dicendum, quòd benedictio potest esse* D

Psal.102.a Benedictio duplex. *duplex, scilicet, actiua & passiua. Actiua est per quam aliquid datur à benedicẽte ipsi, qui benedicitur. & tali benedictione Deus benedicit creaturas, per quam benedictionem eis conferuntur aliqua bona. sicut Gen. i.cap.* Benedixitque eis Deus. & ait: Crescite & mul. *Benedictio autem passiua est per quam nihil accrescit illi qui benedicitur, sed tantum illi qui benedicit, & isto modo creaturæ benedicunt Deum, qui bonorum nostrorum non eget. Vnde talis benedictio non est nisi quidam modus laudandi. Benedictiones autem quæ dantur à sacerdotibus seu ministris Dei, reducuntur ad primum modum benedicendi, inquantum in persona Dei seu eius autoritate hoc faciunt seu imprecantur. & de isto modo benedicendi loquitur Apostolus.*

REPLI. *In cap.vii. vbi Apostolus arguit sacerdotium Melchisedech dignius sacerdotio Leuitico: Postil. ponit hoc medium. scilicet, quidquid est maius maiore, est etiam maius minore: sed Abraham fuit maior & dignior Leui: si igitur Melchisedech fuit maior Abraham, fuit etiam maior Leui. Sed Bur. adiicit hoc medium Post.di. quòd multipliciter deficit: & ponit aliud medium rationis Apostoli, videlicet quòd Iudæi reputabant ipsum Abraham Christo digniorem. di.Ioh. viii.g.* Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? *Hic dico primò quòd non est probabile quòd medium Postil. deficiat, si regulariter assumatur. Dicere autem iuxta illud medium, quòd pater episcopi sit maior episcopo, est regulariter assumptum ex medio quod nunquam fallit in magnitudine molis, sed nec etiam in magnitudine virtutis vniformiter subsumendo. Dico secundo, quod accepto medio Burg. si verum est, adhuc seruit mediũ Postil.* E *nam si Iudæi reputauerunt Abraham maiorem Christo, tunc ex medio postil. Apostolus concludit intentum sic subsumendo: Melchisedech est maior quocunque minore quam Abraham. sed Leui est minor Abrahã igitur est minor ipso Melchisedech.*

In eo.ca.vbi dicitur: Translato sacerdotio necesse est vt translatio legis fiat. *Circa quem passum Burg. arguit quod illud dictum Apostoli non potest fundari super concomitantia legis & sacerdotii in generali considerata. quia si sic, tunc translato sacerdotio tota lex fuisset translata, quod falsum est. Nam vt inquit, Burg. lex vetus mãsit quantum ad moralia etiam sacerdotio translato. Hic dico quod Burgens. phãtasiatur, putans præcepta moralia originaliter esse de lege Mosaica. quod falsum est & contra doc. communiter dicentes quod præcepta moralia sunt de lege naturæ. quamuis enim in lege Mosaica fuerint magis explicata: ex hoc non sequitur quod sint illius legis originaliter sicut simili modo quamuis præcepta moralia sint in euangelico magis extensa & explicata quam in lege Mosaica ex hoc tamen non sequitur quòd sint originaliter præcepta euangelicæ legis. est igitur concomitantia legis & sacerdotii in generali.* Nec *valet quòd Burg. arguit de moralibus, quia illa non pertinent originaliter ad legem veterem, sed ad legem naturæ: & ideo sunt indispensabilia, sed ceremonialia & iudicialia pertinent directè & originaliter ad vetus testamentum: & de illis generaliter dixit Apostolis.* Translato sacerdotio necesse est legem transferri. *Hæc est sententia Postil. & similiter Burgens. post fragile argumentum suum, quod putauit insolubile.*

C

CAP. VIII.

Apitulum. CHRYS. Commiscet humilia cum excelsis Apostolus Paulus, semper magistrum suum sequens, vt per humilia iter pararetur, & per illa ad excelsa quasi manu ducerentur, & in magnis constituti discerent ista accommodationis, & demissionis fuisse, & per hæc ad illa deducantur Postquam itaque dixit Qui obtulit seipsum, postquam eum ostendit Pontificem, quid intulit? *Caput autem in his quæ dicuntur illud est. Talem habemus põtificem,* qui in dextera sedet maiestatis. & tamen hoc non pontificis est, sed eius cui ab illo ministrari oportet sacerdotii functione. F

Quasi pauca dixisset: breuiter complectitur dignitatẽ eius supra quã prius dixit. Capitulum est breuis multorum complexio, sic dictum: quia totam summam breuiter capiat.

☞ a *Talem*

Summa autem eorum quæ dicimus hæc.

CAP. VIII.

¶ Multa de eo dixi, sed modo facio capitulum.

a ¶ Dignius laudem Christi continens quam prædicta.

a b † Apitulum autem super ea quæ dicũtur.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Apitulum autem super ea. *Postquam apostolis superius ostendit eminẽtiam sacerdotij Christi respectu sacerdotij Leuitici, & hoc ratione personæ sacerdotis, hic idem ostendit ratione officij sacerdotalis, & diuiditur in duas partes: quia primò ostendit hoc in generali, secundò magis in speciali. Secunda incipit in principio capituli sequentis, ibi:* Habuit quidem, &c. *Prima in duas: quia primò proponit intentum, secundo probat, ibi:* Omnis enim pontifex. *In prima parte proponit intentum suum, quantum ad domin. Primum est modus dicendi, dicens quòd intendit hic procedere summariè. & hoc est quod dicitur.*

1 Capitulum autem, &c. *Capitulum enim dicitur à capite: quia sicut in capite virtualiter continetur quidquid est in corpore, non tamen formaliter & explicitè, ita declaratio particularis seu capitularis dicitur quando aliqua ibi summatim tractantur. Secundum in quo ponitur sua intentio est respectu dicendorum quia intendit dicere de dignitate huius pontificis, cuius dignitas consistit in naturæ excellentia, in qua est æqualis patri. & hoc est quod subditur.*

☙ Talem

☞ a *Talem ha.* Hic incipit capitulum & finit, ibi: Deus & non

A homo.

b *In cæ.con.* Vel super materiales cælos. Vel, super thronos & dominationes, Ibi.

c *Sancto.mi.* quia sanctis augmentum virtutum, & vitam æternam ministrat. Vel in cęlis ministrabat gloriam per sancta sanctorum significatam.

☙ SEDVL. siue sanctorum hominum secundum suam misericordiam, siue minister eorũ, quæ sancta sanctorum dicuntur vnde subdit. *Et tabernaculi veri.* Spiritus Animarum sanctarũ templiq; multiformis ecclesię in quo Deus inhabitat.

☙ PRIMAS. Capitulum hoc, est repetitio super ea quæ dicuntur de Christo: quo dicto significat aliquid summum & magnum: & quasi recapitulatione præcedentis dispositionis ad rem ipsam deducit auditorem. *Talem habemus pontificem.* subaudi, qualem superius diximus, sanctum innocentem, impollutum, & qualem adhuc dicturi sumus in sequentibus. *Qui consedit in dextera sedis, &c.* Sedem ma-

B gnitudinis in cælis debemus accipere plenitudinem paternæ maiestatis, in qua filius Dei sedet: quæ etiam designatur per dexteram. Pontifex ergo noster qui consedit in summa gloria paternæ maiestatis in cælis, sanctorum minister est, quod duobus modis potest accipi. Veniens quippe Dominus in mundum, ministrauit

☙ sanctis Apostolis, aliisque fidelibus, etiam qui adhuc futuri sunt panem refectionis verbi spiritalis, & potum doctrinæ euãgelicæ, *Si quis sitit, veniat, &c. Venite omnes qui labor, &c.* Dicatur & aliter. Sanctorum minister erit in futurum, quando semetipsum ministrabit illis, & cognoscent dum cum patre & spiritu sancto sicuti est. *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Electos enim suos de iudicio ad regnum transire faciet, vel ad contemplationem humanitatis in diuinitatis suę cognitionem, nos eleuabit. Ministrabit illis, cum se, & patrem, cum spiritu sancto eis manifestabit: nam cibus & vita illorum visio sanctæ Trinitatis erit, &c.

d *Et minister taber.ve.* id est, veritatis quam tabernaculum vetus præfigurabat. scilicet, iusticiam in præsenti ecclesia, gloriam in futura.

e *Quod,* verum tabernaculum.

f *Fixit Deus.* vt in æternum permaneat, vmbratile verò erat non fixum, sed portabile, *& non ho.* quia & vetus posuit Deus sed per ministrum hominem.

☙ PRIMAS. Tabernaculi quoque veri minister est, quod composuit Deus & nõ homo, id est, cæli, quod nobis ipse administrat, vt claritate syderum illius illustremur. Tabernaculum enim quod Beseleel composuit in deserto, siue templum quod Salomon fecit nõ fuit verum: quia & vetustate consumptum est, nec semper durare potuit: cælum autem stabit in æternum, nullaque vetustate

C consumetur. Possunt tabernaculum etiam dici animæ sanctorum, quibus ipse Dei filius gaudia patriæ cælestis administrat, & in quibus habitare dignatur.

a ¶ Iam diu est, quod quiescit & regnat secundum diuinitatem. ¶ Quia Deus qui homo qui gigas geminæ substantiæ, in quo duæ naturæ vnitæ. b ¶ In æqualitate sedentis deitatis. i. patris: qui quiescit & iudicat.

a Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis 1

a ¶ Hoc potestatis & maiestatis diuinæ indicium est. b ¶ Secundum humanam naturam locatus. c ¶ Hoc misericordiæ. d ¶ Non vmbratilium, sed tabernaculi veri, quod est animæ sanctorum, quibus dat gaudia æterna.

b c d magnitudinis in cælis, sanctorum minister, et tabernaculi 2

a ¶ Tabernaculum. i. cælestem ecclesiam & præsentem. b ¶ Christus est minister, quia omnis pon. constituitur ad ministrandum & hoc est. 3

e f veri, quod fixit Deus, & non homo. Omnis enim pontifex 4

a ¶ Vt panes thus & huiusmodi. b ¶ De animalibus. c ¶ Et quia omnis constituitur ad offerendũ.

ad offerenda munera & hostias constituitur, vnde necesse

¶ Christum. ¶ Id est, carnem ex nobis, vel quam prius non habuit. ¶ Quod Iesus offert.

g h est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super 5

¶ Nedum pontifex. a ¶ Non esset. b ¶ Multi. & ita superflue carnalia offerret.

i k terram, nec esset sacerdos: cum essent qui offerrent secũdũ 6

a ¶ Id est, super terram. b ¶ Ne videatur Iesus eadem dignius offerre, addit, deseruiunt. i. plene omnia implent, sicut dictum est. Moysi & ita frustra hoc sacerdotium assumeret Iesus, quo carnale aliquid offerret. c ¶ Figuræ. d ¶ Mysteriorum. ¶ Cælestia dicit ecclesiam, cuius pars in cælis regnat, pars sequutura peregrinatur in terris. 7

l legem munera. Qui exẽplari & vmbræ deseruiũt cęlestium: 8

g *Quod off.* Amb. Et cum aliquid, vel illud erit super terram, vel cęleste. sed non super terram: quia si hoc esset iam non esset sacerdos. ergo cæleste est quod offert. D

h *Si ergo esset.* Amb. Si terrenus esset pontifex sicut Aaron, vtique non esset sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech. Sed quia Aaron mortuus est, nõ est sacerdos, Christus verò quia viuit, sempiternus est sacerdos, nõ talis quales sunt vmbratile sacerdotiũ gerentes. *Si ergo.* Lãfran. Ratio cur Christus se obtulit, quia si esset super terram quod pro peccato totius mundi dignè posset offerri, non esset tamen sacerdos offerre dignus, *cũ.* id est, quamuis essent, E qui offerrent, & ideo mũdus se obtulit mundum. Verum enim sacerdotiũ ritè non posset offerri, nisi per sacerdotem iustum & sanctum. Quis autem tam iustus & sanctus sacerdos, quam vnicus Dei filius, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec superaddita? Vel ita: *Si ergo esset super.* Q. Et quia omnis sacerdos constituitur ad offerendum, ergo & Christus obtulit, cuius rei merito & in cælum ascendit. Et sic oportebat fieri, quia si esset super terram, id est, nondum introisset in sancta sanctorum, id est in interiora cæli, non esset sacerdos, id est. sui sacerdotii ritus non celebraretur, cum adhuc superesset sacerdotium secundum Aarõ. Restat ergo, vt ipse se offerat.

Chrys. Super terrã est quidquid in carnalibus, vel pro carnalibus offert Chr. Quid enim tã congruentur pro hominibus offerretur quam humana caro? & quid tam aptum immolationi quam caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis vitiis mortalium, quam sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero & ex vtero virginali? Et quid tam graue offerri & suscipi posset, quam caro sacrificii nostri. Vt (quia quatuor considerantur in omni sacrificio, scilicet, cui offeratur, à quo offeratur quid offeratur, pro quibus offeratur) idem ipse vnus verusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo manens cui offerebat, vnum in se faceret, offerebat: pro quibus vnus ipse esset qui offerebat & quod offerebat. Vel, *Si ergo.* Aug. Q. Et quia Christus constituitur ad offerendũ, ergo vel est terrenus vel cælestis sacerdos. Sed terrenus non est, quia si esset super terram. id est, si terrenus esset pontifex, vt Aaron.

i *Nec esset &c.* in æternũ secundum ordinẽ Mel. nec necesse foret.

k *Cum esset, &c. Si ergo esset.* Hiero. Quia omnis qui offert, si esset, terrenus aliquis, qui posset mundare genus humanum, non esset sacer. secundum ord. Melc. quia satis essent qui offerrent legalia, sed quia illi erant mortales & peccatores, & ideo humanum genus mundare non valentes, venit Christus qui sufficeret. Nũc autem, id est, in hac nouissima ætate melius ministerium sacerdotii sortitum est tanto, quanto meliorem lex eius. Iam à sacerdotio & sacrificio transit ad differentiam testamentorum.

l *Qui exemplari.* Amb. Exemplar autem & vmbras dicit figuras, F

☞ quæ

NICOLAVS DE LYRA.

☙ 1 Talem ha. &c. *mag. id est patris cui appropriatur magnitudo & potentia in diuinis. Sedere enim ad dexteram patris importat æqualitatem filij ad patrem, vt supra dictum est cap.i. & quia officium pontificis est custodire sacra, ideo sequitur.*

2 Sanctor.mi. *Christus enim inquantum homo. est minister sacrorũ, sed inquantum Deus, est autor ipsorũ. Ista autẽ sacra, sunt gratia in præsenti & gloria in futuro, quæ non poterant administrari in tabernaculo ve.Te. sed tantum præfigurari. propter quod sequitur.* 3 Et tabern. veri, &c. *De quo tabernaculo dicitur in Psal.xiiii.a.* Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? *Istud tabernaculum non est factũ ab homine, sicut fuit tabernaculũ Moysi, quod fecit Beseleel, vt patet in Exo.*

4 Omnis enim ponti. &c. *Hic consequenter probat propositum. Et diuiditur in tres: quia primò ostendit quòd Christus est minister aliquorum sacrorum. secundo quòd non est minister sacrorum ve.Te. ibi:* Si ergo esset. *tertiò ostendit quòd est minister meliorum sacrorum, ibi:* Nunc autem melius. *In prima parte arguit sic: Omnis pontifex est minister aliquorum sacrorum. quòd patet per hoc quòd cõstituitur vt offerat sacrificia ad sanctificandum populum, & placandum Deum, vt supra dictũ est ca.v. Christus autem est pontifex, vt ibidem dictum fuit. ergo est minister aliquorum sacrorum. & hoc est quod dicitur.* Omnis pon. &c. *patet litera.* 5 Si ergo esset. *Hic consequenter ostendit, quòd Christus non est minister aliquorum sacrorum ve.Te. aliter non esset necessarium sacerdotium suum: quia illa possunt per alios ministrari, scilicet, per sacerdotes ve.Te. ad quorum officium pertinet administrare talia. & hoc est quod dicitur:* Si erg.es.su.t. *id est, si sacrum pertinens ad Christi mysterium.* 6 Nec esset, &c. *id est, eius sacerdotium non esset necessariũ.*

7 Cum essent qui offer. &c. *s. sacerdos veteris legis.*

8 Qui exemp. & vmbræ deser.cæ. &c. *Dicuntur enim sacra veteris legis, in quibus deseruiebant sacerdotes, vmbra cælestium, inquantum*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ quæ & exemplar sunt & exemplũ diuersarũ rerũ. Exemplar est ad cuius similitudinẽ aliqd fit. Exẽplũ, similitudo quæ inde trahitur. Deus in monte veritatem Moysi ostendit, id est, ordinem cælestis curiæ? quomodo, scilicet, angeli Deo obediant, laudent & diligant, seque inuicem & nos diligant, nostrisque profectibus studeant, & alia huiusmodi in quibus à nobis imitandi sunt. Sed quia carnalis populus capere non potuit, præcepit vt eam figuris imaginaretur. In quibus puerilis populus enutritus quandoque veniret ad veritatem, & ita res prius ostensa dicitur exemplar figurarum iuxta se factarum. Chryso. Item figuræ dicuntur exemplar veritatis, quæ postea impleta est, sicut illæ figuræ præsignauerunt. secundum hoc dicit hic deseruiunt exemplari. id est, figuris. Et quia exemplar aliquando est veritas, non figura, addit, vmbræ: quia illa non erant nisi vmbra veritatis leuiter abitura veniente Christo.

A — † Exod 23.d Act 7.f

B a *Responsum est, &c.* Non cum inciperet, quia iam multa figuris expresserat, sed cum per se non posset, consuluit dominum, qui & de figuris sicut & de veritate eum docuit.

Vide (inquit) Omnia facito secundum exemplar, &c.

✠ Theop. Cum enim quæ oculis intuemur, acrius ipsi perspicimus, quam ea quæ audiendo ædiscimus, propterea Mosi Deus vniuersa aperuit. nec solum tabernaculi formam, sed quemadmodum esset etiam immolandum, & cultus alij peragendi, & ritus.

Aug. Omnia enim non solum prophetiæ, quæ in verbis sunt, nec tantum præcepta vitæ, quæ mores pietatemque confirmant: verumetiam sacra sacerdotalia, tabernaculum siue templum, altaria, sacrificia ea dicta sunt propter vitam æternam fidelium in Christo, & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus. — lib.7. de ciuit.32.

b *Et melioris testamenti med. &c.* Iam ecce à sacrificio & sacerdotio transit ad differentiam testamentorum, veteri præferens nouum, quod nouum in meli. repro. &c.

✠ Chris. Vides, inquit, quanto sit ministerium istud altero præstantius: Siquidem illud exemplar & forma, istud verò veritas. Sed nihil hoc proderat auditoribus, neque letificabat, propterea igitur quod maximè eos lætificabat, dixit.

c *Quod in melioribus repro.*

✠ Chrys. Postquam testamentum nouum extulit & à loco, & à sacerdote, & à sacrificio, tunc demum & differentiam illius ponit. Quoniam illud quidem (scil.) vetus exclusum est, istud autem pro illo introductum. Propterea enim & obtinet, quia melius est.

D Aug. Sed ne quisquam putasset ab alio factum esse hominem terrenum, ab alio celestẽ, Ideo Deus ostendens se esse vtriusque creatorem etiam vtriusque testamenti se esse voluit auctorem, vt terrena promittent in veteri testamenta, & cælestia in nouo testamento. Sed quandiu primus homo terrenus es? quandiu terrena sapis? Nũquid quoniam dantur puero quædam puerilia ludicra, quibus puerilis animus à nocetur: propterea grãdescenti munus excutiuntur è manibus? vt aliquid iam vtilius tractet, quod grandem deceat verumtamen tu ipse dedisti filio tuo, & nuces paruulo, & codicem grandi. Num ergo quia illa quasi ludicra puerorum, Deus per nouum testamentum excussit de manibus filiorum, vt aliquid vtilius grandescentibus daret. propterea priora illa non dedisse putandus est? Ipse vtrunque dedit, Sed lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, gratia, quia impletur per charitatem quod per litteram iubebatur, veritas, quia redditur quod promittebatur, Denique omnia quæ Iudæis promissa fuerunt, ablata sunt. Vbi est regnum eorum? vbi templum? vbi vnctio? vbi sacerdos? vbi iam apud illos propheta, ex quo venit qui per prophetas prædicabatur? In illa gente, iam nihil horum est. Iam perdidit terrena, & nondũ quærit cœlestia, Inhærere ergo terrenis quamuis ea Deus donet, non debet. Veruntamen non quia ei inhærere non debemus, alium ea dare nisi Deum credere debemus, Ipse ea dat sed noli pro magno expectare ab eo bonum, dat, & non bono. Nam si pro magno ea daret, malis ea non daret. Ideo autem voluit illa dare & malis, vt discant boni aliud ad illo quærere, quod non dat & malis. Hæc dicimus fratres, vt homines de nouo testamento discatis non inhærere terrenis. Si enim illi inexcusabiliter terrenis inhæserunt, quibus ipsum nouum testamentum nondum fuerat reuelatum: quanto inexcusabilius terrena sectantur, quibus iam promissa cælestia in nouo testamento reuelata sunt? Præcepta omnia fere eadem. Moralia vtique, vt non occides, Ceremonialia non eadem, &c. Sacramenta verò non eadem: quia illa promittunt, hæc dant salutem. Promissa non eadem: quia ibi terrena, hic cœlestia. — Tract.i.in Ioan. & in Psal.73. — E

d *Nam si illud prius.* Probat quòd testamentum Christi melius est veteri: Nam illud non vacat à culpa hoc vacat. si enim vacasset à culpa, non daretur secundum, sed datur. Et ita apparet illud fuisse imperfectum, hoc perfectum. F

☞ a Culpa

¶ A domino.
a sicut responsum est Moysi cum consummaret tabernacu-
a ¶ Quid est ei responsum. b ¶ Dominus. c ¶ Omnia dicit, & de constructione tabernaculi, & de sacrificijs quæ in eo oblaturi essent. d ¶ i. Veritatem.
lum: † Vide inquit, omnia facito secundũ exemplar quod
a ¶ Quia ostendit ei visu in monte quæ esset facturus. b ¶ Illi seruiunt exemplari & vmbræ: sed Iesus melius ministerium, quia & spiritualibus ministrat, & spiritualia dat: quod nunc patet, cum ostensum sit non aufferre super terram. & hoc est: Nunc autem, &c.
tibi ostensũ est in monte. Nunc autẽ melius sortitus est mi 1
a ¶ Tanto melius minist. quanto. b ¶ Noui. s. ¶ Quia æterna promittit. c ¶ Dator est medius inter Deum & hominem. d ¶ Nouum.
b c nisteriũ, quãtò & melioris testamẽti mediator est, quod in 2
a ¶ Ideo melius dixit. ¶ Quia cælum promittit. ¶ Quam essent promissiones veteris. ¶ Confirmatum est vt duret. b ¶ Testamentum.
d melioribus repromissionibus sancitũ est. Nã si illud prius 3

NICOLAVS DE LYRA.

tum imperfectè & obscurè illa repræsentabant, sicut vmbra corporis humani imperfectè figuram eius repræsentat. Dicuntur etiam exemplar cælestium inquantum erant quodammodo manuducentia in cognitionem ipsorum, de ratione enim exẽplaris est proprietas respectu exẽplari. Sed prius aliquid dicitur dupliciter. Vno modo secundum cognitionem nostram. & sic sacra veteris legis dicuntur exemplaria cælestium, vt dictum est. Alio modo dicitur aliquid prius altero simpliciter, & sic est econuerso, quia ipsa cœlestia sunt exemplar eorum quæ facta sunt in tabernaculo Moysi, quod fuit factum ad exemplar cælestium. & hoc est, quod subditur: Sicut responsum est Moysi, &c.

1 Nunc autem m. s. est. *Hic consequenter ostendit. quòd Christus minister est meliorum sacrorum. & diuiditur in duas partes, quia primò ostendit propositum. secundò reddit causam dicti, ibi:* Quanto melioris. *In prima igitur parte concludit ex prædictis, quòd Christus sit minister meliorum sacrorum. quia ostensum est, quod ipse sit minister aliquorum sacrorum. item ostensum est, quod ipse non sit minister sacrorum veteris legis, ex quo sequitur quòd ipse sit minister meliorum sacrorum. sicut & suum sacerdotium melius & perfectius est. & hoc est quod dicitur:* Nunc au. m. for. est. mi. *id est, meliorum sacrorum, & hoc fuit offerendo carnem suam in cruce, quæ fuit oblatio optima & conuenientissima saluti nostræ, quia oblata fuit ex maxima charitate & deuotione. Sed contra hoc videtur esse illud quod est prædictum, scilicet, quòd ministerium Christi non est circa aliquod terrenum. caro autem Christi de terra est: ergo, &c. Dicendum quòd licet caro Christi absolutè sumpta sit de terra, non tamen dicitur terra vt caro Christi. primò, quia est diuinitati vnita. secundò: quia virtute spiritussancti formata, & propter hoc dicitur Ioha. iij. d.* Qui de terra est de terra loquitur: qui autem de cœlo venit, super omnes est. — Diuisio.

2 Quanto & melioris testamenti mediator. *Hic reddit causam dicti, videlicet quare sit melius ministerium Christi, Circa quod sciẽdum, quòd ministerium sacerdotis est reducere populũ in Deum administrando legem diuinam populo, quia est mediator Dei & populi, & ideo quanto melioris testamenti mediator est, tanto melius habet ministerium. Quòd autem Testamentum nouum melius sit, cuius administrator est Christus, probat dupliciter: Secunda probatio ponitur ibi:* Nam si illud: *Prima probatio talis est: Illud testamentum, quod promittit meliora, melius est: sed Testamentum nouum promittit meliora quam ve. testa. quia promittit bona spiritualia & æterna, vt patet Matth. v. & in multis alijs locis. vetus autem promittebat terrena vt patet Isa. i. e.* Si audieritis me, bona terræ comedetis. *& hoc est quod dicitur hic, quòd Christus habet melius ministerium* Quanto & me. te. me. est quod in me. re. san. est. *i. firmatum.* — Testa. nouum melius.

3 Nam si il. *Hic ponitur secunda probatio ad idẽ. Et diuiditur in duas: quia primò inducit suam probationem, secundo ex dictis concludit principalem intentionem, ibi:* Dicendo nouum. *Circa primum duo facit, quia primo ponit suam rationem, secundò probat minorem huius rationis per scripturam, ibi:* Vituperans. *Ratio ita talis est: Perfectum & sine defectu melius est quam imperfectum, & defectuosum.* — Diuisio.

✠ Testamen

☞ ✠ Theophilactvs. Nam quemadmodum vsurpare id omnes solemnus domum aliquam quæ sit propediem collapsura, vitio non vacare, sic & vetus dixerim Testamentum minus esse, non incusandum. Non quia hoc habeat aliquid in se prauitatis, sed quia nequeat meliores efficere, vt quod paruulis sit & infantibus traditum. — A

a ¶ i. si inculpabiles essent eius obseruatores. ¶ i. perfectè mundasset hominem. b ¶ Oportunitas.
a b à culpa vacasset, non vtique secundi locus inquireretur. Vi- 1
a ¶ Sed inquiritur: & hoc autoritate Ieremiæ. b ¶ Quia in lege erant. c ¶ Quia lux mundo. 2
d ¶ Paulatim appropinquans tempus Christi dies vocat, quia pulsis tenebris lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: in mundo apparuit. 3
c tuperans enim eos dicit: † Ecce dies venient, dicit Domi- 4
a ¶ Implebo. ¶ Vel consummans dabo. b ¶ Vt dominetur eis. c ¶ Iudæos, qui in duo tegna diuisi post Salomonem.
nus: & consummabo super domum Israel & super domum 5
a ¶ In quo fiet quod promissum est Abrahæ. b ¶ Quod non sit de terrenis, vt illud vetus, lex scilicet in Sina data.
Iuda testamentum nouum. Non secundum testamentum 6
a ¶ Quasi per se surgere de lecto non potentium, vel quasi nutrix paruulorum.
d quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum 7
¶ Apprehendi: sed. ¶ Ecce quomodo vituperauit.
eorum, vt educerem illos de terra Ægypti: quoniã ipsi non 8
a ¶ Lege data in fine, quia fecerunt vitulum in Oreb & adorauerunt sculptile.
e permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit 9
a ¶ Ne indignemini si dico neglectos, quia Dominus dicit. b ¶ Vere nouum non secundum illud, quia hoc est testa. c ¶ Ordinabiliter.
f dominus. Quia hoc est testamentum, quod disponam 10
a ¶ Omnium videntium Deum. b ¶ Non modo, sed. c ¶ Præfinitos. d ¶ Credite, quia dominus dicit. ¶ Ecce Testamentum. e ¶ Per spiritumsanctum.
g domui Israel post dies illos, dicit dominus, † dando leges 11
a ¶ Intelligentias. b ¶ In voluntates, quia & intelligent & voluntate seruabunt. ¶ Illud in lapide. c ¶ Vt maneat in æternum. 12
h meas in mentes eorum, & in corda eorũ superscribam eas, 13

a *Culpa vacasset, non vtique.* Ita hoc dicit, quasi ipsum culpam habeat. quod videtur, dum pręcipit sine gratia, & præuaricatores facit. — †Iere.31.e

b *Inquireretur.* A Domino, qui prius paulatim instruxit & educauit, vt post perfectum daret testimonium.

c *Vituperans enim eos dicit.* Si quæratur à nobis: Cur nõ eo ritu colamus Deum quo coluerunt eum Hebræi patres? Respondemus: aliud Deũ nobis præcepisse per patres noui Testamenti. Neque hoc contra vetus Testamentum, cum & in illo id sit ante prædictum. Sic enim prænunciatum est per Ieremiam prophetam, vt sequitur: *Vituperans enim.* Q. Si illud vacasset à culpa, non inquireretur locus secundi, sed inquiritur Ieremias enim vitu. &c. *Non secundum Testamentum.* Hic prophetatur non perseuaturum vetus: sed futurum nouum. Cũmque multis loci hoc idem significetur & prænuncietur, non tamen ipsum nouum legitur expressum. Nempe in veteribus libris aut nusquam aut difficile præter hunc propheticum locum legitur facta commemoratio noui Testamenti, vt ipso nomine appelletur. Considera ergo diligenter differentiam inter duo Testamenta, nouum & vetus. Ibi litera quę sola occidit: hic spiritus qui viuificat. Illud vetus, quia à vetustate peccati non liberat, hoc nouum quia innouat. — B — Iere.31.f. — Differentia vete. & no legis.

C Si quæsitum fuerit, cur illius testamenti autoritatem teneamus cuius ritum non obseruamus? Respondetur, quòd ea legi & accipi oportet, ne prophetias extinguamus, eo quòd in vmbra facta sunt omnia illa futurorum, sicut ait Apostolus: *Hæc in figura contingebant illis.* Cum ergo aliquid tale legitur in instrumento veteris Testamenti, quale a nobis obseruari vel iussum est in nouo Testamento vel prohibitum, quid significet quærendum est, non repræhendendum, quia ipso quoniam nõ obseruatur, non damnatum, sed impletum probatur. — D — 1.Cor.10.c.

d *Quod feci patribus eorum.* Et quia quibusdam speciale fecerat, determinat. *Quod feci* i. legem quę post exitũ de Aegypto data est. Quod. n. ante legem Abrahæ dixit: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* post compleuit in Euangelio. Illa enim spiritualis promissio fuit pertinens ad gratiam. — Primasius. — Gen.22.d. — E

e *Non permanserunt in Testamento.* Vitio eorum deputat, quòd non permanserunt in Testamento, ne lex quam tunc acceperũt culpanda videatur. Ipsa enim est, quam non venit Christus soluere, sed implere. Non tamen iustificat sine gratia, pro veteris hominis noxa, quæ quia per literam iubentem & minantem non sanatur dicitur illud vetus, hoc nouum propter nouitatem spiritus, qui sanat à vitio vetustatis, quod euidenter aperit: *Hoc est Testam. &c.* — †Iere.32.f. 29.q.2.c. duæ sunt. — Mat.5.b.

f *Disponam.* Ita.

g *Dando leges meas in mentes.* Non in tabulis lapideis, non atramento, sed spiritu, quo præsente, qui est digitus Dei, diffunditur charitas in cordibus, quæ est plenitudo legis. Non extra terretur, sed intus diligunt iustitiam. vnde hæc merces. *Dando leges*: Ecce Testamentum. Et etiam. — Roma.5.a. Roma.13.c.

h *Superscribam* Vt in æternum maneant. Q. Quod debet superesse eisque dominari.

☞ *Et ero* F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Testamentum autem nouum perfectum est & sine defectu, vetus autem imperfectum & defectuosum. sicut multipliciter declaraui in prin. huius operis. & propter hoc necessarium fuit Testamentum nouum ad tollendum veteris Testamenti imperfectionem. & hoc est quod dicitur:* Nam si prius illud. à culpa vacasset. *i. sine defectu fuisset. Non potest hic accipi culpa pro peccato, quia dicitur: Ro. 7. c. Mandatum sanctum & iustum.*

1 Non vtique secundi. *i. Testamenti no.*

2 Locus inquireretur. *Quia non fuisset necessarium, si primum fuisset sine defectu.*

3 Vituperans. *Hic probat minorem. s. quòd propter imperfectionem primi Testamenti necessarium fuit dari secundum, per autoritatem quæ habetur Iere. 31. Licet verba sint aliquo modo mutata, quia Apostolis allegat ipsam secundum translationem. 70. & in illa autoritate primo tangitur conditio veteris Testamenti, & secundo conditio noui, ibi:* Hoc est testamentum. *Dicitur igitur primo sic:* Vituperans enim eos dicit. *i. Dominus improperando eis qui erant sub veteri Testa. loquitur per Ieremiam illud quod sequitur:*

4 Ecce dies venient dicit Dominus: & consummabo. *Te. continet perfectionem, vt supra declaratum est multipliciter in principio huius operis.*

5 Super domum Israel & super domum Iuda. *Quia ad eos venit Christus in propria persona, secundum quòd ipsemet dicit Matt. 15. c. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.*

6 Testamentum nouum. Non secundum testamentum quod. *Quia aliqua veteris Te sunt cassata per nouum. s. ceremonialia & iudicialia, diuersimode tamen, vt supra dictum est in principio huius operis.*

7 In die &c. de terra Aegypti: *Quia sicut puer qui per se non potest ire apprehenditur per manum, sic filij Israel educti sunt de Aegypto virtute diuina, quia non poterant per se ire. Sequitur:*

8 Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo. *Quia statim post publicationem mandatorum verbi diuini fecerunt sibi vitulum conflatilem, vt patet In Exodo,*

9 Et ego ne. &c. *Quia propter peccatum vituli aliqui fuerũt occisi, & alij permissi sunt cadere in alia peccata, propter quæ perierũt in solitudine eorum cadauera. & sic dicitur eos neglexisse, inquantum dimisit eos sic perire. sicut res negligi dicitur quæ periri permittitur.*

10 Quia hoc est testamentum. *Hic tangitur conditio no. Te. & primo quantum ad eius dationem, quia datum est principaliter Iudæis, quibus Christus prædicauit. & hoc est quod dicitur:* Quia hoc est testamentum &c. *Licet enim Gentiles sint admissi ad no. Te. hoc tamen factum est sicut inseritur oleaster in bonam oliuam, secundum quod dicit Apostol. Ro. 11. Secundo tangitur conditio no. Te. quantum ad tempus dationis. cum dicitur:*

11 Post dies &c. *i. post cursum ve. Te. sicut perfectum est posterius tempore quàm ipsum imperfectum, & sicut magister datur post pædagogum.* Lex enim pædagogus noster fuit in Christo. *vt dicitur Gal. 3. d. Tertio tangitur cõditio no. Te. quantum ad modum dandi, cũ dicitur:*

12 Dando leges meas in mentes eorum *fidem inspirando.*

13 Et in corda eorum superscribam eas. *Per charitatem formando: quia modus docendi est proprius ipsius Dei, scilicet interius illuminando. & sic data est lex noua Apostolis, quando Christus aperuit eis sensum. vt intelligerent scripturas, & quando misit eis spiritumsanctum, homo autem potest alium docere formando exterius signa sensibilia, vt voces & consimilia, & hoc modo data est lex vetus, vt habetur Exod. 20. c.* Cunctus autem populus videbat voces & lampades &c. *Dicit autẽ leges meas in plurali, quia licet lex noua sit vna, tamen ibi sunt plura præcepta & consilia à spiritussancto inspirata. Quarto tangit no. Te. efficaciam, cum dicit.*

✠ Et ero

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Et ero illis in Deum*.i.viuent ex me & mihi, & in futuro me videbunt, quod est perfectio vt alter alterum non doceat. hæc est distantia veteris & noui, quòd illud in lapide, hoc in corde: ibi merces terra, hic visio Dei.

b *Non docebit vnusquisque*. Quod latebat in litera, & discebat populus per traditiones magistrorum, hoc spiritus adueniens docuit Apostolos. & hoc est quod propheta dicit: *Non docebit vnusquisque proximum, quia omnes scient*, Sicut in Euangelio dicitur: *Tūc aperuit eis sensum, vt intel. scrip.*

fere 31. f. Luc. 24. g.

† placatus ero super

B ✠ OECVMENIVS. Doctrinam appellat hoc loco plenam laboris exhortationē. Ecce enim videmus, nec multis quidē opus esse sermonibus apud illos qui sani sunt mente, ad persuadendum vt credant in Christum. d Siquidem omnes homines sunt à Deo edocti: nam Christus in cordibus nostris scripsit leges suas.

† antiquauit.

c *Maiorem*. Chrys. Maiores, vel tempore vt priores qui nos posteriores expectauerūt in denario accipiendo, vel scientia vel virtute digniores, qui. s. intelligere valuerunt lumen incorporeum atque incommutabile, quantum in hac vita potest: quod minores tamen credere petuerunt. Cum ergo venerit quod perfectum est, & euacuatum fuerit quod ex parte est, tunc qui assumpta carne carni apparuit, ostendet seipsum dilectoribus suis, tunc omnes scient eum à minore vsque ad maiorē: quia etiam minimus tunc perfectè sciet, cùm per se, non à maiore instructus. D 1. Cor. 13. c.

a ¶Sic. b ¶Quia dicitur viuere Deus in istis, & isti populus Dei. c ¶Hoc est, viuent ex me. d ¶Hoc quidem in hoc mundo. e ¶Istud in futuro.

a Et ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non 1 2

¶ Quem amat.

b docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fra-

¶ Quem plus diligit. a ¶ Ita. b ¶Ideo altera iterum non docebit. ¶Ideo hæc omnia in vtraque vita faciam.

trem suum, dicens, cognosce Dominum, quoniam omnes

a ¶Videbunt me sicut sum, quod est perfectio. ¶ Q. Et hoc perfecte per se, non à maiore. b ¶Augu. Non interest, si dicatur econuerso à maiore vsque ad minorem vel dignitate. c ¶ Tempore d ¶Hæc omnia in vtraque vita faciam eis.

c scient me à minore vsque ad maiorem eorum. Quia † pro- 3

a ¶Contra proximum, peccata in seipsis. sed propitius dum hic non punit, in futuro iam non memorabitur, quando non puniet. b ¶In quibusdam libris peccatum, & accipitur de originali.

pitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum illorum iam 4

a ¶Ad pœnam æternam. ¶ Propheta dixit nouum. b ¶Vetus ostendit vel vetus factum est, si vetus, finiendum est.

non commemorabor. Dicendo autem nouum, † veterauit 5 6

a ¶In inanimatis. b ¶In animatis. c ¶ Antiquatio & senectus sunt prænuncij mortis.

d prius. Quòd autē antiquatur, & senescit, ꝓpe interitū est. 7

d *Quod autem antiquatur & senescit &c.* ✠ ANSELMVS. Antiquitas enim & senectus prænunciant mortem. Quod videri potest in omnibus animatis, & inanimatis: Nam cùm antiquantur, & senescunt, vicina sunt morti. Sed prius testamentum iam antiquabatur, dum Ieremias in promissione gratiæ nominaret aliud nouum, sicque iam propè interitum erat. Cum ergo Christus longo post tempore veniret, necesse fuit, vt illud iuxta carnales obseruantias interiret, quod tantò ante morti propinquatat. E F

C ☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. *Quia lex noua est lex amoris, quia diuidit filios regni à filiis perditionis.*

2 Et non docebit vnusquisque proximum suum. *Hoc potest intelligi dupliciter: Vno modo de cognitione viæ, & sic istud verbum refertur ad Apostolos, qui omnes instructi fuerunt immediatè à Christo, & non vnus ab alio. vnde & Paulus qui fuit posterior, dicit ad Galat. 1. b.* Notum vobis facio fratres Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque enim ab homine accepi illud, neque didici, sed reuelatione Iesu Christi. *Alio modo potest intelligi de cognitione patriæ, & tunc refertur ad omnes beatos specialiter post iudicium futurum: quia modo Angeli superiores illuminant inferiores de his quæ pertinent ad explenda ministeria propter electos, sed peracto iudicio cessabit talis illuminatio. & hæc expositio vltima magis concordat literæ. Sed quia efficatia noui Testamenti, non solum se extendit ad cognitionem, sed etiam ad peccatorum purgationem, ideo sequitur:*

3 Quia propitius ero iniquitatibus. *Remittendo in præsenti.*

4 Et peccatorum illorum iam non commemorabor. *Ad puniendum in futuro.*

5 Dicendo autem nouum. *Hic ex prædictis concludit principale intētum. Ex quo enim Dominus per Ieremiam vocauit Te. no. cuius Christus est mediator, vt patet per prædicta, sequitur per consequens quòd præcedens testamentum dicatur vetus, quia nouum dicitur respectu veteris; hoc est quod dicitur:* Dicendo autem nouum. *De Testamento Christi.*

6 Veterauit prius. *Id est ostendit quòd Testamentum præcedens debeat dici vetus, quod autem veterascit, propriè mensuratur tempore & omne tale deficit in tempore, vt habetur. 4. Phy. ideo sequitur quòd ve. Tes. sit euacuatum per nouum. Et hoc est quod subditur:*

7 Quod autem &c. *Ad euidentiam maiorem huius quod dictum est in parte immediatè præcedenti quæritur vtrum lex noua debuit dari à Christo in scriptis? Et arguitur primò quòd sic, quia scriptura deseruit memoriæ in futurum: sed lex Christi erat duratura vsque in finem mundi, secundū illud Luc. 21.* Cœlum & ter. transi. ver. autē meanō transi. *Ergo videtur quòd Christus debuit doctrinā suam scribere. Itē lex vetus fuit figura nouæ, vt habetur in hoc ca. sed lex vetus fuit descripta à Deo, secundum quod habetur Exo. 24. c.* Dabo tibi duas tabu. la. & legem & mandata quæ scripsi. *Ergo lex noua debuit scribi à Christo: quia figura debet correspondere figurato. Contra si Christus aliquid scripsisset, illud potissimè debet esse in Canone. sed tale nihil ibi habetur, ergo &c. Respondeo dicendum quòd doctrina Christi non debuit ab eo describi quia excellentissimus modus docendi debetur excelllentissimæ doctrinæ. nunc autem ita est, quòd efficatior est modus docendi verbo, quàm scripto, quia scriptura non est nisi vox mortua, & ideo Christo, qui est doctor excellentissimus non conueniebat modus docendi per scripturam qui est imperfectus, sed solus modus docendi per verbum qui est perfectissimus. Discipulis autem suis recedentibus à tanta perfectione conueniebat doctrinam Christi scribere propter quod scripserunt Euangelia & alios libros no. Te. continentes doctrinam Christi. Simile huius inuenitur apud antiquos Philosophos: quia aliqui inter eos excellētissimi scilicet Pythagoras & Socrates. dicuntur nihil scripsisse, tamen discipuli eorum dicuntur multa scripsisse.*

Lex noua à Christo scribi non debuit.

Secundo quia non est conueniens illum doctorem scribere cuius doctrina non potest literis comprehendi. talis fuit Christus, secundum quod dicitur Ioh. vlt. g. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum mundum arbitror capere posse eos qui scribendi sunt libros. Quod exponens Aug. dicit quòd non est intelligendum propter excessum quantitatis molis, sed virtutis. Et ideo Christus non debuit doctrinam suam scribere, quasi eam scripsisset, crederetur quod eius doctrina non plus contineret quàm quod illa scriptura prætenderet, non sic autem creditur per scripturam suorum discipulorum, & maximè quia profitentur se non scripsisse ad plenum doctrnam Christi, vt patet per verbum Ioh. præallegatum.

Considerandum tamen quòd licet Christus non scripserit doctrinam suam in charta mortua, scripsit tamen eam in charta viua. s. in cordibus suorum discipulorum, vt prædictum est. & sic erat prophetatum per Iere. vt patet in litera, & iste fuit modus conueniens scribendi hanc doctrinam quæ inducit efficaciter ad vitam æternam: & ideo debuit scribi primò in anima intellectiua, quæ habet immortalitatem propter quod dicit Paulus Apo. 2. Cor. 3. a. quòd hæc epistola scripta sit in tabulis cordis.

Ad primum patet ex prædictis quod scriptura discipulorum Christi sufficit ad memoriam doctrinæ eius.

Ad secundum dicendum, quod figura & figuratum non omnino assimilantur: imò oportet, quod figura deficiat à figurato, & ideo lex vetus quæ erat imperfectior & consistebat in sensibilibus signis, fuit primo descripta in tabulis lapideis: lex autem noua tanquam perfectior fuit primo descripta non atramento, sed spiritu Dei viui in tabulis cordis, vt dicit Apostolus. 2. Cor. 3.

✠ CAP.

ADDITIO. I.

In cap. 8. vbi dicitur in postil. Dicendum quod doctrina Christi non debuit ab eo describi.

Secundū sanctum Tho. 1. 2 q. 56. art. 1. in corpore quæstionis. Lex noua principaliter est ipsa gratia spiritussancti, quæ datur per fidem Christi fidelibus. Quæ quidem lex noua est indita homini: non solum indicās quid sit faciendum, sed etiam adiuuans ad illud implendum. Et hoc probat per multas autoritates sacræ scripturæ & dicta sanctorum. Vnde in scriptura Euangelij, non continentur, nisi ea quæ pertinent ad gratiam spiritussancti, vel sicut dispositiua quantum ad intellectum per fidem per quam datur spiritussancti gratia, vel secūdum affectum, vt sunt ea quæ pertinent ad contemptum mundi, per quàm homo fit capax gratiæ spiritussancti, vel quantum ad vsum spiritualis gratiæ per opera virtutū, ad quæ multipliciter scriptura no. Testamenti homines exhortatur, & sunt secundaria in lege noua, de quibus oportuit fideles Christi instrui verbis & scriptis. Et ideo lex noua principaliter est lex indita. scilicet gratia. secundario autem lex scripta. Vnde secundum hoc ad quæstionem motam per postil. dicendum est, quòd lex noua. scilicet principalis non solum nō debuit scribi à Christo, sed nec etiam potuit scribi. Gratia enim secundum suam essentiam, est quædam qualitas mentis, quæ non est scriptibilis nec etiam pronunciabilis. Quantum verò ad secundaria dicendum, quòd lex noua est lex scripta, vt dictum est. de hoc vide plenius in prædicta. q. arti. 1 in corpore quæstionis.

REPLICA. *In cap. 8. vbi mouet postil. q. Vtrum lex no. debuit dari à Christo in scriptis. Circa eius solutionem Bur. laborans, inter cætera dicit, quod lex no. principaliter est indita menti. s. ipsa gratia igitur non debuit à Christo scribi. Gratia enim, cum sit quædam spiritualis qualitas mentis, non est scriptibilis. Sed fundamentum huius rationis erroneum est: quia tollit à Christo omnipotentiam, per consequens deitatem. Nam dicere Christum aliquid non posse, quod tamen contradictionem nō includit, est tollere omnipotentiam: sed qualitatem spiritualem exprimere signo sensibili, sicut verbo vel scripto, minus includit contradictionem quam patrem in voce. & spiritumsanctum in columbæ specie sensibiliter exhibere. igitur huiusmodi qualitatem spiritualem sicut est gratia, scribere, & pronūciare sensibiliter non est Christo impossibile. Incautum igitur est fundamentum illius rationis per Burg. adductæ. & à sancto Tho. recipit prima secūdæ, q. 106. prout Burg. allegat, postil. igitur rationes potiores sunt.*

CAP. IX.

☞ A HABVIT *qui*. Huc. vsque differentiam testamentorum ostendit, & quòd veteri nouum supereminet, & illud immutat. Nunc idem ostendit ex ipsius tabernaculi schemate.

† tamen.

† cultus ac sanctū mūdanum.

✠ SEDVLIVS. Hoc est, fuerunt in tabernaculo vasa Dei, quod apud homines magnum, ac admirabile videtur, sed tamen illa omnia vmbræ erant futurorum bonorum.

✠ CHRYSOST. Ostendit hactenus ex sacerdotio, & ex testamento, quia finem habiturum erat illud: Ostendit autem deinceps iam ex ipso tabernaculi schemate. Quomodo? Hoc quidem, inquit, sancta, & sancta sanctorum habebat. Et sancta quidem prioris sunt symbola temporis, ibi quippe per hostias omnia fiebant: sancta autem sanctorum, huius temporis signa sunt nūc præsentis. Dicit autem sanctorum esse cœlum, & velamentum cœli, & carnem intrantem, in interiora velaminis, hoc est per velamen carnis eius. Bonum verò est vt ex Paulo superioribus isto loco resumpto dicamus. Quid ergo inquit? *Habuit quidem & prius illud.* C Quòd prius? Testamentum scilicet. Iustificationes culturæ. Quid erant Iustificationes? Symbola, & leges quæ tunc erant, Tanquā quòd nunc, inquit non habeat, ostendit illud cessasse. Tunc enim habuit: inquit, proinde nunc etiam si adhuc staret, non haberet.

b *Sanctum*. Bed. non spirituale, sed.

Beda lib. de exposit. tabernaculi.

c *Seculare*. Qua putabatur ab hominibus sanctū: Et verè habuit sanctum seculare, quia tabernaculum primum & secundum. Sciēdum est igitur: Tabernaculum. 30. cubitos habuisse in longitudine, & decem in latitudine totidémque in altitudine. Habebat autem velum ex quatuor præciosis coloribus contextum, & quatuor deauratis columnis appensum. quod separabat inter. 20. & 10. cubitos, inter sancta quæ forinsecus erant, & sanctasanctorum interposita. Habebat enim sanctum exterius. 20. cubitos longitudinis, & sanctum interius id est. sanctumsancti, decem. Et vocat Apostolus illud primum tabernaculum, hoc autem secūdum tabernaculum. In primo candelabro pluraliter. quia licet vnum, septem habebat brachia. Erat enim in medio hastile à quo procedebant brachia tria à dextera parte, & tria à sinistra. Mensa. i. altare post introitum. Et super mensam. 12. panes Deo propositi qui erant de simila, & singulis Sabbatis omnes mutabantur. Si verò ante Sabbathum aliquis esset necessarius, non poterat sumi nisi alius statim loco eius substitueretur. Et super panes erat thus lucidum. Primum dicitur sancta pro veneratione illius temporis, maximè quia significabat præsentē Ecclesiam, quæ est sancta. Secundum B dicitur sanctasanctorum, quia in maiori veneratione erat, & quia signicat

Tabernaculi mystica descriptio.

CAP. IX.

P rope interitum. habuit tamen. ¶ Ostendit quàm necessarius erat Christus, cum per hæc omnia nullus intraret in cœlum. a ¶ Testamentum. b ¶ Non veras, sed pro modo. ¶ Carnales.

a HAbuit † q̄dē & priùs iustificatio- 1

a ¶ Canalis. 2

b c nes † culturę, & sanctū seculare. 3

significat supercœlestē Ecclesiā, vbi nihil est peccati. Arca erat de lignis Sethi, habens duos cubitos & dimidium in longitudine, & vnum & dimidium in latitudine, tantundē in altitudine, Et in vnoquoque angulo aureum annulū, duos à dextris, & duos à sinistris, in quibus assiduè erant vectes aurei ad portandum. Propitiatorium est siue oraculum, tabula super arcam eiusdem longitudinis & latitudinis, Super quam stabant Cherubim, in quam & sese continentia auersis vultibus semper aspiciebant. Hoc totum est parabola. Primum tabernaculum, præsens Ecclesia, in qua militamus deo, antequam veniatur ad cœlum, In quæ candelabra. i. Christus fulgens virtute & sapientia in medio fidelium qui & ipsi candelabra aurea, quia sapientia lucent. Ipse Christus, stipes, qui portat tria brachia à dextris, & tria à sinistris: quia ipse vitis, in quo fundati sunt tres ordines, quia tempore gratiæ dextri. id est digniores ante gratiam sinistri: Hi sunt Noe, Daniel, & Iob. id est rectores, continentes, coniugati. Qui & in agro & in lecto & in molendino esse secundum euangelium dicuntur. Prima pars hastilium erat quasi, calami aurei, post Cyphi, inde spherulæ aureæ, tandem lilia. Calami sancti, qui in humidis diuini fontis nutriti sunt, & caui ad transfundendum liquorem aliis. Ipsi cyphi, dum aliis propinant quod biberunt sapientiam. scilicet & scientiam Dei. Inde spherulæ id est rotundi & perfecti & mobiles, quos nihil detineat, donec veniant ad lilia æternæ iocunditatis, qui non habent timoris angulum, nec elationis supercilium. Super his ponebātur septem lucernæ, septem dona spiritussancti, quæ in Christo plenissimè manserunt & fidelibus secundum voluntatem eius distributa sunt. Mensa ad ostium, scriptura diuina, quæ permanet, quæ intrantibus proponitur. quæ dum æterna gaudia, & quomodo ad ipsa perueniatur, ostendit, cibum vitæ suggerit. in ea panes mundi. i. 12. Apostoli, & eorum vicarii, qui thus orationum Deo offerunt, quorum si quis moritur, statim alius eius loco substituendus est. Sed in septima ætate omnes auferentur. Secundum post velum, Ecclesia cælestis, quæ velatur quamdiu hic viuimus. Thuribulum, Christus igne charitatis plenus, interpellans semper pro nobis. Arca Christus in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Ex omni parte aurea, quia in cognitione & sermone & opere eius non nisi pura veritas. Longitudo, perseuerantia doctrinæ quæ per vnum cubitum, & operationis quæ per alterum cubitum designatur, ad cuius perfectionem humanus intellectus imperfectus est: quod signat dimidius cubitus. Latitudo, perfectio charitatis, altitudo perfectio spei, ad quam nos dimidii. id est imperfecti sumus.

Luc. 17. g. D E F

☞ Qua-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

✠ HABVIT quidem. *Postquam Apostolus ostendit dignitatem sacerdotij Christi respectu sacerdotij veteris legis in generali, hic consequenter declarat hoc idem applicando magis in spirituali. Et diuiditur in duas partes. quia primo declarat propositum, secundo probat quoddam in suo processu suppositum. in princi. ca. se. ibi:* Vmbram habens lex. *Prima adhuc diuiditur in tres, quia primo tangit ea quæ fuerant circa ve. Te. secundo ostendit eorum signatum, ibi:* Hoc significante. *Tertio ex hoc arguit ad propositum, ibi:* Et ideo no. Test. *Prima adhuc in duas. quia primo tangit ea quæ fuerunt in veteri lege in quodam generali. secundo ostendit ea magis in speciali, ibi:* Tabernaculum enim. *Ad euidentiam primi considerandum, quòd omnia quæ sunt in no, & ve. Te. ordinata sunt ad cultum diuinum. Ad talem verò cultum redditur hom o ineptus simpliciter per peccatum, & aptus per gratiam. secundum quid verò per immunditiā corporalem. Et ideo sacramenta nouæ legis quæ conferunt gratiam & auferunt peccatum reddunt hominem simpliciter aptum ad cultum diuinum. Illa autem quæ erant in veteri lege, gratiam non conferebant: sed tantum quasdam irregularitates seu immunditias corporales tollebant: propter quas prohibebantur homines accedere ad locum diuini cultus & cœtum fidelium, sicut erat tactus mortui, vel alicuius immundi: ex quibus reddebatur homo ineptus ad accedendum ad locum cultus diuini. Talia autem auferebantur per sacramenta ve. legis, licet per ipsa gratia non conferretur. sicut diffusius declaratum est in prin. huius operis. & hoc est quod dicitur hic:*

Diuisio.

1 Habuit quidem & prius. *id est vetus test.*

2 Iustificationes culturæ. *i. sacramenta auferentia, diuini cultus impedimenta, modo prædicto, veruntamen viuificabant secundum quid. ideo subdit:*

3 Et sanctum sæculare. *i. emundationem corporalem. Quæ dicitur secularis, quia præsens seculum in corporalibus consistit. Et quia sacramenta illa non erant duratura, nisi ad tempus.*

✠ Taber-

Universidad de Deusto Biblioteca

A Quatuor annuli, quatuor Euāgelistæ perfecti, per quos portatur in quatuor mundi partes. Quibus semper adhærent vectes aurei. i. prædicatores sapientia fulgentes, semper parati contra hostes. In arca & vrna habens manna. i. anima Christi continens plenā sapientiam, qua reficiuntur & Angeli. Virga significat sacerdotem, potestatē Christi. Tabulæ, quòd ipse dator legis Propitiatorium Christus quia propitiatur nobis. Duo Cherubim omnes ordines cæli qui in eo existūt, qui inuicem dilectione connexi sunt: qui & si sapientes, tamen B eum obumbrant quātum in se est. In prius quotidie intrabant sacerdotes, quia hic quotidie se debent fideles sacrificare, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis mortificātes. Aliter enim ad cœlestē vitā non poterunt peruenire. (Gal. 5. d.) Pontifex qui semel in anno secundo. i. sanctosanctorum introiuit cum sanguine, Christus, qui anno benignitatis semel in cœlum intrauit per sanguinem suum, quem pro peccatis hominum fudit. Iuxta parabolam munera & hostiæ offeruntur: quia & hæc etiam aliquid designant in instanti tempore.

a *Tabernaculū enim factum.* Primum tabernaculum intus habuit altare incensi ante fores sub dio, altare holocaustorum, vel quod foris est significat vetus testamentum. & est figura figuræ, intus C nouum.

(Beda. lib. 1. de tabernaculo c. 4. 5. 6. 7.) b *Et arcam.* ✠ *Oecumenius.* Omnia hæc erant in arca quæ ingratitudinē cōuincerent Iudæorum, virga quidem propter seditionem nē in ordinatione Aaron: tabulæ verò eoquod Iudæi occasio fuissent, cur priores confringerentur. Manna autem, eo quod edentes illud murmurassent. Oportuit igitur, vt hæc ad nepotes trāsmitterentur. D

Arca caro Christi in qua manna diuinitatis, & tabulæ duorum testamentorum, & virga pro sacerdotio Christi. Vrna populos in quo Christus panis de cœlo.

a ¶ Quod ad tempus. ¶ In figura huius secundi. in quo quotidie ministrant sancti sacerdotes accedentes lumen doctrinæ, & pascentes populum pane Dei. qui super mensam præsto est à Sabbato spei ad Sabbatum speciei. b ¶ Candelabra sunt dona spiritussancti quæ in Ecclesia lucent.

a Tabernaculū enim factū est primū in quo erāt † cādelabra 1 († candelabrum.)
2
a ¶ Panis presto est à Sabbato spei vbi in Christo à turbine seculi tuti sumus, vsque ad Sabbatum spei, vbi spes implebitur. b ¶ Quia velo interposito diuiditur primum à secundo.

& mensa & propositio panū quę dicitur † sancta. Post vela- 3 († sanctum.)
4
a Erat. b ¶ Significat cœlum intra, quod Christus noster sacerdos intrauit, nō sine sanguine.

mētū autē secūdūm, erat tabernaculū quod dicitur sancta- 5
6
a Quo signatur Christus, igne charitatis plenus. b ¶ In quo efferuntur orationes sanctorum c ¶ Quæ continebat testamentum.

b sanctorū, aureū habēs thuribulū, & arcām testamēti circū-

AVGVSTINVS. Arca significat secretum Dei. In arca iussa est poni lex, & manna & virga Aaron. In lege præcepta sunt: virga E est potestas, manna gratia: quia nisi cum gratia non est potestas faciendi præcepta. (Iaco. 2. c.) Sed quia lex à quouis non impletur, desuper est propitiatorium. Ad hoc enim opus est vt Deus sit propitius, Ideo super. quia superexaltat misericordia iudicium. Duo Cherubim pennis obumbrant id est velando honorant, quia mysteria ista sunt. Inuicem se attendunt, quia consonant. Hæc enim sunt duo testamenta. Vultus in propitiatorium. quia misericordiam Dei in qua est spes vel conciliant vel commendant. Vel Cherubim. id est rationalis creatura. Duo pro charitate. Pennis propitiatorium obumbrant, quia Deo, non sibi pennas tribuunt: F id est, Deum honorant. Vultus in propitiatorium, quia spes non est nisi in misericordia Dei Cherubim plenitudo scientiæ id est duo Testamenta. Obumbrant: quia in eis latet Christus.

☞ Che-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tabernaculū enim, *Hic ponit prædicta magis in spirituali. Et diuiditur in duas. quia primo tangit in spirituali ea quæ pertinent ad tabernaculi Moysi dispositionem, secundo ea quæ pertinent ad sacerdotum ministrationem, ibi:* His verò. *Ad intellectum primi considerandum quòd tabernaculum Moysi sic erat dispositum.* (Diuisio.) *Parietes enim erant de, quibusdam asseribus coopertis auro. tectum verò tabernaculi erāt quædam cortina quatuor coloribus depicta. altitudo tabernaculi erat decem cubitorum, & latitudo decem. longitudo verò eius. 30. & erant quædam cortina interius, diuidens longitudinem in partes inequales, quia ex vna parte cortinæ erant decem cubiti tātum, & dicebatur illa pars tabernaculi sanctum sanctorum. In alia enim parte erant. 20. cubiti. & dicebatur illa pars sancta absolutè, vel etiam sanctum. Et sic distinguebātur duæ partes tabernaculi, sicut in Ecclesiis nostris chorus & nauis, nisi quòd opposito modo erant sitæ. quia chorus in Ecclesiis nostris est versus oriētem, in tabernaculo verò Moysi sanctumsanctorum erat versus occidentem. Vlterius considerandum, quòd in sanctumsanctorum erant tria, arca testamenti, duo Cherubim, & propitiatorium: Apostolus autem addit quartum. s. quòd ibi erat thuribulum, quod exponunt aliqui dicentes. per hoc intelligi altare incensi. Sed hoc patet falsum per textum. Exo. vl. a. vbi dicitur, quòd altare incensi erat in alia parte tabernaculi. Hoc etiam dicunt Iosephus & Hier. Et ideo dicendum, quòd per thuribulum non intelligitur aliud, nisi quòd ibi erat incensorium. in quo summus sacerdos intrans sanctumsanctorum ponebat incensum, vt nebula inde consurgens impediret aliorum aspectum qui erant in alia parte tabernaculi, ne viderent ea quæ erant intra sanctumsanctorum. Similiter in alia parte tabernaculi quæ dicebatur sancta, erant tria, mensa propositionis in latere aquilonari. & candelabrum aureum in latere australi & altare thymiamatis in medio contra diuidentem sanctum & sanctumsanctorum. Prædictorum autem assignatur duplex ratio. vna literalis, & alia mystica. Literalis est ista. Tabernaculum enim istud erat ordinatū ad cultum veri Dei creatoris totius mundi, cuius sunt duæ partes. Vna nobis inuisibilis, videlicet istud quod est vltra cælum syderum, vbi est habitatio spiritualium substantiarum. & hoc figurabatur per illam partem tabernaculi quæ dicebatur sanctumsanctorum, in qua erāt Cherubim repræsentantia angelicam naturam, & arca testamenti clausa. ad designandum quòd rationes eorum quæ fiunt in hoc seculo visibili continentur clausæ & nobis occultæ in illo seculo superiori, sicut rationes effectuum in causis artificiatorum in artifice continentur quodammodo clausæ: & hoc per tria in arca contenta. s. tabulas quæ repræsentant sapientiam qua diriguntur res humanæ, & virga Aaron: qua designatur potestas regiminis, per quam coercentur homines à malis, & manna, per quod designatur vita humana, per propitiatorium verò quod erat quasi locus Dei, & quia inde respondebat summo sacerdoti, per hoc designatur ipse Deus gloriosus & sublimis præsidens omnibus creaturis, & sic patet quomodo per sanctumsanctorum designantur ea quæ sunt suprà cœlum sydereum nobis inuisibilia. Per aliam vero partem tabernaculi quæ dicebatur sanctum absolute, designabatur alia pars mundi. per tectū enim tabernaculi, quod erat quædam cortina variis coloribus distincta, designabatur cœlum sydereum, variis stellis ornatum. per candelabrum in quo erant septem lucernæ, designabantur orbes septem planetarum. propter hoc erat positum in parte australi, quia cursus planetarum in hemisphærio nostro semper est ad austrum. per mensam vero vbi erāt panes superpositi, designabantur elementa, ex quibus constituitur & nutritur hominum vita, quia ex eisdem sumus & nutrimur, vt dicitur. 2. de generatione. Designabat etiam illa mensa, quod illi qui in altari deseruiebant creatori vniuersæ creaturæ de altario debent viuere.*

(Taberna-culum duplex ad duas partes mundi.)

(Allegoricè) *Ratio autem allegorica prædictorum est, quia per illam partem tabernaculi quæ dicebatur sancta designabatur vetus Testamentum in quo veritas diuinorum erat latens sub velaminibus figuratum, sicut aspectus eorum qui erant intra sanctumsanctorum erat interclusus per cortinam mediam inter vtramque tabernaculi partem, vt dictum est. Per illam vero tabernaculi partem quæ dicebatur sanctumsanctorum, in qua erant illa quæ repræsentabant spiritualia & diuina, vt dictum est, significabatur nouum testamentum, in quo reuelata est veritas diuinorum. propter quod in passione Domini in qua consummatum est nouum Testamentum, scissa fuit illa cortina quæ prohibebat aspectum eorum qui erant intra sanctasanctorum, vt habetur Luc. 23. Hanc autem expositionem secundam prosequitur Apostolus, vt patebit in sequentibus. His visis accedendum est ad literam, quæ tangit tabernaculi dispositionem, dicēs* Tabernaculum enim factum est primum. *Tabernaculum primum dicitur illa pars tabernaculi, quæ dicebatur sancta, quia ab illa erat ingressus templi.*

2 In quo erant candelabra. *Dicit candelabra in plurali, quia licet esset vnum candelabrum tantum, tamen habebat septem lucernas, quæ hic dicuntur candelabra.*

3 Et mensa & propositio panum. *Quia septem panes erāt positi super mensam illam. Tertium autem quod erat ibi, scilicet altare incensi omittit Apostolus, quia secundum quod sequitur infrà, non intendebat de istis dicere per singulas. Sequitur:*

4 Quæ dicitur sancta. *Hoc refertur ad tabernaculum primum, quia (sicut dictum est) illa pars prima tabernaculi, in qua erant ista dicebatur sancta absolutè.*

5 Post velamentum autem. *id est, post cortinam intermediam.*

6 Erat secundum tabernaculum. *Id est, secunda pars tabernaculi.*

7 Quòd dicitur sanctasanctorum. &c. circumtectam ex omni parte. *Quia erat de lignis Sethim operta auro intus & extra, vt habetur. Exo. 25.*

✠ In qua

☞ a *Cherubim.* Ambr. Plenitudo scientiæ, propitiatoriū super arcā Christus, quia ipsi Christo à Deo patre specialiter datum est, vt esset propitiatio pro peccatis nostris.

(Aug. lib. 2. cont. Epist. Parmen. c. 7. & 8. & quest. 119. & 133. in Exod.) b *De quibus non est modo dicendum per singula.* ✠ THEOPHILACTVS. Patefacit hoc loco, non oculis solum, & obtutu hæc terminari, præferreque duntaxat quod esse videntur, sed ænigmata quædam esse, & argumenta, ad quæ contemplanda perspiciendáque, longiori sit opus tempore.

c *His igitur ita constitutis &c.* ✠ CHRYSOSTOM. Hoc est, erant quidem ista, sed non eis fruebantur Iudæi. Non enim videbant ea. Proinde non illis magis erant constituta, quam illis quibus prophetabantur.

B d *In priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes.*

✠ ANSELINVS. Quòd autem in priore tabernaculo quotidie per annum introibant cùm sacrificiis sacerdotes, significat quia in presenti Ecclesia, sancti Domino sine intermissione famulantes, quotidianos suæ fragilitatis erratus, sine quibus esse in hac vita nullatenus possunt, quotidianis bonorum operum victimis, quotidianis lachrymarum suarum libaminibus quasi veri sacerdotes expiant. († manifestatam.)

a ¶ In circunitu non extra tantum, sed etiam intus, b ¶ Gomor. c ¶ In memoriā antiqui beneficij.

tectam ex omni parte auro, † in qua vrna aurea hābens. 1
a ¶ Qua significatur sacerdotalis potestas. b ¶ In quibus lex scripta fuit. 2

manna, & virgā Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamē- 3
a ¶ eam arcam. b ¶ Duo Angeli. c Gloriose decorata. d ¶ Alis connexis. e ¶ Tabulam quæ super arcam erat.

a ti, super quæ erant Cherubim gloriæ obumbrantia propi- 4
5
a ¶ His & huiusmodi. b ¶ Quia pauciora sufficiunt ad executionem nostræ demonstrationis.

b ciatorium: dē quibus mōdo non est dicendum per singula. 6
a ¶ Sed hoc est dicendum. b ¶ Tabernaculis. c ¶ Quod minus. i. minoris venerationis: & significabat præsentem Ecclesiam.

c His verò ita cōpositis, in priori quidē tabernaculo sem- 7
d a ¶ Quotidie. b ¶ Ecce quod supra sanctum seculare dixit: secularia sacrificia: quæ nihil ducunt perfectum. c ¶ Intus incensum ponentes, extra sacrificia. 8

pērintroibant sacerdotes sacrificiorum † officia consum- 9
10
a ¶ Introibat. ¶ Iste ex parte significat eum qui semel ingressus est cœlum. quem non mox sequimur. 11

e f mātes, in secūdo autē semel in anno solus pōntifex nō sine 12
13
a ¶ Vnde: Verba delictorum meorum. i. corporis sui.

g h sanguine, quē offerret ꝓ suā & populi ignorātia, hoc signi- 14
15
a ¶ In istis. b ¶ Qui ita fieri instituit. c ¶ i. nondum licere, introire ad cœlestia. ¶ Donec Christus veniret. d ¶ Secundariam.

i ficānte spiritusancto, nondū † ꝓpalatā esse sanctorū viām,
k a ¶ i. carnalibus obseruantiis adhuc statum habentibus. b ¶ Quæ mystica similitudo est. 16

l adhuc priore tabernaculo habēre statū. Quæ † parabola est 17
18

e *In secundo autem &c.* ✠ THEOPHILACTVS. Vides quemadmodum, vel à principio sint figurationes, & figuræ præmissæ. Et ne illud forsan obiiciant quidam, inquiantque: Cùm semel constet secūdum Christum fuisse sacrificatum, qui fieri potest vt cunctos ille, vno hoc sacrificio sanctitate donauerit Quia à prioribus seculis fuerat Christi hoc sacrificium destinatū, quod omnibus esset saluti futurum, tametsi sanctum illud & tremēdum fuisset, quod à Pontifice semel in annos singulos offerebatur:

(Lib. quæst. super Exo. q. 128.) ✠ AVGVSTINVS. Vnus verò iste qui semel in anno intrabat in sancta sanctorum, quoniam Dominum Christum significabat apertissime ad Hæbręos epistola commendatur. Quòd autem C perfiguratum est per in sancta sanctorum, vt super arcam quæ legem habebat esset propitiatorium, vbi Dei misericordia significari intelligenda est, qua propitius fit eorum peccatis, qui legem non implent, hoc mihi videtur etiam in ipsa veste sacerdotis significari. Nam & ipsa, quid aliud, quam Ecclesiæ Sacramenta significat? quod in logio id est in rationali in pectore sacerdotis posito iudicium constituit, In lamina verò sanctificationem, & ablationem peccatorum, tanquam rationale sit in pectore simile arcæ in qua lex erat, & lamina illa in fronte similis propitiatorio, quod super arcam erat. & vt vtrobique seruaretur quòd scriptum est. *Superexaltat misericordia Iudicium.* D

f *In anno.* Quod singulis annis intrabatur, significabat non venisse adhuc perfectionem. († 45. dist. c. disciplina.)

g *Non sine sanguine.* ✠ CHRYSOST. Et benedixit, non sine sanguine, nō quidem sine sanguine, sed isto sanguine. Non enim tātum erat negotium, ostendit quia erit sacrificium, quod igni non consumatur, sed ex sanguine quidem demonstrandum sit. († ritus peragentes.) E Sæpe quidem sine sanguine introibat, sed cùm sanguine non nisi semel.

h *Pro sua & populi.* Christus pro populo suo obtulit pro se verò non nisi in membris suis. vnde ipse ait: *Verba delictorum meorum.* Delicta enim nostra sua dicit, quod ea suscepit, non ad habendum, sed ad delendum. († Similitudo erat pro tempore tamen præsente i quo. Psal. 21. a)

✠ AVGVSTINVS. Homo in veteri lege gemitu & dolore cordis veniam merebatur: sed sacrificium in testimonium peccati Deus esse voluit, vt se peccator per oblationem sacrificii errasse confiteretur, ipsumque peccatorem esse innotesceret, & idcirco pro manifesto delicto, nunquam Dominus sacrificium mandauit, sed pro ignoranti. Vbi enim manifestum erat peccatum, quid opus erat vt sacrificio legis palam se deliquisse profiteretur? (Lib. quæst. ex veteri testam. q. 12.)

i *Nondum propalatam.* Cælum adhuc inaccessibile est mortalibus secundum corporis conditionem ante vero etiam secundum animas sed patienter expectanda est resurrectio, in qua, & corporibus per Christum patebit in cælum accessus. F

k *Sanctorum viam,* Via sanctorum est Christus, vel spiritualis intelligentia legis, per quam ascenditur in interiora cæli.

l *Quæ parabola.* Quod autem hæc de sacrificiis consummandis vel in primo vel in secundo tabernaculo secundum significationem dicta sint aperit, subdens: *Quæ parabola est.*

☞ So-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In qua vrna aurea habens manna. *secundum quod dicitur. Exod. 16.*

2 Et virga Aaron quæ fronduerat. *secundum quòd habetur Num. 17.*

3 Et tabulæ testamenti. *Ista erant inclusa in arca, vt prædictum est.*

4 Super quæ erant Cherubim gloriæ. *id est, gloriose facta, vel potius quia erant gloriæ Dei cui deseruiunt Angeli per Cherubim significatiua. vnde sequitur:*

5 Obumbrantia propitiatorium. *quod repræsentabat locum diuinum, vt dictum est.*

6 De quibus non est modo dicēdum per singula. *Quia Apostolus prosequitur illa breuiter, & secundum sensum allegoricum tamen, vt dictum est.*

7 His vero. *Hic Apostolus describit ministerium sacerdotum in tabernaculo Moysi. Ad cuius intellectum sciendum, quòd intra sanctum. sanctorum solus summus sacerdos introibat in festo expiationis tantum In alia autem parte tabernaculi quæ dicebatur sancta absolutè, alij sacerdotes intrabant hic qualibet die ad perficiendum sacrificia. Immolatio enim sacrificiorum & oblatio eorum fiebant extra tabernaculum sub diuo in altari holocaustorum, sed consummatio sacrificij fiebat in tabernaculo per cremationem incensi in altari incensi, quia sacrificia illa non erant accepta ex se, sed tamen ex fide & deuotione offerētium, quæ fides & deuotio significantur per incensum. & hoc est quod dicitur.* (Sanctasanctorum, & sancta.)

8 His vero ita. *i. dispositis modo prædicto.*

In priori

9 In priori quidem tabernaculo. *i. in parte tabernaculi, quæ dicebatur sancta.*

10 Semper. *i. quotidie.*

11 Introibant sacerdotes sacrificium officia consummantes, *id est per cremationem incensi.*

12 In secundo autem. *i. intra sanctum sanctorum.*

13 Semel in anno solus pontifex. *Supple introibat. Glossa dicit hic, quòd pluries intrabat in anno, tamen sine sanguine: hoc tamen non inuenitur scriptum in lege. nisi solum quando mouenda erant castra, tunc enim Aaron & filij eius intrabant vt inuoluerent ea quæ erant intra sancta sanctorum, & disponerent Leuitarum onera: aliàs autem non legitur intrasse aliquis. nisi summus sacerdos in festo expiationis ad offerendum ibi coram propitiatorio de sanguine hostiæ immolatæ pro peccato populi & pro peccato proprio. & hoc est quod dicitur:*

14 Non sine sanguine. &c. hoc significante. *Hic ostendit quid significabant prædicta. & primò quantum ad ve. Te. secundo quantum ad nouum, ibi:* Christus assistens. *In prima parte dicit sic:* (Diuisio.)

15 Hoc significante spiritusancto nondum propalatam esse sanctorum viam, *Quia (sicut dictum est) per hoc quòd non patebat accessus sacerdotibus ad sanctum sanctorum, designabatur quòd via veniendi ad cælestia, non erat patefacta sicut est in no. Te. Et quia ve. Te. adhuc habebat cursum suum, quod significabatur per primam partem tabernaculi, vt dictum est. & hoc est quod subditur:*

16 Adhuc priore tabernaculo. *i. ve. Te. habente statum.*

17 Quæ parabola. *i. figura.*

18 Est temporis instantiis. *Quia ve. Te. fuit figura noui.*

✠ Iuxta

A a *Solummodo in cibis & potibus &c.* ✻ THEOPILACTVS. Lex, inquit & legis ipsius instituta, humanis solum sunt rebus imposita, vtpote quibus & vesci homines debeant, & in potu vti, & istiusmodi quædam iniungunt. Hoc comede, illo abstinebis. Verum quo pacto, & potibus dixit, cùm constet de potus diuersitate nil quicquam legem mãdasse? Aut enim id reffert Apostolus quia Sacerdoti paulò post ingressuro, interdicta sit vini potatio. Vel in eiusmodi mandatorum contemptum, hoc potius addidit. Erant præterea & varij baptismatum modi, Nam si mortuum quis attrectasset, vel esset morbo inffectus, vel fluxum seminis pateretur, baptismo, id est aqua abluebatur, & hunc in modũ existimabant, vel à crimine, vel à contagione purgari. B *Carnis verò iustificationes*, erant præcepta quædã, quæ eorum carnem duntaxat abstergerent, qui secundum carnem viderentur sordidiores. Nec tamen hæc erat perpetuò permensura, sed vsque *ad tempus correctionis*, hoc est, vsque ad Christi primũ aduentum qui vniuersa hæc erat emendaturus, inductumsque cultum verum, & spiritualem. Cum esset autem lex graue admodum iugum, iure imposita, dixit, sicut in Apostolorum actis est scriptũ. Quid tentatis imponere iugum discipulis, quòd neque patres vestri portauerunt.

Act.15.

b *Vsque ad temporis.* Vsque ad tempus gratiæ, quo in melius corrigẽdi erãt, qui hucusque sub pædagogo erãt, & ideo nõ poterant perfectum facere, non tamen eo tempore debebant cessare.

c *Christus assistens.* De sufficientia vnius veri sacrificij. Testa. plenè hic tractat, per quod & peccatorum remissionẽ quam verbis Ieremiæ suprà tetigit, præstari dicit & salutem. Q. Hæc prædicta legalia non possunt facere perfectum: Sed Christus assistens &c.

✻ CHRYSOSTOMVS. Non dixit factus sed veniens, hoc C est, ad hoc ipsum veniens, non alij cupiam succedens. Non primò aduenit, & tunc factus est, sed simul aduenit. Est non dixit. D *Adueniens pontifex Hostiarum.* Sed bonorum quæ facta sunt, veluti non valens sermone vniuersum exponere.

✻ AVGVSTINVS. Quid pro te oblaturus es vt munderis, si mundatus poteris offerre quod mundum est? Offerat ergo seipsum mundus sacerdos vt mundet, hoc est quod fecit Christus, nihil mundũ inuenit in hominibus quod offerret pro hominibus, seipsum obtulit. Munda victima, felix victima, vera victima, mũda victima hostia immaculata: Non ergo hoc obtulit quod nos ei dedimus immo hoc obtulit, quòd à nobis accepit: & mundum obtulit, carmen enim à nobis accepit, hanc obtulit. Sed vnde illã accepit? De vtero virginis Mariæ, vt mundam offerret pro immundis, ipse rex, ipse Sacerdos. E

Tract in Psal.149.

a ¶Gratiæ. ¶Quod nunc est. b ¶Parabolam. c ¶De aliis thure s. simila & panibus. d ¶De animalibus. e ¶A sacer lotibus figuratiuis.

temporis instantis, iuxta quam munera & hostiæ offerun- 1

a ¶i. teste conscientia. ¶Etsi ad visum hominum extra. b ¶Plene mundatum. 2

tur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere

a ¶Deo scilicet. b ¶Discernendis.

a seruientem, solummodo in cibis & potibus, & in variis ba- 3

¶Ablutionibus. a ¶Aliis. b ¶Non spiritus. c ¶His omnibus dico impositis quasi in onus ad refrenandum transgressores. 4

b ptismatibus, & iustitiis carnis, vsque ad tempus correctio- 5

a ¶Hæc non perfectũm, sed. b ¶Patri ad interpellandum, vel fidelibus ad auxiliandum. c ¶Non carnalium. d ¶i. præsentis iustitiæ & æternæ beatitudinis, quæ tempore legis futura erant.

c nis impositis. Christus assistens pôtifex futurorum bonorũ 6

¶id est cœlum. 7

d † peramplius & perfectius tabernaculũ non manu factũ, i.

a ¶Non dico non Dei: sed huius i. humanæ, sicut vetus. sed longe aliter à Deo. ¶Cuius illud in eremo quod fixit homo, ¶Effusum, ¶Vt in veteri.

†per maius / †facturæ.

nõ huius † creationis, neq; per sanguinẽ hircorũ, aut vitulo-

a ¶Quia non est opus iterari quia perfectum est. b ¶Cœleste tabernaculum. s. sancta sanctorum.

e rũ, sed per propriũ sanguinem introiuit semel in sancta, æ- 8

✻ PROSPER. Quoniam semel Christus oblatus est, vt multorum peccata portaret.

d *Peramplius.* Christus introiuit taberculum nomine signi, id est tabernaculi, designat signatum, id est cælum peramplius, quia plures capit quàm terrenum illud, & perfectius, quia ibi perfecta beatitudo. Vel per tabernaculum, id est per carnem, quæ nõ semine viri concepta & formata est. assistens patri &c. Aug. Ita vt per tabernaculum accipiatur Christi caro, quam pro nobis obtulit, in qua & diabolũ expugnauit. Est enim Christus rex & sacerdos. Rex pugnauit pro nobis: Sacerdos obtulit se pro nobis. Quãdo pro nobis pugnauit, quasi victus est, immo verè tũc vicit. Crucifixus est enim, & de cruce in qua erat fixus diabolũ occidit, & inde Rex noster. Sacerdos autem quid pro nobis obtulit? Vnde quia nihil mundũ inuenit in hominibus quod efferret pro eis, seipsum obtulit. Ecce munda & fœlix & vera victima. Carnem enim de vtero virginis accepit, vt munda offerret pro immundis.

In Psal.149 Et lib. de fide ad Petrum. ca. 1.

e *In sancta.* Exponit quid dixerit: Tabernaculum non manufactum, sancta sanctorum, id est cælestia. F

☞ a Si enim

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Iuxta quam. *s. parabolam.*

2 Munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta consciẽtiam perfectum facere. *Quia in ve. Te. quod fuit figura noui, munera oblata non auferebant peccata. vt prædictum est. & causa subditur:*

3 Seruientem solummodo in cibis & potibus, *Quod dicitur, quia obseruationes legalium in parte consistunt in abstinentia à quibusdam cibis & potibus in lege prohibitis.*

4 Et in variis baptismatibus. *id est ablutionibus, quæ fiebant in emundatione leprosi, & consimilibus, omnia enim ista erant quædam purè corporalia, & ideo nõ poterant mũdare conscientiã, sed tamen tollere quandam immunditiam corporalem vel irregularitatem, quæ dicuntur iustitiæ carnis. & hoc est quod dicitur:*

5 Et iustitiis carnis, vsque ad tempus correctionis impositis. *i. vsque ad tempus nouæ legis, quæ corrigit veterem, non à malo in bonum reducendo. quia lex vetus fuit bona & iusta, vt habetur Rom. vij. sed ab imperfecto ad perfectum reducendo. quia sicut puero quamdiu est sub pædagogo imponũtur aliqua opera bona ad assuefactionem virtutis, quæ tamen mutantur adueniente æ ate virili in quã perfectiora opera ei imponuntur, ita per legem Moysi fuerunt imposita legalia populo Iudaico, vt exerceretur in cultu vnius Dei. quia tamen erant imperfecta, ideo per legem Christi ad perfectionẽ sunt reducta. propter quod Apostolus Gal. 3 comparabat legem Moysi pædagogo, sub cuius disciplina tenetur puer quamdiu est paruulis, vt plenius declaratum est in prin. huius operis.*

6 Christus assistens. *Hic consequenter exponit illud quod prædictum fuit de tabernaculo moysi, inquantum fuit figura nouæ legis. Circa quod Apostolus duo facit. quia primò declarat propositum. Secundo probat quoddam suppositum, ibi:* Si enim sanguis. *Circa primum quinque tangit. Primo dignitatem loci. quia illa pars tabernaculi quæ figurabat no. Test. vocabatur sanctum sanctorum. Secundo dignitatem ministri, quia solus summus pontifex illuc intrabat. tertiò modum intrandi, quia cum sanguine intrabat. quarto tempus intrandi, quia tantum semel in anno quinto ad quid intrabat. s. ad placandum sibi Deum. & populo. Et ista significabant ea quæ sunt in no. Te. quia Christus qui est summus pontifex intrauit cœlum, quod designabatur per sanctum sanctorum, vt suprà dictum est, & per proprium sanguinem ad placandum nobis patrem, & hoc est quod dicitur Christus assistens. Sciendum tamen, quòd in hoc capitulo constructio est multum suspensiua. Et ideo vt clarius & breuius procedam, ego ponam literam non secundum quòd iacet in libro, sed secundum ordinem sententiæ.* Christus. *Hic tangitur dignitas ministri no. Te. quia Christus est nomen suppositi existentis in natura duplici. s. diuina & humana.* Pontifex. *Hic tangitur nomen officij, quia Christus est princeps aliorum pastorum, secundum quod dicitur. j. Pe. v. a. Cum apparuerit princeps pastorum &c.*

Diuisio.

7 Assistens. *i. semper paratus ad suum officium. s. ad interpellandum patrem pro nobis, & ad auxiliandum nos contra impugnationem hostis.*

8 Introiui semel in sancta. *i. in cælum, vt patebit infra quod quidem cælũ est:* Tabernaculũ per am. *i. valde amplum, propter immensitatem bonorum cælestium.* Et perfectius. *quam fuit tabernaculum Moysi, quod fuit mobile & portabile de loco ad locum: istud est immobile & æternum secundum quòd per Esa. fuit prædictum. 33. d.* Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem opulẽtam: tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. *Ibi enim loquitur de Ierusalem cælesti.* Non manufactum. *i. non per hominem, sicut fuit tabernaculum Moysi per manum. Bezeleel Et hoc est quod subdit Apostolus exponendo verbum prædictum.* Id est non huius creationis. *i. humanæ factionis. Tangit etiam tempus intrandi, ibi:* Semel. *quia totum tempus non est nisi vnus annus respectu pontificatus Christi. & ideo ex quo semel intrauit. semper est ibi. Tangitur etiam modus intrandi cum dicitur:* Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum. *Sicut intrabat pontifex veteris legis, sed per proprium sanguinem, qui pro nobis fuit effusus in cruce Tangitur etiam ad quid intrauit, cum dicitur:*

✻ 1 A Eterna

☞ A a *Si enim sanguis hircorum* Quod per Christum potuerit esse redemptio à minori probat, quia per illa legalia fiebat mundatio corporalis.

b *Hircorum* Hircus Christum significat, per similitudinem carnis peccati. Taurus quia duorum testamentorum cornibus ventilat inimicos.

Aug. qu in num. q. 33.

c *Cinis vitulæ, &c.* De iuuenca rufa, cuius cinerem ad aquam aspersionis eorumque mundationẽ qui mortuum tetigerint proficere lex mandauit, nõ est tacẽdum. Euidentissimum enim in ea nouum Testamentum præfiguratur. De hac dicitur in libro Num. dominum dixisse Moysi: *Loquere filiis Israel Et accipiant à te iuuencam rufam sine vitio, qua non habet in se vitiũ & non est positum super eam iugum. Et dabis eam ad Eleazar sacerdotem, & eiicient eam extra castra in locum mundum, & occident eam in conspectu eius. Et accipiet Eleazar sanguinem eius, & asperget contra faciem testimonij septies, cremabunt eam in conspectu eius, & pellis eius cum carne, & sanguis cum stercore comburetur. Et accipiet sacerdos lignum cedrinum, & hysopum, & coccinum, & mittet in medium combustionis iuuencæ: & congregabit homo mundus cinerem iuuencæ, & ponet extra castra in locum mundum, & erit filiis Israel & proselytis legitimum sempiternum vel æternum* Ex isto cinere fiebat aqua aspersionis vnde mundabantur à cõtactu mor- B tuorum. Ait enim sic: *Omnis omnia quæ tetigerit mortuum, immũda erit septem diebus. Hic purificabitur die tertio, & septimo, & mundus erit. Si verò non purificatus fuerit, non erit mundus. Omnis enim qui tetigerit mortuum, & mortuus fuerit nõ purificatus, tabernaculũ domini polluit, & exterminetur anima illa ex Israel.* Item ait: *Et accipiens hysopum tinget in aqua vir mundus, & asperget super domum, & super vasa, & super animas.*

Num. 19. a. / Leuit. 4. a. / Leuit. 4. a.

Vitula fœminea caro, Christi infirma. Rufa, passione cruenta. Hanc accipiunt à Moyse qui est figura legis, quia secundum legẽ visi sunt occidere Christum, quia secundum ipsos sabbathum soluebat, & obseruationes legitimas prophanabat. Sine vitio est iuuenca, quia immunis à peccatis caro Christi. Ad confirmationem autem repetit dicens, quæ non habet in se vitium. Vel ad terminationem, scilicet quòd etsi in aliis qui sunt mẽbra eius habeat vitium, in se tamen non habet. Et non est positum super eam iugum, quia non est subiugatus iniquitati, imo & subiugatos inueniens liberauit, & eorum vincula dirupit & potestatem ponendi animam, & iterum sumendi habuit. Non ad Aaron, sed ad Eleazar data dicitur, quia non ad tempus quod tunc erat, sed ad posteros illius sacerdotij domini passio erat peruentura. Eiecta est extra castra, & dominus extra ciuitatem eiectus est. Et eiecta est in locum mundum, quia dominus non habuit causam malam. Occisa est in conspectu Eleazar, sic occisa est caro Christi in conspectu eorum qui venturi erant in nouo Testamento domini sacerdotes, Eius sanguinem aspersit cõtra faciem testimonij septies, quia Christus secundum scripturas fudit sanguinem in remissionem peccatorum. Ideo contra faciem testimonij, quia non aliter declaratum est, quam fuerat diuino testimonio prænunciatum. Ideo septies: quia ipse numerus ad mundiciam pertinet spiritualem extra castra Ierusalem, iussa est cremari. Cremari secundum Græcos à suspensione dicitur: quia ignis sursum mouetur, & in eum conuertitur quod crematur, quod est signum resurrectionis. In cõspectu Eleazar cremata dicitur, quia illis apparuit resurrectio Christi, qui futuri erant regale sacerdotium. Pellis eius cum carne & C sanguine & stercore combusta dicitur, quia nondum solum substantia mortalis corporis Christi, quæ pelle, carnibus & sanguine intimata est, sed etiam contumelia, & abiectio plebis (quæ nomine stercoris significatur) conuersa est in gloriam, quam combustionis flamma significat: In medium combustionis mittit sacerdos lignum cedrinum, hysopum, & coccinum. Lignum cedrinũ est spes quæ in supernis firmiter habitat. Hysopus fides, quę cũ sit humilis, radicib hęret in petra. Coccinũ charitas, quia feruorem spiritus igneo calore testatur. Hæc etiã debent mitti in medium combustionis, id est, in resurrectionem Christi, vt cum illo abscondita sit vita nostra. Cinis, id est reliquiæ combustionis, fama est quæ secuta est post passionem & resurrectionem. Hunc cinerem homo mundus congregabat, & in locum mũdum extra castra reponebat, quia hæc fama apud eos maximè claruit, qui non erant de consortio Iudæorum, & erant mundi ab interfectione Christi, & extra celebrationem iudaicæ consuetudinis. Ex isto cinere fit aqua aspersionis, per quam significatur baptismus: vnde mundabantur homines à contactu mortuorum, quia ab iniquitate per baptismum Christi. Illa aqua tam proselyti quam Gẽtiles vel Iudæi mundabantur, quia baptismus Iudæis & gentibus prodest. Hysopo qui fidem significat illa aqua aspergebatur, quia fide mundantur corda, & sine fide non prodest baptismus. A viro mundo hoc fiebat, quia verè mũdi debent esse ministri ecclesiæ, qui portant personam domini. D E

Mysticè. Iuuenca rufa figura no. Test. / Mat. 12. a. / Ioh. 10. b. / Eph. 1. b. / 1. Pe. 2. b. / Psal. 21. b.

†1. Pe. 1 d. / 1. Iohan. 1. / Apoc. 1 b. / †De cæmis. c. cum mar thæ / † æternum

a Per hoc. ¶Quod non in illis sacrificiis legalibus. ¶Quia redempti sunt æterni. b ¶A nobis, vel à Christo nobis. c ¶Per sanguinem Christi potest esse redemptio. ¶Quia.

a b æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum 1

¶Qui significat memoriam passionis Christi. a ¶Contactu mortuorum. b ¶A corporali macula lepræ. ¶A peccato mundat, valens ad emundationem carnis, quæ à pœna legis liberat.

c & taurorum & cinis vitulæ aspersus inquinatos sancti- 2 3

a ¶Non animæ. ¶Et si hoc est.

d ficat ad emundationem carnis, † quanto magis 4

e sanguis Christi qui per spiritum † sanctum obtulit

d *Ad emundationem carnis* i. vt caro emundata sit propter legis præceptum sed in Christo est perfectio.

e *Obtulit semetipsum.* Et medius inter Deum & homines dator est noui Testamenti: quasi pontifex nobis est dator legis nouæ.

✻ AVGVSTINVS. Quod tunc pontifex ille significabat qui cum sanguine in sancta sanctorum per annos singulos introibat. Iste igitur est, qui in se vno totum exhibuit, quod esse necessariũ ad redemptionis nostræ sciebat effectum: idem scilicet, & sacerdos, & sacrificium, idem Deus, & templum.

lib. de fi. ad pet. c. 1.

✻ IDEM. Hoc sacrificium, vbi sacerdos est victima, redemit nos suo sanguine creatoris, non tamen creauit nos cum sanguine, sed redemit sanguine. Creauit autem nos in principio quod erat verbum, & verbum quod erat apud Deum, & Deus verbum. Ab hoc creati sumus. Sermo contextus adiungit: Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factũ est nihil. Hoc est quo creati sumus. Quo verò redẽpti, audi. Quod factũ est, inquit, in eo vita erat & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet: & tenebræ eã non comprehenderunt. Adhuc Deus est, adhuc illud dicitur, quod incommutabile semper manet, adhuc illud dicitur cui vidẽdo corda mundata sunt, vnde autem mundentur nondum dicit Lux, inquit, lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Sed vt non sint tenebræ, possintque comprehendere: tenebræ enim peccatores: tenebræ infideles: vt ergo non sint tenebræ possintque compræhendere, *Verbum caro factum est & habitauit in nobis.* Videte verbum verbum carnem, verbum ante carnem. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum, & omnia per per ipsum facta sunt. Vbi hic sanguis? Ecce iam author tuus, sed nondum est precium tuum Vnde ergo redemptus? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

sermo de sacrific. vesp.

✻ CHRYSOSTOMVS. Si enim carnem, inquit, potest mundare sanguis taurorum, multo amplius animæ sordes diluet sanguis Christi. Nę enim cum audis, sanctificat, magnum aliquid F

☞ putes

NICOLAVS DE LYRA.

✻ Æterna redemptione inuenta. *quia per hoc habemus æternam redemptionem per modum conuenientissimum à Christo inuentum, inquantum satisfecit, quia poterat inquantum Deus, & soluit qui debebat inquantum homo.*

1 Si enim sanguis. *Hic probat quoddam suppositum circa vltimum dictum, scilicet, quod sanguis Christi fuit efficax ad nostram redemptionem æternam, & facit talem rationem. Sanguis Christi ex vnione ad suppositum diuinum habet virtutem maiorem ad emundationem animæ quam sanguis hircorum, & vitulorum & aqua lustrationis ad tollendum immundiciam corporalem seu impedimentum irregularitatis, de quo prædictum est. Veritas propositionis huius patet, quia sanguis Christi ex eius vnione ad suppositum diuinum cõtrahit quandam infirmitatem virtutis, sed prædicta veteris legis tollebant immundiciam corporalem contractam ex tactu alicuius immundi, & à diuino cultu impedientem, vt patet Num. xix. Ergo multo fortius sanguis Christi mundat animam, & reddit eam aptam ad salutem æternã & hoc est quod dicitur.* Si enim sanguis hircorum & taurorum, *hoc fiebat in festo expiationis*

Sanguis Christi efficax ad redemptionem.

2 Et cinis vitulæ aspersus. *quia in aqua lustrationis qua debebant immundi aspergi, ponebantur cineres vitulæ combustæ, vt dicitur Numer. xix.*

3 Inquinatos sanctificat. *quia animam mundare non poterat.*

4 Quanto magis sanguis Christi, &c. *i. peccatis, quæ mortificant animam morte culpæ & morte gehennæ.*

✻ Ad ser-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A putes, annotat, & ostendit vtriusque mundationis differentiam. Et quomodo hoc? Ista quidem excelsa, illa autem humilis. Et dicit, quia merito siquidem ille quidem sanguis taurorum erat, iste autem Christi. Et non ei sufficit nomine tātum hoc signare ponit etiam modum differentiæ. *Qui per spiritum*, inquit, *sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo*, hoc est sacrificium immaculatum erat, mundum à peccatis. Hoc enim est *per spiritum sanctum*, nō per ignem, non per aliena quædam. *Et mundauit conscientiam nostram.* inquit, *ab operibus mortuis.* bene dixit, *ab operib. mortuis*, Si quis enim tangebat mortuum polluebatur: & hic si quis tetigerit opus mortuum, contaminatur per cōscientiam. *Ad seruiēdum*, inquit, *Deo viuo.* Hic manifestat, quia opera mortua habentes non possunt seruire verò, & viuo Deo, quia illa mortua sunt & falsa & merito.

† concilia tor. Leuit 11. Deuter. 14. † Gal. 3.b.

¶Obtulit per spiritum omnia dicentem. Vel immaculatum per spiritum, de quo conceptus immunis fuit à peccato. a ¶Non carnem tantum. b ¶Duo facit sanguis Christi. à peccato mundat, & restituta libertate facit seruire Deo, qui dat viuere, qui est vita ex se viuens.

a b immaculatū semetipsū Deo, emūdauit cōsciētiā nostrā ab 1

a ¶i. peccatis. b ¶Sine quo nec quæ Deus nos operari vellet, nec quæ speramus sciremus.

c d operib. mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Et ideo noui 2

a ¶ Noui Test. dator est ideo: vt vocati accipiant hæreditatem: & hoc morte interueniente, sine qua lex non iuuaret. 3
b ¶Eius. ¶Christi. ¶Interueniente inter dispositionem & completionem.

e testamēti † mediator est, vt morte intercedēte in redēptio- 4

nem earū præuaricationum quæ erant sub priore testamē- 5

¶A Deo. a ¶Ab æterno electi. b ¶i. æternam hæreditatem frequenter promissam.

f to, repromissionē accipiant qui vocāti sunt æternæ hæredi 6

a ¶Morte intercedente, quia vbicunque. b ¶Poterunt infirmi ex eo quod mortuus est Christus non credere promissionem, & ideo probat hoc humana consuetudine. 7

g tatis. † Vbi enim testamentum est, mors necesse est interce- 8

a ¶Interueniat ante confirmationem. b ¶Sic & no. Test. i promissio æternæ vitæ & doctrina euangelica. ¶i per mortem testatorum.

h dāt testatoris. Testamentū enim in mortuis † confirmatum

testamētū hæredes, Sic enim inquiens testatus est Christus: Volo pater vt vbi ego sum, illic & ministros meos esse. Quos verò exhæreditauerit ille, sic exprimit: Nō pro omnib peto, sed pro his q me professi sunt, & crediderūt. Habet insuper testamentū, & testes, vt patet ex his: Testimoniū autē perhibet de me, q misit me pater, Et paracletus testimoniū perhibebit de me, & vos testimoniū perhibebitis. D Iohan. 12. Iohan. 17

✠ CHRYSO. Quid est mediator? Mediator enim non est dominus rei cuius est mediator. sed & alia quidē res, alius est mediator, vt puta mediator nuptiarū fit, nō sponsus, sed adiuuās sponsum, qui ductur⁹ est sic etiā mediator hic filius factus est patris & noster.

e *Interce.* Inter vetus Test. & nouū, in quib. nō solū sacramēta diuisa sunt, sed & ꝓmissa distinctio est: passio Christi, in cui⁹ morte cōstat terrēna nō promitti, sed æterna. In morte enim vnigeniti necesse est magis sperari. E

Aug q. 33. super numeros. † ratum

a *immaculatum.* Alius sanguis non immaculatus.

B b *Ab operibus mortuis.* Ambr. i. peccatis, quæ qui tangit inquinatur, sicut qui tangebat mortuum, coinquinabatur, nec intrat in cælum, sicut nec ille in templum.

c *Viuenti.* Nemo ergo ei potest seruire qui mortua opera habet.

Ambr. Quæ mors erat necessaria in redemptione non modo Gentilium, sed & earum præuaricationum quas lex faciebat non soluebat. Tantum fuit peccatum nostrum, vt saluari nō possemus, nisi vnigenitus Dei pro nobis moreretur, debitoribus mortis, sed sic fecit nos dignos testamenti & promissæ hæreditatis, & ita testamentum factum firmum.

d *Et ideo noui testamenti mediator est, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quod deterrere quāplurimos videbatur infirmiores, quia illud sæpe ac multum vsurparent. Si Christus obiit mortem: quo pacto daturus est quod promiserat? Idipsum nunc Paulus leniens, ob id arguit Christi ratum esse & firmius testamētum, quia mortuus sit. Neque enim superstites sumus, testamenti nomen illud sortitur, quod testando nos instituimus. Vt igitur, inquit, puriores nos redderet mortem subiuit, & testamento nobis peccata remisit, & cælestium reliquit bonorum fruitionē, nos inter, & patrem mediator effectus, cum patri audquaquam esset in animo, nobis hæreditatem relinquere, vt quibus acriter succensebat, & erat iratior, tanquam liberis à se alienis, Christus itaque intercessit, & patrem nobis conciliauit. Quo modo? Id namque quod erat C nobis ferendum vt contumacibus, ille iam tulit, & mortem quæ fuerat per nos subeūda, pro nobis subiuit, effecitq; hereditate hac dignos: est igitur, & testamentū hoc per filij mortē iam cōfirmatū qd minime vt ad indignos hæreditatē transmisit. Habet ꝑterea & testamen-

f *Aeternæ hære.* ✠ AVG Hæreditas mea præclara est mihi Et ipsius hæreditatis vox est apud prophetā Dñe Deus noster possidenos Hanc hæreditatē nō moriens pater filio reliquit, sed ipse fili⁹ eam sua morte mirabiliter acquisiuit, quā resurrectione possedit. tract. 79. in Iohan.

g *Vbi en.* Dixit. Christus est dator no. Te. morte intercedēte nunc ꝙ cōfirmatione ei⁹ potuerat mori, ꝓbat cōsuetudine humanæ legis. *Vbi enim te.* Sicut ergo test. morte testatoris confirmatur, sic & Christus in assertione eorū q̄ testabatur voluit mori, ne qs de eis dubitaret, nec aliter poterat nobis esse vita. Morte euāgeliū in nobis cōfirmauit, vt q a pro nobis mortuus est præcepta eius diligamus & in autoritate habeamus, & per mortem gratiam nobis impetrauit, qua complere possimus. Aug. in psa. 49 & li 83. q. 75.

✠ ANSEL. Nunquā enim aliter hæres potest hæreditatē cōsequi. Et qa in omni test id necesse est, ideo testator noster, q nobis test. fecerat, in quo vitæ æternæ hæredes fore nos instituerat, interposuit mortē suā vt sine obstaculo peruenirem⁹ ad hæreditatē possidendā neq; aliter ptingere possem⁹ ad illā ✠ AVG. Quæri potest cuius morte cōstet, ꝙ facti sumus etiā nos hæreditas Dei secundū illud, dabo tibi gētes hæreditatē tuā: nisi forte hui⁹ mūdi, quo pri⁹ tāquā domināte tenebamur. Post autē cū dicim⁹ mūdus mihi crucifixus est, & ego mūdo: possidet nos Christus mortuo illo qui nos possidebat, cum ei renunciamus morimurque illi, & ipse n bis. F in psal. 79.

h *Testamentū enim.* ✠ AMB. Hoc modo firmū factū est test. intantū fuit peccatū nostrū, vt saluari nō potuissem⁹ aliqñ, nisi vnigenitus filius Dei ꝑ nobis moreretur *Quod verò ait. Alioquin nōdū valet dū viuit q testatus est.* Hoc enim significat, ꝙ q̄diu viuit testator potest mutare sententiam, & alios atq; alios hæredes adducere in hæreditatem suam.

Vnde

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ad fer. *Hoc dicit ad differētiā illorū qui putantur dij, sed sunt mortui, vt Iupiter hercules & huiusmodi. Tāgit autē tria per quæ sanguis Christi habet efficaciā ad prædicta. Primū est ipse offerens. s. Christus cuius meritū est efficaciæ infinitæ propter coniunctionē ad diuinitatē, & hoc tangitur cū dicitur.* Semetipsum obtulit. *Secundū est munus oblatū, ꝙ fuit sanctissimū, ideo dicitur: Immaculatū. Tertiū est modus offerendi, qui processit ex maxima charitate, quod notatur cū dicitur:* Per spiritum sanctū. *Cui autē facta sit talis oblatio, ostenditur cum dicitur.* 2 Deo. *scilicet patri.* 3 Et ideo no Te. *Hic consequenter ex prædictis quæ pertinent ad ve. Te. & expositione eorum arguit ad principale intentum. s. quòd no. Te. sit excellentius & efficacius veteri. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit quod dictū est, secūdò probat quoddā suppositum in sua ratione, ibi* Vbi enim testa. est. *Circa primum considerandum, quòd immediatè prædixit quòd Christus per proprium sanguinē intrauit cælum, & sic inuenit nostrā redemptionem æternam. Hoc autem non poterat fieri in vet. test. Ex quo sequitur, quòd illud Testamentum factum est per Christū: & per consequens debet dici no. testam. quia illud quod sequitur præcedens dicitur nouū respectu illius, & hoc est quod concludit Apostolus.* Et ideo noui testamenti mediator est, *scilicet ipse Christus, per quem autem modum sit mediator, subdit.*

4 Vt morte intercedente. *Id est Christi morte interueniente per quam eius testamentum est confirmatum.*

5 In redemptionem earum præuaricationum. *quæ erant sub priori testamento. i. quas vet. Testam. non poterat auferre, sed per mortem Christi sunt ablatæ.*

6 Repromissionem æternæ hæreditatis accipiant *per efficaciam passionis.*

7 Qui vocati sunt. *ad participandum per veram fidem & sacramētorum nouæ legis susceptionem, & sic patet quòd no. Testam. est efficacius veteri, quia mundat animam & confert gloriam, veteri autem Testamenti tantum exterius mundabat, & temporalem hæreditatem promittebat.*

8 Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. *Hic probat quod supposuit, scilicet, quòd Test. no. sit confirmatum per mortem Christi, & hoc probat dupliciter. primo per legem humanam, secundo per legem diuinam, ibi:* Vnde nec primum. *Circa primum considerandum, quòd secundum leges humanas, ciuiles & canonicas testamentum nō habet robur quādiu viuit testator, quia tunc potest semper mutari, cum sit vltima voluntas vitæ præsentis, sed in morte confirmatur. Ita similiter no. Te. quod est propriè testamentum Christi, in sua morte fuit roboratum, propter hoc tunc dixit:* Cōsummatum est vt habetur Ioh. xix. *& hoc est quod dicitur hic:* Vbi enim testamentum est mors necesse est intercedat. *i. interueniat*, testatoris, &c. *& patet litera.*

Vnde

a *Vnde nec primum quidē sine sanguine dedicatum est.* ✠ THEOPHYLACTVS. Non enim solum Apostolus quæ diceret ex communi quadam consuetudine confirmabat, sed vt à rebus ipsis quæ in veteri contigissent. Quod sanè Iudæos ad credulitatem magis inducit, & fidem vt sibi adhibeant admonenti. Vnde inquit. *Necessarium est*, vt mors testamentum præcedat. Vnde fuit necesse, vt prius illud testamentum nōn sine sanguine fuerit dicatum. Sanguis verò mortis est argumentum, sed vetus illud per agni sanguinem figuram prætulit noui, in quo Dei filius in carne mortuus est. Verum quid illud designat, cum testamentum, inquit fuisse dicatum? Id quidem. B Quia hoc ipsum principium sumpsit confirmationis & roboris. Neque enim aliter peragendi sumpsisset initiū, nisi sanguinis effusio præcessisset.

A † Ex. 24.b.

a ¶ Si non interuenit mors testatoris. b ¶ Potest enim mutare si vult. ¶ Id est, quamdiu.

a est. Alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vn- 1

a ¶ Quia omne testamentum morte firmatur. ¶Et hoc in signum futuri quod sanguine Christi b ¶ Confirmatum est. c ¶ Non sine sanguine.

b de nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lectō 2

a ¶ Prius omni, vt totum confirmaret. 3

enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, acci- 4

¶Simul aqua & sanguis quia nostrum baptisma ibi figuratum est passio Christi. a ¶ Quæ significat mundationem futurorum cum aqua baptismi. b ¶ De quibus aspersorium facit.

c piens sanguinem vitulorum & hircorū cū aqua & lana coc-

cinea & hysopo, ipsum quoque librum & omnem populum 5

¶ Id est, ad confirmandum testamentum. 6

d aspersit dicens. † Hic sanguis testamenti quod mandauit ad 7

a ¶ Sicut librum. b ¶ Templum Dei sanctum est quod. e. vos. ¶Habentes officia.

vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij 8

a ¶ Quia quædam vasa sola aqua baptizabantur, sed in nobis nihil sine sanguine Christi mundatur interius. 9

e sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine se- 10

a ¶Quicquid de aliis. b ¶ In aliquo sacrificio facta 11

f cundum legem mundantur, et sine sanguinis effusione non 12

a ¶Peccatorum. b ¶ Quandoquidem Moyses ita præcepit & lex ita præcepit c ¶Figuras. d ¶Ecclesiæ quo ad cœlum dicitur.

fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium 13

d *Hic sanguis testamenti quod mandauit.* ✠ ANSELMVS. Quasi non fuisset vos aspergo, quia hic sanguis quo vos purifico, est confirmator testamēti, ꝙ mādauit mihi Deus ad vos deferre. D

✠ THEOPHYLACTVS. Christus sane sic inquit. Hic sanguis noui testamenti in remissionem peccatorum in veteri verò nec nouum dicitur nec peccatorum remissio. Vides vt sanguinem dixerit testamentum necesse est igitur, vt Christi mortem intelligas, vbi testamēti fit mētio. *Et tabernaculum & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit.*

✠ IDEM. Vel hoc quidem nostri præfert figurā, qui & tabernaculum sumit Ait namque, inambulabo in eis & inhabitabo & alibi. Vasa autem magnæ domus Dei quædā aurea sunt, quædam argentea. Sumus itaq; nos verò Christi sanguine respersi, & sanctificationem adepti quandoquidem & in eius fuerimus morte baptismo abluti. E

b *Lecto enim.* Sicut ergo Moyses sanguinem prædictorum animalium accepit, vt eo aspergeret & mundaret prædicta. Sic noster Moyses Christus data noua lege, suum sanguinem qui vitulus propter virtutem crucis, cuius cornibus impios ventilauit, & hircus pro similitudine carnis peccati, & quia hostia pro peccato egressum cum aqua de suo latere ad hoc opus accepit per aquam baptisma sanctificans, pretio sanguinis nos redimens. Cum lana coccinea quæ ignei coloris est, & hysopo. Lana enim significat ignem dilectionis Christi, hysopus qui valet cōtra tumorem pulmonis, humilitatem Christi significat, qui per feruorem dilectionis & humilitatē pro nostra redemptione sanguinem suum fudit. Eo sanguine librū, id est euangelium sanctificauit, id est, confirmauit, & populum fidelium C abluit dicens. *Hic est sanguis noui Testamēti confirmator, quod mandauit Deus ad vos.* Aspersit tabernaculum, id est, ecclesiam. Omnia vasa ministerij, quia omnes doctores ecclesiæ in quibus cōtinentur mysteria sua. Et sanguine redemit, & redemptis spiritum sapientiæ & scientiæ tribuit & omnia mundātur per sanguinē Christi, & sine eo nullius peccati fit remissio. Potest etiā per prædicta populus Dei significari. Ipse enim Liber est tabernaculum vasa quæ spiritualiter mundantur sanguine merso in remissionem peccatorum. Inquit enim alibi, *Qui pro multis effundetur.* hi enim sunt populus Dei, id est, electi.

Aug. vbi supra. Ioan. 19. f. Mysticè. Matth. 26.c. Mar. 14.c.

c *Lana.* Charitas Christi est nobis lana de qua vestē faciamus. *Hic san-*

e *Et omnia pene in sanguine secundū legē mundantur.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quare autem dixit pene quare illud sic temperauit. Quoniam illis non erat perfecta mundatio neque remissio perfecta, sed semiperfecta & in minima parte nunc autem, hic est inquit sanguis noui testamenti qui pro vobis effussus est in remissionem peccatorum.

Ecce quæ propriè prædicit Moyses verba quibus vsus est Christus in cœna, quando corpus & sanguinē suum discipulis tradidit.

f *Et sine sanguinis effusione non fit re.* Hæc determinatio ideò apponitur quia per aquam aspersionis quæ fiebat de cinere vitulæ rufæ fiebat remissio peccatorum aliquando quando non effundebatur sanguis, sed tamen effusus erat in immolatione F vitulæ. In illis autem sacrificiis quamuis magis ea peruerso populo fuerint congruenter imposita quam Deo desideranti oblata figura tamen veritatis fuerunt quæ Christus est cuius sanguine redempti & mundati sumus quia vera emundatio & Dei propitiatio nobis sine sanguine nulla est. 1. Pe. 1.c.

f *Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Et quomodo exēpla sunt eorum quæ in cœlis habentur. Quæ autem nunc vocat cœlestia? num cœlū aut angelos? nihil tale, sed ista quæ apud nos geruntur in cœlis ergo sunt ista quæ nostra sunt & hæc nostra cœlestia sūt quāuis

in terra

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vn. nec pri. *Hic probat idem per legem diuinam in qua probatione primò ponit no. Te. conuenientiā cum veteri secundò eorum differentiā, ibi.* Necesse est ergo. *Circa primum sciendum, quod ve. Te. quod fuit figura noui fuit confirmatum per aspersionem, sanguinis, vt habetur Exod. 24. Et sic patet per legem diuinam, quod Te. no. per effusionem sanguinis debuit cōfirmari vt figuratum correspōnderet figuræ & hoc est quod dicitur.* Vnde nec primum qui. *id est, ve. Test. quod fuit primum.*

2 Dedi. est. *Id est confirmatum* sine sanguine.

3 Lecto enim in omni man. le. à Moyse vniuerso populo. *Hoc habetur Exo. 24. vbi dicitur quod populus Testamentum recepit, & obligauit se ad obediendum & tunc Moyses ad confirmationem huius aspersit sanguinem & hoc est quod dicitur.*

4 Accipiens san. vitulorum & hir. cū aqua & lana coc. & hy. *Sed contra hoc posset aliquis dicere quia Exo. 24. non fit mentio, nisi de sanguine vitulorum. Dicendum, quod Apostolus fuit instructus in lege, & ex vsu & consuetudine sciebat qualiter talia fiebant scilicet per mixtionem sanguinis hirci & aquæ, vt sanguis esset clarior lana verò coccinea, & hysopus erant ibi quasi aspersorium ad sanguinem aspergendum: Et propter hoc Moyses tacuit ista, quia non erant principalia tamen credendum est Apostolo, quod fuerit ita, vt describit. Non enim omnia in Exo. sunt scripta. Sequitur.*

5 Ipsum qu. li. *Scilicet legis.*

6 Et om. po. *Qui legem susceperat.*

7 Asper. di. Hic est san. te. *Id est, confirmatiuus testamenti quod* mandauit ad vos Deus.

8 Etiam ta. *Non quod aspersit tunc tabernaculum quia nondum erat, sed postea illud sanguine aspersit quando illud consecrauit.*

9 Et omnia va ministerij. *Quibus vtebantur in tabernaculo Moysi.*

10 Sanguine si as. *Id est, per aspersionem sanguinis.*

11 Secun. legem mun. *Dicit penè quia aliqua mundabantur per ignem scilicet illa quæ poterant ignem sustinere, vt habetur* Nu. 31. *d. Expiatio tamen pro peccato non fiebat sine effusione sanguinis & hoc est quod dicitur.*

12 Et sine san. effusione non fit remissio. *Quia animalia sacrificabantur pro peccatis quorum effundebatur sanguis, in signum quod per effusionem sanguinis Christi fienda erat remissio peccatorum quæ non poterat sanguine animalium fieri, sed tantum significari.*

13 Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium. *Posita conuenientia noui & vete. Testa. quantum ad confirmationem &*

F

a ¶Prædictis. b ¶Corporaliter. c ¶Ecclesia, scilicet. ¶Significata. d ¶Sed in terra. e ¶Christus & omnes illæ hostiæ quia in omnibus significatus.

a his mundari. Ipsa autem cœlestia † melioribus hostiis quàm 1 († portionibus)

¶Quæ sunt

b istis. Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exempla- 2 3

a ¶Per illa significatum. b ¶Vt pro nobis interpellat, & post se trahat. c Post consummationem. d ¶Præsentiæ.

ria verorum, sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui 4

a ¶Nunc apparet vultui, non ita vt sæpe offerat semetipsum & sæpe patiatur in cruce quia sufficit omnibus semel oblatus, & non opus est per singulas generationes iterari, quod si his non sufficeret, nec antiquis qui similiter erant redimendi.

c Dei pro nobis. Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemad- 5

d modum pōtifex intrat in sancta per singulos annos in sangui 6 7

¶Christus in suo. a ¶Non sæpe. ¶Si oportet eum sæpe se offerre. b ¶Quod non fuit opus. c ¶Incipendo à principio mundi.

e ne alieno. Alioquin † oportet eū frequenter pati ab origine 8 († oportebat)

a ¶Non sæpe: sed semel, quod nunc constat per inconueniens.

f mūdi. Nūnc autē semel † in cōsummatione seculorum ad † de- 9 10 11 († instante consummatione) († profligatione)

A in terra celebrentur. Siquidem & angeli in terris sunt, sed tamen cœlestes vocantur. Nam & Cherubin in terris apparuerunt, & tamē cœlestia sunt. Et quid dico apparuerunt? In terris etiam cōuersantur sicut in paradiso. Imo neque hoc. Ista enim cœlestia sunt conuersatio etiam nostra in cœlis est, quāuis hic conuersemur. Quæ est ista conuersatio nostra? Hæc est, Philosophia scilicet, quę apud nos est, qui ad cœlū vocati sumus, *Melioribus*, inquit, *sacrificiis quam hæc sunt*. Quod melius est bono aliquo melius est. Bona ergo fuerunt etiam exempla eorum, quæ in cœlis sunt, nequaquam enim exempla illa ma-

B la erant, alioquin etiam mala essent, quorum exēpla sunt.

Ipsa autem cœ. Christus, qui in quibusdam significatus est, non indiguit mundari, sed omnes sui: sed tamen signa eius quæ in tabernaculo vsum ministrationis præstabant, sanguine mundata sunt.

b *Non e. in m.* Exponit meliores hostias quæ est vna, id est, Christus, Vsus loquendi sic vellet & approbaret scriptum esse: In manufactis sanctis exemplaribus verorum. Vel, in manu facta sancta exemplaria verorum, quæ litera in codicibus Græcis reperitur. *Non e. in ma.* Probat quod Christus mundauit cœlestia, id est, homines suo sanguine mundatos, fecit cœlestes, cœlestium participes. Nam iste per hostiam suam intrauit in cœlum pro nobis, & ita constat quod sequemur. In cœlum, nam non in manufactis. Cur non? Quia illa non sunt vera sancta, sed sunt exēplaria, id est, figurę verorū: & verus sacerdos non in vmbratilia, sed in vera intrare debuit. Intuere quantæ differentiæ sunt inter vetus & nouum. Pro exemplari, id est, templo quod ibi erat, est hic cœlum. Differt etiam magnus sacerdos qui assi-

C stit vultui Dei semper viuus ad interpellandum pro nobis. Ibi sæpe offerebat, hic semel: ibi in sanguine alieno, hic proprio: idem ergo sacerdos & hostia. (Anselmus.)

c *Neque vt sæ. of.* Probauit, quod Christus per hostiam suam cœlestia mundauit, modo probat quod melioribus hostiis, id est, quod sua hostia fuit dignior & efficacior omnibus aliis: quia illæ sæpe iteratę sine consummatione, hęc semel oblata ad patriam reducit. D

d *Per singulos annos.* ✠ AMBROSIVS. Eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri, ideò quòd nullam haberent vltra quā conscientiam peccati, cultores semel mundati. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorū auferri peccata. Vna est, inquit, ista hostia, illæ autem multæ sunt. Propterea enim nec fortes erant, quia multæ E multis, dic mihi, vna sufficiente? proinde quod multæ, & semper offerebantur, ostendit nunquam eos purgari. Sicut enim medicamentum quando fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctam valetudinem repellere: semel impositum totum operatur. Si ergo semel impositum totum operatum fuerit, ostendit eius virtutem, vt non vlterius apponatur. Si verò semper apponitur, manifestū indiciū est minus illud præualuisse. Medicamenti quippe virtus illius est, vt semel apponatur, & non frequenter sic etiā hic qua ratione eisdē sacrificiis semper curabātur. Si enim omnibus essent liberati peccatis, nequaquam per singulos dies offerret quis sacrificia. Proinde commemoratio peccati fuit, non absolutio, quia quotidie iisdem purgabātur hostiis etiam & ipsi sacerdotes, & populus pariter. In Christo ècontrariò semel oblata est hostia potens ad salutem sempiternam.

e *Alio opor.* Si semel oblatus non sufficeret omnium in se credentiū peccata exhaurire, oportuisset eū pati sæpius ab origine mundi, quod ne fieret, semel passus est in consummatione sæculorum. (Anselmus.)

f *In consum.* Id est, in vltima ætate in qua sunt omnia adimpleta quæ ante imperfecta, & ideo non opus fuit, vt inciperet pati ab origine mundi.

☞ Et

NICOLAVS DE LYRA.

✠ emundationem, hic consequenter ponit differentiam: ostendendo primò quòd emundatio noui Testa. sit melior, secundò quod est perfectior, ibi: Neque vt sæpe. *Circa primam partem dicit sic:* Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari. *id est, tabernaculum veteris Testamenti quod fuit quodammodo exemplar cœlestium, vt declaratum est 8. cap. debuit mundari talibus hostiis quæ fiebant de animalibus brutis.*

1 Ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quàm istis. *Supple debuerunt mundari. Et ideo mundati sunt sanguine Christi. Sed diceres quomodo intelliguntur mundari cœlestia, vbi nulla sit macula? Dicendum, quod sicut dicebatur emundari tabernaculum, non quia haberet in se aliquam maculam seu immundiciam, sed quia tollebantur quædam irregularitates, quibus impediebantur homines accedere ad sanctuarium: ita dicuntur mundari cœlestia per Christi sanguinem & per sacramenta nouæ legis ex eodem sanguine habentia efficaciam inquantum purgant peccata, quæ impediunt ab ingressu cœlestium. Et ideo dicit hostiis in plurali. Quia licet sanguis Christi sit vna hostia, tamen eius efficacia nobis communicatur per varia nouæ legis sacramenta. Et quod tabernaculum sanguine Christi mundatum sit meliùs tabernaculo Moysi, declarat dicens.*

2 Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit. *Quale fuit tabernaculum Moysi ab homine factum, quod fuit figura tabernaculi cœlestis, vt prædictum est, ideò subditur.*

3 Exem. ve. sed in ip. c. *Introiuit Iesus.*

4 Vt ap. nunc v. Dei pro no. *Sicut enim Pontifex legis intrabat sanctasanctorum, vt appareret coram propitiatorio, quod erat quasi sedes Dei. Sic Christus quantum ad humanitatem intrauit, cœlum non ad hoc quod videret faciem Dei patris de nouo: quia vidit eam ab instanti conceptionis, sed quia eius humanitas de nouo translata fuit ad cœlum vbi facies Dei clarè videtur à beatis, vt per hoc coram Deo patre pro nobis interpellet, representando humanitatē quam assumpsit pro nobis.*

5 Neque vt sæpe offerat. *Hic consequenter ostendit, quod emundatio no. Te. perfectior est. Et diuiditur in duas, quia primò ostendit propositum, secundò ad hoc adducit simile ibi:* Et quemadmodum. *In prima parte facit talem rationem. Illa emundatio quæ non reiteratur, quia semel facta sufficit, perfectior est quam illa quæ reiteratur pluries propter sui imperfectionem. Sed illa emundatio quæ fiebat à pontifice veteris legis in festo expiationis quolibet anno reiterabatur. expiatio facta per Christum semel tantum facta est: quia eius vnica passio sufficit ad deletionem omnium peccatorum, ergò est perfectior & hoc est quod dicitur:* Neque vt sæpe offerat semet. *id est, Christus pontifex.* (Diuisio)

6 Quemadmodum ponti. *Veteris legis.*

7 Intrat in sancta per fin. an. &c. *Quia aliter sequeretur inconueniens, scilicet, quòd Christus pluries debuisset pati à principio mundi, sicut & sacerdotes veteris legis intrabat per singulos annos sanctumsanctorum pro expiatione peccati populi Israel. Nunc autē ita est, quod sicut pontifex veteris legis intrabat sanctumsanctorum pro peccato populi Israelitici, ita Christus passus est pro salute totius mundi. quia incœpit à principio creationis, sicut populus Israel à datione legis. Et ideò si Christi oblatio esset iterabilis, debuisset frequenter pati ab origine mundi, sicut pontifex legis quolibet anno intrabat sancta à datione legis, & hoc est quod dicitur.*

8 Alioquin oportebat eum fre. pa. &c. *Et qui hoc esset inconueniens ideo subdit Apostolus.*

9 Nunc autem. *Id est, tempore gratiæ.*

10 Semel in consummatione sæculorum. *Id est, in vltima ætate in qua consummatur mysterium Christi.*

11 Ad destitutionem peccati per hostiam suam ap. *Seipsum in conspectu omnium offerendo in cruce.*

✠ Et quem.

a ¶Vt iam non dominetur in nobis, quod nulla alia hostia potuit. b ¶Non sæpe, sed semel oblatam. ¶Patri. c ¶Item per hoc probatur semel pati.

a stitutionem peccati per hostiam † suam apparuit. Et quem- 1 († putam)

a ¶Lege naturæ. b ¶Restat.

b admodum statutum est hominibus semel mori, post hoc au- 2

a ¶Vt iudicentur secundum merita. b ¶Eadem necessitate & iure naturæ. c ¶Aliter miserabilior esset omnibus hominibus. d ¶Quia non omnes credunt.

c tem iudicium, † sic et Christus semel oblatus est ad multo- 3 († Rom. 5. c. 1. Petri 5. c.)

¶Non omnium. a ¶Aduentu. ¶Autem. b ¶Id est, hostia pro peccato. c ¶Veniens ad iudicium. 4

d rum † exhaurienda peccata, secundò sine peccato apparebit 5 († tollenda)

a ¶Quia non necessitate, sed voluntate pro peccatis eorum mortuus est.

omnibus expectantibus se in salutem per fidem.

A a *Et quem.* Lex naturalis etiam ostendit, quod per inconueniens probatum est.

b *Semel.* Non potest amplius mori, sed nec indigemus. Non est intelligendum quod aliqua peccati sui necessitate oblatus sit, etiam semel, imò sola voluntate. Verum vt homo semel mortuus necessitate, & iuræ naturæ amplius non moritur, sic & Christus eodem iure semel oblatus non potest amplius mori.

c *Post hoc au.* Post semel mori, restat iudicium, in quo accipiant secundū quod meruerunt: non restat vt iterum surgant, & iterum moriantur.

d *Sine pec.* Si nec in die iræ hostia, multò minus in aliis temporibus. Vel; *sine peccato.* id est, sine similitudine carnis peccati, sed potiùs in carne gloriosa. Vel tunc non

B erat hostia, sed iusticia in remunerando vel damnando.

Alioqui oportuisset. Saluator est & semel oblatus non sufficit omnium credentium exhaurire peccata præterita, præsentia & futura, oportebat eum iam sæpius passum fuisse sicut Sacerdotes Aaron quot annis intrabant oraturi pro populo, imò quotidie ex quo institutum est sacerdotium. Origenes ille anti- D quus super Leuiticum, latè prosequitur quod Apostol. Paulus (Hom 9.) sacrificio illo expiationis antiquo, tanquam vmbræ veritatē, applicat consummationem sanctissimæ victimæ crucis: dicēs quòd Christus fuso sanguine in cruce, per propriū sanguinem ingressus est non in manu facta sancta, sed in ipsum cœlum, vt appareat vultui Dei quasi propitiatoriè pro nobis, donec secundò sine peccato appareat omnibus se expectantibus in salutem. Ibique interpretatur diem propitiationis nobis manere, donec Sol occidas, id est, vsque quo mundus finem accipiat, quod Apostolus dicit, Donec secundò appareat omnibus, &c.

✠ AMBROSIVS. Nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, sed offert se ipse E quasi sacerdos hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud Patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic autem se offert etiā vt sacramento existens per suos ministros, in cœlis verò, per seipsum.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et quem. *Hic adducit simile ad suum propositum, scilicet, quod ex peccato primi parentis statutum est ex diuina sententia, quod homines semel moriantur, & postea in iudicio diuino manifestè præsentabuntur, sicut Christus pro salute hominum in cruce mortuus postea apparebit in iudicio, non iudicandus, sed magis per suum iudicium fidelibus suis æternam salutem redditurus, & hoc est quod dicitur:* Et quemad. statutum est ho. semel mo. *ratione originalis peccati.* ✠

2 Post hoc autem iu. *Scilicet, extremum.*

3 Sic, & Chri. se. ob. est. *In cruce, non ex conditione originalis peccati quod non contraxit, sed ex conditione mortalis naturæ quam vo-*

C *luntariè assumpsit.*

4 Ad mul. ex. p. *Quod dicit: quia licet passio Christi se extendat ad delendum omnia peccata quantum est ex se, tamen aliqui se reddunt indignos. Et ideò dicit multorum, & non omnium, sequitur.*

5 Secun. si. pec. ap. *Quia in secundo aduentu Christus apparebit in forma gloriosa, & sine similitudine peccati. In primo autem aduentu apparuit in forma hominis mortalis habens similitudinem peccati, secundum quod dicit Apostolus Rom. 8. a.*

Ad maiorem euidentiam dictorum in hoc ca. quæritur, vtrum sanguis Christi fuit oblatio Deo acceptissima. Et arguitur primò quod non. quia effusio sanguinis innocentis est coram Deo abominabilis Christus autem fuit innocentissimus, ergo &c. Item illud quod habet similitudinem cum sacrificiis Gentilium non est Deo acceptum, sed oblatio sanguinis innocentis est huiusmodi, secundum quod dicitur in Psal. 105. f. Effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. *ergo &c. Contra illud quod dicitur in litera: Quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram.*

Responde. Non est hic intelligendum, quod solus sanguis Christi fuerit oblatus pro nobis imo tota humanitas eius, & hoc patet ex autoritate inducta in qua dicitur, obtulit semetipsum. *Fit tamen mentio in hac oblatione segregatim de sanguine Christi, inquantum fuit separatus à corpore, tamen vtrumque est de oblationis integritate, propter quod in sacramento altaris, quod est memoriale ipsius oblationis, consecratur simul caro & sanguis, tamen sub speciebus diuersis, sicut in illa oblatione fuit sanguis separatus à carne. Similiter anima Christi fuit pro nobis oblata, inquantū per passionē fuit à corpore separata ad satisfaciēdum pro nobis Ioan. 10. c.* Animam meam pono pro ouibus meis. *Et sic patet quod tota humanitas pertinet ad Christi oblationem seu sacrificium. Quod autem hoc habeat perfectè rationem oblationis vel sacrificij, patet, quia sacrificium in lege fiebat triplici de causa. Primò ad tollendum peccatum, propter hoc in lege dicebantur aliqua sacrificia pro peccato. Secundò ad gratiam conseruandam, propter hoc in lege dicebantur aliqua hostiæ pacificæ. Tertiò ad hoc quod mens hominis perfectè Deo vniretur per amorem, propter hoc in lege offerebatur holocaustum, quod totum incendebatur ad honorem diuinum. Ista autem tria proueniunt nobis à Deo mediante humanitate Christi pro nobis oblata. quia per hoc peccata nostra sunt deleta. Apo. 1. b.* Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. *Et gratia collata, Ioan. 1. b.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. *Et porta gloriæ aperta, in qua fit hominis ad Deum vnio perfecta. Propter hoc dicitur infra seq. cap.* Habemus fiduciam per sanguinem eius in introitu sanctorum. *Et sic patet, quod sacrificium Christi fuit perfectissimum, quia continet in se perfectissimè virtutem omnium sacrificiorum, sicut perfectio diuina continet in se vnitiuè & eminentius perfectiones omnium creaturarum. Ad primum igitur dicendum, quod effusio sanguinis Christi potest referri ad duplex principium. Vno modo ad ipsos effundentes: & sic fuit Deo abominabilis, & sic fuit peccatum grauissimum. Alio modo ad voluntatem ipsi Christi patientis, qui voluntariè se obtulit passioni ex charitate maxima: & sic fuit Deo acceptissima. & hoc secundo modo habuit rationem oblationis & sacrificij, non autem primo modo. Ad secundum patet ex dictis, quod oblatio sanguinis innocentis in sacrificiis Gentilium habet similitudinem cum illis qui occiderunt Christum, & hoc modo non habet rationem sacrificij, vt dictum est, & ideò non est similitudo sacrificij Christi ad sacrificia illorum.* (Sacrificij virtus triplex.) F

✠ NICOL.

ADDITIO.

In cap. 9. *vbi dicitur in postil.* Aureum habens thuribulum & arcam Testamenti circuntectam ex omni parte auro.

In arca Testamenti quæ erat in sanctasanctorum nihil erat inclusum, nisi tantum duæ tabulæ lapideæ quas ibi posuerat Moyses, vt habetur expressè 3. Reg. 8. b. Vrna autem habens manna, & virga Aaron erant coram illa arca, vt habetur Exod. 16. & Numeri 17.

REPLI. In cap. 9. *vbi dicitur de arca Bur. qui nititur sæpius opportunè, & importunè saluare dicta sancti Tho. & aliorum. non curat hic saluare veritatem literæ, cui tamen ille honor debetur, quod potius debemus putare nos intentionem literæ non intelligere quam contradicere. Hic autem planè dimittit literam apostoli tanquam contradicentem literæ 3. Reg. 8. Nam hic dicitur, quod in arca erat vrna habens manna, & virga Aaron quæ floruit, ibi autem dicitur: quod nihil erat in arca nisi duæ tabulæ, &c. quæ videtur manifesta contradictio. Circa quam differentiam laborat dupliciter circa locum allegatum de 3. Reg. Vno modo, quod litera illa debeat intelligi principaliter: apostoli autem occasionaliter, quia arca fuit facta, vt tabulæ ibi reponerentur, sed post vrna & virga occasionaliter in memoriā ibidē reposita sunt. Alio modo, quod factum fuit quoddam scamnum appenditium ad latus arcæ, in quo vrna & virga reponebantur. Et ideò amplius dicit illa fuisse in arca, non quod intrinsecus, sed in appenditione quod vnum cum arca censebatur, & sic quidam exponunt quod dicitur Deut. 31. g. de libro legis. Pones eum in latere arcæ, &c.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. X.

A a *Vmbram enim.* Probauit quod semel mortuus: sed quare, vel semel. Quia lex non poterat perfectos facere, ideò agnus sine macula erat offerendus.

Aug. lib. de bono coniug. ad c. 70. Chrysosto. tom. 3. 2. b.

b *Non ipsam ima.* Id est, veritatem, vt in picturas vsquequo ponat quis colores, quædam est subtractio. Vel subtractio vmbra quædam est, non imago cum verò flores ipsos colorum quis imposuerit, tunc imago efficitur.

c *Acce.* Pontifices per singulos annos in sanctasanctorum cum eisdem hostiis licet indesinenter offerrent, nunquam tamen, &c.

d *Cultores se.* Vna hostia Christi perfectos facit, & similia peccant non indigent alia, quia sufficit ad omnia, & omnem conscientiam à peccatis lauat, quod non vetus, si enim hoc faceret, non esset opus iterari. Sicut medicamentum fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctam valitudinem repellere, semel impositum totum operatur. Si verò semper imponitur, manifestum iudicium est non contulisse salutem. Sed quia illis sacrificiis nemo curabatur, frequenter offerebantur.

Hom. 17.

e *Alioquin cessassent offerri.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Propter hoc imperauit semper offerri propter infirmitatõ vt & memoria peccatorum fieret. Quid ergo nos? Nónne per singulos dies offerimus? Quidem sed ad recordationem facientes mortis eius. Et vna hæc hostia non multæ. Quomodo vna & non multæ? Quia semel oblata est. Oblata est in sanctasanctorum. Hoc autem sacrificium exemplum est illius, id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium, sed semper eundem ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium, hac datione.

C ✠ AMBROSIVS. In Christo semel oblata est hostia ad salutem potens. Quid ergo nos? Nónne per singulos dies offerimus? Etsi quotidie offeramus ad recordationem eius mortis fit, & vna est hostia non multæ. Quomodo vna & non multæ? Quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius idipsum & semper idipsum offertur, proinde hoc idem est sacrificium. Alioquin dicetur quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi, non sed vnus vbique est Christus, & hic plenus existens & illic plenus. Siue quod vbique offertur vnum est corpus ita & vnum sacrificium. D

✠ PRIMASIVS. Quid ergo dicendum est? Nunquid Sacerdotes nostri quotidie non offerunt sacrificium? Offerunt quidem quia nos quotidie peccamus, & quotidie indigemus mundari. Et quia ille non potest mori dedit nobis sacramentum corporis & sanguinis sui vt sicut passio illius redemptio fuit ac absolutio mundi, ita quoque ista oblatio redemptio & mundatio sit omnibus in veritate offerentibus.

✠ THEOPHYLACTVS. Suboritur hic quæstio num & nos in ecclesia incruentas offeramus E victimas? Omninò offerimus. Cæterùm memoriam facimus mortis Dominí: Estque vnum sacrificium, non multa; quandoquidem semel oblatus est. Ipsum quidem semper offerimus, immo potiùs memoriam illius oblationis facimus, qua se ipse obtulit, ceu iam nunc facta sit. Proinde vnum est sacrificium. Nam quod ad quæstionem attinet, postquam multis in locis affertur, multi igitur Christi erunt? Non bene colligitur; nequaquam enim multi sunt, sed vnus est vbique; & hic plenus, & isthic plenus, & perfectus, vnúmque corpus. Quemadmodum enim in multis locis oblatus Christus vnum corpus est, & non multa corpora: sic & vnum sacrificium. Nam illam hostiam offerimus quæ tunc est oblata.

f *Commemoratio.* Non absolutio, infirmitatis accusatio, non virtutis ostensio, propter infirmitatem ergo ostendendam, & vt memoria peccatorum fieret, imperauit Deus illa semper offerri. Et si nos quotidie offerimus, recordatio mortis eius est: & hæc hostia vna est, non multæ, quia semel tantum oblata est. C Nec à malis hominibus multi Christi offeruntur, sed vnus vbique, & semper plenus, vbique vnum corpus, semel oblatus nunquam consumitur. Quod nos agimus recordatio sacrificij est, nec causa infirmitatis suæ repetitur, quia perficit hominem sed nostræ qui quotidie peccamus. In legalibus ergo hostiis erat commemoratio, non oblatio: Hic autem peccatorum deletio, & virtutis consummatio, & infirmitatis nostræ ostensio. Et celebratur duabus de causis, scilicet, pro nostra infirmitate, Psal. 39. f. vt dictum est. Et vt maior Christi dilectio nostris infigatur Luc. 1. g. mentibus, dum recolimus quanta pro nobis gessit.

☞ *Impossibile*

CAPVT X.

¶ Oblatus ad exhaurienda peccata quia lex habens extraneam similitudinem eorum quæ futura erant non imaginem quæ melius exprimit rem, quã vmbra.

a Vmbram enim habens lex bonorum futurorũ, 1
b non ipsam imaginem rerum, per singulos an- 2
¶ Quas lex præcipit.
nos eisdem ipsis hostiis quas offerũt indesi- 3 4
¶ Et si semper facerent. ¶ In sanctasanctorum. a ¶ Virtutibus & beatos.
c nenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Alio- 3
d ¶ Si perfecti fierent. ¶ Hostiæ. ¶ Vtique.
quin cessassent offerri, ideo quod nullã vltra haberẽt cõscien 5 6
a ¶ Perfectè vna hostia. ¶ Hostiis per singulos annos oblatis.
tiã peccati † cultores semẽl mũdati. Sed in ipsis cõmemoratio 7
f
mini: Estque vnum sacrificium, non multa; quandoquidem semel oblatus est. Ipsum quidem semper offerimus, immo potiùs memoriam illius oblationis facimus, qua se ipse obtulit, ceu iam nunc facta sit. Proinde vnum est sacrificium. Nam quod ad quæstionem attinet, postquam multis in locis affertur, multi igitur Christi erunt? Non bene colligitur; nequaquam enim multi sunt, sed vnus est vbique; & hic plenus, & isthic plenus, & perfectus, vnúmque corpus. Quemadmodum enim in multis locis oblatus Christus vnum corpus est, & non multa corpora: sic & vnum sacrificium. Nam illam hostiam offerimus quæ tunc est oblata.

f *Commemoratio.* Non absolutio, infirmitatis accusatio, non virtutis ostensio, propter infirmitatem ergo ostendendam, & vt memoria peccatorum fieret, imperauit Deus illa semper offerri. Et si nos quotidie offerimus, recordatio mortis eius est: & hæc hostia vna est, non multæ, quia semel tantum oblata est. C Nec à malis hominibus multi Christi offeruntur, sed vnus vbique, & semper plenus, vbique vnum corpus, semel oblatus nunquam consumitur. Quod nos agimus recordatio sacrificij est, nec causa infirmitatis suæ repetitur, quia perficit hominem sed nostræ qui quotidie peccamus. In legalibus ergo hostiis erat commemoratio, non oblatio: Hic autem peccatorum deletio, & virtutis consummatio, & infirmitatis nostræ ostensio. Et celebratur duabus de causis, scilicet, pro nostra infirmitate, Psal. 39. f. vt dictum est. Et vt maior Christi dilectio nostris infigatur Luc. 1. g. mentibus, dum recolimus quanta pro nobis gessit.

☞ *Impossibile*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

✠ 1 AMbram enim. *In cap. præcedenti probauit Apostolus eminentiam no. Test. & in probatione sua dixit, quod ve. Test. non auferebat peccatum, ideò istud quod ibi supposuit, hic consequenter probat. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit quod dictum est secundò comparat sacerdotem no. Test. ad sacerdotem ve. Te. ibi:* Omnis quidẽ sacerdos. *Primum probat dupliciter, primo per rationem, secundo per scripturam, ibi:* Ideò ingrediens. *Prima adhuc in duas. secundùm duas rationes quas ponit, secunda ibi:* Impossibile enim est. *Ad euidentiam primæ rationis considerandum, quod differunt vmbra & imago in hoc, quod vmbra est longinqua similitudo rei, imago autem est propinqua & expressa rei similitudo. Et ideo sacrificia veteris legis habuerunt rationem vmbræ respectu bonorum gloriæ, quia non promittebant illa expressè, sed sub velamine prosperitatis terrenæ. Sacrificium autem nouæ legis habet rationem imaginis, quia immediatè inducit, ad bona gloriæ cœlestis. Hoc autem non poterant facere sacrificia veteris legis, quod patet ex modo offerendi ipsa, quia quolibet anno reiterabantur. quod non fieret, si per ipsa offerentes mundarentur, quia tunc talis iteratio esset frustra, & non est dicendum, quod aliquid frustra præciperetur in lege diuina. ergo non auferebant peccata, & hoc est quod dicitur hic,* Vmbram enim habens lex. *Id est, bonorum gloriæ, quæ expectantur in futurum, quæ in legẽ promittebantur confuse per modum vmbræ, & non expressè, ideò sequitur.*

Diuisio

Vmbra & imago differunt

2 Non ipsam ima. re. per sin. an. eisdem ipsis ho. quas offe. indesin. *Sacerdotes veteris legis.*

3 Nunquam. *Lex vetus per talia.*

4 Accedentes perfectos facere. *Id est, mundatos à culpa dignos gloria.*

5 Alioquin cessassent offerri. *Post primam eorum oblationem.*

6 Ideò. quod nullam ha. vl. consci. pec. cul. se. munda. Et *ideò concludit, quod fiebant illa sacrificia ad peccatorum recordationem, inquantum per talia offerentes ostendebant se habere peccati conscientiam. & hoc est quod dicitur.*

7 Sed in ipsis commemoratio pecca. per singulos annos! *Sic. Deletio autem peccatorum expectabatur fienda per Christum. Sed videtur quod ratio apostoli non valeat, quia posset dici, quod illa sacrificia mundabant à peccatis præteritis, non autem à futuris, & quia reiterabantur peccata. per consequens & sacrificia erant iteranda non frustra vt arguit Apostolus, sed ad deletionem peccati iterũ perpetrati. Dicendum quod Apostolus ex modo loquendi excludit hoc dictum. Dixit enim quod lex tantum habebat vmbram cœlestium, nunc autem ita est quod peccatum opponitur cœlestibus, quia excludit ab ipsis, & ideò illud quod emundat peccatum, oportet quod sit cœleste & spirituale. & istud quod est tale, habet efficaciam perpetuam. & per consequens nõ est reiterabile. Sic autem est dicendum de oblatione Christi in cruce ratione deitatis adiũcta, & ideò non reiteratur, quia semel facta sufficit ad delẽdum omnia peccata cõmissa & cõmittenda. Sed adhuc diceres, sacramẽtũ altaris quotidie offertur in ecclesia. er. &c. Dicendum q. non est ibi*

✠ *sacrificij*

A a *Impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* ✠ AVGVSTINVS. Manifestè scriptura testatur, illum sanguinem victimarum nihil profuisse, ad exorandum Deum pro peccatis hominum, sed significasse aliquid quod prodesset. Impossibile est enim, inquit, sanguinem hircorum & tauro-

Quæst. 57. in Leuitic.

a ¶ Quia pro eis offeruntur, & ita constat peccata habere offerenter.
¶ In ipsis commemoramur nos esse in peccatis. Nam impossibile.

rũ auferre peccata. Quoniam pro anima nostra exorat, mediator ille, qui omnibus illis sacrificiis, quæ pro peccatis offerebãtur, præfigurabatur.

✠ OECVMENIVS. In ipsis, inquit, hostiis fit duntaxat commemoratio, & redargutio peccatorum, non autem etiam remissio. Porrò quod non fit remissio, signũ est, quod nunquam durent hostiæ. Neq; enim obsequentia tantum peccata offeruntur, inquit, hostiæ, sed potiùs propter omnia tanquam nondum remissa sunt hostiis quæ factæ sunt.

Psal. 39. b.

b *Noluisti.* A tempore passionis, in quo est consummatio omnium hostiarum, cœperunt illa displicere. Nunquam ea ante destruxit, sed illis subditus fuit, dum in templo cum hostiis præsentatus fuit,

Tract. in Psal. 39.

✠ AVGVSTINVS. Quare illa noluit, quæ primò voluit? Quia illa omnia erãt quasi verba promittẽtis. Et verba promissiua, cũ venerit quod promittunt, non iam enunciabuntur. Tandiu quisque promissor erit donec det. Cum dederit, mutat verba non dicit adhuc dabo, quod se daturum dicebat. sed dicit dedi, mutauit verba. Quare illi placuit primo hoc verbum & quare illud mutauit? Quia temporis sui verbum fuit, & pro suo tempore placuit. Quando promittebatur, tunc dicebatur, cum autem datũ est quod promissum est, ablata sunt verba promissiua, data sunt completiua. Sacrificia ergo illa tanquam promissiua oblata sunt, Quid est quod datum est completiuum? Corpus quod nostis, quod vtinam non ad iudicium noueritis. *Sacrificium*, inquit, *& oblationem noluisti.*

c *Corpus.* Ablata sunt signa quia exhibita est veritas, tunc tempus fuit vt illa auferentur, & veritas veniret, nec vnquam in odoribus illis delectatus est dominus, nisi in fide, & desiderio offerentis. Præcepit tamen hæc sibi, offerri potiusquam offerrentur idolis: imposuitque in seruitutem, non in iustificationem, & vt figura essent futuri.

d *Aptasti.* Id est. aptum & idoneum corpus, quia sine peccato & passibile & mortale mihi dedisti, quod valeat offerri in redemptionem hominum.

e *Holocaustomata.* ✠ THEOPHYLACTVS. Nec holocaustomata hæc quæ scilicet igne conficiũtur sacrificia tibi placuerunt, id est, noluisti, nec in acceptum hæc retulisti, neque quæ essent de peccato oblata. Erat quidem vt diuersis de causis, ita & diuersum sacrificiis impositum nomen, nam alia quidem pro commissis offerebantur, nonnulla pro negligentia, quædam etiam salutaria dicebantur, & conciliatoria quædã, alia insuper peccatoris alia demũ purgationis gratia offerebantur. Quæ tamen eo sunt prorsus oblata, quia sacrificium & oblationẽ noluisti.

f *Non pla.* AVGVSTINVS. In figuris illis veritas prænunciabatur. Celebrant figuras figuræ rem multi scientes, sed plures ignorantes, quæ cessare debeban re exhibita.

†Psal. 39. b.

g *Tunc dixit: Ecce venio, &.* Quãdo vidi omnia illa displicere, & corpus idoneum ad hoc mihi datum.

a ¶ Quia hostia Christi sufficit, & vetus perfectum non facit, ideò ad hoc confirmandum.
¶ Verbis vel rebus. a ¶ De animalibus. b ¶ De aliis rebus. c ¶ Iam à tempore passionis. d ¶ Quod præ omnibus sacrificiis est.

a peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est, san 1
guine hircorum & taurorũ auferri peccata. Ideo ingrediens 2
b mundum dicit. Hostiam & oblationem noluisti: corpus au- 3 4
c a ¶ Per multa sacrificia vnum significabatur quia si multis verbis vna res diceretur, vt sine fastidio multum commendaretur. ¶ Quæ aliis digniora videbant, quæ tota comburebantur & pro peccato fiebant, quædam etiam non pro peccato.
tem aptasti mihi. Holocaũstomata & pro peccato non pla- 5 6 7 8
d e b ¶ Ex quo veritas venit.
a ¶ Sine aliqua retardatione. b ¶ Quia in primo psalmo. Beatus vir qui caput psalterij dicitur.
f g cuerunt tibi. Tunc dixit. Eccè † venio. † In capite libri scri- 9 10 11 12
h a ¶ Vt quod lex non potuit, per me compleatur. b ¶ In plerisque aliditur, meus. c ¶ Quid sentiat ex scriptura illa aperit. ¶ Secundum quod homo.
i ptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. Superiùs 13
dicens, quia hostias & oblationes & holocaustomata &
¶ Iam & si prius. ¶ Tunc. a Ne viderentur displicere, quia non secundum legem
pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur: tunc dixi, ecce venio, vt faciam Deus

Dixit. Ecce ve. Ad me offerendum vt faciam & compleam voluntatem tuam quia tu es meus Deus. Ideò venio ad implendã tuam voluntatem, quia ita scriptum est, & præfiguratum de me in consilio Deitatis, quæ est caput mei, qui sum liber humani generis secundum quod homo. in quo legant omnia sibi necessaria, & ideò non est opus lege.

h *In capite libri scriptum est de me.* HIERON. Hoc est, in principio Geneseos, & in Euangelio, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

✠ AVGVSTINVS. Sunt etiam qui vniuersas omninò scripturas canonicas vnum librum vocent, quod valdè mirabili: & diuina vnitate concordent, & hunc esse dictum: *In capite libri scriptum est de me vt faciam voluntatem tuam*, vt sic intelligatur per F filium pater feeisse mundum, cuius conditionis principium scripturarum est in libro Geneseos, vel magis, quia prophetia videtur esse non facta narrans, sed futura prænuntians. Non enim ait quod fecerim, sed vt faciam: siue vt facerem voluntatem tuam. Ad illud hæc sententia referenda est, quod in primis partibus eiusdẽ libri scriptum est, erũt duo in carne vna. Quod sacramentum magnũ dicit Apostolus in Christo & in ecclesia.

✠ THEOPHYLACTVS. Librũ autem lapideas tabulas dicit, quibus lex fuisset inscripta, vel vetus testamentum: perinde ac si dicat, in omni scriptura de meo aduẽtu facta est mentio, & quemadmodum ipse essem offerendus pro mundo. Vel caput veteri testamenti principium interpretatur. Nam & in ipsius Moysi libri primordio cum hominem inquit, faciamus ad imaginem & similitudinẽ Messiã suæ diuinitatis cognitionẽ apetit Deus.

1 *Superius dicens.* Quasi: Non solum notat hæc autoritas

☞ veteres

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *sacrificij reiteratio, sed vnius sacrificij in cruce oblati quotidiana commemoratio, propter hoc dicitur Luc. 22. b.* Hoc facite in meam commemorationem. *quia idem offertur quod ipse obtulit.*

1 Impossibile e. *Hic ponitur secunda ratio ad idẽ. quia principalius sacrificium, quod fiebat in lege, fiebat in die expiationis de hirco & vitulo sed illud non poterat auferre peccatum, cum esset quid purè corporeum, quod non attingit ad animam, ergo multo minus alias legis sacrificia poterant auferre peccata. Huius rationis ponit minorem dicẽs:* Impossibile enim est san. hir. & tau. aufer. *Si autem contra hoc arguatur de sacramentis nouæ legis, quæ consistunt in quibusdam rebus corporalibus tantum. & tamen mundant animam. Dicendum, quod non est simile, quia in ipsis diuina virtus operatur, & ideò operantur ad gratiam per modum instrumenti, non sic autem erat in sacramentis veteris legis, vt plenius dicam in fine huius capituli.*

2 Ideò ing. *Hic probat per scripturam Psal. 39. qui loquitur de aduentu Christi propter imperfectionem sacrificiorum veteris legis supplendam per suum sacrificium & fecit talem rationẽ. Illud quod aufert peccatum, oportet q. sit Deo acceptum, sacrificium autem veteris legis non erat Deo acceptum, vt patet per scripturam Psalm. inductam ergo, &c. &*

&c. & hoc est quod dicitur: Ideo ingrediens mundum. *per carnis assumptionem.* 3 Dicit. *Quia illa scriptura loquitur in eius persona.* 4 Hostiã. *In hoc tangit sacrificia quæ fiebant de rebus animatis.* 5 Et oblatio. *Id est, sacrificia de inanimatis.* 6 Noluisti. *Id est, non acceptasti, & sunt verba filij ad patrem. Et interponit sacrificium patri acceptum quod de corpore Christi fuit factum dicens.*

7 Corpus au. *Id est, corpus passibile aptũ immolationi, & quia fuit formatum & aptatum sola virtute Dei, absque semine virili.*

8 Holocaustomata. *Quæ totaliter incendebãtur.* 9 Et pro pec. *Id est, sacrificia quæ pro peccatis offerebantur quorum vna pars incendebatur, altera erat sacerdotis. Et sic Apostolus tetigit omnia genera sacrificiorum veteris legis: ostendens quod nõ fuerunt Deo accepta: quia de talibus subditur.* 10 Non pla. *Et consequenter ostenditur in serie scripturæ q. sacrificium no. Test. sit acceptũ. cũ sequitur de Christo.*

11 Tunc dixi, &c. *Per carnis assumptionẽ.* 12 In capite, &c. *Liber autem iste est noticia prædestinationis diuinæ. Caput huius libri dicitur illud quod in diuina prædestinatione principaliter continetur, hoc autem est mysterium incarnationis Christi per quod ad beatitudinem pertingunt omnes electi.*

13 Superiùsdic. *Istud quod sequitur est verbum apostoli exponẽtis*

Universidad de Deusto Biblioteca

veteres hostias non fecisse perfectos, sed solam hostiam Christi, verumetiam ablationem veteris Testamenti, & constitutionem noui, si diligenter notentur verba, quia superiùs dicens, illa noluisti, addit: *Tunc dixi.* Ecce enim aufert primum sacrificium, & cum eo vetus Testamentum, & statuit vt stabile nouum sacrificium, & cum eo nouum Testamentum.

C Fides est substantia sperandarum rerũ, id est, causa quæ res sperandas faciet quandoque subsistere in nobis. Quod est, faciet nos consequi futura bona. Et propriè dicitur fides: *Substantia:* Quia sperandis substat, & facit ea esse in credentibus in alia vita. Et est fundamentum omniũ bonorum quod nemo mutare potest: & sine quo non est bona ædificatio, vel speranda iam facit esse in corde credentis. Argumentum, id est, certitudo rerum quæ non apparent, & si quis de ea dubitet, probatio, vbi adhuc probatur futura resurrectio: quia ita crediderunt patriarchæ, apostoli, alij sancti. Fides est causa sperandorum, quia causa iustitiæ per quam sunt speranda. Et hoc est. *In hac est testimonium.* Iustitiæ, quod Deus testatus est iustos eos esse, *Senes:* Non quod ætate senes, sed antecessores horum, & sic constat fidem non esse nouam, sed tenendam cum antiqui tenuerunt.
† quæ sperantur.

Ioan. 20. f. Aug. tract. 76. in Ioan.
b *Speranda.* Nec Thomas quod vidit, credidit, quia hominem vidit, Deum credidit. Si autem credi dicuntur quæ videntur, sicut dicit vnusquisque oculis suis credidisse, non ipsa est, quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ videntur agitur in nobis, vt ea credantur, quæ non videntur.

AVGVST.

CAPVT XI.

¶ De visis non est fides sed agnitio. ¶ Fundamentum.

a b EST autem fides † sperandarum substantia 1

AVGVSTINVS. Fides credit, spes & charitas orant. Sed sine fide esse non possunt, ac per hoc & fides orat, Quid autem sperari potest, quod non creditur? Porrò etiam aliquid quod non speratur credi potest. Quis namque fidelium pœnas non credit impiorum, nec sperat tamẽ? Est itaque fides & malarum rerum & bonarum quia & bona creduntur & mala. Est etiã fides & præteritarum rerũ, & præsentiũ, & futurarũ. Credimus enim mortuũ Christũ, quod præteriit: credimus sedere ad dexteram patris, quod nunc est: credimus venturum ad iudicãdum, quod futurum est. Itẽ fides & suarum rerũ est, & alienarum. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eam pertinentium qui earum spem gerere perhibetur. Quæ cùm ita sunt, distinguenda erit fides à spe, sicut vocabulo, ita & rationabili differentia. Quod attinet ad nõ videre siue quæ creduntur, siue quæ sperantur, fidei spei quę commune est. In epistola quippe ad Heb. fides dicitur conuictio rerum quæ non videntur.
In Enchirid cap. 7. & 8.
F

IDEM. Nullum aliud canticum nos docet Deus, nisi fidei, spei, & charitatis: vt fides nostra firma sit in ipso, quãdiu illum non videmus credentes in eum, vt gaudeamus, cùm viderimus & fidei nostræ succedat species lucis eius, vbi iam nobis non dicetur. Crede quod non vides, sed, gaude quia vides.
In psal. 91.

IDEM. Initium bonæ vitæ, cui vita etiam æterna debetur, recta fides, credere quod nondum vides: cuius fidei merces est videre quod credis, &c. Omnis homo vult intelligere credere non
Ser. 29. de verbis Apostoli.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XI.

1 EST autem fi. &c. *Superius Apostolus admonuit fideles subiici Christo, & ostendit quod talis subiectio est per fidem: ideo hic incipit commendare ipsam fidem, vt ea quæ sunt: fidei libentius amplectamur. Et diuiditur in tres partes quia primò describit ipsam fidem, secundò ponit diuersa exempla circa ipsam, ibi:* In hac enim testimonium. *Tertiò ad ea quæ sunt fidei hortatur plebem catholicam, in princi. se. ca. ibi:* Ideoque. *In prima parte ponit diffinitionem fidei, di.* Fides est substantia, &c. *Ad cuius intellectum sciendum, quod habitus cognoscuntur per actus & actus per obiectũ, fides autem est habitus quidam infusus & ideo debet diffiniri per proprium actum in comparatione ad proprium obiectum. Actus autem fidei est credere, qui est actus intellectus assentientis procedens ex voluntatis imperio, quia nullus credit nisi volens, secundum quod dicit Aug. super Ioan. Et ideo actus fidei qui est credere, non solum habet ordinem ad obiectum intellectus, quod est verum, sed etiam ad obiectum voluntatis, quod est finis seu bonum. Habitudo igitur actus fidei ad obiectum voluntatis designatur in diffinitione Apostoli cum dicitur.* Est autem fides substantia sperãdarum rerum. *Res enim sperandæ continentur in ipsa beatitudine, cum sit status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt dicit Boetius. 3. de consolatione. Dicitur autem fides substantia rerum sperandarum inquantum est quædam inchoatio futuræ beatitudinis, quia fides est prima virtus infusa, sicut & in aliis rebus prima pars rei dicitur quodammodo substantia eius, & maximè quãdo virtualiter aliquo modo cõtinet alia, sicut est in proposito. In hoc enim speramus beatificari, quia vidibimus clarè illud cui per fidẽ nunc inhæremus in ænigmate, habitudo autem actus fidei ad obiectum intel-*

lectus

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ non omnes volunt. Dicit mihi homo : intelligam, vt credam
A Respondeo, Crede vt intelligas.

✠ THEODOR. Ea quæ non videntur, per fidem videmus: & ad eorum quæ sperantur contemplationem, fides nobis oculus efficitur, & ostendit tanquam subsistentia ea quæ nondum facta sunt. Mortuis adhuc omnibus in sepulchris iacentibus, fides ante nobis describit futuram eorum resurrectionem & vt pulueris corporum visione apprehendatur immortalitas efficit. († Gen.1.a.)

a *In hac testim.&c.*

✠ THEODOR. Eorum qui olim fuere sanctorum catalogũ Inde clarum ostẽdit, hoc est, qui antè legem, & in lege insi- († vberiore)
B gnes. Primò autem ponit quod scriptis nobis primùm traditum est, videlicet, doctrina. *In principio fecit Deus cœlum, &c.* Neque enim oculus corporis vidit Deum vniuersa fabricantem: sed fides nos edocuit, quod qui semper est Deus, ea quæ non erant, fecit.

b *Fide intelli.* Exemplis vtitur ad commendationem fidei, ad ostendendum quod de non apparentibus sit fides.

c *Secula.* AVGVST. In principio fecit Deus cœlum & terram informen materiam & confusam (quæ chaos dicta est) vnde omnia facta sunt cœli & terra (quæ inde futura erant) nomine significat, id est, nominibus visibilium rerum propter infirmos qui minus idonei sunt inuisibilia comprehendere, *Tunc erant tenebræ.* Id est, lucis absentia, Sicut inanitas dicitur locus vbi non est corpus. Eadem materia terra dicitur, quia terra inter omnia minus est speciosa. Inuisibili, propter obscuritatem. Eadem materia etiam aqua dicitur Super quam spiritus domini superfertur, sicut fabricandis rebus volũtas artificis. Ideo aqua quia omnia in terra ab humore incipiunt formari & nutriri. Eadem dicitur abyssus. Res ignota notis vocabulis, & non vno ne hoc esse putaretur, quod consueuerant homines in illo vo-
C cabulo intelligere. (Gen.1.a. Aug.lib.5. de Gen. ad lit.lib.1. de Gen. cont. Manichæos lib.2. cont adu.legis c.2.& lib.11. confess.c.9.)

AVGVSTINVS. Ex inuisibilibus. Antequam formæ darentur rebus, tenebræ erant, & erant inuisibilia elementa, sed in eorum separatione nata est lux. Vel inuisibilis mũdus in sapiẽtia Dei erat, ad cuius similitudinem factus est hic visibilis, hæc, vtique

a ¶ Quasi iam sint in nobis. b ¶ Præmonstratio futurarum rerum. ¶ Propter hanc.
a rerum argumentum non apparentium. In hac enim testi- 1
a ¶ Iusticiæ. b ¶ A Deo vel ab hominibus. ¶ Antiqui patres. c ¶ Quod fides est argumentum non apparentium, id est, credere debemus, quæ nondum apparent, sic etiam fide tantum intelligimus secu. esse apta. ver. d ¶ Sapienter disposita. 2
b monium consecuti sunt senes. † Fide intelligimus † aptata es- 3
a ¶ Præcepto Dei cum omnia in materia simul fuissent. b ¶ Informibus elementis formata vel ex intellectuali mundo.
c d se secula, verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. † Fi- 4 5
a ¶ Senes consecuti sunt sicut in Abel apparet. ¶ Id est, per fidem plu. ¶ Acceptabiliorem, id est, pluris precij quam Cain.
de † plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per 6
a ¶ Fidem. b ¶ Vnde Iesus. A sanguine Abel iusti. c ¶ Per fidem est consecutus plurima, quia per fidem iustus erat. d ¶ Quia ea recepit.
quã testimoniũ cõsequutus est esse iustus, testimoniũ perhi- 7

vtique visibilia, antequam fierent non erant. Quomodo ergo D
Deo nota erãt, quę nõ erant. Et rursus quomodo ea faceret, quę sibi non erant. Non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit nõ facta cognoscit: Proinde antequã fierent & erãt, & nõ erant in Dei scientia, nõ erant in sua natura, ipsi autẽ Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cũ ea fecisset quam illo quo ea nouerat vt facere, *apud quem nõ est transmutatio neque vicissitudinis obũbratio.* († perfecta Iaco.1.c.)

d *Fide plurimam.* Quod patres antiqui per fidẽ sint consecuti testimoniũ iusticiæ ostendit, ponẽs aliud exemplum ad commendationẽ iusticiæ. († Gen.4.a.)

✠ AMBROS. Fides est quæ dona conciliat: humilitas est quæ oblata commendat: ideo super Cain fratris munera placuit munus Abel, quia fide vicit. (Lib.de Nabuthe c.13.) E

✠ AVGVST. Tota iustitia hæc est, virginitas, sacerdotium & martyriũ, quæ triplex iustitia in Abel primò fuit: qui & munera Deo placita obtulit: prosapiam generis in seculo non reliquit: & martyrij coronam sanguinis effusione promeruit. Rectè cõpetebat, vt qui primus in terra iustus eligitur, in eo totius iustitiæ forma seruaretur cuique primò in hominibus post delictum gestare figuram conceditur Saluatoris, qui virgo, & sacerdos, & martir esse videtur. (L.1. de mirab. sacræ scrip.cap.3.)

✠ HIERONYM. Vnde scire poterat Cain, quod fratris munera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera esset, quã Theodotion posuit: Et inflammauit Dominus super Abel & super sacrificium eius, super Cain verò & super sacrificiũ eius non inflammauit? Ignẽ autẽ ad sacrificiũ deuorãdũ solitũ venire de cœlo, & in dedicatione tẽpli sub Salomone legimus, & quando Elias in monte Carmelo construxit altare. (Quæstio. hebr. super Genesim. Gen.4.)

✠ THARGVM HIEROS. Cũ Cain & Abel essent in agro respondit Cain: Nõ est iudiciũ, nec iudex, nec seculũ aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impiis, nec Dei misericordia creatus est mundus, nec Dei misericordia regitur, eò ꝙ suscepta est oblatio tua cũ beneplacito, mea verò non est suscepta. Respõdit Abel. Est iudiciũ, est iudex estq; seculũ aliud merces itẽ bona pro iustis, & pœna ꝓ impiis, Et ꝗa meliora fuerũt opera mea tuis, suscepta est oblatio mea cũ beneplacito, tua nõ (1.Paralip.7 3.Reg.8. In 4.c. Genes.) F
☞ Cumque

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *lectus designatur cum dicitur.* 1 Argumentum. *Quia obiectum fidei est veritas non visa cui firmiter adhæret fides non ex rei euidẽtia sed ex autoritate diuina, & sic patet diffinitio prædicta, quia data est per habitudinem actus fidei ad obiectum intellectus & volũtatis. Si quis autem velit prædictam formam diffinitionis reducere, potest sic dicere: Fides est habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Considerandum etiam, quod per verba Apostoli prædicta, distinguitur fides ab omnibus aliis quæ pertinent ad intellectum. Per hoc enim quod dicitur:* Argumentum. *Id est, firma adhæsio, distinguitur fides ab opinione, suspitione & dubitatione in quibus non est firma adhæsio intellectus. Per hoc autem quod dicitur:* Non apparẽtium: *Distinguitur fides à scientia, & intellectu, per quæ fit aliquod apparens. Per hoc autem quod dicitur:* Substantia sperandarum rerum. *Distinguitur fides à fide communiter sumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinẽm speratã. Et per hoc etiam apparet prædicta diffinitio fidei bona, quia facit diffinitum differre ab omnibus aliis.*

2 In hac enim. *Posita diffinitione fidei, hic consequenter ponit Apostolus exempla de fide, & primò facit hoc in generali, secundò in speciali, ibi:* Fide intelligemus. *In prima igitur parte dicit, quod patres ve.Te. habuerunt testimoniũ bonitatis à Deo propter meritum suæ fidei, vnde: Gen.15.b. dicitur,* Abraham credidit Deo, & reputa. est ei ad iusticiam: *Et hoc est quod dicit Apostolus:* In hac enim fide. *Id est, antiqui patres.* 3 Fide intel. *Hic consequenter ponit exempla patrum fidelium in speciali. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponit exempla de his quæ crediderunt & docuerunt, secundò de his quæ ex fide fecerunt, ibi:* Fide Abel. *Tertiò de his quæ propter fidem passi sunt, ibi:* Alij distenti sunt. *Circa primum considerandum quod doctrina ve.Te. duplex fuit. Vna manifesta scilicet, de vnitate Dei & creatione mundi. Alia occulta sub velamine figurarum, scilicet, de incarnatione verbi. Et quia scribebat omnibus Hebræis ad fidem conuersis, ideo primam tanquam omnibus communem tangit, dicens.* (Diuisio)
Fide

Fide intel. apta esse se. *Quasi dicat, sicut antiqui crediderunt omnia esse producta & disposita per verbum Dei, vt habetur Gen.1.a.* Dixit Deus, fiat, & factum est. *Ita & nos credimus, productio enim creaturarũ, & ordinatio eo modo quo de hoc loquitur scriptura, vtpote quod tali tempore, & non ante fuit producta, est articulus fidei quia non potest demonstrari, licet productio mundi absolutè sumpta possit probari.* 4 Vt ex inui. *Communis autem cõceptio philosophorum fuit, ex nihilo nihil fieri, & ideo Anaxagoras posuit latitationem formarum in materia. Auicenna autem effluxionem formarum à datrice intelligentia. Plato autem posuit formas secundùm esse separatas à materia, à quibus procedebant materialia. Sancti autem ponunt ideas in mente diuina quæ sunt inuisibiles formæ, & tamen procedunt ab ipsis omnia visibilia, sicut artificiata visibilia ab exemplari inuisibili, quod est in mente artificum. Bo.3.de conso. Tu cuncta superno Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse. Mũdo mente gerens similìque imagine formans, & hoc est quod dicit Apostolus.* Vt ex inuisibilibus. (Diuisio)

5 Fide plu. *Hic consequenter ostẽdit quid partes ex fide fecerunt. Et diuiditur in tres partes, quia primò hoc ostendit de patribus qui fuerũt ante diluuium, secundò de illis qui fuerunt post diluuium, tamen ante legem datã, ibi:* Fide qui vocatur Abrahã. *Tertiò de his qui fuerunt sub lege data, ibi:* Fide Moyses. *Ante diluuium tres patres specialiter commendantur de fide, scilicet, Abel, Enoch, & Noe. Et secundum hoc prima diuiditur in tres partes secundum exempla quæ ponuntur de istis tribus secunda incipit, ibi:* Fide Enoch. *Tertia ibi:* Fide Noe. *Circa primũ cõsiderãdum, quod ex magnitudine fidei. Abel processit quod de melioribus primitias Deo obtulit, vt habetur Gen.3. Et hoc est quod dicitur hic:* Fide pl. *Id est, meliorem.* (Diuisio)

6 Hostiam, &c. *Id est, quia fides per dilectionem operans iustificat.*

7 Testim. *Quia ignis descendit de cœlo super hostiam eius in signum acceptationis diuinæ, vnde: & Gen.4.a.* Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. *Translatio Theodotionis sic habet: Inflammauit dominus super Abel & munera eius.*
✠ Et

☞ cumque contenderent, insurrexit Cain cõtra Abelem fratrem
A suum, & occidit eum.

a *Defunctus ad.lo.* Id est, materia est nobis loquendi, vt de eius fide exemplum demus. Non enim mors extinxit famam fidei. Ex fide & patientia præcedentium cõsolatur istos. Abel adhuc loquitur, quia alios suo exemplo admonet, vt iusti sint. Interemit eum quidem mors, sed non cum eo interemit gloriã eius & memoriam. (Chrisost. Theophyl. †Gen 5 c. Sap.4.b. Eccl.44.c.)

✠ AVGVST. Cũ orandum pro inimicis Dominus docuerit, quid est quod in Apocalypsi animæ occisorum vlcisci se petunt, sicut sanguis Abel clamat de terra? Non tam impa-
B tientes sunt sancti, vt vrgeãt id fieri quod sciunt tempore præfinito futurũ, quod nec anticipari potest nec differri. Sed hoc dicto ostendere volunt vindicaturum Deum sanguinem Sanctorum suorum: ne quia tam patiens videtur, multum pateretur tam impium bellum quod contra sanctos geritur. (L.q. vet. & no.test. q.68. † Gen.6.b. Eccl.44.c.)

b *Fide Enoch, &c.* IRENAEVS. Enoch placens Deo sine circuncisione, cùm esset homo, Dei legatione ad angelos fungebatur, & translatus est, & conseruatur vsque nunc testis iusti iudicij Dei, &c. (Lib.4.c.30.)

✠ IDEM. Enoch placens Deo, in quo placuit corpore, trãslatus est, translationem iustorum præmonstrans. Vbi ergo primus positus est homo, scilicet, in paradiso, dicũt presbiteri Apostolorũ discipuli, eos qui translati sunt illuc trãslatos esse & ibi manere vsque ad consummationẽ, coauspicantes incorruptelã. (Lib.5.c.5.)

✠ CLEMENS. Rom. Si voluisset Deus homines immortales (L.5.const. apost.c.8.)
C

a ¶ Quod apparuit cum ea cœlesti igne consumpsit. b ¶ Fidem. c ¶ Tanta fuit, quod mors eam non extinxit.
a bento muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc lo- 1
a ¶ Fidei merito. b ¶ In paradisum, vnde Adam eiectus c ¶ Q.d. nec de longè in aliis videret mortem.
b quitur. † Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & 2 3
a ¶ Neputaretur in alia parte mundi esse. b ¶ Qui poterat abscondere eum.
non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Ante trans- 4 5
a ¶ Per fidem translatus est, quia per fidem iustus quia placuit Deo. b ¶ Id est multi testabantur eum placuisse Deo.
c lationem enim eius testimonium habuit placuisse Deo. † Si-
a ¶ Per fidem placuit. sed. ¶ Adeo fides est necessaria.
ne fide autem impossibile est placere Deo quenquam. Cre- 6
a ¶ Sine fide enim non potest placere: quia nec accedere. b ¶ Credere, hoc, scilicet, quia. ¶ Deus. ¶ Quod. ¶ Quid ergo eis lex.
d dere enim oportet accedentem ad Deum, quia est: & inqui- 7
a ¶ Quia credidit Deo dicenti. Finis est omnis carnis, etsi nulla signa videret diluuij.
e rentibus se remunerator sit. † Fide Noe † responso accepto 8
a ¶ Adeo credebat quod nondum videbat, quod metuens, &c.
de his quæ adhuc non videbantur metuens, aptauit arcam 9

les manere, quod hoc facere potuit, ostendit in Enoch & in Elia, quos mortem experiri non permisit. D

AVGVSTINVS. Neque Enoch & Helias per tam longam ætatem senectute marcuerunt, nec tamen credo eos iã in illam spiritalem qualitatem corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in Domino prima pręcessit, nisi qa isti fortasse nec his cibis egent, qui sui consumptione reficiũt, sed ex quo trãslati sunt, ita viuunt vt similem habeant satietatem illis quadraginta diebus, quibus Helias sine cibo vixit: aut si & his sustentaculis opus est, ita fortasse in paradiso pascuntur, sicut Adam priusquã propter peccatum exinde exire meruisset. Vide Iustin. mart.q.32. ad orthod. Hyppolitum, Efrẽ, Aug. Tract. de Antich. (L.1 de pec. merit. & remiss. c.3. †1.Mac.2.f) E († oraculo admonitus)

c *Sine fide autem, &c.* ✠ AVGVST. Fides est bonorum omnium fundamentum, fides est humanæ salutis initium: sine hac nemo ad filiorum Dei numerũ peruenire potest, quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquam iustificationis gratiam consequitur, nec in futuro vitam possidebit æternam. (Præfat.l.de fide ad Petrum.)

d *Quia est.* Esse propriè Deo conuenit: quia immutabiliter.

✠ THEODOR. Qui enim non hæc ita habere crediderit, virtutis labores non sustinet. Neque enim agricola in agro colendò sudores toleraret, nisi se laborum fructus relaturũ speraret. Ita etiam gubernator ad portum respiciens, multos labores perpetitur.

e *Fide Noe.* Aliud exemplum ponit de Noe ad commendationem fidei, di.
☞ *Et in.*
F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et per il.de.ad.lo. *inquantum factum suum mouet nos ad fidem & deuotionem potest enim hoc referri ad illud quod dicitur Gen. 4. b.* Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. *Id est ostendit fidelis innocentis mortem dignam esse vindicta.*

2 Fi. Enoch. *Hic ponit exemplum de fide Enoch. & diuiditur in duas partes quia primò ponitur intentum & secundò probat, ibi:* Ante trãslationem. *Dicit ergo, quod fides Enoch patet per hoc quod fuit à peccatoribus segregatus, & in paradisum translatus, & hoc est quod dicit* Fide. *Id est, propter meritum fidei.* (Diuisio)

3 Enoch tran. *Aliorum, scilicet, in diluuio, & etiam suam, quia non est mortuus, morietur tamen in fine mundi, quia omnes sunt debitores mortis ex transgressione primi parentis.*

4 Et non inu. *Inter homines peccatores, quia transtulit illum dominus ad paradisum terrestrem, vbi conseruatur vita eius vsque ad finẽ mũdi. Ratio autem huius est, quia vetus Te. ordinatur ad promissionem noui Te. Nouo autem Te. expresse promittitur vita æterna. Et ideo vt in veteris Te. daretur spe vitæ æternæ, mors Enoch dilata est tempore legis naturæ, & mors Eliæ tempore legis datæ: vt habetur .4.Reg.2. Totum autem ve.Te. decurrit per ista duo tempora.*

5 Ante tran. *Hic consequenter probat quod Enoch translatus fuerit propter meritum fidei. Et facit talem rationem: Nullus potest placere Deo sine fide, sed ante trãslationem Enoch placuit Deo, vt habetur Gen.5.c.* Enoch cum Deo ambulauit: *Ideo habuit fidem, propter quam translatus est, propter hoc ibidem subditur Gen.5.d. Ideo tulit eum dominus, & hoc est quod dicitur hic:* Ante trans. *Patet litera ex dictis.*

6 Credere e. *Probat consequenter, quod nullus placeat Deo nisi per fidem, quia ad hoc quod aliquis placeat Deo, opus est quod accedat ad ipsum, iste autem accessus est per fidem: ergo, &c. Vlterius considerandum, quod in omni motu vel accessu rationabili mobile duo intendit, scilicet, terminum motus, & causam quare mouetur. In accessu autem ad Deum qui est per fidem, terminus est ipse Deus, & quantum ad hoc dicit.* Crede. enim, &c. *Vnus, id est, æternus, propter hoc dicitur Exod.3.d.* Qui est, misit me ad vos. *Causa autem quare homo mouetur per fidem in Deum, est spes remunerationis æternæ & quãtum ad hoc dicitur.*

7 Et in.se.re. *Ista enim duo credere, scilicet, Dei vnitatem & eius remunerationem æternam fuit necessarium ad salutem semper apud Gentiles, nec plus requirebatur ad salutem Gentiliũ, qui nullam legem receperunt à Deo, nisi legẽ naturæ. Sed contra hoc videtur dictũ Aug.li. de correctione & gratia, vbi dicitur sic: Illa fides sana est, qua credimus nullum hominem siue paruæ ætatis liberari à contagio mortis & obligatione peccati nisi per mediatorem Dei & hominum Iesum Christum ergo credere mysterium incarnationis fuit semper necessarium ad salutem omnibus etiam Gentilibus. Dicendum quod misterium incarnationis potest credi dupliciter. Vno modo explicitè, & sic tenebantur credere illi quibus facta est de hoc reuelatio, sicut Iudæi in ve.le. tamen sacerdotes scripturas intelligentes tenebantur magis cognoscere & credere quam alij: & adhuc in noua le. tenentur magis ad hoc Christiani in qua perfecte explicatum est mysterium Christi. Alio modo potest credi mysterium incarnationis implicitè, & ad hoc solum tenebantur Gentiles, quia non erãt obligati ad legem Moysi, Talisque fides implicita de mysterio incarnationis continetur in duobus prædictis: quia qui credit vnum Deum remuneratorem inquirentium ipsum, credit ipsum habere prouidentiam de salute hominum, licet modum huius prouidentiæ explicitè non cognoscat. Modus autem per quem Deus prouidit saluti hominum, est per incarnationis mysterium. Ex quo patet quod fides incarnationis implicitè continetur in prædicta credulitate Gentilium. Videtur etiam alicui, quod Deum esse non sit creditum, quia à Philosophis est demonstratum. Dicendum & multitudo hominum non capit tales demonstrationes, sed pauci. Et ideo licet non sit credibile simpliciter: quia non est credibile omnibus, est tamen credibile pluribus. Apostolus autem loquitur de fide inquantum respicit communitatem hominum.*

8 Fide Noe. *Hic ponitur exemplum de fide ipsius Noe de quo dicit ex fide quinque fecit. Primum est, quod de futuris contingentibus credidit. Cum enim oraret pro populo, habuit responsum per reuelationem à Deo, quod mundus periret per diluuium in futuro, & quantum adhoc dicitur:* Re.ac. *Secundum est, quod credens adimpleri dictũ Dei timuit, & hoc est quod dicitur.* Metuens. *Tertium est, quia ad mandatum Dei implendum fecit arcam, & hoc est quod dicitur.*

9 Aptauit ar. *Id est aptam fecit ad habitationem hominum, animalium & auium secundum præceptum diuinũ, vt habetur. Gen.6. Quartum est: quia pereũtibus aliis saluari cũ domo sua sperauit, & hoc est quod dicitur, In salutem domus suæ. Quintum tangitur cum dicitur.*
✠ Per

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Et iu.* Id est fuit iustus ex fide, sicut patres sui, nisi enim iu-
A stus esset, hoc ei Deus non præcepisset.
b *Fide qui v.* Hic ad patres Iudæorum descendit, ostēdit in eis & in prioribus omnem iustitiam ex fide habuisse origenem. Et ponit exemplum de Abraham.

Gen.12.a. Aug.16. de ciuit. ca.15. 16 &c.
c *Obediuit.* Deo dicēti sibi: Exi de terra tua & de cognatione hoc iam fecerat. Hoc enim dictū est iā egresso de terra Chaldæorum & iā constituto in Mesopotamia, non ergo dominus corpus sed animum à terra sua auertit, ne velit reuerti. Non enim exierat inde animo si redeundi tenebatur desiderio: quod
B desiderium Deo iubente ac iuuante & illo obediente fuerat amputandum.
d *Fide demoratus est, &c.* ✠ THEOD. Sed nec cum in terram promissam accessisset dominatum in ea obtinuit sed & ipse & filius eius & nepos, inquilinorum ritu vixerunt, tanquam in terra aliena habitantes in ea quæ erat ex promisso ipsorū propria. Qua de causa nec domos extinxerūt, sed in tabernaculis p̄petuò habitarunt. Verumtamen esse crediderunt eum qui erat pollicitus, licet non viderēt verū testimonium fidei consentire.

† factus.

¶ Fidem per arcam. b ¶ Damnabilem ostendit. ¶ Quia dum videret eam fabricari non credidit.
a in salutem domus suæ. Per quā damnauit mundū, & iusti- 1 2
¶ Per fide.
b ciæ quæ per fidem est heres est † institutus. † Fide qui voca- 3
¶ Cum prius Abram.
c tur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus e- 4
a ¶ Adeo credebat Deo. b ¶ Melioris terræ, id est, vitæ æternæ. c ¶ Erat & alienigena & in casulis, quia, vt subdit, expectabat fundamenta habentem ciuitatem.
d rat in hæreditatem: & exiit nesciens quò iret. Fide demoratus 5
¶ Quamuis sibi promissa.
est in terra repromissionis, tanquàm in aliena: in casulis habi- 6
a ¶ Id est, sicut Isaac & Iacob habitauerunt ibi, non enim eodem tempore cohabitauerint.
tando cūm Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eius-
¶ Cur ita. ¶ Quia stabilis. ¶ Cœlestem.
e dem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem 7 8
a ¶ In propria persona, non in vicaria.
f cuius artifex & conditor Deus. † Fide & ipsa Sara steri- 9 10
a ¶ Fœcunditatem. b ¶ Sterilis etiam in senio.
lis virtūtem in conceptione seminis accepit etiam præ- 11 12
¶ Hac fide.
g ter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui 13 14

L.15. ciuit. cap.1.
✠ AVGVST. Scriptū est de Cain quod condidit ciuitatem Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna enim sanctorum ciuitas quamuis hic pariat ciues in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat, cùm congregatura est omnes in suis corporibus resurgentes, quando eis promissum dabitur, regnum, vbi cum suo principe rege seculorum sine vllo temporis fine regnabant.
C e *Expectabat enim fundamenta, &c.* ✠ THEODORETVS. Pręsentia enim non cōcupiscebat, sed futura desiderabat. Illa enim sunt verè firma ac stabilia. Per fundamenta enim significauit D sufficientiam. Non manufactam autem ciuitatem vocauit vitam, quæ in cœlis agitur.
f *Fide & ipsa, &c.* ✠ THEOD. Primùm risit vt quę nesciret naturā eius qui pollicebatur, & fines humanæ cognosceret. Ne pareret enim obstabat non solùm senectus, sed etiā matricis debitatio. Sed postquā resciuit quis polliceretur, & credidit & peperit vt credidit. † 32.q.4.c. quis ignoret.
✠ AVGVST. Riserat & pater quando ei promissus est filius admirans in gaudio. Riserat & mater quando per illos tres viros iterū promissus est, dubitans in gaudio: quāuis exprobrante angelo, quod risus ille etiā si gaudij fuit, tamen plenæ fidei non fuit. E (Li.16. ciuit. dei. cap. 31. †Gen.21.a.)
✠ IDEM. Ambo autē senes erant, sed illa etiā sterilis, & liquore menstruo iam destituta, propter q̄ iā parere non posset, etiam si sterilis non fuisset. Porrò fœmina prouectioris ætatis, si solita mulierū adhuc fluāt, de viro iuuene parere potest, de seniore non potest: quamuis possit adhuc ille senior de adolescentia gignere. Sicut Abraham de Cethura potuit, quia viuidam eius inuenit ætatē. Hoc ergo est, quod mirum commendat hic Apostolus, ad hoc dicens Abrahæ iam fuisse corpus emortuum, quoniam non ex omni fœmina sed ex ea cui esset adhuc aliquod pariendi tempus extremum, generare ipse in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus eius intelligere debemus, non ad omnia. (L.16. ciuit. cap.28.)
g *Quo. fi. esse cre.* Prius risit, etsi ex gaudio, non tamen plena fide: sed post verbis angeli in fide solidata est. Riserat etiam Abraham, quando ei promissus est. Sed risus ille admirationis fuit & gaudij, non dubitationis. F

Ab vno.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Per quam, &c. *Id est, mundanos damnabiles ostendit per salutem suam inquantum solus cum suis saluatus est. Et consequenter ostendit quid consecutus est ex his quæ per fidem fecit, cum dicitur.*
2 Et iust. *Quia in diluuio totus mundus reliquus periit. Et ideo iustitia in ipso & filiis eius tantummodo remansit.*
3 Fide qui, &c. *Hic consequenter ponit exempla de fide in patribus qui fuerunt post diluuium, tamen ante legem datam. Et diuiditur in quatuor partes: quia primò ponit exemplum de Abraham, secundò de Isaac, ibi:* Fide & de futuris: *Tertiò de Iacob, ibi:* Fide Iacob. *Quartò de Ioseph, ibi.* Fide Ioseph. *Istæ autem quatuor specialiter fuerunt partes Iudæorum tres autem præcedentes fuerunt partes tam Iudæorum quam Gentilium. Prima diuiditur in duas: quia primo ostenditur fides Abrahæ quantum ad humanam conuersationem. Secundò quantum ad diuinam obedientiam, ibi:* Fide obtulit. *Prima adhuc in tres: quia primò ostenditur quid Abraham ex fide fecerit quantum ad inhabitationem. Secundò quantum ad generationem, ibi:* Fide & ipsa Sara, *tertiò quantum ad conuersationem suam, ibi:* Iuxta fidem defuncti. (Diuisio)
Circa primum considerandum, quod magnitudo fidei Abrahæ ex hoc patet, quod statim ad verbum domini iuit ad terram alienā sibi à Deo promissam, vt habetur Gen.12. & per totam vitam suam habitauit in illa, vt peregrinus & aduena: quia vt dicitur Act.7.a. Deus nō dedit ei hæreditatem in illa, nec passum pedis: *Et tamen semper firmiter credidit diuinam promissionem implendam, & hoc est quod dicitur hic* Fide qui vo. Abra. obe. *Ipsi Deo.* 4 In locum. *Et exiit nesciens quo iret: quia illam terram alias non viderat.* 5 Fide de.&c. tam. in ali. *Et quod in illa manserit vt aduena, patet quia non mansit sibi in domo firma, sed in casulis & tabernaculis, quæ sunt mansiones mobiles & hoc est quod dicitur.* 6 In ca. ha.&c. re. eius. *Quia ipsis promissa est terra sicut & ipsi Abrahæ, vt patet. Gen.25. & 26. Quod autem Abraham habitauerit cum Isaac, patet quia ipsum genuit & nutriuit. Quod autem habitauerit cum Iacob nepote suo probatur sic, quia Abrahā vixit. 175. annis, vt habetur Gen.25. & centesimo anno vitæ suæ genuit Isaac Gen.21.a. Isaac autē fuit sexagenarius quando natus fuit Iacob, vt habetur Gen.21.d. & sic patet, quod Abraham vixit cū Iacob. 15. annis. Vlterius reddit causam, quare sic habitabāt vt aduenæ, quia nihil reputabant quidquid esset super terram, sed expectabant mansionē cœlestem, & hoc est quod dicitur:* Expectabant e. *Ipse Abraham cum hæredibus suis.* 7 Ciuitatem. *Mansio enim cœlestis propriè dicitur ciuitas, id est, ciuium vnitas, propter plenitudinem pacis.*
8 Fundamenta. *Hoc dicitur propter eius immobilitatem, secundum quod dicitur Isa.33.d. Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatē opulentā, tabernaculum quod nequaquam vltra transferri poterit.*
9 Cuius artif. *Vnde & ab ipso nomen accepit secundum quod dicitur Ezech. vlti.d.* Nomen ciuitatis dominus ibidem. *Sicut Roma à Romulo nominatur.* 10 Fide & ipsa Sa. *Hic consequenter ostenditur fides Abrahæ quantum ad generationem. Fuit enim generatio Saræ difficilis propter duo. Primò, quia erat sterilis, vt habetur Gen. 11. & 12. Secundo quia erat extra tempus concipiendi.* Desierant enim Saræ fieri muliebria. *Vt habetur Gen.28. & tamen Abraham credidit in prima promissione firmiter filium ex ea habere. Ex quo patet magnitudo fidei suæ, & hoc est quod dicitur:* Fide, *Scilicet, Abrahæ.*
11 Et ipsa Sara sterilis. *A iuuentute.*
12 Virtutem in con. *A Deo miraculosè.*
13 Etiam præ.&c. *Et ideo fuit ibi duplex miraculum.*
14 Quoniam fide.&c. *Quod autem istud sit factum propter fidem Abrahæ & non propter fidem Saræ, probatur sic: quia Sara audiens nuncium de suo conceptu non credidit, sed magis friuolum reputauit, & ideo sicut de refriuola risum emisit: propter quod angelus eam reprehendit, vt patet Gen.28. Quod autem Abraham audito conceptu Saræ risit, non fuit ex diffidentia, sed ex gaudio procedente ex diuina promissione, & ideo non fuit reprehensus sicut Sara: ideo sequitur.*

Propter

a *Ab vno.* Vtero vel Abraham ex emortuo, quantū ad seniorē.
A ✠ THEODORETVS. Ab vno Abraham. Sin autem vtrumque vnum intellexerimus, minimè aberrabimus. *Erunt*, inquit, *duo in carne vna.*
Dialogo cū Tryphone Iudæo.
✠ IVSTINVS MARTYR. A prophetis significatum est, quod quidam vestri generis homines erant Abrahami filij simulque ad Christi portionem pertinebunt: cæteri verò tanquam arena in maris littore sterilis numerosi, quidem, sed infrugiferi, marinas tantū vndas combibētes, quod in vulgus vestratium bellè competit, impietatis amaram doctrinam bibentium.
*& credentes, vel, persuasi.
B b *Tanquam sy.* Hoc dicit quantum ad bonos, id est, qui luce virtutum & multitudine comparantur syderibus.
† 23.q.4.c. si ecclesia ibi cœleste Ierusalem.
Mysticè
c *Et sic. ar.* Hoc quantū ad malos, id est, qui instabilitate & numero comparantur arenæ Mare, Gentilitas, ora ritus eius, cui propinqui facti sunt aliqui Iudæi, non tamen in Gentilitate.

¶ Quia fidelem credidit.
a repromiserat. Propter quod & ab vno orti sūt; † & hoc emor 1 2
a ¶ Ab vno tot quot mirabile est.
b c tuo, tanquam sydera cœli in multitudinem, & sicut arena
¶ Id est, adhærentes fidei, vel mortui sunt non acceptis in terra promissionibus & hæc iuxta fidem eorum, sperabant enim sibi promitti cœlestia, non terrena.
d quæ est ad orā maris innumerabilis. Iuxta fidē defuncti sunt 3
a ¶ Præter Enoch translatus. b ¶ Plenariè. c ¶ Implendas. ¶ Post mortem suam in aduentu Christi. 4
omnes isti nō acceptis repromissionibus. Sed à longe eas aspi 5
a ¶ Promissionibus applaudantes licet essent remotæ.
e f cientes* & salutantes, & cōfitētes, quia peregrini & hospites
¶ Commorantes.
sunt super terrā. Qui enim hæc dicunt: significāt se patriā in- 6
g quirere. Et siquidē illius meminissent de qua exierūt habebāt 7
a ¶ Pater quia nolebat reuerti.
vtique tempus reuertendi. † Nunc autē meliorē appetunt, id 8
a ¶ Patriam. b ¶ Et quia hanc petunt. ¶ Non erubescit. c ¶ Qui dicitur Deus angelorum. d ¶ Abraham Isaac & Iacob.
h est, cœlestem. Ideò nō cōfunditur Deus vocari deus eorum 9

† eoque iā anuis effecto.

d *Iuxta fidem, &c.* ✠ THEODORETVS. Ostendit eos quidem omnes vidisse, per fidem bonorum laborum remunerationes, in præsenti autem vita eas non esse consequutos. Hoc enim sic ostenso, cùm etiam in confesso fuerit iustum esse iudicem, simul etiam vita futura probata est. Qui enim per omnes virtutes ingressi sunt, laborum autem præmia in præsenti non acceperunt, clarum est eos illa omninò accepturos, quoniam est iustus iudex. Erit ergo aliqua alia vita, in qua qui vicerunt, victores renunciabuntur.
✠ CHRYSO. Prima virtus est, & tota virtus, peregrinum esse
C mundi huius, & hospitem, & nihil commune habere cum rebus huius seculi, sed remoueri ab eis sicut peregrinum: sicut illi beati de quibus dicit: *Circumibant in melotis, &c.* Paulus non peregrinum se dixit, sed mortuum mundo, & mundum sibi. (Heb.11. Gal.6.)
Haymo.
e *Et salu.* Vtitur verbo translato à nauigantibus, qui longè prospiciunt desideratas ciuitates, quas antequam ingrediantur salutatione præueniunt. Ex Metaphora ergo nauigantiū dicit: *Et sal.* Id est, gaudentes & desiderantes eas, faciunt nautæ longè visis ciuitatibus. Et ideo confitebantur quod peregrini qui, scilicet, in aliena patria nihil habent. D (Aug. quæst. 156. in Gen. & in Psal. 118.)
f *Hospites.* Qui de patria non sunt, & isti confitebantur se nō esse de mūdo neque aliquid se habere in mūdo, ideo hoc cōfitebantur. Qui enim hoc dicunt, dant intelligi, quod aliā patri[am] quærūt quod ipsi significare volebāt. Et ne putaret quis, quod illam de qua exierāt quærerent, subditur: *Et siquidem.*
g *Et siquidem illius meminissent.* ✠ THEODOR. Si enim Charram vel Chaldæorū regionem patriam existimasset Patriarcha, & ea de causa seipsum nominabat aduenam, cùm habitaret Palæstinam, facillimè potuisset reuerti si voluisset. *Nunc autem meliorem &c.* Nō dicit aliquod E ædificium, sed vitam quæ in cœlis agitur. Hoc enim etiā dicit paulò pòst: *Accepistis ad Sion montem & ciuitatē Dei viuentis cœlestis Hierusalem.* Opportunè etiam posuit illud: *Non erubescit, &c.* Virtutum enim Deus & angelorum Dominus, & cœli, & terrę opifex, interrogatus, Quod est tibi nomen? aliis relictis dixit: *Ego sum Deus Abraham, &c. Hoc mihi nomen in æternum.* Exod.3.
h *Deus eo.* In istis honoratur, sicut per malos blasphematur. *Deus eorum:* AVGVST. super Ioānem: Qui est Deus omnis creaturæ, sed non frustra hunc honorem tribuit eis, sed quia in eis nouit synceram & precipuam charitatem, & quia in eis tribus consummauit mirabile sacramentum futuri populi. Per liberas enim genuerunt, & in libertatem, vt Abraham per Saram, & Isaac per Rebeccā, & Iacob per Liam, & Rachel, & in seruitutem: sicut ab Isaac per Rebeccam genitus Esau, cui dictum est: *Seruus eris fratris tui.* Per ancillas non solum in seruitute, vt Abraham per Agar Ismaelem: sed etiam in libertatem, vt Iacob per Balam, Dan & Nepthalim: & per Zelpham, Gad & Aser. Ita per spirituales & boni liberi, sicut per Paulum illi de quibus ipse dicit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Et mali serui: vt per Philippum Simon magus. Et per carnales non solum mali, sed & boni, quibus dicitur: *Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt no. fa.* Hoc sacramentum quisquis in populo Dei prudenter agnoscit, vnitatem spiritus in vinculo pacis vsque in finem quibusdam cohærendo, quosdam tolerando custodit. (Gen.27.f. Ibi.16.d. Ibi.30.a. F 1.Cor.4.d. Mat.23.a.)

Cum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Propter quod ab v. *Id est, ab Abraham. Et hoc emortuo: quia iā erat vetulus, & ad generandum ferè ineptus. Dico autem ferè, quia postea genuit filios de Cethura, vt habetur Gen.25. quia aliquando contingit, quòd ille qui propter senectutem factus est quasi ineptus ad generandum, generat tamen propter bonam aptitudinem mulieris ad concipiendum.*
2 Orti sunt, &c. ad oram. mar. innu. *De Abraham enim orti sunt multi boni & multi mali: & propter hoc comparantur multitudini stellarum quantum ad malos.*
3 Iuxta fidem. *Hic consequenter ostendit quid Abraham cum Isaac & Iacob per fidem fecerit: quia isti ita laudabiliter conuersati sunt, quod vsque ad mortem in vera fide permanserunt, & hoc est quod dicitur:* Iuxta fidem *Quasi habentes fidem sociam.*
4 Defuncti sunt, &c. *Ex quo patet firmitas fidei ipsorum. Sed contra hoc videtur esse illud quod scribitur Ezech.33.c.* Vnus erat Abraham, & ipse hæreditate possedit terram. *Dicendum, quod sic debet intelligi: possedit, id est, possidendi primus promissionem accepit, non tamen actu processit quia non habuit in ea passum pedis, vt dicitur Act.7. propter hoc sequitur.*
5 Sed à longe eas aspi. *Loquitur ad similitudinem nautarum, qui existentes in mari à longe videntes portum gaudent & salutant, sic patres veteris Testamenti videntes à longe impletionem mysterij Christi gaudebant, propter quod dicitur Ioan. 8. g.* Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meū, &c. *Et quia longè erant à tempore Christi: ideo confitębantur se esse aduenas & peregrinos: propter hoc Abraham dixit Gen.23.a.* Aduena & peregrinus sum apud vos: *Et Iacob dixit Gen.47.b.* Dies peregrinationis vitæ meæ, &c. *Per hoc ostendebant cœlestem gloriam tanquam suam patriam propriam inquirere & hoc est quod dicitur.*
6 Qui enim, &c. *Quia posset aliquis dicere, quod propter hoc confitebantur se peregrinos, quia exierunt de Chaldæa vel Mesopotamia: quas terras reputabant patriam suam & ideo excludit hoc Apostolus, dicens.*
7 Et siquidem illius, &c. *Quia non tantum distabant à Mesopotamia vel Chaldæa vnde exierant, quin de facili possent illuc reuerti, & ideo non loquebantur de illa patria quia de præcepto domini exierant: propter quod Abraham dixit seruo suo Gen.24.a.* Caue ne quādo filium meum reducas illuc. *Et licet Iacob in Mesopotamiam iuerit, hoc tamen non fuit ad manendum, sed an tempus, propter odium fratris sedandum & ad quærendum vxorem. Et ideo concludit apostolus, quod non loquebantur de patria terrestri, sed cœlesti: dicens.*
8 Nunc autē meliorē appetunt, *Id est, cœlestem: & quia in terra adhuc positi reputabant se de patria cœlesti moribus & actu fidei, ideò Deus voluit nominari Deus ipsorum ex amore & fide speciali: & hoc est quod dicitur.*
9 Ideò non confunditur, &c. *Hoc habetur Exod.3.b. vbi dominus loquens Moysi dixit:* Ego sum Deus Abraham, deus Isaac & deus Iacob. *Sicut enim rex denominatur à ciuitate sua principali quamuis regnum se extēdat ad alias: sicut in scriptura dicitur rex Ierusalē rex Babylonis vel huiusmodi: sic deus ab istis voluit nominari, quia verbis & factis ostendebāt se esse de ciuitate cœlesti vt dictū est, ideò sequitur.*

Parauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Cum ten.* Non tentauit Deus Abraham, quasi qui fidem eius ignoraret, sed vt ipse Abraham & mundus fidei eius vnitatē & firmitatem cognosceret.

Aug.ser.73. de tempore. Aug.ser.92. de temp. & lib.16. de ciuit.c.32. Abrahæ cō stantia.

b *Arbitrans quia.* Non trepidauit Abrahā credere quando promittebatur non trepidauit offerre, quando exigebatur. Eius dextera erigitur ad sacrificiū, vt morereter, cuius correctum est ad fidē, vt nascereter. Nec fuit religio credentis cōtraria deuotioni obtēperantis. Promissionem pater pius fideliter tenens quā per hunc oportebat impleri, quem Deus iubebat offerri. Non hæsitauit, quod sibi reddipoterat immolatus qui dari poterat non speratus. Nō sibi fecit quæstionē, quasi de cōtrariis & sibi aduersantibus verbis Dei promittentis filium nascituru & postea dicentis. Occide mihi filiū tuū. Sed erat in corde eius fides incōcussa & non deficiens: qua credidit Deum, qui dedit, vt ille de senibus nasceretur, posse etiam de morte reparare.

† Cū illud secum per pendisses † In similitudinem adduxit

† Exitu.

Aug.lib.16. ciui cap.32. & serm. de immolat. Isaac. Gen.22.c.

c *Et in p.* Fide obtulit Abraham non solùm in re, sed etiam in significatione. Intellexit enim Christum significari, cuius deitas non moritur, sed aries hærens cornibus inter vepres, id est caro laborans inter Iudæos in cornibus crucis potuit Deo offerri spinis Iudaicis ante coronata.

Aug.16.ciuit.c.37.

d *Isaac.* Fidem habuit, non solum quod benedictus esset melior, sed etiam credidit quod Christianus populus supplantaret benedictionem Iudæis.

Aug.16.ciuit.c.42.

e *Adorauit f.* Fortè tolerat à filio virgam, quando ei idem filius iurabat & dū eam tenet, post verba iurantis mox adorauit Deum. Non enim pudebat eum ferre tantisper insigne potestatis filij sui, vbi figura magnæ rei futuræ præsignabatur, & regni Christi futuri in Gentibus.

✠ THEODORETVS. Præsignificauit enim regnū Ephraim, & decem tribuū subiectionem quo circa ipse præfigurat eorum adorationem

† Gen.22.3. Eccl.44.c.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quoniam enim surrecturus erat ex Efrem rex alius, propterea dixit. *Adorauit fastigiū virgæ eius.* Ecce cū iam esset senex adorabat Ioseph vniuersi populi adorationem significans quæ illi erat futura. Et hoc iam sumpsisse effectum, quando eum adorauerunt fratres eius futurum autem erat iterū postea per decem tribus.

†Gen.27.d. Ibidē 48.c. & 49.a. †Gen.50.d.

† Exitu

✠ HIERONYMVS. In hebræo legitur. *Et adorauit Israël ad caput lectuli.* quod scilicet postquam ei iurauerat filius securus de petitione quam rogauerat adoraret Deum contra caput lectuli sui. Sanctus quippe & Deo deditus vir oppressus senectute, sic habebat lectulum positum, vt ipse iacentis habitus absque difficultate vlla ad orationem esset paratus.

Quæ. Hebr. in Genes.

f *De ossibus suis mandauit.* Adiurans filios Israel, vt asportarēt ea in terram promissionis, & reconderent ea in sepulchro patrum suorum scilicet in spelunca duplici, in qua sepulti sunt Abraham & Isaac & Iacob & cæteri & patres, vbi & Adam & Eua quiescebāt. Quod ideò voluerunt quia in ea terra præuiderunt nasciturum Christum vt cum eo resurgerent.

✠ CHRIST.

a ¶ Appetunt cœlestem, vel non erubescit quia sui ciues. b ¶ In qua erunt sui conciues. c ¶ Non re, sed voluntate.

parauit enim illis ciuitatem. † Fide obtulit Abraham Isaac 1

a ¶ Id est cum Deus ostenderet quis esset ad exemplum aliorum. ¶ Id est, in quo factæ erant. 2

a cum tentaretur vnigenitum offerebat, in quo susce- 3
¶Has. 4

perat remissiones ad quem dictum est quia in Isaac vo- 5
¶Quomodo ergò Deum veracem credebat. a ¶ Sicut de nihilo facere. 6

b cabitur tibi semen. † Arbitrans, quia & à mortuis potēs 7
a ¶Quia tantam habuit fidem. b ¶ Id est, significationem. 8

c est suscitare Deus. Vnde eum † & in parabolam accepit. †
a ¶Habita. b ¶Quæ non videbantur. 9

d Fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob & Esau. † Fide 10
a ¶Quia singulis concellatis manibus benedictionem dedit & dextra supra Ephraim posita leua super Manassem, minorem maiori præposuit. ¶ Quia cuique propriam benedictionem dedit. 11
¶ Ephraim & Manasse.

& Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & 12
a ¶Christum per quem in Ægypto hominum & disciplinæ virgam habuit vel regnum Christi quod in illo significabatur futurum in Gentibus. b ¶De futuris habuit.

e adorauit fastigium virgæ eius † Fide. Ioseph moriens de 13
a ¶ Ab Ægypto, vbi significabatur fidelium redemptio à peccatis. b ¶Fide futuræ resurrectionis.

f † profectione filiorum Israël memoratus est, & de ossi-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Parauit e.il.ci. *Scilicet cœlestem.*

2 Fide ob. *Hic consequenter ostenditur quid Abraham ex fide fecit quantum ad obedientiam diuinā dominus enim promiserat ei multiplicationem seminis sui per Isaac, Ge.20.& .21.& tamen ad præceptū domini voluit eū immolare. Ex quo patet magnitudo fidei Abrahæ, quia firmiter credebat promissionem Dei implendam de multiplicatione seminis sui per Isaac & ipso immolato non restabat alius modus, nisi per resuscitationem eius. Ex quo patet, quod Abraham credidit resurrectionēm mortuorum, in qua consistit vnus de maioribus articulis fidei. Et non solum credidit resurrectionem generalem futuram in fine mundi, sed cum hoc specialem resurrectionem filij sui ad impletionem diuini promissi & hoc est quod dicitur.* Fide obtu. Abr. I. *Id est, offerre voluit, sed diuinitus impeditus fuit.*

Tentationes tres

3 Cum tent. *Tentat enim diabolus, homo, & Deus, sed diuersimodè, quia diabolus tentat vt decipiat, homo vt cognoscat, Deus vt cognoscere faciat & hoc modo tentauit Deus Abraham, vt fides eius & obedientia notificarentur nobis ad exemplum imitationis.*

4 Et vnigeni. *Hoc videtur falsum quia habebat iam alium filium sed solùm per literam sequentem.*

5 In quo suf. &c. *Quia promissum fuerat Abrahæ quod semen eius vocaretur per Isaac tantum & ideò erat vnigenitus quantum ad istam conditionem, Vel ideò dicitur vnigenitus ratione matris, quæ nō habuit alium filium.*

6 Arbitrans. *Id est, iudicans vel credens.*

7 Quia & à mor. *Et ideò oblatio Isaac fuit figura mortis & oblationis Christi. Sicut enim aëris hærens inter spinas cornibus immolatus est Isaac liberato, sic humanitas adhærens cruci occisa est diuinitate impassibili existente & hoc est quod dicitur.*

8 Vnde eum & in p. *Id est, Abraham oblationem filij sui figuram passionis Christi intellexit.*

9 Fide & de fu. *Hic ponit exemplū de fide Isaac, qui ex fide futurorum benedixit filiis suis & hoc est quod dicitur,* Fide & de fu. be. Isaac & Ia. & Es. *hoc habetur Ge.27.f. vbi dicitur, quòd in benedictione sua præposuit Iacob ipse Esau, di.* Domum tuum illum constituit. *& Isaac vidit in spiritu hanc benedictionem habere efficaciam in futuro, quia non habuit effectum in personis duorum fratrum quia Esau nunquam seruiuit Iacob, sed habuit effectū in duobus populis exeuntibus ab ipsis quia Idumæi filius Israel seruierunt tempore Dauid, vt habetur.2.Re.8.*

10 Fide Ia. Mo. fin. &c. *Hic ponitur exemplum de fide ipsius Iacob qui benedicendo filios Ioseph præposuit Ephraim, qui erat iunior, ipsi Manasse Gen.48. quia per reuelationem habuit dignitatem regiam ad Ephraim debere transire & ho suit impletum per Ieroboam, vt habetur.3.Re.12.& huius implet ionis Iacob habuit fidem firmam & hoc est quod dicitur.* Fide Ia. mo. fin. *Habuit etiam Iacob fidem de sepultura & resurrectionem Christi fienda in terra promissionis propter quod adiurauit Ioseph, vt faceret illuc corpus suum deferri post iuramentum autem gratias agens adorauit dominum conseruus ad caput lectuli, secundùm translationem Hiero. vt patet Gen.48. translatio verò. Lxx. interpretum habet, vt hic allegatur.*

11 Et adorauit fa. vir. *Et vtrunque est verum quia adorauit versus caput lectuli, quod erat ad occidentem ad quam partem adorant Iudæi & quia erat senex habebat baculum super cuius summitatem nitebatur in adorando Deum. Vnde non est intelligendum, quod adorauerit summitatē virgæ vel baculi, sed adorauit Deū innixus super baculū.*

Aliter exponitur de baculo Ioseph qui portabat sceptrum in signū potestatis sibi data super Ægyptū & hoc sceptrum accipi Iacob quando Ioseph cœpit iurare & postquam iurauerat antequam redderet sceptrum ipsi Ioseph adorauit Deum innixus summitati illius sceptri.

Aliter exponitur magis prope literam quia adorauit sceptrum Ioseph non in se & absolutè, sed inquantum erat signum & figura potestatis Christi sicut & nos adoramus crucē inquantū est signū crucifixi.

12 Fide Ioseph. *Hic ponitur exēplum de fide Ioseph quia moriens ex fide fecit memoriā de exitu filiorū Israel de Ægypto, vt habetur Ge.vlt. & hoc est quod dicitur* Fide Ioseph mo. de pro. *habuit enim fidem de sepultura & resurrectione Christi in terra promissionis complenda & ideò mandauit portari ibi ossa sua vt esset particeps illius resurrectionis quia Christo resurgente multi sancti patres resurrexerunt vt habetur Matt.27. & hoc est quod dicitur.*

13 Et de ossib. suis man. *Sed quæritur quare non præcepit statim post mortē suā illuc portari? Dicendū quod ad hoc duplex ratio assignatur. Vna est quia fratres sui non habebant tantam potestatem sicut ipse & ideò non poterant facere de ipso sicut ipse fecerat de patre suo.*

✠ Secunda

✠ CHRYSOSTOM. Audiuit Ioseph etiam inter alienos cōAstitutus (Tibi dabo terram hanc, &c.) & necdum videns ponentes, eius salutem Domino reliquerunt, &c. Cum trimus esset effectus, Deus mirabiliter eius staturæ eleuauit spatium. Nam quantum ad speciem, nullus erat ita speciosus, vt Mosen videns, eius pulchritudine non hæreret: multisq; contingebat, dum eum cernerent per plateam ferri, vt conuerterentur ad aspectū pueri, & ea in quibus videbantur studium habere, desererent, delectati potius eius visione. Erat enim in eo infantilis multa gratia, & excellenter circa eum ac decenter existens, retinebat insipientes. Hūc ergò cùm talis esset, Thermut filia Pharaonis sibi filium adoptauit, cum sobolem non haberet.

† temporariam habere peccati fruitionem

Exod.1.c.

Puerum ergo in vase ex vimine complicitum, & bitumine oblitum mittentes, & circa fluuium ponentes, eius salutem Domino reliquerunt, &c. Cum trimus esset effectus, Deus mirabiliter eius staturæ eleuauit spatium. Nam quantum ad speciem, nullus erat ita speciosus, vt Mosen videns, eius pulchritudine non hæreret: multisq; contingebat, dum eum cernerent per plateam ferri, vt conuerterentur ad aspectū pueri, & ea in quibus videbantur studium habere, desererent, delectati potius eius visione. Erat enim in eo infantilis multa gratia, & excellenter circa eum ac decenter existens, retinebat insipientes. Hūc ergò cùm talis esset, Thermut filia Pharaonis sibi filium adoptauit, cum sobolem non haberet.

† Exod.2.a.a. introduxit, vt semp memores essent, qa nequaquam de suis ossibus præcepisset, nisi plena fide sperasset reditum illorū. Proinde quādoquidem dicunt: Ecce iu sti curam quoque gerebant sepulchrorū: dicamus ad illos, qa non propter hoc. Nam sciebant, quia *Domini est terra, & plenitudo eius.* Dic mihi. Nū & Moysi ossa inter alienos iacent?

a ¶ Parentum, qui credebant Deum facturum aliquid magni per eum, cum esset adeò elegantis formæ.

1 bus suis mandauit. † Fide Moyses natus occultatus est men-
a ¶ Quia ab ortu fuit infusa illi magna gratia venustatis: non natura, sed dono Dei.
¶ Parentes eius. ¶ Per fidem inuisibilium. 2

a infantem, & non timuerunt regis edictum. Fide Moyses grā- 3
b 4
a ¶ Maximæ fidei est spernere iucunditatem. 5

dis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eli- 6
a ¶ Id est, transitorij. 7

gens afflicti cum populo Dei, quàm † temporalis peccati 8
¶ Peccatum putauit se lætari in aula, dum fratres sui affligerentur. 9

c habere iocunditatem. Maiores æstimans diuitias thesauro
a ¶ Quod sustinuit à suis vt Christus à suis. 10

d Ægyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in re- 11
a ¶ Æternam, ad quam ibat. ¶ Patienter sustinentium. ¶ Educens filios Israel. 12

B Et Aaronis, & Da- e mūnerationem. Fide reliquit Ægyptum, non veritus 13
nielis, & Ieremiæ? Apostolorum autē plurimorum ossa nescimus, vel vbi iacent: Petri & Pauli quidē, Ioannis & Thomæ manifesta sunt sepulchra. Aliorum verò cùm tanti sint, maximè cognitum est vbi sint. Nihil igitur pro hac re lugeamus, neque pusillanimiter feramus. Vbicunque enim sepeliamur, domini est terra & plenitudo eius. Lugere, & deplorare, & lamentari eos qui de hac vita discedunt, ex pusillanimitate contingit.

Li.1.antiq. cap.9.

✠ IOSEPHVS. Metuens pater Mosis, ne captus iræ regiæ succumberet, & ipse cum puero deperiret, deliberauit pueri cōsulere saluti, Deum iudicans habiturum omnem prouidentiam & cautelam, quatenus in nullo quæ promiserat esset mendax.

Puerum

c *Maiores diui. &c.* Pro eo quod est. Quod in typo Christi: simile est Christi probris, quod aduersus pietatem ab aduersariis intentatur. Ægyptum quidem timens reliquit, audaster autem Ægyptium confodit. Fugam ergò posuit pro causa fugæ.

Ioan.7.2.c.

d *Impro.* Quod pateretur pro Christo. Vel significabat impro- Exod.2.c. peria Christi futura. Vel quod Moyses sustinuit à fratribus suis quos liberare volebat, sicut Christus à suis quos redimere venerat. Illi dixerunt Christo; *Dæmonium habes.* Et isti Moysi. *Vis nos interficere, sicut interfecisti Ægyptium?* Quod tamen patienter sustinuit, sicut & Christus.

✠ THEODOR. Qui in regia educabatur, & omni delitiarū genere fruebatur, & reginæ vocabatur filius, non statuisset esse fatiùs cum iis qui erant sui generis afflicti, nisi fidei vtens oculis ad agonotheram respexisset. Peccati autem iocunditatem appellauit, vitam quæ cum impiis transigitur.

c *Non ve.* CHRYSOST. Quòd prius fugerat in terram Madiā, non fuit metus, sed fides: q. credebat se à Deo liberari. Noluit ibi manere, ne esset causa iactantiæ, si in apertum periculum se præcipitaret, & tentaret Deum, quod diabolicum est. Sanctū enim quamdiu habent quid faciant, non debent tentare Deū, vt & dominus locum dedit Iudæis, Qui & suis præcepit: *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Matth.10.c

✠ *Fide celebrauit*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Secunda ratio est, quia per reuelationem sciebat filios Israël multa dura passuros in terra Ægypti: & ideò ad consolationem eorum voluit ibidē*
C *ad tempus sepeliri, vel potius reponi, vt ibidem dicitur: quia per hoc habebant spem exeundi ex prophetia Ioseph. Vnde & Moyses educens filios Israël de Ægypto tulit secum ossa Ioseph, vt habetur Exod.13.* F

1 Fide Moyses. *Hic consequenter ponit exempla patrum qui fuerūt tēpore legis quæ sub Moyse data est, vt dicitur Ioan.1.b.* Lex per Moysen, &c. *Hoc autem tempus distinguitur in tria. Primum autem tēpus fuit ante exitum de Ægypto, secundum in exitu, tertium post exitum. Primò ergò ponit exempla de hoc quod factum est ante exitum, secundò de hoc quod in exitu, ibi:* Fide reliquit Ægyptum. *Tertiò de hoc quod factū est post exitū in terra promissionis, ibi:* Et quid adhuc dicā. *Prima in duas, quia primò ostenditur quid factum est ex fide in natiuitate* Diuisio *Moysi, secundò quid ipse fecerit, ibi:* Fide Moyses grādis. *Circa primum sciendum, q. filij Israel ex prophetia Ioseph firmiter credebant liberari de afflictione Ægypti per aliquem de populo suo cum Dei adiutorio, & ideò parentes Moysi videntes ipsum elegantem puerum præter solitum modum, iudicauerunt virtutem Dei esse in illo ad liberationē populi: & ex hac fide seruauerunt eū contra regis edictum exponendo se periculo personarum suarū. Et hoc est quod dicitur:* Fide Moy. na. oc. est mē. tr. *Ex fide enim parentum factū est hoc: nō ex fide Moysi, qui adhuc nō habebat iudicium rationis. Et causa subditur.*

2 Eò q vi. *Id est, aptū ad liberandum populum, Deo hoc ei inspirāte.*

3 Et non ti. re. *Qui præceperat omnes masculos proiici in flumen, vt habetur Exod.1. Sed hoc videtur falsum, quia dicitur Exod.2. q. parētes Moysi timore regis posuerūt eum in flumine, & sic exposuerūt eū morti. Dicendum, q. hoc non fecerunt ad ipsum interficiendū, sicut præceperat rex: sed quia non poterant ipsum amplius celare, timebant probabiliter ne auferretur ab eis: & ideò in tali casu tutius iudicauerūt ipsum exponere diuinæ custodiæ in fiscella bituminata, credentes ex eadē fide q. Deus seruaret*

seruaret eū, vbi deficiebat humana prouidentia, quæ in talibus nō deficit.

4 Fide Moyses. *Hic ostenditur consequenter quid ex fide Moyses fecerit: quia adoptatus à filia Pharaonis, vt habetur Exod.2. & adultus factus visitauit filios Israël: & videns virum Ægyptium percutientem* F *vnum de Filiis Israël, interfecit eum. Et sic per hoc factū negauit se esse filium filiæ Pharaonis: & hoc processit ex magnitudine fidei eius, quia de filiis Israël credebat Christum nasciturum, & hoc est quod dicitur:* Fide. *Id est, per fidem.* 5 Moyses grandis. *Id est, adultus.*

6 Negauit se esse fil. fil. Phar. *Interficiendo Ægyptium. Et subiungit duo difficillima ad sustinēdum quæ præ elegit sustinere ex fide. Primum est, quia magis voluit affligi temporaliter cum Dei cultoribus, quàm iocundari cum idololatris, & hoc est quod dicitur.*

7 Magis eligens. *Id est, cùm filiis Israël, qui colebant Deum.*

8 Quàm tem. pec. *Id est, prosperitatem Ægyptiorum. Secundum est, q. præelegit paupertatem sustinere magis, quàm diuitias Ægyptiorum* Diuisio *cum peccato possidere, & hoc est quod dicitur.*

9 Maiores æstimans, &c. *Id est, paupertatem vel vituperium pro fide Christi venturi sustinere.*

10 Thesauro Ægypti. *Id est, quàm thesaurum huiusmodi possidere. Et reddit causam quare Moyses tam dura patienter sustinebat dicens.*

11 Aspiciebat enim. *Oculis cordis.*

12 In remunerat. *Futuræ beatitudinis. Sicut amara potio sumitur libenter, non propter se, sed habendo oculum ad sanitatem futuram.*

13 Fide reliquit, &c. *Hic consequenter ostenditur quid factum sit ex fide in exitu de Ægypto, & diuiditur in tres partes: quia primò o-* Diuisio *stenditur, qđd ex fide factum est in præparatione exitus, secundò quid in modo exeundi, ibi:* Fide celebrauit: *tertiò quid factum sit in exitu de Ægypto, ingrediendo terram promissionis, ibi:* Fide muri Iericho.

Circa primum considerandum, quòd Moyses bis exiuit de Ægypto. Primò exiuit occiso Ægyptio, & de isto exitu non loquitur hic, quia ex timore regis tunc exiuit, vt habetur Exod.2. Secundò exiuit Ægyptum

G

a *Fide celebrauit Pascha.* Hac scilicet quia credidit populum
A saluandum:illos scilicet à Pharaone,nos à diabolo.

✠ THEODORETVS. Sine fide enim quomodo credidisset mortem,ouis sanguine prohiberi?Sed per figuram,præuidebat veritatem,& mortis dominicæ potentiam.

✠ HAYMO. Fide qua Moses credidit per illum sanguinem saluandum esse populum: celebrauit Pascha, & sanguinis effusionem quo liniuit postes ne angelus vastator Ægyptiorum affligeret Israelitas.

† ferociam

†Exo.12.b.

† primogenita

b *Transierunt mare rubrum, &c.* Sic etiã
B per baptismum fideles transeunt remissis peccatis, tanquã Ægyptiis cum diabolo principe tenebrarum submersis.

Haymo.

†Iosue 6.c.

✠ HAYMO. Quænam tunc spes poterat esse illis? Ex vna enim parte erat mare,ex altera cingebantur altissimis montibus,à tertia erant hostes.Si vellent fugere,aut in mari erant perituri,aut in manus Ægyptiorum inciderent. Habentes autem fidem cuncta vicerũt.Fide enim qua credidit Moyses Deo,ad verbum eius percussit mare, & dimisit illud in duodecim diuisiones, iuxta quod in Psalmis dicitur. Mare verò Ægyptios submersit, & ex hoc experti sunt aquam esse,non phantasiam,sed rei veritatem.

c *Circumitu die.* Completo à Leuitis arcam Dei portantibus,
C & æneis tubis clangentibus.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non enim tubarum sonitus murorum saxa deiicit,etiam si per innumeros annos quis tubis in- D sonet:sed fides omnia valet. Intueris vbique neque sequela vlla rerum, neque naturæ lege mutationem fieri, sed præter spem cuncta geri?Quoniam enim dicebat:Quia oportet credere, & spebus futuris regi,omnem istum sermonem mouit, ostendens quia non tunc, sed etiam ex initio omnia miracula per fidẽ impetrata & perfecta sunt.

† perinde quasi videret,tolerauit.

a ¶ Deum quem non videbat ac si videret sustinuit & in eo confidit,expectans quod promiserat,& ideò non timuit.

† animositatem regis. Inuisibilem enim † tanquam videns 1

a ¶ Id est,expectauit & in eo confidit. b ¶ Quia sic credidit populum saluandum. 2
c ¶ Moyses. d ¶ Quod causa transitus fuit. e ¶ Quo linierunt postes & superliminaria domus.

a sustinuit. † Fide celebrauit Pascha & sanguinis effusionem, 3

a ¶ Angelus percutiens. ¶ Ægyptiorum. b ¶ Territus sanguine quod fuit in figura liberandorum per sanguinem Christi. c ¶ Qua credebant Deo promittenti.

b ne qui vastabat † primitiua tangeret eos. † Fide transierunt 4

a ¶ Et ne videretur hoc casu factum,non fide,hoc addit quod experti,vel ne videretur phantasia fuisse.

mare rubrum, tanquam per aridam terram. Quod experti

a ¶ Sic mundi huius obstacula cadunt ad voces prædicantium,dum in hoc tempore ecclesia nouatur,circumiens orbem terrarum.

c Ægyptij deuorati sunt. † Fide muri Iericho corruerunt cir- 5

a ¶ Quia credidit terram Iudæis à Deo tradendam,& ideò excepit exploratores.

cumitu dierum septem. † Fide Raab meretrix non 6

a ¶ Quid ergo vos qui prophetas & Christum audistis? 7

d periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. 8

d *Excipiens exploratores cum pace, &c.* Q. Ita & vos debetis duo testamenta per apostolos tanquam exploratores à Christo missos credendo excipere, & ita cum infidelibus non peribitis.

† Exo.14.g

E

✠ THEODOR. Non prohibuit vitæ improbitas salutem contexit enim fides peccati vulnera. Est autem iure admiranda Apostolica sapientia,vel potius est laudanda diuini Spiritus operatio, quòd Moyse, Abraham,& Noë,& Enoch,& aliis alienam & meretricem coniunxerit:vt & fidei ostenderet potentiã,& Iudæorum deprimeret supercilium.Sexcenta enim eorum millia propter infidelitatem consumpta sunt in deserto:hæc autem quæ ab Abrahæ quidem cognatione procul aberat,à lege aliena, impudicè magnã vitæ partem transegerat,per fidem salutem est consequuta, & ecclesiæ figuram adumbrauit. Cùm autem horum mentionem fic fecisset diuinus Apostolus,& eorum quæ dicta sunt vidisset longitudinem,aceruatim cæterorum meminit.

† Iosue 2.a & 6.d.

De Gedeon. F

NICOLAVS DE LYRA.

ducendo secum omnes filios Israël & de isto exitu loquitur hic:quia tũc non timuit regem eos persequentem.vt habetur Exod.14. *quia tũc dixit filiis Israël:* Nolite timere,&c. *Et hoc est quod dicitur:* Fide reliquit Ægyptum non veritus ani.&c. *Et reddit causam quare non timuit, dicens.*

1 Inuisibilẽ,&c. *Id est,cũ qui inuisibilis est fiducialiter expectauit.*

2 Tanquam vi. *In spiritu auxilium eius mirabiliter affuturum,propter quod dixit populo:* State & videte magnalia Dei quæ facturus est hodie, *Exod.14.& hoc totum processit ex fide, quæ est ex non visis.*

3 Fide celebrauit Pascha. *Hic consequenter ostẽditur quid factum est ex fide in modo exeundi, & diuiditur in duas partes, quia primò ostendit quid factum sit in dispositione exeundi, secundò quid in actu transeundi ibi:* Fide mare rubrum. *Circa primum considerandum, quòd dispositio exitus filiorum Israël de Aegypto,fuit agni Paschalis immolatio,cuius sanguine linita sunt superliminaria & postes domorum filiorum Israël,ne interficerentur ab angelo percutiẽte primogenita Aegyptiorum,vt habetur Exod.12.& hoc est quod dicitur:* Fide cel.Pascha. *Id est,immolationẽ agni Paschalis quæ fuit figura immolationis Christi in cruce,secundum quod dicitur.1.Corin.5.b.* Pascha nostrum immolatus est Christus. *Per cuius mortem & sanguinis effusionem sumus liberati à potestate diaboli sicut filij Israel per immolationem agni Paschalis & effusionẽ sanguinis in postibus & superliminaribus domorum,fuerunt liberati ab angelo percutiente primogenita Ægyptorum, & hoc est quod dicitur,* Ne qui vastabat primogenita Ægyptiorũ tangeret eos.

Diuisio

4 Fide transierunt mare rubrum, &c. *Hic tangitur modus exeundi,vbi ex fide contigerunt duo miracula: Vnum est, quod mare sicco pede transierunt,& hoc est quod dicitur.* Fide transierunt mare rubrum,&c. *Secundum fuit,quia aqua erat eis pro muro à dextris & à sinistris,vt habetur Exod.14.& patet per hoc, quod Ægyptij eos sequentes submersi sunt,& hoc est quod dicitur:* Quod experti Ægyptij deuor.sunt. *Talia autem contingebant ex fide: quia operatio miraculorum ascribitur fidei,secundum quod habetur Matth.17.c.* Si habueritis fidem sicut granum sinapis,dicetis mõti huic:transi hinc,& transibit,& nihil impossibile erit vobis.

5 Fide muri Ieri. *Hic ostendit quid factum sit per fidẽ in exitu de Ægypto ingrediendo terram promissionis, & diuiditur in duas partes, quia primò ostendit quid factũ sit per fidem populi Israël, secundò quid factum sit per fidem Raab,ibi:* Fide Raab.

Circa primum sciendum: quòd in ruina ciuitatis Iericho aliquid fuit ex parte populi scilicet circumitus ciuitatis septem diebus, vt habetur Iosue 6.quia ex mandato Dei hoc fecerunt Iudæi, credentes firmiter promissum Dei impleri de miraculosa captione ciuitatis. Aliquid fuit ex parte ipsius Dei,videlicet quòd muri Iericho diuina virtute corruerunt, & hoc est quod dicitur: Fide muri Iericho corruerunt. *Per hoc factum signatum fuit quòd impedimenta mundi cadunt per continuam prædicationem, quæ continuitas per septenarium figuratur. Vnde dicitur 2.Corinth.10.b.* Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Dei ad destructionem munitionum.

6 Fide Raab me. *Hic ostenditur quid factum sit ex fide ipsius Raab, quæ ex auditu miraculorum in transitu filiorum Israël per mare rubrum,& in aliis mirabilibus quæ eis acciderant,credidit firmiter ciuitatem Iericho tradendam virtute Dei in manu populi Israel,& ideò nuncios Israël ex eadem fide conseruauit, ex quo meruit liberari à morte cum sua consanguinitate, vt habetur Iosue 6.& hoc est quod dicitur:* Fide Raab me. *Sic enim cognominata est.*

7 Non periit cum incredulis. *Id est,cum aliis ciuibus Iericho,qui credebant ciuitatem posse defendere contra Deum Israel.*

8 Excipiens explor.cum.pa. *Quia eos saluauit,vt dictũ est.De ista Raab dicunt aliqui,quòd ad literam meretrix:& ideò exploratores melius potuerunt ingredi domum eius vespere,quia tales mulieres indifferenter recipiunt omnes & ipsi in necessitate positi poterant licite ad eã ire,non propter luxuriam exercendam, sed ad vitam propriam conseruandam,ipsa enim minus poterat culpari in receptione eorum,quàm alius de ciuitate, cum ipsa indifferenter omnes reciperet, & salus exploratorum non debebat procurari per mortem alterius, ideò intrauerunt domum istius quamuis esset meretrix. Sed hoc non videtur probabile, quia tales meretrices parum habent de fidelitate, & ideò non videtur probabile,quòd exploratores filiorum Israel, qui erant homines sapientes,confiderent in tali muliere de conseruatione vitæ propriæ. Ideò dicunt aliqui,quòd tunc non erat meretrix,sed ante fuerat: propter quod tale cognomen sibi remanserat. Sed hoc non videtur verum quia tales meretrices quamuis pœniteant,reputantur tamen in communi plebe personæ viles, & ideò si fuisset meretrix, non fuisset coniuncta in matrimonio ipsi Salomon, qui erat nobilior in toto populo Israel: cùm esset princeps nobilioris tribus scilicet tribus Iudæ. quia nobiles Iudæi abominabantur talibus personis in matrimonio coniungi. Et ideò videtur melius, quòd non fuit meretrix,nec erat: sed tantummodo tale cognomen habebat: multi enim cognominant aliquo cognomine,* ✠ *cuius proprie-*

Raab quare dicta meretrix.

a *De Gedeon.* Qualiter accepto signo velleris à domino iuit
A contra Madianitas cũ trecentis viris,eóque noctu expugnauit.

Iudicũ 6.g.
b *Barach.* De quo in libro Iudicum legitur, quòd Iabin regẽ Chanaan filios Israel affligente,Delbora prophetissa, quæ illo tempore Israël iudicabat,præcepit Barach filio Abinoen,vt assumeret decem millia pugnatorum secum, & iret contra Sysaram principem exercitus Iabin.Qui dixit se iturum si ipsa cum eo iret. Itaque & ipsa cum eo iuit. Dominus autem exterruit exercitum Iabin, quem congregauerat Sysara ad torrentẽ Cyson. Fugitque Sysara ad tẽtoria Iahel vxoris Abner Cynei. Vbi cũ absconditus dormisset, Iahel clauum tabernaculi cum malleo percussum defixit in cerebrũ eius vsque ad terram,& mortuus est.Et ecce Barach sequens Sysaram veniebat. Egressáque Iahel in occursum
B eius dixit ei: *Veni & ostendam tibi virum quem quæris.* Qui cum intrasset, vidit Sysaram iacentem mortuum. Humiliauit ergo Deus die illo Iabin regem Chanaan coram filiis Israël.

Iudicũ 4.d.

† potentes redditi sunt ex imbecillitate,

a ¶ Multa facta fide dixi. b ¶ Quasi infinita sunt.
c ¶ Epistolæ huius,vel vitæ,si singula vellem prosequi 2

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem 3
a de Gedeon,Barach,Samson, † Iepte,Dauid,Samuel, & aliis 4
b 5

¶ Aequum iudicium. 6

c d prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iusti- 7

a ¶ Fide. b ¶ Quæ promittebant,vt victoriam,vel alia ¶ De Deo vel Christo. 8
b ¶ Non tantum homines vicerunt fide,sed & bestias,vt Daniel.

e 9
f ciam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora 10
g

¶ Vt tres pueri. 11

leonum extinguerunt impetum ignis. Effugauerunt a- 12

a ¶ Exercitum accinctum gladio,vt Iosue,Dauid,& alij multi. b ¶ Vt Ezechias & Iob.
c Vt Iosue,Iudas,Machabæi & alij. 13

ciem gladij, † conualuerunt de infirmitate, fortes facti 14
15
16

Iudic. 16 a.
c *Samson.* Qui vt legitur in lib.Iudicum, afflixit vehementer Philisthæos.

Ibid.11.f.
d *Iepte.* Qui cum iret ad pugnam contra hostes, vouit domino,quòd si triumphum de hostibus assequeretur rediens, quod primò occurreret offerret Deo:occurritque ei filia, quam immolauit.

Quæst.99. ad Orthod.
✠ IVSTINVS MARTYR. Quoniam Iephte in immolanda filia præbuit custodem religionis erga Deum, propterea eius facta est mentio in enumeratione iustorum.

Aug.lib.1. ciuit.Dei c. 21. & lib. 2. cont. sec. Gaudentij epist. c.23. Gene.22.b.
Non laudatur Iepte quòd filiam occidit,sed quòd per fidem Deo iuuante hostes superauit.

✠ AVGVST. In primo lib.de ciuit.Dei. Quare non culpatur Abraham,sed laudatur quòd filium occidere voluit. Et meritò quæritur, vtrum pro iussu Dei sit habendum quòd Iepte filiam sicut vouerat occidit.Nec Samson aliter excusatur,quòd se cum hostibus oppressit:nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat.

D

e *Qui per fi.* Etsi recusat dicere quæ singuli, dicit tamen quæ quidam operati sunt fide.

✠ ATHANASIVS. Quid est,Sancti omnes per fidem expugnauerunt regna?Responsio Abraham, Moyses, Iosue, operati sunt iusticiam. Abraham, Phinees, & Dauid promissiones acceperunt, similiter Iosue filius Naue, &Chaleb. Occluserunt ora leonũ, Daniel in leonum fouea. Effugerũt acies gladij Helias & Dauid. Validi facti sunt ex imbecillitate, velut Ezechias. Effecti sunt robusti in bello, veluti Samson, qui vna asini maxilla mille prostrauit exteros.

Lib. quæst. ad Antioch. quæst.161.

† 56.dis.ca. nasci ibi Iepte.

f *Repromissiones.* Promissiones multæ sunt factæ Dauid, vt Abrahæ.

Sapienter historiarum commemorationem vitat, ne sermo- E nem suum protelet,breuiter quædam tangens. Nec enim omninò tacuit,nec dicens molestus effectus est, fugit densitatem & longitudinem,ne fatiget auditorem.

Aust. lib.3. de consens. Euãg.c 16. Amb.1.offi. cap.35.

g *Obturauerunt.* AVGVST. Plurale pro singulari,solus Daniel significatur ora leonum clausisse,solus Esaias sectus, vt in Psalm.2.a. *Astiterunt re.* Pro Herode, *& principes*,pro Pilato. Attendendum quòd in veteri Testamento sæpè patribus in his quæ dicta sunt, & aliis huiusmodi temporalis fœlicitas monstratur exhibita.Tẽpus autẽ taliũ non est in nouo Testamento. Ante dedit talia, vt præter eum non intelligatur alius largitor etiam terrenæ fœlicitatis, quæ ad veterem hominem pertinet. In Christo nouo homine nouus noua promittit,id est, æterna. Vnde & ipse irrisus in conspectu inimicorum moritur, sed resurrectionem suam non aliis, sed suis ostendit, vt ibi discerent quid sibi sperarent.Vnde & Iacobus: *Sustinentiam Iob audistis,& finem Christi vidistis quasi patimini vt Iob.* Sed non speretis finem eius,id est,temporalia,quæ ei aucta redierunt, sed æterna, quæ in Christo præcesserunt.

Dan.14 d. Psal.2.a.

Augu epist. 120.cap.7.

Iac.5.c.

Acceperunt,

NICOLAVS DE LYRA.

cuius proprietatem nunquam habuerunt in re, sicut aliquando aliquis pauper cognominatur rex,vel comes, vel aliquid huiusmodi. Item aliter potest dici & melius,vt credo.Ad cuius intellectum sciendum, quòd Iosue 2. vbi agitur de Raab dictio Hebraica sibi adiuncta sonat sic, זונה *Zo-*
C *nah,& signat promptam propriè, & quia meretrix prompta est ad offerendum corpus suum, ideò hoc nomen tractum est ad designandum meretricem, & similiter quia mulier hospitalaria,est prompta ad trãseuntes trahendos ad hospitium suum,tractum est idem nomen ad stãdum pro hospitalaria.Vnde Iosue 2.vbi translatio nostra habet:* Ingressi sunt domum mulieris meretricis: *translatio Chaldaica habet,domum mulieris hospitalariæ,& talis fuit Raab:propter quod exploratores declinauerunt ad domum suam ad hospitandum. Ad authoritatem verò Hieronym.qui dicit super Matth.quòd ponitur in Genealogia Saluatoris sicut mulier reprehensibilis:solui diffusiùs super Matth.Potest etiã breuiter dici, quòd hoc dicit Hieronym. non propter vitium meretricij, sed quòd fuit alienigena & de idololatris nata, sicut etiam dicit de ipsa Ruth, quæ tamen fuit mulier magnæ virtutis & famæ, vt dicitur Ruth 3.c.* Scit omnis populus qui habitat intra vrbis meæ portas mulierem te esse virtutis.

1 Et quid adhuc. *Hic ponuntur exempla de fide post exitum de Aegypto in terra promissionis iam obtenta,dicens:* Et quid adh.di. *Q. d.multa possunt dici exempla de fide patrum, ad quæ enarranda non sufficeret tempus vitæ meæ:& hoc est quod dicitur.*

2 Deficiet,&c. *Id est,antequam possem enarrare per singula.*

3 De Gedeon. *Qui credens promissio Dei cum trecentis hominibus confidenter pugnauit contra exercitum maximum ipsius Madiam, vt habetur Iud.6.* 4 Barach. *Qui credens prophetiæ Delboræ iuit cum populo inermi ad pugnandum contra Sysaram,Iud.4.*

5 Iepte. *Qui ex fide iuit ad pugnandum contra filios Ammon,Iudic. 11.e.vnde ibidem dicitur.* Factus est ergò super Iepte spiritus dñi, *quòd autem postea filiam suam indiscretè & crudeliter occidit,vt dicit Aug. credendum est quòd ipse pœnituerit:quia ponitur in cathalogo sanctorũ. Hebræi tamẽ dicunt quòd non occidit eã,sed sacrificauit eã domino per obseruantiam virginitatis,secundũ consiliũ sapientiũ illius temporis,sicut plenius dixi Iu.11.& eodẽ modo dicendũ est de Gedeone,qui fecit Ephod cõtra præceptũ domini,vt habetur Iud.8.scilicet quòd pœnituerit ante mortem,vt dicitur cõmuniter,tamẽ aliter potest dici probabiliter scilicet, quòd non fecit cõtra præceptũ domini in illo Ephod, sicut plenius dixi Iud.8.*

6 Dauid. *Qui ex fide adhuc iuuenis pugnauit inermis cõtra Goliath.* F

7 Samuel. *Qui propter fidelitatẽ suã obtinuit prophetiæ spiritũ, & vnctionem regis & multa alia.* 8 Et aliis prop. *Scilicet Isaia & Ieremia & cõsimilibus.* 9 Qui per fi. *In quo tangitur actus fortitudinis.* 10 Operati sunt. *In quo tãgitur actus iusticiæ & virtutis, isti enim sunt actus præcipui inter actus virtutũ moraliũ,quia conseruãt commune bonum vt habetur 5.Ethic.& quia virtutes connexæ sunt,ideò per istos actus intelliguntur actus aliarum virtutum.*

11 Adepti,&c. *Sed hoc videtur esse contra illud quod dictũ est sup. eo.ca.* Iuxtà fidẽ defuncti sunt oẽs nõ adeptis repromissionibus. *Dicendũ, quòd triplex promissio facta est antiquis. Vna fuit promissio terræ sanctæ,sed hãc nõ acceperunt Abrahã,Isaac & & Iacob in se, & de hac loquitur Apostolus suprà cũ dicitur:* Nõ adeptis rep.&c. *Acceperunt tamẽ eã in successoribus suis. Alia est promissio spiritualis,qua promittitur sanctis vita beata,& hãc nullus accepit ante Christi aduẽtũ. Alia est promissio singularis,qua promissũ est cuilibet aliquod bonũ particulare,sicut Dauid promissũ fuit regnũ,Ezechiæ sanitas, & sic de aliis, & istas promissiones consecuti sunt,& de istis,loquitur hic.*

Promissio triplex antiquis facta.

12 Obtur.ora. *Hoc habet veritatem de Daniele,vt habetur Dan.6. & de Dauid vt patet.1.Reg.17. & de Sãsone Iud.14.& in hoc ostenditur victoria sanctorũ de animalibus brutis.* 13 Exting.&c. *Hoc patet in tribus pueris positis in camino,Dan.3.& de.Moyse & Aarõ Num. 11.& 16.& in hoc ostenditur victoria sanctorum de rebus inanimatis.*

14 Effug.&c. *Id est,aciẽ hostiũ habentiũ gladios acutos,hoc frequẽter fecit Iosue,Gedeõ,& Dauid,vt patet in libris Iosue.Iudi.& Reg.*

15 Conual.&c, *Hoc specialiter patet de Ezechia Isa.38.qui miraculosè ex fide sanatus est:& de pluribus aliis hoc credendum est, quia loquitur in plurali.* 16 Fortes,&c. *Id est,alienigenarum,hoc patet de multis,specialiter autem de Iosue,Dauid & Machabæis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Acceperunt mulieres, &c.* THEODORETVS. Admirabilis Heliæ & Heliſæi miracula. Illæ enim viduæ, hic verò Sunamitidis filium excitauit.

b *Aly autem diſtenti, &c.* Eleazarus, ſeptem Machabæi, & eorum mater.

✠ CHRYSOST. Sed nos non adepti ſumus reſurrectionē ſed poſſumus oſtendere & illos inquit, excitos, vt meliorem reſurrectionem adipiſcerentur. Nam in præſenti vita cum licuiſſet, nolebant viuere, quia meliorem expectabant.

✠ ATHANAS. Alij diſtenti ſunt. Iacobum fratrem domini dicit, & alios quib⁹ amputata ſunt capita, Nam iſtud diſtēdere, nihil aliud eſt, quàm decollare.

Aly autem diſt. &c.

Augu. epiſt. 120. c. 7. &c. AVGVSTINVS. Et in illis patribus veteris Teſtamenti, quāuis rara fuerunt, tamen exempla patientiæ à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ quorum ſanguinem dicit dominus ab eis exigendum, qui in patrum ſuorum, à quibus illi occiſi ſunt iniquitate perſiſterent. Et in nouo Teſtamento, non defuerunt temporali fœlicitate pollentes, in eo miſericordiam Dei experiamur.

c *Aly verò ludibria, &c.* ✠ HAYMO. Hoc eſt, irriſiones. Primò enim ſancti Martyres ludibriis & irriſionibus deludebantur, deinde verberibus afficiebantur, ſicque vinculis aſtricti ponebantur in carceres: ad poſtremum verò interficiebantur diuerſis & exquiſitis tormentis.

Queſt. 161. ad Antioch. ✠ ATHANASIVS. Ludibriis & flagris explorati ſunt Eſaias, Hieremias & Michæas. Lapidati ſunt Stephanus & Naboth, diſſecti ſum, Eſaias quē ſerra lignea ſecarunt Iudæi. Tentati ſunt veluti Iob. Occiſione gladij occubuerunt Iacobus, Zacharias & alij. Atque omnes iſti teſtimonium ſunt promeriti per fidem quod placuerint Deo.

d *In occiſione gladij mortui ſunt, &c.* ✠ CHRYSOSTOM. Quid dicis? Alij quidem effugerunt acies gladij, alij verò in occiſione gladij mortui ſunt. Vtrùm horum laudas? Vtrùm miraris? Hoc an illud? Ita inquit, hoc quidem vobis familiare eſt, illud autem laudabile eſt, quia & circa ipſam mortem præualuit fides, & typus eſt futurorum. Duo quippè ſunt miracula fidei, quia & impetrat magna, & patitur magna, & nihil reputat pati.

c *In melotis.* Melota veſtis de pilis Camelorum, vel melius eſt animal, quod & taxus, cuius pellis Melota dicitur.

✠ THEODOR. Ita Helias ille magnus: ita Heliæus illius gratiæ hæres. Ita plurimi prophetæ, qui ne domos quidē habebant, ſed ligna excindentes ſibi ſuguria caſaſve conſtruebant.

✠ THEPHYLACTVS. Melota, pellis ouina eſt.

✠ CHRYSOST. Recurrit ad Heliam, quia necdum fortaſſis de Apoſtolicis tantam opinionem habebant, meritò ex illo qui aſſumptus eſt, & maximè in admiratione erat, adhortationem & conſolationem adfert. *Circumierunt in melotis, &c.* Neque veſtimentum habebant inquit, ex nimietate tribulationis, nec ciuitatem, nec domum, nec receptaculū. Quid dico receptaculum? Nec conſiſtere permittebantur. Nō enim dixit, in ſolitudinibus ſedebant, ſed etiam ibi fugiebant, & inde exagitabantur, non ex terra habitabili tantum, ſed etiā ex inhabitabili. Tanquam eſſent in rebus turpiſſimis deprehenſi tanquam indigni eſſent ipſo ſolis conſpectu, ne in eremo quidem refugium inueniebant, ſed ſemper cogebantur fugere, opus habebant ferarum luſtra inquirere, opus habebant viuos in terram ſeipſos defodere, ſemper in timore eſſe.

f *Quibus dignus non erat mundus.* Id eſt, quorum conuerſatione *non erat mun.di.* Et ideò ne viles habeantur pro tribulationibus. Vel adeò viles erant hominibus, quòd non eſſent digni ſtare vel habitare inter eos. Vel illi priores non acceperunt ſtatim promiſſam vitam vſque ad Chriſtum. Cur non?

Deo pro

¶ In prælio. a ¶ In fugam. b Inimicorum. c ¶ Vt per Eliam & Eliſeum.

a ſunt in bello. † Caſtra verterunt exterorum. Acceperunt 1

¶ Venientes, id eſt, reſuſcitatos. ¶ Ecce quanta per fidem fecerunt, modo quanta pro fide paſſi ſunt. a ¶ In ęculeo & aliis tormentis.

b mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem diſtenti 2 3

a ¶ Euaſionem de manu inimicorum. ¶ Illa redemptione. ¶ Vitam æternam. 4

ſunt, non ſuſcipientes redēptionem, vt meliorem inuenirent 5

¶ Per hoc notat hæc in eiſdem perſonis fuiſſe. 6

c reſurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti, inſu- 7

a ¶ Vt Ieremias in Aegypto, Ezechiel in Babylonia. b ¶ Vt Iſaias. c ¶ Promiſſionibus. 8

per & vincula & carceres. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati 9

a ¶ Gladio facta. b ¶ Vt Vrias, Ioſias. c ¶ Multa loca mundi. d ¶ Vt Elias & alij. 10

d ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circumierunt in † me- 11

e ¶ Neceſſariis. ¶ Cura animi. ¶ Laboribus. 12

f lotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: qui- 13

a ¶ Amatores mundi. b ¶ Vt Matathias & ſequaces eius, & ante Elias & filij prophetarum ſub Iezabel. 14 15

bus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, 16

a ¶ Quæ natu ales ſunt. b ¶ Quæ aliquo caſu ſiunt. 17

in montibus, & in ſpelūncis, & in cauernis terræ.

† ouillis pellibus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Acceperunt, &c. *Aliqui hoc malè exponentes, dixerunt quòd mulieres acceperunt viros ſuos reſuſcitatos, dicentes quòd matrimonium* C *non diſſoluatur per mortem: & ideò tenebantur illos reaccipere. Sed hoc eſt contra Apoſtolum Rom.7. vbi loquitur de muliere coniugata:* Si Sacramēta duplicia *mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Ideò ſciendum, quòd aliqua ſunt ſacramenta quæ imprimunt characterem, & talia non reiterantur, ſicut reſuſcitatus non debet iterum baptizari, quia character perpetuus manet in anima, qua incorruptibilis eſt. Aliqua ſunt ſacramenta, quæ non imprimunt characterem, & talia reiterantur: vt patet de pœnitentia: quia ſi interrumpatur per peccatum mortale, neceſſe eſt ipſam iterari, matrimonium autem non imprimit characterm, & ideò ſi ſoluatur per mortem viri, mulier non debet eum admittere. ſi reſuſcitetur, niſi inter eos matrimonium iterum contrahatur, ideò ſic debet exponi:* Mulieres. *Id eſt, matres:* Acc. de reſ. mor. ſuos. *Id eſt filios ſuos reſuſcitatos per fidem & orationem ſanctorum prophetarum: ſicut patet de muliere Sareptana, quæ ab Elia accepit filiū ſuū reſuſcitatum 3.Reg. 17. & de muliere Sunamite, quæ filiū ſuū reſuſcitatum recepit ab Eliſeo. 4.Reg.4.* 2 Alij au. &c. *Oſtenſo quid ſancti patres pro fide fecerunt, hic conſequenter oſtenditur quid pro fide ſuſtinuerunt. Et diuiditur in duas partes: quia primò oſtendit quid paſſi ſunt pro fide, ſecundò quare promiſſiones ſunt eis dilatæ, ibi:* Et hi omnes. *Prima adhuc in duas: quia primò tanguntur mala ab aliis illata: ſecundò mala voluntariè aſſumpta, ibi:* Circumierunt in Melotis. *Dicit igitur, quòd per fidem vnius veri Dei:* Alij diſtenti ſunt. *Id eſt, in tormentis extenti, vt patet 1.Machab.& 2.de ſeptem fratribus, & de pueris ad vbera matrū ſuſpenſis. 2.Machab.6.*

Diuiſio

3 Non ſuſcipientes re. *Id eſt, liberationem à præſenti pœna.*

4 Vt mel. inue. reſur. *In futura gloria.*

5 Alij verò ludibria exper. *Sicut patet de Samſone: Iudicum 16. & de Tobia. Tobiæ 2. & de Iob: Iob. 19.*

6 Et verbera. *Hoc patet de Michea prophetа, quem percuſſit Sedechias 3.Reg.vlti. & de præpoſitis filiorum Iſrael, qui flagellati fuerunt* F *ab exactoribus Pharaonis: Exod.5.*

7 Inſuper & vin. *Hoc patet de Ieremia Ierem.29. & 27. de Michea 3.Reg.vltimo.*

8 Lapidati ſunt. *Hoc patet de Naboth.3.Reg.21. & de Zacharia filio Ioiadæ 2.Paralip.24.* 9 Secti ſunt. *Patet de Iſaia, qui ex præcepto regis Manaſſe ſectus fuit cum ſerra lignea, eò quòd reprehendebat eius facinora. Et de ſeptem fratribus Machabæis: qui ſecti ſunt in manibus & in aliis corporis partibus, vt patet 2.Mach.7.* 10 Tentati ſunt. *Vt ad idololatriam inclinarentur, ſicut patet de Matathia & filiis eius 1. Machab.2. & de Eleazaro 2.Machab.6. & de ſeptem fratribus. Ibidem 7.*

11 In occiſione, &c. *Id eſt, quia nolentes conſentire idololatriæ gladio percuſſi ſunt: vt patet 2.Mach.5. & 6.* 12 Circumierunt, &c. *Hic conſequenter oſtendit quid paſſi ſunt propter fidem in malis voluntariè aſſumptis. Et reducuntur ad tria, ſcilicet ad exteriorem cultum, & quantum ad hoc dicit:* Circum. in Mel. *Melota autem eſt veſtis facta* Melota *de pelle taxi, quæ hirſuta eſt & deformis, vt in tali habitu quantum ad* quid *aliquid deſcribitur Elias 4.Reg.1. & Ioannes Baptiſta Matth.3. ſecundò reducuntur ad perſonæ ſtatum, & quantum ad hoc dicit.*

13 Egentes. *Quòd ſpecialiter patet in Elia qui in neceſſitate paſſus eſt à coruis & à muliere vidua 3.Reg.17.* 14 Anguſtiati. *Hoc patet de Elia fugiente Iezabel 3.Reg.19. & de Dauid fugiente Saul 1.Reg.21. & inf. vſque ad fidē primi libri, & Abſalon 2.Reg.15.* 15 Afflicti. *Labore corporali, vt habetur de Elia, qui laſſus obdormiuit ſuper iuniperum 3.Reg.19.* 16 Quibus dig. &c. *Per hoc enim, q⁹ fugiebant à ſocietate aliorum, patet q⁹ homines mundani non erant digni ſocietate illorum, propter culpam mundialem. Tertiò reducuntur ad locum, & quantum ad hoc dicit.*

17 In ſoli, &c. *Cauerna eſt foſſa facta per artem. Spelunca verò per naturam, vel ex aliquo accidente, ſicut de corroſione aquarum vel*

✠ *huiuſmodi,*

a *Deo pro nobis, &c.* Prout naturam noſtram aſſumeret, & glorioſùs nobiſcum exultaret. Et ſi illi tenuerunt fidem, qui nos tandiu expectauerunt requiem, multò magis teneamus qui ſtatim accipimus.

b *Conſummarentur.* Id eſt, requie & viſione Dei fruerentur.

Hom. de cruce & latrone. ✠ CHRYSOST. Paradiſum quinque & eo amplius annorum millibus præcluſum hodie Chriſtus nobis patefecit, & latronem in paradiſum introduxit, & amœnitates eius oſtendit, & vno tempore videmus duo beneficia eſſe conceſſa, vnum quòd Paradiſus patefactus eſt, aliud quòd latro in eum meruit introduci. Hodierna dies antiquā nobis patriam reddidit, paternam ciuitatem oſtendit, domum priſtinam redonauit, &c. Chriſto non iniuriæ fuit ſacram ingredienti patriam, facere ingreſſus ſui latronem participem: nam ſecum eum perduxit non confundens calcantibus latronis pedibus Paradiſum, ſed honorem præſtans Paradiſo, &c.

✠ IDEM. Iuſti in aliam vitam tranſlati, beati ſunt, eò quòd ad Chriſtum abierunt, & propius ad regem non per acceſſum & fidem, ſed facie ad faciem, &c.

Hom. in illud. iuſtorū animæ in manu Dei &c. & Ho. 69. ad pop.

¶ Tanta per fidem antiqui fideles operati ſunt, vel paſſi pro fide. a ¶ Quod fides de eis perhibuit. b ¶ Adhuc.

Et hi omnes teſtimonium fidei probati nūc non acceperūt 1 2

a ¶ Duas ſtolas, etſi ſingulas, ¶ Plenam corporis, & animæ beatitudinem. ¶ Vt in communi gaudio omnium maius ſit ſingulorum.

a reprōmiſſionem Deo pro nobis meliùs aliquid prouidente 3

¶ Profiterentur.

b vt non ſine nobis conſummarentur.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *huiuſmodi, talia autem loca inhabitabant patres antiqui, vt eſſent in loco apto diuinæ contemplationi: propter quòd Philoſophus 1. Politicorū poſtquam probauerat hominem eſſe animal ciuile, ſubiunxit: quòd ille* B *qui refugit communem habitationem hominum, vel eſt beſtia, vel melior homine. Quia ſi homo refugiat hoc propter malitiam ſuam non potens cum aliis cohabitare propter defectum ſuum in moribus, cadit à dignitate humana in vitam beſtialem. Si autem refugiat communitatē hominum, vt liberiùs vacet contemplationi diuinæ, excedit communem ſtatum hominum, & eſt quidam Deus inter alios homines, ſecundùm Philoſophum.*

1 Et hi omnes, &c. *Hic conſequenter oſtendit Apoſtolus quomodo & quare promiſſiones ſunt eis dilatæ, dicēs:* Et hi omnes teſtimonio fidei proba. *Vt patet per prædicta exempla.*

2 Non acceperunt re. gl. æter. *Et ſubdit cauſam, dicens.*

3 Deo pro nobis melius, &c. vt non ſine no. &c. *Id eſt, ad perfectionem gloriæ ducerentur ſine nobis. Ex hoc enim, quòd patres veteris Teſtamenti, in limbo exiſtentes ſimul venerunt ad gloriam per Chriſtum cum aliquibus ad nouum Teſtamentum pertinentibus, fuit maius gaudium vtrorúmque.*

Notandum, quòd aliqui ex hoc loco acceperunt occaſionem errandi dicentes, quòd nullus intrabit ad gloriam, niſi poſt finalem reſurrectionem. Sed hoc eſt contra Apoſtolum dicentem 2.ad Corinth.5.a. Scimus enim, quoniām ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem habemus ex Deo, domum nō manufactam, ſed æternam in cœlis. *Ex quo patet, quòd anima à corpore ſeparata ſtatim recipitur in gloria, niſi propter debitum alicuius pœnæ temporalis retardetur. Propter quod conſummatio gloriæ de* E *qua loquitur hic Apoſtolus, poteſt referri ad præmium eſſentiale, & ſic non habuerunt eam patres veteris Teſtamenti ſine nobis, quia non habuerunt eam ante nouum Teſtamentum. Vel poteſt referri ad corporis ſtolam, quæ non datur generaliter, niſi poſt vniuerſalem reſurrectionem: quamuis aliquibus data ſit ante ex ſpeciali priuilegio, & hoc modo patres veteris Teſtamenti ſimiliter non conſummantur in gloria ſine nobis, quia ſancti veteris Teſtamenti & noui ſimul accipient gloriam corporis.*

ADDITIO I.

In cap. 11. *Vbi dicitur in Poſtilla:* Fides eſt ſubſtantia, &c. *Ad cuius intellectum ſciendum.*

Ad altiorem declarationem quorumdam quæ in hoc cap. continentur, præter illa quæ hic habentur, in Poſtilla, quædam videntur addenda. Et primò circa hoc quod dicitur: Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, &c.

Circa quod attendendum, quòd licet expoſitio Poſtill. de hac diffinitione ſeu deſcriptione fideiquam Apoſtolus ponit, ſit ſatis vera, & videtur eſſe aſſumpta à ſancto Thom. 2.2.q.4.art.1. in corpore quæſt. expo- C *nantur tamen etiam hæc verba Apoſtoli ſecundùm alios ſic, vt cùm dicitur:* Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, *intelligatur cauſa* Deſcriptionis fidei enucleatio. *ſubſiſtendi in nobis per res ſperandas, quæ quidem ſunt bona futura, quæ rationabiliter ab homine virtuoſo ſperari debent, ſcilicet beatitudo quæ ab omnibus eſt apprenda. Vnde in hoc quod dicit, ſperandarum rerū, excluduntur res ſperatæ, quæ tamen non ſunt ſperandæ, ſicut ſunt bona mundana ſeu temporalia quæ non ducunt ad veram beatitudinem. Bona autem ad veram beatitudinem pertinentia ſubſiſtunt in nobis per ſpem, quæ à fide generatur, vt in glo. Matth.1. Et ſic cùm dicit:* Subſtantia ſperandarum rerum, *per ly ſubſtantia, intelligitur cauſa, ſcilicet fides quæ ſpem cauſat, cùm autem dicitur:* argumentum non apparentium: *per argumentum intelligitur probatio, per fidem enim eſt in nobis quædam probatio rerum non apparentium, ſcilicet quæ de ſe non habent euidentiam, ſed per fidem, per quam in nobis cauſatur aſſenſus de inuiſibilibus ſperandis, ſicut argumentum oſtendit concluſionem in ſcibilibus.*

Conſequenter circa hoc quod dicit: In hac enim teſtimoniū conſecuti ſunt ſenes. *Notandum, quòd cum Apoſtolus loquitur Hebræis quorum communis ſtatus populi quamdiu legem obſeruabat ſemper in proſperitate fuit, & cum à præceptis legis declinaſſet, in multas aduerſitates incidebat: ſicut patet in hiſtoriis communibus vete. le. prout in prima ſecundæ q.90.art.6. in reſponſione ad tertium argumentum declaratur, ideò in primitiua eccleſia Hebræi ad fidem conuerſi, ſicut ad legalia obſeruanda ex primæua conſuetudine inclinabantur, credentes ipſa eſſe neceſſaria cum fide Chriſti, ſic æſtimabant quòd ad iuſticiam fidei debebant ſequi aliqua præſentia & viſibilia bona, & ſpecialiter redemptio eorum à captiuitate Gentium. Vnde & poſt paſſionem Chriſti quidam de diſcipulis nondum perfectè docti dicebant: Luc.24.c.* Nos ſperabamus, *quòd ipſe eſſet redempturus Iſrael, & ideò apud Hebræos poncre totum præmium fidei in bonis futuri ſæculi, quæ omninò in hac vita non habentur, nec ad plenum videntur, erat eis durum ad credendum. Vnde Apoſtolus hunc errorem intendens ab eis excludere, dicit:* In hac enim teſtimonii conſecuti ſunt ſenes, *ſcilicet in hac fide quæ eſt de rebus ſperandis, vt iam dixerat: non de rebus viſis, ſeu iam adeptis, ſeu in proximo adipiſcendis.* Conſecuti ſunt teſtimonium, *ſcilicet iuſticiæ à Deo. Senes, id eſt, antiqui. Ad quod probandum, ſcilicet q⁹ fides meritoria propriè ſit de rebus ſperandis & non adeptis, inducit exempla. Et primò ponit vnum exemplum de fide, quæ eſt de rebus non ſperandis, ſed iam exiſtentibus, & hoc cum dicit:* Fide intelligimus. *Secundò ponit plura exempla de fide quæ eſt de rebus ſperandis, ibi:* Fide plurimam hoſtiam.

Circa primum dicit ſic, Fide intelligimus aptata eſſe ſęcula verbo Dei. *Ad quod ſciendum, quòd credere mundum eſſe à Deo creatū, prout Geneſ.1. dicitur, licet ſit fides vera, non eſt tamen ſperandarum rerum, ſed eſt de rebus iam exiſtentibus: ideò per iſtam fidem ſolùm non legitur aliquis teſtimonium iuſticiæ fuiſſe conſecutus, ſed per fidem de rebus ſperandis, vnde notanter dixit:* Fide intelligimus, *non autem dixit: Fide credimus hæc, q.d. hæc fides per quam mundus creditur fuiſſe creatus à Deo, in qua non includitur aliquid ſperandum, non legitur cōmendari in ſacra ſcriptura, ſic vt aliquis dicatur iuſtus eo ſolo quòd credit mundum à Deo eſſe creatum, ſed fides illa quæ de rebus ſperandis eſt* Fides ſpe commendata. *ſæpè in ſcriptura commendatur, prout patet per exempla conſequenter inducenda. Et primò de Abel, qua commendatur in ſcriptura tanquam iuſtus dupliciter. Primò per acceptationem munerum ſuorum, cùm de eo dicitur Geneſ.4.a.* Reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius. *Secundò per hoc quòd Deus poſt mortem dicitur audiſſe clamorem ſanguinis eius, Gen.4. & de hoc quod dicit, quòd defunctus adhuc loquitur, ſcilicet clamando de terra. Secundò ponit exemplum de Enoch, qui commendatur in ſcriptura tanquam iuſtus per tranſlationem eius ad Deum. Ex quibus duobus exemplis Apoſtolis intendit oſtendere, quòd per fidem de rebus ſperandis, & nondum adeptis antiqui conſecuti ſunt teſtimonium iuſticiæ fidei, eò quòd prædicti non leguntur aliquod opus meritorium feciſſe, niſi quòd crediderunt veram fidem de ſperandis. Quòd ſi contra prædicta dicatur, vnde habetur, quòd Abel crediderit aliquid ſperandum, ſimiliter & Enoch, cum tamen ſcriptura nihil circa hoc dicat de eis? Ad quam tacitam quæſtionem reſpondet dicens: Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Vnde quia prædicti duo leguntur placuiſſe Deo, vt patet per prædicta ſequitur quòd habuerunt fidem, ſed non de rebus adeptis: cùm talia non leguntur habuiſſe in hac vita. ergo de rebus ſperandis, quod eſt intentum. Sed contra hoc adhuc poſſes quis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dicere: vnde habetur, quòd sine fide impossibile est placere Deo? *Ad quod respondet:* Credere enim oportet accedẽtem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

Pro quo sciendum, quòd naturalis ratio dictat homini, quòd alicui superiori subdatur: propter defectus quos in seipso sentit, in quibus eget adiuuari & dirigi, qui apud homines dicitur Deus, prout 2.2.q.85. Ex quo sequitur, quod si quis ad verum Deum accẽdere intendit, oportet quòd credat ipsum Deum esse superiorem illo, ad quem accedere intendit: & sic verificatur illud, quod accedentem ad Deum oportet credere quia est. Oportet etiam quòd accedens speret ab illo adiuuari & dirigi in futuro, alias frustrà ad talem superiorem accederet, & sic verificatur quòd oportet accedentem ad Deum credere, & quòd inquirentibus ipsum, scilicet Deam, remunerator sit. Ex quibus probatur, quod Abel & Enoch, qui iusticiæ testimonium consecuti sunt, fidem habuerunt de Deo, per quam sperauerunt ab eo remunerari: quam remunerationem in hac vita non habuerunt, quod est intentum Apostoli ad fundandam diffinitionem seu descriptionem suam supradictam.

Sed querendum videtur, cum ista verba Apostoli scilicet: Sinè fide autem impossibile est placere Deo: & credere oportet accedẽtem, &c. *Communiter pertinent ad fidem de qua agitur: quare interposuit illa verba inter testimonium Abel & Enoch, & testimonium Noë & sequentium? Debuisset enim vel præponere illa ante omnia testimonia antiquorum, vel postponere ea post omnium fidelium testimonia.*

Ad quod dicendum, quòd ratio est, quia in illis duobus solis primis licet Abel & Enoch non legitur expressè aliqua fides de re speranda. & B *ideò probat eam per rationem. In aliis verò scilicet Noë & sequentibus inuenitur clarius fides de re speranda, vt patet in omnibus sequentibus. Et primò de Noë qui diluuium futurum credidit, & ab eo eripi per arcam iuxta diuinam reuelationem, & sic habuit fidem manifestam de rebus sperandis & nondum adeptis. Idem habetur De Abraham & aliis qui sequuntur, in quorum quolibet inuenitur fides de rebus sperandis, vt patet intuenti per singula. Et exponantur cætera vt in Postill. vsque ibi:* Et aliis prophetis qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iusticiam.

Fides antiquorum & modernorum. *Circa quod attendendum, quòd fides antiquorum: quæ manifesta fuit seu confirmata in veteri lege quòd miracula subuertentia aduersarios corporaliter, & liberantia populum Dei, vt in Ægypto & in mari rubro & huiusmodi in noua lege, potius fuit ostensa vt plurimum per mirabilem patientiam sanctorum, in cruciatibus acerbissimis & assiduis persecutionibus, secundum quas verè dicuntur martyres, id est, testes fidei, quã quidem differentiã inter antiquos patres & nouos videtur hic innuere Apostolus, quæ de antiquis dicit:* Qui per fidem vicerunt regna &c. obturauerunt ora leonum, &c. *Quæ omnia vsque ibi,* Alij verò distenti sunt, *excludunt pertinent ad statum antiquorum, vbi omnia ista & plura similia leguntur, & sic in illo statu, vt plurimum testimonium fidei accipiebatur ex victoria fidelium & liberatione populi Dei visibiliter & miraculosè factis. Et hoc testimonium proprie pertinebat ad illum statum: qui propter eius imperfectionem per promissiones temporales deducebatur ad obseruantiam præceptorum, vt in prima secundæ q.99. art. vlt. in cor. quæst. Vnde & populus ille comparatur puero sub pædagogo existenti, vt patet Gal.3. Et ideò si principales patres antiqui Testamenti, vt patriarchæ, Moyses & huiusmodi temporalia omnia contemptibilia essent: non haberent locum ipsorum doctrina. Vnde oportebat apud populum illum qui talia bona præcipua æstimabat: quòd eorum*

C *doctores tanquam bona magna illa æstimantes: sic temporalibus bonis publicè adhærerent, vt de eis promissiones aliis facerent. Sicut magister puerorum munuscula puerilia quibus pueros intendit prouocare ad aliquod virtuosum opus faciendum, illa asserit esse magna & maximè desiderabilia: vt per ea deducantur ad opera virtuosa. Et ideò Deus qui omnia suis temporibus & locis suauiter disponit: patribus illius temporis bona temporalia communiter præstabat quasi in præmium meritorum: vt ex talibus induceret populum ad obseruantiam præceptorum: quæ erant in suis effectibus potiora. Quod autem Apostolus in prædictis verbis, scilicet cum dixit:* Per fidem vicerunt regna, &c. *loquatur de patribus seu de iustis veteris Testamenti, patet manifestè ex plano sensu literæ. Cùm enim dixisset:* Quid adhuc dicam de Gedeon, Dauid, Samuel, & aliis Prophetis? *Immediate subiunxit:* Qui per fidẽ vicerunt regna. *Vbi manifestum est, quòd illud relatiuum qui, referatur ad prophetas & alios supradictos: qui omnes sunt de antiquo Testamento. Si autem contra hoc arguatur de Dauid fugiente à Saul & Absalon: dicendum, quòd Dauid de vtroque aduersantium prædictorum tenuit victoriam manifestè in hac vita. Si autem de Elia arguatur: dicendum, quòd non est trahendum in exemplum, quia fuit vnus tantum, &* D *hirmido vna secundum Philosophum 1. Ethicor. non facit ver. Nec decuit populum, vt prosperæ mundi desperaret, sed vt ab idololatria declinaret. Et quia erat in regione decem tribuum, vbi omnes erant idololatræ: ideò oportuit eum fugere à consortio eorum. Vnde manifestum est: quòd prædictis Apostolus loquitur de iustis qui fuerunt sub veteri Testamento. De his autem qui sub nouo Testamento fuerunt, subditur:* Alij verò distenti sunt non suscipientes redemptionem. *Vnde bene dictum: alij verò, vt denotet quòd isti de quibus loquitur, sunt sub alio Testamento scilicet nouo: quorum quàm plurimi, præsertim in primitiua ecclesia in qua personaliter erat Apostolus, non inuenerunt redemptionem, scilicet corporalem, vt meliorem inuenirent redemptionem scilicet spiritualem. De istis propriè dicitur:* Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt: egentes, angustiati, afflicti: *omnia enim ista contigerunt sanctis in primitiua ecclesia. Et sequitur:* Quibus dignus non erat mundus. *Quod potest dupliciter exponi. Vel quia mundus non erat dignus, id est, mundani: vt tales haberent in consortio. Vel quia illis sanctis mundus non erat dignus, scilicet mundana, consortio secundum illud Galat. 6. d.* Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.

Si autem queratur ratio dictæ differentiæ inter vtrumque statum ecclesiæ scilicet antiquum & nouum. Dicendum quòd duplex est, vna scilicet quæ prius fuit tacta, & sumitur ex diuersitate populorum sub diuersis statibus prædictis existentium. Primi enim erat imperfecti, & ideò per bona temporalia & visibilia ducebantur. Alij verò perfecti, qui contemptu terrenis potius spiritualia desiderabant, iuxta illud Apostoli ad Philip. 3. c. Quæ retrò sunt obliuiscens ad anteriora me extendo. *Alia verò ratio potest sumi ex parte præcedentium, illi verò nondum* E *perfecti sequebantur vestigia Moysi & aliorum patrum, qui superando vincebant hostes, &c. Isti verò vestigia Christi, qui patiendo & moriendo vincunt hostem. Vnde & de antiquis propriè dicitur:* Vicerunt regna, *quia vicerunt Aegyptum, Chananæam, Idumæam, & huiusmodi quæ sunt regna particularia. Noui verò propriè dicuntur vincere non solùm regna, sed mundum, iuxta illud 1. Ioan. 5. a.* Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra. *Cuius ratio est: Nam ille iustus qui tormenta mundi vsque ad mortem patiendo immobiliter in fide manet, non solùm vnum regnum vel plura vincit, sed mundum. Non enim mundus congregatus amplius posset facere contra vnum hominem, quam ipsum multipliciter torquere & interficere, & ideò sancti, qui ista sustinuerunt sub fide, totum mundum vicerunt, superando omnia quæ mundus contra illos posset facere. Et ideò summus magister huius victoriæ nouæ Lucæ 12. a. dicens.* Ne terreamini ab illis qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. *Sed antiqui qui huiusmodi doctrinam non habuerunt verbo, nec exemplo, licet per fidem vicerunt regna aliqua, vt dictum est, non tamen mundum vicerunt: quia forte si plura regna fuissent congregata contra eos non potuissent ea vincere, sicut illa pauca. Vnde notanter dicitur de antiquis:* Per fidem vicerunt regna, *non mundum. Sed de nouis dicitur:* Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra. *Et de ista materia dictum fuit in addit. ione super Psal. 76. super illud verbum:* Hæc mutatio dexteræ excelsi. *Consequenter Apostolus concludendo primum principale intentum suum dicit:* Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti, non acceperunt repromissionem, &c. *Quod intelligitur secundum Gloss. de plena beatitudine corporis & animæ, quam sancti communiter non accipiunt vsque ad finem mundi. Vel de beatitudine animæ tantùm, quo ad priores, qui non acceperunt statim vitam repromissam æternam vsque ad Christum. Ex quibus omnibus bene consideratis patet, quòd ratio fidei in bonis sperandis & inuisibilibus* F *consistit, non autem in bonis in hac vita visis, seu iam adeptis, prout quidam Hebræorum æstimare videbantur, quod fuit intentum principale huius capituli, prout dictum est in præcedentibus.*

ADDITIO II.

In eodem capitulo. *Vbi dicitur in Postilla.* Videtur etiam alicui, quòd Deum esse non sit creditum.

Deum esse propriè loquendo non est articulus fidei, sed præambulum ad articulos. Fides enim præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam, & perfectum perfectibile.

REPLICA. In cap. 11. *Burg. facit longam digressionem: in qua inter cætera ponit differentiam inter sanctos noui & veteris Testamenti per agere secundùm fidem & pati, sic quòd antiqui fuerunt in sphera actiuorum, noui in sphera passiuorum. Allegat Burg. ad id quod dixit circa Psal.* Voce mea ad dominum, primum. *Sed hoc ibi correctum est, vide correctionem ibidem, &c.*

A CAPVT XII.

IDeoque & nos. Post fidei commendationem, ad illud q̃ incœperat redit exhortans eos ad patientiam pluribus, modis & præcipuè ipsius Christi exẽplo.

a *Nubem te.* Id est, multitudinem sanctorum qui testes sunt fidei, qui vt nubes exẽplo sui in æstu tribulationũ nos refrigerant, & doctrinis compluũt.

✠ THEODORETVS. Pietatis inquit exempla sunt nobis vndique proposita & tanta multitudo, vt nubem exæquet fert fidei potentiæ testimonium. Ad eos ergo respicientes, in cursus celeres euadamus, & curarum superuacaneatum molem abiiciamus. Ita enim facilè effugere poterimus peccatũ quod facilè contrahitur.

Quæst. 162. 163. ad Antioch. ✠ ATHANASIVS. Nubem testium ipsos testes vocauit. Nam irrorant nos qui in peccatis detinemur & æstuamus, & vmbra suæ intercessionis nos cõtegunt. Quandoquidem inquit habemus tantam multitudinem sanctorum testium, instar nubium irrorantem nos in intercessionem precum, quas pro nobis fudere confisi imitemur & nos illorum virtutes & omni peccatorũ abiecta mole atque tenaciter inhærente peccato relicto, per tolerantiam & longanimitatem curramus in virtutis certamine.

b *Qui pro si.* Sic nos proposito nobis æterno gaudio post habita confusione debemus currere. Vel proposito sibi gaudio tẽporalis regni quia voluerunt eum turbæ rapere vt facerent regem quod noluit, quia erat via humilitatis.

Ioh. 6. b. Quòd Iesus sustinuit crucem debet nos animare quia etiam hoc minus quod contradictionem. Quasi dicat. Aspicite Iesum qui sustinuit crucem recogitate enim, vt sequamini.

✠ CHRYSOSTO. Sicut filij parentes, & discipuli in certaminibus magistros attendunt, informãtes mentem ex parte doctorum per visum regulas quasdam sumentes sic etiam hic si volumus currere, & discere vt bene curramus, ad Christum attendamus. Hoc discipulis sæpiùs commendauit. *Si patrem familias.* inquit, *Beelzebub vocauerunt quantomagis domesticos eius?* D Matth. 10.

AVGVSTIN. Omnia terrena bona contempsit Christus, vt in illis non quæreretur felicitas. Omnia terrena mala sustinuit, vt in his non timeretur infœlicitas. Natus enim de matre, quæ quamuis à viro intacta cõcepe- † Eph. 4. f Col. 3. a. rit, semperq; intacta permanserit, fabro tamẽ desponsata fuit in quo & omnis carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Natus est etiam in ciuitate Bethleem, quæ inter omnes Iudææ ciuitates erat exigua noluit igitur quemquam de terrenę ciuitatis sublimitate E gloriari. Pauper etiã tactus est cuius sunt Ioan. 14. a omnia, ne de terrenis diuitiis quisque extolleretur. Noluit rex ab hominibus pasci. Sitiuit qui est fons sitientium. Fatigatus est ex itinere, qui viam nobis fecit in cœlum. Obmutuit & obsurduit, per quẽ mutus locutus est, & surdus audiuit. Vinctus est, qui infirmitatum vincula soluit. Mortuus est, qui mortuum suscitauit. Amore itaque eius similia patiamur. Tunc enim lex implebitur, dũ non cupiditate rerum tẽporalium, sed charitate illius qui præcepit fiunt quæcunque præcepit.

c *Recogitate enim eum, &c.* ✠ CHRYSOSTO. Si proximorum passiones erigunt nos quantam alacritatem nobis effecerint domini passiones? Per *contradictionem.* totũ significauit. Ad F dendum enim tale hoc est plagas quas accipiebat in capite irrisiones, iniurias, improperia, illusiones. Omnia hæc nomine contradictionis intimauit & non illa tantũ, sed & alia quæ circa omnẽ docentis Christi vitã contigerũt. Magnã enim reuera magnã cõsolationẽ habẽt Christi & apostolorũ passiones, &c.

Desici

CAPVT XII.

¶ Quia isti sustinuerunt. a ¶Etiam.

Deóque & nos tantam habentes im- 1
a ¶In exemplum fidei & operum.
a positam nobis nubem testium † depo- 2
a ¶Posit. ¶Vel renunciantes peccatis quæ vndique circunstant. b ¶ Peccatorum quod iam est, vel tædium quod fit per tribulationem. c ¶ Quod circunstat & imminet etiam si nondum insit.
b nentes omne pondus, & † circunstans 3
a ¶ Succincti & expediti. b ¶ Sine dubitatione.
nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum 4
a ¶Quod est propositum nobis. b ¶ Martyrij. ¶Quia tantus est dator fidei currere 5
debemus & quia idem consummat plenę beatitudine & quia ipse idem passus est. 6
b nobis certamen aspicientes in autorem fidei & consumma- 7
¶ Aeterno ad quod per passionem itur. 8
torem Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem 9
a ¶Negligẽta verecundia humana. ¶Ideo. 10
confusionem cõtempta atque in dextera sedis Dei se- 11
a ¶Tam vehementem. ¶ Quod indignum.
c det. Recogitate enim eum cui talem sustinuit a pecca-
a ¶Non in membris tantum. b ¶In omnibus aduersis.
toribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non

fieri qa humilitatis viã ostenderat miseris. Esuriuit qui omnes pascit. Sitiuit qui est fons sitientium. Fatigatus est ex itinere, qui viam nobis fecit in cœlum. Obmutuit & obsurduit, per quẽ mutus locutus est, & surdus audiuit. Vinctus est, qui infirmitatum vincula soluit. Mortuus est, qui mortuum suscitauit. Amore itaque eius similia patiamur. Tunc enim lex implebitur, dũ non cupiditate rerum tẽporalium, sed charitate illius qui præcepit fiunt quæcunque præcepit.

c *Recogitate enim eum, &c.* ✠ CHRYSOSTO. Si proximorum passiones erigunt nos quantam alacritatem nobis effecerint domini passiones? Per *contradictionem.* totũ significauit. Ad F dendum enim tale hoc est plagas quas accipiebat in capite irrisiones, iniurias, improperia, illusiones. Omnia hæc nomine contradictionis intimauit & non illa tantũ, sed & alia quæ circa omnẽ docentis Christi vitã contigerũt. Magnã enim reuera magnã cõsolationẽ habẽt Christi & apostolorũ passiones, &c.

Defici

CAP. XII.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ RDeóque &c. *Postquam Apostolus commendauit fidem per quam membra vniuntur capiti & posuit multa exempla fidei hic consequenter hortatur ad ostendendum fidem per opera exteriùs quæ tenentur in corde exteriùs. Et* Diuisio *dicitur in duas partes quia primò ostendit qualiter se debent habere circa mala secundò qualiter circa bona, ea. ibi:* Charitas fraternitatis. *Circa primum sciendum quod duplex est malum scilicet culpæ & pœnæ & ideò ostendit qualiter se debet habere circa mala pœnæ tolerãda secundò qualiter circa mala culpæ vitanda, ibi:* propter quod remissas. *Prima in tres, quia primò inducit ad tolerandũ malum pœnæ exẽplo antiquorum secundo exemplo Christi, ibi:* Aspicientes. *tertiò autoritate scripturæ, ibi.* Et obliti estis. *Circa primũ sciendum quod sancti dicuntur testes Dei, quia facto & verbo glorificatur Deus per eos, secundùm quod dicitur Isa. 44. a.* Verè vos estis testes mei dicit dominus. *Congregatio enim sanctorum dicitur nubes. propter vitæ fastigium, & doctrinæ stillicidium, & concupiscentiæ refrigerium propter quod dicitur Isa. 60. b.* Qui sunt hi qui, vt nubes volãt? *Propter quod Apostolis de sanctis patribus per exempla virtutis nos mouentibus ad tolerantiam malorum, vt patet per predicta dicit sic.* Ideóque & nos *posteriores.*

1 Habentes &c. nu. *Id est, congregationem fidelium sanctorũ exemplo suo nos exhortantium.*

2 Deponentes omne pondus. *Quantũcũq; ad peccatũ perpetratum.*

3 Et cir. &c. nos pec. *Quantum ad occasiones peccandi.*

4 Per pa. cur. *Non solùm mala illata sustinendo, sed etiam voluntariè assumendo.*

5 Ad propositum nobis cert. *Hoc certamen est iusticia Dei de quo scribitur Eccl. 4. d.* Vsque ad mortem certa pro iusticia.

6 Aspicientes. *Hic inducit ad idem exemplo Christi, quod debet magis nos mouere ad patientiam, quia ipse agnus innocens pro nobis passus est. Dicit igitur:* Aspicientes. *oculo cordis attentè considerando.*

7 In autorem fidei & consummato. Ie. *Dicitur enim autor fidei inquantum deus ipsam fidem infundendo. Dicitur etiam autor fidei inquantum homo ipsam fidem prædicando. Dicitur etiam consummator ipsius fidem per miracula confirmando, & fidei præmium reddendo.*

8 Qui propo. si. gau. sustin. cru. *Gaudebat enim in superiori parte animæ propter impletionem voluntatis paternæ, & ex fidelium redemptione, & ex sui corporis propinqua glorificatione.*

9 Confusionẽ contem. *Quia mortem maximè cõfusibilem voluntariè sustinuit. Confusio autẽ apparet ex quatuor. Primò ex loco, quia in ciuitate celebro, secundò ex tempore, quia passus est infesto Paschali quando omnes de terra conueniebant in Ierusalem. Tertiò ratione sotietatis quia inter latrones passus est. Quartò ratione præcedentis honoris: Opposita enim iuxta se posita, maiora & minora videntur vt dicitur. 1. Elen. & ideò ex honore qui ei exhibitus fuerat in Ierusalem in die palmarum maior fuit confusio passionis, quasi immediatè sequentis Et quia qui se humiliat exaltabitur ideò sequitur.* Mors Christi conẽpribilis porpter quamos

10 Atque in dextera &c. *Et quia confideratio dominicæ passionis non valet solum ad patientiam in aduersis, sed etiam ad perseuerantiũ quæ plus ostendit quia respicit diuturnitatem mali & dilationem boni promissi ideò dicit.*

11 Recogi. enim &c. sus. &c. con. *In verbis contumeliosis, secundùm quod habetur Matthæi. 11. c.* Ecce homo vorax & potator vini &c. *& iterum Matt. b. 27. e.* vah qui destruis templum Dei, & in triduo &c. *Subdit causam, ac quid valet ista consideratio dicens.*

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Defici.* Deficere est timore tribulationis fidem negare. Item non debetis deficere, quia estis obliti vos consolationis? quasi dicat non debetis obliuisci.

b *Nondum enim vsque ad sanguinem &c.* ✱ THEODORETVS. Ostendit per comparationem quantum absint ab illis qui fuerunt lapidati, & secti & in cæde gladij mortui.

✱ CHRYSOSTOM. Hoc est, Necdum mortem sustinuistis pecuniarum tantum vobis damnum contigit, vel gloriæ. Exagitati tantum estis & persecutione passi. Christus pro vobis sanguinē fudit vos autē pro vobismetipsis necdū tale aliquid passi estis. Ille vsq; ad mortem pro veritate certauit pugnans pro vobis vos autē necdum ad pericula peruenistis quæ minantur interitum, & manus dedistis.

c *Et obliti estis &c* ✱ HAYMO. Sapiētia Dei patris quæ per Salomonem loquebatur inter cætera etiam protulit hoc per os illius quod Apostolus in exemplum assumpsit, hortans Iudæos ne deficiant in tribulatione, quia à domino arguuntur causa probationis. Dum ergo quis angustiis & ttibulationibus afficitur non debet fatigari, nec deficese, sed potius patienter sustinere, recogitans quia à domino corrigitur.

† exhortationis
† Pro.3.d.
† deficias
B

a ¶Si corpus deficit animus stet. ¶Non debetis deficere.
a fatigemini ānimis vestris deficientes. Nondum enim vsque 1
b ¶Et si vestra amisistis. ¶Infidelitatem de alia. ¶Quod bonum est, & ideò adhuc idem debetis facere, & non deficere. 2
c ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes, &
a ¶Christi in scriptura consolantis ¶Eius id est, Christi a quo fit consolatio.
obliti estis † cōnsolationis quæ vobis tanquam filiis loqui- 3
¶Verba Christi in prouerbiis Salomonis. ¶Ita. a ¶Tribulationis quibus eruditis
tur dicens. † Fili mi, noli negligere † disciplinām domini. 4
a ¶Vsque ad defectum. b ¶Quia præterita purgat ¶Vt coronet. 5
Neque † fatigeris du ab eo argueris. † Quē enim diligit Deus, 6
a ¶Hic castum facit corripiendo. b ¶Iusticia. ¶Quolibet modo. c ¶Aliter nullum recipit. d ¶Misericordia. 7
d cāstigat, flagellat autem omnem filium quem rēcipit. † In
¶In æternam hæreditatem. ¶Et ideo. a ¶Patienter ferendo. ¶Quia ¶In hoc quod disciplinam dat, sic ostendit patrem quod per simile Quis enim filius. 8
disciplina perseuērate. Tanquam filiis offert vobis se Deus 9
¶Id est cui non det disciplinam pater eius. ¶Filij in disciplina state. Quod non debetis.
e Quis enim filius, quem non corripiat pater? Quod si extra
¶Disciplinæ. ¶Filij. 10
f disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo † 11
a ¶Id est adulterini vel diaboli possessio estis. ¶Dei. ¶Item ratio quare debent esse in disciplina. ¶Ad vltimum. ¶Non animæ.
adūlteri, & non filij estis. Deinde patres quidē carnis nostræ 12
¶Nonne ergo.
g habuimus eruditores, & reuerebamur eos. Nū multo magis 13 14

D
optatum qui est cum peccato? Vnicus sine peccato, non tamen sine flagello, exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Non ergo turbari debemus, cum aliquis sanctus grauia & indigna perpetitur, si obliti nō sumus quæ pertulerit iustus iustorum sanctúsque sanctorum. Et attende hic iustitiam & misericordiā Dei. Iusticia est in eo quod flagellat. Misericordia verò in eo quòd recipit

e *Quis est fi. &c.* AVGVSTIN. Dat disciplinam, vt non auferat misericordiā. Cædit contumacem vt reddat hæreditatem. Si promissa patris benè agnouisti non timeas flagellari, sed exhæredari. Curre sub manu patris flagellantis quia dum flagellat erudit ad hæreditatem. Noli esse iniquo sensu & puerili, vt dicas, plus amat pater meus fratrem meum cui permittit facere quidquid vult quam me, quia si me mouero contra iussionē eius flagella inuenio. Potius gaude sub flagellis, quia tibi seruatur hæreditas.

† Correptionem
† 23.q.4.c. ca vin dicta
† Si castigationem sustinetis velutti
E
† Spurii
Apoc.3.d.

Flagellationis necessitas
Lib. de pastoribus li. 83. quest. 9. 82. l. 50. ho. hom. 46 & in Psal 31. 37. 73. 89. 88. 93. 114. Tract. 8 in Io. & lib. de pœnit. cap. 14.

d *Omnem filium.* AVGVSTINVS. Etiam vnicum sine peccato. Si ergo exceptus es à passione flagellorum, exceptus es à numero filiorū. Vnicus ille de patris substātia natus equalis patri in forma Dei, verbum quo facta sunt omnia, non habebat vbi flagellaretur. Ad hoc autem carne indutus est, vt sine flagello nō esset. Qui flagellat vnicum sine peccato, relinquit adoptatum

CHRYSO. Attende quod non ait. Omnis qui flagellatur filius est. Sed omnis filius flagellatur, aliter enim nullus recipitur.

f *Ergo adul.* Nota nō iure vocari patrem, qui ex adulterio genuerit, quia ab eo geniti non dicuntur filij legitimi.

g *Reuerebamur.* Reuereri est cū timore honorem impendere.

✱ THEODORETVS. Quià patribus corporalibus disciplinam suscipimus, spiritualis patris disciplinam non amplectimur? Patrem etiam spirituum patrem spiritalē vocauit vt qui sit fons donorum spiritualium per illos autem dedit nobis dignitatem adoptionis in filios.

F
☞ Et

NICOLAVS DE LYRA.

C
1 Fatigemini animis vestris deficient. *Propter quod dicit Grego. Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil tam durum est quod non æquo animo toleretur. & reddit causam huius, dicens.*

2 Nondū enim vsque ad sang. *Id est vsque ad sanguinis effusionē* restitistis aduer. peccatum repugnant.

3 Et obliti estis. *Hic consequenter inducit ad tolerandum malum pœnæ per autoritatem scripturæ. Et diuiditur in tres quia primò ponit autoritatem secundò sensum ipsius, ibi:* In disciplina. *tertiò ex istis arguit, ibi:* Quòd si extra disciplinam. *Circa primum arguit eos, quia videbantur obliuisci scripturam veteris Testāmenti in qua erant nutriti, dicens.* Et obliti estis consolationis. *Id est consolantis & est emphatica locutio.*

Diuisio.

4 Quæ vobis tanquam fi. lo. dicens. *Prouer. 3. mutantur tamen aliquantulum verba, sed est eadem sententia.*

5 Fili mi, noli neg. disci. domini. *Negligentes dicuntur quasi non eligentes & ideò ille disciplinam domini negligit, qui ipsam tanquam bonam non eligit, sed magis vt malam refugit.*

6 Neque fatige. *Per impatientiam, dum ab eo argueris & subdit causam.*

7 Quem enim di. dominus ca. *retrahendo à concupiscentia.*

8 Flagellat autem omnem fi. quem re. *Per flagella enim retrahitur homo à persecutione concupiscentiæ.*

9 In disciplina perse. *Hic ponit sensum prædictæ auctoritatis. In ipsa enim dixerat. Noli negligere disciplinam & iterum.* Neque fatigeris, *& hæc significant patientiam & perseuerantiam in flagellis, ideò dicit.* In disciplina perseuerate tanquam filiis vobis se of. Deus. *quando vos corripit quod ostēdit consequenter per simile. dicens.*

10 Quis enim filius quem non corripiat pater? *Quasi dicat nullus loquendo de filio vero & dilecto.*

11 Quod

11 Quod si extra disciplinam estis *Hic arguit ex prædictis. Et diuiditur in tres quia primò arguit ad inconueniens ducendo secundò exemplum experientiæ inducendo, ibi.* Deinde patres. *tertiò vtilitatem consequentem ostendendo, ibi.* Omnis autem disciplina. *In prima parte facit talem rationem. Omnes veri filij Dei facti sunt participes disciplinæ ipsius per tolerantiam flagellorum ergo si ab ipsa estis absoluti non estis veri filij Dei, sed adulterini filij mundi & diaboli, & hoc est quod dicitur.* Quod si extra disciplinam estis cuius &c. *Et patet litera.*

Diuisio

12 Deinde patres quidem carnis nostri habuimus &c. *Hic arguit ad idem per exemplum experientiæ.*

Circa quod sciendum quod duplex est differentia inter patrem carnalem & spiritualem, qui est ipse Deus. Prima est, quia pater carnalis non generat animam, sed tantum corpus disponit Deus autem eam infundit & ideò pater naturalis dicitur pater carnis: Deus autem dicitur pater spiritus, & per consequens verius habet rationem patris: quia ille dicitur verus pater qui dat formam. Et ideò disciplina Dei tanquā patri verissimi est maximè toleranda quia per hoc cōseruatur spiritualis vita & hoc est quod dicitur. Deinde patres quidē carnis nostræ habuimus eruditionis. *quia pater debet filio documentum sicut & nutrimentum.*

Differentia duplex inter patrem carnalem & spiritualem

13 Et reuerebamur eos. *Acceptando eorum disciplinam.*

14 Num multo magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus. *Quasi dicat, sic debet esse. Secunda differentia inter Deum & patrem carnalem est quia pater carnalis instruit filium & castigat ad aliquid transitorium, scilicet ad honestè conuersandum in hac vita quæ breuis est instruit etiam secundum regulam voluntatis suæ quæ falli potest Deus autem erudit filios suos ad æternam vitam recipiendam. Instruit etiam per regulam voluntatis suæ quæ infallibilis est, & ideo eius disciplina est maximè recipienda & acceptanda, & hoc est quod dicitur hic.*

✱ Et

A
a *Et illi qui.* Item alia ratio quare obtēperandum Deo est. vel:
b *Ad id quod vtile.* Scilicet in recipiendo sanctificationem.
c *Disciplina.* Quæ græcè dicitur παιδεία est eruditio per molestias quando pro peccatis suis mala quis patitur, vt corrigatur quæ hic intelligitur. Est & disciplina quæ scientia dicitur & à discendo nomen accepit, & Græcè. ἐπιστήμη dicitur.

Disciplina duplex.
Aug. in psa. 47. & lib. 14 de trinit.

✱ THEODORETVS. Omnis disciplinæ initia sunt tristia, & valdè molesta, sed iucundos & admirādos fructus producunt, ex Deo pacem & quæ laudatur iustitiam. Ita enim dicit dominus. *Angusta est porta & stricta via qua ducit ad vitam.*

d *Manus.* Id est effectum charitatis, qui Deum complectebamini olim iterum erigite sursum ad Deum. Et,

e *Genua.* Id est fortitudinem quæ soluta est refrigerata charitate.

f *Gressus.* Id est vt vestra fides rectè incedat confitendo quod credit, & si opus est patiēdo. Fides quę rectè dicitur pes quia totū portat. Ita rectos, vt nō aliquis deuiet à vera via fidei, sicut ille qui carnales obseruantias recipit, quod est errare. Et nō claudicet, vt qui timore passionis titubat, sed sanetur, si errauit vel timuit. Vel recti gressus sunt recta intentio in operibus.

g *Sanctimoniam.* Id est, castitatem mentis & corporis, vnde: *Beati mundo corde quoniam, &c.*

Sine

† Subiiciemur
† Ad paucos dies
Math. 7.
Haymo.
† 49. dis. c. hic etenim vir claud.
B
† Curā agētes
Mat. 5. a.

a ¶Animarum, quæ non de materia, vt corpora ex patribus.
b ¶Item Deo, quia per eum viuemus in æternum.
a † obtemperabimus patri spirituūm, & viuēmus? Et illi quidē 1
¶In his quæ volebant sin vanis.
† in tempore paucorum dierum secundū voluntatem suam 2
¶Pater spirituum. a ¶Ad fidem & bonam vitam. ¶Si recipimus disciplinam, quæ vos sanctificat. 3
b erudiebant nos. hic autem ād id quod vtile est † in recipien- 4
¶Sæte in disciplina, sed verum est quod est grauis quod poterant obiicere, ideo hoc dicit, vt soluat. 5
c do sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in pręsen- 6
a ¶Sed non ita est si quis modo cogitat futura ¶In alia vita. 7
ti quidem videtūr non esse gaudij, sed mœroris postea au- 8
¶In omni quiete possidendū. ¶Id est, pacem, qua maior non est. ¶Disciplinam. ¶Quem iusticia meretur. 9
tem fructum pācatissimum exercitatis per eam reddet iusti- 10
a ¶Vt habeatis alium fructum. b ¶Pigras in eleemosinis. c ¶Fortitudine qua firmiter vt genibus statur. d ¶Sursum ad Deum vt nec ocio torpeatis nec debilitate hæsitetis. 11
d ciæ. † Prōpter quod remissas manus & solūta genua ērigite, 12
e & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans 13
f a ¶A via rectitudinis. b ¶A peccatis recta intentione operando bona. c ¶Vsque adeo patiamini, vt pacem etiam cum tribulationibus habeatis. ¶Quæ est dilectio & concordia. 14 15
quis errēt, magis autem sanētur. † Pācem sequimini cum
Perfectionem in operibus quia sola fides non sufficit b ¶Pace & sanctimonia adeò necessaria est contendendo enim cum aliis oculum mentis extinguimus. ¶Ex eo quod desiderans te terret. 16
g omnibus, & sanctimoniām: sine quā nemo videbit deum. 17
h a ¶Sequimini pacem. ¶Attentione multa. b ¶Non solum vos quasi de aliis etiam sit cura vobis c ¶Quam humanæ prauitatis meritum sæpe repellit. 18
i † contemplāntes nē quis † desit grātiæ Dei. Ne qua 19 20
k a ¶Cogitatio mali. b ¶Dilectionis noxiæ ex qua amaritudo. c ¶Ad consensum & operationem veniens. d ¶Illam gratiam. ¶Amaritudinem. 21
rādix amāritudinis sursūm germinans impediāt & per illam 22

D
h *Sine qua ne. vi. Deum.* Ecce quomodo exterruit amatorem boni, id est visionis Dei. Non dixit in ignem mittetur, vel infatigabilibus tortoribus dabitur quæ tamen vera sunt. Sed volens te amatorem boni esse, id est, visionis Dei, non formidatorem mali, ait, sine qua nemo vide. deum, &c. Ex eo ipso quod desideras te terret. Aliud est timere pœnam, aliud amare iustitiam. Si timore gehennæ non facis malum, est quidē in te fides: quia credis futurum iudicium Dei. Gaudeo fidei tuæ, sed adhuc timeo maliciæ tuæ. Sit ergo in te pax & sanctimonia, sine qua non videbitur Deus, Nam vnde Deum videamus non habebimus, si contendendo in nobis oculum extinxerimus. Simus pacifici, vt agnoscamur filij, simus mundo corde, vt videamus Deum. *Beati enim pacifici, quia filij Dei vocabuntur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Aug. serm. 19. de verbis apost.
† In hoc vt impertiat nobis sancti moniam suā Haymo.
† Ro. 2. 1. a
E
† Deficiat gratia Mat. 5

i *Contemplantes, ne quis, &c.* Ne dubitetis posse esse tam patientes, quia gratia Dei præsto est, sed ne desitis ei, hoc modo potestis retinere gratiam.

k *Ne qua radix amaritudinis sursum germinans, &c.* Delectatio peccati verius dicitur amaritudo, & ideo vitanda. *Radix amaritudinis*, mala cogitatio, quæ non dulces fructus, id est, opera, sed amaros generat, quibus impeditur iter ad cœlum.

☞ Ne quis

NICOLAVS DE LYRA

✱
1 Et illi quidem. *Id est, patres carnales*
2 In tempore paucorum dierum. *Id est, præsentis vitæ.*
3 Secundum voluntatem suam. *Quæ falli potest.*
4 Erudiebant nos. *Quorum disciplinam recepimus.*
5 Hic autem. *Scilicet Deus.*
C
6 Ad id quod vtile est. *Id est, ad beatam vitam qua nihil melius, erudit nos.*
7 In recipiendo sanctificationem eius. *Id est, gratiam sanctificantem quæ ducit ad vitam beatam.*
8 Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris. *Hic arguit ad propositum ex vtilitate consequente. Ad cuius intellectum considerandum, quod malum pœnæ quædam medicina est, medicina autē licet sit amara & horribilis ad sumendum secundùm se & absolutè tamen ex consideratione eius finis, id est, futuræ sanitatis fit acceptabilis & ita debet esse de pœnis in præsenti ex consideratione futuri præmij & hoc est quod dicitur.* Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, *& bene dicitur videtur quia sic non est secundùm rei veritatem. Licet sic videatur carnalibus hominibus qui non considerant, nisi vitam carnalem. Ideo sequitur.*

Pœna medicinæ comparatur

9 Postea autem. *Id est, in futuro.*
10 Fruct. paca. *Id est, beatitudinem quæ quietat totaliter appetitū.*
11 Exercitatis per eam reddet iusticiæ. *Hoc additur, quia per iusticiam homo beatitudinem meretur. 2. Timo. 4. b. Reposita est mihi corona iusticiæ.*

Diuisio

12 Propter quod remissas. *Hic consequenter ostendit Apostolus qualiter se debent habere ad mala culpæ vitanda. Et diuiditur in duas partes quia primò ponit suam monitionem secundò monitionis rationem ibi.* Non enim accessistis. *Prima adhuc in duas quia primò monet hominem peccantem secundò non peccantem, ibi.* Pacem sequimini. *Primò igitur monet ipsum hominem peccatorem peccatum vitare omissionis quod consistit in duobus. Primò in ocio respectu boni operādi, & quantum ad hoc dicit.* Propter quod remissas manus erigi. *ad bonum operandum. Manus enim est organum organorum, vt patet 3. de anima & ideò manus remissa signat generaliter ocium. Secundo consistit*

Peccatum omissionis in duobus

consistit in debilitate respectu mali tolerandi, quæ signatur per solutionem genuum quia super genua innititur totum pondus & quantum ad hoc dicit.

13 Genua soluta erigite. *Id est, fortificate ad laborem debitum sustinendum. Monet etiam Apostolis vitare peccatum cōmissionis dicēs.* F

14 Et gressus rectos facite pedibus vestris. *Rectum enim est cuius medium non exit ab extremis. Obliquum autem quod exit ab extremis & ideò opus rectum est quod exit à limitibus rectæ rationis obliquum autem quod exit & sicut tibia quæ exit regulam potentiæ gressiuæ claudicat in gressibus, sic operans extra limites rationis rectè claudicat in moribus & errat. Ideo sequitur.*

15 Vt non claudicans quis erret magis autem sanentur. *Hoc autem contingit, quando actus ad ordinem rationis reducuntur, quia sicut infirmitas corporis causatur ex inordinatione humorum sic infirmitas animæ ex inordinatione actuum & affectionum.*

16 Pacem sequimini cum omnibus. *Hic monet hominem innocentem vt solicitè caueat ne in peccatum incidat. Et diuiditur in duas quia primò monet vitare peccata spiritualia secundo carnalia, ibi:* Ne quis fornicator. *Circa primum sciendum, quod peccata spiritualia corrumpunt pacem ad proximum & sanctimoniam ad Deum ideò dicit.* Pacē sequimini. *cauentes iniusticiæ, odij & huiusmodi.*

17 Et sanctimo. *Peccata quæ sunt contra diuinam reuerentiam.*

18 Sine qua. *Scilicet pace & sanctimonia.*

19 Nemo videbit Deum. *In cœlesti gloria propter quod dicitur de pace Mat. 5. a.* Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur. *Et de sanctimonia Apoc. 21. g.* Non intrabit in illā aliquid coinquinatum. *Et quia sine pace & sanctimonia nullus habet gratiam in præsenti ideo sequitur.*

20 Contemplantes ne quis desit gratiæ dei. *Gratia enim Dei nulli deest, quia Deus paratus est eam dare, sed homo peccans deest ipsi gratiæ subtrahens se ab ipsa per contrarium pacis & sanctimoniæ & quia non solū vitāda est discordia, sed etiā eius occasio ideò sequitur.*

21 Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, *Id est, contemplantes ne aliqua radix odij & rancoris à corde germinet. sursum in opere quæ impediat pacem.*

22 Et per illam inquinentur multi. *Quia ad conturbationem*

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Nequis fornica.&c.* Hic quomodo contemplari debeant, ne A quam radix amaritudinis germinet ostendit per partes in quibus aliquos de illis notat. (Haymo.)
b *Prophanus.* Quasi porro, id est, longe à phano, id est, templo Dei, id est penitus irreligiosus. Vel. *Ne quis forni.* vt cum fide teneat carnales obseruantias, vt concubina quæ est spiritualis fornicatio. *Vel Prophanus.* prorsus fide negligens, Vel erāt aliqui inter Iudæos sectatores Esau in fornicatione & gastrimargia. († Gen.25.d)

✠ THEODOR. Esau, fornicationē vocauit ingluuiem propter hanc enim vēdidit benedictionem primogenitorum. Neque verò errauerit quispiam, si B vocauerit fornicationem nefarium matrimonium eius, & cōtra leges Dei contractum, Duxit enim vxores alienigenas. († contractū)

a ¶ Exemplo. b ¶ Per partes in quibus aliquos notat. ¶ Sit. c ¶ Alienus à deo.
a inquinentur multi. † Nequis fornicator, aut prophanus, vt 1
b a ¶ Ecce quam procul à religione qui pro ventre dedit benedictionem. ¶ Dignitatem. 2
c Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Sci- 3
d a ¶ Nescitis sicut Esau, quia reprobatus est. ¶ Ita cauendum est, ne cū post mortem debent recipere benedictionem reprobentur & pœnitentia eis non valeat. 4
tote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedi-
a A deo, Isaac confirmante benedictionem Iacob. ¶ Caruit benedictione non quod non pœniteret, sed quia non pœnituit vt debuit dicens Veniet dies luctus patris mei & occidam Iacob fratrē meum. b Veniæ & locum benedictionis per pœnitentiam.
e ctionem, reprobatus est. Non enim inuenit pœnitentiæ lo- 5
f a ¶ Ex indignatione & dolore amissi honoris contra fratrem non ex vera pœnitentia. 6
cum, quanquam cum lachrimis inquisisset eam. † Non
¶ id est Palphabilem. a ¶ Quo motu corporis accederetur. 7
enim accessistis ad † tractabilen & † accessibilem ignem
a ¶ Vel comminationem ipsius legis. ¶ Hæc in datione legis facta sunt vt corda Iudæorum concuterentur ne auderent legem transgredi non hic terror in euangelio. 8
g h i & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, &

✠ CHRYSOSTOMVS. Honorem quem à Deo perceperat per propriam negligentiam & cupiditatem vendidit: qui proparua libidine magnum honorem & gloriam perdidit sempiternam. Non enim solus fornicator immundus est, sed etiam gastrimargus, qui ventri seruus existit. Nam & iste qui alterius libidinis seruus est, cogitur appetere plurima cogitur aliena diripere, innumeris modis turpis esse seruus existēs passionis illius

c *Vt Esau.* Qui dicitur fornicator, quia contra voluntatē patris & matris vxores alienigenas duxit. Prophanus dicitur quia gastrimargus, id est, seruus ventris extitit & gulosus vendens primogenita sua pro lenticula rufa. (Gen.25.d.)

d *Primitiua.* Vel primogenita sua primitiua hic appellat honorem & dignitatem sacerdotij quia ante sacerdotium Aaron omnes primogeniti erāt sacerdotes sicut fuit Sem. Et hæc erat magna dignitas, quia & de substantia & de hæreditate paterna maiorem portionē sumebat. Vestiúmque ornatus locupletior resplendebat, eique benedictio dabatur. Ecce quam procul à religione Esau fuit, qui pro ventre dedit benedictionem. Cuius C factum ideò cōmemorat, vt dehortetur ab illius similitudine. (Haymo.)

e *Non enim inuenit pœnitentiæ locum &c.* ✠ THEODORETVS. D Hoc Nouatiani sua esse arma existimant, sed suis ipsorum telis confodiētur. Esau enim nō fleuit agens pœnitentiam, sed fratris fœlicitati inuidens quod & Caim quoque accidit, quando concidit facies eius quia fratrem viderat diuina honoratum sententia. Quin etiā diuinus Apostolus hæc innuit. Pœnitētiæ enim locum (inquit) non inuenit, id est, non inuenit viā pœnitētiæ nec luxit propter ea quæ improbè erat machinatus, fleuit autē non peccatum, sed prosperum Iacob successum. Id testantur eius verba. *Venit & dies, inquit, luctus patris mei vt occidā fratrē meū Iacob.* Nō frustra autem dominus Apostolus meminit Esau, sed docens q; E ille etiam cum esset primogenitus per ingluuiem & improbitatē priuatus est benedictione & Iudęi cum primogenituræ iure essent honorati à salute etiam exciderunt gentes autem sunt consequuti. Præcepit ergo eis qui ex Iudæis crediderant non imitari iniquitatem primogeniti: sed recentioris populi benedictienem cōsequi. *Ita & Chrysost. Theophylactus Haymo, &c.* (Gen.27.f Exo.19.b. Gen.27. † accessum)

f *Non enim ac.* Dixerat, nequis desit gratiæ his modis quos subdidit, parata enim est gratia. Et hoc est. Non est ad asperitatem legis quam describit, vt è contra intelligatur suauitas gratiæ. Non ad ignem, sed ad spiritum sanctum, qui est ignis consumens peccata ad quem non motu corporis, sed spiritu itur.

g *Turbinem.* Turbo est vis ventorum cum grandine & pluuia, & significat impetum vitiorum quæ per legem magis damnata sunt modo venitur ad serenitatem per gratiā spiritus.

h *Caliginem:* Quia obscura lex modo clara intelligentia. *Procellam.* quæ est maior quam turbo, id est, tempestas quæ quocumque impellit hæc est seruitus peccati secundùm operationem quæ per legē trahebat homines modo autem est requies à vitiis in perfectis.

i *Turbæ so.* Quæ est signum motionis ad bellum, id est, motus delectationis qui non per legem, sed per gratiam extinguitur. F

☞ *Vocem*

NICOLAVS DE LYRA

✠ *pacis sequitur inquinatio multitudinis.*

1 Nequis fornicator. *Hic consequenter monet vitare peccata carnalia, quæ sunt duo potissimè scilicet luxuria & gula, quæ perficiuntur in delectatione carnali ideò dicit* Ne quis fornicator. *Id est, cōtemplantes diligenter ne quis vestrum sit luxuriosus.*

2 Aut Prophanus. *Id est procul à phano. Iste est gulosus qui de ventre suo facit deum, & de coquina templum. Et quia ex gula aliquando incidit homo in maiora peccata ideò sequitur.*

3 Vt Esau qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. *Hoc habetur Gen.25.d. Ius autem primogenituræ tunc temporis habuit annexum sacerdotium propter quod primogeniti habebant vestes speciales quibus induebantur diebus festiuis in sacrificij oblatione, & mensæ benedictione, & in paternæ benedictionis receptione sicut ibidē dicitur de vestibus Esau valde bonis quas Rebecca seruabat. Et ideo Esau ex gula cecidit in simoniam vēdendo spirituale. Iacob autem nō emit propriè, sed redemit vexationem suam, sciens quod ius primogenituræ suū erat quia de hoc à matre edoctum fuerat quæ hoc per reuelationem diuinam habuerat vt dicitur Gen.27. & ideo Esau meritò fuit reprobatus. Vnde sequitur.*

4 Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditate benedictionem reprobatus est. *Isaac enim in admiratione extasis factus, vt habetur Gen.27. ac per reuelationem habuit quod à deo factum erat de translatione benedictionis ad Iacob, ideo ipsam non reuocauit, sed magis confirmauit & Esau ipsi subiugauit vt patet ibidem. Vnde sequitur.*

5 Non enim inuenit pœnitentiæ locum. *Ad consequendum ius primogenituræ,*

6 Quamquam cum la. inquisis. eam. *Lachrymæ enim istæ non procedebāt ex dolore culpæ commissæ, sed solùm propter damnum temporale ideo non erat vera pœnitentia.*

7 Non enim accessi ad tra. *Superius ad vitandum malum culpæ Apostolis posuit suam monitionem hic consequenter ponit monitionis rationem. Ratio autem huius sumitur ex comparatione noui & veteris Testamenti & ideo illa comparatio primò ponitur secundò ex illa ad propositum arguitur, ibi:* Videte ne recusetis. *Prima adhuc in duas quia primò ponit ea quæ pertinent ad vetus Testamentum secundò ea quæ pertinent ad nouum Testa. ibi:* Sed accessistis. *Circa primum considerandum quod lex fuit pædagogus noster vt patet Gala.3. & ideo fuit conueniens paruulis & imperfectis qui à pedagogo terroribus inducuntur ad opera virtutis. Et ideo secundùm hoc, quod dicit hic Apostolus, & habetur Exo.19. & .20. lex data fuit in terroribus & ideò Apostolis primò describit illa quæ fuerunt terribilia populo legem recipienti, secundò ostendit quod fuit terribile ipsi legislatori, scilicet Moysi, ibi:* Moyses dixit. (Diuisio / Diuisio)

Circa primum Apostolis ponit tria terribilia. Aliqua enim erant terribilia visu scilicet ignis qui videbatur in monte, & caglio tenebrosa ex nubis densitate, vt habetur Exo.19.a. & hoc est quod dicit Non enim acces. ad tra. & ac. ignem. *Ignis enim qui videbatur in monte, erat corporalis & per consequens tractabilis, id est, tactu cognoscibilis, erat etiam in loco determinato, & per consequens accessibilis tamen ad ipsum non accedunt suscipientes nouum Testamentum, sicut accesserūt recipientes vetus Testamentum, non tamen immediate ad ipsum, sed quia breui spacio distabant, ita quod vocem loquentis de medio ignis intelligebant. Aliqua etiam erant terribilia auditu scilicet procella venti quæ audiebatur in aëre, & sonus tubæ, & vox angeli loquentis in persona Dei & quantum ad hoc dicit.* (Terribilia le. ve.)

8 Et procellā & tubæ sonū, & vo. ver. quā qui au. ex cu. &c. *Vt* ✠ *habetur*

☞ a *Vocem ver.* Huiusmodi vox est legis præceptio & commina- A tio, quam populus grauem putauit & intolerabilem, quia sola præceptio erat sine gratia adiuuante.
b *Non enim por.* Quia sine gratia insufficientes erant ad obseruanda præcepta.
c *Et si be. te. mon. la.* Mons est diuinitas, bestia defectus rationis, quod est quando verbum blasphemiæ profertur in Deum. Tangere est offendere. Tangit ergo montem bestia qui offendit Deum blasphemia, quem præcipit lex sine misericordia lapidari. Sed in ecclesia, si vult reuerti, misericorditer suscipitur. Moyses exterritus est, quia tanta erat asperitas, & vt perfecti terrerentur, quia non erat ibi adiutrix gratia. Modo autem nec imperfectis grauis est præceptio, cum iugum suaue & onus leue. Non ad tam aspera. († Exo.20. / Exo.19.b. / B / Mat.11.d.)

a ¶ Non loquatur nobis dominus Deus, ne forte moriamur.
a vocem verborum: † quam qui audierunt † excusauerunt se,
a ¶ Non poterant ferre vocem angeli præ timore, videntes totum montem Sina fumare procellas, tonitrua, & voces turbarum audientes.
b ne eis fieret verbum. Nōn enim portabant quod dicebatur: † 1
¶ Sic præcepit dominus. ¶ Moyses dixit longè state, quia si bestia, etiam. a ¶ Grandine. ¶ Multum fuit terribile quod & Moysen terruit, vt subditur, Moyses &c. b ¶ Quod non audire auderent.
c & si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat 2
a ¶ Quid ergo alij? 3
quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, & tre- 4
d a ¶ Id est, ad eos qui in alto Deum speculantur, quod speculari est magnum præmium. b Hoc est. 5
e mebundus. Sed accessistis ad Sion montem et ciuitatem 6
f a ¶ Ad visionem pacis cœlestis. b ¶ Ad. c ¶ Cum pluribus maior beatitudo. d ¶ Quorum socij futuri estis. 7
Dei viuentis Ierusalem cœlestem, et multorum milium an- 8
¶ Ad. ¶ Apostolorum.
gelorum frequentiam, & † ecclesiam primitiuorum, 9
¶ Qui primi crediderunt. Ad similitudinem, vt patres conscripti. a ¶ Quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. b ¶ Id est, Christum, cui pater dedit omne iudicium. ¶ Et ita iudicabitis cum eo.
g qui cōnscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum: 10 11

d *Sed acces.* Ex superioribus ista pendent, vbi dicit ad quæ accesserint post remotionem illorum, & non ponit contraria eorum quæ ex opposito intelliguntur, sicut sup. assignatum est, sed primum quod ex eis sequitur, vt per hoc magis suadeat tenendam esse gratiam.

e *Ad Sion.* Id est, ad eos qui in alto speculantur Deum, quod speculari est magnum præmium.

f *Et ciuitatem Dei.* Quia Deus in eis habitat, quia eos iustificat: aliud præmium. *Et iudi. omnium &c.* Id est, ad Deum qui erit possessio iustorum, cum erit omnia in omnibus. Erit & aliorum sed magis perfectorum: & per hoc suadet perfectionem. Vel: *Accessistis.* Ad spiritus iustorum, quibus socij in fide & opere. Vel C ad spiritumsanctum, qui facit perfectos iustos. Per quæ autem hæc omnia habeant subdit. *Testamenti no. me.* Id est, per Iesum qui dedit testamentum: & per sanguinem Christi. *Melius lo. quam Abel.* Qui primus iustus fuit, quem & posuit & omnibus aliis, quorum sanguis nullam remissionem facere potuit: tunc multo minus sanguis animalium, sed sanguis Christi fecit. Vel, melius loquitur, id est, loquentes facit: quòd Iesus est filius Dei, à quo redempti sumus quàm sanguis Abel, qui facit nos loqui Abel fuisse virum iustum & in figura Christi immolatum. Caligo, obscuritatem legis significat, turbo comminationem. Si quis hoc fecerit timore, moriatur. Procella ipsam vindictam. Sonus tubę aduentum Dei. vnde: In tuba Dei descendet de cœlo, id est, in D voce angelorum. Vox verborum non ipsius Dei: sed angelorum. Per angelum enim loquebatur Moysi. (Mysticè / 1. Tes. 4.d.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Illic ponitur Moses, hic Iesus: illic nominat plebem, hic milia angelorum. Primitiuos autem quos dixit? Fideles videlicet, & spiritus iustorum perfectorum. Cùm istis, inquit, eritis. Et ad mediatorem, noui testamenti Iesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentem quàm Abel. Quid autem? Num Abel sanguis loquutus est? Ita est inquit. Nam supra dixit, *& per eā,* hoc est per fidem, *adhuc vsque mortuus loquitur.* Et item: E *Dixit Deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Si ue ergo isto modo intelligendū est, siue illo, quoniam adhuc vsq; celebratur hoc factū, verūtamen non ita iste, sicut sanguis Christi est. Ipse namque mundos reddit vniuersos, & vocem emittit tanto significantiorem atque clariorem, quanto maius testimonium ex rebus ipsis accepit. († deprecati sunt. / † Exo.19.b. / Gen.4. † concionē primogenitorum.)

✠ HAYMO. Sanguis Abel vindictam exposcebat homicidij fratris, sanguis verò Christi vitam & indulgentiam implorabat suis persecutoribus, dicente illo ad patrem: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Vel certè melius loquitur, dum nos loquentes facit, quod Iesus ipse est filius Dei, cuius passione sumus redempti, & baptismate abluti: & quia per sanguinem eius sumus effecti filij Dei. (Luc.23.)

✠ AVGVSTINVS. Vide ergo distantiam. Ibi post pascha quod agitur immolatione, celebratum erat quinquagesimo die descendit Deus in Sina in igne: sed plebem longè stantem territans, & digito suo scribens in lapide, non in corde. hic verò F spiritussanctus qui est digitus Dei, venit, vbi congregati erant fideles in vnum in igneis linguis, non de longinquo territans, immo sedit super singulos eorum. De cœlo quidem factus subito sonus, quasi ferretur flatus vehemens sonuit: sed nullus expauit. Ibi ignis & fumus, hic autem ignis ferens. (Serm 6. de verb. Apost / Act. 2.a)

g *Qui conscripti sunt.* Quasi dicat. Ne dubitetis ad angelos peruenire, quia vestri antecessores peruenerunt, & hoc est. *Qui conscripti sunt.* Id est, cum eis qui in cœlis sunt, scripti sunt, id est in eorum ordine sunt.

☞ *Mediatorem*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *habetur Exo.20.c. vbi dicitur, quòd filij Israel terrore concussi dixerunt Moysi.* Loquere tu nobis & audiemus: non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, *& causa huius subditur.*

1 Non enim portabant quod diceba. *Id est, non poterant sustinere præ timore. Aliqua etiam erant ibi terribilia ex cōminationis actu, quia ibi fuit dictum quòd si homo vel bestia transiret terminum constitutum, interficeretur, vt patet Exo.19.b. Apostolus autem hoc tantum resumit de bestia: dicens.*

2 Et si bestia tetigerit, &c. *Et ideo concludit ex prædictis.*

3 Et ita terribile erat, &c. *Notandum quòd omnia illis contingebant in figura, vt dicitur 1. Cor.10.c. & ideo ista terribilia in datione legis aliquid designabant quia ignis designabat seueritatem diuinæ iustitiæ ad puniendum legis transgressores. Vnde dicitur Deut. 4. d.* Deus noster ignis consumens est. *Turbo, austeritatem pœnarum quæ erant in lege. Caligo, id est, velamen legis, quia omnia erant sub figurarum velaminibus. Procella, terrorem comminationum, quæ erant in veteri lege. Sonus tubæ, grauitatem præceptorum. Vox verborum, multitudinem ipsorum. Comminatio occisionis, periculum transgressionis.*

4 Moyses dixit. *Hic consequenter agit de timore legislatoris scilicet Moysi: per hoc ostenditur quòd lex illa fuit terribilis, non solum hominibus imperfectis, sed etiam perfectis, quia ostendebat culpam, sed non dabat gratiam, propter quod dicitur Act.15.c.* Hoc est onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. *Timor autem Moysi non habetur Exo.24. vbi agitur de datione legis. sed Exo.3. in visione rubi, & hoc est quod dicitur hic:* Moyses dixit. *Id est facto ostendit.*

5 Exterritus sum & tremebundus. *Quia ex timore faciem abscondit, vt ibi dicitur.*

6 Sed accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei. *Hic consequenter ponit Apostolus conditiones noui Testamenti, in quo nobis tria promittuntur. Primum est spes gloriæ, quæ gloria consistit in visione clara quantum ad intellectum, & quantum ad hoc dicit.* Sed accessistis ad montem Sion. *Id est, vos qui estis renati per fidem catholicam, accessistis in certa spe ad altitudinem speculationis diuinæ. Sion enim specula interpretatur. Consistit etiam in fruitione perfecta, quantum ad effectū: quia ibi quietatur affectus: & quantum ad hoc dicit.* (Cōditiones noui Test.)

7 Et ciuitatem Dei viuentis Ieru. cœlestem. *Ierusalem enim interpretatur visio pacis. Consistit etiam gloria in societate iocunda quantum ad decoris complementum, & quantum ad hoc dicit.*

8 Mult. mil. ang. fre. *Secundū quod nobis promittitur in nouo Testamento, est participatio ecclesiæ in apostolis fundata, & hoc est magnum bonum scilicet esse participem talium, & quantum ad hoc dicit.*

9 Et ecclesiam primitiuorum. *Id est, apostolorum, qui fuerunt primi fructus ecclesiæ & primi fundatores eius post Christum.*

10 Qui conscripti sunt in cœlis. *Id est, in libro vitæ. Tertium quod nobis promittitur in nouo Testamento est familiaritas trinitatis beatæ & quantum ad hoc dicit.*

11 Et ad iud. omnium Deū. *Id est, ad patrem cuius propriū est iudicare, quia si filius iudicat, hoc habet à patre, vt dicitur Ioan.5.d.* Pater omne iudicium dedit filio *ad ipsum inquam accessistis per fidem.*

✠ Et spiritum

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Mediatorem.Ie.* Quia enim incredibile videbatur quod promittebat Deus scilicet ex hac mortalitate, corruptione, abiectione, informi puluere futuros homines æquales angelis Dei, non solum scriptura hominibus fecit vt crederent, sed etiam fidei suæ posuit mediatorem, non quemlibet principem vel angelum, sed vnicum filium, vt qua via nos perducturus esset ad illam ineffabilē immortalitatem, & cū angelum æqualitatem, per ipsum filiū ostenderet & præberet. Parum enim erat Deo facere filium suum demonstratorem viæ, ideo eum fecit viam, vt per illā iremus. Missus est ergo medicus quem non cognouit ægrotus. Ideóque eū occidit, sed & aspersus sanguis medici valuit ad medicamentum ægroti, Venit, vt visitaret: occisus est, vt sanaret. (A; Aug in psa. 109.)

b *Videte ne recusetis,&c.* ✠ THEODORETVS. Quoniā illi dixerunt. *Loquere ad nos tu, & ne loquatur ad nos Deus*, adhortatur eos ne illorum crassam imitentur stultitiam, & ne quemadmodum illi Dominum relinquant, & ad famulum accurrant: & pro Christo Mosen assumant: & pro nouis, in antiquis permaneant. Atqui inquit, non Deus eis de cœlo, sed in Sina mōte legem dedit. Nos autem de cœlis aduentū Domini expectamus. (B; †Aggei 2.b; †eorū quæ cōcutiūtur.; † nō concutiuntur † quod concuti nō possint; Hospitalitas laudatur.)

✠ HAYMO. Vel sic. Cauete ne contemnatis Iesum loquentem per euangelium suum, quoniam in dextera patris sedet considerans quid vnusquisque nostrum agat.

c *Si enim non effugerunt,&c.* ✠ HAYMO. Si patres vestri vindictam omnipotentis Dei non effugerunt, qui præcepta illius præuaricati sunt fabricando idolum, quæ per Moysen vel angelum data sunt illis, quorum vterque in terra loquebatur: multo magis nos non poterimus euadere vindictam illius, si præcepta quæ per filium data sunt, contempserimus. D

d *Adhuc se. ego moue.* Quasi dicat iam fuerūt mota, sed adhuc mouebo: per semel notat quōd vlterius non mouenda. († conciliatorem)

e *Sed etiā cœ.* Quod inferius est scilicet aëreum: vnde dicuntur aues cœli. Totus autē penè aër iste vētosus, quem cœlum vel cœlos scriptura vocat: istos vtique imos, non illos supremos vbi sol & luna & sidera cōstituta sunt dicit hic scriptura mouendos, & alibi perituros propter magnam sui quandā commutationem. E († concutio)

f *Quæ sunt immobi.* Quasi dicat id quod sunt: quia quidquid erunt vel in principalibus essentiis, vel in formis extrinsecus sumptis, secundum id immobilia erunt. († vt pote quæ facta sunt; † habeamus)

g *Itaque fratres re. immo.* Quia cœlum & terram immobilem promittit, patet quōd habemus gratiam, sine qua non possemus ad illud promissum peruenire, sed per eam suscipimus illud regnum immobile, & ideo nullus desit gratiæ. Vel.

h *Habeamus gratiam per quam seruiamus.* Id est, fidem, spem & charitatem in sancta operatione. Vel. *Habeamus gratiam.* Id est, gratias agamus de omnibus, non murmurantes in aliquo, quia sic bene seruitur Deo.

☞ Deus

¶ Spiritus, id est, animus. ¶ Vel spiritum. a ¶ Per quem possunt fieri socij angelorum.

a & spiritum iustorum perfectorum, & testamēti noui † mediā- 1 2

a ¶ Ad emundationem sanguinis Christi. b ¶ Quia iste veniam, ille vindictam, iste salutem, immo & persequentibus veniam, cum inquit. Pater ignosce &c. ille damnationem clamat.

torem Iesum & sanguinis aspersionem melius loquentem 3

a ¶ Quia ad Iesum accessistis, cuius sanguis melius lo. &c. ergo. b ¶ Per euangelium qui carnalia prohibet & spiritualia præcipit. c ¶ Patres nostri.

b quàm Abel. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non 4

c a ¶ Pœnam. b ¶ Id est, Christum qui terrena, id est, carnales obseruantias dabat per Moysen, & terrena promittebat. ¶ Moysen, vel angelum. 5

effugierunt, recusantes eum qui super terram loquebatur,

a ¶ Non effugiemus. b ¶ Eundem loquentem nobis spiritualia & promittentem æterna.

multo magis nos qui de cœlo loquentem nobis auertimus, 6

¶ Quia idem. ¶ Vt comminaretur ne recusarent. a ¶ Cum de terra loquebatur. ¶ Cum legem dabat in sina.

cuius vox mouit terram tunc. Nunc autem repromittit, di- 7 8

¶ Non minatur, sed promittit, & ideo multo minus debet s recusare. a ¶ In Aggæo hoc legitur.

d cens: † Adhuc semel & ego † mouebo, non solum terram, sed 9

e a ¶ Inferius. ¶ Aereum. b ¶ Huius autoritatis sensum exponit.

† etiam cœlum. Quod autem adhuc semel dicit, declarat † 10

¶ Per adhuc mo. ¶ Quod potest, quia fecit ea.

mobilium translationem † tanquam factorum, vt maneant 11

¶ Hoc notat per semel. a ¶ Postea æternaliter.

f ea quæ sunt † immobilia. Itaque fratres, regnum † immobile 12

g ¶ Iam spe.

h suscipientes, † habemus gratiam per quam seruiamus pla- 13 14

NICOALVS DE LYRA.

1 Et spiritum iustorum perfectorum. *In quo tangitur familiaritas spiritussancti qui facit iustos perfectos. Familiaritas autem filij erga nos tangitur, cum subditur.* C

2 Et Testamenti noui mediatorem Iesum. *Qui per effusionem sui sanguinis confirmauit nouum Testamentum, sicut sup. dictū est ca. 9. Ad hanc autem effusionem accedimus per baptismum, in quo nobis communicatur efficacia passionis Christi delendo culpam & pœnam, & quantum ad hoc dicit.*

3 Et sanguinis aspersionem me. lo. quam Abel. *Quia sanguis Abel loquitur vindictam, vt habetur Gen. 4. Sanguis Christi loquitur veniam: quia in effusione sanguinis orauit pro transgressoribus: sicut fuerat prædictum Isa. 53. d. Et pro transgressoribus orauit.*

4 Videte ne re. *Posita conditione noui & veteris Test. ex hoc consequenter Apostolus arguit ad propositum. Et diuiditur in tres partes: quia primò intentionem suam præmittit, secundò ad propositum arguit, ibi:* Si enim illi. *Tertiò intentum concludit, ibi:* Itaque regnum. *In prima parte dicit sic.* Videte ne re. lo. *Dixerat enim, quòd sanguis Christi melius loquitur, quàm Abel, ideo intendit Apostolus inducere ad obediendum huic locutioni. Loquitur enim nobis primò commemorando beneficium suæ passionis: Thre. 3. c.* Recordare paupertatis, &c. *Secundò loquitur exhortando ad exemplum imitationis. 1. Pe. 2. d.* Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum. (Diuisio)

5 Si enim illi. *Hic arguit ad propositum, scilicet quòd sermoni sit obediendum. Et diuiditur in duas partes: quia primò arguit, secundò quoddam suppositum in arguendo probat, ibi:* Nunc autem. *Circa primum facit talem rationem: Magis obediendum est voci illius qui mouet cœlū, quàm voci illius qui mouet terram: angelus autem qui loquebatur in monte Sinai mouit terram: quia Exo. 19. dicitur*, quòd mons tremebat. *Christus autem mouet cœlum & terram, ergo magis est ei obediendum, & hoc est quod dicit.* Si enim illi non effu. *Quia Iudæi inobedientes angelo loquente in monte Sinai fuerunt grauiter puniti, vt patet ex decursu veteris Te.* (Diuisio)

6 Multo magis nos qui de cœ. *Quasi dicat nos qui scimus Christum sedere ad dexterā patris, merito puniemur si fuerimus inobedientes.*

7 Cuius-

7 Cuius vox mo. *Id est, vox angeli loquentis in monte Sinai, vt dictum est. sed vox Christi mouet cœlum.*

Aliter exponitur de Christo. Cuius vox ter. *Id est, vox Christi, quia angelus loquebatur in monte Sinai in persona Dei: & per consequens in persona Christi, quia Christus Deus est, sicut verbum præconis dicitur verbum regis.* F

8 Nunc autem. *Hic probat quòd Christus moueat cœlum: quòd erat suppositum & probat hoc per auctoritatem Aggæi 2. & loquitur ibi propheta de primo Christi aduentu, vt manifeste patet: tunc ei Christus mouit cœlū cum stellā nouam apparere fecit, vel potius cum humanitati eius ascendenti cœlum patuit, & hoc est quod dicitur.* Nunc autē repro. *Id est, pro tempore noui Te. quia licet prophetia Aggæi fuerit dicta tempore veteris Test. erat tamen impleta tempore noui: in quo Christus mouit terram in suam passionem & cœlum in sua ascensione & hoc est quod dicitur.*

9 Adhuc se. & ego mo. *Et bene dicit semel, quia vltra non claudetur aditus cœli sicut antea claudebatur, & per hoc designatur amotio legalium, quæ propter sui imperfectionem non introducebant ad cœlestia, & hoc est quod dicitur.*

10 Quod autem adhuc se. di. de. mo. transl. tanquam fa *Id est, tanquam amotionem legalium quæ erant ad tempus instituta.*

11 Vt maneant ea quæ sunt im. *Id est, lex noua quæ est duratura vsque ad finē mundi: per hoc etiam intelligitur gloria cœlestis, quæ est simpliciter immobilis, ad quam lex noua immediatè introducit.*

12 Itaque fratres. *Hic consequenter ex prædictis concludit conclusionem principaliter intentam: multipliciter enim declaratum est per prædicta, q Christus in nouo Test. promittit bona immobilia & æterna: nos autem sumus participes noui Test. ideo hæc bona habere possumus si volumus: quia Christus non deficit promissa soluendo, nisi deficiamus in accipiendo, & est quod dicitur.* Itaque fratres regnum immobile suf. *& subdit per quod possumus suscipere, dicens.*

13 Habemus gratiam. *Id est, de facili habere possumus:* quia gratia & veritas per Iesum Christum facta est. *Ioan. 1. a.*

14 Per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia. *Et subdit causam.*

✠ Etenim

a *Deus noster &c.* Factus *ignis*. Id est, spiritussanctus qui est donum & gratia illa, quia nobis gratis datus. (A)

AVG. Abraham humanitatis officia præbens quæ necessaria nisi infirmæ carni esse non possunt, mirum nisi homines arbitratus est: sed in quibus Deum loqui intellexit, quibusdam indiciis postea angelos esse cognouit, cum se vidente in cœlos irent. Sic & Loth qui occurrit & adorauit, angelos intellexit: sed rursum cum ad refectionem inuitat, homines putat, apparebat ergo quibusdam signis diuinitus esse missos, qui homines tamen esse crederentur. Exhibuit itaque hospitalitatem, vt sanctis hominibus in quibus Deum esse cognouit, cum eos sicut & ipse Abrahā angelos esse nesciret Abraham in tribus, Loth in duobus Deum nouit, cum singulariter eis loquebantur tamen homines eos arbitrabantur, cum refectionem ministrabant. D (Aug. li. 4 in Gene. q. 37. & 41.; Gen. 19. a.)

✠ AVGVSTINVS. Consumit veterem vitam diuinus amor, & innouat hominem, vt ex eo quod Deus ignis consumens est siue edax, faciat vt nos amemus eum: ex eo autem quod ęmuletur, ipse nos amet. Noli te ergo timere ignē qui est Deus, sed quem ipse parauit reprobis. (Lib. cont. Adimant. c. 13.; †Deut. 4 b)

✠ THEOP. Deus noster cùm ignis sit subinde consumens, erit à nobis omninò verendus, ne veluti contemptores, & sui nullam habentes rationē, tollamur è medio, hoc igne absumpti.

a ¶ Quia Deus & Iudex omnium. b ¶ Amore honoris, quia pater, id est, diligentes eum vt patrem. c Per gratiam possumus placere, quia Deus consumit omnia peccata & per hoc quod purgat & facit seruire in virtutibus, placemus Deo.

a centes Deo cum metu & reuerentia. † Etenim Deus noster 1

ignis consumens est.

NICOALVS DE LYRA.

1 Etenim Deus noster ignis consumens est. *Respectu reproborum, sed est ignis purgans respectu electorum. Dicitur autem hic Deus ignis causaliter, quia ignis inferni agit vt instrumentum diuinæ iustitiæ, purgans electos & puniens reprobos. Sicut enim in eodem igne aurum rutilat, & palea fumat: sic in eodem igne electi purgantur, & æternaliter reprobi cruciantur secundùm Grego. 4. dialogorum.* B E

CAPVT XIII.

a *Charitas.* Sequitur. *Quidam* Vt Loth nesciens esse angelos, sciens tamen quis in eis esset.

AVG. Alia translatio. Per hanc enim quidam nescientes hospitio receperunt angelos, vt Abrahā & Loth receperunt eos nescientes esse angelos sed arbitrantes esse homines, in quibus Deus esset, & loqueretur. (Gen. 18. a. & 19. a.)

✠ CHRYSOST. Intuere quomodo eos præcepit præsentia custodire. Non dixit, efficiamini amatores fratrū: sed permaneat charitas fraterna. Et iterum. Nō dixit hospitales efficiamini, tanquam si non essent: sed, hospitalitatis nolite obliuisci. Ex tribulationibus enim poterat hoc fortasse contingere. Per hāc, inquit, quidam inscientes, angelos in hospitio receperunt. Attendis quantus honor, quantum lucrum? Propterea & multa mens est, quia nesciens eos angelos esse, in hospitio recepit: nam si cognouissent, nihil magni fecissent. (C; † afflictorū)

✠ THEOD. Abraham patriarcha cùm tanquam ad homines accessisset, inuenit angelos, & Dominum angelorum. Ita etiam beatus Loth vt homines quidem angelos suscepit: vt ab angelis autem suscepit benedictionem. (Gen. 18. 19.)

✠ AVGVST. Veniat sanctus pater Abraham, & quid fecit innotescat. Veniat & nepos eius Loth, & dicat propter quid vel quomodo à Sodoma per angelos liberari meruit. Veniat & Tobias ducens secum filium suum, & propter quid per angelum illuminari meruit, & filium custodiri meruit. Quid aliud dicere poterit Abraham, nisi quod hospitalitatem semper seruare voluit? O sancta veráque hospitalitas, quæ non solùm angelos, sed etiam ipsum Deum aliquando recipere meruisti. Discite ergo Christiani, discite hospitalitatem exhibere in cunctis, ne fortè cui domum clauseritis, ipse sit Deus &c. (Ser. 46. ad fratres in eremo.)

CAPVT XIII.

¶ Hinc moraliter instruit Apostolus. ¶ Charitas sit inter vos, quia fratres estis.

CHaritas fraternitatis maneat in vobis † 1

a ¶ Quia hanc habuerunt antequam spoliarentur suis.

& hospitalitatem nolite obliuisci. Per

a ¶ Deo. b ¶ Abraham & Loth.

hanc enim † placuerunt quidam ange-

a ¶ Quod præter hospites. ¶ Pro fide Christi, ita eis compatiendo. ¶ Benefaciendo. b ¶ Ita compatimini, & subuenite ac si essetis vincti.

b lis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanquam 2

a ¶ Quibus imminet labor. ¶ Benefaciendo. b Per quod experti estis quid necesse sit laborantibus

simul vincti, & † laborantium, tanquam et ipsi in 3

a ¶ Non meretricabile. b ¶ Vt amore filiorum vxor ducatur legitima, temporibúsque certis ab ea abstineatur. c ¶ Sit. 4

c corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, 5

b *Tanquam si.* Sicut vobis vinctis velletis subueniri, vel laborantibus.

✠ HAYMO. Hoc est. Sicut optaretis vobis subueniri, vestrique meminisse, si essetis in carcere vincti, ita mementote illorum qui pro fide Christi vinculati tenentur: *& laborantiū*, subaudi mementote, tanquam & ipsi in corpore sitis morantes, quod est dicere. Quia in corpore adhuc estis morantes necesse est laborantibus, per quod experimento cognoscitis quid mementote illorum qui laborant in doctrina & operatione sancta, subministrando victum & vestimentum, sicut velletis vestri meminisse, si taliter laboraretis. (†Rom. 12. c 1. Petr. 2. b.; † quidā inscientes exceperūt angelos hospitio.; F)

c *Honorabile connubium,&c.* ✠ THEODOR. Hanc legem tulit Deus ab initio, *faciamus*, inquit, *ei adiutorium*. Cùm itaq; affinxisset, adduxit, & eos coniunxit, & nuptiarum dedit benedictionem. *Crescite* dicens, *& multiplicamini, &c.* (Gen. 1. & 2.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Contemplare quantus illi de pudicitia sermo profunditur. Et primò cùm posuisset, honorabile connubium in omnibus, ostendit quod merito inferat quæ sequuntur. Si enim connubium concessum est, iustè scortator suppliciis afficitur, iustè puniuntur adulteri, &c.

☞ Sint

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XIII.

Charitas fra. *Superius Apostolus hortatus est eos, quibus scribebat ad mala perferenda, hic consequenter hortatur eos ad bona operanda. Et diuiditur in duas, quia primò hortatur ad bonum, secūdò confert eis suæ orationis suffragium, ibi:* Deus autem pacis. *Prima in tres, quia primò hortatur eos ad bonum operandum erga proximos: secundò erga seipsos, ibi:* Honorabile connubium: *tertiò erga prælatos, ibi:* Mementote præpositorum. (Diuisio)

Circa primum considerandum, quòd nullum opus est meritorium sine charitate, vt habetur 1. Cor. 13. ideo dicit.

1 Charitas fra. &c. *Si autem sit vera, debet ostendi in opere. & ideo consequenter tangit tria in quibus debet ostendi charitas vera. Primum est receptio hospitum: & quantum ad hoc dicit:* Et hospitali. nolite obliui. *& subdit causam, di.* Per hanc enim pla. quidam ange. ho. *& hoc patet de Abraham & Loth, Gen. 18. & 19. angelos enim apparentes in specie hominum receperunt hospitio credentes primò eos esse homines, sed in fine sciuerunt eos esse angelos in persona* Dei *loquentes. Secundum in quo debet charitas ostendi, est compassio oppressorum, & quantum ad hoc dicit.* e

2 Mementote vin. &c. *Id est, laborate pro illorum redemptione & liberatione tanquam pro vestra. Tertium in quo debet ostendi charitas est subleuatio pauperum & infirmorum: & hoc est quod dicitur.*

3 Et laborantium. *Supple mementote.*

4 Tanquam & ipsi in cor. mo. *Et experientia defectuum in vestro corpore debet vos ad subuentionem aliorum monere, secundùm quod dicitur Eccle. 31. b.* Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso.

5 Honorabile connub. *Hic hortatur eos Apostolus ad bonum quantum ad seipsos, & hoc in duobus. Primò in repreßione luxuriæ, secundò in euitatione auariciæ, ibi:* Sint mores. *Circa primum considerandum: quòd luxuria quantum ad communitatem hominum reprimitur per continentiam coniugalem, & hoc est quod dicit:* Honorabile connu. (Diuisio)

✠ in om.

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Sint mo.* Postquam sua perdiderant: volebant iterum congregare: quod prohibet. Sed ne dicerent, quid si necessaria defecerint? subdit consolationem. Ipse omnipotens Deus dicit.
b *Sine aua.* Auarus est, qui tenax est in largiendo, cupidus in accipiendo.
c *Non te deserā.* Hoc dicit omni sperāti in se sicut Iosue, ita est nobiscum, *vt confidenter dicamus.*
d *Neque de.* Derelinqueretur qui fame periret: sed quia hoc non est, non sit homo cupidus.
e *Non ti. quid faci. mi. ho.* Homo omnis aduersarius etiā diabolus, qui homo ab officio, eo scilicet, quod hominem decipiat. (margin: † Iosue 1.a. † Psa. 117.a.)
B f *Mementote præ. &c.* Quia longum est de singulis dicere, monet sequi magistros. (margin: † 11. di. ca. nolite.)
✠ THEODORETVS. Dixit de sanctis qui iam erant defuncti. Stephano primo martyre, Iacobo Ioannis fratre, Iacobo iusto cognomine Plurimi etiam alij à Iudæorum rabie perempti fuerant. Ad eos inquit, respicientes, & eorum laude dignum vitæ institutum scientes, fidem imitemini. (margin: † circūferri)
g *Christus Ie. he. &c.* Hoc pertinet ad superiorem sententiam, vbi testatus est Deum dixisse: *Non te deseram, neque relinquam.* Poterat enim illis videri, quòd hęc promissio ad Iosue tantum pertineret, ad quod respondet, quòd & nos iuuabit sicut iuuit illum. Q.d. non dubitandū, quia qui heri, id est, in præterito adiuuit Iosue hodie, id est, in præsenti adiuuat & adiuuabit futuros per omnia secula.
C ✠ THEODORETVS. Hoc non absre posuit: sed his qui interempti sunt adiunxit, docens ipsum quoque fuisse à Iudæis crucifixum. Quin etiam docet æternam eius essentiam. Heri enim & hodie humanam naturam appellauit, æternam autem vocauit diuinitatem. Eundem autem dixit & hoc esse & illud, quoniam vnus filius vnigenitus, idem & primogenitus.
h *Doctrinis variis, &c.* Quia per gratiam licitum est omnibus cibis vti, prædicabant aliqui non esse peccatum escis affluere, sed bonum esse. Alij verò superstitiosè docebant abstinendum esse à quibusdam cibis, quos lex prohibet, quosdam concedens: qui escarum differentia & obseruatione multos seducebant contra quos Apostolus. *Doctrinis*: quæ variæ sunt à nostris, id est, diuersæ. Q Gratia quæ omnia permittit soluendo à lege, confirmare cor debetis: & non studere escis, quia nō profuerunt ad salutem ambulantibus, non dico se sustentantibus, sed qui perseueranter student in eis. Vel discernendo, vel nimis affluendo. Abstinentia quidem qua abstinetur à peccato, prodest. Ciborum verò illa custodia nihil profuit, sed fides. Similiter abundare gratiarum donis prodest. Vetrem verò obruere escarū mole nocet. Hi non absurdè comparantur leprosis, qui sciētiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Nō enim abscondūt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantiam sermonis ostentāt. Nulla porrò falsa doctrina est quæ nō aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinatè permixta in vna disputatione vel narratione, velut in vnius coloris corpore in apparentia lepræ comparantur humana corpora diuersis coloribus varianti, tales vitandi sunt, sicut hic docet Apostolus. (margin: Haymo. — Augu. P. q. euang. q. 2.)
i *Habemus, al. &c.* Item non studendum escis, quia habemus altare, id est, corpus Christi, in fide cuius oblatæ preces & operationes sunt acceptæ Deo.
✠ THEOD. Hoc inquit, altare quod habemus, est multo veteri præstantius, illud enim est huius vmbra. Illud hostiam expertem rationis suscipit, hoc autem rationalem & diuinam. Quamobrem nullus ex illis sacerdotibus eius efficitur particeps, nisi prius fidem in Dominum susceperit. F
✠ ANSEL. Altare est ecclesia, vbi consecratur corpus Christi, de quo non habent potestatem edere qui deseruiunt tabernaculo, id est, vmbræ veritatis. *Ita Bruno, Sedulius, Primasi. Chryso.*
Habemus altare. Refert consuetudinem legis ad mysterium, ☞ sensúmque

¶ Non adulterium.
& thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iu- 1
a ¶ Aeternaliter damnabit. ¶ Etsi aliter putent quidam, dicentes peccata carnis Deum non curare. 2 b ¶ Vita. c ¶ Largiendi tenacitate. d ¶ Ne sint tenaces in habitis. ¶ Ne sint cupidi non habitorum.
a dicābit Deus. Sint mōres sine auaricia, cōtenti prǽsentibus. 3
b ¶ Ad Iesum Naue. a ¶ Quin dem necessaria, & ideo non sit homo tenax. b ¶ Non tenacibus, non cupidis ista sit promissio. Vnde subdit. Ita &c.
c d Ipse enim dixit: † Non te dēseram, neque derelinquam. Itāvt 4
a ¶ Supplendo necessaria. ¶ Et ideo. 5
e confidenter dicamus: † Dominus mihi adiūtor est, non time
¶ Etiam si auferat mea. ¶ Vt … imitemini, quia boni erant scilicet apostoli & eorum successores.
f bo quid faciat mihi homo. Mementote præpositorum vestro 6
¶ Quia ipsi sunt. ¶ Vt eos morte imitemini, si opus est moriendo pro Christo, vt illi, & in conuersatione bonæ vitæ & imperfecta fide.
rum, qui vobis locuti sunt verbum Dei. Quorum intuentes 7 8
g exitum, conuersationis imitamini fidem: Christus Iesus heri 9
¶ Id est, sine fine. a ¶ Diuersis. b ¶ A meis. ¶ Extraneis. 10
h & hodie, ipse & in secula. † Doctrinis vāriis & pēregrinis no- 11
a ¶ A veritate. b ¶ Vt habeatis fidem perfectam. ¶ Credendo omnia esse munda mundis. c ¶ Non indifferentia & affluentia ciborum. 12
lite † abdūci. Optimum est ēnim gratia stabilire cor, nō ēscis, 13
a ¶ Obseruatoribus & discernentibus cibos & studentibus ciborum affluentia. 14
i quæ non profuerunt ambūlantibus in eis. Habemus altare 15

NICOLAVS DE LYRA.

✠ in om. *Id est, quantum ad hominum multitudinem.*
1 Et tho. ima. *Per hoc excluditur error dicentium, quòd actus matrimonialis semper est in peccato. Per hoc autem quod subditur.*
2 Fornic. e. & adul. iu. Deus. *Id est, condemnabit, per hoc excluditur error dicentium, quòd fornicatio simplex non est peccatum mortale, quia nullus condemnatur à Deo, nisi pro peccato mortali.*
3 Sint mo. *Hic hortatur eos ad euitationem auaricia: quæ est radix omnium malorum, di.* Sint mo. sine auaricia conten. præsen. *Auarus enim dicitur quasi æris auidus, quia est nimis sollicitus de cumulandis temporalibus & subdit causam, quare hoc non debet fieri di.*
4 Ipse enim dixit. *Scilicet dominus, Iosue 1.*
5 Non te def. &c. *Quin tibi necessaria administrem, & ex hoc debet in nobis consurgere fiducia: & hoc est quod dicitur.* Ita in confid. di. Do. mihi adiutor, non timebo quid fa. mihi ho.
6 Memento. *Hic ostendit qualiter debent operari bonum ad prælatos. Et diuiditur in duas, quia primò ostendit qualiter se debent habere ad prælatos mortuos, secundò ad viuos, ibi:* Obedite præpositis. *Prima in duas: quia primò ostendit qualiter se debent habere ad bonos, secundò qualiter ad malos, ibi:* Doctrinis variis. *In prima ergo parte dicit sic:* Mementote præp. ve. *Id est, apostolorum & aliorum Christi discipulorum.*
7 Qui vo. lo. &c. *Et quia non solum consideranda est eorum doctrina, sed etiam virtutis exempla: ideò sequitur.*
8 Quorum intuen. &c. *Et si dicatur non est simile de ipsis & de nobis, quia ipsi Christo seruierunt principaliter, nos autem non. Respondet quòd imò, quia Christus æternaliter est secundum diuinitatem, æternitas autem assistit omni tempore, & hoc est quod dicitur.*
9 Christus Iesus heri. *Id est, in tempore præterito.*
10 Et hodie. *Id est, in præsenti tempore.*
11 Ipse & in secula. *Id est, in futuro, & non solùm hoc vltimum verum est ratione diuinitatis, sed etiā alio modo ratione humanitatis, quæ licet sit in cœlo, tamen est nobiscum præsentialiter in altaris sacramento, propter quod dicitur Matt. vlt. d.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.
12 Doctrinis va. *Hic consequenter ostendit qualiter se debent habere ad prælatos malos scilicet fugiendo eorum malam doctrinam. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit suam monitionem: secundò monitionis rationē, ibi:* Habemus altare. *In prima ergo parte dicit sic.* Doctrinis va. & pere. noli. abduci. *Id est, extra veritatem duci. Doctrinæ variæ dicuntur errores & hæreses. Quia sicut à puncto ad punctum non est nisi vna recta linea, multæ autem tortuosæ, sic veritas fidei est vna: sed hæreses ab ea deuiantes sunt multæ. Dicuntur autem tales doctrinæ peregrinæ, quia faciunt hominem à sua patria scilicet cœlesti gloria elongare. Contra autem istos errores dat remedium di.* (margin: Diuisio)
13 Opt. enim gr. sta. cor. *Quia est sicut anchora firma tenens animā immobilem & in veritate stabilem: hoc autem non faciebat obseruatio legalium, quæ gratiam non conferebat, propter hoc dicitur.*
14 Non escis, &c. *Escas hic vocat obseruantias legalium, quia ibi prohibebatur vsus aliquorum ciborum: talis autem obseruatio legaliū fuit mortua à tempore passionis Christi, sed mortifera post prædicationem euangelij & ideo benedicit Apostolus, quod non profuit ambulantibus in eis & hoc dicit Apostolus contra illos, qui cum euangelio volebant obseruare legalia.* 15 Habemus al. *Hic reddit suæ monitionis rationem.*
✠ *Et diuiditur*

☞ sensúmque spiritualem. Legis præceptum fuit, vt decima die
A mensis septimi à festiuitate Paschali in festo videlicet propitiationis acciperent vitulum & hircum, & immolarēt intra castra, quorum sanguinem ferret solus pontifex in sanctasanctorum oraturus pro populo Carnes verò extra castra cremarentur, nec esset licitum alicui tabernaculo deseruienti ex illis comedere: Christus verò ille vitulus & hircus, ipse est enim vitulus quem prius pater in reditu filij prodigi immolauit. Ipse est & hircus, qui pro peccatoribus oblatus. Ipse & pontifex, qui intrauit cœlum interpellās pro nobis. Intra castra Ierusalē
B immolatus est vocibus & iudicio Iudęorum, sed extra in cruce igne passionis carnes eius combustæ sunt. Altare, vbi extra castra cremabantur carnes, altare est ecclesiæ, vbi consecratur corpus domini. De quo potestatem non habent edere qui corpori seruiunt, id est, fornicatores & ebriosi & huiusmodi. Sicut Christus, sic & sui extra castra, id est, conuersationem sæcularium spiritusancto accensi consumunt quidquid carnale est in eis, macerando se & mortificando membra sua cum vitiis & concupiscentiis. (margin: Haymo. — † Nu. 19.a. — Roma. 8.f — Luc. 15.e — † De cele. miss. cap. 1. in Clem.)
Vel etiam martyrio sanguis eorum, id est, vita laudabilis Deo per Christum præsentatur.
Vel, sanguis id est, animæ eorum in cœlum feruntur. In altari, id est, fide offeruntur: Ad quod non audent accedere carnales seculum amantes. Propter quod mysterium implendum Iesus extra portam passus est.
C a *Tabernaculo Dei.* Id est, obseruantiis legis, vt qui cibos discernunt & alia huiusmodi legalia seruant, quæ nomine tabernaculi signat quia ad tempus sunt imposita. Vel corpus rectè dicitur tabernaculum: quia ad tempus in eo manendum est, & ideo non est ei seruiendum in desideriis.
b *Quorum enim &c.* Per duplicem allegoriam, vnam veteris, & alteram noui Testa. probat corpus Christi non esse edendum ab his qui tabernaculo deseruiunt. Adhoc enim corpora animalium extra castra cremantur, & propterea Christus extra portam passus est, vt nos qui corpore & sanguine eius à peccatis mundare volumus, improperia & angustias passuri, tabernaculi delitias deseramus. (margin: Allego.)
c *Animalium.* Christus per illa animalia significabatur. Agnus est secundum mansuetudinem & innocentiam. Hircus, quia caro passibilis & mortalis. Aries, quia vitia propulit gemino cornu charitatis. Taurus, fortitudine resurrectionis. Quod autem crematur, cinis efficitur. Per cinerem memoria rei præteritæ accipitur. Extra castra esse, est voluptates corporis exire. His ergo qui sunt extra castra, crematur corpus, id est, memoriale efficitur, si quis enim voluptuosè viuit, non habet efficacem memoriā Christi. Sanguis autē eius illatus est in sanctasanctorum per pontificem, quia per se pontificem oblatus est patri, vt sic introiremus in sancta cœlestia. Vel horū sanctorum corpora cremātur, id est, ieiuniis & aliis laboribus affliguntur: Extra voluptates carnis: quorum sanguis in. Quia horum tantum est sanguis Christi, quibus scilicet prodest, per quam intrant in sancta. Quod totum est, Illis tantum prodest sanguis Christi, qui voluptates deserunt, & corpus affligunt. (margin: D — Christi per quatuor animalia significatio. — E — † Mich. 2.c. Col. 3.a.)
d *Portam pas.* Sensus corporis, in quorum nullo Christus peccauit: & ideo extra passus. Et nos ostio sensuum vitiis clauso, extra patiamur. F
e *Per ipsum ergo.* Qui est nobis via, à quo sumimus exemplum ad martyrium.
f *Confitentium.* AVG. Ergo qui timetis dominum, laudate eū. Vt autem liberè colatis, eum discite amare quem timetis, & poteritis laudare quem amatis. Timentes enim eum homines ve. Te. propter literam torrentem & occidentem nondum habentes spiritum viuificantem, currebant cum sacrificiis ad templū, & in figura sanguinis Christi, quo redempti sumus quamuis nescientes quid præfiguraretur, cruentas victimas immolabant. Nunc verò in gratia no. Te. spirituale sacrificium laudis offertur quo Deus honorificatur, cuius inuisibilis sacrificij illud visibile sacrum signum erat. (margin: Epist. 120. — 2. Cor. 3.b.)
Beneficentiæ. Euacuata sententia prauorum de gula, redit ad mores. *Beneficentiæ.* Id est, largitatis in alios. Et si vestra substantia sit ablata, tamē ex his quæ habetis eleemosynas date. Quod supra: *Non deserentes collectionem.*
✠ THEOD. Ostendit sacrificium laudis Deo placere. Ei ☞ quoque

a ¶ Id est, de corpore Christi. b ¶ Licentiam. c ¶ Corporis voluptati, & ciborum affluentiæ. d ¶ Ex toto.
a dē quo edere non habent pōtestatem qui tabernacūlo dēser 1
b uiunt. † Quorum enim animalium infertur sanguis pro pec- 2
c cato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur ex- 3
a ¶ Non propter se. ¶ Id est, propter illud designandum, vt extra carnis concupiscentias viuamus.
tra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum san 4
a ¶ Fide & charitate. ¶ Quia ipse extra castra. 5
d guinem populum, extra portam passus est. Exeāmus ergo ad 6
a ¶ Imitandum. b ¶ Delitias & voluptates corporis. c ¶ Crucis quod infidelibus videtur. d ¶ Patientes vt ipse. ¶ Exeamus. 7
eum extra castra, imprōperium eius pōrtantes. † Non enim 8
¶ In hoc statu. ¶ Manens corpus. a ¶ Secundum statum futurum corpus.
habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. 9
a ¶ Vt futuram ciuitatem consequamur, & improperium portemus. b ¶ Quæ per priora signabatur.
e † Pēr ipsum ergo offeramus hōstiā laudis semper Deo, id est 10
a ¶ Id est, confiteamur nomen eius quod laus Dei & hostia & fructus quia alij per hoc ad fidem trahuntur. b ¶ Eleemosynarum & largitatis in alios.
f fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ 11

NICOALVS DE LYRA.

✠ *Et diuiditur in duas, quia primò facit quod dictum est, secundò concludit quasdam conclusiones ex dictis, ibi:* Exeamus igitur. *Circa primum considerandum, quòd ratio Apostoli subtiliter sumitur ex veteri Test. Ad cuius intellectum sciendum, quòd in festo expiationis offerebatur solemne sacrificium quod fuit figura immolationis Christi, vt sup. dictum est. Offerebatur autem vitulus & hircus quorum sanguis à summo sacerdote inferebatur intra sanctumsanctorum, vt sup. dictum est ca. 9. Carnes autem non comedebantur ab offerentibus, quia erat hostia pro peccato sacerdotum propter quod carnes extra castra comburebantur. Hircus autem & vitulus figurabant Christū, propter similitudinem carnis peccati, sanguis eorum illatus intra sanctumsanctorum signabat, quòd per sanguinem Christi pateret nobis ingressus ad cœlum. Combustio hostiæ extra castra signabat passionem Christi futuram extra portam Ierusalem. Quod autem sacerdotes legales non comedebant hostiam illā, signabat quod obseruantes legalia cum euangelio non habent in effectu passionis Christi partem, secundum quod dicitur ad Gal. 5. a.* Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. *Et hoc est quod dicit Apostolus:* Habemus al. *Id est crucem in qua oblatus est.* (margin: Diuisio — Festi expiationis obseruatio.)
1 De quo ede. *Quia illi qui legalia custodiunt quo designatur in seruitute tabernaculi non habent potestatem in efficacia passionis Christi. & subdit figuram hoc designantem, dicens.*
2 Quo. enim, &c. *i. vituli & hirci qui immolabāt in die expiationis.*
3 Horum. *Quia offerebantur pro peccatis sacerdotum & populi.*
4 Propter. *i. vt figuratum responderet figuræ.* 5 Et Ie. *Quia locus Caluaria vbi crucifixus fuit, erat tūc extra ciuitatē Ierusalem, vt habetur Ioan. 19.* 6 Exeamus. *Hic consequenter cōcludit ex prædictis duas conclusiones, secunda ponitur, ibi:* Per ipsum. *Quia ergo in parte præcedenti dictum est quod legalia non profuerunt obseruantibus ea, in cuius figura Christus passus est extra portam, ideò concludit. di.* Exeamus ergo, &c. *i. extra obseruationes legis.* 7 Improperium. *Improperatum enim fuit Christo à Iudæis, quòd non custodiebat legem, secundū quod dicitur Ioan. 9. c.* Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit, *& similiter fuit improperatum Paulo & eius sequacibus in primitiua ecclesia, vt habetur Act. 21. d.* Audierunt de te, quia discessionem doceas à Moyse, &c. *Et subdit causam, quare sit à legalibus exeundum di.* 8 Non enim ha. *Id est, stabilem mansionem in legis obseruationibus: quia fuerunt impositæ solum ad tempus, vt dictum est suprà cap. 9.*
9 Sed fu. inquiri. *Id est, gloriam cœlestem, ad quam introduxit lex noua, vt patet per supradicta.*
10 Per ipsum. *Hic ponit secundam conclusionem, dictum est enim. quod Sacrificia veteris legis non erant Deo accepta, quia erant carnalia ideo concludit: quod Deo est offerendum spirituale sacrificium per Iesum Christum qui est sacerdos noster: & hoc est quod dicit:* Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo. *Non quia sit continue orandum, sed quia ad sacrificia veteris legis non est recurrendum. Ostendit etiam vlterius quod sacrificium aliud est Deo offerēdum, scilicet, eleemosyna in sustentatione indigentium: di.*
11 Beneficentiæ autem & con. *Et accipitur hic communio pro communicatione bonorum in necessitate & subdit causam quare tales hostiæ sint Deo offerendæ, dicens.*
✠ Talibus

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ quoque coniunxit sacrificium beneficentiæ, quod meritò appellauit communicationem. Dixit enim Dominus. *Facite vobis amicos de m.iniq.vt quando &c.* Communicatio ergo est & remuneratio. Hic enim dat pecunias, ille verò reddit benedictionem, & eius qui indiget sunt ea quæ sunt potiora.

✠ HAYMO. Non est considerandus pauper qui videtur accipere, sed Deus qui iussit dare. Eleemosyna enim quæ pauperi largitur in terra, à Deo recipitur in cœlo. Et noli attendere quod hic tibi sit redditurus quod accepit. Tu enim terram dedisti, ille cœlum reddet. Temporalia dedisti, æterna mercaberis.

†cōciliatur Deus vel placet Deo.

†inutile

B a *Obedite.* HAYMO. Obediēdum est vtiq; prælatis & prædicatoribus, inquantum doctrina & mores illorum sanctę & piæ existunt. Si autē à via rectitudinis deuiauerint, nō faciamus qualia agunt, sed qualia dicunt: nisi forte & in doctrina aberrent. Vnde dominus ait. *Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere.* Habent quidem dignitatem, licet vitæ sint perditæ: & ideo non ad vitam eorū sed ad mores intendite.

Obediendū superiorib. Matt.23.a.

✠ CHRYSOSTO. Malum est vbi nullus est principatus, & multarum cladium hæc res extitit occasio: & confusionis est, turbationúmque principium. Sicut enim si ex choro ipsum coriphæum auferas, nequaquam modulatus chorus vel ordinatus existit, & phalanx militum si ducem non habeat, nullo ordine procedit, & nauis si gubernatore priuetur, pessum eat necesse est: sic & gregi si pastorem abstuleris, cūctus dispergetur & peribit. Malum igitur est vbi nullus est principatus. Malum autem est non minus, & inobedientia eorum qui reguntur à principe. Est tertium quoque malum, quando ipse princeps malus extiterit: imò etiam hoc peius est, quam sine principe conuersari. C Meli' quippe est à nullo, quàm à pessimo regi. Quomodo ergo dicit Paulus. *Obedite præpositis vestris?* Dum præpositus malignus extiterit, num obaudiemus? Si quidem est in causa fidei, fuge illum & euita, non solum si homo fuerit: sed etiam si angelus de cœlo descenderit. Si verò in vitæ moribus malignum dicis, noli curiosus esse. Et hæc non ex meipso dico, sed ex scriptura diuina. *Super cathedram Moysi, &c.*

Matth.23.

✠ HAYMO. Obediendum est omnibus prælatis & prædicatoribus, inquantum doctrina & mores eorum sanctæ & piæ existunt. Si autem à via rectitudinis aberrauerint, sicut scribæ & Pharisæi, non faciamus qualia agunt, sed qualia dicunt: nisi fortè in fide contrarij extiterint. Nam si in fide contrarij extiterint, non solum vitandi sunt, sed etiam fugiendi. D

b *Ipsi enim peruigilant &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Audiant & principes, quoniam sicut obediētes oportet esse qui reguntur sic etiam rectores & principes vigilantes esse decet & sobrios. Periculum enim imminet, subiectus est vltionibus peccatorum tuorum, & propter te tanto timori obnoxius est, &c. Quid dicemus infelicibus illis & miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant: & se in tantorū suppliciorū abyssum iactant? Omniū quos regis, mulierū, puerorum, atque virorū tu rationē redditurus es, tanto igni tuum subiicis caput. Miror si potest saluari aliquis rectorum. E

†concedite deserte

c *Vt cum gau.* AVG. Faciamus vtique ista cum gaudio, quando videmus homines proficere in verbis Dei. Tunc enim cum gaudio laborat operarius in agris, quādo attendit arbores & fructum videt, quando attendit segetē & videt vbertatem. Tunc intelligit, ꝙ non sine causa laborauit, nō sine causa dorsum curuauit, non sine causa manus attriuit, non sine causa frigus æstúsque tolerauit.

d *Non expe.vo.* AVG. Non dico, nō expedit illis quibus prodest tristari de vobis. Nam illi præpositi quando contristantur de malis vestris expedit illis ipsa tristicia, sed non vobis. Similiter ergo in dominico agro bonum operemur prælati & subditi; vel similiter de mercede gaudeamus.

Vel hoc faciant.i.reddant rationē Deo securi de præmio, & non gementes anxij vel hæsitantes de vestra damnatione.

e *Ora.pro no.* Superbiam elationemq́ue mentis quorundam pontificum percutit, qui dedignantur precari subiectos, quatenus pro eis orationes fundant.

f *Bon.con.* Consciētia nos nō accusat, nec nobis conscij sumus F ꝙ vobis insidias fecerimus, nihil cū fictione protulimus, nihil negociationis gratia fecimus. Ne ergo sinistrè quid arbitremini.

g *In omnib.* Accusabatur, ꝙ suā gentē negligeret, sed ostēdit se habere affectum ad omnes Iudæos vel gentiles, de quorū præteritis bonis gaudet, eisque in futuro meliora optat.

Testamentum est æternum, quia aliud ei non succedet.

h *Abundantius autem, &c.* ✠ CHRYSOST. Vehementer amantis est sic orare, non simpliciter, sed cum tota intētione & omni prorsus studio *Vt citò* inquit, *ad vos veniā.* Hoc animi est nihil sibi conscij, satagere vt ad eos velociter veniret, & exhortari illos vt orent pro se, vt hoc ei concederetur: primùm ab eis postulans orationis auxilium tunc etiam ipse eis omnia bona precatur.

☞ *Faciens*

a ¶ Charitatis qua omnia putantur communia. b ¶ Non in illis antiquis. c ¶ Quia per eleemosynas hostes vincuntur, peccata extinguuntur, vnde Propheta. Misericordiam volo, & non sacrificium.
autem & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis 1
a ¶ Quantum ad præcepta vt scilicet faciatis quæ per eos præcipit ecclesia. b ¶ Vt reuerentiam exhibeatis.
a †promeretur Deus. Obedite præpositis vestris, & † subiacete 2
a ¶ Sollicitisunt. ¶ Prædicando, bonum exemplum dando, & exteriora prouidendo.
b te eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus ve
¶ Obedite. a ¶ Quando vident vos proficere. b ¶ Vigent. c ¶ Cum murmuratione & tristitia.
c stris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.
a ¶ Non gementes, quia tunc non proderit vobis cura eorum. b ¶ Non dico illis, quibus prodest etiam tristari de vobis. ¶ De vobis.
d Hoc enim † nō expedit vobis. Orate pro nobis. Cōfidimus e- 3
e a ¶ De præteritis. b ¶ Voluntatem. c ¶ Non solum in gentibus. 4
f d ¶ Tam Iudæos quam Græcos. 5
g nim, quia bona conscientiā habem' in omnibus bene volētes 6
a ¶ In futuro. b ¶ Non solum causa mei, sed magis pro vestra vtilitate. c ¶ Orare pro me. 7
h couersari. Amplius aūt deprecor vos hoc facere, quo celerius 8 9
a ¶ Ego suadeo ad bonum. ¶ Qui aptare potest, quia est dator pacis, vt vitia non inquierent. b ¶ Resuscitauit. c ¶ De sepulchro qui locus proprie mortuorum est. 10
restituar vobis. Deus aūt pacis, qui eduxit de mortuis pastorē 11

NICOLAVS DE LYRA.

1 Talibus enim hostiis promeretur Deus. *Non autem sacrificiis legalibus.*

2 Obedite. *Hic consequenter ostendit qualiter se debent habere ad prælatos viuentes. Et diuiditur in duas: quia primò ostendit qualiter se debent habere ad alios prælatos, secundò, qualiter ad ipsum Paulum scribentem, ibi:* Orate pro nobis.

Diuisio

Circa primum sciendū, quòd corpora inferiora quæ reguntur per superiora subiecta sunt eis in duobus, scilicet in situ & motu quia elementa reuoluuntur motu orbis, quantum ad illam partem, quæ excedit altitudinem montium, vt habetur 1.meteororum. Eodem modo homines inferiores superioribus debent obedientiā, vt ad eorū imperiū moueantur, & reuerentiā eis exhibeant, & hoc est quod dicitur. Obedite præpo.ve.&c. *Et subdit ad hoc duplicem causam. Prima accipitur ex nobilitate officij: quia prælati præsunt in spiritualibus quæ corporalibus præferuntur, quanto anima melior est corpore: & hoc est quod dicitur.* Ipsi enim præuigilant. *quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Secunda ratio accipitur ex modo exercendi officium quia quādo inferiores bene obediunt officium prælationis delectabile est superioribus & vtile inferioribus: si autem male obediunt contrarium accidit, & hoc est quod dicit: Vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.*

3 Hoc enim non ex. *Hoc patet per exemplum Chore & sociorum eius, qui rebellantes Moysi, à terra fuerunt absorpti, Nu.16.*

4 Orate pro no. *Hic ostendit qualiter se debent habere erga ipsum Paulum, non enim erat prælatus Iudæorum, & ideò non petit ab eis talem obedientiam, sed petit ab eis illud quod tenentur, respectu omnium fidelium scilicet orationis suffragium, dicens.* Orate pro no. *& si hoc petebat Paulus qui de gratia Dei erat certus, multo magis debet hoc petere quicumque alius quantumcūque sit sanctus: sed quia possent dicere illi quibus scribebat, non debemus pro te orare, quia tibi nō valeret cum doceas discessionem à legalibus: ideo hoc remouet, di.*

5 Cōfid.quia bo.cō.h. *Prædicta docendo.* 6 In omn.be.vo.cō.*i.desiderantes bonam conuersationem omnium. Subdit aliā causam quare petit orationis suffragium, di.* 7 Amp.aut.de.&c. *Id est, pro me orare.* 8 Quo ce.re.vo. *Quia ab Ierusalem fuerat adductus Romā vinctus, vt habetur Act.vl. Vel aliter, ꝙ si liberatus esset à carcere intendebat iterū visitare Iudæos qui erant in Hispania, quibus hāc epistolam scribebat secundum aliquos, vt dictum est in principio huius operis.*

9 Deus au.pa. *Hic vltimò apostolus confert ipsis suæ orationis beneficiū. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit suā orationem, & secundò format suā petitionē, ibi:* Rogo autē vos fratres. *In prima parte optat eis beatitudinem quæ non datur nisi à Deo & mediāte gratia, quæ hominem aptat ad beatitudinem: & hoc est quod dicitur.* Deus au.pa. *quia proprium Dei est vnire corda, cum sit vnitas prima.* 10 Qui eduxit, &c.do.Ie.Chri. *Et hoc in resurrectione.* 11 Pastor.ma.oui. *Id est, simplicium & innocentum, qui proprie sunt de grege Christi.*

Diuisio

✠ In sang.

☞ a *Faciens in vobis* A *quod placet coram se per Iesum Christum.* Nihil enim boni habere potestis, nisi illo præueniente & subsequente.

*illum

†absolutos vos reddat

b *Etenim per paucis scripsi vobis. &c.* Q. Non potest quisquam longitudinem sermonis abnuere hoc quippe erat quod aduersarij faciebant & ideo latentur hoc tangit.

c *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum.* ✠ THEODORE. Ostendit per ipsum missam fuisse epistolam. Erat autem verisimile quoque ipso delectari, quoniā ipse quoque fuerat circūcisus. D

†Itali

B

d *Salutate omnes præpositos vestros.* Sicut generaliter omnibus scribit ita generaliter omnib' prælatis & subditis salutem optat. Salutare enim est salutem optare.

†vt id quod agitis acceptum sit

✠ THEODORE. Ostendit vndenam scripserit epistolam, & simul ostendit prædicationem Euangelij breui tempore omnia persuasisse: & gentes ex promissione facta Abrahæ assecutas esse benedictionem. E

†exhortationis †Scitis

a ¶ Humillium. ¶ Pastor etiam factus per effusionem sanguinis sui confirmauit Testament.nouum.
* magnum ouium in sanguine testamēti æterni, dominum 1
a ¶ Aptos vos faciat. b ¶ Vt velitis. c ¶ Etiam. 2
nostrum Iesum Christum, † aptet vos in omni bono, vt fa- 3
a ¶ Opere. b ¶ Ex quæ ipse vult. c ¶ Ipse quia non ex vo.
a ciatis voluntatem eius faciens † in vobis quod placet corā 4
a ¶ Et hoc. ¶ Non per carnales obseruantias. b ¶ Christo vna cum patre & spiritusancto. ¶ Non carnalibus obseruan.
se, per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum
a ¶ Confirmatione. q. ita fiat vel verum est quod dixi. b ¶ Patienter. c ¶ Id est, epistolam quæ est consolatio & adhortatione dicam admonitio.
amen. Rogo autem vos fratres. vt sufferātis verbum † sola- 5
a ¶ Non quasi apostolus scripsi vobis. ¶ Etiam seruiendo & honorando. 6
b c tij. Etenim perpaucis scripsi vobis. † Cognoscite fratrem 7
a ¶ Coapostolum & coadiutorem in prædicatione. b ¶ A me in iter quod volebat vel ad prædicandum directum, vel forsitan à carcere in quo ante detentus fuit. 8 9
nostrum Timotheum dimissum, cum quo si celerius vene- 10
a ¶ In hoc reddit attentos & mansuetiores. 11
d rit videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros: & om- 12
a ¶ Subditos sanctificatos in baptismate. b ¶ Per hoc nota eum à Roma scripsisse. c ¶ Purgatio peccatorum & alia Dei munera. 13
nes sanctos. Salutant vos † de Italia fratres. Gratia cum om- 14
nibus vobis: Amen.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In sanguine. *id est, per sanguinem, quia Christus meruit suam resurrectionem & exaltationem per suam passionem.*

2 Testamenti æterni dominum Iesum Christum. *id est. Testamenti noui, quod confirmatum est sanguine Christi, & dicitur æternum, quia æterna promittit.*

3 Aptet vos in omni bono. *&c. Sicut enim aptitudo potentiæ ad bene operandum politicè est per habitus virtutum politicarum, sic captitudo animæ ad opera meritoria est per habitum gratiæ & virtutum infusarum, quas Deus operatur in nobis. ideo sequitur:*

4 Faciens in vobis quod placet, &c. *quia per ipsum ratione diuinitatis consequimur gratiam sicut per causam principaliter agentem. ratione verò humanitatis, sicut per causam instrumentalem coniunctam.*

Diuisio

5 Rogo autem vos fratres. *Hic format suam petitionem. Et diuiditur in duas: quia primò facit quod dictum est. secundo complet epistolam. ibi:* Salutate omnes.

C *Circa primum duo petit: vnum pro se, di.* Rogo autem vos, &c. vt sufferatis. *id est, patienter portetis, si aliqua scripsi vobis increpando: quia hoc fuit ad correctionem & bonum: & ideo magis debet esse ad solatium: propter hoc subdit:*

6 Verbum solatij. *Excusat etiam se de scripturæ breuitate, quia breuis est ista epistola respectu materiæ contentæ, cum ibi omnia mysteria veteris legis breuiter tangantur, vt patat ex prædictis. & hoc est quod dicitur.*

7 Et enim per paucis. *id est, valde paucis verbis.*

8 Scripsi vobis. *Scribebat enim hominibus scientibus legem. Et ideo non oportebat eis omnia explicare, aliud petit Apostolus pro nuncio epistolæ, d.*

9 Cognoscite fratrem nostrum Timotheum. *id est, gratiosè & amicabiliter recipite illum.*

10 Dimissum. *id est, à me missum pro vtilitate vestra.*

11 Cum quo si celerius venerit videbo, vos. *hoc enim disponebat Apostolus facere supposita diuina permissione. Notandum, quòd Timotheus erat circuncisus, & ex matre Iudæa, vt patet Act.16. ideo per ipsum misit Apostolus epistolam ipsis Iudæis, vt esset magis gratiosa ipsis: & per hominem gentilem & incircuncisum noluit eam mittere, quia Iudæi consortium gentilium abhorrebat, vt habetur Act.10.& 11.*

12 Salutate omnes præpositos vestros. *Hic Apostolus complet suam epistolam, quæ debet terminari in salutatione. ideo dicit:* Salutate omnes præpositos vestros. *id est, Apostolos quorum aliqui superueniebant. Vel dicendum, quòd præpositos hic vocat episcopos, qui sunt successores Apostolorū in ecclesia Dei, vt habetur in glo. Luc.10. & in decreto.21.distinct.1.cap. In nouo Testamento.* F

13 Et omnes sanctos. *id est, alios ecclesiæ ministros. istos non intendebat Apostolos instruere, quia nō indigebant. sed salutat eos per illos quibus scribebat. Salutat etiam illos quibus scribebat ex parte conuersorum ad fidem, qui erant in Italia dicens:* Salutant vos de Italia fratres. *& in fine quasi pro sigillo confirmationis ponit.*

14 Gratia Dei cum omnibus vobis: Amen. *id est, confirmetur in præsenti & futuro, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

ADDITIO.

In cap.13.vbi dicitur in postil. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.

Per hoc quod dicit Apostolus doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, propriè potest intelligi doctrina Pharisaica, quæ in Thalmudicis codicibus diffusè habetur & dispendiosè: in quibus multæ falsitates & enormitates continentur, prout fuit ostensum in Additionibus Eza.34.& Zachar.5. Et quia secundum gloss. nulla falsa doctrina est: quæ non aliqua vera intermisceat: ideo prædictæ doctrinæ dicuntur variæ sicut corpus diuersis coloribus coloratum varium dicitur. similiter & dicuntur peregrinæ, quia non à Deo autore: sed sicut fingunt reuelata fuerunt: sed ab hominibus diabolica inuestigatione inuenta, & de hoc vide plenè in prædictis additionibus.

In cap.

REPLICA.

In cap.13.vbi Burg. exponit quid intelligitur per varias doctrinas: allegat ad hoc Thalmudicas traditiones, quas ponit Esa.34.& Zach.5. & in fide Apoc. traditiones Saracenicas Mahumeti, quæ quia non sunt contra postilla. transeant aliorum iudicio relictæ, & sic est finis. & hæc sunt quæ reperi in dictis Burgen. contra postil. correctione digna: pauca autem quæ ponit circa actus apostolorum. canonicas epistolas & Apolypsim quæ sunt modici ponderis transeo: quia & plurimum alias supra tacta sunt inquantum sunt postil. contraria, quæ sic per me scripta & alia sub debita protestatione offero rectis amatoribus magistri Micolai de Lyra media charitate corrigenda. Satis enim mihi est per hunc laborem otium euitasse, & maioribus meis dedisse occasionem, vt contra postillatoris corruptorem efficacius exurgant.

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT PRÆFATIO B. HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM ACTVS APOSTOLORVM.

† Psal.86.b. CAnit † Psalmista: ambulabunt de virtutibus in virtutes. Post apostoli Pauli epistolas dudum vno vobis volumine trãslatas Domnion & Rogatiane charissimi, Actus Apostolorum compellitis vt transferam in Latinum, quem librum nulli dubium est à Luca Antiocheno arte modico, qui postea inseruiens Paulo apostolo Christi factus est discipulus, fuisse editum. Ceruices premit imposita sæpius oneris magnitudo, quia studia inuidorum reprehensione digna putant ea quæ scribimus. Illorum nunquam odio & detractione, iuuãte Christo, meum silebit eloquium. Actus apostolorum nudam quidem videntur † sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infan- † habere tiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, † Cuius laus est in † 2.Co.8.d. euangelio, animaduertimus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam.

Postilla Nicolai de Lyra super actus Apostolorum incipit & primo præfatio.

REpleti sunt omnes spiritusancto & cœperunt loqui. *Act.2.a. Sicut lex Euangelica per Christum Deum & hominem, fuit data vt patet in Euangelio, ita per Apostolos aliosque Christi discipulos per orbem fuit publicata. vt patet in hoc libro Apostolorum actibus intitulato. propter quod Saluator dixit eis Marc.vlt.d.* Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. *Hæc autem publicatio facta est per spiritumsanctum principaliter, & per Apostolos ministerialiter, Marc.1.c.* Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. *propter quod verbum propositum ad literam dicitur de ipsis.* Repleti sunt, &c. *In quo duo notantur: scilicet Apostolorum aliorumque Christi discipulorum per spiritumsanctum confortatio, cum dicitur:* Repleti sunt omnes spiritusancto. C *Secundum est per eosdem Euangelij publicatio, cum subditur:* Et cœperunt loqui. *quæ duo sanctus Lucas prosequitur in hoc libro, vt videtur prosequendo. Circa primum tria ponuntur scilicet virtus efficiens, ibi:* Spiritusancto. *Secundò modus sufficiens ibi:* Repleti sunt. *Tertiò eætus suscipiens, ibi:* Omnes. *Circa primum sciendum, quòd prophetæ spiritusancto inspirati locuti sunt secundum quod 2.Pet.1.d.* Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines: *& legem Euangelicam denuo iauerunt per Christum dandam, Isa.2.a.* De Sion exibit lex: & verbum domini de Ierusalem. *ibi enim legitur Christus frequenter docuisse. & fere.21.f.* Ecce dies veniunt, dicit dominus. & fariam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi in Oreb, &c. *& sicut pronunciatum fuerat per prophetas per Christum hominẽ spiritusancto repletũ fuit lex Euãgelica data. Vnde Luc.4. dicitur de ipso, quomodo ingressus synagogam legit in libro Isaiæ quod in eo scribitur.61.a.* Spiritus domini super me propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. *Et sequitur ibidem, scilicet Luc.4.d.* Cœpit autẽ dicere ad illos: quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris: *& similiter spiritusſanctus Apostolos confortauit & perfecit, vt essent apti ad prædicandum Euangelium: propter quod de ipso dicitur.1. Corinthiens.12.b.* Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. *& sic patet primum. scilicet causa efficiens.*

Circa secundum considerandum quòd perfectio sufficiens ad prædicationem Euãgelij non solum respicit personam propriam, sed etiam alias per quandam redundantiam quæ sunt instruendæ per sanam doctrinam. Talis autem fuit apostolorum perfectio collata eis à spiritusancto: nam per sapientiam & eloquentiam facti sunt apti ad prædicandum Euangelium per vniuersum mundum & hoc notatur cum dicitur: Repleti. *Ecclesiastes.11.a.* Si repletæ fuerint nubes imbres, effundent super terram. *Nubes istæ sunt apostoli: de quibus dicitur Isa.60.b.* Qui sunt hi qui vt nubes volant: *Nubes istæ fuerũt scientia & eloquentia repletæ: propter quod effuderunt super vniuersam terram imbres euangelicæ doctrinæ. Vnde & in quolibet ipsorum fuit* E *impletum quod dicitur Eccles.39.a.* Ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ. *& sic patet secundum.*

Circa tertium considerandum, quòd donum spiritusſancti confirmans & perficiens ad publicationem Euangelij non solum fuit datum vni Apostolo, sed omnibus: nec solis Apostolis sed etiam aliis discipulis simul existentibus: secundum quod dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris. & 1.cap. huius libri dicitur: Erat autem turba hominum simul fere.cxx. *Et hoc notatur cum dicitur:* Omnes. *In quo exprimitur cœtus suscipiens spiritusſancti donum, secundum quod scribitur infra.2.cap.* Et dum complerentur dies Pentecostes erant omnes discipuli pariter in eodem loco, & factus est repente de cœlo sonus, tanquam adueniens spiritus vehementis: & repleuit totam domum, vbi erant sedentes, *& sic patet primum principale.*

Circa secundum verò quod est Euangelij publicatio: quod ponitur ibi: Et cœperunt loqui, *duo notantur ad hoc necessaria, scilicet exclusio timoris, & ostensio feruoris. primum notatur cum dicitur:* Et cœperunt. *Per hoc insinuatur manifestè quòd ante loquinon audebant immo nec etiam apparere, secundum quod dicitur Iohan 20.e.* Cum sero esset die illa vna sabbatorũ & fores essent clausæ, &c, *sed recepto spiritusſancti dono, quod foras mittit timorem. secundum quod dicitur.1.Iohan.4.d.* Perfecta charitas foras mittit timorem. *timor iste fuit exclusus ab Apostolis & constantia eis data. Vnde* F *quilibet eorum potuit dicere illud Psal.76.c.* Nnunc cœpit hæc mutatio dexteræ excelsi: *quia quilibet cœpit habere constantiam terrore malorum sublato. & hæc mutatio fuit dexteræ excelsi, dantis Apostolis constantiam prædicandi. Secundum verò scilicet ostensio feruoris notatur, cum dicitur:* Loqui. *qui feruor in actu prædicandi recepto spiritusancto statim fuit ostensus coram Iudeis vulgaribus, cum dicitur infra.2.cap. quòd Petrus feruenter locutus est de Christo: dicens:* Viri fratres liceat audenter vobis dicere, &c. *& subditur ibi:* Qui ergo receperunt sermones eius, baptizati sunt & oppositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia. *Secundo fuit ostensus coram Iudæorum principibus, quibus Petrus & Iohannes constanter respondernnt. infra.4.d.* Non possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. *Postea fuit ostensus etiam coram Gentibus. vnde infra.13.g. Iudeis contradicentibus euangelicæ prædicationi dicitur:* Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. *sic enim nobis præcepit dominus: Cui est honor & gloria secula seculorum.*

Incipit

A LVcas medicus Antiochensis Græci sermonis non ignarus scripsit Euangelium: sectator Pauli, comes peregrinationis eius. Hic etiam aliud volumen edidit, quòd titulo actuum apostolorum prænotatur, cuius historia vsque ad biennium Romæ commorantis Pauli perueniit, id est, ad quartum Neronis annum. ex quo intelligimus in eadem vrbe librũ esse compositum.

De loco quidem in quo Actus Apostolorum scripti sunt. Hie. tenenda est sententia, qui dicitur Græci sermonis nõ fuisse ignarus, qua lingua nouũ Testa. excepto Matt. Euangelio & epistola Pauli ad Heb. tantum scriptum est. Oportebat enim vt indicia B sermonis diuini ea lingua scriberentur, ad quam omnes velut ad sapientiæ & omnium disciplinarũ fontem concurrunt: quando in fine seculi in omnibus Gentibus Deus esse notus voluit.

† Act. 9.f. Suspicantur quidã quotiescunque Paulus in epistolis suis dicit: Iuxta Euãgelium † 2.Ti.2.b. meum, Lucæ volumẽ significari: & Lucam nõ solum à Paulo didicisse Euangelium, qui cum Christo in carne non fuerat, sed etiam à cæteris apostolis. quod ipse in prin- D cipio sui voluminis declarat dicens: *Sicut tradiderũt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis.* Igitur Euangelium sicut audierat scripsit, Actus Apostolorum sicut viderat composuit.

Incipit Prologus in Acta Apostol.

LVcas Antiochensis natione Syrus cuius laus in Euangelio canitur, apud Antiochiam medicinæ artis egregius & apostolorũ Christi discipulus fuit: postea vsque ad confessionem Paulum secutus apostolum sine crimine in virginitate permanẽs, Deo maluit seruire. Qui septuaginta & quatuor annos ætatis agens in Bithynia obiit plen⁹ spiritusancto: quo instigãte in Achaiæ partibus Euangelium scribẽs Græcis fidelibus, incarnationem domini fideli narratione ostendit, eundemq; ex stirpe Dauid descendisse monstrauit. Cui non immerito scribendorum Actuum Apostolorũ potestas in ministerio datur, vt Deo in Deum pleno, & filio perditionis extincto, orãtione ab apostolis facta, sorte dominicæ electionis numerus compleretur. † Sicq; Paulus consummationem apostolicis actibus dalet quamdiu contra stimulum calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus & requirẽtibus Deum breui potius volui ostendere sermone, quam prolixus aliquid fastidientibus prodidisse, † sciens quòd operautem agricolam oporteat primùm de suis fructibus edere. Quẽ ita diuina subsecuta est gratia, vt nõ solum corporibus, sed etiam animabus eius proficeret medicina.

Item de causis scribendorum Actuum Apostolorũ quædam quidem Lucæ argumẽto patefacta sunt. Prima hæc est, vt quia apostolici imminutio numeri sanctæ scripturæ sermone narrata est, ipsius etiam impletio canonico libro enarretur. Et vt Pauli extra. xij. Apostolorũ numerũ assumpti auctoritas teneatur, vt E eius epistolæ inter canonicas scripturas habeantur, præcipue canonicæ scripturæ testimoniũ habentes, quæ conuersionem & conuersationem eius plenissimè profert. Tertia causa est, vt perfectus perfecti spiritus aduentus, perfecto Apostolorũ numero cõpletus sancti canonis enunciaretur historia. Ob hoc igitur & horum similia, quæ post ascẽsum Saluatoris cõtigerunt, satis vtile, imo & necessariumerat, conscribi Actus Apostolorum. Scribendorũ Actuum Apostolorum causa triplex

---

Incipit prologus super Acta Apostolorum. F

Diuisio LVcas Antiochensis, &c. *In isto prologo proceditur per hunc modũ primo ponit Hieron. multiplicẽ autoris notificationẽ. secũdo in scribendo Euangeliũ ostendit ipsius fidelitatem, ibi:* Hic spiritusancto instigãte, &c. *quia fideliter scripsit Euangelium. tertio dicit quod congruum fuit vt scribendi Actus Apostolicos haberet potestatem. vnde dicit.* Cui non immerito, &c. *Quarto dicit Hieron se vitare sermonis prolixitatem, ibi:* Quod legẽtibus, &c. *Quia verò Lucas fuit medicus officio. quinto officij ipsius ostendit vtilitatem. ibi:* Quem ita di, &c. *Ista sufficiant de prologo isto: supra enim fere totus exponitur in prologo super Lucam.*

Incipit liber Actuum Apostol.

CAP. I.

OEcvmeni. Priorem librum dixit. non Euangeliũ. quim tamen Paulus (2. ad Timoht. 2.) suum vocet Euangelium vbi ait: *iuxta Euangelium meum.* Nam arrogãtiam vbique fugiunt, sicuti Mattheus, Marcus qui suam scripturam non vocant Euangelium: Sed Christi prædicationem, &c. quæ quis scripta fideles postmodum Euangelia appellare dignati sunt, tanquam vere complectentia Euãgelium hoc est, Christi doctrinam. *Euntes docete gentes, baptizantes eos, &c.* ✠ Chrysosto. Magna laus Apostolorum, quum talia fuerint aggressi, nimirum totius orbis salutem quum horum verba spiritus essent plena. ✠ Chrys

Incipit Actuum Apostolorum beati Lucæ Euangelistæ.



a PRIMVM QVIDEM, † priorem

✠ Chrysost. Iam mihi vide quàm hic Euangelistæ sermo, absit ab omni fallu. nõ enim dicit, prius Euangelium quod euangelizaui: *Sed priorem quidem sermonem feci,* nimirum euãgelij prædicationẽ magnificentius quiddam esse ducens, quàm pro ipsius dignitate, aut viribus: Et tamen apostolus hoc titulo ornat illum dicens, *Cuius laus est in Euangelio.* Ipse contrà modestè loquitur, dicẽs: *primum quidem sermonem feci, &c.*

a *Primum quidem.* Beda, id est, Euangelium cui secundum addidit, id est, Actus Apostolorum. Completio primi est ibi: Vsque in diem, qua præcipiens apostolis, &c. initium secundi, quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis

---

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. I.

✠ PRimum quidem, &c. *Hic incipit liber Actuum Apostolorum, in quo sanctus Lucas primò se continuat ad præcedentia. secũdo prosequitur subsequentia, ibi:* Et conuescens. *Præcedentia verò dicta sancti Lucæ sunt in eius euangelio, in quo incipiens in Christi præcursore, conceptionem Christi, natiuitatem, conuersationem & prædicationem, mortem & resurrectionem & ascensionem declarauit. & hoc est quod dicit:*

1 Primum quidem. *id est, primo, scilicet in Euangelio.*

✠ 1 Sermo

MOBALITER.

† 1 *Primum quidem, &c.* Per hoc Christus dedit formam doctoribus & prædicatoribus Euangelij quam docendo & prædicando debeant sequi, scilicet vt prius opera virtutum faciant, & tunc

Universidad de Deusto Biblioteca

gumentis. Nam Euangelio Iesum cœlos ascendisse, discipulos à A Bethania Ierusalem regressos testatur. non tamen ibi dicit quòd per xl. dies post eius passionem crebro apparuit, quòd ascensurum de regno Israel interrogauerunt, quòd eo ascendente angeli astiterunt, & huiusmodi.

a *Sermonem*. id est, scripsi: quia scribere est operari. vel quia factis meruit esse scriptor euangelij.

b *Feci*. Totus liber euangelij vnus sermo dicitur quòd habet vnū sensum: aut singulare pro pplurali. Euāgelium est bona annūciatio, in qua annunciatur requies post laborem, regnum post seruitium, vita post mortem.

† quo post quā impartitus in hoc ipsum spiritū sanctū mādata dedisset quos delegerat apostolis.

a ¶ Id est, Euangelium. b ¶ Id est scripsi. c ¶ Non omnia dicente Iohanne: Si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse omnibus modis doctrinæ: & quantum singulorum sufficit fidei sacerdotum. d ¶ Dei amator.

a b sermōnem fēci de omnibūs ô Teophile, quæ cœpit Iesus 1 2

a ¶ Prius facere, postea docere, ne verbum opere destruatur. b ¶ Ante assumptionem. Vos inquam testes estis horum. & ego mitto repromissionem patris mei in vos. ¶ Præcepta dans quæ vel hic vel in Euangelio leguntur.

c d e facēre & docere, vsque in diem † qua præcipiēns apostolis 3 4 5

a ¶ Ad euangelizandum. ¶ De multitudine humani generis. ¶ Non vos me elegistis, sed ego vos elegi.

f g h per spiritum sanctum quos elēgit assumptus est. Quibus & 6 7 8

a ¶ Potentia deitatis. ¶ Non legatum misit ad resurrectionem. b ¶ Voluntarie susceptam. c ¶ Vel aliis dissimilem, quia non pro culpa sua est passus.

prabūit seipsum viuum post pāssionem suam in mūltis 9 10

OECVMEN. vel hoc dicit, spiritualia significans fuisse D præcepta, nihil seculare præ se ferentia, vel etiam vt spiritum connaturalem sibi demonstret, vt potecui ex diuina hypostasi nihil desit eorum, quæ adeo expleri possunt. Quænam autem sunt præcepta, &c. g *Elegit*. Hoc ad laudem apostolorū quorū actus scribere proponit.

CHRYSOSTO. Non dixit, ascendit: Nā adhuc tanquā de homine loquitur videlicet & post resurrectionē docuit discipulos, cæterū huius tēporis historiā nemo nobis explicuit ex acte totā verū immoratur quidem huic rei Ioannes magis quā cæteri, quēadmodum & hic: Sed nullus omnia euidēter disseruit, propterea quod ad alia festinarent. Dicimus igitur hæc per apostolos, qui quæ audierāt voluerūt, quibus & seipsum præbuit viuū. Prius autē de assumptione loquutus. dicit & de resurrectione posteaquam enim dixit eum assumptum, ne putares illum ab aliis assumptū esse, adiecit, quibus & exibuit seipsum viuum. Etenim si semetipsum exibuit in re maiore, multò magis in minore. E Homil.1.

Homil.1. c *De omnibus*. Dictis & factis Christi quæ iudicauit officio digna vel idonea suæ dispensationi.

CHRYSOST. Non simpliciter de omnib. sed ab initio ad B finem vsque. aut enim ad eum vsq; diem quo receptus est in cœlum. Atqui Ioānes declarat impossibile perscribere omnia. quæ si scribātur singulatim. nec ipse vt arbitror caperet mundus. Quomodo igitur hic Lucas, loquitur de omnibus? Atqui non dixit omnia, sed de omnibus perinde ac si quis dicat summatim in genere: aut de omnibus loquitur, quæ necessaria sunt, vrgentque. cap 1.

OECVMEN. hic autem de omnibus ait sic librum fecisse, ab exordio vsque ad assumptionē. Quod se nihil prætermisisse eorū, ait, quæ coherent, aut vrgent, in quibus diuinitas ac veritas prædicationis cōprehenditur. Non enim quippiam eorū reliquerūt: per quæ vel dispensatio verbi iuxta carnē creditur & cognoscitur, vel magnitudo ipsius iuxta diuinitatem relucet & manifestatur.

Homil.1. CHRYSOST. OECVMEN. vide porro humanitatem eius ac mentem apostolo dignam, etiamsi vnius hominis causa tam diligentem sollicitudinem suscepisset, vt totum Euāgelium conscriberet: vt inquit, habens eorum sermonum quos audisti certitudinem. Audierat enim Christum dicentem, Matth.18. Non est voluntas patris mei, vt vel vnus pereat ex his pusillis.

d *Theophy*. Dei amicus, vel Dei amator: quia si tu sis amicus Dei, tibi scribitur. Cui Euangelium scripserat, eidem & Actus Apostolorum scribit Lucas medicus ad salutem ani. &c.

C e *Quæ*. A baptismo Ioan. quo Iesus baptizatus est, vsque in diem quo assumptus est in cœlum: quia de toto illo tempore Lucas sermones texuit qui in fine Euangelij ita scripsit: Cum benedixisset recessit ab eis, & ferebatur in cœlum.

Homil.1. *Aliter*. CHRYSOST. Nihil enim doctore frigidius, qui verbis dumtaxat philosophatur: Neque enim hoc doctoris est, sed histrionis ac hypocritæ. Eoque apostoli prius vitæ exemplis docebant, deinde verbis. *Cœpit Iesus, &c.* Quia omnia quæ fecit & docuit, incæptio quædam fuit eadem postea apostolis facientibus & docentibus & eorum sequacibus.

f *Facere*. Bonū doctorē instituit vel instruit, qui faciat quod docet.

Beda. Sensus est: scripsi de Iesu à tempore quo signa cœpit facere & docere vsque in diem quo iisdem completis assumptus est.

Rab. præcipiens apostolis prædicare Euangelium per spiritum sanctum, per quem prædicatum est Euangelium, quia verba inspirabat, & fiduciam tribuebat. Vel præcipiens per spiritum sanctum. Quod enim filius præcipit, præcipit, & hoc spiritussanctus. Vel propter spiritum præcepit, quia non præciperet nisi spiritus venturus esset.

Homil.1. CHRYSOSTO hoc est spiritualia ad illos verba loquutus, nihil autem humanum. OECV

OECVMEN. Ne quis existimaret alterius hoc factū esse virtute, statim etiā subiunxit, quod proprie esset authoritatis. quibus etiā exibuit seipsum viuentē. Eundem autem ostendēs qui passus fuerat ac resurrexerat. sermoni coniunxit quod sequitur, dicens, (posteaquā ipse passus fuerat.

h *Assumpt*. A diuinitate, vel à nube assumpt⁹, quasi verus homo.

TERTVL. Cum discipulis autem quibusdam apud galilæam Iudææ regionem ad quadraginta dies egit, docens eos quæ docerent. dehinc ordinatis eis ad officium prædicandi per orbē, circunfusa nube in cœlum est receptus, multo verius quàm apud vos asseuerare de Romulo proculi solent. in apolog. aduer gent. cap.21.

CHRYSOST. Neque enim ita tūc perpetuò quēadmodum ante resurrectionē fecerat versatur cum illis Illud vide, non dixit xl. diebus, sed per xl. dies. aduolabat enim, ac deuolebat rursus. Homil.1. Quur ita tandem? subducebat animos illorū ad altiora, nec patiebatur illos similiter erga ipsum sic affectos esse quēadmodū prius fuerant. Neque verò hoc simpliciter faciebat, sed vtrunq; diligēter præparabat, & vt crederetur resurrectio, & vt deinceps maior humana conditione haberetur, &c. Cæterum qua de causa non apparuit omnibus, sed discipulis tātum? Quū multis illarū visum fuisset spectrū, videlicet iis qui non nouerant arcanum misterij. Etenim si ipsi discipuli diffidebant initio ac turbabantur, & opus erat vt manibus cōtrectarent, opus erat mensa cōmuni, quomodo verisimile est affectos futuros fuisse vulgares istos? &c. Quod em̄ F in illis effecerūt conspecta prodigia, hoc in omnibus posteris erat effectura fides. quapropter & incredulos per fidē colligimus &c. Itaq; qui aiunt nō esse facta miracula, tum magis etiam seipsos pudefaciunt. Nam hoc ipsum maximū est miraculum, absq; miraculis orbē terrarū accurrere, à duodecim pauperibus & illiteratis hominibus attractū. Neq; enim opulentia diuitiarū, neq; sapientia dicendi, nec alia re simili vicerūt piscatores, vt iam vel inuiti fateantur homines in illis diuinā esse virtutē. Nam erat impossibile, vt vnquā res tanta viribus hominū conficeretur. Atq; hac de causa & ipse diebus quadraginta cōmoratus est post resurrectionem, longò tēporis spacio certis argumentis declarāns, & cōprobans conspectū suiipsius, ne spectrū & manē fantasma crederēt quod videbatur. Ac ne his quidem contentus fuit, sed mensam etiam addidit. Et conuescens. &c.

i *Viuum*. Corpus viuum vel proprium, non phantasticum. quod

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sermonem, &c. *Non dicit omnia: quia omnia facta Christi non possunt per singula scribi: secundum quod dicitur Ioan. vlt. d. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. sed dicit,* 2 De omnibus. *quia de pertinētibus ad Christi conceptionē, natiuitatē vitam & mortē, resurrectionē & ascensionē aliqua scripsit.* 3 O Teophile. *Hic erat quidā episcopus Asiæ, cui scripserat Euangelium, vt patet in eius prologo, & eidem scripsit hunc librum.* 4 Quæ cœpit. *Ne similis esset scribis & Pharisæis, de quibus dicitur improperādo Matt. 23. a.* Dicunt enim, & nō faciunt. *Bene enim docere, & male viuere nihil aliud est quam se sua voce damnare.* 5 Vsque. *Ascensionis suæ.* 6 Qua præcipiens. *Quod s. prædicarent. Matth. vlt. vt supra allegatum est.* 7 Quos elegit. *præ cæteris ad officium apostolatus.* 8 Assumptus. *de terra ad cœlum in sua humanitate, secundū diuinitatē enim quæ necessario est vbique, non conuenit ei de loco ad locū transire. Assumptus est autem à tota trinitate assumptionē illam faciente, quæ in omnibus effectibus principaliter operatur. Et etiā à seipso. nam corpus gloriosum sic est in potestate animæ, quod obediuit ei ad nutū ad motū localem. Assumptus est etiam à nube præstante ei obsequium.* 9 Quibus & præbuit. *post resurrectionem.* 10 In multis. *de sua resurrectione facientibus fidem.*

MORALITER.

† aliis facienda proponant. Per hoc etiam, quòd Christus post opera virtutū doctrinam sanam dicitur hic ad dexterā patris assumptus, significatur quòd doctor vel prædicator rectè viuens & sane docens, sit ad Dei gloriam assumendus.

9 *Quibus & præbuit, &c.* quæ posita sunt diffuse in literali expo- ‡ sitione.

& apostoli cognouerunt tanquam notissimum. Aut viuum quod A post mortem viuebat. Vel viuum, id est, amplius non moriturum.

a *Per dies*. Non tamen eis per. xl. dies continuos apparuit. post diem enim resurrectionis alios quatuor dies interuenisse Ioannes dicit. Post quos rursus apparuit per xl. quia. xl. horis mortuus fuerat xl. dieb⁹ se viuere cōfirmat. Et per xl. typus præsentis seculi, quo Christus in ecclesia versatur, potest intelligi, siue q a homo quatuor cōstans elemētis eruditur contra transgressionem decalogi.

† signis Mysticè † Lu 24. g. † conuersans

a ¶ Ostensionibus. b ¶ Apparere dicitur illud quod insolitum est. c ¶ Quod erat signum veritatis, scilicet solita sibi dicere prius.

a b † argumēntis per dies quadraginta apparēns eis, & lōquēs 1 2

a ¶ Scilicet de Euangelio, ecclesia, regno cœlesti, quæ omnia vnum regnum sunt. b ¶ Vos autem sedete hic in ciuitate quousque induamini virtute ex alto.

c d de regnō Dei. † Et † couescens præcepit eis ab Ierosolymis 3

hierosol, &c. Primū euocarat illos in galilæam, mætuentes etiāmnum ac tremētes, quo vacui pauorē, possent audire quæ dicerētur. deinde quum audissent, & in his quadraginta dies essent versati, præcepit ne ab hierosol. &c. D

c *Præcepit, &c.* CHRYSOST. Cur ita tandem? Quemadmodum milites, in multitudinē erupturos, nemo patitur exire, priusquam armati fuerint, neq; quisquā equos sinit à carcere prosilire priusquā aurigam nacti sint, ita nec Christus discipulos suos passus est in acie conspici, priusquam descenderet spiritus, ne facile caperentur, & abducerentur à multitudine. verùm non hæc sola causa est. Sed postea quam cōplures erant Illis credituri, & rursum cum his alij, ne qui dicere possent, quod prætermissis notis, ad peregrinos abissent, ostentandi sui gratia: hac de causa, apud ipsos qui Iesum occiderēt, exhibent argumenta resurrectionis: Apud ipsos, inquam, qui eum crucifixerant, qui sepelierant, in ipsa ciuitate in qua facinus illud impium erat patratum, vt aduenis etiam omnibus os occluderetur. Homil.1.

OECVMEN. Quod si statim ab hierosolymis discessissent, nihilque horum fuisset subsequutum, suspecta certe fuisset resurrectio. Rursum etiam quia nondum virtute spiritus ornati, inutiles redderentur ad hostium congressus. cap.1.

d *Conuescens*. Signa veri corporis annunciat, quia non vno corporis sensu, sed visu, auditu, tactu, apparendo, loquendo, conuescendo probantur. E CHRY

b *Apparens*. Beda. Ad instruēdam fidem suæ resurrectionis: sepius quoq; apostolis post resurrectionē viuus apparēs cibū sumit, carnem suam palpandā exhibuit. Sed per mysteriū huius cōuersationis significat se impleturū quæ promiserat: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationē seculi*. Iste numerus tēporalem vitam significat, q a postquā cōsepulti fuerimus cū Christo p baptismū in mortē, quasi mari rubro trāsito necessariū habem⁹ ducatū in hac solitudine, q ad cœlos nos pducat, & imagines suas denario remunerās præsētia sancti spirit⁹ quasi vera q ete iubilei remuneret. Matt.28. d. Colos.2.b.

Homil.1. CHRYSOST. Sic hoc argumēto ipsi quoq; apostoli, semper affruxerūt resurrectionis fidē, vt quum aiunt, quiquidē cibū simul sumpsimus, & bibimus cū illo. Sed quid apparēs faciebat? Per quę illos ad fidē adduxerit ostendit, dicēs: *apparens eis, &c.* Quum autem deiectis erāt animis & his quæ facta fuerāt conturbati, ac restabat, vt magna aggrederentur certamina recreat & erigit illos, B prædicēs quid esset illis euenturū, ac præcipiens ne discederāt ab Actoi.10.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Per dies. *quod non est sic intelligendum, quòd in illis quadraginta diebus fuerit continuè cum eis, sed quia in illo temporis spatio eis frequenter apparuit.*

2 Loquens, &c. *id est de beatitudine cælesti. Ad maiorē intellectū dictorū duo hic sunt videnda. Primū est, vtrū resurrectio Christi debuit argumētis probari. Ad quod dicendū, quòd argumentū vno modo est ratio rei dubie faciēs fidē. i. certitudinē. quod esse nō potest nisi procedat ex principijs per se notis, sicut fit in scientijs demonstratiuis & alijs. talibus argumētis non debuit resurrectio Christi probari quæ est articulus fidei. de talibus enim non habetur certitudo euidētiæ in præsenti. saltē de cōmuni cursu. Alio modo accipitur argumentū aliquod sensibile signū, quod inducitur ad manifestationē alicuius veritatis. quæ nomine argumēti aliquādo vtitur philo. in libris suis. & hoc modo accipiendo argumentū Christus suā resurrectionē declarauit argumētis, inquantū per euidentia signa se verè resurrexisse ostendit: quod fuit necessariū apostolis fieri. Primò propter seipsos eo quod eorum corda non erant disposita ad credendū de facili eius resurectionē. Vnde dicit eis Luc. vlt. d.* O stulti & tardi corde ad credendū in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. *Secundò propter alios, vt per huiusmodi signa eis ostensa eorū testimoniū de Christo efficacius redderetur, secundū illud. 1. Ioh. 1. b.* Quod audiuimus & vidimus nostris oculis, & manus nostræ contrectauerūt de verbo vitæ: testamur & annūciam⁹ vobis. *Secūdū est de qualitate & efficacia huiusmodi argumētorū. Circa quod sciendū, quod vera resurrectio de qua fit sermo hic,* C *est creditus eiusdem hominis in numero de morte corporali ad vitam gloriosam. Et hoc ostensum est in Christo tam ex parte corporis quā ex parte animæ. Ex parte enim corporis primò fuit ostensum, q Christi corpus post resurrectionem fuit verum corpus & solidum, non corpus phantasticum vel rarum: sicut est aer, vel per hoc q palpabile præbuit ipsum. Luc. vlt. f.* Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnē non habet, sicut me videtis habere. *Secundò fuit ostensum, q erat corpus humanū, per hoc q ostendit verā humanā effigiē oculis distinguibilē ab alijs effigiebus. Tertiò fuit ostēsum, q erat idē corpus numero q habuit prius ante mortē: q ostēdēdo cicatrices vulnerū. Lu. vl. f.* Videte man⁹ meas & pedes meos, quia ego ipse sum. *& Ioh. 20. g. dicit Thomæ:* Infer digitū tuum huc. & vide manus meas: & affer manū tuam, & mitte in latus meū, & noli esse incredulus, sed fidelis. *Similiter ex parte animæ iterato corpori vnitæ veritatē suæ resurrectionis ostendit: & hoc per opera triplicis vitæ. Primò quidē per opus vitæ nutritiuæ, in hoc quòd cū discipulis manducauit, vt habetur Luc. vlt. f.* Obtulerūt ei partē piscis assi & fauū mellis: & cū māducasset coram eis, sumēs reliquias dedit eis. *Secundò per opera vitæ sensitiuæ, in hoc q discipulis ad interrogata respōdebat & eos salutabat, in quo se ostēdit videre & audire. Tertiò per opera vitæ intellectiuæ, in hoc quòd cū eis loquebatur & de scripturis disserebat, Lul. vlt. f.* Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, &c. *Quod etiā resurrexit ad vitā gloriosam, ostēdit per hoc, q ad discipulos ianuis clausis intrauit, & hoc per dotē subtilitatis. Vnde dicit Greg. Homil. 17. Palpādam carnē dominus præbuit quā ianuis clausis introduxit vt esse post resurrectionē ostēderet corpus suum, eiusdem naturæ, & alterius gloriæ.*

De efficacia istorū argumentorū dicitur ab omnibus, q licet vnū per se sumptū vel duo nō sufficeret, tamen omnia simul sumpta fuerūt efficacia in suo genere ad manifestandā veritatē resurrectionis dominicæ: & cū ad hoc inducta fuerint ab illo cuius perfecta sunt opera. Sed vlterius potest quæri, vtrū in hac manifestatione fecerint certitudinē euidentiæ, vel adhæsionis tantū. Ad quod dicūt aliqui, q fecerint certitudinē adhæsionis tantū, qualis est in his quæ sunt fidei: de quibus est resurrectio Christi. Alij verò dicūt, q fecerūt certitudinē euidentiæ, eo quòd talis manifestatio fuit per signa sensibilia euidētia. Sed saluo meliori iudicio mihi videtur melius dicendū, q Christus potest dupliciter cōsiderari. Vno modo inquātū homo tantū, & sic argumēta prædicta fecerūt certitudinē euidentiæ, de resurrectione humanæ naturæ: quia sicut dictū est, erāt euidentia sensibus bene dispositis. ad quod etiā reducitur certitudo euidentiæ demōstrationis. Alio modo potest considerari inquantū Deus & homo, siue Deus humanatus. & sic argumēta prædicta de resurrectione Dei *hominis, nō fecerūt certitudinē euidentiæ: sed adhæsionis tantū quæ est fidei: quia diuinitas Christi & ante resurrectionē & post nō fuit aliter cognita ab apostolis. Et hoc videtur manifestè dicere beatus Greg. homil. 17. Thomas aliud vidit & aliud credidit. A mortali quippe homine videri diuinitas nō potuit hominē ergo vidit, & Deū confessus est pi.* Dominus meus & Deus meus. *vidēdo ergo credidit, quia considerādo verū hominē, hunc Deū quē videre nō poterat exclamauit. licet ergo per argumenta prædicta euidens fuerit apostolis illum qui dicebatur Iesus Nazarenus, verè resurrexisse, nō tamen fuit euidēs. sed solum creditū Deum à mortuis resurrexisse. sicut & creditū fuit tantū, & nō scitū illū hominē esse Deū. obiectū autē fidei est ipse Deus nō visus: & ideo articulus fidei est aliquod nō visum circa Deū. propter quod articulus fidei est Deum resurrexisse à mortuis, & nō hominē tantū. Propter quod dictum est supra quòd illa argumēta nō fuerūt efficacia ad manifestandū euidenter resurrectionē Christi prout est articulus. Et per prædicta patet solutio ad rationes vtriusq; opinionis aliter sentiētis.* F 3 Et conuescens. *Post quam Lucas cōtinuauit se ad dicta in Euāgelio, hic consequēter prosequitur dicēda in hoc lib. qui sicut dictū est, est de legis euāgelicæ promulgatione. Circa quod consequendū, quod sicut corpus mobile subiectum est in tota naturali philosophia sub ratione absoluta: in partialibus verò libris sub rationibus determinatis: vt in libro de cœlo & mundo corpus mobile ad sitū, in libro verò de generatione: corpus mobile ad formā: Ita Deus sub ratione absoluta subiectū est in tota sacra scriptura. ideo dicitur theologia quasi sermo de Deo. sub rationibus verò determinatis est subiectū in libris partialibus, vt ostensum fuit in principio Gen. & in alijs sequētibus libris. In toto verò nouo Testam. subiectū est, vt redēptor in cōmuni, sed in libris partialibus sub rationibus*

MORALITER.

‡ sitione: & per hoc fuit probata nostra resurrectio futura, quia Christus est homo verus eiusdem speciei nobiscū. propter quod eius resurrectio est nostræ resurrectionis argumentum, vt deducit Apostolus. 1. Corint. 15. Et quia ad sane prædicandum requiritur spiritussancti donum, ideo promittitur prædicatoribus ecclesiæ cum dicitur: *Et conuescens præcepit, &c.* Sequitur:

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✠ CHRYSOST. Post hæc ne dicerent, quomodo ergo poterimus inter homines impios, & homicidas, ad hæc tam multos durare, quum simus pauci contemptique? vide, quomodo dispensationem hanc dissoluat dicens, sed expectate promissionem patris, quam audistis ex me. A Homil. 1.

Vide Chrysostomus eo loci. ✠ OECVMEN. Et vbi hoc pater promisit? Dicim⁹ ergo quod vel per defectu oportet dictū hoc intelligi, vt subaudiatur præpositio ἀπὸ, sitque sensus. Expectarēt à patre promissionē, quā vobis, inquit, feci de spiritusancto, vel etiā quia sicut ipse ait, Quæ à patre audiui hæc annuntio vobis: sancti quoque spiritus promissio etiam si per ipsum facta sit, attamen à patre erat. Quod si & ab ipso quæris spiritu, Ioel fide dignus est qui sermonem confirmet dicens, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 2. cap.

a ¶ De visione pacis æternæ non discedit ecclesia. b ¶ Ad probationem fidei obedientiæ & patientiæ.

a ne discederent, sed expectarent promissionē patris, quam 1

a ¶ Non apostolorum vel aliorum, vel non patris qui incarnatus non est. 2 b ¶ Ideo indigetis promissione spiritus, quia in baptismate Iohannis non est, datus spiritus. c ¶ Multos vel nos.

b audistis inquit per os meum: † quia Iohānes quidē baptiza- 3

a ¶ Sola sine spiritu. b ¶ Ad probandam eorum obedientiam tempus interponitur. Multi non erant dies pro celeritate salutis credendum, quibus erant prædicaturi.

c uit aqua, vos autem baptizabimini spiritusancto, nōn post

a *Promissionem.* Quam promisit per Ioel, vt habetur in sequentibus: & si à Christo promissa, à patre tamen complebitur. Vel patris dicitur, quia in eius verbo, id est, Christo promittitur.

b *Quia Iohannes.* Beda. Cum diceret dominus: quia Iohannes baptizauit aqua, vos autem, &c. non subiunxit: vos autem baptizabitis, sed baptizabimini spiritusancto: quia neque apostoli, neque sequaces eorum vsque hodie in ecclesia aliter quam in aqua baptizare præualent: sed inuocato nomine Christi interior virtus spiritussancti baptizatorum animas & corpora purificat: quod in baptismo Iohannis non fiebat. B

Beda. Baptisma datur in duabus naturis, corporali, scilicet & spirituali: quia homo qui baptizatur duobus constat, corpore, scilicet & anima: tamen vnum est baptisma, sicut vnus homo.

Cap. I. ✠ OECVMEN. Consummata spiritus supeructio in apostolos, & quæ perfectum reddit, à Deo, vt alios quoque perficiat, tēpore Pentecostes facta est, non autem eo præsente venit, Nam si tunc dominus discessisset, spiritus vero mansisset, nō fuisset tanta consolatio: adeò enim ei adhærebant, vt ægrè diuelli possent. Non statim autem descendit spiritus, sed post octo fortassis aut nouem dies, vt paululum cōtristati, & in desiderio ac necessitate promissionis constituti, purum ac perfectum reciperent in eius aduentu gaudium. Præterea autem oportebat in cœlo nostram comparere naturā ac perfectam fieri reconciliationē, ac tūc viuire spiritum.

Homil. 1. ✠ CHRYSOST. Neque dixit, Ego vos baptizo spiritusancto, sed baptizabimini, nos interim docens, vt modestè de nobis sentiamus Nam hoc iam ex Ioānis testimonio dilucidum erat, quod ipse esset qui baptizaret, quum diceret, ipse vos baptizabit spiritusancto, & igni.

✠ OECVMEN. Apostoli in initio aqua baptizati sunt, postea verò spiritusancto, &c.

Beda. Baptisma vnctio. vnde & in quibusdam libris inuenitur sic Iohannes † vnxit aqua, vos vngemini spiritusancto. Baptisma autem domini quod in spiritusancto est, non ad illud tempus tantum respicit quo apostoli & cæteri fideles illius tēporis baptizati sunt aqua in remissionem, gratia spiritus à Domino percepta: sed C ad hoc etiam in quo domino mittente spiritū plenius acceperunt. D quicunque etiam modo baptismum in remissionem accipit in spiritu baptizatur: cuius dono solutis peccatis vt etiam in bono proficiat adiuuatur.

✠ OECVMEN. Baptizabimini dixit, non baptizabo, mansuetudinem amplectens, & arrogātiam fugiēs; præsertim quum Ioānes prius hoc docuisset dicens, Ipse vos baptizabit spiritusancto & igni, superfluū esset, vt ipse per seipsum adderet. Verum an non per gratiam baptizat in cænaculo absque aqua, vtique: nam spiritus efficatior est, per quem etiam aqua operatur quandoquidem ipse quoque Christus absque oleo inunctus est. Cap. I. Matth. 3.

c *Vos autem, &c.* AVG. Quando Petrus negauit: non erāt Apostoli baptizati: non aqua, sed spiritu, post resurrectionē enim dictum est: Vos verò baptizabimini spiritusancto: nondum enim resurrectione Christi & missione spiritus confirmati erant. Sicut iustis circuncisio nō fuit necessaria antequā imperaretur Abrahæ & posteritati suæ, sic postquā sacramentū noui Testam. id est. baptisma circūcisionis loco datum est à domino dicente: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, &c.* Certum est nullum ad corpus Christi pertinere nisi baptizatū, præter eos quibus passio deputatur pro baptismo. E Item scriptum est, quando Paulus baptizatus est: & non est scriptum quando alij apostoli baptizati sunt sed debemus intelligere baptizatos esse propter illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, &c.

Beda. Nondum fuerāt baptizati: vel baptismo Iohannis, non aqua, sed spiritusancto: quos intelligimus baptizatos esse qui baptizabant alios.

Rab. Hic promittitur, quòd Iohannis baptismo præcelleret baptisma apostolorum. Qui à Iohanne baptizati sunt tantū aqua, vt patet in Andrea & in altero discipulo. Petro etiam dictum est: *Qui lotus est non indiget nisi vt laue pedes.* postea à Christo firmata est eorum fides: quorum etiam pedes in cœna lauit, & quibus corpus suum dedit post resurrectionem insufflauit spiritum, die ascensionis eos benedixit, postea misit spiritum.

✠ CHRYSOST. Nec expressit, quando, quò semper vigilarēt, tantùm dixit breui futurum ne deiicerentur animis: quando verò id esset futurum, nōdum addidit, vt semper essent vigilantes, &c. Homil. 1. Quid igitur miraris, si non exprimit diem, quo hæc erant perficienda? quandoquidem hunc instantem ac vicinum noluit esse manifestum, idque iustissima sanè de causa, nimirum vt vigilantes sollicitius promissum expectarent. Non enim datur, nō datur, inquam gratis nisi vigilanti. An non vides quid dicat Helyas discipulo? 4. Reg. 2. Si videris me cū abripiar, sic erit tibi, hoc est, cōtinget tibi quod postulas, &c. Sic & Paulo statim data est gratia sed triduum intercessit, quo fuit cœcus, atque interim metu purgatur ac præparatur. Etenim quemadmodum qui purpurani tingunt, prius aliis quibusdam coloribus præparant id quod tincturā accipiet, ne flos dilutus & euanidus fiat: Itidem & hic prius animi solicitudinem ☞ Deus F

NICOLAVS DE LYRA.

magis determinatis. Vnde in Euāgelio Deus redemptor est subiectum vt legis Euangelicæ lator. In hoc autem libro vt eiusdem legis per orbem publicator. Primum tamen fecit per seipsum, secundum verò per Apostolos ad hoc missos. propter quod liber iste ab actibus apostolicis nominatur. Ad hoc autem quod Apostoli aliique discipuli essent ad hanc publicationem idonei præexigebatur in eis solidatio & perfectio per donum spiritussancti, quo essent diuina notitia præditi constantes & eloquentes & charitate feruidi: propter quod liber iste in duas partes diuiditur: quia primo describitur apostolorum debita dispositio, secundo per eosdem euangel. publicatio, se. ca. ibi: Stans autem Petrus. Debita vero dispositio apostolorū facta est per spiritussancti donum vt dictum est, & ideo primo describitur promissio huius doni. secundo expectatio promissi, ibi: Tunc reuersi sunt. *tertio collatio expectati. in principio sequentis cap. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur hac promissio, secundo circa hoc mouetur quæstio, ibi:* Igitur qui conuenerant. *Circa primum sciendum, quod licet sanctus Lucas in fine Euangelij sui locutus fuerit de hac promissione, hoc fuit tamen breuiter & succinctè. Hic autem tangit eam magis diffusè, propter quod ab ea incipit prosecutionem dicendorum in hoc libro. Dicit ergo:* Et conuescens præcepit. *scilicet Iesus cum apostolis suis: quibus recumbentibus apparuit in die ascensionis, vt refert Marcus in fine Euangelij sui dicens:* Nouissime autem recumbentibus illis vndecim apparuit illis Iesus, &c.

1 Ne discederent. *donec per spiritumsanctum redderentur apti ad publicationem Euangelij. ideo subditur.*

2 Sed expectarent promissionem patris. *Iohan. 14. d. Paracletus autem spiritussanctus quem pater in nomine meo mittet, ille do. vos omnia.*

2 Quia Iohannes quidem baptizauit aqua. *solum, nam eius baptismus gratiam non conferebat.*

4 Vos autem baptizabimini spiritusancto. *Ex hoc loco dixerunt aliqui, quod apostoli non fuerunt baptizati baptismo Christi qui est in aqua secundum quod habetur Iohan. 3. Sed hoc non est consonum dictis sanctorum, nec etiam rationi. Dicit enim Saluator Iohan. 3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest intrare in regnum Dei: & ideo post illam domini sententiam nullus factus est membrum Christi, nisi per susceptionem sui baptismi, vel alicuius supplentis eius vicem, sicut est baptismus sanguinis & flaminis. Præterea Paulus Apostolus vocatus ad fidem de mandato domini fuit baptizatus, vt habetur Act. 9. c. Et idem tenendum est de alijs apostolis, quāuis non sit scriptum: quia non omnia Christi facta sunt scripta,* ✠ *vt dictum*

☞ Deus præparat ac deinde infundit gratiam. Eandem ob causam nec spiritum illis misit sed in die quinquagesimo, &c. A

Homil. 2. ✠ CHRYSOST. Nam quoniam audierant quod spiritum essent accepturi, tanquam digni iam cupiunt discere, & ad libertatis spem habebant erectos animos, Non enim volebant sese coniicere in pericula, sed respirare potius ac refocillari eoquod non exigua forēt quæ illis contigerant, sed de extremis imminebat periculum, &c. Equidem arbitror, ne illud quidem aliquo pacto cognitum illis fuisse, quod tandem esset illud regnum. Nondum enim erat spiritus, qui post docuit eos.

† vbi illi conuenissent. † articulos vel opportunitates Act. 9. c.

a ¶ Continuatio: præcepit eis, &c. qui conuenerant. ¶ Præsentes erant ascendenti.

multos hos dies. Igitur † qui conuenerāt interrogabāt eum, 1

a ¶ Seruus hoc profert. b ¶ Post tuam resurrectionem superueniente spiritu. c ¶ Induces diem iudicij & regnum veri Israelis? ¶ Temporale vel spirituale? quod in Græco manifestum est.

a dicentes: Dōmine, si in tempore hoc restitues regnū † Is- 2

a ¶ Quia vtrunque prius possessum est, postea perditum. ¶ ¶ Non huius, sed huic Israeli. ¶ Insinuat spirituale regnum à prophetis promissum fuisse. b ¶ Id est, non est hominum diem iudicij nosse, vt quasi suspensi semper iudicium expectent.

b raël? Dixit autem eis: Nōn est vestrum nosse tempora vel 3

a ¶ Numerum temporum vel momentorum vsque ad finem seculi. b ¶ Non ponet: quia Deus præteritum cernit, quidquid vult futurum esse.

c d e †mōmenta, quæ pater pōsuit in sua potestate: sed accipietis 4

a ¶ Quia infirmi. ¶ Scientiæ signorum confidentiæ. b ¶ Superuenit spiritussanctus, quia superior inferiore naturæ infunditur secundum illud: Spiritussanctus superue. in te, &c. c ¶ Non indigetis illud nosse, quia virtus spiritus quæ amplius est necessaria superueniret. ¶ Qui vos docebit. d ¶ Interius.

f † virtūtem superuenientis spiritūssancti in vos, † & eritis

† Israeli

a *Domine si in tēpore.* Beda. Quia apparēs eis locutus fuerat de regno Dei, & spiritussancti promiserat aduentum, ideo in præsenti quærunt de regno Dei: si in præsenti adueniente spiritu sit restituendum, an in futuro sanctis reseruandum? B Carnales enim resurrectione Christi implera, cito regnum Israel credebant esse venturum, secundum illud *Nos autem sperabamus quod esset redempturus Israel.* Luc. 24. d.

de fide li. 5. cap. 8. ✠ AMBROS. Vestrum dixit, nō meum. Iam enim non secundum perfectionem, sed secundum perfectum humani corporis ac nostræ animæ loquebatur. Cum autem dicit, tempora vel momēta quæ pater posuit in sua potestate: vtique non potest esse exors scientiæ paternæ, cuius nequaquam exors est potestatis, cuius potestas ex sapientia & virtute gignitur, quod vtrúque Christus est.

Cap 1. ✠ OECVMEN. vbique futurarum cognitione rerum priuat ipsos: non tanquam ignorans, sed quod sciret nihil illos ex eo iuuari ad spiritualem salutem.

Homil. 2. ✠ CHRYSOST. verum vt intelligatis rem, adhibita similitudine reddam dilucidiorē. Quemadmodum quum videmus infantem plorantem, semperque cupientem aliquid à nobis accipere, quo nihil illi est opus, tum occultato potius quod concupiscit, ostendimus illi manus vacuas, dicentes: Ecce non habemus: Itidem & ille fecit apostolis. Sed quemadmodum puer ille, si posteà nihil ostendamus instat plorando, videns se esse delusum, deinde eo relicto discedimus, dicentes, vocat me talis, & aliud quiddam eius loco, quod concupiscebat damus, volentes eum auocare ab eo quod maluisset accipere, extollentésque illud quod in alterius locum damus, eo dato, repentè subducimus nos: Itidem fecit & Christus, illi quærebant accipere, hic negauit se habere. Attamen primum deterrebat: Cæterùm vbi rursus quærerent, iterum negauit se habere, nisi quod nunc terretur: verùm postea quam ostenderat, quod fecerat, dicit etiam probabilē causam, Pater (inquit) C posuit in sua potestate: Quid igitur? Nescis ea que sunt patris: ante ipsum quidem nosti, cæterùm quæ facit ignoras? Ipse dixisti, D Luc. 10. nemo nouit patrem nisi filius, Et spiritus quidē omnia scrutatur, etiam profunda Dei, tu verò ne hoc quidē scis? Absit, Nō, vt hoc suspicemur, ad istum loquutus est modum. Sed ita se gerit quasi nesciat, quo illos reuocet ab intempestiua inquisitione, &c.

b *Nō est vestrū nosse.* Non ait, non erit, sed non est: notans adhuc esse infirmos, & ideo ad secretum non esse idoneos.

Cum verò ait: *Non est vestrum nosse* Ostēdit quòd ipse sciat cuius sunt omnia quæ patris: sed eis nō expedit nosse, sed ita viuāt quasi quotidie iudicandi.

c *Quæ pater.* Beda. Illius inquit regni tam secretum est tempus, vt tantum scientiæ patris pateat, sed accipietis virtutem spiritussancti, vt quod propter infirmitatem carnis non potestis, possitis ex virtute spiritussancti.

d *In sua potestate.* Beda. Hoc vt verus homo excusabiliter dixit, E sed tamen vna est patris & filij & spiritussancti potestas: filius etiā potestas patris est.

e *Sed accipietis.* Tollitur scientia temporum, sed diuinum quo indigēt adhibetur auxilium, hoc modo, cum pueris aliquid tollitur, aliud datur ne penitus tristentur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quemadmodum non respondet illic ad ea quæ percontabantur; nam hoc doctoris est, docere non quæ vult discipulus, sed quæ discere expedit; Sic & hic que concessit illis scire, ideò prædicit, ne turbarentur, nimirum adhuc etiam imbecilles. vt autem illos confirmaret, erexit illorum animos, simulque texit ea quæ erāt auditu grauia. Nam quum esset illis Paulo post relaturus, hæc colloquens cum illis nihil dicit molestum simpliciter, sed cum admixta laude mitigat per hæc quæ nunc facit, illud propemodum dicens, Ne formidetis, capietis enim virtutem, &c. Ante dixerat, in viam gentium, &c. Nunc autem vult eos per omnem Iudæam ac Samariam prædicare. Et quod tum reticuerat hic addit. *Et vsque ad extremum terræ.* Eloquentes quod erat omnium maximè formidabilè, &c. Cæterum vbi, inquit, timuistis Hierosolymis, Illic primum prædicare, post vsque ad extremum terræ.

Ad maiorem huius autoritatis intelligētiam quæritur hic, vtrum vti sortibus sit licitum? Ad quod dicendum, quod vti sortibus est ex vario euentu seu dispositione alicuius rei sensibilis proposita determinare aliquid dubium vel incertum, sicut ex festucis propositis per hoc quod aliquis accipit breuiorem vel longiorem, seu in projectione taxillorum, ex hoc quòd aliquis projicit plura puncta vel pauca, vel ex consimilibus aliquod dubium inter homines determinatur. Et si hoc fiat ad ajicuius rei diuisionem inter homines, vt per hoc determinetur quis quam partem accipiat, vocatur sors diuisoria. Si autem hoc fiat ad aliquid determinatè agendum, vocatur sors consultoria. Igitur si dispositio vel euentus sortium expectetur à fortuna tantum, nullum vitium est si mittantur sortes ad determinandum inter homines quis quam partem accipiat alicuius rei: & hoc ex communi consensu committitur fortunæ. causa tamen motiua potest esse peccatum, vt si propter cupiditatem propriam vel aliquod vitium non possunt concorditer alio modo diuidere. Si autem dispositio sortium vel euentus non expectetur solum à fortuna, sed ab alia causa. hoc est dupliciter. Vno modo à causa corporali, vt à dispositione stellarum, & sic cum actus stellarum ad hoc se non extendat, supestitiosum est & illicitum, & non caret oculto pacto dæmonum. Alio modo, quia expectatur euentus, & dispositio sortium à causa spirituali dirigente. & hoc est dupliciter. Vno modo à dæmone: & hoc est illicitum: quia includit familiaritatem & pactum cum dæmonib. Alio modo à Deo *expectatur immediatè, vel mediantibus angelis sanctis. & hoc non est illicitum secundum se, si fiat cum reuerentia debita. vnde dicitur Prouerb. 16. d.* Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. *Potest tamen in hoc peccatum quadrupliciter incidi. Primò si absque vlla necessitate ad sortes recurratur, hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere. vnde dic. Ambr. super Lucam: Qui sorte eligitur, humano iudicio non comprehenditur. Secundò si quis etiam in necessitate absque reuerentia debita sortibus vtatur. vnde super Actus apostolorum dicit Beda: Si qui aliqua necessitate compulsi Deum putant sortibus apostolorum exemplo esse consulendum videant hoc ipsos non nisi collecto fratrum cœtu & præcibus ad Deum fusis egisse. Tertiò, si diuina oracula ad terrena negotia conuertantur. Vnde dicit Aug. ad inquisitiones Ianuarij: His qui de paginis euangelicis sortes legunt, & si optandum sit quod hoc faciant potius, quam ad dæmonia consulenda concurrant: tamen mihi displicet ista consuetudo ad negotia secularia & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Quartò, si in electionibus ecclesiasticis quæ ex spiritussancti inspiratione fieri debent, aliqui vtantur sortibus. Vnde dicit Beda super Actus apostolorum: Mathias ante pentecostem ordinadus sorte quæritur, quia nondum erat sancti spiritus plenitudo in ecclesia Dei diffusa. septem autem diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum ordinati sunt. Propter hoc prohibetur rationabiliter talis electio. extra de sortilegiis. c. vlt. Non tamen peccauerunt apostoli eligendo Matthiam per sortes. quia non erat prohibitum: & quia fecerunt hoc familiri consilio spiritussancti, quod non est trahendum ad consequentiam: maxime quia homines nō sic vsi fuissent præmittendo orationem deuotam: sic enim licitum erat ante prohibitionem, vt dictum est. Secus autem est in temporalibus, quæ ordinantur ad terrena disponenda: & ideo in electione illorum possunt homines vti sortibus sicut in diuisione rerum temporalium, vt prædictum est. Si vero necessitas aliqua alia ab electione dignitatis ecclesiasticæ immineat, licitum est cum debita reuerentia sortibus diuinum auxilium implorare. vnde dicit Augu. in epistola ad Honoratum. Si inter Dei ministros sit disceptatio qui eorum tempore persecutionis maneant, ne fuga omnium, & qui eorum fugiant ne morte omnium, deseratur ecclesia. Si hæc disceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant & qui fugiant sorte eligendi sunt. & hoc modo vsi sunt sortibus viri sancti, qui in veteri & nouo testamento vsi fuisse sortibus leguntur. sicut Iosue indicio sortium puniuit Acham Iosue. 7. Et Saul in oratione deprehendit Ionatham filium suum mel comedisse. primo. Regum. 14. g. Et Zacharias sorte exijt vt incensum poneret, Luc. 1. Et sic patet responsio ad quæstionem.*

An sortib. vti liceat. — ortium ertitio — In sortibus diuinis pecçatur quadrupliciter — C — E — F

✠ CAP

MORALITER.

2 *Et annumeratus est.* Et sic fuerunt duodecim apostoli in pluribus locis sacræ scripturæ figurati. s. in 12. partriarchis, in 12. fontib. in Elim repertis, in 12. panibus propositionis, in 12. lapidibus rationalis, in 12. lapidibus altaris, in 12. lapidibus de Iordane eleuatis, & in aliis. 12. in Iordane positis, & in 12. exploratoribus terræ promissionis, & in 12. bobus æneum mare substentantibus, & in 12. prophetis, & in 12. lapidibus coronæ sponsæ, & in 12 portis ciuitatis, & in 12. fructibus ligni vitæ.

✝ MORA

ADDITIO.

In cap. primo. vbi dicitur in postil. Sed saluo meliori iudicio mihi videtur melius distinguendum: *quia Christus potest dupliciter considerari.*

Cum doctores dicunt, quòd omnia argumenta Christi simul sumpta sunt efficacia ad manifestandum veritatem dominicæ resurrectionis, intelligendum est cum testimonio sacrarum scripturarum & angelorum reuelationem, prout in tertia parte. quæst. vlt. artic. sexto. in corpore quæstionis: Non enim alia signa per eum ostensa sine huiusmodi testimonijs videntur sufficisse ad certitudinem fidei inducendam. Et hoc patet. nam licet corpus palpabile Christus præbuit ad sensum, & in humana effigie ab alijs distinguibili, & cum similibus omnino cicatricibus manuum & pedum: quia tamen similia copora virtute angelica formari possunt, ideo talis in corpore Christi ostensa non sufficiunt ad certitudinem fidei inducendam absque testimonijs prædictis. Similiter ea quæ fuerunt ex parte animæ iterato corpore vnitæ talem certitudinem, non inducunt, sicut ap

Universidad de Deusto Biblioteca

cut apparens manducatio & collocatio, & declaratio scripturarum, & huiusmodi. Similia enim prædictorum angeli hominibus apparentes fecerunt, vt patet Gen. 19. Exod. 14. & in aliis locis. vnde nec prædicta omnia quæ sensibiliter apparebant videntur sufficisse, nisi propter scripturæ testimonium & angelorũ dicta recte intellecta & applicata ad ea quæ sensui apparebant. Et ideo de Christo cum discipulis præsentialiter existente & eis colloquente, legitur Luc. vlt. Aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas. *Et ibidem*, O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ, &c. *Non enim dixi: O stulti & tardi corde ad credendum ea quæ palpantur seu sentiuntur, & huiusmodi, sed ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Ex quo patet, quòd sufficientia argumentorum resurrectionis dominicæ præcipuè consistebat in autoritate scripturarum bene intellectarum, & ad ea quæ sensui apparebant applicatarũ. Constat autem, quod veritas non percipitur perfectè, nisi ex autoritate sacrarum: & talia non causant certitudinem euidentiæ, sed fidei tantum: & sic patet, quòd loquendo de Christo etiam inquantum homo, argumenta prædicta non fecerunt certitudinem euidentiæ de resurrectione humanæ naturæ: quia sicut dictum est, talia non erant euidentia etiam sensibus bene dispositis, nisi mediante sacrarum scripturarum autoritate modo prædicto, cuius autoritatis certitudo non transcendit certitudinem fidei, quæ tamen certitudo sufficit in proposito, & est magis meritoria quàm certitudo euidentiæ.*

CAP. II.

hom. 4. œcu. c. 3. † comple-

✠ CHRYSO. & OECV. Quæ est hæc Pentecoste? quũ falx mittenda esset in messem, cũ fructus essent colligẽdi. vides typũ, vide iam veritatem. Quum falx sermonis esset adhibenda, quũ colligendæ fruges: tũc spiritus ille veluti acuta falx aduolauit. Audi enim Christum loquẽtem. Attolite oculos vestros, & videte regiones, quod iam albæ sunt ad messem. Ac Rursum, Messis quidẽ multa, operarij vero pauci. vnde ipse prior falcem misit ĩ messem, propterea quod ipse segetis primitias subuexit in cælum nostra assumpta natura: atque hanc ob causam appellat messem. Dũ complerentur inquit, dies Pentecostes. Hoc est, non ante pẽtecostem, sed circiter, vt ita loquar, Pentecosten. Nam oportebat festi tempore rursus hæc fieri, vt qui cruci adfuerunt Christi, iidem hæc quoque sperarent.

Io. 4. Luc. 10.

B

Spiritussanctus quare die quinquagesimo venit.

a *Et cum complerentur.* Beda. Iuxta historiam dies pentecostes, id est, quinquagesimus computabatur, quo lex data erat ab occasione agni: hic autem non à domini cœna vel die qua crucifixus est, sed ab eius resurrectione. secundum August. quinquagesimus cum spiritus missus est computatur: qui diem dominicum suo aduentu consecrauit, & eodem die pasca celebrandum esse monstrauit. Die solemni spiritus venit, vt tanta virtus haberet multos qui approbarent, & varias linguas cognoscerent. Ideo autem quinquagesimo, quia indulgentia fiebat in iubileo, & per spiritum peccata remittuntur, charitas diffunditur, quæ operit multitudinem peccatorum. In spirituali iubileo, rei soluuntur, debita dimittuntur, exules in patriã reuertuntur, hæreditas amissa redditur, serui. i. homines peccato venundati à iugo seruitutis liberantur.

Ra. Pentecostes Græcè, Latinè quinquaginta. Et antiquus populus pentecosten. i. quinquagesimum diem obseruabat. A die enim immolationis agni, per quem egressi sunt filij Israel de Ægypto, quinquagesimo die data est lex in igne. In nouo etiam Testa. quinquagesimo die à Pasca Christi descẽdit spiritus in Apostolos in igne apparens. Lex in monte Sina, spiritus in mõte Sion. Lex in sublimi montis loco, spiritus datur in cœnaculo. Sicut quadraginta dies quib. post resurrectionem cum discipulis conuersatus est, præsentem ecclesiam designant, ita quinquagesimus quo spiritus datur, denarium æternæ remunerationis exprimit. Quinquaginta, sexies septem, & octo habent: & septem ad vetus Test. quia septima die requieuit Deus ab operib. suis, & septima die sabbathi requies est constituta, & septem diebus Israel faciebat azyma. Octo ad nouum, quia Christus octauo die resurrexit: vel quia nouæ legis præcepta in octo beatitudinib. data sunt, vel quia in octaua die resurrectio futura speratur. Spiritus ergo sanctus duarum legum docẽs completionem, quinquagesima die descendit, qui numerus ex septem & octo constat.

[margin: ...r. 4. b. — Gen. 2. a. — C]

(Text:) a E T cum † complerentur dies pente- 1
a ¶ Nullus absens erat, vel quia numerus duodecim completus erat. ¶ Genitiuus. b ¶ Vnum cor & animam habentes. c ¶ Non in diuersis corporaliter.
b costes, erãt omnẽs † pariter in eodẽ lo- 2
a ¶ Nescit tarda molimina spiritussancti gratia. secundum illud, Fluminis impe. le. ci. Dei. b ¶ Vt signaret spiritum cælestem esse: c ¶ Cum sono venit qui sonos venerat docere.
c d co. Et factus est rẽpẽte de cælo sonus, 3
a ¶ Similitudo est vel coufir. b ¶ Non tamẽ aliquẽ terruit si. in l.
e f tanq̃ aduenientis spiritus vehemẽtis, & 4

† vnanimiter

b *In eodem loco.* Cœnaculo. s. quod ascenderant. qui enim spiritum desiderat, carnis domicilium mentis contẽplatione transcendens calcat.

c *De cælo.* Datur spiritus, vt diligatur Deus. in terra datur vt diligatur proximus, bis enim post resurrectionẽ est datus, ad duo præcepta charitatis commendanda.

d *Sonus.* poteſt dici locutio linguarum de ore Apostolorum sonans.

e *Spiritus.* Rab. Ante passionem datus est apostolis spiritus ad gratiam doctrinæ & sanitatum, post resurrectionem insufflauit Iesus spiritum, & ait: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Quod donum soli Petro prius dederat: sed vt creditur tunc per anticipationem, nunc cum cæteris per completionẽ etiam Petro tribuitur: & potestas data est dimittendi illis quos ad officium mittebat prædicationis. E

In pentecoste de cælo missus est spiritus, vt qui in proximo debebant diuidi acciperent linguarũ notitiam, ne per mundum euntes interpretib. indigerent. Et quia Deus simplex est natura, semel de cælo datur Spiritus. propter homines verò q duplici cõstãt substantia, corpore. s. & anima, dupliciter est diligendus. In terra bis datur prius in efficacia signorum ad sanitates corporum, postea in indulgentia peccatorum ad remedia animarum.

f *Vehe.* Cõparatione præcedentium vehemens dicitur gratia Apostolorum, vel in similitudinem venti vehementis spiritus venit.

hom. 4. Ezech. 3. Hierem. 1.

✠ CHRYSO. Repleuit, inquit, domũ flatus, & facta est veluti piscina aquarum plena, Porro ignis arguit gratiæ copiã, ac vehementiam. Nequaquã idẽ accidit in prophetis sed tũ quidẽ sic accidit illis, prophetis autẽ alio mõ. Nã capitulũ libri datũ est Ezechieli edebatq; q̃ dicturus esset ideoq; dictũ est, Factũ est in ore ei⁹ nec dulcescens. Rursus manus domini tetigit linguam alterius prophetæ. F

☞ Cæte-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

✠ E T cum. *Præmissa promissione & expectatione debita spiritussancti, hic consequenter ponitur adimpletio promissi. Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur hæc adimpletio. Secundò adimpletionis admiratio ibi: Erant autem. Circa primũ notatur impletionis tempus cum dicitur:*

1 Et cum. *id est, quinquagintadies: à penta quod est quinque: & coste quod est decem: quinquagesima namque dies à pascate celebris erat apud Iudæos in memoriam beneficij datæ legis, quæ fuit data in monte Sinai, Exod. 20. quinquagesima die aprincipio egressionis de Aegypto. Et conuenienter illa die infusum fuit Apostolis spiritussancti donum, per quod lex euangelica impressa fuit & firmiter radicata in cordibus eorum.*

2 Erant omnes. *Pariter, corpore & animo.*

3 Et factus est repente. *id est, venti vel tonitrui. non tamen Apostoli & alij cum eis existnetes fuerunt territi, Deo hoc faciente. in signum quòd dabatur eis spiritussanctus, qui est consolator cordium.*

4 Et reple. *Insolita claritate.*

✠ 1 Vbi

MORALITER.

† 1 *Et cum.* Illi quib. tunc datus fuit spiritussanctus erant simul habitantes & Deum orantes, & in his perseuerantes, vt patet ex textu. Per quod patet q illi qui simul iuncti sunt charitate, & orant Deum deuotè & perseuerant in hac occupatione, donum spiritussancti recipiunt abũdè, & sic loquuntur variis linguis in oratione & prædicatione. Nam in orando secundum doctr. Apostoli. 1. ad Tim. 5. Deo faciunt aliquando orationes, aliquãdo postulationes: aliquando obsecrationes, petendo aliquid per rẽ sacrã, vt cũ dicitur: Per crucem & passionem tuam libera nos: vel huiusmodi Aliquando gratiarũ actiones pro beneficiis à Deo receptis. Similiter in prædicatione loquuntur variæ: qa sicut dixit Greg. in pastora. secundum qualitatem audientiũ formandus est sermo doctorũ Aliter enim admonendi sunt seculares, aliter religiosi, & inter seculares aliter admonendi sunt clerici. & inter laicos aliter milites, aliter mercatores, aliter rurales, & sic secũdum alios status diuersos.

† 1 Siu

☞ A Cæterum hic ipse spiritus operatur omnia. Tanta est inter patrem & filium æqualitas. Ac rursus alius alibi, Lamentatio, & canticũ, & væ, illis merito in libris datum est donum. Adhuc enim eis opus erat parabolis. Quin potius ob id, quod illi prophetæ, ad vnã dumtaxat gentem mittebantur, eamq; peculiarẽ ac propriam: isti vero ad vniuersam terrarũ orbem, & ad nationes hactenus incognitas. Helisæus per exiuium ouillũ accepit gratiã: Rursus, alius per oleũ quemadmodũ Dauid Moses vero per ignẽ rubi vocatur: Non itidem hic factum est, sed ipse ignis insedit.

Ezechie. 2. Exod. 3.

(Text:) a ¶ Vel sonus vehemens domum, vel spiritus habitatores eius repleuit. diues enim est spiritus domini. b ¶ cænaculo excelso perfectionẽ significante. c ¶ Exterius igneo colore, interius spirituali inspiratione
a b repleuit totã domũ, vbi erãt sedẽtes. Et apparuerũt illis † dis- 1
a Diuersæ erant linguæ in specie ignis. ¶ Genitiuus potest esse. b ¶ Stabilibus stabilis iudex iudicibus nullo ab eis discrimine effugandus. quòd sedet regia potestas est, vel quia requiescit in sanctis. 2
c ¶ Quia superior erat. b ¶ In singulis totus, nec in multis diuersus aut diuisus. 3
c d e f pertitæ linguæ, tãquã ignis: sẽditq; suprà singulos eorũ. Et re-
a ¶ Vt alterum non recipiant spiritum, quia plena non recipiunt augmentum. ¶ Hoc ad vnam vel ad plures referendum.
g h i pleti sunt oẽs spiritũsancto, & cœperũt loqui † variis linguis 4

† diuisæ dissectæ.

Et quàm ob causam, dixerit aliquis, non apparuit ignis qui repleuit domum: Quoniam exteriti fuissent, &c.

cap. 3.

✠ OECVM. Repleuit etiam flatus totam domũ, in piscinæ morem implens, qandoquidem promissum etiam illis erat, Baptizabimini spiritu S. & igni: Etiã hoc abundantiæ signũ erat, & vehementiæ. Ignis vero nõ impleuit totã Domũ ne omnes terreret & videntes fugere compelleret, & ita nihil testari possent, eorũ quæ postmodũ acta sunt, sed diuiditur spiritus in linguas igneas residet. que super singulos eorum, nempe centum & viginti, qui in domo residebant. Siquidem ex vna radice erat gratia paracleti in varia dona diuisa, linguaq; op⁹ erat quæ dei dona declararet ac illustraret, quæ in modum ignis vniuersa repugnantia arriperet.

vehemens hom. 4.

✠ CHRYSOSTO Quasi ferretur, inquit, flatus vehemens. Per hoc perspicuum facit, neminem fore, qui possit illis resistere, sed ab eis aduersarios ceu puluerem dissipandos. *Et repleuit totam domum.* Domus mundi typum gerebat.

Luc. vlt. g.

a *Totam domum.* In vna domo sedentib: infunditur spiritus vt ecclesiæ vnitas commendetur, in cænaculo tertia lege incipiente.

B. Beda. in datione legis plebs longè stabat præ timore: hic venientes spiritu congregati erant in vnum ex amore.

b *Sedentes.* Vt compleatur, quod dictum erat eis: Sedete hic in ciuitate. Sessio est indicium humilitatis & stabilitatis: quib. præparatur sedes spiritui sancto, qui super humiles requiescit.

GREG In igne apparuit spiritus, sed per seipsum loquebatur interius, & neque ignis Deus, neque ille sonus fuit. sed per hoc quod exterius exhibuit quod intus gerebat expressit. Qui enim discipulos zelo succensos & verbo eruditos intus reddit, foras linguas igneas ostendit. In significatione ergo ignem cum sonitu senserunt corpora. Igne verò visibili & voce sine sonitu docta sunt corda.

cap. 3. hebr. 12.

✠ OECVM. Porrò in specie ignis, nam spiritus quoque Deus est (Deus autem noster ignis consumens est) & vt similitudinẽ naturæ cum patre demonstraret, qui ita Mosi in rubo apparet.

hom. 4.

✠ CHRISOST. Tu vero considera, quod non solum dixerit, visæ sunt illis dispertitæ linguæ: Sed additum est, ignis. Tam magnus ignis, immẽsam syluam potest incendere: Ac rectè dixit, dispertitæ: Nam ex eodem fonte venerant. vt Intelligas occultam vim esse à paracleto missam, quiquidem ignis, mundo peccata quasi syluam excussit. vide verò & illos primum declaratos & munere dignos, atque id temporis spiritu donatos fuisse, sicut & in Dauid factum est. Nam quæ fecerat quum esset pastor ouium, eadem fecit & post victoriam ac trophæum, quo videlicet ipsius nuda, simplexque fides declararetur. Rursus considera Mosem, qui & ipse regiam aulam contempsit, & Samuelem qui post quadraginta annos quũ populi rem administrasset, tamen adhuc nutriebatur in templo: specta Helisæum omnia relinquentem: cum his Ezechielem. Porrò quod adhunc modum res illis gesta sit, perspicuum est etiam, ex his quæ sequuta sunt, quandoquidẽ & hi facultates suas omnes pro desertis habuerant. Eóque tum accipimus spiritum sanctum, posteaquam, suæ virtutis dedere specimen didiceranthumanam infirmitatem ex his quæ ipsis acciderant: dicerant quod ea quæ pie fecerant, frustrà gesserint. Sic & Saül prius dum adhuc testimonium haberet quod vir bonus esset, tum accipiebat spiritum. Sed eodem modo quo nunc discipali, nemo alius. Quin potius ne Moses quidem prophetis maior. Nam ille quum oporteret alios afflare spiritu, ipse diminutus est. Hic vero non eodem modo, sed quemadmodum ab igne, quotquot volet aliquis lucernas accendit, nec ignis imminuitur: ita & in apostolis tum temporis accidit, &c. Neque enim cum Pharaone disceptaturi abierant, sed cum diabolo luctaturi quodque mirabilius est, cum mitterentur nihil excusarunt, neque dixerant se gracili voce esse, linguæque inexplanatæ. Siquidem Moses illos in hoc erudierat. Nõ dixerunt se iuniores esse. Nam Hieremias Hic illos reddit verecundos. Atqui multa dierant terribilia, multoque plura quam illi, & tamen veriti sunt contradicere. Ex quo liquet illos. Lucis angelos fuisse, & cælestium negotiorum administratores.

C D

c *Et apparuerunt illis.* BEDA. Spiritus in igne & linguis apparuit, quia omnes quos replet, ardere & loqui: facit ardentes ex se, loquentes de se ostensum est etiam, quòd vbique ecclesia dilata omnium gentium erat locutura voce.

GREG Spiritussanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum scientiam dedit, designans quia ecclesia spiritu sancto repleta omnibus linguis erat locutura. hic ergo humilitas meruit virtutem, superbia incurrere confusionem. Spiritussanctus in igne monstratur quia Deus noster ignis consumens est: & per eum rubigo peccati consumitur, & frigus corporis expellitur. Linguas igneas doctores habent, quia prædicando corda auditorum inflammat, & ipsi æmulatione ardent, quos spiritus feruor accendit & per pœnitentiam punit.

Deu. 4. d.

d *Dispertitæ.* RAB. Dispersio linguarum est facta in turre, sed quòd dispersit superbia, recolligit humilitas: in superbia dispersio, in humilitaate fit concordia Ecce completur sententia domini quæ ait: Non vos relinquam orphanos, sed mittam spiritum paracletum. qui eorum aduocatus pro eis, omnibus linguis locutus est Linguas attulit, qui pro verbo venit cognationem enim habet lingua cum verbo, vt ab inuicem non possint separari. Sic verbum patris, id est, filius, & spiritussanctus inseparabiles sint, imo & vnius naturæ.

Io. 14. g. E

e *Tanquam ignis.* Idem in igne spiritus venit: quia peccatores spiritus purgat illuminat, accendit, vrit. Ignis enim quatuor habet naturas, vrit purgat, calefacit, illuminat. Similiter spiritus exurit peccata, purgat corda, torporem excutit, ignorãtias illustrat. Ignis etiam incorporeus & inuisibilis est in sua natura sed assumpto aliquo corpore videtur, diuersi coloris apparens, propter materias in quibus ardet. Sic spiritus videri non poterit nisi per creaturas in in quibus operatur.

Ignis natura quadruplex

f *Supra.* ✠ OECV. Super singulos seder stabilitatẽ ac permanẽtiam significans dictio enim, sedit, idem significat quod permansit, & requieuit. Considera vero quod apud Ioannem, vt ab vno homine cognosceretur, in modum columbæ videtur descendens super caput Christi quando autem multitudinem totam conuerti oportebat, tanquam ignis. Præterea etiam dum discipuli orationi & obsecrationi, mutueque dilectioni incumberent, tunc venit ad eos spiritussanctus. ✠ CHRYSO. Illud autem considera, quum instãt deprecatiõi, quũ charitatẽ inter se habẽt, tũ aduenit spirit⁹.

cap. 3.

lib. aduers. prac. ca. 34. & li de tri. 29.

g *Et repleti sunt.* ✠ TERTVL. Et quoniam dñs, in cælos esset abiturus, paracletum discipulis necessariò dabat, ne illos quodam modò pupillos, quod minime deceba, relinqueret, & sine aduocato & quodam tutore desereret. Hic est enim qui ipsorum animos, mentesque firmauit, qui Euangelica sacramenta distinxit, qui in ipsis illuminator rerum diuinarum fuit, quo confirmati pro nomine domini, nec carceres, nec vincula timuerunt, quinimò ipsas saculi potestates, & tormenta calcauerunt, armati iam scilicet per ipsum atq; firmati habentes in se dona quæ hic idem spiritus Ecclesiæ Christi sponsæ, quasi quædam ornamenta distribuit, à dirigit. Hic est enim qui prophetas in ecclesiam constituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia gerit, discretiones spiritus porrigit, gubernationes contribuit, cõsilia suggerit, &c.

h *Et cœperunt.* Ecce signum plenitudinis. plenum vas erumpit: Ignis in sinu non potest occultari.

i *Varijs linguis.* BEDA. Quia linguis omnibus loquebantur, vel

☞ sua

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vbi erant. *i. manentes, eo modo quo dicitur Deut. j. g. Et sedi. in Cadesbar. multo tempore. i. mansistis, Apostoli enim tunc erant in oratione, vt probabiliter creditur ex præcedẽtibus, vbi dicitur, quòd erãt perseuerantes in oratione: quæ non fit communiter sedendo, sed magis flectendo genua, vel stando.*

2 Et apparuerunt. *Visibiliter oculis corporalibus.*

3 Dispertitæ linguæ tãqnam ignis, seditque supra singulos, &c. *Ad signandum signo visibili exterius inuisibilem gratiam spiritussancti receptam interius, per quam essent feruidi in amore Dei: & loquentes in omnibus linguis ad publicationem euangelij: Ideo subditur:*

4 Et cæperunt loqui, &c. *Secundum quod dicit hic gl. apostoli non*

✠ solum

2 t ac

sua.i.Hebræa lingua loquentes ab omnibus intelligebantur,acsi propriis singulorum loquerẽtur.Idem.In Græco:aliis secũdũ illud prophetæ:In aliis linguis & labijs aliis,loquar populo huic,&c.

Isa 28.c. cap.3. ✠ Oecvm.Erant enim scitæ breuesque sententiæ quas linguis variis proferebant.

a *Prout.* Beda.Spiritus diuidens singulis prout vult, vbi vult, quo vult,quãdo vult, quibus vult,quantum vult spirat.

† ille

Beda. potuerunt Apostoli in spiritu sancto linguas omnium intelligere, & loqui, &eorum etiam verba maiore miraculo qua cunque essent lingua edita ab omnib.audiẽtibus æquè intelligi.

Beda. Varietas linguarum dona significat gratiarũ.Ideo primum linguas hominibus dedit spiritus quibus humana sapientia extra docetur & discitur, vt ostenderet, quòd facile sapientes efficit sapientia Dei,

ibidem. ✠ Oecvmen.Quod religiosi essent,& eo ostendit,quod relictis patriis,possessionib.domibusque dimissis, Ierosolimis eligerent habitare,vt iuxta patriam legem ter in anno possent apparere coram domino.

B

1.Mach.1. Gen.11.b. b *Ex omni.* Rab.Acsi diceretur vbicunque nati Iudæos autem in omnibus gentibus nasci captiuitas fecit,quæ sub Antiocho facta est non multis temporibus ante.

hom.4.c.j. ✠ Chryso.& Oecvm. Meritò,Existimabant enim ipsis rẽ ad extrema peruenisse,ob facimus quausi sunt in Christũ. Quin & alioqui conscientia perturbabat illorum animos, eòquod etiam num in omnib.esset homicidium, omnes illos reddens attonitos. Vsq; adeo sonitus illos reddiderat attonitos, quod hic maiorẽ orbis partem comprehenderit. Illud verò confirmabat apostolos, quod quid tandẽ esset parthicè loqui,non numerant ab illis tamẽ id temporis scire putabatur. ✠ Oecvm Religiosi verò admirabantur,quum illos Gallilæos esse cognoscerent, & tamen patriis ipsorum linguis loquerentur. Verũ apostoli quidem nouerant quę dicerẽt,nẽpe quod magnifica Dei,qb.oim linguis ea loquerẽtur. non nouerãt nisi viri religiosi qui audiebant,puta Scytha fortassis aut Indus,quod Scythica aut Indoru lingua apostoli loquerentur.

c *Confusa.* Confusio ista confusioni linguarum opponitur,à qua Babel vocabulum sortita est.Sic humilitas Apostolorum humanę superbiæ respondet.

Linguarũ numerus d *Vnusquisq;*.Rab.linguæ omnes dicuntur esse septuaginta duæ. vnde & discipuli secundi ordinis sub hoc numero sunt electi, vt numerus prædicatorum concordaret numero linguarum.

e *Audiuimus.*.In hoc significabatur vnã ecclesiam omnium gentium linguis locuturam. Beda.Quæritur vtrum hi qui loquebantur,diuersis vnius cuiusque linguę sermonib.vterẽtur.i.vt vnusquisque eorum nunc hac,nunc alia lingua loquens,sic per omnes

C currerent:an ita potius,q̃ sermo eorum qualibet lingua pronunciatus vnicuique audienti secũdum linguam suam intelligeretur, ita vt vno apostoloru in ecclesia docente aliis docentib. sermo vnus ad audiru omnium peruenire,habens in se hanc vim,vt cũ diuersarum gentium auditores essent,vnusquisque secundum linguam suam

¶ Pax erat linguarum alueus.

a prout† spiritus sanctus dabat eloqui illis.Erant autem in Ie- 1
a ¶ Id est vrbis habitatores. ¶ Ad diem festum collecti.
b rusalem habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione 2
a ¶ Id est repentino sonitu,vel qua cæperunt apostoli loqui.
quæ sub cęlo est.Facta autem hac vŏce conuenit multitudo 3
c & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquique lin- 4
¶ Corde ¶ Facie.
d gua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mira- †
bantur adinuicem dicentes:Nonne ecce omnes isti qui lo-
a ¶ Sermone Galilæi sunt hebetes,distantes ab Hebræis.
e quuntur Gălilæi sunt? Et quŏ nos † audiuimus vnusquisq; 5
¶ Propriam.s. a ¶ Perfectè diuidentes,vel perfectio diuidentium.
b ¶ Adæquati vel mensuratores. c ¶ Idem qui & Persæ.
f linguã nostrã in qua nati sumus:Părthi,& Mēdi, & Ælămi-
a ¶ Mesopotamia interpretatur ambitus, quia duobus ambitur fluminibus, Tygri & Euphrate.
g tæ,qui habitant Mēsopotamiam.Iudæam & Cāpadociam,
b ¶ Confessio vel glorificatio. c ¶ Manus tortoris vel exploratoris?vel manus domino redimẽs

suam vnius sermonis ab apostolo prolati susciperet auditum, & D
caperet intellectum.

f *Parthi & medi.* ✠ Tertvl. In quẽ enim alium vniuersæ gentes crediderunt,nisi in Christum qui iam venit ? Cui enim & aliæ gentes crediderũt,Parthi,Medi,Elamitũ,& qui inhabitant Mesopotamiam,&c.& Galliarũ diuersæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita, &c.in quib.omnib.locis Christi nomen, qui iam venit,regnat: vtpote ante quem omnium ciuitatum portę sunt apertę,& cui nullæ sunt clausæ: Ante quem serę ferreę sunt comminutæ,& valuę æreæ sunt apertæ,quã quam & ista spirituaIiter sint intelligẽda, quo præcordia singulorũvariis modis à diabolo obsessa,fide christi sunt referata:atque perspicua sunt adimpleta,vtpote in quib.omnib.locis populus nominis Christi inhabiret. Quis enim omnib.regnare potuisset, nisi Christus Dei filius, qui omnibus in æternum gentib regnaturus nunciabatur.Nam si Salomon regnauit, sed in finibus Iudææ tantum, à Bersabee vsque Dan termini eius regni signantur. Si vero Babyloniis & parthis regnauit Darius,non habuit potestatem vlterius vltra fines regni sui : non habuit in omnib. gentib.potestatem. Si egyptiis Pharao,vel quisquis ei in hereditate regni successit.Illic tantum potitus est regni sui dominium.Si Nabuchodonosor cum suis regulis ab India vsque Æthiophiam habuit regni sui terminos, Si Alexander Macedo nunquam Asiam vniuersam & cæteras regiones,posteaquam Deuicerat,tenuit. Si germani adhuc vsque limites transgredi non sinuntur. Britanni intra Oceani ambitum concluſi sunt. Mauritani gens, & Getuliorum barbaries à Romanis obsidentur,ne regionum suarum fines excedãt. Quid de Romanis dicam.qui de legionum suarum præsidiis Imperiũ suum minut, nec trans istas gentes porrigere vires regni sui possunt? Christi autem regnum & nomen vbique porrigitur,vbique creditur,ab omnibus gentib. supra enumeratis colitur, vbique regnat,vbique adoratur,omnibus vbique tributitur equaliter: non regis apud illum maior gratia,non barbari alicuius imperiosi lætitia,non dignitatum aut natalium cuiusquam discreta merita, omnibus æqualis, omnibus Rex, omnibus Iudex,omnibus Deus & dominus.

E

g *Iudæam.* Beda Iudæam non totam gentem,sed partem illius.i.tribum Iuda & Beniamin significat:ad distinctionem.s. Samariæ Galileę,Decapoleos & aliarum in ea prouincia regionum: quæ omnes licet Hebræa lingua loquantur,tamen singulæ domesticam dicendi speciem habent distinctam.

✠ Chrysosto. Porro gentinm meminit quæ illis erant hostes,Cretensium,Arabum, Ægiptiorum, Persarum,videlicet declarans quod eas omnes essent in ditionẽ suam redacturi. Quippe quum id temporis Iudæi essent in captiuitate conueniebat illic multi adesse ex gentib. siue quod iam ad gentes quoque fi- F
dei dogmata seminata fuerint & hanc ob musam complures ex illis aderant,vt mæmorarent quæ audierant.

hom.4.

h *Capadociam, &c.* Beda. Illæ quinque prouinciæ quæ

☞ post Iu

post Iudæam ponuntur, Græcè quidem loquuntur: sed ex patria consuetudine est in sono diuersitas. Vnde mira in Apostolis gratia,quæ non solum diuersitatem eos docuit,sed etiam distantiam proprietatum in vnaquaque linguarum iuxta numerum prouinciarum in eo,um loquela fecit.

A

a *Aduenæ Romani.*

Beda. In Græco peregrinãtes Romani. i. Iudæi, qui peregrinã vitam Romæ gerebant.

b *Proselyti.* Beda. a Aduenæ sic vocabãtur illi qui de gentibus nati circuncisionem & Iudaismum susceperant.Non ergo solum qui natura Iudęi erant ex diuersis orbe conuenerãt, sed hi etiam qui de præputio nati adhæserant eorum rituı.

† magnifica

✠ Chrysost. Oecvmen. Ovesiam, ô malitiam inauditam. Atqui ne

homil.4. cap.3.

B

tempus quidem illud habebat mustum. Erat enim Pentechoste, quando nullum est mustum. Mustũ namque dulce vinum est quod ab ipso fluit torculari. Mustum dulce vinum est quod etiam ad inebriandum aptius est lenitate seu auidite ad dulcedinem, dentiorem emporationis repletionem ad concaua cerebri producens. Quodque mirabilius est, quum omnes confiterentur & qui erant Romani, & qui erant aduenæ,fortasse & hi qui dominum in crucem egerant. Illi post argumenta tam multa dicunt, musto repleti sunt. (Et longè post) O Impudentiam si ob hoc irridebant. Et quid mirum ? Quandoquidem ipsum etiam dominum,qui dęmonia pellebat, dæmonium habere dixerunt. Nam vbicunque fuerit improbitas, vnum hoc duntaxat studet, nempe dicere.

✠ Oecvmen. Malitia quæ ex nimia prauitate est,à nullo alio quàm ab ipsa peruersitate procedit : vt quomodo inueniat quo præsens bonum obturbet ac repellat. (Et paulo post) Vbique autem sese virtuti admiscet nequitia : pij siquidem admirabantur, alij verò irridebant.

✠ Chrysos. Oecvmen. Prorsus sanè, quum homines in tantis constituti periculis,extrema metuentes,& in tanta versantes desperatione, eiusmodi audent proloqui. At quum

C

id esset minimè verisimile, vt audientibus imponant, persuadeantque illos esse temulentos, hebetudini crapulæque rem totam adscribunt, dicentes, eos esse musto plenos.

Mat 9.b. c *Musto pleni sunt.* Beda. Quamuis irridebant, Mysticè tamen verum dicebant,quia non vino veteri quod in nuptiis ecclesiæ defecit, sed musto gratiæ spiritualis erant impleti. iam enim vinum nouum in vtres nouos venerat,cum Apostoli non in literæ vetustate, sed in nouitate spiritus Dei magnalia resonarent.

d *Stans autem Petrus.* ✠ Chrysost. Oecvme. Vides ne illic curiositatem, hic animi fortitudinem ? Etenim si admirabantur, si stupebant: Nónne & æque illud mirandum erat in tam numerosa multitudine, in verba prorumpere, hominem illiteratum & idiotam ? Nam si quis inter familiares dicturus perturbatur, quantò magis hoc accidere debuit apud hostes & vociferantes : Quod autem ebrij non essent, protinus ex ipsa voce declararunt,qđ nó essent arrepti furore, more vatum, quodq; nulla vi cõpelleretur. Quid autem est cũ reliquis vndecim? Communem, inquit, vocem edebant, ac Petrus omnium erat os, sed astabãt illi vndecim testimonio suo cõprobantes ea quæ ab illo dicebantur.

c *Et eleuauit vocem.*

✠ Chrysos. Multa cum fiducia loquebatur. Id autẽ facit, vti cognosceret spiritus esse gratiam,quum is qui vilis puellę non tulerit

E

a ¶ Inclinans vel inclinatio. b ¶ Minorem. c ¶ Sustollens dominum: vel plasmatio domini: vel gradiens, vel eleuans seu offerens: vel elatio. d ¶ Conuersio à ruina: vel diuisio cadentium. e ¶ Tenebræ,angustia vel tribulatio.

Pŏnthum & Asiam,Phrygiam,& Pamphiliam, Ægyptum & 1
a ¶ Veniens,vel introiens. b ¶ Hæreditas vel hæreditatio.
partes Lybiæ, quæ est circa Cyrẽnem, & aduenæ Romani. a
a ¶ De tribu Iuda. b ¶ Vocati,vel consummati vocatione. c ¶ Humiles vel occidentales, calliditi vel insidiatores.
b Iudæi quoque & Proselyti, Crẽtes & Arabes audiuimus eos 2
loquentes nostris linguis † magnalia Dei. Stupebant autem
¶ Religiosi.
omnes & mirabantur, adinuicem dicentes : Quidnam hoc
a ¶ Distantes à religiosis. ¶ Manifestus error. non enim multarum locutionum, sed vnius linguæ eloquentiam facit.
c vult esse? ăl;j autem irridebant, dicentes : Quia musto pleni 3
a ¶ In proposito boni. b ¶ Loquitur quasi pastor pro ouibus.
c ¶ Altitudine,vel qualitate sua in id sibi apta. ¶ Vt musto repleus. 4
d sunt. Stans autem Pĕtrus cũ vndecim eleuauit vŏcem suam 5
a ¶ Post vocem,vel hæc est vox: Viri Iu. b ¶ i. ambo populi. 6
f & locutus est eis: Viri Iudęi, & qui habitatis Ierusalẽ vniuersi, 7

F

rat percontationem, nunc in medio populi, cunctis vociferantibus, tanta cum fiducia differat, vt hoc indubitatum esset resurrectionis argumentum, ridentibus interim hominibus, taliaque scommata in eos iacientibus tanta vti libertate, &, Quoscunque autem accesserit spiritus sanctus, eos pro lutæis reddit aureos,&c.

✠ Chrysos. Quos superius peregrinos dixit, ad illos sermonem hic conuertit. Et videtur quidem disputare cũ illis, verum re ipsa emendat subsannantes. Ita enim diuina dispensatione euenit,vt quidem irriderent,& sic initio excusationis daretur occasio, docerętq; apostolus inter excusandum. (Et paulò post) Vides quàm placida sit excusatio ? tametsi multũ apud se habere populum, maiore tamen cum mansuetudine illis loquitur, & ante omnia, malam suspicionem tollit, & deinde apologiam proponit. Idcirco etiam non dixit: Non enim sicut vos subsannatis, neque sicut vos ridetis, sed sicut suspicamini: volens ostendere illos id nõ debita opera feciſſe, & magis illos ignorantiæ velamento honestat, quàm malitiæ crimine notat.

Homil.5.

Non enim sicut vos, &c.

f *Viri Iudæi.* i.duæ causæ sunt prudentiæ,quòd Iudæi,& quòd habitant Ierusalem quam decet sobrietas.

F

✠ Chrysost. Et quare hoc dicit, Nónne inæbriari quidam & hora tertia possunt ? Possunt vtique. At in hoc non multum laborat, neque ita se gerebant, quemadmodum irrisores illi dicebant. Igitur hinc discimus, non multos sermones præter necessitatem insumendos.

homil.5.

✠ Ambro. Denique sic vaporabatur singulorum animus, vt musto repleti esse æstimarentur, qui acceperant linguarum diuersitatem. Quid ergo sibi vult quod ignis aqua factus est, & aqua ignem excitauit ? Nisi quia spiritualis gratia, per ignem exurit, per aquam mundat peccata nostra ? Eluitur enim peccatum & exuritur.

☞ a *Hora*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Solum loquebantur & intelligebant omnia idiomata,sed ipsis loquentib.in vno idiomate quodcunque essĕt illud,omnes audientes quantum cunque essent diuersorum idiomatũ,intelligebant quilibet idioma proprium virtute diuina hoc faciente.Sicut enim per verbi lionem ad Deũ diuisę sunt linguæ, Gen. 1. ita per infusionem spiritus sancti sunt vnitæ.*

1 Erant autem.*Hic consequenter ponitur sequens huius dicti admiratio,quia non fuerat visum simile vel auditum. Ideo dicitur:* Erant au. in Ierusalem,&c.*id est,in cultu diuino deuoti.*

2 Ex omni natione,&c. *Qui conuenerãt in Ierusalem ratione festi. Iudæa enim captiuari per Salmanasar regẽ Assyriorum non redierunt*

a *Iudæam,sicut dictum fuit Hosee. j. Similiter captiuati per regem Chal*

Chaldæorum non redierunt omnes, quamuis haberent licentiam redeundi,sed remanserunt multi amore filiorum quos ibi genuerunt: & possessionum quas ibi acquisierant detenti,sicut dictum fuit. j. Esdræ. Similiter multi captiuati per Antiochum regem Græcorum,& diuersis Gentibus venditi remanserant. Verumtamen aliqui eorum magis deuoti propter reuerentiã templi veniebant aliquãdo in Ierusalẽ:maxime in solennitatibus magnis,quorum vna erat pentecostes.

3 Facta autem.*spiritus vehementis vel apostolorum & aliorum cum eis existentium,Deum voce magna laudantium qui prius timore ducti non audebant loqui.*

4 Conuenit. *i.stupefacta & admirata.Et subditur cã,cum dicitur:*

5 Quomodo.*quia tale miraculum nunquã fuerat visum vel auditũ*

✠ *Et pa*

MORALITER.

† † *Stupebant autem &c.*Per hoc autem quod maligni illam varietatem linguarum imputabant ebrietati, boni verò gratię,spiritussan

tussancti, significatur q̃ homines peruersi orationum & prædicationum varietates & exercitia, reputant fatuitates:illi verò qui sunt deuoti,reputant beneficia Dei.

† *Et ep*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Et patet litera, in qua nominantur habitatores diuersarum regionum, in quibus sunt diuisa idiomata tot aliter,sicut in Iudæa & Roma & pluribus alijs. vel in parte, sicut lingua Picardica & Gallica distinguuntur: & sic erat in Mesopotamia quæ est pars Syriæ,& Iudæa,quarum linguæ sunt propinquæ, vt est suprà dictum.*

1 Iudæi quoque. *id est, illi de tribu Iuda.*

2 Et prosę. *id est,conuersi de Gentilitate ad Iudaismum.*

3 Alij autem irridebant. *credentes eos ebriosos esse.*

4 Stans autem. *Posita confirmatione apostolorum per donum spiritussancti,hic consequenter ponitur per eos publicatio euangelij. Licet autem per omnes apostolos publicatum fuerit euangelium in diuersis partibus mundi, Lucas tamen prosequitur tantum prædicationem Petri & Pauli : Tum quia isti duo fuerunt inter alios præcipui : Tum quia facta istorum*

istorum vidit, & maxime Pauli, cuius fuit individuus comes, sicut dicit Hiero.in lib.illustrium virorum : & sic residuum huius libri in duas partes diuiditur, quia primò describitur prædicatio Petri. Et secundò Pauli. ca.xiij. Prima in duas: quia primò ponitur prædicatio Petri facta Iudæis. Secundò Gentilibus,ca.x. Prima adhuc in duas. In partem principalem, & incidentalem,quæ incipit ca.vj. Prima adhuc in duas,quia primò ponitur prædicatio Petri verbo. Secundo: facto adiuncto miraculo,sequen. Diuisio. *cap. Prima in duas: quia primò Petrus remouet æstimationem falsam.Secundò declarat veritatem, ibi :* Sed hoc est. *Circa primum dicitur:* Stans Petrus. *constanter & intrepidè.*

5 Cum vndecim. *apostolis,* eleuauit vocem su. *vt loqueretur magis autentičè.*

6 Viri Iudæi. *Qui habetis notitiam scripturarum, & maximè.*

7 Qui habitatis Ierusalem. *In qua tunc vigebat studium legis & prophetarum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Hora diei.* BEDA. Spiritussanctus gloriam trinitatis mundo prædicaturus, tertia hora conuenienter descendit, quia suprà dictum est: Erant in oratione perseuerantes. Rectè spiritũ hora orationis percipiunt, vt ostendatur, quia gratia spiritus non percipitur nisi mens à carnis intentione subleuetur. Tribus horis Daniel flexo genu adorabat tertia, sexta, nona. Et quia dominus tertia hora misit spiritum, sexta ascendit crucẽ, nona animã posuit, easdem horas excellentius cæteris nobis intimare & sanctificare dignatus est.

Dan. 6. c.

† existimatis.

† Ioel 2. g.

✲ AMBRO. Quid hoc significat, nisi descensum spiritussancti, qui se voluit etiam credulis corporaliter demõstrare? Hoc est, corporaliter per signũ, spiritualiter per sacramẽtum. Ergo manifestum testimonium eius aduentus, nobis autem, iam fidei prærogatiua defertur, quia in principio signa incredulis fiebant, nobis iam in plenitudine ecclesiæ, non signa, sed fidei veritas colligenda est.

L. 2. de sacr. cap. 5.

a ¶Non quod irrisores dixerunt, vel hoc mustum. b ¶Plenis musto spirituali. ¶Plena musto spirituali.

hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non 1

a ¶Isaias: Væ his qui consurgunt mane & sectantur siceram. b ¶Hora tertia, tertia lex. c ¶Horam cognoscimus, vel hora bibendi non venit.

a enim sicut vos † æstimatis hi ebrij sunt, cum sit hora diei ter- 2

tia: sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel: † Et 3

a ¶Hoc interponitur vt honor deferatur sermoni domini. b ¶In modum fontis secundum mensuram. 4 c ¶Mihi coæterno.

b erit in nouissimis diebus, dicit dominus: Effundam de spiri- 5

c a ¶Cor carneum, non lapideum. vnde sequitur: super seruos & prophetas. b ¶Inde inexcusabiles: quia & filij, & filiæ eorum prophetant. ¶Vt Agabus, & Simon niger.

d tu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij vestri, & 6

e a ¶Filiæ Philippi. b ¶Fideles noui Te. ¶Vt Ioannes & Paulus. c ¶Mysteria clara videbunt. d ¶Veteri legi adhærentes. ¶Vt Petrus & Iacobus.

f filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbũt, & seniores ve- 7

a ¶Vmbras & figuras videbunt. b ¶Ecce quod prius dixit, super omnem carnem. c ¶Prius ex timore, nunc ex obedientia. 8

stri somnia somniabũt. Et quidẽ super seruos meos & ancillas 9

B b *Effundam.* Hoc verbo largitatem muneris ostendit. quia non vt olim prophetis & sacerdotibus tantum, sed omnibus passim in vtroque sexu personis spiritus erat dandus.

c *De spiritu.* RAB. Ad diuersa dona respicit. non ad munitionem substantiæ.

✲ CYRILLVS. Diuina scriptura solo carnis vocabulo integrum (vt ita dicam) & totum hominem significat. Vbi nisi vna ex parte totum hominem intelligas ridiculosè. Inanimatæ carnis spiritus dari videbitur.

L. 1. in Ioan. cap. 15. Oratio. 5. in sanct. Pentechost.

✲ GREGORIVS NAZIEN. Carnem, inquam, scilicet credentem, quin spiritum postea filius glorificauit, quemadmodum & patrem, ab eo glorificatus est, quemadmodum à patre.

✲ TERTVLLIAN. Plures nimirum Mauri, & Marcomanni, ipsiq; Parthi, vel quantæcumque vnius tamen loci, & suorum finium gentes, quàm totius orbis? externi sumus & vestram viam impleuimus, vrbes, insulas, castella, municipia, concilia

In Apollog. ca. 37.

D conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, sænatum, forum. Sola vobis relinquimus templa. Cui bello non idonæi, non prompti fuissemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur? si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quàm occidere. Potuimus & inermes nec rebelles, sed tãtummodo discordes, solius diuortij inuidia aduersus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus à vobis, suffudisset vtique dominationem vestram. Tot qualiũcumque amissio ciuium. Imo etiam & ipsa destitutione punisset, proculdubiò expauissetis ad solitudinem vestram, ad silẽtium rerum & stuporem quẽdam quasi mortuæ vrbis quæsissetis E quibus in ea imperassetis. Plures hostes, quàm ciues vobis remansissent. Nunc enim pauciores hostes habetis præ multitudine Christianorum penè omnium ciuium, penè omnes ciues Christianos habendo. Sed hostes maluistis vocare generis humani, potius quàm erroris humani, &c.

✲ CHRYSOST. Daret & illis spem bonam, siquidem vellent. Sed non permittebat illorum auaritia, quæ scilicet & inuidiæ parens erat. Homil. 5.

d *Super om. car.* Quæ sit omnis caro consequenter exponit, ibi: Et prophetabunt filij, &c.

RAB. Super omnem carnem masculi & fœminæ, vel circuncisi & æthnici, secundum illud: Non est masculus & fœmina, circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber. Gal. 3. d. Col. 3. b. Luc. 16. d.

✲ CHRYSOST. Neque vestra, inquit, est hæc virtus, neque laus: pertingit hæc gratia vsque ad puellos vestros. Illorum filios seipsos vocans, & patres illos. homil. 5.

e *Et Prophetabunt.* Lex & prophetæ vsque ad Ioan. ex eo regnum euãgelizatur. Sed aliud est de Christo prophetare aliud ventura prædicere & docere.

f *Et iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia, &c.*

✲ CHRYSOST. Nunc ostẽdit se quidem probatos fuisse, vt potè homil. 5.

NICOLAVS DE LYRA.

C

1 Non enim sicut vos æstimatis. *Erroneè.*

✲ 2 Hi ebrij sunt, cum sit ho. *Tunc enim incipiebant comedere homines hora sexta, & maximè Iudæi qui erant magis temperati, eo quòd erant cultores vnius Dei, & potißimè in Ierusalem, vbi vigebat ille cultus. Dicit igitur:* Cum sit ho. diei ter. *q. d. adhuc non est comedendi & bibendi hora.*

3 Sed hoc est. *Hîc consequenter Petrus declarat veritatem. Et diuiditur in duas partes: qui primò ponitur hæc declaratio. Secundò, audientium conuersio, ibi:* His auditis. *Prima in duas: quia primò Petrus declarat propositum per Ioelis verbum. Secundò: per Dauid dictum, ibi:* Viri Israelitæ. *Circa primum allegat scripturam quæ habetur in principio tertij ca. Ioe. prophetæ secundum designationem veritatis Hebraicæ, vt ibidem dixi. Circa quòd sciendum, quòd angeli apparentes in ascensione Christi eam declarantes simul denunciauerunt aduentum eius ad iudicium, dicentes: Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet, &c. sicut expositum est suprà. Datio spiritussancti in signo visibili fuit manifestatio gloriæ Christi ad dexteram patris assumpti. secundum quod dicitur Io. vij. f.* Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. *Et ideo Ioel propheta simul prædixit effusionem spiritussancti & signa præcedentia diem iudicij. In hac igitur eius autoritate primò denunciatur primum, cum dicitur:*

4 Et erit in no. *id est, in diebus noui Testam. qui dicuntur nouißimi, eo quòd non succedet aliud testamentum. propter quod dicitur infrà j. Iohan. ij. c. Filioli, nouißima hora est. Et Heb. j. a. Nouißimè diebus istis locutus est nobis in filio, &c.*

5 Effundam de spiri. *Quod exponit Rab. Sa. super Ioelem: Super omnem carnem. i. super omnes hominem, cuius cor erit tenerum ad modum carnis. i. non obstinatum in peccatis. Et ad hoc inducit autoritatem Ezech. xxxvj. f.* Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. *Dicit etiam idem doctor hoc implendum tempore Meßiæ. & in hoc dicit verum, sed errat dicens futurum quòd de præterito est impletum. Corda verò Apostolorum erant tenera per deuotionem & disposita ad spiritussancti receptionem, vt patet per prædicta.* F

Potest & aliter exponi. Su. o. car. *id est, super Iudæos & Gentiles indifferenter, sicut habetur. Infrà x. ca. propter quod dicitur Rom. x. c. Non est distinctio Iudæi & Græci. nam idem dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum: abundanter dando eis spiritussanctum.*

6 Et pro. fi. ve. *id est, indifferenter dabitur spiritussanctus personis vtriusque sexus. vnde & cum Apostolis fuerunt mulieres in die Pentecostes, vt patet ex prædictis, quæ receperunt spiritussanctum cum eis. Dicitur etiam Act. xxj. quòd Philippo erant quatuor filiæ virgines prophetantes: & de viris infrà xiij. a. dicitur: erant in ecclesia quæ erat Antiochiæ prophetæ & doctores, &c.*

7 Iuuenes vestri visiones videbunt. *id est, hominibus cuiuslibet ætatis dabitur spiritus prophetiæ.*

8 Somnia somniabunt. *i. reuelationes diuinas in somnis habebũt, ad quas percipiendas tunc anima magis est disposita, propter quietationem sensuum exteriorum, sicut plenius in prin. li. Psa. dixi.*

9 Et quidem super. *Generaliter enim in primitiua ecclesia omnibus baptizatis per impositionem manuum Apostolorum dabatur spiritussanctus in signo visibili, vt patet Act. xix. & pluribus alijs locis: & adhuc datur inuisibiliter omnibus baptizatis, nisi obex ponatur.*

✲ 1 Et

A potè spiritum assequutos, illos autem minime, eo quod crucifixerant. Sic & Christus volens illorum mulcere furorem, dicebat: Si autem filij vestri, in quo eiiciunt dæmonia: Non dixit, discipuli mei. Etenim visum fuisse adulationem sapere, ita & ille, Non dixit, quod non sunt ebrij: sed spiritu loquuntur, & non simpliciter, sed ad prophetam confugit. Et illo fretus asserit. Sic per se quidem ipsos ab accusatione liberauit, Prophetam autem gratiæ testem adducit. Effundam, &c. Hic dixit quod alijs quidem per somnia, aliis verò manifestè effusa est gratia. Nã & per somnia viderunt prophetæ, & reuelationes acceperunt, &c.

Matt. 12. c.

a *Et dabo.* RAB. Mysticè prodigia in cœlo, labores sunt in ecclesia. Signa, super terram. Vindictæ in terrenos. Sanguis in martyrio. Ignis, euangelij vel spiritussancti. Vapor fumi, animæ vel cordis compunctio.

homil. 5.

B

meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & propheta-

a ¶Hucusque de aduentu spiritus, nunc de iudicij signis & prodigiis. b ¶Cum Christo nato nouum sidus emicuit, & eo crucifixo sol obscuratus est. c ¶Quæ Christo spiritum emittente contremuit, monumenta aperuit: saxa scissa sunt, corpora sanctorum quæ dormierant surrexerunt.

a bunt. Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra 1 2

b a ¶Dominici lateris. b ¶Sancti spiritus. c ¶Christus. ¶Euangelium. 3

c deorsum, sanguinem & ignem & vaporem fumi. Sol con- 4

d a ¶In hæresim. ¶Crucem. b ¶Ecclesia. c ¶Martyrum. 5

e uertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat 6

a ¶Non hominum. b ¶Sic paratus spacio, opere, claritate. c ¶Non occultus, Deus enim manifeste veniet. ¶Quasi metuentibus proponit consilium.

f dies *domini magnus & manifestus. Et erit omnis quicun- 7 8

a ¶Ante diem: non in die. ¶Fide, ore, opere. b ¶Salute infinita animæ & corporis. c ¶Quibus propheratum est. 9

g que inuocauerit nomen domini, saluus erit. † Viri Israelitę, 10

a ¶A me, non ab irrisoribus. ¶Completam esse prophetiam. ¶Quibus prophetatum est. 11 ¶Iesum quem interemistis fuisse virum approbatum, &c. ¶Siue dicta, siue dicenda. 12

audite verba hæc: Iesum Nazarenum virum † approbatum 13 14

✲ CHRYSO. Dicuntur sanè, & multa id genus in cælo, sicut Iosephus testatur, facta esse. Interim tamen & illos perstrinxit, tenebras commemorans factos, & ad futurorum expectationem inducens, Priusquam veniat dies domini magnus & manifestus. Non enim quoniam nunc sine pœna peccati, inquit, confidatis. Hæc sanè initia sunt magnæ diei cuiusdam, & grauissimæ. Vides quomodo concussit animum, & risum conuertit in defensionem. Si enim hæc sunt initia diei illius, necessarium est periculum in extremis valde aggrauari. Sed quid agit? Iterum permittit illis respirare, ac dicit: Et erit omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et longe post circiter medium de excidio Hierosolymitano loquor, & grauissimo illo supplicio, de quo nunc pauca narrare vobis statui, profutura etiam vobis contra Marcionistas, & multos alios hęreticos. Quoniam enim dicunt bonum Deum Christũ, illum autem malũ, videamus quis hæc fecerit. Quis igitur hæc fecit, malus ne illum vlciscens? minime. Quomodo igitur alienus ab illo? nunquid autem bonus? Cæterum ostenditur, & pater & filius fecisse: pater quidem multis in locis, sicut quando dicitur, in vineam mittere exercitus suos. Filius vero quando dicit, inimicos meos adducite, & occidite coram me, eos qui me noluerunt esse ipsorum regem. Vis igitur audire quæ facta? verubus illos trãsfixerunt: quid hoc spectaculo grauius? Iam non narrabo ne mulieris illam tragædiam, quæ omnem aliam calamitatem obscurat? nec ostendam fames ac pestes? Et transeo quæ his grauiora. Ignorata apud illos fuit natura: ignorata lex, bestias superarunt feritate. Omnia autem hęc belli vis inuexit: Deo volente ac Christo. Hæc etiam contra Marcionitas congruent. Et contra eos qui non credunt esse gehennam. Idonea enim sunt hæc & sufficientia ad illorum impudentiam confutandam, &c. Nullus vsquam poterit tale figmẽtum ostendere, qualis est hæc historia quæ verè accidit. Et si quis Christianus fuisset, qui eam conscripsit, esset fortassis sermo

C

Matth. 20. Lucæ. 19.

D mo suspectus. Quia autem Iudæus, & æmulator qui post euãgelium floruit, quomodo non omnibus manifesta sunt quæ facta? Videbis enim illum vbique res Iudaicas extollere. Igitur est & gehenna, & bonus est Deus, &c.

b *Prodigia in cælo.* Cum Christo nascente, nouum sidus apparuit, eo ascendente crucem, sol obscuratus est, & cælum tenebris obductum.

BEDA. Prodigium quod porro dicit. i. significat aliquid pro digium quod proditur oculis. Signum, quo significat aliud. Prodigium.

c *Sanguinem, &c.* BEDA. Non solum vulneris, sed etiam sudoris, quando in oratione factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis, quod inter signa deitatis ponitur, quia in humana natura non inuenitur. ergo significat orbem vniuersum sanguine Christi abluendum, vt sicut tabernaculũ sanguine victimarum fuerat consecratum, ita populus fidelis sanguine eiusdem dedicaretur: nec solum Hierosolymis locus esset orationis manus, sed in omni loco dominationis eius leuarent manus electi per orationes ad dominum.

Lucæ 22. e. * ille. - erit. E † Mat 27. b. † exhibitũ, designatũ.

d *Fumi.* BEDA. Cõpunctionis & fletuum, sicut fumus ab igne, ita compunctio à spiritussancti ardore. Sanguis de latere mortui proflués, contra naturam nostrorum corporum loco signi fuit. s. nostræ salutis & vitæ quæ processit de illius morte. Potest & in igne illuminatio fidelium, in vapore fumi cæcitas Iudæorum intelligi. Vnde & dominus legem daturus in igne & fumo descendit, quia humiles claritate sua illuminat, superbos per caliginem obscurat erroris. Exod. 20. c.

e *Sol cõuertetur, &c.* Hoc in passione Christi partim factũ, partim ante iudicij diem creditur venturum, tunc enim sol obscuratus est, sed luna in sanguinem versa hominibus apparere non potuit: quia tunc vtpote in pascha xiiij. existens interdiu fuerat visibus humanis obiectu terræ occultata.

f *Quicunque inuocauer.* Hoc est quod Petrus ait: quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente quæ timet dominum & operatur iustitiam, acceptus est illi. 1. Pet. 1. c.

✲ CHRYSOST. Non est hoc adulanter dictum, sed quos acriter perstrinxerat, erga illos remissior esse incipit, tempestiuam Dauidis mentionem faciens. Et ne turbentur, nouum procemium exorditur, quia mentionem facturus erat Iesu. Nam superius quidem, non essent turbati audientes prophetam, nomen autem Iesu statim illis propositum obstitisset. Et non dixit, persuadeamini: sed audite, id quod erat minus molestum. Vide etiam, quomodo nihil dixit sublime, sed à valde humilibus incipit: Iesum, inquit, Nazarenum. Statim patriam dicit quæ sanè videbatur contemptior esse, & nihil iam magnum de illo dicit, neque quod de propheta alius quis diceret. Homil. 6. F

g *Viri Israeli.* BEDA. Quasi doctus magister prius incredulos monet, vt timore compunctis postmodum salutis consiliũ impendat:

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et dabo prodi. in cælo sursum. *Hic ponitur denunciatio signorum diem iudicij præcedentium, cum dicitur:* Et da. pro. *secundum quod dicitur Luc. xxj. e. Erunt signa in sole & lu. & stel. & in ter. &c.*

2 San. *Nam persecutio Antichristi præcedet aduentum Christi, in qua fundetur sanguis innocentium.*

3 Et ignem. *s. conflagrationis præcedentem aduentum iudicis.*

4 Sol con. in tene. *Non secundum rem, sed secundum apparentiam, quia nubibus densis abscondetur eius lumen.*

5 Et lu. in san. *Similiter secundum apparentiam, sicut rubea videtur quando eclypsim patitur.*

6 Antequam veniat dies domini. *i. dies sui iudicij.*

7 Magnus. *Nam omnes comparebunt.*

8 Et manifestus, &c. *Nam occulta cordis nostri tunc manifesta erunt.*

9 Et erit. *Non in die iudicij, sed ante. Prophetæ enim loquentes de vno tempore, transeunt ad aliud.*

10 Quicunque inuocauerit nomen domini. *Fideliter & perseueranter.*

11 Saluus erit. *salute æterna. Roma. x. b. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confeßio fit ad salutem.*

12 Viri Israë. *Hic consequenter Petrus declarat propositum per autoritatem. Et diuiditur in duas partes secundum duplicem eius autoritatem. Secunda ibi:* Non enim dicendum. *Prima in tres: quia primò autoritas introducitur. Secundò: ad propositum applicatur, ibi:* Viri fratres. *Tertio, intentum concluditur, ibi:* Dextera igitur. *Prima adhuc in duas: quia primò intentum proponitur. Secundò: autoritas inducitur, ibi:* Dauid enim. *Circa primum excitat attentionem audientium dicens:* Viri Israe. *ad quos missi fuerunt prophetæ.* Diuisio. Diuisio.

13 Audite verb. hæc. *quæ non sunt deridenda, sed magis attente audienda, cum sint prophetarum oracula. Consequenter proponit Christi mortem & resurrectionem, dicens.*

14 Iesum Nazarenum virum approbatum, &c. *id est, coram vobis.*

10 Quic

I 2

Universidad de Deusto Biblioteca

A impendat: & quia scientibus legem loquitur, ipsum esse Christum qui à prophetis promissus est ostendit, nec tamen autoritate sua prius eum filium Dei nominat, sed virum probatum, iustum, à mortuis suscitatum.

a *Definito consi.* RAB. In hoc solo notabiles, quia non obedienti animo fecerunt.

† erga vos.

b *Et præscie.* RAB. In Græco sic est, præscientia sic traditum accipientes, traditus est enim à præside in potestatem illorum, vt ipsum siue latronem eligerent, sed latroni concessa vita, Iesum per manus militum occiderunt.

† cum acce pissetis, crucifixerunt.

c *Per manus, &c.*

Homil. 6. ✠ CHRYSOST. Hic Iudam insinuat, interim illis etiam ostendit, quod non ipsorum potentiæ fuerit, nisi & ipse cõcessisset, & exposuisset illum Deus. Hoc enim est quod non dicit ἔκδοτον expositum, sic totum conuertit crimen in caput Iudæ proditoris. Ille enim ipsum tradidit osculo, vel igitur de hoc, quod per manus iniquorum, vel

† de eo.

† lætatum.

a ¶ Coram vobis, vel in vestris corporibus. b ¶ Resurrectionibus mortuorum.

à Deo † in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis, quæ fecit 1 2

a ¶ Pater vel diuinitas. b ¶ Inde inexcusabiles.

a Deus per illum in medio vestri, sicut vos scitis: hunc defini- 3

a ¶ Spiritussancti. b ¶ Patris, non nostra. c ¶ Christi. d ¶ Iudæis à patre, vel à seipso, vel traditum militibus à Iudæis. e ¶ Militum. 4 5

b c to consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorũ 6

a ¶ Variis illusionibus. b ¶ Voce, qui enim iubet facit. c ¶ Libertas data est à spiritu. d ¶ Vel eius resurrectione, vel mortuorum solutione. 7

d e † affligentes interemistis. † Quem Deus suscitauit, solutis 8

a ¶ Prophetiam Dauid immutabilem.

f doloribus inferni, † iuxta quod impossibile erat teneri illum 9

g a ¶ Vel ab ea morte: qui enim immunis erat à morte, poterat quos vellet à dominio mortis eripere. b ¶ Non in sua, sed in Christi persona. c ¶ Vox assumpti hominis. d ¶ Deitatem, vel patrem.

h ab eo. Dauid enim dicit † in eum: Prouidebam dominum 10

a ¶ Præsens sentiebam auxilium. b ¶ Quasi inseparabilem. c ¶ Prosperis. ¶ More custodis. d ¶ Spe resurgendi. 11

i k corâm me semper: quoniam à dextris est mihi, ne commo- 12

a ¶ Quia caro resurget tertio die, vel quia dominus à dextris stat. b ¶ Iocunditate. 13 c ¶ Cogitatio. ¶ Patriarchæ. d ¶ In verbis prophetæ. 14

l uear: propter hoc † delectatum est cor meum, & exultauit 15

a ¶ Non deficiet in interitu: sed in spe resurrectionis obdormiet. ¶ i. apostoli. b ¶ In sepulchro. 16 c ¶ Resurrectionis. 17

lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam 18

B militum dicit, manifestans quod non simpliciter interemeritis, sed per iniquos viros. Et specta, quomodo vbique curant vt passionem primum confiteantur. Quod autem ad resurrectionem attinet, quoniam magnifica erat, nunc adumbrat, & ita quodammodo in medio constituit. Nam crux & mors quidem inter confessa erant, resurrectio autem nondum. Idcirco & postea de illa, inquit, adiiciens. *Quem Deus suscitauit, &c.*

d *Suscitauit.* BED. Non communi resurrectione quæ in finem differtur, sed quæ die tertia celebraretur, vt assertio huius resurrectionis testimonium esset deitatis.

RAB. Suscitauit secundum humanitatem, quam maximè oderant.

To. 2. epist. 50. ad Dardan. solutio. 1. quæst.

e *Quem Deus suscitauit.* ✠ AVGVST. Neque enim in ipso die passionis in cælo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem: Et de carne quidẽ quod eo die in sepulchro sit posita, manifestum est Euangelium. Quod vero illa anima in infernũ descenderit, apostolica doctrina prædicat. Quandoquidẽ beatus Petrus ad hanc rem testimonium de Psalmis adhibet, vbi de ipso prædictum esse demonstrat. Quoniam nõ derelinquat animam meam, &c. Illud de anima dictum est, quia non est derelicta, vnde tam citò remeauit, illud de corpore.

C f *Solutis do.* BEDA. Videtur esse sensus huius sententiæ, quia domino ad inferos descendente dolores pœnarum soluti sunt, quia eum tangere non potuerunt, sed iuxta Græcum in quo scriptum est: Soluens per ipsum mortis dolores, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, patet, quia per descensum eius libertati sunt sancti à locis infernorum: qui licet in sinu Abrahæ. i. in consolatione quietis essent, à dolore tamen mortis siue inferi non erant soluti ex toto, quia non meruerant gaudia cæli intrare, donec fieret illud prophetæ: In sanguine testamenti eduxisti vinctos tuos de lacu, &c. in quo non est aqua. Vincti enim erãt antequam educerentur. D

Zach. 9. c.

g *Iuxta quod im. &c.* ✠ CHRYSOST. Secundum quod nõ erat possibile, illum detineri ab ea: hoc manifestat, quod resurrectio eius, non sit communis cum aliis. Deinde priusquam aliquid illorũ mens cogitet, assistit illis Dauidem, qui omnem humanam rationem subuertat. E

† infra 10 f

† quatenus. homil. 6.

h *Prouidebam domi.*

ALLEGO. RA. BE. veniens in ea quæ transeunt, non abstuli oculum ab eo qui semper manet, hoc prouidens vt in eum post temporalia recurrerem: & hoc quòd peccatum non feci, nec dolus inuentus est in me, non homini, sed Deo ascribam: propter hoc etiam in cogitatione iocunditas, & in verbis exultatio, propter resurrectionem. s. qua mundus liberatur.

Prouideb. domi. Vox Christi post resurrectionem exultantis ad dexteram. Sinistra est præsens vita, dextera æterna. *Ne commouear.* Post resurrectionem omnia erunt immobilia. *Et exultauit lingua.* Quia requies post laborem data est: laborauit enim in spe vitæ æternæ. *Non derelinques.* Non iterum mouear corruptione iteratæ crucis & mortis. *Notas mihi fecisti.* Scio me semper esse victurum. *Replebis me.* plena lætitia, id est, iterum non moriar.

i *Coram me, &c.* BEDA. Exponendo quod ipse fecerit, dat nobis puris hominibus consilium peccata vitare. Nam qui Dei præsentiam iugiter intuetur oculo mentis, nullatenus huc ad peccata conuertit diabolus.

k *Quoniam à dextris.* BEDA. Causa quare non moueatur, quia dominus à dextris opitulatur, sinistra non præualente. Si enim à dextris non fuerit: illam partem diabolus occupat, sicut de Iuda dicitur: *Et diabolus stet à dextris eius.* F

l *Et exultauit.* BEDA. In passione dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem: & cœpit pauere & tædere: vt se verum hominem in anima & corpore, & veraciter passibilem monstraret. Exultauit verò anima & lingua, quia passione sua genus humanum saluandum erat.

☞ a In

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Virtutibus. *i. operibus virtuosis.*

2 Et prodigiis. *i. miraculis maioribus, vt in resurrectione mortuorum & consimilibus.*

3 Et signis. *s. minoribus, vt infirmitatum curationibus.*

4 Quę fecit. *s. tota trinitas.* per ill. *i. per hominem Christum, inquantum enim humanitas erat organum diuinum diuinitati coniunctũ, sicut manus suo modo est artificis organum.*

5 In medio vestri. *q. d. sic est euidens quòd non potestis negare.*

6 Hunc definito. *pro mundi salute ex maxima charitate. Iudas tamen tradidit eum ex cupiditate & malignitate, quorum autor non est Deus.*

7 Per manus. *s. per manus militum Pilati, qui Gentiles erant & idololatræ.*

8 Quem Deus. *Quantum ad ipsum, eo quòd ipsum non læserunt, & quantum ad patres sanctos quos inde absoluit. quamuis enim ibi non sentirent pœnam sensus, habebãt tamen pœnam damni, inquantum retardabantur à visione & fruitione Dei, quod erat mentis afflictiuum. secundum illud Prouerb. xiij. b. Spes quæ differtur affligit animam.*

9 Iuxta quod imp. *id est, detineri. non enim peccatum aliquod contraxerat, sed ad omne peccatum destruendum venerat.*

10 Dauid enim. *Hic consequenter inducit autoritatem Dauid ad propositum, quæ habetur Psal. xv. & intelligitur de Christo ad literam. sicut ibidem fuit ostensum. Ideo in persona eius dicitur:*

11 Prouidebam, &c. *Nam anima Christi ab instanti creationis habuit continuè claritatem diuinæ visionis.*

12 Quoniam à d. *Ex hoc enim quòd humanitas Christi erat organum diuinitatis coniunctum, vt dictum est, non potuit moueri ad aliquid nisi secundum voluntatem deitatis: propter quòd nullus inordinatus motus potuit insurgere in Christo ex iniuriis sibi illatis, aut ex quibuscunque aliis causis. & quia hoc erat animæ Christi causa delectationis spiritualis: ideo subditur:*

13 Propter hoc. *interius.*

14 Et exultauit. *Prorumpens exterius in laudem diuinam, sicut dicit Luc. x. In ipsa hora exultauit Iesus in spiritussancto.*

15 Insuper & ca. *ab anima separata.*

16 Requiescit. *in sepulchro.*

17 In spe. *i. certa resurrectionis expectatione.*

18 Quomodo. *id est, à corpore separatam.*

✠ 1 In

☞ a *In inferno.* BEDA. Constat animam non derelictam in inferno, quæ ablatis illis pro quibus descenderat, mox ad superna rediit, nec caro est corrupta, sed veloci resurrectione glorificata.

b *Notas mihi fecisti.* BEDA. Non solum de illo intelliguntur, qui semel accepta plenitudine diuinæ virtutis & sapientiæ per se mortem destruxerit, resurgẽs ad vitam: sed & de iustis qui per eum via veritatis inuenta ad vitam redeunt & iocũdabũtur videntes faciem eius: quia ille visus est super omnia & beatitudo perfecta.

† infr. 13. c. Christus quamdiu in limbo.

c *Viri fratres, &c.*

homil 6. ✠ CHRYSOST. Quãdo magnũ quid dã dicturus est, hoc vtitur procemio excitans illos, & inde familiares sibi reddẽs. *Liceat audacter dicere apud vos de patriarcha Dauid.* Magna est hęc animi modestia, vbi non est damnosum, condescendit. Idcirco & non dixit quòd hęc de Christo dicta sint, non de Dauid, idque valde prudenter, ob magnum erga Dauidem honorem illos reuerens, déque re aperta ac confessa, tanquam audacius videatur dixisse paulatim deuitat eos quos laudabat. Ideo & non de Dauid, inquit, simpliciter, sed de patriarcha Dauid, quod & mortuus sit ac sepultus.

† Psa. 131. b

* futurũ vt

† quantum ad carnem Christus ex oriretur, ac sederet super.

† Supr. 2. a. B

† cælos.

¶ Humanam. a ¶ Possidendam in inferno. ¶ Quæ descendit in infernum. b ¶ Ad quod descendit, sed non permansit vt subueniret quibus oportuit, sed non est derelictus, quia cito surrexit. c ¶ Per hoc probat humanæ fragilitatis expertem: & supergressum esse humanam conditionem.

a non derelinques animã meam in inferno, † nec † dabis san- 1

a ¶ Corpus meum sanctificatum, per quod & alij sanctificãdi sunt: non patieris corrumpi, quia notas, &c. 2 ¶ Putredinis & vermium. b ¶ Scio me resurrecturum, quia no. fe. mihi vi. vitæ. 3

b ctũm tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias 4

¶ Quibus itur ad æternitatem, in quibus post passionem adimplebis me lætitia. 5 ¶ Quæ sunt in sanctitatis iocunditate. a ¶ Ascendenti cælum dabis delectationes dexteræ vsque in finem. b ¶ In ascensione non semiplena fuit lætitia. c ¶ Videbo faciẽ ad faciem: vel cum Christo Deo qui est facies patris. ¶ Principalem sexum alloquitur. ¶ Corpore & fide fratres vocando blanditur.

c vitæ, replebis me iocunditate cum facie tua. Viri fratres, li- 6

¶ Hoc dicit, ne indignentur. 7

d ceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid: † Quo- 8

niam defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est 9 10

a ¶ Vnde apparet eum non de se dixisse: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. b ¶ Dauid. 11

apud nos vsque in hodiernum diem. † Propheta igitur cum 12

e esset, & sciret, quia iureiurando iurasset illi Deus * de fructu

a ¶ Viri luxuria in lumbis eius. b ¶ Quia Christus super Israel spiritualem sedit. ¶ A longè.

lumbi eius † sedere super sedem eius: † prouidens locutus 13

¶ Secundum animam.

est de resurrectione Christi: quia neque derelictus est in in- 14

ferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum

a ¶ Non duo, vel tres. b ¶ Qui vidimus eum post resurrectionem. c ¶ Resurrectionis. d ¶ Prosperitate, vel exaltatus est ipse, qui est dextera patris. ¶ Quia dixit Psalmus. A dextris est mihi ne commouear.

resuscitauit Deus: † cuius omnes nos testes sumus. Dextera 15

a ¶ Ioel. b ¶ Vel in euangelio, accepta à Christo. ¶ Accepit vt homo.

igitur Dei exaltatus, et promissione spiritussancti accepta à 16 17

a ¶ Donum linguarum vel spiritum. ¶ Vt Deus. ¶ Non recedit à verbo prophetæ Ioelis dicentis, Effundam, &c. b ¶ Mente. c ¶ In linguis igneis. ¶ Sono. ¶ Nostro sermone. d ¶ Vnde patet, quia non de sua, sed de Christi ascensione prædixit.

f patre, effudit hunc quem vos videtis & auditis. Non enim 18 19

¶ Sicut hæc quæ nouissima sunt Dauid non de se sed de Christo prophetauit, quia mittendus ex Sion. i. ex stirpe Dauid venturus, & dominaturus in medio inimicorum: sic & illa quæ præmissa sunt non ad Dauid, sed ad Christi mortem & resurrectionem pertinent. a ¶ Interna ratione verbi coæterni. b ¶ Pater. 20 21

Dauid ascendit in † cælum. Dicit autem ipse: † Dixit do- 22

a ¶ Homini Christo. b ¶ Quiesce vel iudica. c ¶ In æternitate, vel in vnitate personæ cum filio qui est dextera patris. d ¶ Semper, quia semper in præsenti & in futuro ponendi. 23 24

g minus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam 25 26

d *Sepulchrum eius.* ✠ CHRYSOSTO. Deinde vt apparauit quod volebat, neque sic venit ad Christum, sed iterum affert laudes Dauid. Propheta igitur cum esset, & sciret quod iureiurando iurasset illi Deus. Hæc autem dicit vt sermonem de resurrectione, etiam propter illius dignitatem, ac genus recipiãt, quasi prophetia violaretur, nisi hoc esset, atque adeo & ipsorum honori derogaret. D

Homil. 6.

e *De fructu lumbi.* BEDA. In Græco habetur: De fructu ventris eius suscitate Christum, & sedem super sedem eius.

Accepit. Vt verus homo, vt effundat spiritum, sicut Ioel dicit: Effundam, &c. Vel accipiunt Apostoli ab ipso promissionem spiritus in euangelio, quòd à patre mittetur spiritus.

Ioel 2. g. Ioa. 16. b.

† fines.

f *Effudit hunc, &c.*

BEDA. Qui prius Iesum suscitatum à Deo dixit, nunc fidẽ auditorum altius erigens, hunc esse verũ dominum assignat, quem effudisse spiritum confirmat: hoc enim deitatis est signum. Et pulchrè verbo effusionis vsus est: quòd prophetã Ioel posuisse suprà memorauit vt ex hoc etiam constet ipsum esse dominũ Iesum, qui ante assumptionẽ carnis loqui consueuit in prophetis, qui signa & prodigia dat in cælo & in terra, qui omnes inuocantes se saluat. Et cætera quæ propheta describit, quasi verus Deus explet. E

† 3. Re 2. b.

Ioel 2. g.

† præscius.

BEDA. In Græco Effudit hoc donum quod nũc videtis & auditis.

g *Sede à de.* BEDA. Hoc est quòd Petrus ait de domino, quem oportet cælum quidem suscipere vsque in tempora resurrectionis omnium: tunc enim cum venerint tempora refrigerij à conspectu domini missurus eum est (qui prædicatus est) à regalibus sedibus Iesum Christũ ad iudicãdos viuos & mortuos.

† Psal. 109.

Infra 3. d Contra Arrium. F

BEDA. Si opponat Arrius ex hac diuersitate filium minorem: patrem verò maiorem esse. Respondemus ei: Nomen inferius illi conuenire cui sedere imperatur. sicut & Petrus conscendente à Dauid secundum carnem, vt dictum fuit ibidẽ. ideo subditur

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In inferno. *i. in sanctorum limbo, in qua fuit per trigintanouem horas tantum. s. ab hora nona feriæ sextæ, in qua fuit separata à corpore vsque ad diluculum diei dominicæ in quo secundum communiorem opinionem fuit corpore reunita. Ideo subditur:*

C 2 Nec dabis. *id est, dari permittes.*

3 Sanctum tuum. *id est, corpus meum sanctificatum.*

4 Videre corruptio. *i. putrefactionem vel incinerationem. Si tamẽ accipiatur corruptio pro morte, sic fuit ibi corruptio, quia corpus Christi fuit vere mortuum per separationem animæ à corpore, vtrunque tamen mansit diuinitati vnitum. scilicet anima existens in limbo, & corpus iacens in sepulchro.*

5 Notas mihi. *Per accelerationem resurrectionis meæ.*

6 Replebis. *quia resurrexit in corpore glorioso, quod fuit prius passibile & mortale: & sic habuit materiã iocũditatis ex sui corporis glorificatione.*

7 Cum facie. *i. cum clara visione essentiæ diuinæ, quam habuit anima Christi ab instanti creationis suæ. Ideo dicitur:* Cum facie tua. *i. cum visione faciei tuæ iam prius habitæ.*

8 Viri fratres. *Hic consequenter dicta autoritas ad propositum applicatur, ostendendo quòd non loquitur de persona Dauid, sed de persona Christi, cum dicitur:* Viri fratres. *i. Israelitæ sicut & ego.*

9 Liceat auden. *Tanquam verum manifestum.*

10 De patriarcha. *Vt patet iij. Regum ij.*

11 Et sepulchrum. *In quo iacuit per tanta tempora corpus eius quod putrefactionem passum est & incinerationem. propter quod dicta autoritas intelligi non potest de ipso. ideo consequenter ostenditur, quòd intelligenda est de Christo, cum dicitur:*

12 Pro. igi. *domini sicut habetur Psal. cxxxj. b. Iurauit dominus Dauid veritatem & non fru. &c. quòd principaliter intelligitur de Christo de-*

13 Prouidens lo. *in autoritate prædicta quæ in ipso impleta est, vt patet ex dictis. ideo sequitur.* 14 Neque derelict. *Et patet litera.*

15 Dextera igitur. *Hic concluditur intentum de collatione sancti spiritus à Deo. Circa quod sciendum, quòd hæc collatio non erat implenda ante Christi ascensionem, vt dicitur Ioa. vij. f. Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. ideo concludit:* Dexte. igitur Dei. *i. eius potentia.* 16 Exaltatus. *ad cælestia.*

17 Et promis. spi. *Qua sedit ad dexteram patris, sicut erat sibi promissum. Psal. cix. a. Sede à dextris meis, &c.*

18 Effu. hunc. *Spiritum.* 19 Quem vos. *in linguis igneis.*

20 Et auditis. *in variis linguis. Erant enim signa sensibilia ad designãdum spiritum sanctum habitantem in cordibus eorum. Sciendum autem quòd sicut miracula fiebant à tota trinitate, sicut à causa principali, & ab humanitate Christi sicut à causa instrumentali coniuncta, vt dictum est suprà ita intelligendum est de hac infusione spiritussancti.*

21 Non enim. *Hic ponitur secunda autoritas ad propositum, quæ habetur Psal. cix. qui psalmus ad literam intelligitur de Christo, vt ibidem diffusius declaraui. Dicit igitur:* Non enim Da. as. in cæ. *Sed fuit sepultus & incineratus, vt prædictum est.*

22 Dicit aut. ipse. *De Christo.* 23 Dixit Dominus. *Pater.*

24 Domi. meo. *i. filio eius incarnato, per hoc enim probatur diuinitas Christi, Matth. xxij. d. quia si esset homo purus Dauid, non vocaret eum dominum, cum esset filius eius naturalis tantum, & non Dei: sed tantum adoptiuus, sicut Dauid & alij sancti.*

25 Sede à dextris. *i. ad æqualitatem patris secundum diuinitatem, & in potioribus bonis secundum humanitatem.*

26 Donec ponam. *Per hoc non est intelligendum, quòd Christus de-*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ sequenter exponit: quia & dominum eum, & Christum Deus
A fecit hunc Iesum quem vos crucifixistis.

RAB. Manifestè Petrus ex hoc Psalmo regnum Christi non terrenum, sed cæleste ostendit, & vtramque naturam eius euidenter astruit: humanam quæ de Dauid, diuinam secundum quam est ad dexterā patris. In vna Dauid filius. In altera eiusdem est dominus. vnde & subiungit: Cer. ergo.

a Dominum eum. BEDA. Ostendens nomen maiestatis & potestatis est, cui omnis creatura debet subiici. Christus regiæ siue pontificalis dignitatis nomē est. In lege vngebantur reges, & pontifices in figura illius.

a ¶ Dæmones vel homines. b ¶ Humiles vel subiectos. c ¶ Carnis vel apostolorum. d ¶ Quia propheta hæc dixit.
inimicos tuos scabellum pedum tuorum, Certissimè ergo 1
a ¶ Viri. b ¶ Corporalis vel spiritualis. c ¶ Dauid. d ¶ De quo dicit domino meo. e ¶ i. regem: cum dixit: sede &c. ¶ Vel, Vnxit te Deus, &c. ¶ Vel, Ego constitutus sum, &c.
a b sciat omnis domus Israel, quia & dominum eum & Christū 2
a ¶ Secundum carnem fecit in natiuitate vel in resurrectione. b ¶ Pater vel deitas. c ¶ Scilicet. d ¶ Iesus proprium nomen illius est. e ¶ Quem vilem putastis. f ¶ Secundum carnem, diuinitas enim pati vel crucifigi non potuit.
c d fecit Deus, hunc Iesum quē vos crucifixistis. His auditis com- 3
a ¶ Ex quo dixit, viri Iudæi. ¶ Salomon: Verba sapientium stimuli, secundum illud: Er in cubilibus vestris compungimini. 4 5
b ¶ Quasi ad medicos & duces cæci loquuntur & ægri.
pūcti sunt corde, & dixerūt ad Petrū & ad reliquos apostolos: 6
a ¶ Demonstrate nobis. ¶ Ecce fructus compunctionis. b ¶ Quia & ipsi Israelitæ. c ¶ Feruorem fidei præripuit. d ¶ Cordis.
e Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ait ad illos: Pœnitētiā 7

b Et Christum. BEDA. Ille verè est Christus omni plenitudine spiritussancti vnctus, qui de eodem spiritu potentialiter dedit quibus voluit.

B ✻ EPIPHAN. Ideo dicit, fecit Deus hunc Iesum, vt significet domini incarnationem. Ex hoc enim quod dicit: hūc Iesum, quem crucifixistis: Manifestum est quod de carne dicit, quam crucifixerunt: carnem enim crucifixerunt. Cont. Arria.

✻ TERTVLLIAN. Facienda est denique iam hinc inter nos, certa ista & iusta præscriptio, & vtrique parti necessaria, qua determinatum sit nihil omnino commune esse debere alterius Dei Christo, cum Christo creatoris. Nam & à vobis proinde diuersitas defendenda est, sicut à nobis repugnanda est: quia nec vos probare poteritis alterius dei venisse Christū, nisi eum longè, alium demonstraueritis à Christo creatoris: nec nos eum creatoris vendicare, nisi talem eum ostenderimus, qualis constituitur à creatore, &c. Mihi vendico Christum, mihi defendo Iesum, &c. L 3 aduers. Marcionē c. 15. 16. 17.

✻ IDEM aduers. Praxean. multa super hoc negotium differit. Tertul. lib. aduers. Praxean. c. 17. & 18.

✻ CHRYSOSTOM. Bene hic definit concutiens illorum mentem. Quoniam enim ostendit, quantum hoc sit facinus, tunc tandem & ipsum aperuit, vt sic maius ostendatur & metu illos corripiat. Non enim sic homines beneficiis adducuntur, vt timore castigantur. Verum admirabiles illi, & magni amici Dei neutro horum indigent, qualis scilicet Paulus erat. Neque enim regnum vel gehennam magnifaciebat, & hoc est amare Christum, hoc est, non esse mercænarium, neque quæstum, vel negociationem existimare, sed verè esse virtute præditum, & omnia facere, eò quod grata sint Deo. Quantis igitur lachry- homil 6.
C mis digni, qui tantam debentes mensuram, neque vt negociatores ambimus regnum cælorum. Tanta nobis pollicetur, & neque sic audimus. Quid huic inimicitiæ comparari poterit, quamuis ij qui insana pecuniarum cupiditate laborant, siue seruos, siue hostes, siue inimicissimos inueniant, vnum hoc expectant, si possint ab illis pecunias accipere, omnia faciunt & adulantur, & seruiunt, & seruituti se addicunt, omnibusque se putant esse honestiores, vt quid ab illis accipiant. Pecuniarum enim spes, nihil horum illos finit cogitare, &c. (Et paulò post) Regnum promittit Deus, & contemnitur, gehennam apparat diabolus & honoratur, &c.

c Iesum quem. BEDA. Iesus est dominus & Christus, vna in duabus naturis existente persona, quia in diuinitate æternaliter ex patre natus, in humanitate temporaliter factus, cum operāte spiritusancto in vtero virginis est incarnatus. D

✻ CHRYSOSTO. Vides quantum bonum sit mansuetudo. Ipsa pectora nostra magis quàm vehemens austeritas extimulat, & plaga ferit maiore. Quemadmodum enim percutiēs obdurata corda, non tam facilè sentire facit, vt si eadem prius mollia faciat ac tenera: ita & hoc loco prius oportebat mollire, & tūc pungere: mollit autem non furor, neque accusatio vehemens, neq; conuicia, sed mansuetudo. Nam ille quidem iracundus auget morbum, hic autem qui mitis est, imminuit. Atque ita si volueris quempiam, qui iniustè egit corripere, magna cū mansuetudine illum alloquere. Vide igitur & hoc loco, quid faciat: Māsuetè in memoriam reduxerat illis sua flagitia, & nihil addidit, dixit Dei donū adiecit gratiam, quæ his facta erant testimonium dabat, & vlterius sermonem produxit. Reueriti sunt Petri mansuetudinē, quia his qui dominum suum crucifixerant, & contra ipsos clamarant, tanquam pater & magister curam gerens loquebatur. Non simpliciter obedierunt, sed seipsos condemnarunt, sensêrunt quæ fecerant, &c. Quid enim dicunt. Quid faciemus viri fratres? Quos enim impostores vocarent, fratres vocant: non intantum se illis æquabant, quantum ad sui curam ac amorem his verbis attrahere nitebantur, &c. Non dixerunt statim, igitur resipiscamus, sed permiserunt sese illis, quemadmodum in naufragio, aliqui constituti vel morbo, conspecto gubernatore vel medico, omnia illi concedunt ac obediunt, similiter & hi fecerunt: Confessi sunt se esse in extremis malis, & nullam salutis habere spem. Homil. 7. E

d Compuncti. BEDA. Impletur prophetia Ioelis, quia post ignem spiritussancti sequitur vapor compunctionis, fumus lachrymas excutere solet, incipiunt flere qui irriserant, tundunt pectus, dāt Deo præcem sicut sacrificium, vt sanguinem illum gustare valeant, per eum saluandi, quem super se & super filios suos prius fuerant imprecati. Ioel 2. g.

✻ GREGOR. Hinc Petrus cum quosdam territos malorū suorum consideratione conspiciens, admonuit dicens: Pœnitentiam agite, &c. Dicturus enim baptisma, præmisit pœnitentiæ lamenta: vt prius se aqua suæ afflictionis infunderent, & postmodum sacramēto baptismatis. Qua ergo mente qui transactas culpas flere negligunt, viuunt securi de venia, quando ipse summus postis ecclesiæ: huic etiā sacramento, addendam pœnitentiam credidit, quod peccata principaliter extinguit? Tom. 1. 3. part. pastoral. curæ admonitio. 31. F

✻ AVGVST. Ibi est enim veteris vitæ expoliatio, vt noua induantur qui baptizantur. De fide & operib. c. 8. & tom. 9. de vtilitat. pœniten. ca. 1. Et tom. 4. de vera & fals. pœnit. cap 2.

✻ IDEM. Prima salus est declinare peccatum, secunda non desperare de venia: Nam ipse se in æternum perimit, qui apud misericordem iudicem, ad pœnitentiæ remedia non recurrit.

e Pœnitentiam agite. BEDA. Dicturus de baptismate præmisit lamenta pœnitentiæ vt prius se aqua suæ afflictionis infunderent, & post sacramento baptismi lauarent. Tomo 5. ex sent. senten. 100.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ beat aliquando dimittere sessionem ad patris dexteram, quia ly donec, aliquando tenetur finitè. s. quando significat terminum eius cui coniungitur. vt cum dicitur: Sedete hic donec veniam. Aliquando verò indiffinitè, vt cum dicitur: Iste non pœnituit donec vixit, &c. i. nunquam: quia post mortem pœnitere non potuit & hoc modo tenetur, cùm dicitur: Sede à de.m.do.po. i. tibi totaliter subiectos. si enim accipiatur Christus secundum diuinam naturam, omnia sunt ei subiecta ab æterno secundum fiendorum dispositionem, non tamen quantum ad executionem, sed solum in tempore in quo habent esse. Si verò consideretur quantùm ad naturam humanam, sic omnia sunt ei subiecta autoritatiuè à principio incarnationis ex vnione ad verbum. Executiuè verò omnia ei erunt subiecta in fine mundi, cum in omnibus exercebit suam voluntatem, bonos præmiando, & malos puniendo. Et sicut scabellum teritur pedibus, & eis supponitur, ita mali conterentur in pœnis & supponentur Christo secundum humanitatem, quæ per pedes designatur. propter quod cōcludit:

1 Certissimè ergo. Absque hæsitatione aliqua.
2 Quia domi. eum & Christum fecit Deus. id est, tota trinitas.
3 Hunc Iesum. Humanitatem eius vniendo verbo & ad patris dexteram exaltando.
4 Quem vos crucifixistis. Per ignorantiam quidem quantum ad populum communem, sed per inuidiam & malitiam quantum ad principes sacerdotum.
5 His auditis. Postquam est posita Petri prædicatio. hic consequenter ponitur auditorum conuersio. & secundo eorum conuersatio, ibi: Erant autem. Circa primum dicitur: His auditis compuncti, &c. de Christi morte.
6 Et dixe. ad Petr. &c. Parati obedire.
7 Pœnitentiam, inquit. peccata præterita detestando, aliter ponetur obstaculum spiritusancto.

☞ a In nomine. In honore vel in hac forma, vel in vno trium
A fides continetur.

b Et omnibus. BEDA. Hoc ad illud testimonium prophetiæ respicitur, quod vltimum posuit. s. Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit: quod ad Gentium vocationem pertinet specialiter: quæ à filiis Israel longè factæ, per inuocationē nominis domini saluandæ erant. Iohel 2. g.

c Testificatus est, &c. i. testificatio & exhortatio.

✻ CHRYSOST. Vide illum vbique submissū, & nec ambitiosum, nec ostentatorem, Testificabatur, inquit, & orabat, dicens: Absoluta & perfecta est doctrina, quæ & metum incutit, & amorem declarat. Saluemini, &c. Nihil de futuris, sed de præsentibus dicit, quibus maximè aguntur homines: & ostēdit, quòd prædicatio non solū à præsentibus, sed etiam à futuris eripit malis. Homil. 7. B

✻ AVGVST. Vel eripite vos ab hoc seculo prauo. Verbis autem pluribus, vt hoc fieret testificatur Petrus. In his verbis erat mortuorum operum cōdemnatio, quæ nequiter agunt huius seculi dilectores, & commendatio vitæ quam teneant, atque sectentur, qui se ab hoc seculo prauo eripiunt. De fide & operib. c. 8. † infr. 4. g.

a ¶ Opere implete. b ¶ Tingatur. c ¶ Nullus pro alio. d ¶ De quo dicimus: & dominum Christum eum fecit dominus hoc dicitur: quia filium Dei nō crediderūt.
a inquit agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine 1
a ¶ Præcipue crucis de quo dixerat: quem crucifixistis.
Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & acci- 2
a ¶ Quod in nobis miramini. b ¶ Iudæis. ¶ Vel vobis hic stantibus, & omnibus Iudæis procul positis. 3 c ¶ Illa. s. effundam super vos de spiritu meo.
pietis donum spiritussancti. Vobis enim est repromissio & 4
a ¶ Etiam Gentibus qui à dono spiritualium non repelluntur. b ¶ Loco vel à notitia Dei. c ¶ Gratia, non meritis.
b filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunque aduoca-
¶ Quæ retinentur, quia eiusdem qualitatis erant. a ¶ De Christo.
c uerit dominus Deus noster. Aliis etiam verbis plurimis testi-
a ¶ Adiurauit. b ¶ Illos ægros, & se medicum ostendit. c ¶ Iudæorum qui non pœnitent.
d ficatus est, & exhortabatur eos dicens, Saluamini à genera- 5
e a ¶ Quæ est peruersa & exasperans. b ¶ Illum. s. pœnitent. agi &c.
tione ista praua. Qui ergo* receperunt sermonem eius ba- (* libenter.)
f ptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria 6
g a ¶ Numerus fidei congruus, quæ trina est & vna. b ¶ Non vna die tantum. c ¶ Fidei. d ¶ Non solius Petri, qui eadem erat omnium. 7 8
milia. Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum 9
a ¶ Siue communis, siue sancti.
& communicatione fractionis panis & orationibus. Fiebat 10
a ¶ Exceptis credentibus. b ¶ Imperfectè, perfecta enim charitas foras mittit timorem. 11 ¶ Pro prædicatione, siue propter prodigia quæ sequuntur. c ¶ Appropinquat virtutis narratio. ¶ Prædicationi adiuncta.
autem omni animæ timor. Multa quoque prodigia & signa 12
per apostolos in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus in
a ¶ Præter centum viginti, de quibus dictum est.
h vniuersis. † Omnes etiam qui credebant erant pariter, & ha- 13
i a ¶ Iudicium fraterni amoris est omnia possidere, & nihil proprium habere. ¶ Agros. ¶ Pecora. 14
k bebant omnia communia: possessiones & substantias ven- 15
a ¶ Non secundum honorem, sed secundum indigentiam, vt manna. 16
debant, & diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat. 17
a ¶ Vt apostoli. b ¶ Deus facit inhabitare vnius moris in domo. c ¶ In oratione. 18 Ecce contemplatio. d ¶ Hic actiua vita signatur. 19
l Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in tēplo & fran- 20

d Saluamini. Hæc est testificationis qualitas & exhortationis, sed Lucas plurima verba Petri breui conclusit sententia.

e A generatione. Duæ sunt generationes, vna bonorum, alia malorum.

f Circiter. Ad numerum dicitur, sicut circa ad locum. D

g Tria milia. BEDA. Vbi primum ecclesiæ celebratum est baptisma, pietas diuina ad confessionem trinitatis collegit animarum tria milia, & Moyses quinquagesimo die Paschæ qua lex data est, solemnitatem primitiarum præcepit initiari, nūc autem superueniente spiritusancto, non manipuli spicarum, sed animarum sunt domino primitiæ consecratæ.

h Omnes et. Adiungitur narratio etiam de communione & de vēditione & equa diuisione, in quibus apparet virtus.

✻ CHRYSOST. duæ virtutes, & perseuerare & vnanimiter. Hoc autem dixit, vt ostendat quod lōgo tempore illos docuerint. Homil. 7. E

i Erant pa. Charitas diffusa in cordibus cito generat Dei & proximi dilectionem: vnde propter geminum charitatis ardorem, bis datus est spiritus apostolis.

k Possessiones & sub. ✻ CHRYSOST. Nō simpliciter quēadmodum apud Græcos Philosophi, quorum alij reliquerunt terram, alij multum auri in mare proiecerunt, id quod non erat opum contemptus, sed stultitia, & insipientia. Vbique enim & semper diabolus studuit infamare creaturas Dei, quòd quis bene vti pecuniis nequeat (& paulò post.) Hæc erat euangelica respublica, nihil dicere sibi proprium esse. (* in Ierusalem, & metus erat magnus in vniuersis. Rom 5 a.)

l Frangentes. ✻ CHRYSOST. Panem, dicens, videtur mihi hoc loco ieiuniū significare, & austeram vitam: simul enim ☞ accipieb Homil. 7.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et bapt. &c. in nomine Iesu. in hac enim forma baptizauerūt in primitiua ecclesia consilio spiritussancti, vt nomen Christi quod erat apud Iudæos contemptum, & odiosum, amabile redderetur & venerandum. quo facto redyt ecclesia ad formam à Christo institutam Matth. vltimo. d. Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. Veruntamen in nomine Christi intelligitur tota trinitas. Christus enim Græcè, dicitur vnctus Latinè: & sic in nomine Christi intelligitur pater vngens, & filius vnctus, & ipsa vnctio, quæ est spiritussanctus. C
2 In remis. pec. quia baptismus delet peccata quantum ad pœnam & culpam.
3 Et acci. donum. quod tunc dabatur baptizatis in signo visibili per impositionem manuum apostolorum, vt habetur infra x. cap. & xix.
4 Vobis enim est re. prædicta facta per Ioelem prophetā, vt dictum est suprà. Cætera patent vsque ibi.
5 Saluam. à ge. scilicet Iudaica quæ pro maiori parte remansit in infidelitate obstinata.
6 Et appositæ sunt. ad numerum fidelium.
7 In die ill. scilicet Pentecostes, vt patet ex prædictis.
8 Circiter tria mi. Insignum huius baptizationis fiebat antiquitus baptismus generalis in die Pentecostes.
9 Erant autem per. Hic consequenter ponitur conuersorum conuersatio cum dicitur: Erant autem per. in doctri. aposto. quantum ad fidem & mores.
10 Et com. fra. pa. tum quia quotidie communicabant, tum quia omnes cibos sicut & cætera communia habebant.
11 Fiebat autem omni animę. i. omni homini, denominando totum à parte digniori.
12 Timor. tum propter miracula quæ per apostolos fiebant. ideo subditur: Multa quoque prodigia, &c.
13 Omnes etiam qui cre. in Christum.
14 Erant pariter. in signum charitatis.
15 Et ha. omnia co. in signum fraternitatis. Et ex hoc omnis religio habuit exordium, in qua non licet habere proprium.
16 Possessiones. id est, agros & vineas.
17 Et substan. &c. id est, pecora & consimilia.
18 Vendebant. vt de precio communiter omnibus prouideretur, tamen secundum indigentias eorum.
19 Quotidie quoque. vbi erat locus orationis quo ad omnes, & prædicationis quo ad apostolos.
20 Et frangentes circa. in reditu suo de templo.

MORALITER.

6 Et appositæ sunt. Et per istum fructum ad prędicationem Petri tunc factum significatur fructus multiplex qui fit in ecclesia per laborem prædicatorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

A accipiebant alimentum, non delicias. Hinc discito, dilecte quod non deliciis sed cibis suauiter fruamur, & quod delicati sunt in mœrore, & non delicati in gaudio. Vides quod sermones Petri etiã vitæ afferebant temperantiam? sic non est exultatio vbi non est tenuitas.

† per singulas domos.

† in congregatione.

a Dominus autem. In Græco: Dominus augebat eos qui salui fierent quotidie. Ecce pòst altera narratio sic incipit: In idipsum autem Petrus & Ioãnes, &c. Quod potest sic exponi: Cũ dominus quotidie prædicantibus apostolis ecclesiæ suæ crescẽtes adiuuaret: primi apostolorum ascendebant in templum, Deum rogaturi in idipsum. i. vt ecclesiam semper augeret. D

a ¶ Non in templo, vt sanctus locus esset orationi, & communis esset victui. b ¶ Sanctum vel corporalẽ. c ¶ In honore sui magistri.
gentes † circa domos panem, sumebant cibum cum exulta- 1
a ¶ Nihil interrogantes. b ¶ Vnanimitate charitatis. c ¶ Cooperantes in laude.
tione, et simplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes 2
¶ De perceptis gratias agentes, iuxta illud: Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. 3
a ¶ Coram plebe, siue ipsi plebi gratias agentes, siue in conspectu plebis gratiam inuenientes. 4
¶ Non solum priores perseuerabant, sed dominus.
a gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui 5 6
a ¶ Non solum in pentecosten. b ¶ Vnionem apostolicæ regulæ.
salui fiebant quotidie † in idipsum. 7 8

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sumebant cibum cum. *mentis in Deum.*
2 Et simplicitate cordis. *i. sine plica dolositatis & simulationis.*
3 Collaudantes Deum, *de beneficijs acceptis.*
4 Et habentes gratiam. *vt sit de quolibet eorum posset dici, quod de sancto Sebastiano legitur: Necesse erat vt quem Deus tanta perfunderat gratia, ab omnibus amaretur.*
5 Dominus autem. *supple numerum eorum.*
6 Qui salui fiebant. *per receptionem fidei catholicæ.*
7 Quotidie. *& non solum in die Pentecostes, sed etiam in alijs diebus sequentibus.*
8 In idipsum. *id est, in vnionem apostolicæ doctrinæ.*

CAPVT III.

Ad nos Psychicos.c.10. *Petrus autem & Ioan.* ✻ TERTVL. Si, quia Petrus & qui cũ eo, ad horam orationis nonam templum introgressi leguntur quis mihi probabit illos ea die statione functos, vt horam nonam ad clausulam & depunctionem, stationis interpretetur, &c. Porro cùm in eodem commentario Lucæ, & tertia hora orationis demonstretur, sub quã spiritusancto initiati pro ebriis habebãtur & sexta qua Petrus ascendit in superiora: & nona qua templũ sunt introgresi, cur nõ intelligamus, salua planè indifferẽtia semper & vbique & omni tempore orandum: tamen tres istas horas, vt insigniores in rebus humanis quę diem distribuit, quæ negotia distinguunt, quæ publicè resonant, ita & solenniores fuisse in orationibus diuinis: quod etiam suadet quoque Danielis argumentum ter die orantis: vtique per aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem quàm insigniorum exinde apostolicarum, tertiæ, sextæ, nonæ, &c.

* simul B

Homil.8. ✻ CHRYSOST. Vbique duo illi inter se concordiam magnam habere cognoscuntur, hinc innuit Petrus, simul ad sepulchrum veniunt. De hoc dicit Christo, *Hic autem quid? &c.*

Ioan.vltim. ✻ OECVMEN. IBID. Virtutem prædictam prosequitur. Ita autem vicissim sibi connectuntur vt sermones virtutibus, virtutes succedant sermonibus.

b *Ad horam no.* BED. Apostoli hora nona templum ingressuri, primò claudum diu debilem sanant, pòst vsque ad vesperam laborantes multa milia hominum verbò fidei imbuunt: quia doctores ecclesiæ prius Iudæis, postea Gentibus prædicant. Hi sunt operarij quos nona & vndecima hora in vineam paterfamilias inducit. Matt.20.a.

Homil.8. ✻ CHRYSOST. Cur autem tunc ascendunt in templum, nunquid Iudaicè viuebant, minimè, sed vtiliter hoc faciunt. Fit autem signum hoc, alios quidem iterum confirmans, alios autẽ attrahens. E Et signum quale nõdum fecerant, naturalis morbus erat, & maior arte medicæ, imò quadraginta annis claudicãs fuerat, sicut in progressu dicit, & nullus illum vnquam curauit. Scitis autẽ quòd curata difficiliora sunt, quę scilicet à natiuitate insunt. Tã grauis autẽ erat morbus ille, vt nec sibiipsi cibũ operando parare posset, & insignis erat tum à loco, tum à morbo. † ingressuros.

c *Claudus ex vte.* BEDA. Populus Israel non solum ab incarnatione, sed etiam à tempore legis rebellis, quasi ex vtero matris claudus fuit. quod in Iacob cum angelo luctãte & claudicãte figurabatur: quia populus ille Christo in passione præualens, in quibusdam per fidem benedictus, in aliis ex infidelitate est claudus. Gen.32.f.

✻ CHRYSOST. Eleemosynam vtique quærebat accipere, & ignorabat, quinam essent illi viri, &c. Ibidem. F

Hanc ædificauit Ioathan filius Oziæ rex Iuda, sublimissimã. Omnes siquidẽ portæ templi in terra fuerunt, excepta speciosa quæ pendebat: quæ ab Hebræis porta vocabatur Ioathan.

d *Portam tem. &c.* BEDA. ALLEG. Porta templi speciosa dominus est, per quã, qui intrat saluatur: ad hanc portã Israel debilis, nec ire valẽs, legis prophetarumq; vocibus affertur, vt ab ingredientibus poscat auxilium fidei & sapientiæ: quia vaticinia futurorum quasi ad portam ponunt auditores. Sed Petrus in templum perducit, cui per confessionem fortè etiam cognomen petræ claues cæli sunt datæ.

CAPVT III.

a ¶ Præcipuis exordiatur.
a Petrus autem & Ioannes * ascendebant 1
¶ Non orationis, sed diei.
b in templum ad horam orationis nonã. 2
a ¶ Cuius difficilis est sanitas. b ¶ In hoc diuturna & grauis ostenditur infirmitas.
c Et quidam vir qui erat claudus ex vtero 3
matris suæ baiulabatur, quem ponebãt 4
d quotidie ad portam templi, quę dicitur 5
a ¶ A quodam ornamento speciali. b ¶ Misericordiam.
¶ Misericordes fore credidit eos qui templum frequentarent.
speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in tem- 6
plum. Is cum vidisset Petrum & Iohannem † incipientes in-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

Petrus autem. *Hic consequenter describitur prædicatio Petri adiuncto miraculo. & diuiditur in tres partes, quia primò ponitur operatio miraculi, secundo prædicatio Petri, ibi: Videns autem Petrus. tertio excitatio claudi se. ca. Circa primum notatur hora, cũ dicitur:* Petrus autem & Ioan. ascend. in tem. *i. in atrium mundorum quod erat orationis locus.*
2 Ad ho. orationis. *tribus enim horis in die orabant Iudæi. vnde dicitur Dan. vj. c. quòd Daniel tribus temporibus in die orabat contra Ierusalem scilicet mane, hora nona, & vespere.*
3 Et qui. vir. *ex quo miraculum fuit euidentius quàm si fuisset claudus ex aliquo accidentaliter.*
4 Baiulabatur. *quia non solum erat claudus, sed etiam sic contractus, quòd non poterat incedere.*
5 Quem po. quo. *ista vt dicunt aliqui est illa porta, quam ædificauit Ioathan rex Iuda sublimissima ij. Paral. xxvij. Sed si intelligebant de porta eadem numero quam ædificauit Ioathan, non est verum. num illa fuit combusta per Chaldæos. 4 Reg. vlt. potuit tamen alia in eodem loco reædificari ad similitudinem primæ, & retinuit nomen antiquum.*
6 Vt pe. ele. *sicut consuetum est talibus, qui non possunt lucrari victum suum. Cætera patent vsque ibi:*

MORALITER.

3 *Et quidam vir &c. por. tem.* Dei templum propriè dicitur locus beatorum de quo dicitur Psal. xxviij. b. In templo eius omnes dicent gloriam. Nam laus iugis est ibidem. Huius autem templi porta speciosa est beata virgo Maria, de qua cantat ecclesia: Felix cæli porta. Per hanc enim portam Dei filius venit ad nos redimendum: & per eam deducit nos ad glorificãdum, Si quis autem claudus est ambulare non potens in via morum, ponatur per deuotionem ad ipsam: erigetur diuinitus & fortificabitur ad velociter gradiendum. Si verò fuerit pauper & mẽdicus, ditabitur plenitudine spiritualium bonorum: & hæc mutatio dexteræ excelsi, mirabilis est in conspectu omnium bonorum.

Homil.8. a *Respice in nos, &c.* ✻ CHRYSOT. Hoc audi. Ille autem neq; sic surgit, sed adhuc manet interturbans. Hunc enim paupertas cogit, vt etiam vrgeat dare eos, qui negant: Confundamur nos, q̃ resilimus, dũ orãt nos inopes. Vide autẽ æquitatem quomodo ostẽdit Petrus statim, vt dixit, vide in nos, sic illorum habitus morum facilitatem ostendebat.

Officio lib. 2.c.25. b *At ille intendebat.* ✻ AMBROS. Itaque pecuniam non dedit, sanitatẽ dedit. Quanto melius est salutem habere sine pecunia, quàm pecuniam sine salute? B Surrexit claudus, quod non sperabat, pecuniam nõ accepit quam sperabat.

Homil.8. ✻ CHRYSO. Non dixit, do tibi quod multo argento prætiosius: sed quid? In nomine Iesu, &c.

Matt.10.b. c *Argentum.* Memor illius præcepti: Nolite possidere aurum & argẽtum, pecuniam, quę ad pedes apostolorum ponebatur, nõ sibi recondebant, sed ad vsus pauperũ, qui sua patrimonia reliquerant, seruabant.

* qui sanatus fuerat claudus.

BEDA. ALLEGOR. *Argentum, &c.* Habuit quidem primum tabernaculum iustificationes culturæ, sanctum sanctorum auro & argento distinctum, sed metallis legis sanguis euangelij præciosior emicat: quia populus, qui ante auratos postes debilis iacuerat, in nomine Iesu Christi crucifixi templum cæleste ingreditur.

Ibidem ✻ CHRYSOSTO. Ita & Christus fecit, sæpe curauit verbo, sæpe & opere, sæpe & manum adhibuit, vbi erant infirmiores C in fide, vt ne videatur fieri natura. Et apprehẽsa illius manu, &c. Hoc fecit manifestã suscitationem. Erat resuscitationis imago.

d *Et apprehensa* BEDA. Quem verbo erigit, hunc & dextera confortat: quia sermo docentis minus valet in auditore, si non commendatur exemplo propriæ actionis.

✻ CHRYSOS. Reuera admiratione dignum est, non ipsi illum adducũt, sed ipse sequitur, comitatu benefactores suos testatus. D Et per hoc quod cum exultatione, laudabat Deum, non illos admirans, sed Deum, qui per illos, sibi benefecerat. Sic gratitudinis studiosus vir erat. (Et post pauca:) Qui enim liberati sunt à diutinis morbis, vix credunt, etiam cum viderint. Et qui sanatus est, deinde cũ apostolis erat, gratias agens Deo. *Et ingressus, &c.* Vide quomodo nõ solus erat, præ voluptate quidem saliebat, laudabat autẽ Deum, vt ora illorum obturaret. Mihi autẽ videtur, vt ne putetur esse simulatio ipsum saltasse, quod certè ostendebat non esse hypocrisim.

e *Et exiliẽs stetit, &c.* BEDA. Ordo perfectionis: primo surgit, qui iacuerat, deinde iter virtutum arripit, & sic regni ianuam cum apostolis intrat. E

† plantæ illius ac tali.

Ibidem. ✻ CHRYSO. Oportebat igitur credere, nomẽ Christi remittere peccata. Quũ autem sanatus teneret Petrum ac Ioannem, accessit omnis populus ad vestibulum, quod vocatur Salomonis, & obstupescebat, à beneuolentia, quæ in illos, & amicitia, qua ab illis non separabatur fortassis autem & gratias agens illis, & laudans.

† Agnouerunt.

† admiratione & stupore.

¶ Ab eis.
troire in templum, rogabat, vt eleemosynam acciperet. In-
a ¶ Q. paupertatem habitu demonstrantes.
a tuens autem eum Petrus cum Ioanno dixit. Rẽspice in nos. 1
¶ Quos nosti esse pauperes. a ¶ Intuebatur.
b At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab 2
a ¶ Non habeo vel non habeo modo, vel non modo ad manum. ¶ Alia ostendit se habere.
c eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurũ nõn est mihi, quod 3 4
¶ Gratus seruus non se, sed dominum glorificat, vt credatur in eum cui resistebant. a ¶ Sancti. b ¶ A loco alieno.
autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni 5
a ¶ Plenam salutem in his duobus dat, ambulatio enim sanitatis est probatio. b ¶ Dextera est salutis prosperitas.
d surgẽ & ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit 6
a ¶ Non medicinali tarditate. ¶ Nulla intercedit cunctatio, ne putetur aliunde sanatio. b ¶ Confirmati sunt gressus eius. c ¶ Quæ enerues sunt in paralyticis. ¶ Planta à planitie dicta est.
e eum: & prõtinus consolidatæ sunt † bases eius & plantæ. Et 7 8
¶ Non exurgens. ¶ Iuxta prophetam dicentem: Exiliet sicut seruus claudus. b ¶ Exemplum est gratias agendi domino. ¶ Cæleste.
exiliẽns stetit & ambulabat, & intrauit cum illis in templum, 9 10
¶ Duo præcepta implebat. ¶ Sanitatem illius.
ambulans & exiliens & laudans Deum. Et vidit omnis po-
¶ Ecce plenitudo testium. ¶ Non dubitabant de persona.
pulus eum ambulantem & laudantem Deum. † Cognoscebant autem illum, quoniam ipse erat, qui ad eleemosynam
¶ Non fide.
f sedebat ad speciosam portã templi. Et impleti sunt † stupore
¶ Bona contingunt.
& extasi in eo quod contigerat illi. Cum viderent autem
a ¶ Non sacerdotes. b ¶ Adorandos.
g * Petrũ & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad por- 11
ticum, quæ appellabatur Salomonis stupentes. Videns au- 12
¶ Cursui & stupori, vel vrbi stupenti.
h tem Petrus respondit ad populum: Viri Israelitæ: quid 13

f *Stupore & extasi.* BEDA. Pauore & excessu mentis. Dicitur etiam extasis, cum mens à pauore non alienatur, sed inspiratione reuelationis assumitur. Extasis. Esa.8.b. Dan.2.c.

g *Cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellabatur Salomonis stupentes.* BEDA. ALLEGORICE. Saluato Israel per apostolos cucurrit omnis mundus ad limina veri pacifici: de quo dicitur: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Ipse est lapis de monte abscisus: qui terreno regno ruente, solus per orbem pacificum tenet imperium. F

h *Viri Israelitæ: quid miramini in hoc? aut nos quid intuemini, &c.* ✻ CHRYSOSTOMVS. Maiore sermonis fiducia referta est hæc oratio, quàm superior: non quod in superiore sibi timuerit, sed quoniam homines illi irrisores, ac subsannatores, & concitatores risus, ad tantam orationem non fuissent idonei Homil.9.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Respice in nos. *id est, considera nos pauperes nihil tibi dare valentes, vt dicunt aliqui, & videtur hoc glo. interlinearis dicere. Sed saluo meliori iudicio videtur aliter dicendum. Si enim Petrus sic ei respondisset spem recipiendi aliquid ab eis sibi non dedisset, sed magis contrarium, & tamen subditur.*
2 At ille intendebat in eos sperans, &c. *Ideo dicendum, quòd Petrus & Ioannes, qui erant valdè misericordes respexerunt eum clementibus oculis, cogitantibus sibi melius dare quàm petebat, ideo dicit ei Petrus:* Respice in nos, *non in nostra, propter quod subditur.*
Matt. 10.d. 3 Argentum & aurum non est mihi. *memor illius præcepti:* Nolite possidere aurum & argentum, &c. *vt dicit glo.*
4 Quod autem, &c. *Quod enim per amicos possumus, quodammodo per nosipsos possumus. 9. Ethicorum. sanitatem autem illam poterat Petrus dare virtute domini sui & amici Iesu Christi, ideo subditur.*
5 In nomine Iesu Christi. *id est, in virtute eius.*
6 Surge & ambula. *neutrum enim antea poterat.*
7 Et protinus consolidatæ sunt bases eius. *id est, crura & tibiæ quibus innititur corporis pondus.*
8 Et plantæ. *id est, pedes vsque ad vltimam superficiem.*
9 Et exiliens ste. & am. *In quo ostenditur curatio perfecta & in instanti quam solus Deus potest facere.*
10 Et intrauit cum illis in templum. *vt redderet Deo gratias de tanto beneficio Cætera patent vsque ibi.*
11 Ad porticum, quæ appellabatur Salomonis stupentes. *Porticus enim illa quam fecit Salomon in templo, fuit per Chaldæos combusta, sed post reditum captiuitatis Babylonicæ in eodem loco fuit alia reædificata, retinens nomen antiquum.*
12 Videns autem. *Hic consequenter ponitur exhortatio Petri: in qua primò arguit Iudæorum iniquitatem. Secundò eos inducit ad veritatem, ibi: Et nunc fratres. Circa primum dicit.*
13 Viri Israelitæ quid miramini, &c. *quasi nostra virtute, aut pietate fecerimus, sic habent libri correcti. Ad faciẽdum enim aliquod bonum requiruntur facultas, & bona volũtas, quæ per virtutem & pietatem designantur. q.d. Petrus: Si fecissemus hæc nostra potestate & voluntate, bene esset admirandum, sed sic non est: propter quod subditur.*

MORALITER.

12 *Videns autẽ Petrus, &c.* Per Petrum & Ioannẽ constanter prędicantes virtutẽ Christi, & nihil attribuentes propriè virtuti, significantur prædicatores ecclesiæ, qui fidẽ & mores prædicant constanter, & nihil appropriant sibi honoris vel quæstus temporalis, sed attribuunt Deo totum, quærentes salutem animarum. Per quinque verò milia per istam prædicationem Petri ad fidem conuersa, vt dicitur. cap. sequent. significatur multitudo peccatorum conuersorum ad pœnitentiam per doctorum & prædicatorum ecclesiæ sanam doctrinam.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Apparet quare currebat populus. a ¶Hæc duo necessaria sunt saluti.
miramini in hoc? aut nos quid intuemini, quasi nostra virtu-
a ¶Nos ipsi non Deus. b ¶Quia Abraham ei crediderit etiam tempore præputij.
ate aut pietate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & 1
a ¶Trium, vel omnium. ¶Non est Deus mortuorum, sed viuentium. b ¶In sanitate paralytici. 2
Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, glorifi- 3
a ¶Non nos quos intuemini. ¶Consubstancialem. b ¶Saluatorem mundi. Ad saluandum venerat: & vos tradidistis ad mortem.
b cauit filium suum Iesum, quẽ vos quidem tradidistis, & ne- 4 5
a ¶Non hunc, sed Barrabam postulantes dimitti. b ¶Quamuis Gentilis, in quo damnantur Iudæi.
gastis ante faciem Pilati, †iudicante illo dimitti: †Vos autem 6
a ¶In se. ¶Sine peccato. b ¶Ad proximum. ¶Sine iniquitate. c ¶Barrabam autorem seditionis & homicidij. 7 8
sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam do- 9
a ¶Lazari & cæterorum. ¶Præsentis & futuræ. b ¶Qui tradit interficit. c ¶Pater. 10
c d nari vobis: autorem verò vitæ interfecistis, quem Deus susci- 11
a ¶Longè ne iterum moriatur. b ¶Christi. c ¶Vel facti. 12
e f tauit a mortuis, cuius nos testes sumus & in fide nomi- 13
a ¶Sanum. b ¶Paralyticum. c ¶In sanitate. 14
nis eius, hunc quem vos vidistis & nostis, † confirma- 15
¶Cognitio. a ¶Inuocatio nominis eius. b ¶Christum hominẽ & Deum. c ¶In corpore & anima. 16
uit nomen eius, & fides, quæ per eum est, dedit inte- 17 18
a ¶Corporalem.
g gram sanitatem istam, in conspectu omnium vestrum. Et
a ¶Suauiter scelus eorum.
h nunc fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & prin- 19 20

†eum iudicasset esse absoluendum. † Matthæi 27.b. Mar 15.b. Luc. 23.c. Ioan. 18. g. † consolidauit.

A Et paulo post. Si hoc vos terret ac turbat, discite quis sit, qui fecerit, & ne obstupescite. Et vide vbique, quod postquam ad diem confugit, ac dixit ab illo omnia facta esse, tunc securè illos perstringit: propterea & superius dicebat: virum declaratum a Deo & exibitum erga vos. Et vbique memores eos facit facinoris sui, & vt miraculum ostendatur, & resurrectio confirmetur:

a *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorũ, glorificauit, &c.* RABBANVS. Tres memorãtur nullo impio intercedente, vel propter principatum iustitiæ, vel propter continuam iustorum seriem, vel propter numerum testium.

B *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum, &c.* Trinitatẽ notat Deus: patrũ hic vnitatem. Memorans patres fidem suadet, ne quasi nouum introducere videretur.

RABBANNVS. In his tribus omne sacramentum ecclesiæ completur. Aut enim ex bonis boni, vt Isaac ex Abraham. Aut ex malis mali: vt Hismael ex ancilla Agar, aut ex bonis mali, vt ex Isaac & Rebecca Esau. Aut ex malis boni: vt filij Iacob ex ancillis generari, quod etiam in spiritali generatione similiter obseruatur. (Genealogię discretio.)

Ibidem. ✠OECVMENIVS. Duæ ponuntur accusationes. Siquidem Pilato ad cædem tradiderunt dicentes: Nobis non licet interficere quemquam. Negauerunt autem clamantes. Non habemus regem nisi Cæsarem. Atqui sanè cum etiam Pilatus gentilis, qui neque signa à Christo viderat, neque prophetias de Christo audierat, vellet tamen ipsum absoluere, ipsi, qui & Christum miracula edentem conspexerant & notitiam habebant prophetarum, in his, quæ illi de ipso dixerant, non tamen ad eum adducti sunt.

Homil. 9. C ✠CHRYSOSTOMVS. Duo crimina, & quod Pilatus volebat dimittere, & quod illò volente nolebatis, quasi diceret pro illo latronem petiistis, & ita valdè illis onerosum reddebat sermonem. Et quia illos in manu tenebat, deinde acriter cædit, & longè post. Quando excæcati erant nihil tale dixit: vbi

D vbi autem persuasum est animabus illorum, tunc perstrinxit acrius, quando, scilicet, sentire poterant. Quemadmodum & nos nihil ebriis dicimus: quando autem sobrij facti fuerint, & ab ebrietate reuersi, tunc eos perstringimus, sic sanè & Petrus agit, &c.

b *Tradidistis, & negastis ante faciẽ Pilati, iudicante illo dimitti, &c.* BEDA. Sapiens doctor loquens de domino illis, qui eum occiderũt, primò humanitatis qua tradi & interfici potuit recordatur, deinde paulatim resurrectione patefacta Deum & Dei filium esse declarat, & autorem etiam vitæ prædicat.

c *Authorẽ verò vitæ.* Ibidem. ✠CHRYSO. Nõ igitur ab alio habuit vitam, quemadmodum princeps malitiæ. Ipse enim, qui malitiã peperit, princeps est malitiæ, & princeps homicidij, qui homicidium primus induxit: sic & princeps vitæ, qui à seipso vitam habet.

E d *Interfecistis, &c.* voluntate & verbo, & hoc contra legem, quæ dicit, qui occiderit hominem volens, & ipse occidetur.

e *Quem Deus suscitauit à mortuis.* Ibidem. ✠CHRYSOSTOMVS. Vide iterum quomodo occultè de potentia illius disserit, ostendens quod seipsum suscitauit, quemadmodum in priore oratione dicebat. Secundum quod impossibile erat illum detineri ab illa.

f *Cuius nos testes.* Ibidem. ✠CHRYSOST. Nam tunc quidem cum dixisset, quod resurrexisset, Dauidẽ adducit testem, nunc verò idipsum dicens, chorum apostolicum, cuius nos sumus, inquit, testes & in fide nominis illius hunc quem videtis & nostis, consolidauit nomen ipsius: & fides quæ per eum est, dedit illi integritatem coram omnibus vobis.

g *Integram sa.* In duobus quæ præcepta sunt.

h *Per ignorantiam.* Duo cooperata sunt: ignorantia vestra, & præscientia Dei.

F ✠CHRYSOST. Sane & quæ supradicta, non processerant ex ignorantia: nam quod latronem petiuerint, quod iudicatum absolutione dignum voluerint, & quod occidere noluerint, ☞ quomodo

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. *Vtitur hoc modo loquendi, quia communis erat apud Iudæos in assertionibus veritatis vt patet ex decursu veteris Testamenti.*
2 Deus patrum nostrorum. *qui est omnipotens.*
3 Glorificauit filium suum Iesum. *eum resuscitando & collocando ad dexteram suam.*
4 Quem vos quidem tradidistis. *Pilato ad interficiendum: hoc enim fecerant principes, in quibus erat totus populus virtualiter.*
5 Et negastis ante faciem Pilati. *dicendo: non habemus regem nisi Cæsarem, Ioan. 19.*
6 Iudicante. *scilicet, Pilato.*
7 Dimitti. *supple debere Iesum, s. innocentem, vt habetur ibidem.*
8 Vos autem & sanctum & iustum negastis. *& dicit sanctum & iustum absolutè, quia sanctus & iustus est antonomasicè. vnde dicitur, Sanctus sanctorum, Dan. 9.*
9 Et petistis virum homicidam donari vobis. *scilicet, Barrabam: qui propter seditionem quandam in ciuitate & homicidium missus erat in carcerem, Lucæ 23.*
10 Autorem verò vitæ. *corporalis & spiritualis: quod Christo competit secundum eius diuinitatem.*
11 Interfecistis. *in humanitate assumpta.*
12 Quem Deus suscitauit à mortuis. *per suam omnipotentiam.*
13 Cuius nos testes sumus. *non tantum duo vel tres ad sufficientiam, sed multo plures ad superabundantiam.*
14 Et in fide nominis eius, hunc quem vos vidistis. *nunc sanum & incolumem.*
15 Et nostis. *ante fuisse claudum & impotentem.*
16 Confirmauit. *in sanitate.*
17 Nomen eius. *id est, inuocatio nominis Christi.*
18 Et fides, &c. *Nam inuocatio sine fide efficax non esset.*
19 Et nunc fratres. *Hic consequenter inducit eos Petrus ad veritatem, & primò ratione secundò scripturæ allegatione, ibi:* Moyses. *Circa primum dicit:* Et nunc fratres, *dulciter eos alloquitur, vt verbum eius magis recipiatur.* Ibidem.
20 Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vest. *Alia tamen fuit ignorantia hic & ibi. Nam principes, qui erant literati, per scripturas, quæ prædicta erant de Christo & per eius opera, cognouerunt primò de Iesu Nazareno, quòd ipse esset Christus in lege & in prophetis promissus, sicut dictum fuit plenius super illud Matt. 21. d. Primo autem agricolæ dixerunt, hic est hæres. Sed quia incœpit prædicare contra eorum vitia publicè, conceperunt contra eum inuidiam & odium, & sic in eis fuit subuersa dicta notitia: quia corruptio affectionis corrumpit iudicium rationis, & in augmentum malitiæ deceperunt populum simplicem, inducentes eum ad petendum mortem Christi, Matth. 27. b.* Principes autem sacerdotũ & seniores persuaserunt populo, vt peterent Barrabam: Iesum verò perderent, *& sic patet, quòd ignorantia principum multò grauior fuit quàm popularium.*

✠ 1 Deus

a ¶Vno ore locuti sunt omnes. b ¶Ad differentiam pseudo.
a pes vestri. Deus autẽ, qui prænunciauit per os omnium suo- 1
a ¶Vnde & super Christum fecit Deus. b ¶Quia fecistis sic, ergo pœ.
rum prophetarum pati Christum suũ, sic impleuit. † Pœni- 2
¶De malis. a ¶Ad bona. vnde: Declina à malo & fac bonum. b ¶Licet per ignorantiam facta. 3
b temini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra, 4
a ¶Quia præteritum est incarnatione, vel futurum in iudicio. b ¶Discretio vniuersalis iudicij, & redemptio iustorum. c ¶A facie. ¶Christi in carne.
c vt cum venerint tempora †refrigerij à conspectu domini, & 5
d miserit eum, qui prædicatus est vobis Iesum Christũ, quem 6
a ¶Ambiguitas dictionis. b ¶Ecclesiam. c ¶In iudicio. d ¶Repletionis vel renouationis. 7 8
e oportet quidem cælum suscipere vsque in tempora restitu-
¶Non ab hominibus, sed per homines dicta. 9
tionis omnium: quæ locutus est dominus per os sanctorum 10
a ¶Non nuper inuentum, sed olim scriptum. b ¶Sensum Moysi, non verba posuit Petrus. ¶Primum diuinæ legis scriptorem anteponit cæteris.
f suorum à seculo prophetarũ. Moyses quidem dixit: †Quo- 11
g a Non Iesum filium Naue, sed dominum Iesum. b ¶Nascendo vel resurgendo. c ¶Ad profectum vestrum. d ¶Ad distinctionem falsorum deorum. 12
niam prophetam suscitabit vobis dominus Deus vester de
a ¶Obediendo sicut mihi. b ¶Verum hominem vel à me figuratum. c ¶Pro imperatiuo positum. d ¶Nihil diminuentes, nihil addentes.
h fratribus vestris, † tanquam meipsum audietis iuxta omnia 13
¶Hoc, quod omnis anima, &c. ¶Pars principalis pro toto homine.
i quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem: omnis ani- 14
a ¶Obedierit. b ¶Ab hominibus. ¶Vel à Deo. ¶Secũdum legem. ¶Vel à sorte sanctorũ. ¶Occidetur.
k ma, quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur 15
l a ¶Spirituali. b ¶Post Moysen. c ¶Quasi à principe prophetarum. d ¶Vsque ad Ioannẽ bap. 16
m de plebe. Et omnes prophetæ à Samuele & deinceps 17

†refrigerationis. †vel similẽ ipsum. † Ecce 17.c. Ezec 18 g. Matt. 4 c. Mar. 1 b. †Deu. 18. d.

A ☞ quomodo ignorassent? Attamen dat eis potestatem negandi & pœnitendi de factis, imo & defensionem pro illis ponit verisimilem aut dicit: Sciebatis quidem quod occideretis innocentem: quod autem principem vitæ forsan ignorabatis, Et huic non illos solos à criminibus liberauit, sed etiam præcipuos malitię authores. Nõnne contentiosiores illos fecisset, siquidem sermonem ad accusationem produxisset? Nam quãdo quis graue aliquid commisit, dum accusatur, attẽtat se maiore excusatione defendere, &c. Si illi per ignorãtiam egerunt, multomagis hi: si illis remittuntur peccata, multomagis his, &c.

a *Per os omnium &c.* ideo necesse erat impleri, quia non vnus, B sed omnes prophetauerunt.

b *Vt deleantur peccata ve.* BEDA. Tunc plenè delebũtur peccata, cum virtute resurrectionis mors destruetur nouissima.

c *Vt cũ venerint, &c.* Cõtinuatiuè ad præcedentia, scilicet, *vt cum vene. tempora refrigerij à conspectu domini:* tunc deleantur peccata vestra.

d *Quem oportet quidem cælum, &c.* Ecclesiam per fidem, vel in cælo ad dexteram patris sedere.

e *Oportet quidem cælum suscipere, &c.* BEDA, Hoc est quod eidem Christo à patre dictum propheta testatur: *Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, doneç ponam inimicos tuos scabellum pedem tuorum.* (Psal. 109.a. Mar 16 d.) Assumptus enim in cælum sedet à dextris Dei in sede maiestatis: semper Deus manet, neque vnquam inde abfuit, sed in humanitate vẽturus est de cælo ad iudicandum & restituendum omnia, quæ locutus est Deus per omnes prophetas ab initio seculi, quia sanctis intrantibus cum domino in gaudio, reprobi suberunt pœnis cum diabolo: quo completo, nihil restabit de his, quæ promissa sunt à prophetis.

f *Moyses quidem.* Exempla ponit non de omnibus, qui locuti sunt, vel quæ.

Ibidem. ✠CHRYSOSTOMVS. Vides quomodo humilia iuxta sublimia seminat? humile enim & excelsum est, non si ascensurus in cælos similis sit Moysi, veruntamen tunc magnum erat. Nunquid

D Nunquid non est similis Moysi, quod quisquis non audiet illum exterminetur de populo? innumera & alia dixerit quis, in quibus euidenter monstratur, quod ei mansit similis Moses, atque adeo magnam quoddam testimonium attigit: Deus illum, inquit, suscitauit ex fratribus nostris.

g *Quoniã prophetam suscitabit vobis dominus Deus vester.* BEDA. Filius Dei de populo Israel carnem assumpsit, apparens in similitudinem Moysi, vt sicut ille carnalem Israel cæremoniis & sacris legibus instructum & purificatum in terram promissionis introduxit, ita & Iesus per gratiam euangelij spiritalẽ Israel ad cælum duxit. Et sicut contemptores legis Moysi de terra promissionis ab inimicis sunt eiecti, E sic qui doctrinam euangelij despiciunt, per vltores spiritus de cœtu sanctorum pellentur, hoc est quod sequitur: Erit autem omnis anima.

h *De fratribus vestris, tanquam meipsum audietis iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit vobis.* RABBANVS. Iosue de Ephraim, Iesum de Iuda.

i *Erit autem. &c.* BEDA. Breuiter & lucidè prophetarum & legis testimonio docet Christum à cunctis gentibus audiendum, qui incredulos damnabit, æterna benedictione fideles donabit.

k *Exterminabitur de plebe.* A sorte sanctorum, & extorris reddetur, vel extra terminos beatitudinis eiicietur.

RABBANVS. Resistentes Iosue de carnali plebe, resistentes Christo de spirituali exterminantur: vtramque inobedientiam mors sequitur carnalis siue spiritualis. F

l *Et omnes prophe.* BEDA. Quamuis patriarchæ & sancti prioris temporis multa de Christo verbis & factis prophetauerunt, propriè tamen tempus prophetarum eorum, scilicet, qui de Christi & ecclesiæ mysterio manifestè scripserunt, sumpsit exordium à Samuele & vsque ad captiuitatem Babylonis permansit.

m *A Samuele & deinceps.* Sub Samuele regum tempora cœperunt in Iudæa.

☞ a Testa

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Deus autem qui prænũciauit per os omnium suorum prophetarum, &c. *Dicit autem os in singulari, ad designandũ, quòd omnes prophetæ vno spiritu sunt locuti, & passionem Christi omnes literaliter vel mysticè prædixerunt. Sic impleuit, nam malis actibus hominum vtitur ad bonum, sunt enim ab eo inquantum actus.*
2 Pœnitemini igitur. *à peccatis vestris.*
3 Et conuertimini. *ad Christum.*
4 Vt deleantur peccata vestra. *per baptismum.*
5 Vt cum venerint tempora refrigerij. *id est, vltimi iudicij, tunc enim ad refrigerium beatitudinis transferentur electi.*
6 A conspectu domini. *secundum ordinationem eius.*
7 Et miserit eum, qui prædicatus est vobis Iesum Christum. *ad iudicandum seculum per ignem in forma humanitatis gloriosa.*
8 Quem oportebat quidem cælum suscipere, *id est, interim in cælis ad dexteram patris sedere, vt dictum est suprà ca. 1.*
9 Vsque in tempora restitutionis omnium. *id est, extremi iudicij, in quo omnia reducentur ad statum ordinatissimum secundum lineam diuinæ iustitiæ.*
10 Quæ locutus est dominus per os sanctorum suorum, &c. *id est, ab antiquo, & non solum de nouo.*

11 Moyses

11 Moyses quidem dixit. *Hic consequenter ad propositum inducit scripturas prophetarum, & primò in speciali dicens:* Moyses quidem dixit: *Deuteronom. 18.*
12 Quoniam prophetam suscitabit vobis dominus Deus vester. *quod sicut ibidem dictum fuit, intelligitur principaliter de Christo, qui dicitur propheta magnus, Luc. 8. c.* Et descendit de Iudæis secundum carnem, *Matth. 1.*
13 Tanquam meipsum audietis iuxta. *Id est, latorem noui Testamenti, sicut me veteris.*
14 Omnis anima. *omnis homo. Ponitur hic pars principalis pro toto.*
15 Quæ non audierit prophetam illum. *legem euangelicam renuendo.*
16 Exterminabitur de plebe, *id est, de sanctorum societate. Consequenter inducit scripturas prophetarum in quodam generali, dicens.*
17 Et omnes prophetæ à Samuele & deinceps, qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos. *Sub illo enim incœpit regnum Israel & Iuda, vt patet. 1. Regum 10. Temporibus verò regum & deinceps fuerunt prophetæ, qui clarius locuti sunt de mysterio Christi, vt est superius ostensum in expositione prophetarum. Vnde de Esaia dicit Hieronymus quòd videtur magis euangelium quàm prophetiam texere.*

✠ 1 Vos

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Testamenti.* BEDA. Ex illo testamēto quod ad Moysen,& ex hoc quod ad Abrahā dictum est, seueritas Dei & bonitas patet. Bonitas in his, qui in Christi fide meruerunt benedici. Seueritas in his, qui pro contemptu & inobediētia sunt exterminati. *Testamēti,&c.* Quod infrà sequitur dicens: In semine tuo benedi.omnes gentes.

b *Patres no.* Quia nō soli Abrahę, sed Isaac Iacob promissum est. c *In semine tuo bene.* BEDA. Semen Abrahæ Christus est: in fide cuius omnibus familiis, Iudeis.s.& Gētibus benedictio promissa est. d *Omnes familiæ.* BEDA. Non quòd omnes, sed quia nulla benedicitur nisi in eo, sicut & illud: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. D

e *Benedicen.* In Adæ maledictæ peccato: in Christo benedictæ sunt, in quo & illi benedicuntur, qui incarnationem præcesserunt: quia idem homo Deus ianuam cæli aperuit & in fine dicet omnib⁹ electis: *Venite benedicti patris mei, &c.* f *Filium suū.* BEDA. Intuendum est, quòd eundē filium Dei quē semen Abrahæ nuncupauit: propter duas eiusdem naturas, ne vel hominem tātum Christū, vel alterum Dei crederēt filium, quo laqueo Nestorius & alij plures decepti sunt.

† quotquot. † nostros. * Iesum. Ioan.2.a. Mtt.25.c. † testatus est. † Gen.12.a.

a ¶Propheticè. b ¶Tempora refrigerij.i.vtriusque aduentus domini. ¶Per hoc inexcusabiles estis.
†qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos. Vos autem estis 1
¶Vel antiqua consuetudine, vel natura. a ¶Vt sequitur, scilicet, in semine tuo, &c.
a filij prophetarum & testamenti quod † disposuit Deus ad 2
a ¶Cui primum facta est promissio. b ¶Non in seminibus, sed in vno semine, qui est Christus. 3
b patres † vestros dicēs ad Abraham. † Et in semine tuo bene- 4
c a ¶Non vna gens. ¶Vero. ¶Ante Gentes. b ¶Secundum carnem.
d dicentur omnēs familiæ terræ. Vobis primū Deus suscitans 5
e a ¶Incarnari fecit. b ¶Prædicantem, vel benedictos facientem. c ¶Libertatem arbitrij ostendat. 6
f filium suum * misit eum benedicentem vobis, vt conuertat 7
¶Qua impugnatur. 8
se vnusquisque à nequitia sua. 9

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vos autem estis filij prophe. *i. in eorum scripturis nutriti.*
2 Et testamenti. *id est, promissionis.*
B 3 Quod disposuit,&c. *de futuro.* 4 Dicēs ad Abra. *Gen. 22.*
5 In semine. *Quod impletum est in Christo ab Abrahā descendente, vt patet per omnes partes orbis, in quibus Christiani: & adhuc magis implebitur circa finem mundi quando omnes conuertentur ad fidem Christi.*
6 Vobis primum Deus suscitans. *i. manifestans.*
7 Filium suum, *quia inter Iudæos fuit natus & conuersatus.*
8 Misit eum benedicentem vobis. *In persona enim propria prædicauit Iudæis, & multa beneficia contulit, mortuos suscitando, leprosos sanando, cæcos illuminando, & huiusmodi.*
9 Vt conuertat,&c. *ad hoc enim requiritur actus liberi arbitrij. Vnde Aug. dicit: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.* E

CAPVT IIII.

Super Matt. cap.2. a *Loquentibus autem.* ✱HIERONYM. Tres Hebræorum præcipue fuerant ante Christi aduentum hæreses, Essæorum, qui gente Hebræorum erant mutuo inter se amore coniunctissimi, Pharisęorum.i.diuisorum, in multis isti ceremoniis, & traditionibus ab aliis differebant. Saducęorū, id est, iustorū: qui nec angelum nec spiritū, nec resurrectionē corporeā confitentes, animarum quoq; interitum prædicabāt. C
Homil.10. ✱CHRYSOSTO. Nōdum rectè à prioribus respirarāt tentationibus, & statim inciderūt in alias. Peccatum enim quandiu parturitur, habet cōfusionem ac pudorē, vbi autem perfectum fuerit impudentiores facit eos, qui ipsum patrarunt. Sanè quare hic & magistratus assistit? Superuenerunt enim illis loquentibus sacerdotes, inquit, & magistratus, hoc est dux militum templi, vt iterum ea, quæ fiebant, publico crimine infament, & non, vt priuatum aliquod vlciscantur, id quod vbique, vt facerent studebant.
b *Sacerdotes & magistratus, &c.* Qui doctores & iudices videbantur populi.
c *Saducæi.* qui negabant resurrectionem: & ideo in doctrina eorum dolebant.
d *Dolentes.* quòd ad audiēdos apostolos conflueret multitudo.
Ibidem. ✱CHRYSOSTOMVS. Molestè ferebant, non solum quod docebant, sed quòd non solum dicebant, illum resurrexisse, sed sed etiam nos per illū resurrecturos, &c. Tam fortis & efficax est illius resurrectio, vt & aliis iste resurrectionis factus sit author. F
e *Resurrectionē.* Hoc maximè cōtra Saducæos, vtriq; verò dolebant, quòd Iesum quem, vt hominē occiderant, apostoli à Deo patre glorificatum affirmant.
f *Et iniecerunt in eos.*
Ibidem. ✱CHRYSOSTOM. O impudentiam! habebant adhuc priore sanguine plenas manus, & non cessabāt, sed iniecerunt illas iterum, vt & alio sanguine impleantur. Num fortassis etiam timuerunt, quod illi iam iustæ plebis numerum referrent, & ea propter etiam dux militum illis superuenit. Erat enim, inquit, vespera iam. Illi igitur volentes eos mitigare, hoc faciebant, & custodiebant: apostolos verò magis audaces reddebat mora temporis. Et vide, qui comprehendantur, apostolorum...

* nomine. † infrà 5.c. *illis.

CAPVT IIII.

¶Petrus pro se & Ioanne locutus est, vel multitudini duo loquuntur.
Loquentibus autem illis ad populum, 1
a superuenerunt * sacerdotes & magistra- 2
b a ¶Iusti siue iustificati interpretantur.
c d tus templi & Saducęi, dolentes quòd 3
¶Hoc commune omnium.
docerent populum, & annunciarent
e in * Iesu resurrectionem ex mortuis:
f † & iniecerunt in eos manus, & po- 4
¶Carceris. a ¶Hæc est causa custodiendi.
suerunt eos in custodiam vsque in crastinum. Erāt autem 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IIII.

Zelus duplex. Loquentibus autem illis ad populum, &c. *Posita prædicatione Petri, consequenter ponitur excitatio cæli, Circa quod primò ponitur duplex zelus. secundò vtriusque processus, ibi:* Factum est autem. *Circa primum sciendum est, quòd zelus aliquando accipitur pro inuidia, aliquando verò pro singulari amicitia. Primus autem zelus ponitur, cum dicitur.*

1 Loquentibus autem illis. *scilicet, ad populum.*
2 Superuenerunt sacerdotes & magistratus, &c. *moti inuidia contra Christum.*
3 Et Saducæi dolentes, quòd docerent populum, & annunciarent,&c. *Isti specialiter exprimuntur dolere, quia negabant resurrectionem mortuorum, vt habetur infrà 23.*
4 Et posuerunt eos in custodiam: *id est, in carcerem.*
5 Vsque in crastinum. Erat autem iam vespera. *eo, quòd iam transierat hora ducendi eos ad iudicium. Secundò ponitur excitatio boni zeli cum dicit.*

MORALITER.

1 *Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes, &c.* Per istos, qui Petrum & Ioannem conati sunt à prædicatione nominis Christi simpliciter impedire, significantur infideles & mali Christiani, qui nituntur prædicatores ecclesiæ à prædicatione veritatis suis persecutionibus perturbare.

A apostolorum præcipui, aliis posteà exemplū facti, vt terreantur alij & non vltra se mutuū inquirant, neque cōmuniter agant.
Ibidem. a *Multi autem eorum.* ✱CHRYSOSTO. Quid hoc? Nunquid viderunt illos honestari? nōnne conspexerunt ligari, quomodo igitur crediderūt? vides manifestam efficaciam? Ceterū eos, qui iam crediderant, oportebat infirmiores fieri, sed non sunt infirmiores facti. Sermo enim Petri, semina in altam miserat profunditatē, & mentem illorum attigebat, &c. Si enim crucifixus, dicebāt, talia operatur, & claudum suscitauit: neque nos timeamus illos. Igitur & hoc diuina dispensatione contigit, plures inde crediderunt quàm prius.
B b *Et factus est numerus virorū quinque mil.* Si in quinque milibus hominum quos in eremo dominus pauit, populus legis à Christo liberatus accipitur, possunt, & hic quinque milia ab apostolis instructa populum gentium designare: eiusdem legis spiritaliter mysteria secuturum. Et benè vtique vesperi cælesti munere donantur, quia cum venerit plenitudo temporis, misit Deus filium suum in terris, &c.
Ibidem. c *Et statuentes eos.* ✱CHRYSOSTOMVS. Et iterum iudicij formam negotio huic adhibent, vt iniusto iudicio reos illos faciant. Et cum statuissent eos in medio, interrogabant, qua virtute, aut quo nomine fecistis hoc vos, quamuis nollent. Molestè enim ferentes, inquit, eo quod annunciabant in Iesu resurrectionem: sanè propter hoc vinxerant eos. Cuius igitur gratia interrogant? expectabant & putabant, quod propter multitudinem negaturi essent, & propter illam nihil non facturos. C
Homil.10. Luc.12. d *Tunc repletus spiritusancto.* ✱CHRISOSTOM. Oro recorderis nunc sermonum Christi, & quomodo euenit quod dixerat, Quando autem tradent vos in synagogas, ne solliciti sitis, quomodo vel quid loquamini, spiritus enim patris vestri est, qui loquitur in vobis. Itaque magna spiritus efficacia freti sunt.
Ibidem. e *Si nos hodie dijudicamur.* ✱CHRYSOSTOMVS. Satis generosè etiam in procemio illos perstringit ac carpit, imo illos commonefacit priorum, quod de beneficio ipsos iudicent, quasi diceret: Omnino oportebat nos propter talia cōronari, & vt benefactores promulgari: nunc autem etiam iudicamur, quia benefecimus homini infirmo, non diuiti, non potenti: non nobili, quamuis quis hoc inuidisset: magna enim grauitate sermo ille refertus est. D
Ibidem. Matt.10. f *Quia in nomine domini nostri.* ✱CHRYSOSTOMVS. Quod maximè illos contristabat, apponit. Hoc erat quod Christus illis dixerat, Quod audiuistis in aure, prædicate super tecta. Ne putetis, inquit, quod occultemus patriam vel passionem eius, quē vos crucifixistis, quē De⁹ suscitauit ex mortuis, per hūc ille astat coram vobis sanus. Iterum passio, iterū resurrectio. E
Ibidem. Matth. 30. g *Hic est lapis, &c.* ✱CHRYSOSTOM. In memoriam reducit eis verbum quod terrere illos sufficiebat. Qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur: eum autem super quem ceciderit dissilire faciet.
Hic est la. RABBANVS. Hic respondens ad interrogata de Christo prædicat, & maximè de Dauid, cui patriarchæ suo præ cæteris crediderant.
h *Reprobatus.* AVG. De lapide reprobato historia nō habetur.
i *Aedific.* BEDA. Erant Iudæi, qui soli legem & prophetas ad ædificationem legebant, hi dum ædificabant, peruenerunt ad lapidem angularem, qui duos parietes complecteretur, id est, inuenerūt in scripturis Christum in carne venturum, qui duos populos in seipsum cōderet. Et quia Iudæi in vno pariete stare, id est, soli malebant saluari, reprobauerunt lapidem, qui non erat aptus ad vnum, sed ad duos, sed illis nolentibus, hunc Deus posuit in caput anguli, vt ex duobus populis & duobus testamentis ædificatio surgeret vnius eiusdémque fidei. F
De sacram. lib.2 c 7. ✱AMBROSIVS. In vno autem nomine baptizari oportet nos, hoc est, in nomine patris, & filij, & spiritussancti, Noli mirari quia dixi vnum nomen, vbi est vna substantia,

† postero &c. † potentia. * Israel. † per hunc. † Psa.117.d. Matt. 21.d. Matt 12.a. Luc 20.c. 1.Pet.2.b. Galat.4. † examinamur. † qua ratione. † reiectus.

¶Non omnes.
a iam vespera. Multi autem eorū, qui audierant verbum, credi- 1 2
a ¶Ouium, quæ vocem pastoris audiunt vel agnoscunt. 3
b derunt. Et factus est numerus virōrum quinq; milia. Factum 4
est autem † in crastinum, vt cōgregarentur principes eorum
¶Seorsum ponitur. ¶Sacerdotes, qui de genere Aaron principatum gerebant.
& seniores & scribæ in Ierusalem: & Annas princeps sacer-
a ¶Descriptis principibus sacerdotum, alij sine numero memorantur.
dotum, & Caiphas & Ioannes, & Alexander, & quotquot
¶Concilij.
c erant de genere sacerdotali. Et statuētes eos in medio inter- 5
a ¶Vtrum diuina propter claritatem facti, non alia virtute factum dicunt.
rogabant: In qua † virtute, aut in quo nomine, fecistis hoc 6
a ¶In medio consilio vel consilij. ¶In pentecoste. ¶Quasi princeps populorum.
d vos? Tunc repletus spiritusancto Petrus dixit ad eos: Princi- 7 8
a ¶Pro an. ¶Interrogatio potest esse. b ¶Ad iudices adducimur.
e pes populi & seniores*, audite: Si nōs hodie † diiudicamur in 9
a ¶In sanitate paralytici. 10
benefacto hominis infirmi † in quo iste saluus factus est, notū 11
¶Principibus & senioribus.
f sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia in nomine do-
a ¶A saluatore saluatus est.
mini nostri Iesu Christi Nazareni quē vos crucifixistis, quē 12
a ¶Præsens stat, qui ante stare non poterat. 13
Deus suscitauit à mortuis, † in hoc iste astāt corā vobis sanus. 14
g a ¶Quem vos crucifixistis. ¶Secundum legem. b ¶Quem Deus suscitauit à mortuis. 15
h † Hic est lapis qui † reprobatus est à vobis ædificantibus, qui 16
i 17

NICOLAVS DE LYRA.

1 Multi autem eorum, qui audierant verbum. *s. Petri prædictū.*
2 Crediderunt. *in Christum.*
3 Et factus est numerus virorum quinque milia. *cum præcedentibus conuersis prius per prædicationem Petri: & secundum hoc fuerunt octo milia, quod videtur verius, secundum alios verò tria milia prædicto cap. 2. in hoc numero includuntur.*
Diuisio. 4 Factum est autem. *Hic consequēter ponitur vtriusque cæli prosecutio, & primò mali, secundò boni, ibi: Dimissi sunt. Circa primum primò ponitur apostolorum interrogatio, secundò Petri responsio, ibi:* Tunc Petrus. *Tertio super prædicta collatio, ibi:* Videntes autem. *Circa primum dicitur:* Factum est autem in crastinum, vt congregarentur,&c. *Multi enim & magni fuerunt conuocati, vt ex hoc apostoli magis terrerentur, & in verbis suis caperentur, ideo subditur.*
5 Et statuentes,&c. *ex diuersis partibus ad eos stupefaciendum.*
6 In qua vir. aut in quo no. fe. hoc vos? *q.d. patet manifestè, quòd hæc fecistis artibus magicis, vnde & iste curatus fuerat cum eis detentus, vt maleficij particeps.*
7 Tunc reple. *Hic consequenter ponitur responsio Petri dicentis.*
8 Princi. popu. & se. au. *i. diligenter veritatem attendite.*
9 Si nos hō. di. *i. ad iudicium trahimur, vt malefactores. Et accipiatur hic si, pro quia, quia sic trahebantur.*
10 In be. hominis infir. *i. pro beneficio curationis eius.*
11 Notum sit omni.&c. quia in no. Ie. Chri. Nazareni, quem vos cruci. *per milites præsidis, & hoc ex inuidia & nequitia vestra.*
12 Quem Deus su. à mor. *ex sua omnipotentia.*
13 In hoc. *id est, in fide ipsius.*
14 Iste astat co. vo. sa. *verè & non fictè, consequenter inducit scripturam ad propositum, quæ habetur psal. 118. d.*
15 Hic est lapis,&c. *qui de Christo intelligitur ad literam, sicut ibidem declaraui per doctores Hebraicos & Latinos. Quod enim lapis Christus dicitur in scriptura veteris Testamenti, patet Dan. 2. e. Lapis autem qui percusserat statuam, factus est magnus & impleuit vniuersam terram quod ad literam exponitur de Christo à doctoribus Hebræis & Latinis.*
16 Reproba. est à vo. ædi. *i. à vobis sacerdotibus & legis doctoribus, ad quorum officium spectat ædificare populum in fide & moribus.*
17 Qui fa. est in ca. an. *cōiungens Iudæos & Gentiles tanquam duos parietes in vnam ecclesiam, propter quod dicit Ioan. 10. c. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere & fiet vnum ouile, & vnus pastor.*

MORALITER.

7 *Tunc repletus, &c.* Per hoc autē, quòd ipse malignantes confudit, primò per opus diuinę virtutis, cui nullatenus est resistendū, di. 9 *Si nos hodie, &c.* secundò per sacræ scripturæ testimonium dicit de Christo. 15 *Hic est lapis.* cui scripturæ contradicere nō poterāt, cū apud eos esset autētica, significatur, quòd impugnatores veritatis catholicæ confutandi sunt à prædicatoribus & doctoribus ecclesiæ, primò per opera virtuosa, quæ sunt ex Dei gratia, secundò per sacrā scripturā diuinitùs reuelatā. Et hoc duplici modo legitur B. Dñicus in Albigentiū partibus hęreticos cōfutasse, & alij plures doctores sancti legūtur in aliis partibus mūdi similia fecisse.

Universidad de Deusto Biblioteca

A substantia, vna diuinitas, vna maiestas. Hoc est nomen de quo dictum est. In quo oportet nos omnes saluos fieri: in hoc nomine omnes saluati estis redditi estis ad gratiam vitæ.

Homil. 10. ✱CHRYSOSTOMVS. Et non dixit simpliciter, per alium: sed, non est in alio vllo salus, manifestans, quod hic vos seruare potest. Simul autem & volẽs illos terrere.

a *Et non est in aliquo alio salus.* BEDA. Si in Christo tantum salus mundi est, ergo & patres nostri eiusdẽ incarnatione & passione sunt saluati, qua & nos credimus saluari. Etenim sacramenta pro temporum ratione discrepant: fides tamen vna eadémque concordat, quia dispensationem quam nos per apostolos factam, ipsi per prophetas didicerũt venturam. Non enim est redemptio nisi in sanguine illius, qui seipsum dedit redẽptionem omnibus. († agnoscebant.) B

b *Videntes autem, &c.* ✱TERTVLLIANVS. Neminẽ quod scio verebantur, non Iudæorum vim, non æthnicorum: quo magis vtique in ecclesia liberè prædicabant, qui in synagogis & in locis publicis non tacebant: immo neque Iudæos conuertere, neque æthnicos inducere potuissent, nisi quod credi ab eis volebant, ordine exponerent. (De præscrip. aduers. hæret. c. 26. — † præceperunt. — † infrà 5.c. — † An iustum sit.)

Homil. 10. ✱CHRYSOSTOMVS. Et quomodo illiterati rhetoricati sunt contra illos & summos sacerdotes, non ipsi loquebantur, sed per illos gratia spiritus.

C c *Sine literis, &c.* Non quia literas omnino nescirent, sed quia grammaticæ artis peritiam non haberent.

d *Idiotæ.* BEDA. Idiotæ, qui proprium ingenium non exercuerant per doctrinam, ἰδίωμα Græcè, Latinè proprietas.

BEDA. Idiotæ dicebantur, qui propria tantum lingua naturalique scientia contenti, literarum studia nesciebant.

BEDA. Illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non Dei virtute, sed eloquentia fieri putaretur: secundum illud: Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi.

e *Hominem quoque videntes, &c.* ✱CHRYSOSTOMVS. Magna hominis libertas & manifestum est, vel ex eo quod & in ipso iudicij loco illos non reliquerit, & ita si dixissent, non sic se habere, ille reprehendisset. D

f *Quid faciemus &c.* ✱CHRYSOSTO. O Insipientiam, quod illos propter gustata certamina perculsos fore existimarũt, immo si propter suã dignitatem quã ita liberè loquentes nõ curauerunt, superauerunt facturos aliquid. Quãto igitur prohibere magis volebãt, tanto amplius res crescebant. (Homil. 10. — *in dicendo audaciam. — 1.Cor.1.c.)

a ¶Vt sit princeps duorum testamentorum & populorum. b ¶Nisi in saluatore. c ¶Mundi. d ¶Hominis huius.
a factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. Nec 1 2
enim nomen aliud est sub cælo datum hominibus, in quo 3
¶Audaciam.
b oporteat nos saluos fieri. Videntes autem Petri* constantiam 4
¶Imperiti. 5
c & Ioannis, comperto, quòd homines essent sine literis & 6
a ¶Nescientes causam constantiæ & virtutis.
d idiotæ, admirabantur, & † cognoscebant eos, quoniam cum 7 8
¶Illiterato.
e Iesu fuerant: hominem quoque videntes stantem cum eis, 9
¶Apostolis. a ¶Quia ipse non esset, vel non sanatus fuisset.
qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. † Iusserunt 10 11
¶Extra synagogam facient vos.
autem eos foras extra consilium secedere, & conferebant ad
a ¶Ne factum eorum amplius diuulgetur. ¶Idiotis.
f inuicem dicẽtes: Quid faciemus hominibus istis? Quoniam 12 13
quidem notum signum factũ est per eos omnibus habitanti- 14
bus Ierusalem. Manifestum est, & non possumus negare. Sed 15
¶Hoc tantum consilium restat.
ne amplius diuulgetur in populum, † comminemur eis, ne 16
¶Iudæo vel Gentili.
g vltra loquantur in nomine hoc vlli hominũ. Et vocantes eos 17 18
a ¶Aliqua occasione, vel in aliquo loco.
h † denunciauerũt ne omnino loquerentur, nec docerẽt in no- 19
mine Iesu. † Petrus verò & Ioãnes respõdẽtes dixerũt ad eos:
a ¶Dum nos aspicit. ¶Apud Deum cui veritas placet. b ¶Prohibentes. c ¶Imperantẽ prædicare.
i † Si iustũ est in cõspectu Dei vos potius audire, quàm Deum, 20

✱CHRYSOSTOMVS. Vide & horum impudentiam, & apostolorum sapientiam (& paulò pòst) vides insipientiam? Persuasi quod resurrexerat, inde sumpta coniectura quod Deus sit: alij autem docere, in nomine eius quem neque mors potuerat detinere, prohibere conati sunt. Quid huic insipiẽtiæ par? Et ne mireris, quod iterum attẽtant, quæ non perficiunt. Tantum enim malum est iniustitia, nihil videt, sed vbiq; tumultuatur, & in se ipsam ruit, &c. (Ibidem. — † infra 5.f. — E — † minaciter interminemur.)

g *Et vocantes, &c. Ne omnino, &c.* Tunc impletum est: Odio eritis omnibus hominibus propter nomen meum. (Matt. 10.c.)

h *Petrus verò, &c. iudicate.* RABBA. Qui estis iudices, vestrum facite officium, non sermonem prauum proferendo, sed iustè iudicando. *Ecce plenum frumentum in spica inuenitur: quod ante quasi in herba flectebatur.* F

i *Si iustum.* ✱TERTVL. Quum huic negotio accingerentur apostoli, renunciauerũt presbyteris, & archontibus, & sacerdotibus Iudæorũ. An nõ vel maximè, vt alterius Dei prædicatores? At quin ipsius eiusdẽ, cuius scripturã cũ maximè implebãt, &c. (Li. 3. aduers. Marcio. ca. 22.)

✱CHRYSO. Minaciter minabimur. Quid dicitis, minãdo expectatis cessaturã prędicationẽ? Sic vbiq; principia ardua & difficilia, magistrum interemistis, & nõ sustulistis prædicationem, etiam nunc minaturi estis, expectatis, vt destituatis nos, vincula non persuaserunt humiliter loqui, & vos persuadebitis, multum, scilicet, maximè his, qui vos licet minemini, nihili faciunt. An iustum est, &c. Hic Deum, inquit, pro Christo. (Homil. 10.)

☞ a Non

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non est in alio ali. *id est per aliquem alium.*
2 Salus. *quia ipse est mediator Dei & hominum.*
3 Nec enim nomen aliud est sub cæ. *i. res signata per nomen saluatoris non est data alteri homini: soli enim Christo datum est, quòd sit Deus & homo.*
4 Videntes autem. *Hic consequenter ponitur super Petri responsionem sacerdotum collatio. & primò ponitur collationis actus, secundò effectus, ibi: Et vocantes, &c. Circa primum dicitur:* Viden. autem Petri con. & Ioan. *quia in nullo stupebant nec terrebantur.*
5 Comperto, quòd ho. essent sine li. *id est, carentes scientia acquisita: & tamen allegabant scripturam, vt visum est.*
6 Idiotæ, *id est, simplices & paruæ industriæ.*
7 Admiraban. *eo, quòd ignorabant causam, spiritussancti vnctionem, quæ docet de omnibus. 1. Ioan. 2.*
8 Et cogno. eos, quo. cum Ie. fu. *qui frequenter prædicauerat in templo, & apostoli erant cum eo.*
9 Hominem quoque vi. stan. cum eis. *perfectè curatum ab eis.*
10 Nihil po. contradi. *quia dicere non poterant, quòd alius esset homo ab illo claudo prædicto, nec quòd esset curatus verè & perfectè. quia vtrumque falsum apparebat manifestè.*
11 Iusserunt, &c. *vt in eorum absentia possent melius conferre.*
12 Quid fa. ho. istis? *q. dicant: Non possumus eos ad mortem vel ad carcerem condemnare, & causa subditur.*
13 Quo. quidem no. si. *id est, miraculum.*
14 Factum est per. *& sic interficiendo vel detinendo eos, concitabimus totum populum contra nos. Si quæratur: cur non crediderunt ex quo signum tam manifestè viderunt? Dicendum, quòd malitia eorum excæcauit eos propter quod factũ illud attribuebant virtuti dæmonũ, sicut & facta Christi. Matth. 12.* In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonium.
15 Sed ne amplius, &c. *præcipiendo sub pœna mortis.*
16 Ne vltra lo. in nomine hoc. *scilicet, Nazareno.*
17 Vlli hominum. *Iudæo, vel Gentili.*
18 Et vocantes. *Hic consequenter ponitur collationis effectus, quæ est prohibitio ex parte sacerdotum cum dicitur.*
19 Denunciauerunt, &c. *Et patet rationalis responsio apostolorum, cum subditur.*
20 Si iustum, &c. *quasi dicant: Non potestis hoc dicere, cum nullam autoritatem habeatis præcipiendi nisi ab eo, ideo concludunt.*

✱ a Non

A ✱CHRYSOSTOMVS. Si falsa sunt, quæ dicimus, repræhende: sin vera, cur prohibes? Tanta res est sapientiæ studium: ille in angustia, hi in gaudio: illi multa implentur confusione, hi cum summa libertate omnia faciunt: illi timent, hi confidunt, &c. (Homil. 10.)

a *Non enim possumus.* Id est, nolumus, vel in natura versum est, vt angelis confirmatis, non peccare.

b *Clarificabant.* In Græco: Omnes clarificabant in eo, quod factum est: & nõ habetur, in eo quod acciderat. († glorificabant Deum in eo. Clarificare & glorificare.)

BEDA. Clarificantur facta vel dicta, quando fama vulgãte in notitiam plurimorũ deferunt. Deus autem glorificatur in factis hominũ, quod est propriũ Christianæ pietatis & humilitatis, ipso dicente: *Videãt opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrum, qui in cælis est.* B (Matth. 5. b. — -spiritusancto. — -patris nostri.)

c *Annorum enim erat amplius quadragin. &c.* Vnde amplior gloria vel gratia virtutis, & ideo non ætatem hominis, sed tempus infirmitatis dicit. (†Psal. 2. a.)

BEDA. Annorum 40. Iuxta historiam perfecta ætas hominis calumniantibus ostenditur.

ALLEGORICE. Populus Israel non 40. tantum annis in eremo sordes Aegypti manna contempto requisiuit, sed etiam in terra promissionis inter Dei & idolorum ritus claudicauit. Vel numerus iste geminæ legis plenitudinem significat. Quater enim deni. 40. faciunt, vtriusque transgressor velut quadragenariam perfectionem iacendo debilis transcendit. C

Homil. 11. d *Dimissi autem venerunt ad suos.* ✱CHRYSOSTOMVS. Non vana gloria extimulante narrant, quæ aliena ab illis erat, sed gratiæ Christi iudicis ostendunt. Idcirco & quæcunque illi dixerant narrant, quæ autem per ipsos licet prætereant, attamen & sic magis fidentes fiunt.

e *Qui cum audissent.* BEDA. Auditis persecutorum minis, fiduciam resistendi per signa virtutum sibi deposcunt.

Ibidem. ✱OECVMENIVS. Vide quàm absoluta sit, iuxta temporum occasiones horum precatio. Siquidem quando dignum ad apostolatum demonstrari sibi cupiebant, præcantes dicebant, &c. D

✱CHRYSOSTOMVS. Clamor factus est ex voluptate, & magna affectione. Etenim quæ tales, efficaces sunt preces, quæ tanto sapiẽtiæ studio sunt plenæ, quæ de talibus sunt, quæ in talibus temporibus, quæ hoc modo, sicut aliæ certè abominabiles sunt ac immundæ. (Homil. 11.)

¶Signa. ¶Prædicantem. 1
a iudicate. Non enim possumus, quæ vidimus & audiuimus, 2
a ¶Ne putarentur credidisse. b ¶Propter populum. c ¶Causam, quæ placeret populo, non conscientia eorum. 3
non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos, non inue- 4
¶Non Deum. 5
nientes quomodo punirent eos propter populum: quia om- 6
a ¶Deum in cuius nomine fecerunt. b ¶Paralitico sanato.
b nes † clarificabant id quod factum erat in eo quòd acciderat.
a ¶Causa clarificationis est longum tempus infirmitatis.
c Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo fa- 7
¶Petrus & Ioannes. 8
d ctum fuerat signum istud sanitatis. † Dimissi autem vene-
runt ad suos, & annunciauerũt eis † quanta ad eos principes †
e sacerdotũ & seniores dixissent. Qui cũ audissent, vnanimi- 9
f ¶More solito. a ¶Non ad hominem, vt exemplum cæteris præbeant. b ¶Magna potentia ostenditur.
ter leuauerunt vocẽ ad dominũ, & dixerunt: Domine, tu* qui
fecisti cælum & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt: qui
a ¶Non sensu humano. b ¶Quasi per tubam: vt non credatur verbum hominis.
g spiritusancto per os patris nostri Dauid pueri tui, dixisti:
a ¶Ex inuidia. b ¶Ne regnum ad Iudæos transiret. c ¶Iudæi. d ¶Agitati motu imperito & irrationabili ¶Concilium fecerunt, sedulo tractantes quomodo occiderent eũ. e ¶Christum non resurgere. 10
h i † Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? 11 12

f *Vnanimiter leuauerunt vocẽ ad dominum.* Sine sono. Vel perfectione vnanimitatis, secundũ illud: Si duo vel tres conuenerint in vnum in nomine meo, de omni re quã petierint, fiet illis. (Matt. 18.c. — †supra 3. b. — †quęcũque) E

g *Patris nostri Dauid pueri tui dixisti.* Noster fuit pater, sed tuus puer. (*es Deus,)

✱CHRYSOSTOMVS. Prophetiam in medium afferunt, tanquam pactum à Deo exigentes, & seipsos interim consolantes, quod inanum hostes meditantur omnia, (& paulo post.) Sensus igitur dictorum est, Non illi valuerunt, sed tu qui permisisti totum, etiam ad finem perducens, operatus es, qui industrius quiduis operaris: & sapiens eis, qui inimicis pro tua voluntate vteris, &c. (Ibidem.)

h *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt.* BEDA. Non quasi nescius interrogat propheta, sed mirando insaniam impiorum, corripit eos, qui in Saluatorem consurrexerunt, non ab eo læsi, sed in multis adiuti. F

Fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt. Fremitus est vox leonis. Vnde Hieremias: *Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua: dedit super me vocem.* (Iere. 12. b.)

i *Inania? Astiterunt reges terræ: & principes.* De Christo venturo, vel, vt in morte detineretur. (Luc. 23. a.)

✱AMBROSIVS. Conuenerunt verè in ciuitate: ita aduersus sanctum filium tuum Iesum quem vnxisti. Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel facere, quæ manus tua & consilium decreuerunt fieri. (De vocatio. gentiũ. li. 2. c. 5.)

☞ a Conue

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non enim possumus. *licitè.*
2 Quæ vidimus. *scilicet, Christi miracula, eius resurrectionem & ascensionem.*
3 Et audiuimus. *ipsum venturum ad iudicium: & hoc ab angelis, vt patet suprà cap. 1.*
4 Non loqui. *maximè cum præceperit nobis hoc testificari suprà 1. & Luc. vltim.*
5 At illi comminantes dimiserunt eos, &c. *subditur causa.* Non inuenientes quomodo punirent eos propter populum. *Ex quo patet, quòd repressi fuerunt ab hac punitione humano timore tantum.*
6 Quia omnes clarificabant id quod factum erat in eo quod acciderat. *confitentes hoc esse factum diuina virtute, & subditur causa.*
7 Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat, &c. *& sic erat notus omnibus fuisse claudus per longum tempus. Confessio etiam veritatis erat efficax in eo ratione ætatis: ex quibus apparebat factum illud esse diuina virtute.*
8 Dimissi autem venerunt ad suos, & annunciauerunt eis quanta ad eos, &c. *Posita prosecutione zeli mali ex parte sacerdotum, hic consequenter ponitur prosecutio zeli boni ex parte credentium, & hoc quantum ad duo, scilicet, quantum ad deuotam orationem, & secundò quantum ad sanctam conuersationem, quæ ponitur ib: Multitudinis autem. Circa primum, &c.* Dimissa autem venerunt ad suos, & annunciauerunt eis, &c. *& patet litera vsque, ibi.*
9 Vnanimiter leuauerunt vocem ad dominum, & dixerunt: domine, &c. *corde & ore deprecantes. Et orationem suam fundant primò super Dei potentiam, dicentes: Domine tu qui fecisti, &c. Secundò super eius gratiam, cum dicitur:* Qui spiritusancto per os patris nostri Dauid pueri tui, dixisti. *de Christo Psal. 2. qui intelligitur ad literam de Christo, etiam secundum doctores antiquos Hebræorum, vt ibidem fuit declaratum.*
10 Quare fremuerunt Gentes, *id est, Gentiles.*
11 Et populi. *id est, Iudæi in pluribus tribubus diuisi, vtrique enim egerunt ad mortem Christi. Pilatus enim & milites Christi crucifigentes fuerunt Gentiles. Iudas autem proditor, & illi, qui Christum tradiderunt Pilato, fuerunt Iudæi.*
12 Meditati sunt inania? *Dicitur autem inanis meditatio, quando non habetur propositum, sed magis oppositum. Isti enim crediderũt Christi nomen extinguere per eius mortem, per quam fuit magis exaltatum & glorificatum, eo quòd ad eam secuta est eius resurrectio, ascensio, spiritussancti missio, & apostolorum constans prædicatio, propter quod imminente sua morte dixit: Nunc clarificatus est filius hominis, & subditur: Et Deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum.*

✱ 1 Astite

MORALITER.

8 *Dimissi autem venerunt ad suos: & annunciauerunt, &c.* quia cum fidelibus deuotis conferendum est, quid agendum sit contra impugnatores veritatis. Et quoniam optimum remedium est in hoc, vt primò ad auxilium diuinũ recurratur, ideo subditur.
† *Qui cum audissent: vnanimiter leuauerunt vocem, &c.* Et quoniam

Universidad de Deusto Biblioteca

Luc.23.a. a *Conuenerunt*. Herodes & Pilatus conuenerunt in amicitiam.
A b *Vnxisti*. Nomẽ Christi exponunt. Christi à Chrismate, id est, vnctione, secundum illud: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ
Psal. 44.a. præ consortibus tuis.
Ibidem. c *Respice domine in minas.* ✻CHRYSOSTOM. Vides philosophiam, & quomodo his non imprecentur mala. Non posuerunt autem minas speciatim, sed solum dicũt, quod minati sunt.
Ibidem. ✻CHRYSOSTO. Hæc autem dicebant non detractantes difficile quoddam pati, sed pro prædicatione. Non enim dixerũt, Et eripe nos à periculis Sed quid? Et da seruis tuis, &c. Igitur, qui illa ad finem deduxisti, & hæc deduc.
(• in ciuitate ista. — †ad faciendum quæcunque. — *prius. — † audacia.)
B d *Cum omni fidu. loq.* Hoc Deum postulãt, vt cum omni fiducia possint loqui verbũ Dei.
†audacia. e *Per no.* BEDA. In Græco: Per nomen pueri tui Iesu, quod magis apostolorum votis congruit, qui satagebant, vt homo crucifixus à Iudæis clarescentibus miraculis, per nomẽ eius in cælũ assumptus & Dei filius innotesceret.
Ibidem. ✻CHRYSOSTOMVS. Annuit eorum petitioni, & manifestum hoc fecit eis, commoto loco, quod assit ipsorum precibus. Quod autem propter hoc factum sit, audi prophetam: qui aspicit terrã, &c. & iterum. *A facie domini &c.* Et facit Deus etiam per maiorem terrorem, & ad fiduciam illos inducens, post magnas illas minas, & ad libertatem maiorem exercens. Quia enim initium erat, & sensibili signo opus habebant, vt illi persuadeantur. Post hoc autem nunquam hoc fit. Tantam consolationem assequuti sunt ex precibus. Meritò autem & signorum gratiam petunt. Nusquam enim aliundè potuissent ostendere, quod resurrexisset, quàm ex signis. Et ita non solum petebant securitatem, sed etiam ne cõfunderentur, verùm liberè loquantur. Motus est locus, etiam illos magis consolidauit. Hoc autem aliquando iræ quidem est indicium, aliquando verò visitationis & prouidentiæ, nunc autem iræ. Porrò & in saluatoris passione nunc & præter naturam facta est. Etenim tunc omnis terra cõmota est, & ita, vt vbique agnoscatur crucifixi virtus, Et quod Deus, (Psal. 103. & 111.) C

Deus, qui patiebatur, & non simpliciter homo. Et aliter: licet iræ sit indicium, verùm ea contra illos erat, hos autem & spiritu impleuit. D
f *Motus est lo.* Magna virtus orationis fidelium, hoc autem ad suscitandas mentes factum est.

a ¶Herodes & Pilatus b ¶Non cæli. c ¶Sacerdotum. d ¶In atrium Caiphæ.
a Astiterunt reges terræ: & principes conuenerunt in vnum 1
a ¶Patrem. Vnde hoc probas? quia aduersus Christum, qui est patris eius filius. b ¶Pro quia. 2
c ¶Qui contradicit filio, & patri. ¶De quo postea dicetur. Ego autem constitutus sum. 3
aduersus dominum, et aduersus Christũm eius. Cõuenerunt 4
¶Maligna. a ¶Qui peccatum non fecit, nec inuentus est, &c. 5
enim verè in ciuitate ista aduersus sanctũm † puerum tuũ Ie-
a ¶Spiritusancto ¶Christum fecisti. b ¶Duo populi in cruce sunt reconciliati.
b sum, quem vnxisti, Herodes & Põtius Pilatus cum Gentibus
a ¶Potestas. ¶Christus. b ¶Non sua. c ¶Præscientia. ¶Spiritus. 6
& populis Israel, † facere, quæ manus tua & consilium tuum 7
a ¶Sicut de Christo præscieras. b ¶Vide quid in persecutione facias, Deo cõmendant quod patiuntur. 8
c *decreuerunt fieri. Et nunc domine respice in minas eorum, 9
a ¶Postulant id quod indigent. b ¶Etiam inter persecutores. c ¶Christum. 10
d & da seruis tuis cum omni † fiducia loqui verbũ tuum, in eo 11
¶Ad corroborationem prædicationis.
quòd manũ tuam extendas ad sanitates & signa, & prodigia
e f fieri per nomẽ sancti filij tui Iesu. Et cum orassent, motus est 12
a * Hoc donum postulauerant, vt cum fiducia possent loqui.
g locus, in quo erãt congregati, & repleti sunt omnes spiritu- 13
a ¶Quia dictum est: dominus augebat & multiplicabantur.
h i sancto, & loquebãtur verbum Dei cũ † fiducia. † Multitudinis 14

. Potest in hoc loco moto intelligi timor eorum, qui credendo subiiciẽdi erant apostolis, qui terrenitate discussa resurgere cũ Christo & cælestia sapere didicerunt. † filium.
BED. Qui virtutem & robur contra fraudem hostium quærebant, indicium exauditæ orationis terræmotu percipiunt, vt scirent corda terrena sibi cessura, sub quorum pedibus spiritu adueniente terra est concussa pauore. E
g *Repleti sunt, &c.* ✻CHRYSO. Quid est impleti sunt? reaccensi sunt spiritusancto. Etenim reaccensum est in ipsis charisma, & loquuti sunt sermonem Dei cum libertate. (Homil. 11. — † suprà 2.a. 8. dis. §. 1. & 1. q. 2. § 1. & q. 1. ca 2. & c scimus. De sum. tri. c. dãnamus.)
h *Loquebantur.* ✻GREGOR. Sed cum discipulos ad prædicandum veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, vt multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neque enim in vniuerso mundo tanta fidelium messis exurgeret, si de manu domini super rationalem terram illa electa grana prædicantium non venissent. Homil. 29.
✻CHRYSOSTOMVS. Dic, oro, mihi, an charitas paupertatem, vel paupertas charitatem, pepererit? Mihi videtur, quod charitas paupertatem, quæ & illam magis astringit. Audi igitur quid dicat. Omnium erat cor & anima vna: Ecce cor & anima idem sunt. Homil. 11.
i *Multitudinis.* BEDA. Notanda rerũ locorúmq; distantia: Siquidem in opere superbæ turris lingua & mens humani generis, cum esset vna, merito iniquitatis est diuisa, ita vt cum omnibus linguis loquerentur ibi homines, nemo tamen proximi sui voluntatem, aut verba cognosceret. Sed in Ierusalem sunt linguæ merito humilitatis vnitæ, vnáque omnibus lingua, eadémque omnibus voluntas erat & vna, quod vsque hodie geritur, F

☞ tur,

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Astiterunt reges ter. *s. Herodes & Pontius Pilatus, vt postea exponitur. Et dicuntur reges à regendo. nam Herodes erat tetrarcha Galilææ: & Pilatus procurator Iudææ illuc à Cæsare missus, vt habetur Luc. 3.*
2 Et principes. *scilicet, Iudæorum.*
3 Conuenerunt in vnum, &c. *i aduersus Deum patrem.*
4 Et aduersus Christum eius. *ab eo missum in mũdum propter hoc quidquid fiebat contra filium missum, fiebat contra patrem mittentem. Et exponitur cum dicitur.*
5 Conuenerunt enim verè, &c. *& patet ex dictis litera vsque, ibi.*
6 Facere. *iniqua voluntate ex parte ipsorum.*
7 Quæ manus tua. *id est, ordinatio tua.*
8 Et consilium tuum. *id est potentia tua.*
9 Decreuerunt fie. *ex maxima pietate & misericordia ex parte Dei, & ex maxima charitate & obedientia ex parte hominis Christi.*
10 Et nunc do. respice. in mi. eorum. *vt ipsis non terreamur.*
11 Et da. ser. tu. cum fidu. lo. verbum tuum. *Et subditur modus:* In eo, quòd manum tuam exten. ad sanitates, &c. *quæ sunt verbi diuini confirmatiua. Mar. vltim. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique, &c.
12 Et cum orassent, &c. *Per terremotum sub pedibus eorum, significata fuit exauditio petitionis eorum. s. quòd glorificatio nominis Christi per terrenas potestates non impediretur, & quòd finaliter terrenæ potestates Christi iugo subijcerentur. Quod adimpletum patet, quia tempore persecutionis ecclesiæ maximè creuit fides & nomen Christi, & ipsius iugo submiserunt colla multi principes, maximè à tempore Constantini.*
13 Repleti sunt omnes spiri. *per augmentum charitatis & gratiæ.*
14 Multitudinis autem cre. *Hic consequenter describitur credentium conuersatio sancta, & primò generaliter secundò specialiter, ibi: Ioseph. Circa primum dicitur:* Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. *Nam coniuncti erant adinuicem charitate maxima.*

✻ 1 Nec

MORALITER.

✝ niam eorum deprecatio pro Christi gloria declaranda erat, scilicet, per opera miraculosa, vt patet in litera: ideo fuit à domino exaudita, ideo subditur postea,
12 Et cum orassent motus est locus, in quo erant congregati, &c. Per motum enim terræ significatum fuit, quòd terrenæ potestates essent Christi fidei subiugandæ,
14 Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Quamuis autem omnes Christiani debeant in charitate Christi vniri, specialiter tamen viri religiosi. Nam religionum institutio ortum habuit ex hoc loco. Et adhuc specialius vniri debent charitate fraterna, qui sunt de religione vna, vt sic eorum sit cor vnum & anima vna. Et quoniam in moralibus magis mouent exempla quàm verba, ideo ponitur hic vnus pro exemplari, cum dicitur,

✝ 7 Ioseph

☞ tur, cum electi in multiplici locutione vnito corde & intentione concordi domino famulantur. reprobi diabolo seruientes diuersa mente & pugnaci inter se studio & certamine agitantur. A
a *Erat cor vnum.* BE. Qui mundum reliquerant, non de nobilitate generis gloriantes se aliis præferebant, sed sicut vnius eiusdémque matris ecclesiæ visceribus editi, eodem fraternitatis amore gaudebant.
BEDA. Conuenit hic locus ei quod suprà dictum est: quia spiritum acceperant, linguis omnium loquebantur. Adunatio linguarum erat præsagium, quòd ecclesia per spiritum in diuersis nationibus & linguis vnum cor & animam erat habitura. Non enim omnes credentes loquebantur omnibus linguis, sed diuersarum linguarum adunatio in fide Christi indicabat, quia vnus dominus, vnum baptisma, vna fides. B († Suprà 2 g 1. q. 2. c. pastor quia ecclesię. & 12. q 1. c. 2. & c vidẽtes. Ephes. 4. b)
Homil. 9. ✻CHRYSOST. Et gratia magna erat cum illis omnibus, neque indignus quispiam erat inter eos. Sicut in domo paterna filij, qui eiusdem honoris sunt, ita omnes affecti erant. Sed hoc est mirabile, quod quasi relictis suis negociis, ita enutriebant, vt nõ vltra, quasi de propriis, sed quasi de communibus educari videantur.
Mysticè. b *Nec quis. eo.* MYSTICE. Virtutes quas possident iusti, non suas iudicant esse, sed eorum quorum vtilitati dispensant,
c *Communia.* BEDA. Græcè κοινὰ. vnde cœnobitæ. i. communiter viuentes. Cœnobia habitacula eorum.
BEDA. Qui ita viuunt vt sint omnia communia in domino, cœnobitæ vocantur. quæ vita tanto est fœlicior, quanto statum futuri seculi imitatur, vbi omnia communia, quia Deus omnia
1. Cor. 15. d est in omnibus: Et quia ibi summa pax & securitas, ciuitas in qua typus huius vitæ præcessit Ierusalem, id est, visio pacis dicta est.
ibidem. ✻OECVMEN. Dictio, reddebant, tanquam aliquid fuerit eis concreditum, significat, & hoc veluti de debito dicit. Nam per diuina signa, diuinam ostendebant potentiam eius qui à mortuis surrexisset.
d *Reddebant Apo.* BEDA. Discernit ordinem doctorum & auditorum. Nam multitudo credentium rebus temporalibus spretis,
C copula charitatis inuicem iungebantur. Apostoli verò virtute fulgentes, mysteria Christi pandebant.

a ¶Vnus sensus, anima vna & vna voluntas erat omnium.
a autem credentium erat cor vnũm & anima vna. Nec quis- 1
a ¶Non hominum, sed earum rerum quas possidebant.
b quam eõrum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed
¶Fiduciæ, vel signorum.
c d erant illis omnia communia. Et † virtute magna reddebant 2
a ¶Hoc propriè erat eorum quibus dictum est: Eritis mihi testes in Ierusalem. 3
b ¶Quam maximè oderant, & quod fidei principale est iudicium.
apostoli testimõnium resurrectionis Iesu Christi domini
a ¶Spiritussancti vel communicationis. de qua sequitur, Vendentes, &c.
nostri, & grãtia magna erat in omnibus illis. † Neque enim 4
e quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possesso 5 6
res agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pre-
a ¶Ad gressum, vel quasi ad genua procedentes.
cia eorum quæ vendebant, & ponebant ãnte pedes aposto-
¶Non secundum personas & munera, sed secundum indigentiam.
f lorum. † Diuidebant autem singulis prout cuiq; opus erat.
a ¶Ioseph. ¶Vendentes afferebant precia, & Ioseph.
g h Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab aposto- 7
i k lis, quod est interpretatum filius consolationis, Leuites,

D
e *Quotquot enim possessores.* ✻TERTVL. Apostoli tractantes persequutionibus agitati, quando se pecunia liberauerunt, quæ illis vtique non deerat, & prædiorum pretiis, ad pedes eorum depositis, certè multis locupletibus viris ac fœminis, qui his etiã refrigeria subministrabant, &c. (De fuga in persequut. cap. 12.)
✻CHRYSOST. Magnus honor, quãdoquidem non in manus, sed ad pedes apostolorum ponebant. (Homil. 9. — † potentia)
f *Ioseph.* RAB. Auctus, Barnabas filius consolationis interpretatur, auctus incremento & profectu spiritualis boni. († 12. q. 2. c. quia tua.)
BEDA. Hunc puto esse Barnabã, qui cum Paulo Gentium apostolus ordinatus est.
✻CHRYSOST. Non mihi videtur ille esse qui cum Mathia. Ille enim Ioses dicebatur & Barsabas, postea autẽ cognominatus est & iustus. Hic autem Barnabas est filius consolationis ab apostolis. Et videtur mihi à virtute assumptum nomen, quasi ad hoc sufficiat & studiosus sit. (Homil. 9.) E
g *Barna.* BEDA. Quidam arbitrantur collegam Pauli eum potius fuisse, de quo cum Matthia sors missa est, minus intuentes quòd hic Barnabas, ille Barsabas appelletur: & hic filius consolationis, ille filius quietis interpretatur.
h *Quod est interpreta. filius con.* Vbicunque scriptura nomina rerum vel personarum cum interpretatione ponit: sensum sacratiorem eisdem inesse significat. Merito filius consolationis vocatur, qui spretis præsentibus, spe futurorum se consolatur. Nã & spiritussanctus paracletus ideo vocatus, quia in mundo pressuram habentibus infusione sui, paraclesim. i. cõsolationem tribuit, sicut etiam Petrus propter gratiam spiritus bariona. i. filius columbæ vocatus est. Math. 16. c
i *Filius con.* RAB. Vel propter eleemosynã qua pauperes cõsolatus est. Vel pro mercedis consolatione quam meruit à Deo accipere. Vel quia dignus habitus est, quo pro Iuda consolaretur apostolos.
k *Leuites.* ✻ CHRYSOST. Hic velim obserues, quomodo ostendat legẽ solui: & quomodo inquit, cum esset Leuites, Cyprius erat, quia postea etiã quũ migrassent appellabãtur Leuitæ. (ibidem.) F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. *sibi vel suæ familiæ appropriando, & ex hac congregatione habuit ortum omnis religio.*
2 Et virtute ma. *in signis & prodigiis virtute diuina factis.*
3 Reddebant aposto. testimonium resurrectionis, &c. *diuinis miraculis confirmatum.*
4 Et gratia ma. erat in omnibus illis. *s. gratia Dei seipsos, & omnium ipsorum ad inuicem. ideo subditur.*
5 Neque enim quisquam egens erat inter illos, &c. *& subditur causa.*
6 Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant precia eorum quæ vendebant, & ponebãt ante pedes apostolorum. Diuidebãt autem singulis prout cuiq; opus erat. *& patet litera.*
7 Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est interpretatum filius consolationis, Leuites, Cyprius genere. *Hic consequenter ponitur exemplum in speciali de ista communicatione sociali. Et diuiditur in duas partes, in partem principalem & incidentalem, quæ incipit in principio cap. sequentis. Circa primum dicitur:* Ioseph autem qui cogno. est Barnabas ab apostolis, quod est interpretatum filius consolationis, &c. *Iste secundum Hier. in libro illustrium virorum, fuit ille qui cum Paulo vocatus fuit ad apostolatum, vt habetur. infrà xiij. Et fuit alius ab illo Ioseph, qui cum Matthia accepit sortes. infrà j. ca. vt dicitur in historia scholastica. Et hoc videtur verum, quia ille cognominatus est Barsabas, iste verò Barnabas: & quia ille fuit filius Alphei, & sic de Galilæa oriũdus: iste verò dicitur Cyprius, id est, de Cypro natus, dicitur enim genere, Leuites de qua tribu non videtur fuisse Alpheus.*

✻ Cum

MORALITER.

✝ *7 Ioseph autem qui cogno. est Barsa. &c.* Ioseph autem interpretatur accrescens: per quod significatur, quòd omnis religionem ingrediens debet eam ingredi sub firmo proposito spiritualiter proficiendi. Barsabas interpretatur filius quietis, vel consolationis: nam religionem ingrediens & ibi proficiens, consolatus est de statu suo: & similiter alij fratres consolati sunt de ipso. Dicitur etiam Cyprius genere. Cyprus autem mœrens interpretatur, quia bonus religiosus debet esse mœrens pro peccatorum suorum expiatione, & pro cęlestis gloriæ dilatione.

 ✝ Cum

¶ Vbicunque vel quacunque occasione. a ¶ Causa dispersionis. b ¶ Alias illum.

A genere Cyprius genere, cũ haberet agrũ vẽdidit eũ, & 1 2 3 attulit preciũ, & posuit ante pedes apostolorũ.

a ¶ Non partem aliquam, sed integrum agri precium. b ¶ Vt commune fieret omnium. D

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum haberet agrum vendi. eum. *Licet enim Leuitæ non haberent agros in Iudæa, tamen poterant habere in alia terra. Parentes autem istius tempore Antiochi, vel alterius tyranni fuerant ad insulam Cypri translati, vbi agros licitè poterant habere, & eos vendere.*

2 Et attu. pre. *integrum, nihil sibi retinendo.*

3 Et po. an. pe. apo. *vt inde prouideretur communitati secundum dispositionem eorum.*

MORALITER.

1 *Cum haberet agrum vendidit eum.* Nam religiosus professionem non facit nisi expropriatus.

2 *Et attulit precium.* scilicet totum.

3 *Et posuit ante pedes apostolorum.* Nam de hoc debet dispensari per ordinationem superiorum.

ADDITIO.

In ca. iij. vbi dicitur in postilla: Si enim Petrus sic ei respondisset, spem recipiendi aliquid ab eis non dedisset, &c.

Licet Petrus in sua responsione non dedisset spem claudo illi recipiendi aliquid ab eo, prout verba planè sonant, non tamen ex hoc sequitur, quòd claudus ille non sperasset se aliquid ab eis recepturum. Chananæa enim licet audisset à domino: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus (quibus verbis Christus nullam ei dabat spem impetrandi petitionem suam) nihilominus illa tanquam sperans aliquid recipere, persistebat in sua petitione, vt patet Matthæi decimoquinto. Vnde similiter posset in proposito dici. ideo glosa interlinearis in suo vigore stare videtur.

CAP. V.

Homil. 12. a Vir, &c. ✠ CHRYSOST. Vide dilecte, quomodo non permittebant apostolos vendere, sed ipsi vendebant, & illis præcia dabant. At non sic Ananias, sed sustrahit aliquid de B præcio agri quem vendiderat. Ideo & punitur, tanquam non bene in hac re se habens, & deprehensus rerum propriarũ fur. Ille sermo etiam nostri tẽporis sacerdotes plurimum taxat. Quoniã autem facti conscia erat, & illius mulier, ideo & illam examinat. At diceret fortasse quispiã, quòd valde acerbe illã tractarit. Dic sodes, quæ est illa seueritas amara? Si enim qui ligna collegerat, lapidatur, quanto magis qui sacra diripit, sacrilegus? Etenim pecuniæ illæ iam sunt sacræ. Igitur qui voluit sua vendere, ac distrahere, iterúmque accepit de illis, sacrilegus fuerit. Si autem qui de suis accepit sacrilegus, multò magis qui de alienis, &c. Vides, quod hoc crimen imputatur, eo quod pecunias accepit, quas consecrarat, &c.

Num. 15. † 12. q. 1 c. 2. & 27. q. 1. c. Ananias. 23 q 4. cap. quod Christus. & c. ea vindicta in fi. & q. fin. c. legi. & c. occidit. & c. Petrus. Leu. 10. a 2. Reg. 6 b

lib. 3. offic. cap. 3. ✠ AMBROS. Quid euidentius eo, quod Ananias defraudans de præcio agri sui, quem ipse vendiderat, & rationem præcij tãquam summæ totius numerum ante pedes posuit apostolorum, sicut reus fraudis interiit.

Sequitur. *Tentauit.* RAB. Præteritum ponit, quia perfecta erat tentatio. Tribus modis tentatio agitur, suasione, delectatione, consensu: quod totum impletum est in Anania.

Tribus modis fit tẽtatio

Homil. 12. ✠ CHRYSOST. Etsi Sathanas hoc fecit, cur illi imputatur? Reus factus est, illius operationi parens, & efficacia impletus, &c.

&c. Tibi autem licebat tua retinere. Cur igitur sacra fecisti ea, & postea accepisti, fecisti magno contemptu. Facinus veniam non habet, excusatione caret. Nullus autem offendatur, si quidam E etiam nunc sint sacrilegi: si enim tunc fuerunt, multò magis & nunc quando multa mala: sed repræhendamus illos in omnibus, vt cæteri metum habeant. Iudas sacrilegus fuit, sed non offendit alios discipulos. Vides quanta mala, pecuniarum cupiditas facit.

b *Cur tenta.* BED. Alia translatio quare impleuit sathanas cor tuum? Vbi notãdum: quòd mentem hominis iuxta substãtiã nihil implere potest, nisi creatrix trinitas, quia tantũmodo secundum operationem & voluntatis instinctum anima de his quæ creata sunt impletur. Implet verò sathanas cor alicuius, non quidem ingrediens in eum & in sensum eius, neque introiens aditum cordis (siquidem hæc potestas solius Dei est) sed callida & fraudulenta deceptione animam in affectus malitiæ F trahens per cogitationes & incentiua vitiorum, quibus plenus est. Impleuit ergo sathanas cor Ananiæ, non intrando, sed malitiæ suæ virus inserendo.

† impleuit † vt mentireris † i prorsus tibi manebat.

c *Et frauda.* RAB. In hoc videtur mendacium fuisse, quia totũ vouerat. Melius est autem non vouere, quàm post votum non soluere spirituisancto.

d *Nonne manens tibi mane.* ✠ AVG. Si Deo displicuit derrahere de pecunia quam vouerant (Ananias & Saphyra) Deo, & vtique illa pecunia, vsibus hominum fuerat necessaria. quomodo irascitur Deus quãdo vouetur castitas, & nõ exhibetur, vouetur enim ad vsus

In addition. Donatisti. serm 12.

CAP V.

a ¶ Nomen eius primo non ponitur vt Ioseph, quia istum culpa ignobilem fecit.

a Vir autem quidam nomine Ananias cum 1
Saphyra vxore sua vendidit agrum, &

a ¶ Ideo fraus fuit, quia totum vouerat sicut cæteri. b ¶ Quæ quia consors criminis, merito fuit & mortis.

fraudauit de precio agri conscia vxore
sua, & afferens partem quandam ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem

a ¶ Quamuis ante pedes apostolorum posuisset, tamen Petrus quasi princeps apostolorum loquitur. b ¶ Increpatio est. c ¶ Contrarius spirituisancto contradicit.

b Petrus: † Anania: cur † tentauit sathanas cor tuum † menti- 2

a ¶ Poteras aliter agere: quia nonne manens, &c.

c rite spirituisancto, & fraudare de precio agri? Nonne † ma- 3

d a ¶ Tuum erat, tibi proficere poterat. b ¶ Quod nunc. c ¶ Priusquam venundaretur, quia non cogimur, sed suademur perfecti esse, domino dicente: Si vis perfectus esse, valde vende omnia quæ habes, &c. 4

nens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

1 Vir au. quidam. *Hæc est pars incidetalis, in qua occasione Ioseph qui totum præcium fideliter communicauit, ponitur exemplum de Anania, qui per oppositum partem defraudauit. nam opposita iuxta se posita magis elucescunt. Et diuiditur, in duas partes, quia primo ponitur culpa. secundò pœna, ibi:* Audiens autem. *Circa primum dicitur:* Vir autem, & c. *& patet litera vsque ibi.*

Diuisio

2 Cur tenta. sa. &c. *Promiserant enim Deo omnes de societate illa viuere sine proprio: & sic mentitus Deo fuit partem sibi appropriando. mentitus etiam fuerat hominibus, dicendo quòd erat totum agri præciũ sicut patet per verbum vxoris suæ, infra dicentis: quòd pro tanto præcio agrum vendiderant, quæ erat conscia facti, vt præmissum est: & per consequens probabile videtur, quòd ipsa & vir suus conuenerant in modum loquendi de ista venditione: & respondendi.*

3 Et frauda. &c. *Retinere enim sibi soli quod est commune, & occultè, est communitatem defraudare.*

4 Nonne ma. ti. ma. &c. *s. ante votum.*

5 Et venun. in tua, &c. *q. d. tunc poteras agrum vendere vel retinere: & de precio tuam voluntatem facere, nec aliquis coegit te votum facere*

MORALITER.

1 *Vir au. qui. &c.* Postquam in fine præcedentis ca. positum est exemplum boni religiosi; ponitur exemplum mali, vt opposita iuxta se posita magis elucescant. Per Ananiam enim & eius vxorem de agri præcio defraudantes, significantur quæcunque personæ religiosæ viri vel fœminæ proprietatis vitio deprauatæ, & sic Ananias & eius vxor subito morte corporali pro suo peccato fuerunt puniti. Sic religiosi proprietarij nisi pœniteãt, punientur morte gehennali.

A ad vsus Dei, & non ad vsus hominum. Quid est quod dixi ad vsus Dei, quia de sanctis Deus facit sibi domum, facit sibi templum, in quo habitare dignetur. Et vtique sanctum vult manere templum suum. Potest ergo virgini sanctimoniali nubenti dici, quod ait Petrus de pecunia: virginitas tua nunquid non manẽs, tibi manebat, & antequam eam voueres, in tua fuerat potestate? Quæcunque autem hoc fecerint, vouerint talia, & nõ reddiderint, non se putent temporalibus corripi mortibus, sed æterno igne dãnari.

a *Sed Deo.* Supra dixerat, spirituisancto: patet ergo spiritum esse Deum.

b *Ceci.* RAB. Legũ initia semper vindictis commendantur. Duo filij Aaron ignẽ offerentes consumũtur: Oza sustinẽs arcam mortuus est. Cecidit ille, vt cæteri præuaricatores exemplo eius terreantur.

† Dixit

B

† 27. dist. c. quod interrogasti.

lib. 1. offic. cap. 30. ✠ AMBROS. Nũquid Petrus ita indignatione efferbuit, vt Ananiam extingui vellet, vel vxorẽ eius: Sed exemplo eorum noluit periri cęteros.

Idem lib. 3. cap. 9. ✠ IDEM. Licuit & vtique nihil offerre, & hoc sine fraude fecisset. Sed quia fraudem admiscuit non liberalitatis gratiam reportauit, sed fallaciæ pœnam exoluit.

lib de pudicit. c. 21. ✠ TERTVL. Percussus est Ananias & Elimas, Ananias morte, Elimas cæcitate, vt hoc ipso probaretur Christum & hæc facere potuisse.

C *Ceci. & expi.* BE. Non causa quæstus tam seueram præuaricationis dedit sentẽtiam, sed præuidens futura & zizania, quæ simplicitatem ecclesiæ prauis moribus adulterarẽt. Ex his enim Sarabaitarum genus exortum dicitur, qui rebus suis nequaquam derelictis, apostolorum distributionem se custodire simulant. Nulla reos passus est pœnitentia curari, sed ad timorem posterorum noxium germen radicitus amputauit.

RAB. Verum transgressores legis Christi (quæmuis temporali morte non puniantur) mortem sciant sibi imminere æternam.

Homil. 12. ✠ CHRYSOST. Ille punitus est & alij lucrifacti sunt. Atque adeo non simpliciter hoc dispensatur, tametsi & alia signa prius facta fuerint, attamen non erat talis metus. Sic verum est illud, quod cognoscitur dominus iudicia faciens. Ita & in archa, vsuuenit. Oza enim punitus est, & factus est aliis timor. Sed illic quidem territus rex amouerat archam. Hic autem illi attentiores facti sunt.

Psal. 9.

D 2. Reg. 6 & 2. Para. 13.

c *Et fa. est ti. &c.* BED. Anticipatio: quoniam solius viri morte ante vxoris exitum pauci audierant, quamuis de paucis dici potuerit, quod timuerunt.

Ibidem. ✠ CHRYSOST. Vidisti quomodo nõ vocauit illam Petrus, sed expectauit donec ingrederetur, neque alius quispiam ausus fuit annũciare: quod acciderat. Hoc erat, metus magistri, honor discipulorum, & obedientia. Et nondum didiscerat vxor, neq; aliquis eorum, qui præsentes fuerãt, annũciauerat, quamuis ad diuulgandum sat temporis erat, verumtamen timebant, &c. Sed magna cæcitas non permisit illã crimen deponere: verùm cum pertinacia multa respondit, &c.

† in

E † Cur conspirastis inter vos, vt tentaretis

d *Horarum triũ spaciũ, & vxor, &c.* RAB. Paruum tempus pœnitentiæ datur vxori, cuius culpa magis est venialis quàm mariti, vt quæ consensit capiti.

Ibidem. ✠ CHRYSOST. Cogitate qua pœna digni sunt qui iurant ac peierant, &c.

e *Dic mihi, &c.* RAB. Culpam vxoris interrogãs, declarat ex ipsius confessione, quam maritus suam monstrauerat in opere.

f *Quid vtique, &c.* Increpatiuè dictum. vel sic distinguendum: quid? q. d quid est hoc? deinde sibi ipse respondet & dicit: vtique conuenit inter vos tentare spiritum domini?

g *Tenta. &c.* RAB. Tentatio spiritus in hoc erat quod probauerunt quanta sit eius scientia.

F

h *Sepelierunt.* RAB. Ex hoc multi exemplum sumunt, vt vxores ad viros suos sepeliãt. Alij indignum putant, vt de præuaricatoribus exempla capiant, quibus in crimine simul & morte & sepultura meritum, æquale fecerat consortium.

i *Et factus est.* ✠ AVG. Ideóque prius Ananias à Saphyra in cõspectu ecclesiæ citò mortui sunt, vt apostolica authoritas, quanta esset, ostenderetur: & quàm magnum peccatum esset, quod oblatum est, iterum ab ecclesia retrahere monstraretur, & cæteri huius exemplo castigarentur.

De mirabi. lib. sacr scriptu. lib. 3. in fine.

a Definito consilio stabiliuisti. b ¶ Quod custodire debueras. ¶ Mentiendi vel fraudandi. c ¶ Quod putat secretum, apparet per infidelitatem.

Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus 1 2

a ¶ Qui scrutatur corda. ¶ Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

a hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, 3 4

a ¶ Spiritum emisit. b ¶ Hæc velox vindicta magnum timorem incussit.

b cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus † super om- 5 6

c a ¶ Corda fidelium.

nes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes, amouerunt 7

d eum, & efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi hora- 8

¶ Nesciens maritum mortuum esse.

rum trium spacium, & vxor ipsius nesciens quod factum

a ¶ Re non verbo. introitui vxoris, non sermoni.

e erat, introiuit. † Respondit autem ei Petrus: Dic mihi mu-

¶ Si tanti precij partem illam apparet fuisse: quid vtique conuenit, &c. ¶ Apparet partem illam precij fuisse præsentem.

lier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. Pe- 9 10

a ¶ Taliter vt prædictum est.

f trus autem ad eam: † Quid vtique conuenit vobis tentare 11 12

g a ¶ Non nos homines quod putabatis. b ¶ Breui narratione totum concludit: qui enim sepelitur mortuus est.

spiritum domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum 13

a ¶ Ad sepulchrum. ¶ Hac breuitate etiam eam morituram ostendit. b ¶ Quia non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus digni sunt morte.

tuum ad ostium, & efferent te. Confestim cecidit ante pedes 14

a ¶ Qui ad ostium steterunt.

eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes inuenerũt illam

a ¶ Vt ante dixerat, & efferent te.

h mortuam, & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum. Et 15

i a ¶ Congregatione fidelium credentium. b ¶ Etiam incredulos.

factus est timor magnus in vniuersa ecclesia: & in omnes 16

NICOLAVS DE LYRA.

cere, & communitatem istam intrare.

1 Quare p. in c. t. h. rem. *i. dictam fraudem. volebat enim de medietate præcij habere expensas communes, sicut & alij, & de alia medietate viuere lautius in occulto.*

2 Non es men. ho. *s. solum.*

3 Sed *etiam.* Deo. *vt patet ex prædictis.*

4 Audiens au. *Hic consequenter ponitur pœna, cum dicitur.*

5 Ceci. *subito à Deo percussus. Transgreßiones enim alicuius legis seu ordinationis grauiter sunt in principio puniendæ, vt lex firmetur, & alij terreantur. & hoc modo Nadab & Abiu filij Aaron offerentes ignẽ alienum, percussi fuerunt à Deo in die suarum consecrationum, Leui. x. a.* Et colligens ligna in sabbato lapidatus. *Nu. xv. d. ideo subditur.*

6 Et fa. est ti. *retrahens alios à consimilibus, hoc tamen dicitur hic per anticipationem, quia pauci adhuc sciebant hoc factum quod patet ex eius vxore postea veniente, & factum penitus ignorante.*

7 Surgen. au. iu. &c. *Ex hoc autem dicunt aliqui, quòd Ananias audiens verbum Petri pœnituit, & mors illa sibi pro expiatione culpæ fuit, nam Petrus præuidit, quòd religiosi morientes proprietarij forent ecclesiastica sepultura carituri, & sic non permisisset Ananiam sepeliri nisi pœnituisset, cum esset ordinator ecclesiæ: sed quicquid sit de veritate, hoc non videtur valere: quia non dicitur hic vbi fuerit sepultus, scilicet in loco sacro vel non sacro, & videtur magis quòd in loco non sacro & occulto. Si enim portatus fuisset ad cemiterium commune, probabile videretur, quòd vxor sua sciuisset. Alibi autem sepeliri possunt proprietarij.*

8 Factum est au. *Hic consequenter ponitur pœna vxoris. & patet litera vsque ibi.*

9 Si tan. agrum ven. *i. pro tanto præcio & non maiori. & expreßit Petrus præcise summã quã vir eius posuerat in cõmunitate, quæ respõdit.*

10 Etiam. *id est, certè.*

11 Tanti. *præcij.*

12 Quid vtique con. vo. ten. spi. do. *Hæc enim fraudatio dicitur Dei tentatio, quia per ipsam acquisierunt experientiam de Dei notitia occasionaliter, illam fraudem grauiter puniendo. Tentare enim est experimẽtum accipere de aliquo.*

13 Ecce pedes eo, qui se. vi. tu. *iam reuersi de eius sepultura.*

14 Et efferent te. *punitam simili pœna. Cætera patent vsque ibi*

15 Et fa. est ti. ma. in vni. *i. in conuersatione credentium in Christum, retrahens quemlibet de congregatione à simili transgreßione.*

16 Et in omnes qui audie. hæc. *nam alij qui non ponebant sic bona sua in communi, nihilominus ex hoc facto fuerunt territi cogitantes seueritatem vltionis diuinæ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Apostolorum.* Non solius Petri licet pro honore eius cæteri taceantur, non tamen facta eorum tacentur.

✠ CHRYSOST. Ex hoc manifestum, quod non in domibus, sed in templo quod occuparant, conuersabantur. Neque vltra cauebant sibi, ne contingerent mortua: sed nihil curantes, eos attingebant. Et vide quomodo in suos erant austeri, in alios autem potentia non vrebantur.

b *Vnanimiter omnes.* RAB. Vt supra dictū est. In hoc mirandi sunt, quia magnitudo gratiæ non fecerat sensus diuersitatem.

✠ CHRYSOST. Hoc dicit, quod non vltrà erant contemptibiles, sicut & prius, & quod breui tẽpore ac vnico momento tanta facta sint à piscatore & priuato. Cælum itaque iam erat terra, tum propter viuendi rationẽ, tum ob libertatem dicendi, miracula̓que omnia, & quemadmodum angeli, ita admirabiles erant, ad nihil se conuertẽtes, non ad risum, non ad minas, non ad pericula. Non solum autem propter hoc, sed etiam quod valde humani, & pro aliis solliciti erant, alios enim pecunia, alios corporali ministerio iuuabant.

c *Cæterorum, &c.* Exemplo Ananiæ, & vxoris. pœna enim duorum qui fraudulenter eis se coniunxerant cæteris tribuit exemplum.

✠ CHRYSOST. Magna accedentium fides, & maior quàm sub Christo ipso, vnde autem hoc factum est? Ex eo quod Christus prædixerat, *Qui credit in me, &c.* Manentibus enim illis illic, & non circumeuntibus, afferebant omnes in lectis & grabbatis quos habebant infirmos, &c.

d *Augebatur credentium domul.* RAB. Tanta erat multitudo credentium, vt fidei crescente fortitudine sola sufficeret vmbra. Vel tot erant tunc infirmi à credentibus allati, vt omnes non possent contingere.

✠ BEDA. Tunc Petrus vmbra corporis sui inuisibiliter alleuiabat infirmos, nũc inuisibili suæ intercessionis vmbraculo fideles infirmos roborat.

✠ AVG. Si tunc opem ferre poterat vmbra corporis, quãtò magis nunc plenitudo virtutis? Si tunc supplicationibus proderat aura quædam transeuntis, quantò magis gratia nunc permanentis, &c.

e *Saltem vm.* BED. Tunc Petrus vmbra corporis sui inuisibiliter alleuiabat infirmos, qui nunc inuisibili suæ intercessionis vmbraculo fideles infirmos roborat. Et quia etiam Petrus figura est ecclesiæ, ipse rectus incedit, sed vmbra iacẽtes erigit, quia ecclesia cælestibus intendens quasi vmbraticè transcurrit in terra, & hic sacramentis & figuris cælestium renouat, quos illic perpetuis donis remunerat.

RAB. Impletur sententia domini. *Qui credit, opera quæ ego facio & ipse faciet & maiora horum faciet.*

f *Exurgens, &c.* ✠ CHRYSOSTO. Nihil impudentius neque audacius malitia. Qui experti antea didicerant, quanta illorum virilitas ac fortitudo ex his quæ attentarant, attamen denuò attentant, & iterum simul consurgunt.

Surgens princeps sacerdotum, &c. Motus ex his, inquit, quæ acciderant excitatus est, & iniecerunt manus suas in apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Nunc vehementius illos insectantur, nec statim illos iudicarunt, expectantes iterum, vt illis fiãt benigni. &c.

a *Hæres.* BED. RAB. Hæresis scissio interpretatur. Vel hæresis ab electione, quia spretis aliorũ dictis quod sequendum putat eligit.

b *Saducæo.* BE. Saducæi interpretantur iusti, dicti à Sadoch sacerdote, vel propter genus vel propter mores: iustificãtes autem seipsos vẽdicabant sibi quod non erant, corporum resurrectionem negantes, animas cum carne perire dicebãt: sed nec angelum neque spiritum vllum esse credebant, omnes scripturas præter libros Moysi respuebant: & ideo maximè principibus in persecutione apostolorũ cõsentiebant qui virtute & signis reddebant testimonium resurrectionis Christi.

✠ CHRYSOST. Iterum incidunt in pericula, iterum diuina gratia fruuntur. (& post paulò) Eductis: non ille eduxit eos, sed permittit, vt & hac ratione ipsi imperterriti esset quod & ostẽderant, nocte ingressi in templum & docentes. Si autem emisissent illos custodes, effugissent: siquidem persuasi exiissent, imò si eos illi emisissent neutiquam in templo docuissent, sed fugissent, &c. Cur etiam per noctem emisit illos, quia sic magis quàm aliter eis creditum est, &c.

c *Angelus autem, &c.* BEDA. Non dubitat Thomas Christum carnem, & ossa habuisse, quem ianuis clausis vidit intrasse, ecce ipse cum sociis mortali adhuc carne vestitus clausis ianuis egreditur.

d *Vitæ huius.* RA. Christianæ vel æternæ. Quod ideo non additur quia famosa erat secta Christianorum, pro qua traditi sunt carceri.

RAB

✠ RABBANVS. Christianæ vel æternæ, quod ideo non additur: quia iam famosa erat secta Christianorum, pro qua traditi sunt carceri.

✠ CHRYSOST. Duplex securitas, sicut & in sepulchro, erat obsignatio & homines. Vide, quomodo cum Deo pugnabant. Dic oro, erantne hæc humana, quæ cum illis facta, quis illos eduxit ianuis clausis, quomodo exiuerunt custodibus ante fores stantibus, ita insaniẽtibus & ebria verba proferentibus. Quos non detinuerunt carcer & vincula, fores clausæ, hos sperabãt se posse vincere, insipientiũ puerorum rem dicentes. Ministri sanè illorum, propter hoc adsunt, & factum confitentur, vt omnem in illis excludant occasionem. Vides signa varia cum signis, alia quidem ab illis, alia autem in illos facta, quæ & clariora erãt: Benè, neque ipsis statim indicatum est, prius anxij secũ fuerunt, vt cognoscẽtes diuinam esse virtutẽ, sic discant omnia. O insipientia, timebãt, inquit, turbam. Quid enim illis prodesse poterat turba? Oportebat timere Deum, qui tanquam volucres illos semper ex ipsorum manibus eripiebat: sed magis turbam metuebant.

e *Conuocauerunt.* ✠ OECVM. Angeli namq; è carcere eductio apostolis quidem ad consolationem, Iudæis verò ad vtilitatem exhibita est. Iguorarunt autem Iudæi diuinam esse potentiam, vt primum in agendorum perplexitate constituti, si vellent cõprælienderentur & ipsi ac docerentur. Illi vero adeò excæcati sunt, vt neque auderent vi à templo abstrahere apostolos, quos tamen maximè abominabantur.

f *Carcerem qui. &c.* BE. Insani Iudæi qui stimulante inuidia dicunt furantibus apostolis Iesu de monumento sublatum, quo furto dicant apostolos de carcere clauso ablatos?

g *Magistratus.* BE. Secundum Græcum magistratus legendum est singulari numero, sicut & in sequenti vbi dicitur: tunc abiit magistratus cum ministris.

☞ *Ange*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Per manus au. *Postquam superius posita est prædicatio Petri apud Iudæos singulariter, hic consequenter ponitur eius prædicatio apud eosdẽ cum aliis apostolis communiter. Et diuiditur in duas partes. nam primo describitur hæc prædicatio tanquam virtuosa. secundò ex hoc oritur Iudæorum concitatio venenosa, ibi:* Exurgens autem, &c. *Circa primum ostenditur apostolorum prædicatio virtuosa ex duobus, scilicet ex miraculis eam confirmantibus, & ex multiplicatione credentium ad exhortationem apostolorum. & hoc est quod dicitur:* Per manus apo. &c. in ple. *Non dicit in principibus: quia non credebant paucis exceptis, quinocultè Christiani erant, vt Gamaliel, Nicodemus, & aliqui alij.*

2 Et erant vna omnes. *s. apostoli.*

3 In porticu. Sa. *vbi erat locus orationis, & prædicationis.*

4 Cæterorum autem nemo audebat con. &c. *fictè. s. timentes pœnam quæ venerat super Ananiam, & eius vxorem.*

5 Sed magnificabat eos po. *propter curationes & miracula quæ fiebant. & quia bona pro malis suis persecutoribus reddebant. & subditur de multiplicatione credentium, cum dicitur.*

6 Magis autem au. &c. *& patet litera vsque ibi.*

7 Vt ve. Pe. sal. vm. &c. *in quo ponitur differẽtia Petri ad alios apostolos in operatione miraculorum. Nam alij apostoli curabant infirmos, per tactum manuum, sicut dictum supra. Per manus apostolorum, &c. Petrus autem non solum per tactum sed etiam per vmbram, quod est maius: quod fiebat ad ostendendum, quòd erat principalis apostolus. Sciendum tamen, quòd si considerentur miracula ex parte virtutis actiuæ vnũ non est*

eis maius alio: quia omnia fiunt virtute diuina infinita, cum sint opera totam virtutem naturæ creatæ transcendentia. Si autem considerentur quantum ad rem factam. sic vnum est maius alio: sicut suscitatio mortui quàm curatio leprosi, & curatio leprosi quàm curatio subita languidi. Similiter si considerentur quantum ad modum faciendi, sic maius est curare leprosum, vel languidum solo verbo quam tactu: & per vmbram quã per verbum. verbum enim est aliquid procedens ex homine habens virtutem, sed vmbra nihil est ipsius, sed tantum priuatio lucis ex interpositione corporis. Et quia Christus non legitur curasse per vmbram, sicut Petrus, ideo videtur impletum fuisse quod dixit Ioan. xiij. b. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. *Cætera patent in litera.*

8 Exurgens autem. *Hic consequenter ponitur sacerdotum concitatio venenosa. nam concitati inuidia quæ venenum est animæ, voluerunt apostolos perdere, sed non potuerunt, diuina virtute eos protegente. Et secundum hoc residuum huius ca. in quatuor partes diuiditur, quia primò ponitur apostolorum captio, secundo captorum increpatio, ibi:* Et interrogauit. *tertio increpatorum excusatio, ibi:* Respondens autem. *quarto excusatorum dimissio ibi:* Consenserunt autem. *Prima adhuc in tres. quia primo ponitur apostolorum iniuriosa captio. secundò eorum miraculosa liberatio, ibi,* Angelus autem. *tertiò eorum cautelosa reductio, ibi:* Tunc abiit. *Circa primum dicit:* Exur. au. prin. sa. &c. *Ex hoc videtur, quòd ipse, & qui cum illo erant, de secta erat Saducæorum, qui negant resurrectionem, & spiritum & angelum, vt habetur. infra xxiij. ideo subditur.*

✠ Repleti

MORALITER.

✠ 1 Per ma. &c. ista signa & prodigia erant sanitates corporum virtute nominis Christi factæ, per quas significantur sanationes animarum, quæ fiunt per salubria consilia & hortamenta prædicatorum ecclesiæ.

2 Et erant v. &c. Salomon qui interpretatur pacificus est dominus noster Iesus Christus qui per suum sanguinem erga nos pacificauit Deum patrem: & in eius porticu qui fides est ecclesiæ, debent omnes catholici insimul habitare.

4 Cæte. &c. propter quod dicit Apostolus. ij. Cor. vj. c. quę pars fidelis cum infideli? q. d. nulla.

7 Exur

8 Exurgens au prin. &c. Isti Saducæi erant parum literati, quia de tota sacra scriptura nõ recipiebant nisi quinque libros Moysi. Ipsi etiam interpretantur iusti, non tamen erant iusti secundũ veritatem, sed magis secundum fictionẽ vel nominis vsurpationem. & ideo per istos significari possunt sacerdotes duri, & parũ literati, qui mouentur contra pauperes prædicatores, aliquando zelo inuidiæ, aliquando zelo iustitiæ fictæ, di. q. mouentur zelo iustitiæ ecclesiarũ suarum conseruandæ, & sic impediunt dictos prædicatores, & cõfessores ab animarum salute. Quod quidem impedimentũ incarceratio potest dici largè. nã impedimentum tale est multũ afflictiuũ eorum qui zelant pro animarum salute.

✠ Ange.

MORALITER.

✠ 3 Ange. au. &c. Per quem potest intelligi bonus episcopus. nã episcopi angeli dicuntur Apo. j. d. *Septem stellæ angeli sunt septem eccle*

gelica, quæ se non extendit ad faciendum duo corpora esse simul. Potuit tamen angelus virtute propria ianuas aperire, & claudere sicut prius. & huic modo educendi apostolos videtur litera magis concordare.

4 Ite stantes loquimini in templo. *constanter & intrepidè.*

5 Plebi. *ibi conuenienti.*

6 Omnia verba vitæ huius. *s. Christianæ, quæ est in præsenti per gratiam & per gloriam in futuro.*

7 Qui cum audissent intrauerunt diluculo. *tanquam feruidi ad impletionem mandati.*

8 Adueniens autem. *Hic consequenter ponitur dictæ liberationis admiratio, cum dicitur:* Adueniens autem, &c. *Et patet litera vsque ibi.*

9 Et miserunt ad carcerem, vt adducerẽtur. *Ad hoc enim positi fuerunt in carcere, vt in crastino inde traherentur ad iudicium, & condemnarentur. Cætera patent vsque ibi.*

10 Et custodes stantes, &c. *id est, diligenter custodientes. quasi dicat, non exierunt per defectum clausuræ vel custodiæ. Cætera patent vsque ibi.*

✠ Ambi

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Ambige.* B E. Nec sic credunt, malitia enim interior cor perfidum signis etiam manifestis obdurat.

b *Præc piendo.* B E. In Græco: Nonne præcipiendo præcepimus vobis? Nam sic loqui magis interroganti conuenit.

c *Replestis Ie.* R A B. Ierusalem principem ciuitatum in qua etiā nos conuersamur. in hoc ignoranter laudant apostolos, qui nec territi minis cessant prædicare.

d *Super nos sangui.* B E. Oblitus est princeps sacerdotum debiti, quod ipse sibi & suis imprecatus est dicens: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* [Mat.27.c]

R A B. Patet per antiphrasim dictū esse: *Sanguis eius super nos.*

B E. in Græco interrogatiuè legitur. Et temeraria interrogatio pontificis refutatur responsione prudenti. B

R A B. Interrogando dictū. Solet enim in verbis esse dubietas, cum in corde firma teneatur sententia. [† Suprà 4.d] [† 11 q.3.c. si dominus. & 15.q.6.c. iuratos. De sent.excō c. gelatum. ibidem.]

✲ C H R Y S O S T. Quid igitur Apostoli, iterum cum mansuetudine illis loquūtur, quamuis certè dicere poterant, Quinā estis vos, qui contrariū Deo præcipitis, & post, Igitur siquidem & illi vobis obedissent, bene argueretis, C sed quia & tunc dixerunt, se non obedituros, superfluæ sunt illæ correctiones. Vide criminum contextum, & magnam audaciā, & insipientiam. Voluntates nunc Iudæorum cædis auidas ostendere volunt, quod non propter veritatem hæc faciant, sed vt sese vlciscantur. Propter hoc apostoli illis non respondent audacter, &c. D

✲ C H R Y S O S T. Per hoc manifestantes, quod iuxta mentem ac sententiam Dei hæc facta sint. Non dixerunt autem, quod nō diximus vobis etiam tunc. Nos non possumus, quæ videmus & audiuimus nō loqui. Non enim erant ambitiosi & gloriosi. Sed iterū eadē dicūt crucē ac resurrectionem, &c. [ibidem.]

e *Obedire opor. &c.* ✲ B E R N A R. Quid enim, quod iubet homo, prohibet De⁹, & ego audiam hominē, surdus Deo? Non sic apostoli: Clamant quippe dicentes: *Melius e. obedire Deo, &c.* [Psal 7.]

f *Deus patrum.* R A. Non nouus nec à nobis nuper inuētus, vt eorum inobedientia sit inexcusabilis. E

g *Nos sumus testes.* ✲ C H R Y S O S T. Quorum? quod remissionem ac pœnitentiam promisit. Nā resurrectio quidem iam erat ex confesso. Quod autem remissionē dat, nos testes sumus. Et spiritussanctus, qui non aduenisset, peccatis antea nō dū solutis, atq; adeò argumentū hoc dubitatione ac cōtrouersia caret. Remissionē peccatorū audis miser, & quod pœnā nō exigit, & vis occidere, quanta est hæc malitia, &c. [ibidem.] F

h *Spiritussanctus.* B E D A. Nos roborauit, vt vobis etiam resistentibus magnalia Dei firmiter prædicemus: in nobis loquens format verba, quæ auditis.

a ¶ Vtrum fraude vel potentia factum esset.
a templi, & principes sacerdotum, ambigebānt de illis quidnā 1
fieret. Adueniens autem quidam nunciauit eis, quia ecce vi- 2
a ¶ Patet non fuisse fraudem, cum post euasionem non latebant. b ¶ Quod vos prohibuistis.
ri quos posuistis in carcere, sunt in templo stantes & docen-
tes populum. Tunc abiit † magistratus cum ministris, & ad- 3 [† dux]
a ¶ Ecce magnitudo fidei, non timere eos qui se vinxerant. b ¶ Non Deum. 4
duxit illos sine vi. Timebant enim populum ne lapidaren- 5
a ¶ Dixerat enim dominus: Tradent vos in concilijs. 6
tur. Et cum adduxissent illos statuerunt in concilio. Et inter 7
a ¶ Non leuiter diximus, sed autoritate pontificali præcepimus.
b rogauit eos princeps sacerdotum dicens: Præcipiendo præ- 8
a ¶ Iesu, quod propter claritatem vel odium tacent.
b ¶ Non solum docuistis contra nostram prohibitionem: sed etiam repletis.
c cepimus vobis ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis 9
a ¶ Noua & culpabili. 10
d Ierusalem doctrina vestra, & vultis introducere super nos 11
a ¶ Sanguinis vindictam prædicando eum iustum fuisse & Christum.
b ¶ Non Dei. c ¶ Iesu, quod non addunt, vt supra dictum est duabus de causis.
d ¶ Quasi princeps.
sanguinem hominis istius. † Respondens autem Petrus & 12
a ¶ Ex feruore & zelo non patiuntur vnum loqui pro omnibus.
a ¶ Breuiter loquendo dant exemplum non vtendi verborum circumitu.
e apostoli dixerunt: † Obedire oportet Deo magis quàm ho- 13
a ¶ Supra dixerat: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. ideo nunc breuiter dicit, Deus patrum.
b ¶ In resurrectione, hoc maximè oderunt.
f minibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum quem 14
a ¶ Hic manifestè sanguinem introducunt super eos. b ¶ Quasi reum & maledictum. 15
c ¶ Totius ecclesiæ quæ in cælo & in terra est.
vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principem 16
a ¶ Hominum. b ¶ Virtutibus vel ascensu in cælum.
c ¶ Prosperitate æternitatis vel filio. 17
& saluatorem Deus exaltauit dextera sua ad dandam pœ- 18
a ¶ Ideo virtutes factæ, ideo in cælum ascendit. b ¶ Quæ est fructus pœnitentiæ. 19
g nitentiam Israel, & remissionem peccatorum: & nos 20
a ¶ Virtutum, ascensionis, spiritus missionis. b ¶ Testis est. ¶ Ne vilis sit sermo humanus. 21 22
h sumus testes horum verborum, & spiritussanctus quem 23

☞ Omnibus

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Ambigebant de il. quidnam fie. *id est, vbi & quo quærerentur & caperentur.*

2 Adue. au. quidam, &c. *qui viderat astantes eos in templo, & intrepidè docentes:* Annunciauit eis, &c. *& patet litera.*

3 Tunc abiit. *Hic consequenter ponitur apostolorum cautelosa reductio. Inierunt enim isti concilium ad reducendum eos turpiter, & asperè sicut malefactores publicos sed videntes deuotionem populi, timentes ne lapidarentur mutauerunt propositum, & ad reducendum eos vsi sunt tantum verbo simplici, & hoc est quod dicitur:* Tunc abiit magistratus. *Nomen est officij, & tenetur collectiue pro maioribus communitatis.*

4 Cum ministris. *ad capiendum apostolos paratis.*

5 Et addu. illos sine vi. *Cuius causa subditur ex parte ipsorum cum dicitur.*

6 Timebant enim, &c. *Ex parte apostolorum causa fuit, prompta voluntas veniendi, & securitas de assistentia Dei.*

7 Et interrogauit eos, &c. *Hic ponitur apostolorum increpatio, cum dicitur.*

8 Præcipiendo præcepimus, &c. *id est, autoritate pontificali prohibuimus.*

9 Ne do. in nomine isto. *i. in nomine Iesu Nazareni.*

10 Et ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, &c. *contra præcepta nostra.*

11 Et vultis introducere super nos sanguinem hominis, &c. *q.d. non solum estis inobedientes, sed etiam crimen homicidij nobis imponētes.* [Diuisio.]

12 Respondens autem Petrus & apostoli dixerunt. *Hic consequenter ponitur increpatorum responsio: quæ est duplex. secunda ponitur ibi;* Surgens autem. *Prima verò est per apostolorum verba cum dicitur:* Respondens autem Petrus & apostoli, &c. *Licet glos. interlinearis dicat, quòd apostoli ex feruore moti non fuerunt passi vnum pro omnibus loqui, non est tamen verisimile, quòd omnes loquentes simul dederint responsionem quæ sequitur per ordinem: quia ibi fuisset confusio vocum: quod non esset decens, nec bene intelligibile, nec sic permittitur hominibus loqui in loco iudicij. Ideo magis videtur saluo tamen meliori iudicio, quòd Petrus solus dedit responsionem: qua data alij apostoli approbauerunt eam tanquam suam: nec illa glosa cum non sit magistralis est autentica.*

13 Obedire oportet Deo magis quàm hominibus *hoc est per se notum, cum homines nullam autoritatem præcipiendi habeāt nisi à Deo, à quo est omnis potestas.*

14 Deus patrum nostrorum. *i. quem coluerunt patres nostri.*

15 Suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspēden. in li. &c. *& sic non imponimus vobis falso sanguinem ipsius.*

16 Hunc principem. *ecclesiæ militantis, & triumphantis.*

17 Saluatorem. *hominum.*

18 Deus exalta. *ad cælestia.*

19 Dexte. sua. *i. virtute sua, sicut declaratum est suprà capitulo primo.*

20 Ad dandam pœnitentiam Israel. *ad dandum tempus pœnitendi.*

21 Et remissionem peccatorum, & nos sumus testes. *quia nobis præceptum est ista testificari. vt patet suprà primo & Lucæ vltimo, quasi dicat, propter hoc oportet nos in hoc obedire Deo.*

22 Horum verborum. *scilicet resurrectionis, ascensionis, & missionis spiritussancti.*

23 Et spiritussanctus. *testificatur ista qui loquitur in nobis, & eius virtute fiunt signa & prodigia. Sed quoniam homines in malis obstinati responsionem rationabilem non recipiunt, ideo subditur.*

✲ Hæc

A a *Omnibus.* R A B. Non nobis solis, sed omnibus obedientibus, etiam vobis si velitis accipere. In hoc ad pœnitētiam prouocat.

b *Hæc autem cum audissent.* ✲ C H R Y S O S T. Vide excellentem malitiam, oportebat ex his quæ audierant perterreri: illi autem dissecabantur cordibus suis, & cōsultabant, vt sine causa occiderent. Et lōgè post. In vinculis erant isti, & sistebātur in iudicio, & qui iudicabant erant anxij, consilijq; expertes. Nam sicuti qui adamantem percutit, ipse sibi plagā infert, ita & hi: nam videbant non solum horum libertatē non impediri, sed prædicationem magis augeri, & imperterritos illos, etiam non data occasione, loqui. Imitemur hos dilecti etiam nos, & imperterriti simus in omnib⁹ B molestiis. Ei enim qui timet Deum, iam nihil graue est, sed sunt grauia in his qui non timent, &c. [Ibidem.]

c *Gamaliel.* Discipulus apostolorum, vt putabatur, remanens apud Iudæos cōsilio apostolorum, vt pessima destrueret cōsilia, & furorem eorum mitigaret.

B E D A. Vt Clemens dicit, Gamaliel consocius erat apostolorum in fide: sed consilio eorum cum Iudæis manebat, vt in tali turbine furorem eorum posset sedare.

✲ C H R Y S O S T. Hic Gamaliel Pauli præceptor fuit, & dignum admiratione, quòd tanto iudicio valens, ac legisdoctor existens, nondum crediderit, non poterat ille per omnia manere incredulus, & manifestum hoc ex verbis illius, quæ consulendo C affert. Vide, oro, hic Gamalielem, quomodo cum mansuetudine loquitur, & non dicit antiquas historias, quamuis haberet multas, sed recentiores, quæ ad confirmandam fidem, dictorum plurimum momenti habebant. [Homil. 14.]

d *Theodas.* B E D A. I O S E P H V S. Theodas persuasit multis sublatis ex vrbe facultatibus suis ripas Iordanis obsidere, & cum esset magus, prophetam se dicebat: & diuiso fluuio se præbere transitum promittebat: Cui iussu Fadi procuratoris equitū turba superueniens multis peremptis aut captis, ipsius caput Ierosolymam reuexit. D

✲ I O S E P H V S. Theudas & Iudas Galilæus de quibus hic agitur, circa annum Domini sextum seditiones in Iudæa fecerūt, varij tamen sunt ab illis, quos occidit Fadus missus à Claudio Imperatore post mortem Agrippæ in Iudæam circa annum Domini 46. quos tamen nostri interpretes confundunt. [Lib.20. antiq c.4.5.]

✲ C H R Y S O S T. Hæc si Iosephi historias inspexeritis, discetis euidentius, nā ille horum historiam conscribens, diligenter narrat. [Homil. 14.] E

e *Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populū po. &c.* De hoc Iosephus dicit, quia cogebat populum ne tributa soluendo Romanis libertatem amitteret: proferens ex lege soli Deo seruiendum, & eos qui decimas dabant, tributa non dare debere. Quæ hæresis intantum creuit, vt Pharisæi & multa pars populi Christum interrogarent, an liceret tributa dare Cæsari. [Mat.22 b]

f *Quoniam si est ex hominibus consilium, &c.* ✲ C H R Y S O S T. Hic & illos videtur hortari, vt ratiocinentur ac colligant. Igitur quia non est dissipatum, non est humanum. Ne quo pacto, & cum Deo pugnare inueniamini. Non dixit, si fuerit Christus Deus. Opus enim hoc declarabat, neque asserint quod non humanum, nec quod non diuinum, sed futuro tempori fidem permisit, ita vt persuadeat. At dicit quis, si persuasit, quare flagellarunt? Non potuerunt videre quàm indubitata iustitia, nihilominus tamen furorem suum impleuerunt, &c. F

¶ Non dabit. ¶ Iam coram vobis.
a dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Hæc autem cum au- 1
b ¶ Cordibus. a ¶ Quia verbis non poterant prohibere.
dissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos. † Sur- 2 [† Infrà 22.a]
a ¶ Non Saducæus, qui negabat resurrectionem.
c gens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gama- 3
a ¶ Non imperitus qui non audiretur.
liel, legisdoctor, † honorabilis vir vniuersæ plebi: † iussit † fo- 4 5 [† in pretio habitus apud totum populum] [† Suprà 4.f † vt paulisper secederent foras apostoli.]
a ¶ Apostolos secedere, quasi excludendos iudicaret. b ¶ Qui sobrij & prudentes debetis esse.
ras ad breue homines fieri. Dixitq; ad illos: Viri Israelitæ at- 6
a ¶ Non iudicando cum furore.
tendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante 7 8
a ¶ Magnum prophetam, vel Christum.
d hos enim dies extitit Theodas dicens se esse aliquem: cui
† consensit numerus virorum circiter quadringentorū: qui 9 [† adhæsit]
occisus est, & omnes quicunque credebant ei dissipati sunt,
e & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in 10
a ¶ Quando exiit edictum à Cæsare Augusto, vt profiteretur vniuersus orbis.
b ¶ A veritate. c ¶ Multum vt non miremur multitudinem credentium.
diebus † professionis: & auertit populum * post se, & ipse pe- 11 [† descriptionis] [* multum]
a ¶ Consentientes cum facientibus par comprehendit pœna. 12
riit, & omnes quotquot consenserūt ei dispersi sunt. Et nūc 13
¶ Nolite interficere.
itaque dico vobis: discedite ab hominibus istis, & sinite illos. 14
f Quoniā si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissol- 15 16
a ¶ Grauius inculcat consilium ne spernatur. 17
uetur. Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere: † Ne forte 18 [† nequādo]

☞ Cæsis.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Hæc cum audis. *principes sacerdotum.* dissecaban. *quia responsionem eorum non poterant infringere, & tamen volebant eos occidere.*

2 Surgens autem. *Hic ponitur secunda excusatio per Gamaliel verba, qui vt dicit Glo. erat discipulus apostolorum, occultus tamen, vt Iudæorum pessima consilia dissiparet.*

3 Pharisæus. *in hoc quòd credebat resurrectionem, & spiritum, & angelum, sed non sequendo malitiam Pharisæorum.*

4 Legis do. hono. *& sic magis habebat autoritatem loquendi.*

5 Iussit foras ad bre. ho. fi. *i. apostolos, vt in eorum absentia efficacior esset pro eis eius sententia.*

6 Viri Israe. *qui estis in lege & prophetis eruditi.*

7 Attendi. vobis, &c. *q.d. non debetis eos præcipitanter condemnare, sed facta præterita considerare, quorum duo recitat, di.*

8 Ante hos e. dies ex. The. di. se esse ali. *s. magnum prophetam qui vt dicit Iosephus magicis artibus multos de Ierusalem decepit, & multis facultatibus ex Ierusalem sublatis duxit eos vsque ad ripas Iordanis, dicens se præbere eis transitum per arentem alueum.*

9 Qui occi. est, &c. *per milites ad hoc missos à Fado præside Syriæ.*

10 Post hunc ex. Iu. in d. pro. *i. tempore quo singuli de Iudæa ibant ad ciuitatem suam, vt se esse subditos profiterentur Romanorum, vt habetur Luc. ij.*

11 Et auertit popu post se. *affirmans publicè, quòd illicitum erat Iudæis aliquem dominum cognoscere: nisi solum Deum, qui eduxerat eos de seruitute Aegypti. Sed hoc erat falsum, quia Ieremias qui sanctus fuit, inducebat Sedechiam, & alios de populo Iudæorum ad seruiendum regi Chaldæorum: Iere. xxxviij. Similiter. ij. Para. vl. Sedechias inculpatur de hoc: quòd fregit iuramentum quod fecerat Nabuchodonosor, de seruiendo sibi sub tributo: quod scriptura non fecisset, si iuramentum illud fuisset illicitum. Similiter Daniel & socij eius qui fuerunt sancti, humiliter & fideliter seruierunt Nabuchodonosor regi. propterea etiā Saluator Mat. xxij. interrogatus, si liceret Iudæis reddere censum Cæsari. respondit: Reddite quæ sunt Cæ. Cæsari quæ sunt Dei Deo.* [Regibus seruiendū esse]

12 Et ipse pe. & o. quor. con. ei. *adhærentes eius falsæ doctrinæ. Consequenter replicat ad propositum prædicta. di.*

13 Et nunc ita. dic. v. dis. ab ho. istis. *i. ab eorum persecutione.*

14 Quo. si est ex ho. con. hoc. *i. si doctrina eorū est humanitus cōficta.*

15 Dissolue. *sicut & prædictorum.*

16 Si vero ex Deo est. *i. ex ordinatione diuina.*

17 Non pote. dis. *Nam eius ordinationem nullus potest impedire.*

18 Ne forte & Deo re. videa. *q.d. cum hoc incurretis peccatum graue, repugnando ordinationi diuinæ.*

✲ Consen.

MORALITER.

✝ *2 Sur. au. in con. &c.* Per Gamalielem legisdoctorem qui rationabiliter loquens mitigauit eorum furorem, significatur bonus doctor catholicus qui doctrina sana reprimit irā irrationabiliter motā. quia labor prædicatorū, doctorum, & cōfessorū multum facit ad salutem animarum, & alleuiationē oneris curatorū.

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ A a *Cæsis.* RAB. Ecce fortitudo fidei patet, quæ non verbis cohiberi poterat, nec flagellis. Prius sunt sermone prohibiti, modo flagellis cæsi.

ibidem. ✱ CHRYSOST. Persuasi sunt autem ab eo, & accersitos apostolos flagellarunt, ac dimiserunt eos. Reuersi sunt gloriam viri, ideo& destiterũt ne occiderent apostolos, flagellatos autem solum dimiserũt.

† reperiamini

aduers. Gnosticos c. 10. ✱ TERTVL. Illic constitues synagogas Iudæorũ fontes persequutionum, apud quas apostoli flagella perpessi sunt, & populos nationum cum suo quidẽ circo, &c.

b *Quo.digni.* Non putabant se laborare, sed maximum munus percipere: quia beati qui persecutionem patiuntur propter me.

a ¶ Consentire est sensum sensui contingere. ¶ Ex communi consensu.
& Deo repugnare † videamini. Consenserunt autem illi, & 1
¶ In synagogis suis flagellabunt vos.
a conuocantes apostolos, cæsis denunciauerunt eis, ne omni- 2
a ¶ Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.
no loquerentur in nomine Iesu: & dimiserunt eos. † Et illi
c ¶ Gaudete inquit dominus in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis.
b quidem ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam di-
a ¶ Non pro aliquo crimine. Vbi Christus in causa est, ibi maledictio est optanda.
c gni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Omni 3
a ¶ Templo vicinas, vel totius ciuitatis. b ¶ Quæ pertinent ad mores.
autem die non cessabant in templo, & † circa domos docen-
a ¶ Fidem de Iesu qui fuit Christus.
tes & euangelizantes Christum Iesum.

D ibidem. ✱ CHRYSOST. Nusquam hoc apud veteres contigit, quia & Hieremias flagellatus est, propter verbum domini, & Heliæ ac altis minati sunt. Sed hic etiam ab hoc, & non à solis signis, virtutem Dei declararunt, Non dixit, quod non dolebant, sed quòd dolentes gaudebant. Vnde manifestum, ex libertate dicendi, quæ post flagella sequebatur.

✱ CHRYSOST. Quando hęc fiebant, quando flagella, quãdo minæ, quãdo multiplicabantur discipuli.

† 23.q.3.§. 1. & q.4. c. quod Christus.

c *Omni autem die nõ cessabant in templo, &c.* Sæpè talia interponuntur capitula breuiter multa colligentia, vt quasi finis præterito sermoni, & fundamentum statuatur sequenti.

† in singulis domibus

B

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Consen.au. *Hic consequenter ponitur excusatorum dimissio, cum dicitur:* Consen. *tum quia legisdoctor erat honorabilis, tũ quia eius persuasio erat rationabilis. Licet tamen consenserunt ei de dimissione apostolorum, non tamen de modo dimittendi. quia consuluerat simpliciter eos dimitti: & ipsi prius fuerunt cæsi, & prohibiti prædicare nomen Christi. ideo sequitur.*

2 Et conuo.&c. Et illi quidem ibant gau. &c. *ita quod aduersa non solum sustinebant patienter, sed etiam gaudenter: in quo consistit excellentissimus fortitudinis gradus.*

3 Omni au. die nõ ces.&c. *in nullo verbis aut verberibus territi, sed magis ad prædicandum Christum fortius animati.* E

ADDITIO.

In ca.v. vbi dicitur in Postil. Dicuntur autem Saducæi à zedec quod est iustitia in Heb.

Sicut Arriani dicuntur ab Arrio qui fuit primus inuentor hæresis Arrianæ, sic Saducæi dicuntur à quodam qui nominabatur Sadoch qui fuit primus inuentor hæresis Saducæorum, vt habetur in Glo. super librum Thalmudicum, qui dicitur Aboth. Vnde non dicuntur à iustitia, quia nec reputabantur inter alios iustiores, sed econtra: nam Pharisæi eorũ æmuli iustiores reputabantur, vt patet Luc. xviij. vbi dicitur de Pharisæis: qui confidebant in se tanquam iusti, & spernebant cæteros.

CAP. VI.

a I *N diebus, &c. murmur Græcorum.*

ibidem. ✱ BED. Causa murmuris erat, quia Hebræi viduas suas, tãquam eruditiores, in ministerio alienigenis præferebant.

Homil. 14. C ✱ CHRYSOST. Hoc fortassis ob multitudinem venit. Nõ enim possunt omnia in multitudine tam exactè fieri.

† 93. dis. c. legimus. in fin.
† placitum gratum.

CAP. VI.

¶ Prius dixerat: omni die. a ¶ Sedulitate prædicantium.
I N diebus autem illis crescente nume- 1
a ¶ Christianorum, qui illo tempore discipuli dicebantur.
a ro discipulorum factum est murmur
b Græcorũ aduersus Hebræos, eo quòd 2
c despicerentur in ministerio quotidia- 3
¶ Communi consensu.
no viduæ eorum. Conuocantes au- 4
a ¶ Cõsensum quærũt multitudinis. quod in exẽplũ debet assumi.
d tem duodecim, multitudinem discipulorũ dixerũt. † Nõ est 5
a ¶ Meliora sunt fercula mentis quàm dapes corporis.
† æquum nos derelinquere verbũ Dei: & ministrare mensis.

BEDA. Causa murmuris erat: Hebræi viduas suas vtpote eruditiores in ministerio præferebant viduis Græcorum.

b *Græcorum* RAB. Siue aduenarum Gentilium in ciuitate cõuersantium: siue Iudæorum genere, qui inter Græcos nati fuerant, & nutriti, qui murmurabant, & quia despiciebantur, aut quia ad ministerium viduæ eorum non admittebantur, aut quia præ cæteris, quotidiano ministerio grauabantur.

c *Despicerentur.* RA. Ex despectu plus grauarentur.

d *Non est æquũ. &c.* BE. Ostendunt apostoli episcopos & doctores ecclesiæ non debere corporalibus rebus implicari. F

Homil. 14. ✱ CHRYSOST. Principio absurdum ponit, ostẽdens, quod non possit vtrumque fieri accuratè: quoniam & quando Mathiã ordinaturi erant, primum rei ostendunt necessitatem, eo quod vnus defecerat, & oportebat fieri duodecim. Etiam hic vtilitatem ostendunt, sed hoc non fecerunt in principio, sed expectarunt, vsque dum oriretur murmur, neque etiam expectauerunt, vt hic supra modum fieret. Vide quod iudiciũ ipsis permiserũt, ☞ & præfe

NICOLAVS DE LYRA, CAP. VI.

✱ IN diebus au.&c. *Descripta prædicatione Petri singulari, & cum aliis apostolis, hic consequenter occasione huius ponitur pars incidentalis, in qua agitur de electione septem diaconorũ, ne impediretur oratio, & prædicatio apostolorum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur causa & actus electionis, secundò subditur prosecutio de electis, ibi:* Stephanus autem. *Prima in duas. quia primò ponitur electionis causa siue ratio. secundò ipsa electio, ibi:* Et placuit. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 In di.au.illis cr.mul.apo. *Non enim potest regi tanta pace multitudo sicut pauci, eo quòd difficile est quin in magna multitudine sint aliqui discoli.*

2 Aduersus He. *Omnes erant Iudæi, sed aliqui erant nati in Iudæa. & illi dicuntur hic Hebræi. & aliqui in Græcia ex Iudæis ibidem per Antiochum dispersis: & illi qui de Gentilitate erant ad Iudaismum cõuersi.*

3 Eo quod despi. in mini. quo.vi. eo. *Quod exponitur dupliciter. Vno modo: quia Græcæ mulieres tanquam magis rudes repellebantur ab Hebræis ne ministrarent. Alio modo intelligitur iste despectus in hoc: quòd Græcis viduis non administrabantur ita bene necessaria sicut Hebræis.*

4 Conuo.au.xij.mul.dix. *non esse bene regibilem per eos in temporalibus absque detrimento in spiritualibus.*

5 Dixe. Non est æquum. nos de.ver.Dei, &c. *i. prædicationẽ verbi diuini: nam spiritualia sunt temporalibus præponenda.*

✱ Consi

MORALITER.

✝ 4 *Conuo. autem xij. multi. &c.* Duodecim apostoli ad pacẽ multitudinis conseruandam, & vt liberius intenderent orationi, & prædicationi ad fidem ecclesiæ dilatandam, ordinauerunt septẽ viros boni testimonij, ad dispensationem bonorum temporaliũ, vt hic dicitur. Et per hoc episcopi qui sunt successores apostolorum instruuntur, vt curam temporalium, quantum potest fieri, bono modo aliis committentes circa spiritualia liberius valeãt occupari.

✝ Et

☞ A & præferunt eos, qui omnibus placent, & ab omnibus testimonium habent. Itaque cum Mathias præferendus esset, oportet, dicebant, vt ex his viris qui fuerunt nobiscum omni tempore, hic autem non sic. Non enim erat tale negotium. Ideò & hoc non permiserunt sorti, neque quum possent ipsi spiritu moti eligere, hoc faciunt: sed magis statuunt, quod multorum testimoniis approbatur. Nam definire numerum, & ordinare, etiam hoc sibi vendicãt. Eligere autem viros illis permittũt, vt ne videantur ipsi in gratiam quorundam agere. Quoniam & Deus Mosi permittit eligere viros quos ipse sciebat. Etenim sapientia multa opus est in huiusmodi dispensationibus.

† 24.q.3. c. quidã ver. nicolaitæ. Num. 16. & 31.

a ¶ Non mulieres. b ¶ Omnibus eligantur.
c ¶ Quibus testimonium perhibeant omnes.
a Considerate ergo fratres viros ex vobis † boni testimonij 1
a ¶ Hic numerus spiritusancto conuenit. b ¶ Quod patet in signis & linguis. c ¶ Vos eligit nos constituamus. 2
septem plenos spiritusancto & sapientia, quos constituamus 3
a ¶ Vt ministrent ipsi vel præsint ministrantibus. b ¶ Isti actioni, nos adhærebimus theoriæ. 4
¶ Sine intermissione orate. ¶ Prædicationis. 5
b super hoc opus. Nos verò orationi & ministerio verbi † in- 6
a ¶ Pro vobis & aliis. ¶ Vt instruantur alij. 7
b ¶ Ne quod offendiculum fieret euangelio, murmura sedant, consensui omnium student.
stantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. 8
¶ Populi multitudo. a ¶ In Deum: vel cui ab hominibus credendum. Vtrunque probauit euentus.
c † Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritusan- 9
d cto, & Philippum & Prochorum, & Nicanorem, & Timo- 10
a ¶ Hic solus aduena dicitur, vel quia cæteri aduenæ non erant: vel quia notabilis fuerat futurus, ideo quasi alienus aduena dicitur. b ¶ Illi qui elegerunt.
nem, & Parmenam, & Nicolaum † aduenam Antioche- 11
¶ Apostoli.
num. † Hos statuerunt ante conspectum apostolorum, 12
a ¶ Hac autoritate diaconibus manus imponuntur. b ¶ Prædixerat: Crescente numero discipulorum, &c.
e & orantes imposuerunt eis manus. Et verbum domini 13
f a ¶ In fide & opere credentium. 14
crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in 15
a ¶ Nondum enim aliis ciuitatibus erat prædicatum.
Ierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum obe- 16

† 21. dis. c.j. in fi. 93. dis. c. diaconi.

a *Considera. &c. septem, &c.* BE. Hic iam discernebãt apostoli, & successores eorum per ecclesias constitui septem diacones qui essent sublimioris gradus cæteris: & proximi circa aram quasi columnæ assisterent, non sine septenarij mysterio. B

Ibidem. ✱ CHRYSOST. Et incipiendo, & finiendo rationem reddunt. Incumbemus, inquit, sic enim oportebat, non simpliciter, neque sine opera sed cum perseuerantia incumbere.

b *Nos verò orationi & minist. &c.* De seipsis non interrogant, sed iudicant.

Ibidem. ✱ CHRYSOSTOM. Ex hoc manifestum, quod segregauerunt illos à multitudine. Et illi trahunt, non apostoli ducunt. Vide quomodo scriptor non est superfluus. Non enim dicit, quomodo: sed simpliciter quòd ordinati sunt per præces. Hoc enim est χειροτονία, idest, ordinatio.

De præscri. aduersus hę. cap. 46 ✱ TERTVL. Alter hæreticus Nicolaus emersit: hic de septem diaconis, qui in actis apostolorum allecti sunt, fuit, &c.

Ordo seruãdus in ordinandis. c *Et elegerunt, &c. & orantes, &c.* RAB. Hic ordo seruandus est in ordinandis, eligat populus, ordinet episcopus.

d *Stephanum.* RAB. Hic primus ponitur, & solus laudatur. vt in vno omnes laudentur, aut primo martyrij honor feratur.

CHRYSOST.

D Ibidem. ✱ CHRYSOST. Manus viro superponitur, totum autem Deus operatur: & illius est manus, quæ eius qui ordinatur, caput contingit, si quemadmodum oportet, ordinatur.

e *Et orantes.* BEDA. Communis dispensatio exigebat, vt ministri eligerentur, qui vt digni inuenti sunt, crescente gradatim prouidentia consilij salutaris, placuit eosdem ipsos sacri altaris & dominici sanguinis, sicut refectionis, & mensæ communis ministros ordinari. Quod probatur inde, quia dictum est: *orantes imposue. eis ma.* hoc est proprium eorum qui ad sacrosancti altaris promouẽtur officium. Hoc exemplo orationes fiunt in ordinibus, licet oratio apostolorum non sit scripta.

† testimonio comprobatos.
† incumbemus.

Ibidem. † proselytũ. ✱ CHRYSOSTOMVS. Non simpliciter hoc dixit, sed vt ostendat, quãta sit vis eleemosynæ ac ordinis bene instituti. Mirabile, ibi occisus est Christus, & illic creuit prædicatio, & nõ solum nõ sunt offensi quidã ex discipulis, videntes apostolos quidem flagellari, alios autem fugari, alios spiritus tentare, alios obmurmurare, sed & sic credentium numerus augebatur, ita emendabatur, ex eo quod Ananiæ acciderat, & maior timor illis fiebat. Vide autem oro, quomodo creuit multitudo: post tentationes tumnè creuit, & non anteà. Considera autem, quanta & benignitas Dei, ex illis enim principibus sacerdotum, qui ad cædem turbam exasperant, qui talia clamarant, & dixerant, alios saluos fecit, &c. Ex his multi obediebant fidei. E Matth. 27.

f *Et verbum do. &c.* RA. Quasi recapitulatio videtur, quia dixerat: Omni die non cessabant docentes, &c. & in hoc ipsum redit, di. *Et verbum domini crescebat.*

RAB. Sæpe in hoc libro, & in euangelio etiam talia interponuntur capitula: ne subito desinentes, vel subito inductæ vilescant sententiæ. Vnde ad ornandum præteritæ narrationis finem & sequentis principium, & ad euangelij, & apostolorum laudem inseruntur hæc: *Et verbum do.cres. & mul.nu.* ☞ Maior F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Considerate ergo fratres viros ex vobis *quos melius cognoscitis quàm extraneos: & ipsi melius possunt scire modum regendi multitudinem hanc quàm extranei.*

2 Boni testimonij. *i. bonæ famæ.*

3 Septem. *Hic numerus competit septenario spiritussancti, ideo subditur.*

4 Plenos spiritusancto & sapientia. *quantum apparere potest per signa exteriora.*

5 Quos constituamus super hoc opus. *scilicet ad ministrationem temporalium.*

6 Nos verò orationi, &c. *per quam ascenditur in Deum.*

7 Et ministerio verbi instantes erimus. *per quod fit descensus ad proximum, ad modum angelorum in scala Iacob ascendentium, & descendentium, Gen. xxviij.*

8 Et placuit sermo coram omni multitudine. *Hic consequenter ponitur electio cum dicitur:* Et placuit ser. co.multi. *quia rationalis erat, & vtilis.*

9 Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritusancto, &c. *idest fidelitate: propter quod tale negocium poterat sibi secure committi. & idem intelligendum est de aliis. Iste tamen specialiter laudatur tanquam primus martyr futurus.*

10 Et Nicolaum aduenam. *idest de Gentilitate conuersum ad Iudaismum.*

11 Antiochenum. *i. de Antiochia natum.*

12 Hos statuerunt ante conspectum apo. &c. *scilicet illi qui eos elegerunt.*

13 Et orantes. *s. apostoli.*

14 Imposuerunt eis ma. *ipsos ordinando in diaconos. vnde & diaconi per impositionem manus ordinantur.*

15 Et verbum domini cre. *idest effectus prædicationis verbi Dei per multiplicationem credentium.*

16 Multa etiam tur. sa. obe. fi. *propter miracula quæ fiebant manifestè: occulte tamen erant Christiani, sic Gamaliel, etiam eadem ratione.*

✱ 1 Stepha.

MORALITER.

✝ 9 *Et elege. Ste.* Per Stephanum qui describitur hic plenus fide, plenus gratia, & fortitudine, significari potest quilibet Christianus, qui ex gratiis à Deo sibi datis paratus est fidem Christi defendere, secundum conditionem suę personæ, & pro ea martyrium sustinere. Et nomen Stephani consonat, quod vno modo norma, alio verò modo corona interpretatur: talis enim normã fidei sequitur indeclinabiliter: propter quod coronam gloriæ sibi reddendam finaliter promeretur, secundum illud. ij. Tim. iiij. b. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. ideo subditur.

✝ Morali.

Universidad de Deusto Biblioteca

A Maior ex hoc nascitur causa persecutionis, quia prius crescente plebe zelus fuerat concitatus.

✱ OECVMEN. Qui enim ante electionem prodigia non faciebat, vt qui nec satis cognitus erat, vbi per electionem cognitus est, tunc etiam donum, quod electionem consequutum erat, demonstrabatur.

Homil. 15. ✱ CHRYSOST. vide, quomodo etiã in illis septem vnus cęteris pręferebatur, & primatum habebat. Nam quamuis omnium communis ordinatio, attamẽ ille maiorem sibi conciliaret gratiam. Ante illud tempus nullum fecerat signũ, at vbi manifestatus est, vt ostendatur non sufficere solã gratiam, sed opus etiam ordinatione, vt spiritussancti augmentũ fiat. Quòd si & antè pleni spiritu, at id à lauachro.

a ¶ Coronatus vel forma martyrij credentibus. b ¶ Sic distinguendum est, plenus spiritusancto, subaudi, gratia & fortitudine, faciebat signa & prodigia. c ¶ Spiritussancti. d ¶ Fidei.

a diebat fidei. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine 1
b faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt au- 2

a ¶ Synagoga congregatio, vel collectio. ¶ Hæc tria loca sibi propinqua sunt. 3 b ¶ A regione. 4

c tem quidam de Synagoga quæ appellatur Libertinorum & 5

a ¶ Cyrene ciuitas est. b ¶ Alexandria metropolis est Aegypti.

Cyrenensium & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Ci- 6

a ¶ Cilicia minórque Asia sibi proximæ sunt. ¶ Volebant quidem, & conabantur. 7

d licia & Asia, disputantes cum Stephano, & non poterant re- 8

e ¶ Scripturarum. a ¶ Cum omni fiducia & sine timore. 9

f sistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Tunc † submise- 10

a ¶ Calliditate fraudis. b ¶ Quia veteri nouam legem præferebat.

runt viros, qui dicerẽt se audisse eum dicentẽ verba blasphe- 11

a ¶ Patrem. ¶ Cui æqualem dicebat Christum. b ¶ Ad concilium.

g miæ in Moysen, & Deum. Commouerunt itaque plebem & 12

a ¶ Præcellentes autoritate. b ¶ Quia non poterant resistere, mortem parant inferre. 13 ¶ Ecce violentia. 14

seniores & scribas, & † concurrẽtes rapuerunt eum, & addu- 15

† inuadentes.

B a *Stephanus.* Græcè, Latinè corona: qui quod præcepturus erat in re, præsagio nominis præoccupabat: quia post crucem Christi primus martyrio coronatus est sublimiter, qui lapidatus est humiliter. Hebraicè interprætatur Stephanus norma nostra, qui primo passus sequentibus martyribus factus est forma mori pro Christo.

Hom. eadẽ. b *Surrexerunt, &c.* ✱ CHRYSOST. Iterum vocat surrectionem, illorum exacerbationem & iram. Vide & hoc loco magnam multitudinem, imo aliam accusationum figuram. Nam postquam Gamaliel illos prohibuerat, ne quid contra illos attentent, aliam accusationem inducunt.

Libertini. c *Liberti,* BEDA. Libertini dicuntur filij Libertorum.i. eorum qui de seruitute manu missi & libertati donati sunt. Constat ergo de stirpe seruili fuisse qui primò fidei Christi restiterunt, qui etsi ab hominibus emancipati, tamen serui erant peccati: figurantes hæreticos & persecutores fidei & sanctitatis.

Ibidem. ✱ CHRYSOST. Variæ autem Synagogæ erant, libertinorum, & Cyrenens. Sed Cyrenenses vltra Alexandrinos siti sunt: qui & illic pro consuetudine quæ tunc erat, habebant Synagogas: fortassis, & illic manserunt, ne cogerentur continuò migrare, Libertini autem, qui à Romanis libertate donati erant, sic appellabantur. Porrò quemadmodum migrabantur illic hospites multi, ita & Synagogas habebant multas, in quibus oportebat & legem legi, & præces fieri. D

Ibidem. d *Disputantes cum Stephano, &c.* ✱ CHRYSOSTOMVS. Idcirco disputabant vt cogerent illum dicere aliquid. At ille posteà apertius locutus est. Tu autem considera velim quomodo & hic, dum cogitur, docere attentat & illi iterum per signa in inuidiam nõ solum moueãtur, sed quoniam & legis cognitione superior erat, illisque intollerabilis, falsos quoque testes constituunt.

† subornauerunt. e *Et non poterant resistere sapientiæ, &c.* BEDA. Dignum fuit vt in protomartyre confirmaret quod in martyribus tradendis pro nomine suo promiserat, dicens: Dabo vobis os & sapientiam cui nõ poterunt resistere aduersarij. E

Luc 21.c Mat.10.b RAB. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Impletur etiam illud: Non relinquam vos orphanos, sed mittam vobis paracletum, &c.

Ibidem. f *Tunc submiserunt viros qui dicerent se audisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen, & Deum.* ✱ CHRYSOSTOMVS. Non volunt simpliciter occidere, sed & cum suffragio, vt & gloriam ipsorum infament, & illis relictis sic ad alios veniant, hac ratione perterrentes etiam illos qui etiam non dixerunt, quòd loquatur, sed quod non cessat loqui: aucta sicque accusatione. Et vt accusationem instituant, contra Deum, inquit, & contra Mosen loquitur. O impudentes, opera facitis blasphema contra Deum, & non curatis, & Mosis curam vobis esse simularis? &c. Vides quomodo illum ob auersam & turbatam rempublicam impietatis accusant? Quòd autem non potuerit ille talia loqui, nec fuerit tam audax, omnibus est manifestum, tam mitis erat, atque adeò in facie cernebatur.

Ibidem. g *Cõmouerunt itaque plebem, &c.* ✱ CHRYSOST. Erubescebant enim ita illos simpliciter rapere, nihil habẽtes quod obiicerẽt. ☞ Et vide

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Stepha. autem plenus gratia, &c. *Hic consequenter sanctus Lucas prosequitur de electis. & primò de Stephano. secundò de Philippo, ca.* C *viij. ibi:* Philippus autem. *prima in duas: quia primo circa Stephanum declaratur virtutis operatio. secundò consurgens inde persecutio, ibi:* Tunc submiserunt. *Circa primum dicitur:* Stephanus autem ple. gra. *ad bene operandum.*

2 Et for. *ad aduersa tolerandum.*

3 Faciebat pro. &c. *ad veritatem fidei catholicæ firmandam.*

4 Surrexerunt autem quidam de Sy. quæ ap. liber. *à regione sic nominatorum. vt dicit glosa interlinearis.*

5 Et Cyrenensium. *à Cyrene ciuitate.*

6 Et Alexandrino. *ab Alexandria Metropoli Aegypti.*

7 Et eor. qui erant à Ci. & à. *nomina sunt regionum Iudææ propinquarum.*

8 Disputantes cum Ste. *fidem catholicam verbis quantum poterant impugnando.*

9 Et non po. re. sa. & spi. qui loque. *secundum quòd promiserat Saluator dicens, Luc. xxj. c.* Ego dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.

Diuisio. 10 Tunc submiserunt. *Hic consequenter ponitur oriens persecutio, vt qui ratione vel scriptura Stephano non poterant resistere, violentia superiores apparerent. Et primò ponitur ipsius Stephani persecutio singularis. secundò ecclesiæ generalis, in principio. viij. ca. Prima adhuc in tres. quia primò ponitur Stephani accusatio fal a. secundò eius responsio vera: in principio se. ca. tertio lapidatio eius iniusta versus finem se. ca. ibi:* Audientes autem. *Circa primum dicitur:* Tunc submiserunt vi. *idest submisse informauerunt & fraudulenter de testimonio contra Stephanum ferendo.* F

11 Qui di. se au. eum dicen. &c. in Mo. & Deum. *i. contra Deum & Moysen. blasphemus autem in lege præcipitur lapidari, Leui. xxiiij.*

12 Commo. itaque plebem. *idest populum communem.*

13 Et senio. *Idest maiores populi.*

14 Et scri. *idest legis doctores.*

15 Et concurrentes rapuerunt eum & addu. &c. *quasi furia moti, & non ratione.*

✱ 1 Et sta-

MORALITER.

☩ 3 *Facie. pro.* Prodigium dicitur quasi porrò.i. longè à digito, eo quod non potest visibiliter ostẽdi. Homo verò paratus ad martyrium non aspicit bona mundi sensibilia, quæ tanquam nobis propinqua possunt ostendi cum digito, sed bona cælestia. sicut dicitur. j. ad Co. ij. c. Quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligen. se.

4 *Sur. au. qui. de sy.* hæc est synagoga sathanæ, vt dicitur Apo. ij. c. Quæ semper aduersatur fideli parato mortem pati pro Christo. sed quia non potest resistere sapientiæ & spiritui qui loquitur in ipso, sicut promittitur Luc. xj. c. Ego dabo vobis os, & sapientiam cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri, propter quòd via falsitatis & proditionis quærit vti insidiis vnde subditur.

10 *Tunc subm. vi.* mendaces & iniquos. talibus enim peruersis vtuntur qui innocentiam persequuntur.

12 *Commouerunt, &c.* prouocando eos contra innocentes. Sic faciunt homines maligni, vt iustitiæ zelo videantur moueri.

☩ MORALI.

☞ Et vide quomodo neque illi testificantur, qui iudicabant, re- A præhensi enim fuissent, sed simpliciter alios conducũt, vt ne videatur violentum opus. Id quod etiam Christo eos fecisse quis viderit. Vidisti prædicationis vim, & quomodo dũ flagellabantur, & lapidabantur, præualet, atque etiam dum ad tribunal ducuntur, & vndiq; fugantur: Hinc & falsis testibus non solum præualent, sed neque hi obsistere valebãt, quamuis valdè impudentes, sic illos violenter capit, idque cũ multa non persuasibilia & inconueniẽtia, sicut & contra Christum afferrent, nihil omittẽtes quod ad mortẽ eius faciebat, vt omnibus manifestum fieret non esse humanum bellum, sed Dei cum hominibus. Considera autem & quid dicant hi qui statuebant falsos testes, hi qui sanguinaria mente illum in consilium rapuerant.

a ¶ Passionem Christi imitatur, contra quem surrexerunt falsi testes. b ¶ Ex inuidia accusantes.

a xerunt in concilium, & statuerunt falsos testes, dicentes: Ho- 1

a ¶ Addunt ad hoc quod iussi sunt dicere. b ¶ Ierusalem, quia templo & legi veteri ecclesiam & legem nouam præferebat.

mo iste non cessat loqui verba * aduersus locum sanctum & 2
b legem. Audiuimus enim eum dicentem, quoniam Iesus Na-

a ¶ Nazareth, qui est vilis locus & inferior. b ¶ Sanctum & cunctis reuerendum. ¶ Vt legi veteri succedat noua.

zarenus hic destruet locum istũ, & mutabit traditiones quas 3
tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes qui sede- 4

a ¶ Præ fulgore terribili, vel pulchritudine candoris. b ¶ Vere angelus erat.i. nuncius voluntatis Dei.

c bant in concilio, viderũt faciem eius tanquam faciem angeli. 5

a *Homo iste.* Ex despectu non proprio nomine, sed hominem quasi carnalem, & infirmum appellant.

Ibidem. b *Iesus Nazarenus.* ✱ CHRYSOST. Iesus, inquit, Nazarenus, B magno cum contemptu, demolietur locum hunc & mutabit mores. Hoc etiam Christum accusantes dicebant, qui destruis templum Dei? Multa enim erat illis reuerentia erga templum, vtpote, & iuxta illud: habitare volentibus, & erga nomen Mosis. Et vide quomodo duplex accusatio. Demolietur, inquit, locum, & mutabit mores. Non solum autem duplex, sed & amara, & plena periculis.

De sancto Stephan. c *Viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.* ✱ EVSEB. EMISSEN. Qui si magnificat moriturum, putas quomodo decorabit æternum? Abundantia cordis transit in decus corporis: in exterioris gloria candor interioris exundat, & abscondita pectoris ornamenta speculum frontis irradiant, habens intra se spiritum sanctum, os præ se gestat angelicum. D

Homil. 16. ✱ CHRYSOSTOMVS. Hoc igitur erat gratia, hoc & Mosis gloria erat. Videtur autem mihi Deus illum fecisse tantæ gratiæ ac amabilem, vt statim aspectu terruerit illos. Possunt enim facies & spiritali gratia plenę esse, & desiderãtibus desiderabiles, & odio habentibus reuerendæ ac terribiles.

* contumeliosa.

lib de resur. carn. ca. 55. ✱ TERTVLLIA. Mutatur Moysi manus, & quidem, ad instar emortuæ, exanguis, & albida, frigida, sed & recepto calore, & refuso colore, eadem caro & sanguis est. Mutatur postea & facies eiusdem, in contemptibili claritate. Sed Moses erat proinde qui non videbatur. Sic & Stephanus angelicum iam fastigium induerat, sed non alia genua in lapidatione succiderant, &c.

Homil. 15. ✱ CHRYSOSTO. Vnde in Stephano gratia illa florebat? E Nunquid à fide: manifestum quòd suprà testimonium accepit, quia fide plenus erat. Fieri autem potest, vt fidem quis habeat absque sanationum gratia. Nam alij quidem data est gratia sanationum, alij verò sapientiæ. Hic autem mihi videtur insinuare illum fuisse facie amabilem, dicendo: vidi faciem illius quasi faciem angeli, quod & de Barnaba testificantur. Vnde scimus simplices, & Innocentes in admiratione esse, maximè si tam gratioso vultu sint.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et statuerunt fal. te. qui di. Ho. iste, &c. *Non nominatur eum proprio nomine, ex contemptu, & superbia.*

2 Non cessat lo. &c. *q. d. non solum est blasphemus, sed etiam blasphemiæ assuetus.*

3 Hic destru. lo. istum & mu. &c. *Videtur quod non dixerunt falsum, quia Christus dixit de templo Mat. xxiiij. a. quod non remaneret lapis super lapidem, qui non destrueretur. & de mutatione traditionum Moysi, Ioh. iiij. c.* Venit hora in qua nec in monte hoc neque in Ierosolymis adorabitis patrem, sed veri adoratores erunt qui adorabunt patrem in spiritu, & veritate. *in quo significabat ipsum corporalem legis cultum in spiritualem commutandum. Ad primum dicendum, quod Christus non dixit se templum destructurum sed prædixit esse destruendum, sicut factum est postea per Romanos anno. xlij. post passionem Christi. Si autem obiiciatur, quod Romani non destruxerunt nisi in virtute Dei, & sic Christus cum sit Deus destruxit. Non valet, quia* C *testes non loquebantur de Iesu Christo inquantum Deus: cum eius diuinitatem negarent, & purum hominem fuisse dicerent. & sic loquebantur:* Iesus Nazarenus hic. *i. contemptibilis homo. ad secundum sciendum similiter quod traditiones illas non dixit se mutaturum, sed quod essent mutandæ dicto modo, & licet hoc fecerit inquantum Deus, hoc tamen modo non loquebantur testes, vt dictum est. Sciendum tamen de hac mutatione, quod non fuit mutatio de contrario in contrarium propriè, sed de imperfecto ad perfectum, quia cultus nouæ legis est multò perfectior quàm veteris, sicut diffusè fuit ostensum in principio epistolæ ad Hebræos, propter quod dicitur Heb. vij. c.* Nihil ad perfectum adduxit lex. *Quod autem sic mutatur, non propriè destruitur sed magis perficitur, quia virtualiter remanet in quodam meliori. propter quod dicit Saluator Mat. v. b.* Non veni soluere legem, sed adimplere.

4 Et intuentes eum. *animo & vultu irato.*

5 Viderunt faciem eius tanquam. fa. angeli, &c. *ex quadam pulchritudine & claritate sibi diuinitus data ad declarationem suæ sanctitatis & innocentiæ, vt sic à malitia retraherentur, vel damnabiles magis redderentur.* F

MORALITER.

☩ 4 *Et intuentes, &c.* tanquam iudices.

5 *Vide. fa. eius tanquam fa. angeli, &c.* ad demonstrandum eius innocentiam virtute luminis diuini. Ex quo apparuit maior malitia qui repressi non fuerunt tali signo à malignitate sua. Istis autem similes sunt mali iudices, qui cognita veritate non dimittunt partem aduersam fouere.

☩ MORALI.

CAP. VII.

Homil. 16. a Dixit autem princeps, &c. ✱ CHRYSOSTOM. Vides quomodo cum mansuetudine rogat, atque sine molestia. Eapropter & ille benignis verbis incipit: viri fratres & patres, &c.

☞ ✱ OECVMEN.

CAP. VII.

¶ Stephano. a ¶ Blasphemasse te Deum, legem, & locum sanctũ.

a Dixit aũt princeps sacerdotũ: Si hęc ita 1

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Diuisio. ✱ 1 Dixit autem. *Hic ponitur accusati responsio. circa quam primo datur respondendi locus, cum dicitur:* Dixit autem ad principes sacer. &c. *secundò ponitur responsionis actus cum subditur:* Qui ait, &c. *Circa quòd sciendum, quod Stephanus fuit accusatus de quatuor, scilicet quod locutus fuerat contra Deum, contra Moysen, contra templum, & contra legem, vt patet ex prædictis: ideo primò excusat se de primò, scilicet de Deo. secundò de Moyse ibi:* Eodem tempore. *tertiò de templo, ibi:* Tabernaculum. *quarto de lege, ibi:* Dura ceruice.

Stephanus accusatus in quatuor.

De primo autem excusat se per hoc: quod ostendit se colere Deum quem coluerunt sancti patres & patriarchæ, breuiter replicans eorum historiam, vsque ad Moysen. Et diuiditur in duas partes: quia primò recitatur historia incipiendo ab Abraham, vsque ad Iacob. secundò à Iacob vsque ad Moysen, ibi: Et Iacob. *prima adhuc in duas. quia primò recitat historiam Abrahæ extra promissionis terram, secundò intra ipsam, ibi:* Et inde.

Ad euidentiam dicendorum sunt hic aliqua prænotanda propter concordiam huius passus ad ea quæ dicta sunt de Abraham, Gen. xj. & xij. Primum est de apparitione Dei dicentis Abrahæ: Exi de terra tua, &c. bis enim videtur hoc Deus sibi dixisse. Semel ante patris

✱ *sui*

Universidad de Deusto
Biblioteca

✠ Oecvmen. Vide quomodo ipsos à temporalibus abducit,& interim à loco,gloriam Deo nõ loco attribuẽs. ipse enim gloriæ fons est,non egens gloria,quæ per templum à nobis est.
Ibidem. A a *Viri fratres & patres.* Quia Stephanus insimulabatur blasphemasse in Moysen & Deum, in principio sui sermonis illorum calũniæ occurrit, dicens. Deum qui loquebatur patribus & propheris,Deum esse maiestatis & gloriæ. Moysen etiã laudat: sed illos rebelles & semper inobedientes comprobat. Sed arte loquendi vsus est ad rebelles incipiẽs quasi timeret eos;sic,*Viri fratres & patres*: lenis sermo & clemẽs conciliat auditorem , vt commendet actorem. Blande cœpit vt diu audiretur, & qui recusabat contra Deum, & legem loqui , verum Deum prædicat in principio orationis. Legem etiam sic exposuit , vt eius esset prædicator cuius accusabatur destructor. in processu etiam sermonis errores eorum redarguens , vigorem animi , & quod liber erat à timore inimici perdocuit.

B Luc. 6. d b *Deus gloriæ,&c.* Memor Stephanus præcepti illius: Diligite inimicos vestros,&c. persecutoribus suis salutem nunciauit.

De ciuitate Dei lib. 16. cap. 15. ✠ Avgvst. intelligendum est igitur locutum Deum fuisse cum Abraham cum esset in Mesopotamia , priusquam habitaret in Charram : sed cum in Charram peruenisset cum patre retento præcepto Dei apud se , & inde exiisset septuagesimo & quinto suo patris autem sui centesimo quadragesimo quinto anno. Collocationem verò eius in terram Chanaan non profectionem de Charra post mortem patris eius factam esse dixit: quia iam mortuus erat pater eius, quando emit terram,cuius ibi iam suę rei cœpit esse possessor. Quod autem iam in Mesopotamia constituto , hoc est , iam egresso de terra Chaldæorum, dixit ei Deus: Exi de terra tua,&c. Non vt inde corpus eiiceret,quod iam fecerat,sed vt animam euelleret dicitur. D

c *In Mesopotamia.* Beda. Mesopotamia in capite Syriæ est constituta ad Aquilonem.

Rab. Mesopotamia , & Charram in Chaldæa sunt. de Mesopotamia transmigrauit in Charram.

d *Et dixit,&c.* In Genesi videtur cõtineri: quod post mortem patris sui locutus est dominus Abrahæ, qui in Charra mortuus est, vbi cum eo filius habitauit. Sed priusquam in illa ciuitate habitaret,cum esset in Mesopotamia dictum est ei.

✠ Chrysost. Illa enim patria quoquò duxerit Deus , & hereditatem hic non accepit. Et quod si quis diligenter inquirat , Persæ sunt Iudæi. Et hic discę , quod absque signis obedire oportet Deo , licet grauia quædam contingant. Quoniam & patriarcha etiam relicto sepulchro paterno , ac omnibus , obtemperauit Deo. Si autem illius pater non fuit ei socius profectionis in Palæstinam , eò quod infidelis erat, multo magis pueri non erunt socij ac participes, licet magnam partem viæ eant si patris virtutem non fuerunt imitati , &c. Homil. 15. E

e *Exi de terra tua & de cognatione tua, &c.* Terram & cognationem Abrahæ Chaldæorum patriam genusque appellat , vnde iam exierat , degens modo in Mesopotamia : sed adhuc tenebatur spe , & desiderio redeundi. & ideo audit: *Exi de terra & de cognatione tua.* non vt corpus extraheret quod iam fecerat , sed amorem cordis euelleret. Ideóque quod sequitur: *Tunc exiit de terra , &c.* non de corpore , sed amore intelligendum est : quo in perpetuum à Chaldæis loco , & desiderio

¶ Prudentes. ¶ Cœcui. ¶ Quia vniuersi erant generis.
a ¶ Seniores. b ¶ Aure interiori. c ¶ Cuius gloria in æternum.
¶ Primo ostendit se non blasphemare Deum.

a se habent? Qui ait: Viri fratres & pãtres, audite. Deus glõ- 3
b a ¶ Quam fide quam & carne. b ¶ Per angelum. 4
riæ apparuit patri nostro Abrahæ , cum esset in Mesopo- 5
c 6
tamia priusquam moraretur in Charram & dixit ad il- 7
d a ¶ Vt maior sit obedientia & patientia. 8
lum: † Exi de terra tua, & de cognatione tua , & vẽni in 9
a ¶ Voluntate. b ¶ Mesopotamia. 10
terram quam monstrauero tibi. Tunc exiit de terra Chal- 11
dæorum , & habitauit in Charram. Et inde postquam 12
13

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *fuit mortem Thare: & de hoc loquitur hic Stephanus: verum tamen illum exitum non fuit executus vsque post mortem patris , qui senex erat, vt ei obsequium debitum impenderet , & hoc de voluntate domini licet non sit expressum. Et iterum semel post mortem patris. & tunc dedit executioni. & de ista vice fit mentio Gen. xij. sicut Iohan. xx. e. dicitur, quod Christus in die sua resurrectionis dixit apostolis: Sicut me misit pater , ita & ego mitto vos. s. ad prædicandum. & tamen de voluntate eius executio eius fuit retardata vsque post spiritus sancti missionem. Vnde in die ascensionis illud mandatum fuit replicatum cum tali retardatione, supra j. a. Accipietis virtutem spiritus sancti in vos , & eritis mihi testes, &c. Nec istud repugnat ei quod dixi Gen. xij. improbans Rab. Sa. dicentem quod illud: Exi de terra tua, &c. fuit dictum Abrahæ per lxx. annos ante mortem patris sui , & quod ex tunc exiuit. quia non reprobauit eum, nisi quantum ad hoc dictum : Exi de terra , &c. ad quod secuta est executio ante mortem patris : quod est falsum. vt dictum est. Secundum est de loco apparitionis,* C

Mesopotamiæ acceptio. *Circa quod sciendum , quod Mesopotamia est nomen ciuitatis , & regionis siue prouinciæ , sicut Babylonia in libris Regum & Paralipomenon, & prophetarum: aliquando accipitur pro ciuitate Babylon præcise, & aliquando pro tota prouincia. vnde in pluribus locis dicuntur Iudæi in Babylonia captiuati , qui tamen fuerunt in diuersis regni ciuitatibus collocati: & Samaria accipitur frequenter pro nomine vnius ciuitatis , vt patet valde in multis locis. & aliquando pro regione , sicut Ioh. iij. a. dicitur*: Venit Iesus in ciuitatem Samariæ , quæ dicitur Sichar. *& sic manifestè patet quod Samaria ibi accipitur pro regione vel prouincia. Similiter Mesopotamia aliquando accipitur pro ciuitate Aran præcise, quæ hic nominatur Charram , & sic sunt nomina synomma : sicut dictum fuit Gen. xxiiij. sed Mesopotamia est nomen Græcum dictum à meso. quod est medium , & potamos quod est fluuius : quia ciuitas illa est sita inter duo flumina: vnde Gen xxiiij. vbi translatio nostra habet Mesopotamiam, in Hebræo habetur: in Aram fluuiorum : Aram autem est nomen Syrum. Aliquando* F

MORALITER.

✠ 1 *Viri fratr. & patr. audi. &c.* Hic ponitur beati Stephani excusatio vera ad suæ innocentiæ declarationem, & aduersariorum falsitatem. Circa quod sciẽdum,quod accusabatur de quatuor, vt patet ex præcedentibus. s. de blasphemia contra Deum , & contra Moysen , contra templum , & contra legem. de primo excusat se ostendens se cultorem illius veri Dei quem coluerunt patriarchæ sancti incipiens ab Abraham dicens.

4 *Deus gloriæ appa. patri nostro Abraham, &c. Eodem tempore natus est Moyses,&c.* Hic excusat se de blasphemia cõtra Moysen, confitens ipsum fuisse Deo gratum, & ad liberationem Israël diuinitus ordinatum,& prophetasse Christi aduentum,dicens.

✠ Morali.

siderio aulsus est. Iuxta fidem chronicorũ eodem anno Chaldæam egressus , Mesopotamiam ingressus , in Charram moratus,& in terram promissionis est inductus. A

Rab. Tertium Stephanus prætermisit. i. & de domo patris tui: quod factum est propter nimiam populi peritiam vel imperitiam.

Beda. De Chaldæa in qua est Charram.

Rab. De Vr Chaldęorum Abraham exiuit. Vr ignis interpretatur. Ignẽ Chaldæi adorant , cui etiã homines sacrificant. Tradunt Hebræi Arã fratrẽ Abrahæ Chaldæorum igni immolatũ combustũ fuisse: sed ignem Abrahæ à Deo extinctum: quare inde cum parte suo , & Loth filio Aram,& totam familiã fugit in Charram vbi mortuo patre dictum est ei: *Exi de terra tua, &c.* B

Gen. 15. b a *Pater eius, &c.* Sed repromisit, &c. Rab. Redit ad originem generis Israel , & amicitiæ diuinæ exordium , vt nihil prætermittat in quo blasphemare videatur.

b *Vos habitatis.* Non apostoli terram reliquerant , nec Stephanus qui iam quasi in morte positus erat.

c *Sed repromisit dare illi eam in possessionem.* ✠ Chrysost. Magna etiam hic Dei ostenditur misericordia , ac Abrahæ fides, quod obedit cum non esset illi filius. Hoc ostendit obedientiam ac fidem. Quamuis ea quæ facta diuersum monstrant , vt puta, quod postquam venissent,non habuit vestigium pedis , id sanè fidei contrarium erat. Hæc considerantes etiam nos quæ scilicet promiserit Deus , recipiamus,etiam si aduersa fuerint ea quæ fiunt , quamuis nobis non sint aduersa, sed valdè congrua, &c.

✠ Chrysost. Vide ante quot annos promissio , & promissionis modum,& nusquam sacrificium , nusquam circuncisio. Hic ostendit Deum permisisse illos grauiter affligi , & non reliquisse afflictos. Impunitos.

f *Gentem autem cui seruiet, &c.* Vides qui promisit,qui dedit terram,prius mala permittit : sic & nũc, licet regnum promiserit, tentationibus exerceri finit. Si hic post quadringẽtos annos libertas , quid mirum si idem in regno fiat ? Nihilominus quod Deus promiserat præstitit , nec potuit sermonem illius vt falsum , redarguere tempus , tamẽsi non vulgarem tulissent seruitutem. Cæterum non est contentus punire illos , sed & bona his promittit. Mihi autem videtur , quòd velit illis etiam beneficia quæ acceperant,in memoriam reducere. C

Gen. 21. b d *Quia erit se. tuum ac. &c.* Beda. Non ita intelligendmm est, quasi male tractandum & seruituti subiiciendum diceret hoc semen

a mortuus est pater eius, trãstulit illum in terram istam in qua 1
a ¶ Quamuis multos agros ibi possederit, agrum tamen proprium non habuit.
b nunc vos habitatis. Et non dedit illi hæreditãtem in ea , nec 2
a ¶ Minimam partem, spelunc am enim cum agro non hæreditate possedit, sed precio emit ab Ephron filio Seor Ethæo. b ¶ Quare merito eius datur semini. c ¶ Hæreditatem.
c passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem, 3
a ¶ Hoc dicitur, vt magis appareat scientia Dei promittentis. b ¶ Per angelum, vt putatur.
& semini eius post ipsum , cum nõn haberet filium. Locu- 5
a ¶ Aduena qui non suam colit terram. 4
d tus est autem ei Deus: quia erit semen † tuum accõla in ter- 5
a ¶ Chanaan, vel Aegypto scilicet. b ¶ Aegypti. c ¶ Affligentes eos duris operibus.
ra aliẽna, & seruituti eos subiicient , & male tractãbunt eos 6
¶ Aegyptios.
e annis quadringentis triginta , & gentem cui seruierint 7
f a ¶ Decem plagis, & submersione Pharaonis cum omni populo in mari rubro. b ¶ De Aegypto. c ¶ Seruire incipient.
¶ Liberati de seruitute humana.
g iũdicabo ego, dicit dominus. Et post hæc exibunt, & † dẽ- 8
a ¶ Terra promissionis
¶ Ostendit locum sanctum, non blasphemat.
h seruient mihi in lõco isto. Et dedit illi testamentum 9 10

a mortuus est pater eius, trãstulit illum in terram istam in qua
a ¶ Quamuis multos agros ibi possederit, agrum tamen proprium non habuit.
b nunc vos habitatis. Et non dedit illi hæreditãtem in ea , nec
a ¶ Minimam partem, spelunc am enim cum agro non hæreditate possedit, sed precio emit ab Ephron filio Seor Ethæo. b ¶ Quare merito eius datur semini. c ¶ Hæreditatem.
c passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem,
a ¶ Hoc dicitur, vt magis appareat scientia Dei promittentis. b ¶ Per angelum, vt putatur.
& semini eius post ipsum , cum nõn haberet filium. Locu-
a ¶ Aduena qui non suam colit terram.
d tus est autem ei Deus: quia erit semen † tuum accõla in ter-
a ¶ Chanaan, vel Aegypto scilicet. b ¶ Aegypti. c ¶ Affligentes eos duris operibus.
ra aliẽna, & seruituti eos subiicient , & male tractãbunt eos
¶ Aegyptios.
e annis quadringentis triginta , & gentem cui seruierint
f a ¶ Decem plagis, & submersione Pharaonis cum omni populo in mari rubro. b ¶ De Aegypto. c ¶ Seruire incipient.
¶ Liberati de seruitute humana.
g iũdicabo ego, dicit dominus. Et post hæc exibunt, & † dẽ-
a ¶ Terra promissionis
¶ Ostendit locum sanctum, non blasphemat.
h seruient mihi in lõco isto. Et dedit illi testamentum

quando enim in scripturis , vbi magnus ponitur numerus minor numerus causa breuitatis prætermittitur : vbi non diligentia numerandi , sed magnitudo tantum demonstratur : quod secuta est Genesis. Exodus verò finito tempore accolatus totum peregrinationis spacium diligenter describit. In Actibus etiam apostolorum quadringentos annos &. xxx. Paulus huic numero assignat , dicens , quasi post quadringentos &. xxx. annos. qui numerus non à prima promissione , sed à natiuitate Isaac vsque ad distributionem terræ promissionis completus est.

g *Iudicabo.* R a. Iudicium aliquando discretionem significat, vt ibi : Iudica me Deus, & discerne causam meam. Aliquando pœnam,vt Iudica illos Deus.

✠ Chrysostomvs. Vt autem dixit , quod promiserat, ostendit promissionem ante locum factam , ante circuncisionem , ante sacrificium,ante templum,& quod hi vt par fuisset, non acceperant , neque circuncisionem , neque legem , sed terra , obedientiæ solius merces erat , sed neque circuncisione data promissio impletur. Homil. 16

h *Testamentum circuncisionis.* R a. Fœdus siue signum ideo factum , vt populus Israel non solum moribus , sed etiam signo corporali à Gentibus diuideretur. In membro genitali ponitur , vt in illa carnis sit imminutio quæ tegitur pudicitiæ secreto : & quia per omnes progenies erat seruanda , in genitali membro est posita. Pſal. 41. a Ibidem. 5. F Circuncisio, quare in membro genitali. Mystice

Mystice circuncisio mortificationem carnis designans. In illo fit membro, quo voluptas carnis carnalis,signatur vitandam esse iactationem gloriæ in circuncisione spiritali.

a *Die*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et non de illi hę in ea,&c. *sed habitauit in terra Chanaam sicut aduena & peregrinus. Quod nec est contra illud quod habetur Gen. xxj. quòd emit agrum ab Ephron Ethæo. quia hic non fuit ad habitandum vel colendum, sed pro sepultura Sarę.*

2 Sed repro. da. illi eam in pos. & se. eius. *Gen. xiij. d. Omnem terram quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo.*

3 Cum non haberet filium,&c. *nondum enim natus erat Isaac, nec etiam Hismael, vt patet Gen. xvj.*

4 Locutus est autem ei Deus. *Gen. xv.*

5 Quia erit se. eius ac. in ter. aliena. *scilicet: in tera Chanaam & in Aegypto.*

6 Et seruituti eos sub. & male tra. *affligentes eos nimis dura seruitute post mortem Ioseph, vt habetur Exo. j.*

7 Annis quadringentis, &c. *Isti quadringenti anni sunt incipiendi à natiuitate Isaac vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto. sicut dixisse ostensum fuit Gen. xv. Et potest hic breuiter aliquid repeti. A natiuitate enim Isaac, vsque ad natiuitatem Iacob fluxerunt anni. lx. Gen. xxv. Iacob autem erat annorum. cxxx. quando descendit in Aegyptum cum filijs suis. Gen. xlvij. Inde vsque ad exitum de Aegypto fluxerũt anni. cccx. secundum Hebræos, quibus simul iunctis habentur anni quadringenti præcise, in quibus semen Abrahæ accola fuit in terra aliena. & sic patet, quòd non fuerunt in afflictione quadringentis annis, sed partem minorem illius temporis. & ideo ly, quadringentis annis, non refertur ad illud quod immediatè præmittitur, & affligent eos , nisi per synecdochem. s. accipiendo partem pro toto, sicut dicitur Christus iacuisse tribus diebus in sepulchro, sed propè refertur ad illud, quod ante ponitur. Erit semen eius accola in terra aliena. quia tot annis habitauit semen Abrahæ in terra aliena, vt ostensum est.*

8 Et post hæc exibunt. *sub Moyse duce, Exo. xij.*

9 Et seruient mihi in loco isto. *quod fuit impletum tempore Iosue, sub quo populus Israel intrauit in terram promissionis.*

10 Et dedit illi testamentum circuncisionis , & sic genuit. *Gen. xvij.*

1 ✠ Et Ia-

☞ a *Die octa.* R A. Octo diebus mysterium circuncisionis nostræ ostenditur, qui per octauam no. Te. quæ in resurrectione domini, & octo beatitudinibus continetur, à vitiis octaua die circuncidimur.

Homil. 16. ✻ CHRYSOSTOMVS. Hoc & in Christo factum est. Etenim illius figura erat Ioseph, ideò insinuans historiam per totam enarrat; quum enim nihil haberent quod illi obiicerent, sed venientem vt cibum illis afferret, male tractarunt, &c. Attamẽ erat Deus cum illo, & eripuit, &c. Hoc loco ostendit, quod nesciẽtes cooperati sunt, vt impleatur ꝓphetia: & quod ipsi autores fuerunt, & mala in ipsos reciderunt.

b *Vendide. in Aegy.* Breuiter narrans trãsit ad finem, non enim primo Aegyptiis sed Hismaëlitis negociatoribus & Madianitis venditus est, & illi vendiderunt eum in Aegyptum Phutiphar sacerdoti.

c *Dedit ei gratiam.* ✻ CHRYSOSTO. Gratiam dedit, idque apud Barbarum virum, seruo captiuo, quem fratres quidem vendiderant, ille autem emerat.

(Margin: † inuidia; † Gen. 42. a; Gen. 37. f; Ibidem.)

a ¶ i. Circuncisus, non in præputio.

a circuncisionis, & sic genuit Isaac, & circuncidit eũ die octa-

a ¶ Circuncisus circuncisum, vt repetatur. & Iacob circuncisus. xij. patriarchas circuncisos: vt potius laudet eos quam vituperet.

ua, et Isaac Iacob, & Iacob duodecim patriarchas: & patriar- 1 2

a ¶ Quia plus cæteris amabatur à patre b ¶ Propter somnia quæ pollicebantur ei magna.

b chæ † æmulantes Ioseph vendiderunt in Ægyptum: & erat 3 4

a ¶ De manu fratrum, de cisterna, de manu negociatorum & dominæ Aegyptiæ, de periculo mortis, tandem de ipso carcere. b ¶ Aduersitatibus & periculis.

Deus cũ eo. Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius, 5

a ¶ Coram sacerdote, & principe carceris, & Pharaone.
b ¶ Interpretandi somnium & prouidendi consilium.

c & dedit ei gratiam & sapientiam in cõspectu Pharaonis regis 6

Ægypti, & cõstituit eum præpositum super Ægyptũ, & super

¶ Cum omnibus habitatoribus in vniuersa Aegypto & Chanaan.

d omnem domũ suam. Venit autẽ fames in vniuersam Aegy- 7

a ¶ Idem tribulatio & fames. b ¶ Etiamsi quærerent. Ex hoc putatur vbique fuisse famem.

ptũ & Chanaan, & tribulatio magna: et non inueniebant ci-

a Patriarchæ: patet quia patres non blasphemat quos etiam suos vocat.

bos patres nostri. † Cum audisset autẽ Iacob esse frumentum

¶ Præter Beniamim. a ¶ Prima vice Ioseph cognouit eos: & ipsi eum secunda.

in Aegypto misit patres nostros primum & † in secundo 8

a ¶ Prius enim celauerat, quia Aegyptij ouem adorantes esum ouium oderant, quas Israel offerebat. 9 10

cognitus est Ioseph à fratribus suis, & † manifestatum est 11

¶ Euocauit.

Pharaoni genus eius. Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob 12

a ¶ Ioseph fratres suos. s. & fratrum filios: quia Iacob non erat cognatio, sed progenies.

e patrem suũ, & omnẽm cognationẽ suã in animabus septua- 13

a ¶ Pars pro toto. b ¶ Alle. qui in Aegyptum vadit. i. mundo adhęret, verè descendit. c ¶ In Aegypto.

f gintaquinque. Et descendit Iacob in Aegyptũ & defunctus 14

¶ Patriarchæ, quisque in sua ætate.

g h est ipse & patres nostri. Et trãslati sunt in Sichẽ, & positi sunt 15 16

g *Translati.* R A B. Synecdoche pro solo Ioseph dicuntur translati, cui Iacob dixit: Dedi tibi Sichimam præcipuam extra fratres tuos. ideò in libro Iosue ossa eius leguntur in ea sepulta, quæ filij Israël ipso mandante de Aegypto transtulerunt. In Exodo enim legitur: Tulit Moyses ossa Ioseph secum, quia dixerat Ioseph filiis Israël. Ferte ossa mea hinc vobiscum.

(Margin: Gen. 48. d; Ios. 24. g)

BEDA. De solo Ioseph scriptura testatur, quod ossa eius de Aegypto translata in Sichem sint tumulata. Sed ex verbis Stephani & scriptis Hiero. qui loca illa incoluit, constat cæteros etiam patriarchas ibidem esse sepultos, quamuis memoria Ioseph celebrior sit qui hoc de ossibus suis mandauit, ad cuius tribum ciuitas illa pertinuit.

(Margin: Exod. 13. d; Gen. 50. d; † cum iterũ misisset eos, agnitus. † innotuit)

Ibidem. ✻ CHRYSOST. Descenderunt empturi, & illius opera vti coacti sunt. Quid igitur ille? Non solum misericordiam declarauit, sed etiam Pharaoni notos fecit, & illos deduxit.

d *Venit au. fa. &c.* R A. Vtrum in toto orbe fames venerit dubitatur.

e *In animab. septuagintaquinque.* Hoc secundum editionem. lxx. interpretum dicitur. In Hebræo. lxx. tantum reperiuntur: sed si series animarum secundum Genesim computetur, addito Iacob & Ioseph cum duobus filiis, qui erant in Aegypto. lxx. solummodo inueniuntur.

C R A B. Si Iacob & Ioseph cum duobus filiis non numerantur: lxvj. tantum erunt: illis annumeratis. lxx. fiunt. Lucas quinque superaddit, secundum editionem. lxx. quàm vulgatam nouerat esse, & firmatam autoritate Græcorum. Si ergo obuiaret consuetæ autoritati, non crederetur sibi, qui videretur derogare olim creditæ editioni. Maluit ergo consentientibus interprætibus

prætibus fidem Christi firmare, quàm pro Hebraica veritate sermonem suum suspectum facere. D

f *Et descen.* Secundum situm locorum descensus est de terra promissionis in Aegyptum, sed quia libertati successerat seruitus, Iacob cum progenie descendisse in Aegyptum dicitur.

HIERONYM. In historia Paulæ sic ait: Transiuit Sichem, & vidit xij. patriarcharum sepulchra. Idem. xij. patriarchæ non sunt sepulti in Arbe, sed in Sichem.

E

h *Et posi. sunt, &c.* R A B. Docet Genesis Abraham ab Ephron filio Seor Ethæi in Chariatharbe sepulchrum emisse, in quo ipse, & Isaac, Iacob & Adam sepulti sunt. Item docet Iacob iuxta Sichem partem agri, vbi poneret tabernacula, ab Emor patre Sichem: datis. c. argenteis accepisse. Non ergo emit Abraham sepulchrum ab Emor patre Sichem, ab Ephron Ethæo: in quo. xij. patriarchæ non sunt sepulti, sed in Sichem, vt diximus. Sed Stephanus vulgo loquens vulgi opinionem sequitur: duas enim narrationes coniungens non tam ordinem historiæ, quàm causam de qua agebatur intendit. Qui enim insimulatur contra sanctum locum & legem docuisse, ostendit Christum ex lege promissum esse: & quod tunc nec Moysi, nec domino seruire voluerunt. F

(Margin: Gen. 23. c)

☞ a In se-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et Iacob. *Hic consequenter recitat historiam à tempore Iacob vsque ad Moysen. & primò recitat historiam temporis seruitutem præcedentis, secundò subsequentis, ibi:* Cum autem. *Circa primum dicitur:* Et Iacob. *supple circuncidit.*

(Margin: Diuisio.)

2 Duodecim pa. *filios suos, qui dicuntur patriarchæ. i. patres principales: à pater, & archos quod est princeps: quia ab ipsis denominantur xij. tribus Israel.*

3 Et patri. æmu. Io. *i. inuidentes ei, Gen. xxxvij.*

4 Vendi. eum in Aegypto. *eodem capitulo.*

5 Et e. Deus. &c. & eri. *primò de manibus fratrum volentium eum occidere, secundò de cisterna, vbi posuerunt eum moriturum fame. tertiò de carcere regis Aegypti, vbi posuit eum magister militiæ, Gen. xlj.*

6 Et de. ei gr. &c. in cõ. Ph. *ad exponendum eius somnium de futura fertilitate & sterilitate terræ.*

7 Venit autem fa. &c. *Gen. xlij.*

8 Misit patres nostros. *idest filios suos.*

9 Primum. *idest prima vice.*

10 Et in secundo. *in secunda missione.*

11 Cognitus est, &c. *Gen. xlij.*

12 Mittens autem Ioseph, &c. *in eodem cap.*

13 In animabus lxxv. Exod j. *Gen. tamen. xlvj. c. dicitur: Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ Aegyptum fuere. lxx. sed ibi numerantur tantum personæ egressæ de Iacob actu natæ. hic autem & Exod. j. numerantur cum illis quinque nepotes Ioseph, eo quod pertinebant ad populum Israel, propter quod lxx. interpretes. Gen. xlvj. posuerunt. lxxv. quam interpretationem sequitur hic sanctus Lucas.*

14 Et descen. Ia. in Aegyptum. *Hic consequenter recitat descensum in Aegyptum dicens:* Et des. Iacob in Aegyptum, & defun. est. *Gen. xlix.*

15 Et patres no. *s. xij. patriarchæ, de morte verò Ioseph in Aegypto habetur Gen. vlti. & de morte aliorum. Exod. j.*

16 Et translati sunt in Sichem, &c. *Hæc litera videtur multum intricata & discrepare ab eo quod habetur Gen. xxiij. de spelunca quam emit Abraham. & Gen. xxxiij. de agro quem emit Iacob à filiis Emor. Propter quod ad intellectum huius passus sciendum, quod Abraham emit illam speluncam ab Ephron Ethæo: & Iacob illum agrum à filiis Emor patris Sichem, vt patet in textu. In spelunca verò ab Abraham empta, fuit Iacob sepultus illic portatus de Aegypto, Gen. vlti. In agro verò quem emit Iacob, & quem dedit Ioseph filio suo, vt habetur Gen. xlviij. sepulta fuerunt ossa Ioseph, illic apportata de Aegypto, vt habetur Iosue. vlti. De aliis verò patriarchis non habetur de scriptura satis vbi sint sepulti. Sed Hieron. dicit de sancta Paula, quod ipsa pertran-*

✻ fuit

☞ a *In sepulchro quod emit Abraham.* BEDA. Hoc de solo Iacob, cuius corpus filij de Aegyto tollentes sepelierunt in spelunca duplici, vbi Abraham cum Sara sepultus est, & Isaac cum Rebecca: & ibi Lya condita est. vnde ciuitas illa vocatur Hebron. i. coniugium, quia patres ibi cum coniugibus sepulti sunt.

(Margin: A; Gen. vlt. d)

BEDA. Duas historias confundit, & alteram alteri implicat. Non enim à filiis Emor filiis Sichem emit Abraham, sed Iacob ab illis emit Sichem. ideo sic iungendum est: translati sunt in Sichem à filiis Emor filij Sichem: quasi diceretur, in Sichem illam quã emit Iacob à filiis Emor filij Sichem. In Genesi legitur Sichem filius fuisse Emor, vnde putant quidam duos fuisse Sichem, quorum alter à Luca dicitur pater Emor, alter à Genesi filius. B

(Margin: † de qua iurauerat.)

¶ a Speluncam illam emit quadringentis siclis ab Ephrom filio Seor Etheo.
b ¶ A filiis Sichem: vt sit explanatio prioris.

a b in sepulchrô, quod emit Abrahã precio argenti à filiis Emor 1

a ¶ Qui erat filius Emor. b ¶ Anni quadringenti triginta.
c ¶ Illius cui dictum est, post hoc exibunt & deseruient mihi in loco isto

filij Sichẽm. Cum autem appropinquaret tempus promis- 2

¶ In græco, pollicitus. a ¶ Israel crucifixo Christo: & apostolis passis. ¶ Mortuo Ioseph & fratribus.

sionis, † quod confessus fuerat Deus Abrahæ, creuit popu- 3

c lus & multiplicatus est in Ægypto, quoadusque rex alius 4

a ¶ Ignorabat, vel beneficium non reddebat.

surrexit in Ægypto, qui non † sciebat Ioseph. Hic circun- 5

a ¶ Præcipiendo obstetricibus, vt necarent masculos. b ¶ Manifestè imperando, vt exponeret infantes. s. vel afflixit dolore seruitutis. 6

d ueniẽns genus nostrum afflixit patres nostros, vt expo- 7

a ¶ In flumen. b ¶ i. viui custodirentur.
c ¶ Quo surrexit nouus rex super Aegyptum

e nerent infantes suos, ne viuificarentur. † Eodem tem- 8

a ¶ A quo gratiam habuit.
b ¶ Quia elegantem habuit faciem.

f pore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus 9

(Margin: † nouerat; † Exod. 2. a)

Quidam iungunt principium & finem sermonis, dicentes, à filiis Sichem, & post inferunt, Emor filij. vt hic locus congruat Genesi.

(Margin: Gen. 33. a)

b *Asi. &c.* Redit ad ordinem narrationis: anticipatio enim fuit quod præmisit, translati sunt in Sichem à filiis Emor filij Sichem.

Ibidem. ✻ CHRYSOST. Iterum alia desperatio, prima quidem fames: secunda autem incidisse in manus fratris: tertia, pronunciari sententiam à rege, vt interficiantur, attamen in his omnibus seruati sunt, & post hoc diuinæ potentiæ erat in tanta regis indignatione, gentem crescere quæ seruiebat, affligebatur, trucidabatur, hæc magnitudo promissionis erat. Si enim in terra sua creuissent, non tam mirabile fuisset.

c *Rex alius.* Rex iste diabolus est, qui effœminatos diligit, masculos odit.

d *Genus nostrum afflixit patres nostros, vt exponerent, &c.* Patres nostros dicit, & genus nostrum, ne patres blasphemare videatur. D

e *Eodem tempore natus est Moyses.* ✻ CHRYSOST. Et illud miraculum quod à fratribus venundatus: sed hoc magis mirum, quod rex educauit illum, is qui periturus erat, illum, qui regno deiecturus erat. Itaque quemadmodum Ioseph clariorem reddiderunt vẽdentes, ita rex Mosem, cùm iussisset occidi filios. Nam si nõ iussisset, non fuisset hoc factum. Et vide prouidentiam Dei. Ille fugat Mosem, Deus autem non prohibet, quod futurum erat dispensans, vt illic Dei aspectus dignus fieret: sic & seruum venditum illic facit regẽ, vbi putatur seruus esse. Quẽadmodum autem hic illic regnat, vbi eum emerant, ita & Christus in morte virtutem declarauit. Iste non solum honoris erat, sed vt etiam sua virtute fidat. Et post hoc mirabile, quod futurus præfectus, neque post hæc, neque ante hoc, sed in ipso medio furore nascitur, & educatur mensibus tribus in domo patris: quando igitur humana spem omnem negant, etiam abiecerunt illum, tunc diuina dispensatio clarè fulsit. Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & eum nutriuit sibi pro filio. Nusquam templum, nusquam sacrificium, quum tantæ dispensationes factæ sunt. Et enutritus est in domo barbarica, & institutus est Moses in omni sapientia Aegyptiorum. Erat autem potens, &c. Mihi videtur quod incipiebat esse admirabilis. E

f *Gratus Deo qui nutritus, &c.* Ostendit quod Moyses non blasphemauerit.

☞ a Moyses.

F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *fuit vsque in Sichem, & vidit ibi sepulchra. xij. patriarcharum. Iosephus verò. ij. lib. dicit, quod fratres Ioseph, mortui in Aegypto à posteris suis fuerunt translati in Hebron, & ibidem sepulti. & in hoc magis videtur credendum dicti Iosephi quàm Hiero. quia longo tempore fuit ante Hiero. & quia natus fuit in Iudæa, & certius cognouit omnia Iudææ loca. His ergo præmissis sciendum, quod sanctus Lucas hic simul recitat duas historias intricatè, & exponitur litera sic:* Et trans. sunt, &c. & po. sunt in sepul. quod emit Abra. *s. partim hic, & partim ibi: quia Ioseph certum est, quod sepultus fuit in Sichem in speluncam Abrahæ. vt prædictum est. de Iacob verò certum est, quòd sepultus fuit in Hebrõ, de aliis patriarchis dubium est vtrum hic, vel ibi sint sepulti: licet mihi probabilius videatur, quòd in Hebron, sicut dictum est.*

(Margin: Iosephus. 2. anti. cap. 3.)

1 A filiis Emor. *istud non coniungitur literæ immediatè præcedenti, sed antecedenti, vbi dicitur:* Et translati sunt in Sichem, *supple emptam à filiis Emor per ipsum Iacob, vt prædictum est: & sic exponit scholastica historia. Sed huic expositioni videtur obuiare quod sequitur:* Filij Sichem. *quia Gen. xxxiij. dicitur, quod Iacob emit partem agri à filiis Emor patris Sichem. & sic Emor non fuit filius Sichem, sed pater eius. Sequendo tamen expositionem istam potest faciliter responderi, quod idem homo frequenter habet patrem, & filium eiusdem nominis. Sicut dominus Carolus Comes Valesij bonæ memoriæ habuit patrem regem Franciæ nomine Philippum, & filium eiusdem nominis. Et sic potest dici de isto Emor, quod habuit patrem nomine Sichem, de quo fit hic mentio, cum dicitur: A filiis Emor filij Sichem, & filium eiusdem nominis de quo dicitur Gen. xxxiij. d. A filiis Emor patris Sichem. Sed quia expositio dicta videtur multum intricata, & quia litera videtur prætendere quod Abraham emit precio argenti à filiis Emor, sciendum quod ideo posset dici (sine tamen præiudicio) quod ille Emor de quo hic Lucas loquitur, fuit idem cum patre Seor, patre Ephron: & fuit binominus. sicut in scriptura multi leguntur binomij: sic Abraham emit à filiis Emor, quia ab Ephron emit de filiis eius, & iste Emor alio nomine dictus Seor, habuit patrem nomine Sichem, ille autem Emor de quo fit mentio Gen. xxxiij. a. habuit filium nomine Sichem. Nec inconueniens si ponantur eadem nomina diuersorum hominum hic & ibi, quia frequenter homines diuersorum locorum & temporum in nominibus conueniunt: & secundum hanc expositionem litera planior videtur. Sciendum etiam, quod Sichem hic dupliciter accipitur, vno modo prout est nomen ciuitatis, cum dicitur:* Translati sunt in Sichem, *alio modo prout est proprium nomen hominis, cum dicitur:* Filij Sichem.

2 Cum autem. *Hic recitatur historia pro tempore seruitutis filiorum Israël in Aegypto & primo ponitur seruitutis occasio, cum dicitur:* Cum autem ap. tempus pro. quam confe. fue. Deus Abrahæ. *promittens ei, quod semen eius seruiret ei in terra Iudææ. Gen. xv.*

3 Creuit po. & mul. est. *in Aegypto. Exod. j. d. Et hæc multiplicatio mouit regem Aegypti ad affligendum populum Israël, vt minus possent vacare generationi, & multiplicari. vt habetur ibidem.*

4 Quoadusque rex alius sur. in Aegy. *Dicit enim Iosephus: quod regnum tunc translatum erat ad aliam domum.*

(Margin: Iosephus.)

5 Qui non sciebat Io. *i. beneficia quæ fecerat Ioseph regno Aegypti.*

6 Hic circun. *i. fraudulenter opprimens.*

7 Genus nostrum. *primo subjiciens duris laboribus. sed quia per hoc non fuit impedita populi multiplicatio præcepit obstetricibus, vt in partu Hebræarum necarent masculos sed quia non fecerunt hoc, Deum timentes, præcepit vt masculi nati in flumen proiicerentur, Exod. j. & hoc est quod dicitur:* Vt exponerent infantes &c.

8 Eodem tempore. *Hic consequenter Stephanus se excusat de blasphemia contra Mosen, ostendens eum populi fuisse liberatorem. & primo ponitur ad hanc liberationem Moysi dispositio, secundo ipsa liberatio, ibi,* Cum autem. *Circa primum dicitur:* Eodem tempore na. est Moy. & f. gra. Deo. *quod apparet ex hoc, quod Deus seruauit eum ne periret cum aliis pueris in flumine.*

(Margin: Diuisio.)

9 Qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. *Vidit eum elegantem puerum, & ideo quantum potuit seruauit eum quousque apparebat periculum mortis: non solum pueri, sed etiam parentum, occasione eius: & tunc eum commendauit protectioni diuinæ ponens eum in flumine, inclusum tamen in vasculo scirpeo pice linito.*

✻ 1 Exposito

A a *Moyses.* RA. Aquaticus, quia de aqua est assumptus, vel liniés, quia inuentus est in fiscella bitumine lita.

RA. Moyses typus est Saluatoris, qui percusso diabolo genus suum liberauit, tribus temporibus occultatus est in Israël, ab Abraham. s. vsque ad Dauid, à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, inde vsq; ad natiuitatem Christi. qui proiectus à Iudæis, ab ecclesia Gétium veniente ad baptismũ quæ filia diaboli prius erat. assumptus est & nutritus qui fuit potens in opere, & verbo coram Deo & omni plebe, qui in plenitudine temporum visitauit nos & fecit redéptionem plebis suæ.

† 37. dist. c. turbat. &c. qui de mẽsa

b *Vindica. illum. & fe. vl.* Ostédit illum qui iniuriam faciebat nó esse de genere suo.

* suos.

c *Apparuit il.* RA. Sic Christus post ascensionem apparuit per apostolos litigantibus Iudæis, & infidelibus, qui resistebant apostolis.

B

✲ CHRYSOST. Eadem mente & cótra Christum videntur dicere: Non habemus regem & hic mos semper fuit Iudæis, cum beneficia acciperent. Ibidem.

d *Quis te con.* Solus Deus. Non est potestas nisi à Deo. Exhoc tale à Christo respósum acceperat: O homo quis me cóstituit iudicem aut diuisorem super vos? Quis te constituit princi. & iudi. super nos? In contentione sua illos redarguit iam tunc legi & Moysi fuisse contrarios. Rom. 13. a Lucæ. 12. b

e *Nunquid intersi.* Quidam putant illum qui defensus est ex ira rem protulisse.

✲ CHRYSOSTOMVS. Fugit, & neque fuga dispensationem sistit, quemadmodum neque mors. Ibidem.

C f *Fugit.* Moyses fugit in Madian. i. Christus in Gentes.

g Et ex-

¶ Occultè. ¶ In flumine Nilo.
a est tribus mensibus in domo patris sui. † Exposito autem illo 1
¶ De flumine. ¶ Quæ venerat ad flumen vt lauaretur.
sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi † in filium. 2
¶ Ita vt alios vinceret.
† Et eruditus est Moyses omni sapiẽtia Ægyptiorum, & erat 3
¶ Eloquens. ¶ Fortis.
potens in verbis, & in operibus suis. Cum autem impleretur 4 5
a ¶ De bona cogitatione solet dici, quod ascendat in cor.
ei quadraginta annorum tempus, ascẽdit in cor eius, vt vi- 6
a ¶ Qui onere seruitutis infirmabantur. b ¶ Genere.
sitaret fratres suos filios Israël. Et cum vidisset quendam in- 7 8
¶ Fratrem suum.
b iuriam patientem, vindicauit illum, & fecit vltionem ei qui 9 10
¶ i. putabat eos intellecturos, quæ in vno fecerat eum in omnibus esse facturum.
iniuriam sustinebat percusso Ægyptio. Existimabat autẽ in-
a ¶ Opus, qui meruit esse liberator eorum.
telligere fratres * quoniam Deus per manum ipsius daret sa- 11
¶ Manifesta est Iudæorum figura.
c lutem illis. At illi non intellexerunt. Sequenti verò die appa- 12
¶ Christus per apostolos pacem prædicabat.
ruit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pace dicés: Viri, 13 14
fratres estis, vt quid nocetis alterutrum? Qui autem iniuriam 15
a ¶ Verbo, sicut & Iudæi Christum. b ¶ Ignarus prophetat, quia Moyses princeps & iudex datus est Israeli.
d faciebat proximo, repulit eum dicens: † Quis te constituit 16
e principem & iudicem super nos? Nunquid interficere me tu 17 18
a ¶ Moyses timens Aegyptios propter eum quem occiderat.
f vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium? Fugit autẽ 19
a ¶ Quia volebat occultum esse.
Moyses in verbo isto, & factus est aduena in terra Madian,
a ¶ De Sephora filia sacerdotis Madian, quam vxorem acceperat. b ¶ Gorsan & Eliezer. c ¶ Ecce non blasphemat, sed laudat.
g vbi generauit duos filios Et expletis annis quadraginta, appa 20
h a ¶ Cum minaret gregem ad interiora deserti. b ¶ Michael in persona domini. vel ipse angelus magni consilij. c ¶ Quæ ideo facta est, vt timerent & scirent, quia Deus noster ignis consumens est. 21 22
i ruit illi in deserto mõtis Sina angelus † in igne flammę rubi. 23

g *Et expletis annis quadraginta.* ✲ CHRYSOST. Vides quomodo neque tempore sistitur dispensatio? quum exul esset ac peregrinus, multúmque temporis in terra aliena fecisset, ita vt etiam duos filios generasset quum nó expectaret vltra reditum, tunc angelus ipsi apparet. Filium Dei angelum vocat sicut & hominem, & vbi apparet? In deserto non in templo, vides quãta fiunt miracula & nusquam templum, nusquã sacrificium. Et neque hoc loco in deserto simpliciter, sed in rubo. D Ibidem. † Ibidem. † vice filij

✲ GREGORIVS. Exod 2. dicitur. *Apparuit illi Deus.* Verum quia angelus Deum repræsentabat, & in eius persona loquebatur, quandoque Deus, quãdoque angelus nominatur.

h *In igne flãma.* Ignis in rubo spiritussanctus, peccata populi quasi spinæ, quia ardor spiritussãcti peccata illius populi nó consumpsit qui densas nequitiæ spinas beneficiis Dei opposuit. E

RAB. Ideo forma ignis quæ nó est imitabilis ostensa est illis, ne aliquam similitudinem facerent.

i *Rubi.* RAB. Rubus ardet, sed non comburitur, rubíque nomen monti conuenit. Sinai enim rubus interpretatur. Rubus genus est spinarum significans ecclesiam quæ persecutione inflammatur, sed non periit, quia Christus in eo loquitur.

RAB. In flamma rubi signum fuit liberationis. quia populus ille quamuis tentatione inflammatus non erat, tamen in tribulatione periturus. Idem in solatione calciamenti designatur, quia tam facile est Deo à seruitute quempiam liberare quàm promptum homini calceamentum tollere.

✲ CHRYSOST. Non solum hic ostendit, quod apparens illi angelus Ibidem. F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Exposito autem il. in flumi. *modo dicto.*
2 Su. eum fi. Pha. & nu. eum. *i. nutriri fecit sibi in filium: quia adoptauit eum. & hæc omnia habentur Ex. ij. vbi diffusius ea exposui.*
3 Et eruditus est, &c. *quæ sic nominatur: quia primo viguit in Ægypto humanæ sapientiæ studium, vt habetur. j. Meta.*
4 Et erat po. in ver. & oper. su. *ex quo patet eius dispositio ad liberandum populum de Aegypto.*
5 Cum autem imple. *Hic consequenter describitur ipsa liberatio. & primo figuralis secundo realis, ibi:* Et expletis. *Circa primum dicitur,* Cum au. in. ei tem. xl. an. *quod est tempus virilis ætatis.*
6 Ascendit in cor eius. *Deo instigante.*
7 Vt visita. fratres, &c. *qui erant in dura seruitute.*
8 Et cum vi. quendam. *Hebræum.*
9 Iniuriam pa. *ab Aegyptio.*
10 Vindicaui illum. *Aegyptium interficiendo. & subditur ratio cum dicitur:* Existimabat autem intelligere fratres. *i. Hebræos.*
11 Quoni. Deus per manum ip. da. sa. il. *iam enim dominus inspirauerat Moysi, quod liberaturus erat populum per ipsum de seruitute Aegypti. & sic iam erat constitutus à Deo tutor, & defensor populi: propter quod non peccauit vindictam illam faciendo. & illa liberatio particularis fuit signum & figura liberationis generalis totius populi fienda per manum Moysi.*
12 At illi, &c. *quod declarat per factum sequens cum dicitur.*
13 Sequẽti ve. &c. *i. duobus Hebræis adinuicem rixantibus. Exod. ij. b.*
14 Et reconciliabat. &c. *volens eos reducere ad pace & amicitiam.*
15 Qui autem iniu. fa. *increpatus super hoc.*
16 Repulit eum. *i. eius monitionem & increpationem di.*
17 Quis te consti. p. & iu. *q. d. tu vsurpas tibi indebitam potestatem. Ex quo patet, quod iste non intellexit quod Moyses esset constitutus à Deo tutor & liberator populi. Et quia iniurians habebat aliquos sibi fauentes & idem sentientes: ideo supra dixit pluraliter: & illi non intellexerunt.*
18 Nunquid interficere, &c. *Illud quod erat secretum publicauit intantum, quod venit ad aures Pharaonis, & quærebat occidere Moysen. Exod. ij. ideo subditur.*
19 Fugit au. &c. *i. propter publicationem huius facti, ne occideretur.*
20 Vbi gene. &c. *Gersan & Eliezer de Sephora vxore sua, Exod. ij. d.*
21 Expletis. *Hic consequenter describitur Moysi legatio, secundo legationis impletio, ibi:* Hic eduxit. *Prima adhuc in duas, quia primo sanctus Lucas facit propositum, secundo infert quoddam correlarium, ibi:* Hunc Moysen. *Circa primum primo describitur tempus legationis, cum dicitur:* Expletis autem quadraginta annis, *à fuga Moysi de Aegypto.*
22 Apparuit ei, &c. *Exod. iij. dicitur, quod apparuit illi Deus. Dicendum, quod secundum veritatem fuit angelus, vt hic dicitur. sed quia personam Dei repræsentabat & in eius persona loquebatur, ideo aliquando Deus aliquando angelus nominatur vt dicit Grego.*
23 In igne flammæ rubi. *Angeli enim apparent hominibus in corporibus formatis. & quia tales apparitiones sunt ad aliquid significandum,* ✲ *ideo for-* Apparitionum cõuenientia.

A angelus, fuerit magni consilij angelus, sed ostendit etiã quantam misericordiam Deus per apparitionem fecerit.

a *Ego sum.* Sum proprium Dei verbum est, secundum illud: Ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos. Serpentes non sunt timendi vbi Deus præsens loquitur. Ibidem.

✲ AVG. Nusquàm templum, & locus sanctus est: apparitione & efficacia Christi, multò admirabilius hoc quàm locus in sanctis Sanctorũ. Illic enim nunquam apparuit sic Deus nũquam, tremefactus est sic Moyses. † attẽdere

b *Solue cal.* BE. MORAL. nos admonet, vt stantes in ecclesia, quæ est sancta terra, mortuis operibus renunciemus.

c *Videns.* RA. Deus totus est visus, totus est auditus, omnia videt, omnia audit, sed videre & audire dicitur quando miseretur.

B ✲ CHRY. Vide quo modo ostendit, quòd per beneficia, & per pœnas, & per miracula adduxit Nos, Illi autem semper ijdem manserunt. Sic hinc discimus, quod vbique præsens est De⁹. Ibidem. * vester

Hæc audientes & nos, in afflictionibus ad illum confugiamus. Nam & gemitum illorum inquit, audiui. Non simpliciter dixit, audiui, sed propter calamitates. Si autem quis diceret, Et cuius gratia permisit illos affligi sic, audiat, quod omnibus maxime iustis afflictionibus mercedum causæ fiunt, nónne & propter hoc illos dimisit affligi, vt illius virtutem & hinc ostendat clarescere. Et illos ea per quæ affliguntur, per omnia philosophari erudiant, vide igitur quando erãt in sollicitudine, incrassati sunt, impinguati, dilatati, sed & dereliquerunt Deum. vbique enim remissio malum est delicti. Idcirco & initiò dicebat:

C In sudore, &c. Magnũ itaque bonum afflictio, & quod bonum, audi Dauidem dicentem: Bonum mihi, quia humiliasti me.

Vidi

a ¶ Quod contra consuetudinem rubus ardens non comburatur.
rubi. Moyses autem videns admiratus est visum, & accedente 1
a ¶ Nunc dominus dictus est, qui prius vocabantur angelus.
a illo vt † consideraret, facta est ad eum vox domini, dicens, † E- 2 3
a ¶ Semper præsens. b ¶ Nondum tuus vocandus hoc dicens ostendit eum esse verum filium eorum. c ¶ Non recens & nouitius. d ¶ Hi tres commemorantur, quibus facta est promissio 4
go sum Deus patrum tuorũ, Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus
¶ Andiens nomen domini.
Iacob. Tremefactus autem Moyses non audebat considerare. 5
¶ Ne putes te esse dominum ecclesiæ.
b Dixit autem illi dominus, † Solue calciamentum pedum tuo- 6
a ¶ Et sancti pedes locum sanctum debent contingere.
c rum. Locus enim in quo stas, terra sanctã est. Videns vidi affli- 7 8
d a ¶ Dicendo, mei, misereri se ostendit.
ctionem populi mei qui est in Aegypto, & gemitum eorũ au-
a ¶ Descendere est misericorditer compati.
e diui, & descendi liberare eos. Et nunc veni & mittam te in Ae- 9 10
¶ Ecce laus, non blasphemia.
f gyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes, Quis te 11
a ¶ Soluitur ab humili quod superbus interrogauerat. 12
constituit principem & iudicem? * hunc Deus principem & 13
g a ¶ De seruitute Aegypti. b ¶ Opere vel potestate, quia primogenita occidit & alias plagas irrogauit.
redemptorem misit cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. 14
a ¶ Hic cum Deo & Aaron tertius decem plagis Aegyptum percussit, & in deserto in manna & petra aliisque innumerabilibus signa fecit. 15 16
Hic eduxit illos, faciens prodigia et signa in terra Aegypti, & 17
h in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses 18
i a ¶ Vobis. b ¶ Carne visibilem, sed super me maiestate terribilem. b ¶ Non aliis. Præter vos. 19
qui dixit filijs Israel, † Prophetam vobis suscitabit Deus 20
* de fratribus vestris, † tanquàm meipsum audietis. 21 22

d *Vidi afflictionem.* RAB. Qui licet aliquem tentari permittam, non tamen putandum quòd nesciam. D

e *Et descendi.* ✲ DIONYS. Angelus autem hæc proferens, verè localitérque descendit. Deo autem cum incircumscriptibilis inuariabilisque consistat non competit localiter descendere, nec moueri secundum se, sed ratione sui effectus. Hæc atque similia ei attribuũtur. Nam quamuis vbique sit, ibi tamen specialiter esse dicitur, vbi specialiter operatur. Ibidem. † Exo. 3. d. 32. q. 4. c. recurrit in prin.

f *Quem ne.* Synecdoche. multi dicuntur negasse, cum vnus dixerat vel forsan plures consenserunt. S. & descendi. † Exo. 3. b.

g *Principem.* Magna laus, quia princeps & redemptor & eductor populi dicitur.

h *Hic est Moy.* In eos culpam retorquet, quam ipsi inobedientes & increduli in Moysen refundebant. E * super nos

i *Moyses qui.* BED. Ne noua videatur doctrina Christi, Moyses cui noluerunt obedire patres vestri, prædicauit eum in forma hominis venturum, & præcepta vitæ daturum. † Deu. 18. d † similem mei, ipsum

✲ CHRYS. Vbique mirabilis Moses maximè autem quando lex feréda erat. Quid sunt eloquia viua? vel prophetias dicit, vel ea quorum fines per sermones monstrabantur. Deinde crimen est in patriarchis, post signa & miracula, post accepta eloquia viua, & noluerũt, inquit, obedientes esse. bene autem eloquia viua dicit, ostendens, etiam eloquia esse non viua, de quibus & Ezechiel dicit, Et dedi vobis præcepta non bona. Ad talia igitur respiciens, dicit eloquia viua. Sed repulerunt & conuersi sunt corde suo in Aegyptũ, illuc ingemiscebant, illuc clamabant, vnde Deum inuocabant. homilia 17. cap. 20.

Verba F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *ideo formantur secundum conuenientiam ad id quod est significãdum. Per ignem frequenter in sacra scriptura significatur tribulatio purgans. Prouer. xvij. a.* In igne probatur aurum & argentum, *& homines receptibiles in camino humiliationis propter quod angelus apparuit in specie ignis ardentis, sed non comburentis ad figurandum quòd populus Israel in tribulatione Aegypti non consumeretur, sed purgaretur, & purgatus liberaretur.*
1 Moyses autem vi. ad. est. *quòd ignis ardens non comburebat rubum, qui de facili est combustibilis.*
2 Et acce. illo vt consi. *magis de propè.*
3 Facta est vox domini. *i. angeli loquentis in persona Dei.*
4 Ego sum Deus pa. tuo. *qui coluerunt me, cæteris Gentibus ad idolatriam declinantibus.*
5 Tremefa. au. Moy. *propter diuinam reuerentiam.*
6 Solue cal. pe. t. *Modus enim erat antiquorũ, & specialiter Hebræorũ non ingredi loca sancta pedibus calceatis. Vnde & Saraceni adhuc tenent hunc modum, quia non ingrediuntur locum diuini cultus nisi discalceatis pedibus, vt à fide dignis intellexi.* Mos antiquorum
7 Locus enim in quo stas, ter. san. est. *propter apparitionem diuinam. ibidem modo dicto.*
8 Videns vidi af. po. mei. *oculo pietatis, & cum affectu miserationis. ideo sequitur.*
9 Et desc. li. e. *Deo autem descendere non conuenit nisi per affectum miserationis, sed angelo qui loquebatur bene competit descendere & ascendere secundũ motũ localẽ, eo modo quo motus localis competit angelis.*
10 Et nunc veni. *promptè obediendo mihi.*
Et
11 Et mit. te. *ad liberandum populum. sic pater legatio iniuncta Moysi.*
12 Hunc Moy. *Hic Stephanus contra Iudæos refert correlarium de rebellione eorum, di.* Hunc Moy. quem ne. *sicut prædictum est ille qui hoc verbum dixit, habebat complices & fautores, qui idem dixerunt verbo, vel saltem facto, propter hoc quod dicitur hic in plurali.* Dicentes, quis te constit. principem.
13 Hunc Deus princi. & re. misit. *Quia tamen non erat principalis in hoc facto sed angelus apparens in persona Dei, ideo subditur.*
14 Cum ma. an. *alijs per manum angeli. i. cum potestate ipsius. & sic Moyses erat illi tanquam minister adiunctus. Per hanc autem rebellionẽ contra Moysen intendit Stephanus vocare Iudæos de rebellione contra Christum liberatorem totius mundi, de seruitute diaboli, vt exprimitur. infrà eo. capi. vbi dicitur, Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis.*
15 Hic educit. *Hic consequenter describitur impletio legationis iniunctæ Moysi. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit propositum. secundò infert correlarium, ibi:* Cum voluerunt. *Circa primum dicitur.* Hic edu. il. *sicut erat sibi iniunctum.* Diuisio
16 Faciens prodi. *sicut patet à principio Exod. v. vsque ad finem xij.*
17 Et in rubro. ma. *vt habetur Exod. xiiij.*
18 Et in deser. *vt patet in libro Leui. Nu. & Deutero.*
19 Hic est Moyses. *cui vos credere dicitis & debetis.*
20 Qui dixit filiis Israel. *Deuterono. xviij. d.*
21 Prophetam vobis susci. Deus, &c. *quod principaliter intelligitur de Christo, vt ibidem dictũ fuit, qui descẽdit secundũ carnẽ de Iudæis;*
22 Tanquam meipsum andietis. *i. legislatorem noui Test. sicut ego sum veteris. Sciendum tamen quòd Christus non dicitur propheta quan-* ✲ *um*

1 MORALITER. *Prophetam vo. & c.* Sequitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Verba vitæ.* R A. Duas tabulas cum decalogo, & mandata cætera, de quibus dicitur, Qui fecerit ea, viuet in eis. (Le. 18.a.)

b *Ad aaron* R A. Quasi ad principem. Quasi ignari diuinitatis loquuntur. Deus enim verus non est factus, sed omnia fecit, nec creatura est, sed creator omnium.

✻ CHRYS. O Insipientiam fac, inquit, vt præcedant nos. Quo? In Ægyptum. vides quomodo à moribus Aegyptiorũ nõ poterant auelli. Quid dicis? Non expectas eum qui duxit, sed negas beneficium, & benefactorem fugas? Et videt quomodo contumelia afficiũt? Moysi enim illi, inquit, qui eduxit nos è terra Ægypti. Nusquàm Dei nomen, sed omnia Moysi adscribũt. Et vbi quidem illos gratos esse oportebat, Moysem in medium adducunt, vbi autem legi obediendum erat, non iam Moysem. Insuper dixit, quod ascendit vt legem acciperet: Illi autem non manserũt quadraginta diebus. fac nobis deos. Sic insanierunt, non dixerunt Deũ, sed deos quia nesciũt quę diciũt.

† congregatione — † Exo. 32.a. — B — † vt colerēt militiam — † Amos. 5. g.

a ¶ Congregatione populi non solus, vt prius, quando cum angelo loquebatur. b ¶ Deserto montis Sina. ¶ Tam ei quàm omni populo.

Hic est qui fuit in † ecclesia in solitudine cũ angelo qui loque- 1

a ¶ Filiis Israel. b ¶ Non tantum vestris. 2

batur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit 3

¶ Non solum illis. ¶ Dupliciter accusantur, quia noluerunt, & quia non obedierunt. 4

a verba vitæ † dare nobis. Cui noluerunt obedire patres vestri, 5

a ¶ Et si non corporibus suis. b Ad quam desiderabant reuerti, vel in morem Aegyptiorum reuersi sunt, vitulum adorando.

sed repulerunt eum, & auersi sunt cordibus suis in Aegypto, 6

a ¶ Pluraliter dicunt deos, non Deum vnum. ¶ Errore Gentium. b ¶ Prouidentia & potestate.

b c dicentes ad Aaron: † Fac nobis deos qui nos præcedant. Moysi

a ¶ Derogando & inhonorando hoc dicunt. 7

enim huic qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid fa- 8

a ¶ Mors vel vita quia xl. diebus & noctibus cum domino sed erat in monte. b ¶ Ex consuetudine. ¶ Aegyptiorum qui bouem adorant petulans etiam & hebes populus ex hoc demonstratur. ¶ Vt adorarent.

ctum sit ei. Et vitulum fecerunt in illis diebus, & obtulerunt 9

a ¶ Plus accusantur quàm si viuo animali hoc facerent. b ¶ Non creatorem suum, sed opera à se facta venerati sunt. 10

hostiam simulacro, & lætabantur in operibus manuum suarum,

¶ Permisit. a ¶ Soli, lunæ, stellis, quia Deo militant per agentes cursus suos.

d Conuertit autem Deus, & tradidit eos † seruire militiæ cæli, 11

e f sicut scriptum est in libro prophetarum. † Nunquid victimas 12

g aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto do- 13 14

h i mus Israel? Et suscepistis tabernaculum Moloch & si- 15 16

c *Fac nobis Deos.* R A Deos dicunt propter duas columnas quę præcesserunt eos de Aegypto, in honore quarum vnum factum est simulacrum, sed ambæ columnæ adoratæ. & ideo dicũt, Præcedant nos, quia columna nubis in die, columna ignis in nocte populum præcedebat.

✻ CHRYS. Vides magnam insipientiam, vbi apparuit Deus Moysi, illi vitulum faciunt & sacrificant: Et lætabantur, inquit, In operibus manuũ suarum Propter quæ oportebat se abscõdere, In illis lætabantur, Et quid mirum, quandoquidem ignoratis Christũ, vbi & Deũ, & Moysen tot signis mõstratũ. Illi autẽ nõ solũ ignorarunt, sed etiã conuitijs affecerunt, dũ idolũ faciũt.

d *Conuertit autem.* A V G. Manifestum est Deum operari in cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates siue ad bonum, siue ad malum, &c.

e *Militiæ cæli.* B E D. Militia cæli aliquando dicitur exercitus angelorum, sed in hoc loco sidera militiam cæli nominat, cum procinus addat, sidus Dei sui, &c. D

✻ OECVM. Sed & propheta tanquã de rebus non necessarijs ita de his pronunciauit: Quo autẽ pacto nunc Moysem vos vlcisci fugitis, quem & repulerunt & patres vestri & vos, vtque vno verbo dicã. tota concione videre est quàm sapienter & modestè, & acutè illorum accusatio dissoluatur. († vt daret)

f *In libro prop.* Quãuis multi sint prophetæ, vnus tamen liber dicitur esse. & apud Hebræos vnus est liber. xij. libros nominat.

g *Nunquid victimas.* R A B. Quamuis necessitate seruiendi Deo libarent, mente tamen auersi veraciter seruiebant idolis: ex quo aurum in caput vituli trãsformauerunt. Si autem postea legũtur Deo obtulisse, non bona voluntate, sed timore pro interfectione eorum qui pro idolis corruerunt factum est, Vbicunque enim occasio fuit semper corde in Aegyptum sunt reuersi. E

B E D. Quæritur quomodo non obtulerint Deo cum legatur Deo eos quædam obtulisse, non voluntate, sed metu pœnarũ? Deus autẽ non quæ offerũtur, sed voluntatẽ offerentiũ accipit. (Quæstio)

h *Et suscepistis.* B E D. Quamuis videremini ad tabernaculum Dei victimas & hostias deferre, tota tamen mente phanum Moloch siue Melchon amplexati estis. Est autem Moloch siue Melchon, quod sæpe inuenitur idolum Ammonitarum, quod interpretatur rex noster. (Moloch idolum)

✻ BEDA. Rempham, sydus est quod luciferum vocant, quod & Venus dicitur, tertius septem planetarum. Cuius cultui Saraceni erant mancipati, & quos Iudæi imitabantur.

i *Sidus Dei ve.* B E. Dimisistis quidẽ Deũ verũ & viuũ, & sidus Rẽ-

pham

C

NICOLAVS DE LYRA.

(Christus quomodo propheta) *tum ad cognitionem euangelicam Nam ab instanti conceptionis anima Christi habuit claritatem diuinæ visionis. Sed pro tanto dicitur propheta fuisse, inquantum propheta dicitur ille, qui annunciat remota à cognitione illorum cum quibus habitat. Christus autem ante suam passionem fuit viator habitans cum omnibus, Io.j.* Et denunciabat transcendentia capacitatem intellectus humani, *sicut dicitur propheta, Lu. vij.d.* Propheta magnus surrexit in nobis, &c.

1 Hic est qui fuit in ec. *idest in congregatione Hebræorum.*

2 Cum ange. qui loquebatur ei in monte Sinai. *dans ei leges & mandata, vt patet Exodi.xix. Et deinceps quasi per totum.*

3 Et cum patribus nostris. *quantum ad decem præcepta decalogi, dedit audiente populo. Exod.xx.*

4 Qui acce. verba vitæ da. *Dicũtur autem illa præcepta verba vitæ, non quia conferunt vitam gratiæ iustificantem, secundum quod dicitur Ro.iij.c.* Non iustificatur homo ex operibus legis. *iustitia quæ facit dignum vita æterna. licet iustificarent iustitia politica, sicut dictum fuit super epistolam ad Ro. & Gala. Sed dicuntur verba vitæ, quia seruantes ea non incurrebant pœnam mortis corporalis, quæ transgressoribus infligebatur, sicut dictum fuit Gal.iij. super illud: Faciens ea viuet in eis.*

5 Cui no obe. pa. vest. *Hic ex dictis infert correlarium de rebellione Iudæorum contra Moysen & Deum, dicens:* Cui no. obe. pa. vest. *sicut patet in multis locis Exodi & Nume.*

6 Et auer. sunt, &c. in Aegyp. *ostendentes displicentiam quod inde exierant, dicentes Moysi Exod.xiiij.e. Quid hic facere voluisti vt educeres nos de Aegypto, &c. & in pluribus aliis locis simile habetur. Et non solum ostenderunt hanc displicentiam exitus, sed etiam voluntatem reuertendi, dicentes Nu.xiiij.a.* Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. *Consequenter ostendit eos rebelles fuisse, & non solum Moysi, sed & Deo, cum dicitur.* 7 Dicent. ad Aar. *Exod.xxx.a.*

Fac

8 Fac no. de. *In hoc enim rebellabant Deo qui eos eduxerat de Aegypto, & etiam Moysi eius ministro, cum subditur: Moysi enim huic, &c.* F

9 Et vitu. *Quia Aaron ad faciẽdũ coegerũt, & aurũ ei ministrauerũt.*

10 Et obtu h. *quæ debebant offerri soli Deo.*

11 Conuer. au. Deus & tra e. *conuerti & tradi permisit dæmonibus propter suam malitiam.*

12 Seruire mi. cæ. *hoc nõ legitur esse factum tempore quo filij Israel fuerunt in deserto sed postquã intrauerunt terram promissionis hoc multipliciter fecerunt, vt patet in libro Iudicum & Regum, specialiter in. iiij. & ij. Parali.*

13 Sicut scrip. *s. xij. qui est vnus liber, vt declaratum fuit ibidem.*

14 Nunquid victi. *hoc scribitur. Amos g si. Et refertur prima pars huius autoritatis ad tempus quo fuerunt filij Israel in deserto, vt patet manifestè. Non tamen per hoc est intelligendum, quòd filij Israel nullas victimas aut hostias obtulerunt Deo in deserto. quia Leui.ix.a. dicitur expresse, quòd in consecratione Aaron & filiorum eius fuerunt plures hostiæ Deo oblatæ, similiter in dedicatione tabernaculi, vt habetur* Num.vii. *Sed ideo dicitur quia paucæ victimæ fuerunt tunc oblatæ. Vnde dicit Ra. Sa. super illud Nu.ix.a.* Fecerunt filij Israel Phase, &c. *quòd toto tempore quo in deserto fuerunt, non fecerunt Phase nisi illud tantum, cum tamen erat solennitas principalis & præceptum erat* Exod.xij. *ipsum quolibet anno fieri. & ideo si fuit sic omissa in illis.xl. annis, multo magis sacrificia quæ præcipiebantur fieri in solennitatibus & in diebus minus solennibus. fuit enim cum populo super hoc dispensatum à Deo propter incertum motũ nubis, sicut & de circuncisione quæ Ge.xvij. præcipitur fieri octauo die, & tamen omissa fuit quãdiu populus fuit in deserto, vt patet Ios.v.* 15 Et sus. &c. *Istud refertur ad tempus Iudicum & Regum, vt ostensum fuit Amos v. & pendet in fine huius autoritatis.* 16 Et sidus Dei vestri Rempham. *i. Luciferum, siue stellam matutinã, vt dicit Glo. quæ præ ceteris stellis à pluribus adoratur propter eius pulchritudinem.*

Figu-

A pham. i. facturæ vestræ pro Deo suscepistis. significat autem luciferum, cuius cultui Saraceni erant mancipati. Et quia Rempham interpretatur factura vel requies vestra, consequenter adiungit.

a *Figu. quas fe. ado.* R A B. Sidus Dei vestri est lucifer, cui assignauerunt figuras, ijdem dij in figuris & stellis adorabantur. († ad adorãdum)

R A B. Quidam sic dicunt, sidus Dei vestri, vt ad Deum pertineat verbum, quia nõ ipsum dominum, sed eius sidus susceperunt. († qui successerunt)

b *Et trans.* Propter hæc sacrilegia trans Babylonem ducemini captiui. Non est putandus primus martyr errasse, qui pro eo quod in propheta scriptum est, trãs Damascum ducti sunt, dixit, trans Babylonẽ. magis enim intelligẽda quàm verbum posuit, quia trãs Damascum ducti sunt in Babylonem, siue trans Babylonem. B

✻ CHRYSOS. Sic & captiuitas accusatio maliciæ est.

(† Isa. 66.a. Psal. 131.a. Deut. 17.b)

a ¶ Luciferi quem collitis vt Deum. b ¶ Subaudi, suscepistis adorare.

a dus Dei vestri Rempham, figuras quas fecistis † adorare eas, 1

¶ Et in vltriores partes eius. a ¶ Quia in eo arca fuit, in qua erat testimonium. 2

b & transferam vos in Babylonem. Tabernaculum testimonij 3

a ¶ Semper communes appellat patres. b ¶ Qui totius artis actor fuit & dispositor. 4

c fuit cũ patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus

d loquens ad Moysen, vt faceret illud secundum formã quam

a ¶ Venerandum & humeris portandum.

viderat. Quod & induxerũt † suscipientes patres nostri cum 5

a ¶ In figura Iesu Christi. b ¶ Chananæorum. a ¶ Cuius virtute deletæ sunt ab Israel sicut dæmones cum Gentilitate à Christianis expulsi sunt.

Iesu in possessionem Gentiũ quas expulit Deus à facie pa- 6

a ¶ Sic lunge, tabernaculum fuit vsque ad dies Dauid, & in diebus Salomonis templum tabernaculo successit. b ¶ Dauid. c ¶ Gratus Deo, gratis quæ petebat accepit ab eo. 7

e trum nostrorũ vsque in diebus Dauid. Qui inuenit gratiam 8

a ¶ Sciens tabernaculum illud non semper sufficere & ecclesiæ vmbram esse. 9

b ¶ Verum templum cuius illud figura, scilicet, ecclesiam.

ante Deum, & petijt vt inueniret tabernaculum Deo Iacob.

a ¶ Dauid vir sanguinum prohibitus est, sed Salomon figura veri pacifici. i. filii Dei pacis dominum domino ædificauit. b ¶ Non in manufactis habitat dominus.

f Salomon autem ædificauit illi domum, sed non excelsus in 10

a ¶ Sancti quibus in habitando Deus præsidet.

g manufactis habitat, sicut per Prophetam dicit, † Cælum mi- 11

a ¶ Quasi thronus est, & nos domus. o ¶ Peccatores, quos damnatione prosternit. b ¶ Hoc ideo dicit, ne sic in templo confidant, vt ipsius tantum habitatorem Deum esse putent.

h i hi sedes est, terra autem scabellũ pedũ meorũ. Quam domũ 12

¶ Cui thronus, cælum, & terra scabellum.

k ædificabitis mihi, dicit dominus, aut quis locus requietionis 13

c *Tabernaculum.* B E. Quia dicebant eum sancto loco contrarium, ostendit Deum non appræciari ornatũ lapidũ, sed splendorem animarum. Vnde subintelligitur, quòd sicut tabernaculum facto templo est desertum, sic ipsum templum meliori succedente est delendum, vnde Iere. *Non confidentes in verbis mendacij, dicatis, Templum domini, templum domini est.* & postea, *Faciam domui in qua inuocatum est nomen meum, & in qua habetis fiduciam, sicut feci Sylo, vbi habitauit nomen meum à principio: & proijciam vos à facie mea.* (Iere. 7.a.)

Tabern. te. Quia dicebant eum contra sanctum locum agere, ostendit quòd in sanctum locum non est locutus blasphemiam.

d *Secundum for.* R A. Quam ei in Sina ostenderat, quia & secundum formam factum, ostenditur ipsum tabernaculum formam fuisse. D

RABBA. Historicè cum Iesu dicitur, quia Moyses erat defunctus.

e *Vt inue.* Verum templum cuius illud figura quod loco non mutaretur. i. ecclesiã quam præuidebat futuram firmam & immutabilẽ, de qua Apostolus, *Firmum fundamentum domini stat.* Et alibi, *Fũdamẽtum aliud nemo potest ponere præter illud quod positũ est,* quod est Christ⁹ Iesus. (2.Tim.2.c. 1.Cor.3.c.)

f *Sed non excel.* R A. Ex sententia Salomonis Iudæos conuincit, qui ædificato templo dixit, *Si cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui.* verbo autem Salomonis adiungit testimoniũ prophetæ, *Cælũ mihi sedes est, &c.* vt manifestius sit nõ in solo templo Iudæorum eum habitare. (3.Reg.8.c. Isa.66.a.) E

g *Sicut per prophe.* B E. De tabernaculo primo quod fuit vmbra & non veritas, primus dixit, postea testimonium posuit dicẽtis de tabernaculo quod verius fuit. *Si introiero in tab. do. &c.* ad vltimam sententiam posuit Deu. Vt in ore duorum vel triũ testium stet omne verbũ.

✻ AVG. Quid ergo mirum si bona throni sui spiritaliter sibi seruientibus, & bona scabelli pedum suorum dat carnaliter sibi seruientibus, cum spiritus superior sit & caro inferior, sicut superiora sunt cælestia, & inferiora terrestria. (contra Adi. manich. ca. 28.)

h *Cælum mi.* Sic demonstrat se circũdare omnia, vnde alibi, cęlum se palmo metiri & terram pugillo se concludere asserit.

i *Terra autem.* Terræ exemplo designat omnem creaturam creatoris. (Isa 40.c.)

k *Aut quis lo.* B E D. Non aureus vel marmoreus terrestris habitaculi locus, sed ille quem propheta subnectit, Super quem requie- (Isa 11.a.) F

quie-

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Figuras. *id est imagines diuersas.*

2 Quas fecisti adorare eas. *id est, ad adorandum eas.*

3 Et transferam vos in Babylonem. *propter illud peccatum & transgressionem. Ex quo patet quòd idololatria de qua loquitur hic Amos propheta, fuit causa captiuitatis Iudæorum de terra sua. & hæc fuit perpetrata post ingressum huius terræ, & maximè temporibus regum. Amos autem. v. g. dicitur:* Migrare vos faciam trans Damascum. *i. vltra Damascum, vel longius à terra vestra quàm sit Damascus, Babylon autem plus distat à Iudæa: nam Damascus est prope terminũ Iudææ. Vel Stephanus posuit in Babylonem, vt patet. iiij. Reg. vlti. Iudæi vero. x. tribuum fuerunt translati in terram Assyriorum iiij. Reg. xvij.* Et transitus ad illam est per Damascum. *& ideo ad exprimendum vtramque captiuitatem quæ inducta fuit propter idololatriam, Amos scripsit vltra Damascum. Stephanus autem eodem spiritu loquens dixit, in Babylonem.*

4 Tabernacu. *Consequenter Stephanus se excusat de blasphemia contra templum, confitens illud ordinatione diuina fuisse factum & primo loquitur de tabernaculo Moysi, ad cuius similitudinem quantum ad aliqua templum postea fuit factum, dicit ergo,* Sicut disp. *s. Deus, prout patet* Exo.xxv. (Exo. 25.d. Heb. 8.b.)

5 Quod & indu. &c. cum Ie. *i. cum Iosue qui erat dux populi.*

6 In pos. Gen. *idest in terram Chananæorum.*

Quas

7 Quas ex. Deus. *Illud enim fuit magis factum virtute diuina quàm humana.*

8 Vsque in die. Da. *supple fuit illud tabernaculum in terra illa. Nã primo positum fuit in Sylo, vt habetur Io.xviij. & inde postea translatum in terram Philistinorum. j. Reg. v. & inde reductum in terram Israel. j. Re. vj. & inde pluries translatum de loco ad locum propter guerras,* Vsque in diebus Da. *qui transtulit in Ierusalem arcam domini volens ei ædificare templum, vt habetur. ij. Re. vij. Sed dominus distulit ædificationem templi vsque ad tempus Salomonis filij sui. ideo dicitur.*

9 Qui in. *Et patet litera vsque ibi.*

10 Sed non ex. in ma. *quia est incomprehensibilis & natura spiritualis. hoc autem addit beatus Stephanus ad remouendum errorem aliquorum Iudæorum existimantium, quòd Deus habitaret in templo, sicut homo in sua domo, ex hoc quòd propitiatorium, quod erat in templo, Dei sedes dicebatur, sicut dixi plenius Exo.xxv. & ad propositum inducitur autoritas Isa.lxvj.*

11 Cælum mi. se. *Hæc est locutio metaphorica, ad designandũ Deum esse præsentem vbique in cælo & in terra. Sibi enim non competunt corporis lineamenta, ideo subditur.*

12 Quam do ædi. mi. *s. ad habitandum modo prædicto. q. d. nullam, sed tantum ad hoc quòd ibi fiat oblatio Deo orationum & sacrificiorum, vt dixit Salomon. iij. Re. viij.*

13 Aut quis lo. re. meæ est. *q. d. nullus alius à me, quia Deus requie-*

scit

MORALITER.

1 *Tabernacu. testi.* Hic excusat se de blasphemia contra templum asserens, quòd ordinatione diuina ad cultum ipsius fuit factum. factũ. primo exemplariter in tabernaculo Moysi, quod fuit mobile de loco ad locum, secundò perfectius in templo Salomonis, sicut Dauid præcepit fieri secundum reuelationem sibi factam à domino per Natham prophetam. ij. Regum. vij.

Dura.

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ quiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos. A

Homil. 17. ✠ CHRY. Etiam hoc propheticum est, neque illius proprium, Et magna dicendi veritas erat in morituro Etenim opinor, illud etiam ex reuelatione cognouisse.

a ¶ Estis. ¶ Non sustinentes iugum legis.
a meæ? Nonne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice & in 1
b a ¶ Iugum Christi leue non portantes circuncisi corde. non tamen corde ab infidelitate. b ¶ Et si carne circuncisi, c ¶ Quæ sunt surdæ, nec à vitiis purgatæ. d ¶ Non ego quem accusatis. e ¶ Non mihi, sed spirituisancto 2
c circuncisis cordibus & auribus vos semper spirituisancto † re- 3
¶ Quia nunquam pœnitentiam agitis. a ¶ De quibus prædixerat, cui noluerunt obedire patres vestri. ¶ Nec modo inceptum. b ¶ Illis pares in nequitia. c ¶ Nullus est quem non sint persecuti. 4
d sistitis, sicut & patres vestri ita & vos. Quem prophetarum 5
¶ Non nostri.
e non sunt persecuti patres vestri, Et occiderunt eos qui præ- 6
a ¶ Hoc ad eorum accusationem qui iustum prodentes occiderunt. 7
nunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & 8
¶ Per hoc inexcusabiles ostendit. a ¶ Ministerio. 9
homicidæ fuistis, qui accepistis legem in dispositione ange- 10
a ¶ Ordinata per angelos lex est in manu mea. c Non aliorum ministrorum qui essent inferiores. b ¶ Opere scienter peccando. 11
f lorum, & non custodistis. Audientes autem hæc dissecaban- 12
a ¶ Quia zelabant laudem Dei. b ¶ Nimietate furoris. c ¶ More bestiali. d ¶ Sicut solebat, vel illa hora maxime superabundauit gratia. 13
tur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autem 14
a ¶ Qui loquebatur in eo. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis b ¶ Vnde sperat auxilium c ¶ Vt tribulatus carne consolaretur spiritu. 15
g esset plenus spiritusancto, intendens in cælum vidit gloriam 16
a ¶ Verum hominem, qui resurrexit vere & ascendit. b ¶ Vbi post laborem quiescit, & iudicat sedens in throno. 17
h Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, & ait, Ecce video 18
i a ¶ Non reseratione elementorum, sed spirituali reuelatione, quæ in corde iusti fiebat. b ¶ Quem vos sic æstimatis, vel veritatem resurrectionis ostendit. c ¶ Quia stare pugnantis vel adiuuantis est, rectè à dextris stantem vidit, quem inter persecutores adiutorem habuit. ¶ Ostenditur veritas resurrectionis. d ¶ Vbi inuisibiliter omnia indicat, qui iudex omnium visibilis adueniet. 19
k cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis.

† restitistis

a *Dura.* RAB. Purgatus à crimine, de quo falsi testes eum arguebant, incipit Iudæos arguere, quia qui sine crimine est, dignus est doctoris officio.

b *Et incir.* BED. Ostendit eis circumcisionem, de qua contra gratiam euāgelij gloriabantur, non valere ad salutem, qui cogitationem & auditum habebant immundū.

c *Vos semper spiritui Sancto resi.* ✠ CHRY. Quando nolebat esse sacrificia, vos sacrificabatis, quando volebat iterum non sacrificabatis: quando noluit vobis dare præcepta, requirebatis, β quando accepistis neglexistis. Iterum quādo stabat templum, idolis seruiebatis: quādo vult absque tēplo sibi seruiri, Iterū contrarium facitis. Non dixit, Deo resistitis, sed spiritui. Sic nullum scit in personis discrimen, Et quod maius, Sicut patres vestri, inquit, & vos. Ita & Christus opprobrauit, quoniam semper magna crepabant de prophetis.

d *Patres vestri.* RA. Supra patres nostri dicebat persuadendo loquens, nunc increpando patres illorum tantum vocat, quibus similes sunt in malicia.

Tres gradus maliciæ Iudæorum

e *Et occi* RA. Tres gradus maliciæ eorum ponit. primus est, quòd spiritui resisterent. secundus quòd prophetas persecuti sunt. tertius, quòd crescente malicia eos occiderunt.

f *Audientes autem hæc dissecabantur.* ✠ CHRYS. Non habitat spiritussanctus, vbi furor, Maledictus furibundus. Nihil sani potest ingredi, vbi egreditur furor. Nā sicut in tempestate maris magnus est tumultus, magnus clamor: & nec ad tēpus potest quis philosophari, sic neque In ira. Sed quid philosophicum vel dicendum, vel faciendum, oportet prius in portu esse. Non videt quomodo quando voluerimus, de aliquibus necessariis loqui, locos conturbatione mundos obseruamus, Ibi tranquillitas, ibi silentium, vt ne expellamur, Si autem qui foris est tumultus, impedit, multo magis interna turbatio. Et si orat quis, frustra orat cum Ira hoc faciens, & si tacet, iterum simile est, & si comedat, etiam sic damnum habet, Et si bibat, non bibat, sed eat, surgat, dormiat, nam & in somniis talia imaginantur Quid enim in iracundo non turpe? oculi insomnes, os distortum, membra tremula, lingua Infrenis, nullique parcēs, mens stupida, figura indecens, multa insuauitas. vide oro dæmoniacorū oculos, & ebriorum, & insanientium, quid differunt inter se? nonne nihil est quàm Insania? Quidenim si ad tēpus hoc fit, nā & insaniens ad tempus detinetur. &c. D

g *Vidit gloriam Dei.* BE. Ad confortandā martyris patientiam cælum panditur, & ne homo lapidādus titubet in terra, Deus homo crucifixus apparet in gloria. E

BED. Quidam electorum adhuc in hac vita detenti mundato oculo cordis videre meruerunt gloriā Dei, vt hic Stephanus, & Paulus ad tertium cælum raptus.

✠ EVSEB. EMISSEN. Iustè incunctanter offert sanguinem suum, qui præ oculis habet regem suum, simul & brauiū suum. de sancto. septimo.

h *Stātē.* immobiliter, quia non iterū casurus, vel habitus auxiliātis, & iniurias iudicātis, & pro seruo pugnātis, sic ostēditur.

✠ AMB. Qui cælos partis habet, Iesū ad dextrā Dei cerni, qui clausos habet oculos mentis, Iesum ad dextram Dei non videt. Confiteamur ergo Iesum ad dextram, vt cœlum & nobis aperiatur. Claudunt sibi cælum, qui aliter confitentur. de fide lib. 3, cap. 8. aduers. præxean. ca. 30.

✠ TERTVL. Extunc videt Stephanus cum lapidaretur, adhuc stantem ad dextram Dei, vt exinde sessurum, donec ponat illi pater omnes inimicos sub pedibus suis.

i *Video ca.* RAB. Migraturus à terra cælos vidit apertos, vt qui terrenam vitam pro Christo contempsit, mereatur hæreditatem cæli, & ideo in ipsa passione videt præmium.

k *Filiū hominis.* BE. Cum sit filius Dei maluit tamen appellare filium hominis, vt confundatur Iudæorum infidelitas, qui vt ☞ pu- F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *sit in seipso, quia per seipsum est beatus.*

1 Dura cer. *Hic consequenter excusat se Stephanus de blasphemia contra legem, confitendo eam sanctam & à Deo datam, & retorquendo in suos aduersarios blasphemiam, eo quòd eam multipliciter violabant. & hoc est quod dicit* Dura cer. *i. obstinata mente.*

2 Et incir. cor. *à vitijs & sordibus.*

3 Et auribus. *à blasphemijs & detractionibus.*

4 Vos semper spi. re. *loquenti in Moyse & prophetis.*

5 Sicut & patres ve. *vt ex prædi.*

6 Quem prophetarum non sunt persecuti, *q. d. valde pauci sunt.*

7 Et oc. eos *s. prophetas, vt patet de Zacharia in filio Ioiadæ. ij. Paral. xxiiij. & Isaia, vt dictum fuit in principio Isa. & Amos, vt dicit Hiero. in prologo: & multis alijs locis.*

8 Qui præ. de ad. iu. *i. Christi, qui dicitur iustus antonomasicè. vnde dicit Ra. Sa. quòd vniuersi prophetæ non sunt locuti nisi ad dies Messiæ. scilicet, principaliter.*

9 Cuius vos nunc prodi. *cum Iuda tractando.*

10 Et homi. fu. *eius crucifixionem procurando.*

11 Qui acc. in dis. *quia data fuit per angelum in persona Dei loquentem, vt prædictum est.*

12 Et non cu. *quia irritum facerent mandatum Dei propter traditiones suas, Matt. xv. ca.*

13 Audientes autem. *Hic vltimo ponitur ipsius Stephani lapidatio iniusta, & secundo eius patientia perfecta, ibi,* Et lapidabant. *Circa primum dicitur,* Audientes autem hæc disse. cor. suis. *quia non habebant rationem interficiendi eum, & tamen omnibus modis interficere volebāt & sic dissecabatur interius, quia passio præualens discrepat ratione.*

14 Et stri. d en. suis. *sicut canes rabidi.*

15 Cum autem esset ple. spi. *Hæc enim plenitudo fuit augmentata in martyrio. quod est actus charitatis perfectæ.*

16 Intendens in cæ. *vbi fiduciam suam collocauerat.*

17 Vidit gl. Dei. *ad confortationem suam ex gratia speciali.*

18 Et Iesum stan. *Hoc dicit ad affirmandam eius resurrectionem. Et quia tales visiones sunt secundum conuenientiam eius quod significatur, vt prædictum est, ideo Stephanus vidit Iesum stantem, ad designandum quòd erat paratus ad eius roborationem, quia stare proprium adiuuantis in prælio, sedere vero proprium est iudicantis vel regnantis propter hoc Mar. vl. d. vbi describit regnū Christi, dicitur sedere à dextris Dei.*

19 Ecce vi. *De conditione huius visionis plenius dicetur in fine huius ca.* ✠ Excla-

MORALITER.

✠ 1 *Du. cer.* Hic excusat se de blasphemia contra legem, dicens eam esse bonam & sanctam, sed à Iudæis non custoditam, sed magis dissipatam. & sic contra eos replicat accusationem de se ✠ ipso

☞ purum hominem crucifixerunt, quem Deū credere noluerūt. A

homil. 18. a *Exclamantes.* ✠ CHRYS. Profectò si mentitus esset, vt insaniens, reliquendus erat, Ille autem sic loquens, volebat illos doceri. Et postquam dixit de morte solum, & de resurrectione nondum dixit: etiam hoc postea opportunè addidit dogma, Ista autem dicit sibi apparuisse, sicuti alibi tractat, vt & sic accipiant sermonem, qui quoniam dixerat illum sedere, molestū illis erat, nunc istum de resurrectione sermonem mouet, & inquit illum stare. Ab hoc tempore coniecto, & faciem illius glorificatam. Deus enim quum sit misericors, per quæ insidiabātur illi, ijsdem volebat prouocare, siquidē nihil amplius factum esset. Et post, Quamuis alias accusatione hæc digna sint, nihilominus cogita quomodo eum qui talia signa fecerat, qui omnes sermone vicerat, qui talia dixerat, suscipientes, sicut volebant, furorem suum implerunt. B

a ¶ Quem Stephanus inuocabat. b ¶ Ne blasphemantem audirent.
a Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures 1
a ¶ Omnis turba culpatur, quia vna nimis in malo. b ¶ Quasi abominabilem. 2
b suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes 3
a ¶ Et Christus extra ciuitatem passus est. b ¶ Falsi qui lapidabant, secundum legem dicentem, prima manus testium lapidabit eum. c ¶ Vel præ nimio furore, vel ne cum vestimentis pollutum tangerent. 4
c eum extrà ciuitatem, lapidabant. † Et testes deposuerunt ve- 5
d stimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Sau-
a ¶ Hoc nomen proprium ponitur, vt causa nominis aperiatur, hic enim vere coronatus.
e lus. Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem, Do- 6
f a ¶ Quasi præsentem precatur. b ¶ In cælum. c ¶ Corpus tribuens lapidationi, spiritus præcatur conseruari. d ¶ Securus pro se genua non flexit. e ¶ Apud Deum vox magna pro inimicis orantium.
g mine Iesu, suscipe spiritum meum. Positis autē genibus, cla- 7
a ¶ Christum imitatur, dicentem, Pater ignosce illis, &c. ¶ Vt sit insolubile, sed pœnitentibus dimitte. 8
mauit voce magna dicens, Domine ne statuas illis hoc pec- 9
h catum, † quia nesciunt quid faciunt. Et cum hoc dixisset, ob- 10
i dormiuit in domino. 11

Leuit. 24. c. b *Et eiicien.* RA. In hoc se implere legem glorificabant. Moyses enim de blasphemante dixit, Educ eum foras extra castra, & lapidet eum populus.

Ibidem. ✠ CHRYS. Iterū extra ciuitatē mors, quemadmodū de Christo. Et in ipsa morte confessio, Et prædicatio diuulgatur.

c *Extra ci.* BE. Et dominus extra portam passus est, qui nos elegit de mundo ad cælum. Et Stephanus quasi aduena mundi extra ciuitatem lapidatur, non enim hic habens manentem ciuitatem, futuram tota mente quærebat, & dum martyr mundi ad cælos intuitum dirigit, persecutor duræ ceruicis ad lapides manum mittit.

d *Qui vocabatur Saulus.* ✠ CHRYS. Vide quàm diligenter ea quæ ad Paulum pertinent narrantur, vt tibi monstret lopus Dei, quod postea factum est cum illo, &c.

Domine

e *Domine Ie.* in cælum quod vidi apertum. Christus dixit patri, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, Stephanus quasi seruus domino. D

Domine Iesu suscipe spiritum meum

Lucæ. 24 f. adu. Gnost. cap. vlt.

f *Et lapidabant Stephanum.* ✠ TERTVL. Ceterum supra Deum diligere nec animam licebit. *& cæt. paulò post,* quòd Petrus cæditur, quod Stephanus opprimitur, quod Iacobus immolatur, quod Paulus distrahitur, ipsorum sanguine scripta sunt.

† 50. dis. c. si post. 78. di. c. presbyter.

g *Posi. autem ge.* BE. Pro se stans orauit, pro inimicis genu flectit, quorum maior iniquitas maius supplicandi remedium postulabat. Et mira virtus martyris, qui ex zelo eis à quibus tenebatur, perfidiæ culpam exprobrans ardore charitatis in morte orabat pro persecutoribus suis. E

† hoc non est de textu.

Iohan. 16. a. h *Quia nesciunt* RA. Multi eorum occidendo Stephanum æstimabant se implere legem qui blasphemum eum credebant. hoc & Christus prædixerat, *Veniet, inquit, hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium præstare Deo.*

de pœniten. lib. 1. cap 9. ✠ AMBROS. Cuius præcationis effectum in apostolo videmus. Paulus enim qui lapidantium Stephanum vestimenta seruabat, non multo postea, per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat ante persequutor.

li. de patien. cap. 14. ✠ TERTVL. Lapidatur Stephanus, & veniam hostibus suis postulat.

✠ CHRYS. Vnde diuina illius, & mors sancta est. Nam huc vsque permissum erat animabus in inferno esse.

i *Obdormiuit.* Pulchrè dictum est, obdormiuit, & non mortuus est, quia obtulit sacrificium dilectionis, & obdormiuit in spe resurrectionis. Sancti non moriuntur, quia in melius mutantur, & temporalis in æternam vertitur. F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Exclamantes autem voce ma. *ne audirentur Stephani verba.*

2 Conti. au. su. *ac si essent blasphematoria.*

3 Et impetum fe. *non ratione, sed furia moti.*

4 Et eijcien. *tanquam blasphemum.*

5 Et te. de. ve. *vt expeditius & celerius eum interficerent.*

6 Et la. *Hic consequenter ponitur beati Stephani perfecta patientia, & primo ex eius intentione ad Deum, ibi, Inuocantem & dicen.* Domine Iesu, suscipe spiritum meum. *secundò ex eius benigna condescensione ad proximum actu interficientem ipsum cum dicitur.* Diuisio

7 Positis autem genibus. *vt in orando modus esset deuotus.*

8 Clamau. voce. magna. *quia procedebat ex affectu magno ad proximorum salutem.*

9 Ne statuas il. hoc pec. *reseruando eis pœnam æternam, sed da eis pœnitentiā. In aliquibus libris subditur,* Quia nesciunt quid faciunt. *sed non est de textu. nec est in libris correctis. Isti enim saltem pro parte magna magis fuerunt moti passione, quàm ignorantia. Ignorantia autem multorum caussata erat ex præcedente malicia. s. ex odio & inuidia contra ipsum, vt dictum est suprà. ca. iij.*

10 Et cum hoc di. *ex feruore charitatis Matt. v. g.* Orate pro persequentibus & calumni.

11 Obdormiuit in do. *Nam eius anima sanctissima absorpta fuit in abysso supernæ claritatis.*

Circa prædicta dubitatur, vtrum visio beati Stephani præmissa fuerit mentalis aut imaginaria vel corporalis. Et dicunt aliqui quòd fuit tantū mentalis. ita quòd ex speciali gratia fuit concessum Stephano videre non solum humanitatem Christi, sed etiam diuinitatem, sicut & Paulo. De quo dicit beatus Aug. ad Paulinum de videndo Deo, quòd sibi fuit concessum videre diuinam essentiam, eo quòd erat doctor Gentium, & Moysi qui fuit doctor Iudæorum. Et hoc videtur dicere quædam Glo. super locū illum quæ talis est. Quidam electorum adhuc in hac vita detenti, mundato cordis oculo videre meruerūt gloriam Dei, vt hic Stephanus & Paulus ad tertium cælum raptus. Sed hoc dictum non videtur bene consonare dictis sanctorum doctorum, qui concorditer dicunt quòd talis visio non est concessa alicui in vita præsenti vtenti sensibus exterioribus, nisi homini Christo. Vnde & Paulus non dicitur Deum sic vidisse, nisi in raptu ab istis sensibus. Stephanus autem videtur tunc non fuisse raptus, sed magis vtens sensibus, vt pote loquens Iudæis audientibus Propter quod alij dicūt, quòd fuit visio imaginaria, ita quòd in eius imaginatione fuerunt effigies diuinitus formatæ ad repræsentandum Deum & hominem Christum, sicut Isa. vj. a. Isaias vidit dominum sedentem super solium excelsum, & seraphim stantia ex vtraque parte, sicut ibidem fuit plenius declaratum, & mente cognouit Stephanus significatum illius repræsentationis. & sic quantum ad hoc non solum fuit imaginaria, sed etiam cum hoc mentalis, sicut fiebat prophetis, vt plenius dictum fuit in libro psalmorum. & non dubium quòd illo modo potuit fieri. Sed ex modo loquendi scripturæ videtur quòd fuerit corporalis: quia dicitur in textu, Cum esset Stephanus plenus spiritusancto, intendens in cælum vidit gloriam Dei, &c. *Circa quod aliqui dixerunt, quòd visus Stephani à Deo fuit fortificatus in tantum, quòd vidit Iesum. s. existentem in cælo empyreo: cælos acutie visus penetrando. Sed hoc non videtur bene dictum, quia supponere videtur quòd visus fiat extra mittendo ab oculo, non intus suscipiendo ab obiecto, quod improbat Philosophus lib. de sensu & sensato. Propter quod sine præiudicio videtur probabilius dicendum, quòd à corpore Christi existentis in* ✠ *cælo*

Visio Stephani qualis fuit

MORALITER.

✠ 1 *Excla. autem vo. ma.* non potentes veritatem audire, sed tanquàm furiosi statim duxerunt eum ad lapidationem, & ipse econtrario fudit ad dominum pro ipsis orationē secundum doctrinam Christi. Mat. v. g. Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequētibus & calumniantibus vos. MORALITER. per excusationem beati Stephani constantem docemur contra falsas accusationes constanter declarare veritatem. Patet autem inspicienti textum, quòd beatus Stephanus in suæ excusationis processu repetit plures historias vet. Testa. quarum expositiones mysticæ positæ sunt in locis suis superius ordinatæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

NICOLAVS DE LYRA.

cælo fuit immutatus oculus Stephani ad visionem humanitatis Christi. Nam in potestate eius est, quòd corpus suum sic videatur à longe sicut de prope. Et forte idem est de alio corpore glorioso, quia totaliter est animæ subiectum. Propter quod videtur, quòd ad nutum eius possit immutare visum indifferenter à longe & prope, sicut in potestate eius est quòd immutat visum in propria vel alia effigie, sicut dicitur de corpore Christi glorioso Luc. vl. Deitatem vero non potuit videre isto modo: sed sicut in visione imaginaria formatur in virtute imaginatiua aliqua effigies ad repræsentandum Deum vt dictum est, ita exterius potest diuinitus formari ad immutationem corporalis oculi, sicut suo modo fit in apparitione angelorum quando appparent in corporibus assumptis quæ corporaliter videntur, ita aliqua effigies corporalis non à Deo assumpta, sed formata potest ipsum repræsentare oculo corporali. & sic probabiliter absque aliqua assertione potest dici, quòd sic fuit in visione beati Stephani. mentaliter tamen cognouit, quòd illa effigies non erat ipsa deitas, nisi tantum repræsentatiuè. & huic modo dicendi cõcordat litera cũ dicitur. Ecce video cæ. aper. & f.ho.stan.à de.Dei. *non sic intelligendo, quòd cæli fuerunt diuisi cum sint incorruptibiles: sed quia sic clarè vidit, ac si nullum esset obstaculum intermedium. vnde dicit quædam gl. quòd hæc visio non fuit facta per reseruationem elementorum. & sub elementis hic intelliguntur etiam corpora cælestia.*

CAP. VIII.

a *Saulus autem erat.* Non quidem lapidauit, sed lapidantibus consensit. vnde periret, nisi gratia Dei & pœnitẽtia ei subueniret. quia qui faciunt & consentiunt, digni sunt morte.

✻ CHRYS. Non temerè contigit hæc persequutio, sed singulari dispensatione. Vides quomodo iterum tentationes permittit Deus fieri ?&c. Si enim non facta esset, neque discipuli dispersi essent.

(lib.2.histo. cap.2.) ✻ EVSEB. Intereà persequutio prima aduersus ecclesiam Dei quæ est Hierosolymis facta sub primo martyre Stephano, omnes discipulos exceptis duodecim, per vniuersam Iudæam, Samariámque dispersit, seu potius vt sancta scriptura iudicat disseminauit. Ex quibus nõnulli vsque ad Phænicẽ, & vsque ad Cyprum, atque Antiochiã deuenerunt. Qui gentibus quidem credere misterium fidei nondum audebant. Iudæis tamen prædicabant.

b *In illa die.* RA. Qua Stephanus occisus est, non quia tunc solum facta, sed quia ab illa die cœpit persecutio magna, occiso vno de principibus ecclesiæ.

c *Eccle.* collectio vel congregatio, siue vocatio.

(Mat.10.c.) d *Disp. sunt.* Hoc est quod dominus præcepit: Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliã, Eius enim nutu gerebatur: vt occasione tribulationis fieret seminarium euangelij.

✻ CHRYS. Vel nondum erant perfecti, vel quòd tanta gratia præditus erat, ideò & plangunt illum. Simul autem hic ostẽdit illos homines fuisse, non solùm metus, sed etiam luctus & planctus. Quis enim non plorasset videns illum mansuetum agnum lapidari, & iacere mortuum, iustum illi epitaphium statuit euangelista. Et positis genibus. &c.

e *Timora.* Deum timentes, siue Christiani qui postea sunt dispersi, siue Iudæi timentes Deum, & si nondum Christiani.

f *Saulus* RAB. A Saule persecutore, qui rex Israel fuit de tribu Beniamin, de qua & Paulus, sed iuxta antiquorum cõsuetudinem à maioribus posteri nomina trahunt.

✻ CHRYS. Magna insania, & quod ille sol⁹ erat, & quod in domus ingrediebatur ita animam suã pro lege dabat. *Rapiens, inquit, viros ac mulieres:* Vide & licẽtiam, & contumeliã, & insaniã. Omnes quos assequebatur, plurimis malis afficiebat, vt pote à cæde fact⁹ audacior.

(Gen.49.d.) g *Deua* RAB. Quasi lupus gregem iuxta prophetiam Iacob, Beniamin lupus rapax mane comedet prędam, sero diuidet spolia.

h *Trahens.* Trahebat, non occidebat, quia fortasse manus eius custodiebat dominus, ne sanguine innocentium polluerentur.

i *Disper.* RAB. Quamuis timore dispersi, tamen stabiles erant in prædicatione euangelij.

(lib.2.histo. cap.1.) ✻ EVSEB. Philippus qui erat vnus ex septem cum Stephano diaconus ordinatus, descendit Samariam, virtute Dei repletus, & prædicabat primus verbum Dei Samaritanæ genti.

k *Philippus.* BEDA. De numero disseminatorum fuit, qui primus Christum prædicauit Samariæ. Diaconus secundus à Stephano. Secundus post ipsum narratur, quasi hæres & eiusdem gradus.

☞ Inde-

CAP. VIII.

SAVLVS autem erat consentiens neci 1
¶ Qua Stephanus occisus est.
eius. Facta est autem in illa die persecutio 2
¶ Non alibi, secundum illud, Et eritis mihi testes in Ierusalem, &c.
magna † in ecclesia quæ erat Ierosolymis, († aduersus ecclesiam)
¶ In similitudinem granorum seminis, vt ex ipsis magna seges fidei multiplicaretur.
& omnes dispersi sunt per regiones Iu- 3
¶ Qui vt pastores gregis constantiores erant cæteris.
¶ fecerunt morem sepulturæ. ¶ Curauerunt, redit ad hoc quod dimiserat, di. Obdormiuit, sed non addiderat de sepultura corporis, quod modo facit.
dææ & Samarię præter apostolos. Curauerunt autem Stepha- 4
¶ Timore persecutorum.
num viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. 5 6
¶ Discurrebat impiger ad vastandum. ¶ More vastantium nulli sexui parcebat.
† Saulus verò deuastabat ecclesiam, *per domos intrans, viros 7 8 († infra.9.a.) (* singulas)
¶ Carceris.
ac mulieres trahens in custodiam. Igitur qui dispersi erant 9 10
pertransibant euangelizantes verbum Dei. Philippus autem 11 12

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

1 Saulus autẽ. *Post quam descripta est Stephani persecutio singularis, hic consequenter describitur ecclesiæ persecutio generalis. & quia habuit ortum ex persecutione Stephani, ideo ad ipsam fit continuatio cum dicitur,* Saulus autem erat consentiens neci. *& per consequens peccati particeps, secundum quod Rom.j.d. Quia qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et subditur de persecutione ecclesiæ, cum dicitur.*

2 Facta est autem in illa die. *idest in illo tempore: quia persecutio pluribus diebus durauit.*

3 Et omnes *discipuli* dispersi sunt. *secundum quod dixerat Saluator. Mat.x.c.* Cũ vos persequũtur in ista ciuitate, fugite in aliam.

4 Præter apo. *Isti erat principales & firmiores, propter quod remanserant in persecutione, ne ex fuga eorũ crederetur fidem catholicã non habere firmum fundamentum. consequẽter interponitur beati Stephani sepultura, quæ suprà fuerat omissa, cum dicitur.*

5 Cura. autem Ste. *decentur sepelierunt.*

6 Vi.ti. *i. timentes Deum, inter quos Gamaliel fuit principalis, vt habetur in legenda de inuentione corporis sancti Stephani.*

7 Et fe.plan.ma.super eum. *secundum morem Iudæorum, vt habetur Gen.vlti. de morte Iacob, & in libro Nu. de morte Aaron & Mariæ, & Deu.vl. de morte Moysi, & in multis alijs locis de morte notabilium personarum. Illi autem qui sepelierunt Stephanum erant conuersi de Iudaismo & ideo tenuerunt morem paternum. Consequenter reuertitur Lucas ad scribendum præsecutionem ecclesiæ dicens.*

8 Sau.ve.de.ec. *nitens eam annihilare.*

9 Trahens in custodi. *idest in carcerem. Non dicitur quòd interficeret, quia sicut dicit Glo. Deus manus ipsius præseruabat, ne sanguine innocentium pollueretur. Et quia sicut dicit Augu. Deus adeo omnipotens est & bonus, quòd de malis elicit bona: ideo de ista persecutione elicuit bonum disseminationis fidei catholicæ. propter quod subditur.*

10 Igitur qui dispersi erant pertransibant. *diuersas ciuitates.*

11 Euangelizan. verb. Dei. *Iudæis habitantibus in ciuitatibus illis, vt habetur infrà xj.*

12 Philippus aut. *Postquam Lucas prosecutus est de primo diacono s.*

MORALITER.

1 *Saulus autem erat consentiens neci eius, &c.* Sequitur.

2 *Curauerunt autem Stepha. viri t.* Non hominum timore, sed Dei. quòd patet ex hoc, quòd tunc erat magna persecutio fidelium in Ierosolymis, & tamen constanter curam egerunt de sepultura corporis beati Stephani. Patet etiam ex hoc loco & pluribus alijs sacræ scripturæ locis, quòd sepelire mortuos est apud Deum meritorium tanquam opus pietatis. propter quod sanctus Tobias de hoc opere commendatur.

10 *Igi. qui dis. erant.* Ex hac dispersione duo sunt notanda. Primũ est, quòd tẽpore persecutionis cõtra ecclesiã illi qui sunt firmiores debẽt remanere, ne fuga omniũ fides derisibilis videatur. & sic Apostoli remanserũt in Ierusalẽ tanquàm firmi, cæteri verò recesserũt. & erat eis licitũ. Vnde dicit Aug. Si fortis es, cõtemne mortẽ, si autẽ debilis, fuge. Secũdũ est, quòd Deus adeo potens est & bonus, quod de malis elicit bona. nã ex malo Iudæorũ ecclesiã persequẽtiũ facta est discipulorũ dispersio, & ex hoc per eorũ prædicationem fidelium multiplicatio. vnde subditur.

12 *Philippus autem descen. in ci.* Et concluditur postea.

✝ Factum

(Ioh.4.d.) a *Intendebant.* RAB. Credebant audientes verba & videntes signa. Duæ causæ fidei, propter verba prædicationis, & signa virtutum. Ex præsenti ca. & Samaritanæ mulieris historia probatur animos huius gentis ad credendum promptos fuisse.

b *Et factum est ergo magnum gaudium.* ✻ CHRYS. Ita semper facere solet Deus, & tristibus lætmiscere, vt in maiori admiratione sint.

c *Mag.* RA. Magi de singulis philosophantur, de natura mundi, cursu siderum & motibus.

d *Seducẽs.* Seorsum & à veritate ducens, vel in excessum siue stuporem & admirationem conuertens per præstigias suas.

(†dementãs de præscrip. adue. hęret. cap.46.) e *Dicens se esse aliquem magnũ.* ✻ TERTVL. Ad eos me conuerto, qui ex Euangelio hereticiesse voluerunt, ex quibus est primus omnium Simon magus, qui in Actis apostolorum cõdignam meruit ab Apostolo Petro, iustámque sententiam. Hic ausus est, summam se dicere virtutem. idest, summum Deum. Mundum autem ab angelis suis institutũ: à dęmone se oberrãte qui esset sapientia descendisse quęrendum apud Iudæos, se in phantasmate Dei non passum, sed esse quasi passum.

f *Demen.* Dementare est rationalem mentem absentare.

g *Phi.* RA. Dicunt quidam istum Philippum fuisse apostolum, & vnum de duodecim, sed non videtur verum secundum seriem huius libri.

h *Iesu.Chri.* RA. Cuius erant ignari, vel vt prædictum est, in nomine Iesu trinitatem prædicauit, qui tantum vnam personam de trinitate perfectè credit, credulitate aliarum duarum carere non potest. († Spiritus enim immũdi multis qui illos habebant.)

(Beda ibidẽ) i *Tunc Simon.* BED. Credidit verbis Philippi, & virtute deuictus verè credidit, vel quod magis credibile, simulauit se credere, quoad vsque baptisma susciperet, vt qui adeo auidus laudis erat, vt Christus credi vellet, artẽ addisceret, qua miracula facere posset. Quod etiam leguntur fecisse successores eius, qui malignis instructi artibus ecclesiam fraudulenter ingressi baptisma furantur.

k *Baptizatus esset.* ✻ CHRY. Quomodo autem illum & bapti-☞ za-

¶ Secundum situm loci, vel quia cum ciuitas illa inferior Ierusalem erat.
descendens in ciuitatem Samariæ prædicabat illis Christũ. 1
¶ Hominem esse verum Deum. 2
Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur v- 3
¶ Verba. ¶ Miracula. 4
nanimiter, audientes & videntes signa quæ faciebat. † Multi 5 6
¶ Dæmones.
enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes 7
¶ s. dæmones. ¶ Dissoluti.
voce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi cura-
¶ Cognita veritate lætati sunt se de tenebris liberatos esse.
ti sunt. Factum est ergo magnum gaudium in illa ciuitate. 8
¶ Quasi ignobilis. ¶ Non merito, quia opere inobediens erat. ¶ Semper bonis mala contraria aduersantur.
Vir autem quidam nomine Simon qui ante fuerat in ciuitate 9 10
¶ Præstigiosus.
magus, † seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem 11 12
¶ Prophetam, vel angelum, siue Deum vel Dei filium. ¶ Seruo vel iuniore. ¶ Regem vel decrepitum senem.
magnum, cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maxi-
¶ Simon. ¶ Christus. ¶ Non angeli. ¶ Ignorabant Christi nomen.
mum, dicentes: Hic est virtus Dei quæ vocatur magna. At- 13
¶ Hoc scilicet, quòd. ¶ Artibus vel falsis virtutibus. 14
tendebant autem eum, propter quod multo tempore magi- 15
¶ Fallendo.
cis suis dementasset eos. Cum vero credidissent Philippo e-
¶ Vt est illud, Pœnitentiam agite, appro. enim regnum cæ. &c.
uangelizanti de regno Dei, in nomine Iesu Christi baptiza- 16
¶ In Christo Iesu non est masculus vel fœmina, &c.
¶ Simulatè, & fictè, ne credentibus resistens despectus haberetur.
bantur viri ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit, & cum 17
¶ Corpore non corde. volebat enim potestatem habere, vt cuicunque, &c. vt infrà sequitur.
baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa

NICOLAVS DE LYRA.

de Stephano: hic consequenter prosequitur de Philippo, qui ponitur secundus. 6. cap. Et diuiditur in duas: quia primò ponitur prædicatio Philippi. secundò conuersio Sauli, cap. seq. Prima adhuc in tres: quia primò describit sanctus Lucas eius prædicationem in Samaria. secundò describit eius prædicationem Aethiopi in via, ibi, Angelus autem. *tertio in terra maritima, ibi,* Philippus autem. *Prima adhuc in duas. Nam ad prædicationem Philippi primò ponitur multorũ conuersio vera. secundò, vnius ficta, ibi,* Vir autem quidam. *Circa primum dicitur,* Philip. au. *qui cum alijs propter persecutionem exierat de Ierusalem.*

1 Descendens in ci. Sam. *Quia tempore regum fuerat metropolis in regno decem tribuum.*

2 Prædica. il. Chri. *Habitantes enim ibi erant partim Iudæi. receperant enim quinque libros Moysi, sicut & Saducæi.*

3 Intende. au. tur. h. quæ à Phili. dic. *de Christo.*

4 Vnanimi. au. *id est reuerenter & deuotè. & subditur ratio.*

5 Et viden. sig. quæ fa. *i. miracula diuinæ virtutis declaratiua in testimonium veritatis à Philippo prædicatæ.*

6 Multi e. eo. qui hab. spi. im. *i. obsessi à dæmonibus.*

7 Clama. v. m. exi. *s. dæmones, coacti virtute Christi. Et ne diceretur, quòd hoc fieret virtute superioris dæmonis, sicut dictum fuit de Christo, Lu. xj. b. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. ideo subduntur alia miracula, quæ non possunt fieri nisi virtute diuina, cuiusmodi est curatio paralyticorum & claudorum subita, cum dicitur, Multi autem.*

8 Factum est ergo gaudium ma. in ciui. illa. *de virtutis cognitione, & dictorum curatione.*

9 Vir autem. *Hic consequenter describitur vnius conuersio ficta cum dicitur,* Vir autem quidam erat n. Simon. *Communiter dicitur à doctoribus quòd iste fuerit Simon Magus qui postea multum resistebat Petro & Paulo Romæ prædicantibus. & ideo dixit, quòd eius conuersio fuit ficta, quia si & ad horam vera fuit, tamen ad vomitum redijt.*

10 Qui ante fu. in ciui. ma. *i. philosophus vt dicunt aliqui, à magnitudine scientiæ sic dictus. sicut & illi qui venerunt adorare Christum natum, Mat. ij. Sed huic dicto contrariatur quod subditur.*

11 Seducens. *i. extra viam veritatis ducens, quod non philosophi, cuius est proprium amare veritatem & docere.* j. Ethi. *sed est proprium hominis arte magica vtentis.*

12 Dicens se esse ali. ma. *s. prophetam, vel Christum. Vnde & Ioh. iiij. dicitur, quòd Samaritani sicut & Iudæi expectabant Christum. vnde dixit illa mulier Samaritana. Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus, Cum ergo venerit ille, annunciabit nobis omnia. ideo subditur.*

13 Dicen. h. est virtus Dei. *Et sic loquitur Apostolus de Christo. j. Cor. j. c.* Prædicamus Christum Dei virtutem, &c.

14 Attendebant autem eum. *credentes ei.*

15 Propter quod multo tempore magicis suis artibus dementasset eos. *i. mentes eorum à veritate alienasset. Ex quo patet, quòd supra dictus est magus à magicis artibus.*

16 In nomine Iesu Christi ba. *Hac enim forma vtebatur ecclesia primitiua rationibus dictis supra. 2. cap.*

17 Tunc Simon & ipse credidit. *s. fictè, vel si verè, hoc tamen fuit tantum ad horam.* Et cum ba. essent, adhæ. Philip. *Et subditur ratio:* Videns etiam signa & virtutes maxi. fieri. *Dicitur enim ab aliquibus, & probabiliter, quòd ad hoc familiaritatem Philippi quærebat vt per hoc consequi posset virtutem seu artem similia faciendi. Vnde & infrà dicitur, quòd obtulit pecuniam apostolis, vt per impositionem manuum posset dare donum spiritussancti in signo visibili. Ex quo videtur quòd non fuit conuersus verè, sed fictè tantum.*

✻ Cum

MORALITER.

8 *Factum est ergo gau. ma.* de verbi receptione & miraculorum operatione.

9 *Vir. au. qui. no. Simon.* De conuersione istius dicunt communiter doctores, quòd fuit ficta. Vnde postea obtulit pecuniam pro potestate dandi spiritumsanctum in signo visibili sibi concedenda. propter quod ab ipso denominatur vitium Simoniæ. per hoc etiã significatum fuit, quòd in ecclesia semper sunt aliqui mali admixti bonis. Etenim sicut sagena nondum ad litus tracta, quæ pisces malos habet cum bonis admixtos. Per hoc autem quòd beatus Petrus dixit Simoni:

Universidad de Deusto Biblioteca

A ptizauit,quemadmodum Christus & Iudam elegerat.

a *Stupens admirabatur.* ✠ CHRYS. Hic videns signa quæ fiebant,obstupescit quidem,non audet autem gratiam signorũ petere,quandoquidem videbat etiam alios non accepisse.

b *Miserunt ad e.Pe.& Io.* Petrus Iohannem sociat sibi,quia virginitas ecclesiæ grata est & placet.

c *In nomine Ie.* Non est sic legendum, in nomine Iesu tantum, vt aliæ personæ excludantur.

d *Iesu.* Quia ante in patrem credebant & spiritumsanctum, sicut alij Iudæi. Vel plena fides vnius personæ fidem trinitatis confirmat. († illapsus fuerat)

10 Tunc respon. Pe. *Illis qui cum eo venerant admirantibus.*

11 Nun. aquam quis pro. po. &c. *Quasi dicat non ex quo spiritussanctus non distinxit inter nos & ipsos Gentiles sicut videtis.*

12 Et iussit eos bap. in no. Ie. Chri. *In hac enim forma dabatur baptismus in primitiua ecclesia rationibus dictis. 2. c. supra.*

✠ Tunc

MORALITER.

✝ 8. *Adhuc lo. Pet. verba hæc ceci. spi. super omnes qui au.* Et per hoc ostenditur quod illi qui deuotè & attentè audiunt verbum Dei recipiunt gratiam spiritussancti licèt non recipiant in signo visibili.

✝ MORA.

☞ ✠ CHRYSOSTOM. Vidisti quòd causam retulit? & quomodo laborauit vt hoc enunciaret hanc dudum sibi mentem fuisse. *Nunquid agam*, inquit, quis prohibere poterit? Ferè enim, hoc est, contradicentis, prohibentibus, & dicentibus quod non oportet hoc fieri. Totum factum est, inquit, quod magis necessarium fuit baptisma quo & nos baptizati sumus. *Et iussit eos baptizari.* Postquam per se rationem reddidit tunc præcepit baptizari, docens illos reipsa, Adeò molestum erat Iudæis, & propter hoc prius se deffendit, quãuis res ipsæ clamarẽt, & tũc præcepit. (A)

a *In nomine Christi.* Cùm sit regula ecclesiæ, baptismum tradi in nomine Trinitatis: Lucas tamẽ testatur in nomine Iesu Christi illum dari. Quod Ambrosius soluens, dicit per vnitatem nominis mysterium plenum fieri, quia qui Christum dicit, & patrem à quo filius & spiritumsanctum etiam designat: qui etiam patrem dicit, & filium & spiritum pariter ostendit: & qui spiritum nominat patrem à quo procedit spiritus, & filium cuius etiã spiritus est, i. nuncupat. Vnde vt rationi copuletur autoritas etiã in spiritu baptizatur, secundùm illud: *Vos autem bapti.* in spiritusancto, & *Apostolus: In vno spiritu baptizati sumus.* (D; sup.1.a.)

BEDA. Præcipuè congruit nos in nomine Christi baptizari, secundùm illud: Quicunque baptizati sumus, in Christo Iesu, morte ipsius baptisati sumus. (1.Cor.12.b Gal.3.d.)

a in nomine Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum vt maneret 1
apud eos aliquot diebus.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc rogauerunt eum. *Vt pleniùs instruerentur in fide & solidarentur.*

ADDITIO.

In cap. 10. *Vbi dicitur in Postilla.* In veritate comperi, *id est, experimento probaui.* (B)

Hoc quod dicitur: In veritate comperi*: non videtur referendum ad experimentum sensibile seu corporale, quia scire quòd Deus non est acceptor personarum, non cadit sub sensu. Referendum est igitur ad veritatem rationis, secundùm quem comperitur, quòd Deus qui summè bonus & summè iustus est, non debet esse personarum acceptor. Si autẽ dicatur, ex hoc, quod Gentiles qui in primitiua ecclesia baptizabantur, prophetabant, & habebant dona linguarum sicut & Iudæi baptizati: per hoc experimento probatur quòd Deus non discreuit inter Iudæos & Gentiles quantum ad salutem æternam. Dicendum quòd prophetare & linguis variis loqui sunt gratiæ gratis datæ tantum, & non gratum facientes, & ideò per talia non probatur propositum,* (E)

CAPVT XI.

a ¶Præter Apostolos.
Audierunt autem Apostoli & frãtres qui erant 1
a ¶Propter Eunuchum & Cornelium. 2
in Iudæa, quoniam & Gentes receperunt ver- 3
4
bum Dei. Cùm autem ascendisset Petrus Ie- 5
rosolymam, disceptabant aduersus illum qui 6
a ¶Non comites, sed credentes ex Iudæis qui erant in Ierusalem.
erant ex circumcisione dicentes: Quare introisti ad viros 7
¶Duo contra legem fecisti. — ¶A principio visionis, vel incipiens salutem Gentibus nunciare.
præputium habentes, & manducasti cum illis? Incipiens au- 8
tem Petrus exponebat illis ordinem dicens: † Ego eram in
a ¶In qua hora Deus me falli non fineret.
ciuitate Ioppe orans, & vidi † in excessu mentis meæ visio-
nem, descendens vas quoddam velut lintheum magnum
a ¶Non ab alio nunciatum est mihi.
quatuor initiis submitti de cœlo, & venit vsque ad me. In
a ¶Solerter & sine negligentia.
b quod intuens considerabam, & vidi quadrupedia terræ &

Cap. XI.

☞ a *Audierũt autem Apostoli, &c.* ✠ CHRYSOSTO. Posthæc cõtẽdebãt hij qui ex Circuncisione erant, non Apostoli. Quid est διεκρίνοντο, expostularunt. Offendebantur, inquit non parùm, & vide quid prætexant: non dicunt, Quare annunciasti, sed quare simul edisti? At Petrus non in hoc frigido dicto morabatur. Re vera enim frigidum erat, sed in magno illo dicens: Si spiritus particeps fuerunt & illi, quomodo hoc non erat communicandum? Quomodo igitur in Samaritanis hoc non factum est. Sed contrarium? Etenim non solùm antea baptisma factum non est, sed neque post baptisma, & non indignati sunt, sed magis re audita miserunt aliquos in hoc opus. Verũ neque istud obiiciunt, sciebant enim quod diuinæ gratiæ esset, sed quare simul edisti dicunt. Et aliter, Magnum & ferè infinitum discrimen erat inter Samaritanos & Gentes. Vel etiam singulari dispẽsatione accidit illum reprehendi, vt hi discant, non enim rem obiter Petrus narrauit. Vide autem quã alienus sit à fastu & vana gloria. Incipiẽs enim Petrus inquit, exposuit illis per ordinem dicens. *Ego eram in ciuitate Ioppe orans.* Et non dicit quare, vel qua occasione. *Et videbã in raptu mẽtis visionẽ, descẽdere vas quoddam, &c.* († in raptu; C; † sup.10.a.; F)

b *Quadrup. terr. &c.* RABBANVS. Miror quosdam hoc interpretari super escis quibusdam lege prohibitis, cum nec serpentes, nec reptilia edi possint, nec Petrus sic intellexit: sed omnes homines ad euangelium æqualiter vocari, & nullum secundum ☞ naturam esse

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XI.

✠ 1 Audierunt autem Apost. *Postquam descripta est Cornelij conuersio, hic consequenter ponitur ex hoc orta disputatio. Circa quam primo quæstio proponitur, & secundò soluitur, ibi:* Incipiens. *Circa primum dicitur :* Audite autem Apost. *vndecim: similiter.*

2 Et fratres. *Id est, alij fideles cum eis existentes.*

3 Qui erant in Iud. *Cæsarea enim ad quam iuerat Petrus erat in terra Philistinorum.*

4 Quoniam & Gen. receper. verbum Dei. *Scilicet Cornelius & amici sui.*

5 Cùm autem ascen. Pe. Ie. *Hoc dicitur quia Ierusalem erat in altiori situ quàm Cæsarea, quæ est super mare mediterraneum sita.*

6 Disceptabant aduersus illum qui erat, &c. *Id est, conuersi de Iudaismo.*

7 Quare intro. &c. *Q. d. Non est licitum communicare cum incircumcisis.*

8 Incipiens autem, &c. *Hic consequenter soluitur quæstio, & hoc per reuelationem factam Petro: quia fuit sibi ostensum neminem reputari debere immundum: & per verbum spiritussancti dicentis, quòd iret cum Gentibus & communicaret cum eis sine dubitatione. Et patet litera ex dictis capite præcedentis, quia repetitio est illius quod dictum est ibi, vsque ibi.*

✠ Sicut &

MORALITER.

✝ 6 *Disceptabant autem, &c.* Ex hoc habetur argumentum quòd quando superior facit aliquid insolitum, licet sit bonum, tamen ostendere debet illud esse rationabiliter factum ad pacem aliorum: & illi debent acquiescere audita super hoc ratione, sicut fecerunt isti audita narratione Petri, vnde subditur postea.

✝ *His auditis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturam esse pollutum. Non enim quia bestias comederit, sed quia Gentibus communicauerit increpatus mysterium huius visionis exposuit.

To.6.lib.2. in Mat.c.15.

✠ HIERONYMVS. Populus Iudæorum partem Dei esse se iactitans, communes cibos vocat, quibus omnes vtuntur homines. Verbi gratia suillam carnem, lepores, & istiusmodi animãtia, quæ vngulam non findunt nec ruminant, nec scammosa in piscibus sunt, vnde & in Actibus Apostolorum scriptũ est. *Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris.* Cõmune ergo quod cæteris hominibus patet, & quasi nõ est de parte Dei, pro immundo appellatur. Sciendũ tamẽ quod ipsi quidem cibi, & Dei creatura, per se omnis munda sit, sed idolorũ, ac dæmonũ inuocatio ea faciat immunda.

† 33.q.1.c. interrecto. & 5.§ in hoc omne, ni-hil

✠ CHRYSOST. Narrat ea quæ necessaria erant, alia verò obticet, imò per hæc & illa probat, & vide quomodo rationem reddit, & nõ vult doctoris authoritate vti, scilicet, enim, quòd quò modestius loqueretur, hoc magis eis prodesset: *Nunquam ingressum est inquit, in os meum commune, vel immundum.* Et sic totum negotium defendebatur.

† Ioan.1.b. sup.1.a. inf.19.a. † cum credidi-simus.

b *Et sex fratres, &c.* BEDA. Quia sex diebus factus est mundus, per sex fratres opera perfecta monstrantur, quæ doctorem comitantur, quando auditoribus inter verba exhortationis demonstratur exemplum perfectionis.

c *Et annunciauit nobis quomodo viderit angelum in domum suam missum & dicentem sibi: Mitte in Ioppem viros, &c.* ✠ CHRYSOST. Et non dixit ea, quæ ab angelo dicta erant Cornelio: *Orationes tuæ & eleemosyna tuæ ascenderunt in memoriale coram Deo.* Ne scilicet illis tribuat, vtpotè nihil magnum habentibus. *Loquetur verba ad te per quæ saluus eris, tu, & omnis domus tua.* Vides quomodo dodo festinat, propter id quod dixit: Et nihil de humanitate viri dicit, Igitur cum spiritus missus sit, & Deus miserit, & illinc per angelum euocatus sit, hinc vrgeat, & soluat differentiam rerũ quid faciendum erat. At nihil horum dicit sed à posteriore cõfirmat, quod & iuxta illud testimoniũ fit, omni controuersia carens, & quare dicit? Non hoc factũ est solum ex superabundantia Deo, vt demonstretur etiam initium non ab apostolo. Si autem sua sponte motus illuc profectus esset, nihilque horum accidisset, plurimũ perculsi, ac attoniti fuissent. Et sic iterum illorum mẽtem capit, dicens ad illos, *qui sciliset spiritum sanctũ acceperũt sicut & nos.*

d *Si ergo eandẽ gratiam dedit illis Deus sicut & nobis, &c.*

✠ CHRYSOST. Vt ex abundanti illorum obturet ora, propter hoc adiecit, per donum. Vides quomodo eos qui semel crediderunt non finit minus habere. Per donum dedit illis Deus, ficut & nobis, qui credimus in dominum Iesum. Et ita ipse purgat illos, & non dicit vobis, sed nobis, mitigans etiam hac ratione sermonẽ. Quid igitur indignũ passi estis, quando nos illos socios dicamus? † desistere Deo

✠ CHRYSOST. Vides quomodo ex cõcione Petri benè omnia narrãtis totũ fuit? Ideò & glori-

qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat † sub Stephano, perambulauerunt vsque ad Phœnicem & Cyprũ & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis.

E Erant autem quidam ex eis viri Cyprij & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuncian-

F tes dominum Iesum. Et erat manus domini cum eis. Multúsque numerus credentium conuersus est ad dominum. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Ierosolymis

d super istis, & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam. Qui

e cum peruenisset, & vidisset gratiam domini, gãuisus est, & hortabatur omnes in propõsito cordis permanere in domino

quia erat vir bonus & plenus spiritusancto & fide: & appo-

f sita est multa turba domino. Profectus est autem Tharsum,

g vt quæreret Saulum. Quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam, & annum totum conuersati sunt in ecclesia.

✠ Barnabas

☞ persi erant pertransibant euangelizantes verbum Dei, Interfecta est enim narratio de Philippo, Petro, Ioanne, Paulo.

a *Erant autem qui.* RABANVS. Non de illis qui fuerant dispersi ab Ierusalem, sed de Cyro & Cyrene fuerant. Aut excepta Antiochia, in cæteris, id est, in Cypro & Cyrene ad Græcos sunt locuti. Alter Græci illi quibus locuti sunt: Iudæi fuerant genere, sed inter Græcos conuersati sunt in dispersione.

✠ CHRYSOS. Vides quod ea quæ apud Cornelium acta, omnia singulari dispensatione gesta sunt. Hoc autem & ad defensionẽ Christi, & ad accusationẽ Iudæorum pertinet. Itaque quando Stephanus interemptus est, quando Paulus B bis periclitatus, quãdo Apostoli flagellati sunt, quando sæpius latuerunt, tunc Gẽtes receptæ sunt, tunc & Samaritani, quod & Paulus clamat dicens, Vobis erat necessarium primum dici sermonem Dei: quoniam autem repulistis illũ, & non dignos iudicastis vos ipsos, Ecce conuertimur ad Gentes. Accesserunt itaque & gentes allocutiuri.

b *Et erat manus domini cum illis.* ✠ CHRYSOSTOM. Hoc est signa operabantur. Vides quare etiam nunc signorum necessitas fuit vt credant.

c *Multusq; numerus credẽ.* BEDA. Iam post reuelationem syndonis, in qua sancta animalia superna spe quiescerent, cœpit ecclesia crescere, cum per exteras prouincias, insulas & ciuitates non solùm Iudæis, sed etiam Gentibus euangelium prædicatur.

d *Et miser. Barnab.* RABAN. Barnabas virilis in bonitate. Barnabas sæpè in hoc libro laudatur, ne ob indignitatem meriti apostolatu caruisse credatur, qui postea ab apostolis Gentiũ † obtenebranum apostolus est ordinatus.

✠ CHRYSOST. Quare nam, tanta ciuitate susciperẽt verbum, non venerunt ipsi, sed miserũt Barnabam. Propter Iudæos. Verumtamen non paruũ quiddam geritur, etiam quod Paulus huc aduenit neq; simpliciter, sed & valdè magna cùm dispensatione illum auerfantur, vt ne includatur in Hierosolymis vox prædicationis, tubáq; cœlorum. Vidisti quomodo vbique maliciis illorum vt opus erat & quemadmodum volebat, vsus est Christus etiam odio quo persequebantur Paulum in ædificationẽ ecclesiæ ex Gentibus congregandæ.

✠ *secundum duplex incidens. secundum ibi:* In his autem diebus. *Primũ autẽ incidens, est de publicatione euangelij per fideles qui recesserunt de Ierusalem propter persecutionem ecclesiæ in morte Stephani ortam*

C *vt habetur sup. in prin.8.cap. & hoc est quod dicitur:* Et il.quidem qui dis.fuer.à trib. *Id est, propter tribulationem.*

1 Quæ fact.fue.sub.Steph. *Id est, in morte eius.*
2 Per ambu.vsque ad Phœ. *Quæ prouincia est Syria.*
3 Et Cyprum. *Insula est maris, satis nota.*
4 Et anti. *Cuitas ab Antiocho magno denominata.*
5 Nemini lo.ver. *Euangelicum.*
6 Nisi so.Iu. *Postea etiam locuti sunt Gentibus: audientes quòd Petrus prædicauerat Cornelio & aliis Gentilibus, ideò subditur.*
7 Erant autem qui. *Id est, ex dispersis de Ierusalem.*
8 Viri Cyprij & Cyrenæi. *De Cypro & Cyrene nati. Et dicunt hic aliqui doctores & satis probabiliter, quod isti fuerant Gentiles, conuersi tamen primò ad Iudaismum, deinde ad Christum, & de istis subditur.*
9 Qui cum intro. An. *Per aliquod spacium temporis ibi manendo.*
10 Loqueban. ad Græ. *Id est, ad Gentiles.*

11 Annun. do. Ie. *Vt sicut Iudæi natione agebant ad conuersionem Gentium.*
12 Et erat ma. do. *Id est, virtus Dei in operibus miraculosis.*
13 Cùm eis. *Ad confirmationem suæ doctrinæ, cuius subditur effectus, cùm dicitur.* Multúsque, &c.
14 Perue. au. &c. *Eò quòd Apostoli erant ibi, quibus significabatur profectus fidei.*
15 Et mise. Bar. &c. *Ad informandum plenius credentes & confirmandum.*
16 Qui cum, &c. gra. Dei. *In multiplicatione fidelium.*
17 Gauis. est. *Valde propter honorem Dei & salutem proximi.*
18 Et hor. &c. *Quia qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, Matth.10.c.*
19 Quia erat vir bo. *Per virtutes acquisitas.*
20 Plenus spiri. & fi. *Per infusas.*
21 Et appo. &c. *Per prædicationem Barnabæ ad illam multitudinẽ quæ prius crediderat.*
22 Profe. est autem Thar. *Vbi saluus fuerat, vt dictum est sup. præceden. cap. videbat enim se non sufficere ad tantam multitudinem eruditam & regendam sine Sauli societate.*

✠ Et do. tur.

1 Sicut & in nos in initio. *Id est, in die Pentecostes.*
2 Recordatus sum, &c. *Ex quo patet quòd talis datio spiritussancti in signo sensibili: dicitur quædam baptisatio, & in fine concludit Petrus.*
3 Si ergo eandem gra. *Id est, signo sensibili.*
4 Dedit il. *Incirconcisis.*
5 Sicut & no. *Circuncisis.*
6 Qui credi. in do. Ie. Chri. *Q.d. Circuncisio aut præputium nihil facit ad hoc, sed fides Iesu Christi.*
7 Ego quis eram. *Qui sum pulus & cinis.*
8 Cui possem prohibe. domi. *Scilicet dare gratiam suam secundum dum suum beneplacitum. Quod autem in aliquibus subditur: Ne daret spiritumsanctum credentibus in nomine Iesu Christi: non est de textu, nec habetur in libris correctis, sed fuit quædam interlinearis gl. per scriptores textui inserta.*
9 His au. di. *Rationabilibus & veris.*
10 Tacuerunt. *Ab increpatione Petri eius factum approbantes.*
11 Et glorific. Deum. *Gratias agendo de hoc quòd gratiam suam extenderat ad Gentiles, ideò sequitur.*
12 Ergo & Genti. pœniten. *Id est, tempus & locum pœnitentiæ.*
13 Ad vitam. *Scilicet æternam consequendam.*
14 Et illi quid. &c. *Hæc est pars incidentalis, & diuiditur in duas,* Diuisio

✠ secundum

✠ 9 *Hæ audiẽs tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicen. Ergo, &c. Et illi quideus dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, &c.* Hic adhuc ostenditur bonum quod Deus elicuit ex

✠ dispersione

✠ dispersione discipulorũ propter tribulationem occasione beati Stephani motam: nam ex hoc publicata fuit fides ad aliam gentem, & per hoc significatum fuit q̃ maior ecclesiæ fructus fotet tempore persecutionis Tyrannorum, quàm tempore pacis sub dominio principum catholicorum. Vnde beatus Bern. expõnit illud Esa.38.d. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*, vt sit verbum ecclesiæ propter insolentias insurgentes tempore pacis amaricatæ, tempore verò persecutionis Tyrannorum valdè creuit ecclesia numero & meritò fidelium, sicut de filiis Israel dicitur Exod.1.quòd quantò opprimebant eos Ægyptij, tantò magis multiplicabantur & crescebant.

14 *Perue. aut. ser. &c.* Ex hoc ostenditur quòd ecclesia Romana quæ nunc superior est, quãdo dilatationem fidei audit in aliqua regione remotiori, debet illuc mittere viros idoneos ratione vitæ & scientiæ ne procuratione dæmonis aliqua zizania misceatur: & illud quòd est ibi de bono multiplicius augeatur, sicut isti miserunt Barnabam de quo dicitur hic. *Qui erat vir bo. & plesspiritusan. &c.*

22 *Prose. est autem Thar. vt quare. Saul.* Vt per eius societatem fieret in ecclesia Antiochensi maior profectus fidelium: qui secutus est tantus, vt ibi fideles primò nominarentur Christiani, per hoc autem arguuntur illi qui in quacunque communicatione volunt magisterium habere soli.

✠ In his

Universidad de Deusto Biblioteca

✠ Chrysostomvs. Valde vtilis erat vir ille, etiam fugi ac Paulo familiaris. Ideò & venit ad Athletam, ad ducem belli, ad certantem singulari duello, ad leonem, nec habeo quo nomine dignè vocem illum, venit ad canem venaticum, leones occidentem, ad tantum fortem, ad faciem clarã, ad os orbi sufficiẽs.

tio hoc fieri, sed propter mala quæ in Apostolos facta quæ cũ & fierent, longanimiter ferebat Deus. Quum autem in peccatis perseuerarent, fames magna facta est, significans Iudæis euentura mala. Dicis: Si propter illos erat, propter alios quum esset, opportebat cessare. Quid enim iniustè egerant Græci, vt propter illos malorum fierent participes, q nihil mali fecerant? Si autem non propter Iudæos, & probari illos magis oportebat, eò quòd Iudæi faciebant pro sua virili, occidebãt puniebant, mulctabant, vbique persequebantur. Et vide quomodo fit fames quando & Ethnici iam suscepti erant. At dicis: Si propter mala hæc fiebant, oportebit illos ab aliis separari. Quare dic mihi? Nónne prius dixit eis Christus. In mundo tribulationẽ habebitis? Tu autem hæc dicẽs, forsan & hæc dices, quod oportebat neque flagellari. Sed vide vt illis etiam fames salutis fiat causa, & eleemosynæ occasio multa concilians bona, atque ita etiam vobis factum esset, siquidem vóluissetis, sed noluistis. Prædicatur autem vt posthac, magis præparati sint ad eleemosynam, quia grauiter affligebantur, ij qui in Ierosolymis. Ante hoc non erant in fame, & mittitur Barnabas & Paulus qui ministrarunt.

a *Vt cognomin. &c.* Rabanvs. Omnes sectæ nomen trahebant de suo autore, ideò fundata fide & firmitatem obtinente, primũ in Antiochia, vbi præ cæteris locis fides florebat: sumptum est à Christo nomẽ Christianum.

b *Discipuli Christ.* Beda. Videntur discipuli in hoc non seruasse mandatum Dei dicentis; Nolite solliciti esse de crastino. Sed cõstat nó hoc eum improbare si quis humano more ista procuret, sed non pro eis Deo militet, vt in opere suo non regnum Dei, sed temporalia intueatur. Ad hanc ergo regulam hoc præceptum redigitur, vt in horum prouisione regnum Dei attendamus: sed in militia Dei ista non cogitemus.

† subsidiũ Matth. 6. d.

a ¶ Quam prius dixerat domino apposiram cum his qui per annum augebantur.
a Et docuerunt tûrbam multam, ita vt cognominarentur pri- 1
a ¶ Hoc nomine prius vocabantur Christiani. b ¶ Illo anno quo ibi conuersati sunt 2
b mum Antiochiæ discipûli Christiani. † In his autem diebus 3 † Inf. 11. b.
a ¶ Quasi de eminentiori loco tam situ quam merito. ¶ Gratia.
c supêruenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam, & 4
¶ Corpore: quoniam multitudini loquebatur.
d surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritũ 5
a ¶ Grauem vel quia per totum orbem. b ¶ Non per locorum interualla.
famẽ mâgnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ fa- 6
a ¶ Tempus dicitur & locus, & vt certior sit prophetia. b ¶ Non iuxtà voluntatem, sed substantiæ qualitatem.
cta est sûb Claudio. Discipuli autem prôut quisque habebat, 7 8
¶ Collectione eleemosynæ.
e proposuerunt in † ministerium mittere habitantibus in Iu- 9
¶ Non sibiipsis. ¶ Qui probati sunt, vel erant fideles ministri.
dæa fratribus: quod & fecerunt mittentes ad seniores per ma 10 11
nus Barnabæ & Sauli. 12

Iohel. 2. g. c *Prophetæ.* Raban. De quibus dictum est: Et prophetabunt filij vestri. Laus est Antiochiæ quò multi perfecti cõueniebãt.

d *Agabus.* Beda. Nuncius tribulationis interpretatur, qui secundum nomen suum & hic famem generalem, & infrà Paulo vincula prophetat. (Infrà 21. c.)

✠ Chrysost. Necessariò hic famem magnam futuram significat, quæ sanè sicut prædicta est, contigit. Vt enim ne putent quidam propter hoc factam famem quod Christianismus ingressus est, vel quod dæmones deiecti fuerint, prædicit spiritussanctus quod euenturum, sicut & Christus prædixit multa, & euenerunt. Non igitur propter hoc, quoniam oportebat ab initio hoc

e *In Iudæa, &c.* Beda. Sciebant in Iudæa & maximè Ierosolymis famem acriùs sæuituram, vbi erant pauperes sanctorum, qui rebus suis, domibus & agris venditis precia apostolis detulerant, pecuniæque acquirendæ vlteriùs non multum vacabant: Nonnulli etiam pro fide à Iudæis ablata substantiam mulctabantur, de quibus Apostolus: Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. (Hebr. 10.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et do.tur.mul. *Quæ creuit in aduentu Sauli.*

2 Ita vt cog.pri.An.dis.Chri. *Antè enim credentes in Christum vocabantur tantum discipuli, sed tunc cœperunt nominari Christiani à Christo, sicut Platonici à Platone.*

3 In his autem diebus. *Hic ponitur secundùm incidens de prænunciatione futuræ famis cum dicitur:* In his autem diebus super. pro. ab Ie. Anti. *Tunc enim in ecclesia erant multi habentes spiritum prophetiæ, secundùm quod prædixerat Iohel propheta: & allegatum est suprà 2. cap.*

4 Et sur.vnus. *Vt in tanta multitudine meliùs audiretur.*

5 Signi. per spi. *Id est, denunciauit in spiritu prophetico.*

6 Famen ma.&c. *Quæ facta est, & sic apparuit veritas prophetiæ.*

7 Sub Clau. *Id est, tempore Claudij Imperatoris.*

8 Disci.au.&c. *Id est, Christiani qui erant Antiochiæ.*

9 Prout quisque hab. *Secundum suam facultatem, non voluntatẽ, quia libenter plus fecissent si potuissent.*

10 Propo.in mini.mit.ha.in Iudæa fra. *Id est, in Ierusalem, illi enim tanquam magis religiosi renunciantes proprietati vendiderunt possessiones vt inde prouideretur communitati, vt habetur suprà 4. cap. Fuerant enim bonis mobilibus spoliati in persecutione, quæ mota fuit in morte Stephani, propter quod indigebant ab aliis credentibus auxiliari, maximè tempore famis: quod & fecerunt, suum bonum propositum adimplendo.*

11 Mitten.ad se. *Curam multitudinis habentes.*

12 Per ma.Bar.& Sau. *Qui erant ad hoc fideles & apti nuncij.*

MORALITER.

† 3 *In his aut.&c.* Per hoc autem quòd fideles qui erant Antiochiæ disposuerunt mittere de facultatibus illis qui erant in Ierusalem, qui vendiderant possessiones suas vt viuerent magis religiosè, vt habetur sup. 4. c. prouidentes eis contra famem, quæ propheticè dicebatur futura: docentur illi Christiani qui habẽt proprias facultates, vt ex illis adiuuent illos qui propter Christum omnia reliquerunt maximè tempore necessitatis.

Cap. XII.

a *Eodem autem tempo.* ✠ Chrysost. Quale nam tempus dicit? omninò quod mox sequebatur. Et hic quidẽ sic intelligere conuenit, alibi autem aliter. Quando enim Matthæus dicit: In diebus illis, adest Ioannes prædicans, non mox sequentes sequentes dies intelligit sed illos, in quib⁹ futura mox erant ea quæ narrabat. Mos enim scripturæ est hoc tropo vti, & aliquando quid exponere per ordinem iuxtà quem eueniunt, aliquando autem quæ posteriùs contingunt enarrare, quasi mox fierent. (Matth. 3.)

Beda. Non famis tempore, quam quarto Claudij anno factam

CAPVT XII.

a ¶ Quo Paulus & Barnabas missi sunt in ministerium. b ¶ Per ministros. Quod quis iubet, ipse facit. c ¶ Qui passioni Christi interfuerat, filius Herodis sub quo natus est Christus.
a EOdem autem tempôre misit Herôdes 1

NICOLAVS DE LYRA Cap. XII.

✠ 1 EOdẽ au.&c. *Postquã superiùs descripta est Petri prædicatio, hic interpositis incidẽtibus dictis describitur cõtra eũ orta persecutio. Et diuiditur in 2. partes, quia 1. ponitur persecutio Petri, secũdò punitio aduersarij, ibi:* Descendénsque. *Prima in duas, quia primo ponitur persecutionis occasio, secundo ipsa persecutio, ibi:* Quem cum, &c. *Ad intellectum primi sciendum, quod tres Herodes fuerunt in Iudæa, de quibus scriptura facit mentionem. Primus fuit institutus rex Iudææ à Romanis, cuius pater fuit Idumæus, iste vocatus fuit Herodes Ascalonita & tempore ipsius natus fuit Christus, Matt. 2. propter quem ista occidit innocentes, secundus fuit vocatus Herodes Antipas filius Herodis Ascalonitæ non tamen primogenitus, & iste nunquam fuit rex, sed tetrarcha Galileæ, Luc. 3. & iste decollauit Ioannem Baptistam, tandem accusatus apud imperatorem Romanum, missus fuit in exilium apud Lugdunensem, tertius vocatus fuit Herodes Agrippa filius Aristoboli Herodis Ascalonitæ & frater Herodis Antipæ, & licet iste in principio fuerit pauper, tamen postea fauentibus sibi duobus imperatoribus Romanis scilicet Gaio & Claudio fuit eleuatus ad regnum, & iste de Roma veniens in Iudæam honorificè valdè receptus fuit à Iudæis, propter quod in fauorem eorum occidit Iacobum fratrem Ioannis & incarcerauit Petrum, vnde versus: Ascalonita necat pueros, Antipa Ioannem: Agrippa Iacobum, claudens in carcere Petrum, & secundum hoc patet sententia huius partis vsque ibi.* (Diuisio. Herodes tres)

MORALITER.

† 1 *Eodem aut.temp.misit He.&c.* Doctores aliqui exponẽtes moraliter incarcerationem Petri, dicunt q per ipsam significatur lõga detentio peccatoris hominis in peccato. Sed quod per hominem sanctissimum significetur peccator, mihi videtur extraneè dictum, cum sensus mysticus fundari debeat super literalem Propter quod aliter expono, scilicet. q per Herodem significatur quilibet tyrannus persecutor fidelium. Et post vnius occisionem alium incarcerat, expectans tempus occisioni ipsius opportunum. Per incarcerationem autem eius potest intelligi quælibet afflictio iusti. Per custodes vero satellites tyranni in malorum executione ministrantes sibi. Per duas vero catenas quibus iniustè ligatur & tenetur: tyrãni potẽtia & eius nequitia significantur, quę simul existentes prolongãt iustorũ afflictiones. Nam potentia sine nequitia nõ nocet bonis, nequitia verò sine potentia non multum potest nocere eis. Per angelum verò liberantem à carcere, intelligi potest quilibet agens pro bonorum liberatione, nam in hoc est Dei minister. Per hoc autem q Petrus æstimabat se visum videre, cum per angelum educeretur, significatur q omnis liberatio à pœna corporali non est nisi somnium, vel res modica respectu liberationis à pœna purgatorij. Per hoc autẽ q Petrus liberatus ad aliũ locũ trãsiit vbi poterat facere fructũ animarũ, significatur quod prædicator euangelij in personali persecutione debet alibi vbi proficere valeat se

anno factam historiæ referunt, cum Herodes tertio eiusdem anno sit defunctus, sed illo tempore quo oblationes deferebantur Ierosolymam.

Beda. Non est putandum Herodem qui tetrarcha erat, postea regem factum, hoc capitulo designatum. Refert Iosephus: Gaium imperio suscepto, continuò Iudæorum principatum Herodi filio Aristoboli (quem tamen ille Agrippam nominat (quarto anno, id est, vltimo imperij sui anno eidem & sedem pariter contulisse. Ipsum verò Herodem qui Ioannem occiderat, vel in passione Christi interfuerat grauiter cruciatũ, exilio perpetuò damnasse. Porrò hunc Herodem siue Agrippam tertio Claudij anno, sui vero regni 7. ab angelo percussum regnum Agrippæ filio reliquisse. Aristobolus (quem dixi) à patre perfido id est, Herode sub quo natus est Christus, cum fratre Alexandro fuerat interfectus.

a ¶ Ad tenendos & ligandos quosdam de ecclesia. b ¶ Tormentis. c ¶ Quasi inferiores de ecclesia.
a rex mânus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem
a ¶ Non solum aliquos afflixit, sed etiam occidit. b ¶ Zebedæi.
b Iacôbum fratrem Ioannis gladio. Videns autem † quia place
a ¶ Afflictioni quorundam, & occisioni Iacobi. b ¶ Quia plus placeret: vbi princeps occideretur. ¶ Ideo non est occisus, sed apprehensus, vt & de Christo dixerunt, Non licet in Pascha occidere quenquam.
ret Iudæis, âpposuit apprehendere & Pêtrum. Erant autem 1
a ¶ Quandiu non licet occidi licitum putant in angustia cruciari.
dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in cârce- 2
a ¶ Non sufficiebat solius carceris custodia.
c rem, tradénsque quatuor quaternionibus militum ad custo- 3
d diendum, volens post Pascha producere eum populo. Et Pe 4
a ¶ Exemplum orandi pro periclitantibus, & maximè pro ecclesiæ pastoribus. ¶ Sic enim orandum est secundum illud. Multum valet deprecatio iusti assidua.
e trus quidem seruabatur in carcere, orâtio autem fiebat sine 5
intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem 6
a ¶ Qua opportuna erat solutio.
f productûrus eum esset Herodes, in ipsa nôcte erat Petrus 7 8

✠ Chrysosto. Bene autem dicit Herodes rex, hic non erat sub quo Christus passus est. Ecce alia tẽtatio, & vide quomodo per relaxationem & afflictionem contexantur in apostolorum successibus omnia. Non iam Iudæi neque Concilium, sed rex immittit manus vt affligat. Maior potestas, difficilius certamen & hoc magis quo gratificari Iudæis magis studebat.

a *Occidit au. Ia.* ✠ Crysost. Simpliciter & quasi fortuito. Si autẽ quis rogarit, quare Deus permiserit? dicemus, quod pro illis ipsis, primum quidem persuadebat illis, quod præualeant, licet occidantur, id quod & de Stephano actum est. Secundò dabat Iudæis postquam implessent furorem, vt reducantur ab insania, & tertio ostendebat quod hæc permissione fierent.

b *Videns autem quia placet Iudæis, apposuit vt apprehenderet & Petrum.* ✠ Chrysost. O miram inhumanitatem, qua in re gratificatur illis? sine causa & simpliciter faciens. *Erant autem dies azymorum.*

✠ Idem. Iterum superflua Iudæorum curiositas. Occidere quidem non prohibebant, in tempore autem tam sacro talia committebant.

Beda. De hoc Iacobo Clemens Alexandrinus historiam refert: Et is (inquit) qui obtulerat eum iudici ad martyrium, Iacobum, scilicet, & ipse confessus est se esse Christianum, & cum duceretur in via rogauit Iacobum dari sibi remissionem. At ille parumper deliberans, pax tibi inquit, & osculatus est eum, & ita ambo capite simul puniti sunt. († quod gratum esset)

c *Quatu. qua.* Quaternio dicitur princeps quatuor militũ sicut enim Centurio centũ, ita quaternio quatuor sub se milites habet. (Quaternio Beda.)

d *Produce.* Raba. Amplior enim gratia esset si ipsi eum occiderent Iudæi, quia princeps erat, non ipse Herodes, sicut & Iacobus.

e *Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia, &c.* ✠ Chrysostomvs. Erat enim grauissimum certamen, meticulósque illos faciebat, & quod ille in carcere coniectus erat, & quod iste interfectus esset. Magni amoris indicium oratio. Patrem omnes quærebant patrem mansuetum, continua inquit, oratio fiebat pro illo. Audite quomodo affecti erant erga præceptores, non comminantur, non tumultuati sunt, sed ad preces conuersi, præsidium reuera inexpugnabile, ad illud confugiebant, Non dicebant, humilis ego & nihili homo pro illo orarem. Quoniam dilectio erat nihil tale cogitabant. Vis scire quanta fecerint Iudæi, etiam non voluntarij? Illos clariores reddiderunt, hos diligentiores fecerunt.

f *In ipsa nocte erat Petrus dormiens, &c.* ✠ Chrysost. Vide per illam noctem illum eripuit, & lux fulsit in habitaculo, ne putet spectrum esse. Et lucem nemo vidit præter illum. Nam licet etiam hoc factum sit, & nihilominus putabat esse phantasiam,

1 Erant au.dies azy. *Scilicet, quando apprehendit Petrum, & additur hoc ad significandum causam quare statim non occidit Petrum sicut fecerat de Iacobo: volebat enim expectare transitum solennitatis paschalis, in qua Iudæi septem diebus vescuntur panibus azymis.*

2 Quem cum ap. *Posita occasione persecutionis Petri, hic consequenter describitur ipsa persecutio. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur eius incarceratio iniuriosa, secundo eius liberatio miraculosa, ibi:* Cum autem. *tertio cũ suis associatio gratiosa, ibi:* Cõsiderán sque. *Circa primum dicitur:* Quem cũ ap.mi.in c. *ne posset effugere.* (Diuisio)

3 Tradénsque quat.quater.mi. *Dicitur autem quaternio qui habet quatuor milites sub se: & sic quater quatuor sunt sedecim, qui eum custodiebant.*

4 Volens post P.pro.e. *i. exponere morti ad vo-luntatem populi.*

5 Ora.au.fi. *Christus suum vicarium adhuc seruaret in vita.*

6 Cum au. *Hic consequenter describitur liberatio Petri miraculosa cum dicitur,* Cum pro.au. *scilicet, de carcere vt occideretur.*

7 In ipsa n. *Immediatè præcedente.*

8 Erat P.dor.in d.mi.&c. *Ita custoditus, quod non patebat vlla euasio via humana. Sed quia deficiente humano subsidio solet adesse diuinum, ideo subditur.*

✠ Et ecce

Universidad de Deusto Biblioteca

A fiam, eò quòd sic inexpectatum erat, si hoc non fuisset factum, multomagis suspicatus fuisset se illudi. Ita ordinarat aciē contra mortem faciebat hoc quod multis diebus illic manserat, & non seruatus erat. Et quare dicit quis, non permisit illum Deus ne caderet in manus Herodis, & mox tunc eripuit? Quia illud quidē attonitos eos fecisset, hoc autem pro illis factum est. Nunquid habiti fuissent homines, si omnia diuino more fecisset? Circa Stephanū nihil tale contigit. Nónne vt angeli faciem illius ostendit?

a *Mili.vin.&c.* RA. Quatuor difficultates cumulant custodiam, milites catenæ, carcer, custodes.

b *Lumen.* Signum præsentiæ angeli dei B cuius præsentia soli Petro lumen præbebat, nec aliis refulgebat.

c *Percussóque.* BEDA. Percussio lateris commemoratio est passionis Christi, de cuius latere salus nostra profluxit, & nobis etiam pressura catenarum retentis, tale solatium Petrus reddit di. *Christo igitur in carne passo & vos eadem cogitatione armamini.* *Percussóque.* RABA. Tactū corporalem corpore ex aëre sumpto potuit habere angelus.

† subliga sandalia tua — 1.Pe.4.a.

a ¶Non habens spem euadendi illa hora.

a dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus: † & cu-

a ¶Quatuor hæc custodiam exaggerant mil.cate.cu.carce. ¶Nota, domini, & astitit.

stodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus 1

a ¶Ex præsentia angeli. ¶Tactu corporali.

b domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussóque 2

a ¶Prima soluitur angustia. 3

c latere Petri excitauit eum dicens: surge velociter. Et ceciderunt 4

runt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum:

a ¶Exemplum datur non ambulandi sine calceamentis, angelo iubente, & apostolo complente. b ¶Caliga genus est calceamenti.

d Præcingere, & † calcea te caligas tuas. Et fecit sic, & dixit illi: 5

¶Timor non impediat. 6

Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens

a ¶Non putabat fieri, sed ostendi imaginariè.

sequebatur eum, & nesciebat quia verum esset, quod fiebat

e per angelum. Existimabat autem se visum videre. Transeun- 7

a ¶Duos milites. ¶Primum quaternionem cum suis. b ¶Custodes carceris. 8 ¶Secundum quaternionem cum suis. c ¶Quæ putatur fuisse in atrio carceris.

f tes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam 9

a ¶Patet extra ciuitatem fuisse carcerem, vel in exteriore parte ciuitatis. b ¶A seipsa.

tam ferream, quę ducit ad ciuitatem, quę vltro aperta est eis. 10

a ¶Vt sciret verum esse quod fiebat, & non visionem. 11

Et exeuntes processerunt vicum vnum, & continuò discessit 12

¶Ostendit prius, quia hoc nesciuit. 13

g angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio verè, 14

h quia misit dominus angelum suum, & eripuit me de manu

¶Vbi esset.

i Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Con- 15

sideránsque venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui 16

a ¶Causa orationis pro Petro vel ex euentu.

cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati &

k orantes. Pulsante autem eo ad ostium ianuæ, processit 17

d *Præcinge.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Iterum hoc loco ostendit, quod non ex dolis euasit. Nullus enim festinans & euadere C effodiendo volens tantam diligentiam adhibet, ita vt etiam sandalia accipiat, & se præcingat.

BEDA. Prophetas & apostolos cingulis vsos fuisse legimus, sed Petrus propter rigorem carceris, ligamenta ad horam laxauerat, vt tunica circa pedes dimissa, frigus noctis vtcumque temperaret. Exemplum præbēs infirmis, vt cum molestia corporis vel iniuria tentantur humana, liceat aliquid laxare de propositi rigore, & quia dictum est: *Sint lumbi vestri præcincti, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis.* spiritualium virtutum verbíque prædicandi resumere iubemur insignia. (Luc 12.e. Eph.6.c.)

e *Transeuntes autem primam & secundam custodiam.* ✠ CHRYSOSTOMVS.

SOSTOMVS. Vbi nunc sunt hæretici, quomodo transierit dicant nunc, sed non poterunt, quamuis propter hoc illum accingi iubeat, & calciari, & hac ratione persuadet ei, quod non sit phantasma, & vt excutiatur somnus, & sciat quod verum sit. D Idcircò statim etiam *catenæ eius de manibus eius ceciderunt.*

f *Vene.ad p.fer.* BEDA. Angusta imo ferrea erat porta, quæ ducit ad Ierusalem cœlestem, sed apostolorum vestigiis nobis est facta meabilis, qui sanguine proprio ostium ferreum vicerunt. Ferrea enim ostia Petro cedunt custodi aulæ cœlestis, qui ecclesiæ retinens cacumen infernum superat. († supra 5.d. infra 16.c.)

g *Ad se reuersus.* A culmine contemplationis ad hoc reuersus est, quod in intellectu cōmuni priùs fuit. E

h *Nūc scio verè, &c.* ✠ CHRYSOST. Nunc, non tunc quādo in carcere eram.

i *Considerānsque venit ad domum Mariæ matris Ioannis, &c.* ✠ CHRYSOST. Quid est conscius? hoc est reputans vbi esset. Vel igitur huius rei sibi conscius, vel quod non simpliciter abire oportet, sed remunerare benefactorem, quod & conscius venit ad domum Mariæ. Quis est hic Ioannes? Forsan ille qui semper cum eis erat, nam propter hoc etiam cognomen eius ponit. Vide quantum bonum est persecutio, quantum precantes in nocte perficiunt, quomodo alacres, & excitatos illos efficit. Vidisti quantum lucrum cædis Stephani? Vidisti vinculi huius quanta vtilitas? F Deus enim dum non apud iniustos illos, tanquam reos conuinci suos, magnum ostendit & efficax Euangelium, sed iniustis ipsis facit apparere tribulationes per se magnas, dum nihil horum patiuntur, ne liberationem eorum quæramus omninò: neque vltionem.

k *Processit puella, &c.* Et dominum de tumulo egressum prima omnium mulier discipulis nunciauit, vt vbi abundauit delictū, supera. & gratia. (Rom.5.d.)

☞ ✠ CHRYSOST.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ecce an.do.a. *Ad Petri liberationem.*
2 Et lu.reful.in ha. *Ad eius consolationem.*
3 Percussóque la.pe. *vt excitaret eum à somno.*
4 Et ce.ca. *Diuina virtute, vel angelica, cui natura corporalis obedit ad motum localem: propter quod potuit illas catenas statim dissoluere.*
5 Præcin. *Vt sis aptus ab ambulandum resoluerat enim Petrus cingulum suum, vt vestis posset cooperire pedes contra frigiditatem carceris: hoc enim sibi erat licitum, & maximè cōtra imminens periculum.*
6 Et cal.te ca. *Est autem caliga genus calceamenti non habens coriū super pedem, vt dicit gl. In Græco in quo scripsit sanctus Lucas, habetur sandalia, propter quod aliqui dicunt quod vera litera est, calcia te caligas. Gallice, gallochem.* 7 Existima.au.seui.v. *Fortitudo enim carceris & diligens custodia fecerunt sibi imaginationem de euadendi impotentia: propter quod rem gestam somnium æstimabat.*
8 Tran.au.pri.& se. *Scilicet, militum qui erant oppressi somno vel quia vigilantes erant acrisia percussi, sicut 4. Re.6. dicitur de militibus qui capere volebant Elizeum.*
9 Vene.ad por.fer. *Illa erat exterior porta carceris.*
10 Quæ ducit ad ci. *Ex quo videtur, quod ille carcer erat extra ciuitatem. sicut fit in pluribus locis*
11 Quæ vltro aperta est eis. *virtute diuina vel angelica modo prædicto de catenis.*
12 Et exeuntes processerunt vicum vnum. *Ad maiorem Petri assecurationem.*
13 Et conti.discessit angelus ab eo. *Subito disparendo sicut dictum est supra 10.c.*
14 Et Petrus ad se reuer.&c. *Et tunc percepit quod non erat somnium, sed res gesta.*
15 Considerānsque. *Hic ponitur consequenter restitutio Petri ad fideles, cum dicitur:* Considerānsque. *scilicet, vbi esset. & quo diuertere posset, ne à custodibus inueniretur, non timore passionis ductus, sed quia per visitationem angeli circa prolongationem vitæ suæ sciebat voluntatem Dei esse.*
16 Venit ad domum Mariæ. *Quæ non solum erat fidelis, sed etiam hospita fidelium.*
17 Pulsante autem eo ad ostium ia. *Quæ clausa erat de nocte, & pro infidelium persecutione.*

✠ Præ

✝ MORALITER.

se trans ferre.

✝ *MORAL.*

☞ ✠ CHRYSOST. Vide autem quomodo ancillæ cum illis iam A in pari honore sint. *Præ gaudio,* inquit, *non aperuit.* Bene etiā hoc factum est, vt ne etiam illi statim videntes nimium obstupescant, & minus credant, sed vt exerceatur illorum mens & qui nobis mos est vt faciamus, inuenta est laborans & illa nam vt illa ferat Euangelia studuit. Sic enim erant Euangelia.

a *Angelus eius est.* HIERON. Magna dignitas animarum, vt vnaquæque ab ortu natiuitatis habeat angelum in custodiam sibi deputatum. (Lib.3. com. in Matth.)

HIERONYMVS. Quòd autem vnusquisque nostrum habeat angelos multæ scripturæ docent, & quibus illud est. Nolite contemnere vnum de minimis istis B quia angeli eorum, vident quotidie faciem patris, qui est in cœlis. Et puella Rhode. Petrum apostolum nunciante, alij angelum ipsius esse credebant. Sin autem hocde minimis dicitur & de vno homine quantomagis de omnibus sanctis, & præcipuè de apostolis sentiēdum est quorum angeli quotidie vident faciem patris, iuxta illud quod scriptū est. Circundat angelus Domini in circuitu timentium eum. Et Iacob de se loquitur. Angelus qui liberauit me. Isti sunt qui ascendunt & descendunt super filium hominis. (Lib.18.com mē.in Esau. cap.6. Matt.18. — Psal.33. Genes.48.)

C TICONIVS. Videtur angelus hominis esse homo interior, qui Deum semper fide contemplatur.

BEDA. Quòd vnusquisque habeat angelum scriptura testatur: vnde Dominus: Angeli inquit eorum semper vidēt faciem patris: Et Iacob: Angelus qui eruit me de cunctis malis. Et hic discipuli angelum Petri venire credebant. (Matt.18.b. Gen.48.c.)

b *Tacerent.* Donec narraret virtutem: Vel tacere iubet, ne clamore gaudentium aduentus eius in ciuitate cognoscatur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Desideratior multo posthac fuit discipulis, non solum quod seruatus est, sed etiam quod astitit, & D statim accessit. Discunt postea & familiares omnia manifestè, & extranei didicissent, si voluissent credere. Hoc & in Christo euenit. *Annunciate,* inquit, *Iacobo & fratribus hæc.* Vide quomodo nō est vanè gloriosus, nō enim dixit: Vbiq; manifesta facite hæc sed fratribus.

† ancillula

a ¶Videns vel fortis, vel visio fortitudinis, vel visionis fortitudo.

† puella ad videndum, nomine Rhode. Et vt cognouit vocem

¶Ex impatientia, scilicet, nunciandi aduentum Petri.

Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed introcurrens nun- 1

ciauit stare Petrum ante † ianuam. At illi dixerunt ad eam: † 2

† vestibulū

a ¶Quia sciebant Petrum incarceratum esse. ¶Rem.

Insānis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dice- 3

a bant: angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. 4

a ¶Quia certum habebant quod ab omnibus non dimitteretur.

Cum autem aperuissent ostium, viderunt eum, & obstupue- 5

¶Silentium indicendo.

b runt. Annuens autem eis manu, vt tacerent, narrauit quo-

a ¶Non homines non sua calliditas vel fortitudo. b ¶Virtutem donatam precibus eorum.

modo dominus eduxisset eum de carcere. Dixítque: Nunciate 6

a ¶Iusto, scilicet, filio Alphæi. alter Iacobus decollatus erat. b ¶Orantibus pro me. c ¶Eadem nocte in alium locum timore Herodis & Iudæorum.

c te Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abiit in aliū locū. Facta 7

a ¶Crastina post eductionem Petri de carcere. b ¶Et custodes. c ¶Apparet quod clausum reliquit Petrus carcerem, quo aperto non esset ambiguum eum euasisse.

autem die erat non parua turbatio inter milites, quidnam fa- 8

¶In carcere.

d ctum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, 9

a ¶Inquisiuit vtrum custodes nossent quid de eo factum esset.

& nō inuenisset, † inquisitione facta de custodibus, iussit eos 10

† examinatis custodibus

a ¶Ad se vt in eos vindicaret. 11

duci. Descendénsque à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus 12

a ¶Ideò finibus eorum proximauit. ¶Tyrus & Sidon ciuitates sunt prouinciæ Phœnicis. 13 b ¶Tyrij & Sidonij.

est. Erat autem * † iratus Tyriis & Sidoniis. At illi vnanimes 14

* Herodes — † infensus

¶Et persuase unt. a ¶Quasi thesaurorum custos. 15

venerunt ad eum. Et persuaso Blasto, qui erat super cubiculū

a ¶Amicus enim eorum erat & patronus, & fortè præses.

e regis postulabat pacē, eò quod alerētur regiones eorū ab illo. 16

c *Facta autem die erat turbatio nō parua, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Adeò insensatus est, quod etiam iniustè punire attētat. Ecce sermonem pro illis suscipio. Vincula erant, custodes intus carcer clausus, nusquam perfossus paries, omnes eadem dicebant, vir rapi nō potuit, quare illos condemnas. Si voluissent soluere, antea hoc fecissent, vel simul exissent. E Num pecunias acceperūt? Vnde? Qui neque pauperibus quod daret habebat, his dabat? Neq; enim detritæ sunt catenæ, neque solutæ. Oportebat videre esse rem diuinā non humanā. († infrà 2 6.)

d *Herodes autem cum requisiuisset eum, & non inuenisset inqu. &c.* ✠ IDEM. Quamuis audiuisset ab illis, examinauerat enim& quod vincula soluta, & quod sandalia accepit, & quod vsq; ad noctē illā cū eis fuerit. Sed quid simul ne occultati fuerūt? quare non ergo & ipsi effugerunt? Certè illum oportebat admirari, oportebat obstupescere atqui postea manifestum est omnibus per mortem illorū, & Dei miraculū & illius malicia. F

e *Descendénsque.* RABA. Vt Petri solutio nulli noceret, non permittitur Herodes vindicare in custodes.

f *In Cæsaream.* BEDA. Quamuis iuxta situm locorum Cæsaream Philippi dicere videatur, ideò quod hæc sicut Tyrus & Sidon ciuitatis sit Phœnicis, tamen Iosephus dicit hæc in Cæsaræa Palestinæ gesta, quæ olim turris Stratonis dicta est in confinio Phœnicis & Palestinæ in littore maris magni sita. (Iosephus)

g *Alerentur.* BEDA. Necessariam habebāt amicitiā vicini regis ☞ ideo

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Præ gaudio. *Scilicet, liberationis Petri & eius aduentus.*
2 Sed introcur. *Vt bonos rumores velociter nunciaret.*
3 Insanis. *Propter fortitudinem enim carceris & custodiam diligentem credebant euasionem Petri impossibilem esse.*
4 Angelus eius est. *Ex hoc loco, & ex hoc quod dicitur Matth.18.b.* Angeli eorum semper vident faciem patris, *dicunt concorditer sancti & doctores quòd singuli homines habent singulos angelos ad suā custodiam deputatos, & aliquando apparent in specie illorum, sicut angelus in specie beati Ambrosij Mediolani existentis apparuit Turonis in sepultura beati Martini. & beatus Franciscus in remotis agens apparuit in capitulo Arelatensi.* (Angelus cuique proprius.)
5 Et obstupuerunt. *Præ admiratione videntes Petrum liberatum, & ignorantes liberationis modum, propter quod Petrus cœpit narrare ipsum. cum dicitur:* Annuens autem, &c.
6 Nunciate Iacobo & fra. *Vt reddant gratias Deo qui exaudiuit petitionem eorum pro me factam vt dictum est suprà. Oratio autem fiebat, &c.*
7 Facta autem die. *In qua inordinatum erat occidi Petrum.*
8 Erat non par.tur.inter.mi. *Quia timebant negligentiæ eorum imputari, & per consequens puniri. sicut & factum est. Vnde subditur.*
9 Herodes autem cum re.eum. *Scilicet, Petrum.*

10 Et

10 Et non inue. *Et portæ carceris inuentæ fuissent apertæ, sicut expressè dicitur de porta ferrea.*
11 Iussit eos du. *Scilicet, in carcerem tanquam suspectos de liberatione Petri vt post ea punirentur sed Herodes fuit impeditus celeri morte præuentus, vt habetur parte sequenti.*
12 Descendénsque. *Hic consequenter describitur Herodis punitio Et primò ponitur eius pœna. Secundò ponuntur duo corollaria, ibi:* Verbum domini. *Circa primum dicitur:* Descendénsque à Iudęa. *id est à Ierusalem quæ est in altiori situ Iudææ.* (Diuisio)
13 In Cæsaream. *Non Philippi, vt dicit glo. quæ est in prouincia Phœnicis, sed in Cæsaream Palestinæ, quæ antiquitus dicebatur Turris Stratonis, & est in confinio Palestinæ & Phœnicis. Et causa subditur, cum dicitur.*
14 Erat autē iratus Tyriis & Sido. *Qui erāt de prouincia Phœnicis: propter quod terminus eorum appropinquauit vt eos debellaret & puniret.*
15 At illi vnanimes venerunt ad eum. *Ad placandum per oblationem emendæ, & vt hoc melius facerent, rogauerunt eius cubicularium qui erat eius secretarius, vt esset huius negocij mediator pro eis. Et subditur causa cum dicitur.*
16 Eò quod alerentur regiones eorum ab illo. *Id est, ab Herode. Non enim terra eorum poterat habere victualia sufficienter de terra Herodis accepta vel per eam transportata.*

N

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ideò quod regio eorum valdè angusta esset Galilææ & Damasci finibus pressa. a *Confestim, &c.* IOSEPHVS. Dum impietatem illicitæ adulationis non exhorreret, respiciens paulò pòst, imminentem tē & insistentem capiti suo vidit angelum eúmque sensit cōtinuò exitij sui ministrū quem prius nouerat prouisorem bonorū inde continuis septem diebus ventris dolore cruciatus, vitam violēter abrupit.

Lib.29. anti iud.c.10 & lib.2.de bello Iudaico cap.19.

a ¶ Præfinito ad condictum. b ¶ Describitur gloria vt postea maior sit miseria. c ¶ In vel super. ¶ Vbi locus erat iudicij.
Statuto autem die Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali: & 1
a ¶ Blandiendo & ambulando. b ¶ Adulatio & prauitas fidei ostenditur. 2
concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, dei voces & non ho 3
minis. Confestim autem percussit eum angelus domini, eo quòd non 4
a ¶ Persequendo apostolos, & nomen dei refouendo. ¶ Paulatim non subito. b ¶ Falso domino mortuo dei verbū crescit 5
dedisset † honorem deo, & consumptus à vermibus expirauit. Verbum 6
a ¶ In fidelibus. b ¶ In his qui quotidie augebantur. c ¶ Redit ad id quod dixerat: Mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli. 7 8
autem domini crescebat et multiplicabatur. Barnabas autem & † Sau- 9
lus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ministerio, assumpto Ioanne 10 11
qui cognominatur Marcus.

† gloriam
† Paulus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Statuto autem die. *Ab Herode, vt Tyrij & Sidonij eius audirent sententiam.*
2 Herodes vestitus veste regia. *Id est, insigniis regalibus decoratus ad suam magnificentiam ostendendam.*
3 Sedit pro tribunali. *Magnifice.*
4 Et concionabatur ad eos. *Loquens valde egregiè.*
5 Populus autem acclamabat. *Adulando Herodi.*
6 Dei voces, & non hominis. *Dicebant enim, quòd talis eloquentia non erat hominis puri, sed deitatem habentis.*
7 Confestim autem percussit eum Angelus domini. *Vehementi dolore ventris, vt dicit Iosephus in libro antiq.*
8 Eo quòd non dedisset honorem Deo. *Considerando propriam fragilitatem, sed magis congaudens de hoc quòd populus attribuebat sibi diuinum honorem.*
9 Et consumptus à vermibus expirauit. *Computrescentibus enim intestinis generabantur ibi vermes eum interius corrodentes.*
10 Verbum autem domini crescebat, &c. *Hic ponuntur duo corollaria. Primum est de multiplicatione fidei mortuo Herode ipsius persecutore, & patet ex dictis. Secundum est de reditu Sauli & Barnabæ in Antiochiam.*
11 Expleto ministerio. *Pro quo venerant Ierusalem, vt habetur in fine capituli præcedentis.*

MORALITER.

1 *Statuto autem die Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, &c.* Per hoc autem quòd acceptans diuinos honores adulatoriè sibi impensos per angelum, fuit percussus, & miserabiliter mortuus doceri debent prælati & principes, vt non acceptent, sed magis impediant inconuenientes sibi honores.

CAPVT XIII.

☞ Cap. XIII. *Erant autem, &c. prophe. & doctores, &c.* Idem erant prophetæ & doctores. Vel, alij eorum prophetæ, alij doctores fuerunt. b *Niger.* RABANVS. A colore, si Latinum est. Vel ascendens interpretatur, si Hebræum. c *Dixit illis spiritus sanctus, &c.* ✠ CHRYSOST. Quis non tantæ authoritatis existens, ausus esset hæc dicere, atque ita cū non essent cōmuniter congregati? Vidit illos habere maiorem virtutem, & quū multū valerent contentos esse. Quomodo autē illis dixit per prophetas forsan, idcirco præoccupans dixit, *Et prophetæ erant ieiunabántque & ministrabant.* Vt scias magna sobrietate opus esse. In Antiochia ordinatur, ibi prędicat. *Segregate mihi &c.* ✠ IDEM. Quare non dixit Domino, segregate, sed mihi. Ostendit vnam esse potestatem ac virtutem. Vides quanta res sit ieiunium? ostendit quod spiritus omnia faciebat. ☞ Segregate

† Simon
† simul cum eo educatus
† Sacrificantibus

¶ Præter illos qui veniebant ab Ierosolymis.
a Erant autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ 1
a ¶ De futuris. b ¶ Id est. c ¶ De præteritis.
prophetæ et doctores, in quibus Barnabas 2
a ¶ Exaudibilis, audiens mœrorem: aut nomen habitaculi. 3
b ¶ Ipse eleuans, vel consurgens.
b & † Symeon qui vocabatur Niger, & Lucius 4
a ¶ De Cyrene ciuitate supradicta.
Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis 5
a ¶ Qui eodem lacte alitur collactaneus dicitur. ¶ Qui nunc nominati sunt.
Tetrarcha † collactaneus, & Saulus. † Ministrantibus au- 6 7
¶ Prophetis. 8
c tem illis domino & ieiunantibus, dixit illic spiritussanctus: 9 10

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. XIII.

Erant autem. *Superius descripta publicatione euangelij facta per prædicationem Petri, cum aliquibus tamen incidentibus, hic consequenter describitur eadem publicatio per prædicationem Pauli. Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur eius ad Apostolatum vocatio. Secundò huius officij executio ibi:* Et ipsi quidem. *Circa primum dicitur.*

Diuisio

1 Erant autem in Ecclesia quæ erat Antiochiæ prophetæ. *denunciantes futura per donum prophetiæ, vt dictum de Agabo, supra 11.cap. & plures alij erant similem gratiam habentes.*
2 Et doctores. *sacram scripturam exponentes per dona sapientiæ & scientiæ & interpretationis sermonum.*
3 In quibus Barnabas. *Iste secundum Hieronymum, in libro illustrium virorum est ille qui supra 4.cap. vocatur Ioseph Leuites Cyprius genere.*
4 Et Simon qui vocatur Niger. *ad differentiam Simonis Petri.*
5 Et Lucius Cyre. *Id est, natus de Cyrene.*
Et Manahen qui erat Herodis tetrarch. *Ille est qui dictus est Herodes Antipas, & decollauit Ioannem Baptistam, vt dictum est in prin. cap. præced.*
6 Collactaneus. *Id est, de eodem lacte nutritus.*
7 Et Saulus. *De cuius vocatione ad Apostolatum principaliter hic agitur.*
8 Ministrantibus autem illis domino. *In bonis operibus secundum suos gradus & officia.*
9 Et ieiunantibus. *Vt mens esset eleuatior ad diuina.*
10 Dixit illis spiritussanctus. *Vtrum autem hoc fuerit verbo mentali tantum in reuelatione, vel verbo sensibili diuinitus formato, vel vtroque modo, non habetur ex textu. Glo. tamen interlinearis dicit quòd dictum fuit prophetis, & per consequens in reuelatione, tamen illa glo. non est multum autentica.*
✠ Segregate

MORALITER.

1 *Erant autem in ecclesia, &c.* Hic autem exprimuntur personę solennes, vt promotio Barnabæ & Sauli ad apostolatum ostendatur solennius celebrari. Nam hæc electio autoritatiuè & imperatiuè fuit à spiritu sancto, propter quod dicitur.
8 *Ministrantibus autem illis domi. & ieiu. dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Bar. & Sau. &c.* Fuit autem executiuè per homines sanctos & prophetas, vnde subditur. ✠ Tunc

☞ a *Segregate mihi Bar. & Sau.* BEDA. Videtur Saulus iuxta ordinē historiæ 13. anno post passionem apostolatum cum Barnaba, & Pauli vocabulum accepisse quartodecimo autem anno iuxta condictum Iacobi Cephæq; & Ioannis ad magisterium Gentium profectum esse. Et historia ecclesiastica consentit: dicens apostolis fuisse præceptum: vt 12. annis in Iudæa prædicarent. b *Imponentésque illis manus, &c.* IVSTINVS. Hæretici ad rectam opinionem venientis delictum corrigitur prauæ quidem opinionis mutatione sententiæ, baptismatis autem, vnctione sancti, vnguenti; suffragiorum autem impositione manuum: neque quicquam manet eorum quæ ante fuerāt, quin saluātur. c *Missi à spiritu sancto.* RABANVS. Ab hominibus dimissi mox à spiritu sancto mittuntur ad Seleuciam. Dux itineri eorum fuit, qui eos separauit à cæteris. d *Abierunt Seleuciam.* RABA. In quibusdam exemplaribus inuenitur: Abierunt Seleuciam quæ est Salamina, duo autem nomina vnius ciuitatis.

✠ CHRYSOSTOMVS. Simul abierunt ordinati, & in Cyprum nauigarunt, eò quòd illic non esset persecutio & verbo Dei iam sparso, in Antiochia quidem sat plures erant. Et Phœnicea propè Palestinam erat. Cyprus autem non item. Vltra non quærit quare? quando spiritu mouentur. Non enim solùm ordinati sunt à spiritu, sed etiam emissi.
e *In synagogis Iudæorum.* BEDA. Propter ignaros locorum semel annotandum credidi, vbicunque synagogam Iudæorum videris, scito in ciuitate gesta quæ dicuntur.
✠ CHRYSOST. Vides illos omnium diligentiam facere, & illis primùm annunciare verbum vt ne contentiosiores efficiantur? Et illi non loquebantur nisi Iudæis solis. Et hij in Synagogas abierūt. f *Bariesu.* BEDA. Corruptè legitur, Bariesu, vel vt alij Barihen. ✠ CHRYSOST. Iterū Magus Iudęus sicut Simon, & vide hunc, quando alijs quidem prædicabant, non valdè indignantem quando autem accesserūt Proconsulem, tunc indignati sunt. Miraculum autē est in Proconsule, quod præoccupatus illius Magia voluit audire apostolos. Ita & Samaritani fecerant, & à comparatione victoria apparet dum Magia vincitur. Vbique vana gloria & amor principatus causæ sunt malorum. g *Sergio Pau.* Duo vnius nomina sunt Sergius & Paulus.
h *Elymas.* RABA. Elymas secundum quosdam interpretatur, Dei mei mensura, vel Magus & ideò resistebat.
✠ CHRYSOST. Hic nomen illius nudatior cum ordinatione, id quod & Petro accidit.
h *Auerte.* RABA. Eum qui incœperat conuerti, à fide ad transgressionem volebat conuertere iuxta nomen suum.
i *Saulus.* RABA. interpretatur tentatio respicientis, vel securitas, vel mirabilis. ☞ Qui

Gala.2.b.
† 75.dist.c. quod die dominico
† Bariesu
† Accersiui

a ¶ Separate, vt soli seruiant doctrinæ. b ¶ Patet eos à Ierosolymis Antiochiam redisse.
c ¶ Apostolatus. d ¶ Ideò vas electionis Paulus dicitur & segregatus in euangelium Dei.
¶ Assumam futura enim Deo sunt quasi præterita. 1
a † Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod † as- 2
a ¶ Vt prædicatio eis præparetur. b ¶ In modum ordinandorum.
b sumpsi eos. Tunc ieiunantes orantes imponentésque illis 3
a ¶ In opus ad quod assumpti sunt. ¶ Saulus & Barnabas.
c manus dimiserunt eos: & ipsi quidem missi à spiritu sancto 4
a ¶ A Seleuco rege sic vocatum.
d abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum 5 6
a ¶ Propter reuerentiam, siue duriciam Iudæorum.
e venissent Salaminam prædicabant verbum Dei in synagogis 7
a ¶ Qui dicebatur Marcus. b ¶ Prædicationis.
Iudæorum. Habebant autem & Ioannem in ministerio. Et 8 †
cum perambulassent vniuersam insulam vsque Paphum, in-
¶ Maleficum. 9
uenerunt quendā virum magū pseudoprophetam Iudęū: cui 10
a ¶ Filius in malo, vel filius maleficij. ¶ Id est, maleficus. b ¶ Proconsul nomen dignitatis, secundus à consule. c ¶ Qui ex bono naturæ verbum Dei desiderabat. 11
f nomē erat † Bāri, qui erat cū procōsule Sergio Pauloviro prū
g dēte, hic accersitis Barnaba & Paulo desiderabat audire verbū
a ¶ Maleficus quod aliis commune est, ei est proprium.
dei. Resistebat autē illis Elymas Magus, sic enim interpreta- 12
a ¶ Id est, Magus quod ad transgressionem respicit, quæ semper Deo resistit. 13
h tur nomē eius, quęrēs auertere procōsulē à fide. Saulus autē 14 †
i

NICOLAVS DE LYRA.

1 Segregate mihi Bar. & Sau. *Vt procedant ad conuersionem Gentium, tunc enim isti duo fuerunt ad apostolatum vocati.*
2 In opus ad quod assumpsi eos. *Id est, in opus publicationis euangelij sicut & alij apostoli ad hoc sunt assumpti.*
3 Tunc ieiunantes & orantes imponentéspue illis manus. *In moram ordinandorum, vt dicit interlinearis glo. Propter quod aliqui expositores dicunt, quod hic breuiter inculcantur duæ historiæ, ita quod illi qui erant Antiochiæ ieiunauerunt & orauerunt pro ipsis & tunc miserunt eos in Ierusalem, vbi erant apostoli: ad quos solum manuum impositio pertinebat. Sed textus hoc non videtur innuere propter quod melius dicitur vt videtur, quod iam in Antiochia in qua notabiliter creuerat ecclesia, vt dictum est suprà in fine 11. cap. ad regimen ipsius fuerant ab apostolis aliqui episcopi ordinati & illuc missi, & illi imposuerunt Barnabæ & Saulo manus quod spectat ad officium episcoporum, eò quòd sunt successores apostolorum, 21.di.c.in no. Testamento.*

Diuisio

4 Et ipsi quidem missi à spiritu sancto. *Hic consequenter describitur officij impositi executio. Et primò publicatio euangelij per Saulum cum Barnaba. Secundò cum Syla, ca.15. ibi:* Post aliquot dies. *Prima diuiditur in tres partes, quia primò ponitur prædicatio Sauli & Barnabæ in Cypro. Secundò in Iconio, sequenti cap. Tertiò ponitur cuiusdam subortæ quæstionis determinatio, c.15. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur apostolorum prædicatio. Secundò Iudæorum contradictio, ibi:* Vidētes autem. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur persecutio apostolorum in Cypro insula. Secūdò in Antiochia, ibi:* & cum à Papho. *Circa primum dicitur:* Et ipsi quidem missi à spiritu sancto. *vt patet ex dictis.*
5 Abierunt Seleuciam. *Quæ est ciuitas ædificata à Seleuco rege Asiæ, de quo fit sermo 2. Machab.3.*
6 Et inde nauigauerunt Cyprum. *Quæ est insula famosa.*
7 Prædicabant verbum Dei in syna. Iudæorum. *Qui debebant eis denunciare verbum euangelicum, vt habetur inf. eod. cap.*
8 Habebant autem & Ioannem in ministerio. *Scilicet, prædicationis: & hic est qui cognominatus est Marcus, in fine capituli præcedentis.*
9 Inuenerunt quendam virum Magum pseudo. *Quia sua malicia deceperat proconsulem & populum.*
10 Cui n.e.Bar. *Sic est in Græco & in libris correctis, & tantum valet sicut filius Iesu.*
11 Qui e.cum pro. [Ser. Pau. *Ab isto mutatum est nomen Sauli in Paulum, vt communiter doctores dicunt: quia fuit prima persona notabilis quæ legitur conuersa per prædicationem Sauli. Antiquitus enim homines ex aliquo facto notabili sortiebantur nomina noua, sicut Ioannes filius Simonis Machabæi ex victoria quam habuit de Hircanis, Ioannes Hircanus vocatus fuit, vt habetur in histo. scholasti.*
12 Resistebat au.il. Ely. *Iste est qui vocatus est Bar Iesu. Elymas enim interpretatur Dei mei mensura vel census, sic enim faciebat se vocari, vt crederetur nuncius Dei.*
13 Quærens auer. *Vt eum magis in sua familiaritate posset tenere.*
14 Saulus au. &c. *Hic est ille qui prius Saulus vocabatur, & modo Paulus ratione dicta.*
✠ Repletus

MORALITER.

3 *Tunc ieiunantes & orantes imponentés. illis ma. dimi. eos.* Per hoc autem significatur, quòd promotio episcoporum, qui sunt apostolorum successores, (vt dicitur in decreris di.21. in no. testa.) debet fieri instinctu spiritussancti, & per personas Deum præ oculis habentes, & non per potentias seculares, vel per misericordias aut promissiones.
4 *Et ipsi quidem miss. à spiri. abi. &c.* Ex hoc patet quod eorum itineratio & nauigatio non erat à casu, sed spiritussancti ductu secundum illud Ezech. 1. c. *Vbi erat impetus spiritus: illuc gradiebantur.* Contra illos prædicatores qui secundum carnis impetum gradiuntur, scilicet, vbi credunt habere lautum conuiuium, vel temporale lucrum alia loca declinando in quibus esset maior necessitas prædicandi.
† *Et cum per. &c.* Sequitur.
† *Saulus autem, &c. O plene omni dolo, &c.* Ex hoc patet, quod contradicentes fidei vel eius multiplicationem impedientes non sunt blandiendi, sed acriter arguendi.

a *Qui & Pau.* BEDA. A Sergio Paulo proconsule quem fidei subegit, sortitus est nomen Pauli. A

BEDA. Aptè Gentium apostolus de Gentili nomen sortitur.

RABA. A Sergio Paulo sic dictus cum meritis mutantur & nomina. Saulus filius doloris erat cum ecclesiã persequeretur, filius autẽ dexterę Paulus: quando non se tantum, sed etiam plures ad dexteram vocauit. Sicut enim Barnabę mutatum est nomẽ, vt pro Ioseph vocaretur Barnabas id est, filius consolationis, sicut Saulus post gradum apostolatus Pauli nomen acceperit: qui de superbo humilis factus, pro Saule vocatus est Paulus. B Saulus à Saule impio & persecutore, Paulus à modico & humilis spiritu vocatur. Vnde & nomen suum interpretãdo dicebat: *Ego sum minimus apostolorũ, qui non sum di.&c.* (1.Cor.15.b.)

✠ CHRYSOST. Et vide non hic contumeliis locus est, sed stupori. Impudẽtes eũ, & emutescere nesciẽtes sic appellare cõuenit. *O plene omni dolo*, inquit, *& omni versutia fili diaboli, hostis omnis iustitiæ.* Hic reuelat quæ in mente eius erant, prætextu salutis perdente proconsulem. *Non cessas*, inquit, *peruertens vias domini.* & credibiliter, Non nos, inquit, impugnas, sed vias domini subuertis rectas, & cum laude hoc dicit. C

b *Et nunc, &c. eris cæcus.* BEDA. Oportuit Paulum miracula agere ad consummationem apostolatus, quem diu contra stimulum calcitrantem dominus elegerat.

✠ TERTVLLIANVS. (Li. de pudi. c.21.) Apostoli mortuos suscitauerunt, quod Deus solus & debiles redintegrauerunt, quod nemo nisi Christus, imò & plagas inflixerunt, quod noluit Christus. Non enim decebat eum sæuire qui pati venerat. Percussus est Ananias & nias & Elymas, Ananias morte, Elimas cæcitate, vt hoc ipso probaretur Christum & hæc facere potuisse. D

✠ CHRYSOSTOMVS. Quo ille adductus est signo hoc & hunc voluit adducere. *Vsque ad tempus*, non punientis erat verbum, sed admonentis, si enim punientis fuisset verbum, omninò illum fecisset cæcum. Nunc aut ẽ nõ hoc agit, sed ad tempus, vt proconsulem lucrifaciat.

c *Et confestim ceci dit, &c.* RABANVS. Hic impletur quod in Canticis legitur: *Capite n. vul. per quæ demo. vi.* (Cant.2.d.) quia Paulus pseudoprophetam cepit; exterminantem rudem vineã id est, proconsulis mentem. Sciebat Apostolus sui memor exempli, de tenebris oculorum posse lumen mentis surgere. E Non enim merebatur habere oculos carnis, qui mentis oculos laborabat auferre aliis.

d *Tunc Proconsul cum vidisset, &c.* ✠ CHRYSOST. Meritò eum enim qui præoccupatus erat Magis, hac pœna edoceri conueniebat, ita & in Ægypto Magi à musicis instituebantur.

a ¶ Olim vel nunc viuaciùs. b ¶ Per spiritum. c ¶ Elymam.
qui & Paulus replẽtus spiritu sancto, intuẽns in ẽum dixit: 1
a ¶ Plena non recipiunt augmentum. ¶ Non nascendo sed imitando. 2
O plẽne omni dolo & omni fallacia fili diaboli, & inimice om 3
a ¶ Dei & legum eius. b ¶ Fidem & pœnitentiam. ¶ Mandata. 4
nis iũsticiæ, non desinis subuertere viãs domini rectas. Et 5
¶ Id est, potestas. a Extra sicut & intra es. 6
b nunc ecce manus domini supẽr te, & eris cæcus non videns 7
a ¶ Sicut non vides solem iusticiæ, sed desurium à Deo. b ¶ Pœnitentiæ vel meritis. c ¶ Non fortuitu, d ¶ Cæcitatis initium. ¶ Ipsa cæcitas. 8 9
c solẽm vsque ad tẽmpus. Et cõnfestim cecidit in eum cãligo 10
a ¶ In circumitum se vertens in modum cæcorum. b ¶ Ad se ducendum. 11
& tenebræ. Et circũmiens quærebat qui ei mãnum daret.
a ¶ Id est, cum doctrina Christi virtutem miraculi.
d Tunc proconsul cum ũidisset factum credidit: admirans su- 12
per doctrina domini. Et cum à Papho nauigasset Paulus, & 13
a ¶ Ex quibus erat Barnabas. b ¶ Ciuitatem illius. c ¶ Illius regionis. 14
qũi cum eo erant, venerunt in Pẽrgerij Pãmphyliæ. Ioannes 15
a ¶ Hæc est causa futuri dissidij. b ¶ Vnde cum eis veneiat. c ¶ Paulus & Barnabas cum suis 16
autem discẽdens ab eis reuersus est Ierosolymam. Illi vero 17 18
a ¶ Pedibus non nauigantes.
e pertrãnseuntes Pergen, venerunt Antiochiam † Psidiæ. Et in- (†Syriæ)
f a ¶ Qua consueuerant conuenire, & legem legere, & prophetas ad modum dominicæ diei. 19
g gressi synagogam die sabbatorum sederũt. Post lectionem au †
a ¶ Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. 20
tem legis et prophetarũ misẽrunt principes synagogæ ad eos, 21
a ¶ Quia Iudæi estis. b ¶ Quasi dicerent hoc est opus dei huius, qui nihil aliud operantur. ¶ Dubitando dictum quod est perfidiæ signum. c ¶ Non prædicationis, non electionis.
dicẽtes: Viri frãtres, si quis est in vobis sermo exhõrtationis

e *Venerunt An.* BEDA. Duæ sunt Antiochiæ. (Duæ sunt Antiochiæ) Vna in Syria à Seleuco rege condita: quæ Reblata ante vocabatur, in qua primò cognominati sunt discipuli Christiani. Altera de qua modo dictum est in prouincia Psidiæ.

CHRYSOSTOMVS. Vide autem illos non diu moram trahentes, vtpote consule iam credulo facto, neque emollitos adulatione & honore, sed statim operi incumbentes, & in diuersam regionem festinantes. F

f *Antiochiam Psi.* RABA. Ad differentiam alterius Antiochiæ vt creditur, sed à multis eadem esse putatur.

g *Sederunt.* RABA. Quasi audituri legem, non prædicaturi. Ecce exemplum humilitatis.

☞ CHRYSOST.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Repletus spi. *Cuius virtute videbat ea quæ erant aliis occulta.*
2 Intuens in eum di. *Pronuncians Dei sententiam.*
3 O ple. om. dolo. *In agibilibus.*
4 Et om. fal. *In credibilibus.*
5 Fili diabo. *Per imitationem in operibus.*
6 Inimi ce omnis iu. *Acquisitæ & infusæ.*
7 Non desinis sub. *Quantum est in te.*
8 Vias dominis re. *Id est, fidem & mores.*
9 Ecce manus domini *Id est, eius vindicta.*
10 Et eris cęcus. *Vt pœna respondeat peccato, scilicet, cæcitati corporis cæcitatis tuæ mentis.*
11 Et confestim, &c. *Id est, in instanti, ad ostendendum quod cæcitas illa non fuit à causa naturali, sed supernaturali.*
12 Tunc procon. cum vi. fa. *Procidens ex diuina virtute in testimonium doctrinæ per apostolos prædicatæ.*
13 Credidit. *Cognoscens quod Deus qui veritas est prima non potest esse testis falsitatis.*
14 Admirans super do. *Quod esset tantæ excellentiæ quod confirmaretur operibus diuina virtute factis.*
15 Et cum a Pa. *Hic consequenter describitur apostolorum prædicatio in Antiochia. Circa quam primo ponuntur quædam præambula. scilicet, de recessu Ioannis & accessu ad Antiochiam. Secundò ponitur ipsa prædicatio, ibi: Surgens autem Paulus. Circa primum dicitur:* Et cum à P. na. *Scilicet, Barnabas & Ioannes.*
16 Venerunt in Per. *Nomen est ciuitatis in regno Pamphyliæ.*
17 Ioannes au. dis. *Huius autem recessus causam non exprimit textus. Non videtur tamen fuisse rationabilis: quia propter ipsum Paulus iudicauit eum non esse iterum recipiendum in societate eorum, vt habetur infra 15. cap.*
18 Illi verò, &c. venerunt Antiochiam Psidiæ. *Hoc dicitur ad differentiam Antiochiæ ædificatæ & denominatæ ab Antiocho magno: de qua dictum est in prin. huius ca.*
19 Et ingres. sy. *In qua congregabantur Iudæi.*
20 Sederunt. *Ad audiendum, ideo subditur.*
21 Post l. &c. *Ex quo patet, quod eorum prædicatio fuit efficacior ex hoc, quod se non ingesserunt ad prædicandum, sed rogati fuerunt.*

✠ Surgens

MORALITER.

✝ 9 *Et nunc ecce, &c.* Per hoc designatur, quod impedientes prędicationem verbi Dei incurrunt tenebras culpæ, & nisi pœniteant incurrent tenebras gehennæ.
19 *Et ingressi synagogam.* Quæ est locus orationis.
† *Die sabbatorum.* Quæ est tempus prædicationis, ideò sequitur.

✝ Surgens

☞ ✠ CHRYSOSTOMVS. Et ita viam parant sermonibus, A sed non priores loquuntur, sed admoniti, & tanquam hospites prouocati. Nisi autem expectassent, non habitus fuisset sermo. Benè autem in sabbatho ingressi sunt in synagogam, quando omnes fuerunt congregati.

a *Surgens autẽ Paulus & manu silentium indicens ait: Viri Israëlitæ, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Vide Barnabam vbiq; cedentem Paulo sicut & Ioannes vbiq; Petro. Ille abduxit eum à Damasco, quãuis venerabilior esset, sed ad communem vtilitatem spectabãt. *Et surgens*, inquit, ac innuens manu. Mos. (†circiter) Hic Iudæis erat. B Ideò & ipse iuxta illum eis loquitur dicẽs. *Viri Israëlitæ. &c.* Vide quomodo sermoni viã parat, prius illos laudibus extollit, & monstrat magnam Dei erga illos curam, per hoc quod dicit. *Timẽtes Deũ.* Sic incipit sermonem, & non dixit: aduenæ: id quod erat calamitatis nomen *Deus plebis Israël.* Vide quomodo Deum illos vt propriũ tribuit, qui omnium communis est Deus. Et ostendit olim maxima ab illo beneficia populo concessa, sicut & Stephanus. Hæc autem faciunt, vt doceant illos, quod nunc quoque eodem modo filium suum misit. Sicut & Christus dixit de vinea, ita & ille dicit: *Et plebem exaltauit, &c.*

(†Et post hæc annis circiter quadringẽtis quinquaginta dedit) (†vt esset rex)

✠ IDEM. Sanè contrarium euenit, priusquam in multitudi- C nem creuissent, sed miracula propter illos facta sunt & prophetæ memores tæ memores sunt vbique eorum quæ in Ægypto acciderunt. Et D vide, vt tempora calamitatum præterit, & nusquam crimina in medium affert, sed magnam Dei misericordiam, relinquens illa ipsis cogitanda.

b *Terra Chanaam, &c.* RABANVS. Scilicet repromissionis, quæ ideò (vt pleríq; videtur) Israëli est data, quia in prima diuisione post diluuium hãc prouinciã semen Sem sortitũ est: sed postea à Chananæis violenter est possessa. Et ideò iure prelij pristinis habitatoribus redditur, meritò autẽ Chananæi delẽtur, de quorum stirpe dicitur: *Maledictus Chanaam: seruus seruorum erit:* (Gen.9.d.) cuius pater Cham in E patrem ipsius fuit, & ideò maledici meruit.

c *Quadring.* BEDA. (Ibi.15.c. Ibi.21.b.) Dixerat Deus ad Abraham; Erit semen tuum ac. in ter. &c. & itẽ ait: quia in Isaac vocabitur tibi semẽ, ab exortu ergo illius seminis vsque ad exitum Israël ex Ægypto, fuerũt iuxta Exodũ anni quadringenti quinq;. His adde quadraginta annos in deserto, & quinque in terra Chanaã: (†De.pe.di. 2.c. vt cognouerunt circa medium.) quibus peractis vtatur terra quieuisse à præliis & sors fuisse missa super eam, & inueniens annos quadringentos quinquaginta.

a ¶ Non ad nos qui non indigemus, b ¶ Iuxta consuetudinem legentium propter multitudinem audientium. c ¶ Aliquo scilicet consueto silentij signo.
a ãd plebem, dicite. Sũrgens autem Paulus, & mãnu silentium 1
a ¶ Iudæi. b ¶ Gentiles. c ¶ Timentes segregat, quia non omnes timebant Deum. d ¶ Vtrique.
indicens ait: Vĩri Israẽlitæ, & qui timetis Deum, auditẽ. Deus 2
a ¶ Præ cunctis plebibus, quæ alios Deos colebant. ¶ Elegit, ex omni genere hominum. 3
b ¶ Non patres eorum. ¶ Abraham, &c. c ¶ Non vestros, quod dicitur ad persuadendũ. d ¶ De seruitio. 4
plebis Israel elegĩt pãtres nõstros, & plebem exãltauit cum 5
a ¶ Seruientes in luto & latere. b ¶ Potestate qua Aegyptios plagis multis percussit. c ¶ Christo, qui est brachium patris. 6
essent incõlæ in terra Ægypti, & in brãchio ẽxcelso eduxit 7
a ¶ Longam Dei signat patientiam.
eos ex ea, & † per quadraginta annorũm tempus mores eo- 8
c ¶ Grauitas eorum ostenditur. b ¶ Vitia septem, vel innumerabilia.
b rum sustinũit in deserto. Et destruens Gentes septẽm in terra 9
a ¶ Pacem designat & diuisionis qualitatem. 10
c Chanaam, sortẽ distribuit eis terram eorum, † quasi post qua- 11
a ¶ Id est, post quadringentos annos & quinquaginta: & diuisionem terræ. 12
dringentos & quinquaginta annos. Et põst hoc dedit iudi- 13
a ¶ Contra voluntatem Dei.
ces vsque ad Samuel prophetam. Et exinde postulauẽrunt 14
a ¶ Cumulatur patientia Dei. b ¶ Malum de nouissima tribu, quod vindictæ genus est. 15
d † regem, ẽt dedit illis Saul filium Cis, virũm de tribu Ben- 16
a ¶ Cum tempore Samuelis, sic enim est in Chronicis, Samuel & Saul annis 40. b ¶ Propter humilitatem radicis & personæ, vel in figura Christi suscitati.
e iamin, annĩs quadraginta. Et amoto illo suscitãuit illis 17
a ¶ Continua ostenditur patientia. b ¶ Nisi ego quærerem nulli appareret. 18
Dauid regem, cũi & testimonium perhibens dixit. † Inuẽni 19 20
a ¶ Paruæ stirpis. b ¶ Hoc propter ipsum, vel Christum de Dauid semine natum. c Hoc Christo maximè conuenit.
Dauid filiũm Iesse virũm, secundum cor meum, qui faciẽt
a ¶ Ad hoc tendebant prædicta.
omnes voluntates meas. Hũius Deus ex semine secun- 21
a ¶ Non subito, sed post multas prophetarum promissiones hoc factum est. 22
¶ Istam, qui faciet omnes voluntates meas. ¶ De fructu ventris tui po. super se. ruam.
b ¶ Translationem simul cum nomine ponit, quia Iesus saluator interpretatur. ¶ Spiritualiter.
dum prõmissionem eduxit Israel saluãtorem Iesum,

d *Dedit, &c.* Tẽpus iudicũ transit ad probãdam patientiã Dei.

e *Annis quadraginta, &c.* BEDA. Liber Regum non apertè exponit quotannis Saul regnauerit, sed Apostolus vulgò loquens hoc quod fama crebrior habebat dixit. F

☞ Chronica

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Surgens autem, &c. *Hic consequenter ponitur ipsa prædicatio, in qua Paulus ad eorum conuersionem facit talem rationem, Ille Deus qui tot beneficia patribus antiquis contulit, redemptionem vobis in semine Dauid promisit: sed hanc in Iesu Nazareno impleuit: ergo ei adhærendum est tanquam verò redemptori. Primam autem propositionem concedebant, & adhuc concedunt omnes Iudæi, sed secundam negabant & adhuc negant. Sic ergo procedit Apostolus, quia primò tangit beneficiorũ collationem & benedictionis promissionem. Secundò eius adimpletionem ibi: Huius Deus. Tertiò infert conclusionem intentam, ibi: Videte ergo. circa primum dicitur:* Surgens autem Paulus, *vt meliùs audiretur in tanta multitudine.*
2 Viri Israël. *Qui habetis legis & prophetarum noticiam.*
3 Qui time. Deum. *Vitantes eius offensam, hoc enim dicit captando eorum beneuolentiam, & vt meliùs recipiant eius exhortationem.*
4 Deus plebis Israel elegit, &c. *In Abraham.*
5 Et plebem exal. *Per ipsum Ioseph.*
6 Cum essent incolæ in terra Ægypti. *In qua post mortem Ioseph subiecti fuerunt graui seruituti, vt patet Exod.1.*
7 Et in brachio excelso. *Id est, in signis mirabilibus.* Eduxit eos ex ea, *vt patet in Exod.*
8 Et per quadraginta annorum tempus mores eorum. *Malos.*
9 Sustinuit in deserto. *Quia multotiẽs rebellauerunt domino vt patet in lib. Exod. & Num.*
10 Destruens, &c. *Scilicet Chananæos, Amorrhæos, Euos, Iebusæos, Pheresæos, Gergezæos, & Ethæos, vt patet in libro Iosue.*
11 Sorte dist. &c. *Vt patet Iosue 13.*
12 Quasi post quad. & quin. an. *Scilicet à natiuitate Isaac: à qua vsque ad exitum de Ægypto fluxerunt anni quadringenti, vt ostensum fuit Gen.15. & sup.7. cap. & quadraginta vsque ad ingressum terræ promissionis & inde decem quibus pugnauit Iosue contra gentes prædictas ante diuisionem terræ, vnde dicitur Iosue 11.c.* Multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos.
13 Et post hoc ded. &c. *Ad regimen populi, Iudic.1.*
14 Vsque ad Sam. prop. *Inclusiuè. quia fuit vltimus iudex.*
15 Et exinde postulauerunt regem. *1.Reg.8.*
16 Et dedit illis Saul filium Cis. *1.Reg.10.*
17 Annis quad. *In hoc numero includitur tempus quo Samuel populum iudicauit quia Saul tantum annis viginti regnauit.*
18 Et amoto il. *Propter peccata sua.*
19 Susc. il. Dauid. *1.Reg.16.* Tũc enim vnctus fuit per Samuelẽ.
20 Cui & testimo. prohi. dix. &c. *1.Reg.13.*
21 Huius Deus. *Hic consequenter Apostolus declarat diuinæ promissionis impletionem. Secundò ad hoc inducit scripturæ testificationem, ibi:* Et nos vobis. *Circa primum dicit.* Huius Deus, *Scilicet Dauid.*
22 Ex semine secundùm promissionẽ, &c. *Quod enim fuerit de*

✠ *semine Dauid,*

MORALITER.

✝ 1 *Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens ait: &c.* Vbi ponitur prædicatio Pauli, in qua plures historias tangit veteris & noui Testamenti, quarum mysticus sensus positus est in locis suis, propter quod nunc pertranseo. Et postea sequitur huius prædicationis fructus cum dicitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ Chronica verò testantur, quòd Samuel & Saul annis quadraginta Israeli præfuerunt. A

Matth.15.c. a *Vobis.* RABAN. Iudæis. Non veni nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Vel vobis qui estis dispersi quia vt sequitur, habitatores Ierusalem repulerunt illud. †Ioan.1.d.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hic dicens, vobis: non separatim Iudæis dicit sed dat illis potestatem auellendi se ab his qui cædem patrarunt. †infr.15.d.

B b *Iudicantes.* RAB. Iesum esse reum mortis. Vel iudicantes voces prophetarum, id est, non credentes, qui enim detrahit fratri, detrahit legi, & iudicat legẽ, quantò magis Christo detrahentes.

c *Et nullam causam mortis inueniẽtes, &c.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Id quod non erat ignorantię. Ponam' enim quod non habuerunt eum pro Christo, cuius gratia etiam occiderunt.

d *Et petierunt à Pilato vt interficerent eum, &c.* ✠ IDEM. Vide quanta illi cum sedulitate

C

a ¶ Non dante quod Christo seruabatur. b ¶ Cuius authoritas magna. c ¶ In modum lucernæ, vnde paraui lucernam Christo meo.
prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius baptismum 1
a ¶ Remissionis, quia per pœnitentiam peccatum remittitur. 2
pœnitentiæ omni populo Israel. Cùm impleret autem Ioa-
a ¶ Præcursoris officium ante faciem Christi. b ¶ Ecce quæ de eo prophetata sunt. ¶ Interrogando vel non sum ego Christus quem me arbi.esse. c ¶ Esse proprium deitatis est.
nes cursum suum, dicebat: † Quem me arbitramini esse, non 3
a ¶ Quia eius præcursor sum. b ¶ Ioannes non erat sponsus ille, de quo, Tanquam sponsus ill, &c. calciamento, id est, incarnatione Christi, quæ scilicet Christum decuit non indigens, alias non dignus. c ¶ Mysterium incarnationis aperire.
sum ego: sed ecce venit post me, cuius non sum dignus cal- 4
a ¶ Sermo suauis. b ¶ Iudæi.f.
ciamenta pedum soluere. Viri fratres, filij generis Abraham,
a ¶ Vel de Gentibus potest accipi. b ¶ Iudæis. c ¶ Euangelium vel Christus verbũ patris.
a et qui in vobis timent Deum: vobis verbum salutis huius 5
missum est. Qui enim habitabant Ierusalem, & principes e- 6 7
a ¶ Iesum ignorantes esse saluatorem.
ius hunc ignorantes, † & voces prophetarum, quæ per omne 8 9
a ¶ Quia iudices plebis erant. ¶ Iesum. b Prophetiam nescientes.
b sabbatum leguntur iudicantes impleuerunt. † Et nullam 10 11
c a ¶ Quamuis inquirerent. b ¶ Tolle tolle, crucifige eum.
d causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato vt inter- 12 13
¶ Per manus militum. a ¶ Ipse in cruce dixit, Consummatum est. b ¶ Quia per eos omnia facta, si manus inermis, os armatum. ¶ Quæ impleuerunt vt dictum est.
ficerent eum. Cúmque consummassent omnia quæ de eo 14 15
a ¶ Quæ de passione prophetata erant. b ¶ Non Iudæi infideles, sed Ioseph, qui fuit Iudæus genere, & propter eum Iudæi dicuntur hoc fecisse. ¶ Deponi permittentes propter sabbatum, ne longiùs corpora in cruce remanerent contra legis præceptum. c ¶ Hoc de Iudæis dicitur propter Ioseph, sicut & prius, vel quia Iudæi sepulchrum munierunt.
scripta erant deponentes eum de ligno posuerunt in monu- 16
a ¶ Diuinitas sua, quæ cum patre & spiritu vna est. a ¶ Secundum hominem.
mento. Deus verò suscitauit eum à mortuis tertia die, qui vi- 17 18
a ¶ Quadraginta. b ¶ Notis, vel certis cognitoribus. c ¶ Ad montana proxima Ierusalem.
sus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de 19
a ¶ Non eorum successores. b ¶ Idonei. 20
Galilæa in Ierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad ple-
a ¶ Et filiis vestris. b ¶ Scilicet repromissionem.
bem. Et nos vobis annunciamus eam quæ ad patres nostros 21
a ¶ Quod suscitauit eum. b ¶ Prophetiam qua dicitur, genui te, vt infra.
e repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filiis

sedulitate hoc fecerint, modum dixit mortis, & Pilatum in medium affert, partim quidem vt manifesta passio fiat à tribunali, partim autem vt illi grauiùs accusentur, qui tradiderunt illum viro alienigenæ. Et non dixit *obtinuerunt, sed: petiuerunt*: etiam ne vna quidem mortis causa in illo inuenta occidi, ita vt manifestum, quod gratiam acceperant, illo non volẽte: Id quod manifestè Petrus dicit, *Iudicante illo dimitti.* Valdè amabat illos Paulus, & quod non moratur in ingratitudine Patrum, sed ipsis immittit metũ. Sane Stephanus quidem meritò hoc facit, vtpote occidendus, & non docens, & ostendens quod iam lex destruebatur. Hic autem nõ item, sed minatur, & terret solum. D †Luc.23.b. E

e *Hanc Deus adimp.* BEDA. In Græco: Quoniam hãc Deus adimpleuit filios eorum nobis.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hoc est, Patres quidem acceperunt promissionem, vos autem rem ipsam.

☞ *Sicut &* F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *semine Dauid, patet Matth.1. hoc etiam continetur in annalibus Iudæorum. Intelligendum tamen est, Christum à Dauid descendisse secundum corpulentam substantiam tantum, & non secundum rationem seminalem. Quod autem Iesus Nazarenus sit Saluator Israël, declarat primò per prædicationem Ioannis Baptistæ, quæ fuit sic authentica, quòd Christus esse credebatur, non solùm à vulgaribus, sed etiam à maioribus vt patet Ioan.1. Et ideò subditur.*

1 Prædicante Ioanne. *Denunciando Christum venturum de proximo, & ipsum ostendendo cum digito, dicens:* Ecce Agnus Dei, &c. *Ioan.1.d.*

2 Baptismum pœ. *Vt populus esset dispositus ad Christum recipiendum, & vt baptismus Ioannis esset dispositiuus ad baptismum Christi.*

3 Quem me arbitramini esse, &c. *Per hoc apparet Ioannis humilitas & etiam veritas.*

4 Cuius non sum dignus cal.ped. *Id est, officium sibi etiam minimum impendere. Non enim intelligitur per hoc quòd Christus calciatus incesserit, sed quòd Ioannem improportionabiliter excesserit. Hic enim modus loquendi non solùm ad homines, sed etiam ad inanimata applicatur, sicut de vino multum debili comparãdo ipsum ad vinum optimum dicitur, quòd non est dignum illud discalciare: significando quòd nullius est momenti respectu illius.*

5 Vobis ver. *Scilicet incarnatum.*

6 Salutis huius mis.est. *Scilicet principaliter. Tum quia in propria persona Iudæis prædicauit. Tum quia in medio Iudææ scilicet in Ierusalem operatus est salutem. Ideò subditur.*

7 Qui enim ha.Ie. *Quantum ad vulgares.*

8 Et principes eius. *Quantum ad maiores.*

9 Hunc igno. *Scilicet Iesum Nazarenum esse Christum verum. Alia tamen fuit ignorantia principum, alia vulgarium, sicut dictum est suprà cap.3. tamen neutra excusabat à toto: immò primò aggrauabat, quia procedebat ex malicia.*

10 Et voces Prophetarum. *De Christo loquentium quas sacerdotes & Scribæ per inuidiam excæcati malè interpretati sunt, & sic populum deceperunt.*

11 Iudicantes. *Scilicet Iesum morte esse dignum.*

12 Impleuerunt. *Prophetias de eius passione prædictas, secundùm quod dicitur Esaiæ 53.c.* Tanquam ouis ad occisionem ductus, &c. *& in multis aliis prophetarum dictis.*

13 Et nullam causam mortis inuenien.in eo. *Sicut patet in euãgelio & Pilati testimonio.*

14 Petierunt à Pilato, vt interficerent eum. *Per milites ipsius, & licet primò restiterit, tamen finaliter petitioni eorum acquieuit Iudæorum fauore & Cæsaris timore.*

15 Cúmque consummassent omnia quæ, &c. *Iudæi mali.*

16 Deponentes eum de lin. *Scilicet boni Iudæi, Ioseph & Nicodemus, vt habetur Ioan.19.g. Sacra enim scriptura sub vno contextu frequenter transit de bonis ad malos, & è conuerso, sicut Psal.77.d. Cùm occideret eos quærebant eum, occisi non poterant eum quærere, & ideò cùm dicitur:* Cùm occideret eos, *intelligitur de obstinatis in peccato. Et quod subditur:* Quærebant eum, *intelligitur de pœnitentibus & reuertentibus à malo, & hoc secundùm illum modum exponendi sacram scripturam qui dicitur de corpore domini vero & simulato, prout pleniùs dixi in principio Genesis.*

17 Deus ve.susci.eum. *Scilicet hominem Christum.*

18 Qui visus est. *Est viuens.*

19 Per dies mul. *Scilicet 40. vt dictum est suprà 1.cap.*

20 His qui simul ascen. *Id est Apostolis,* qui vsque nunc sunt te. eius. *Per visum & auditum & operationem miraculorum in nomine ipsius.*

21 Et nos. *Hic consequenter inducit sacram scripturam ad suum propositum, dicens:* Et nos vobis annun. &c. re. fa. est. *De verbi incarnatione, & eius à mortuis resurrectione.*

✠ Sicut &

☞ a *Sicut & in psal. secundò.* Quidam codices habent in primo quod ita exponitur primum & secundùm apud Hebræos in vnum psalmum esse compositos, quia & à beatitudine incipiat & in eadem finiat. A

b *Filius meus, &c.* BEDA. Non est putandum hoc exemplum psalmi ad resurrectionem Christi (cuius proximè meminit) pertinere sed ad incarnationẽ de qua supra locutus fuit nam sequẽs versus manifestè testatur de resurrectione. Cum enim supra de incarnatione passione, resurrectione egerit veráque testimoniis prophetæ astruit, q ergo inquit Æternus es ante secula filius, nunc in tempore natus apparebis. † Illorum. supr.2.c. † Psal.2.b.

B c *Sancta Dauid.* RABANVS. Id est, templum sanctũ ex Dauid semine natum, id est, corpus Christi resuscitatum in incorruptionem.

Sancta D.f. BEDA. Esaias noui Testamenti mysteria prærogans ait. Constituã vobis testamentum æternum sancta Dauid fidelia in Hebræo. Et feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias Dauid fidelis. Esa.55.a. secundũ 70.

d *Non dabis, &c.* RABANVS. Post resurrectionem non moritur, mors illi vltra non dominabitur & ideò dicit sancta fidelia, id est, incorrupta & æternaliter permansura. D Rom.6.b.

e *Dauid enim in sua generatione, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Sicut & Petrus eius memor dicebat licet dicere cũ fiducia de patriarcha Dauide. Et non dicit quod mortuus est, sed, *appositus ad patres suos*, id quod clariùs erat & vide, quod nusquam illorũ ponit correctiones, sed ea quæ habent accusationẽ. Nam quod petiuerũt & acceperunt maximè accusatio illorum mox beneficia dei enumerat Elegit, dicens exultauit, mores tulit. Hæ autem non illorum erant laudes, sed Dei Dauidem autem solum commendat quoniam ex illo Christus. †Psal.15.b. † Cum suæ ætati inseruisset, consilio.

a ¶ Ostendit hanc esse repromissionem.
a † vestris resuscitans Iesum. Sicut & in psalmo secundò scri- 1
a ¶ Nonseruus vt cæteri. b ¶ Consubstantialis. c ¶ Hoc proprium deitatis. ¶ In diuinitate vbi nec heri nec cras. d ¶ De virgine etenim illa natiuitas est à Deo.
b ptum est: † Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quòd 2
autem resuscitauit eum à mortuis, amplius iam non reuer- 3
a ¶ Implebo quæ Dauid promisi.s. Christum de eo nasciturum. b ¶ Id est Christi qui verus Dauid manu fortis
c surũ in corruptionem, ita dixit. Quia dabo vobis sancta Da- 4
a ¶ Sine mendacio. ¶ Corpus Christi.
uid fidelia. Ideóque & alibi dicit. † Non dabis sanctum tuũ 5
a ¶ Putrefactionem. b ¶ Ideo hæc prædicta de Christo sunt & non de Dauid. c ¶ Quartadecima generatione ab Abraham. 6
e videre corruptionem. Dauid enim † in sua generatione, 7 8
a ¶ Fecisset voluntatem Dei vnde supra Qui faciet omnes voluntates meas. b ¶ Vt nascentium ita & morientium numero appositus. 9
cum administrasset voluntati Dei dormiuit, et appositus est 10
¶ Experimento. ¶ Vermium. 11
ad patres suos & vidit corruptionem. Quem verò Deus 12
a ¶ Respondet ad id quod dixerat Deus verò suscitauit eum. 13
suscitauit non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis 14
a ¶ Iesum saluatorem. 15
viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum an- 16
¶ Peccatis. a ¶ Hoc dicitur ne legi confidant. b Quæ fuit virtus & augmentum peccati. 17
nunciatur * ab omnibus quibus non potuistis in lege Moy- 18
a ¶ Quia iustus ex fide est. b ¶ Dum credens iustificatur. 19
si iustificari In hoc omnis qui credit iustificatur Videte ergo 20
a ¶ Contingat vos contemptores esse. ¶ In vno libro multorum prophetarũ. b ¶ Cauete infideles. 21
f ne superueniat vobis quod dictũ est in prophetis † Videte 22 23
a ¶ Incarnationem Christi, cui non credendo contemptores estis. 24
g cōtēptores & admiramini, & † dispergimini, quia opus ope- 25
a ¶ Negantes incarnationem verbi. 26
h ror ego in dieb' vestris opus quod non creditis, si quis enar- 27

f *Videte contem.* In Græco: Audite contemptores, & respicite & disperdimini. E

g *Admiramini.* RABANVS: Sic iunge. *Admiramini & dispergi.* ab Assyriis & Chaldæis, nouissimè à Romanis quia opus ope. vtriusque vindictæ. * Et † Abacuk.1.b.

h *Non creditis, &c.* RABANVS. Vel propter vtriusque vindictæ magnitudinem non credere dicuntur donec completæ fuerint. † Euanescite

☞ *Exeuntibus*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Sicut & in psal. &c. *Qui ad literam intelligitur de Christo, sicut ibi pleniùs dictum fuit.* C

2 Filius meus es tu. *Naturalis & per consequens eiusdem substantiæ, quia natura diuina non est multiplicabilis: alij verò sunt filij adoptiui.*

3 Ego hodie genui te. *Id est, æternaliter. Aeternitas enim per præsens significatur, eo quod in æternitate nihil transit in præteritum nec aliquid expectatur futurum. Et sic ex authoritate psalmi declarata est diuinitas Christi, humanitas verò eius apparuit ad sensum inter homines conuersando & in ea moriendo. Consequenter declarat eum resurrexisse ad vitam immortalem, inducens ad hoc autoritatem Esa.55.a. vbi enim nostra translatio habet.* Feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias Dauid fidelis. *translatio. 70. habet quod hic dicitur.*

4 Dabo.vo.sancta Da.fide. *Id est, adimplendo vobis verba Dauid firma & verissima. Et quæ sunt illa subdit.*

5 Non dabis sanctum tuum &c.psal.15.c. *Quod intelligitur de corpore Christi sanctissimo, quod non fuit putrefactum, nec incineratum, sed virtute diuina celeriter resuscitatum, vt dictum est suprà pleniùs.2.ca. Et quod hæc scriptura nõ intelligatur de Dauid. sed de Christo consequenter ostendit di.*

6 Dauid enim in sua ge. *Id est, in suo tempore.*

7 Cum admi. *Regnum Israel.*

8 Voluntati Dei. *Supple obediens.*

9 Dormiuit. *Somno mortis.*

10 Et vidit cor. *Id est, putrefactionem & incinerationem.*

11 Quem verò Deus suscitauit. *Homo Christus.*

12 Non vi. *Id est non est passus.*

13 Corruptionem. *Nam accelerata fuit eius resurrectio, & ad vitam immortalem.*

14 Notum igitur sit vo. *Absque aliqua dubitatione.*

15 Quia per hunc. *Tanquam per saluatorem.*

16 Vobis remissio, &c. *Facta per eius humanitatem meritoriè, & per eius diuinitatem effectiuè.*

17 Quibus non potuistis in lege Moysi iu. *Secundum quod dicitur Heb.10.a. Impossibile est enim sanguine hircorum aut taurorum auferri peccata.* F

18 In hoc. *Scilicet in Christo.*

19 Omnis qui cre. *Fide formata charitate.*

20 Iustificatur. *Vnde Gen.15.b. dicitur, Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iusticiam.*

21 Videte ergo. *Hic consequenter Apostolus infert conclusionem intentam, videlicet quod non debent esse increduli Christo, ne super eos veniat pœna & maledictio dicens.* Videte er. *id est, diligenter cauete.*

22 Ne super vobis quod dic.est in prophetis. *Id est, in lib.12. prophetarum Abacuhc enim primò secundùm trãslationem nostram dicitur, Aspicite in Gẽtibus & videte & admiramini & obstupescite quia opus est factum in diebus vestris quod nemo credet, cum narrabitur secundùm verò translationem.70. quam allegat hic Lucas dicitur.*

23 Videte contem. *Diuinæ promissionis per Christum adimpletæ.*

24 Et admirani. *De magnitudine mali super vos venturi. Ideò subditur.*

25 Et di. *Per Romanos qui in pœnam mortis Christi destruxerunt ciuitatem & templum, & populum Iudæorum partim occiderunt & partim captiuauerunt, dispergentes eos per diuersas partes orbis. Et ista captiuitas quæ maxima est irreparabilis fuit figurata per captiuitatem Babylonicam de qua loquitur Abacuhc per illam tanquam per figuram dans intelligere captiuitatem factam per Romanos & tunc futuram de qua loquitur hic Paulus.*

26 Quia opus ope. *Scilicet opus incarnationis Christi passionis & resurrectionis.*

27 Quod non creditis, &c. *Licet enim ad prædicationem Christi & apostolorum plures de Iudæis crediderunt, vt patet ex prædictis tamen illi fuerunt pauci respectu non credentium.*

16 Vobis

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Exeuntibus autē illis rogabāt vt sequenti sabbato &c.* ✠ Chrysostomus. Vidisti Pauli sapientiam? non tunc solum in admiratione fuit, sed etiam desiderium immisit illis, vt secundò audire cuperent cum dixisset semina quædam, & nondum absoluisset ac consummasset sermonem, ita vt illos sibi conciliaret ac familiares redderet, & non congerendo simul omnia in illorū animos minus idoneos faceret.

b *Et colentium.* Rabanus. Melius legitur colentium deū sicut in Græco habetur. Significat autē eos qui natura Gentiles erant, sed religione Iudæi Græcè vocati proselyti.

✠ Chrysostomus. Sequebātur illos inquit. Quare illos nō baptizauit statim? Nō erat tempus persuadere oportebat, vt sic firmi maneant.

c *Vidētes autē turbas Iudæi &c.* ✠ Chrysostomus. Vides quomodo contentione facta magis propagarunt prædicationem, & ratione reddita se contulerunt ad gentes.

d *Primum.* Rabanus. Primò filiam principis curare venit Iesus, sed mulier fluxum sanguinis patiens præripuit sanitatem.

e *Æterna vita.* Ra. Non quia scirent vitam æternam esse quam respuebant, sed ex suo sensu & fide sua locuti sunt Apostoli.

f *Ecce conuertimur ad gentes.* ✠ Tertullianus. Vt ergo perciperetur prædicatio, apud quos priores eam perfici oportebat vti panem ante filij quā carnes sumerent ideò illis fugere tunc ad tempus præcepit, non propter eludendum periculum proprio nomine persecutionis (atquin persecutiones eos passuros prædicabat & tollerandas docebat) sed propter profectū annunciationis, ne statim oppressis. Euangelij quoque disseminatio perimeretur. *Itaque Paulus & Apostoli ipsi,* memores præcepti Domini constanter illud apud Israel quem iam doctrina sua impleuerant, vobis oportuit imprimis sermonem tradi, Sed quoniam repulistis eum nec dignos vos æterna vita existimastis, ecce conuertimur nos ad nationes. Atque exinde conuersi & ipsi sicut antecessores instituerant, & in viam nationum abierunt, & in ciuitates Samaritanorum introierunt vt in totam scilicet terram exiret sonus eorum, & in terminos orbis voces eorum.

✠ Gregorius. Cum tot sacræ fidei assertionibus Iudæi victi non credant, quid aliud nisi hoc quod in sancta scriptura de eis legimus & etiam per experimentum tenemus: quia videlicet proiecti sunt, non solùm vt non videant, sed etiam vt videre non possint. Vnde & Apostoli superfluum laborē reputantes eorum qui videre non poterant in Actibus suis dicunt. Quia indignos vos fecistis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gentes.

✠ Hieronym. Istos duodecim apostolos elegit Iesus quos & Apostolos nominauit qui post seruitutem pædagogæ legis electi sūt in euangelio, & semen Abraham amici Dei esse meruerūt in illo enim apprehēdit eos ab extremo terræ, & à longinquis eius finibus vocauit Israel de vniuersis nationibus congregans primū populū Iudæorū de quibus & Paulus Apostolus dicit Vobis oportebat primū prædicari sermonem quoniam autem auertitis nos, imus ad gentes.

✠ Idem. Si cui aūt scrupulum facit quare dixerit. Disponā domui Israel, & domui Iuda pactum nouū non secundum pactum quod pepigi cū patribus vestris intelligat primū ecclesiam Christi ex Iudæis, & ad illos venisse dominum saluatorem atque dixisse non veni nisi ad oues perditas domus Israel, & idipsum Apostolos confirmasse, Vobis quidem primum oportebat loqui verbum Dei, sed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ ecce conuertimur ad gentes. Nō enim oportebat panem filiorū dare canibus, sed quia filij patrem in sua venientem suscipere noluerunt: dedit omnibus potestatem, vt qui receperint eum fiant filij Dei.

g *Sic enim, &c.* Ra. Prophetia præceptū immobile est nobis primū dicitur deinde infertur prophetæ testimonium ad personam patris loquentis ad filium.

h *Posui te.* ✠ Chrysost. Nam vt gentes non contristentur, quasi ex illorū diligentia, bona non assequantur addit prophetiam dicens: Posuit te in lucen gentium hoc est vt sis in salutem vsque ad extrema terræ. *Audientes autem gentes, &c.*

✠ Idem. Hoc & illos alacriores reddebat, quia quibus auditis hij debebant frui his illi fruūtur. Et istos magis mordebat.

Rabanus. Non ait posui vos quia quod Christo dicitur hoc ad apostolos qui membra eius sunt pertinet.

Beda.

Margin: † è synagoga Iudæis. — Matt.6.c. — † Sumpta fiducia — * Gentes — Tom.4 lib 12. in Esay. c.41. — † Solutus esset cœtus — † Religiosi proselyti. — † 12.q.1.c. futuram ecclesiā Derenun.c.nisi §.propter autem. — † 1 Isa. 49. b. — Lib.6.in Hieren.c.31 — Matt.15. — Lib. de Fuga in perse.c.6 — Tom.2.lib. 3 in.3.c. 1.Reg. — Supra.6.c.

rauerit vobis. Exeuntibus autem † illis rogabant *, vt sequen- 1
(a ¶ Impletur illud quod dictum est. Non credetis si quis enarrauerit vobis. b ¶ Ab apostolis vel cum inciperent ad domos redire.)
ti sabbato loquerentur sibi verba hæc Cumque † dimissa 2 3 4
(a ¶ Non principes. b ¶ Deum. ¶ Hoc de Iudæis intelligendum.)
b esset synagoga, secuti sunt multi Iudæorum & † colentium 5
(a ¶ Qui æstimantur Gentiles fuisse, vel Iudæi venientes de dispersione.)
Deum aduenarum Paulum & Barnabam. Qui loquentes 6 7
(a ¶ Vt non solum auditores, sed factores essent tam incipientes quam perfecti. ¶ Perseuerando. b ¶ Quam acceperant sed adhuc rudes erant.)
suadebant eis vt permanerent in gratia Dei. Sequenti verò
(a ¶ Habitatores ciuitatis. b ¶ Secundum consuetudinem Iudæorum.)
sabbato penè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum
(a ¶ Conuenire ad Apostolos. b ¶ Non parum. c ¶ Inuidiæ.)
c Dei. Videntes autem turbas Iudæi repleti sunt zelo, & con- 8
(a ¶ Inuidia veritati contradicit. b ¶ Qui contradicit veritati blasphemus est.)
tradicebant his quæ à Paulo dicebantur blasphemantes. 9 10
(a ¶ Non timentes Iudæorum principes. b ¶ Ex zelo Dei.)
Tunc † constanter Paulus & Barnabas dixerunt. † Vobis 11
(a ¶ Secundum illud. Non veni nisi ad oues quæ periere domus Israel. ¶ Quia promissum.)
d oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniā repellitis 12 13
(a ¶ Vt sanetur Emor. hois mulier. b Transferuntur montes in cor maris.)
e f illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce cōuertimur 14
(¶ Prædixi. a ¶ Iam factus erat Christi aduentus. ¶ Post tenebras perfidiæ.)
g h ad Gentes. Sic enim præcepit vobis dominus. † Posui te in 15 16 17 18

NICOLAVS DE LYRA

1 Exeunti.au.il. *Scilicet Paulo & Barnaba.* 2 Roga. *Scilicet principes synagogæ.* 3 Vt sequenti sab.lo.sibi ver.hæc. *Dicunt expositores, & gl. videtur innuere quod rogauerunt hoc maliciose. Iam enim moti erant contra Barnabam & Paulum, eo quod Paulus dixerat quod in lege Moysi non poterant iustificari & ideò volebant hoc iterū audire ex ore eius, vt sic haberent maiorem occasionem eos magis persequendi, sicut postea fecerunt.* 4 Cumque dimissa esset.s. *Qualibet redeunte ad domum suam.* 5 Secuti sunt mul. Iu. *Vulgarium Christo credentium, non autem principum synagogæ contra apostolos machinantium.* 6 Et co. Deum ad. *Id est, conuersorum de Gentilitate ad Iudaismum.* 7 Qui lo. su. eis vt per. in gr. Dei. *Et firmiter starent in fide Christi, ad quam erant vocati per gratiam Dei. Cætera patent.* 8 Videntes au. *Posita Pauli prædicatione, hic consequenter ponitur contradictio principum synagogæ cum dicitur.* Videntes au.tur. *fauentes apostolis.* 9 Reple.sunt zelo.& contra his quæ à Pau.di. *Ex motu inuidiæ & nō ex veritatis amore.* 10 Blasphemantes. *Dicendo quod erant populi seductores.* 11 Tunc constan.Pau.& Bar.dixe. *Postposito timore.* 12 Vobis opor.pri.lo.verbum Dei. *Id est, verbum euangelicum.* 13 Sed quo.re.il. *veritati contradicendo.* 14 Et indignos.vos.iu. *Facto.* 15 Æternæ vitæ. *quæ datur à Christo.* 16 Ecce conuer. ad Gen. *Prædicando eis euangelicam veritatem.* 17 Sic enim præ. no.do. *Sicut habetur supra, ca.1.a. Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria & vsque ad vltimum terræ. Mar.vlti.d. Euntes in mundum vniuersum &c. Inducit etiam ad hoc autoritatem Esaiæ 49. quæ ad literam intelligitur de Christo vt ibidem dictum fuit* 18 Posui te in lumen Gentibus. *Quæ per apostolorum prædicationem*

MORALITER

4 *Cūq; di, &c. se. sunt mul.* Scilicet ad fidē cōuersi. ideò subditur. 7 *Qui loquen. &c. vt per.* Quia prædicatores non solùm debent laborare ad conuersionem peccatorum, sed etiam ad perseuerantiam ipsorum.

8 *Videntes au.tur. &c. re. sunt zelo.* Id est. inuidia, quæ tantum malum facit quod bonam doctrinam peruertit. Nam Paulum quem ante rogauerant de iterata prædicatione per inuidiam impedierunt obstinatè. Et istis sunt similes illi qui bonam doctrinam alicuius doctoris deprauare nituntur, ne ipso inferiores videantur.

8 *Videntes.* † *Iudæi*

Beda. Quod dictum est specialiter Christo hoc sibi dictum esse arbitrantur apostoli, quia membra ipsius sunt, sicut propter eiusdem corporis vnionem dictū est. Saule, Saule quid me perse. &c.

a *Præordinati.* Ordo est, vt post labores præsentes & mortificationem carnis vita sequitur.

b *Religio.mul.* Rabanus. Siue de Iudæis qui legis religionem seruabant. siue de Gentibus religionem saluare incipientes,

c *Excusso pul. &c.* Secundum præceptum euangelij excutitur puluis in testimoniū quod inanem fecerunt laborem.

Beda. Puluis excutitur in testimoniū laboris sui, qui ingressi sunt ciuitatē illorū & prędicauerūt eis. Vel excutitur puluis, vt nihil accipiāt ab eis qui euangelium spernunt, nec etiam necessaria victui.

Rabanus. Quia in iudicio sic à Christo eiicientur, sicut puluis quē proiicit ventus à facie terræ. Si vero apostolos reciperēt pedes suos, id est, sensus, à puluere, id est vitiis soluerent.

✠ Chrysostomus. Hic terribile hoc faciebāt quod præceperat Christus dicens. Et si quis vos nō acceperit egressi excutite puluerem à pedibus vestris, illi autem non simpliciter hoc fecerūt, sed postquā abacti sunt ab eis. Verumtamen neque hoc discipulis nocuit, sed multomagis perseuerarunt in verbo, id quod manifestat addens. *Discipuli autem implebantur gaudio & spiritu sancto.* Passio enim præceptoris fiduciā illorū nō minuebat, sed alacriores reddebat discipulos.

d *Discipu. quoque* Beda. Iudæis fidem persequentibus discipuliècontra spirituali gaudio ditantur.

Margin: Mat.10.c Mat.6.b. Luc.9.a. — Mat.10

(a ¶ In manifesto. b ¶ Non in vna tantum sicut prius in gentes Iudæorum. c ¶ Quæ necessaria est contra peccat. infirmitatem)
lumen Gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum ter- 1
(a ¶ Per omnes terminos. b ¶ Post tenebras de lumine, post languorem de sanitate.)
ræ. Audientes autem Gentes, gauisæ sunt, & glorificabant 2
(a ¶ Euangelium, vel Christum verbum patris confitebantur & gratias agebant. ¶ Adeo.)
a verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordi- 3 4
(a ¶ Qua se indignos iudicauerunt Iudæi. b ¶ Quia verum semen est. ¶ Reprobatis Iudæis seminatur inter Gentes, sed tamen vtrisque prædicabatur.)
nati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum do- 5
mini per vniuersam regionem Iudæi autem concitauerunt 6
(a ¶ Principes primarios. b ¶ Anthiochiæ illius de qua diximus.)
b religiosas mulieres & honestas, & primos ciuitatis. Et exci- 7 8
(a ¶ Primarij quia non credebant)
tauerunt persecutionem in Paulum & Barnabam, & eiece- 9
c runt eos de finibus suis. † At illi excusso puluere pedum in 10
(a ¶ Id est Christiani vt sæpe dictum est. b ¶ Gaudium est de fructibus spiritussancti.)
d eos venerunt Iconium. Discipuli quoque replebantur gau- 11 12
dio & spiritu sancto. 13 14

NICOLAVS DE LYRA.

catione deuotè receperunt fidem Christi.

1 Vt sis in sa. &c. *Quia fides Christi diuulgata est vbique etiam à tempore apostolorum sicut declaratum fuit Psal.18.a. super illud in omnem terram &c. Et Ro.*

2 Audientes, &c. *De sui illuminatione & salutis consecutione,*

3 Et glo.ver. *Id est, Christum qui est verbum patris.*

4 Et cre.quot. *Scilicet à Deo cuius ordinatio non potest frustrari.*

5 Dissemi.au.v.do. *Vtitur autem tali modo loquendi, eo quod semen est verbum Dei, vt dicitur Luc.8.*

6 Iudæi au. *Id est, principes synagogæ.*

7 Concitau.re.mu.&c. *Fauerunt apostolis, eis administrantes necessaria de bonis suis.*

8 Et pri.ci. *Qui habebant regere communitatem.*

9 Et exci.perse. *Inuidia moti, vt supra dictum est.*

10 At illi ex. pul. pe. *Sicut dixerat Saluator Matt.10. & hoc in testimonium proprij laboris ad conuersionem infidelium & obstinationis recipere verbum Dei nolentium.*

11 Ven. Ico. *Sicut dixerat Saluator Matt.10.c.* Cū vos per.fu.in vna ci.fugi.in aliam: *non timore supplicij, sed amore publicationis euangelij.*

12 Disci.quoque. *Id est, credentes in Deum.*

13 Replebātur gau. *De cognitione veritatis & assecutione salutis.*

1 Et spiritusancto. *A quo huiusmodi gaudium causatur,*

MORALITER.

6 *Iudæi conci.mu. reli.* Istæ sustentabant apostolos de suis facultatibus secundùm consuetudinem apud Iudæos existentem & isti hoc ex inuidia nequiter impediebant. Et istis sunt similes illi qui in testamētis vel in aliis piis operibus impediunt eleemosynas elargiri religiosis pauperibus maximè circa studium & prædicationem laborantibus.

8 *Et pri.ci.* Sic faciunt illi qui per superiores procurant pauperes religiosos in prædicationibus & cōfessionibus impediri. 10 *At illi excusso pulue. &c.* Per quod designatur, quod si aliqua culpa leuis dictis prædicatoribus adhæreat, vtpote impatientiæ ex humana fragilitate consurgentis pro tali impugnatione debent eam statim per pœnitentiam detegere ne increscat.

Cap. XIIII.

a *Factum est autem in Iconio, &c.* ✠ Chrysostomus. Iterum in synagogas ingrediūtur. Vide quam non fuerint meticulosi facti. Quū dixissent. *Conuertimur ad gentes* ex abundantia tamē suam deffensionem tollunt ita vt crederet Iudæorum Græcorúmque magna multitudo. Verisimile enim illos, & cum Græcis disseruisse, *Qui vero increduli fue. Iudæi, &c.* ✠ Idem. Simul iam etiam gētes concitabāt quasi non satis esset quod ipsi obsisterent. Cur igitur illuc nō exierunt? Non ferebant persequtionem sed impugnabant solum.

Multa

CAPVT XIIII.

(¶ Ciuitas est. a ¶ Paulus & Barnabas.)
a Factum est autem in Iconio, vt simul introirent sy- 1
nagogam Iudæorum, & loquerentur ita vt crede- 2 3
(a Græci sunt Gentiles vel Iudæi dispersi.)
ret Iudæorum & Græcorum copiosa multitudo. Qui ve- 4
rò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt & ad iracun- 5
(a ¶ Qui credebant.)
diam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres. 6

NICOLAVS DE LYRA.

Capvt. XIIII.

Diuisio. Factum est au. in Iconio. *Descripta prædicatione apostolorum in Cypro & Antiochia, hic consequenter ponitur eorum prædicatio in Iconio & quibusdam aliis locis propinquis. Et primò, circa hoc ponitur progressus ad prædicandum. Secundò regressus ad confirmandum, ibi.* Cumque euangelizasset. *circa primum describitur eorum prædicatio in tribus ciuitatibus. Et prima fuit Iconium de qua dicitur.*

1 Factum est autem in Iconio vt simul. *Scilicet Paulus & Barnabas.*

2 Introirent synagogam Iudæorum. *Vbi conueniebant & maximè diebus sabbatorum.*

3 Et loquerentur. *Eis verbum euangelicum & consequenter subdit Lucas huius prædicationis effectum.*

4 Ita vt cre. Iudæo.& Græ.&c. *Et dicuntur hic Græci secundùm aliquos Iudæi in Græcia nati, sed ad Iudaismum conuersi.*

5 Qui verò increduli fuerunt Iudæi. *Scilicet natione isti enim magis contradicebant euangelicæ veritati.*

6 Aduersus fr. *Id est, aduersus credētes in Christū. Vel aduersus Paulū & Barnabā, cui expositioni magis videtur sequēs litera cōcordare.*

2 Introirent

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Multo igitur tempore demorati sunt, &c. Et dabat signa ac prodigia, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Hoc faciebat fiduciam, imo fiduciam faciebat illorum alacritas nam propter hoc aliquandiu nusquam signa faciebant. Quod autem credebant audientes, ex signis habebant. Itaque conducebat aliquid & dicendi libertas.

b *Diuisa est autem multitudo ciuitatis.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Non parum facit ad accusationem etiam istud scindi. Hoc erat quod dicebat Christus. Non veni mittere pacem sed gladium.

c *Confugerunt.* RABANVS. Fuga apostolorū non plus fuit ex timore quā amore verbi Dei.

† Vim adferrent.

† Re intellecta.

B ✠ CHRYSOSTOMVS. Iterū quasi dedita opera propagare volentes prędicationem postquā creuissent, illos iterum expellunt, Vide vbique persequutiones magna bona facere, & persequentes vinci eos autem qui persequutionem ferunt clariores apparere. Nam vt venit in Lystra facit magnum miraculum etiam claudo sanato & magna voce.

d *Et vniuersam, &c.* BEDA. Quod in Græco sequitur Deus autem pacem fecit quidam latini codices minus habent.

e *Et ibi euan. erant.* Sequitur in Græco: Et cōmota est omnis multitudo in doctrina eorum Paulus autem & Barnabas morabantur in Lystris. Et hi etiam versus in quibusdam nostris codicibus non habentur. D

f *Claudus.* BEDA. Sicut claudus ille quem Petrus & Ioannes ad portam templi curauit præfigurat Iudæorum salutem ita hic Lichaonius æger Gentes à legis templi religione remotas, sed Pauli prædicatione collectas. Dexteras inquit dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autē in circuncisionem. Sed & tempora expositioni conueniunt: quia ille primò fidei tēpore cum nec dum Gentibus verbum crederetur hic verò Iudæis ob perfidiā repulsis, & damnationis puluere respersis, inter noua cōuersę Gentilitatis gaudia saluatur.

a ¶ Iconij. b ¶ Cum fiducia prædicantes.
a Multo igitur tempore demorati sunt † fiducialiter agen- † 1
a ¶ In signis & prodigiis. b ¶ Baptismi in quo per spiritumsanctum datur remissio,
tes in domino testimonium perhibente verbo gratiæ 2
b suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Di- 3 4
uisa est autem multitudo ciuitatis. Et quidam quidem
erant cum Iudæis quidam verò cum Apostolis. Cum au- 5
tem factus esset impetus Gentilium & Iudæorum cum
¶ Tormentis.
principibus suis, vt † contumeliis afficerent & lapida-
a ¶ Secundum illud. Si vos perse.fuc.in vna ci.&c.
c rent eos, † intelligentes confugerunt ad ciuitatem Li- 6
a ¶ Regionis. b ¶ Duæ ciuitates sunt.
d caoniæ, Lystram & Derben & † vniuersam in circumitu
a ¶ Ad hoc fugerant, vt ibi euangelizare possent.
e regionem, & ibi euangelizantes erant. † Et quidam vir 7
a ¶ Quia nec stare, nec ambulare poterat. 8
b ¶ Maior virtus in sanatione illius qui ab vtero claudus nunquam ambulauerat.
f Lystris infirmus pedibus sedebat claudus ex vtero ma-
tris suæ, qui nunquam ambulauerat: hic audiuit Pau- 9
a ¶ Spiritusancto monstrante vel signis infirmitatis & fidei apparentibus. 10
lum loquentem. Qui intuitus eum, & videns quia fi- 11
a ¶ Tanta erat fides vt per eam saluari posset, vel hoc credidit vt saluus fieret. b ¶ Qui huiusque sedisti. 12 13
g dem haberet vt saluus fieret, dixit magna voce * Surge su- 14
¶ In nomine domini. ¶ Bonus seruus dominum glorificat. a ¶ Non vt ante alienos. 15
b ¶ Velocitas ostenditur sanitatis. Vt saliat sicut ceruus claudus. c ¶ Consuetudine diuturna, ne ad horam tantum exiluisse esse putetur. d ¶ Quarum sensus turbatus. 16
per pedes tuos rectus. Et exiliuit, & ambulabat. Turbæ autē 17 18

† Fortiter.

† Finitum. E

† Supra 3.

* Tibi dico in nomine domini Iesu Christi.

g *Dixit magna vo. &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quare magna voce. Vt turbæ credant vide autem, attendebat diligenter quæ Paulò dicebantur, hoc enim est quod audiuit. Vidisti sapientiæ studium, nihil impediebat claudicatio, quin diligenter audiret verbum.

BEDA. In Græco. Dixit magna voce. Tibi dico in nomine domini nostri Iesu Christi surge super pedes tuos rectus.

Leuauerunt

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fiducia.agen.in do. *Humano timore postposito. Et subditur causa.*
2 Testimonium perhi. *Scilicet domino.*
C 3 Verbo gratiæ suæ. *Id est verbo euangelico, quia gratia & veritas per Iesum facta est, Io .1. b. Et subditur modus testificandi cum dicitur.*
4 Dante signa, & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis. Et quidam quidem erant &c. *Scilicet apostolorum. Cætera patent.*
5 Cum autem. *Hic secundò ponitur publicatio euangelij per Paulum in locis Licaoniæ. Et diuiditur in quatuor partes quia primò describitur hæc prædicatio. Secundò prædicationis confirmatio, ibi:* Et quidam vir. *Tertiò erroris remotio, ibi:* Turbæ autem. *Et quarto insurgens persecutio, ibi:* Superuenerunt autem. *Circa primum dicitur* Cum autem factus esset im. &c. *quia non mouebantur contra apostolos ratione, sed passione iræ, & iracundiæ.*

Diuisio

6 Confugerunt ad ci. &c. *Secundùm verbum Christi allegatum ca. præcedenti.*

7 Et

7 Et ibi euan. erant. *Officium sibi iniunctum fideliter & diligenter exequentes.*
8 Et quidam vir. *Hic consequenter ponitur dictæ prædicationis confirmatio per opus miraculosum hoc enim modo confirmantur illa quæ transcendunt intellectum humanum cuiusmodi sunt ea quæ sunt fidei cum dicitur.* Et quidam vir. *notus quantum ad personam, & infirmitatis incurabilitatem.* F
9 Hic au.Pau.lo. *Et credidit.*
10 Qui. *Scilicet Paulus.*
11 Intuitus eum. *Visu corporali & mentali. Ideò subditur.*
12 Et videns quia fidem habe. *Fides enim oculis corporalibus videri non po. est.*
13 Vt saluus fi. *Mente & corpore.*
14 Dixit magna vo. *Vt magis attenderetur miraculum ad honorem diuinum.*
15 Surge super pe.tu.re. *Coram omnibus astantibus.*
16 Et exili. *Id est, agiliter surrexit.*
17 Et ambulabat. *Ad declarationem subitæ & perfectæ curationis.*
18 Turbæ autem. *Hic consequenter ponitur erroris remotio quia.*

primò

MORALITER.

† *Multo igitur tempore demorati, &c.* Videntes quod ibi proficiebant in conuersione infidelium per doctrinam signis & virtutibus confirmatam, vt patet literam intuenti. Et per hoc docentur prædicatores euangelij, vt quamdiu proficere possunt in vno loco vel diocœsi, si tum insurgat persecutio personalis per quam sua præsentia esset in periculum suum & profectus impedimentum, debent alibi se transferre, vbi valeant fructificare.

8 *Et quidam vir Lystris infirmus pedi. &c.* Per istum qui claudus erat ex vtero matris suæ significatur quilibet descendens ab Adā fœminali virtute, quia nascitur cum fomite peccati, qui facit eum à rectitudine rationis declinare, Genesis 6. a. *Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua.* Sed per vocem Pauli, id est, doctoris

euangelici

A a *Leuauerunt.* RABANVS. In quo notatur petulantia. Vel altior erat sentētia quàm sua lingua Barbara & vnius Dei ignara.

b *Vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Mihi videtur etiam ab aspectu venerabili fuisse Barnabas. Etiam hæc tentatio non parua, ab immodica obseruādi nimietate prodiit, verùm & hinc apostolorum virtus ostenditur. Et vide quomodo vbiq; omnia tribuunt Deo. Hoc & nos imitemur. Nihil nostrum esse putemus, quandoquidem & ipsa fides non est nostrum opus. Quod autem non sit nostrum, sed magis Dei, audi Paulum dicētem. Etiam hoc non ex nobis Dei donum. Ne igitur sublime sapiamus, ne inflemur cū simus homines, terra ac cinis, fumus & vmbra. B

BEDA. Qui eloquens & literatus fuisse traditur & linguam & eloquium hominibus præstare putatur. Vnde Mercurium: quasi medio currentem, id est, inter aures & linguas latini vocant Græci vero, ἑρμῆν, id est, interpretem.

c *Coronas.* RABA. Vt faciem templi iuxta ritum Gētium ornaret, vel eis quasi diis immolaturus imponeret.

BEDA. Mos erat Gentilium: vt deorum suorum honori sacrificantes sumerent coronas, victimis simul coronatis. D

d *Conscissis.* BEDA. Pauentes scindunt vestimenta, quia deorū cultu honorantur: hoc faciebant Iudæi quotiens aliquid blasphemum contra Deum audiebant. Herodes qui non dedit honorem Deo, sed acquieuit immoderato fauori populi: ab angelo percussus est.

† in specie hominum

† iisdē quibus vos obnoxij malis sumus

* nobis

† nostra

a cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam 1 2
a ¶ Hoc dicunt ex traditione Gentilium inter quos dij in diuersis formis sæpe apparuisse referuntur. ¶ Stultus error Gentilium, qui omne quod supra se vident deos esse putant.
Licaonicè dicentes: Dij † similes facti hominibus descende- 3
a ¶ Qui prior esse videbatur. b ¶ Deorum patrem & hominum regem. c ¶ Qui erat dux verbi. 4
b runt ad nos. Et vocabant Barnabam, Iouem: Paulum verò, 5
a ¶ Sermo vel eloquentia interpretatur.
Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque 6
¶ Lystris. a ¶ Ad immolandum. b ¶ Ad ornandum caput Dei, aut aliquo religionis modo nobis ignoto obtulit.
c Iouis qui erat ante ciuitatē, tauros & coronas ante ianuas af- 7
a ¶ Barnabæ quasi Ioui. b ¶ Scilicet quod vellent sacrificare. c ¶ Non morantur, nec patienter ferunt iniuriam, Dei honorem sibi deferri. 8
ferens cum populis volebat sacrificare. Quod ubi audierunt 9
a ¶ Signum magni doloris. b ¶ Commoti animo. 10
d apostoli Barnabas & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt 11
in turbas: clamantes & dicentes: Viri quid hæc facitis? & nos 12
a ¶ Mortalibus. ¶ Non dij. 13
† mortales sumus similes vobis homines, annunciantes vo- 14
a ¶ Ioue, Mercurio, & cæteris diis. b ¶ Quia auersi estis. c ¶ Non mortalem, vt nos & dij vestri.
d ¶ Nomine cœli, terræ, maris omnes creaturas comprehendit.
bi: ab his vanis conuerti ad Deum viuum, † qui fecit cœlum 15
& terram mare & omnia quæ in eis sunt, qui præteritis ge- 16
a ¶ Liberi arbitrij. b ¶ Non viam propter errorum diuersitatem. c ¶ Non Dei. 17 18
nerationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et qui- 19
a ¶ Sed per creaturas & beneficia se Deum testatus est. b ¶ Non ex toto reliquit, sed benefaciens &c. 20
dem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciēs de 21
a ¶ Ventri & voluptati carnis satisfaciens.
e cœlo * dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & læ
¶ Ad ostensionem infirmitatis suæ.
ticia corda † eorum. Et hæc dicentes vix sedauerūt turbas, ne 22
f sibi immolarent. Superuenerunt autem quidā ab Antiochia 23

✠ CHRYS. Vide illos vbique à glorię studio mūdos, quam non solùm non desiderabant, sed & quū daretur repellebant sicut & Petrus dicebat. Quid in nos respicitis, quasi propria virtute, vel pietate fecerimus ambulare illum? Et illi idem dicunt. Ioseph autem dicebat de somniis, nou° à Deo manifestatio somniorum. Et Daniel similiter: & mihi non in sapientia, quæ est in me, reuelatum est. Et Paulus vbique hoc dicit, vt quando dicit: & ad hæc quis sufficit. Et iterum. Non suspicimus à nobisipsis cogitare, quasi ex nobisipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Genes. 40. Daniel 2. 2 Cor. 3. E

† Psa 145 a Infr. 17 f.

e *Implens cibo, &c.* RA. de carnalibus loquitur, q̄a læticia de cibis & vino quod lætificat cor hominis.

f *Supe. &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Vide nō vult accusationem eorum exagerare, sed magis docet eos, vt totum in Deū referant. Didicerant enim non tantam habendam dicendi curam

dignum

C NICOLAVS DE LYRA.

primò describitur. Et secundò remouet, ibi: Quod vbi. *Circa primum dicitur.* Turbæ autem. *Idolatriæ deditæ.*
1 Cum vidissent quod fecerat Paulus. *Credentes hoc eum fecisse propria virtute.*
2 Leuauerunt vocem suam Licao. *Id est, proprio idiomate.*
3 Dicen. Dij simi. f.h.de.&c. *Credebant enim eos de cœlo descendisse in humana effigie.*
4 Et vo.B.Io. *Eo quòd videbatur senior ætate.*
5 Pau.vero.M.quo.ipse.e.d.ver. *Id est, proponens ædificationis verbum, vt patet in textu. Mercurius enim dicitur fuisse eloquentissimus, & propter hanc excellentiam dicebatur à Gentibus Deus eloquentiæ, & quòd eam daret hominibus.*

Mercurius dicebatur Deus eloquentiæ.

6 Sacerdos quoque Io. *Id est, eius cultui deputatus.*
7 Tauros. *Ad immolandum.*
8 Et coronas. *Ad templum ornandum, sicut dicitur 1. Machabæ. 4. g.* Ornauerunt faciem templi coronis aureis.
9 Cum populis volebat sacrifica. *Barnabæ & Pau.*
10 Quod vbi. *Hic consequenter dictus error remouetur per apostolos, facto & verbo ipsum detestantes. Ideo dicitur.*
11 Conscissis tuni. *In signis doloris, eo quòd homines volebant eis impendere honorem diuinum, quem exhibere & recipere erat nefarium. Ideo subditur.*

12 Et

12 Et dicentes. Viri quid hæc fa. *Id est, facere vultis, quod est blasphematorium diuinæ maiestatis.* F
13 Et nos mor. su. *Et non dij.*
14 Annuncian. vo. ab his va. con. *Supple recedere, quæ dicuntur vana quia nulla veritas aut vtilitas est in idololatria. sed magis damnabilitas maxima.*
15 Conuerti ad Deum vi. *Id est, qui est ipsa vita per essētiam. Et dicitur hoc ad distinctionem eorum qui sunt mortui & erroneè putantur dij, vt Iupiter, Mercurius & huiusmodi.*
16 Qui fe.cœ.& ter.&c. *Creando de nihilo sua potentia infinita.*
17 Qui in præte.g. *Vsque ad publicationem euangelij.*
18 Dimisit omnes Gen. *Id est, Gentiles.*
19 Ingredi vias suas. *Id est, agere secundùm libertatem arbitrij, quia non dedit eis legem restringentem & prophetas sicut dedit Iudæis.*
20 Et quidem non sine testi. se reli. *Scilicet ostendere se esse verum Deum omnium gentium, sed ostendit hoc testificans per multiplicem effectum. Ideo subditur.*
21 Benefa. de cœlo &c. *Vnde & philosophi naturali ratione ex effectibus multipliciter probauerunt vnitatem Dei vt patet 12. Metaph. & in pluribus aliis locis.*
22 Vix seda. tur. *Propter pronitatem earum ad idololatriam.*
23 Superuenerunt. *Hic consequenter ponitur contra Paulum persecutio, cum dicitur.* Superuene. au. quidam ab An. *Quæ est in regione*

Persidę,

MORALITER.

euangelici vel prædicatoris erigitur, cum ad eius persuasionem per boni operis exercitium ad virtutis rectitudinem reducitur, & tunc per pedes suos, id est, affectus rectus stabilitur.

3 *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos.* Per istos significantur adulatores diuinos honores, prælatis vel principibus seu quibuscumque hominibus impendentes.

10 *Quod*

10 *Quod vbi audierunt apostoli Barnabas & Paulus, & conscissis &c.* In signum doloris, eo quòd sibi vellent homines exhibere id quod est proprium diuini honoris. Et per hoc docentur principes & prælati & quicumque in dignitatibus constituti, vt non permittant sibi honores excessiuos exhiberi, ne puniantur à Deo, sic fuit Herodes, prout habetur sup, 12. ca.

23 *Superuenerunt autem qui. ab Antioch. &c.* Sequitur.

Et postera

A dignum aliquid de Deo,quantum vt auditoribus vtilia dicantur. Vide quàm latenter accusationem ponit, quamuis etsi palàm taxasset,probè egisset. Oportebat enim puniri illos, qui tantis bonis fruebantur,& nutritorem suum non agnoscebant. Nõ dicit autem manifestè,sed insinuat. Cœlitus nobis pluuias, inquit,dans. Ita & Dauid dicebat. (Psal 4.) A fructu frumenti & vini,& olei sui multiplicati sunt. (2.Co.11.e) Et sæpe de cõditione disserens,hæc in mediũ affert. Quin & Hieremias de primo opificio, & deinde de pluuiis narrans prouidentiam Dei commendat. Atque ille inde edoctus,inquit, (* denuo) implens alimento & letitia.Cum largitate alimentum,& non solum ad frugalitatem ac vsum. († suffragiis elegissent) B Et hæc dicentes vix compescuerunt turbas, ne sibi immolarent. Et hoc maximè admirati sunt. Vides quod hoc contenti sunt, quòd turbam ab hac insania liberarunt?

BEDA.In Græco sic incipit hæc narratio: *Demorantibus eis & docentibus, superuenerũt quidã, &c.* (2.Cor.11.f.)

¶ In occisionem Pauli.
& Iconio Iudæi,† & persuasis turbis,lapidantésque Paulum 1
a ¶ Vt abominabilem. b ¶ Ne viderentur à Iudæis,& sic eum defendere volebant. 2
a traxerũt extra ciuitatẽ,æstimantes mortuũ esse.Circundanti- 3
b bus autẽ eũ discipulis,surgens intrauit ciuitatẽ,& postera die 4
¶ Verbum Dei. 5
profectus est cũ Barnaba in Derben. Cúmque euãgelisassent 6
a ¶ Quia non omnes recipiebant. b ¶ Per eadem vestigia per quæ venerant. 7
ciuitati illi,& docuissent multos,reuersi sunt Lystram & Ico
a ¶ Non fidem destruentes,sed confirmantes fundatam. †
nium & Antiochiam, * cõfirmantes animas discipulorum, 8
a ¶ Exorantes pro eis dominum,vel ipsos discipulos exhortantes vt permanerent. 9
c exhortantésque, vt permanerent in fide: † & quoniam per 10
d multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.Et 11
cum † constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros,
a ¶ Cum discipulis ieiunantibus,vnde & manifestum est & ipsos ieiunasse.
b ¶ Oratione vt fortiores essent. ¶ Discipuli.
& orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos do- 12
a ¶ Regionem in qua erat alia Antiochia. 13
mino in quem crediderunt. Transeuntésque Psidiam vene-
a ¶ Regionem in qua erat ciuitas Pergen.
runt in Pamphyliam: & loquentes domini verbum in Per- 14
a ¶ Ciuitatem vt plures dicunt.
gen, descenderunt in Athaliam, & inde nauigauerunt 15
a Illam priorem ex qua exiuerant,segregat à spiritu in opus euangelij. b ¶ A fratribus. 16
c ¶ Spiritusancto dicenti.Separate mihi Paulum &c. 17
Antiochiam: vnde erant träditi gratiæ Dei in opus 18

a *Traxerunt.* RAB.Ad lapidandum sicut cadauer, de hoc ipse ad Corint.Semel lapidatus sum,&c.

CHRYSOST. Reuera diaboli filij. Non in ciuitatibus suis,solùm,sed etiam extra illas hæc faciebant, tantoque studio anhelabant tollere prædicationem,quãto apostoli erigere moliebãtur. (2.Cor.11.) Et cùm persuasissent,inquit,turbis,& lapidassent.Paulum,traxerunt foras portam. Hic impletur, sufficit tibi gratia mea.Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Maius hoc erat quam claudum sanare. Gentiles quidem vt deos putabant, hi autem traxerunt persuadentes turbis. Non enim verisimile erat admirari illos. Et vide,in ciuitate illa, in qua tam admirabiles C fuere,in eadem grauia patiebantur,id quoque videntibus proderat.Quod autem etiam propter hoc permittebantur pati,audi hoc istuc ipsum manifestantem ac dicentem: ne quis ne putet esse supra id quod videt me,vel audit aliquid ex me.

b *Surgens &c.profectus est cum Bar.in Der.* BEDA. Prius anticipãdo dixerat:fugerat ad ciuitates Licaoniæ,Lystras & Derben: & post ea per partes narrauit primò quod factum est in Lystris, modo quod in Derben. D

CHRYSOST.Vides alacritatem? vides desiderium feruens, & succensum? Iterum in illã ipsam ciuitatem ingressus est,& vt monstretur, quod si alicundè & secesserit, velle per hoc seminari verbũ, & non extinguendũ propterea eorũ desiderium.Hæc non minus claros reddebãt, quam signa,magisq; gaudere faciebant. Nusquam autem dicit quod reuersi sunt vbi signa fecerunt, sed vbi meruerant pro nomine illius ignominiosi haberi. († 1.q.3.c. saluator in prin.) Nam etiam hoc à Christo didicerant dicente, ne gaudete quod dæmonia vobis subiiciuntur. E Etenim reuera gaudium & purum est,pati aliquid propter Christum. Deinde in ciuitates omnes redierunt,in quibus periclitati fuerunt.

c *Vt permanerent.* RABAN.Contra multas tribulationes:quia multitudo tribulationum fidei poscit perseuerantiam.

CHRYSOST.*Confirmantes*,inquit,*animas discipulorum*.Atque ita confirmati fuerunt,imò appositi sunt. Prædicebant igitur,ne offendantur.Atque tam discipuli quàm apostoli,operam dant,vt discant statim à principio prædicationis virtutem, & quòd etiam ipsas oporteat talia pati, & vt generosè stent non solùm signa stupentes,sed multò magis tentationes. Idcircò & ipse dicebat:Eundem agonem habentes sicut vidistis in me & audistis, vbique prælia,pugnæ,lapidationes.Qualis adhortatio statim ab initio afflictiones proponere.

d *Quoniam per mul.tri.* RABAN.Labor præmittitur,de hinc regni introitus prædicatur,quia spes præmij solatium est laboris. F

RABAN.Quamuis tribulationum difficilis sit via, appetendum est tamen regnum cœlorum quo itur ad vitam. Hanc exhortationem

NICOLAVS DE LYRA.

Persíde,vel Psidiæ secundum aliam literam.
1 Et Icon. *Vbi prædicauerat Paulus vt patet in huius capituli principio.*
2 Et persuasis tur. *Quæ de facili ad malum mouentur.*
3 Lapidantes Pau.trax.ex.ci. *Tanquam vile cadauer indignum sepultura.sed ab auibus & bestiis deuorandum.*
4 Circũdantibus au.eũ dis. *Ne perciperetur adhuc viuus à Iudæis.*
5 Surgens intra.ci. *Scilicet Lystram à Deo curatus: quod patet ex eo quod subditur.*
6 Et postera die,&c. *Non enim virtute naturæ post dictam lapidationem posset ita transire in aliam ciuitatem.*
7 Cúmque euang. *Hic consequenter describitur apostolorum regressus ad confirmandum illos qui crediderant in Christum. Et patet litera vsque ibi.*
8 Et Antio. *Quæ est in regione Psidiæ.*
9 Confirmantes animas dis. *In moribus & fide,dicentes.*
10 Et quo.per mul.tri.&c. *Quasi dicat non debent vos retrahere persecutiones & mala temporalia sine quibus non habentur bona cælestia & æterna quæ temporalibus bonis sunt incomparabiliter meliora.*
11 Et cùm consti.il.per sin.ec.præs. *Et nomine præsbyterorum hic intelliguntur etiam alij ecclesiæ ministri,vt episcopi,diaconi, & huiusmodi.*
12 Et orassent cum ie. *Quia per ieiunium caro refrenatur, & per orationem mens in Deum eleuatur.*
13 Commen.eos do. *Sine cuius custodia speciali non possent perseuerare in bono Psal.126.a.* Nisi dominus custodierit ciuitatem, &c.
14 Et loquentes do. verbum in Per. *Quæ est ciuitas in regione Pamphyliæ.*
15 Descenderunt Atha. *Secundum aliquos est nomen ciuitatis, secundum alios verò regionis.*
16 Et inde naui Antio. *Quæ est in Syria & ab Antiocho magno nominata.*
17 Vnde erant tra. gratiæ Dei. *Vt dictum est supra in principio præce.ca.*
18 In opus. *Prædicationis euangelij.*

Quod

MORALITER.

† 6 *Et postera die profectus est cum Barnaba in Der.* Fugiendo propter persecutionem personalem vt alibi proficerent per suam prædicationem,in hoc dantes exemplum in casibus consimilibus aliis ecclesiæ prædicatoribus.

† *Reuer.sunt Ly.& Ico.& An.con.a.&c.* Per hoc dantes formam prædicatoribus ecclesiæ,vt sint solliciti non solùm de peccatorum conuersione à malis, sed etiam de eorum confirmatione in bonis: sicut bonus hortulanus post arboris plantationem solicitus est eam rigare quousque bene firmauerit radicem.

MORA-

A exhortationem sic concludunt, quasi incertum habentes vtrum ad eos amplius sint reuersuri.

(In regula monach. de tribulation. & opprobriis perf.) HIERONYMVS.Futuræ vitæ gloria præsentis vitæ incommodis comparatur,præcipuè quia non qui patitur sed qui facit iniuriã miser est. Vnde & Christianis vexilla crucis sunt deliciæ; trophæa nostræ vitæ non pompis, sed miseriis reportantur. In nostra classe viri fortes opprobria sciunt portare, non munera. Nã Christi vincula volũtaria sũt & vertuntur in amplexus.

(Ibidem.) IDEM. Inde Paulum Apostolum proferam,quem quoties lego,videor mihi non verba audire; sed tonitrua, qui oculo mentis futura contemplans dicebat. Quis nos separabit à charitate Christi?tribulatio?an angustia? an persecutio?an fames? an nuditas?an periculum? an gladius? B Illos pericula non separant, nos vero voluptates. Illi catenas baiulant innocentes, nos aurum circunferimus criminosi. Illi in carceribus vincti,nos in tricliniis delicati.Illi in neruo positi,Deũ purocorde,& sincera cogitatione laudãtes,nos forte in ipsa ecclesia,de forensibus calũniis cogitamus. Et cũ omnibus legis æqualiter data sit gratia gehenna seu regula promissa sint alij de diuitiis,alij de virtutibus meditãtur.Mercenarius sæculi nõ potest accipere Christi mercedẽ.Omnis miles in castris iure spectat annonã,qui fortiter in prælia pro ciuibus laborauerit D Et dignus est quidẽ mercenarius mercede sua.Nemo tamẽ militans Deo implicat se negotiis secularibus,vt placeat ei cui se pbauit,Vox Apostoli,Amplectãda est igitur tristitia quæ gaudiũ parit:nec eius cõsideranda materia,quia sæpe per dulcedinẽ fructus placẽt quorũ animarũ horruit in radice: & qui literarum scientiam habere desiderat, si discendi non susceperit tædia,peritiæ gaudia adipisci non poterit,nec cuiusquam eruditionis quisquã habere sufficiet gloriam nisi æstus fuerit ante perpessus.Cúmque nos Dei auxilio destitutos hostis inuaserit,duxeritque captiuos,non desperemus salutem; sed iterùm armemur ad prælium.Potest fieri vt vincamus, vbi victi sumus,& in eodem loco triumphemus,vbi fuimus aliquando captiui.Nam si iuuat dominus miseros,habemus salutem. Si despicit peccatores, habemus sepulchrum. Multo grauior expectata mors,quàm illata.Ad hoc enim laboremus, & in seculi periclitemur militia,vt in futuro sæculo coronemur.Magnę miseriæ consolatio est, quando in tormentis quis positum, scit prospera secutura. E

Et hoc est:*Cum constituissent*.Id est,ordinassent pro se qui erant migraturi.Illo autem tempore eiusdem nominis erant episcopi & presbyteri.

¶ Antiochiam.
quod compleuerunt.Cum autem venissent& congregassent 1
a ¶ Assignauerunt fructum sui laboris b ¶ In doctrina & signis. c ¶ Cooperatus est obedientiæ illorum.
ecclesiam retulerunt quanta fecisset Deus cũm illis,quia ape 2
a ¶ Christum vel fidem quæ est omnium. 3
ruisset Gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus 4
a ¶ In Antiochia.
non modicum cum discipulis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quod com. *Id est,fideliter sunt executi.* 2 Retulerunt,&c. *In doctrina & miraculis.* 3 Et quia aper.&c. *Vocans per gratiam suam sine qua non sufficeret doctrina & miracula. Nam audientium eandem prædicationem,& videntium idem miraculum,vnus credit,alter non.Ideo dicit Saluator Ioan. 6.e.* Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. *Et Io.15.a.dicit Apostolus* Sine me nihil non potestis facere.
4 Morati sunt autem ad tempus non modicum cum discipulis. *Confirmando eos in fide,vita & doctrina pariter.*

CAP. XV.

a *Et quidam descendentes,&c.* CHRYSOST. Vide vbique transitum ad gentes, necessarium initium à Iudæis habere. Ante hoc qui obiurgabatur,rationẽ reddebat,& ad des C scensionem omnia loquebatur, id quod sermonem magis gratum reddebat, quod Iudæis auersantibus venit ad gentes. Hic iterum videns alium excessum oriri, legem statuit. Quoniã enim vtpote à Deo edocti apostoli, sine discrimine omnibus loquebantur, & hi qui ex Iudæis erant, ad zelum prouocabantur,nec docebãt simpliciter circuncisionem, sed sine illa saluari non posse. († Gal.5.a. Gal.2.a.) (* & disceptatione) Cuius contrarium tempestiuè nunc dicitur: *Si circuncidimini,non potestis seruari.* Vides continuas tẽtationes intus & foris? Pulchra autem dispensatione hoc agitur,Paulo præsentè vt cõtradicat. Et non dixit Paulus.Quid? non merebor fidem à tantis signis Sed differit propter illos. Et vide etiam omnes discunt, quæ contigerant inter gentes,etiam Samaritani & gaudent.

b *Seditione.* A Paulo & Barnaba,contra illos, qui hæc dicebant.

c *Statue.* RABAN.Scilicet, hi qui descenderant de Iudęa,& F fratres quos docebant circuncidi, & etiam ipsi Apostoli.

d *Vt ascende.* BEDA. De hac ascensione sua Paulus scribit ad Galathas: Deinde post annos.14.ascendi in Ierosolymam cũ Barnaba assumpto & Tito: & contuli cum eis euangelium quod prędico in Gẽtibus, vbi numerus annorũ quem posuit recensendus est. († saluari) Petrus & Paulus post passionem domini anno.30. id est, vltimo Neronis passi sunt martyrium. Petrus Romę.25.annis in cathedra episcopali sedit. Sed 25. & 14. trigintanouem faciunt ergo & Petrus eodem 14. anno post passionem domini quo

CAPVT XV.

¶ De Iudæis,Christiani quidem,sed adhuc Iudaizantes. a ¶ Ad literam secundum situm loci vel paruitatem sensus. b ¶ Ad literam.
¶ Vera confessione. c ¶ De Gentibus credentes.
a ET quidam descendentes de Iudæa docebãt 1
fratres: † quia nisi circuncidamini secundum 2
n ¶ Non sufficit sola spiritualis circuncisio & fides Christi. 3
morem Moysi,non potestis † salui fieri. Facta 4
¶ A Iudæis. a ¶ Contra Paulum. ¶ Contra Barnabam. 5
b autẽ seditione * nõ minima Paulo & Barnabæ aduersus illos
a ¶ Situ loci,vel altitudine sensus. ¶ Ex vtrisque dissentientibus.
c d statuerũt vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidã alij ex 6

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XV.

(Diuisio) 1 ET quidam descendentes, &c. *Descripta Pauli & Barnabæ prædicatione,hic consequenter ponitur determinatio cuiusdã quæstionis subortæ,scilicet.de legalium obseruatione:quam quidam credentes de Iudæa imo dicebant esse necessariam ad salutem,etiam Gẽtibus conuersis.Paulus autẽ & Barnabas asserebant contrarium, quia per legem nouam Iudæi sunt absoluti à debito obseruandæ legis, Gentiles vero nunquam fuerunt ad eam obligati:quia non fuit eis data,nisi quantum ad moralia,quæ sunt de dictamine legis naturæ, quæ omnes obligant,sicut pleniùs declaratur in Epistolis Pauli ad Ro.& Gal.& in pluribus aliis locis.Primo igitur pro determinatione huius dubij ad apostolos in Ierusalem recurritur,secundò hoc dubium soluitur,ibi:* Surrexerunt. *Circa primum dicitur:* Et quidam conuersi. *De secta Pharisæorum.*
2 Descendentes *Quæ est in altiori situ quam sit Antiochia.*
3 Docebant fratres. *De Gentilitate conuersos.*
4 Quia nisi. *Et per consequens seruetis omnia legalia:quia circuncisio est quædam protestatio & obligatio vniuersæ legis seruandæ,vt dicitur Gal.5.*
5 Facta au.se.&c. *Quia asserebant contrarium:nam hoc dicere erat euacuare euangelium.*
6 Statu.&c. *Et patet litera.*

Surrexerunt

MORALITER.

† 1 *Et quidam descendentes de Iudæa,docebant fratres:quia nisi circuncidamini secundũ morẽ Moysi non potestis sal.&c.* Per istos qui nimis Iudaizantes circuncisionem & aliorum obseruantiam volebant

Universidad de Deusto Biblioteca

quo eum Ierosolymis alloquitur Paulus id est, quarto Claudij Cæsaris Romam venisse creditur: simúlque hac expositione Paulum eodem anno quo dominus passus est & resurrexit, ad fidem venisse probatur. A

a *Cum autem venissent Ierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia, & ab apostolis, & senior. &c.* ✠ Hieronymus. Prima quippe ecclesia ex Iudæis & apostolis congregata est & in fine, Iudæi qui Antichristum pro Christo suscepturi sunt, non lætabuntur in Christo. (Comment. in c.5. ecclesiast.)

✠ Avgvst. Euangelio non crederem, nisi authoritas ecclesiæ me commoueret. (Tom. 4. contr. epist. fundam. c.5.)

✠ Idem. Teneamus ergo ecclesiam ex ore domini designatam, vnde cœptura, & quousque peruentura esset, cœptura scilicet ab Hierusalem, & peruentura in omnes gentes. Hic iam quisquis dixerit, Hierusalem non illam visibilem ciuitatem intelligendam sed figuratè positam vt spiritaliter accipiatur tota ecclesia æterna in cœlis, & ex parte in terris peregrina potest dicere etiam illud figuratè dictum. Quia oportebat Christum pati, & resurgere tertia die. Quod quisquis dixerit, nec quomodo Christianus habendus est, Sicut ergo illud propriè positum est, ita & quod adiunctum est, de omnium gentium ecclesia incipiente ab Hierusalem. Exposuit enim dominus hæc de se dicta esse in lege, & prophetis, & Psalmis, & vtique ipsa expositio non potuit esse figurata, alioquin non esset expositio. Deinde cum Hierusalem figuratè posita, & spiritaliter intellecta vniuersam ecclesiam significet quomodo vniuersa ecclesia, incipit ab vniuersa ecclesia, tanquam Hierusalem incipiat ab Hierusalem. Manifestum est ergo propriè positum de illa ciuitate, vnde etiam cœpisse probatur ecclesia, etiam atque etiam ipso manifestante, & nullam insidiarum latebram calliditati hereticæ relinquente. (Tom. 7. lib. de vnitate eccles. c.10.) B († vt dispicerent de hoc negotio) (Luc. 24.) C

✠ Lactantius Firmian. Sola Catholica ecclesia est intrauerit, vel à quo si quis exiterit, à spe vitæ, ac salutis æternæ alienus est. Sed tamen quia singuli, quique cœtus hereticorum se potissimum Christianos & suam esse catholicam ecclesiam putant sciendum est illam esse, veram, in qua est confessio & (Lib. 4. de vera sapient. c.30.)

& pœnitentia, quæ peccata, & vulnera quibus subiecta est imbecilitatis carnis, salubriter curat. D

b *Quia op.* Hoc errore decepti Galathæ: circuncisionem legisque obseruantias cum gratia baptismi miscebant.

c *Conueneruntque apo.* Rab. Hic datur exemplum faciendi conuentus, ad discernenda ea quæ fidei sunt necessaria. † illis

a ¶ AEtate vel gradu.
† aliis ad apostolos & presbyteros in Ierusalem super hac
a ¶ Verum credendum esset de Gentibus. ¶ Qui statuerunt vt ascenderent. b ¶ In principium itineris. c ¶ Antiochiæ quam dixit esse congregatam.
quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phœnicem & Samariam, narrantes conuersationem Gentium, &
a ¶ Charitas congaudet veritati.
a faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Ierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia & ab apostolis & senioribus, annunciantes quanta Deus fecisset cum
a ¶ Corpore vel incontinentia animi. b ¶ Quia prius Pharisæi, modo in Christum credebant.
illis. Surrexerunt autem quidam de † hæresi Pharisæorum 1 2 († secta)
a ¶ In Christum. b ¶ Oportet vos ô iudices
b qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circundi eos: præci- 3
¶ Gentiles credentes. a ¶ Ad videndum vtriusque partis sententiam post eorum annunciationem.
c pue quoque seruare legem Moysi. Conueneruntque apostoli
a ¶ Vtriusque partis quæstio inter iudices.
& seniores Iudææ † de verbo hoc. Cum autem magna † conquisitio
a ¶ Surge frequenter dicitur, & præ omnibus quasi princeps loquitur. ¶ Ex quo Cornelius baptizatus est.
d fieret surgens Petrus dixit: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab 4
e antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gen- 5 6
a ¶ Veram fidem eorum. b ¶ Sine eius testimonio, non auderem
f tes verbum euangelij & credere. Et qui nouit corda Deus, testi 7 8
¶ Linguis loqui.
monium perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, 9 10
a ¶ Quia eundem spiritum dedit & eadem dona. b ¶ Circuncisos. c ¶ Incircuncisos. d ¶ Non circuncisione. e ¶ Per spiritum.
g & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum 11 12 13 14

d *Viri fratres vos, &c.* ✠ Chryso. Vide Petrum hactenus se paratum à negotio & Iudaizantem: Vos scitis, inquit. Aderant forsan ex his qui vocauerant illum ad Cornelium olim, & ingressi cum illo, & propterea adducit illos testes. A diebus antiquis in vobis elegit Deus. Quid est in vobis? Hoc est in Palestina, inquit, vel præsentibus vobis. E

✠ Chrysostom. Vide vt ostendit Deum per illum loqui, & nihil esse humanum. (Epist. ad Zenam & Seren.) († disceptatio)

✠ Iustinus Mar. Consilium quod in commune confert omnibus, per vnum proferendum est.

e *Per os meum.* Rab. Non alterius ex apostolis, quasi dicat, qui primus prædicaui Gentibus primus ab eis iugum legis excutiam, nam Eunuco nullus apostolorum prædicauit: sed Philippus diaconus, & gratuito impletus est dono.

f *Et qui nouit corda Deus.* ✠ Chrysost. Ad spiritus testimonium ducit illos. Dans illis spiritum sanctum, sunt & nobis. Vide quomodo vbique æquat gentes, & nihil diiudicat inter nos & illos. F

g *Fide pu.* ✠ Chrysost. A sola fide, inquit, illa assequuti sunt & non operibus vel circuncisione & non operibus vel circuncisione. Etenim hæc non dicunt solùm pro gentibus rationem reddentes, sed etiam illos à lege abducere cupientes. Verùm iam hoc nondum dicunt.

Beda. Non ergo circuncisione carnis illos mundari opus est, quorum tanta fides corda purificat, vt etiam ante baptisma spiritum accipere mereantur. Sed per gratiam Christi credimus saluari sicut & illi. Si ergo illi, id est, patres portare iugum legis non valentes, per gratiam saluandos se crediderunt, tunc hæc gratia antiquos iustos viuere fecit ex fide & ideo sacramenta etsi temporibus diuersa, ad vnitatem tamen eiusdem fidei concorditer concurrebant.

Quid

NICOLAVS DE LYRA.

1 Surrexerunt. *Hic consequenter ponitur, solutio dubitationis & diuiditur in tres partes, quia primò pro vtraque parte fit allegatio, secundò veritatis determinatio. ibi:* Et postquam ta. *Tertio veritatis determinatæ publicatio, ibi:* Tunc placuit. *Circa primum primo allegatur pro parte affirmatiua, cum dicitur:* Surrex. &c. de hę. *Id est secta.* (Diuisio)

2 Pharisæorum. *Erant enim tunc apud Iudæos tres sectæ. Vna Saducæorum, qui negabant resurrectionem & spiritum & angelum. Altera Pharisæorum, qui vtrumque confitebantur: Tertia vero Essenorum qui confitebantur resurrectionem, spiritum & angelum sicut Pharisæi sed viuebant religiosius habentes omnia in communi, vt dicit Iosephus antiquitatum, lib. 18.* (Tres Iudæorum sectæ.) 3 Dicentes quia. *Et patet litera vsque, ibi:*

4 Surgens Pe. *Vbi allegatur pro parte altera cum dicitur.*

5 Viri fratres vos. *Quia factum fuit notorium.* 6 Quoniam ab a. *Id est, satis prope tempus missionis spiritus sancti in die Pentecostes in signo visibili, vt habetur. 2. ca.* 7 Deus in nobis. *Quasi dicat, non iui ad prædicandum Cornelio & aliis Gentilibus existentibus cum eo propria voluntate, sed ex diuina missione, vt patet supr. 10. c.*

8 Et qui nouit cor. de. *Homo enim videt ea quæ patent Deus autem intuetur cor. 1. Regum 16. b.* 9 Testimonium perhibuit. *Quod erant iustificati, licet essent incircuncisi.* 10 Dans illis spiritum sanctum. *Id est, signo sensibili, scilicet, in dono linguarum.* 11 Et nihil discreuit, &c. *Circuncisos.* 12 Et illos. *Incircuncisos.* 13 Fide. *Iesu Christi.*

14 Purificans corda eorum. *Et non secundùm circuncisionem carnis & obseruationem legalium & ex hoc concludit propositum di.*

Nunc

MORALITER.

lebant imponere, quasi necessariam super conuersos de Gentilitate ad fidem Christi significantur illi qui super populum catholicum statuta nimis grauia ponunt, & sic libertatem Christianæ religionis in seruitutem nimis onerosam conuertunt, de quibus dicit Aug. ad inquisitiones Ianuarij: Ipsam religionem nostram quam in paucissimis & in manifestissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia voluit esse liberam, seruilibus premunt oneribus, adeò vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui legalibus sacramentis, & non humanis præsumptionibus subijciuntur. Et sicut beatus Petrus & apostoli apposuerunt conueniens remedium, vt patet in sequentibus huius ca. sic summus pontifex cum suo collegio remedium adhibere debet non solum statutis prælatorum inferiorum sed etiam in suis si nimis grauia videatur. Pro ceteris huius capituli sufficit expositio literalis

MORAL.

a *Quid tentatis Deum.* ✠ Chrysostomvs. Quid est tentatis Deum? cur increduli estis, inquit Deo? quid tentatis illum quasi non possit seruare fidem? Itaque infidelitatis est legem inferre. A

✠ Ivstinvs Martyr. Nos certè qui huius (Christi) ope ad Deum accessimus, non carnalem istam circuncisionem assumpsimus, sed spiritualem illam, quam Enoch & similes obseruauerunt, hanc nos per baptisma, vtpotè peccatores nati, à Deo miserante accepimus, eum licet omnibus accipere. (Coloq. cum Tryphon iud.)

✠ Idem. Nouate vobis noualia clamat Ieremias ad populum, & nolite in spinas sementem iacere. Circuncidimini domino, sed circuncidimini cordis vestri præputio, cauetè igitur ne in spineta & arma inculta iaciatis semen vnde nullus vobis fructus proueniat, noscite Christum, & ecce nouale pulcherrimum, & pingue in vestris cordibus. Ecce enim dies veniunt dicit Dominus, & visitabo omnes circuncisos in Ægypto, Iudæa, Idumæa, terráque Moabitarum, quoniam gentes omnes incircuncisæ sunt, & tota domus Israel, incircuncisum cor habet, Videtis non hanc circuncisionem, quæ in signum data est Deum requirere nam nec Ægyptiis prodest, nec Moabitis, nec Idumæis, sed sit vel Scyta quis, aut Persa; modo habeat noticiam Dei, & Christi eius, nec ius illud æternum violet, circuncisus est circuncisione optima vtilissimáque, & vt amicus Dei donis fruitur, vicissim illi offerens. (Ibidem) B

Beda. Constat multipliciter intelligendum quod dictum est: Non tentabis dominum Deum tuum. Ille ergo tentat qui aliter quam ipse præcipit facere laborat. Qui præcepta eius sine gratia se posse seruare confidit. Sed Petrus graue iugum legis à ceruice discipulorum tollere quærit, vt imponat suaue iugum libertatis. (Deut. 6. c.) C

b *Neque nos ne.* Rabanvs. Vel non potuimus præ intolerabili grauitate, sed per gratiam Dei, & non per circuncisionem nos circuncisi etiam credimus saluari.

✠ Chrysostomvs. Posteà ostendit etiam illis non fuisse vtilem, & totum in legem, non in illos reiicit, & accusationem sistit, ac moratur Quod non potuimus nos & Patres nostri portare, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus seruari quemadmodum & illi quanta virtute plena sunt verba hæc quæ sanè Paulus multis in epistola ad Romanos dixit, hæc est hic. Si enim Abraham, inquit, ex operibus iustificatus est, habet gloriationem, sed non apud Deum. Vides quod magis hęc docet, quam quod gentes deffendit? At siquidem absque occasione hæc dixisset forsam minimè obseruatus fuisset. Initio autem sumpto hinc deinde intrepidè loquitur. Et vide vbiq; quod omnia quę inimici noui erunt illis prosint. Nam si illi non nouissent, hęc nequaquam dicta fuissent, neque etiam ea quæ postea. Hinc discunt quod si gentes adducere voluissent, non tamen despicere debuerint. D E

a ¶ Quia testimonium perhibuit. b ¶ Quasi testimonio non credentes. c ¶ Non nos, ¶ Qui dedit spiritum incircuncisis. d ¶ Grauitatem circuncisionis & legis.
a Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super cer 1
a ¶ Robur fidei credentium. ¶ Quia non potuimus per legem omnia implere, vel omnia quæ erant in lege obseruare.
b uices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri por- 2
a ¶ Gratuitum donum Dei sine operibus legis.
tare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi 3
¶ Gentiles credunt.
c credimus saluari: quemadmodum & illi. Tacuit autem om- 4
nis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes 5 6
a ¶ Quia præputium virtutes non impedit.
quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos.
d Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus, dicens: Viri fra- 7 8
tres audite me: Simon narrauit, quemadmodum primum 9
a ¶ Quia infirmè. b ¶ Vt vocetur populus Dei. 10
Deus visitauit sumere ex Gentibus populum nomini suo: & 11
a ¶ Simoni. b ¶ Agentia de salute Gentium. c ¶ In prophetis. 12
huic concordant verba prophetarum sicut scriptum est: 13 14

✠ Cyrillvs Hieroso. Spiritus sanctus in vnitate Patris & filij nouum testamentum in ecclesia Catholica constituens, liberauit nos à graui iugo legis, de communibus, & immundis cibis dico, sabbatisque & nouiluniis, atque circuncisione, de aspersionibus, & sacrificiis, quæ ad tempus quidem data, vmbram habebant futurorum bonorum. Adueniente autem veritate, cohibita sunt meritò. Nam propter eam quæ fuit Antiochiæ quæstionem, qui dicebant necessarium esse circuncidi, & legem Moysi seruare, Paulo & Barnaba misso Hierosolimam, Apostoli qui hic erant Hierosolimis, omnibus legalibus & typicis rebus per scriptam epistolam vniuersum orbem liberarunt. (Catech. 17.)

c *Tacuit autem omnis mul.* Notandus ordo loquendi vel loquentium, quia singulis loquentibus tacent primum Petro. F

d *Et postquam, &c.* ✠ Chrysost. Hic erat episcopus ecclesiæ Hierosolimitanæ. Et impletur nunc quod in ore duum vel trium testium consistat omne verbum. Vide autem & huius sapientiam, ex prophetis nouis veteribúsque consummantis sermonem. Non enim poterat ostendere aliquid sicut Petrus, vel Paulus. Et benè constitutum est, vt per illos hæc facta sint, qui non habitaturi in Hierosolimis: hic autem doceat, ne esset reus neue sententia eius confutetur. Et quid inquit: *Viri fratres audite me, Simeon*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunc ergo quid, &c. *Vt enim dicitur in glo. ille Deum tentat, qui aliter quam ipse præcepit facere laborat. Sic faciebant illi qui dicebant legem euangelicam sine obseruatione legalium non sufficere ad salutem.*

2 Quod neque nos, &c. *Hoc dicitur de iudicialibus præceptis & ceremonialibus propter iudicialium seueritatem & ceremonialium multitudinem. Moralia verò præcepta quæ sunt de dictamine legis naturalis, obseruabilia sunt & remanent in lege noua. Sciendum tamen quod iudicialia & ceremonialia non fuerunt simpliciter inobseruabilia. Vnde dicit Hierony. in expositione fidei catholicæ: Anathema sit qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse. Sed dicuntur inobseruabilia, quia de difficili obseruabilia, sicut dicitur aliquid intransibile, quod est de difficili transibile. 5. metaphisicæ.*

3 Sed per gratiam, &c. *Et non per opera legis.*

4 Quemadmodum & illi. *Scilicet, patres veteris Testamenti. Vnde de Abraham dicitur Gen. 15. b. antequam esset circuncisus, credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Ex quo patet, quod non fuerat iustificatus ex circuncisione, sed ex fide circunsionem præcedente, secundum quod deducit Apostolus Roma. 4.*

5 Tacuit autem, &c. *Consentiens Petro.*

6 Et audiebant, &c. *Vbi ponitur aliud argumentum: pro parte ista Nisi Deus conuersionem Gentium incircuncisarum approbasset, signa & prodigia in eis per apostolos non fecisset.*

7 Et postquam. *Hic consequenter ponitur veritatis determinatio, cum dicitur.*

8 Respondit Iacobus. *Erat enim episcopus Ierosolymitanus, & ideo licet Petrus esset principalis inter apostolos, tamen detulit ei in sua diocesi, vt determinationem dubij proferret dicens.*

9 Viri fratres. *Fide, licet non carne.*

10 Audite me. *Id est, in quæstionis determinatione.*

11 Simon nar. *Et patet ex dictis litera.*

12 Et huic. *Scilicet, dicto eius.*

13 Concor. ver. pro. *De Gentium vocatione loquentium. Inducit tamen in speciali vnam autoritatem ad propositum, cum dicitur:*

14 Sicut scriptum est, *Amos. 9. quæ sicut ibidem dictum fuit, intelligitur ad literam de reædificatione ecclesiæ per vnionem Iudæorum & Gentium in vna fide Christi. Et ad intellectum huius autoritatis, quæ allegatur hoc secundum translationem. 70. aliqua breuiter repetenda sunt quæ dicta fuerunt Amos. 9. c. Primum quod Christus nominatur Dauid in scriptura veteri, Osee. 3.* Post hęc reuertentur filij Israel, & quęrent dominum Deum suum, & Dauid regem suum *Vbi translatio Chaldaica apud Hebræos, autenticos sic habetur:* Post hęc reuertentur filij Israel, & quærent cultum Dei, & obedient Messiæ filio Dauid regi suo. *Et similiter Iere. 30. b.* Seruient domino Deo suo, & Dauid regi suo. *Vbi translatio Chaldaica sic habet:* Colent coram domino suo, & obedient Messiæ filio Dauid. *Secundum est, quod vna est ecclesia quæ incœpit à primo Abel iusto, vsque ad vltimum electum qui in fine mundi est nasciturus, vt dicit beatus Grego. homil. 7. Tertium est quod ista ecclesia vocatur tabernaculum Dei, siue Christi, Isa. 4. b.* Et tabernaculum in vmbra diei, &c. *Et Apoca. 21. a.* Ecce tabernaculum dei cum hominibus. *His præmissis exponatur litera cum dicitur in persona Dei.*

Post

Universidad de Deusto
Biblioteca

me, Simeon narrauit. Quidam hunc esse dicunt illum à Luca dictum, alij autem alium eiusdem nominis, siue autem hic siue alius est, non opus est sermone exquisitiore, sed solum quod suscepti necessaria quæ narrauit. *Viri*, inquit, *fratres*. Magna æquitas viri, & perfectior ista concio, vbi scilicet & finem imponit operibus.

a *Reuertar & reædi.* MYSTICE. reuertar ad Gentes quas prius dixerat ingredi vias suas, cui sensui firmando Iacobus testimonium intulit. Hoc apertè testimoniū concordat verbis Simonis.

b *Tabernaculū Da.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quid igitur? suscitata est Hierusalem, an non magis diruta est? Sed non de hac ab illo dicta sunt hęc Et quam dicit suscitationem? Eam quæ est post Babylonē. Si quis diligenter considerarit, nunc regnū Dauidis stare inuenit, regnāte illo qui ex eo prognatus. Vt autē dixisset: Et reædificabo, addit causam illius quare dicat. *Vt requirant qui reliqui sunt homines Dominum.* Si igitur propter hoc erecta est ciuitas propter illum, qui ex ipsis: manifestū quod ædificare ciuitatē fuit gentiū vocatio.

RABANVS. Vmbra legis, quæ traditionibus Pharisæorum corrupta, domino reuelante, id est, Domino in carne apparente per gratiam est erecta, vt non tantum Iudæi, sed etiam Gentes nomen eius requirant.

c *Super quæ in.* RAB. Secundum illud: Inuocabant sacerdotes super Israel. Et inuocabitis nomen meum super filios Israel. Et alibi. Moyses & Aaron sacerdotibus eius, &c.

d *Inuocatum est.* Pro futuro more prophetico.

e *Notum à se, &c.* ✠ CHRYSOST. Postea ponitur quā dignus fide sermo, qā nihil nouū, sed ab antiquo hæc præfigurata fuerūt

f *Quod ego iudico.* RAB. Rectè iudicandum erat, quod triū testimonio firmatur, duorum apostolorum & prophetarum.

✠ CHRYSOST. Quid est iudico ego: id est, cum potestate dico esse scribendum illis & benè dixit his qui ex gentibus conuertuntur, manifestam supernam Dei erga illos curam, & obedientiam, ac crudelitatem illorum in vocatione.

g *Et suffocatis.* BEDA. Suffocatum est morticinum, de quo Ezechiel dicit: *Omne morticinum & captum à bestia de auibus & pecoribus sacerdotes non commedant.* Hoc præceptum conuenit seruare illis, qui vncti sunt oleo spirituali, ne comedant illud cuius sanguis non est effusus quod epistola apostolorum seruandum decreuit.

Et suf.& san. BEDA. Id est, à fundendo sanguinem, vel mandu-cando cum sanguine. Hæc quidem veneruntibus de Gentilitate pro rudimentis fidei & inueterata Gentilitatis consuetudine concessa sunt, sed ne putarentur eadem & perfectioribus sufficere, vigilanter adiuxit: Moyses, &c.

h *Et sanguine.* RABANVS. Effusione humani sanguinis, & quæ non vult sibi fieri, alteri ne faciat. Hoc est præceptū dilectionis proximi, quod est inferius. Alterum est superius: *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos illis facite.* Per vnum malitia cōpescitur, per aliud benignitas propagatur. Quasi verò adhuc rudibus superius non imponitur, sed vt castisint & abstineant, &c. Et sequitur.

i *Moyses enim, &c.*

BEDA. Id est. Etsi præceptorum acerbitate non grauentur à nobis, procedente tamen tempore dum frequētius ad lectionem legis & prophetarum conuenerint, paulatim vitæ institutа & fraternæ inuicem dilectionis iura suscipient. Primitiuam enim ecclesiam adhuc iudaizantem hæc sabbata celebrasse constat.

✠ CLEMENS ROMANVS. Cum homines naturę legem labefactarent, & creaturam aliquando fortuitam ducerent, aliquando pluriquam oporteret in honore haberent & eam sibi Deo æquarent, non permisisti illos errore, sed excitato sancto seruo tuo Mose, per eum in subsidium naturalis, scripta lege dedisti, & creaturam ostendisti tuum opus esse Deorūmque multitudinem exterminasti.

k *Vbi per omne sabbatum legitur.* ✠ CLEMENS ROMANVS. Operētur serui quinq; dies, in Sabbato & Dominica die quiescant in ecclesia, propter doctrinam pietatis, Sabbatum enim diximus creationis habere rationem, Dominum resurrectionis.

l *Tunc pla.a.* RABANVS. Dicente Petro, narrantibus Barnaba & Paulo, iudicante Iacobo Ierosolymorum episcopo, merito placuit sententia.

m *Placuit mit. An.* RABANVS. Missi à Christo legati suos post sunt mittere legatos.

Apostoli

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Post hæc. *Id est, post cursum veteris Te.* 2 Reuertar. *Ad genus humanum naturam humanam assumendo.* 3 Et reædi.ta. *Id est, ecclesiā Dei siue Christi per prædicationē Christi & apostolorum.*
4 Quod deci. *Per multa peccata, & maxime per idololatriam.*
5 Et diruta eius reęd. *Quia Gentiles erant diuisi per idololatriam multipliceм, aliquibus louem, & aliis Dianam, & sic de aliis diis Gentium. Similiter & Iudei erant diruti & diuisi per varios errores: Nam aliqui negabant resurrectionem, spiritum & angelum, vt dictū est supr. & aliqui irrita faciebant mandata Dei propter traditiones suas, quod est valde erroneum: quæ omnia sunt amota per prædicationem Christi & apostolorum.*
6 Et erigam il. *Per magna & multa miracula ad exaltationem fidei catholicæ facta.*
7 Vt requirant cæ.ho. *Id est, Gentiles.*
8 Dominum. *Quod patet per orbem impletum.*
9 Notum à se, est domino. *Id est, ab eterno est sibi notum.*
10 Opus suum. *Quod dispositt operari in tempore de vocatione Gentium.*
11 Propter quod ego iu non. *Id est, dicendo quod oporteat eos circuncidi, & legalia obseruare.*
12 Sed ieri &c. *Propter vnitatem societatis eorum & Iudeorum.*
13 Vt absti. se à con. *Id est, à comestione de idolothitis: quia per hoc de facili possent Iudæi suspicari, quod Gentiles vellent ad idololatriam reuerti, si comederent de illis.*
14 Et fornicatione. *Quam Gentiles communiter credebant esse licitam: propter quod necessarium fuit eam prohibere.*
15 Et inf.& san. *Hunc enim cibum conuersi de Iudaismo adhorrebant: & ideo licet esset cibus licitus, tamen propter amicabilem societatem scriptum fuit Gentilibus, vt abstinerent à talibus sicut frequenter contingit quod aliquis abstinet à cibo quem scit abominabilem socio suo. Procedente autem tempore cessante causa cessauit effectus, manifestata euangelica doctrina veritate quod Saluator dixit Matth.15.b.* Quod nihil quod per os intrat, coinquinat hominem: *Et quod nihil est reiiciendum, Quod cum gratiarum actione recipitur vt dicitur 1.Tim.4.*
16 Moy. *Id est, scriptura Moysi habet.*
17 A tem.an. *Ido enim tempore euangelio nondum publicato poterant Iudæi obseruare legalia, sicut frequēter dictum est supr. in epistolis Pauli.*
18 Tunc p. *Hic consequenter ponitur veritatis determinatæ publicatio cum dicitur:* Tunc pla. apost. *Ista sic explicantur ad ostendendum quod hæc determinatio erat ab omnibus approbata absque dissensione.*

✠ Eligere

1 *Apostoli & se.* Apostolorum communis titulus præponitur, ne ali qua dissensionis relinquatur occasio.

b *Fratribus ex Genti.* RABAN. Primum stili beneficium est, quòd apostoli Gentiles vocant fratres, id est, vnius Dei filios.

c *Salutem.* Eclypsis est. Vel latitudine charitatis omne verbum angustius est, & ideo nullum verbum ponitur, vt omnia simul bona eis velle intelligantur.

d *Euertentes animas.* BEDA. In Græco: Euertentes animas vestras dicentes, circuncidi oportet & obseruare legē, quibus non mandauimus.

e *Visum est.* Id est, placuit.

f *Spiritui sancto.* Qui arbiter suæ potestatis vbi vult spirat & quæ vult loquitur,

Spiritui sancto. RABAN. Et nobis humano quidem sensu, sed sano.

g *Et no.* Nō solum voluntate nostra sed instinctu eiusdem spiritus.

✠ GREGOR. Ecclesia est oculus cæco, quia per verbū lucet, ipsa pes claudio: quia per adiutorium continet. Cæcos enim prædicando illuminat, claudos verò opitulando sustentat, cæcus quippe est, qui adhuc quo pergat nō videt. Claudus autem est, qui non potest ire quo videt. Sancta itaque ecclesia extremis tribulationibus deprehensa, antiquorum reminiscitur temporum, quando & docendo illuminare consueuerat, & adiuuando formare.

✠ TERTVLLIANVS. Omne genus ad originem suam censeatur, necesse est. Itaque tot ac tantæ ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum omnes, vnam probāt vnitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quam eiusdem sacramenti vna traditio. Hanc igitur dirigimus præscriptionem. Si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, qūam quos Christus instituit, quia nec alius patrem nouit nisi filius, & cui filius reuelauit, nec aliis videtur reuelasse filius quàm Apostolis quos misit ad prædicandum, vtique quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam viua (quod aiunt) vos, quàm per epistolas posteà. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis ecclesiis Apostolicis matricibus & originalibus fidei conspiret, veritati deputandum, id sine dubio tenentem, quod ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra veritatem ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi & Dei.

✠ HIERONYMVS. Hoc etiam nunc intelligendum, quod prouocetur Apostolorum chorus & prima Christi ecclesia de Iudæorum populo congregata, vt intelligat creatorem, & factorem suum, qui animæ & corporis eius sit cōditor. Nec timeat persequutores, quia redemptus sit Christi sanguine, qui vocauerit eum nomine suo, & ob familiaritatem specialiter appellet populum suum, sed predicet incūctanter, & nulla pericula reformidet.

✠ BERNARDVS. Magna ecclesiæ charitas, quæ ne emulæ quidem Synagogæ suas delicias inuidet. Quid beniguius quàm vt quem diligit anima sua ipsum communicare parata sit inimicæ? Nec mirum tamen quia salus ex Iudæis est.

✠ CYRILLVS ALEXANDRIN. Christus præcepit Apostolis, vt baptisarent omnes gētes, in nomen patris & filij & spiritus sancti, docerēntque eas seruare quæcumque illis præceperat. Hi autem hoc facti tare volentes, methodo, & arte docendi vbi primo nihil onerosum imposuerunt credentibus. Scripserunt enim gentibus. Visum est spiritui sancto, & nobis, nullum onus vobis imponere, nisi vt abstineatis vos à scortatione & suffocato, & sanguine.

h *Quam hæc ne.* RABA. Hæc necessaria sunt sine quibus non est salus, sed circuncisio necessaria non est: & ea quæ vobis fieri non vultis, alij ne faciatis.

i *Vt abstineatis vos, &c.* ✠ TERTVLL. Propterea igitur quoniā vtraque species (consecrationis idolorum & mortuorum) Idolorum conditionis vnius est, dum mortui & dij vnum sunt, vtraque Idololatria abstinemus, nec minus tēpla quàm monumenta despuimus: neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus, non sacrificamus, non parentamus, sed neque de sacrificato & parentato edimus, quia non possumus cœnam Dei edere, & cœnam dæmoniorum. Si ergo gulā & ventrem ab inquinamentis liberamus, quantomagis augustiora nostra oculos & aures ab idolothytis & necrothytis voluptatibus abstinemus, quę nō intestinis transiguntur, sed in ipso spiritu & anima gerūtur, quorum munditia magis ad Deum pertinet, quam intestinorū.

✠ IDEM. Nihil esse facilius potest, quam cautio Idolatriæ, si timor eius in capite sit, quæcūq; necessitas minor est periculo tāto cōparata. Propterea Spiritus sanctus consulentibus tunc Apostolis vinculum & iugum nobis relaxauit, vt Idolatriæ deuitādæ vacaremus. Hæc erit lex nostra, quo expedita,

hoc plenius

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Eligere vi. *Vt sic manifestaretur determinatio scripto vel verbo.*
2 Viros pri.in fratribus. *Quia licet nō essent apostoli, tamen erant de notabilioribus post apostolos, vt sic eis magis crederetur, & eorum legatio solemnior redderetur.*
3 Quoniam audiuimus. *Quia quidam ex nobis exeuntes, à nostra societate discedentes.*
4 Turbauerunt vos verbis. *Volentes vobis imponere importabile onus legis.*
5 Euertentes animas vestr. *A veritate euangelij.*
6 Quibus non mandauimus. *Talia dicere, sicut ipsi finxerunt. Cætera patent vsque ibi.*
7 Qui tradiderunt animas suas. *Id est, exposuerunt se periculo mortis.*
8 Pro nomine domini. *Id est, pro prædicatione nominis Christi.*
9 Qui & ipsi re.vobis verbis. *Hæc eadem quæ scribimus in epistola, vt cum epistola quæ est vox mortua concurrat etiam vox viua.*
10 Visum est enim spiritui sancto. *A quo non potest egredi nisi verum & sanctum.*
11 Et nobis. *Qui scribimus secundum eius instinctum.*
12 Nihil vltra imponere vobis oneris. *Legalium obseruantiarum.*
13 Quam hæc necessaria. *Ad viuendum communiter cum Iudæis in ecclesia primitiua.*
14 Vt abstineatis vos ab immolatis simulachro. *Rationibus prædictis.*

A hoc pleniùs administranda, propria Christianorum, per quam ab ethnicis agnoscimur, & examinamur, hæc accedentibus ad fidem proponenda, & ingredientibus in fidem inculcanda est, vt accedentes deliberant, obseruantes perseuerent, non obseruantes renuncient sibi. Viderimus enim si secundum archetypũ, & coruus, & miluus, & lupus, & canis & serpens in ecclesia erit, certè Idololatræ in archetypo nõ habetur. Nullum animal in Idololatrem figuratum est, quod in arca non fuit, in ecclesia non fit.

Catech. 17. ✠ CYRILLVS HIEROSOL. Per hoc scriptum hoc apertè declararunt, quod tametsi ab hominibus Apostolis hoc erat scriptũ, sed ex spiritu sancto. B Oecumenica est constitutio. Quod ij accipientes, qui erant cũ Barnaba & Paulo, in vniuersum orbem deuexerunt.

a *Visum est autẽ Sy.* RABA. Materia est futuri sermonis: solus autẽ Iudas abiit Ierusalem.

† consulebat

b *Demorabãtur An. &c. Post aliquot aut.* BEDA. His autem diebus impletum est quod Apostolus ait: *Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem eius restitit.*

† desciuisset — Gal. 2. c.

c *Reuertentes visitemus fratres per vniuer. &c.* ✠ CHRYSOST. Vide iterum, quanta humilitate cum aliis sermonem communicant. Et iam quidem reliquorum Apostolorum consuetudinem descripsit Lucas, C ostendens quod vnus quidem tenerior, & ad condonandum propensior, alter autem exactior, & austerior. Varia enim sunt dona. Quod autem & hoc donum sit, sed illud quidem aliis hominum moribus congruit, hoc autem aliis: & si commutentur inutilia futura sunt. Et videtur quidem esse exasperatio: omnia autem singulari dispensatione contingunt, ita vt vnusquisque congruum locum sortiatur, quod & factũ est. D Et aliter: Etiam oportebat non omnes in æquali honore esse, sed alium quidem præesse, alium verò subditum esse, & hoc suam dispensationem habet. Nam Cyprij nequaquam se tales exhibuerant, sicut Antiocheni & reliqui. Et alij magis opus habebant teneritudine, alij verò seueritate.

d *In opus non.* BEDA. Quoniã in fronte aciei se constituẽs nimis tepidè steterat, meritò Paulus eum abiicit, ne illius quasi contagione aliorum vires corrumperentur.

e *Dissensio.* Non in hoc ; delinquebant, quia non omnis cõmotio est peccatum, E sed irrationabilis, & quæ iustè non fit.

† apostolos — Iudas autẽ solus abiit in Ierusalẽ

✠ CHRYSOSTOMVS. Exacerbatio non fuerit mala quãdo pro talibus vnusquisque contendit, idque iusta cum ratione. Itaque si quis illorum exacerbatus quod suum, & quod in suam gloriã quæsiuisset, benè si autẽ vterque volebat, docere, & instituere, & hic quidem hanc, ille autem aliam viam ingressus est: quale hoc fuerit crimen? Multa etiam humana ratione faciebant. Non enim fuerunt lapides, vel ligna. Et vide Paulum etiam accusantem, & causam dicentem: Reuerebatur enim Barnabam præ magna modestia, F vtpote, quia in talibus sibi communicarat, & cum ipso fuerat, sed non sic reuerebatur, vt propterea quod oportebat curare negligeret. Vter igitur meliùs consuluerit, non est nostrum pronunciare, sed quod magna fuerit Dei ordinatio, quandoquidem hi quidem secundùm visitationem assequuti sunt, illi autem nullam.

† censebat — † exacerbatio, disceptatio

a ¶ Iusticia est à malis abstinere, & bona agere. ¶ Declina à malo & fac bonum. ¶ Secundum quòd dictum est supra, placuit apostolis & senioribus &c.
& sanguine suffocato, & fornicatione: à quibus custodientes 1
vos, bene agetis. Valete. Illi igitur dimissi descenderunt An-
a ¶ Barnabas & Paulus. ¶ Antiochiæ fidelibus ex Gentibus.
tiochiam & congregata multitudine trãdiderunt epistolam.
a ¶ Quia dictum est, visum nobis est nihil imponere honeris.
Quam cum legissent, gauisi sunt super consolatione. Iudas 2 3
¶ Excepto Paulo & Barnaba. a ¶ Doctrina & futurorum denunciatione. b ¶ Vt in epistola dixerunt. Vobis referent eadem.
autem & Sylas cum & ipsi essent prophetæ, verbo plurimo 4
a ¶ Consolatione illa quam diximus. b In fide euangelij præter legem.
consolati sunt fratres, confirmauerunt. Facto autem ibi ali- 5
a In Antiochia. b Iudas & Sylas. ¶ Abire permissi in Ierusalem. c Apostolos.
quanto tempore, dimissi sunt cum pace à fratribus ad † eos
a qui miserant illos. Visum est autem Sylæ ibi remanere: Iudas 6
b autem solus abiit Ierusalem. Paulus autem & Barnabas demo
a ¶ De moribus perfectis. b ¶ Christum & regnum cœleste.
rabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum aliis 7
a ¶ Doctoribus. b ¶ Non suum.
plùribus verbũ domini. Post aliquot autem dies dixit ad Bar- 8
c nabã Paulus: Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ci- 9 10
a ¶ Verum firma sit fides eorum, an non.
uitates in quibus prædicauimus verbum domini, quomodo 11
¶ In comitatu suo.
se habeant. Barnabas autem † volebat secũ assumere & Ioan 12 13
a ¶ Dicens non debere assumi vel suscipi.
nem, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem † rogabat 14
a ¶ Barnabam. b ¶ Ioannes à Pamphylia discedens reuersus est Ierusalem.
eum (vt qui † discessisset ab eis de Pamphylia, & non isset 15
¶ Ne rudes adhuc grauarentur.
d cum eis in opus) non debere recipi. Facta est autem † dis- 16
e a ¶ Non vitio commoti, sed spiritu instigati separantur, vt pluribus prædicent.
sensio, ita vt discederent ab inuicem. Et Barnabas qui- 17

Assumpto

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fornicatione. *Quam erroneè licita esse putatis: & ideo abstinendum est ab ea, non solum propter amicabilem societatem cum Iudæis, sed propter necessitatem salutis. Cætera patent vsque ibi.*
2 Gauisi sunt super consolatione. *Eo quòd expediti erant à legis onere.*
3 Iudas autem & Sylas cum & ipsi essent prophetæ. *Id est, illuminati à Deo prophetiæ dono.*
4 Verbo pluri. consolati sunt fratres. *Referendo ea quæ erant in epistola ad maiorem affirmationem.*
5 Confirmauerunt. *Eos in fide. Cætera patent vsque ibi.*
6 Visum est Sylæ ibi remanere. *Tota ista litera vsque ibi: Paulus autem: exclusiue, non est in Græco, nec in libris correctis, sed primò fuit apposita per modum glossæ, eo quòd postea subditur, quòd Paulus existens in Antiochia accipit Sylam in socium, & postea inserta est textui per imperitiam scriptorum.*
7 Docentes & euangelizantes cum aliis pluribus verbum domini. *Ad pleniorem instructionem & confirmationem credentium.*
8 Post aliquot autem dies. *Superiùs descripta est publicatio euangelij per Paulum in societate Barnabæ hic consequenter ponitur eadem publicatio per eum in societate Sylæ. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur Pauli & Barnabæ separatio secundò ipsius & Sylæ associatio, ibi: Paulus verò. Circa primum dicitur.*
9 Dicit Barn. ad Paulum. *Qui de salute hominum erat valdè solicitus.*
10 Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuita. *Et sic sequitur.*
11 Quomodo se habeant. *Vt videamus si firmiter stent.*
12 Barnabas autem. *In hoc consentiens.*
13 Volebat secum assumere & Ioan. *Eo quòd sibi familiaris erat.*
14 Paulus autem rogabat eum. *Scilicet Barnabam, vt abstineret à societate Ioannis.*
15 Vt qui discessisset ab eis de Pamphylia. *Vt habetur superius 13. cap. Discesserat enim timore periculorum imminentium, vel amore nimis carnali ad matrem manentem in Ierusalem: vel fortè causa vtriusque, propter quod Paulus eum renuebat. Nam illi qui vadunt ad prædicandum debent esse valdè firmi, & ab amore carnali segregati, & maximè quando vadunt inter fideles & persequutores, sicut erat in proposito.*
16 Facta est autem discensio ita vt discede. *Non tamen contraria charitati: quia quilibet eorum respiciebat ad bonum, tamen alia & alia motus ratione, & hoc etiam contigit, quia per hoc maior fructus prædicationis factus est, eo quòd prædicauerunt in pluribus locis.*
17 Et Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum. *Vnde erat oriundus, vt habetur supr. 4. cap. vt confirmaret eos in fide.*

Paulus

a *Assumpto Mar.* BEDA. Qui affinitate sibi coniũctus erat. A legũtur enim fuisse consobrini. Barnabas à Paulo dimissus patriam insulam repetiit & nihilominus opus euangelij sibi iniunctum exercuit.

Iu.co. b *Electo Si.* RABAN. Adhoc remanere eum fecit dominus, iuxta illud: Visum est autem Silæ ibi remanere, vt Paulo cooperaretur sicut Marcus Barnabæ fuit; enim in hoc diuinum consilium.

a dem assumpto Marco nauigaret Cyprum; † Paulus vero ele- 1
b a ¶ Dimissus vel commendatus. b ¶ Spiritusancto.
cto Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus. Peram- 2
a ¶ Breuiando narrationem non ponit nomina singulorum locorum. b ¶ Quæ iam fundata erat. 3
bulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesiam 4
c præcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum. 5

præcipiẽs custodire præcepta apostolorũ & seniorum

✠ CHRYSOST. *Paulus vero electo Sila, &c.* Admirabilis est hic vir, & valde magnus, plurimumque profuit Marco pugna hæc. Seueritas enim Pauli conuertit illum, benignitas verò Barnabæ fecit, ne porrò relinqueretur & ita certant quidem, ad vnum autem finem tendebat vtilitas. Etenim videns Paulum velle diuelli, valde territus est, & condemnauit seipsum. Et iterum videns Bar- B nabam sic sibi opitulantem, valde illum dilexit: corrigebaturque discipulus præceptorum pugna: tantùm abfuit ne offenderetur. Etenim si propter honorem suiipsorum fecissent, merito offensus fuit: quum autem propter alterius salutem, & propter vnum contendunt, ita vt declaretur eum, qui eum honorarit bene consuluisse: quid absurdum? Vide sapientiam Pauli, non prius transit ad alias ciuitates, priusquam eas quæ acceperunt verbum, visitasset.

Lib. 8. cõst. apostolic. c. 2. q. 27. ad orthod. c *Præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & seniorum.* ✠ CLEMENS ROMANVS. Omnia secundùm tradita nobis mandata perficere possitis, scientes quod qui nos audit Christum audit, & qui Christum audit, is Deum & patrem ipsius audit.

✠ IVSTINVS MART. Quærere verò cur non dixerit propheta causam horum, (asportationis scilicet ostium Iosephi, & præcepti de non tangendo mortuo) perinde est, ac si quæras, cur non omnia scripta, explicata tradita sint ab his qui ea tradiderunt, cum in rei narratione apertè contineatur rei sensus, ideoque non visum est scripturæ eum enucleatè declarare.

Cathe. 5. ✠ CYRILLVS HIEROSOL. Videte itaque fratres, vt seruetis traditiones quas nunc accepistis, & in latitudine cordis eas describite, & cum pietate illas custodiatis. Ne quando vacillantes aliquos inimicus dissoluat, ne quis hæreticus ex his C quæ tradita sunt aliquid euertat.

Hom. 4. & cõm. in 2. c. 2. Thess. ✠ CHRYSOSTOMVS & THEOPHYLACTVS. Hinc patet quod non omnia per epistolam trádiderint, sed multa etiam sine litteris, eadẽ verò fide digna sunt tam illa quàm ista. Itaque traditionem quoque ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quæras amplius.

Lib. de corona militis c. 3. ✠ TERTVLLIANVS. Et quamdiu per hanc lineam serram reciprocabimus, habentes obseruationem inueteratam, quæ præueniendo statum fecit. Hanc si nulla scriptura determinauit, certè consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum priùs non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquit, D authoritas scripta. Ergo quæramus an & traditio non scripta non debeat recipi? Planè negabimus recipiendam, si nulla exẽpla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine vllius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus. Deniquevt à baptismate ingrediar. † Sup. 15. g. Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto priùs in ecclesia, sub antistitis manu contestamur nos renũciare diabolo, & pompæ, & Angelis ei⁹. Dehinc termergitamur, amplius aliquid respondentes, quàm Dominus in euangelio determinauit. Inde suscepti, lactis, & mellis concordiam prægustamus. Exque ea die, lauachro quotidiano per totã hebdomadam abstinemus. Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam ante lucanis cœtibus, nec de aliorum manu quàm præsidentium sumimus. E Oblationes pro defunctis, pro nataliciis, anima die facimus. Die Domino ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsq; gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri, aliquid decuti in terram anxiè patimur. Ad omnem progressum, atq; promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatũ, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum & Idem ca. 4. aliarum eiusmodi disciplinarum, si legem, expostules scripturarum, nullam inuenies: traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei, patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit disces. Interim nonnullam esse credes, cui debeatur obsequium.

✠ CYRILLVS ALEXANDRINVS. Fundamenta proxima & viciniora nobis intelligi possunt Apostoli, & euangelistæ oculati testes, & ministri sermonis, facti in confirmationem fidei. Nam vbi cognouerimus ipsorum traditiones esse sequendas, rectam & minimè alienam aut deuiam à Christo seruabimus. Libr. 4. in Esay.

✠ GREGORIVS. Hæc sedes Romana speculationem suam toto orbi indicit, & nouas constitutiones omnibus mittit, & omnium personarum seruitio caret, ita præfatus locus, remota omni consuetudine pessima regum, antistitum, Iudicum, exemplũ diuinæ religionis & honestatis cæteris exhibeat monasteriis, & super ea plena gaudeat libertate. F Cuius rectores, & filij præsentes & successuri tantum sub regum custodia positi admonitionem sancti Petri, & successorum suorum, huius sanctæ Romanæ sedis pontificum authoritate proclament, & si incumbit necessitas ad eam. Li. 12 epist. ex registro. Indict. 7.

✠ IDEM. Sciens quippe eam Apostolicæ sedi reuerentiam à fidelibus exhiberi, vt quæ eius fuissent decreto disposita, nullius deinceps illicitæ vsurpationis molestia quaterentur. Lib. 7. epist. epist. 115. indict. 2.

CAPVT

NICOLAVS DE LYRA.

1 Paulus verò. *Hic consequenter ponitur prædicatio Pauli cum Sila. Circa quam primò ponitur multiplex Pauli discursus per orbem ad prædicandum, secundò eius recursus in Ierusalem ad tolerandum, vt vbi persecutus fuerat ecclesiam, ibi pro ea sustineret persecutionem: secunda incipit 19. cap. ibi.* His autem ex. *circa medium ca. prima in duas: quia primò ponitur discursus Pauli ad confirmandum conuersos: secundò ad conuertendum nondum conuersos. se. ca. ibi:* Transeuntes autem. *Prima adhuc in tres quia primò discursus ad confirmandum incipitur: secundò associatio Timothei interponitur: in principio seq. ca. tertiò discursus ad conuertendum resumitur, ibi:* Cum autem pertransiret. *Circa primum dicitur:* Pau. v. e. Si. *in socium pro Barnaba, profectus est ad prædicandum.* (Diuisio)
2 Trad. gra. Dei. *Id est, recommendatus.*
3 A fra. *Pro eo deuotè orantibus.*
4 Peram. autem Sy. & Ci. con. *Quos ante cũ Barnaba instituerat.*
5 Præcipiens cu. præ. *Posita ca. præc. ad vnionem Gentilium & Iudæorum.*

NICOL

ADDITIO

In cap. 15. *Vbi dicitur in Postil.* Et suffocatis & sanguine, &c. *hunc enim cibum conuersi de Iudaismo abhorrebant.*
Carnes animalium suffocatorum Hebræi credunt esse illicitas ad esum, & hoc habent per traditiones Thalmudicas, & ideo per decollationes eas interficiunt. In quo etiam Saraceni eos sequuntur: vnde non abstinent à talibus carnibus, quia eas abhorrent, sed quia eas æstimant illicitas.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAPVT XVI.

☞ a Peruenit. Sequitur.
b *Viduæ fi.* RABAN. Vel Iudææ, & Iudæam eam fuisse apparet ex hoc quod ait patre Gentili.
c *Et circundedit eum.* ✠ CHRYSOST. Dignum est vt obstupescamus Pauli sapientiam, qui tantopere pugnauit propter circuncisionem qui omnia mouerat, & non prius destitit, quàm correxisset cõfirmatum dogma. Circuncidit discipulum, non solùm alios non prohibet, sed etiam ipse hoc facit, & ita omninò ad vtilitatem spectabat, & nihil cum animi pręcipitatione agebat. ✠ TERTVLLIANVS. Sed quoniam peruersissimi isti (hęretici) illam reprehensionem ad hoc obtendunt, vt suspectam faciant doctrinam superiorem, respondebo quasi pro Petro: ipsum Paulũ dixisse, factum se omnibus esse omnia, Iudæis Iudæum, non Iudæis, non Iudæum vt omnes lucrifaceret. Adeò pro temporibus, & causis, & personis quædam reprehendebãt, in quæ & ipsi æquè pro temporibus, & personis, & causis cõmittebãt, quemadmodum si & Petrus reprehenderet Paulum, quod prohibens circuncisionem, circunciderit ipse Timotheum. Viderint qui de Apostolis iudicant.

Lib. de pręscript. aduers. hæretic. c. 24.

Non quòd figuræ legis post veritatem euangelij aliquid vtilitatis afferrent, sed ne per occasionem Gentium Iudæi à fide recederent, quibus vmbra vetus paulatim tollenda erat, sicut Gentibus idololatria. Legales verò vmbræ, quia à domino institutæ interdum ab apostolis illo tempore sunt vsurpatæ pro declinanda Iudæorum perfidia: Gentilis autem institutio à sathana reperta, à sanctis nunquam est recepta.

RABAN.

RABAN. Timotheum circuncidit pro scandalo Iudæorum, ne legem Moysi videretur damnare, sed eam quasi non necessariam Gentibus non imponere. Titũ non circuncidit, ne occasionem circuncidendi acciperent Gentes ab eo. Et hoc est quod dicit: Sed propter subintroductos fratres falsos &c.

CAPVT XVI.

a Peruenit autem in Derben & Lystram. Et ec- 1
ce discipulus quidam erat ibi nomine Timo- 2
a ¶ Beneficus interpretatur.
b theus, filius mulieris viduæ fidelis, patre Gen 3
tili. Huic testimonium bonum reddebant, 4
qui in Lystris erant & Iconio fratres. Hunc 5
c voluit Paulus secum proficisci, & assumens circuncidit eum 6
a ¶ Ra. Iudæis factus sum Iudæus vt eos lucrifacerem. b ¶ Lystris & Iconio.
propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes, 7
a ¶ Et filius eius incircuncisus non traderet dogma circuncisionis, & non voluerunt circuncidi.
quòd pater eius erat Gentilis. Cum autem pertransirent ciui 8
¶ statuta.
d tates, tradebant eis custodire † dogmata, quę erãt decreta ab
e apostolis & senioribus qui erãt Ierosolymis. Et ecclesiæ qui- 9
a ¶ In his qui ante crediderant. b ¶ In his qui conuersi ad fidem baptizabantur.
dem confirmabãtur fide, & abũdabant numero quotidie.
a ¶ A qua sunt Galathæ, sic nominati à candore corporis, & interpretantur lactei.
f Transeuntes autem Phrygiam & Gãlathiæ regionem, vetati 10
a ¶ Qui præsciebat Asiæ homines non modo credituros. b ¶ Minore, quia fere omnes prædictæ ciuitates & regiones in maiore Asia sunt.
sunt à spiritu sanctõ loqui verbum in Asia. Cum venissent au
a ¶ Quæ est Europa, tunc enim de Asia transierunt in Europam. b ¶ Id est, rursus in Asiam. c ¶ In qua non erat fides ostium apertum.
g tem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit
a ¶ Saluatoris, quia non erant salutem recepturi. b ¶ In qua erat apertum fidei ostium.
eos spiritus Iesu. Cum autem pertransissent Mysiam, descen- 11
derunt Troadem, & visio per noctem Paulo ostensa est. † 12

RABAN. *Propter Iudæos*, ne ipsum persequerentur, vel Timotheum, vel ne offẽsi fide alienarẽtur.
d *Custodire dog. quæ erant.* RABAN. Non prędicabãt quod ipsi fecerant, sed quod propter voluntatem Dei apostoli decreuerant. Et est exemplum rectè docendi etiã quod nõ feceris.
RABA. In figura huius facti feminalibus induebantur sacerdotes, velut seminaturi opus non facturi.

Exod. 28. g. Eze. 44. c.

† decreta

e *Et eccle. quidẽ, &c.* RABA. Hoc est de sæpe dictis capitulis, quæ narrationibus inseruntur.
f *Vetati sunt.* BEDA. Terribilis Deus in consiliis super filios hominum. Quidam se magistrum sequi per omnia promittit, nec permittitur, alter sequi iussus, sepelire patrem prohibetur. Inuitus ac repugnans trahitur Saulus. Cornelio precibus & eleemosynis insistenti, velut remunerationis vice via salutis ostenditur. Et Deus qui nouit corda, beneficij gratia doctorem remouit ab Asia, ne sanctum detur canibus, & cor iniquum de contempta prædicatione grauius iudicetur.
g *Tentabant ire.* RABANVS. Permittuntur apostoli velle, sed non ire, vt appareat infirmitas humana, quòd diuino consilio sit subdita di. Fiat voluntas tua. Referuntur prouinciæ à quibus apostoli vetantur, vt alij prædicent in eis vt Ioannes & Philippus in minori Asia euangelizauerunt, Lucas in Bithynia, &c.

☞ *Vir Macedo.*

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XVI.

1 Peru. au. *Hic ponitur associatio Timothei, cũ dicitur.*
2 Ecce dis. *Scilicet notabilis in fide & moribus.*
3 Mulieris vi. fidelis *Id est, credentis in Christũ.*
4 Huic te. bo. red. *De fide & moribus. Ex quo patet, quòd in sanctitate erat famosus.*
5 Hunc vo. Pau. se. prof. *Ad prædicandum verbum Dei.*
6 Et assu. c. eum. pro. Iu. *Id est, ne scandalizaret eos ducendo secum hominem incircuncisum de matre Iudæa natũ. Nec ista circuncisio fuit ficta: vt dicit Hiero sed vera, vt dicit Aug. quia illo tempore nati de iudaismo & conuersi ad Christum poterant licitè legalia seruare: proles enim sequitur ventrem, & quia maior est certitudo de matre quàm de patre, & ideo quãuis pater eius esset Gentilis, reputabatur tamẽ Iudæus.*
7 Sciebant e. o. q. p. e. e. Gen. *Hoc autem dicitur, quia simpliciter erat notũ ꝙ pater non permiserat eum circuncidi. Sic igitur Paulus eum circuncidendo non malè fecit: quia per hoc ꝙ erat licitum vitauit scandalum Iudæorum. Titum qui Gentilis erat ex patre & matre non circuncidit: vt habetur Gal. 2.*
8 Cum au. *Hic resumitur prædicatio ad confirmandum credentes, & patet litera vsque ibi.*
9 Et ec. qui. c. f. *Ita ꝙ augmentabãtur fideles, & merito & numero.*
10 Transf. *Hic consequenter describitur prædicatio Pauli ad cõuersionem infidelium, & primò ostenditur in quibus regionibus prohibiti sunt prædicare, & hoc ex diuina reuelatione scilicet in Asia & Bithynia, quia pro tũc maior fructus imminebat in aliis locis prædicãdo, & patet litera.*
11 Cum au. pert. *Hic consequenter ostẽdit in quibus regionibus prædicauit Paulus: quia primò prædicauit in regno Macedoniæ: secundò in quibusdã aliis partibus Græciæ: secunda incipit ca. se. ibi.* Qui au. dedu cebãt. *Prima in duas, quia primò describitur vocatio Pauli ad Macedoniã: secundò eius prædicatio ibidem, ibi:* Eramus aut. *Circa primum dicitur.* Cum au. per. My. de. t. *Nomina sunt ciuitatũ extra Macedoniã.* Diuisio
12 Et visio &c. ostensa est. *A Deo.*

✠ Vir. Mace.

MORALITER.

✝ 1 *Peruenit, &c.* 4 *Huic te.* Ex hoc patet, ꝙ socius prædicatoris euangelici debet esse boni nominis, & idoneus in scientia & vita vt possit eũ adiuuare: propter quod in huius figura dicitur Deu. 22. b. Nõ arabis similiter in boue & asino, quia pręḋicatori in agro dominico collaboranti, non debet socius stolidus aut insufficiens assignari. 10 *Trans. au. &c. v. s. à s. l. v.* Idem dicitur consequenter de Bithynia. Verbũ enim Dei subtrahitur duplici causa. Vna est, quãdo populus est obstinatus in malo, & sic dicitur Ezech. 3. g. Et eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Et hoc significatur per Asiã, quæ interpretatur sustollens, id est, repellens Dei verbum. Alia est quando populus est sufficienter instructus, & labor prædicantis est alibi necessarius: & sic Saluator Luc. 4. g. dixit turbis eum detinere volentibus, quia *& aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei.* Et hoc significatur per Bithyniam, quæ interpretatur virtutis filia; talis autem est plebs sufficienter instructa.
† *Descenderunt Troadem, &c.*

Subtrahitur verbum Dei propter duo

✝ *Vir Macedo.*

☞ a *Vir Macedo.* Angelus illius gentis assimilatus viro Macedoni, proprietate linguæ, vel forma speciali, vel iudicio verbi.
b *Erat stans & deprecans eum.* ✠ CHRYSOST. Non dixit imperans, sed obsecrans: hoc est pro illis qui indigebant hac cura.
c *Adiuua nos.* RABAN. Hoc ex persona hominis dictum, non enim angeli humano auxilio indigent, Vel hoc dicit angelus propter illos quibus præsidet, vt baptizantur & salui fiant: Dicendo,
Adiuua nos. Ostendit. Macedones vel angelos à Deo inspirari: vel aliquos doctores cœpisse doceri.
d *Samothraciam.* Thracia, Neapolis, & Philippi ciuitates sunt.
e *Colonia.* BED. Est quæ defectu indigenarum nouis cultoribus impletur, vnde à cultu agri colonia dicta est.
f *Aliquot conferentes.* In quibusdam libris inuenitur. Conferentes verbum domini die sabbati.
g *Die autem sabbathorum egressi sumus, &c.* ✠ CHRYSOST. Vide iterum Paulum Iudaizantem, temporisque ac loci rationem habẽtem. Vbi putabatur, inquit, *oratio esse*: non enim solum vbi Synagoga erat, sed etiam foris precabantur, ita vt locum segregarent, quoniam crassiores erant Iudæi die autem Sabbathorum quando verisimile erat & turbam concursuram.

† cõsistẽtes cõmorãtes

† solebat

† purpurarũ venditrix

h *Purpuraria.*

a ¶ Angeli semper stare dicuntur. b ¶ Ex forma humana.
a Vir Macedo quidam erãt stans & deprecãns eum, dicens: 1
b ¶ Hinc patet Macedonem hominem fuisse.
c Transiens in Macedoniam adiuua nos. Vt autem visum vi- 2
a ¶ Velox obedientia per statim notatur. b ¶ Hic Lucas ostendit se fuisse comitem Pauli. 3
di, stãtim quæsiuimus prõficisci in Macedoniam, certi facti
quòd vocasset nos Deus euangelizare eis. Nauigantes autem
¶ Plenis velis.
d à Troade recto cursu venimus Samothraciã, & sequenti die
a ¶ Venientibus à mari prima occurrit.
e Neapolim, & inde Philippos, quæ est prima pars Mãcedo- 4
f niæ ciuitas colonia. Eramus autẽ in hac vrbe diebus aliquot 5 6
¶ Consiliando vel cogitando.
g † conferentes. Die autem sabbatorum egressi sumus † foras 7 8
a ¶ Id est, locus aptus locutioni prædicantium vel prædicationi orantium. 9
portam iuxta flumen, vbi † videbatur oratiõ esse, & se- 10
a Ostendit quòd orationem vocauit locutionem.
dentes loquẽbamur mulieribus quæ conuenerant. Et quæ- 11 12
a ¶ Plebis illius ciuitatis.
h dam mulier nomine Lydda † purpuraria ciuitatis Thyathirẽ 13
a ¶ Natura, vel lege audita à Iudæis. b ¶ Verum. c ¶ Ostium fidei. 14
d ¶ Diabolus corda claudit, sed Deus aperit.
i norum cõlens Deũm audiuit, cuius dominus aperũit cõr 15
intendere his quę dicebantur à Paulo. Cum autem ba- 16
a ¶ Id est, si digna sum, vt in me habitet Deus & maneat, introite & manete. 17
ptizata esset & domus eius, deprecata est dicens: Si iũ-
a ¶ In domos Gentilium non consueuerant intrare causa Iudæorum.
dicastis me fidelem domino esse, introite in dõmum meam, 81
a ¶ Mansione alicuius interualli.
k & mãnete. Et coegit nos. Factum est autem euntibus 19 20

h *Purpuraria.* BEDA. Regina induta regali purpura vel purpuræ textrix, vel purpuram vendens: significat ecclesiam, quæ purpuram vendit, dum sanguinem pro Christo fundit, vt vitã mercari possit. Purpura rectè sanguinem colore & natura designat quia de sanguine conchyliorum est confecta. Lydda apostolum cum sociis suis domum intrare coegit: quia repulsam prædicationem à Iudæis ecclesia deuoto corde suscepit.
i *Cuius Dominus aperuit cor.* ✠ CHRY. Itaque aperire, Dei est, attendere autem illius, & ita erat diuinum ac humanum. *Cum autem baptisata esset & domus eius, &c.*
✠ IDEM. Vide, & baptisatur, & accipit † apostolos cum tãta supplicatione, multo maiore quam Abraham. Et non dixit vllam aliam coniecturam, sed illud per quod seruata fuit. Non dixit, si magnam mulierem, si piam iudicaueritis me. Sed quid? *Fidelem domino.* Si domino multomagis vobis, nisi dubitetis. Et nõ dixit apud me, *sed in domum meam manete*, ita vt ostendit hoc cum magna faciendum alacritate. Reuera fidelis mulier.
k *Coegit nos.* RABAN. Hic datur exemplum vel duo exempla dantur: vnum hospites cogendi, alterum ad nuper conuersos intrandi.

† è ciuitate

☞ *Puellam*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vir Mace. *Id est, similitudo viri habentis habitum & effigiem Macedonis.*
2 Transiens &c. ad. n. *Annunciando nobis viam salutis.*
3 Vt autem &c. *Quia Paulus fuit certificatus, quòd non erat visio vana, sed à Deo immissa: & de hoc socios suos certificauit. Cætera patent vsque ibi:*
4 Et inde Phy. *Ciuitas est denominata à Philippo rege Macedonum patre Alexandri magni.*
5 Quæ est pri. *Est enim prima ciuitas occurrens exeuntibus de mari, ex illa parte qua Paulus cum suis sociis exiuit.*
6 Ciuitas colonia. *Dicitur autem colonia, quia defectu indigenarũ repletur colentibus aliis, ideo sic nominatur à cultura agri.*
7 Eramus autem. *Descripto accessu ad Macedoniam, hic consequenter describitur prædicatio facta ibidem, & primò in Philippis ciuitate: secundò in Thessalonica, quæ etiam est ciuitas Macedoniæ, vt dicit Hierony. in prologo super primam epistolam ad Thessalonicenses: secunda pars incipit se. ca. Prima in duas, quia primo ponitur Pauli prædicatio: secundò insurgens persecutio ibi: Factum est autem. Circa primum dicitur.* Eramus autem hac cur. *Scilicet Philippis.* Diuisio
8 Diebus ali. con. *Volebat enim Paulus considerare conditionem populi priusquam proponeret verbum.*
9 Die autem sabba. &c. por. iu. *Quietis ab operibus in quo magis congregatur populus.*
10 Vbi v. o. esse. *Id est, locus aptus ad orandum & prædicandum.*
11 Loqueba. mul. *Solent enim magis esse deuotæ quàm viri.*
12 Et quæ m. n. Lyd. *Exprimitur autem eius nomen ad maiorem historiæ certitudinem.*
13 Purpuraria. *Quia purpuram vendebat quæ est res preciosa, erat enim diues, vt patet in sequen.*
14 Ciuitatis. *De hac ciuitate dicitur Apo. 2. e. Et angelo Thyathiræ ecclesiæ scribe. De hac enim ciuitate erat hæc mulier oriunda, sed manebat in Philippis, quæ repleta erat aliis colonis vt dictum est.*
15 Colens Deum. *Iam enim ante conuersa fuerat de Gentilitate ad Iudaismum, in quo colitur vnus Deus.*
16 Cuius dominus. *Homo enim non potest docere nisi exterius credenda proponendo, sed Deus docet interius mentem illuminando, ideo dicit prædicatoribus. Io. 15. a. Sine me. n. p. f.*
17 Cum autem ba. es. d. *Id est, familia quæ erat magna: ideò subditur postea.*
18 Introite & ma. *Vt ibi quiescatis & reficiamini, non tantum vna die, sed pluribus hoc enim importat mansio, & sic patet eam diuitem fuisse, & etiam valde deuotam: ideo subditur.*
19 Et coegit nos. *Precibus valde efficacibus.*
20 Fact. est. *Hic consequenter describitur insurgens persecutio, cuius primò ponitur occasio cũ dicitur.* Factum &c. ado. *i. ad locũ orationis.*

✠ Puellam

MORALITER.

✝ 1 *Vir Maced.* Quæ interpretatur orientalis: & ideo significat personam vel gentem quæ cognoscere incipit fidei lumen, & desiderat amplius edoceri, propter quod Paulus, id est, prædicator euangelicus debet ad talem gentem vel personam accedere & eam docere, sicut & Petrus ad Cornelium accessit & eum instruxit, vt dictum est sup. 10. ca.
13 *Et quæ m.* Sequitur.

17 Cum

17 *Cum autem.* Per hoc enim quòd precibus suis coegit Paulum domum suam intrare, & ibi cum sociis suis necessaria ministrare, significatur quælibet persona Christiana, quæ de suis facultatibus ministrat Christi membris, & illis potissimè qui annunciant verbum salutis.
20 *Factum est, &c.* Per hoc autem, ꝙ Paulus prohibuit se & socios laudari à dæmone in illa loquente, sicut etiã Christus Mar. 1. c. dæmoni dicenti: Scio ꝙ scis sanctus Dei, silentiũ imposuit,

☞ a *Puellam quan. h.s.phy.* ✠ Crhysostomvs. Dic oro mihi, quis hic est dæmon? Deus, inquit, Phyton, à loco sic dicitur. Vides quod & Apollo dæmon est?

Raban. Phyton nomen maligni spiritus, per quem Phytonissæ hoc agunt, vt mortuos ad locutionem & diuinationem incantationem suscitent.

✠ CYRILLVS ALEXANDRINVS. Rectè igitur Paulus vitam omnium Deum esse asserit, quam in eo viuamus, & moueamur, & simus: nec significare illud voluit, ad falsam omnia suam opiniones tradentes, ac corrumpentes. Noluit inquam significare, quia quamuis simus homines, in substantia tamen patris (vt isti negantur) siti simus, sed in Deo viuimus, & mouemur, & sumus, quia ex eo sumus, & in eo conseruamur. Ideò enim viuimus, præposuit, deinde, mouemur, subiunxit, & demũ intulit sumus, vt hoc tertium in præcedentium sensu cõputaret. (Lib. 9. in Ioan. ca. 11.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Hoc dicit quasi corporali exemplo. Sicut impossibile est ignorare aërem vbique diffusum, & non longè ab vnoquoque nostrum existentem, imò etiam in nobis existentem, ita profectò & omnium opificem. Vide quomodo omnia illius dicit esse prouidentiam illius esse dicit, ac conseruationem esse ab illo, operandi vim, actum habere, & non perire, & non dixit per illum, sed quòd propius fuerit, in illo.

e *Sicut & quidam vest. Poëta.* His qui prophetas non recipiebãt, non Moysi, F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *omnium. Et licet Auerrois neget Deum habere rationem causæ efficientis, dicit eum tamen habere rationem causæ finalis, & imponit Aristoteli, hoc sensisse, hoc tamen non habetur ex dictis Aristotel. expressè, sed magis oppositum, vt dicunt alij expositores Aristotel. Plato autem dixit Deum causam efficientem mundi, & etiam ex tempore, vnde dicitur 8. Physicor. quòd solus Plato generauit tempus. Alij verò Philosophi qui ponebant mundum æternum, ponebant tantum vnam causam efficientem omnium, vt patet de Auicenna, & multis aliis, & ex hoc consequenter declarat, ꝙ Deus non concluditur aliquibus locis determinatis, di.*

1 Hic cœli & ter. cum sit dom. *Vt patet ex dictis.*

2 Non in mani. temp. ha. *Tanquam ibi contentus, sed magis continet omnia tanquam causa, dans eis esse & conseruans, & ex hoc concludit vlterius, quòd non indiget sacrificiis humanis & oblationibus, dicens.*

3 Nec manibus human. colitis. *Id est, sacrificiis humanis manibus sibi oblatis.*

4 Indigens aliquo. *Cum sit per se sufficiens, & omnia alia eo indigentia, ideò subditur.*

5 Cum ipse det om. vi. *Quantum ad spirituales creaturas, cuiusmodi sunt angeli.*

6 Et inspirationem. *Quantum ad animalia quæ viuũt per respirationem aëris ad refrigerium cordis, in quo consistit vita. Vel per aliquod supplens vicem respirationis, vt sunt pisces, & huiusmodi, & per hoc intelliguntur homines viuentes vita spirituali quantum ad animam, & corporali ad respirationem.*

7 Et omnia. *Quia quidquid boni est in creatura quãcunque, totum est à Deo Deo.*

8 Fecitque ex vno. *Scilicet ex Adam homine primo.*

9 Omne genus hominum. *Per generationis continuationem.*

10 Inhabitare super vni. fa. ter. *Quia multiplicato genere humano cœperunt inhabitari diuersæ partes terræ.*

11 Defi. sta. tem. *Nam ante diluuium vixerunt homines maiori tẽpore quàm pòst.*

12 Et term. hab. eor. *Nam in vna regione diutius viuunt quam in alia, sicut in regione Pigmæorum viuunt homines 9. annis tantum vel circiter. Potest etiam aliter exponi, quia determinauit quantum qualibet gẽs debeat in terra sua manere, & postea ab ea expelli, sicut Chananæi fuerunt expulsi de terra promissionis per filios Israël, & sic de multis aliis: vnde dicitur, Dan. 2. c. Ipse mutat tempora & ætates, transfert regna, atque constituit. Consequenter ostendit ad quid fiant ista prædicta, di.*

13 Quærere Deum. *Id est, ad hoc ista fiunt, vt homines quærant Deum per cognitionem.*

14 Attrectent eum aut inue. *Per amorem.*

15 Quamuis non longè. *Immo propè, quod ostendit consequenter, di.*

16 In ipso enim. *Sicut in causa efficiente. Nam causat in nobis viuere moueri & esse, & sic est intimior nobis quam nosipsi, quia coniungit principia intrinseca. Sciendum tamen, quòd viuere hominis est intelligere: nam homo est homo per intellectũ, propter quod dicitur 1. Metap. Animalia imaginationibus & memoriis viuunt, homo autem ratione & intellectu. Viuere etiam viuentibus est esse, & sic intelligere est esse humanum. Est etiam moueri ipsius inquantum cæteræ potentiæ mouentur per voluntatem & intellectum, & secundum hoc inducit autoritatem Poëtæ Arati, dicens.*

17 Sicut & quidam vestr. Poëtar. dix. *Scilicet Aratus & eius sequaces, cuius*

non Moysi, non Isaiæ, vel alicuius prophetarum, sed auctorum A suorum loquitur testimonium, versum Arati ponens, & de falsis eorum quibus contradicere non poterant, suam veritatem conseruat & confirmat. (Hieronym. lib. 14. comment. in Esaiam. & 1. 2. in episto. ad Gal. c. 4.)

a *Ipsius enim, &c.* De Arato Poëta hoc sumptum est testimonium, non de diuina pagina, ne noua videatur inferre.

✠ GREGOR. Genus videlicet Dei dicimur: non ex eius natura æditi, sed per spiritum illius, & voluntariè conditi, & adoptiuè recreati. Tanto ergo ad hanc nobilitatem quisque erigitur, quantò per acceptã imaginẽ ad similitudinem illius ex imitatione renouatur. (progenie) (Lib. 20. in 30. c. Iob.)

b *Genus ergo, &c. non debemus.* RABA. Homo in medio est, B habens Deum superiorem, aurum & argentum cum cæteris huiusmodi inferiora quæ non debent ei comparari.

c *Despiciens Deus.* RABANVS. Id est, ignoscens vt venialia, & tunc despiciẽs, id est, indigna iudicans sua noticia.

d *Fidem præbens omnibus.* RABAN. Resurrectionis suæ exemplo: Vel statuit iudicare, & post sic iungendum est fidem præbens omnibus quòd resurgent.

a ¶ Non natura, sed spiritu eius editi, voluntate creati, & adoptione recreati, & ideò rectissimè dictum est genus ip.s.
a Ipsius enim & † genus sumus. Genus ergo cum simus Dei, 1
b ¶ Opus Dei non debet adorare opera hominum. 2
non debemus æstimare auro aut argento aut lapidi † scul- 3
pturæ artis & cogitationis hominis diuinum esse simile. 4
¶ Præterita. ¶ Quibus ignoratus est Deus.
c Et tempora quidem huius ignorantiæ † despiciens Deus, 5
a ¶ Per apostolos. b ¶ Prudentibus. c ¶ Personæ. ¶ In omni loco. 6
¶ Nulla persona, nullus locus excipitur vel retellitur. d ¶ Ad hoc omnia dicta sunt, vt pœnitentiam quæ est in corde agant in opere.
nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam 7
a ¶ Quia Deo nihil futurum est. ¶ Dies statutus causa pœnitentiæ est. 8
b ¶ Introducit quod oderant illi qui resurrectionem mortuorum non credebant. 9
agant, eò quòd statuit diem in qua iudicaturus est orbem in 10
a ¶ Non secundum personarum acceptionem. b ¶ Homine vero, virili vel forti.
¶ Christo. Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.
d æquitate in viro, in quo statuit fidem præbens omnibus, su- 11
e scitans eum à mortuis. Cùm audissent autem resurrectionem 12 13
mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixe- 14
a ¶ Quasi id dicam, modo non credimus, nec respuimus. b ¶ Quasi excommunicans eos. 15
runt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio
a ¶ Non remanentes, ex timore.
eorum. Quidam verò viri adhærentes ei crediderunt, in qui-
a ¶ Iudex curiæ illius cui nomen Ariopagus.
bus & Dionysius Ariopagita, & mulier nomine Damaris, & 16 17
alij cum eis.

e *Cùm audissent autem resurrectionem mortuorum, &c.* ✠ TERTVLLIANVS. Talem Paulus prædicabat resurrectionem qualem & Pharisæi susceperant, & dominus ipse defenderat, & Saducæi ne talem quoque crederent, in totum esse noluerant. Sed nec Athenienses aliam intellexerant à Paulo portendi, denique irriserant, non irrisuri omninò, si animæ soliùs restitutionem ab eo audissent. Suscepissent enim vernaculæ suæ Philosophiæ frequentiorem præsumptionem. At vbi nationes præconium resurrectionis inauditæ retrò ipsa nouitate cõcussit, & digna incredulitas rei tantæ quæstionibus fidem torquere cœpit, tunc & Apostolus per totum penè instrumentum fidem huius spei corroborare curauit, & esse eam ostendens, E & nondum transactam & corporalem & quod insuper dubitabatur, non aliter corporalem. (D) (Lib. de Res. carnis. c. 39.) († arte sculpto & inuento) († cũ hactenus dissimularis)

f *Dionysius.* BEDA. Hic est Dionysius q postea episcopus Corinthiorum ordinatus benè rexit ecclesiam, ad cuius vtilitatem etiam multa reliquit volumina, cognomen à loco cui præerat accipiens. Ariopagus est Athenarum curia, nomen trahens à Marte qui Græcè Arios dicitur, pagus, villa.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quaces, cuius autoritas erat Atheniensibus nota & autentica, non sic autem sacra scriptura, propter quod non allegauit eam, & subditur autoritas, cum dicitur.*

1 Ipsius enim & genus sumus. *Id est, propinquitatem seu affinitatem ad ipsum habentes, inquantum sumus intellectualis naturæ, sicut & ipse, in qua facti sumus ad imaginem eius. Verumtamen quia ista intellectualitas non est eiusdem rationis in ipso & nobis, ideò non dicimur eius imago, sed ad imaginem eius facti. Filius autem qui est eiusdem naturæ cum patre dicitur imago eius, in quo apparet excellentia Christi* C *respectu nostri.*

2 Genus ergo, &c. *Posita deductione sua, hic infert conclusionem intentam, dicens.* Genus ergo. *Id est, intellectualis naturæ, tamen infinitis gradibus distantibus ab eius perfectione.*

3 Non debemus æstim. *Iungatur sic litera, non debemus æstimare diuinum, id est, ens diuinum.*

4 Esse simile auro & argento. *Nam ista sunt infra hominem, quia sunt irrationabilia, & etiam insensibilia, Deus autem supra hominem, vt dictum est, propter quod latria quæ est cultus Deo debitus, non est talibus idolis adhibenda.*

5 Et tempora. *Hic consequenter declarat conditionem Christi quãtum ad humanitatem, in qua inter homines apparuit, annuncians eis viam salutis primò per seipsum, postea per Apostolos & discipulos alios, & hoc est quod dicitur:* Et tempora quidem huius ignoran. *Qua cultus diuinus impenditur idolis.*

6 Despiciens Deus. *Id est, nolens vltra Deos durare.*

7 Nunc. *Id est, tempore gratiæ.*

8 Annunciat hominibus. *Per filium suum, & per credentes in eũ.*

9 Vt omnes vbique, &c. *De idololatria, & aliis peccatis.*

10 Eò quòd sta. diem in qua iud. est orb. in æqui. *Reddendo debitas pœnas pro peccatis, & præmia pro meritis.*

11 In viro, in qua sta. *Id est, per virum per quem diffiniuit iudicare seculum scilicet hominem Christum qui iudicabit in forma hominis gloriosa, sicut dictum est sup. 1. cap. Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet, scilicet ad iudicium, sicut fuit ibidem expositum, & de hoc iudicio dicitur Ioan. 5. d.* Pater non iudicat quemquam, sed omne iudiciũ dedit filio. *Et quoniam hoc iudicium erit in resurrectione generali, quam præcessit resurrectio Christi, sicut eius exemplar, & causa, ideò subditur.* F

12 Fidem præ. *Ordinetur sic litera.*

13 Suscitans eum. *Scilicet hominem Christum.*

14 A mortuis *Quam mortem sustinuit pro salute omnium, ex maxima charitate ad Genus humanum, & obedientia ad patrem Deum:* Fidem præbens omnium. *Resurrectionis futuræ, quia resurrectio Christi causa est, & exemplar resurrectionis nostræ.*

15 Cùm autem. *Postquam descripta est prædicatio Pauli: hic consequenter ponitur auditorum distinctio, & diuiditur in tres partes, quoniam aliqui resurrectionem mortuorum reputabãt impossibilem, de quibus dicitur. Quidam quidem irridebant. Alij verò volebant considerare, & isti dixerunt.* Audiemus te de hoc te. *Tertij verò crediderunt, inter quos nominantur.* (Diuisio)

16 Dionys. Ariopag. *Tanquam famosior.*

17 Et mulier no. Da. *Quæ ab aliquibus dicitur fuisse vxor eius.*

ADDITIO I.

In cap. 17. *Vbi dicitur in Postilla.* Item quia eclypsis durauit tribus horis.

Eclypsis solaris benè durat quinque tribus horis crescendo, & minuẽdo in obscuritate, licèt in mora obscuritatis valdè modico tẽpore duret.

ADDITIO II.

In eod. cap. *Vbi dicitur in Postill.* In ipso enim viuimus mouemur & sumus, &c.

In hoc dicit Apostolus: In ipso enim viuimus mouemur, & sumus, possunt intelligi tria in qua Philosophi principaliter intendebant, scilicet ens in quod principaliter aspiciunt Metaphysici qui tractant de ente inquantum ens, & de hoc dicit Apostolus: sumus. *Secundum principale, est motus, de quo tractant Physici considerantes corpus inquantum mobile, vt in libris Physicorum & huiusmodi de quo Apostolus dicit mouemur. Tertium est vita, de qua tractant in libris de anima, & de animalibus, & plantis & huiusmodi, & de hoc dicit: in ipso enim viuimus. q. d. Apostolus Philosophis Atheniensibus: Quamuis non longè sit ab vno quoque vestrũ, id est, non est, nec debet esse longè ab vnoquoque vestrum. Quod dicitur: In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus, id est, ab ipso habemus vitam, & motum & esse circa quorum trium cognitionẽ communiter laboratis.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Cap. XVIII.

A a Post hæc egr.&c. ✠ Chryso. Meritò in Corinthum à spiritu ducitur, in qua manere oportebat, Athenienses enim, quãuis noue doctrinæ amatores essent, attamẽ non attendebãt, neque enim hoc curabant, sed vt semper haberẽt noui aliquid quod fabularentur, studebant.

Eò quòd præcepisset Claudius discerere om. Beda. Hoc Iosephus 9. anno Claudij factum narrat. Suetonius dicit, quòd Claudius Iudęos Roma expulit.

Et mansit apud illos. ✠ Chrysosto. Papè, quam iusticiã inuenit vt cohabitaret? quoniam illic potissimum non oportebat accipere. Et in quo gloriantur, inueniantur sicut etiã nos. Vide quomodo lex incipit iam solui Iudæus enim cum esset rasus posteà in Cenchreis in Syriã proficiscitur cũ Paulo, neque in Hierusalem, neque in vicina ire festinat, sed valdè procul. Apud illum igitur manet, & non confunditur manere, sed manat: imò propter hoc ipsum manet, quia cõmodum diuersoriũ nactus erat, & quãuis regia magis idoneũ. Nec rideas dilectè. Sic enim palestra pugili magis vtilis quã molles lecti, & militi ferreus gladius magis quã aureus probatur. D

b *Scenofactoriæ artis.* Beda. Quasi exules & peregrini teroi a sibi quibus in via vtantur ædificant.

Beda. Scenæ vel scenomata obumbracula, quæ sagis vel arborum frondibus, vel virgultis veteres componebant.

† Paulus

† interponẽs nomen domini Iesu

† coartabatur spiritu

† posthac

CAPVT XVIII.

¶ Paulus.

Post hæc* egressus ab Athenis, venit Corin- 1
thum, & inueniens quendam Iudæum nomi- 2
ne Aquilam Ponticum genere, qui nuper ve- 3
nerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, eò 4
quòd præcepisset Claudius discedere omnes
Iudæos à Roma, accessit ad eos, & quia eiusdem erat artis ma 5
nebat apud eos & operabatur. Erant autem † scenofacto- †
a ¶ Faciendo tabernacula vel funes, quia scenos Græcè, Latinè funis. ¶ Scenæ tabernacula dicuntur quæ obumbrant. †
riæ artis. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, in- 6
terponens nomen domini Iesu, suadebátque Iudęis & Græ-
cis. Cùm venissent autem de Macedonia Sylas & Timotheus, 7
¶ Euangelij. a ¶ Deum esse, vel Iesum hominem, illum esse Christum, id est, Deum.
† instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Iesum Chri- 8
u ¶ Christum non esse.
stum. Contradicentibus autem eis & blasphemantibus, ex- 9
a ¶ Euangelij complet præceptum, excutite puluerem, &c. b ¶ Reatus vestræ mortis cadat.
cutiens vestimenta sua, dixit ad eos. Sanguis vester super ca- 10
a ¶ Animam. b ¶ Ad designandam mundiciam ab hoc sanguine excussit vestimenta. 11
put vestrum: Mundus ego † ex hoc ad Gentes vadam. Et mi- 12
¶ Gentilis.
grans inde, intrauit in domum cuiusdam nomine Titi Iusti 13
a ¶ Hoc non frustrà dicitur, ideò Deum colebat quia de proximo legem audiebat.
colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synagogæ. Cri- 14
a Hic est quem à se baptizatum Paulus a t. Neminem baptizaui nisi Crispum & Gaium. 15
b ¶ Princeps illius synagogæ cui domus coniuncta erat.
spus autem archisynagogus credidit domino cum omni do-
mo sua, & multi Corinthiorum audientes credebant & ba-

Mystice. Sicut Petrus à fluctibus seculi per retia fidei extraxit, sic paulus vmbracula protectionis erigendo ab vmbra criminis ardore tentationis, & à ventis insidiarũ verbo & opere defendit.

c *Sãguis ve.* Raba. Annunciaui vobis iniquitatem vestram. Si iniquo non annũciaueritis iniquitatẽ suam, sanguinẽ eius de manu tua requirã.

† ars illorũ texere tabernacula. Ephes. 3. e.

✠ Chrysost. Hoc facit, vt non solo verbo terreat, & vehementiùs differit, vt potè multis persuasis. E

d *Titi iusti.* Beda. Aut proprium nomẽ viro fuit. Aut meritò iusticiæ sic cognominatus est. Nõ fuit hic Titus discipulus Pauli qui ipse epistolam scripsit, & Cretæ episcopum ordinat: cum quo & Barnabas ascendens Ierosolymam, cõtulit euangelium cum apostolis, inquirens in consilio eorum an rectè prædicaret per baptisma

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XVIII.

✠ 1 Post hæc egressus ab Ath. *Hic consequenter describitur prædicatio Pauli in Corintho, & diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc prædicatio, secundò aduersariorũ insurrectio, ibi:* Gallione autẽ. *Prima adhuc in duas: quia primò ponitur quoddam prædicationi præuium: scilicet eius aduentus ad Corinthum, cùm dicit.* 2 Venit Co. *Quæ est ciuitas in prouincia Achaiæ vt patet infrà eo. cap.* 3 Et inuen. &c. Aq. *Qui tamen in Christum credebat, cum Priscilla vxore sua, vt manifestè patet in seq.* 4 Eò q̃ præ. Clau. dis. o. Iu. à Ro. *Huius autem imperialis præcepti causa non exprimitur. Sed in scholastica historia dicitur, q̃ hæc fuit causa: quia Iudæi habitantes Romæ familiaritatem contraxerant cũ Agripina eius vxore, & faciebant eam Iudaizare.* 5 Acces. ad eos. *Tũ quia erant Catholici, tũ quia erant eiusdem artis scenofactoriæ, à scena, quod est tabernaculum siue tentorium. Operabatur enim Paulus in hac arte pro victo suo habendo, ne grauaret eos quibus prædicabat, sumptus ab eis accipiẽdo, & vt per hoc repellerẽtur Pseudoapostoli propter quæstum prædicantes.* 6 Et disp. in synag. per om. sab. *Hic ponitur Pauli prædicatio, cũ dicitur:* Et disp. in syn. per om. sab. *Aliis autem diebus intendebat operi manuali.* 7 Cùm veniss. au. &c. inst. ver. *Prædicationis. Quod autẽ subditur in aliquibus libris Euãgelij non est in libris correctis, sed subintelligitur. Antè aduẽtũ autẽ Sylæ & Timo. h prædicabat Paulus, tamẽ in diebus sabbatorum, sed post eorũ aduentũ cœpit prædicare frequẽtiùs.* 8 Testifi. Iud. Iesum esse Christ. *In lege & prophetis promissum, & hoc per testimonia legis & prophetarum.* F
9 Contradic. autem & blasp. *Ipsum Iesum.*
10 Excutiens vest. sua. *In signum q̃ fecerat debitum suum de annunciando eis verbum veritatis.*
11 Sanguis vester super caput vestrum. *Id est, pœna debita veniet super vos ex rebellione vestra.*
12 Et migrans inde. *Non transiens ad aliam ciuitatem, vt patet ex sequentibus, sed ad alium locum eiusdem ciuitatis, ideò subditur.*
13 Intrauit in domum cuiusdam nomine Titi. *Prius autẽ manebat in domo Aquilæ & Priscillæ.*
14 Cuius domus erat coniũcta synagogæ. *Per hoc enim Paulus poterat facere maiorem fructum in prædicatione, eò quòd populus conueniebat illic, ideò subditur.*
15 Crispus autem. *Iste est quem baptizauit Paulus, sicut scribit 1. Corinth. 1. Cætera patent vsque ibi.*

✠ Sedit autem

MORALITER.

✠ 1 *Post hæc egressus, &c. ve. Co.* Vbi inuenit Aquilam & eius vxorem Priscillam, qui erant Christiani, vt patet ex sequentibus in hoc capitulo.

† *Et quia eius. e. ar. &c. & opera.* Licet autẽ posset accipere sumptus ab illis quibus prædicabat, tamen operabatur manibus ne grauarentur. Vnde dicit 2. Thessal. 3. b. *Memores enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis noctè ac die operantes, ne aliquem vestrum grauaremus.* Et inf. 20. g. dicit: *Argentum autem & aurum aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ.* In hoc autẽ Paulus apostolus dedit exemplum episcopis qui sunt successores apostolorum, ne grauent in expensis abbatias & prioratus, quando visitant suas dioceses, & similiter archidiaconibus, & quibuscunque aliis visitantibus suos subditos. Item operabatur in faciendis tabernaculis, sicut dicitur in textu.

† *Erant autem scenof. &c. artis.* Tabernacula verò sunt domus portatiles ad protegendum habitantes in eis ab ardore solis, & pluuiis & à ventis. Per quæ moraliter significatur doctrina Pauli per quàm protegimur ab ardore cupiditatis, & à pluuiis carnalitatis, & à ventis superbiæ & vanitatis, sicut patet suas epistolas intuenti.

9 *Contradicentibus.* Segregauit se, & suos ab illis propter eorum obstinationem, & iunxit illis in quibus poterat proficere per doctrinam & ibi diu mansit secundùm diuinam monitionem, vt in textu patet: Et hoc faciens dedit exemplum aliis prędicatoribus in simili casu similiter faciendi.

✠ Gallion

baptisma fidei Gentes sine circuncisione saluari, non quia ipse A de hoc dubitaret, sed vt mentes dubitantium apostolorum authoritate confirmaret.

a *Dixit autem dominus Paulo noctè per visionem: Nolite timere, sed loquere, & ne taceas.* ✠ Chrysostomvs. Ea propter multò tempore manet illic. Nam persuasit quidem illi & multitudo, & familiaritas Christi amplior. Maius enim periculum fuit posteà etiam pluribus credẽtibus & Synagogę principe. *Ne timeas,* inquit. Hoc ad excitandum sufficiebat, quia redargutus est timens vel non redargutus, sed cõfortatur, quasi nihil passurus. Non enim semper illos B affligi sinit, ne infirmiores fiant. Nihil enim ita contristabat Paulum, atque increduli quasi contradicentes. Hoc etiam periculis eis grauiùs fuit. *Et ne sileas,* inquit, *eò quòd mihi populus multus est in hac ciuitate. Fortassis etiam propter hoc illi apparet Christus.*

b *Incipiente autem Paulo.* Rabanvs. Implendo illud: Ne taceas, propter quod ego sum tecum. Et ex hoc apparet. Deũ cum eo fecisse, di.

c *De verbo.* Q. d. de verbo declarato nũc & narrato, id est, e- C uangelio: *& nomini.* Iesu & Dei vel Dei patris. In Græco: apprehendentes omnes Græci Sosthenem.

† adorietur te

† iniuria aliqua

† meritò

† abiegit

† deinde commotus fuisset

a ptizabantur. Dixit autem dominus noctè per visionem Pau-
a ¶ Proximam ostendit tentationem. b ¶ Euangelium. c ¶ Veritatem propter timorem.
lo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas. Propter quod ego
a ¶ Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.
sum tecum, & nemo † apponetur tibi vt † noceat te, quoniã
populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi an- 1
num & sex menses docens apud eos verbum Dei. Gallione 2
a ¶ Regionis, in qua est Corinthus.
autem preconsule Achaiæ insurrexerunt vno animo Iudæi
a ¶ Vbi Proconsul sedebat.
in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal dicentes: Quia 3
a ¶ Alterum Iesum, vel Deum Iudæorum, sed aliter cœli præcipit, id est, quasi patrem.
b contra legem hic persuadet hominibus colere Deum. Inci- 4
a ¶ Iuxtà illud, ne taceas, propter quod ego sum tecum.
piente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Si 5
a ¶ Scelus manifestum etiam Gentibus, & magnum. b ¶ Ad Iudæos enim loquitur. 6
quidem esset † iniquum aliquid, aut facinus pessimum ô viri 7
a ¶ Iudex inter vos essem.
c Iudæi, † rectè vos sustinerem. Si verò quęstiones sunt de ver- 8
a ¶ Non nostræ, nec nobis notæ. b ¶ Iudicetis. 9
bo & nominibus legis vestræ, vosipsi videritis: Iudex ego ho- †
a ¶ In Christum credentes.
d rum nolo esse. Et † minauit eos à tribunali. Apprehendentes 10
a ¶ Infidelem. b ¶ Iudæis cum ignominia expulsis à tribunali Gentiles principem eorum maiore contumelia verberantes afficiebant. 11
autem omnes Sosthenem principem synagogæ percutiebãt
a ¶ Cura pro abblatiuo, vel curæ pro datiuo.
eum ante tribunal, & nihil eorum Gallioni curæ erat. Paulus 12
a ¶ Persecutionem maiorem, vel moram. b ¶ Annum & sex menses. c ¶ Christianis. d ¶ Benefaciens.
verò cum † adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefa- 13
a ¶ Rediit de Europa in Asiam sed breuiter anticipat. Vnde, Non est masculus vel fœmina. b ¶ Fides mutauit ordinem.
e ciens nauigauit in Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, qui 14
f sibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum. 15
¶ Eundo. a ¶ Priscillam & Aquilam. b ¶ In Epheso.
Deueníatque Ephesum, & illos ibi reliquit: ipse verò ingressus 16
17

d *Apprehendentes autem omnes Sosthenem, &c.* ✠ Chysosto. D O confusionem qua cõfusi sunt! Et nihil horum, inquit Gallioni curæ erat, quamuis hoc totum in ipsius contumeliam fuerit sed quasi inde potestate accepta percutiunt, ipsi facientes indiscreti furoris per confusionem opus. Et quare ille non repercussit? quum & ipse potestatem habuerit, sed docebantur modestè & patienter viuere, & non referire vt & Iudex discat quis sit mansuetior. Nõ parum hoc profuit præsentibus. Docuit enim horum æquitas, & illorum temeritas, quòd talia iudiciariam sententiam postulant. At hi omnia citrà ordinẽ faciunt.

† affligat

e *Qui sibi totonder.* ✠ Chrysosto. E Vide quomodo lex soluta est, vide quomodo conscientia detinebatur: Iudaicum erat capita radi ex voto, verumtamẽ oportebat etiam sacrificium fieri, quod non est factum post verberatum Sosthenem.

Rabanvs. Paulus vel Aquila. Vt multi putant, Paulus vel timore Iudæorũ, vel auiditate conuertendi eos. Ambiguè dictum est, sed secundum Hieronym. de Paulo est intelligẽdum.

f *Cenchris.* Beda. Portus est Corinthi, F vbi nauem ascensurus caput ex voto totondit iuxta legem, qui se Deo vouerant comam nu-

Num. 6. a.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sedit autem ibi. *Id est, mansit, sicut dicitur Deuteron. 1. g. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore, id est, mansistis.*
2 Gallione autem. *Hic consequenter describitur aduersariorum insurrectio contra Paulum, & patet litera vsque ibi.*
3 Dicentes: Quia contra legem hic persuadet. *Scilicet contra legem Moysi docet, quia lex Moysi docet colere Deum per ceremonias legis quas Paulus debere cessare dicebat, vt patet in epistolis suis in pluribus locis.*
4 Incipiens au. Pau. ape. os. *Ad respondendum.*
5 Dixit Gal. ad Iud. *Respondens pro Paulo.*
6 Si quidem esset ini. ali. *Inferendo nocumentum alteri in rebus suis furto, rapina vel aliquo huiusmodi.*
7 Aut fa. pes. *Nocendo alteri in persona propria, vel sibi coniuncta, vtpotè in vxore, vel prole, quod est peius quàm ferre nocumentum in rebus.*
8 Rectè vos sustin. *Audiendo quærimoniam vestram, & faciendo iusticiam.*
9 Si verò quæst. *Erat enim Gentilis, & ideò non curabat, nec ad eũ pertinebat discutere quæstiones Iudaicæ legis.*
10 Et minauit eos, &c. *Tanquam detinentes tempus in friuolis.*
11 Apprehend. au. om. *Scilicet ministri proconsulis qui tales repulsos à iudice solent percutiendo expellere.*
12 Paulus verò. *Hic consequenter describitur Pauli in Epheso prædicatio, & hoc dupliciter, primò in suo aduentu, secundò in suo reditu cap. seq. Prima in duas scilicet in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi:* Videns autem. *Circa primum dicitur,* Paulus verò cum adhuc sustinuisset. *Id est, expectasset dies multos in Corintho.* Diuisio
13 Fratribus valef. nauig. in Syr. *Id est, versus Syriam, quia tunc venit Ephesum vt patet ex sequentibus, quæ non est in Syria, sed in Asia.*
14 Qui sibi toton. in Cench. *Qui est portus Corinthiorum.*
15 Caput. *Secundum ritum Nazarenorum completo tempore voti sui. Hoc enim fecit Paulus qui erat natione Iudæus ad euitandum Iudæorum scandalum, vt dictum est supr. 16. cap. de circuncisione Timothei ideò verò voluit spiritussanctus, vt in primitiua ecclesia non statim inhiberetur his qui ex Iudæis conuerteabntur obseruatio legaliũ, sicut inhibebatur his qui ex Gentilibus conuertebantur Gentilitatis ritus, vt inter hos ritus differentia ostenderetur. Nam Gentilitatis ritus reputabatur tanquam omninò illicitus, & semper à Deo prohibitus. Ritus autem legis cessabat, tanquam impletus per Christi passionem vtpotè à Deo in figuram Christi institutus, quæ cessat adueniente veritate. Sed non statim omninò cessare debuit, ne ab aliquibus crederetur semper fuisse illicitus, sicut Gentilitatis ritus: propter quod conuersis de Iudaismo licebat legalia obseruare tempore medio inter passionem Christi, & publicationem euangelij, sic tamen quòd non ponerent fidem credentes, quòd sine tali obseruatione fides Christi non sufficeret ad salutem.*
16 Deueníatque Ephesum: & illos ibi reliquit *Scilicet Aquilam & Priscillam.*
17 Ipse verò ingressus synagogam disputabat. *Ostendens per scripturas in Iesu Nazareno promissiones patrum esse completas.*

✠ Rogantibus

MORALITER.

✠ 2 *Gallione autem procon. Achaiæ.* Sequitur.

† *Iudex ego.* In hoc dedit exemplum aliis iudicibus, vt non intromittant se de impertinentibus ad ipsos.

14 *Qui sibi toton. &c.* Moraliter autem tondere, & superflua deponere, & hoc prædicatoribus euangelij necesse est.

✠ Iudæus autem

A comã nutriebant, dũ Nazaræi fieri volebant, & pòst eam tõdẽtes igni tradebãt. Hoc ergo fecit Paulus: non oblitus quid de abolitione legis cum aliis apostolis statuerant Ierosolymis, sed ne scandalizaret credentes ex Iudæis, simulauit se Iudæum, vt Iudæos lucrifaceret. Quidã codices habent: totunderunt caput Priscilla & Aquila, sed Aug. & Hieronym. singulari numero de paulo interpretãtur.

*Oportet omnino me festũ quod instat, agere in Ierusalem, sed

B Hieronym. sic ponit: *Nauigabat Syriam & cum eo Priscilla & Aquila, & totondit caput in Cenchris, votum enim habebat.*

† liberè loqui

a *Cæsaream.* RAB. Cæsarea metropolis est Cappadociæ. Nõdum in Syriam Phœnicis venerat.

b *Sciens tantum baptisma Ioannis, &c.* CHRYSOSTO. Si ad baptisma Ioannis solùm crediderat hic, quomodo spiritu feruebat? Nõdum enim datus erat sic spiritus.

*per gratiã

synagogam disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, 1
vt ampliori tempore maneret*, non consensit: sed valefaciens 2
a ¶ Secundum illud, Si Deus voluerit, etsi diximus, &c. 3
& dicens, *iterum reuertar ad vos Deo volente: profectus 4
a ¶ Cappadociæ, vel Palæstinæ. ¶ A Cæsare Augusto sic vocatam. b ¶ Pro loco, vel merito. ¶ Fideles.
a est ab Epheso. Et descendens Cæsaream ascendit, & salutauit 5
¶ Syriæ. ¶ Vt ante solitus erat.
ecclesiam, & descendit Antiochiam. Et facto ibi aliquanto
tempore, profectus est perambulans ex ordine Galathiam
a ¶ Quia prius crediderant. b ¶ Suos vel christianos. c ¶ Supra dictum erat, deuenit Ephesum, & illos ibi reliquit.
regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Iu- 6
a ¶ De Alexandria natus. 7
dæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, 8
¶ Veteribus. 9
vir eloquens, deuenit Ephesum potens in scripturis. Hic erat 10
a ¶ Fidem Christi. b ¶ Suo vel sancto. c ¶ Prædicabat Iesum. 11
edoctus viam domini, & feruens spiritu loquebatur & doce- †
a ¶ Quod solùm in aqua sine spiritu erat.
b bat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantum baptisma Ioã- 12
a ¶ Cum fiducia Iudæis prædicare. ¶ Prædicantem.
nis: Hic ergo cœpit † fiducialiter agere in synagoga. Quem
a ¶ Ad hospitium, vel priuatum colloquium.
cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & dili-
a ¶ Dicentes spiritum esse necessarium.
gentiùs exposuerunt ei viam domini. Cum autem vellet ire
a ¶ Ad Corinthios. b ¶ Priscilla & Aquila, & cæteri fideles. ¶ Qui erant Corinthi. c ¶ Ne timerent quasi Iudæum.
Achaiam, exhortati fratres scripserunt discipulis, vt suscipe-
a ¶ Consolationem. Ego plantaui Apollo rigauit, Deus incrementum dedit. b ¶ Prius Paulo prædicauit.
rent eum. Qui cum venissent, contulit multum his qui cre- 13
a ¶ Sic consolabatur, quia vincendo Iudæos consolabatur Christianos. 14
diderunt. *Vehementer enim Iudæos reuincebat, publicè
ostendens per scripturas esse Christum Iesum.

spiritus. Si autem qui D post illum opus habuerunt baptismate Christi multomagis ille. Quid igitur dicẽdum: neque enim vtrumque simpliciter ponit scriptor. Mihi videtur ille esse vnus ex centũ viginti qui cum apostolis baptizati. Vel si non est hoc, factum est idem cum hoc, quod & cum Cornelio, sed non baptizatur, antequam diligentiùs ei exposuerunt. Hoc autem esse mihi verũ videtur, quia & baptizari illum oportebat, quoniam E duodecim alij nihil perfectum sciuerũt neque ea quæ de Iesu. Meritò autem & ille baptizabatur. Verumtamẽ si illi post baptisma Ioannis iterum baptizabãtur oportebat etiam discipulos hoc facere.

*apud se

Contulit mul. Alia translatio, profuit multum credẽtibus per gratiam, hoc est quod Apostolus scribit: *Ego plantaui, Apollo rigauit, &c.*

1. Cor. 3. b.

CAP.

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Rogantibus autem eis, vt ampliori tempore maneret. *Ad pleniorem informationem.*
2 Non consensit. *Volens alibi proficisci, vbi nondum prædicatum erat euangelium, ordinauit tamen ibi ministros ecclesiæ ad fidelium instructionem.*
3 Sed valefaciens, & dicens. *Ad sui excusationem, & eorum consolationem.*
4 Iterum reuertar ad vos. *Quod etiam fecit, vt patet ca. seq. Quod autem in aliquibus libris interponitur.* Oportet me diem solemnẽ aduenientem facere Ierosolymis, *non est de textu, nec est in libris correctis, quia nec tunc Paulus iuit in Ierusalem, sed postea per magnũ tempus.*
5 Et descendens Cæsaream. *Quæ est metropolis Cappadociæ, vt dicit glo. Alia autem est Cæsarea Philippi in prouincia Phœnicis, & iterum alia in Palæstina de quibus habitum est supra. Cætera patent vsque ibi.*
6 Confirmans omnes discipulos. *Id est, Christianos in fide Christi.* F
7 Iudæus autem. *Hæc est pars incidentalis, in qua occasione prædicationis Pauli de qua sanctus Lucas loquutus fuerat, facit mentionem de prædicatione quam Apollo fecit ibidem, dicens.* Iudæus autem qui. *nomine.*
8 Apollo nomine. *Exprimitur eius nomen, quia erat famosus.*
9 Alexandrinus genere. *Id est, in Alexandria natus per dispersionẽ Iudæorum quam fecerat Antiochus.*
10 Potens in scri. *Legis & prophetarum.*
11 Hic erat edoctus vi. *Id est, Euangelium Christi, imperfectè tamen, ideò subditur.*
12 Sciens tantum. *Sed Aquila, & Priscilla qui remanserant Ephesi hanc imperfectionem suppleuerunt. Ex quo patet quod dictum est sup. in prin. cap. eos esse Christianos.*
13 Qui cum venisset. *Scilicet in Achaiam in qua est Corinthus.*
14 Contulit. *Prius per prædicationem Pauli, propter quod Paulus 1. Corinth. 2. b. dicit:* Ego plantaui, Apollo rigauit.

NICOL

MORALITER.

7 *Iudæus autem quidam Apol.* Qui interpretatur mirabilis, ideò significat prædicatorem, qui debet esse mirabilis in bona vita, & etiam in doctrina sana, ideò subditur.
10 *Potens in scri.* Id est, deuotus ideò subditur.
† *Et feruens, &c. Quem cum audissent Priscilla & Aquila.* Per hoc autem, quòd vir tantæ excellentiæ doctrinam simplicium personarum suscepit humiliter, & deuotè, arguuntur illi qui ex sua præsumptione dedignantur ab aliis discere veritatem.

MORAL

CAP. XXI.

A *Actum est.* sequitur.
b *Si spiritum sanctũ accepistis.* CHRYSOSTOMVS. Sciebant enim quod non habebant, & vult illos fateri, vt agnoscant quid ipsis desit, & petant.
c *Sed neque si spiritussanctus est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus Ioannes baptizauit &c.*

Lib. de baptism. c. 10.

TERTVLLIANVS. Adeò postea in Actis Apostolorũ inuenimus, quoniã qui Ioannis baptismum habebant, non accepissent spiritum sanctum, quem ne auditu quidem nouerant: ergo non erat cœleste quod cœlestia nõ exhibebat, quum ipsum quod cœleste in Ioanne fuerat spiritus Prophetiæ, post totius spiritus in dominum trãslationem vsque adeò defecerit, vt quẽ prædicauerat, quem aduenientem designauerat, postmodũ an ipse esset miserit sciscitatũm. Agebatur itaque baptismus Pœnitentiæ, quasi cãdidatus remissionis, & sanctificationis, in Christo subsecuturæ. Nam quòd prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem delictorum, in futuram remissionem enuntiatum est. Siquidem pœnitentia antecedit, remissio subsequitur, & hoc est viam præparare: qui autem præparat, non idem ipse perficit, sed alij perficiendum procurat. Ipse profitetur sua non esse cœlestia, sed Christi, dicendo. Qui de terra est, de terra loquitur, qui de supernis venit, super omnes est. Item sola se pœnitentia tingere, venturum mox qui tingueret, in spiritu & igni. Scilicet quia vera & stabilis aquæ fides, quæ tingitur in salutem, simulata autem & infirma igni tingitur in Iudicium.

† postea-quam credidistis

Matt. 3. c.

† De cõse. dist. 4. c. à quodam.

B

d *Iohannes baptizauit.* Be. Non peccata remisit, sed pœnitẽtiam docuit. Nam sicut circũcisio in patriarchis signaculum fidei quam habebant fuit, ita & hoc lauacrum populus pœnitens, quasi signaculum suæ deuotionis accepit: quod Christi baptisma, in quo fit remissio figurabat.

RABA. Non est baptisma quod non datur in nomine trinitatis. Baptizati à Iuda non rebaptizantur, quia in fide trinitatis. sed baptizati à Iohanne, quia Iohannes in aqua tantum, Christus in spiritusancto baptizat. Cum ergo bonus vel malus minister baptizat, si plena est trinitatis fides, dominus baptizat. In aqua vero sola à Iohanne baptizati, à Paulo sunt baptizati.

Quæstio. BEDA Quæstio est si ille qui per ignorantiam forte à non baptizato, sed tamen rectæ fidei baptizatus est debeat rebaptizari? Quam hoc capitulo expositam reor. Quid enim differt, an tunc ante initium baptismi Christi, an nunc à quopiam sine susceptio-
C ne eiusdem quisquam baptizaretur? cum quo Iohannes in fide & nomine

Christi venturi baptizauit, iterum baptizandos prædicauit, dicens Ego baptizo in aqua, ille baptizabit in spiritusancto. D
e *Et cum imposuisset Paulus illis manus &c.* CHRYSOSTOMVS Ab ipso baptismate prophetãt, Hoc autem Ioannis baptismus nõ habebat, Ideo & imperfectus erat, vt autẽ talibus digni fierent, prius illos præparauit, atque hoc volebat Ioãnes baptisans, vt crederent in eũ qui post se venturus erat. Hinc ostenditur dogma magnũ quòd perfectè purgantur à peccatis, qui baptisantur. Nisi enim purgarẽtur, nõ accepissent illi spiritum, non tam statim E consequuti essent charismata. Et vide quod duplex donum fuerit, & linguæ, & prophetiæ, Bene autem dixit: baptismata pœnitentiæ, quod Ioannis est, & non remissionis adducẽs illos & suadens, quod absque ea sit illud.

HIERON. Sacerdotes quoque qui dant baptismũ, & ad Eucharistiam domini imprecantur aduentũ, faciunt oleum chrismatis: Manus imponunt: cathecumenos erudiunt: Leuitas & alios cõstituunt sacerdotes: nõ tã indignantur nobis, hæc exponentibus, & prophetis vaticinantibus, quàm dominum deprecentur, & studiose agant, ne de sacerdotibus, qui violant sancta domini, esse mereantur. F

commu. in Sophõ. c. 3.

GREGO. Monophisitas verò & alios ex sola vera confessione Ecclesia recipit, quia sanctum baptisma quod sunt apud hæreticos consequuti, tunc in eis vires emundationis recipit, cum vel illis per impositionem manus spiritum sanctum acceperint, vel isti propter professionem veræ fidei Sanctæ & vniuersalis ecclesiæ visceribus fuerint vniti.

f *Erant ante omnes.* RAB. Iudicia Dei abyssus multa. Ecce Asia apostolorum visitatione indigna, nunc apostolico numero sacrata, & prophetiæ munere est sublimata. Et notandum, quòd spiritussanctus hic in duodecim discipulos, & suprà in c. xx. (qui numerus perficit duodenario decies ducto) aduentus sui signa monstrauit illud in Ierusalem, hoc in Epheso, quæ est ciuitas Græcorum. In quo ostenditur illos tantum siue de Iudæis siue de Gentibus spiritum replere qui sunt in catholica vnitate.

Ioan. 1. ca. psal. 35. b.

infrà 2. 4. f.

g *Introgressus autem &c* CHRYSOSTOMVS. Vide vbique vt seipsum in Synagogas intrudit, & sic egreditur. Semper enim, ab illis volebat occasionem sumere, vt dixit Nam & gentes extimulabat iam, & alacriter suscipiebant ipsum. Iudæi autem suscipientibus fidem gentibus, pœnitudine ducebantur. Volebat discipulos illius abstrahere, & inde facere initium, magis quàm congregentur illic. Et non simpliciter hoc faciebat, Propter hoc disserebat illis continuò, quia persuadebat. Ne igitur quoniam libertatem dicendi audisti, asperitatem putes. De vtilibus rebus disputat, de regno. Quis non audisset?

Quotidie

CAP. XIX.

a ¶ Dictum est Apollo: venit Ephesum illuc etiam Paulus redit vbi Priscillam reliquit.
Actum est autem cum Apollo esset 1
Corinthi, vt Paulus peragratis supe-
rioribus partibus veniret Ephesum,
a ¶ Baptizatos forsitan ab Apollo, vel Iohanne, secundum Aug.
& inueniret quosdam de discipulis.
a ¶ Si post baptisma manus impositionem qua spiritus datur accepistis?
b Dixitque ad eos. Si spiritumsanctum 2
c accepistis † credentes. At illi dixerunt ad eum: Sed neque 3
¶ Baptismate, scilicet pœnitentiæ vel indulgentiæ.
si spiritussanctus est audiuimus. Ille vero ait: In quo ergo ba 4
¶ Pœnitentiæ, scilicet.
ptizati estis? Qui dixerunt: In Iohannis baptismate. Dixit
d autem Paulus: Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ 5
populum, dicens, † in eum qui venturus esset post ipsum, 6
¶ Baptizando. a ¶ Quasi dicatur, credere in spiritumsanctum non est Iohanni contrarium, ratione cuius ipse præcursor fuit. b ¶ Dicentem: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussancti. c ¶ Non rebaptizati quod audierant Iohanni congruere.
vt crederent, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in 7
¶ Consummationis.
e nomine domini Iesu. † Et cum imposuisset illis manus Pau
a ¶ Signum consuetum spiritussancti suscepti.
lus, venit spiritussanctus super eos, & loquebatur linguis, &
f a ¶ Docendo vel futura prædicando.
g prophetabãt. Erãt autẽ oẽs viri fere duodecim. Introgressus 8

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIX.

Diuisio. Actum est. *Hic consequenter describitur prædicatio Pauli apud Ephesum in suo reditu. Circa quam primò ponitur prædicatio hæc. secundò quorundam præsumptionis repressio ibi:* Tentauerunt autẽ. *prima in duas: quia primò describitur doctrina Pauli quantum ad veritatem baptismi. secundò quantum ad prædicationem euangelij, ibi:* Introgressus ante. *Prima patet vsque ibi:*
2 Si spiritum sanctum accepistis. *scilicet in signo sensibili, quia tunc sic dabatur baptizatis per impositionem manuum apostolorum.*
3 Sed neque. *Hoc modo datus vel dandus.*
4 Audiuimus. *licet audiuissent quod Deus esset trinus & vnus. cætera patent vsque ibi:*
5 Iohannes baptizauit. *Erat enim baptismus Iohannis quædam protestatio faciendi pœnitentiam & disponendi se ad baptismum Christi, in quo datur gratia iustificans.*
6 Dicens in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent &c, *Hoc enim prædicabat Iohannes, vt patet Matthæi. iij. & Iohan. 3.*
7 His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu. *In hac enim forma dabatur baptismum in primitiua ecclesia. rationibus dictis supra. ij. ca. Cætera patent.*
8 Introgressus autem synagogam. *Hic consequenter ponitur doctrina Pauli quantum ad publicationem euangelij, cum dicitur:*

MORALITER.

1 *Factum autem.* Sequitur: 2 *Dixit &c.* scilicet Paulus.
3 *Si spiritumsanctum accepistis credentes, &c.* Per hoc ostenditur, quòd bonus prælatus & curatus debet esse solicitus circa neophy-

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Quotidie diſputans in ſcho.* Beda. Ab hora quinta vſque ad horam nonam & decimam: ſicut traditur à quibuſdam: quia horas operi quinque, alias quinque doctrinæ, duas dabat cibo & orationi. quod nulla tamen autoritate firmatur.
b *In ſchola tyran* Rab. Pro dignitate. Vel proprium nomen, & interpretatur continẽs eos vel confirmans.
† libere c *Per biennium.* Be. Hoc tẽpore Paulus in Epheſo ſcripſit primã epiſtolam ad Cor.
d *Virtutes non quaſlibet &c.* Chryſost. Non ferentes tangebant ſolũm, ſed & accipientes apponebant. Idcirco Chriſtus non permittit illum abire in Aſiam, obſeruãs, vt equidem opinor tempus hoc.
Libr. 4. de fide ortho. c. 11. Damas. Chriſtus dominus ſanctorum reliquias, velut ſalutiferas fontes præbuit, ex quibus plurima ad nos beneficia manãt, ſuauiſſimumque vnguentum profluit. Nec verò quiſquam huic ſermoni fidem detrahat. Nam (Exod. 17. Iud. 15.) ſi aqua in deſerto ex ſolida & aſpera rupe, atque ex aſini maxilla ad ſedandam Sampſonis ſitim Deo ita volente proſilijt, eritne, cur cuiquam incredibile videatur ex martyrum reliquiis ſuaue vnguẽtum ſcaturire? Minimè certe, iis quidem quibus Dei potentia, honórque, quo ſanctos ſuos afficit, perſpectus, & exploratus eſt. Atque illud quidem veteri lege comparatũ erat, vt quiſquis mortuum contigiſſet immundus cenſeretur. (Numer. 19) Verùm hi in mortuorum numero minimè habendi ſunt: Ex quo enim ipſamet vita, ac vitæ author inter mortuos aſcriptus eſt, eos qui in ſpe reſurrectionis, fidéque erga eum, diem extremam clauſerunt, mortuos haudquaquàm appellamus. Qui enim mortuum corpus miracula edere queat? (Matth. 11. Iacob. 1.) Quonam itaque modo per ea dæmones expelluntur, morbi profligantur, ægroti ſanantur, cæci proſpiciunt, leproſi mundantur, tentationes ac mœrores diſcutiuntur, ac denique omne donum optimum à patre luminum eorum opera ad eos, qui fide minimè dubia, deſcendit? Quid non laboris ſuſcipias, vt patronum quendam nanciſcaris, qui te mortali regi offerat, ac tuo nomine ad eum verba faciat? An non igitur ij honorandi ſunt, qui totius humani generis patronos ſe profitentur, ac Deo noſtra cauſa ſupplicant? Honorandi certè: & quidem ita, vt eorum nomine templa Deo extruamus, dona offeramus, eorum memoriam colamus, atque in ea ſpiritualiter oblectemur, quò nimirùm lætitia noſtra iis, à quibus imitamur, congruat, ac non dum eos colere, ac demereri ſtudemus, offendamus potiùs & irritemus. Quibus enim rebus Deus colitur, iiſdẽ quoque ſerui eius oblectantur. Quibus autẽ Deus offenditur, iiſdem ipſius etiam milites offenduntur.

¶ Breuiando tacet quid loquebatur.
autem ſynagogam † cum fiducia loquebatur per tres menſes, 1
diſputãs & ſuadens de regno Dei. Cum autem quidam 2
a ¶ Non ſolum non credentes. b ¶ Doctrinam. 3
indurarentur, & non crederent † maledicẽtes viam domi- 4
a ¶ Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita. 5
b ¶ Ne inficerentur infidelium blaſphemiis. 6
ni coram multitudine, diſcedens ab eis ſegregauit diſcipu- 7
a ¶ id eſt, in ædificio in quo tyrannius docebat. ¶ In illo loco prædicat vt vbi abundauit perfidia, fides floreat. 8 9
a los, quotidie diſputãs in ſchola tyranni cuiuſdam. Hoc au- 10
b ¶ Diſputatio in ſchola. 11
c tem factum eſt per biennium, ita vt omnes qui habitabant 12
¶ Minore. 13
in Aſia audirent verbum domini, * Iudæi atque Gentiles. 14
a ¶ Nulla erit impoſſibilis Deo: qui nullo impeditur loco. b ¶ Non modicas. Nulla virtus Dei modica eſt.
d Virtuteſque non † quaſlibet faciebat Deus per manũ Pau- 15
¶ Faciebat. ¶ Suo more narrationes breuiat. 16
li ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius 17
a ¶ Quibus laborantium ſudor tergitur. b ¶ Zonæ, vel genus veſtis: vel ſudarij.
e ſudaria & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores,
& ſpiritus nequam egrediebantur. Tentauerunt autem 18
a ¶ Inconſtantibus. b ¶ Exorciſta adiurator.
f quidam & de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare
g ¶ Quibus ars erat exorcizandi.
ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen domini Ie-

† male loquentes de via
* Ieſu
† vulgares

e *Semicinctia.* Rab. Veſtes ex vno latere pendentes. vel zonæ ſiue veſtes nocturnæ. vel genus ſudarij, quo Hebræi vtuntur in ca.
f *Exorciſtis.* Beda. Ioſephus: Excogitauit Salomõ & docuit ſuos modos exorciſmi, id eſt, cõiurationis, quibus immundi ſpiritus expulſi non audebant ad homines reuerti. Fit autem hoc per reprobos ad condemnationem ipſorũ, & vtilitatem eorum qui vident & audiunt. quia licet illos deſpiciant qui ſigna faciunt, tamen Deum honorant, ad cuius inuocationem fit.
Augustinus. Vera pietate homines Dei, aeream poteſtatem inimicam contrariamque pietati exorcizando eijciunt. (Lib. 10. de ciuit. Dei. c. 22.)
Idem. Qui præſunt, manum obſeſſo imponere & exorcizare dicuntur, & per diuina dęmonem adiurando expellere. (Lib. de vita beata.)
Ignatius. Saluto Subdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas confeſſores. (Epiſtola ad Antiocheuſes.)
g *Inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos.* Tertullianus. Operatio dæmonum eſt hominis euerſio, ſic malitia ſpiritalis à primordio auſpicata eſt in hominis exitium. Itaque corporibus quidem, & valetudines infligunt, & quoſdam caſus acerbos, animæ verò repentinos & extraordinarios per vim exceſſus. (Apologeti. aduerſ. gentes. c. 22.)
Iustinus. Nunc quoque nos qui in crucifixum ſub Pontio Pilato Ieſum dominum noſtrum credimus, dæmones omnes & ſpiritus malignos adiuratos eijcimus, & imperata facere cogimus. (Colloquio cum Tryphone Iudæo.)
Erant

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum fiducia loquebatur, *poſtpoſito timore humano.*
2 Diſputans. *cum contradicentibus.*
3 Et ſuadens *audientibus voluntariè.*
4 De regno Dei. *id eſt de ſuperna felicitate, quæ conſiſtit in aperta Dei viſione ſcilicet deitatis principaliter, & humanitatis ſecundario. ſuadebat etiam de modo veniendi ad hanc beatitudinem, quæ eſt per fidem charitate formatam.*
5 Cum autem quidam indurarentur *in ſua infidelitate.*
6 Maledicentes viam domini. *id eſt doctrinam Chriſti.*
7 Coram multitudine. *quod erat ſignum obſtinationis eorum.*
8 Diſcedens ab eis *Paulus.*
9 Segregauit diſcipulos. *id eſt credentes, ne inficerentur verbis obſtinatorum.*
10 Quotidie diſputans *ad declarationem euangelicæ veritatis.*
11 In ſchola. *id eſt in ædificio de quo Paulus ſcholam fecerat.*
12 Tyranni cuiuſdam. *Dicunt aliqui quod tyranni eſt proprium nomen illius cuius erat ædificium. Alij verò dicunt, quòd eſt appellatiuum & accipitur tyrannus hic pro homine potente. & fecerat ibi Paulus ſcholam, vt obſtinati timerent eum impedire propter domini loci poteſtatem. Ideo ſubdẽtur:*
13 Hoc autem factum eſt per biennium. *pacificè.*
14 Ita vt omnes qui habitabant &c. *id eſt, audire poterant liberè.*
15 Virtutes. *ad confirmationem huius doctrinæ.*
16 Non quaſlibet faciebat Deus. *id eſt, non modicas vel communes, ſed multas & excellentes. vnde ſubditur:*
17 Ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius. *quod eſt maius, quàm ſi per tactũ Pauli vel per eius orationem fierent talia.*
18 Tentauerunt autem. *Poſtquã deſcripta eſt prædicatio Pauli, hic conſequenter ponitur præſumptionis quorundam repreſſio, qui volebant dæmones expellere ab obſeſſis virtute nominis Chriſti à Paulo prædicati, in quem tamen non credebant. Et patet litera vſque ibi.*
Sceuæ

MORALITER.

tos, vtpote ne fortè circa eos aliquid ſit omiſſum de neceſſariis ad ſalutem vel eccleſiæ ſacramenta, vt ſic modo debito ſuppleantur omiſſa. ſicut in propoſito Paulus fecit.
5 *Cum autem.* ne à dictis maledicis interficerentur.
10 *Quotidie diſputans.* Tyrannus dicitur à tyro Græcè, quod eſt fortis Latinè. Paulus enim accepit domum per locationem à quodam viro potenti, cuius timore aduerſarij Pauli non auderent moleſtiam facere ſibi: & ibi fecit ſcholã, ſecundum ſenſum literalẽ. Moraliter autem per iſtum fortem & potentem ſignificatur Chriſtus, qui dicit de ſe ipſo Mat. vl. d. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Domus autem eius eſt eccleſia, in qua doctor catholicus habet ſcolam, quando docens tenet Chriſti & apoſtolorũ doctrinam. quod non faciunt hæretici, hanc doctrinam deprauantes, ne doctores vane glorioſi curioſa & inutilia docentes.
18 *Tentauerunt autem.* Per iſtos qui abutebantur nomine Chriſti cum eſſent increduli, ſignificantur eccleſiæ miniſtri indignè ſacramenta miniſtrantes, in quibus fit inuocatio nominis domini. Et ſicut illi fuerunt à dæmoniaco nudati, & vulnerati corporaliter, vt dicitur in textu, ſic & iſti indignè ſacramenta miniſtrantes denudan

a *Erant autem.* Be. in Græco: Erant autem eiuſdem Sceuæ, proprium nomen ſacerdotis, interpretatur vero vulpecula clamans vel loquens.
b *Septem filij &c.* Bed. Quoniam ſathanas transfigurat ſe in angelum lucis, miniſtros etiam ſuos eadem ſimulatione colorat. vnde quia per ſeptenarium gratia ſpiritusſancti deſignatur, in qua figura Chriſtus poſt reſurrectionem cum ſeptem diſcipulis eſt epulatus (Iohan. vl. d): filij Sceuæ quaſi ſpiritus malos expulſuri, ſeptenario cẽſentur qui quia non credendo, ſed tentando Chriſti & apoſtolorum nomen inuocãt non tãtum à Deo, ſed etiã à dęmonibus ſubdolæ falſitatis merito condemnãtur. Et bene filij Sceuæ dicuntur, qui vulpecula clamãs interpretatur Qd' animal doli & aſtutiæ ſagaciſſimũ, Iudæos, Gentiles, & hæreticos eccleſiæ inſidiantes & garrula voce perſtrepẽtes oſtendit de quibus cuſtodibus eccleſiæ præcipitur (Can. 2. d.): Capite nobis vulpeculas quæ deuaſtant vineas.
c *Ieſum noui & Paulum ſcio.* Chryſostomus. Quaſi diceret. Vos non creditis, ſed abutentes hoc nomine, talia dicitis. Igitur deſertum, & facilè expugnabilia arma eſtis, & ita non eſtis præcones, ſed mei, inquit, eſtis. Magnus furor dæmonis. Potuiſſent hæc illis facere Apoſtoli, ſed non faciebant nunc. Nam qui imperabant illis, qui hæc faciebant, multo magis & ipſi facere potuiſſent.
d *Et inſiliens homo in eos &c.* Chryſostomus. Fortaſſis diſrupit illorum veſtes, & dedolauit illorum capita. Hoc enim manifeſtauit dicendo, Inſiliẽs: atque adeò ſatis erat hoc facere Addit ita etiam ne poſteà auſit, quis nomen illud nominare tam temerè terrentur alij, & magnum argumentum habent Deum ſcire omnia: maximum argumentum erat, priuſquam à dæmonibus arguerentur, ſeipſos accuſabant, terrentur ne eadem patiantur.
e *Hoc autem notum factum eſt omnibus Iudæis atque gentibus, qui habitabant Epheſi &c.* Chryſostomus. Nõne hoc etiam eos, qui obdureſcebant conuertere debuit? Dic oro: Sed non conuertit, & ne mireris Malitiæ enim nihil eſt quod perſuadeat. Ne igitur admiremur quomodo non crediderunt, qui tales facti: vbi ſcilicet ipſa fides dum negare non poſſunt ſæpe in diuerſum eos compulit, nempe in malitiam, vt quando dæmoniacum dicunt filium Dei. An non videtis etiam nunc hæc fieri? & multos homines ſimiles ſerpẽtibus eſſe incredulos & ingratos, qui & ipſi ſicut ſerpentes, quando beneficia acceperint, & ab aliquibus humaniter tractati fuerint, benefactoribus infeſti ſunt.

¶ Ecce exorciſmus. a ¶ Nos non prædicamus. ecce ſignum infidelitatis.
ſu, dicentes: Adiuro vos per Ieſum quem Paulus prædicat.
a Erant autem cuiuſdam Sceuæ Iudæi principis ſacerdotum 1
¶ Similiter.
b ſeptem filij, qui hoc faciebant. Reſpondens autem ſpiritus
a ¶ De hoc Arat. ver. dicit, Cognoſce furorem Gens inimica tuum. Dæmon regnare fatetur, Quem veniſſe negas. atque hoc conuinceris ipſo Quo ſtimulante ruis.
c nequam dixit eis: Ieſum noui, & Paulum ſcio: Vos autem 2
a ¶ Tentantes inuocare nomen Ieſu Chriſti. 3
d qui eſtis? Et inſiliens homo in eos in quo erat dæmonium
a ¶ Graue ad nocendum. b ¶ Non ipſi eis dominati ſunt. c ¶ Duorum exorciſtarum.
peſſimum, & dominatus † amborum, inualuit contra eos, 4
a ¶ ſcilicet quod inualuit. b ¶ id eſt, diuulgatum.
e ita vt nudi & vulnerati effugerẽt de domo illa. Hoc autẽ no- 5
tum factũ eſt omnibus Iudæis atque Gentilibus qui habita-
¶ Propter hoc factum.
bant Epheſi, & cecidit timor ſuper omnes illos, & magni- 6
ficabatur nomen domini Ieſu. † Multique credentium ve- 7
¶ Philoſophi. 8
f niebant confitentes & annunciantes actus ſuos. Multi autẽ 9
ex eis, qui † fuerant curioſa ſectati, cõtulerunt libros, & cõ- 10
a ¶ Exemplum relinquentes. b ¶ Quæ inde poſſent haberi ſi venderentur, vel quibus comparati erant. 11 12
buſſerunt eos corãm omnibus, & cõputatis pretiis illorũ 13
¶ Hoc dicitur, vt maior ſit fides illorum.
g inuenerũt pecuniam denariorum quinquaginta milium.
a ¶ Quod combuſſerunt libros, vt prædictum eſt.
h Ita fortiter creſcebat verbum Dei, & confirmabatur. His 14
¶ Biennio. a ¶ Sancto, vel ſuo. b ¶ Quia iam ibi prædicatum fuerat: & ideo tranſitus ſufficiebat. 15 16
autem expletis propoſuit Paulus in ſpiritũ tranſire à Ma- 17
cedonia & Achaia ire Ieroſolymam, dicens: Quoniam 18

† eis
† curioſas artes ſectati fuerant
† De pœn. di. 1. c. voluiſſent

f *Multi autem &c.* Beda. Magicæ artis induſtriam: cuius ſectatores merito libros incendunt licet precio magno æſtimatos, quia dæmones quibus ſeruierant, Ieſum appellare & apoſtolos eius vident honorare.
g *Quinquaginta milium.* Beda. Et in euangelio (Luc. 7. f.) debitoribus ſub quinquagenario numero debita laxantur, quia nos quinque ſenſibus corporis ſubſiſtẽtes, in hac vita decalogi præcepta trãſgredimur: hic autem propter enormitatem magici ſceleris millenarius eſt adiectus. Aliter quinquagenarius numerus refertur ad pœnitentiam & peccatorum remiſſionem. Vnde & quinquageſimus eſt pœnitẽtiæ pſalmus, & quinquageſimus eſt remiſſionis annus.
h *His autem expletis &c.* Chrysost. Sat diù conuerſatus in ciuitate, vult iterum aliò tranſire: vnde etiam mittit Timothæum ac Eraſtiũ in Macedoniam: Ipſe verò manet in Epheſo. Quomodo autem ab initio volens in Syriam abire, iterum reuerti in Macedoniam: oſtendens quòd omnia non ſua virtute faciebat: iam prophetat, dicens: *Oportet me etiam Romam videre.* Hoc autem dicens, fortaſſis conſolatur eos, quòd non abfuturus, ſed breui iterũ rediturus, & prophetia diſcipulorũ excitat mentes. Hinc mihi videtur ſcribere Corinthiis ab Epheſo ac dicere, Nolim vos ignorare fratres de afflictione quæ accidit nobis in Aſia. Quoniã enim promiſerat ſe vẽturum in Corinthum, rationem reddit, quòd moretur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sceuæ Iudæi principis ſacerdotum. *Eſt autem Sceuæ nomen proprium illius principis ſacerdotum.*
2 Ieſum noui & Paulum ſcio. *id eſt, virtutem eorum cognoſco.*
3 Vos autem qui eſtis? *quaſi dicat, ad vos non pertinet virtutes eorum inuocare, cum ſitis increduli.*
4 Et dominatus amborum. *id eſt, duorum de ſeptem filiis principis Iudæorũ. Conſequẽter ponitur fructus huius repreſſionis, cũ dicitur:*
5 Hoc autem notum factum eſt omnibus. *per diuulgationem eorum qui viderant.*
6 Et cecidit timor ſuper omnes illos. *vt nullus auderet talia attentare.*
7 Et magnificabatur nomen domini Ieſu. *tanquam magnæ virtutis exiſtens.*
8 Multique credentium veniebant. *ad Paulum.*
9 Confitentes & annunciantes. *peccata ſua & relinquentes idola.*
10 Multi autem ex eis qui fuerant curioſa ſectati. *id eſt, artes magicas.*
11 Contulerunt libros. *id eſt apportauerunt ad Apoſtolum.*
12 Et combuſſerunt eos. *in contemptum diaboli, & honorem Ieſu Chriſti.*
13 Et compu. *Hoc additur ad oſtendendum quod hoc fecerunt ex magna voluntate, comburentes libros quos emerant ita carè. Sciendum etiam, quòd denarius valebat decem nummos vſuales, ideo ſic denominatur à numero denario.*
14 Ita fortiter creſcebat verbum Dei, *per multiplicationem fidelium.*
15 Et confirmabatur. *per augmentum fidei credentium.*
16 His autem expletis. *Superius poſitus eſt multiplex Pauli progreſſus per orbem ad prædicandum, hic conſequenter ponitur eius regreſſus in Ieruſalem ad tolerandum pro fide catholica, quam perſecutus fuerat ibidem vt dictum eſt, ſuprà viij. cap. & ix. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur propoſiti inſpiratio. ſecundo remotio impedimenti, ibi:* Facta eſt autem. *tertio proſecutio inſpirati, ſequenti capi. ibi:* Nos verò. *Circa primum dicitur:* His autem expletis. *ſcilicet diſcurſibus Pauli pro prædicatione euangelij.* Diuiſio.
17 Propoſuit Paulus in ſpiritu. *id eſt, non propria voluntate ſed magis ſpiritusſancti reuelatione & ordinatione.*
18 Tranſit a Macedonia. *ad confirmandũ credentes & accipiendam collectam, portandam fidelibus pauperibus qui erant in Ieruſalem.*
Oportet

MORALITER.

tur bonis gratuitis, & in bonis naturalibus vulnerantur.
10 *Multi autem &c. curioſa ſectati.* id eſt magica: cognoſcentes virtutem Chriſti, artem magicam dimiſerunt, & libros combuſſerunt. & hoc modo fecit Cyprianus magus, vt habetur in legenda Cypriani & Iuſtinæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

retur. Et dicit, Vltra tentationem : narrans quæ cum Demetrio acta sint. Quàm hic insinuat tumultum non paruum, dicens de via hac factum esse. Iterum, periculum, iterum, tumultus. Vides claritudinem? facta sunt signa duplicia, illi autem contradicebant. Ita vbique contexit opera. A

runt : donec nouissimo tempore, insequente, virtus crucis Dei viui eos disperdidit, & ibi illusionibus, quibus ante vos lædebant, coercuit. D

d *Qui manibus fiunt.* BEDA. Mira Gentilium stulticia talia colere, quæ ab homine constitui vel destrui posse cognoscunt.

a *Romā videre.* RAB. Quam prius non viderat forsitan, vel quia leuem ducebat tribulationem: quā ibi passurus erat. Videre tantum dicit, non multa pati.

b *In Macedoniam.* RAB. Transire volebat de Asia, in qua est Ephesus: in Europam, vbi Macedonia & Achaia sunt : & sic rursus ire in Asiam id est, Ierusalem cum eleemosyna. de qua scripsit Corinthiis.

c *Demetrius.* BEDA. Iste dum viam domini turbare nititur, nomen proprium factis exequitur. Interpretatur enim, nimium persequens. Vnde templa Dianæ argento ædificat. Argentum quippe eloquium significat, & Gentilis versutia religionem suā nudo sermonis nitore solet astruere. B

a ¶ Præponit futuram narrationem. b ¶ Quanuis proposuerat transire: tamen interim mittit legatos ad præparandam eleemosynam, quam Ierosolymam erat allaturus, cùm ipse veniret, tunc fierent collectæ.
a postquam fuero ibi oportet me & Rōmā videre. Mittens 1
b autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timo 2
theum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. Facta 3
¶ Minore. a ¶ Dissensio inter Paulum cum fidelibus, & Demetrium cum infidelibus.
est autem illo tempore turbatio non minima de via † do- 4 († hac)
c mini. Demetrius enim quidam nomine argentarius fa- 5
¶ Eadem operantibus.
ciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non mo 6
dicum quæstum. Quos conuocans, & eos qui eiusmodi
a ¶ Quia de pretio artificij lucra habebant
erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hôc artificio est no- 7
¶ Vbi est.
bis acquisitio, & videtis & auditis, quia non solum Ephesi,
sed penè totius Asiæ Paulus hic suadens auertit multam 8
a ¶ Ore proprio se condemnant.
d turbam, dicens: quoniam nōn sunt dij qui manibus fiunt.
a ¶ Venditoribus & emptoribus. b ¶ Acquisitio lucri.
e Non solum autem hæc periclitabitur nobis pārs in redar- 9
a ¶ Quia inculpabitur.
gūtionem venire, sed & magnę Dianæ templum in ni- 10
a ¶ Sic enim docebat Paulus, dicens idolum nihil esse.
hilūm reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius,
f quam tota Asia & orbis colit. His auditis repleti sunt ira, 11
¶ Destrui non poterit.
g & exclamauerunt dicentes : Magna Diana Ephesiorum.

e *Non solum autem hæc periclit.* ✠CHRYSOSTOMVS. Deinde etiam periculum exagerat, addens. *Periclitatur nobis portio hæc,* ne reprobetur. Hæc enim fore manifestat, quòd periculum sit famé passuros huius artis opifices. Et quamuis hæc dicta sufficiebant, illos ad impietatem adducere, sed miseri quidam, ac viles cum essent, insistunt magis, & non considerant, quòd si homo hic valet tantum, vt omnes conuertat, & periclitentur dij: qualis illi[9] Deus. Et quòd multòmagis illa nobis dabit, propter quæ timemus. Deinde ne videatur lucri gratia dixisse, vide quid apponit, *Quam orbis colit.* Vides quòd ostendit maiorem Pauli virtuté, omnes miseros, & ærumnosos illos vocans? siquidem homo E

✠CHRYSOST. faciebat, inquit delubra argentea. Et quomodo possibile erat fieri delubra argentea? fortassis ædiculas, & coopercula quæ Ciboria vocant. Magnus enim erat honor illius in Epheso, vbi etiam templum illorum succensum ita contristauit eos, vt eum qui succendisset, ne nominari quidem vellent. Vide vbique idololatriam à diuitiis fieri. Et illi propter pecunias. Et hîc propter pecunias dolent, non quòd illis pietas periclitetur, sed quòd materiam lucri non habituri sint.

(Epistola ad Tolosanos) ✠MARTIALIS. Bene igitur facietis, si abominamini idola. Hæc autem sunt opera manuum hominum, non videntia, neque audientia, quia nec flatum habent, quæ nec se nec vos quicquam iuuare possunt. Quin potius cultores suos in malitiam æternæ tribulationis submerserunt, quia in ipsis manufactis dæmones damnati spiritus erroris subintroierunt, qui hactenus per longa secula creaturam ad imaginem Dei factam in morte deceperunt C

qui fugabatur hinc inde, & tabernaculorum factor tanta potest? Vide ab inimicis testimonia dari Apostolis, Illic quidem dicebāt: Ecce implestis Hierusalem doctrina vestra. Hîc quod destruenda est Dianæ maiestas. Tunc dicebant conuenisse orbem terrarum, quod hi & hic peribant. Nunc quòd *periclitatur nobis portio nostra, ne reprobetur, & abeat.* Sic & Iudæi de Christo dicebant, videtis quòd mundus post illum vadit. Et, venient Romani, & tollent nostram ciuitatem.

f *His auditis repleti sunt ira.* ✠IDEM. Vnde furor factus est. (Ioan. 12. Ioan. 11.) Quando de Diana audierunt, quando de lucri iactura, tales enim vulgarium mores sunt, facilè corripi, & accendi solent.

BEDA. id est, non solum opera nostra vana nec mercede digna redarguentur, verum & religio nostra dehonestabitur si Pauli doctrina præualuerit idola Deos non esse.

g *Magna Diana Ephesiorum.* BEDA. Quia Demetrius perituram F ☞ dixit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Oportet me. *Tunc enim fuit sibi reuelatum, quod de Ierusalem iret Romam. modus tamen eundi & causa non fuerunt tunc sibi reuelata, sed infrà 23. cap.*
2 Mittens autem in Macedoniam. *hoc fecit, vt collecta esset facta, antequam illuc veniret. quod erat sibi honestius & expeditius. quia non sic oportuit eum contrahere moram propter dictam collectam.*
3 Facta est autem. *Hic consequenter ponitur remotio impedimenti. & diuiditur in duas partes, secundum duplex impedimentum. Secundum ponitur cap. seq. ibi:* Vbi cum fuisset. *Prima in tres, quia primò impedimentum ponitur, secundò tollitur, ibi :* Et cum sedasset. *tertio iter Pauli resumitur, in prin. seq. cap. Prima adhuc in duas : quia primo ponitur impedimenti motiuum principium, secundo eius exercitium, ibi:* His auditis. *Demetrius enim fecit illud impedimentum, commouens ciuitatem contra Paulum & eius socios: motus propter damnum temporale & cultum Dianæ. Et patet litera, paucis exceptis quæ exponentur.*
4 De via domini. *id est, de fide Christi.*
5 Faciens ædes argenteas. *Luna autem vocatur Diana, à Dian quod est lux Græcè, & neos quod est nouum : quia eius lux renouatur omni mense. Dicebatur etiam à Gentilibus præses viarum : quia eas ostendit de nocte. & quia illis nihil crescit, pingitur Diana in virginis figura tenentis sagittas, eo quòd radios suos emittit vsque ad terram, tales ergo imagines Dianæ faciebat de argento iste Demetrius, & tabernacula argentea pro reponendis imaginibus, sicut frequenter fit in ecclesia de imaginibus sanctorum.*
6 Præstabat artificibus. *inter quos erat principalis.*
7 Scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio. *magni lucri.*
8 Paulus hic suadens auertit multam turbam. *ab emptione talium imaginum, dicens in eis nihil esse numinis aut virtutis.*
9 Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire. *quia redarguimur de falsitate faciendo imagines nullam virtutem habentes.*
10 Sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur: *id est, cultus eius totaliter deficiet quem seruauerunt patres nostri.*
11 His auditis repleti sunt ira. *Hic consequenter ponitur commotionis exercitium contra Paulum & socios eius, quos volebant interficere per ciuitatis commotionem contra eos. & patet litera vsque ibi:* ✠ Et

MORALITER.

✝ † *Demetrius enim.* Iste faciebat idola argentea. propter quod per ipsum significatur promouens in ecclesia minus idoneos propter argentum. Nam taliter promoti idola debent dici, sicut Zachariæ vndecimo. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.* Et nomen Demetrij conuenit taliter promouenti. Interpretatur enim, nimiū persequens. Taliter autem promouens maximam persecutionem in ecclesia facit, quia per vitium Simoniæ idonæi officiis ecclesiasticis priuantur, & inutiles & nociui promouentur. Per Scribam verò qui seditionem sedauit significatur bonus prælatus & constans, qui Simoniæ vitium dissipat & repellit.

✝ MORA-

☞ dixit Dianam, & illi ecōtrariò magnam esse mirantur. A

a *In theatrum.* ✠Obsecrāt quia populus incompositus irrationabili impetu, omnia audet. Et Paulus obtemperat, non enim erat vanæ gloriæ cupidus, neque arrogans. Scientes eius promptitudinem obsecrāt, sic omnes illum amabāt fideles. BEDA Locus semicirculi formam habens in quo populus stās ludos scenicos inspiciebat. Vnde & à spectaculo Græcè theatrum nomen accepit. De hoc Aratus: Non alio decuit causas meritúque Dianę Quam Latio tractare foro, capit area turpis Concilij deformis opus &c. B

b *Alij autem aliud clamabant.* RABANVS. Vt veniant in theatrum Vel Deum alium dicebant Magnum

(† præcipitanter) († periculū est ne fiamus rei † sit in culpa)

a ¶ Huius clamoris: vel duarum partium.
Et impleta est ciuitas tota confusiōne, & impetum fecerunt vno a- 1
a ¶ Spectaculum vbi rei puniebantur: ibi & Paulum cum suis punire voluerunt.
a nimo in theatrum, rapto Caio & Aristarcho Macedonibus comi-
a ¶ Theatrum, quia non timebat puniri.
tibus Pauli. Paulo autem volente intrāre in populum non permi-
a ¶ Sui vel fideles amici Pauli.
serunt discipūli. Quidam autem & de Asiæ principibus, qui erant
a ¶ Vbi conuentus populi.
b amici eius, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theātrum. Alij
a ¶ Catholica. b ¶ A cultoribus Dianæ.
c autem aliud clamabant. Erat enim ecclēsia cōnfusa, & plures nescie 2
a ¶ Pro reuerentia. 3
bant qua ex caūsa conuenissent. De turba autem † detrāxerunt Ale- 4
a ¶ Ne occideretur, vel ne Paulum defenderet. b ¶ Dum trahitur manu silentium postulat.
xandrūm, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem mānu si-
a ¶ id est, vt populus redderet causam concilij, vel ipse redderet pro Paulo & suis. b ¶ Alexandrum.
lentio postulato volebat ratiōnem reddere populo. Quēm vt co-
a ¶ Contra Deum Iudæorum.
d gnouerunt Iudæum esse, vōx facta est vna omnium quasi per ho-
a ¶ Vix. ¶ Ad silentium.
ras duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum. Et cum sedāsset 5
a ¶ Fortassè hæc est ratio. b ¶ Nullus vestro clamori contradicit.
Scriba turbas dixit: Viri Ephesij, quis enim est hōminum qui nes- 6
sciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ † Iouis- 7
que prolis? Cum ergo his contradici non possit, oportet vos seda-
a ¶ In Paulum & suos, b ¶ Ex industria communiter loquitur. ne Paulum defendere videatur.
tos esse, & nihil † tēmere agere. Adduxistis enim hōmines istos,
e neque sacrilegos neque blasphemantes deam vestram. Quòd si 8
a ¶ Christianorum. 9
Demetrius, & qui cum eo sunt artifices habent aduersus aliquem 10
a ¶ In foro vbi causæ ventilantur: non theatrales vbi damnati puniuntur. b ¶ Vt iudicent. 11
c ¶ Demetrius & sui. 12
causam, conuentus forēnses aguntur, & procōnsules sunt: accūsent 13
¶ Corem consulibus disceptent. a ¶ Præter causam artificum. b ¶ Vbi de legibus agitur, non de occisione. 14
inuicem. Si quid autem altērius rei quæritis, in lēgitima † ecclesia 15
a ¶ Ideo agantur: nam. b ¶ Putabimur seditionem aduersus aliquos concitare. 16
poterit absolui. Nām & † periclitāmur argui seditionis hodiernæ, 17
a ¶ Reus & occidi dignus. b ¶ Causam conueniendi. 18
cum nullus † obnōxius sit, de quo possimus reddere rātionem con- 19
a ¶ Alexander, deseruit, vel dimitti fecit. 20
f cursus istius. Et cūm hæc dixisset, dimisit † ecclesiam. 21
22

magnum, siue aliud idolum. Vel in Paulum opprobria. D

c *Confusa* RABANVS id est, collectio illaque theatro affuit, erat permixta fidelibus similiter & perfidis diuersa clamantibus.

d *Vox facta est vna omnium quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum.* Merito extrahunt Iudæi Scribam Alexādrum de turba illa, quę tota Dianam adorabat. († protraxerunt, vel prius instruxerunt)

e *Neque sacrilegos neque blasphemantes deam vestram.* RABANVS. Sacrilegi dicuntur à prophana diligētia. Sacrū enim mundum, & prophanum significat. E († etiam Iouc [illegible] simulacri)

f *Et cum hæc dixisset.* RABANVS. Hoc ait quasi Iudęus, nolens Iudæos ab idolorum cultoribus occidi. Aut quasi Christianus locutus est. († concione dirimetur)

☞ CAP. († concionem) F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et impetum fecerunt vno animo in theatrum *locus erat vbi puniebantur rei. & dicitur à theoro, id est, spectaculo, eo quòd multi veniebant ad talia speculandum: illuc enim violenter traxerunt comites Pauli. Cætera patent vsque ibi.*
2 Erat enim ecclesia confusa. *id est, congregatio populi.*
3 Confusa *quoniam pro magna parte ignorabat causam illius commotionis.*
4 De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio. *quia volebat excusare Paulum, sed non habuit auditum sed magis clamoris tumultum.*
5 Et cum sedasset Scriba turbas dixit. *Hic impedimentum dictæ commotionis tollitur, cum dicitur.* Et cum sedasset Scriba turbas. *Hic enim habebat officium publicum in ciuitate, propter quod poterat populum magis sedare.*
6 Quis enim est hominum. *quasi dicat non oportet hoc proclamare, cum sit notum omnibus.*
7 Dianæ Iouisque prolis. *id est, Dianæ progenitæ à Ioue de Latona eius concubina, vt scribunt Poetæ. Cætera patent vsque ibi:*
8 Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices habent aduersus aliquem. *istorum hominum.*
9 Causam. *aliquam rationabilem.*
10 Conuentus forenses aguntur. *in quibus causæ ventiletur.*
11 Et proconsules sunt. *scilicet pœnitentes ad iudicandum.*
12 Accusent inuicem. *coram iudicibus si habent rationabilem causam.*
13 Si quid autem alterius rei quæritis : *propter causam Demetrij, & qui cum eo sunt artificum. & in hoc alloquitur populum per artifices commotum.*
14 In legitima ecclesia. *id est, in congregatione proconsulum legitimè iudicantium.*
15 Poterit absolui. *id est, declarari.*
16 Nam & periclitamur. *id est, in periculo sumus.*
17 Argui seditionis hodiernæ. *à præside vel imperatore, tanquam negligentes de custodia ciuitatis in pace.*
18 Cum nullus obnoxius sit. *scilicet nostrum sit obnoxius, id est, reus.*
19 De quo nos possimus reddere rationem. *nostris superioribus.*
20 Concursus istius. *id est, commotionis populi.*
21 Et cum hæc dixisset. *ille Scriba.*
22 Dimisit ecclesiam. *id est, congregationem populi, præcipiens vt quilibet iret in pace ad domum suam.*

10 Cau-

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. XX.

A P Ostquã &c. sequitur. ✠ CHRYSOST. Ab hoc tumultu, multa cõsolatione opus erat, Hoc sanè & facit, & vt consoletur discipulos, vadit in Macedoniã, deinde in Græciã.

a *A Græciam.* BED. Quæ est prouincia Achaiæ, ad hanc venit Paulus post Macedoniam: quia sic proposuerat, vt suprà dictum est, transit à Macedonia & Achaia ire Ierusalem.

B

† vsque ad Asiam Sosipater.

b *Sosipater.* BEDA. Antiqui sic distinguebant Sosipater Pyrrhi: ac si di. Sosi. qui erat pater Pyrrhi, quasi Pyrrhus filius clarior fuerit quàm pater Aliter comitatus est eum Sosipater, vt sit vnum nomen: Pyrrhi, subaudi filius In Hebræo Sosipater interpretatur, narrans dispersionem, vel saluans dispersos.

† expectauerunt.

† die sabbatorum

c *Nos verò nauigauimus post dies azimorũ &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS Etenim mihi videtur dies festos cele-

† postridiè

C

CAP. XX.

a P Ostquam autem cessauit tumultus 1
vocatis Paulus discipulis & † exhor- 2
a ¶ Vt proposuerat. 3
tatus eos, valedixit, & profectus est 4
vt iret in Macedoniam. Cum autem 5
a ¶ Suo more historiam breuiat. 6
perambulasset partes illas, & exhor- 7
tatus eos fuisset multo sermone, ve- 8
nit ad Græciam. Vbi cum fuisset menses tres, factæ sunt il- 9
a ¶ Obsederunt Iudæi viam expectantes nauigaturum. b ¶ Ad Ierusalem.
li insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitque consi- 10
a ¶ Fugiendo insidias.
lium, vt reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est au- 11
a ¶ Narrans dispersionem, vel saluans dispersos. b ¶ Dissoluens vel dissolutus. c ¶ Nominatiuus.
b tem eum † Sosipater Pyrrhi Beroensis: Thessalonicensium 12
a ¶ Nomen proprium, interpretatur eleuans vel elatio, vbi habent alij Secundus. b ¶ A ciuitate.
vero Aristarchus, & Secundus & Caius, Derbeus & Timo-
theus: Asiani verò Tichicus & Trophimus. Hi cum præ- 13
a ¶ Recto itinere: non enim timebant insidias. b ¶ Paulum & Lucam & cæteros in circumitu venientes.
c cessissent † sustinuerunt nos Troade, nos vero nauigaui- 14
¶ Quæ est prima pars Macedoniæ.
mus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos 15
Troadem in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus 16
a ¶ id est, die dominico, qui est primus à sabbato. b ¶ id est, ad mysteria celebranda congregati essemus. 17
d septem. Vnâ autem † sabbati, cũ † conuenissemus ad fran- 18
a ¶ Corporalem vel spiritualem. b ¶ Ideo in nocte disputat, quia in crastino profecturus erat.
gendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus 19 20
† in crastinum, protraxitque sermonem vsque ad me- 21
diam noctem. Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo 22

celebrasse in magnis vrbibus. A Philippis abnauigat, vbi facta ea quæ de carceris custode habes. Tertiò autem nunc in Macedoniam venit, & magnũ testimonium dat Philippensibus, ideò & demoratur illic. D

† complexus

d *Vna autem sabbati.* Nomen diei dicitur, vt er sit præparatio virtutis faciendæ & dicendæ. BEDA. Alleg. Cœnaculum altitudo carismatum. Nox obscuritas scripturarum. Lampades expositiones secretorum. Dies dominica recordatio resurrectionis Christi, vel nostræ. Hic mouetur doctor spiritualis dulcedine resurrectionis & vitæ gaudio illectus, auditores ad summa prouocare, & prolixa disputatione secreta scripturarum attingere, & eadem, propter infirmos lampade plenæ expositionis illustrare, iuxta Apostolũ qui cum dixisset: Abraham duos filios habuit &c. subiunxit: Hæc autem sunt duo testamenta.

Allegori. E

† cõuenissent discipuli Gal. 4. c.

☞ CHRY- F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XX.

✠ P Ostquam. *Hic consequenter resumitur iter Pauli, cum dicitur.*

2 Vocatis Paulus discipulis. *id est catholicis.*

3 Exhortatus eos. *vt in bono inchoato permanerent.*

4 Valedixit. *recedens ab eis.*

5 Et profectus est vt iret in Macedoniam. *sic enim per spiritum sanctum ordinatum fuerat, vt prius transita Macedonia iret versus Ierusalem vt dictum est a precedenti.*

6 Cum autem perambulasset partes illas. *scilicet Macedoniæ.*

7 Et exhortatus eos fuisset multo sermone. *vt firmiter permanerent in fide.*

8 Venit ad Græciam. *id est, ad aliam partem Græciæ. nam & Macedonia est in Græcia largè dicta*

9 Vbi cum fuisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ. *Hic ponitur secundum impedimentum sibi factum ex insidiis Iudæorum in via dispositis ab eis eum occidere volentium.*

10 Habuitque consilium vt reuerteretur. *ad euadendum illas insidias. & sic fuit retardatus ab itinere.*

11 Comitatus est autem eum Sosipater Pyrrhi. *scilicet filius.*

12 Beroensis. *id est de ciuitate Beroe.*

13 Hi cum præcessissent sustinuerunt nos Troade. *id est expectauerunt. Lucas enim qui loquitur remanserat cum Paulo, à recta via propter insidias, declinante.*

14 Nos

14 Nos vero nauiga. &c. *Remotis impedimentis itineris, Pauli, hic consequenter ponitur prosecutio itineris inchoati, scilicet versus Ierusalem. & primo ponitur per viam processus, secũdo ad terminum accessus. ca. sequenti, ibi*: Post dies autem istos *Prima diuiditur in quatuor partes secũdum quatuor loca in quibus Paulus fecit aliquam moram: quæ patebunt prosequendo. Primus verò locus fuit ciuitas Troade. ad quam primo describitur Pauli peruentio, cum dicitur*: Nos vero nauigauimus post dies azymorum *id est solennitate Paschali transacta.*

Diuisio.

15 A Philippis. *quæ est ciuitas Macedoniæ, quam primo Paulus intrauit, vt habetur suprà xvj. ca. & ab ea. vlti. recessit, vt habetur hic.*

16 Et venimus ad eos Troadem in diebus quinque. *vbi habitabant comites Pauli, qui eum præcesserant, vt dictum est.*

17 Vbi demorati sumus diebus septem. *ad credentium confirmationem.*

18 Vna autem sabbati. *Hic secundò ponitur Pauli prædicatio cum dicitur.* Vna autem sabbati. *id est die dominica, quæ est prima post sabbatum.*

19 Cum conuenissemus ad frangendum panem. *pro refectione corporali.*

20 Paulus disputabat cum eis. *prius reficiens eos pane verbi diuini.*

21 Profecturus in crastinum. *vt verba quæ recedens dicebat, arctius in cordibus audientium impressa remanerent.*

22 Protraxitque sermonem vsque ad mediam noctem. *multum solicitus de cibo spirituali, & parum de corporali.*

✠ Sedens.

MORALITER.

✠ 1 *Postquam autem cessauit tumultus &c.* Sequitur.

9 *Factæ sunt illi insidiæ* scilicet Paulo. Per hoc autem quod Paulus ad euadendum insidias retrocessit per Macedoniam docuit nos in periculis non omittere ea quæ possunt fieri secundum prouidentiam humanam. Nam hoc esset tentare Deum, nisi diuina reuelatio esset ad oppositum.

† *Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo.* scilicet in quo Paulus docebat. per quod significatur quòd euãgelica doctrina in luce doceri debet tanquàm verissima. Per hoc autem quòd Paulus docebat in tertio cœnaculo, vt ex sequentibus patet, significatus fuit ipsius raptus vsque ad tertium cœlum vt habetur. ij. Corinth. xij. Item secundũ glos. per tria cœnacula significantur tres virtutes theologicæ, scilicet Fides, Spes & Charitas, de quibus Paulus docebat efficaciter & deuotè. Per Eutichum qui obdormiuit Paulo protrahente sermonem significatur homo negligens audire quæ necessaria sunt ad salutem, & sic permittente Deo cadit à tertio cœnaculo, id est de charitate, committendo peccatum mortale. Per Paulum verò descendentem ad ipsum & complexantem, significatur prædicator vel confessor, qui per charitatem ad eum descendit, & per sacras monitiones ipsum refouet & instruit: & sic Deo miserante lapsus ad vitam gratiæ redit.

✠ Festina-

☞ ✠ CHRYSOST. Vide vt omnia adiuncta sunt prædicationi: A Pentecoste tunc erat, & dies dominicus, & vsque ad noctis dimidium sermonem extendit, adeò salutem discipulorum cupiebat, quod neque per noctem silebat, sed tunc propter silentium magis disserebat, & ad ipsum cœnæ tempus.

a *Eutichus.* BEDA. Hebraicè amẽs, Grecè fortunatus interpretatur: quorũ vnum ei, qui per adolescentiæ voluptatem de virtutum culmine ceciderit, alterum ei qui per condescẽsionem prædicatoris ad virtutum sũma redierit, cõgruit.

b *De tertio cœnaculo* BEDA. Tria cœnacula in quorum supremo Paulus disputat: Fides, Spes Charitas: maior autem his est Charitas: quoniam qui per ignauiã deserendo inter Apostoli voces dormitare cœpit, iam inter mortuos computatur. In vno enim offendens: omnium reus est.

c *Sublatus est mor.* BEDA. Inter verba prædicationis, occurrit vt dulcedine miraculi, & doctrinæ sermo firmetur, & vigiliarum labor arceatur, memoria etiam magistri iam discessuri arctius menti infigatur.

B

† commorati Trogilij

† præternauigare

d *Cũ descendisset Pau. incu.* BEDA. Descendit & incubuit, cõplexus est. Hoc est quod Paulus di. Filioli quos iterũ parturio, donec Christus formetur in vobis. Operosior enim est suscitatio eorum qui per negligentiam, quàm qui per necessitatem & infirmitatem peccant, & hæc per Eutichum, illa per Thabitam à Petro suscitatam exprimitur. Ideo illa in die moritur. hic in media nocte. Illa post mortem in cœnaculo ponitur, hic tertio cœnaculo delapsus moritur. Iste præsente & docente, illa magistro absente: illa mox viso Petro resedit, hic nocte defunctus tandem mane resurgit, & sole iusticiæ afflante rediuiuus adducitur.

e *Anima enim.* RAB. Non ex toto discessit vel rediit, hoc propter incredulos dixit, vt nõ est mortua puella, sed dormit: sic enim desperatio tollitur.

✠ CHRYSOST. Videoro spectaculum vt erant coadunati. Congregatis enim discipulis, inquit, etiam signum. *In fenestra,* inquit, sedebat, & intempesta nocte. Tantum erat audiendi desiderium. Confundamur nos, qui neque in die hoc facimus. Sed Paulus, dicis, disserebat tunc. Quid dicis Etiamnũ Paulus disserit imò

C

vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens
a ¶ Historicè, vel mysticè fidem. 1
a nomine Euthicus super fenestram, cum mergeretur som-
a ¶ Carnali, vel spirituali. b ¶ Præ infirmitate fidei. c ¶ Hæc est causa somni, lõgitudo disputatiõis.
b no graui, disputante diu Paulo, † ductus somno ceci-
a ¶ Hystoricè vel aliquem errorem Trinitatis indicat. b ¶ De terra. vel de prauitate sensus.
c dit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mor-
d a ¶ Carne, vel spiritu. ¶ De cœnaculo, vel compatiendo. 2
e tuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super 3
eum, & cõplexus dixit: Nolite turbari: Anima enim ipsius
¶ Cibum parum. 4
in ipso est. Ascendens autem frãgensque panem & gustãs, 5
satisque allocutus est vsque in lucem, & sic profectus est. 6 7
¶ Passiue est legendum. 8
Adduxerunt autem puerum viuentem, & † consolati sunt
f ¶ Paulo per terram iter agente. 9
non minimè. Nos autem ascendẽtes nauem nauigauimus 10
¶ Ciuitas est, vel insula.
in Asson, inde suscepturi Paulum. Sic enim disposuerat
ipse, per terram iter facturus. Cum autem conuenissemus
a ¶ Insula est quæ est contra Asiam, interpretatur enim, declinans siue transmigrans: vel ciuitas in Cypro insula. 11
in Asson, assumpto eo venimus Mytilenen. Et inde naui-
¶ Ciuitas, vel insula. 12
gantes sequenti die venimus contra Chium, & † alia die 13
a ¶ Insula est. 14
applicuimus Samum & † sequenti die venimus Miletum. 15
¶ Ad vel præter. 16
Proposuerat enim Paulus † transnauigare Ephesum: ne †
qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim si possibile
a ¶ Vel, stes, id est, quinquagesimæ. 17
g sibi esset, vt diem Pentecosten faceret Ierosolymis.

imò neque tunc, neque nunc Paulus, sed Christus, & nullus audit, non fenestra nunc, non fames, non somnus interturbat, attamen non audimus, non angustia loci, non aliquid horum. Et hoc sanè miraculum, quòd etiam ille cum esset adolescens, non erat ignauus, & cum somno grauaretur nõ recessit, neque timuit periculum, ne delaberetur. Ne mireris, non enim ab ignauia dormitauit, sed à necessitate naturæ. Tu autem, vide, oro, promptitudinẽ, quòd etiam in tertio cœnaculo erant: Nondum enim erat Ecclesia. *Ne turbemini,* inquit, anima illius in ipso est. Non dixit, resurget, excitabo enim illum: sed quid, ne turbemini. Vide vt fastucaret, & promptè cõsolatur. *Et vt ascẽdit fregitque panem,* inquit, *ac gustauit.* Hoc sermonem interpellauit, non ostendit. Vides sine superfluitate cœnam. *Et vt gustauit,* inquit, *Deo collocutus est vsque ad diluculum & ita exiit.* Vides quomodo pernoctarint, quales mensæ fuerint? quàm sobriè iterum auditores abierint, quàm studio si ad audiendum fuerint. Quid nos à canibus distamus? Videtis quantum discrimen. *Adduxerunt autẽ puerum viuum, & consolationem habuerunt non vulgarem.* Magna hæc consolatio, & quod viuum recipiũt, & quòd miraculum factũ est. D

† magis depressus

† De conse di. 5. cap. pe in fi. ibi miracula.

† refocillati sunt non mediocriter.

† postridiè

E

† tempus tereret.

f *Nos autem ascendẽtes nauem, nauigauimus in Asson,* ✠ IDEM Vbique à discipulis segregatur Paulus. Eccè enim ipse quidem pedes viam ingreditur, illi autem nauigio vadunt, permittit illis quod leuius, eligens sibi quod molestius. Pedes vadit, partim multa gerens sapienter, partim docens illos à se non separari *Et inde nauigantes &c.* IDEM Vides quomodo festinante Paulo pergunt, & non moram trahunt, sed prætereunt insulas. Ptoposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum. ne tempus tereret in Asia.

g *Pentecosten* BEDA Constat Paschæ tempus & Pentecostes temporibus apostolorum celebratum esse BEDA. Præcepto legis omnes Iudæi ter in anno, id est, in Pascha, Pentecoste, & Scenophegia Ierosolymam conueniebant, & Apostolus ruptis sæculi nexibus diem quinquagesimum, id est, remissionis & spiritussancti agere festinat.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non erat propter festum, sed pro- F
☞ pter mul-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sedens. *Hic tertio ad confirmationem doctrinæ Pauli ponitur suscitatio mortui. Et patet litera vsque ibi:*

2 Incubuit super eum. *ex magna compassione Deum orans pro eius suscitatione.*

3 Nolite turbari. *Sciebat enim per spiritum adolescentem resuscitandum.*

4 Ascendens autem. *ad cœnaculum, vnde iuuenis ceciderat.*

5 Frangensque panem. *id est, modicum accipiens.*

6 Satisque allocutus est. *circunstantes verbis ædificatoriis.*

7 Vsque in lucem. *diei, & sic profectus est. ex quo patet solicitudo Pauli pro salute proximi. quia profecturus in crastinum per totam noctem non dormiuit, intentus prædicationi vsque ad mediam noctem: & tunc resuscitato Euticho & modico pane gustato sermonem, resumpsit vsque ad diem clarum: & sic iuit viam suam.*

8 Adduxerunt au. *de vita pueri & facto miraculo ad gloriam Dei.*

9 Nos autem ascen. *Hic consequenter ponitur secundus locus, in quo Paulus contraxit moram, in scilicet apud Miletum, ad quem primò describitur accessus secundo consequens fructus, ibi: A Mileto autem tertio flebilis recessus, ibi: Et cum hæc dixisset. Circa primum dicitur:* Nos autem ascendentes nauem. *sine Paulo.*

10 Nauigauimus in Asson. *Asson est nomen loci, ad quem Paulus venit per terram.*

11 Assumpto eo. *scilicet Paulo.*

12 Venimus Mytilenen. *Mytilene est nomen insulæ.*

13 Et inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium. *Aliqui dicunt, quòd sunt duæ dictiones, alij quòd vna tantum.*

14 Alia die applicuimus Samum *Samum nomen est portus.*

15 Et sequenti die venimus Miletum. *vbi proposuerat Paulus aliquantulum pausare. Et reddit rationem quare nauigando transierat Ephesum absque applicatione ad locum, quæ tamẽ erat ciuitas metropolis, in qua Paulus frequenter prædicauerat, cum subditur:*

16 Ne qua mora &c. *Si enim declinasset illuc, oportuisset eum diutius morari propter multitudinem credentium & solennitatem loci. Et causa festinationis Pauli subditur, cum dicitur:*

17 Vt diem pentecost. fa. Iero. *id est, solennizaret. erat autem dies* ✠ Illa

MORALITER.

✠ † *Festinabat enim, si possibile esset: vt diem Pente. fa.* Per hoc docentur Catholici generaliter & ecclesiæ ministri & religiosi specialiter, vt in diebus festiuis sint in sacris locis.

A pter multitudinem, interim hoc Iudæis dabat quasi colat festiuitatem, & rapere volens inimicos, festinabat sermonem annunciare. Vide igitur quãtum lucrum omnibus præsentibus? Et aliter: ne Ephesij negligantur, interim dispensat, & curat.

a *Alligatus ego &c.* BED. Apertè ostẽdit, quod ea quæ futura erant, non sibiipsi, sed aliis de se reuelata cognouit, ex quibus erat Agabus propheta, & illi discipuli qui eum à Tyro monebant per spiritum ne ascenderet Ierosolymam. [infra 10. c.]

b *A Mileto autem mittens Ephesum vocauit maiores natu Ecclesiæ &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Vide vt ille B vrgeat quo prius adnauigetur, & non despiciat, sed totum probè dispẽset accersẽs principes, & cũm illis quæ dicta sunt tractans, Et admiratione dignum est, quod quando necessitas adigit, tam eximia de seipso dicere attentat, omni modestia vtens. Sicut enim Samuel traditurus Sauli principatum de ipso dicit: Nunquid à vobis accepi, vos testes ac Deus. Et Dauid, quum fides non haberetur ei, dicit: In ouili eram pascens oues patris mei, & quando venit vrsus, manibus illum discerpsi. Et ipse Paulus Corinthiis dicit: Insipiens fui, vos me coegistis. Et Deus quoque istuc ipsum facit, non simpliciter de seipso dicẽs, sed quando ei non creditur beneficia profert. Vide igitur & hic quid facit? Primùm ipsorum testimonium offert, ne putes
C

† animi
† suffugerim eorum quæ essent in rem vestram
† testificatur
1 Reg. 10
1. Reg. 17.
2. Cor. 7.
† vita mea chara est mihiipsi
-- verbi
† 2. Reg. 3. f

putes superba esse verba, etiã auditores adhibet in testes eorum quæ dicuntur, quòd minimè ipsis mentiatur. Hæc doctoris virtus est, quãdo suorum operum testes habet discipulos. D

c *Testificans Iudæis atque gentibus &c.* ✠ CHRYSOST. Non vobis solum, sed etiã Græcis. Hic est illa dicendi libertas, etiam licet nihil profuissem⁹ dicere oportet. Hoc est enim propriè, testificor, quando non attendẽ ibus loquimur. Ita Moses ait: Testificor cœlum ac terram. Et nunc ille. Testificans Iudæis simul, ac Græcis pœnitẽtiam agant, & cõuertãtur ad Deũ. Neque enim Iudæi illum fuerunt, eo quòd filium ignorarint, & opera ac fidẽ non habuerint erga Iesum Christum. E

d *Mundus sum à sanguine &c.* ✠ GREGO. O quàm liber à commissorum sibi sanguine fuerat prædicator egregius, qui dicebat: Mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi, quominùs annunciarẽ omne cõsilium Dei vobis. Si enim nõ annunciasset, mũdus à sanguine nõ esset. Sed quibus omne consilium Dei annũciare studuit, ab eorum sanguine mundus fuit. In qua voce nos conuenimur, nos constringimur, nos rei esse ostendimur, qui sacerdotes vocamur, qui super ea mala quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidiè tepidi & tacentes videmus.

Attendite F

lib. 7. constitul. apostol. c. 32.
† curo, ve me; mouet
† ad testificandum

a ¶Non nauigans ad Ephesum. b ¶Vt præsbyteros, vt in Græco habetur.
A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit maiores natu 1
ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit
a ¶Non gloriatur, sed exemplum de se proponit vt imitentur. b ¶Vt dictum est, deuenitque Ephesum &c. supra ca. xviij.
eis: Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum, per omne tempus fuerim seruiens Domino cum omni † humilitate & lachrymis & tentationibus, 2
¶Non vestris.
quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum: quomodò vo- 3
¶Verborum. ¶Verbo.
bis nihil † subtraxerim vtilium, quominus annunciarem 4
¶Facto. ¶Contra hæreticos. ¶In occulto.
c vobis & docerem vos publicè & per domos, testificãs Iu- 5
dæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in 6
Dominum nostrum Iesum Christum. Et nunc ecce alli- 7
a ¶Quasi coactus ad illud iter. b ¶Sancto præsciente, vel mente mea.
b gatus ego spiritu vado in Ierusalem: quæ in ea ventura 8
¶Vbique, non semel in vno loco.
sunt mihi ignorans, nisi quòd spiritussanctus per omnes 9
¶Et per me, & per alios.
ciuitates, † protestatur mihi dicens: Quoniam vincula & 10
¶Vt vbi aliquando persecutus est ecclesiam, ibi nunc pro pace ecclesiæ doceret.
tribulationes Ierosolymis me manent. Sed nihil horum † 11
a ¶Vitam quæ inspiratur ab anima temporaliter, quam pro nihilo ducit qui æternæ vitæ gaudia expectat. ¶id est, animam meam.
vereor: nec † facio animam meam pretiosiorem quàm 12
13
¶More militari Vnde: cursum consummaui.
me, dummodo ego consummem cursum meum, & ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu, † testificari
a ¶Remissionis peccatorum, vel spiritalis gratiæ.
euangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio, quia am-
¶Qui estis in prouinciis quibus prædicaui.
plius non videbitis faciem meã vos omnes per quos tran-
¶Ideo quia non videbitis faciem meam, vel testamenta relinquo: quia mundus sum &c. 14
siui prædicans regnum Dei. Quapropter cõtestor vos ho- 15
a ¶Quia nou peperci vitiis eorum. 16
d dierna die, † quia mũdus sum à sanguine omnium. 17

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *illa solennis propter dationem legis quantum ad Decalogi præcepta, Exod. xx. quæ manent in lege noua: & propter dationem spiritussancti credentibus in signo visibili, suprà. x. c.*

1 A Mileto autem. *Hic ponitur consequens fructus, quia Paulus mandauit ibi conuenire ministros ecclesiæ de tota Ephesina diœcesi, exhortans eos ad bonum regimen ecclesiæ Dei, informans eos primo contra sæuitiam persecutorum, secundo contra fraudulentiam deceptorum, ibi: Attendite. tertio contra concupiscentiam temporalium bonorum, ibi: Argentum autem. & in omnibus ponit se pro exemplari, docens facto ac verbo. Prima pars patet vsque ibi:*

2 Et tentationibus. *id est periculis mortis.*

3 Quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum. *pro quibus nihil omisi de contingentibus ad vestram salutem.*

4 Et docerem vos publicè & per domos. *id est priuatim.*

5 Testificans Iudæis atque Gentilibus. *indifferenter.*

6 In Deum pœnitentiam & fidem &c. *id est annunciando eis pœnitentiam in Deum ordinantem.*

7 Et nunc ecce ego alligatus spiritu. *id est ex reuelatione spiritussancti ad hoc astructus, cui tamen volo promptus in omnibus obedire.*

8 Vado in Ierusalem quæ in ea ventura sunt igno. *in speciali sciebat tamen ea generaliter, Deo subditus:*

9 Nisi quòd spiritussanctus per omnes ciuitates. *id est frequenter.*

10 Protestatur mihi dicens: quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. *id est, ibi me expectant.*

11 Sed nihil horum vereor: *id est timeo sustinere propter Christum:*

12 Nec facio animam meam. *id est vitam meam sensibilem.*

13 Pretiosiorem quàm me. *id est quàm animam meam intellectiuam, quæ dicitur ipse homo, eo modo loquendi quo totum nominatur à parte nobiliori. Cætera patent vsque ibi:*

14 Qua propter contestor vos hodierna die. *id est hac vltima voce pro omnibus.*

15 Quia mundus sum à sanguine omnium. *scilicet vestrum: etsi de cætero incurratis aliquod graue peccatum & subditur causa.*

16 Non enim subterfugi. *propter quæcunque pericula imminentia mihi.*

17 Quominus annunciarem omne consilium Dei vobis. *de pertinentibus ad salutem.*

✠ Atten-

MORALITER.

✠ 1 *A Mileto autem mittens Ephesum vocauit maiores natu ecclesiæ &c.* docens eos & exhortans, vt essent soliciti de bono regimine gregis sui. ponens exemplum suæ sollicitudinis, quam fuerant multipliciter experti. & hoc facit per totum residuum huius capi. & in hoc dedit exemplum omnibus ecclesias regentibus similiter faciendi.

✠ MORA-

A a *Attendite vobis &c.* ✠ CHRYSOST. Vides, duo præcepit igitur neq; alios corrigere solũ habet quiddã lucri. Timeo enim, inquit, ne aliis prędicans ipse reprobus efficiar? neq; sui solius curam habere. Qui enim seipsum amat, & quæ sua sunt quærit, similis est ei, qui talentum defodit: non quod præeligenda sit nostra salus gregi, sed quia quando nobisipsis attendimus, tunc & grex lucrum habet.

b *In quo vos spiritussanctus posuit.* ✠ CLEMENS Ro. Cõstituite Episcopos dignos Domino Presbyteros quoque & Diaconos, homines pios, iustos, mites, non cupidos, veritatis studiosos, probatos, sanctos non acceptores personarũ, qui valeant docere sermonẽ veritatis rectè procedentes in placitis Domini.

c *Posuit episc.* BED. Dictum est supra presbyteros Epheso Miletũ vocatos, quos nunc Episcopos idest, super B inspectores vocat, nõ enim vna ciuitas plures Episcopos habuit, sed eosdem presbyteros nomine Episcopo. significat, coniunctus est enim gradus, & in multis penè simillimus.

✠ HIERON. Sicut presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit esse subiectos, ita Episcopi nouerint se magis consuetudine quàm dispositionis dominicæ veritate, presbyteris esse maiores & in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysem: qui cum haberet in potestate solus præesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret.

d *Regere ecclesiam Dei.* ✠ HIERON. Seculares viros ad ministerium non assumas Ecclesię: sic enim legis. Manus tenere nemini imposueris. Et iterum. Hi primum comprobentur, & sic ministrent sine crimine constituti. Sunt enim multi, qui sequẽtes vota populorum, disciplinam Ecclesiæ nõ obseruant, ac sine experimento bonæ vitæ eligunt non conuersos. Atque vt consuetudinẽ reprehendam, peccantes nobilitatem potius, quã mores optimos benedicunt: & ante regni cœlestis gubernacula tradunt, quàm de terrena conuersatione securi sint, quasi verò Deo deficiant sacerdotes, aut Clericatus officium possit implere, qui necdum castus didicit esse abstinendo. Taceo de reliquis vitæ documentis, quòd ignorat libros, quòd consuetudinem nescit, & prius doctor gentium dicitur, vel minister, quàm discat aliquid imperitus, alieno iudicio in posterum viuens nõ Dei, sed cuiuscunque facit in omnibus voluntatem. Dum enim instruenti se obedientiã debet, cedit ad tempus, & inuitus nomen discipuli accipit in magistro, mi- C norque fit minimo. Concurrunt ad Ecclesiam populi, à sacerdote nouo aliquid audituri. quòd ædificet cunctos, quod saluet vniuersos,

Lib. 7. cõst. apost. c. 31.
† 95. di. c. ecce 7. q. 1. c. suggestum.
* igitur
* fratres
Lib. 1. com. in epist. ad Tit. c. 1.
Tom. 9. ad Ruffin. Narbon. Episc. de 7 ordin. Eccles.

uersos, & vltra solitũ morem fortè nihil dicitur, cereas nectit, paginas ignotas cuctis versat in pectore, & delicta omnia recognoscens, sola impudentia vtitur excusantis, & hoc ipsum quod rogatur, irascitur. Quale tunc erit quæso, Episcope, iudicium tuum, cũ interrogatus, nihil dixeris, ac mulieres laicosq; pro scientia agnitionis vitæ intrare Ecclesiam recognoueris? D

e *Ego scio quoniã intrabunt post discessionem meam.* ✠ CLEMENS ROM. Impios hæreticos qui impenitentes fuerint, segregatos à fidelib. eiicite atque à Dei Ecclesia exterminare præcipitéque fidelib. vt ab eorum consuetudine omnibus modis se abstineãt, nec sermonis cum iis neq; precum cõmunionem habeãt vllam, hij enim aduersatij, insidiatoresque sunt Ecclesię qui gregem labefactant, & hæreditatem contaminant. E

Optatus Milenit. Hæretici veritatis exules, sani & verissimi symboli desertores de sinu Ecclesiæ sanctæ impiis sensibus deprauati contempto quod benè fuerant geniti, vt ignorantes & rudes deciperent de se nasci voluerunt. Et qui iamdudum in talibus pasti fuerant cibis, corruptela malæ digestionis, in pernicie miserorum disputationibus impiis venena mortifera vomuerunt.

✠ HYPOLYTVS. Diuiniloqui qui confirmant aduentu domini nostri Iesu Christi, sigillatim innuerunt istorum detestãdorum, ac exitialium hominum demonstrationem ac palàm prædicarunt nefarias illorum actiones.

✠ CYRILLVS HIEROS. Fuge hæreticorum impietatem. Et omnes oderis hæreticos, neque aue dixeris talibus, ne communices operib. infructuosis tenebrarum, neue sis curiosus, nec in sermones illorum deuenire velis.

Dei quam acquisiuit sanguine suo. BEDA. Non dubitat sanguinem Dei dicere propter vnionem personæ in duabus naturis Iesu Christi, pro qua est in cœlo: Cesset Nestorius filium hominis à filio Dei separare, & duos facere Christos.

f *Memoria retinentes.* RAB. Quod dixerat memoria retinendum, non enim parua est custodia diuini præcepti memoria.

g *Quoniam per triennium nocte & die non cessaui cum lachrymis monens vnum quemque vestrum.* Hæc Aratus bræuiter exponit dicens: Qui clam ecclesiæ, tria dogmata sæpius edit. Historicum morale sonans, typicumque volumen. Hinc Iudæa vocans, sterilis quæ dicitur arbor, Expectat, à tribus fructum non attulit annis. F

h *Nunc commendo vos Deo, &c.* ✠ CHRYSOST. Quod in

epistolis

Lib. 9. c. 1?. const. ap.
* domini
† graues
Lib. 1 aduersus Parm donatist.
† inter sanctificatos omnes
† imo
de consum. mund. 1.
Catech. 6

a ¶Non dimisi vel subterfugi aliquem sermonem doctrinæ. b ¶Maximè de incarnatione.
Non enim subterfugi, quo minus annũciarem omne con-
a ¶Hoc dicit maioribus natu. b ¶.i. vos & vniuersum gregem vobis commissum custodite ab hæreticis.
a siliũ Dei vobis † Attendite * vobis & vniuerso gregi, in quo 1
b 2
a ¶Speculatores. b ¶Non propter solum nomen vel honorem, sed vt regatis. c ¶Non nostram.
c d vos spiritussanctus posuit episcopos, regere ecclesiã * Dei 3
a ¶Non paruo pretio. b ¶Ideo attendendum. c ¶Qui de foris sunt & extra ecclesiam.
e quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabũt 4
5
a ¶De mundo. q. d. tunc timendi vobis cum absens ero. b ¶Hæretici callidi in fide, fortes in disputatione, crudeles in occisione.
post discessionem meam lupi † rapaces in vos non parcen-
a ¶Præter eos qui de foris intrabunt. b ¶De his Iohannes dicit: Ex nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt. ¶In superbiæ elatione.
tes gregi. Et ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, 6
¶Quia intrabunt & exurgent.
f vt adducant discipulos post se, Propter quod vigilate, me- 7
8
g moria retinentes: quoniam per triennium nocte & die nõ 9
cessaui cum lachrymis monens vnum quemque vestrũ. Et 10
a ¶Fragiles designat Episcopos. b ¶Vt vos custodes aliorum custodiat Deus. c ¶Spiritussancti qui in Paulo loquebatur: vel verbo gratiæ, quod præstat gratiam audientibus.
h nũnc commendo vos * Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui po- 11
a ¶Vos in vnam domum. i. ecclesiam. b ¶Cœlestem. i. vt ædificet & sibi hæreditatem det in sanctis, vt ipsi sint hæreditas eius.
tẽs est † ædificare & dare hæreditatem † in sanctificatis om- 12
¶In hoc cognoscuntur lupi quod hoc concupiscunt. 13
nib. Argentũ & aurum aut vestẽ nullius concupiui, † sicut 14
& ipsi scitis, quoniã ad ea quę mihi opus erant, & his q me-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Attendite vobis. *Hic consequenter informat eos contra fraudulentiam deceptorum, dicens:* Attendite vobis. *in personis propriis.*

2 Et vniuerso gregi. *commisso vestro regimini.*

3 Vos spiritussanctus posuit Episcopos. *id est ministros sub nomine enim Episcoporum intelliguntur alij ecclesiæ ministri. Vnde Episcopus Græcè superintendens est Latinè. Ex huiusmodi vigilantia subdit causam di.*

4 Ego scio *per reuelationem spiritussancti.*

5 Quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos. *id est falsi Apostoli ad decipiendum vos.*

6 Et ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa. *id est hæretici corrumpentes articulos fidei.*

7 Propter quod vigila. *super custodia gregis vobis commissi.*

8 Memoria retinentes, *ea quæ solicite vos docui, ideo subditur.*

9 Quoniam per triennium. *Et quia nisi dominus custodierit ciuitatem, fr. vi. qui cu. eam: Psal. cxxvj. ideo subditur.*

10 Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius. *id est facto vel effectui. Verbũ enim in scriptura frequenter accipitur, pro facto ij. Reg. j. a. Quod est verbum quod factum est, & maxime in Deo, cuius dicere est facere: Psal. cxlviij. a. Ipse dixit, & facta sunt.*

11 Qui potens est ædificare. *per gratiam in præsenti.*

12 Et dare hæreditatem *gloriæ in futuro.*

13 In sanctificatis omnibus. *nam ibi nullus admittitur nisi sanctus.*

14 Argentum & aurum. *Hic consequenter informat eos contra concupiscentiam temporalium per suipsius exemplum, quod erat eis per experientiam notum.*

Ministrauerunt manus. *Apud eos enim vixerat de proprio labore. Et subdit causam dicens.*

Omnia

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ epistolis,hoc &in consiliis agit ab admonitione in preces desinit
A Quoniã enim illos valdè terruit dicens. Lupi graues ingredientur ad vos,ne consternatas reddat animas,ac perdat. Vide consolationem. *Et nunc*,inquit,Sic dixit manifestans per hoc, ꝙ quasi semper hoc agat. *Commendo vos fratres Deo, & verbo gratiæ eius.* hoc est gratiæ illius, & benè sic dixit: Sciebat enim quod gratia saluat. Subindè illos memores facit gratię, quasi debitores studiosiores faciens, & confidere suadens *Qui potens est vos superstruere.* Non dicit extruere, *sed superstruere*, ostendens ꝙ extructi essent Deinde spei futuræ
B meminit dicendo. *Et dare vobis hæreditatẽ.* inter omnes sanctificatos. Subditur iterum admonitio. *Argẽtum, (inquit) vel aurum*, vel vestem nullius cõcupiui. Radicem malorum auaritiam sustulit. Argentum,inquit, vel aurũ non dixit,non accepi:sed neque concupiui. *Quoniam ad ea quæ mihi opus erãt,& his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ.* Omnia ostẽdi vobis, quòd sic laborantes oportet suscipere infirmos.
✠ IDEM. Vide illum opere manuario vsum, & nõ simpliciter, sed cum fatigatione. Necessitatibus meis,& his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ Hoc per admonitionem dixit. Et vide quam meritò. Non enim dixit,pecuniis fuisse meliores,sed quid? oportet suscipere infirmos, non simpliciper omnes, sed infirmos.
C a *Omnia ostendi vobis.* BEDi.non solum doctrinæ inter pressuras & lachrymas insistendum,& ne quis infirmorũ grauetur manibus D esse laborandum,hoc est:quod alibi dicitur: *Quodcunque supererogaueris,cũ rediero reddam tibi.* Euangelium,scilicet prædicare, & ex euangelio sumptus non quærere. Luc.10.f

b *Beatius est.* RAB.hoc in euangelio non legitur,non enim omnia scripta sunt, sed Paulus forsitã hoc ab Apostolis audiuit,vel à spiritusancto accepit,vel potest dici ꝙsi nõ verba, sensum istũ Iesus indicauit di. Omni petenti da. Et alibi Nolite accipere aurum,&c. 1.Cor.9.b.

a ¶Exemplum operandi etiam episcopis.est signum quo discernuntur à lupis. b ¶Exempla,maximè operandi.
a cum sunt, ministrauerunt manus istæ. Omnia * ostendi vo- 1
a ¶Vt ego cuius manus ministrauerunt. b ¶Ad ministrandam infirmis,sicut ego feci his qui mecũ sunt. 2
bis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac 3
b meminisse verbi domini Iesu (quoniam ipse dixi) Beatius 4
est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis 5 6
a ¶Commendando illos Deo.orauit etiam pro se qui profecturus erat,maximè propter suum discessum & luporum aduentum. 7 8
genibus suis orauit cum omnib⁹ illis. Magnus autem fletus 9
c factus est omnium. Et procumbentes supra collum Pauli,
osculabantur eum, dolentes maximè in verbo quod dixe-
rat: Quoniam amplius faciem eius non essent visuri: & de-
ducebant eum ad nauem.

✠ CLEMENS ROMA. Verè beatus dicendus est is, qui cũ posset sibi in sumpt⁹ ministrare, orphani, viduæ, & aduenæ locũ non occupat, quoniam & dominus beatiorem esse dixit eum qui dat, quàm qui accipit. Lib.4.ca.1. constit. Apost. E

BED. nõ illis qui relictis omnib. secuti sunt Dominum diuites eleemosynarios præponit sed illos maximè glorificat, q cunctis q possident in semet renunciantes, nihilominus laborant operando manib. vt habeant vnde tribuant necessitatem patienti. Ephes 4.g. superstruere.

c *Et factus est.* ✠ CHRYSOS. Dixerat Ingressuri sunt lupi rapaces, Dixerat, mundus sum à sanguine omniũ Hæc vtraq; terribilia, & ad contristandũ sufficientia. Maxime autẽ omniũ dolebat, ꝙ vltra illũ visuri non essent, & hinc agonis istius difficultas Deducebãt autẽ illũ ad nauem, sic diligebant eum, sic affecti erant erga eum.

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omnia ostendi vobis. *pro exemplo perfectionis.*
2 Quoniam sic laborantes. *id est proprio labore viuentes.*
3 Oportet suscipere. *ad doctrinam fidei*
4 Infirmos. *qui sunt auari, ad dandum tardi. Licet enim Paulus posset accipere sumptus ab illis quibus prædicabat, tamen frequenter abstinebat, ne fructus prædicationis impediretur in illis: quoniã propter auaritiam suam ab auditu prædicationis retraherentur, subdit etiam causam di.*
5 Ac meminisse *supple oportet.*
6 Quoniam ipse dixit. *licet hoc non habeatur in Euangelio, tenendum tamen est firmiter propter verbum Apostoli quod dixit, quia nõ omnia eius facta sunt scripta Io.vl.gl. & multò minus eius verba, sed per reuelationem Paulus habuit hoc Christi verbum, sicut & eius Euangelium Gal.j.*
7 Beatius est. *Ex hoc voluerunt aliqui dicere, quod maioris perfectionis est diuitias propria in seculo erogare pauperib. quam in religione mendicare sed hoc reprobatur li. de ecclesiasticis do. vbi dicitur: Bonum est cum d spensatione bona pauperib. erogare, sed melius est intentione sequendi Christum totum simul dare, & absolutum à solicitudine cum Christo agere. Et Hie. contra Vigilantium, dicit, quod asserit melius facere, qui vtuntur reb. suis, & paulatim fructus possessionum pauperib. diuidunt, &c Sequitur. Nõ à me. sed à Deo respondetur, Vade & vende omnia quæ ha. & d.p. & ve. & se.me. propter quod verbũ istud: Beatius est, & c. Intelligendum est cæteris paribus quæ non sunt in proposito.*
8 Et cum hæc dixisset. *Hic vltimo ponitur Pauli flebilis recessus, eo quod dixerat: quod non viderent amplius faciem eius. Et patet litera hoc excepto.* 9 Orauit cum omnib. *pro conseruatione eorũ à quib. recedebat, & directione sui, & eorum, quos secum ducebat.*

ADDITIO I.

In ca xx. vbi dicitur in Post. Verbum enim in Scriptura frequenter accipitur pro facto.

Verbum gratiæ in hoc loco secundum Gl. intelligitur verbum quod præstat gratiam agentibus.

ADDITIO II.

In eo.c. vbi dicitur in Post. Beatius est magis dare quã accipere.

Hæc conclusio Apostoli, sc. ꝙ beatius est magis dare quam accipere, videtur habere non modica in rationis dictamine fundamenta. Potest enim primo in similitudine seu participatione diuinæ beatitudinis fundari. sic. Nam diuina beatitudo complectitur omnes beatitudines sicut & diuina perfectio complectitur omnem perfectionem, vt in j.par.q. xxvj. Constat autẽ ꝙ Deo maximè competit dare omnib. creaturis tã in esse naturæ quã in esse gratiæ & gloriæ, prout communiter scriptura testatur, non autẽ conuenit sibi accipere quia bonorum nostrorum non eget, vt in Psalm. ergo Beatius est dare secundũ quòd Deo assimilamur, quam accipere: per quod à participatione diuinæ similitudinis deficimus. Itẽ quia dans acquirit in datione bonum honestum, sed recipiens non acquirit in receptione nisi bonũ vtile, Bonum autem honestum melius est, quã bonũ vtile, secundum Philosophum. Item ad dantẽ pertinet agere, ad recipientem autẽ pertinet pati, & sic habetur intentũ. Itẽ excellẽtius est agere quã pati, & per consequẽs virtuosius quia virtus circa difficile consistit quæ quidẽ tres vltimæ rationes possunt haberi à Philosopho. ix. Ethic, vbi tractat de amore beneficiatoris ad beneficiatũ & econtrà, His autẽ dimissis quia Apostolus fundat se in autoritate diuina, di. Quoniã ipse dixit, *sci. Christus:* Beatius est magis da.&c. *Attendẽdũ est ꝙ licet ista verba nõ cõtineantur sic sub eadẽ forma in Euangelio, continentur tamen virtualiter. Loquendo enim de datione prout pertinet ad eleemosynã vel ad beneficiũ de quib. vel saltem de altero corũ Apostolus ad præsens agit, vt in litera patet. Cõstat quod Christus in multis locis euangelij dationem cõmendauit, præcipiens seu consulens actum ad hoc pertinens. De eleemosyna enim patet, cũ dicit Lu.xj f.* Date eleemosynã, & omnia munda sunt vobis. *Abscõdite eleemosynã in sinu pauperis, &c. & sic in multis aliis locis. De datione verò quæ pertinet ad beneficentiã Mat.v.g. dicitur:* Benefacite his qui ode vos, vt sitis fi.pa.ve. qui solẽ suũ facit oriri, &c. *Non tamen legitur cõmendasse, præcepisse seu cõsuluisse receptionem, mendicationẽ. Similiter in hoc quòd dicit:* Vade & vend.o. quæ ha. & da. pauperib. &c. *manifestè ostendit, quòd perfectio consistit in dãdo omnia pauperib. & sequendo Christũ, & licet sequela Christi sit perfectior: tamen dato illa seu erogatio à Christo præcepta, seu consulta est dispositio ad illam perfectionem, nõ tamen acceptio ei opposita, vnde acceptio eleemosynarũ seu beneficiorũ non præcipitur nec cõsulitur seu cõmendatur, vnde nec habet rationẽ beatitudinis seu virtutis, necessitas tamen ad eã quãdoq; cõpellit, quæ necessitas rationẽ meriti ab ea excludit, iuxta illud Apostoli j.Cor.9.c.* Si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas tamẽ mihi incumbit. *Autoritas autem quæ allegatur in Pos. de ecclesiasticis dog. non ob. nã ibi cõmendatur egestas non propter seipsam, sed propter solutionem à solicitudine. Si enim aliquis abundans diuitiis tantæ perfectionis esset vt ex earũ solicitudine non impediretur à Dei dilectione, nihilominus esset perfectus quãtũ ad statũ vitæ pertinet. De Abrahã enim q magnis abundabat diuitiis legitur Gen.17.a.* Ambula coram me, & esto perfectus. *Similiter patet de Dauid & de multis aliis. Idem dicendum de autoritate Hieron. quia in responsione diuina quam allegat, tota perfectio principaliter dependet à sequela Christi, cum dicitur:* veni & sequere me *Ex quib. omnib: potest concludi, quòd simpliciter loquendo, Beatius est dare quam accipere, prout sonant verba Apostoli, nihil eis addendo licet quandoque secundum quid agere sit perfectius: sicut egere propter sequelam Christi.*

CAP.

☞ CAP. XXI.
A a *Cum autẽ, &c. Choum, Rhodum, inde Pathar.* RAB. Chous & Pathara insulæ sunt.

CAP. XXI.

a Cum autem fa- 1
ctum esset, vt
nauiga-
remus
abstra-
cti ab eis recto cursu venimus Choum, & se-
quenti die Rhodum, & inde Patharam. Et cũ
¶Prouinciam Syriæ vb. Tyrus.& Sidon.
inuenissemus nauem transfretantem in Phœ- 2
nicem, ascendentes nauigauimus. Cum † ap-
a ¶Propinquaremus vt videri possemus.
paruissemus autem Cypro, relinquentes eam
a ¶Ad occidentem retrorsum euntes consueto more nautarum. ¶i. Phœnicen.
B ad sinistram, nauigauimus in Syriam & veni- 3
¶Vrbem Phœnicis.
mus Tyrum: ibi enim nauis expositura erat
onus. Inuentis autem discipulis, mansimus 4
ibi dieb. septem. Qui Paulo dicebant per spi- 5 6
a ¶Suum vel propheticum, scientes eum esse alligandum.
ritum, ne ascenderet Hierosolymam. Et ex- 7
a ¶Septem prædictis. b ¶De Tyro
pletis diebus profecti ibã-
a ¶Ierosolymam.
b mus, deducentibus nos o-
mnibus cum vxoribus &
filiis vsque foras ciuitatẽ:
& positis genibus in litto-
re orauimus. Et † cum va-
¶Alterutrum.
lefecissemus inuicem, as-
&Homines ciuitatis.
cẽdimus in nauem: illi au-
8 tem redierunt ad sua. Nos
a ¶Hucusque mari vehuntur.
9 vero nauigatione † expleta, à Tyro descendi-
¶Ciuitas est.
10 m⁹ Ptolæmaidã, & salutatis fratrib. mãsim⁹ die
11 vna apud illos. † Alia autẽ
¶Per terram. Palestinæ.
12 die profecti venimus Cæ-
saream. Et intrantes do-
13 a ¶Non apostoli, sed prædicatoris, qui in Samaria euangelizauit eunucho.
mum Philippi euãngeli-
¶Diaconibus.
stæ, qui erat vnus de septẽ
14 mãsimus apud eum, Huic c
† autem erant filiæ quatuor
a ¶Vt Iohel: Et prophetabunt filij & filiæ vestræ, &c. d
virgines prophetantes.
† Et cum moraremur per
dies aliquot superuenit
15 quidam vir à Iudæa pro-
pheta, nomine Agabus.
Is cum venisset ad nos, tu e
lit zonam Pauli, & alli-
16 gans sibi pedes & manus
dixit: Hæc dicit spiritus-
sanctus: Virum cuius est
zona hęc, sic alligabunt in f
Ierusalem Iudæi, & tra
dent in manus Gentium.

†autem cępisset nobis apparere Cyprus

†complexi alius alium

† explicita

† Postridiè vero nos qui eramus cum Paulo venimus Cæsar.

† supr.11.d.

b *Deducẽtib. &c* BED. Hic est impleta prophetia quæ dicit: *Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecã. omnes di.ple. &c.* vsq; ad finẽ psal. Nulla enim ciuitas cũ maiori dulcedine Apostolum suscepit, tenuit, dimisit. Psal. 44.b. Denique C hodie monstratur locus in arenis, vbi pariter orabant. D

c *Philippi euangelistæ.* BED. Ob promptũ prædicationis officiũ euangelista meruit vocari.

d *Huic autem erant filiæ.* RAB. Alibi filiæ Philippi apostoli prophetissæ leguntur fuisse, sed veritati huius loci non est contradicẽdũ, nisi fortasse vterque filias prophetissas habuisse intelligatur. E

e *A Iudæa.* BEDA. Hoc ideo dicitur, quia Cæsarea in qua morabãtur ad Samariã pertinet in cõfinio Phœnicis & Palestinæ sita.

f *Hæc dicit spiritussanctus.* BED Prophetas veteres imitatur, qui dicere solebant. Hæc dicit dominus Deus, quia spiritussanctus æque vt pater & filius dominus & Deus est nec eorum separari operatio potest quorum natura & voluntas vna est.

☞ *Quieui-* F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXI.

✠ 1 Cum autem. *Hic ponitur tertius locus, in quo Paulus fecit aliquam moram, s. ciuitas Tyri, ad quod primò ponitur accessus & exprimuntur hic aliqua per quæ transiuit Paulus sine mora, Et patet litera. Sciendum tamen, quod illud quod ponitur in aliquibus li. Deinde Myrrham, non est de textu, nec est in libris correctis.*
2 In Phœnicen. *nomen est prouinciæ.*
3 Et veni Tyrum, *Et subditur causa cum dicitur:* Ibi enim nauis, *in qua eramus*. expositura erat onus. *q.d. propter hoc necesse fuit, ꝙ ibi applicaremus.*
4 Inuentis autem discipulis. *i. Christianis.*
5 Mansimus ibi diebus septem. *ad consolationem nostram corporalem post nauigationem, & ad credentium ibi manentium spiritualẽ consolationem.*
6 Qui Paulo dicebant. *per spiritum prophetiæ.*
7 Ne ascenderet Hierosolymam. *Sciendum quod hoc non dicebant immediatè per spiritumsanctum, qui Paulo dicebat illuc ascendere, & sic contraria diceret, sed per spiritum prophetiæ habebant, quòd si Paulus ascenderet in Ierusalem, ibi sustineret persecutionem: propter quod ei compatientes ex suo spiritu suadebant, ne illuc ascenderet, Est enim Ierusalem in situ altiori quam Tyrus. Cætera patent.*
8 Nos vero. *Hic ponitur quartus locus, vbi moratus fuit aliquantulum Paulus, scili. in Cæsarea, ad quam describitur accessus, cum dicitur:* Nos vero nauigatione expleta. *id est, disposita & præparata.*
9 A Tyro descendimus Ptolæmaidam. *quæ nunc dicitur Athon.*
10 Et salutatis fratribus. *id est, Christianis ibi manentibus.*
11 Mansimus die vna apud illos. *Ista mora propter sui breuitatem non additur ad numerum aliarum quatuor.*
12 Alia autem die profecti venimus Cæsaream. *Palæstinæ quam Herodes nomine Cæsaris appellauit, quæ prius turris Stratonis dicebatur.*
13 Et intrantes domum Philippi euangelistæ. *Aliqui dixerunt ꝙ iste fuit Philippus apostolus eo quòd dicitur hic euangelista, id est annunciator euangelij, quod propriè pertinet ad apostolos, sed illud remouetur per hoc quod subditur.*
14 Qui erat vnus de septẽ mansimus. *scilicet Diaconibus de quibus habetur vj. cap. Si enim esset Philippus apostolus, diceretur vnus de xij. dicitur enim iste euangelista, quia tempore persecutionis verbum euangelij prædicauit feruenter. supr.c.viij.*
15 Superuenit quidam vir à Iudæa propheta. *habens spiritum prophetiæ, vt habetur supr. xj.*
16 Tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes & manus dixit. *in hoc imitabatur modum Prophetarum antiquorum, qui prophetizabant aliquando non solum verbis, sed etiam sensibilibus factis, sicut etiam Ieremias posuit catenas ligneas in collo suo, Ierem.xxvij. ad significandum, quòd illi de quib. prophetizabat ducerentur in captiuitatem catenati. Cætera patent.*

✠ Post

MORALITER

✠ 1 *Cum autem.* Hic ostenditur feruor prædicandi in Paulo, nam ad hoc per loca varia nauigauit cuius processus describitur vsque ibi.
12 *Alia autem die, &c. Et intrantes domum Philippi euangelistæ.* Iste erat vnus de septem Diaconib⁹ electis ab Apostolis, vt habetur supr. vj.b Et iste prædicauit Samaritanis, & pluribus aliis gentibus, vt habetur, supr. viij ca. propter quod Paulus mansit ibi vij. diebus ad conferendum de profectu Christianæ religionis, & ad quiescendum post laborem nauigationis.
† *Huic autem, &c.* Per Philippum qui os lampadis interpretatur prædicator euãgelij significatur: nam in ore lampadis est luminis splendor quem fouet exeuntis interius olei liquor, nam in ore prędicatoris debet esse splendor veritatis, quem fouet & nutrit dulcor pietatis, Per quatuor virgines significãtur quatuor virtutes cardinales, quas verus prædicator nutrit verbo & exemplo sicut charissimas sibi filias. 15 *Superuenit quidam vir.* alias pluribus vicibus significatum fuerat Paulo per spiritum sanctum, ꝙ alligandus foret in Ierusalem: sed ista prophetia expressius hoc significauit non solum verbo, sed etiã sensibili signo, propter ꝙ assistẽtes Catholici rogabant Paulũ vt non ascenderet Ierosolymam, sed ipse non acquieuit, sed magis constantiam ostendit di.

✠ *Ego au-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in Scotia-to.

a *Quod cum audiuissemus.* ✠ TERTVL. Quum vincula Paulo Agabus gestu quoq; prophetasset, discipuli flentes & orantes, ne se Hierosolymæ cõmitteret, frustrà orauerunt. Ille enim quod semper docuerat animatus: Quid faletis, inquit, & contristaris cor meum? *Ego non modo vincula*, Hierosolymis pati optaue-rim, verùm etiam mori pro nomine domini mei Iesu Christi. *Atque ita cæsserunt dicẽdo fiat voluntas domini*, fidẽtes ſ. passiones ad voluntatem Dei pertinere. Non enim dehortationis consilio, sed dilectionis retinere tẽtauerant, vt Apostolũ desiderantes, non vt Martyrium dissuadẽtes. Quod si iam tunc Prodicus aut Valentinus adsisteret, suggerens: non in terris esse confitendum apud homines, & nec Deus humanum sanguinem sitiat, nec Christus vicem passionis, quasi

† sublatis sarcinis. * vna

B & ipse de ea salutem cõsecuturus expoſcat, statim audisset à seruo Dei, quod audierat diabolus à domino. *Recede Sathanas, scandalum mihi es* Scriptum est dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed & nunc audire debebit, quatenus multo post venena ista suffundit, nulli infirmorum facilè nocitura, si quis hanc nostrã ex fide præbiberit, vel etiam supetbiberit potionem.

† glorificabant

† studiosi sectatores

supra. 20. c. b *Quicunque dicente.* Erat Paulus Ierusalem, sicut dixerat: Ecce alligatus spiritu vado Ierusalem.

Lub de fuga in perſequut. c. 12. c *Domini voluntas fiat.* ✠ TERTVL. Quæ erat voluntas domini? vtique non fugiendi iam persecutionem. Ceterùm poterant & priorem domini voluntatem proposuisse, qua fugere mandauerat, qui illum persecutionem vitasse maluerant. Igitur cum etiam sub Apostolis temporale fuerit fugæ præceptum sicut & reliquorum præscriptorum, non potest apud nos perseuerare, quod apud doctores nostros concessit, etsi non propriè ad illos fuisset emissum: Aut si perseuerare illud dominus voluit, deliquerũt Apostoli, qui non vsque in finem fugere curauerunt.

C d *Hunc apud quem.* RAB. Vel hunc. id est Philippum euangelistã adducentes Vel hunc, id est, Iasonem adducentes ad hoc.

✠ CHRYSOST. Igitur non in Ecclesia. Nam tunc quidẽ quando pro dogmatib. ascenderunt in ecclesia manserut: nunc autem apud discipulum quendam antiquum. Ostendit iam longum fuisse prædicationis tempus D

e *Ad Iacobum.* BED. Iacob iste frater domini, filius Mariæ sororis matris domini fuit, qui post passionẽ statim ab apostolis Episcopus ordinatus xxx. ann. ecclesiam rexit. i. vsque ad vij Neronis annũ, qui iuxta templũ, vbi præcipitatus fuit, sepultus est.

† persuadere.

✠ CHRYSOS. Hic frater erat domini, & episcopus Hierosolymitanorũ hoc tempus, vir magnus & mirabilis, ad hunc ingreditur Paulus, sicut & antè ad illum mittebatur. Et quomodo audi: *Sequenti autẽ die*, inquit, *ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum.* Vide quã alienus est E à fastu: *Omnesque presbyteri aderant, quibus salutatis*, Narrabat per singula quæ fecisset Deus in gentibus per ministerium illius. Ite rũ illis quæ apud gentes acta sunt, quomodo audiẽtes etiã glorificarint Deũ, nõ Paulũ extulerunt, neque admirati sunt, sed Deum gloficarunt. Sic enim narrauit, vtpotè Deo acceptum ferens.

f *Vides frater.* ✠ CHRYSOST. Vides & illi cum quanta submissione loquuntur? Non quia episcopus cum magna authoritate loquitur, sed illum in consilij socium assumũt, quasi statim & ab initio rationem reddentes: Te renuente nõ vellemus, sed vides negotij necessitatem? *Vides* (inquit) *quot sunt millia Iudæorum qui creduerunt*: Et nõ dixerunt, Quot millia à nobis edocta sunt. Nec dicit audiuimus esse, sed, sunt, *Et hi omnes*, inquit, zelotæ sunt legis, hoc est studiosi sectatores. Duæ causæ sunt, & multitudo, & propositum. Neque enim si pauci fuissent contemnendi erant: neque si multi, & non omnes legem amplexi essent, multitudo erat curanda valdè. F

g *Dicens non debere* BED. In doctrina enim Christi damnans velut sacrilega, nec Deo mandate scripta q̃ à Moyse sunt ministrata. Hoc dicebant de Paulo, nõ qui sciebãt quõ fideles Iudæi hæc

✠ obserua-

a Quod cum audissemus, rogabamus & qui loci illius erant, ne ascenderet Ierosolymam. Tunc respondit Paulus & dixit: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego autem non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter uomen domini Iesu. Et cum ei † suadere non

a ¶Per hoc fortitudo fidei in Paulo monstratur.

b possemus, quieuimus dicentes: Domini võluntas fiat. Post 1

c a ¶Ad voluntatem domini siue mori siue viuere.

dies autem istos † præpårati ascendebamus Ierusalem. Ve- 2
nerunt autem *quidam ex discipulis à Cæsarea nobiscum, 3

d adducentes hunc apud quem hospitaremur Iasonem quẽ-

¶Olim fiderem.

dam Cyprium antiquum discipulum. Et cum venissemus 4
Ierosolymam libenter exceperunt nos fratres. Sequẽti au- 5

a ¶Apostolum filium Alphei, qui erat episcopus Ierosolymorum.

e tem die introibat Paulus bobiscum ad lãcobum, omnes- 6

¶Paulus.

que collecti sunt seniores. Quos autem salutasset, narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Gẽtibus per ministerium

¶Gratias ei agentes.

illius. At illi cum audissent, †magnificabant Deũ: dixerunt- 7

¶Interrogando dicunt.

f que ei: Vides frater, quot milia sunt in Iudæis qui credide-

a ¶Zelatores legis aduersum te. b ¶Inde est zelus.

runt & omnes †æmulatores sunt legis? Audierũt autẽ de te, 8 9

¶i. à Moysi lege.

quia discessionem doceas à Moyse, eorum qui per Gentes

g sunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 post dies. *Postquam descriptus est progressus Pauli per viam, hic consequenter describitur eius accessus ad terminum, ſ. Ierusalẽ, vbi per spiritum veniebat ad toleràdum persecutionem, sicut ibidem persecutus fuerat ecclesiam. ideo diuiditur in duas partes, quia primo ponitur eius benigna receptio à Christianis, secundo eius maligna persecutio à Iudæis, ibi*: Dum autem septem dies. *Prima in duas: quia primo describitur Pauli receptio, secundo sibi facta persuasio, ibi*: Dixeruntque ei. *Circa primum dicitur.* Post di. &c. *mansionis in Cæsarea.*

2 Ascendebamus Ierusalem. *quæ est in altiori situ quam Cæsarea.*

3 Venerunt autem, &c. *volentes prouidere Paulo & suis sociis de hospitio.*

4 Cyprium antiquum. *i. à longo tempore in fidelitate probatum: iste Iason videtur habuisse domicilium inter Cæsaream & Ierusalem, vbi charitatiuè recepit Paulum.*

5 Et cum venissemus. *Christiani in Ierusalem habitantes.*

6 Sequenti autem, &c. *Episcopum Ierosolymitanum Cætera patent.*

7 Dixerunt- 7 Dixeruntque ei. *hic cõsequenter describitur persuasio facta Paulo. Circa quam sciendum, quod alicui detrahẽtes Paulo seminauerunt discordiam in Ierusalem, quod ipse prædicans Iudæis per alias partes dispersis affirmabat illicitum eis esse etiam illo tempore circuncisionem & alias legis ceremonias seruare, quod non erat verum, imo ipsemet Timotheum circuncidit, vt dictum est supr. xvj. & in Cenchris sibi caput totondit supr. xviij. ca. Propter quod ad remouendum scandalum Iudæorum Ierusalem habitantium persuaserunt Paulo Iacob. & alij seniores, vt purificaretur in templo cum quibusdam Nazaræis, vt sic omnib. appæreat falsum quod de ipso dictum fuerat: & ipse cõsensit. vt per hoc quod erat sibi licitum illo tempore amoueret scandalum infirmorum, primo ergo circa hoc ponitur persuasio Iacobi, secundo assensus Pauli, ibi*: Tunc Paulus. *prima pars & secunda patent ex dictis paucis exceptis quæ discurrentur.* Diuiſio

8 Et omnes æmulatores legis. *seruandæ, ne statim dimittatur tanquam illicita sicut ritus Gentilium.*

9 Audierunt autem. *quod tamen non est verum.*

✠ Oportet

MORALITER.

✠ 9 *Audierunt autem de te.* Iudæi qui habitabant in Asia odiebãt eum, vt patet ex supradictis, propter quod diffamauerant eum in Ierosolymis dicẽtes q̃ docebat publicè Iudæos legalia statim dimittere tanquam illicita eis seruari, quod erat falsum: immo facto ostendit contrariũ, quando Timotheum circuncidit, supra vxj. &

✠ quando

A obseruarent, ſ. pro cõmodanda autoritate Dei, & illorũ sacramentorum sanctitate, non pro adipiscenda salute quæ in Christo reuelata per baptismũ dabatur. Sed illi hoc sparserant, qui sic legalia obseruabant quasi necessaria credentibus. Paulus enim vehemens gratiæ prædicator eis aduersabatur, dicens non per illa, sed per gratiã Christi hominẽ iustificari, quæ pronũciabãtur in vmbra legis. Ideoque per secutionem in eũ suscitare moliebãtur, tãquam inimicum legis & mandatorum Dei. hanc falsam criminationem cõgruè deuitauit eadẽ celebrando quę dãnare videbatur sic oblẽdẽs nec Iudęos tunc ab eis ficut nefariis prohibendos, nec Gentiles ad ea tanquã necessaria cogendos. Iam tamẽ apostoli decreuerant, ne quis cogeret Gentes Iudaizare, sed Iudæi non prohibebantur.

a ¶Antiquam. b ¶In synagogam, vel versari in lege. c ¶In concilio eorum. ¶Quid audierunt de te? ¶Vel quid tibi faciendum est?

a filios neq; secundũ †consuẽtudinem ingrẽdi. Quid ergo est?

a ¶Necesse est, vel oportunum.

†Vtique oportet conuenire multitudinẽ: audient enim te 1
superuenisse. Hoc ergo fac q̃ tibi dicimus. Sunt nobis viri † quatuor votum habentes super se: his assumptis † sanctifica

¶Iunge te illis.

te cum illis, & impende in illis, vt radant capita: & sciant o- 2
b mnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulans & 3

a ¶Q. d. non contra legem nos dicimus modo.

c ipse custodiens legem. De his autem qui crediderunt ex 4

a ¶Non tantum dicentes. b ¶Nihil tale custodire eos nisi vt obseruent se ab idolothytis, &c.

Gentibus nos scripsimus † iudicantes, vt abstineant se ab 5
idolis immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.

a ¶Quatuor habentibus votum. b ¶Radens caput.

d Tunc Paulus assumptis viris postera die purificatus cum il 6

¶Donec offerretur, &c. ¶Finem

lis intrauit in templum, annũcians expletionem dierum pu- 7
rificationis donec offerretur pro vnoquoq; oblatio eorum. 8

¶Minore.

e Cum autem septem dies consummarentur, hi qui de Asia 9
f erant Iudæi, cum vidissent eum in templo, concitauerunt 10 11
omnem populum, & iniecerunt ei manus clamantes: 12

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Oportet conuenire. *de te verbis falso scandalizatam.*

2 Et impende. *i. fac oblationem cum illis quæ solet fieri in talibus.*

3 Sed ambulans, &c. *tanquam adhuc seruari licitam, dum tamen ibi non ponatur fides. t. nendo quòd sine tali obseruatione fides Christi non sufficeret ad salutem, ideo dicitur.*

4 De his autem. *quos salutari credimus per fidem Iesu Christi sine circuncisione & aliis legalibus, vt habetur supra xv.*

5 Scripsimus iudicantes. *pro Iudæorum & gentium communi societate seruanda, vt dictum est supra xv.*

6 Annuncians, &c. *hoc enim denunciabat factus purificatus cum illis Nazaræis qui purificabantur termino sui voti expleto Num vj.*

Diuiſio 7 Cum autem. *Hic consequenter describitur Pauli persecutio à Iudæis, & primo ponitur hæc persecutio, secũdò subditur Pauli appellatio, ca. xxv. ibi*: Festus autem. *Prima in duas, quia primò ponitur persecutio Pauli in Ierusalem, secundo apud Cæsaream. c. xxiij. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur illa persecutio, secundo persequentium dissensio. xxv. c. ibi*: Sciens autem Paulus. *Prima adhuc in duas, qa primo interfectio Pauli quæritur, secundo eripitur, ibi*: Quę rentibus. *Circa primum dicitur*: Cum autem septem dies cõsummarentur. *Consummatio istorum dierum accipienda est à principio ascẽsus Pauli in Ierusalem. Dicit tamen Gl. nondum erat illa consummatio: sed appropinquabat, ita quòd secundum veritatem erat dies quinta, & hoc dicit Glo. ad verificandum verbum quod dicit Paulus. infr. xxiij.*

Vult autem sic dicere, Quemadmodũ nos illis imperabamus, tametsi Iudæis prædicantes, ita tu quãtis gentib. prædicans cooperare nobiscũ. Vide Pauli: Non dicit, possum vtiq; & Timotheum adducere quẽ circuncidi, & possum hoc persuadere sermonibi sed obtẽperauit eis, & omnia fecit, sic enim cõducibile erat. Nõ enim idẽ erat rationẽ verbis reddere: & nullo conscio hæc facere. Suspicione carebat etiã impendij. D

d *Tunc Paulus. &c.* ✠ TERTVL. Itaque exigebant vt omnib. omnia fieret, quo omnes lucri faceret quãdoq; faciens quæ aduersus formã regulæ suæ pro cõditione tẽporis gessit, circuncidẽs Timothæum, propter superinductitios falsos fratres, & tacitos quosdam inducẽs in templo propter obseruationẽ Iudẽorum, parturiens illos donec formaretur Christus in ipsis, & ca lefaciens tanquã nutrix paruulos fidei docendo quæcũq; per veniam, nõ per imperiũ. ✠ CHRYSO. Hic Paulus non obnititur, sed obtemperat: vnde manifestum, quod nõ necessariò hoc erat faciendum, ideo & persuadent ei, sed quia per dispensationẽ & attẽperationẽ morũ, nõ fuit ad remorandũ pdicationis, vbi, ſ. etiã ipse eiusmodi legẽ illis tulerant. Lib. de mo. no. c. 14. † purifica

e *Cum autem septem dies* BED. Nondũ consummati erant, sed eorum cursus agebatur adhuc vnde in Græco expressius dicitur: Cũ incipiebant septẽ dies consummari, alioquin nõ staret q̃ ipse post quinq; dies aduentus sui in Cæsareã præsidi dixit: q̃ nõ sunt plus dies mei quã xij. ex quo ascendi adorare in Ierusalem. Si enim vii. his & illis quinque dieb. concilij dies quo ipse Pharisæos & Sacæos dissociauit, & ille quo Iudæi eum occidere voluerunt, adiiciantur, plus quam duodecim dies inueniuntur. Galat. 2.

f *Concitauerunt, &c.* BED. Quia videbant Gentiles gratiæ sectatores. minus ceremonia legis & templi solennia frequentare, timebant ne venirent Romani & tollerent locum & gentem. F

✠ Cum

MORALITER

✠ quando caput totondit sup xviij & sic in templo purificatus fuit, ad repellendũ de ipso falsum seminatũ, prout in expositione literali diffusius fuit dictũ. Per q̃ostenditur, q̃ doctor falso notatus de mala doctrina, debet istã notã remouere, tũ pro se vt ab infamia liberetur: liberetur: tũ pro aliis quib. sua doctrina sana odibilis redderetur.

† *Sunt nobis viri quatuor.* Per istos quatuor viros, cum quibus Paulus dicitur hic purificatus, possunt intelligi quatuor euangelistæ. cum quibus Paulus fuit veraciter purificatus, eãdem fidem & charitatem prædicando, quam ipsi docuerunt scribendo.

† Et cum

A a *Cum venisset ad gradus.* Beda. Gradus descensionis de tẽplo, sed ascensionis in castra significat.
b *Græcè nosti?* Ra. interrogatio vel affirmatio, quia vt putatur Tribunus Græca lingua loquebatur vel ne Iudæi cognoscerent.
c *Nonne tu es Aegyptius?* Bed. Quidam Ægyptius venerat in Iudæam, qui fidem sibi prophetiæ magica arte cõsciscens. xxx. milia Iudæorum
B cõgregauit, quos ducens per desertum venit ad montem Oliueti, paratus irruere in Ierusalem, & eam sibi subiugare. Sed occurrens ei Felix cum armatis, Ægyptio cum paucis fugato alios occidit.
✠ Chryso. Vide malignitatem diaboli. Impostor erat, & magus ille Ægyptius, & attẽtabat per hoc adumbrare, & suorum criminũ socios facere Christum, & Apostolum, sed non potuit.

* illis

¶Quia credentes docebat esse veram Ierusalem, & nouam legem præferebat, & locum esse Dei dicebat totam ecclesiam.
Viri Israelitæ adiuuate: Hic est* homo qui aduersus populum & le-
gem & locum hunc omnes vbique docens: insuper & Gentiles in- 1
a ¶Ciuitatem Ierusalem vel templum.
duxit in templum, & violauit sanctum locum istum. Viderant enim
¶Ierusalem, non in templo.
Trophimum Ephesum in ciuitate cum ipso: quem æstimauerunt
quoniam in templum introduxisset Paulus. Commotaque est ciui-
tas tota, & facta est concursio populi. Et apprehendẽtes Paulũ tra- 2
a ¶Ne in templum refugeret.
hebant eum extra templum, & statim clausæ sunt ianuæ. † Quæren- 3 4
tibus autem* eum occidere, nunciatũ est Tribuno cohortis, quia to- 5
ta confunditur Ierusalem. Qui statim assumptis militibus & centu-
a ¶Qui parati erant, vel iam incœperant
rionib. decurrit ad illos. Qui cum vidissent tribunũ & milites, cẽs-
a ¶Vel ascendens.
sauerunt percutere. Paulum. Tunc accẽdens tribunus apprehendit
a ¶Donec causa eius iudicaretur.
eum, & iussit alligari catenis duabus, & interrogabat quis esset, &
a ¶Diuersi diuersa dicebant: quia certam causam non habebant. b ¶Quæ turbidam profert sententiam.
quid fecisset. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum non pos-
a ¶Suorum militum, ne Iudæi occiderent eum.
a set certũ cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et cum 6
a ¶Quibus ascenditur in templum. b ¶Ideo à fortibus portabatur.
venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim
a ¶Ad mortem noli inquirere causam. ¶Hoc dictum est de isto quod & de Christo dictum est.
populi. Sequebatur eum multitudo populi clamans: Tolle eum. Et 7 8
a ¶Cum pararetur eius inductio, nondum tamen à gradibus exierat.
cũm cœpisset duci in castra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui 9
b aliquid ad te? Qui dixit ei: Græce nosti? Nonne tu es *Ægyptius, qui 10 11
c d ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor 12
a ¶Gladiatorum, sica enim gladius dicitur. 13
milia virorum sicariorum? Et dicit ad eum Paulus, Ego homo sum 14
a ¶Non Ægyptius. b ¶Quidam libri pro municeps habent, ciuis. ¶Munia capiens. i. censum. 15
e quidem Iudæus a Tharso Ciliciæ, non ignotæ ciuiatis municeps. 16
a ¶Q. d. Romanus censum professus. ¶Quia vester sum. 17
Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille per- 18
f misisset, Paulus stans in gradib. annuit manu ad plebem, & magno 19 20
¶Vt totus populus intelligeret, vel vt plus taceret. 21
silentio facto, allocutus est Hebræa lingua dicens.

D d *Quatuor milia.* Be. Nõ est de hoc numero satellitũ inter Tribunũ qui hæc locutus est, & Iosephum qui de Ægyptio scripsit habenda cõtrouersia: potuit enim primo cum paucis tyrannidem exercentib. aduenientes postea plures publica fraude coniunxisse. Tempore autem Felicis hoc genus latronum surrexit, qui sicas. id est, gladios breues manu gestãtes,
E populo permixti occultè vulnerabant, vt querelam mors præueniret, & percussor lateret.
e *A Tharso, &c.* Ra. Quo captus cum parentibus commigrauit.
f *Paulus stans in gradibus, &c.* ✠ Chryso. Quid huic spectaculo par videre Paulum duab. catenis ligatum concionantem? Quõ nõ turbatus est, quomodo nõ cõfusus est, tãtũ populum videns astante Præside? Primùm sistit furorem illorum deinde narrat.
F

* ille
Ioseph. li. 20. anti. c. 7
† 23. q. 3. c. Maximianus
* ille

NICOLAVS DE LYRA.

1 Insuper & Gentiles induxit in templum. *Licet autem Gentiles possent ingredi templum, quantum ad aliquam partem in qua orabant homines immundi tamen ingredi non poterant vbi purificabantur Nazaræi, ad quem existimabant Paulum Gentiles induxisse.*
2 Et apprehendens Paulum. *vt ibi occideretur. Sicut Ioiada Pontifex fecit educi Athaliam extra septa templi, vt interficeretur. ij. Paral. xxiij.*
3 Et statim clausæ sunt ianuæ. *ne templum contaminaretur ex eius morte.*
4 Quærentibus autem eum occidere. *Hic consequenter Paulus de Iudæorum manibus eripitur, & primo Tribunus eripit illis, secundo Paul^9^ petit alloqui populũ, ibi: Et cũ cœpisset. Circa primũ dicitur.*
5 Nunciatum est tribuno. *cui erat imposita custodia ciuitatis.*
6 Et iussit alligari catenis. *ne posset euadere donec inquisisset de eo. Cætera patent vsque ibi.*
7 Tolle eum. *s. de vita præsenti tanquam viuere indignum.*
Diuisio 8 Et cum cœpisset duci. *Hic cõsequenter paulus petit alloqui Populum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur allocutionis executio. ibi:* Et cum ille. *Circa primum dicitur.* Et cum cœpisset duci in castra. *id est, intra fortaliciũ vbi manebat Tribunus cũ militib.*
9 Si licet mihi loqui. *humiliter, vt citius impetraret quod quærit.*
10 Qui dixit ei: Græce nosti? *Ex hoc videtur, quod iste Tribunus fuit Græcus propter quod petebat, si Paulus sciret linguam Græcam, vt sibi loqueretur in idiomate magis sibi noto, & Iudæi assistentes non intelligerent.*
11 Nonne tu es Ægyptius qui ante hos dies, &c. *De isto dicit Iosephus. xx. li. antiquitatum, quòd venit in Iudæam fingens se prophetam, & congregauit sibi multitudinem educens eam extra Ierusalem, dicens quòd ad eius iussum muri Ierusalem, corruerent, & sic intrarent subitò, & bona raperent ciuitatis, sed Felix præses præueniens cũ multis armatis multos ex eis occidit, & aliquos viuos cœpit. Ille verò falsus propheta per fugam disparuit: & probabile est quòd multi cum eo sic euaserunt, licet Iosephus non dicat.*
12 Et eduxisti in desertum. *Primo enim illos induxit in desertũ, & postea reduxit prope Ierusalẽ vt depredarẽtur ciuitatẽ modo prædicto.*
13 Quatuor milia virorum & sicariorũ. *Est autem sica gladius breuis, quo tunc vtebãtur latrones & homicidæ, & inde sicarij dicebãtur.*
14 Et dicit ad eum Paulus. *se excusando.*
15 Ego homo sum quidem Iudæus à Tharso Ciliciæ. *& non sum ille Aegyptius.*
16 Non ignotæ. *imo famosæ.*
17 Municeps. *i. inhabitator.*
18 Rogo autem te. *volebat enim per narrationem suæ conuersionis annunciare Iesum Christum & incredulitatem Iudæorum vt patet ex sequentib.* 19 Et cum ille permisisset. *Hic consequenter ponitur allocutionis executio, in qua Paulus primo ad hoc disponitur, secundo propositum exequitur, sequenti cap. Circa primum dicitur:* Et cum ille. *scilicet, Tribunus Paulo permisisset loqui.*
20 Paulus stans in gradibus. *vt melius audiretur ab existentibus inferius.*
21 Annuit manu ad plebem. *vt facerent silentium.*

MORALITER.

✝ 8 *Et cum cœpisset duci in castra Paulus dicit tribuno: Si licet mihi.* In hoc apparuit feruor Pauli circa fidem Christi, qui percussus, captus & ligatus, vt patet ex textu: quærebat publicè dicere modum suæ conuersionis ad laudem domini Iesu, per hoc ostendens quod prædicator euangelij non debet cessare à prædicatione & Dei laude, si tamen patiatur impedimentum, potest alibi se transferre ex causis de Paulo supradictis.

A CAP. XXII.
a *Viri. &c.* ✠ Chrysostomvs. Vide adulatione liberum sermonem, iustitiamque habẽtem. Nõ enim dixit domini, neque heri, sed fratres quod maximè amabant, quasi diceret. Non sum alienus à vobis, nec cõtra vos. *Viri fratres ac patres,* inquit, Hoc honoris, illud germanitatis est, Sequitur
b *Cum autem audissent, &c.* ✠ Chrysost. Vt capit illos, vocis patriæ agnitio. Habebant enim reuerentiam quãdam linguæ illi. *Ego quidem sum,* inquit, vir Iudeus quod maximè omniũ auditu illis erat gratũ.
c *Natus Tharso.* Natus in oppido Galileæ Giscali nomine fuit Paul^9^, quo capto à Romanis cum parentib. suis Tharsum Ciliciæ migrauit, ob studium
B autem legis Ierosolymam veniẽs à Gamaliele est eruditus Non vocat se ciuẽ, sed municipem, à municipio id est, territorio illius ciuitatis in qua nutritus est. Dicitur municipium, quòd enim munia. i. tributa debita vel munera reddat q̃uis ergo Giscali natus, tamen se Tharsensem dicit, sic Christus in Bethleem natus Nazarenus est appellat^9^.
Natus in Tharso. Ciliciæ: ne putent ob gẽtem aliam religionẽ addit, *educatus autem in ciuitate hac ad pedes Gamalielis,* ostendit sibi ingens erga religionem fuisse studium, quandoquidem tam clara patria quæque tantum distat relicta amore legis ibi voluit educari. Vide quomodo iterũ in honore habet legem, Hæc autem ad illos loquitur, non solùm vt se deffendat, verùm etiam vt ostendat se nõ humano more, sed diuina vir-
C tute ad prædicationem adductum. Non enim sic eruditus factus esset, nisi fuisset eximius quidam, verisimile erat hoc suspicari. Quia autem doctissimus erat in lege minimè verisimile, nisi maxima necessitate illum mutatum fuisse.
D d *Aemulator legis.* Bed. In Græco, æmulator legis Dei existentis, secundum illud: Testimonium illis perhibeo, quòd æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.
e *Saule Saule.* Rab. Quædam exemplaria habent: Saul Saul, vt ostendatur de nomine Saulis Saulum nominatum esse.
f *Lumen quidem viderunt.* Beda. Supra de hac visione narrat historia, quòd comites illius starent stupefacti, audientes quidem vocem neminem autem vidẽtes, vnde colligitur eos sonum vocis cõfusæ, nõ, discrimẽ verborũ audisse.
✠ Chrysost. Non est tãtùm operata lux erga illos, quãtùm ergẽ hunc. Etenim excæcauit illi^9^ oculos. Quo euẽtu, illi si voluissent, illustrari poterãt. Itaque mihi videtur, etiã singulari ordinatione
E illos nõ credere, & ita esse testes fide dignos.
g *Audierunt.* Ra. Intellexerunt, sed solum sonum vocis Pauli vel eius qui Paulo loquebatur.
✠ Chrys. Nõ sunt hæc contraria? Voces enim duæ erant, vna Pauli, altera Domini, vocẽ igitur illic Pauli dicit hic verò etiã addidit, dicens. *Vocẽ non audierũt loquẽtis mihi.* Igitur dũ dicit: Nullũ vidẽtes, significat nõ videre sed audire. Nõ enim dicit: vocem nõ videbant: sed, nullum vidẽtes, steterunt: hoc est loquentem. Meritò autem hoc factum est. Illũ enim oportebat vocẽ illã obtinere. Si enim audissent etiã illi, non tantum fuisset miraculum: quoniam igitur crassiores visione magis persuadentur, propter hoc lucem illi viderunt solum, id quod satis erat ad persuadẽdum illis vnde etiam exterriti sunt.
F h *Et ibi tibi.* Ra. Exemplum humilitatis. contra doctores nõ disputandi, nec de nobis præsumendi, quasi à Deo simus edocti.

Rom. 10. a.
Supra. 9. a.
† defensionem excusationem
§ institutus accuratè in patria lege sectator Dei
† Supr. 9. a.
† circiter meridiem
* & exterriti sunt.
† Supr. 8. a.
† gloria
* qui erant mecum

CAP. XXII.

Cœtui. ¶Seniores.
Viri fratres & patres audite quam ad 1
vos nunc reddo † rationem. Cum au- 2
dissent autem, quia Hebræa lingua lo- 3
queretur ad illos, magis præstiterunt 4
silentium. Et dixit: Ego sum vir Iudęus 5
natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem 6
a ¶In Ierusalem. b ¶Ad obsequium, vel quia puer & humilis sedebat ad pedes magistri. 7
in ciuitate ista secus pedes Gamalielis, † eruditus iuxta ve- 8
a ¶Imitator vel zelator aduersus Christianos.
d ritatem paternæ legis, æmulator legis sicut & vos omnes 9
a ¶Christi quam nunc prædico.
estis hodie: † qui hanc viam persecutus sum vsque ad mor- 10 11
a ¶Christianorum vel Stephani, vel mori paratus pro lege. b ¶Carceris.
tem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres, sicut 12
a ¶Expertum vocat in testimonium. b ¶Verborum in præsenti, vel epistolæ testimonium pontifex reddiderat.
princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes
maiores natu, à quib. & epistolas accipiens ad fratres Da-
mascum pergebam, vt adducerem inde vinctos in Ierusalẽ
vt punirentur. Factũ est autem eunte me, & appropinquã- 13
a ¶Vt sciatur sola esse lucidior: lux quæ circunfulsit eum. b ¶A Deo.
te Damasco, † media die subito de cælo circunfulsit me lux
e copiosa & decidẽs in terrã audiui vocẽ dicẽtẽ mihi: † Saule
¶Increpando nomen iteratur. a ¶Deum esse credebat qui desursum loquebatur.
Saule, quid me persequeris? Ego autẽ respondi: Quis es dõ-
mine? Dixitq; ad me: Ego sum Iesus Nazarenus quẽ tu per-
¶Non faciam.
f sequeris. Et qui mecum erant lumen quidem viderunt
g *vocem autẽ eius non audierunt, qui loquebatur mecũ. Et
a ¶Te cognoscens tibi obediam.
dixi: Quid faciam domine? Dominus autem dixit ad me:
h Surgens vade Damascum, & ibi tibi dicetur de omnibus
quæ te oporteat facere. Et cùm non viderem præ † clari-
a ¶Quæ excæcauerat me. ¶Non ad oculum.
tate luminis illius, ad manum deductus à comitibus* veni

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXII.

Viri fratres. *Hic consequẽter Paulus propositum exequitur, primo ponitur eius narratio, secundo plebis acclamatio, ibi* Audiebant autem. *tertio causæ discussio, ibi:* Vociferantibus autem. *Prima in tres, quia primò Paulus narrat suam Iudaicam conuersationem, secundo suam ad Christum cõuersionem, ibi:* Factum est autem, *tertio sibi factam in templo visionem, ibi:* Factum est autem mihi *Circa primum dicit:*
Diuisio
1 Viri fratres. *quantum ad minores.*
2 Et pater *quantum ad maiores.*
3 Audite. *diligenter quæ sequuntur.*
4 Magis præstiterunt silentium. *Tum quia per hoc sciuerunt ipsum esse Iudæum: Tum quia linguam suã melius intelligebant quam aliam.*
5 Ego sum vir Iudæus. *natione & religione.*
6 Natus Tharso Ciliciæ. *vbi pater Pauli translatus erat.*
7 Nutritus autem in ciuitate ista. *s. Ierusalem vbi fuerat missus à patre pro studio sacræ scripturæ: quia vigebat ibi.*
8 Secus pedes Gamalielis. *id est, in doctrinam eius qui erat doctor valde famosus, vt habetur, supra. v. ca.*
9 Æmulator legis. *id est, Zelans pro eius obseruatione, quod declarat per effectum, dicens.*
10 Qui hanc viam. *s. doctrinam Christianam.*
11 Persecutus sum vsque ad mortem alligans & tradens in custodias viros ac mulieres. *intendens annihilare ipsam, vt habitum est supra octauo & nono cap.*
12 Sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit. *Reseruauerat enim literas sibi datas à principe sacerdotum de consilio maiorum supra nono capite quæ sibi erant in testimonium eorum.*
13 Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco, media die subito de cælo circunfulsit, &c. *Hic consequenter narrat suam mirabilem conuersionem, & patet sententia ex dictis supra nono cap. vsque ibi.*

MORALITER

✝ 1 *Viri fratres & patres audite.* Hic Paulus declarat suam innocentiam ex natione, ibi.
5 *Ego sum vir Iudæus natus, &c.* & ex legis cognitione, ibi.
† *Eruditus iuxta veritatem paternæ legis, &c.* & hoc dicit vt magis audiantur sequẽtia, quod & factum est, vnde sequitur postea.

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Ananias autem quidam vir, &c.* ✠ CHRYSOST. Ecce iterum alius testis, & fide quomodo illum etiam fide dignum faciat. *Ananias autem*, inquit, *vir pius secundum legē testimonio probatus ab omnibus Iudæis, ingressus ad me ad stans dixit mihi.* Vide sic nihil sine testimonio. Et ego eadem hora vidi. Iūgitur testimoniū à rebus ipsis Et vide, quomodo personæ & actiones pulchrè inter se nectantur, personæque propriæ & extraneæ. Personæ, sacerdotes, presbyteri, comites, opera quæ fecit, quæque passus est & opera operibus testimonia dant, non personæ solum.

b *Saule frater respice.* Ra. Duo erant in oculis Pauli, excæcatio, & illuminatio: & ideo merito credidit.

c *Præordinauit te.* Ra. Conueniens ordo primo præordinatus in præsentia Dei. Deinde cognoscit veritatē: videt iustum, audit ex ore ipsius: postea fit testis eorum quæ cognouit, vidit, audiuit.

d *Fieri me in stupore mentis.* Be. Hoc non narrat ad elationem, sed propter necessitatem, vt videatur idoneus euangelizare Gentibus.

e *Consentiebam.* Be. Confitendo quòd cōsensit notat quia non occidit, nisi cædens accipiatur pro occidens.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide iterū quo sermo desinat, mentè in validum caput. Monstrat enim quòd ipse fuerit persequutor, & nō persequutor solùm, sed etiam multis manibus occidens Stephanum: memoriæ illorum suggessit graue homicidiū. Quod sanè minime ferebāt sic de illo reprehēdi. Et iam prophetia implebatur. Zelus igitur magnus, & accusatio vehemens, & testes veritatis Christi fidenter loquentes erant valde, sed Iudæi non permittebant vltra audire totam cōcionem, sed vltra accensi furore clamabant.

*Damasci
*recepto visu
† præparauit

a ¶Idoneus.
a Damascum. Ananias autem quidam vir, * secūdum legem
a ¶Testimonium habebat à Deo: sed plus credebatur Iudæis.
testimonium habens ab omnibus cohabitantibus * Iudæis
b veniens ad me & stans dixit mihi: Saule frater † respi-
ce. Et ego eadem hora* respexi in eum. At ille dixit: Deus 1
a ¶Non recens Deus vt Iudæi putabant.
c patrum nostrorum † præordinauit te, vt cognosceres vo- 2
a ¶Christum vel euangelium.
luntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore 3 4
a ¶Christi, non apostolorum: non enim ab hominibus vel per hominem, &c. b ¶Per scripturam & famam suam: vel ad omnes ætates, conditiones, linguas, sexus. c ¶In luce fulgenti
eius: quia eris testis illius ad omnes homines eorum quę vi- 5
a ¶In voce vocante.
disti & audisti: Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, 6
a ¶Locum & tempus præterit.
& ablue peccata tua inuocato nomine † ipsius. Factum est 7 8
a ¶Post magnum circumitum de Damasco rediit. b ¶Sanctam ciuitatem. c ¶Ne sathanas illuderet. d ¶Domo Dei.
d autem reuerteti mihi in Ierusalem & orāti in templo, † fie- 9
a ¶Extasi. Alij ponunt in pauore: alij, alienatione. b ¶Christum. c ¶Necessitate & admonitione Dei omnia facit.
ri me in stupore mentis, & videre illum dicentem mihi. Fe- 10 11
stina & exi velociter ex Ierusalem, quoniam non recipient 12
a ¶Sufficeret eis exemplum meæ conuersionis.
testimonium tuum de me. Et ego dixi: Domine ipsi sciunt 13
quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per sy-
nagogas eos qui credebant in te. † Et cùm funderetur san-
¶Martyris. ¶Etiam,
e guis Stephani testis tui, ego astabam & † consentiebam, &
custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad
a ¶Quasi diceret, quamuis sciant, tamen non recipient. b ¶Non Iudæos. c ¶Tam fide quam loco.
me: Vade, quoniam ego in nationes lōnge mittam te. Au- 14 15
a ¶Mittam te ad nationes.
diebant autē eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vo-
¶Tribuno.
cem suā, dicētes: Tolle de terra huiusmodi: nō enim fas est
f eum viuere. Vociferantibus autem eis, & proiicientibus 16 17
¶Vt occiderent eum, vel in signum mœroris. ¶Vel mœrore, vel more brutorum animalium.
g vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aerem, iussit 18 19

f *Proiicientibus vestimenta sua, & puluerem.* Bed. In passione Christi solus sacerdos de throno exiliens vestimenta scidit, quia tūc sacedotium vetus erat immutandum. Nunc verò quia tota gens gloria regni spolianda erat, omnes indumenta proiiciunt, & clamorē puluere mixtum ad cælum tollunt secundum illud: Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

g *Iussit tribunus induci eum in castra, &c.* ✠ CHRYSOSTO. Oportebat hic tribunum etiam illos ipsos rogare, an ita se res habeant. At ille nihil amplius faciens flagris illum præcipit examinari. Iussit enim illum, inquit, induci in castra: & deinde vt dixit, flagris examinandum eum, vt sciat propter quam causam sic contra illum clamarent, id quod ab inclamantibus discere oportebat & rogare, an aliquem ex dictis apprehenderint, sed simpliciter vtebatur potestate, & faciebat in gratiam illorum. Non enim hoc quærebat quomodo iustè aliquid faceret, sed quomodo illorum iniustum furorem placaret.

Matth. 26. f
*timoratus pius vel religiosus
† recipe visum
Psal. 73. d.
† domini
† vt raperet extra me,
† Sup. 7. g. 50. dist. c. si post. §. & vt præteramus
† comprobabam interfectionem eius

Si homi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Deus patrum nostrorum. *sua benignitate.*
2 Vt cognosceres. *de mea conuersione.*
3 Et videres iustum. *scilicet Christum hominem & Deum, quem vidi in raptu non oculis corporeis, sed mentis.*
4 Et audires vocem ex ore eius. *dicentis: Saule, Saule quid me persequeris, &c.*
5 Quia eris testis illius. *scilicet Christi ad omnes homines, Iudæos scilicet & Gentiles.*
6 Baptizare & ablue peccata tua. *per virtutem baptismi, qui est sacramentum fidei.*
7 Inuocato nomine ipsius. *tun enim in nomine Christi datur baptismus rationibus dictis .ij. ca.*
8 Factum est autem reuertenti. *Hic consequenter narrat visionem sibi factam di.* Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem. *Hoc non fuit immediate post suam eff.sionem, sed cum lustrata Arabia rediit Damascum, & inde Ierusalem, vt dictum est supra .xx. cap. & habetur ex epistola ad Gal. j.* (Supra. 9. a.)
9 Fieri me in stupore mentis. *id est, raptu.*
10 Et videre illū. *sc. Christum in visione imaginaria intellectuali.*
11 Festina & exi velociter ex Ierusalem. *q.d. inutiliter sibi remaneres, & subditur causa.*
12 Quoniam non recipiet testimonium tuum de me. *admirans Paulus respondit.*
13 Domine ipsi sciunt, &c. *quasi diceret: per ea quæ feci contra te & fideles tuos debent esse certi, quòd nullo modo prædicarem nisi de veritate certus essem.*
14 Vade quoniam, &c. *q.d. Gentiles verbum meum recipient quod Iudæi in Ierosolymis impugnant.*
15 Audiebant autem eum. *Hic consequenter ponitur ortus clamoris cōtra Paulum, quia per verbum eius vltimum insinuabatur, quod maximè habitantes in Ierusalem à Deo essent reprobati: & Gentiles, quos Iudæi viles reputabant, esse à Deo electi. Ideo clamabant Paulum debere mori.*
16 Vociferantibus autem eis. *Hic consequenter inquiritur causa dicti clamoris. Et diuiditur in duas partes: quia primo attentatur indebitus inquirendi modus, secundò subditur alius debitus, ibi:* Postera autem. *Circa primum dicitur:* Vociferantibus autem eis. *vt per clamorem obtinerent quod per rationem non poterant.* (Diuisio)
17 Et proiicientibus vestimenta sua. *in signum doloris.*
18 Et puluerem, &c. *in detestationem verborum Pauli.*
19 Iussit tribunus eum induci in castra. *vt causam dicti clamoris inquireret per tormenta.*

Et cum

MORALITER.

15 *Audiebant autem eum.* quia non solum Christum commendabat, sed & eorum reprobationem & electionem Gentium asserebat: quos tamen Iudæi viles reputabant: propter quod cum eis non communicabant, & ideo quādo audierunt Gentiles sibi præferri, fuerunt terribiliter concitati, eius mortem clamoribus & signis horribilibus postulantes. Ipsis autem sunt similes, mali clerici & mali religiosi, qui cum audiunt in prædicationib. vel lectionibus sua vitia recitari, & vitam simplicium Christianorum cōmendari, turbantur sicut furiosi.

Dic mihi

a *Si hominem Romanum, &c.* ✠ CHRYSOSTOM. Non est mentitus Paulus se dicens Romanum hominem. Absit. Romanus enim erat. Ideo & tribunus eo audito territus est. Et cuius, inquit, gratia timuit? Si etiam nihil aliud, timuit ne capiatur, & maiorem pœnam det. Et vide. Non simpliciter inquit, nunquid licet vobis? Duo crimina, & absque iudicio, & hominem Romanū. Magnum habebant priuilegium qui sic merebantur appellari, & non omnes hoc assequebātur. Ab Hadriano enim aiunt omnes Romanos esse dictos. Hoc autē vetus, non sic habebat. Vel etiam Romanum vocabat vt pœnam effugeret. Contēptior enim factus fuisset flagellatus; nunc autem hoc dicto, maiorem illis intulit metum. Si autē flagellassent, & aggrauassent rem, vel etiam occidissent illū, quod nūc effugit. Vide quomodo Deus concedit etiam humano more multa fieri, & in illis, & in aliis.

† 10. dist. c. si in adiutorium.

a ¶Quia peius præparatum fuerat, nunc impletum. ¶b Vt eius tormentis satiarentur.
tribunus indūci eum in castra, & flagellis cædi, & † torqueri
a ¶Ideo iussit non occidi.
eum, vt sciret propter quā causam sic acclamarēt ei. Et cum 1
a ¶Ad flagellandum.
astrinxisset eum lōris, dixit astanti sibi Centurioni Paulus: 2
a ¶Iudiciario ordine nullo reatu conuictum.
a † Si hominem Romanum & indemnātum licet vobis fla- 3
gellare? Quo audito Centurio accessit ad tribunum, &
nunciauit ei, dicens: Quid acturus es? Hic enim ciuis Ro-
manus est. Accedens autem tribunus dixit illi: Dic mihi, si †
tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit tribunus:
b Ego multa summa ciuilitatem hanc † consecutus sum. Et 4 5
c d Paulus ait: Ego autem & natus sum. Protinus ergo discesse- †
runt ab illo qui eum † torturi erant. Tribunus quoque ti- 6
muit postquam resciuit, quia ciuis Romanus esset, & quia 7
alligasset eum. Postera autem die volens scire † diligentius, 8
qua ex causa accesseretur à Iudæis, soluit eum, & iussit † sa-
cerdotes conuenire & omne concilium, & producens Pau-
lum statuit † inter illos.

Tribunus autem respōdens, quòd multa summa ciuilitatem illam cōpararit, ostendit esse suspicionem prætextus, quòd Paulus diceret se esse Romanum & forsan hoc suspicabatur ob vilitatem quæ in Paulo apparebat.

b *Ego multa summa.* Beda. Alia editio manifestius insinuat quid dixit tribunus. Dixit tribunus: tam facile dicis citrē Romanum te esse: Ego enim scio quanto pretio ciuilitatem possedi istam.

c *Ciuilitatem.* Beda. id est, socialem inter ciues cōuersationem, vel reipublicæ administrationē. Nō enim tribunus ciuitatis Romanæ ciuis esse non posset, sed cōsortium ciuitatis emerat, vt esset particeps. Paulus eo magis erat ciuis Romanus, quòd non comparando, sed hoc nascendo habebat.

d *Ego autem.* Beda. Id est, in hoc sum Romanus plus quam tu, quia non alibi natus Romanū nomē emi, sed in ipsorum ciuilitate sum progenitus.

† examinari eum, vt
--ciuis
Rom. 12. c. Luc 6. d.
† cōparaui
† examinaturi
† certum
† principes
† corā illis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cum astrinxisset eum loris. *vt flagellaretur, & torqueretur.*
2 Dixit astanti sibi Centurioni. *qui præerat tortoribus, ne modum consuetum torquendi excederent vel diminuerent.*
3 Si hominem Romanum, &c. *quasi diceret, certum est quòd non: Ciues enim Romani reputabantur nobiles per totum orbem, eo quòd ciuitas Romana dominabatur toti orbi. Nobiles autem non quæstionabantur tunc temporis, & adhuc non quæstionantur in multis locis. Cætera patent vsque ibi.*
4 Ego multa summa. *scilicet pecuniæ.*
5 Ciuilitatem istam. *vt ciuis Romanus essem. q.d. Quo ciuem Romanum ita te faciliter dicis quia pauper & abiectus videris.*
6 Et Paulus ait: Ego autem & natus sum. *ciuis Romanus. q.d. pinguius ius habeo in hac ciuilitate quam tu. Pater enim Pauli insigne nobilitatis habuit à Romanis, vt dictum fuit suprà 2. Timot. 4. & sic Paulus eius filius natus fuit ingenuus. omnes autem ingenui erant ciues Romani.*
7 Tribunus quoque timuit. *ne ex applicatione Pauli ad tormenta accusaretur superioribus & puniretur.*
8 Postera autem die. *Hic consequenter ponitur alius inquirendi modus & licitus: partes, scilicet vocando & eas diligenter audiendo. Et patet litera vsque ibi:*

MORALITER.

Dic mihi si tu Romanus es? Per ciuitatem Romanam, quæ tunc toti mundo dominabatur, ciuitas cælestis vnde procedit regimen omnium bene significatur. Cuius ciuis sunt aliqui à sua natiuitate, scilicet illi qui sunt nobiles moribus & fide, si omnes ingenui erant ciues Romani. Propter quod dicit Paulus: *Ego autem natus sum.* Et sic nobilitas fidei & morum facit homines ciues cœlorum, Ephes. 2. d. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues & domestici Dei. Aliqui verò sunt ciues cœlestes per pecuniam, de qua faciunt eleemosynas pauperibus quibus merentur ascribi cœlestibus ciuibus. & de talibus fuit Zachæus qui dixit domino, Luc. 19. b. *Ecce dimidium bo. meo. domine do pauperibus & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Et sic Felix iste fuit ciuis Romanus. ideo dicit: *Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum.*

CAP. XXIII.

a *Intendens autem, &c.* b *Viri frat.* ✠ CHRYSOSTO. Vult dicere, non sum mihi ipsi conscius, quod vos leserim, nihil dignum hisce vinculis commisi.

Percutiet te. Rab. Non percutiat, quia prophetia est, nō maledictio: Paulo dicēte: Benedicite & nolite maledicere Et iterum: Benedicite maledicentibus. Hoc autem nō solum de Anania, sed & de sacerdotio Iudæorum accipiēdum est, quod pro veteri lege & ficta superficie dealbato parieti comparat. |Alia exēplaria habēt, percutiat: quod nō ex iracūdia, sed inspiratione diuina dixit Apostolus.

c *Percutiet te.* Beda. Nō perturbatione animi motus hoc dixit, quia illud pontificiū simile parieti de albato percutiendū erat &

CAP. XXIII.

a ¶Quia ignorans persecutus sum.
INtendens autem in cōcilium Paulus 1
ait: Viri fratres, ego omni consciēntia
a ¶Reus non sum.
bōna cōuersatus sum ante Deum vsq;
in hodiernū diem. Princeps autem sa-
cerdotū Ananias præcepit astantibus
¶Quasi impudenter gloriantis.
sibi, percutere os eius Tunc Paulus di-
¶Destruet. a ¶Quia videris esse quod non es. b ¶Super cathedram Moysi.
c xit ad eum, † Percutiet te Deus pāries de albate. Et tu sedēns 2
a ¶Prauo iudicio & ficto à superficie ex tuo sensu. b ¶Quæ dicit: Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum omnis populus. c ¶Dicentem: Innocentem & iustum non opprimes vel maledices.
iudicās me secundum legēm, & cntra legēm iubes me per-

NICOLAVS DE LYRA.

INtendens autem, &c. Ego omni consciētia bona, &c. *& non solum ante homines sicut faciunt hypocritæ. q.d. sine causa persequimini me. q.d.* Princeps autem sacerdotum, &c. *dolens enim de hoc quòd Paulus se iustificabat.*
2 Præcepit astantibus. *& per hoc insinuans quòd falsum dicebat.*
3 Percutiet te Deus. *id est, habens tantum apparentiam iustitiæ, sed non existentiam.*
4 Summum sacerdotem. *q.d. si non esset aliud crimen, ex hoc tamen incurristi grauem pœnam.*

MORALITER.

1 *Intendens autem, &c. Ego omni conscientia bona.* id est, hoc veritatem dicebat, tamen propter hoc fuit percussus. & idem frequenter contingit, quod propter veritatem dictam homines patiuntur calumniam.
3 *Percutiet te Deus.* nam illi qui propter veritatem dictam ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

destruendum superueniente. Christi sacerdotio, quod prædicantibus Apostolis est reuelatum. Et ideo ait percutiet, futurum esse significans. Quòd tranquillo autem animo hoc dixerit, sequens responsio ostendit.

✠ Ambros. Paries quædam eminentia delictorum est. Vnde ad pontificẽ Iudæorũ dicit Paulus. Percutere te incipiet Deus paries dealbate. Parietes enim luto cæmentisque conflantur. Hinc ædificabant Ægypti ciuitates, quando Iudæi lateres facere rogebantur In Ægypto lutum conficiebatur, & populus Dei peccatum illic operabatur.

† Exo. 22.

a *Nesciebam fratres.* Beda, id est, non cognoscebam esse Ananiam. Vel subtiliter dicit senescere principem, quia sacerdotium Iudæorum reprobatum est. Beda. Etsi hunc verè nouerat in nouo Testamento, principem non esse sacerdotum, tamen erudiens alios modestius se habere erga eos quorum sunt in potestate, temperate respondet.

✠ Chrysost. Itaque quidam dicunt, quòd sciens irriserit. Mihi autem videtur, quod neque omnino scierit, quòd esset princeps sacerdotum, alioquim & honorasset. Ideo & defendit quasi accusatio sit. Et addit. Principi populi tui non dices malè. Quid igitur dicit? Nam si non princeps esset, aliúmne simpliciter contumelia notare oportuerat? Minimè. Sed etiam is qui contumelia afficit, magis ferendus est. Digna autem quæstio est, Quomodo idem alibi dicens: Cum maledicimur, benedicimus: dum persequutionem patimur, sustinemus. Hic sanè cõtrarium facit, & non solum conuiciis lacessit, sed etiam maledicit. Absit, neutrum horum fecisse apparet, sed rem exactius cõsiderãti, magis verba sunt libere loquẽtis, quàm iracundi. Et aliter: Non volebat cõtemptibilis videri tribuno. Si enim ille quidem tribuno pepercisset flagellari Iudæis exposituro, quòd à seruis cæderetur, magis illum audacem fecisset. Propter hoc non ad ministrũ sermonem vertit, sed ad eum qui iusserat adornaus. Et valde credo, quòd nescierit eum esse principem sacerdotũ, eo quòd post longum tempus redierit, neque continuò fuerit cum Iudæis, sed viderit illum etiam cum multis. Non enim iam manifestus erat princeps sacerdotum. Quum igitur multi essent ac varij, ita mihi etiã hæc in alios torsisse videtur, ostendẽs quòd legi credat, & per hoc rationẽ reddit.

b *Sciens autem Paulus.* Beda. Sicut vnitas honorum vtilis est, sic malorũ vnitas semper bonis est nociua. ideo Paulus persecutores suos dissociare satagit, vt quẽ vniti cinxerant, dissociati laxarent. Sic mare rubrũ quod solidum filios Israel artauerat, diuisum ab Ægypto liberauit. Quòd autẽ se filiũ Pharisæorũ, siue iuxta Græcum, filiũ Pharisæi testatur: hoc est quod suprà gloriabatur se ante pedes Gamalielis qui Phariseus erat prophetas & legẽ didicisse. (Supr. 22. a.)

a ¶ Hoc dicunt, vt reum percussionis eum esse ostendant.
cuti? Et qui astabãt dixerunt: Sũmmum sacerdotẽ Dei ma-
a ledicis? Dixit aũt Paulus: Nesciebã fratres quis princeps est 1
a ¶ Ideo dico nesciebam, quia si scirem principem esse, reus essem. 2
sacerdotũ. Scriptũ est enim: † Principẽm populi tui nõ ma- 3
b ledices. Sciẽns autẽ Paulus, quia vna pars esset Saducæorũ, 4
c & altera Pharisæorum, exclamauit in cõcilio: † Viri fratres 5
ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum. De spe & resurre- 6
d ctione mortuorũ ego iudicor, & cum hæc dixisset facta est 7 8
a ¶ Dimissa, vt rediret ad sua loca.
dissensio inter Pharisæos & Saducæos, & soluta est multi- 9 10
tudo. Saducæi autem dicunt nõ esse resurrectionem mor- 11
¶ Sanctum.
tuorum, neque angelum, neque spiritum: Pharisæi autem 12
vtraque confitentur. Factus est autem clamor magnus, 13

c *Viri fratres ego.* ✠ Chrysosto. Iterũ humano more disserit, & nõ semper gratia fruitur sed etiã permittitur à seipso aliquid afferre, quod & facit. Et in hoc, & in sequenti sermone rationem reddit, volens scindere multitudinẽ in malum cõspirantẽ. Et non mentitur etiam hic, Pharisæum se dicẽs. Pharisæus enim erat ex progenitoribus, propter hoc & sic rationem reddit. Pharisæus ego sum, Pharisæi filius, & de spe ipse ac resurrectione mortuorum ego iudicor. Quoniam enim illi nolebant dicere, quare non iudicant illum, cogitur iam ipse enuntiare. Pharisæi autem, inquit, confitẽtur vtraque. Sanè cum tria sint quomodo dicit vtraque, vel quòd spiritus, & angelus vnum sit, vel quod nõ solum dictio illa de duobus, sed etiam de tribus accipitur. Itaque abusiuè sic loquutus est, & non propriè. († Phil. 3. d.)

✠ Tertul. Habes Paulum apud summos sacerdotes, sub tribus inter Pharisæos, & Sadducæos fidei suæ professorem: Viri, inquit, fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorũ, de spe nunc, & de resurrectione iudicor apud vos: vtique cõmuni, ne quia iam trãsgressor legis videbatur, de pręcipuo fidei totius articulo, id est, de resurrectione, ad Sadducæos sapere existimaretur. Ita quam nolebat videri rescindere fidem resurrectionis, vtique confirmabat secundum Pharisæos, respuens negatores eius Sadducæos. (Lib. de resurr. carnis cap. 39.)

d *Et cum hæc dixisset, &c.* ✠ Gregor. Vnitatem reproborum perniciosam sibi Paulus conspexerat, cum in medio Sadducæorum, Pharisæorumque deprehensus dicebat: De spe & resurrectione mortuorũ ego iudicor: Qua nimirum voce percussa, protinus cõtra se vicissim audientiam turba dissiluit. Cumque in duas partes tumultuãtium multitudo diuiditur; Paulo via ereptionis aperitur: quia quem turba persequentium vnita constrinxerat, diuisa laxabat. Eripiuntur ergo iusti, dum diuiduntur iniusti, & electorum vota ad perfectum perueniunt, dum reprobrorũ agmina per discordiam confunduntur. (Lib. 14. moral. cap. 4.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixit autem Paulus. *se excusando:* 2 Nesciebam. *de longinquis enim partibus venerat, vt patet ex prædictis, & parum in Ierusalem steterat. propter quod personã summi sacerdotis nõ cognoscebat.*
3 Scriptum est. *Exod. 22. d.* 4 Sciens autem. *Superius descripta est Pauli persecutio, hic cõsequẽter describitur persequentiũ dissensio. Sicut vnitas bonorũ vtilis est, sic vnitas malorũ nociua est bonis. propter quod dissentio eorũ expediens est vt per hoc eorũ malitia impediatur. propter hoc Paulus eorũ dissẽsionẽ procurauit. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur huius dissensionis procuratio, secundo oritur cõtra Paulum noua machinatio, ibi:* facta autem Die. *Circa primũ dicitur:* Sciens autem Paulus. *quia per magnũ tempus antè incœperant istæ sectæ, vt dicit Iosephus antiquitatis Iudaicæ lib. 18.*
5 Exclamauit in concilio. *vt ab omnibus audiretur.*
6 Ego Pharisæus sum. *quantũ ad hoc quod credebat resurrectionẽ mortuorum, spiritum, & angelum.* 7 Filius Pharisæorum. *Pater enim suus spiritualis qui eum instruxerat scilicet Gamaliel Pharisæus fuerat, vt patet supra. 5. ca. & similiter pater suus carnalis qui eum posuerat sub disciplina Gamalielis.* 8 De spe & resurrectione. *id est, propter spem vitæ futuræ, quæ est expectatio, &c. quã expecto: & resurrectionem mortuorũ quam prædico.* 9 Ego iudicor. *id est, ad mortem condemnari quæro.* 10 Et cum dixisset. *nam Pharisæi eius dictum approbãt, Saducæi verò reprobãt. & causa subditur cum dicitur:* 11 Saducæi autem dicunt. *& sic negabant resurrectionẽ futuram: nihil enim immortale dicebant in homine esse.*
12 Neque angelum. *Negabãt enim omnem creaturam spiritualem.*
13 Neque spiritum. *generaliter: nam & ipsum Deum dicebant esse corporeum. propter quod de libris sacræ scripturæ recipiebãt tantum quinq; libros Moysi, qui minus expresse loquũtur de istis quã libri prophetarũ. Et hic error processit ex hoc, quòd intellectus humanus semper intelligit cum phantasmate, quod non potest corporalia transcendere. vnde cogitans angelum, format sibi phantasma hominis alati: & cogitans Deum, format sibi phãtasma cuiusdam regis magni omnibus præsidentis. Processit etiam ex falso intellectu scripturæ quæ Deo attribuit formã corpoream, vt manus, oculos, aures & cætera corporis membra: per quæ virtutes eius spirituales intelliguntur, vt dicit Greg. in moralibus. Habere namq; oculos dicitur, quia cuncta videt. manus, quia omnia operatur: & sic de alijs. Et ex eiusdem causis processit error quorundam simplicium monachorum Deum esse corporeum existimantium, propter quod vocati sunt anthropomorphitæ, vt dicitur libro de collationibus patrum.*
14 Factus est autem. *Pharisæorum cum Saducæis disputantium.*

MORALITER.

quem persequuntur, à Deo grauiter punientur. Item per parietem dealbatum bene significatur hyprocrisis vitium, quod est à Deo grauiter puniendum. nam sicut dicit Hieron. Simulata sanctitas duplex est iniquitas.
2 *Nesciebam fratres.* Ex hoc patet quòd superiori etiam malo debetur reuerentia quamdiu toleratur à Deo. & hoc modo sanctus Dauid reuerentiam exhibebat Sauli, sicut patet. 2. Regum. in pluribus locis.
4 *Sciens autem.* Sequitur. *Et cum hæc dixisset, &c.* Glossa. Sicut vnitas bonorũ vtilis est, sic malorum vnitas semper bonis est nociua. Ideo Paulus persecutores suos dissociare satagit, vt quem vniti vinxerant

a *Nihil mali inuenimus.* ✠ Chrysost. Et quare nõ anteà rationẽ pro illo reddiderũt? quia illis nondum cõmixtus erat, neq; manifestum erat priusquam rationem redderet fuisse Pharisæum. Vides quãdo affectiones abscedunt, quomodo veritas inuenitur.
b *Quid si spiritus.* Rab. Hic apparet iuxta Hieron. Saducæos spiritum non confiteri & angelos & ideo spiritum nominant & angelum, quia hoc noluerant contrarium esse illis.
c *Ne discerperetur.* Rab. Saducæis volentibus eum rapere, vel ab vtrisque simul cõtendentibus.
✠ Chrysosto. Timetq; nunc Tribunus, ne discerpatur, quoniã dixerat quod Romanus sit. Vnde & non carebat res periculo. Vide quòd iustè confessus est se esse Romanum. Nonne etiã nunc nõ timuisset Tribunus, & milites Paulum rapuissẽt? Iudæi verò quicquid reliquum perpetrassent, quum voluissent quidẽ & anteà, licet prohiberẽtur. Ita non subsistit malitia, tametsi tanta re morentur, quãuis etiã adeò multa dispensata sint, vt & furor diuulgaretur, & discerent per quæ resipiscant: nihilominus instant, vnde magna est defensio illa, quòd discerpturi hominem, qui raptus est vt tanta pericula effugeret.
d *Deuouerunt se dicentes.* Beda. Græcè: anathematizauerunt, hoc verbũ quantæ sit autoritatis norũt qui anathemate sacerdotali à societate Christi & ecclesiæ alienantur.
✠ Chrysostomus. Anathematizauerunt seipsos, inquit, Vide vt sunt vehementes, & vltionis cupidi in malitia. Quid est anathematizarunt? hoc est, dixerunt se esse extra fidem in Deum, nisi quod decreuerãt contra Paulum implerent. Talis autem gẽs est, vt quando in bonum conueniendum, neque duo concurrunt: quando autem in malum populus totus, & accipiunt socios, ac principes.

† Scribæ de secta — *, ne repugnatemus Deo — † Bono animo esto paule — * cras — † cogniturõs — † 23. q. 1. c. maximianus — † quòd — † ad nos

¶ Pro Paulo contra Saducæos.
& exurgẽtes † quidam Pharisæorum, pugnabant dicentes: 1
a b Nihil mali inuenimus in homine isto. † Quid si spiritus lo- 2 3
cutus est ei, aut angelus *: Et cũ magna dissensio facta esset, 4
¶ Conuelleretur.
c Timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit mi- 5
lites descẽdere & rapere eum de medio eorũ, ac deducere
eum in castra. Sequẽti autem nocte asistẽs ei dominus ait:
a ¶ Oportuna adhibetur consolatio. b ¶ Significat eum de cætero laboraturum, vel solatium est volentis eum testificari coram multis.
† Cõnstans esto. Sicut enim testificatus es de me in Ierusa-
lem, sic te oportet & testificari. Facta autẽ die collegerũt se 6
a ¶ Maledictione astrinxerunt. 7
d e quidam ex Iudæis, & dẽuouerũt se, dicentes neque mandu-
caturos, neq; bibituros, donec occiderẽt Paulum. Erant au-
tem plus quam quadraginta viri qui hanc coniurationem
fecerant: qui in accesserũt ad principem sacerdotum & se-
niores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nos, nihil gusta-
a ¶ Non quod coniurauimus, sed vt producat eum: & hoc totum facite cum calliditate Concilij ex communi consensu ad celandum coniurationem.
turos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos nõtum fa- 8
cite tribuno cũ consilio, vt * adducat illum † ad vos tanquã 9
a ¶ Id est, causa eius & reatu.
aliquid certius † cognituri de eõ. Nos vero priusquã appro-
piet, parati sumus interficere illum. Quod cũ audisset filius 10
sororis Pauli insidias, venit & intrauit in castra, nunciauit- 11
que Paulo. Vocans autem Paulus ad se vnũ ex Centurioni- 12
bus, ait: Adolescentẽ hunc perduc ad tribunũ. Habet enim
aliquid indicare illi. Et ille quidem assumens eum duxit ad
Tribunũ, & ait: Vinctus Paulus rogauit me, hunc adolescẽ-
tem perducere ad te, habentẽ aliquid loqui tibi. Apprẽhen- 13
dens autem Tribunus manum illius, secessit cum eo seor-
sum, & interrogauit illum: Quid est quod habes indicare
mihi? Ille autem dixit: † Iudæis conuenit rogare te vt cra- 14
stina die Paulum producas in concilium, quasi aliquid cer- 15

e *Neque manducaturos neque bibituros.* Beda, cum dominus dicat Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti. Illi contra iniquitatem esuriunt, & iusti sanguinem sitiunt: adeo vt etiam cibos à se abdicent, donec morte iusti satientur: sed non est sapientia, non est prudentia vel consilium contra Deum, eripitur enim Paulus ab eorum insidiis, vt seruatus Romæ testimonium reddat Christo.
✠ Chrysostomus. Cõsidera, quomodo illi necessitatem quandam sibiipsis iniungant per anathematismum. Ecce ieiunium homicidij mater, sicut & Herodes etiam iuramento necessitatẽ sibiipsi iniunxerat, ita & illi. Tales sunt venandi artes diaboli, qui prætextu pietatis laqueos

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et exurgentes quidam Pharisæorum, &c. *pro Paulo.*
2 Dicentes. Nihil mali. *quem prius persequebantur ad mortem, modo dicunt innocentem.*
3 Quid si spiritus. *scilicet diuinus.*
4 Locutus est ei, aut angelus, *quasi diceret: nihil est mirandum: quia vtrunque legitur in libris Moysi, quos recipiebant Saducæi. Nam Deus legitur locutus cum Abraham, & etiam angelus in pluribus locis in Gen. & in hoc arguebant contra Saducæos, ex scriptura ab eis recepta.*
5 Timens tribunus ne discerperetur Paulus. *scilicet Saducæis. Cætera patent in litera vsque ibi:*
6 Sic te oportet & Romæ testificari. *& ex hoc motus fuit ad Cæsarem appellare. infra 25.*
7 Facta autem die collegerunt. *Hic consequenter noua machinatio contra Paulum cogitatur. & secundò dissipatur, ibi: Quod cum audisset. Circa primum dicitur:* Facta autem die sequenti collegerunt se quidam ex Iudeis. *dolentes quòd Paulus sic euaserat sapienter. Cætera patent vsque ibi:*
8 Nunc ergo. *vt cito expediamur à ieiunio & vos habeatis intẽtum.*
9 Vos notum facite Tribuno cum concilio. *Iungatur sic litera:* Vos cum concilio. *id est, vos simul conciliati Pharisæi & Saducæi ne per vestram dissensionem impediatis Pauli mortem:* Notum facite Tribuno. *rogãtes eum:* Vt adducat illum ad vos tanquam. *& patet litera:*
10 Quod cum audisset filius sororis. *Hic consequenter dicta machinatio frustratur. Circa quod primo ponitur dictæ machinationis reuelatio: secundò eiusdem frustratio, ibi: Tribunus igitur. Circa primum dicitur:* Quod cum audisset filius sororis Pauli. *qui erat pro eo solicitus inquirendo quid pro eo vel contra eum posset fieri.*
11 Venit & intrauit in castra. *non enim sic tenebatur Paulus, quin amici sui ad eum possent ingredi & ministrare ei, tum quia non erat per iudicium condemnatus, tum quia ciuis Romanus.*
12 Vocans autem Paulus ad se vnum. *Dicitur autem Centurio qui habet centum homines in armis sub se, & sic misit minorem ad maiorem. Cætera patent vsque ibi:*
13 Apprehendens autem, &c. secessit cum eo seorsum. *vt loqueretur ei secretius, & forsitan credens quòd Paulus ad eum aliquod xenium mitteret in secreto.*
14 Ille autem dixit: Iudæis conuenit rogare te. *id est, fecerunt conuentionem interrogando te.*
15 Vt crastina die Paulum. *volentes proditoriè occidere eum.*
1 Expectantes

MORALITER.

vinxerant, dissociati laxarent. Sicut mare rubrum quod solidum filios Israel artauerat, diuisum ab Ægypto liberauit. Et sic dicitur Isaias. 58. b. *Dissolue colligationes impietatis.*
Sequenti autem nocte assistens ei dominus, &c. Per hoc autem quòd dominus dixit Paulo, quòd post testificationem eius de Christo in Ierusalem quæ metropolis erat Iudæorum oportebat eum testificare Romæ. quæ metropolis erat omnium Gentium, significabatur fructus prædicationis Pauli futurus in conuersione Gentium & Iudæorum.
7 *Facta autem collegerunt se quidam ex Iudeis, &c.* Glossa. Cum dominus dicat, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. illi econtra iniquitatem esuriunt & iusti sanguinem sitiunt: adeo, vt etiam cibos se abdicent donec morte iusti satientur. Sed non est sapientia.

Universidad de Deusto Biblioteca

laqueos legit. Hæc A non sint sacerdotum, sed latronum, hæc non principum, sed facinorosorũ. Et vide malitiam excellentem, non tsunt contenti, quòd se mutuum corrumpant, etiam principem, vnà cum ipsis corrumpere attentant. Etidcirco hæc ita acciderũt, vt ille disceret insidias illorum; isti autem non solum ex eo quòd nihil poterant dicere, sed etiam ex eo quòd clam moliebantur arguerunt sese nihili esse. Verisimile autem est illos, post B quam Paulus amandatus est summos sacerdotes accessisse, & sic confusos esse, & re infecta dimissos.

a *Parate milites ducentos, &c.* Rab. Hoc, ne ideo Iudæi auferrent, & ipse Tribunus criminis accusaretur apud præsidem tanquam accepturus pecuniam à Iudæis, & pretium mortis Pauli.

b *Nihil verò dignum morte aut vinculis, &c.*

Chrysosto. Vide & epistolam habere excusationẽ pro illo. Multum enim, inquit

*Iudæi

*quæ habent aduersus eum

tius inquisituri sint de illo: tu vero ne † credideris illis. Insi-
diantur enim ei ex eis viri amplius quàm quadraginta, qui
se deuouerunt non manducare neque bibere, donec inter-
¶ Quid promittas. 1
ficiant eum: & nunc parati sunt expectantes promissum
tuum. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ei 2
¶ Tribuno. 3
ne cui loqueretur, quoniam hæc nota sibi fecisset. Et voca-
¶ Pedestres.
a tis duobus Centurionibus, dixit illis: Parate milites ducen-
tos, vt eam vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lan-
¶ Paulo & comitibus eius.
cearios ducentos, à tertia hora noctis, & iumenta † parate,
a ¶ Tribunus ad præsidem, quasi minor ad maiorem mittit causam.
vt imponentes Paulum, saluum † perducerent ad Felicem
præsidẽ. *Timuit enim ne fortè raperẽt eum Iudæi, & oc- 4
ciderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam ac-
cepturus pecuniam: scribens ei epistolam continentẽ hæc: 5
Claudius Lisias, optimo præsidi Felici salutem. Virum hũc
comprehensum à Iudæis & incipientẽ interfici ab eis, su-
perueniẽs cum exercitu eripui, cognito quia Romanus est. 6
Volénsq; scire causam quã obiiciebant illi, deduxi eum in
concilium eorum. Quem inueni accusari de quæstionibus
b legis ipsorũ: nihil vero dignum morte aut vinculis haben-
tem crimen. Et cum mihi † perlatum esset de insidiis quas
parauerant illi * misi eum ad te, denuncians & accusatori-
c bus vt *, dicant apud te: Vale. Milites vero secundum præ-
ceptum assumentes Paulum, duxerunt illum per noctẽ in 7
a Ciuitatem de nomine Antipatris dictam. ¶ Septuaginta. 8
Antipatridem, & postera die dimissis equitibus, vt irent 9
a ¶ Pedestres. b ¶ Ab Antipatride. ¶ Equites.
cum eo, reuersi sunt ad castra. Qui cũ venissent Cæsaream, 10
& tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum &
Paulum. Cum legisset autem *, & interrogasset de qua pro-
uincia esset, & cognoscens quia de Cilicia esset, audiam te, 11
(inquit) cum accusatores tui venerint. Iussitq; in prætorio 12
¶ Antiqui præsidis.
Herodis custodiri eum. 13

quit inueni habere D crimen & accusationem contra illos & contra hunc, sic anxius erat. Et primum quidem, inquit, quòd interficiendum à Iudæis eripuerit, deinde addit, quòd deduxi illum ad eos & neque sic inuenirẽt illi quod obiicerent. Et oportebat ob priora territos fieri, & confundi & iterum attentant occidere, vt iterũ pro illo clarior sermo fiat. E Et quur nam accusatores mittit? vt pro Tribunali ibi hæc diligentius exquiratur, & innocens fiat.

c *Milites vero secundum præceptum assumentes Paulum, &c.* Chrysosto. Deducunt quasi regem quẽdam lanceariis stipatũ, cum tanta multitudine, & in nocte, timentes iram, & impetũ populi. Igitur postquam eiecerunt illum è ciuitate, tunc desistunt. Non autem Tribunus cum tanta illum securitate emisisset, nisi & ipse in nullo eum condemnasset, & illorum sanguinariam sciuisset mentem.

CAP.

† morẽ gesseris

† præbete

† perducãt

* Timuit enim ne fortè raperent eũ Iudæi & occiderent, & ipse postea calumniã sustineret, tanquã accepturus pecuniam.

† indicatũ

* præses

C F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Expectantes promissum tuum. *id est, quòd tu promittas eis eductionem Pauli ad eos, & impleas opere.*

2 Tribunus igitur. *Hic consequenter describitur reuelatæ machinationis frustratio, per hoc quòd iterum ductus fuit Cæsaream ad præsidem qui erat iudex superior, & hoc quod dicitur:* Tribunus igitur dimisit adolescentem. *vt iret viam.*

3 Præcipiens ei ne cui loqueretur. *ne fortè per hoc deductio Pauli in Cæsaream impediretur. Cætera patent vsque ibi:*

4 Timuit enim ne forte raperent eum Iudæi. *totum istud vsque ibi inclusiuè.* Tanquam accepturus pecuniam. *non est de textu, nec est in libris correctis: sed fuit quædam glos. reddens rationem quare Tribunus mittebat Paulum cum securitate tanta, quæ postea per scriptores fuit textui inserta.*

5 Scribens ei epistolam continentem hæc. *Scilicet causam missionis & cum sumptibus tantis, & patet litera, hoc excepto:*

6 Eripui: cognito quia Romanus est. *Hoc dicit ad acquirendam præsidis beneuolentiam, quasi habens magnum zelum de ciuibus Romanis: quia quando eripuit eum de manibus Iudæorum, non cognouit quòd esset ciuis Romanus: sed postea cognouit, quando eum quæstionari voluit vt habetur in fine cap. 22.*

7 Duxerunt illum. *vt euaderet insidias Iudæorum.*

8 In Antipatridem. *Nomen est cuiusdam ciuitatis existentis inter Ierusalem & Cæsaream, tamen magis prope Cæsaream.*

9 Et postera die dimissis equitibus, &c. cum eo. *Scilicet Paulo.*

10 Reuersi sunt ad castra. *Scilicet ad munitionem quæ erat in Ierusalem: ideo autem reuersi fuerunt milites & lancearij qui erant pedites quia Paulus erat extra periculum insidiarum.*

11 Audiam te inquit. *Melius enim inquiritur veritas in præsentia partium quam in absentia alterius.*

12 Iussitque in prætorio Herodis. *Id est, quod fuerat Herodis.*

13 Custodiri eum. *Herodes enim Ascalonita renouauit & ampliauit ciuitatem illam, vocans eam Cæsaream in honorem Cæsaris quæ prius dicebatur turris Strationis: & ibi ædificauit prætorium quod adhuc retinebat nomen autoris.*

CAP.

CAP. XXIIII.

A a *Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus dicens, &c.* Chrysosto. Profectò vos hoc fecistis, oratore quid opus erat? Vide quomodò hic statim ab initio, quasi rerũ nouatorem, & seditiosum calumniari vult, & iudicem laudibus præoccupat. Deinde quasi multa possit dicere, prætercurrit, & vnum hoc dicit. Vt autẽ ne diutiùs te detineam, vide quomodò iudici puniẽdi desiderium immittit, vt potè comprehensuro orbis turbatorem, & quasi in magno bono B opere glorientur.

b *Nazarenorum. &c.* Beda. illo tempore Christiani pro opprobrio Nazareni vocabantur. Postea inter Iudæos surrexit hæresis quæ dicta est Nazarenorum, qui Christum filium Dei credũt de Maria natum, passum etiam & resurrexisse, omnia veteris legis mandata custodientes: sed dum volunt Iudæi & Christiani esse, neutrum sunt.

c *Quem & appræhensum.* In hoc loco quidam nostri codices minus habent aliquos versus, qui in Græco ita leguntur: Quem apprehendimus, & secundum nostram legem voluimus C iudicare. Transiliens autem Lysias Tribunus cum multa vi de manibus

† rectè geratur in populo hoc

† comprobamus

† prophanare. Nazarenorũ hæresis.

† inquisitione facta

† causam dicam

CAP. XXIIII.

a ¶ Ad accusandum Paulum.
Post quinque autem dies descendit 1
princeps sacerdotum Ananias cum
a ¶ Qui loqueretur contra Paulum.
senioribus quibusdam, & Tertullo
quodam oraore, qui adierunt præsi-
¶ Ad collocutionem.
dem aduersus Paulum. Et citato Pau- 2
lo, cœpit accusare Tertullus, di- 3
¶ Q. Felix.
cens: Cum in multa pace agamus per te, & † corrigan- 4
¶ Opera. a ¶ Multa opera. 5
tur multa per tuam prouidentiam, semper & vbique 6
† suscipimus optime Felix cum omni gratiarum actio- 7 8
ne. Ne diutius autem te protraham, oro † breuiter au- 9
dias nos pro tua clementia. Inuenimus hunc hominẽ pe- 10 11
stiferum, & concitantẽ seditiones omnibus Iudæis in vni- 12
a ¶ Nazareno, id est, Iesu.
b uerso orbe, & autorem seditionis sectæ Nazarenorum, qui 13
a ¶ Inducendo in illud Gentiles. 14
c etiam tẽplum † violare conatus est: quem & appræhensum 15
d voluimus secundũ legem nostrã iudicare. Superueniẽs au- 16
tem Tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de mani-
¶ Tribuno.
bus nostris, iubẽs accusatores eius ad te venire: à quo pote-
¶ Veritatem eorum.
ris ipse † iudicans de omnibus istis cognoscere de quibus
nos accusamus eum. Adiecerũt autẽ & Iudæi, dicentes hæc 17
a ¶ Signum faciente manu.
e ita se habere. Respõdit autem Paulus annuente sibi Præside 18
¶ q.d. amicitiam vestram noui. ¶ Cum fiducia.
dicere. Ex multis annis esse te iudicẽ genti huic sciẽs, bono 19
¶ Excusabo me. ¶ A testibus. ¶ Non est antiquum tempus. 20
animo pro me † satisfaciã. Potes enim cognoscere, quia nõ 21
¶ Non violare templum. 22
plus sunt dies mihi quam duodecim, ex quo ascẽdi adorare 23
in Ierusalem, & neq; in templo inuenerunt me cum aliquo 24

manibus nostris eduxit, D iubens eius accusatores ante te venire, quos possis ipse diiudicans de omnibus istis cognoscere, &c. Chrysosto. Vt pestilentẽ iam, & vt cõmunem hostem gentis accusant, & præsidem sectæ Nazareorum: videbatur hoc ignominiosum, quòd Nazareorum. Ideò & hoc allegarunt, & ab hoc iterum accusant eum. Nazareth enim cõtemptior erat, Et inuentum, inquit. Vide malignè quomodo vt fugientẽ calumniantur, & vix se illum assequutos, quanuis septem diebus fuerit in templo. E *Apprehẽdimus, & secundum legem nostram iudicare voluimus.* Vide & quomodò legẽ contumelia affecerũt. Neque enim hoc legis erat, percutere, occidere, insidiari.

d *Superueniens autem Tribunus Lysias.* Idem. Non cõueniebat illi rem hãc facere, quam tamen fecit. Ex quo poteris diiudicãs de his omnibus cognoscere, de quibus nos accusamus illum. *Adiecerunt autem & Iudæi dicẽtes: hæc sic habere.* Quid igitur, Paulus, nunquid ad hæc tacet? minimè sed liberè loquitur iterum, & respondet, idque volente Præside. Addidit enim.

e *Respondit autem Paulus annuente sibi præside dicere. Ex multis annis* F

† paucis

seditionis

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIIII.

1 Post quinque autem dies. *Superius descripta est persecutio Pauli in Ierusalem, hic consequenter ponitur eius persecutio apud Cæsaream. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur Pauli accusatio. secundo eius defensio, ibi:* Respondit autem Paulus. *tertio iudicis responsio, ibi:* Distulit autem. *Circa primum patet litera vsque ibi:*

2 Et citato Paulo. *Per viam iudicij vt responderet ad obiecta.*

3 Cœpit accusare. *orator ad hoc adductus. Et primo secũdum modum boni oratoris captat beneuolentiam iudicis.*

4 Dicens cum in multa pace. *id est, vitam istam transeamus.*

5 Et corrigantur multa. *ad conseruationem pacis communis.*

6 Per tuam prouidentiam. *id est, per tuum regimen.*

7 Semper & vbique suscepimus. *regimen tuum.*

8 Cum omni gratiarum. *Deo & tibi de tali regimine.*

9 Ne diutius autem. *detinendo tempus in verborum prolixitate.*

10 Oro breuiter audias. *quasi diceret, quæ petimus sunt exaudiri digna. Consequenter accusat Paulum, dicens:*

11 Inuenimus hunc hominem pestiferum. *Nomen eius non exprimit, quasi præ nimia malicia nominari indignum.*

12 Et concitantem seditiones omnibus Iudæ. *cum tamen esset prædicator Euangelicæ pacis.*

13 Et autorem sedit. *i. Christianorum, à Iesu Nazareno sic dictorum.*

14 Qui etiam templum. *inducendo ibi Gentiles, hoc enim imponebant sibi falsò, vt patet ex prædictis supra 21. cap.*

15 Quem & appræhensum. *in templo.*

16 Volumus secundum legem. *q.d. istud pertinet ad nos, sicut & cultum templi custodire. Cætera patent vsque ibi:*

17 Adiecerunt autem & Iudæi. *ad approbandum & confirmandum verba Tertulli.*

18 Respondit autem Paulus. *Hic consequenter ponitur Pauli defensio, & primo captat beneuolentiam dicens:*

19 Ex multis annis te esse. *rebelli & malè regibili.*

20 Sciens. *q.d. per hoc manifestè patet bonitas tui regiminis, quòd tandiu habuisti regimen huius Gentis, & hoc ego sciens:*

21 Bono animo pro me. *fidens de tua iustitia, & mea innocentia. Consequenter respondet ad obiecta, & primo ad primum, scilicet de concitatione seditionum in Ierusalem, di.*

22 Potes enim cognoscere. *per multos testes fide dignos.*

23 Quia non plus sunt. *sicut declaratum est supra 21. cap.*

24 Et neque. *quæ disputatio facit aliquãdo cõmotionem audiẽtium.*

MORALITER.

1 *Post quinque.* Per istos qui ad accusandum Paulum descenderunt Cæsaream, significatur illi qui nituntur impugnare veritatẽ, ideo dicitur: *Descendit.* scilicet à culpa in culpam: quia primo cogitauerunt homicidiũ, & nunc deducere volebant ad effectum. Item quia venerunt in multitudine, scilicet principes sacerdotum & seniores, & cum eis multi satellites: & sic faciunt veritatis impugnatores. Ioannes os aureum: A veritate se esse vacuos professi sunt, qui multitudine se armauerunt.

Et Tertullo. Sic impugnatores veritatis secum habent qui falsitatem sciant verbis colorare.

11 *Inuenimus hunc.* immo secundum veritatẽ salutiferum sicut patet per responsionem Pauli dicẽtis infra: *Post annos autem, &c.* Item proposuit Tertullus contra Paulum:

12 *Et concitantem seditiones.* quod patet falsum per responsionem Pauli dicentis infrà. *Inuenerunt me purificatum in templo, &c.* Item proposuit,

12 *Et autorem seditionis, &c.* idem Christianorum. quæ non est

12 Et conci

Universidad de Deusto Biblioteca

annis esse te Iudicem &c. ✻ CHRYSOST. Non sunt hæc adulationis verba, testificari iustitiã iudici, sed illa magis, quòd multa pace potiatur per eum. Cur igitur iniustè seditiosi? Obserua autem ad iniustitiam impellebant: hic quod iustum, quærebat. Ideo & dicebat: Æquiore animo de rebus meis satisfacio. Deinde & à tempore confirmat. *Sciens te multis annis iustum iudicẽ.* Et quid hoc ad demonstrationem conducebat? Ostendit sanè quod & ipse sciat, nihil se eorum fecisse quorũ accusabatur. Si autem concursum turbæ vnquam cõcitasset, vtique iudex ipse cognouisset, nec ei qui tãtus erat, occultum fuisset.

a *Sectam quã dicũt.* BEDA. Melius in Græco habetur secũdum viam quã dicunt hæresim: Sic deseruio patri Deo. nõ enim conuenit eum qui Græcè locutus est dicere sectam, quã dicunt hæresim: cum idem sit Latinè secta, quod Græcè hæresis. Sed ait, Sic deseruio patri Deo secundum illam viam quam increduli hæresim, id est, sectã vocant: quasi magis habeant pertinaciam quælibet sectãdi, quã industriam recta dignoscendi.

b *Patri & Deo meo.* RABA. Cuius filius demõstror, nõ seruus, vt in alijs codicibus habetur.

c *Nisi de vna hac.* RAB. hoc per antiphrasim, sciebat enim hoc eis placere: quasi di. nihil commisi, nisi quia prædicaui quod & ipsi credunt.

✻ CHRYSOST. Hæc erat abundans iustificatio, non fugere ab accusatoribus, sed paratum esse, ad reddendam rationem omnibus. De resurrectione mortuorũ ego hodie, inquit iudicor. Et nihil dixit eorũ, quæ meritò poterat dicere, quòd insidiati sint, quòd cõprehenderũt illum, quòd insidias struxerint: hæc enim ab illis dicuntur facta esse, ab hoc autem nihil periculi erat, sed tacet, & tantũ rationẽ reddit, quamuis plurima dicere potuisset.

d *Distulit autem illos, Felix certissimè.* ✻ CHRYSOSTO. Vide quanta probatio, primùm quidem à multis, deinde multo tempore probatur, ne dicere possint sublata iudicia, nã quoniam orator meminerat Lysiæ, dicẽs quòd vi abduxerit illũ, subdit tempestiuè Felicis verba, & inquit, Distulit autẽ Felix illos probè tenens quæ de via illa: hoc est, dedita opera distulit non opus habẽs vt discat, sed volens repellere Iudæos, noluit dimittere propter illos. Punire iterũ nõ poterat, impudẽs enim fuisset.

(¶ Quæstionantem.) disputantem, aut cõcursum facientẽ turbæ, neq; in synagogis neq; in ciuitate, neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Confiteor autẽ tibi hoc: quòd † secundũ (a ¶ Nazarenorum. b ¶ Dicentes: Inuenimus autorem seditionis. c ¶ Seissionem.) sectam quã dicũt hæresim, sic deseruio patri & Deo meo, (a ¶ Vt Pharisæi, non vt Saducæi, reprobantes quædam de his quæ in lege & prophetis.) credens omnibus quæ in lege & prophetis scripta sunt, (a ¶ De resurrectione mortuorum.) spẽm habẽs in Deum, quã & hi ipsi expectant resurrectionem (¶ Credens.) futurã iustorum & iniquorũ. In hoc & ipse studeo sine offendiculo, consciẽtiam habere ad Deum & ad homines semper. Post annos autem plures eleemosynas facturus in (¶ In Ierusalem.) gentem meã veni, & oblationes & vota, in quibus inuenerunt (¶ Raso capite seruantem legem.) me purificatũ in templo, non cum turba neq; cum tumultu. Et apprehẽderunt me clamantes & dicentes: Tolle (¶ Me inuenerunt in templo. ¶ Asianos.) inimicũ nostrum. Quidã autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare si quid haberent ad- (a ¶ Ananias cum senioribus & Tertullo.) uersum me, aut hi ipsi dicant, si quid inuenerũt in me ini- (¶ Modo) quitatis cum stem in cõcilio, nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans: Quoniã de resurrectione (a ¶ Iudicare inter illos.) mortuorũ ego iudicor hodie à vobis. † Distulit autem illos (a ¶ Veritatis, quæ in Paulo erat, vel de via quam faciebant Paulo. b ¶ Hoc dicit vt iudicium differat, & quia Paulus dixerat: A quo poteris veritatem cognoscere.) Felix, certissime sciẽs de via hac, dicẽs: Cũ tribunus Lysias (¶ Paulum.) descẽderit, † audiã vos. Iussitq; Centurioni custodire eum,

Marginalia: † iuxta viã — † & vota — † Auditis autem his distulit. — Et apprehenderunt clamantes & dicentes Tolle inimicum nostrum. — † per nosceã causam vestram

☞ a *De suis*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Aut concursum facientem. *quod est seditionis signum.*
2 Neque in synagogis. *supple, inuenerunt me prædicta facientem.*
3 Neque probare possunt tibi. *illa supple.*
4 De quibus nunc. *& tamen debent probare cum sint actores.*
5 Confiteor. *Hic respondet ad secundum scilicet de secta Christianorum, quam confitetur se tenere tanquam sanctam & bonam, di.* Confiteor autem tibi hoc. *tanquam iudici.*
6 Quod secundum sectam. *Christianorum* quam dicunt hæresim. *id est, magis teneri ex pertinacia & ignorãtia popularium, quam ex testimonijs scripturarũ. Vnde dicebant Ioan. 7. c. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc quæ non nouit legem maledicti sunt.*
7 Sic deseruio patri & Deo meo. *omnium.*
8 Credens omnibus. *& in Iesu Nazareno adimpleta sunt.*
9 Spem habens in Deum. *de beatitudine consequenda per ipsum.*
10 Quam & hi ipsi expectant. *quantum ad Pharisæos, quæ etiam secundum eos non habebitur nisi in resurrectione mortuorum, in qua iusti æternaliter præmiabuntur, & iniqui damnabuntur.*
11 Et hoc & ipse studio. *id est, sine scandalo actiuo.*
12 Ad Deum & ad hominem semper. *non solum cauens offensam, Dei, sed etiam hominum quantum est ex me, & sic offensa accusatorum meorum procedit ex eorum mera malicia.*
b *Ad Aphricum, &c.* BEDA. Aphricus stat inter meridianam plagam & occidētalem, magis vergens ad occidentalem, Corus inter septētrionalem & occidētalem, plus deflexus ad occidentem. Et prouincia Phœnicis Cretam habebat ad occidentem. [† is est portus Cretæ respiciens.]

c *Asson.* RAB. nomen loci sic vocati, quia inde soluebātur naues in mare progredientes.

B d *Typhonicus.* Alia translatio, ventus tempestiuus.

e *Euro.* RAB. Id est, Boreas ventus inter aquilonem & orientem. hic ventus erat contrarius naui nauigaturæ in Phœnicen. [† deuecti]

f *Cumque.* BEDA. Alia translatio manifestius dicit: Arrepta naui cum non possent vento occurrere, commodata naui fluctib. colligere vela cœperunt. Tunc transcurrimus insulam, quæ dicitur Cauda, quam occupare nō potuerunt. Sed scapha missa, ad iuuare cœperunt nauem, præcingētes eā. Trahebant autem & anchoras, timētes ne incurrerent in Syrtes. Ex quo patet quòd funibus à medio nauis latere vtrinque circa eiusdem anteriora demersis, anchoras his quæ traherentur adiunxerūt, quod fiebat ad retardandum nauigium ne præpropero incursu inciderent in Syrtes solo auditu terribiles, quia omnia rapiunt ad se.

D

[¶ Hortabatur. a ¶ Ex signis tempestatum, vel spiritu prophetico.]

set, consolabatur eos Paulus, dicens eis: Viri video, quoniam cum iniuria & multo damno non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauiga-

[a ¶ Domino nauis. b ¶ i. nauiculario, qui dominus erat nauis. ¶ Nauclero. quod etiam dominum nauis significat.]

tio. Centurio autem gubernatori & nauclero magis crede-

[¶ Bonus.]

bat, quàm his quæ a Paulo dicebantur. Et cum aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consi-

[a ¶ Retro vnde venerant:]

lium nauigare inde, si quo modo possent † deuenientes [† peruecti]

[a ¶ Insulam. vel ciuitatem in Creta.]

a Phœnicen hyemare, † portum Cretæ respicientem ad A-

b [a ¶ Ad meridianam occidentis plagam, quæ de Aphrica nomen accepit. b ¶ A creta. c ¶ Quia à Borea portus erat Cretæ.]

phricum & ad Corum. Aspirante autem Austro æstiman-

[a ¶ Ad portum Cretæ peruenire.]

c tes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non post multum autem misit se contra

[a ¶ A nomine regionis. ¶ Typhos, inflatio.]

d ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euro aquilo. Cum-

e [¶ A vento. ¶ Contra.]

f que arrepta esset nauis & non posset conari in ventum, da-

[¶ Cessante remigio.]

ta naue flatibus ferebamur. In insulam autem quandam

g † decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere

[a ¶ Pene euasisset scapha. ¶ Be. Leuis nauicula est etiam de vna arbore cauata. b ¶ A fluctibus. c ¶ Scaphæ. d ¶ In procinctu tempestatis armantes.]

scapham. Qua sublata adiutoriis vtebantur, accingentes na-

[¶ Vase quodam facientes eam grauiorem. vnde sequitur submisso vase. a ¶ Nauis & scapha. b ¶ ¶ i. scapha.]

h uem, timentes ne in Syrtim inciderent, submisso vase, sic

i [a ¶ Vento contrario.]

ferebantur. Valida autem nobis tempestate iactatis, sequen-

[a ¶ Electio eorum quæ erant in naui. ¶ Vtensilia.]

ti die iactum fecerunt, & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Neque sole autem, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate nō exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et cum

g *Scapham.* BEDA. Est leuis nauicula ex vimine facta: crudo corio contecta dicta Græcè à contemplando, quòd per eam nautæ vel piratæ terras & littus prospiciāt. Hāc ergo cum pro adiuuāda maiore naui deposuissent in mari, vix fluctu feruente potuerunt obtinere ne laberetur.

E

h *Timentes ne, &c.* BEDA. Alia translatione: timentes ne in Syrtes inciderēt, laxātes antemnam: nam ita ferebantur.

i *Syrtim.* RAB. Angustia, siue tribulatio.

C F

Opor

NICOLAVS DE LYRA.

Gentiles hæc ieiunia non seruantes. ideo magis videtur, quòd hoc ieiunium fuit in mari, vbi propter tempestatem non vacabat nautis comedere nisi parum, propter nauis regimen, & aliis propter timorem, propter quod nautæ debiliores erant facti.

1 Consolabatur eos. *dans eis bonum consilium si accipere voluissent.*

2 Viri video. *spiritu prophetico, qui certior est experientia nautica.*

3 Quoniam cum. *id est, cum periculo magno rerum & corporum nostrorum.*

4 Centurio autem *propter nauticam scientiam. Est autem nauclerus dominus nauis possessiuè, vel conductiuè. & dicitur à naue, & cleros quod est sors.*

5 Et cum. *non tamen hyems immineret.*

6 Plurimi statu. *i. firmiter deliberauerunt.*

7 Nauigare inde. *contra Pauli consilium.*

8 Si quomodo. *quæ est prope locum vnde recesserant. Phœnice enim propinqua est Palæstinæ, in qua est Cæsarea de qua recesserant, vt patet ex prædictis.*

9 Hyemare. *ibi enim scilicet in Phœnice erat portus ad hyemandum.*

10 Portum Cretæ. *vnde volebant recedere, vt patet ex prædictis & ex sequentibus.*

11 Respicientem *ly. respicientem refertur ad Phœnicem quæ respicit Cretam, siue portum Cretæ ad partem occidentalem. Aphricus enim & Corus sunt venti occidentales laterales, tamen Aphricus ex parte meridiei, Corus autem ex parte Aquilonis. Glo. vero aliter ordinat literam dicens quòd portus Cretæ, de quo fit hic sermo, est in Phœnice: sed dicitur portus Cretæ, eo quòd respicit Cretam ad occidentem. Sed prima expositio melior videtur, & magis consona consueto modo loquendi.*

12 Aspirante. *qui est ventus meridionalis.*

13 Æstimantes. *s. nauigare in Phœnicem per ventum lateralem quo quo frequenter vtuntur nautæ: volebant enim nauigare versus orientem, vt patet ex prædictis.*

14 Cum sustulissent. *Locus est vnde soluuntur naues mare ingredientes, qui in latino dicitur statio.*

15 Legebant Cretam. *id est, nauigio transibant ab ea recedentes. Legere enim est æquiuocum, quia significat furari, colligere, nauigare, transire, & literas sonare. vnde versus:* Fur aurum, virgo flores, mare nauita, libros Clericus, æquiuoce singula quisque legit. [Legere æquiuocum.]

16 Non post. *s. nauem.*

17 Ventus. *i. maris inflatiuus & tempestuosus, dictus à Typhos quod est inflatio.*

18 Euro aquilo. *sic nominatur ille ventus, & est literalis aquiloni. ex parte tamen orientis. & sic opponitur Aphrico, non tamen directè omnino ex qua parte nauigabant.*

19 Cumque *violentia venti.*

20 Et non posset. *i. contra ventum.*

21 Data naue flatibus ferebamur. *id est, amotis velis ibamus secundum flatum venti.*

22 In insulam. *i. iuxta eam currentes, quia non ibi poterant applicare propter vim venti.*

23 Potuimus vix obtinere scapham. *id est, ea vti ad muniendum nauem. Scapha enim est nauicula qua nautæ vtuntur ad eundum circa nauem & agendum ea quæ sunt necessaria pro nauis tuitione, ideo subditur:*

24 Adiutoriis. *ne ligna soluerentur à vi maris, & vt tardius incederet nauis ideo subditur:*

25 Timentes autem ne in Syrtim inciderent. *ex nimio velocitur. Est autem Syrtis vel Syrtes locus periculosus ex arena.*

26 Submisso vase. *s. scapha.*

27 Sequenti die iactum fecerunt. *eorum quæ in naui erant minus necessaria.*

28 Et tertia die. *i. vtensilia.*

29 Nauis proiecerunt. *retinentes ea tantum quæ necessaria erant ad nauigandum. Cætera patent.*

30 Et cum. *Hic consequenter describitur Pauli consolatio, & primò ponitur*

A a *Oportebat quidem, &c.* RAB. Quasi dicat. Deum nō audistis. vnde supra hortabatur eos Paulus. Vel oportebat me audito: id est vt audiretis me.

✠ CHRYSOST. Vide post tantam tempestatem nec importunus, nec insolens illis loquitur. sed volens, vt vel in posterum credant, vnde & quæ facta erant in testimonium assumit veritatis dicēdorum. Et duo prædicit, & quòd in insulam excundum illis, & quòd maius peritura, qui autem in illa saluandi sint. id qd non erat coniecturæ sed prophetiæ, & q Cæsari assistendus esset. [† nec accersere nobis] [† hortor]

b *Astitit enim.* BEDA. Non dicit hoc iactando, sed ad fidem prouocat illos nam & ideo mare turbatum est, vt per id quod auditus est specialis in ea gratia appareret. [† meo]

[a ¶ Voluntaria pro periculo, vel necessaria pro penuria.]

multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum

a dixit: Oportebat quidem ô viri audito me non † tollere à

[a ¶ Et sic. ¶ Vitare, per Antiphrasim. b ¶ Tempestatis. c ¶ Vasorum.]

Creta, † lucrique facere iniuriam hanc & iacturam. Et nunc

[a ¶ Quamuis me non audistis. ¶ Sano & forti.]

† suadeo vobis bono animo esse. Amissio enim nullius a-

[a ¶ amissionem nauis: vel præterquam erit amissio nauis.]

b nimæ erit ex vobis, præterquam nauis. Astitit enim mihi

[a ¶ Apostolus. b ¶ In euangelio.]

hac nocte angelus Dei cuius egô sum, & cui deseruio di-

[a ¶ Periculum maris. b ¶ Non fructibus mergeris: sed Romæ periclitaberis.]

cens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere.

[a ¶ Non est timendum etiam comitibus tuis.]

c Et ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo estote viri. Credo enim Deo †, quia sic erit quemadmodum dictum est mihi.

c *Ecce donauit tibi Deus omnes qui, &c.* ✠ CHRYSOSTO. Quod autem dictum Paulo donauit tibi eos, tantūdem est, Digni quidem erant qui perirent, quoniam inobedientes fuerunt, verum tamen in tui gratiam hoc fit.

B ✠ HIERONYMVS. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse soliciti, quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus imitator domini sui, & primus martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur: & postquàm cum Christo esse ceperint, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex animas sibi dicit in naui condonatas: & postquàm resolutus esse, ceperit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro iis, qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt, mutire non poterit, Meliorque erit Vigilantius canis viuens, quā ille Leo mortuus. Rectè hoc de ecclesiaste proponeré, si Paulum in spiritu mortuum confiterer. Deniq; sancti nō appellantur mortui, sed dormientes. Vnde & Lazarus, qui resurrecturus erat dormisse perhibetur. Et Apostolus vetat Thessallonicenses de dormientibus contristari. [aduers. vigilantium] [Exod. 32.] [Act. 7.] [eccles. 9.] [Ioan. 11.] [Thess. 4.]

✠ BERNARDVS. Si in terra adhuc positi omnia poterant: nō quidem in se, sed in Christo: quid non poterunt hodie viuentes in æterna fœlicitate cum ipso: Mortales adhuc & morituri, imperiū vitæ & mortis videbantur habere, solo minorum verbo mortificantes viuos, & mortuos suscitantes: quanto magis nunc, cùm honorati sunt nimis, nimis confortatus est principatus eorum? [Serm. 2. in die post. Petri & Pauli.] [Act. 5. & 9]

✠ BASILIVS. Hi sunt qui nostram obtinentes regionem, quasi quædam turres contra aduersariorum incursus refugium exhibēt. Beneficium hoc fratres charissimi gratiam hanc minimè deficientem ex Deo obtinemus. Paratum est hîc Christianis auxilium, ecclesia videlicet martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. [homil. 10. in 40 martyres.]

✠ GREGORIVS NAZIANZ. At vir mihi chare, & sacrosancte, nos vtinam ipse benignus è cœlis aspicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in patris, & filij, & Spiritussancti contemplatione percipitur, & colitur, adoratorem: méque, siquidem res pacatæ futuræ sint, in vita retinens, gregemque mecum pascas, sin autem ecclesia bellis flagratura est reducas, aut assumas, tecumque, & cum tui similibus colloces, tametsi magnum sit qd postulo, i. Christo Domino nostro. [Oratio. de laudibus Athanas.] [† egredi] C D

✠ AMBROSIVS. Vnde te euocem, Petre, vt doceas me qd flens cogitaueris? Vnde, inquam te euocem? De cælo, vbi iā choro insertus es angelorum, an etiam de tumulo? Quia non putas iniuriam & ibi esse, vndè Dominus resurrexit. Doce nos quid tibi profuerint lachrymæ tuæ. [com. ca. 22.]

✠ EPHREM. Precamur beatissimi martyres, qui pro Domino saluatore, próque illius charitate sponte & impigre tormenta subistis, atque ideo familiarius Domino coniuncti estis, vt pro nobis miseris & peccatoribus, & negligentiæ squallore sordentibus Dominum interpellare dignemini, vt superueniat in nos gratia Christi, quæ corda nostra radio sanctæ charitatis illustret, vt ipsum toto corde diligere possimus. Vos nempe vere beati atque gloriosi estis, quos angeli & homines pari consensu beatos prædicant. [in serm. de sanctis Martyrib.] E

PRVDENTIVS.

Illitas cruore sancto nunc arenas incolæ
Confrequentant, obsecrantes voce, Votis munere,
Exteri, necnon & orbis huc colonus aduenit:
Fama nam terras in omneis precucurrit proditrix
Heic patronos esse mundi, quos precantes ambiant
Nemo puras hic rogando frustrà congessit preces:
Lætus hinc tersis reuertit supplicator fletibus
Omne quod iustum popóscit, impetratum sentiens.

Tanta pro nostris periclis cura suffragantium est,
Non sinant, inane vt vllus voce murmur fuerit:
Audiunt statimque ad aurem Regis æterni ferunt.

Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt.
Supplicum causas petitis quæ medelis irrigant.
Nil suis bonis negauit Christus vnquam testibus.

Septima Sinodus generalis, quæ est secunda Nicæna: Cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatæ Deiparæ & semper virginis Dominæ nostræ Mariæ, item sanctorum angelorum, omniumque sanctorum, Salutantes & venerandas eorum reliquias, vt nos sanctitudinis eorum fiamus participes Sic [Act. 6. in fi.] F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Ponitur causa cum dicitur:* Et cum multa, &c. *partim ex timore. partim ex nautarum continua occupatione, propter quod multum indigebant consolatione.*

1 Tunc stans. *constanter & intrepidè.*

2 Dixit. *eos arguendo de contemptu sui consilij.*

3 Oportebat quidem, &c. *non tollere nauem à Creta: sed ibi hyemare.*

4 Lucrique. *id est, per hoc euitare ista pericula & damna. Consequenter consolatur eos dicens:*

5 Et nunc. *quamuis me non audieritis.*

6 Bono animo. *id est, consolatos, quia nauis sola peribit, personis saluis. hoc prædicit, vt cum venerit prophetico spiritu eum locutum sciant fuisse, & de pertinentibus ad salutem sibi credant.*

7 Astitit enim. *tales enim reuelationes magis fiunt de nocte quietatis sensibus, quam de die.*

8 Cuius sum. *apostolus & minister.*

9 Ne timeas. *à periculo maris.*

10 Et ecce donauit tibi Deus, &c. *quantum ad salutem corporalem. nam omnes euaserunt, vt patet in fine cap. Vtrum autem dederit eos quantum ad salutem spiritualem, non habetur expresse, sed probabile est quòd visa impletione sui dicti & miraculis quæ fecit in insula, viperam sine sui læsione comburendo, & infirmos oratione curando crediderunt Christo. vnde & centurio qui erat principalior, prohibuit vinctos interfici volens seruare Paulum. vnde videbatur extunc inclinatus ad credendum. cætera patent vsque ibi:*

✠ Sed

MORALITER.

✠ 5 *Et nunc suadeo vobis, &c.* Per hoc autem quòd dominus dedit personas eorum Paulo qui nauigabant cum eo significatur quòd homines frequenter salutem animæ consequuntur per bonitatem illorum cum quibus conuersantur, sicut per oppositum per malorum consortium multi peruertuntur. Psal. 17. *Cum sancto sanctus eris, & cum innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruertêris.*

✠ Et cæ

Universidad de Deusto Biblioteca

pes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonum in Christo Iesu Domino nostro. A

a *In insulam.* RAB. Quasi pro signo est prophetia veritatis de insula, vt cum ad illa venerint de salute sua certi sint.

† altitudinis.

b *In adria.* RAB. Regi ad quam nauigabant. Vel nomen cuiusdam freti in Tyrreno terrę de qua Adriaticus sinus vocatur. Aliter Adria pluraliter accipitur pro scopulis & ideo putabant nautæ regionem apparere. In libro Hebreorũ nominum Adria continens mala, vel locus malorum dicitur.

† hortor.

c *Nisi in naui.* BEDA. Quia in naufragio magis nautarũ scientia, qui gnari erãt maris, quam militum arma proderat: ideo melius ferebant scaphã quã naturas excidere. B

d *Sumere cibum.* BE. Nemo seculi tempestates euadit, nisi qui pane vitæ pascitur, & qui in nocte tribulationum, sapientię, fortitudini, temperantiæ & iustitiæ innititur, auxilio domini coruscante portum salutis consequitur, ita vt seculo expeditus flamma dilectionis qua calefiunt interiora q̃rat.

e *Eramus vniuersæ.* RAB. Non ait, viri, quia fortasse erant & mulieres. Vel propter cõfusionem Christianorum, militũ & nautarum C

a Insulam autem quãdam oportet nos deuenire. Sed postea- 1
quam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis 2
b in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautę appa- 3
a ¶ Pondus plumbi quo maris profunditas exploratur.
rere sibi aliquam regionem. Qui & submittentes bolidem 4
inuenerunt passus viginti, † & pusillum inde † separati, in-
a ¶ In profunditate maris. b ¶ Propinquante terra. c ¶ Quia adhuc nox erat.
uenerunt passus quindecim. Timentes autẽ ne in aspera lo 5
ca incideremus, de puppi mittentes ancoras quatuor opta- 6
a ¶ Qui in naui semper fuerant. 7
bant diem fieri. Nautis vero quærentibus fugere de naui, 8
¶ .i. dimisissent. ¶ Occasione. a ¶ Vt nauem sedarent. 9
cum misissent scapham in mare sub † obtẽtu quasi incipẽ- 10
rent à prora ancoras extendere, dixit Paulus Centurioni 11 12
c & militibus: Nisi hi in naui manserint vos salui fieri nõ po- 13
¶ Ne occasionem darent fugiendi.
testis. Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt 14
¶ Vt fortiores essent ad laborem sustinendum.
eam excidere. Et cum lux inciperet fieri, † rogabat Paulus
d omnes sumere cibum dicens: Quartadecima hodie die ex-
a ¶ Serenitatem. vel absque cibo: quia forsitan in die non edebant.
pectantes ieiuni permanetis nihil accipiẽtes. Propter quod 15 16
† rogo vos accipere cibum pro salute vestra, quia nullius
vestrum capillus de capite peribit. Et cum hæc dixisset, su-
a ¶ Vt aliis esset exemplo. b ¶ Iuxta morem solitum in comedendo, & pro salute nauigantium.
mẽns panem grãtias egit Deo in conspectu omnium. Et
¶ Exhortationis verbo, & operis exemplo.
cum fregisset cœpit manducare. † Animæquieres autem 17
e facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. Eramus vero vniuer 18
a ¶ Fortiores facti & non indigentes tritico.
sæ animæ in naui ducentæ septuagintasex. Et satiãti cibo
b ¶ Leuiorem faciebant.
alleuiãbant nauem, iactantes triticum in mare. Cum autem 19
dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum vero quẽ- 20
a ¶ Non rupem sed aditum facilem. 21
dam cõsiderabant, habẽntem littus, in quem cogitabant si
a ¶ De naui in nauem. b ¶ Sine conatu nauigij.
possent, eiicere nauem. Et cum ancorãs sustulissent, cõm- 22
mittebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculo- 23
a ¶ Velo. b ¶ Secundum quod ventus ducebat.
f rum. Et leuato artẽmone secundum aũræ flatum tende- 24
a ¶ .i. bimaritimum.
g bant ad littus. Et cum incidissemus in locum † bithãlassum, 25
a ¶ In illud dorsum mari iniectum.
h impegẽrunt nauem. Et prora quidem fixa manebat im- 26 27

tarum ita dicitur: D

✠ CHRYSOSTO. Et vnde manifestum quòd tot erant qui simul nauigabant? Verisimile erat illos rogasse causam propter quam nauigant, & didicisse omnia: qui & nihil edebant, q̃a nulla eis erat cura cibi, eoquod non erat vulgare periculum.

† digressi, rursumque demissa bolide.

f *Artemone.* BEDA. Artemo modicum velum, directioni nauis potius accommodatum quam celeritati.

Arteno.

† prætextu velut è prora ancoras extensuri,

g *Bithalassum.* BE. Græci Thalassan vocant mare. Bithalassum vero significat litus in mare protentũ eodemq́ue mare se diuidente, hinc & inde circundatum.

† horratur. E Bithalassũ

RAB. Bithalassum du terræ interiectu m Plex mare conuect. Quod mare Grece vocatur Thalassũ.

h *Et prora quidem.* BEDA. Ideo nauis ista periit, quia non leui cursu fluctibus superlapsa est, sed æquoris fundo violenter infixa, partim solo tenetur, partim impetu fluctuum fertur. vnde frangitur. Talis est casus animi seculo dediti, qui non calcans desideria mundi, proram intentionis terræ infigit, & ita sequentis operis compagem vndarum fluctibus soluit. Sed qui fracta naui euaserunt terram petunt, quia pereuntium exẽplo alij cautius agunt.

† Animis iam recreatis omniũ.

CAP F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed postea. *ab ortu tempestatis.*
2 Nauigantibus nobis in Adria. *id est, in mari Adriatico prope montem Garganum. vt dicunt aliqui. Alij autem dicunt, quòd Adria est nomen appellatiuum, & significat mare petrosum, sic dictum ab Adros Græce, quod est petra Latinè. Et huic magis consonat litera sequens cum dicitur:*
3 Suspicabantur nautæ apparer, &c. *ex scopulis apparentibus de longe.*
4 Qui submittentes bolidem. *instrumentum est, ex quo tentatur profundum maris per plumbum vel stannum pendens ad chordam.*
5 Timentes. *quia non inuenerant profundum maris æqualiter distans in breui spacio.*
6 De puppi. *i. vltima parte nauis.*
7 Mittentes anco. *vt facerent nauem stare, ne inciderent in aspera loca.*
8 Optabant diem. *vt magis viderent á longe si essent ibi aliqui scopuli.*
9 Nautis vero. *in scapha quæ magis euitare potest talia loca quam nauis magna.*
10 Sub obtentu. *i. simulatione.*
11 Quasi inciperent. *i. à prima parte nauis.*
12 Ancoras extendere. *ad nauem magis arestandum. Quod percipiens Paulus spiritu diuino.*
13 Dixit Centurioni. *quia nauis sine nautis & in mari procelloso periclitatur cito.*
14 Tunc absciderunt. *ne per eam possent fugere nautæ. Cætera patent vsque ibi:*
15 Ieiuni permanentis. *id est, modicum accipientes quod quasi nihil reputantur. 2. Physicorum. & etiam communi modo loquendo de homine modicum comedente dicitur, quòd nihil comedit. non enim tanto tempore vixissent, sine aliquali comestione.*
16 Propter quod. *vt fortiores sitis in naufragio imminenti ad euadendum de mari.*
17 Animæquiores autem facti sunt omnes. *verbo Pauli & exemplo.*
18 Eramus vero. *i. homines. denominando totum à parte nobiliori.*
19 Cum autem. *Hic consequenter describitur naufragij perpessio, cum dicitur:*
20 Terram. *s. in littore maris.*
21 Sinum. *i. receptaculum in quadam insula.*
22 Et cum. *i. de mari leuaßent.*
23 Committebant. *quamuis viderent ibi periculum nauigando, maius tamen periculum erat ibi manere quam ad sinũ tendere prædictũ.*
24 Et leuato. *i. est paruo velo, quod magis deseruit directioni nauis quam celeritati motionis.*
25 Et cum. *locus est altus in fundo maris habẽs mare profundius ex vtraque parte, sic dictus à bis, & thalaßa. quod est mare in Græco.*
26 Impegerunt. *ad terram illam altiorem.*
27 Et prora. *quia mare non erat ibi tam profundum, quòd nauis posset ibi natare.*

Pup

¶ Dirumpebatur.
A mobilis, puppis vero soluebatur à vi † maris.
† vndarum.
¶ Vinctos.
Militum autem consilium fuit, vt custodias a
occiderent, ne quis cum enatasset effugeret.
Centurio autem volẽs seruare Paulum, † pro- b
hibuit fieri, iussitq; eos qui possent natare,
emittere
¶ Ante vinctos.
emittere se in mare primos & euadere, & ad D
¶ Non natantes.
terram exire. Et cæteros alios in tabulis † fere-
¶ Prætertabulas.
bant, quosdam super ea quæ de naui erant. Et
sic factum est, vt omnes animæ euaderent ad
terram.

† cõpescuit eos à consilio.

† alios in quibusdam nauis fragmentis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Puppis ve. solue à vi ma. *Ex impetu enim fluctuum à parte posteriori irruentium soluebatur compago lignorũ. Cætera patent vsque ibi.*
2 Iussitque eos, &c *isti erant milites. Dicit enim Vegetius in libro de re militari, quòd tyrones Romani à principio addiscebãt artem natandi quæ frequenter est necessaria in exercitibus. Cætera patent.*

MORALITER.

2 *Et &c. alios in ta. &c.* Per hoc autem quod plurimi per tabulas fuerunt corporaliter saluati, significatur, quod per pœnitentiam quæ est secunda tabula post naufragium spirituale, multi saluantur, & ad portum salutis æternæ feliciter deducuntur.

B

ADDITIO. I.

In cap. xxvii. vbi dicitur in Postil. Et cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod Iesu.

Hoc quod dicitur: Cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod ieiunium iam præterisset, *non videtur referendum ad debilitatẽ nautarum propter paucitatem comestionis præteritæ. Tum quia propter hoc non propriè diceretur non esse tuta nauigatio. sed quòd nautæ erant debiles. nauigatio enim tuta fuisset cum fortioribus nautis. Tum quia nautæ propter tempestatem & timorem non desinunt sustentationem cibi sumere, intantum quod dicantur ieiuni. Vnde melius videtur dicendum, quòd ratio huius quod dicitur:* Cum iam non esset tuta nauigatio. *est propter temporum differentiam, quia iam tempus autumnale incipiebat. in quo non sunt tutæ nauigationes, præsertim longinquæ, quòd autem iam incipiebat autumnale tempus declarat cum subdit:* Eo quod ieiunium iam præterisset. *Ad quod sciendum, quòd ieiunium principalissimum & celeberrimum Iudæorum, est festum expiationis quod est decima die mensis. vii. vt habetur Leuit. xvi. qui quidem mensis concurrit communiter cum mense septembri. & sic eius decima dies communiter est prope æquinoctium autumnale à parte ante, vel post. & sic iam incipiebat tempus ineptum ad nauigandum. Nec obstat quod obiicit Postillator, dicens quod centurio, milites, & nautæ talia ieiunia non seruabant. quia hæc ratio non dependet ex obseruantia ieiunij, sed ex mutatione temporum ab æstate in autumnum.*

E

CAP. XXVIII.

[E]T *cum euasisse, &c.* ✠ CHRY. Videsquã tum bonũ factum est ex tempestate? Non igitur erat ex derelictione. Et quomodo, inquit, ferebant, quum nihil ederẽt, nullumque cibum sumerent? Timor tenebat illos, & appetitum cibi negabat extremè periclitaturis. Igitur quod factum est à tempore erat: maximum autem miraculum, quòd in tali tempore à periculis mediis seruati sunt, & ipse, & propter ipsũ cæteri. C

† Mytilene. † vulgarem † Omnino

a *Pyra.* Rab. Quidam dicunt pyram nomen ligni esse.

b *Cum cond.* Beda. Egressus de mari Apostolus

CAP. XXVIII.

[E]T cum euasissemus, tunc cognouimus quia 2
a ¶ Habitatores insulæ.
† Mytilene insula vocabatur. Barbãri vero 3
præstabant non † modicam humanitatem 4
¶ Igne. ¶ Calore.
a nobis. Accensa enim pyra † reficiebant nos 5
b omnes, propter imbrem, qui imminebat & † frigus. Cum 6 7
a ¶ Sarmenta sunt vinearum .i. ramusculi sustentantes vuas, qui arefacti comburebantur.
congregasset autem Paulus sarmẽntorum aliquantam mul
¶ Fugiens calorem.
c titudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cum 8
a ¶ Intrauit, non destruxit. 9
processisset, inuãsit manum eius. Vt vero viderunt Barbari 10
pendentem bestiam de manu eius: adinuicem dicebant:
a ¶ Quia sciebant homicidam debere mori.
† Vtique hõmicida est homo hic, qui cum euaserit de mari 11
¶ Diuina.
vltio eum non sinit viuere. Et ille quidem excutiens bestiã 12
in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabant † eum 13
a ¶ Secundum morem percussorum à serpentibus. 14
in tumõrem conuertendum, & subitò casurum & mori. 15
a ¶ .i. sperantibus mori Paulum.
Diu autem illis expectãntibus, & videntibus nihil in eo

stolus ignem accendit. quia corda quæ vndis tempestatum docendo eripit amoris ignis calefacit. Sarmenta sunt exhortationes charitatem accedentes, decerpta integritate scripturarũ, quasi frondibus excisis ramorum.

Mysticè Sarmenta † recipiebãt F

c *Super ignem.* Bed. eodem igne quo suos fouet bestiam comburit, quia eisdem virtutibus & sancti proficiunt, & impii cũ suo autore inuidendo deficiũt. vnde propheta: *Zelus apprehendit populum meruditum, & nũc ignis aduersar. comedit.*

† 1. Cor. 11. f Esa. 26. b. secũdũ lxx

d *Vipe. &c.* Bed. quia spiritus immundus flãma virtutum de cordibus fideliũ pulsus, doctoribus veritatis venenum persecutionis infundit,

† futurum vt incideretur

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVIII.

[E]T cum eua. *Hic consequenter post naufragium ponitur passorum recreatio, & secundo huius beneficii recompensatio. ibi:* Contigit autem. *Circa primum dicitur,*
2 Et cum euasi, &c, *per habitatores insulæ.*
3 Barbari vero, *i. habitatores insulæ qui dicuntur barbari, eo quod nõ loquebantur Hebraicè, Græcè, nec Latinè. alia enim idiomata barbarica dicuntur,* 4 Præstabant. &c. *compatiendo naufragis.* 5 Accen. *i. congerie lignorum ardentium, quæ dicitur pyra à pyr, quod est ignis.*
6 Refic. &c. *qui de mari exieramus aqua totaliter madefacti, vt patet ex dictis & cum hoc erat frigiditas temporis.* 7 Cum con. &c. *In quo apparet eius charitas, qui totus madefactus non statim cucurrit ad ignem, sed collegit sarmenta ad ignis augmentationẽ.* 8 Vipera. *serpens est venenatus sic nominatus, eo quod vi pariat. Nam catuli existentes in ventre matris quãdo crescunt, latera eius rodunt, & sic exeũt matrem interficiendo.* 9 A calore, &c *fugiens ignis calorem.*
10 Inuasit, &c. *ipsum mordendo. Cætera patent vsque ibi.*
11 Vtique, &c. *sciebant enim, quia commune est apud omnes gentes, quod homicida debet. mori.* 12 Vltio. *id est, iusticia diuina.*
13 Non, &c. *mortem sibi debitam quam euaserat in mari supplẽs per aliam viam* 14 Et ille, &c. *secundum Saluatoris missionẽ, Luc. x. d.* Dedi vobis virtutem calcãdi super serpẽtes & scorpiones, & nihil vobis nocebunt. 15 At il. &c. *secundũ morẽ consuetũ taliter percuss.*

MORALITER.

2 *Et cum eua. &c.* quæ transmigratio interpretatur. & ideo significatur per hoc, quod euadentes de spirituali naufragio per tabulam pœnitentiæ debent ad virtutes efficacius transmigrare, vt sic tempus amissum valeant recuperare. 3 *Barb. &c.* Ex hoc habetur argumentum, quod homines alii qui ciuiliter sunt nutriti, multò magis debent naufragis & quibuslibet aliis angustiam passis affectu & effectu compati. 7 *Cum, &c.* In hoc dedit superioribus & prælatis, exemplum compatiendi, non tantum spiritualiter, sed etiã corporaliter inferioribus suis. 7 *Vipera, à ca. &c.* per viperã

Universidad de Deusto Biblioteca

A infundit, quo manum sanciet,id est, bonum opus impediat.

† mutata mente

a *In locis autem illis erant prædia primatis insulæ,cui nomen publico,&c.*

CHRYS Ecce iterum alius hospitalis Publius & diues & abundantissimus nihil de religione Christi sciens, sed ob solam calamitatem misertus illorum est hospitioque benignè tractauit.

† sanauit

b *Dysenteria* vel dysin.Bed. est passio intestinorum.

† Castor & Pollux

1.Timo 5.d 2.Tim.vl.d.

c *Et cum h.* Cur infidelem infirmũ præce saluat qui Timotheum Trophimumque infirmos fideles, vnum curat,alterũ relinquit. Nisi quia ille per miraculum foris sanandus erat qui interius nõ viuebat:hoc autem nonindigebãt, qui intus salubriter viuebant. B

† de nobis

Prodigia Castorum

d *Insigne Cast.*Rab. Quia aliqua forsitan,castra ibi antiquitus fuerant ædificata. Vel Cui:naui, quia sub forma castrorum insignia velis erant intexta nautarum. Vel castrorum..pleb.

D *Insigne Castorum.* sine,r,Bed. Gemini ante Castores sunt Castor & Pollux:quos ob id gẽtiles in mari deos inuocant,quia in prodigiis nautarum si solæ stellæ in naui vel antennis appatuerint, periculosi, si verò geminæ, prosperi cursus sunt nunciæ. Alia trãslatio. Cui erat signum Iouis filii, quia ferunt fabulæ Castorum & Pollucem Iouis filios fuisse. E

† tractauit

Puteoli

e *Puteolos.* Puteoli locus est vltra Romam vbi vergilius fecit balnea medicinalia, singula propriis inscripta titulis (vt dicitur) cõtra quam,scilicet, valerent ægritudinem. Vnde Salernitani inuidia ducti superuenientes in manu forti titulos destruxerũt, & ædificta mutilauerũt.

† tres tabernas

f *Audissent fratres* Raba Christiani Romæ habitantes. vnde patet. Paulum non primò prædicasse Romanis.

CHRYS.

a ¶ .i.facies suas inuicem conuertentes inter se.
mali fieri, † conuertentes se dicebant eum esse Deum. In 1
¶ Vineæ vel agri. 2
a locis autem illis erant prædia principis insulæ nomine Pu- 3
blii,qui nos suscipiens, triduo benignè † habuit. Contigit 4
¶ A feruore. a ¶ Profluuio ventris. 5
b autem patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iace- 6
re. Ad quem Paulus intrauit. Et cũ orasset, & imposuisset 7 8
ei manus, † saluauit eum. Quo facto, & omnes qui in insula 9
habebant infirmitates,accedebant & curabantur. Qui etiã 10 11
multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus im-
a ¶ Ex quo primum,venerant de Asia:vel ex quo in insulam deuenerunt.
posuerunt quæ necessaria erant. Post menses autem tres na- 12
¶ Altera. ¶ Mytilene. ¶ Insulæ.
uigauimus in naui Alexãdrina, quæ in insula hyemauerat:
¶ Alias castrorum.
c cui erat insigne † Castorum. Et cum venissemus Syracusam, 13
d ¶ Circum nauigante: circa Siciliam. ¶ Ciuitatem Siciliæ. 14
mansimus ibi triduo. Inde circunlegẽtes deuenimus Rhe- 15 16
a ¶ Quo indigebant Romam nauigaturi.
gium, & post vnum diem flante Austro secunda die veni- 17
a ¶ Insulam. ¶ Multi legunt, Puteolosin.
e mus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere
apud eos dies septem, & sic venimus Romã. Et inde cũ au- 18
a ¶ Ab Appio Claudio constructum, proximum mari. 19
f dissent fratres, † occurrerunt nobis vsq; ad Appii forũ & † tri 20 21
a ¶ Tribus domibus in littore positis ex vno fundamento ædificatis. ¶ Minus timuit. 22
bustabernis. Quos cũ vidisset Paulus, gratias agẽs Deo acce- 23

NICOLAVS DE LYRA.

1 Conuertentes se. *mutua aliter colloquendo.*
2 Dicebant eum esse Deum. *credentes eum immortalẽ. Deos enim dicebant Gentiles homines immortalitatem consecutos, secundum suam æstimationem, vt Saturnum, Iouem & sic de aliis.*
3 In locis au &c.prædia. *i. possessiones & domicilia.*
4 Qui nos susci. *hilariter.*
C 5 Triduo benig.hab. *victualibus reficiendo.*
6 Contigit autem. *Hic consequenter describitur dictorum beneficiorum recompensatio, charitatiuè tamen: quia bona Dei non cadunt sub pretio sicut dictum est supra.viii.& hoc est quod dicitur:* Contigit autem pa.Pu. *principis insulæ.*
7 Febrib & dy. *.fluxu ventris excoriatione intestinorum.*
8 Vexatum iacere. *His enim duabus infirmitatibus simul concurrentibus est homo morti propinquus.*
9 Ad quem Pau. intra *visitando eum charitatiuè.*
10 Saluauit eum. *statim ab vtraque infirmitate.*
11 Qui etiam mul.ho.nos ho. *de beneficijs grati: & in Paulo cognoscentes Dei virtutem operari.*
Diuisio 12 Post menses. *Descripto multiplici processu per viam, hic consequenter describitur eius accessus ad terminum. scilicet, Romam. Et primò describitur accessus. Secundò commorandi modus, ibi:* Cum autem. *Circa primum dicitur.* Post men. au. tres. *Vtrum autem hoc tempus incipiat a principio nauigationis de Cæsarea, vel aduentus ad hanc insulam, textus non dicit. Videtur tamen magis probabile, quod computetur ab aduentu ad insulam, nam vt patet ex prædictis intendebant hyemare alicubi, nec videtur hyemasse alibi quam in hac insula.*
13 Cui erat insig.Ca. *sic est in libris correctis. Duo enim germani. s. Castor & Pollux, qui dicuntur hic Castore in plurali est à primogenito sic nominati, audientes Helenam sororem suam esse raptam, in secuti sunt per mare: & orta tempestate nunquam comparuerũt propter quod Gentiles crediderunt illos immortales esse factos, vocantes eos deos maris, & propter hoc eorum insigne habebat illa nauis.* F
14 Et cum ven Sy. *Siciliæ ciuitatem. vnde fuit beata Lucia.*
15 Inde cir. *id est, circa insulam nauigantes.*
16 Deuenimus Rheg. *villa est in Calabria.*
17 Secunda die ven.Pute. *Hic est locus vltra Romam, vbi Vergilius ædificasse dicitur balnea, supponens titulos singulis contra quaslibet infirmitates, vna eum, quæ Salernitani postea destruxerunt.*
18 Et sic veni Ro. *i. est, prope Romam.*
19 Et inde cum audis.fra. *id est, Christiani Romæ habitantes. Ex quo patet, quod Paulus non fuit primus qui prædicauit Romæ Christum.*
20 Occurrerunt no.v.ad Appii fo *sic nominatum à quodam consule Claudio Appio, a quo est via Appia nuncupata.*
21 Et tribustabernis. *Est nomen vnum compositum ex duobus integris: & est indeclinabile: propter quod est hic accusatiui casus. Est autem proprium nomen cuiusdam notabilis domus tres fontes cõsimiles habentis, in qua vendebantur venalia pro transeuntibus, & vbi hospitabãtur.*
22 Quos cum vidisset,&c. *De inuentione Christianorum.*
23 Accepit fid. *proficiendi in prædicatione euangelij.*
1 Cum

MORALITER.

quæ species est serpentis, diabolus significatur, qui serpens in sacra scriptura frequenter nominatur. Per manũ Pauli bonum opus doctoris vel confessoris significatur, quod diabolus veneno spirituali corrumpere conatur, sed ex hoc in ignem deiicitur. nam eius pœna in igne gehennæ per hoc augmentatur.

6 *Contigit autem. &c.* Per calorem febrium, ardor cupiditatis, per dysenteriã quæ attenuat corporis substantiam, vitium prodigalitatis designatur. Per hoc igitur, quod pater Publii febribus & dysenteria vexabatur, significatur quod prodigalitas & cupiditas frequenter in eodem homine sociantur. Nam sicut dicitur.iiii.Ethico. Omnis prodigus est etiam cupidus. nam vitium prodigalitatis non potest diu continuari de propriis bonis, & sic ex habitu malo procedit ad continuandum de alienis. Per alias sanitates quas fecit Paulus in insula, significantur spirituales curationes quas doctor bonus vel prædicator facit in ecclesia.

11 *Qui etiam, &c.* quia spiritualia bona conferentibus debent exhiberi corporalia. 12 Post mens. &c. Per hanc autem nauigationem versus Romam illorum qui euaserant de naufragio, significatur processus debitus ad cœlestẽ patriam illorum qui euaserãt de naufragio per pænitentiæ tabulam. Nam Mytilene sicut supra. dictum est, transmigrationem ad virtutes significat, quæ quidem transmigratio est virtutis exercitatio. Hanc autem exercitationem sequitur habitus virtuosi generatio, quam comitatur operis delectatio. Signũ enim habitus generati est delectatio in opere & hoc significatur cum subditur 14 *Et cum, &c.* quæ interpretatur materia lætitiæ. 15 *Inde cir. &c.* quod interpretatur pascens eos. Habens enim habitũ virtutis delectabiliter operatur virtuosus. & sic alios reficit refectione bona quãtũ est in se. Sed quoniã ex opere bono procurãte diabolo surgit aliquãdo elatio ideo debitus processus virtuose operantis est, vt se muniat contra vitium elationis: quod fit per cõsiderationẽ suæ fragilitatis, quod significatur cum subditur. 17 *Secund. &c.* Cuius interpretatio est, declinatio. Per humilitatem enim declinat vnusquisque ad cõsiderandũ propriã fragilitatẽ, Mic.vi.d. *Humiliatio tua in medio tui.* Et quia secũdũ dictũ Saluatoris Luc.xiiii c. *Qui se hum.exal.* ideo subditur. 18 *Et sic &c.* quæ sublimitas interpretatur.
1 Post

A CHRIS. Propter Paulum vide omnia hæc fieri vt credant vincti, milites ac Centurio, nam etiam si lapides fuissent, & propterea quæ consuluerant, & ipsi audierant, & quæ prædixerat,& propter miracula quæ fecerat,& propter beneficia quibus educati erant, de illo magna vtriq; cogitassent. Vide quando rectum iudicium fuerit, & à nulla affectione præoccupatum, quando statim recta iudicia accipit, & probatas sententias. Porrò prædicatio etiam vsque in Siciliam peruenit. Vide quando & Puteolos inuẽtis quibusdam trãsit mihi accurrerunt & alii, tanta fratrum erat alacritas: nõ turbauit illos quod Paulus erat in vinculis. Vide etiam illum iterum humana quadam affectione teneri. B *Visis enim fratribus,* inquit, *fiduciam sumpsit.* Quamuis tanta miracula fecisset, attamen ab aspectu augmentũ sumpsit. Et hoc discimus, quod humano more etiam consolationem accepit, & cõtrà.

† examinassent

† aduocaui

† cõductione.

† Volumus.

† plures

a *Cum autem venissemus Romam,&c.*

CHRYS. Non paruum etiam hoc argumẽtum est illum fuisse per omnia admirabilem, non enim iam cum aliis numerabatur.

b *Post tertium autem diem,&c.*

C CHRYS. Volebat & seipsum & alios à crimine liberare, sequidem, ne accusent ipsum,& hoc illis noceret, illas autem ne videatur totum esse illorũ. Verisimile enim erat percrebuisse famam, quòd à Iudæis traditus esset, idque sufficiebat ad terrendum illos. Statim igitur hoc vrget, & pro seipso rationem reddit. Quomodo igitur rationẽ reddit. *Quod simpliciter tradiderint ipsum, testantur Romanorum principes, quia volebant,* inquit, me dimittere. Quare igitur non dimiserunt, inquit, contradicentibus Iudæis. Vide quomodo minuit illorum crimina. Si enim voluisset exaggerare, potuisset maiore impetu vti. *Ideo* inquit, *coactus sum appellare Cæsarem.* Et ita veniam impetrare. Quid igitur? vt illos accuses fecisti? E Non, inquit, non quasi habeam aliquid quo gentem meam accusem, sed vt effugiam periculum. *Propter vos enim hac catena circundatus sum,* Tantũ abest vt hastili animo in vos sim affectus.

† centurio tradidit vinctos principi exercitus,&

† apud semetipsum

c *Quia bene spiritussanctus locutus est per Isaiam.* Beda. Hanc prophetiam quam Apostolus à spiritusancto, propheta à domino dictam esse pronunciat. Ex quo ostenditur vna esse & voluntas & natura domini & spiritussancti, & in nomine spiritus etiam nomen domini intelligi. F

† Isa 6.c

a *Incrassa*

a ¶ principe peregrinorum, cui commendabantur peregrini.
a pit fiduciam. Cum autem venissemus Romam † permis- 1
a ¶ Non cum cæteris peregrinis. 2
sum est Paulo permanere † sibimet cum custodiente se mi- 3
a ¶ i.cum vno viro vel militibus Lysiæ tribuni,& præsidium Felicis & Festi.
b lite. Post tertium autem diem conuocauit primos Iudæo- 4
rum. Cumque conuenissent, dicebat eis: Ego viri fratres 5
nihil aduersus plebem faciens aut amorem paternum, vin- 6
ctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum. 7
¶ s.quid commiserim.
Qui cum † interrogationem de me habuissent, voluerunt 8
me dimittere, eo quòd nulla causa esset mortis in me. Con- 9 10
tradicentibus autem Iudæis coactus sum appellare Cæsa- 11
a ¶ Coram Cæsare. 12
rem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare. 13
a ¶ Quia nulla causa mortis est in me.
Propter hanc igitur causam † rogaui vos videre & alloqui. 14 15
¶ Resurrectionis.
Propter spem enim Israel catena hac circundatus sum. At 16
illi dixerunt ad eum: Nos neque literas accepimus de te à
Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum nunciauit aut lo-
cutus est quid de te malum. † Rogamus autem à te audire
¶ Christianorum. 17
quæ sentis. Nam de secta hac notum est nobis, quia vbique 18
¶ Iudæi, vel illi Paulo. 19
ei contradicitur. Cum constituisset autem illi diem, vene- 20
runt ad eum in hospitium † plurimi, quibus exponebat 21
testificans regnũ Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moy- 22
si & prophetis, à mane vsque ad vesperam. Et quidam cre- 23
debant his quæ dicebantur, quidam vero non credebant. 24
a ¶ Fideles & increduli. 25
Cúmque inuicem non essent cõsentientes, discedebant 26
c dicente Paulo vnum verbum: quia bene spiritussanctus lo- 27 28
cutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros, dicens: 29
a ¶ Mystice Christo & vnicuique doctori hoc dicitur. 30
Vade ad populum istum, & dic ad eos: † Aure audietis, & 31
¶ Signa. 32
non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicie- 33 34

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum autem. *Hic consequenter describitur manendi modus. Et primò quantum ad Pauli conditionem, cum dicitur.*
2 Permissum est Paulo per.&c. *id est, vbi voluisset.*
3 Cum custo.se milite. *ita quòd non habebat carcerem clausum.*
4 Post ter. *Hic secundo ponitur modus manendi quantum ad accusationem Pauli. Circa quam primo ponitur narratio causæ suæ appellationis. Secundo ponitur ab eo verbum ædificationis, ibi: Cum constituissent. Circa primum dicitur.*
5 Conuocauit primos Iudeæ. *In quibus alij virtualiter consistunt.*
6 Nihil aduer. ple. fa. *Nam in templo inuentus sum oblationem faciens secundum modum Iudæorum.* 7 Vinctus ab. *vt patet. supra.xxj.* 8 Qui.s.*Romani.* 9 Cum inter.&c. *vt patet. suprà.xxiiii.& xxvi.* 10 Contradicentibus autem Iudæis. *Quia volebant me occidere insidiis, vt patet. suprà.xxiiii.& xxvi.* 11 Coactus sum ap.Cæ. *quia videbam iudicem inclinatum ad faciendum omnium Iudæorum petitionem iniustam.* 12 Non qua.gen.meam. *scilicet, Iudaicam.*
13 Habens ali.ac. *erga Cæsarem.* 14 Propter hanc igitur causam rogaui vos videre,&c. *Ad ostendendum vobis innocentiã meam.*
15 Propter spem enim Israel. *De Christo promisso in lege & prophetis, quæ in Iesu Nazareno impleta est, & de resurrectione mortuorum, quæ in eius aduentu secundo implebitur.*
16 Catena hac circum.sum. *eo quòd ista prædicaui & prædico. Cætera patent vsque ibi:* 17 Rogamus autem a te au. quæ sen. *De Iesu Nazareno.* 18 Nam de secta hac.*s.Christianorum.*
19 Notum est nobis. *à principibus Iudæorum, vt patet ex sæpe prædictis in multis & diuersis locis.* 20 Cum consti. *Hic consequenter Paulus ad eorum petitionem proponit verbum euangelicæ prædicationis, prout subditur* 21 Quibus expo. *scripturas veteris Testamenti.* 22 Testificans, *id est, ianuam beatitudinis, apertam per passionem Christi.* 23 Suadensque eis de Iesu. *Nazareno qui est vere Christus.* 24 Ex lege Moysi & prophetis. *i. ex eorum scripturis.* 25 A mane vsque ad vesperam. *in quo apparet eius solicitudo circa prædicationem.* 26 Et quidam. *A Deo interius tracti, Ioh.vi.e. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ.* 27 Quidam vero non cre. *A Deo propter sua demerita reprobati.* 28 Discedebant. s. *non credentes.* 29 Dicente Paulo vnum verbum. *obstinatis.* 30 Quia bene spiritussan. lo. *est per Esa.pro.* 31 Vade ad po.istum & dic ad eos. *quæ autoritas allegata secundum translationem. LXX. refertur ad tempus Christi secundum sensum literalem, vt ibidem plenius dictum fuit, prænuncians Iudæorum obstinationem pro parte maiori in primo aduentu Christi.*
32 Aure. *scilicet, corporali.*
33 Audie.& non intel. *quia Iudæi audierunt prædicationem Christi & eius apostolorum, & pro maiori parte veritatem ab eis dictam non receperunt credendo.*
34 Et vi.vi.& non per. *quia viderunt miracula Christi corporalibus oculis & non cognouerunt virtutem suæ diuinitatis.*
Incrassa-

MORALITER.

4 *Post tertium, &c.* Supra.xxiii.c. dixit dominus Paulo: Esto constans. sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic & Romæ oportet te testificari. & ideo Paulus post aduentum suum ad ciuitatem Romanam, voluit Dei mandatum exequi, loquendo constanter primo Iudæis, & postea Gentilibus fidem Christi, pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Incrassatum*. Bed. Ne putetur crassitudo cordis & grauitas aurium naturæ esse non voluntatis, subiungit culpam liberi arbitrij dicens, compresserunt, ne forte vi.ocu.
b *Ne for. c. ocu.* Beda i. ipsi præcedentibus meritis causa fuerunt, vt Deus eis oculos clauderet. Vel ad superiora iungendum est dicente domino ad prophetam: Vade ad populum, & peccata quibus cæcitatem meruerunt illis impropera, si forte vel sic audiant, & ad me conuertantur. (lib.1.in Esa.)

a tis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus gra-
¶ Quia surdi erant.
b uiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligãt, & con-
a ¶ Q.d. & si intelligerent & conuerterentur, & sanarem eos.
uertantur & sanem eõs. Notum ergo sit vobis, quoniam
a ¶ Christus, vel euangelium. b ¶ Non vt Iudæi. Intus.
Gentibus missum est hoc salũtare Dei, & ipsi audient. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem. Mansit autem biennio toto in suo cõ-
a ¶ Hospitio quod ipse conduxerat. b ¶ Non solum Iudæos, sed etiam Gentes, quas dixerat saluandas reprobatis Iudæis.
c ductu & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eũ, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de domino Iesu
a ¶ Quia nullus prohibebat vel prohibere poterat.
d Christo, cum omni fiducia sine prohibitione.

✠ Cyril. Alex. Excæcationem ex parte factam Israeli, diuinus Paulus scribit, interpretans fere quemadmodum illis excæcationem pati contigerit. Ad hodiernum enim vsque dié, quãdo legitur Moses, velum cordi eorum imponitur. Etenim quia ad B istam demum moru feritatem delapsi sunt, vt effrenes planè neque Mosaicis scriptis, neque sanctis prophetis, addo etiam neque ipsi Christo obedire voluerint: eos nebulæ intelligibilis circunfundi tenebris, & minimo minus à lapidibus sensu carentibus abesse, consentaneum est. Hoc proinde vaticinium instituit vniuersorum Deus, & iubet prophetam denũciare illis. Auditu audietis, & non intelligetis. Erant nimirum ipsi auriti testes, auditoresque vocis seruatoris, docuit in Synagogis, clamauit Hierosolymis, ac proinde erant, ac si nihil omnino audiuissent. Erant spectatores rerum admirabiliter supra fidem gestarum. Spectarunt enim leprosas morbo releuatos, exilientes claudos, cæcos videntes, mortuos è monumentis resurgentes: at illis hæc minimè profuerunt, sed miseri homines perpetuò quasi orbati ipsis oculis extiterunt. Hac de causa voce sanctarum probro illis vertitur, quòd semper præfractæ ceruicis fuerint, ac corde immorigeri, sanctosque occiderint. Datam verò illis esse obdurationem dicit, ne videant oculis, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Hoc demum erat planè quod Christus dixit his, qui nolebant credere: Ne murmuretis inter vos, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. & rursus: Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Itaque ad agnitionem Christi per reuelationem Dei & patris, vocati non sunt, quod salute ipsins & vita digni nõ fuerunt. Si cui placeat alium sensum his verbis apponere, hunc ad modum intelliget. Prædicit enim vniuersorum Deus, vt qui scit occulta & futura, aitque omnino eos visuros, & audituros, mansuros autem ac si non audiissent, neque contemplati fuissent, idque C ipsis propter mentis suæ malitiam accidisse. Addit deinde dum hæc faciunt suis ipsorum capitibus insidiari, & pertinaciæ morbo D laborantes, nec audire velle, nec videre posse. Ne videant oculis, & audiant auribus, & conuertant se, & sanem eos. Autores itaque sui ipsorum interitus fuerunt, cum nec à Christo acutè dictis aurem adhiberent, nec suæ ipsorum mentis oculũ aperirent. Si enim hoc fecissent conuersi fuissent, & si cultum quem oportuit reliquissent, saluam ac sanam suam mentem reliquissent.
c *Conductu*. Ra. in libera custodia per quã conducebatur, vel in sua concione qua contra Iudæos disputabat.
d *Sine prohibitione*. E
✠ Chrys. Prædicatur aliquando liberè, sed cum prohibitione. Libertaté illius in loquendo nihil prohibebat vel morabatur. Vides dispẽsationẽ Dei, Dimittit sitibundum auditorem: Hoc & exteri faciunt. Omnia enim scire ignauum ac negligentem facit. *Loquebatur*, inquit, *de regno Dei*. Vide, nihil sensibile, nihil de præsentibus loquitur, sed spe illos pascebat, quum non posset ostendere à suo statu. Beda. Non solum enim Romæ non est prohibitus prædicare, sed necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, est dimissus in occidentis partibus prædicare. Postea verò, id est, vltimo Neronis anno retentus, ab eo martyrio coronatus est.

Hieronymus: Paulus Romam vinctus ingreditur, vt vinctos superstitionis erroribus liberaret. Manens in hospitio conducto per biennium, vt nobis vtriusque instrumenti donum reddat æternum. Hac expositione docemur, cætera quæ in hoc volumine de paulo vel de aliis scripta sunt, non solum fructum ecclesiasticæ doctrinæ præmonstrare, sed etiam medullam spiritualis sensus & virtutem habere.

Rab. Post passionem domini.xxv.anno, id est, secundo Neronis, eodem tempore quo Festus Iudææ procurator successit Felici, paulus Romam vinctus missus est, & per biennium in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputabat. Sciendum vero nondum roborato Neronis imperio ab eo Paulum dimissum esse. vt euangelium in occidente prædicaret, cuius permissionis tempus decennium fuisse putatur, quando bienni illius finis in xxvii. anni post passionem domini, id est, Neronis quarti completionem incurrit. xxvii. anno passionis domini, id est, Neronis. xiiii. petrus & paulus martyrio coronati sunt. (Matth.13.b Matth 4.b. Luc 8.b Iohan.12.f.) F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Incrassatum enim, &c. *metaphorica est locutio. quia sicut crassitudo circa cor congregata suffocat vitam corporalem, ita malitia Iudæorum exaggerata in mente eorum extinxit in eis vitã spiritualem.*
2 Et auribus gra.au. *dicentes Iohan. vi.e. Durus est hic sermo, quis potest eum audire?*
3 Et oculos suos. *scilicet, mentales.*
4 Compresserunt. *id est, à veritate declinauerunt.*
5 Ne forte vi.&c. *Et hoc dicitur propter libertatem arbitrii, per quã poterant à veritate auerti & ad eam conuerti: ad quam si conuersi fuissent, gratiam sanantem diuinitus habuissent.*
6 Notum er. sit vo. *Iudæis.*
7 Quoniam, &c. *Iudæis repellentibus ipsum. nam apostoli ex ordinatione Dei prædicauerunt Gentibus euangelium Christi Iudæis repellentibus. sicut dixerunt Barnabas & Paulus suprà xiii.a.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes, sic enim præcepit nobis dominus.
8 Et ipsi audient. *sicut patet impletum per orbem terrarum.*
9 Et cum hæc.di.exi &c. *indignati quia Gentiles eis præponebat.*
10 Multam. *Nam aliqui credebant Paulo, aliqui discredebant.*
11 Mansit autem. *Hic secundo ponitur prædicatio Pauli indifferenter omnibus Iudæis & Gentilibus, cum dicitur:* Mansit autem biennio toto. *scilicet, Romæ.*
12 In suo con. *i. in hospitio ab eo locato.*
13 Et sus. omnes. *indifferenter.*
14 Qui ingre. ad eum. *ad audiendum Dei verbum.*
15 Prædicans reg. Dei. *id est, beatitudinem æternam.*
16 Et docens. *ea quæ sunt necessaria ad salutem.*
17 Cum omni fiducia. *de adiutorio Saluatoris.*
18 Sine prohi. *imperatoris. Ex hoc autem quod hic dicitur*, Mansit autem biennio toto.&c. *& quod dicebat de Iesu:* sine prohibitione. *inuenitur verisimiliter, quod iuit ad prædicãdum in partibus occidẽtis, & maximè in Hispania, sicut scripserat Romanis. xv. Per vos proficiscar in Hispaniam. Paulus enim anno secundo Neronis fuit adductus Romam, & biennio mansit ibi, vt dicitur hic. Nero vero imperauit. xiij. annis: in quorum vltimo interfecit Petrum & Paulum. & sic videtur quòd tempore intermedio Paulus iuerit ad prædicandum in partibus occidentis, & maximè in Hispania, & postea redijt Romam vt circa finem imperii Neronis & ipse cum beato Petro per martyrii palmã transiret ad gloriam. Ad quam nos perducat qui cum patre & spiritussancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.*

MORALITER.

✠ 3 Et suscip. omnes, &c. prædic. &c. *& in hoc dedit exemplum prædicantibus euangelium, vt sine personarum acceptione doceant omnes qui volunt audire cum omni fiducia de adiutorio de in præsenti, & eius præmio consequendo. Quod nobis concedat, &c.*

A Incipit Postilla Nicolai de Lyra super epistolas canonicas sanctorũ Iacobi, Petri, Iohannis euangelistæ, & Iudæ: & primo præfatio.

Quatuor sunt minima terræ: & ipsa sunt sapientiora sapientibus: *Prouerb. xxx.d. Septem epistolæ quæ canonicæ, id est, regulares nuncupantur editæ sũt à quatuor Apostolis: Iacobo, Petro, Iohanne & Iuda: & in vno libro collocãtur. Ideo debentur his autoribus, sed ministerialiter tantum: nam autor principalis est spiritussanctus. ideo potest conuenienter dici verbũ propositum:* Quatuor sunt minima terræ, &c. *In quo circa istos apostolos tria notantur.*

Incipit Prologus sancti Hieronymi in septem epistolas canonicas.

NON ita ordo est apud Græcos, qui integrè sapiunt, & fidem rectam sectantur, epistolarum septem quæ canonicæ nuncupantur, sicut in Latinis codicibus inuenitur: vt quia Petrus est primus in ordine apostolorum, primæ sint etiam eius epistolæ in ordine cæterarum. Sed sicut euangelistas dudum ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini Deo iuuante reddimus. Est enim prima earum vna Iacobi, duæ Petri, tres Iohannis, & vna Iudæ. Quæ si sic, vt ab eis digestæ sunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in latinum eloquium verterentur, nec ambiguitatem legentibus facerẽt, nec sermonum sese varietas impugnaret: illo præcipuo loco vbi de Trinitatis vnitate in prima Iohannis epistola positum legimus, in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse à fidei veritate cõperimus: triũ

notãtur. Numerationis typus, ibi: Quatuor sũt D *Humiliationis actus ibi:* Minima terræ. *Contẽplationis excessus, ibi:* Et ipsa sunt sapientiora sapientibus.
Circa primum sciendum, quòd quaternarius est primus numerus quadratus, quia consurgit ex ductu primi numeri, scilicet, binarij in seipsũ: bis enim duo quatuor sunt, quadratura vero perfectionẽ virtutis figurat vt Philosophus .i. Ethicorum virtuosum vocat quadratum, dicẽs Qui vtique verè bonus & quadratus sine vituperio. Nam sicut corpus quadratum in quolibet latere optime sedet, ita virtuosus in quolibet casu & fortuna bene se habet. Isti verò quatuor apostoli fuerunt virtute perfecti: propter quod in multis quaternarijs sunt figurati. Isti enim sunt quatuor fluuii paradisi aqua sapientiæ militantem ecclesiam irrigantes: (Quatuor apostolorum canonicorũ figura.)

B Expositio prologi in canonicas epistolas incipit.

NOn ita ordo est apud græcos, &c. *In isto prologo tria tangit Hieronymus, quæ reddunt auditores dociles, beneuolos, & attentos. Primo tangit ordinem & numerum canonicarum epistolarum, per quod auditor docilis redditur. Dicit enim Tullius, quòd dociles auditores habere poterimus, si summam causæ breuiter exponamus. Secundo tangitur vtilitas & difficultas operis, per quod auditoris attentio excitatur. Dicit enim Tullius: Attentos habebimus, si pollicemur nos de rebus magnis, nouis, & inusitatis verba facturos. Tertio conuertens sermonem ad Eustochium, tangit incommoda, quæ eum circunstant propter interpretationem sacræ scripturæ: per quod beneuolentia captatur. Dicit quidem Tullius: Beneuolos auditores facere possumus, si nostra incommoda referimus: inopiam, solicitudinem, calamitatem, &c. Secunda pars incipit ibi: Quæ si sic, vt ab eis digestæ sunt, &c. Tertia ibi: Sed tu virgo Christi, &c. In prima parte duo tanguntur. Primum est, quòd Latini non ita ordinant istas epistolas sicut Græci. Secundum est, quòd earum rectus ordo habetur secundum traditionem Hiero. quod notatur ibi: Sed* C *sicut euangelistas. Dicit ergo.*

1 Non ita ordo est sep. epistolarum. *Glo. septem sunt propter septem dona spiritussancti. Vel propter fidem sanctæ trinitatis quam continent, quæ per quatuor mundi partes diffusa est. Ordo & numerus & autores istarum epistolarum habentur per istum versiculum:* Vna Iacob. Pe. *duæ, tres sunt Iohan. vnica Iudæ.*
2 Quæ canonicæ nuncupantur, *id est, regulares, ad differentiam earum quas fecerunt pseudo. sub nominibus apostolorum. Vel catholicæ. id est, vniuersales à fide vniuersalis ecclesiæ, quia non vni populo, non vni ciuitati scriptæ sunt. sed vniuersali ecclesiæ.* Catholicon *Græce, vniuersale Latine.*
Non est (*inquam*) ita ordo apud græcos qui integre sapiunt, *quantum ad cognitionem credendorum.* Et fidem rectam sectantur. *quantum ad opera fidei, quasi dicat, habent cognitionis perfectionem in credendis, habent fidei directionem in agendis. vnum enim istorum non sufficit sine reliquo. vnde Iac.ij.* Fides sine operibus mortua est. *Et cõsequenter dicitur ibi de Abraham:* Fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est.
3 Sicut in Latinis codicibus inuenitur. *scilicet, qui scripti sunt ante translationem Hieronymi, vt scilicet.*
4 Quia Petrus est primus in ordine apostolorum. *cui principaliter datæ sunt claues ligandi atque soluendi, Matth. xvi. c.* Tibi dabo claues regni cælorum. *Vnde ecclesia cantat de eo: Tu es pastor ouium, princeps apostolorum.*
5 Primæ sint etiam eius epistolæ in ordine cæterarum. *Hic quæritur quare ab Hieronymo aliter ordinantur? Respondeo, possunt ordinari secundum ordinem & dignitatem scribentium: & sic primæ sunt* E *epistolæ Petri. Vel secundum ordinem temporum quibus scripserunt. & sic prima est epistola Iacobi, qui primus scripsit inter apostolos. Iacobus enim triginta annis rexit ecclesiam Ierosolymitanam post passionem domini, scilicet, vsque ad sextum annum Neronis, & tunc fuit martyrizatus. Petrus vero. xxxviii. id est, vltimo anno Neronis. Et certum est, quòd in vltimo tempore vitæ suæ scripsit. Vnde dicit ii. Petri. i. c.* Certum est quod velox est depositio tabernaculi mei. *Ex quo patet, quòd scripsit post Iacobum. Iohannes verò multum post euangelium & epistolas scripsit scilicet, post mortem Domitiani, quia reuersus de exilio inuenit ecclesiam per hæreticos perturbatam, & tunc scripsit euangelium & epistolas contra ipsos.* (Canonicarum ordo duplex.)
6 Sed sicut euangelistas dudum. *Hic ostenditur, quòd secundum translationem Hieronymi rectè ordinantur. Litera plana est. Hic quæritur quid est quod dicit hic, Euangelistas correximus? Respondeo, Correxit quod pertinebat ad euangelii veritatem, quod per pseudo. fuerat deprauatum, & quod per translatorum imperitiam fuerat immutatum.*
7 Ita has epistolas proprio ordi. reddidi *s. secundum quòd ordinatè sunt apud Græcos, & non secundum Latinos antiquorum codices qui rectum ordinem non habebant.*
8 Deo iuuante reddidi *sine quo nihil possumus facere bene, nec etiã cogitare bonum. ii. Cor. iii. b.* Fiduciam talem habemus per Christũ ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. F
9 Quæ si sic ab eis, &c. *In hac parte tria tanguntur. Primum est vtilitas translationis debitæ. secundum est error trãslationis antiquæ, ibi,* In qua etiam ab infidelibus &c. *Tertium est periculum incidens vel imminens ex huiusmodi errore, ibi:* In quo maxime &c. *Litera est plana.*
10 Digestæ. *i. ordinatæ, eo. s. ordine quæ sunt scriptæ. Nota quòd digero, ris. dicitur ordinare vel explicare, vel ordinem describere, vel in numerum ordinare, vel exponere, vel diuidere ordinatim, vel euacuare, vel ebrietatem deponere cum cibaria & potus diuiduntur, & quædam pars purior transmittitur ad membra ad alimentum vitæ, quædam grossior emittitur in secessum. & inde dicitur digestus. ta. tum.*
11 Ab interpre. *Latinis.*
12 Ambiguitatem. *i. dubietatem in ordine.*
13 Nec sermonum varietas. *Propter diuersitatem litteræ.*
14 In pri. Io. epi. *i. Ioh. 5. b* Tres sunt qui testimonium dant in cęlo, pater, verbũ, & spiritus sanctus, *& illud omiserant latini interptes.*

A gentes: Genes.ii.b. Quatuor aurei circuli in arca Testamenti quæ est Christus in eius lateribus existentes, Exod.xxv.b. Quatuor venti cœli mortuos viuificantes, Ezech.xxxvii.b Quatuor viri in fornace tribulationis illæsi permanentes, Dani.iii.c. vbi dicitur, quòd species vnius quasi species filij Dei, quia beatus Iacobus Dei filio Iesu Christo in forma & figura corporis fuisse dicitur similimus. Hi sunt quatuor fabri cornua peccatorũ deiicientes, Zac.i.& alii plures quaternarii possent ad propositum induci de sacra scriptura, sed isti sufficiant.

Circa secundum sciẽdum quòd humilitas est decus & custos omniũ virtutum. Gregor. Qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. Isti vero quatuor apostoli sicut ex eorum actibus & doctrina patet, fuerunt humillimi, quod notatur cum B dicitur: Minima terrę. Inde quilibet eorum potuit dicere illud.i.Corin.xv.b. Ego sum minimus apostolorum. Fuerunt enim apostoli de natura principiorum, quæ sunt minima quantitate & maxima virtute, sic isti apostoli per veram humilitatem minimi fuerunt in sua reputatione, & maximi per suam prædicationem in fidelium multiplicatione, secundum illud Esai.lx.d. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam.

Circa tertium considerandum, quòd sicut dicitur Prouerb.xi.a. Vbi humilitas, ibi sapientia: propter quod circa istos apostolos post actum humiliationis notatur excessus contemplationis, cum dicitur, Et ipsa sunt sapientiora sapientibus. Sapientes autem huius mundi reputati sunt Philosophi, qui tamen ad veram sapientiam quæ Christus est, D non attigerunt, secundum quod dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Isti autem apostoli hanc sapientiam attigerunt, & sic sapientiores sapientibus fuerunt. De quo potest exponi quod dicitur. i. Corinth.i.d. Quod stultũ est Dei, id est, quod dicitur de Deo secundum errorem Gentilium, sapientius hominibus, id est, continet maiorem sapientiam quàm ab hominibus possit capi ad E plenum. Dei autem fuerunt, & sunt isti apostoli tanquã membra principalia corporis eius mystici. Et licet stulti ac stolidi fuerunt à mundi sapientibus reputati, tamen fuerunt sapientissimi. Sapientia enim Philosophorum fuit deorsum descendens ex cognitione istorum sensibilium & corruptibilium, & ducens in amorem terrestrium, propter quod dicitur. terrena animalis & diabolica Iacob.iii.d. Sapientia verò apostolorum fuit desursum descendens à patre luminum: eorum mentibus impressa per spiritumsanctũ: propter quod fuit pudica, pacifica, modesta, suadibilis, bonis cõsentiens, plena misericordia & bonis fructibus, quibus perfectè fruentur electi in aula cælestis gloriæ. Ad quã nos perducat qui sine fine viuit & regnat.

tantummodo vocabula, hoc est aquæ, sanguinis, & spiritus in ipsa sua æditione ponentes, & patris, verbique, ac spiritus testimonium omittentes: in quo maximè & fides 1
catholica roboratur, & patris & filij & spiritussancti v- 2
na diuinitatis substantia comprobatur. In cæteris verò e- 3 4
pistolis quantum à nostra aliorum distet æditio, lectoris 5
prudentiæ derelinquo. Sed tu virgo Christi Eustochium, 6 7
dum à me impensius scripturæ veritatem inquiris, meam 8
quodammodo senectutem inuidorum dentibus vel mor- 9
sibus corrodendam exponis: Qui me falsarium corrupto- 10 11
rémque sanctarum scripturarum pronunciant. Sed ego in 12
tali opere, nec æmulorum meorum inuidentiam pertimesco, nec sanctæ sciptutæ veritatem poscentibus denegabo.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In quo. scilicet, testimonio patris, verbi, & spiritussanctus.
2 Fides catholica maximè robo. id est, confirmatur contra hæreticos impugnantes.
3 Vna diuinitatis substantia comprobatur. patris, & filij spiritussancti. id est, quòd sit vna substantia trium personarum, quod negat Arrius, sicut Sabellius negat earum trinitatẽ. vnde versus. Arrius horret idem dicit, quòd Sabellius idem.
4 In cæteris. vero epistolis quantum à fi. scilicet, à prima Iohannis.
5 Sed tu virgo Christi. Hic tanguntur duo. Primo enim tanguntur incõmoda occasione interpretationis sacræ scripturæ ipsum circunstantia. Secũdo fortitudo ipsius siue constantia ibi: Sed ego in tali opere, & c. C Dicit ergo: Sed tu virgo Christi Eustochium. Vide suprà. versus finẽ prologi super Iosue, & inuenis satis de Eustochio.
6 Impensius. i. instantius. i. frequenter & cum magna instantia.
7 Meam quodammodo senectutem. id est, me senem.
8 Dentibus. id est, mordacibus detractionibus. Ecclesiastes. x.c. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detraxit, Prouerb.xxx.b. Generatio quæ pro dentibus gladios habet. Psal. Lingua eorum gladius acutus.
9 Falsarium. intermiscendo falsa.
10 Corruptorémque sanctarum scripturarum pronunciãt. Damnando vera ab alijs scripta, & hoc contra asteriscos & obelos, quibus supplebat diminuta, iugulabat & damnabat superflua in tali opere tam vtili. Psal.59.a F
11 Nec æmulorum meorum inuidentiam pertimesco. Prouerb. xxviii.a. Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.
12 Nec sanctæ scripturæ veritatem poscentibus denegabo. hoc enim esset inuidere, imo communicabo ex charitate, & maxime poscentibus. Sapien.vij b. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico.

HVic operi Hieronym. præmittit prologum, in quo ostendit, quia ad certum ordinem digestionis secundum græcos epistolas redegit, & veritatem in translatione seruauit quod non alii ante se. Canonicę dicuntur hæ epistolæ, vel ideo, quia in canone ecclesiasticæ scripturæ receptæ sunt, vel quia regulam supplent. Docent namq; custodiam in fide, tolerantiam in persecutione. Instruunt etiam ad alias virtutes malitias.

Incipit Argumentum in epistolas canonicas.

IAcobus, Petrus, Iohannes & Iudas septem epistolas ædiderũt tam mysticas quam succinctas, & breues pariter ac longas. Breues in verbis, longas in sententijs, vt rarus sit qui non in earum lectione cæcutiat.

Prologus Hieron. in epistolam sancti Iacobi ex libro de illustribus viris.

IAcobus qui appellatur frater domini, cognomento iustus, vt nonnulli existimant Ioseph ex alia vxore, vt autem mihi videtur, Mariæ sororis matris domini, cuius Iohannes in libro suo meminit, filius, post passionem domini & resurre-

tias. a Catholicas. Catholicæ dicuntur hæ epistolæ, scilicet, vniuersales, à fide vniuersalis ecclesiæ nõ discordantes: vel canonicæ, id est, regulares ad distantiam earum quas fecerunt pseudo. sub nominibus apostolorum. Septem sunt hæ epistolæ, propter septem dona sanctispiritus, vel propter fidem sanctæ trinitatis quam continent, quæ per quatuor mundi partes diffusa est. Prima ponitur epistola Iacobi, non quia primum scripta fuerit, sed propter dignitatem,

A tem, quia scripta est Iudæis qui digniores erant, quia Dominus in propria persona prædicauit illis & propter eos fuerat missus & ipsi primum fidem susceperant quorum episcopus Iacobus iste fuerat ordinatus. Secũda Petri ponitur, quia electis aduenis Gręcè proselytis scripsit. id est, de Gentilitate ad Iudaismum, de Iudaismo ad euangelicæ electionis gratiam cõuersis. Beda. Legimus occiso beato Stephano, quia facta est persecutio magna in illa ecclesia quę erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter apostolos. His ergo dispersis qui propter iusticiã passi sunt, mittit hanc epistolã. Scribit etiam illis, qui percepta fide Christi nec dũ operibus perfecti esse curabant. Necnon etiam & eis qui fidei exortes durabant, qui & ipsam in credentibus quantum valuere persequi & perturbare curabãt. Qui tamen omnes in dispersione fuerũt variis casibus à patria profugi, & innumeris cædibus mortibusque & ærumnis vbicunque B erant ab hostibus oppresi. Itaque iustos hortatur ne in tentationibus à fide deficiant, peccantes castigat & admonet, vt a peccantis se contineant, virtutibus proficiant. Ne infructuosum sibi sit, immo etiã damnabile, quòd fidei sacramenta percepissent. Incredulos admonet vt pœnitentiam de nece Saluatoris cæterisque quibus implicãtur sceleribus gerant, antequam vltio cœlestis vel inuisi- C biliter, vel etiam visibiliter irruens percellat: quia in circuncisione ordinatus erat Iacobus Apostolus, curauit eos qui ex circuncisione erãt sicut præsentes loquendo docere, sic & absentes per epistolam consolari, increpare, instruere, corrigere. Hieron. in martyrologio: Iacobus zebedæi ab Herode Agrippa decollatus gladio interiit Alphei autem filius in Perside defunctus. Tercius autem qui est frater domini, qui de pinna templi præcipitatus interiit. D Idem in expositione Isaiæ: Duæ oliuæ & tres, quatuor & quinque, quatuordecim apostoli intelliguntur: id est, duodecim qui a domino electi sunt, & tertiusdecimus Iacobus qui appellatur frater domini. Paulus quoque Apostolus vas electionis quartusdecimus est. (Apostoli quatuordecim.)

Pro inuestigatione de quinq; Mariis quis agiographia sæpe cõmemorat: (Mariæ quinque.) Notandum tres fuerũt sorores, Maria, scilicet, mater domini, & Maria mater Iacobi Alphei & Ioseph: & Maria mater filiorum Zebedæi, scilicet, maioris Iacobi & Iohannis euangelistæ: Maria mater domini fuit filia Ioachim & Annæ. quam Cleophas frater Ioseph accepit vxorẽ Ioachim E defuncto, & generauit ex ea filiam quam vocauit Mariã deditque eam cuidam nomine Alpheo. Vnde ille Iacobus minor, qui cognominatus est iustus, & frater domini, dictus dicitur Iacobus Alphei, id est, filius Alphei a patre. Despõsauit etiã Cleophas filiam suam. s. Mariam virginẽ matrem domini Ioseph fratri suo, cuius virginitatis custos & solatium partus extitit & nutritor. Maria ante vxor Zebedæi, & ipsius Annæ & cuiusdã Salome fuit, qui post Cleopham habuit eã. (Matth.16. Luc.7.f) vnde legitur in euãgelio: Maria Iacobi & Salome. Maria Magdalenæ soror Lazari & Marthæ fuit, quæ domini pedes lachrymis suis lauit & capillis suis extersit. F Quapropter ei ipse peccatorum veram ablutionem & spiritalem vnctionem retribuit, de qua dominus septem dæmones eiecit. Quinta vocatur Aegyptiaca, cuius prosapia ad præsens non inquiritur.

ctionem statim ab apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus vnam, tãtum scripsit epistolam quæ de septem catholicis est, quæ & ipsa & alio quodam nomine eius ædita asseritur, licet paulatim procedente tempore obtinuerit autoritatem. Egesippus vicinus apostolorum temporum in quinto commentariorum libro, de Iacobo narrans ait: Suscepit ecclesiam Ierosolymæ post apostolos frater domini Iacobus, cognomento iustus: hic de vtero matris sanctus fuit: vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunqnam attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. Huic soli licitũ erat ingredi Sanctasanctorum. Vestibus laneis non vtebatur, sed lineis: solusque ingrediebatur templum, & fixis genibus pro populo precabatur: intantum, vt camelorum duriciam traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vicesimo libro antiquitatum, & Clemens in septimo hypotiposeon, id est, informationum, dicunt mortuo Festo qui Iudæam procurabat, Albinum successorem eius missum à Nerone, qui cum necdum ad prouinciam venisset, Ananus pontifex adolescẽs, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta actione concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum, vt Christum negaret: contradicentem lapidari iussit. Qui cum præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus semianimis, diceret: Domine ignosce illis: quid enim faciant, nesciunt: fullonis fuste cerebro percussus interijt. Tradit item Iosephus tantæ eũ sanctitatis fuisse & celebritatis in populo, vt propter eius necem subuersam Ierusalem creditum sit. Testantur Acta Apostolorum multa de eo. Triginta annis Ierosolymam rexit, vsque ad septimum Neronis annum. Iuxta templum vbi præcipitatus fuerat sepultus est. Titulum vsque ad obsidionem Titi & vltimam Adriani notissimum habuit. Quidam è nostris putauerunt eum in monte Oliueti conditum: sed falsa eorum opinio est.

Incipit

A

Hanc D. Iacobi epistolam verè Canonicam esse.

Canon. 84. ✠ APOSTOL. Sunt omnibus vobis clericis simul & laicis venerandi, ac sacri libri: veteris quidem testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus &c. Nostra vero, hoc est, noui testamenti, euāgelia quatuor, Pauli epistolæ quatuordecim, Petri duę, Ioānis tres, Iacobi vna, Iudæo vna.

Canon. 59. CONC. LAODIC. Quæ oporteat legi in Ecclesiis, et in authoritatem recipi, hæc sunt. Gene. Exod. &c. Noui testamenti euangelium secundum Matthæum, &c. Canonicæ epistolæ septem: Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres, &c.

Can. 7. CONC. MILEVIT. Sanctus enim & iustus erat Iacobus Apostolus, cum dicebat, In multis offendimus omnes.

Celes. hier. cap. 1. ✠ DION Areopag. Omne datum optimum, & omne bonum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.

✠ ANA. Martyr. Quicunque (vt ait Iacobus Apostolus) totam legem seruauerit, defecerit autem in vno, factus est omnium reus. Epistol. 1

Epi. 1 ✠ ALEX. primus multum enim (vt ait beatus Iacobus Apostolus) valet deprecatio iusti. Epist. 1.

l. 4. com ad Romanos. ✠ VRB. Primus. Quid prodest fratres mei, Iacobus Apostolus ait, Si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat

✠ ORIG. Nec solus hæc Paulus, in suis epistolis scribit: audi & Iacobum fratrem Domini similia protestantem, cum dicit, Qui voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituetur.

In hynopsi. ✠ ATHA. Epistolæ catholicæ septem ab authoribus suis & ipsæ nomina sortitæ sunt. Hanc (primam) enim Iacobus ad dispersas duodecim tribus in Christum credentes scripsit.

L. in Po. B ✠ CYR. Alexand. Beatus quoque Iacobus in epistola sua, Estote, ait, factores verbi, & non auditores tantum, &c.

✠ DAMAS. Hi noui testamenti libri sunt, quatuor Euangelia. Acta Apostolorum, septem catholicæ epistolæ, vna Iacobi, duæ Petri, &c. D l. 4. cap. 18.

✠ NICEP. Huius (Iacobi Apostoli) esse creditur prima inter catholicas, epistola, magnificè cum multa libertate scripta. l. 2. cap. 8. l. 2. cap. 45.

Argumentum in epistolam Iacobi.

IAcobus apostolus sanctum instituit clerum de cultura cœlestium præceptorum, & regula catholicæ obseruantiæ, & de inuictæ patientiæ maiestate, & de reuelatione plurimorum, & de mandatione magistrorum.

✠ IDEM Porrò diuus Iacobus frater Domini, duodecim tribubus vnam Catholicā scripsit epistolā: duas itidem Petrus, tres diuinus Ioannes: vnam iudas Iacobi frater: quas numero septem vniuersas, vt germanas atque natiuas dum Ecclesia recepit, & in numerum noui Testamenti vernaculorum librorum quam maximè retulit.

✠ CORN. primus. Summopere ergo sanctus Iacobus Apostolus prohibens sacramentū, loquitur dicens: Ante omnia fratres mei nolite iurare. Epist. 2. l. de voce gent.

E

✠ AMB. Iacobus Apostolus ita loquitur. Nolite errare fratres mei dilecti, &c. l. 2. de doct. Christi. c. 8.

✠ AVG. Totus canon scripturarum his libris continetur, quinque Moyseos, &c. His quadraginta quatuor libris veteris testamenti terminatur authoritas. Noui autem quatuor libris euangelij, quatuordecim epistolis beati Pauli Apostoli, Petri duabus, tribus Ioannis, vna Iudæ, & vna Iacobi, &c.

✠ INNOC. primus. Adiecit etiam filius meus Cælestinus in epistola sua esse à tua dilectione positum illud, quod in beati Iacobi epistola conscriptum est, Infirmatur quis in vobis? &c. Epist. 1. c. 8.

✠ LEO. primus. Dicente beato Apostolo Iacobo. Si quis vestrū indiget sapientia. Serm. 11. de quadragesima.

✠ GREG. primus. Hinc Iacobus attestatur dicens. Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est, omnium reus, &c. l. 1. mor. c. 3.

INCIPIT EXPOSITIO IN EPISTOLAM BEATI IACOBI APOSTOLI CANONICAM.

CAP. I.

a *IAcobus* Iste ecclesię ierosolymitanæ post apostolos ad prædicandum missus curam & regimen suscepit.

l. 2. hist. c. 1. ✠ EVSEB. Hunc ipsum Iacobum, qui dicebatur frater Domini, qui & iustus cognominatus est ab antiquis, virtutum merito, & insignis vitæ priuilegio, primum historiæ tradiderunt suscepisse Ecclesiæ, quæ in Hierosolymis est, Sedem sicut Clemens in sexto dispositionum libro asserit, &c.

l. 8. const. apos. c. 41. ✠ CLEM. Rom Et ego Iacobus frater (i. consobrinus) Christi secundum carnem, seruus autem tāquam Dei vnigeniti, Episcopus ab ipso Domino, & ab Apost Hierosordinatus hæc dico, &c.

l. 7. hist. c. 15. C ✠ EVSEB. Deniq; & Iacobi cathedra, qui primus in terris episcopus ab ipso Saluatore, & ab Apostolis in Hierosolymis est electus, quemque fratrē Domini volumina diuina designant, vsque in hodiernum ibi, cōseruatur: atque in ea sedent omnes qui vsque ad præsens tempus sedis illius sacerdotium sortiuntur. Seruatur ergo cum ingenti studio veluta maioribus tradita memoria sanctitatis, & cū magna veneratione habetur vel vetustatis, vel primę sacerdotiisā ctificationis obtentu.

INCIPIT EPISTOLA CANONICA BEATI IACOBI APOSTOLI.

Cap. I.

a ¶ Supplantator vitiorum: vel luctator. ¶ Celebris persona.

a IAcobus Dei & domini nostri Iesu Christi ser- 1

a ¶ Officium celebre. b ¶ Non omnibus, sed aliquibus de omnibus. 2

b uus duodecim tribubus quæ sunt in dispersio- 3

a ¶ Fidem & constantiam, vel vitam æternam optat. b ¶ Tribulatio in præsenti, iusticiam, in futuro auget coronā. ¶ Nihil est vnde doleatis, vnde dubitetis. 4 5

c ne, salutem: Omne gaudium existimate 6

✠ METAP Cum ei liceret seipsum vocare Apostolū, Episcopum, fratrem Domini &c. cōsultò magnificis titulus abstinuit. tū quia delectabatur humilioribus, exēplo Christi. tū vt pharisæorum fastum & arrogantiam coargueret. &c. Comment. rerum gest. D. Iacobi. F Beda.

b *Duodecim trib.* Præcipuam solicitudinē de istis habere ad xii. pertinebat Apostolos qui legatione pro domino in circuncisione fungebantur. Vnde & Paulus dicit, *Iacobus & Cephas, & Iohannes qui videbantur columnæ esse dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentibus, illi autem in circuncisione, &c.* Idcirco eis scribit præcipuè, & quia ipse à cæteris Apostolis super eos ordinatus erat Epicopus. Gal. 2. b

c *Omne gau.* Ne indignemini si mali in mundo florent, si vos patimini, quia non est Christianæ veritatis in temporalibus exaltari, sed potius deprimi. Mali nihil habent in cœlo, vos nihil in mundo. Spe illius boni ad quod tēditis quidquid in via contingat gaudere debetis.

Incipit Postilla Nico. de Lyra super epistolam sancti Iacobi Apostoli canonicam.

1 IAcob. d &c. *Liber iste diuiditur in quatuor Apostolos huius libri scriptores sicut dictum fuit de lib. xii. Prophetarum, qui diuiditur secundum numerū. xii. scriptorum. partes autem libri patebunt prosequendo. Prima pars continet epistolam beati Iacobi quæ diuiditur in duas partes, scilicet, in procemium & in tractatū. Secunda incipit ibi:* Omne gaudiū *In prima parte primo describitur persona salutans ex nomine. cū dicitur: Iaco. iste est Iacobus minor frater Iudæ apostoli & filius Alphei. Alius vero Iacobus qui dicitur maior fuit frater Iohannis apostoli & euangelistæ & filius Zebedæi. Secundo ex religione, cum dicitur.*

2 Christi ser. *Non autem dicit apostolus, quia scribebat conuersis ex Iudaismo qui præferebant se conuersis ex Gentilitate, vt patet Act. vi. Et in epistolis Pauli in pluribus locis, propter quod vt eos induceret ad humiliationem exemplo sui non nominat se Apostolum, quod nomen est dignitatis, sed seruū, quod nomen est subiectionis. Consequēter describitur personæ salutatæ cum dicitur.* 3 Duod. trib. *Ex quo patet, quòd scribebat cōuersis de Iudaismo. Populus enim Iudaicus in duodecim tribus diuidebatur.* 4 Quæ sunt in di. *i. extra terrā Iudææ. Illos enim qui erant in Iudæa poterat informare verbo, qui modus informandi efficacior est quam scripto: erat enim Episcopus Ierosolymitanus, & sic illi qui erant in Iudæa, cuius metropolis est Ierusalem, erant de diœcesi sua. Consequenter exprimuntur bona optata, cum dicitur.* 5 Salu. *s. per gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.* 6 Omne gau. *Hic incipit tractatus, in quo beatus Iacobus informat credentes bene se habere. Primo respectu sui. Secūdo respectu proximi, ca. se. Tertio respectu Dei. c. iiii. ib:* Adulteri. *secundum ordinem doctrinæ à magis notis ad minus nota procedendo. Ista tamen diuisio non est sic præcisa quin in vna parte ponatur aliquid de pertinentibus ad alias, & econuerso: & hoc propter connexionem virtutum. Circa primam partem considerandum, quòd respectu sui homo bene se habet per hoc quod tentationibus viriliter resistit, & per hoc quod veritati humiliter acquiescit. Quia per primum vitātur vitia & acquirūtur virtutes morales. Per secundū vero expellitur ignoran-*

quid enim faciant, nesciunt.

A a *Cum in tentationes varias incideritis.* A perfectioribus incipit de extrinsecis tentationibus.

Beda. b *Scientes.* Ideo tentamini aduersis, vt per hoc probare possitis, quàm firmam fidem futuræ retributionis in corde gesletis, quod est intelligere virtutem ipsius patientiæ.

c *Probatio fidei vestræ patientiā operatur.* Eadem sententia, sed cōuerso ordine in Paulo legitur: *Sciētes quòd tribulatio patientiā operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem.* Patientia enim operatur probationem, quia cuius patientia per tribulationes non vincitur, perfectus probatur, quæ sententia hic quoque dicitur: Patientia opus perfectum habet, & probatio operatur patientiam, quod est, tribulatio quæ datur ad probationem fidei, facit per patiētiam exerceri, per quod fides perfecta probatur. Roma. 5. a. † exploratio. B

d *Si quis aūt ve. indi. sa.*

a ¶ Quia ex eodem patre sunt idem habituri: b ¶ Vel a persecutione, vel à concupiscentia. c ¶ Quæ varie tentant. d ¶ Qua si exalto vestræ fidei. 1

a fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes, 2

a ¶ .i. tribulatio qua fides probatur. b ¶ Quam exigit fides nostra. c ¶ Facit intelligere, & habere virtutem patientiæ. d ¶ .i. perfectè operantes facit, propter hoc quidem sequitur vt sitis perfecti non deficientes in tormentis, & in futuro integri plenam beatitudinem suscipientes. 3

b c quòd † probatio fidei vestræ patientiam † operatur. † Pa- 4 5

tientia autem opus perfectum habet vt sitis perfecti & in- 6 7

d tegri, in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget 8

a ¶ Quæ possit intelligere quàm vtilis sit tribulatio. b ¶ Spiritum illuminatorem. c ¶ Piè petentibus. Non enim omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: nec omni iusto dat quod petit, si contra suam salutem petat, sicut & Paulo cui dictum est dum peteret stimulum tolli: Sufficit tibi gratia mea. d ¶ Quia dona eius non sunt ad mensuram.

sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus † affluenter, 9

a ¶ Fragilitatem. b ¶ Ipsa sapientia quæ de cœlo venit. c ¶ Sic credat & sic viuat: vt dignus sit exendiri, quia qui obdurat vel declinat aurem, ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. 10

& non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in 11 12

e fide nihil hæsitans. Qui autem hæsitat, similis est flu- 13

a ¶ Quia à vento tentationis mouetur: vt fluctus. 14

ctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur. 15

a ¶ Quoniam quidem qui hæsitat, similis est fluctui maris. b ¶ Carnalis qui hæsitat. c ¶ Ex merito. ¶ Vel hic, vel in futuro.

Non ergo existimet homo ille, quòd accipiat ali- 16

l. 4 c. 14. ✠ IRENAEVS. Deū scire nemo potest, nisi Deo docēte, hoc est, sine Deo, non cognosci Deum. Hoc ipsum autem cognosci eum, voluntatem esse patris. Cognoscunt enim eum quibuscunque reuelauerit filius, & ad hoc filius reuelauit patrem, vt per eū omnibus manifestetur, & eos qui credūt ei, iusti in incorruptelam & in æternum refrigerium recipiat.

l. 1. cont. Academic. c. 8. ✠ AVGVSTINVS. Sapientia mihi videtur esse rerum humanarum, diuinarumque, quæ ad beatam vitam pertineant, non scientia solum, sed etiam diligens inquisitio.

l. de sancta virginitate cap. 42. ✠ IDEM. Sed fortè continentia Dei donum est, sapientiam verò sibi ipse homo præstat, qua illud donum non sum, ne Dei esse cognoscat. Immo Deus sapientes facit cæcos, & testimonium Dei fidele sapientiam præstat paruulis. Et si quis indiget sapientia, postulet à Domino, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei &c. C D

Beda. Tanta est vtilitas tribulationum, quàm si quis ignorat, nondum illuminatur per spiritum sanctum, petatur igitur, vt per spiritumsanctum aperiatur sensus tuus, & cognosces qua pietate pater corrigit filios quos recipit. Nec quisquam conscius suæ fragilitatis diffidat, quia dat omnibus. *Benè dicit enī omnes timentes se, pusillos cum maioribus.* Et quia multi petunt qui non merentur accipere, subdit qualiter petere debent: *Postulet autem in fide nihil hæsitan.* Heb. 11. b. † efficit. † Ro. 5. a.

e *Qui autem hæsitat.* Qui conscientia peccati pressus dubitat de præmiis cœlestibus superueniente vento tētationum facilè, deserit fidei statum, & secundum tentantis voluntatem distrahitur ad terrorem, & fit à Deo alienus. † simpliciter, purè. Beda. E

Orat. 1. de imaginib. ✠ DAMASCENVS. Fratres, Christianus fide censetur. Quare qui cum fide accedit, multa lucratur. Qui autem hæsitat, maris fluctui similis, qui vento iactatur & circumflatur, is nihil accipiet. Omnes enim sancti per fidem placuerunt Deo, Proinde in cordis rectitudine, non autem in multis argumentis, Ecclesiæ suscipiamus instituta.

Serm 36. de verbis Dō. ✠ AVGVSTINVS. Si fides deficit, oratio perit. Vnde & Apostolus cùm ad orandum exhortaretur, ait: *Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Et vt ostenderet fidem esse fontem orationis, nec posse ire riuum vbi caput aqua siccatetur, adiunxit. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?* Ergo vt oremus, credamus, vt & ipsa non deficiat fides qua oramus, oremus. Fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem. &c. Rom. 10. F

OECVME

NICOLAVS DE LYRA.

ignorantia & acquiruntur virtutes intellectuales. Secunda incipit. ibi: scitis fratres mei. *Prima diuiditur in tres. Nā beatus Iacobus primò ponit suam informationem. Secundo infert intentam conclusionem, ibi:* Glorietur autem. *Tertio remouet erroneam opinionem, ibi:* Nemo cū tentatur: *Prima adhuc in duas quia primò inducit ad resistendum tentationibus in casibus certis. Secundo in dubiis, ibi:* Si quis autem. *Ad euidentiam primi considerandum, quòd tentationes metum inducentes de amissione boni iam habiti sunt vehementiores, quàm illæ quæ inducunt appetitum de acquisitione non habiti. Vnde dicit Aug. Terrena diliguntur arctius adepta, quàm concupita constringant. Nam illa velut incorporata, præsi induuntur. ista verò velut extranea repudiantur, & quanto sunt magis intrinseca tanto metus de amissione est vehemētior, sicut metus de amissione vitæ vel membrorum aliquorum, quàm de amissione bonorum possessorum, & ideo qui benè resistit tentationibus istis, benè potest resistere & aliis. Quia secundum quòd dicit quidam, non est consentaneum rationi, cupiditate eum vinci qui metu non frangitur. Et ideo beatus Iacobus docens resistere tentationibus ponit exemplum de tentationibus metum inducentibus de amissione boni iam habiti, cuiusmodi sunt persecutiones in personis vel rebus iam possessis. Dicit ergo:* Omne gaudium. *Id est cæleste gaudium, quod includit in se perfectionem eminentius omnis boni gaudij.*

1 Existima. fratres mei. *Finaliter consequi.*

2 Cum in tentationes varias incideritis. *Si fortiter eis restiteritis.*

3 Scientes quòd probatio fidei vestræ. *In persecutionibus, per quas declaratur homo fideliter adhærere Deo, quando per aduersa quæcunque non separatur ab eo.*

4 Patientiam operatur, *Nam per eam sufferentiam frequentatam virtus patientiæ acquiritur, per quē quidem habitum sufferentia fit tamen quæ primo erat sibi difficilis.*

5 Patientia autem opus perfectum habet. *In persecutionibus enim illud quod primo occurrit sustinenti, est tristitia, ex hoc vlterius insurgit ira, quæ est appetitus vindictæ contra persequentem, & tertiò odium. Virtus autem patientiæ aufert tristitiam istam, vt patet ex dictis, & sic præscindit radicem duabus aliis, quia qui non irascitur contra persequentem, nec odit eum, ideo benè dicitur quòd in hoc habet opus perfectum, propter quod subditur:*

6 Vt sitis perfecti & integri. *Quia qui benè resistit tentationibus istis, de facili resistit aliis, vt supra dictum est.*

7 In nullo deficientes. *Quia sicut supra dictum per hoc euitantur vitia, non solum sed etiam acquiruntur appositæ virtutes.*

8 Si quis. *Hic consequenter docet resistere tentationibus in casibus dubiis: tentatur enim quis aliquando de aliquo perpetrando quod ignorabat esse illicitum, & aliquando de malo sub specie boni, propter quod ad resistendum tentationi in huiusmodi casibus necesse habet ab alio dirigi. Infallibile verò directiuum, est ipse Deus, qui non deficit ad se veraciter recurrentibus. quia si natura non deficit in necessariis, multo minus auor naturæ, propter quod tales dirigit per seipsum vel per ministerium, sicut patet Act. 10. de Cornelio: ad cuius directionem misit Petrum. Ideo dicit beatus Iacobus.* Si quis autem vestrum indiget sapientia: *Quod contingit in dubiis.*

9 Postulet à Deo. &c *Nam Omnibus hominibus dat bona naturæ, quæ sunt magna valdè, & super hęc se disponentibus dat bona gratiæ, quæ sunt maiora, & perseuerantibus bona gloriæ, quæ sunt maxima.*

10 Et non improperat. *s. gratis, nam frequenter ingratis Iudæis improperauit per Prophetas beneficia eis exhibita in exitu de Aegypto in deserto & in terra promissionis.*

11 Et dabitur ei. *Nam petitio semper exauditur, quando fit piè, pro se, & perseueranter.*

12 Postulet autem in fide. *Iesu Christi.*

13 Nihil hæsitans. *De diuina potestate ac etiam voluntate dandi petentibus debite. s. piè pro se, & perseueranter.*

14 Qui autem hæsitat. *De potestate vel voluntate diuina.*

15 Similis est fluctui maris. *Quia est instabilis non habens mentem in Deo stabiliter fixam.*

16 Non ergo existimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domi. *De pertinentibus ad bona gratiæ, quia quia naturæ bona sunt bonis & malis communia, Mat. 5. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos &c. Si autem aliquis hæsitet de proprio defectu in petendo, dubitans ne petat insufficienti modo, pro tali hæsitatione non impeditur suæ postulationis exauditio: sed hæsitans de Deo impeditur. De quo adhuc subditur:*

✠ Vir du-

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✠ OECVMENIVS. Aufer igitur à teipso omnem animi duplicitatem, neque omnino cùm aliquid à Deo petis, animo vacilles dicendo, apud teipsum. Quomodo possum à Deo quippiam petere, & accipere, qui totus in ipsum peccauerim? Ne hæc cogites, sed ex toto corde conuertere ad Dominum, & pete ab ipso sine hæsitatione & cognosces multitudinẽ misericordiæ eius, quòd nequaquam te deserat, sed petitionẽ animæ tuæ cõplebit: Non est enim Deus sicut homines, qui mutuatum iniuriarũ meminerũt: sed ipse obliuiscitur iniuriæ, & miseretur creaturæ suæ.

A

† humiliatione.

† herbæ.

a *Vir duplex.* Duplex est, qui genu ad preces flectit, & mordente conscientia de impetratione diffidit. Duplex qui vult gaudere cum seculo, & gaudere cum Deo: qui de bonis quæ agit, non Deũ sed fauorem quærit: vnde dicitur: Væ ingredientibus terram duabus viis.

Vir duplex quis dicatur. — Beda. — Ecclesi. 2. c. — B

a ¶Qui hæsitat non accipit, qui hæsitat duplex est & duplex non accipit.
b ¶Facile aduersis terretur: & prosperis irritatur vt à veritate diuertat.
a quid à Domino. Vir duplex animo inconstans est in omni- 1
a ¶Factus pauper & depressus inter malos, hanc humiliationem intelligat apud Deum exaltationem. 2
b bus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione 3
a ¶Cito gratiam suam amittit. 4
c d sua, diues autem in † humilitate sua: quoniam † sicut flos 5 6
a ¶Hæc gloria. b ¶Vere flos cito transit, quia. c ¶Iustitiæ Christus. 7
e † fœni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, & arefe- 8
a ¶Tunc. b ¶Decidente flore tota pulchritudo fœni perit. ¶Honor seculi, amici, & talia.
cit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius depe-
a ¶i. in actibus peribit, quia iter domini rectum negligit. b ¶Vere debetis pati tentationem. 9
f riit. Ita & diues in itineribus suis marcescet. † Beatus vir qui 10
g a ¶Quia per exercitium tentationum probatur in fide perfectus: propter quod etiam tentatur. 11
b ¶Verus fidelis per tentationem, 12
sufferẽt tentationem, quoniam cum probatus fuerit ac- 13
a ¶Vt triumphatores. ¶Per prophetas & apostolos. ¶Non mundana. 14
cipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus † diligen- 15
a ¶Cum tentatione interiori capitur. b ¶Quasi Deus immittat malas cogitationes.
h i tibus se. Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tente- 16
17

d *Quoniam sicut flos fœni. Iustus vt palma florebit,* iniustus vt fœnum: quia ille manet, hic cito transit. Flos iusti spes quæ fructum expectat, radix iusti charitas quæ immobilis manet. Mali radix cupiditas, flos delectatio temporalium. D — Psal. 91. c.

e *Exortus enim Sol cum ardore, &c.* ✠ AMBROSIVS. In germinum specie, & in virentis herbæ munere, imago est vitæ humanæ, & naturæ nostræ speculum elucet. Viret enim gloria hominis in carne tanquã flos fœni, & quæ putatur esse sublimis, exigua quasi herba est: præmatura vt flos, caduca quasi fœnũ. Hodie videas adolescentẽ validum, pubescentis ætatis virtute florentẽ, gratia speciẽ, suaui colore: crastina die tibi facie & ore mutatus occurrit. Qui pridie tibi lautissimus decore formæ gratia visus est, alio die miserãdus apparet, ægritudinis alicuius infirmitate resolutus. Plerosque aut labor frãgit, aut inopia macerat, aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut senectus debilitat, aut deliciæ eneruant, aut luxuria decolorat &c.

l. hexæm. cap. 7. — † Ecclesiastici. 14 c. — † Tob. 5. c. De renũc. nisi. § verũ. — † iis quibus fuerit dilectus.

Epist quod Nicena syn. ✠ ATHANASIVS. Hæretici Eusebiani mutato animo, tãquam ad vomitum regressi sunt. Et quomodo non odio digni sunt, qui nunc tandem contradicunt (decretis concilij Niceni, de consubstantialitate Filii cum patre,) eosque quos prodiderunt, duces suæ hæresis habere volunt: homines nimirum tales, quales diuus Iacobus duplices corde & instabiles in omnibus viis appellat, nunquam vnam eandemque sententiam, sed alias aliam fouentes, dictaque sua nunc laude, nunc vituperio prosequũtur, vt quod iam probarint, à vestigio damnent?

l. 1. c. 5. ✠ IRENAEVS. Cùm sint duo vel tres (hæretici) de eisdem non eadem dicunt: sed & rebus & nominibus contraria respondent.

✠ TERTVLL. A regulis suis variant inter se, dum vnusquisque pro suo arbitrio modulatur quæ accipit. &c.

l. præscrip. Apolog. c. 39. b *Glorietur autem frater humilis. &c.* ✠ TERTVLL. Quod fratres nos vocamus, non alias infamant (ethnici) quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem vestri sumus, iure naturæ matris vnius. Fratres dicuntur & habentur, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de vno vtero ignorantiæ, eiusdem ad vnam lucem expauerunt veritatis,

l. 5. stromat. ✠ CLEMENS Alex. Fratres nos omnes esse, vtpotè vnius Dei, & vnius magistri alicubi Plato dicere videtur hoc modo. Qui in ciuitate estis, omnino fratres estis &c.

c *Diues autem.* Diuitem vocat qui totam spem in diuitiis põit, non nocet habere diuitias, sed amare. *Diues autem.* glorietur Ironicè. Q. non debet gloriari in sua gloria qua superbit & alios opprimit, quia finienda est & humilianda in inferno. Vel, *Glorie. in huml. sua.* i. non superbia: sed humiliet se subseruiendo aliis de diuitiis.

C

f *Diues in itiner.* Viæ diuitis temporalia quibus beatificari quærit, quæ cito destruentur. Ardor solis, aduentus seueri iudicis: vel in morte cuiusque improuisus vel in iudicio communiter. In quo iustus vt arbor fructifera manebit. E

g *Beatus vir.* Quia difficile est hortari ad contemptum mundi, subdit de magnitudine præmii: *Beatus vir. &c.* Non solum verbera & carceres debetis pati, sed & amissionem rerum temporaliũ quæ sunt viles & transitoriæ & amatores earum puniendi. Esa. 40. b. 1. Petri. 1. d.

✠ ATHANASIVS. Memores quomodo Arriani sese primùm aduersus beatum martyrem Petrum, deinde contra magnũ Achillam, postremò contra beatum Alexandrum gesserunt, modo persequendi mei, occidendique occasiones solertius aucupantur: id enim sitiunt nec quiescere possunt, (tanta est auiditas sanguinis nostri effundendi) verùm eius rei mihi nulla cura. Scio enim & præmiũ his q sustinẽt retribuẽdũ esse a Saluatore: & qđ vos vbi sustinueritis, habebitis gloriã, qua dicere licebit: Fidẽ seruauimus. Recipietis autẽ coronã vitæ, quã repromisit Deus diligentibus se. O at. 1. cõt Arrianos.

h *Nemo cum tentatur.* Hactenus de tentationibus exterioribus, nunc de illis quas interius instigante diabolo, vel etiam fragilitate naturæ toleramus. Vbi etiam illorum errorem destruit, qui dicebant malas cogitationes sicut & bonas à Deo nobis inspirari, & hominem quasi ex necessitate peccare. Beda.

i *Quoniam à Deo tente.* Exteriorem tentationem immittit Deus ad probationem suorum, interiorem verò qua sæpe cõcipitur furtum, adulterium, homicidium, non immittit Deus.

✠ AVGVSTINVS. Est tentatio adducens peccatum, qua Deus neminem tentat: & est tẽtatio per fidem, qua Deus tentare dignatur. Io. 6. *Hoc autem dicebat tentans eum.* Ser. 11. de verb. Dom.

Quo- ☞ IDEM F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vir duplex animo. *Nunc deo adhærens, nunc mundo.*
2 Inconstans est in omnibus viis suis. *i. operibus suis, nihil ducens ad perfectum.*
3 Glorietur. *Postquam beatus Iacobus induxit ad resistendum persecutionibus: hic consequenter concludit intantum scilicet quòd non solum sunt sustinendæ patienter, sed etiam gaudenter propter præmium secundum quod dicit Saluator Matth. 5. a. Beati estis, cum maledixerint vos homines, & persecuti vos fuerint &c. Sequitur: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Et hoc est quod dicitur:* Glorietur autem frater humilis: *id est abiectus & depressus.*
4 In Exaltatione sua. *in celestibus futura.*
5 Diues autem in humilitate sua. *Ironica est locutio, vt dicit glosa, cui concordat sequens litera, cum dicitur:*
6 Quoniam sicut flos fœni transibit. *Ita cito deficiet eius potentia. Et ponit exemplum sensibile, dicens:*
7 Exortus est enim sol cum ardore. *Existens in cancro vel leone.*
8 Et arefecit fœnum. *Quia deficit eius viror & decor. Et applicat ad propositum, dicens:*
9 Ita & diues in itineribus suis. *Scilicet potentia & gloria.*
10 Marcescet *s. in morte, & etiam aliquando antè mortem.*
11 Bea. vir. *In spe.* 12 Qui su. ten. *Ita quòd nõ vincitur ab ea, sed vincit eã.* 13 Quoniam cum probatus fuerit. *Sicut aurum in fornace.*
14 Accipiet coronam vitæ. *Et tunc erit beatus in re.*
15 Quam repromisit Deus diligentibus se. *Quia nihil est acceptum Deo, nisi fiat ex charitate. 1. Corint. 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum &c. sequitur: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*
16 Nemo cum tentatur dicat quoniam a Deo tentetur. *Hic consequenter circa prædicta remouet errorem duplicem. Secundum remouet, ibi: Nolite itaque: Circa primum sciendum, quòd quia potentiæ animæ sunt à Deo & actus earum, ideo dixerunt aliqui, quòd tentatio inducens ad malum est à Deo, ita quòd Deus est actor mali culpæ, volentes per hoc peccata sua excusare, propter quod remouet hoc dicens:* Nemo cum tentatur. *id est per tentationem ad peccatum inducitur.*
17 Dicat quoniam a Deo tente. *Quoniam hoc est falsum.*

✠ Deus

☞ ✠ IDEM. Est tentatio quæ probat, de qua dicitur. Tentauit Deus Abraham. Tentatio verò illa de qua Iacobus loquitur, non intelligitur nisi qua quisque peccato implicatur.

A — Serm. 11. de verb. Dom. — Gen. 21. a.

a *Vnusquisque tentatur.* Duo sunt genera tentationum. Vnum quod probat, secundum quod tẽtauit Deus Abraham, Aliud quod decipit, secundũ quod Deus neminem tentat. Cum super fundamentum, lignum, fœnum, stipulam ædificamus diabolus superponit incendiũ. Aedificemus aurum argentum, lapides preciosos: & tentare non audet, nec tamen omnino desistit: sed sedet in occultis vt interficiat innocentem.

† Vt malis tentari non potest ita ipse nem. — Beda in hũc locum.

Aug. Tribus modis tentatio agitur suggestione hostis, delectatione, vel etiam consensu nostræ fragilitatis. Quòd si suggestioni non consentimus, tentatio nobis ad victoriam prouenit. Si suggestio illicit delectando offendimus, sed nondum mortem incurrimus. At si delectationem concœpti facinoris in corde sequitur partus prauæ actionis, iã nobis mortis reis victor hostis abscedit.

Tentatio tribus modis fit. — † 1. q. 1. quãpio.

a ¶Non est immissor. b ¶Tentamentorum. c ¶Nullum in tentationem inducit.
tur. Deus enim † intentator malorum est. Ipse enim nemi- 1
a ¶A Deo nullus, sed potius. ¶Vel cum caro suauia sibi quærit. vel cum diabolus incentiua immittit. 2
a nem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia 3
a ¶A recto itinere. q ¶Ad malum. 4
sua abstractus & illectus: Deinde concupiscentia cum con- 5
a ¶Delectando vel consentiendo. ¶Facinus in corde. b ¶Perducit ad actum manifeste. 6
c ¶Peractum, & in consuetudinem prauæ vitæ perductum.
ceperit, parit peccatum, peccatum verò cum consumma- 7
a ¶Et quia peccata non sunt à Deo. b ¶Existimando quod tentamenta vitiorum à Deo procedant. 8
9
b tum fuerit generat mortem. Nolite itaque errare fra- 10
a ¶Quibus nihil inutile persuaderem. ¶Quasi diceret, à nobis dissentire non debetis.
b ¶Mala non à Deo, potius bona. ¶Quia prima gratia & eius augmentum à Deo est.
c ¶Vt castitas & aliæ virtutes. 11
c tres mei dilectissimi. † Omne † datum optimum & om- 12
a ¶Executum ipsarum virtutem, vel vita æterna quæ est perfecta. b ¶Quasi radius solis à sole.
ne donum perfectum, desursum est descendens à patre lu- 13
a ¶In cuius natura nulla mutabilitas, sed identitas, & non solum in natura, sed etiam in distributione donorum: quia sola dona lucis, & non tenebras errorum immittit.
d minum apud quem non est transmutatio, nec † vicissitu- 14

† donum — † Conuersionis.

Diuersa intentione tentat Deus & diabolus: Diabolus tentat, vt tentatum in tristitiam mittat, in amaritudinem, in murmurationem contra Deum & in desperationem. Deus tentat, vt homini suam infirmitatem agnoscenti & cõfitenti, in sola spe diuinæ misericordiæ constare fortitudinem ostendat. vnde: *Nam virtus in infirmitate cognoscitur, siue perficitur.* Et in Psal. *Infirmata est, tu verò perfecisti eam.* In tentationibus tristitia repellitur gaudio. In successibus autem superbia timore deprimitur.

B — 2. Co. 12. c. — Psal. 37. b.

l. de gratia & lib. arbitrio. ✠ BERNARDVS. Quod scriptum est, vnusquisque tentatur à propria concupiscentia abstractũ & illud: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & illud Apostoli, inuenio legẽ in mẽbris meis, &c. Putari possunt cogere voluntatem, & præripere libertatem. At verò quantislibet quis intus forisue tentationibus vrgeatur, libera profectò semper quantum ad arbitrium spectat, voluntas erit: liberè quippè de suo nihilominus consensu iudicabit.

l. 4. in Io. c. 25. ✠ CYRILLVS ALEX. Voluptas quædam ante omne peccatum pręcurrit, & feruens cupiditas ad delicta solet illicere, quę ante peccandi actum insidet, & mentis consensum arripit, persuadens facilè hac via veniendum nobis esse quo gliscimus. Quod discipulus Christi verum ostẽdit dicens: Vnusquisque à sua cupiditate distractus atque seductus tentatur. Cupiditas deinde postquam conceperit, parit peccatum. Vides quomodo ex cupiditate improbitas ortum ducit. Vides quomodo ex voluptatis semine delicta producuntur.

l. 5. Hom. Hom. 42. ✠ AVGVSTINVS. Mortem sine, si peccatum non finas. Noli consentire concupiscentiæ tuæ. Non est vnde concipiat nisi de te, consensisti? Quasi concubuisti in corde tuo. Surrexit concupiscentia, parit peccatum, quod generat mortem. Ergo ne abstraharis à concupiscentia tua. nega te illi. Noli eam sequi, illicita est, lasciua est, turpis est, alienat te à Deo. Noli dare consensiones amplexum, ne plangas partum: quia si consenseris, concipis. Nondum times peccatum: Time quo perducit peccatum. Dulce est peccatum, sed amara est mors. &c.

C — D

b *Generat mortem.* Sicut qui tentatus superat præmia vitæ, ita qui concupiscentiis illectus superatur, merito ruinam mortis incurrit.

c *Omne datum optimum & omne donum per.* Ostenso, quòd vitia non à Deo nobis, sed à nobis sunt, econtra ostẽdit, quia quidquid boni agimus, nõ à nobis, sed à Deo est. vnde patrem luminũ vocat, id est, autorem omnium spiritualium donorum. Datum refertur ad naturam, donum ad gratiam, & datum ipsi homini donum gratiæ solet ascribi. Sed & bonum naturæ a Deo est. In baptismo gratiam datum optimum, & in datione spiritussancti donum perfectum potest intelligi.

✠ CYRILLVS ALEX. Quoniam diuini ingenij est Deum cognoscere, ad id nemo peruenturus est qui à Deo patre cognitionem non acceperit, nec id iniuria. Si enim omne datum optimum desursum est &c. quomodo cognitio Christi dexteræ patris munus non erit? Aut quomodo veritatis perceptio, summa gratiarum omnium non erit? l. 4. in Io. c. 25. — E

✠ IDEM. Quemadmodum ramis arborum à radice qualitas nutrimentumque præbetur, sic spiritualium virtutem fructuum ab eo nobis concedi. Omne namque bonum, non à nobis, sed diuinitus datum habemus: Deo autem nihil datur. Ipse enim origo omnium est, ideo radix, & quasi vitis est Christus, nos autẽ palmites. l. 10. in Io. c. 13.

✠ FVLGENTIVS. A Deo emanat totius bonæ voluntatis non tãtum principium, sed & perfectio. Neque enim Iacobi Apostoli prædicatio potest aliqua argumentatione cassari, D. Omne datum optimum &c. Nec quisquam hominum siue ad cogitandum, siue ad operandum quodcunque bonum potest esse idoneus, nisi fuerit munere gratuito diuinæ opitulationis adiutus. Deus est enim qui operatur in suis & velle & perficere. Epist. 4. quæ est ad Probem. — Philip. 2.

d *Nec vicissitudinis.* Lumen eius aliqua vmbra non intercidit, vt aliqua mala immittat, sed semper bona locis dona in nobis aliquando sunt dona Dei, quæ superuenientia obumbrant peccata, quod non in Deo.

✠ AVG. Cognoscimus nihil natura esse immutabile, nisi solum Deũ patrẽ & filiũ, & spiritũ sanctũ, qui mutari nõ potest à bono. l. de dogm. Eccl. c. 58.

✠ HIERONYM. Nec angeli, nec animæ ex seipsis perfectãque habent immortalitatem, quia per gratiam eam possident. Dialog. 2. cont. Pelag.

✠ GREGOR. Natura angelica & si contemplationi authoris inhærẽdo in statu suo immutabilis permanet, eo tamẽ ipso quo creatura est, in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet. l. 5. Moral. c. 27. — F

☞ O qui

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Deus enim intentator malorum est. *Sed bonorum tamen sicut dicitur Gen. 22. a.* Tentauit Deus Abraham. *vt eius obedientiam innotesceret aliis, & daretur eis in exemplum.*
2 Ipse enim neminem tentat. *Inducens eum ad peccandum.*
3 Vnusquisque verò tentatur. *Tali tentatione ad peccatũ inducente.*
4 A concupiscentia sua. *inordinata. propter quod dicit Aug. 14. de ciui. Dei: quod amor sui vsque ad contemptum Dei facit ciuitatem diaboli, ad quam pertinet homo per peccatum generaliter ideo amor sui tendens ad contemptum Dei, qui est idem quod concupiscentia inordinata, est causa omnis peccati, & subditur processus cum dicitur:*
5 Abstractus & illectus. *Quia primo insurgit cõplacentia seu delectatio absq; cõsensu perfecto, & tũc adhuc stat in terminis peccati venialis.*
6 Dein. con. cũ con. *conualuerit.* 7 Parit pec. *Inducẽs ad cõsensum perfectũ.* 8 Peccatum verò cum con. fuc. *In opere exteriori.*
9 Generat mortem. *Nam inducit ad reiterationem & cõsuetudinem, ad quam sequitur obstinatio, quæ est mors animæ. Nec argumentum inductum, quòd Deus sit actor peccati valet. quia actus peccati inquantũ actus est aliquod bonum. & ideo reducitur in Deum sicut in causam primam efficientem. Sed inquantum malus, est priuatio, nec habet causam efficientem sed deficientem, s. defectum voluntatis vel eius defectum. sicut motus claudicationis est à virtute gressiua effectiuè, deformitas autem talis motus est ex curuitate tibiæ.*
10 Nolite. *Hic remouet secundum errorem: Quia sicut dixerunt aliqui Deum esse auctorẽ peccati, vt dictum est, ita alij dixerunt bonum meritum esse ab homine. s. Pelagiani. dicentes hominem sine gratia posse vitam æternam mereri, quod remouet di.* Nolite errare. *Et subdit in quo.*
11 Omne. *Quod est bonum meritorium, faciens hominem vita æterna dignum.*
12 Et omne donum perfectum. *i. bonum gloriæ.*
13 Desursum est. *Et non est ab homine, quia bonum meritorium excedit proportionem naturæ creatæ, sicut & finis ad quem ordinatur, secundum illud. 1. Cor. 2. b.* Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c.
14 Apud quem. *Immutabiliter enim facit mutabilia, sicut noster intellectus immaterialiter intelligit materialia, vnde dicit Boetius de conso. immobilis manens dat cuncta moueri. & idem declarat Philosophus 8. Physicorum.*

✠ Nec

Universidad de Deusto Biblioteca

BOETHIVS.

A O qui perpetua mundum ratione gubernas.
Terrarum, cœlique sator, qui tempus ab æuo.
Ire iubes, stabilisque manens, Das cuncta moueri.&c.

a *Voluntarie.* Omne bonum est à Deo, & non meritis vestris ad hoc accessistis, sed sola gratia diuinæ voluntatis. [† primitiæ quædã suarum creaturarum.]
b *Vt simus initiũ &c.* Nec per hanc genituram putemus nos esse quod ipse est, sed quendam principatum in creaturis adoptione nobis concessit. Vnde alius translator, vt simus primitiæ creaturarum eius. [Aug. in Ps. 119. Hugo à S. Vict. de instit. monast. cap. 6.]
c *Sit autem omnis homo velox ad audiendum.* Suprà monuit ad tolerantiam tentationem, deinceps instruit moralibus præceptis. Primò admonet autem accommodare docenti, sero os aperire ad [† Ro. 2. d.]

a ¶Per quam regenerationis in filios lucis. b ¶Prius filios tenebrarum. c ¶Doctrina Euangelij.
a dinis obũbratio. Volũtariè enim gẽnuit nõs verbõ verita- 1 2
a ¶Ad hoc. ¶Quod à vobis habuistis ad vitia labi, à Domino superna gratia illustrari. 2
b tis ũt simus † initiũ aliquod creaturæ eius. † Scitis fratres 3
¶Et vt initium creaturæ ad quod geniti estis in vobis perseueret. ¶A doctoribus veritatis. 4
c mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audien- 5
a ¶Ne ante tempus præsumat docere.
d dum, tardus autem ad loquẽndum, & tardus ad iram. 6
a ¶Iracundus & si apud homines, apud Deum non est iustus. b ¶Quia. c ¶Quia attenti debetis esse ad audiendum. 7
e Irã ẽnim viri iustitiam Dei non operatur. † Propter quod 8
a ¶In exterioribus. ¶Animæ & corporis. b ¶Secundum malos homines abundantes in diuitiis. 9
c ¶Malitia propriæ ad interioris hominis prauitatem respicit. 10
abiicientes omnem immũndiciam & † abũdãtiam mãli- 11
a ¶Contra iram. c ¶Cum magno honore. ¶Et non solo auditu suscipite, sed etiam opere implete: quia non auditores legis iusti sunt, sed factores.
f tiæ, in mãnsuetudine suscipite insitum verbum, quod po- 12
a ¶Et si in corpore tentationes vel etiam mortem patimini, ¶Opere.
g test saluare animãs vestras. † Estote aũt factores verbi, & nõ 13
¶Sine operibus. a ¶Si per solum auditum saluandos vos putatis.
auditores tantũ fallẽtes vosmetipsos. Quia si quis auditor-
h est verbi, & nõ factor, hic cõparabitur viro cõsiderãti vul- 14

proficere, hortatur ad mundiciam corporis, & animæ. Qui non declinat a malo, non potest bonum facere. D
f *Insitum verbum.* Quod vestris cordibus prædicando imponimus, vel verbum quod insitum &, seminatum est in die redemptionis, quando vos genuit Deus: nunc perfectius suscipite, & operibus implete, qd in mysterio tenetis.
g *Estote factores verbi. &c.* ✠ AVGVSTINVS. Scopus Christianæ religionis est, vt quę ex doctrina veritatis didicimus, opere impleamus. *Beati enim qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Sic & Paulus ait. *Nõ auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Et in Apocalypsi, Ioannes cùm dixisset: *Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius,* Protinus adiunxit: *Et seruat ea quæ in illa scripta sunt.* [† Itaque Ser. de Blas. in spiri. san.] [Luc. 11.] [Rom. 2.] [† 11. q. 3. c. ira enim.] [† superfluitatem.] [Apoc. 1.]
h *Considerãti vultum.* Alleg. Qui proponit in animo suo [Allegoricè.]

B docendum, quia stultum est quod non didicit homo aliis prædicare. Qui ergo sapientiam diligit, primò hanc à Deo postulet, dehinc magistrum veritatis iniquirat, & linguam non solum ab ociosis sermonibus coerceat, sed etiam à veritate prædicanda quam nuper acceperat. vnde Salomon: *Tempus tacendi, tempus loquendi,* Quia tutius veritas auditur quam prædicatur. [Eccl. 3. b.]
d *Tardus ad iram.* Non temere, & sine causa irascatur, vel contra subditos peccantes, vel contra quoslibet fratres, vel contra felicitatem malorum, quia maturitas sapientiæ non nisi tranquilla mente percipitur. Et qui iratus iudicat, etiam si iustitiam iudicat, tamen diuini examinis iustitiam, in qua perturbatio non cadit, non potest imitari.
✠ GREGORIVS. Per iram gratia vitæ socialis amittitur, cõcordia rumpitur, lux veritatis amittitur, spiritus sancti splẽdor excluditur, iræ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur amici. [l. 5. Moral. c. 30.]
✠ SENECA. Vt furentium certa inditia sunt audax & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquieta manus, color versus, crebra suspiria, ita irascẽtium eadem signa sunt. flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, æstuans ab imis præcordiis sanguis, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, subriguntur capilli, spiritus stridens, articulorum sonus, gemitus, mugitúsque, sermo præruptus, complosæ manus, humus pulsata pedibus, & totum concitum corpus. &c. [l. 1. de ira.]
e *Propter quod abiicientes omnem immundiciam.* Monuit ad inquirendam doctrinam, ad quam suscipiendam, & vt in ea possint C proficere,

consid considerare in scripturis quasi in speculo vultum natiuitatis, qualiter homo sit natus, quam fragilis, vel quid futurus, quam breuis æui, in quantis miseriis positus: compunctionem magnam & voluntatem pœnitendi contraxit, & statim aliqua tentatione E seductus, obliuiscitur compunctionis, & ad peccata redit. Cuius inconstantiæ comparat, qui libenter verbum audit, & implere negligit. Et est similitudo inter illum qui sponte sua sine doctore se ad scripturas complicuit: & illum qui ab alio scripturas audit cum neuter impleuerit.
Puer cum nascitur, vagit per quod indicatur dolor animæ quod in vita intrat ad miserias carnis, quem dolorem postea obliuiscitur, consueta illecebris carnis.
✠ AVGVSTINVS. Mandata Dei siue cùm leguntur, siue cùm memoria recoluntur, tanquam speculum intuẽdum est secundum Apostolum Iacobum dicentem, *Si quis auditor est verbi & non factor, hic cõparabitur viro cõsideranti vultũ natiuitatis suæ in spec. &c.* Talem se Dauid vult esse, vt inspiciat tanquam in speculum mandata Dei, & non confundatur, quia non auditor eorum tantum vult esse, sed factor: propterea optat dirigi vias suas ad custodiendas iustificationes Dei. [Cõcione. 4. in psal. 118.]
✠ BERNARDVS. Euangelium, speculum veritatis nemini blanditur, multum seducit, talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit: vt nec ibi timore trepidet vbi nõ est timor, nec lętetur cùm malè fecerit. Sed quid dicit scriptura? *Si quis auditor est verbi & nõ factor, hic comparabitur &c.* Nos autem fratres, consideremus nosmetipsos in ea quã audiuimus sacri Euãgelij lectione, vt proficiamus ex ea, & corrigamus si qua in nobis deprehẽdimus corrigẽda. F [Serm. 1. in Euang. de 5. panibus.]
☞ *In le-*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec vicissitudinis obumbratio. *Nam in eo sunt plures actus intelligendi & volendi sibi succedentes: sed vnico actu simplicissimo & æterno intelligit & vnit se & omnia alia.*
2 Voluntarie enim genuit nos vir. *i. per verbum incarnatum, quod est ipsa veritas, Ioh. 12. a.* Ego sum via veritas & vita.
3 Vt simus initium aliquod creaturæ eius. *Quantum ad esse gratiæ quod hic inchoatur, & in cælo perficitur, quia gloria est gratia consummata.*
4 Scitis fratres. *Postquam beatus Iacobus induxit fideles ad resistendum tentationi, hic consequentèr eos inducit ad acquiescendum veritati. & primò eam deuotè audiendo. secundo opere adimplendo, ibi:* Estote autem. *Circa primum dicit:* Scitis fratres mei dilectissimi. *Id est scire debetis quod subditur:*
5 Sit autem omnis homo velox ad audiendum. *veritatis verbum.*
6 Tardus autem ad loquendum. *Nam hoc pertinet ad doctoris officium, ad quod se ingerere est præsumptuosum.* [Ira duplex.]
7 Et tardus ad iram. *Nam ira quæ est per vitium, oculum mentis excæcat, & ira quæ per zelum, ipsum aliquando perturbat, vt dicit Gregorius in quinto Moralium.*
8 Ira enim viri. *Quæ est per vitium.*
Iusti-
9 Iustitiam Dei non operatur. *Minus dicit. & plus signat, nam ira quæ est per vitium, non solum iustitiam omittere facit, sed etiam frequenter ad faciendum iniustitiam inducit. Consequenter propositum concludit, dicens:*
10 Propter quod abiicientes omnem immunditiam. *corporis & animæ, quæ intellectum hebetat.*
11 Et abundantiam malitiæ. *i. iræ processum & augmentum vsque ad opus iniustitiæ, quod intellectum excæcat, vt dictum est.*
12 In mansuetudine suscipite, *i. verbum fidei, quod debet mentibus inseri humanis. Est autem mansuetudo quædam tractabilitas mentis: propter quod est debita dispositio ad recipiendum impressionem verbi diuini, sicut ceræ tractabilitas impressionem sigilli.* [Mansuetudo.]
13 Esto. *Hic consequenter inducit ad acquiescendum veritati, ipsam opere adimplendo. & primò facit propositum, secundò remouet oppositum, ibi:* Si quis autem. *Circa primum dicit:* Estote autem factores verbi, & non auditores tantum. *Præcepta enim diuina saltem in pluribus sunt de operabilibus, & ideo nõ sufficit auditus, sed requiritur opus. Propter quod dicit Philosophus, 1. Ethi. quòd illi qui attente medicos audiũt, sed nihil faciũt eorũ quæ dicũt. Et sicut isti non habẽt corpus bene curatum, sic nec illi animam. propter quod de tali auditore subditur:*
14 Hic cõp. viro con. vul. na. *i. vultũ suũ corporalẽ in quo natus est.*
✠ In spe-

☞ a *In lege perfectæ.* Legem perfectæ libertatis, gratiam vocat A Euangelii, quæ perfectè liberos facit à seruitute timoris. Qui legem tenebant in timore seruiebant. Quisquis eam transgrediebatur, sine miseratione lapidabatur. Hæc lex neminem ad perfectum perduxit. quia etsi cogebat timore seruire, non dabat gratiam, vt compleretur amore, & à pœnis inferni non poterat liberare. Sed charitas quæ datur in Euangelio, *Mittit foras timorem.* & du[cit a]d vitam. [Beda.] [1. Ioh 3. d.]
b *Si quis autem putat.* Monuerat vt verbum Dei non solum audirẽt, sed etiam implerent: nunc vt vndique munitos reddat, addit nil valere hæc omnia, nisi etiam lingua refrenetur à detra B ctionibus, mendatiis, blasphemiis, stulti loquiis, multi loquio. *Quia corrumpunt bonos mores colloquia praua.* [Beda.] [† 5. q. 4. c. in loco.] [† abertare finit.] [1. Co. 15. d.]
✠ LACTANTIVS. Hac conditione gignimur, vt generanti nos Deo, iusta & debita obsequia præbeamus, hunc solum nouerimus, hunc sequamur: Hoc vinculo pietatis obstricti, Deo religati sumus, vnde ipsa religio nomen accepit. &c. Diximus nomen religionis à vinculo pietatis esse deductum, quòd hominẽ sibi Deus religauerit, & pietate constrinxerit: quia seruire nos ei, vt Domino, & obsequi vt patri necesse est: [L. 4. c. 28.]
✠ HIERONYMVS. Ipsa religio à religando, & in fascẽ Domini vinciendo nomen accepit. [In c. 9. Ann.]
✠ BEDA. Pulchrè addidit, *apud Deum & patrem,* quia sunt C qui hominibus religiosi videntur, cùm à Deo habeantur profani.

a ¶Corporali, vbi sola vmbra relucet.
tum natiuitatis suæ in spẽculo. Considerauit enim se, & 1
a ¶Quia non rem, sed solam vmbram vidit: sic & ille qui habet verborum vmbram, non corpus operis. b ¶Qui solo auditu putat se saluari, fallitur: sed. c ¶Audiendo verbum Euangelij.
abiit, & statim oblitũs est qualis fuerit. Qũi autem perspẽ- 2
¶Continuatione operis.
a xerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea non 3
auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in 4
a ¶Non in auditu. b ¶In futuro. & si hic miser. c ¶Non solum sitis factores verbi, sed & linguam refrenate.
b factõ suo ẽrit. † Si quis autem putat se rẽligiosum esse, non 5
a ¶Per fidem quam habet per opera fidei. b ¶Non intelligens se puniendum pro peccato linguæ. c ¶Inutilis: non munda. 6
c rẽfrẽnãs linguam suam, sed † seducẽns cor suum, huius vã- 7 8
a ¶In cordis inuentione. b ¶Operis executione. c ¶Qui non fallitur in discernendo sicut homines, & qui filiis pie consulit & terribuit.
d na est religio. Religio mũnda & immãculata apud Deũm 9
e a ¶Succurrere. b ¶Qui carent præsidio patrum & maritorum, de quibus dicitur quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. 10
& patrem hæc est: visitãre pupillos & viduas in tribula- 11
a ¶In tempore necessitatis. b ¶Qui mundum diligit, immaculatum se à seculo non custodit.
tiõne eorum, & immãculatum se custodire ab hoc seculo.

Vnde & Salomo ait: *Est via quæ videtur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortem.* D [Prou. 14.]
c *Non refrenans linguam suam. &c.* ✠ AVGVSTINVS. Verbositas quid aliud est, quàm semen q fructũ nõ facit? O verbose, erubesce, & considera tuam miseriam. Quid enim aliud es, quam sal infatuatum, quod ad nullum valet condimẽtum? Verè infructiferus es, & facis infructiferos qui te libẽter audiunt. O verbose, mendax, qui veritatem rarò dicere voluisti! O loquax, cognosce teipsum: nam loqui nunquam erubescis, nec consideras quid, sed quantum dicere possis. &c. O artifex mendaciorum, ô faber fabularum, lege quod dicitur: *Quia vir linguosus non dirigetur super terram.* O monache, & tu diligenter attendas. Qui non refrenat linguam suam, huius vana est religio &c. E [Ser. 5. ad frat. in eremo.] [Beda.]
d *Religio munda.* Quia dixerat factorem operis beatum, nunc quæ facta maximè placeant dicit, scilicet misericordia & innocentia. Nam in eo quòd pupillos & viduas visitare iussit, cuncta quæ erga proximum agere debemus insinuat. Quòd immaculatos à seculo iubet custodire, vniuersa in quibus nos castos obseruare decet, ostendit. In quibus sunt & ea quæ suprà obseruare monuit, vt tardi ad loquendum, tardi ad iram. [suprà eo. c. 1. lo. 1.]
e *Et immaculatum se custodire. &c.* ✠ BEDA. Per seculum F intelligit mundum, seu omnia quæ sunt in mundo, vt sunt concupiscentia carnis, & oculorum, & superbia vitæ.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In speculo. *In quo videtur vmbraticè & imperfectè propter quod talis consideratio paruam, aut nullam facit impressionem. Sic est de auditu præceptorum Dei sine operatione.*
2 Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis. *Id est in lege Euangelica, quæ dicitur lex libertatis: Tum quia est lex amoris. lex autem vetus fuit lex timoris. Aug. in libro contra Adamnatum. Differentia legis & Euangelij, timor & amor. timor autem respicit conditionem seruilem: amor autem liberam. Tum quia lex noua liberat à seruitute legis veteris & onere, vt frequenter dictum est suprà.*
3 Et permanserit in ea. *Secundum eam viuendo.*
4 Hic beatus in facto. *Id est in opere suo.*
5 Si quis. *Hic consequenter remouet oppositum quia aliqui volebant viuere ociosi, credentes quòd eis sufficeret ad salutem susceptio fidei propter quod hoc improbat di.* Si quis autem putat se religiosum esse. *Id est perfectum Christianum.*
6 Non refrenãs linguam suam. *Iactando se quòd hoc credere sibi sufficit ad salutem.*
7 Sed seducens cor suum. *Per falsam opinionem.*
8 Huius vana est religio. *Quia non inducit ad finem debitum, sicut medicina dicitur vana quæ non inducit sanitatem.*
9 Religio autem *s. christiana.*
10 Munda & immaculata apud Deum. *Id est, accepta apud Deum.*
11 Hæc est: visitare pupillos. *i. exercere se in operibus misericordiæ erga proximum, & in operibus mundiciæ erga seipsum.*

ADDITIO. I.

In cap. 1. vbi dicitur in Postil. Omne gaudium. *Id est cæleste gaudiũ Ratio autem huius dicti:* Omne gaudium æstimate fratres, &c. *Declaratur in glo. vbi sic dicitur:* Non est *Christianæ dignitatis in temporalibus exaltari, sed potius deprimi. Mali nihil habent in cælo, boni nihil in mundo. Sed spe illius boni ad quod tenditis quidquid in via contingat gaudere debetis. hæc in glo.*

ADDITIO. II.

In eo. cap. 2. vbi dicitur in Postil. Sit autem omnis homo velox ad audiendum &c.
Licet hoc quod dicitur: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum *Satis propriè intelligatur de auditu à docente & huiusmodi: tamen videtur etiam hoc documentum se extendere ad alias collocutiones humanas in quibus homo prius debet audire quàm loqui, iuxta illud Prou. 18.* Qui ante respondet quam audiat, stultũ se demonstrat & confusione dignum. *Et hæc expositio magis concordat litteræ sequenti, cum dicit:* Et tardus ad iram. *Ex locutionibus enim inordinatis consueuit ira prouocari magis quam ex hoc quòd quis se ingerat ab officio doctoris.*

ADDITIO. III.

In eo. ca. 3. vbi dicitur in Postil. In speculo in quo videtur vmbraticè & imperfectè. [1. I]
Super illud: Hic comparabitur virò consideranti vultum natiuitas suæ in speculo. *Glo. Sicut talis considerans non rem, sed solum vmbram videt, sic ille qui habet solũ vmbram verborum, non corpus operis.*

CAP. II.

FRATRES mei. Ostendit quòd hi quib. scribebat, fide imbuti, sed operibus vacui erat: & eleemosyna quam prædicabat, non pauperibus propter æterna, sed diuitibus propter temporalia commoda faciebant. vnde eos redarguit.

CAP II.

¶Et vt possitis esse immaculati.
a FRATRES MEI 1

☞ No-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

[Diuisio.] FRatres mei. *Postquam beatus Iacobus informauit fideles ad bene se habendum respectu sui: hic consequenter idem facit respectu proximi. Et diuiditur in duas partes. quia primo inducit fideles ad bene se habendum erga proximũ in collatione boni. secundo in euitatione mali, capitu. sequen. Prima in duas: quia primo facit propositum in collatione boni honorabilis. secundo in collatione vtilis, ibi,* Sic loquimini. *Ad euidẽtiam autem primi, duo sunt præmittenda. Primum est, quod sit personarum acceptio. Secundum qualiter habet locum in exhibitione honorum. Circa primũ sciẽdum, quòd æquitas distributiuæ*
✠ *iustitiæ*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ a *Nolite.* Q. Dominus diuites inuitaret ad fidem & pauperes despiceret. Non ita est, quia Dominus pauperes elegit in hoc mundo, & eos fide donauit. Mundus pauperem abiicit, diuitem colit, fides Christi econtra docet, quia omnis gloria diuitum tanquam flos fœni misericordia in pauperes floret in æternum. (A; 1.Pet.1.d.)

b *Domini gloriæ.* Dominum gloriæ nominat, vt eius iussis obediatur qui sempiterna gloria remunerat quid quod pro eius amore pauperibus datur. († gloriosi, vel, ex opinione. Beda.)

✠ OECVMENIVS. Qui cùm respectu personarum aliquid facit, multa macula, multoque opprobrio seipsum replet, proximum dedecore afficiens, ac seipsum etiam ante illum. (B)

✠ CYRILLVS Alexand. Cùm nos hominem à Deo cognitum, & virtutibus rutilantem, in solam carnem respicientes, ex arrogantia pletumque paruifaciamus, quomodo regi omnium cõtrarij non erimus? quomodo acerbas pœnas non dabimus, sublimia quantum in nobis est deprimentes, & lucem tenebras, & dulce amarum nominantes? Considerando est igitur in sanctis gloria sua. Considerandi enim sunt non carne, sed intrinseca gloria. Verùm plurimi nostrum humilem in hoc mundo virum, etiam si virtutibus excellat, in solam tamen caducam diuitiarum gloriam iniquis oculis respicientes, non rectè iudicant: quos Christi Discipulus non iniuria reprehendit, dicens: *Si introierit in conuentu vestro vir &c.* Sed à rebus etiam ipsis cognoscere possumus, quàm amentes atque insani sint, qui exteriori habitu, non intrinsecis bonis hominem admirantur. &c. (L.4.in Io.c.4.; Isa.5.; C)

c *Tu sede &c. Tu sta.* Aug. Si hanc distantiam sedendi & standi ad honores Ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris Ecclesiæ, cõtempto paupere instructiore & sanctiore? Si autem de quotidianis consessibus loquitur, quis non hic peccat? Non tamen peccat, nisi cú apud semetipsum intus ita iudicat: vt ei tantò melior quantò ditior videatur. Hoc enim videtur significasse, subdẽdo: *Nonne* [illegible]*atis apud vosmetipsos & fa. estis. iudices, &c.* (Augu. apud Bedam.; D)

d *Audite.* Diligentius attendite, quia nõ qui ditiores in seculo, hi meliores in examine diuino. & ideo non sunt præferendi. Nam Deus non diuites sed pauperes elegit. i. humiles pro contemptu rerum visibilium: fide autem inuisibilium diuitiarum, mundo despicabiles apparent: sed hos tamẽ expectatione futuri regni regnipræclaros reddidit & nobiles. (E)

✠ CYRILLVS ALEX. Diuitiarum omnis splendor aduentitiam atque caducam hominibus gloriam adfert. Virtutis autem & interioris hominis fulgor, proprias atque naturales adducit diuitias, quæ non simul cum ista carne cadere solent: sed animo insunt, & cum ipso euolant apud patrem, apud quem multæ sunt mansiones. Non ergo diuitiis elatos, nec terrestri gloria quasi flosculos rutilantes, sed eos quos splendore operum ad inextinguibilem gloriam currere cognoscimus: in quibus interior pulcritudo omni virtutis numero lucet, honorare debemus. (F)

e *Non Deus.* Pauperis elegit Deus di. *Nolite timere pusillus Grex,* ☞ quia (Lucæ 12.b. Beda.)

a ¶ Quicunpue diuitem propter diuitias elegit, & propter paupertatem abiicit, vtrobique peccat.
a b nolite in personarum acceptione habere fidem Domini 1
nostri Iesu Christi † gloriæ. Etenim si introierit in conuen- 2 3
¶ Alias in conspectu vestro.
tum vestrum vir aureum annulum habens in veste can-
dida, introierit autem & pauper in sordido habitu: & in-
tendatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis 4
¶ In honesto loco.
c ei: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic, aut 5
a ¶ Quod est: nonne peccatum operamini. 6
sede sub scabello pedum meorum, nonnẽ iudicatis apud
a ¶ Non à Deo personarum. b ¶ Id est iudicare debetis apud vosipsos. quod praue cogitatis in acceptione ¶ Id est humanarum.
vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum ini- 7
d e quarum? Audite fratres dilectissimi: Nonne Deus ele- 8

NICOLAVS DE LYRA.

✠ iustitiæ in hoc consistit quòd aliqua diuersis tribuuntur secundum proportionem vel dignitatem vniuscuiusque. Propter quod si in tali distributione attendatur ad causam propter quam aliquis proportionatur ad tale donum, fit secundum æquitatem iustitiæ distributiuæ. vt si cancellarius Parisiensis promoueat aliquem ad magisterium, attendens ad suam sufficientiam scientiæ per quam efficiatur proportionatus vel dignus respectu talis honoris. Si autem attendat ad personam tantum, vel ad aliam quamcunque causam, quæ non facit ad hoc quòd proportionetur ad talem honorem, vt quia est consanguineus, compatriota, vel diues, vel aliquid huiusmodi facit contra æquitatem iustitiæ distributiuæ, quod per consequens peccati: quia non opponitur virtuti nisi vitium. & tale peccatum vocatur acceptio personæ seu personarum. Contingit tamen aliquam æditionem personæ facere eam dignam respectu vnius rei, non tamen respectu alterius: sicut consanguineitas facit aliquem dignũ vt instituatur hæres patrimonij, non autem vt detur ei magisterium vel prælatio Ecclesiastica. Circa secundum sciendum, quòd honor datur alicui in testimonium virtutis. 4. Ethi. Et ideo sola virtus est causa debita honoris exhibendi: & hoc contingit dupliciter. Vno modo virtus propria, & sic virtuoso debetur honor. Alio modo virtus aliena. & sic principes & prælati sunt honorandi: etiam si sint mali, inquantum gerunt personam Dei & communitatis cui præsunt. Et eadem ratione parentes & Domini propter participationem diuinæ dignitatis quoniam Deus est omnium pater & Dominus. Similiter senes propter signum virtutis quod est senectus. Et similiter diuites, quia maiorem locum obtinent in communitatibus. Si autem solo intuitu diuitiarum honorantur, est acceptio personarum: & sic peccatum. & sic loquitur Greg. homil. 28. Superbia nostra retunditur, quæ in hominibus non naturam qua ad imaginem Dei sunt facti, sed diuitias honoramus. His igitur præmissis accedamus ad literam, in qua beatus Iacobus excludit à fidelibus personarum acceptionem per quam indebitè honor exhibetur: & sic eos reducit ad debitam honoris exhibitionem. In qua sic procedit: quia primo proponit intentum. secundo inducit exemplum ibi. Etenim. Tertio probat assumptum. ibi: Audite fratres. Quarto excludit falsum intellectum, ibi: Si tamen. Circa primum dicit. (Equitas iustitiæ distributiuæ.; Honoris exhibitio va,)

1 Nolite in personarum. *Inducendo ad fidem, vel recipiendo ad eam per administrationem sacramentorum, vel nutriendo in fide per bonam exhortationem cum personarum acceptione. Quod fit quando in istis debita causa non attenditur. vt patet ex prædictis, sed indebita. s. attendendo ad proprium quæstum, vel ad alia huiusmodi: propter quæ prædicta non debent exerceri. Si autem attendatur ad honorem diuinum & Ecclesiæ bonum, & deuotionem recipientis fidem vel exhortationem, non est acceptio personarum in talibus si prædicta magis exhibeantur aliquibus quàm aliis, secundum maioritatem deuotionis eorum vel honoris diuini & Ecclesiæ: Sicut conuersio Constantini ad fidem: ex cuius exemplo valde multi venerunt ad fidem & ex eius facto est Ecclesia promota & honorata quasi per totum orbem. Sic etiam laborare ad conuersionem & nutritionem in fide diuitum & potentum magis quàm pauperum, non est personarum acceptio, attendendo ad bona quæ ex ipsis peruenire possunt magis quàm ex pauperibus.*

2 Domini nostri Iesu Christi gloriæ. *Id est. fidẽ Christi qui est Dominus & dator gloriæ, non secundum personarum acceptionem sed secundum meritorum gradus & proportionem.*

3 Etenim si introierit in conuentum. *Hic consequenter ponit exẽplum ad propositum & diuite & paupere ingredientibus congregationem fidelium in Ecclesia. & potest dupliciter intelligi. Vno modo de paupere & diuite infidelibus, qui sunt ad fidem inducendi. Alio modo de paupere & diuite fidelibus, qui sunt in fide nutriendi. Si igitur pauper infidelis vel fidelis sic contemnatur, vt de eius conuersione & nutritione in fide parum aut nihil curetur, semper est peccatum. Similiter si diues propter diuitias tamen istis præponatur. quia vtrobique est acceptio personarum. & in his duobus casibus videtur loqui beatus Iacobus. Si autem diues præhonoretur in prædictis pauperi non habendo respectum ad diuitias præcise, sed ad bonum quod ex eius conuersione vel nutritione in fide probabiliter æstimatur prouenire, non videtur esse personarum acceptio, non peccatum. Et sic intelligenda est ista litera, cum subditur:* (Discretus honor diuitis.)

4 Et dixeritis. *s. diuiti.*

5 Tu sede hic bene. *Attendendo ad diuitias præcise.* (Act.10.f)

6 Pauperi autem dicatis. *Ipsum contemnendo, vel propter paupertatem præcise ipsum minus honorabilem & amabilem Deo indicando. ideo subditur:* Et facti estis iudices cogitationum iniquarum.

7 Audite. Hic *consequenter probat suppositum. s. quòd diues propter diuitias præcise non est magis honorabilis, nec pauper propter paupertatem contemptibilis. & hoc dupliciter. Primo diuina autoritate, cum dicitur,*

8 Nonne Deus. *Vt patet de Apostolis, tamen à principio elegit aliquos diuites, vt Zachæum & Lazarum.*

☞ Diui-

☞ *quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Pauperes etiam parentes quorum nutriretur officio, elegit. (A)

a *Nonne diuites.* Apertius ostendit quos diuites superius dixerit. s. illos qui diuitias Christo præferunt, & ipsi alieni a fide eos qui credunt, per potentiam opprimunt: & ad iudicia potentiorum trahunt. Et est alia causa quare non sunt eligẽdi, quia mala inferunt fidelibus. (Beda.)

✠ AMBROSIVS. Neque omnis sancta paupertas, aut diuitiæ criminosæ: sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat sanctitas. (In 16.c.Lu.; † contemptui habuisti.; † discretus honor diuitis.)

✠ IDEM. Scias nõ omnes diuites auaros: nec in facultatibus crimen hærere, sed in iis qui vti nesciunt facultatibus. Nam diuitiæ vt impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis. (In c.19.Lu.; † malè loquuntur de bono nomine.; † Leui.19.c.; † Deut.3.c.; † & redarguimini.)

b *Blasphemant.* Hæc Apostolorum temporibus plures Gẽtilium & Iudæorum maximè priores fecisse inueniuntur. (Beda.)

c *Si tamen legẽ.* Quia asperè & de contemptu diuitum locutus erat, & quodammodo conntrarius legi diuinæ quæ omnes diligi præcipit, ne omnino cõtemnendi diuites putentur, subdit: Quasi propter prædictas causas non sunt eligendi. Sed tamen si perficitis hanc legem quæ dicit: *Diliges proximum:* Benefacitis quia etsi diuites propter diuitias nõ sunt eligendi, non tamen propter Deum minus sunt diligendi. (B; Matt.22.d.)

d *Regalem.* i. excellentem, vel quia communis est omnibus, & omnes complectitur. Vel quæ dicit: *Non confundas personam pauperis nec honores vultum potentis,* & alibi: *Nulla erit distantia personarum.* Ita paruum vt magnum audieritis, quia iudicium Dei est. (Leuit.19.c.)

e *Quicunque autem.* Ne putarẽt contemptibile esse peccatum in hac vna re legem transgredi, addit: Quicunque.

f *Offendat autem.* Verè qui in vno offendit est transgressor totius legis, quia qui peccat contra autorem legis facit quem in sua lege negligit, & contra charitatem, quæ est causa & mater totius legis. Hanc sententiam ex simili videamus. Si quis me offenderet, omnes fratres & amicos meos in me offenderet, & quodammodo contra omnes peccaret. Sic qui vnum mandatum negligit, cætera quæ completa videbantur adiuuare, sibi inutilia reddit.

Vel aliter: *Charitas est plenitudo legis.* In cuius præceptis tota lex pendet. Qui autem contra charitatem facit, meritò omnium reus est. Nemo autem peccat, nisi contra charitatem faciat: quia nec Deum verè diligit cuius legem negligit, nec proximum in quem delinquit. Quia ergo superius ostenderat eos in charitate peccare, quod dicunt pauperi, tu sta illic. competenter subdit: Qui in vno, i. charitate offendit (quæ est radix omnium præceptorum) ab omnibus præceptis quæ sunt quasi filij charitatis, accusatur. Reconciliato autem illo vno in quo offenderat, cætera omnia reconciliantur. Cur ergo non dicuntur paria peccata, nescio, nisi fortè quia magis facit contra charitatẽ, & magis offendit Ecclesiam qui grauius, & minus qui leuius peccat. (Rom.15.c.; Aug Epist. 29.; C; D)

g *Omniũ reus.* Apud Deum qui nihil dimittit impunitum, qui scit quàm necessariam legem dederit, qui negligit mandatum, credit illud à Deo inaniter institutum. (I.de vera & falsa pœni. c.14.)

✠ AVGVSTINVS. Defleat pœnitẽs, quoniam in vno offendens factus est omniũ reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abũdauit. Etiam alio modo offendens in vno, reus est omniuũ: quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Nam si quis cadit in auaritiam, largitatem destruit: & etiã castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret &c. († tribunalia?; † De pœdi. 5.c fi.; E)

✠ HIERONYMVS. Obsecro te, nonne Apostolus Iacobus scribit, Qui in vno offenderit, eum esse omnium reum? Ipse locus se interpretatur. Non enim dixit, qui diuitem pauperi in honore prætulerit, reus est adulterii, vel homicidii: in hoc enim delirant Stoici paria contendẽtes esse peccata: sed ita: Qui dixit, non mœchaberis, dixit &, Non occides: quod & si non occidis, mœcharis autem, factus es transgressor legis. Leuia cum leuibus, & grauia cùm grauibus comparantur, nec ferula dignum vitium, gladio vindicandum est: nec gladio dignum scelus, ferula coercendum. (Dialogo.1. adu. Pelagianos.)

h *Sic loquimini.* Quando quidem malum est diuitem propter diuitias eligi, pauperem abiici, & quia bonum est propter Deum etiam diuites diligere, pupillos & viduas visitare: ergo sic loquimini, & facite. Hoc loquendo & faciendo curate, vt proximos diligendo, à Deo diligi mereamini misericordiam impendentes, misericordia digni existatis. Lex libertatis lex charitatis, quam superius regalem vocauit, qua dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Qua lege vos Deus iudicat, cum magnam misericordiam donat: quia non iudicamini per legem pœnarum & seruitutis, sed per legem gratiæ, quæ spontaneos vocat ad pœnitentiam & peccata dimittit. (Beda.; supra eo.b.)

Aliter: Grauius iudicatur qui legem Moysi, quàm qui naturalem contemnit. Grauius etiam qui legem gratiæ, quàm legem Moysi despicit.

☞ Q. Benè (F)

a ¶ Inopes rerum temporalium, sed.
git pauperes in hoc mundo, diuites autem in fide, & hære- 1
¶ Non mundana.
des regni, quod repromisit diligentibus se? Vos autem
¶ Alias in. ¶ Dicendo, tu illic sta.
a † exhonorastis pauperem. † Nonne diuites per potentiam 2
a ¶ Auferendo bona verberando. b ¶ Et sine culpa faciunt vos condemnari.
opprimũt vos & ipsi trahunt vos ad † iudicia? Nonne 3 4
¶ Etiam. ¶ Salutiferum Christi.
b ipsi † blasphemant bonum nomen quod inuocatum est
¶ Ad protectionem vestram. ¶ Gratiæ. a ¶ Excellentem inter alias.
c super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum 5 6
d ¶ i. secundum quod scriptura testatur a ¶ s. hanc.
scripturas: † diligẽs proximum tuum sicut teipsum, bene- 7
¶ i. pauperes propter paupertatem abiicitis & diuites ad honores propter opulentiam promouetis.
facitis. † Si autem personas accipitis, peccatum operami- 8
e ni, † redarguti à lege quasi transgressores. † Quicunque 9
a ¶ Seruare in animo proposuerit. b ¶ Non ex humana fragilitate, sed reputando leue esse. 10
f autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno,
g factus est omnium reus Qui enim dixit: non mœchaberis: 11
dixit & nõ occides. Quod si non mœchaberis, occides autẽ,
a ¶ Et ita contẽptor legislatoris. b ¶ Proximis. c ¶ Ita estote misericordes proximis, sicut Deus vobis. 12
h fact⁹ es transgressor legis. Sic loquimini & sic facite, sicut p 13

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Diuites in fide. *q.d. ei debetis conformari, & sic debet in Ecclesia fieri: quia pauperes in temporalibus diuites tamen in spiritualibus diuitiis magis prouenit honor diuinus & bonum Ecclesiæ, diuitibus in temporalibus sunt honorandi. Secundo hoc idem probat ex dictum auctoritate, dicens:*

2 Nonne diuites per potentiam. *In bonis possessis damnificando.*

3 Et ipsi trahunt vos ad iudicia. *Vt condemnemini ad mortem in personis, hæc enim frequenter fiebant in Ecclesia primitiua. Tertiò hoc probat de diuitum malignitate di.*

4 Nonne ipsi blasphemant bonum nomen. *s. Iesu Christi, quod sicut Berna. dicit: Est mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.*

5 Si tamen legem. *Hic remouet falsum intellectum circa præcedentia. Ex his enim quæ dixit de diuitibus, posset aliquis credere, quia essent à fidelibus odiendi quod remouet di.* Si tamen legem perficitis. *i. à rege regum datam.*

6 Secundum scripturas. *Veteris ac noui Testa.*

7 Diliges proximum. *i. ad eandem beatitudinem consequendam. Et nomine proximi intelligitur omnis homo: quia ad imaginem Dei factus, & ad beatitudinem aptus.*

Si autem

8 Si autem personas accipitis. *Modo prædicto.*

9 Redarguti à lege. *Deu.1.c. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquã personam. Et subdit malum quod inde sequitur, cum dicitur:*

10 Quicunque autem. *Quod est intelligendum de pœna damni, quæ est carentia diuinæ visionis, quam incurrit homo per vnam transgressionem legis diuinæ: quia peccatum mortale est transgressio legis diuinæ, sed pœnam sensus incurrit grauiorem qui plures transgressiones facit. Et quòd de pœna damni intelligatur, litera sequens ostendit, cum dicitur.*

11 Qui enim dixit non mœchaberis. *Ab vno enim Deo sunt omnia, propter quod per vnius transgressionem offenditur, & per consequens eius visio tollitur.*

12 Sic loquitur. *Hic consequenter beatus Iacobus informat fideles de collatione boni vtilis, quæ consistit in operibus misericordiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit propositum. secundo remouet oppositum, ibi:* Quid proderit. *Circa primũ dicit:* Sic loquimini & sic facite. *Vt opera vestra sint verbis conformia, & qualiter, subdit:* (Diuisio.)

13 Sicut per legem. *i. legem Euagelicam.*

✠ Incipien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Q. Benè loquimini, & benè facitè: quia si negligitis, grauius damnabimini quam qui fuerunt in tempore Moysi, quia cui plus committitur plus ab eo exigitur. Quo plus maiorem quis misericordiam à Domino consequitur, eo iniustius indigenti proximo misericordiam negat, & iustus luit pœnas impietatis.

a *Iudicium sine misericordia*. ✠ Beda. Sine misericordia iudicabitur ille, qui cùm facere posset, nõ fecit misericordiam antequam iudicaretur, Quòd cùm de omnib. misericordib. rectè sentiatur, cõstat quia quo maiorem quisque à Domino misericordiã consecutus est, eo iniustius indigenti proximo misericordiam negauit, eóque iustius impietatis suæ pœnas luet. Vnde Dominus: *Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis.*

✠ Augvstinvs. Dicitur in quadam epistola Apostolica. *Iudicium sine misericordia &c.* Et alibi: *Beati misericordes, quoniam ipsorũ misericordiam rebitur Deus.* Ergo in illo iudicio erit & misericordia, sed non sine iudicio. Si enim non in quemlibet, sed in eum erit misericordia qui prærogauit misericordiam, & ipsa misericordia iusta erit, quia confusa non erit.

✠ Idem. Parua putatis opera misericordiæ? Attendite istam sententiam de sancta scriptura depromptam: Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Sine misericordia iudicabitur, qui misericordiam non fecit antequam iudicaretur. Quid deinde sequitur? *Superexaltat autem misericordia iudicium.* Id est, superponitur misericordia iudicio, in quo inuentum fuerit opus misericordiæ. Et si habuerit aliquid forte in iudicio quo puniatur, tanquam vnda misericordiæ, peccati ignis extinguitur.

b *Superexaltat autem.* Sicut iudicio dolebit qui non fecit misericordiam: ita qui fecit, remuneratus exultabit atque gaudebit,

Aliter. *Superexaltat.* Supponitur misericordia iudicio, in quo inuentum fuerit opus misericordiæ: & si habuerit aliquid in iudicio quo puniatur, tanquam vnda misericordiæ, ignis peccati extinguitur.

Aliter. *Superexaltat.* Plures per misericordiam colliguntur, s, qui misericordiam præstiterunt. *Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Hic latius disputat de operibus misericordiæ, vt quos præcedente sententia terruerat, consoletur, docendo quibus remediis expientur quotidiana peccata, sine quibus non agitur vita, ne illi qui non in vno tamen, sed in multis offendunt, in iudicio inueniantur rei omnium.

c *Quit prof. fratres, &c.* ✠ Augvstinvs. Excutiendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate falsæ suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putauerint, bene autem viuere & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apostolorum nõ intellectis quibusdam subobscuris sententiis Apostoli Pauli, hoc quidem eum arbitrati sunt dicere. &c. Cùm dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis, nõ hoc agit, vt præcepta ac professa fide opera iustitiæ cõtemnantur: sed vt sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiã si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum. Quoniam ergo hæc opinio tũc fuerat exorta, aliæ Apostolicæ epistolæ Petri, Ioan. Iacobi, Iudæ, contra eam maximè dirigunt intentionem, vt vehementer astruant fidem sine operibus nihil professe: sicut etiam ipse Paulus non quamlibet fidem, sed eam salubrem definiit, quæ per dilectionem operatur. A liam ita nihil prodesse ad salutem asseuerat, vt dicat: *Si habeam omnem fidem, charitatem autem non habeam, nihil sum.* &c. Iacobus quoque vehementer infestus est eis qui cupiunt fidem sine operibus valere ad salutem, vt illos etiam dæmonibus comparet, D. *Et dæmones credunt & contremiscunt.* Quid verius, breuius, vehementius dici potuit, cùm & in Euangelio legamus, hoc dixisse dæmonia, cùm Christum filium Dei confiterentur, quod in Petri confessione laudatum est? *Quid proderit* ait Iacobus, *si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat?* Nunquid poterit fides saluare eum? Dicit etiam, *Quia fides sine operibus mortua est.* Quousque igitur falluntur, qui fide mortua, sibi vitam perpetuam pollicentur?

d *Sic & fides.* Sicut sola verba pietatis nudum vel esurientem nõ recreant si non & cibus præbeatur & vestis, ita fides verbo tenus seruata non saluat. Quod legitur: *Qui credidit & baptizatus fuerit, saluus erit.* De fide quæ per dilectionẽ operatur, est intelligẽdũ.

e *Si dicet quis.* Non solum propter prædictas rationes debetis ad benè operandum inclinari, sed etiam propter hoc, ne improperium ad aliis patiamini, quia aliquis assumpta fiducia de suis operibus, vt oft ẽdat solã fidẽ nõ valere, improperando dicet, tu fi. &c.

f *Tu a.* Probauit eos q opera nõ hẽnt verã fidẽ nõ hẽre, nũc cuiusmodi fidem habeãt, patefacit, ne illã talem fidẽ magnificant.

a *Et dæmones credunt, & contremiscunt.* Scriptum est: *Exibant dæmonia ab hominibus clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei*, sed & legio, quæ hominem obsidebat, timens clamabat: *Quid mihi & tibi fili Dei summi? Adiuro te per Deum ne me torqueas.* Qui ergo Deum non credunt, vel creditum non timent, dæmonibus tardiores & proteruiores sunt.

b *Vis autẽ scire ô homo inanis.* Probato, q fides sine operibus mortua est, vt euidentius ad bonam operationem inuitet eos, elegans exemplũ bone operationis Abraham patriarchã proponit illis, qui de circuncisione credidérant, vt bonum patrem quasi boni filij imitentur in tẽtatione & in operatione.

c *Abraham pater noster, &c.* Quod Abrahã per fidẽ sine operibus iustificatus dicitur, de operibus, quæ præcedebant intelligitur: quia per opera, quæ fecit iustus non fuit, sed sola fide, hic de operibus agitur, quæ fidem sequuntur, per quæ amplius iustificatur, cum iam per fidem fuisset iustus, vnde Paulus: *Fide Abraham obtulit Isaac cum tentaretur.* Hæc oblatio est opus & testimonium fidei & iustitię. Paulus in Abraham fidei constantiam: Iacobus laudat operum magnificentiam, quia vtroque fuit perfectus Abraham, & de vtroque in exemplum proponitur.

d *Offerens filium suum Isaac super altare?* Magna tentatio cum filium iubebatur occidere, magna fides, cum etiam de mortuo credebat se posse semen accipere. Magnum opus, cum dilectissimum non dubitaret offerre.

e *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus, &c.* Quia obtulit illum, in quo acceperat promissionem, apparet magna virtus fidei: quia etsi eum offerret, credebat promissionem implendam, quia potentem credebat Deum etiam suscitare mortuum.

f *Credidit Abraham.* Augvstinvs. Aliud est credere in Deum, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere illum, est credere, quòd sit Deus. Credere illi, est credere vera esse, quę ille dicit. Credere in illum, est tendere cum charitate in illum. Primum & secundum, dæmonum & multorum malorum esse non dubitatur. Tertium enim est bonorum.

g *Similiter.* Ne causarentur opera tanti patris se imitari non posse, præsertim cum modo nullus cogat filios offerre, addit exemplum peccatricis mulieris, quæ per opera misericordiæ & hospitalitatis solura est à peccatis, & ascripta ciuis Israhitici populi: & annumerata in generationibus Saluatoris.

h *Raab meretrix, &c.* Latitudo, quæ significat ecclesiã fide dilatatã. Huius exẽplo monet patriæ pereũtis interitum cauere, per opera misericordiæ nuncios Christi suscipere & seruare, & ad Iesum remittere sicut legitur beatus Gamaliel fecisse.

i *Sicut enim corpus sine spiritu, &c.* ✠ Dionysvs Alex. Quoniam sicut spiritus cohærens corpori viuificat eum, & opera fidei coaptata viuam eam esse procurant, cogitandum est, vt fides habeatur cum operibus virtute dignis, vt non mortua, sed viua consistat. Nam & qui habet corpus animale non mortuum, sed viuum, illud per societatem spiritus vult habere. Notandum, scilicet, quia cùm fides mortua sit præter opera, iam neque fides est nam neque homo mortuus, homo est, &c.

✠ Ephrem Syrus. Cùm de fide disputas, considera vtrum habeas opera fidei congruentia. Nam si dicendi tantum & audiendi studiosus es, illud in te iacietur: fides sine operibus mortua est. Profectò enim mortui sunt omnes, qui Deum se nosse profitentur, factis autem negant, cùm sint (vt ait apostolus) abhominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.

✠ Bernardvs. Sicut corporis vitam ex motu dignoscimus, ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaq; vita quidem in corporis est anima, vita verò fidei est charitas, quia per illam operatur, sicut in apostolo legis. Vnde & refrigescente charitate, fides moritur, sicut anima recedente.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Incipientes iudicari, *s. ad iudicium futurum debite disponi, vbi dabitur sententia beatitudinis consequenda pro operibus misericordiæ. Mat. 25.c.* Venite benedicti patris mei &c. *& subditur,* Esuiui enim, & dedistis mihi manduca. &c.

2 Iudicium enim sine misericordia, *Mat. 25. d.* Ite maledicti in ignẽ æternũ, *Sequitur,* Esuiui.n. & nõ dedistis mihi mãducare &c.

3 Superexaltat autem misericordia iudicium. *Amicabilius duhis inter iustitiam & misericordiam, semper declinandum est ad patrem. Vnde dicitur Iac. 2.* S. *super Exo. quòd apud Hebræos fuit antiquitus constitutum, quòd si maior pars iudicium in vno condemnet, aliqui ad mortem, non propter hoc est interficiendus: sed expectanda est maior deliberatio. Si autem maior pars in vno liberet eum, est liberandus.*

4 Quid proderit. *Hic consequenter remouet oppositum. s. quòd fides sine operibus misericordiæ valeat ad salutem. Et remouet primò per rationem secundo per exemplum, ibi:* Vis autem scire. *Circa primum ponitur quadruplex ratio. Prima accipitur ex defectu talis fidei. & est talis. Illud quod est mortuum sp ritualiter, non potest saluare æternaliter: Fides sine operibus est huiusmodi, quia viuificatur per charitatem. Amor autem Dei nunquam est otiosus: Operatur enim magna si est, si autem operari renuerit, amor non est, vt dicit Greg. Homel. 30. Et hoc est intelligendum habita oportunitate operandi, propter quã fides quæ per dilectionem non operatur mortua est, & sic inefficax ad salutem, & hoc est quod dicit:* Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, *s.d. nihil proderit ad salutem.*

5 Si autem. *Hic ponitur secunda ratio quæ accipitur ex simili. Fides enim sine operibus similis est verbo sine intellectu. Sed tale verbum nihil prodest: sicut si aliquis dicat famelico, vade & comede & non det ei aliquid ad comedendum, tale verbum nihil prodest: sed magis est frustratorium & derisorium, & hoc est quod dicitur.* Si autem fratres, & soror nudi sint. *Et patet ex dictis litera.* 6 Sed dicet quis, *Hic ponitur tertia ratio quæ accipitur ex opprobrio, quod potest inferri alicui sic credenti: quia non potest ostendere fidem suam si requiratur, quæ non verbis, sed operibus vere ostenditur. & hoc est quod dicitur:* Sed dicet quis, *id est potest dicere rationabiliter improperando sic credenti.*

7 Tu fidem habes. *Secundum dictum tuum.*

8 Ostende mihi fidem tuam sine ope. *Quasi dicat, non potes; sed ego potero qui opera habeo.* 9 Tu credis. *Hic ponitur quarta ratio & accipitur ex dæmonibus, qui credunt ex euidentia signorum, & contremiscunt timore pœnarum, & tamen hoc non valet eis ad salutem:*

✠ *quia non*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quia non possunt agere opus meritorium, & similiter suo modo fides, quæ non operatur per dilectionem non proficit ad salutem.*

1 Vis autem scire. *Hic consequenter dictum errorem remouet per exemplum duplex. Secundum ponitur, ibi:* Similiter autem. *Primum est ipsius Abrahæ quod proponit inuehendo contra aduersarium di.* Vis autem scire. *per exemplum.*

2 O homo inanis. *Dicitur autem res inanis, quæ non consequitur finem debitum sicut medicina, quæ non inducit sanitatem, & eadem ratione homo, qui per opera bona non consequitur beatitudinem.*

3 Quoniam fides sine operibus, &c. *q.d. ostendam tibi per exemplum patris nostri Abrahæ ideo sequitur.*

4 Abraham pater noster nonne ex operibus. *q.d. sic, Sed contra hoc videtur dictum apostoli Rom. 4. a.* Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam, sed non apud Deum. *Et ibidem. 4. c.* Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. *Dicendum, quòd Apostolus loquitur ibi contra illos, qui opera cæremonialia legis dicebant esse necessaria ad salutem: quæ tamen iam cessauerant in morte Christi quantum ad efficaciam.*

5 Offerens. *Hic consequenter ponit exemplum de obedientia Abrahæ ad Deum, procedente ex magna Dei dilectione, quæ semper manet ad Deum, procedente ex magna Dei dilectione, quæ semper manet ad Deum, procedente ex magna Dei dilectione, quæ semper manet

Universidad de Deusto Biblioteca

A

ADDITIO I.

In cap. 2. vbi dicitur in Postilla: Quicunque autem totam legem seruauerit: offenderit autem in vno, &c.

In hoc quod dicit Apostolus: Quicunque offenderit in vno factus est omnium reus. *non videtur loqui de pœna damni tantum, cum de distinctione inter pœnam damni, & pœnam sensus nulla sit mentio in hoc loco nec in præcedentibus, nec in sequentibus. In hoc etiam quod sequitur.* Qui enim dixit, non mœchaberis; dixit & nō occides. *non habetur nec innuitur talis distinctio. vnde expositio Postil. de hoc quod dicitur:* Qui offenderit in vno, &c. *non videtur propria seu literæ consona: licet quod præsupponit verum sit, & ideo aliter videtur dicendum. Ad quod sciendum, quòd præcepta diuinæ legis præsertim negatiua, quæ obligant ad semper & pro semper, de quibus hic agitur, copulatiuè sunt intelligenda, sic quòd ad omnia seruanda omnes obligantur. Vnde, qui in vno offendit, manifestum est, quòd non omnia seruat: ad quorum omnium obseruationem tenetur: & ideo factus est omnium reus, id est, reus tāquam ille, qui non omnia seruauit, vt tenetur. Et hoc videtur dicere glos. vbi sic: Reus est apud Deum, qui nihil dimittit impunitum, qui scit quàm necessariam legem dederit, qui negligit mandatum, credidit illud inaniter à Deo datum, hæc in glo. Ex quo habetur, quòd qui offendit in vno, offendit*
B *suo facto non esse necessariam totam legem, & sic totius legis est reus. Et notandum, quòd beatus Iacobus in hoc docet contra falsam doctrinam Pharisæorum, qui legem diuinam falso interpretantes communiter tenent, quòd ille, qui plura mandata numero seruat, & tamē in paucis trāsgreditur, nihilominus est iustus apud Deum, eo quòd Deus (vt dicunt) iudicat hominem secūdum pluralitatem vel paucitatem meritorum & demeritorum,* D *ita quòd ille, qui plura opera meritoria fecit, etiam si pauca aliqua numero demeritoria postea committat: non propter hoc est iniustus apud Deum. Quod manifestè ponit Ra. Moy. in suo Deut. in tit. 1. de pœnitentia, & sic alij tenent communiter. Quæ quidem doctrina falsissima est & erronea. Legitur enim Deut. 27. d. inter maledictiones, quæ ibi ponūtur contra transgressores legis vltima:* Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos perficit. *Ex quo patet, quòd per transgressionem vnius præcepti non perficitur lex: & sic incurritur illa maledictio. Idem habetur expressius Eze. b. 23. c. vbi sic.* Etiam si dixero iusto, quòd vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur. *Et sic patet, quòd Pharisaica doctrina in hoc sicut in alijs quàm pluribus deuiat à veritate sacræ scripturæ, & de hoc docet nos Apostolus in dictis verbis, vt prædictum est, &c.*

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in Postil. Superexaltat autem misericordia, &c.

Hoc quod dicitur: Superexaltat autem misericordia, iudicium, *aliter, & magis propriè exponitur in glos. vbi sic supraponitur, misericordia iudicio, quia iudicium, quod est cum misericordia per ipsam misericordiam placet, commendabilius est, & magis hæc in Glo. Quod autem* E *Postil. allegat de Ra. Sa. est vna de iniquitatibus Thalmudicis quibus irritum faciebant mandatum Dei propter traditiones suas, vt largius fuit dictum in additione super Isa. 33. & Zach. 5.*

CAPVT III.

a ¶Nisi tantum discreti & in scripturis edocti. b ¶Vel in pluribus ecclesiis vel plures in vna ne velitis esse magistri. c ¶Quibus bona cupio.

a † Nolitē plurēs magistri fieri fratres mei, 1
¶Vsurpando magisterium.
b scientes quoniam maius iudicium † sumitis. 2
a ¶Quia & in verbo & in cæteris, & ita non sumus perfecti, quia ille tantum est perfectus, qui in verbo non offendit. 3
c In mūltis enim offendimus omnes.
¶Non alius.
d e Si quis in verbo non † offendit: hic perfe- 4

[Marg.: † Mat. 23. a. Prou. 24. — † sumpturi sumus. — † labitur.]

CAPVT III.

a *Nolite.* Sicut monui vos ad opera facienda, sic moneo ad vitanda stulta magisteria.

[Prologo libri 1. Retractat.] ✻AVGVSTINVS. Magistros tunc plures fieri existimo, cùm diuersa, & inter se aduersa sentiunt. Cùm verò idipsum dicunt, & verum dicunt, ab vnius veri magistri magisterio non recedunt. Offendunt autem nō cùm illi multa dicūt, sed cùm adhuc sua. Sic quippe incidunt in multiloquio in falsiloquiū.

[Quæst. 4. ad orthod.] ✻IVSTINVS Martyr. Cùm damnāt hæretici alij alios, ob dissensiones opinionū, perspicuum est occasionem hæreseon ex ambitione & mutua inuidia hæresiarcharum esse: propter quam causam lupi graues ab apostolo nominati.

[Beda.] *Nolite plures.* Multi fuere temporibus apostolorum, qui descendentes de Iudæa Antiochiam, nō benè eruditi in lege fidei, C docebant credentes ex Gentibus debere circuncidi, & alios errores inducebant, quæ veris prędicatoribus non paruum laborem quæstionis contulerunt. Hos ergo ab officio verbi remouet ne impediant veros prædicatores.

b *Maius.* Qui indoctus officium docendi vsurpat, & Christum non sinceriter nunciat, maiorem damnationem meretur, quàm si solus suo scelere periret. Sicut contra, qui bene ministrat, gradum sibi bonum acquirit.

[Hom. 20. in Num.] ✻ORIGENES. Vides, quæ sit conditio principum populi: non solum pro suis arguuntur delictis, sed & pro populi peccato coguntur reddere rationem, ne ipsorum sit culpa quod populus deliquit, ne fortè non docuerint ac monuerint, neque solliciti fuerint arguere præuaricatores, &c. Hæc si cogitarent homines, nunquam ambirent principatum. Sufficit mihi pro meis propriis argui delictis, & pro memetipso rationē reddere.

c *In multis.* Verè periculosum est, quia non tantum vos minus eruditi, sed nos omnes prædicatores etiam maiores in multis offendimus, alij malè docendo, alij malè viuendo, & aliis modis. Se illis connumerat, vt liberius arguat. Aliter iustus, aliter malus offendit. [Beda.] Iustus carnis fragilitate, nec iustus esse desinit. vnde Salomon: *Septies in die cadet iustus, & resurget.* Sicut quotidiana est offensio, ita quotidiana est medela orationum, & bonorum operum. Sed impij corruunt in malum.

[lib. de eccl. dogm. c. 55. & 56.] ✻AVGVSTINVS. Quod ait sanctus Ioānes, *Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus, &c.* quisquis sic accipiēdum putauerit, vt propter humilitaté dictum sit, nō propter veritatem, anathema sit. Quicunq; dixerit, in oratione dominica dicere sanctos, *Dimitte nobis debita nostra,* [Matt. 6.] pro aliis potiusquam pro seipsis, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus, cùm d. *In multis offendimus omnes.* Nam quare additum est, *omnes,* nisi, vt ista sententia conueniret cum Psalmo vbi legitur, *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens?* [Psal. 142. Dan. 9.] Vnde etiam sanctus Daniel in oratione pluraliter dicit: *Peccauimus, iniquitatem fecimus, &c.* F

d *Si quis.* Vult ostendere ineuitabilem verbi offensionem, vt imperitos deterreat ne cupiant prælationem: quia, qui cupit præesse, oportet aliis perfectiorem esse, ne offendat dum debet prodesse, sed imperiti non possunt in prędicando non offendere.

e *In verbo non offendit.* illo videlicet, cuius offensionem humana potest vitare fragilitas. Vt verbum doli, detractionis, superbiæ, iactantiæ, sed & otiosæ & superfluæ locutionis.

[lib. 22. moral. c. 2.] ✻GREGORIVS. Quis inueniri potest, qui quamlibet perfectus sit, de ocioso tamen sermone non peccet? Iacobo attestante, qui ait: *Linguam nullus hominum domare potest.* Cuius culpas redarguens per semetipsum veritas ait: *Omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, &c.*

☞ BER

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

✻ NOli plu. ma. *Postquam beatus Iacobus docuit fideles bene se habere ad proximum in collatione boni, hic consequenter idem facit in euitatione mali, & primò in verbo, & secundò facto, cap. seq. Prima in duas, quia primò ostendit mala ex vitio linguæ prouenientia, propter quæ debet ab omnibus refugi. Secundò bona ex taciturnitate sequentia: propter quæ debet ab omnibus captari, ibi:* Quis sapiēs. *Prima in duas, quia primò declarat malū loquacitatis in doctrina. secundò in communi vita. ibi:* In multis. *Circa primum sciendum, quòd ex loquacitate prouenit, quòd aliqui præsumptuosè docere volunt quod nesciant. Contra quos dicit.*

1 Nolite plures. *Nam docere est opus sapientis, quorum paruus est numerus,* stultorum autem infinitus. Eccle. 1. d.

2 Scien. quo. ma. iu. *i. maiorem damnationem incurritis, quia tales magistri faciunt alios errare, & per hoc multipliciter damnationem incurrit, Matth. 15. b.* Si cæcus cæco ducatum præstet ambo in foueam cadunt.

3 In mul. *Hic consequenter ostendit malum loquacitatis in communi vita, & hoc est quatuor, scilicet: quia inficit communiter, multipliciter, incurabiliter, & innaturaliter. Secūdum ponitur, ibi:* Potest etiam. *Tertium, ibi:* Omnis enim natura. *Quartum, ibi:* In ipsa benedicimus. *Circa primum dicit:* In multis offen. om. *& maximè in verbo, quia lingua sita est in lubrico propter quod citius mouetur ad malum, quàm alia membra, ideo subditur.*

4 Si quis in ver. non offendit: hic perfectus est vir. *quia facilius custodiuntur alia membra. Et quia pauci sunt valdè perfecti, Eccles. 7. d.* Virum de mille vnum repperi. *ideo vitium linguæ inficit communiter.*

✻ 1 Potest

☞ A [Ser. de triplici custodia.] ✻BERNARDVS. Si de omni verbo otioso reddituri sunt rationem, quanto districtius de verbo mendaci, mordaci, iniurioso, elato, lasciuo, adulatorio, aut detractorio iudicabuntur? Nemo vestrum fratres, parui æstimet tempus, quod in verbis consumitur ociosis. Volat quidem verbum irreuocabile. Leuis quidē res est sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat: leuiter transit, sed grauiter vrit: leuiter penetrat animum, sed non leuiter exit, profertur leuiter, sed nō leuiter reuocatur: facilè volat, atque ideo facilè violat charitatem, &c. *Vide Cassianum l. 1. institut. monastic. c. 10. & 15.*

a ¶Qui potest offensionem verbi cauere: potest omnia membra corporis, quæ facilius corriguntur ad bona opera circunducere: ne à recto itinere diuertantur. 1
ctus est vir. Potest etiam fræno † circunducere totum corpus.
a ¶Conuenit, vt in ora nostra frænos continentiæ immittamus ad consentiendum nostro creatori: vt per linguæ custodiam operum quoque rectitudinem obtineamus: quia ita est in hoc simili.
a † Si autem frænos equis in ora mittimus ad consentiendum
a ¶Aliam similitudinem ad idem probandum inducit.
nobis, omne corpus illorum circumferimus. Et ecce naues
¶Alias valentibus.
cum magnæ sint, & à ventis validis † minentur, circunferuntur autem à modico gubernaculo, † vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est, &
a ¶Quàm paruus vel exilis. ¶Vel ecce modicus ignis. 2
b magna † exultat. Ecce † quantus ignis quàm magnam siluam 3
c a ¶Virtutum siluam male loquendo deuorat. ¶Ipsa est. 4
d incendit. Et lingua ignis est, † vniuersitas iniquitatis. Lingua 5
¶Inter membra. 6
a ¶Peierando & aliis modis. 7
e constituitur in membris nostris, quę maculat totum corpus, 8
a ¶Id est, suggestione diaboli.
f & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehen- 9
¶Et verè mala lingua. 10
g h na. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpen- 11
¶Quotidie. ¶Iam antea.
tium & cæterorum domantur, & domita sunt à natura hu-

[Marg.: † moderari. — † Ecce. — † iactat. — † quantulus exiguus. — † mundus. i. cumulus. — † agantur. — † quocunque.]

a *Si autē frænos equis in ora mittimus.* subaudis, & in ora nostra multo magis debemus mittere. Quidā libri habent. *Sicut autem frænos equis, &c.* & coniungitur ad sequentia. *Si autem frænos equis in ora mittimus, &c. ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna ex.* B Similitudo de equis ad linguam, conuenientiam & facultatem refrenandæ linguæ ostendit. Similitudo de manibus, etiam præmium continentiæ vel pœnam incontinentiæ proponit, dum dicit linguam magna exultare.

[Beda.] ALLEGORICE. Magnæ naues in mari, mentes hominum in mundo, venti à quibus minantur, appetitus mentium, per quos naturaliter coguntur aliquid agere per quod perueniant ad bonum finem, vel ad malum. Gubernaculum, cordis intentio, qua boni transgressis seculi fluctibus salutis portum petunt, reprobi quasi Scyla vel Charybdi intereunt. [Matt. 12. c.] *Et quia ex abundantia cordis os loquitur,* rectè subiungit: *Ita & lingua modicum.*

b *Et magna exultat.* Scilicet, præmia, si impetus dirigentis benè eam gubernat. Si malè, sibi suisque magna perditionis exultat. vnde Salomon: [Prou. 18. d.] *Mors & vita in manibus linguæ.* Vitam exultat, si benè docet ecclesiam. Mortem, si malè. Agitur namque con- C tra illos, qui & vita & scientia destituti docere præsumebant.

Magna exultat. Quidam libri, & magnam exultat, quia cæterorum verba & sensus despiciens, singulariter se sapientem iactat & facundum. Contra quod: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.

[1. Reg. 2. a.] c *Ecce quantus ignis.* Sic & lingua incontinens magnam materiam bonorum operum perire facit. Et cùm ferè sit impossibile vitari peccatum etiam linguæ à perfectis, non quiuis debet appetere magisterium.

d *Vniuersitas iniquitatis.* Quia per eam cuncta ferè facinora, aut concinnantur, vt latrocinia, stupra: aut patrantur, vt periuria, falsa testimonia: aut defenduntur, vt cùm quilibet impurus excusando scelus quod admisit, simulat bonum quod non fecit.

e *Quæ maculat totum corpus.* Et quia talis est lingua totum corpus maculat, & immundum facit reputari in conspectu Dei, & D ideo graue est subire magisterium: quia *consti. in m. no.* vna est de membris nostris nimis propinqua nobis.

f *Inflammat rotam.* Contaminat totum procursum vitæ temporalis quousque ad mortem, vel vt currente rota agimur. [Beda.] Vel *rotā natiuitatis nostræ.* quia merito primæ præuaricationis ab interna felicitate proiecti, huc illúcque vaga mēte raptamur, vt vbi periculū, vbi sit salus ignoremus. Inflammatur enim hæc rota igne linguæ, cum vitium natiuæ perturbationis ineptis etiam noxiis sermonibus accumulatur.

[Beda.] g *Gehenna.* Diabolus, propter quem facta est Gehenna. Sicut gehenna semper ardet, sic diabolus vbicunq; sit, vel in aere, vel sub terra secū fert tormēta suarum flammarū, & hac pœ- E na commotus flamma vitiorum suggerit hominibus, & ea, quæ eis inuidēdo suggessit, per linguæ incontinentiam aperit, per cætera membra ad effectum perducere cogit.

[Beda. Plin. lib. 8. c. 17.] h *Omnis enim.* Legimus in Plinio immanissimam aspidem in Aegypto à quodam patrefamilias domitam quotidie de ca uerna sua egressam, & à mensa eius annonam percipere solitam. Legimus in Marcellino, Tigridem mansuetam factam ab India Anastasio principi missam.

Omnis enim natura bestiarum & volucrum, &c. Lingua prauorum bestiis ferocitate, volucribus leuitate, serpentibus virulentia præcellit. Sunt bestiales, qui exacuerunt in gladium linguas suas. [Psal. 143. Ibid. 13. b.] Sunt volatiles, *qui posuerunt in cælum os suum, & quorum os locutum est vanitatem.* Sunt serpentini, de quibus dicitur: *Venenum aspidum sub labijs eorum.*

Aliter: Aliqui bestiales sensu, & opere. Aliqui volucres instabilitate. Alij serpentes astutia nocendi, facilius possunt conuerti quàm lingua à magistro refrænari. F

[libr. de natura & grat. c. 15.] ✻AVGVSTINVS. Quod apostolus Iacobus ait, *linguam hominum nullus domare potest,* non quasi id esset facilius, quàm mansuefactio bestiarum, illam sententiam pronuntiauit: sed potius ostendens quantum sit in homine linguæ malum, vt à nullo homine domari possit, cùm ab hominibus domentur & bestiæ. Neque hoc ideo dixit, vt huius in nos mali per negligentiam permanere patiamur: sed vt ad domandam linguam diuinæ gratiæ poscamus auxilium. Non enim ait, linguam nullus domare potest: sed, nullus hominum: vt cùm domatur Dei misericordia, Dei adiutorio, Dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam, & dum conatur poscat auxilium, & oret lingua, vt dometur lingua, domante illo, qui dixit ad suos, *Non vos estis, qui loquimini, &c.* [Matt. 10.]

☞ a Ex

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Potest etiam fræno circunducere totum corpus. *Hic consequenter ostendit, quòd inficit multipliciter, præmittens ad hoc triplex exemplum. Primum est animale, nam equus, qui est animal magnum circunducitur cum fræno paruulo. Secundum artificiale, quia nauis magna mouetur cum paruo gubernaculo. Tertium naturale, quia modicus ignis magnam siluam incendit. Et eodem modo lingua, quæ est modicum membrum multa mala facit per contentiones, detractiones, seditiones, & huiusmodi, ita quòd ferè omnia mala proueniunt ex vitio linguæ. Et ex dictis patet litera paucis exceptis, quæ discurrentur.* Potest etiam fræno circunducere totum corpus. *totum corpus, scilicet, animalis magni.*

2 Et magna. *scilicet, mala.*

3 Exultat. *id est, prouocat.*

4 Ecce quantus ignis, &c. *i. quàm modicus.*

5 Et lingua. *scilicet, mala.*

6 Ignis est. *accedēs cōtentiones, seditiones & alia mala, ideo subditur.*

7 Vniuersitas iniquitatis. *supple est mala lingua virtualiter.*

8 Quæ maculat totum corpus. *nam in alia membra redundat malum eius.*

9 Et inflammat rotam. *id est, cursum vitæ nostræ, quæ assimilatur rotæ, quæ incipit & terminatur in eodem puncto, & sic nascitur homo impotens & ignorans, & si moritur naturaliter, redit ad eundem statum de communi cursu.*

10 Inflammata à gehenna. *id est, à diabolo, qui sic nominatur, eo quòd Gehennæ deputatur.*

11 Omnis enim natura bestiarum, &c. *Hic consequenter ostendit, quòd inficit incurabiliter, quia lingua mala non est domabilis sicut cætera membra, quæ possunt ligari, & à suis actibus impediri, non sic autē lingua, nisi præscindatur, & hoc est quod dicitur:* Omnis enim na. *Hoc videmus ad sensum, quia multa animalia ferocia domantur ab homine,*

6 Ignis

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Ex ipso ore proc.* Alij videntes quod agimus, exemplo nostro inducuntur, vt similiter benedicant & maledicant.

b *Non oportet.* Verè non oportet, vt eodem ore benedicamus de capite, & maledicamus de membris, quia amaritudine maledictionis consumitur dulcedo benedictionis. Quod per simile. Si simul misces dulcem & amaram aquam, per idem foramē exeant, dulcis cōmixtione amaræ in amaram conuertitur, nō amara in dulcem commixtione dulcis. Sic nō placet dulcedo linguæ, si mixta est amaritudini. *Modicum enim fermētum totam massam corrumpit: Et, non est speciosa laus in ore peccatoris.*

imaginem &c. 2.Cor.5.b. Eccle.15.b.

c *Nunquid fons.* Aliter, Oportet prędicatorē aliquando amara prædicatione vti, attrahendo, increpando. Quod satis difficile est, vt diuersis verbis ad idem tēdentibus vtrunque facere possit.

B † scientiæ præditus.

d *Nūquid opor. fr.* Nūquid oportet, vt doctor sit ficus dulcedine beatitudinis ad quam monet, & dulcibus vtatur verbis, & vt sit vitis, faciēs obliuisci omnium temporalium, in quo oportet asperis vti? Sed nunquid idem doctor potest esse ficus dulcibus attrahendo, & potest esse vitis asperioribus ab amore terrenorum retrahendo. Q. difficile est. *Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.* id est, aliquis prædicator acriter mordens mores aliorum, in eadem doctrina non potest esse dulcis eisdem.

C e *Quis sapiens & disciplinatus inter vos?* Confutatis illis, qui nec vitæ sanctitatem, nec linguæ continentiam habent, monet illos, qui sibi sapientes videbantur, vel etiam erant, vt sapientiam magis ostendant disciplinatè viuendo, quàm alios docendo, quia qui procliuior est ad docendum quàm faciendum, aliquando iactantiam, vel contentionem incurrit, vel inuidiam contra alios doctores, & alia multa mala.

Non debetis citò effici doctores, quia quis ex vobis est adeo sapiens cognitione & disciplinatus exercitatione, vt audeat magisterium sibi assumere? Prius discat benè operari quàm alios docere, vt conuersando inter vos exemplum aliorum possit esse, & hoc in māsuetudine, ne propter suam sapientiam & bonam operationem alios despiciat. D

✠Lactantivs. Omnis sapientia hominis in hoc vno posita est, vt Deum cognosat & colat. Hoc nostrum dogma, hæc sententia est. Quanta itaque voce possum, testificor, proclamo, denuntio. Hoc est illud quod philosophi omnes in tota sua vita quæsierūt, nec vnquam tamen inuestigare, comprehendere, tenere valuerunt: quia religionem, aut prauam tenuerūt, aut totam penitus sustulerunt, &c. Qui vult sapiēs ac beatus esse, audiat Dei vocem, discat iustitiam, sacramentum natiuitatis suæ norit, humana contemnat, diuina suscipiat, vt summum illud bonum ad quod natus est, possit adipisci.

lib.3.ca.vlt. † [illegible]. † emittit. E † oleas. † nullus fōs salsam ac dul.

✠Avgvstinvs. Disciplina est lex Dei, quæ in sapientes animas transfunditur, vt tanto se melius viuere sciant, quanto perfectius eum contemplantur intelligendo, & diligentius viuendo custodiant. lib.2 de ordin.c.8.

f *Quod si zelum amarum, &c.* ✠Beda. Zelum amarum dicit, quia est zelus dulcis, à quo & Simon Apostolus merito perfecti cordis nomen accepit. Quem & Helias habuit, cùm ait: *Zelo zelatus sum pro domino, &c.* Et Apostolus: *Aemulor vos Dei æmulatione.* Est & bona contentio, quam dominus nos habere præcepit dicens: *Contendite intrare per angustam portam.* 3 Reg.19. 1.Cor. Matth.7.

g *Et mendaces esse aduersus.* Et nolite mentiri Deo, cui in baptismo promisistis abrenunciare pompis diaboli, quod non facitis cum de bonis superbitis. F

a Non

a ¶Nullus doctor potest cohibere linguam verbosam subditorum. Nullus est, qui aliquando in lingua non delinquat.

mana: linguām autem nullus hominum domare potest. † In- 1

a ¶Non quiescit in vno, vt solus linguosus peccet, sed more veneni serpit de vno in alium transeundo. Qui detrahit fratri, prouocat illum ad maledicendum. De cuius veneni atrocitate plura subnectit. 2 ¶Non potest domari: quia est. b ¶Gratias agendo vel laudando. 3

quiētum malum plena veneno mortifero. In ipsa benedici- 4

a ¶Detrahendo. b ¶Rationales, vt ipse est. Vel sicut ipse principaliter præest omnibus, ita & homines præsunt cæteris creaturis. ¶In vituperio creaturæ creatorem offendimus. 5 6

mus Deum & patrem, & in ipsa māledicimus hōmines, qui 7

¶Et quia Deum benedicimus & homines m. 8

a ad imaginem & similitudinē Dei facti sunt. Ex ipso ore pro-

¶Quod est inconueniens. ¶Sed. ¶Non est vtile.

b cedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc 9

c ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine † emanat dulcem

d a ¶Sicut arbor amisso naturali fructu alterius arboris non fert fructum, sic maledictus, & si benè loqui videatur fructum benedictionis non habet.

& amaram aquam? Nūnquid potest fratres mei ficus † vuas

facere, aut vitis ficus? Sic † neque salsa dulcem potest facere

e aquam. Quis sapiens & † disciplinatus inter vos? Ostendat 10

ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine 11 12

¶Quo ad Deum, & quo ad proximum. a ¶Si zelum Dei habentes bona facitis, & ex conscientia bonorum operum amari erga proximos estis: & eos despicitis: & indignantibus verbis deturpatis. b ¶Quod minus est. 13

f sapientiæ. Quod si zēlum amarum habetis, & contentio- 14

a ¶Et si non prorumpunt in verba. b ¶Ne putetis vos habituros gloriam pro his, quæ fiunt ex superbia & ad depressionem aliorum. 15 16

g nes sunt in cordibus vestris, nōlite gloriari & mendaces esse 17

NICOLAVS DE LYRA.

1 Linguam autem. *maliloquam.*
2 Nullus hominum. *quantumcunque sapiens.*
3 Domare potest. *& subditur ratio.* Est enim.
4 Inquietum malum. *quia sita est in lubrico vt dictum est.*
5 Plena veneno. *detractionis.*
6 Mortifero. *Nam detractor interficit eum de quo detrahit per infamiam, & eum, qui libenter audit, & seipsum per culpam.*
7 In ipsa benedicimus Deum, &c. *Hic consequenter ostendit, quòd vitium linguæ inficit innaturaliter, contra enim cursum naturæ est, quòd ex eodem principio procedunt contraria, nam contrariorum contrariæ sunt causæ. & tamen ex eadem lingua procedunt contraria, scilicet, benedictio & maledictio, & hoc est, quod dicitur:* In ipsa enim benedicimus Deum. *pro beneficijs suis.*
8 Et in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt. *qui frequenter sunt innocentes qui ad* similitudinem Dei facti sunt. *& sic maledictio redundat in Deum, sicut vituperium factum imagini regis redundat in ipsum.*
9 Non oportet fratres mei hæc ita fieri. *Quia videntur naturæ contrariari. Et subdit ad hoc exemplum de fonte, & patet litera de ficu, quæ non producit nuces, quia hoc esset contra eius naturam. Et simile est quodammodo de lingua, quæ creata est ad benedicendū: & maledicere est ei innaturale. Et de aqua salsa, quæ non fit dulcis, sed manet in proprietate naturæ suæ, lingua autem maledica transmutatur à natura sua, vt dictum est.*
10 Quis sapiens & disciplinatus inter vos? *Postquam beatus Iacobus ostendit mala ex loquacitate prouenientia, propter, quæ est fugienda: hic consequenter ostendit bona ex taciturnitate prouenientia, propter, quæ est appetenda. Hæc autem bona sunt, sapientia, & disciplina, & eis annexa, quæ beatus Iacobus primò proponit secundò sapientiam distinguit, ibi:* Quod si zelum. *Circa primum sciendum, quòd ex taciturnitate quæ consistit in bona audiendo prouenit disciplina, nam discipuli boni proprium est audire, ex auditu verò sapientia acquiritur, & acquisita augmentatur. Prouerbio.1.a.* Audiens sapiens sapientior erit. *& sic vlterius sapientia in bonis operibus manifestatur, & hoc est, quod dicitur:* Quis sapiens & disciplinatus, &c. *secundum habitum acquisitum vel infusum, vel vtroque modo, quia sapientia acquisita bene disponit ad sapientiam infusam, sicut patet de Daniele & socijs eius Daniel.1.* Sapientia humana.
11 Ostendat ex bona conuersatione operationem suam. *id est, per effectum exteriorem.*
12 In mansuetudine sapientiæ. *quæ opponitur loquacitati & vitio linguæ.*
13 Quod si zelum amarum. *Hic consequenter distinguit sapientiam in mundanam, & diuinam. Secunda describitur, ibi:* Quæ autem desursum est. *Circa primum sciendum, quòd sapientia humana hæc dicitur, quæ per cautelas & mendacia tendit ad finem indebitum, & hoc procedit ex passionibus inordinatis & maximè inuidiæ & odij, & hoc est quod dicitur:* Quod si zelum, *id est, inuidiam.*
14 Habetis. *ad inuicem.*
15 Et contentiones sunt in cordibus vestris. *id est, intentiones inferendi nocumentum proximo.*
16 Nolite gloriari. *si deducatis ad effectum tanquam sitis sapientes.*
17 Et mendaces esse aduersus veritatem. *quia non est vera sapientia, sed magis stultitia, ideo subditur.*

1 Non

A a *Non est enim ista sapientia, &c.* ✠Beda. Paulus frequēter animalem appellat hominem, qui nil gratiæ spiritualis habens, ea tantummodo, quæ naturaliter carnis siue animæ sensibus insita sunt, cogitare vel facere nouit. Meritò ergo contentiosa, & superba sapientia esse terrena, & diabolica memoratur: quia dum terrenā gloriam anima quærit, dū expers animę spiritalis, remanēs sola ea, quæ sibi naturaliter post reatū primæ præuaricationis sunt insita, cogitat, iure à maligno delusa spiritu, ad agenda se illa, quæ sunt vesana & noxia conuertit. † æmulatio.

b *Quæ autem.* Hæc est māsuetudo, quam superius habendam esse præcepit zelo amaritudinis, & contentionibus aduersa.

B c *Primum quidem pudica est deinde.* Nisi primùm pudicitia sedeat in mente, nulla perfectio sequetur in opere.

d *Suadibilis, bonis.* Si quominus agit, vel propter ignorantiam vel propter negligentiam bonorum suasioni assensum prębeat.

✠Bernardvs. Sapientia carnis voluptuosa est, non pudica: tumultuosa est, non pacifica: Sapientia verò, quæ ex Deo primum pudica est, non quærens, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi: vt non suam quisque faciat voluntatem, sed consideret, quæ sit voluntas Dei: Deinde, pacifica, non abundans in suo sensu, sed alieno magis acquiescens consilio vel iudicio. Sermo 1. de nat. Dom. D

✠Avgvst. Infœlix homo domine, qui sciat omnia, te autem nescit. Beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. lib. 5. cōfes. c.4.

e *Fructus autem.* Postquam sapientiam per singulas virtutes distinxit: vt facilius inuitet ad hanc, fructum eius subiungit.

f *In pace.* Non postulat videri doctior vel sanctior quā est: non lacerat proximū ad commēdationem sui, quod contentiosa facit sapiētia. Non solum propter prædicta debet huiusmodi sapientiam appetere, sed etiam ideo: quia à facientibus pacem quasi iacientibus hoc semen seminatur, & præparatur in pace æternæ beatitudinis fructus, id est merces iustitiæ, quæ pro iustis operibus retribuitur. Qui hic studet paci: & terram cordis sui operibus pacis quasi semente aspergit, iustū est, vt habeat æternam pacem quasi fructum huius seminis. † tractabilis. † nihil discernens, & nihil simulans. E

✠Cyrillvs Alexan. Idcirco (credo) etiam tradebat suis discipulis fidele depositum dicens: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Nec enim accepta esse possunt Deo opera nostra, nisi in pace peragantur. lib. 13. in Leuiticum.

a ¶Inflata & indignans.

a aduersus veritatē. Non est enim ista sapiēntia de sursum de- 1

a ¶A Deo, qui est spiritualium bonorum dator. b ¶Terrenæ gloriæ cupida. c ¶Non spiritualis, sed more animalium sola sensibilia quærens. d ¶Id solum sapit & agit, quod diabolus in natura humana per præuaricationem infudit, scilicet, quia ad vesana & noxia se conuertit. 2

scendens à pâtre luminum: sed terrēna, animālis, diābolica. 3

a ¶Verè non est à Deo, quia vbi est zelus Dei & contentio contra proximos. b ¶In animo. c ¶In verbis. d ¶Mentis huc illùcque fluctuantis, quia se ad vnam superni intuitus ancoram figere neglexit, e ¶In conspectu Dei & si hominibus rectum videatur. 4

Vbi enim † zēlus & contēntio, ibi inconstāntiā & omne ōpus

b prauum. Quæ autem desursum est sapiētia primum quidem 5

c a ¶Castè intelligit & operatur. b ¶Per elationem se à Deo vel proximorum societate non disiungit. 6 c ¶In quibuscunque, non vltra modum nec infrà substitu. d ¶Quod bonis placet, videte sibi non displicet.

d pūdica est, deinde pācifica, modēsta, † suadibilis, bonis con-

a ¶In animo. b ¶Operibus misericordiæ, ieiuniis, vigiliis, orationibus. 7

sentiens, plena misericōrdia, & frūctibus bonis, † iudicans 8

e f sine simulatione. Fructus autem iustitiæ in pace seminatur 9

¶Opera pacis.

facientibus pacem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non est enim ista sapientia desursum descendens à patre luminum. *à quo est omne bonum.*
2 Sed terrena. *inquantum procedit ex concupiscentia oculorum.*
3 Anima. *procedens ex concupiscentia carnis.*
4* Diabolica. *procedens ex superbia vitæ. ideo dicitur sapientia mundana. quia omne quod est in mundo reducitur ad ista tria. 1. Ioan. 2.*
5 Quæ au. *Hic consequenter describitur sapientia diuina, siue à Deo data & ordinata. Primò quantum ad terminum, à quo facit recedere quod est malum, cum dicitur:* Quæ au. de. est sa. *i. à Deo data.*
C 6 Primum qui pu. est. *i. faciens recedere ab omni turpitudine. Secundò quantum ad terminum ad quem facit tendere qui est beatitudo in qua quietatur appetitus: quod notatur cum dicitur:* Pacifica. *Tertiò quātum ad illa per quæ sapientia perducit ad pacem siue finem, vbi post recessum à corruptela turpitudinis primò occurrit homini, quòd in omnibus modum debitum teneat. ideo dicitur: Modesta. secundò vt in his in quibus ipse si sibi non sufficit, aliorum monitis acquiescat. & quantum ad hoc subditur: Suadibilis. & hæc duo pertinent ad hoc, quòd homo pacem habeat in seipso. Sed vlterius ad hoc quòd sit pacificus etiam aliis: primò requiritur vt eorum bonis non repugnet. ideo dicitur:* Bonis consentiens. *Secunda quòd defectibus proximi compatiatur in affectu, & subueniat in effectu, & quantum ad hoc subditur:* Plena misericordia & fructibus bonis. *Tertiò requiritur, vt defectus aliorum emendare charitatiuè satagat. & hoc est quod dicitur.* F
7 Iudi. sine simu. *s. ne correctionē exerceant ex odio præcedenti charitatis ostensione. Hæc autem hominis pacificatio in se & cum aliis in via, est quædam prælibatio perfectæ pacis in patria: & sic est finis sapientiæ prout habetur in via. ideo subditur.*
8 Fructus au. iu. *i. beatitudo æterna quæ per iustitiam acquiritur, & in fruitione beata consistit.*
9 In pa. *quia sicut semē cōtinet fructum futurum potentialiter & imperfectè, sic pacificatio in via de qua dictū est, cōtinet pacē æternæ gloriæ.*

CAPVT IIII.

a *Vnde bella, &c.* Prohibuerat zelum & contentionem. vnde etiam latius disputat, addens etiam alia vitia, quæ inde sequuntur: Ex contentione concupiscentia, ex concupiscentiis bella & lites. Qui enim cupit præferri vel temporalibus abundare, odit, inuidet, occidit.

b *Propter quod.* Propter hæc, scilicet, quòd Deū dignè postulatis, si enim illum pia intercessione postularetis, etiam temporalia ad vsum necessaria, non solum sempiterna daret.

Et quia possent dicere, dicis nos non postulare, certè quotidie petimus.

Rabba. Petitis quidem aliquādo, & nō accipitis eo, quòd malè pe. *hinc nimirum.

✠Beda. Possunt autem concupiscentię & terrestrium bonorū in hoc loco dictę intelligi, regni videlicet appetitus, diuitiarum, honorum, dignitatum. Propter hæc

CAPVT IIII.

a ¶Q. ex sapientia pax & hic & in futuro, sed econtra in vobis. ¶Ni à zelo & contentione. 1

a Vndē bella & lites in vobis? Nonne * ex 2

a ¶Quia quod mens praua suggerit manus & lingua intemperanter obedit. 3 4

concupiscentiis vestris, quæ militānt in 5

a ¶Verè ex concupiscentiis, nam hoc ordine. 6

membris vestris? Concūpiscitis & non 7

a ¶Quod cupitis. ¶Et vt habeatis. ¶Tamen. 8

hābetis, † occiditis & zelatis, & non po- 9

¶Etiam pro temporali gloria. 10

b testis adipisci. Litigatis & belligeratis, & nō habetis, propter 11

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IIII.

Vnde bella. *Postquam beatus Iacobus monuit ne proximo malum inferatur verbo, hic consequenter inducit ad hoc quòd non inferatur facto. cuius radicem volens præscindere dicit.*
1 Vnde bel. *quibus infertur nocumentum corporis.*
2 Et lites. *in iudiciis, quibus infertur nocumentum in rebus possessis.*
3 Nonne ex con. ve. *supple talia oriuntur.*
4 Quæ mili. *i. dominantur.*
5 In mem. ve. *quia membra mouentur in talibus malis à concupiscentia contra dictamen rectæ rationis.*
6 Concu. & non ha. *quia frequenter tales non assequuntur intentū.*
7 Occiditis. *innocentes.*
8 Et zelatis. *bonis inuidentes.*
9 Et non po. adipi. *satisfactionem concupiscentiæ vestræ, quæ semper ad malum accenditur.*
10 Litigatis & bel. & non ha. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem exaggerationem.*
11 Pro. quod non po. *aliquid à Deo, præsumentes obtinere quod cōcupiscitis vestra fortitudine.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A hæc enim & eiusmodi innumera, lites frequenter inter malos & bella committuntur. *Litigatis*, inquit, *belligeratis*, pro temporali, scilicet, gloria, neque hanc obtinere valetis, propter hoc nimirum quia dominum postulare non curastis, vt ipse vobis salutaria quæque conferret. Si enim illum pia intentione postularetis, & terrena vobis necessaria ad vsum temporalem, & ad fruendum perpetuò superna bona tribueret.

lib.9. in Ioannem. ✻CYRILLVS Alex. Quod non omnibus simpliciter Dei dona parata sunt, Discipulus Christi ostendit, dicens: *Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis.* Omnibus enim, qui non ad studiosè agendum, sed ad replendas cupiditates, carnalésq; voluptates suas quicquã à Deo petunt, aures Deus penitus obstruxit. Nã quæ ipse odit, quoniam turpia sunt, ea quomodo cęteris largietur? Quomodo dulcedinis fons, amarum aliquid scaturire poterit.

B † propter quod dicit Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam

¶Dignè Deum.
quod non postulatis. Petitis & non accipitis, eo quòd malè 1 2
a ¶Deo datori ingrati. ¶Quia magis illa quàm Deum amatis. ¶Ad superfluitatem.
a petatis, vt in cõcupiscentiis vestris insumatis. †Adulteri*ne- 3 4
scitis, quia amicitia huius mundi inimica est Deo? Quicun- 5
que ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei con- 6
a ¶Concupiscit ad inuidiam, id est, cupit, vt inuideatis? non. 7
b stituitur. An putatis, quia inaniter scriptura dicat? Ad inuidiã 8 9
a ¶Sanctus qui datur in baptismo.
c d concupiscit spiritus, qui habitat in vobis? Maiorem autẽ dat 10 11
e ¶In parabolis Salomonis iuxta antiquam translationem. 12
f gratiã. Propter quod dicit: †Deus superbis resistit: humilibus 13
a ¶Vitam æternam, bonam operationem. b ¶Quia humilibus dat gratiam voluntatem Dei implete. c ¶Malæ suggerenti. 14 15
autẽ dat grãtiã. Subditi ergo estote Deo, resistite autẽ diabo- 16

D Deut.7.a Exod.23.d — ita per Moysen loquitur: *Non inibitis cum eis fœdus, nec cum dijs eorum.* Et rursus: Non facies opera eorum, sed confringes statuas eorum.

d *Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis.* Vel spiritus concupiscit ad, id est, contra inuidiam, id est, hoc desiderat, vt inuidia tollatur. Vel cupit, vt inuideatis mundo, nec ametis eum. Vel spiritus cuiuslibet hominis cupit temporalia ad inuidiam, quia inuidet aliis, quod non habet.

† 5.q.4.c. hæc autẽ §. ex his hominibus. * & adulteræ.

e *Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus.* Spiritus gratiæ non facit inuidere immo dat gratiã, id est, gratuita dona maiora quàm sunt diuitiæ seculi. Propter quod, id est, vt sciamus dat, & quibus non dat, dicit scriptura. E

† 1. Pet.5.b

f *Superbis resistit: humilibus autem dat gratiam, &c.* Malos omnes punit Deus, sed superbis specialiter resistere dicitur, quia maiori pœna plectuntur, qui Deo subdi pœnitendo negligunt. Sed humilibus dat gratiam, qui in suorum plagis vitiorum manibus veri medici se subdunt.

Ser.213. de en p. ✻AVGVSTINVS. Quanta sit veræ humilitatis virtus, facilè ex verbis domini agnoscitur, qui vt superbiam Pharisæorum damnaret, dixit: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Humilitatis quippe passibus ad cœli culmina conscenditur, quia Deus excelsus non superbia, sed humilitate attingitur. De hoc dictum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde & in Psalmis dicitur. *Excelsus dominus, & humilia respicit, &c.* Discamus ergo humilitatem per quam Deo propinquare poterimus, sicut ipse in Euangelio dicit: *Discite à me, quia mitis, &c.* F

a *Adulteri nescitis, &c.* Dixerat, suprà de apertis inimicis Dei: *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? &c.* Sed ne putentur hi soli esse inimici, qui apertè blasphemant & persequuntur, agit hic etiam de omnibus amatoribus mundi, quòd inimici sunt Dei. Non debetis in concupiscentiis insumere, quia per hæc probamini amatores mundi, & ita adulteri, quia relicto amore sapientiæ cælestis, ad amplexus mundi declinatis, & per hoc inimici Dei.

b *An putatis, &c. sp. qui h.* Non debetis litigare: nam spiritus, qui in vobis est, non concupiscit ad inuidiam, sed potius facit concordes, & hoc dicit scriptura, & an putatis, quòd inanis sit scriptura?

C c *Scriptura dicat?* quæ à malorum societate fideles coercens, ita

NICOLAVS DE LYRA.

1 Petitis & non accipitis. *q. di. si aliquando aliqua petitis à Deo, non accipitis, & subditur ratio.*

2 Eo quod malè petatis. *petendo ea, quæ sunt saluti vestræ contraria: vt inimici mortem, vel passionem, vel aliquid huiusmodi, ideo subditur.*

3 Vt in concupiscentiis vestris insumatis. *id est, concupiscentias vestras impleatis. Insumo insumis est verbum compositum ab in & sumo, & sic insumere est intus sumere, quod est concupiscentiam malorum adimplere.*

4 Adulteri. *Superius beatus Iacobus docuit fideles bene se habere respectu sui & proximi: hic consequenter idem facit respectu Dei. Et primò facit hoc ratione diuinæ bonitatis, quæ debet homines attrahere. Secundò ratione suæ seueritatis, quæ debet recedentes ab eo terrere. cap. sequent. Prima in duas, nam primò monet à mundo & diabolo recedere, recessus enim ab vno contrario concedit accessum ad aliud. Secunda incipit, ibi:* Appropinquate Deo. *Circa primum primò monet recedere à mundo, secundò à diabolo, ibi:* Resistite. *Prima in duas, quia primò monet relinquere mundum. Secundò inducit scripturam ad suum propositum, ibi:* An putatis. *Igitur primò monet recedere à mundo, id est ab inordinata concupiscentia delectabilium huius mundi di.* Adulteri. *à propria sponsa, quæ est lex diuina, Sapien.8.a.* Exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui eam sponsam assumere. *Fornicariè adhærentes, scilicet, concupiscentiæ mundanæ.*

Diuisio.

5 Nescitis. *q. d. bene deberetis scire ex rationis dictamine, & ex frequenti vobis facta admonitione.*

6 Quia amicitia huius mundi. *id est, inordinata adhæsio delectabilibus huius mundi.*

7 Inimica est Deo. *quia facit recedere ab ipso.*

8 Quicunque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur. *hoc sequitur ex primo, & patet. Consequenter inducit scripturam ad suum propositum, dicens.*

9 An putatis quia inaniter scriptura dicat. *q.d. hoc non est putandum, quia non continet aliquod falsum aut superfluum.*

10 Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis. *Hæc litera dupliciter exponitur. Vno modo de spiritu humano, & sic legitur depressiuè: & intelligitur assertiuè. Et est sensus, quòd spiritus humanus tendit ad inuidiam, id est, ad tristitiam de bono alterius, quod inordinatè concupiscit: quod pertinet ad amicitiam huius mundi, vt patet ex prædictis. Et secundum hunc sensum hæc litera accipitur de Genesis 8. vbi dicitur:* Sensus enim, & cogitatio cordis humani prona sunt in malum ab adolescentia sua. *Apostoli namque non semper allegant verba scripturæ, sed frequenter sensum tantummodo. Et secundum hunc sensum quod immediatè subditur:* Maiorem autem dat gratiam. *dicitur de alio spiritu, scilicet, diuino. Alio modo legitur dicta litera interrogatiuè, & intelligitur negatiuè:* Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis. *quasi dicat non. Et est sensus. Spiritussanctus, qui habitat in vobis, qui datus fuit vobis in baptismo, non concupiscit, id est, non facit vos concupiscere. ad inuidiam, id est, non inducit vos ad tristitiam de bono proximi, quod facit amicitia huius seculi. Et secundum hoc ista litera sumitur ex primo capitulo Sapientiæ:* Benignus enim est spiritus sapientiæ, *& sic non inducit ad inuidiam, sed magis ad mutuam charitatem. ideo subditur.*

11 Maiorem autem dat gratiam. *qui dat dona spiritualia, quæ sunt maiora & meliora. Et hæc expositio melior videtur quàm prima. quia magis continuat literam, vt patet. & quia in libris correctis punctatur interrogatiuè modo dicto. & per consequens intelligitur negatiuè.*

12 Propter quod. *i. propter maiora bona quæ dat spiritus diuinus.* Dicit. *s. scriptura: Prou.iij.*

13 Deus superbis resistit. *denegando eius gratiæ dona.*

14 Humilibus autem dat gratiam. *nam humilitas est debita dispositio ad eam. hæc enim litera habetur Prou.iij. secundum translationem Septuaginta. vbi nostra litera habet: Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. propter quod concludit.*

Prou.3.d & 29. di. secundum Lxx.

15 Subditi ergo estote Deo. *tanquam verè humiles, vt det vobis gratiam suam.*

16 Resistite autem diabolo & fugiet à vobis. *Hic consequenter monet à diabolo recedere. Circa quod sciendum, quòd diabolus est superbus secundum quòd dicitur de eo Iob xlj. d.* Ipse est rex super omnes filios superbiæ. *Quantò autem aliquis est superbior, tanto magis abhorret superari. propter quòd diabolus volens aliquem fortiter resistentem,*

A Per superbiam mirabilis angelorum creatura cecidit de cælo, per humilitatem Dei fragilitas humanæ naturæ ascendit in cælum, &c.

Hom.3 de verbis Isai. cap.6. ✻CHRYSOSTOMVS. Nõ dixit superbos dimittit, sed resistit superbis. Non quod instructa acie, aut pugna Deo sit opus aduersus superbum. Quid enim esse possit, superbo infirmius? Nam vt qui orbatus est oculis, omnium oppositus est iniuriæ, ita & superbus, qui non videt dominum (nam superbia, vt inquit scriptura, non nosse dominum) etiam ab hominibus facilè superatur. Quod si etiam validus ac potens esset superbus, nihil opus esset Deo exercitu aduersus illum, quandoquidẽ & voluntas illi sufficit ad inuertenda omnia: multomagis ad tollendos illos. Cur igitur resistit? Quo vehemés odium declaret erga superbum.

† Affligimini B † vobis inuicem

a ¶Ita. b ¶Per bona opera, per humilitatem. c ¶Dando gratiam, vt promoueamini in melius, & liberando ab angustiis.
lo, & fugiẽt à vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit 1 2
a ¶Et ideo vos, qui hucusque fuistis peccatores. Emun.m. innocentiam manuum habete, & ne sitis duplices animo, vt æterna & temporalia simul diligatis. b ¶Innocentiam manuum habete. 3
a vobis. Emundãte manus peccatores, & purificate corda du- 4
a ¶Memores scelerum, quæ miseri fecistis. Alias qui miseros fecistis, miseriis huius mundi & paupertatem tolerantes. b ¶In animo pro commissis. c ¶Qui fuit de leuitate seculi. 5 6
b plices animo. † Miseri estote, & lugete & plorate: † risus ve- 7
a ¶Animi pro perpetratione alicuius peccati. 8
ster in luctum cõuertatur, & gaudium in mœrorem. † Humi- 9
a ¶Et ita omnibus modis humiliamini paupertatem & tribulationem eius amore ferendo, vos ipsos obiiciendo. b ¶In vita æterna. c ¶Non solum erga Deum ita vos habeatis, sed etiam erga fratres boni sitis. Vitium detractionis ad venenum linguæ respicit. 10
liãmini in conspectu domini: & exaltabit vos. Nolite detra- 11
a ¶Propter aliquod leue peccatum, vel propter aliquam scientiam, vel aliquid tale. 12
here † alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iu- 13
a ¶Ne putarent leue peccatum detrahere legi, addit esse puniendos sicut transgressores. 14
c dicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem 15
¶Vituperator. ¶Et non debes iudicare, qui à Deo iudicareris: quia qui dedit legem, vt impleretur, iudicat non implentes, & ipse potens est. 16
iudicas legem, non factor es legis, sed iudex. Vnus est enim 17 18

lib. de recti. cathol. conuersat. *Resistite autem diabolo, à fugiet à vobis, &c.* ✻AVGVSTINVS. Scitote quia nec vos, nec aliquid quod ad vos pertinet lædere potest inimicus nisi quantum Deus permiserit. Permittit autem hoc Deus duabus de causis quia peccata hominum exigunt. Aut vt probet, si boni estis: aut castiget, si peccatores. C

lib 50.ho. 12. ✻IDEM. Suadere diabolus & sollicitare potest, cogere omnino non potest. Et ideo cùm per Dei adiutorium in potestate tua sit, vtrum consentias diabolo: quare non magis Deo quàm ipsi obtemperare deliberas? &c. Est enim à dextris quodammodo præcipiens Deus, à sinistris seducens satanas, homo in medio constitutus. Cor quod inclinatur ad diabolum, quare non potius erigitur ad Deum, &c.

D Epistol. ad Demetriad. ✻HIERONYMVS. Ostendit Diuus Iacobus quomodo resistere debeamus diabolo, si vtique sumus subditi Deo, eiúsque faciẽdo voluntatem, vt diuinam mereamur gratiam, & facilius nequam spiritui, auxilio sancti Spiritus resistamus. Neque verò aperta contra nos vtitur voluntate: de consensu nostro aduersarius vires accipit, nostróque nos iugulauit gladio. Infirmus hostis est, qui non potest vincere, nisi volentem, &c.

† Pro.14.b Hiere 31.c Ioan.16.d † 1 Pet.5.d

a *Emũdate manus peccatores & purificate corda duplices, &c.* ✻BEDA. Hoc est veraciter nos appropinquare domino, operis videlicet munditiam, & cordis simplicitatem habere. Innocens, inquit, manibus & mundo corde, accipiet benedictionem à domino. Sanctus quoque Spiritus disciplinæ effugiet fictum. E

b *Miseri estote, &c.* ✻BEDA. Nolite amare locupletari, & gaudere in hoc seculo: sed memores scelerũ, quæ fecistis, hoc potius procurate, vt per breues vitæ huius miserias, paupertatem, ac lamentationem transitoriam ad sempiterna gaudia cælestis regni pertingatis.

In psal.85. ✻AVGVST. Fratres, qui vobis dicunt, Fœlices estis, seducunt vos: sicut & de epistola Iacobi Apostoli, Miseri estote, inquit, & lugete, risus vester in luctum conuertetur. Videtis, quæ audistis, quando vobis hæc dicerentur in regione securitatis. Vtique regio ista scandalorum est, & tentationum, & omnium malorum, vt gemamus hic, & mereamur gaudere ibi: hic tribulari, & consolari ibi, &c. F

c *Detrahit legi, & iudicat legem.* Quæ detractionem prohibuit quasi

NICOLAVS DE LYRA.

tem, dimittit eum tentare, timens ne ab eo superetur, propter quod recedit ab eo ante faciem belli. Vnde dicit Ambros. super Lucam: quòd diabolus instare formidat, quia frequentius refugit triumphari, & hoc est, quod dicitur: Resistite autem diabolo, *viriliter repugnando. Et fugiet à vobis.*

1 Appropinqua. Deo. *Hic consequenter beatus Iacobus monet accedere ad Deum ratione suæ bonitatis, quæ debet attrahere, quia ab eo procedit esse gratiæ & esse naturæ. Primo ergo inducit ratione primi. secundò ratione secundi, ibi:* Et nunc. *Circa primum sciendum, quòd ad Deum accedimus per dilectionem: dilectio verò Dei includit dilectionem proximi: propter quod inducit primò ad diligendum Deum. secundò proximum, ibi:* Nolite detrahere. *Prima adhuc in duas: quia primò inducit ad Dei dilectionem secundò ad quædam habentia ad ipsum connexionem, ibi:* Emundate. *Circa primum dicit:* Appropinquate, &c. *quæ appropinquatio terminatur ad dilectionem, quæ est vnio amantis cum amato.*

2 Et appropinquabit vobis. *dona gratiæ suæ conferendo, & etiam augmentando. Sed contra hoc videtur, quod dicitur. 1. Ioan.4.d.* In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. *Dicendum, quòd diligere est velle alicui bonum. Si igitur consideretur actus diuinæ dilectionis qui est in ipso, præcedit omnia temporalia cum sit æternus, & sic loquitur Ioannes in authoritate inducta. Si autem consideretur huius dilectionis effectus, qui est temporalis, sic aliquid est præcedens ex parte Dei, & aliquid ex parte hominis. Sicut enim Deus influxu generali conuertit omnia ad seipsum, sicut ad finem vltimum secundum esse naturæ, sic influxu speciali conuertit humanam naturam ad se, sicut ad finem supernaturalem, & hic influxus specialis, non est aliqua gratia habitualis: sed est motio diuina siue instinctus quæ mouet naturam humanam ad bonum meritorium, nec denegatur alicui quamdiu est in hac vita præsenti: Sed homines diuersimode ad hunc instinctum se habent: quia aliqui acquiescunt & sequuntur, & sic ad gratiam habitualem de congruo disponuntur: quibus dispositis Deus dat gratiam habitualem per quam meritoriè operantur. Alij verò resistunt instinctui diuino, & sic merito eis habitualis gratia denegatur. Patet igitur, quòd dispositio ad gratiam de congruo, quæ est ab homine modo prædicto, præcedit collationem gratiæ habitualis, quæ est à Deo, & sic dicitur hic:* Appropinquate Deo. *Veruntamen hanc dispositionem de congruo præcedit diuinus instinctus seu motio ad bonum meritorium: ad quod natura humana de se non potest assurgere, & sic dicit Saluator Ioã.6.e.* Nemo potest venire ad me, nisi pater meus, &c. *& sic patet, quod principium meriti simpliciter est à Deo, & non à libero arbitrio.*

3 Emundate. *Hic consequenter inducit ad quædam annexa diuinæ dilectioni.* Emundate ma. *id est, opera.*

4 Et purificate corda. *quia, qui diligit cordis mundiciam,* propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem, Prou.21.b.

5 Duplices animo. *id est, qui prius fuistis duplices animo, nunc Deo, nunc diabolo, nunc mundo adhærendo.*

6 Miseri estote. *id est, statum miseri assumite recurrendo ad eum cuius proprium est, misereri & parcere.*

7 Risus vester. *per dissolutionem.*

8 In luctũ. *per contritionem. Est autẽ risus lætitia exterior: Gaudium mentem respicit interiorem, vt sit mutatio integra, in facie. s. & mente.*

9 Humiliamini in conspectu. *qui videt omnia, quæcunque latentia, & non solum in conspectu hominum, qui tantum vident patentia.*

10 Et exaltabit. *in cælo vbi est perfecta dilectio.*

11 Nolite de. *Hic consequenter inducit ad dilectionem proximi remouendo dilectionis impedimeta, di.* Nolite det. *per quod infertur famæ detrimentum, & per hoc innuit oppositum. s. conseruationem bonæ famæ, & eius augmentum: quod est opus dilectionis proximi.*

12 Qui detrahit. *in ore.*

13 Aut qui iudicat. *esse malum in corde.*

14 Detrahit legi. *quæ prohibet hoc fieri. Leuit.19.* Non eris susurro, nec criminator in populo.

15 Et iudicat. *facto designans eam esse malam, quia facit tanquam licitum, quòd ipsa dicit illicitum.*

16 Si autem. *obediens ei, vt superiori.*

17 Sed iu. *tanquã superior ipsi, quod tamen est falsum, ideo subditur.*

18 Vnus est enim. *scilicet, Deus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A quasi dicat lex non rectè fecit. Vel qui detrahit fratri legem facienti, detrahit & iudicat legem quare talia iussa dederit, quæ iniurias fratrum iubet obliuisci.

a *Tu autem quis.* Non solum ideo debes vitare detractionem ne vt transgressor à Deo iudiceris. Sed ideo etiam quia fortasse in nullo præcellitis illos quos vituperatis.

✻Hieronymus. Nullo vnquã omnino detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis: magísque vitam tuam ordinare disce, quàm alienam carpere. Semper scripturæ memor esto dicentis: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Et alibi: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Est sanè hoc vitium, quod omnino extingui debeat. Nihil tam inquietat animum, nihil ita mobilem ac leuem mentem facit, quàm facilè credere, & obtrectatorum verba temerario mentis assensu sequi. Hoc sæpè de amicissimis etiam inimicos facit. Hinc crebræ dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur, &c.

-& iudex. Epist ad Celant. †& B †quod dicere debueratis.

b *Ecce nunc qui dicit.* Post increpationem detractionis arguit illorum temeritatem, qui non habentes certitudinem vitæ, cupiditate temporalium vitam & lucrum promittunt sibi in futurum.

C c *Faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, &c.* Multimodam stultitiam notat, quia & de lucrorum augmento agunt, & se multo tempore victuros arbitrantur, & suæ potestatis æstimant, vt annum faciant, & in his omnibus superni iudicis examen ad mentem reuocare contemnunt.

d *Quæ est enim vita vestra, &c.* Non consentit illis, qui dicunt post mortem nihil esse, & mortem ipsam nihil esse. Sed vt doceat, quia vita prauorum breuis est in præsenti: quam tamen in futuro mors æterna sequetur. D

✻Nazianzenus. Ne tota quidem hominum vita longa est, si cum diuina & sempiterna natura comparetur, nedum hæ vitæ reliquiæ, halitúsque (vt ita dicam) humani solutio, vitæque temporariæ finis extremus. Quantum nos anteuertit Cæsarius? Quandiu eius discessu augemur? Nonne ad eandem sedẽ concitato cursu tendimus? Nonne idem puluis propediem erimus? Talis vita nostra est fratres, qui fluxam & caducam vitam agimus. Tale terræ ludibrium: vt cùm nõ simus, nascamur: cùm nati sumus, rursum dissoluamur. In somnium sumus instabile, spectrũ, quod teneri nõ potest, auis pertransientis volatus, nauis in mari vestigium non habens, puluis, vapor, ros matutinus, flos tempore nascens, atque marcescens. Homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit, &c.

Orat in laudē Cæsarij. †Ro 14.a. †euanescit. E †De pœ.di. 2 ca.si enim

e *Scienti igitur bonum facere, &c.* Per totum epistolæ textum ostendit, quòd hi quibus scribebat scientiam boni faciendi habebant, & rectam fidem didicerant, ita vt aliis se magistros fieri præsumerent, nec tamen operum perfectionem, neque mentis humilitatem, neque sermonis continentiam adepti erant. Propter quod inter alia increpationis & exhortationis verba, modo eos multum terret, quia scientes benefacere, & non facientes, maius peccatum habent, quàm si nescirent, licet ipsa boni ignorantia magnum sit peccatum, cum scriptum sit: *ignorans ignorabitur.* Beda. F 1.Cor.14.g

☞CAP.

a ¶Non implentes. b ¶Implentes. ¶Forsitan nequior es ipso: & tuipse in maiora potes præcipitari peccata, & ille potest surgere ad bona.
a legislator & iudex: qui potest perdere & liberare. †Tu autem 1 2
a ¶Dixi vitandam detractionem: ecce aliud iudicium. Ecce vos estis, qui dicitis. ¶Stulta leuitate animi spacium vitæ proponentes. 3
b quis es, qui iudicas proximum? Eccè nunc, qui dicitis: hodie 4
†aut crastino ibimus in ciuitatem illam, & faciemus ibi qui-
c dem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui igno- 5
a ¶Alias: quid erit in crastino. b ¶Hæc non debetis vobis promittere. c ¶Breuis. ¶Fumus.
d ratis quid erit in crastinum. Quæ est enim vita vestra? Vapor 6
a ¶Et hæc omnia dico vobis pro eo: vt vos spe longioris vitæ non promittatis vobis lucra futuri temporis, sed potius dicatis: Si d. 7
est ad modicum parens, & deinceps † exterminabitur.) Pro 8
a ¶In voluntate & potentia Dei omnia relinquatis.
eo † vt dicatis. Si dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus 9
a ¶Non solum spacium, vitæ & lucra futuri temporis vobis promittitis, sed etiam. b ¶Id est, in diuitiis, quæ faciunt superbos.
hoc, aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis vestris. 10
¶Quasi veris bonis. a ¶Quæ est ad depressionem aliorum. b ¶Quia exultatis & superbitis: igitur grauiter puniemini, quia scitis bonum, & non facitis.
e Omnis exultatio talis maligna est. †Scienti igitur bonum fa- 11 12
cere & non facienti, peccatum est illi.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Qui potest perdere. *transgressores.*
2 Et liberare. *legis factores.*
3 Tu autem quis est qui iudicas proximum? *quasi dicat tu vsurpas tibi officium diuinum, ad cuius maiorem intellectum sciendum, quòd iudicare propria authoritate soli Deo conuenit, hominibus autem ex diuina commissione, tam in foro ecclesiastico quàm in seculari. Ista tamen commissio non se extendit ad ea, quæ sunt omnino occulta, sed diuino iudicio reseruantur. De his autem, quæ aliquo modo patent, vel per facta vel per signa possunt homines iudicare. Et hoc potest esse dupliciter. Vno modo cum processu ad punitionem, & hoc solum pertinet ad iudices. Alio modo sine tali processu, & hoc etiam pertinet ad alios homines. Sciendum tamen, quòd iudicium importat sententiam firmam de aliquo, si ergo procedat ex euidentia facti, nullum est peccatum, vt si quis iudicet alium homicidam, quia videt eum homicidium committentem. Et idem videtur, si procedat ex vehementibus signis, vt si quis videat solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto: nisi appareat aliquid vnde possit hoc excusari in toto vel in parte, vt consanguineitas multum propinqua, sicut est matris ad filium: vel infirmitas grauis, seu aliquod huiusmodi, & sic videns iudicat personas esse fornicarias si ambæ sint solutæ, vel adulteras si ambæ vel altera sint ligatæ. Si autem procedat iudicium ex probabilibus seu leuibus signis, & est iudicium de graui peccato, peccatum est mortale, quia tale iudicium est contra charitatem proximi, & ex peruerso affectu. Si autem non sit iudicium vel firma sententia, sed magis suspicio qua quis incipit dubitare de bonitate proximi, sic est veniale peccatum: graue tamen, vel minus graue secundum maioritatem vel minoritatem suspicionis, & probabilitatis & leuitatis signorum.*

Iudiciũ hominũ quando peccatũ & quando non.

4 Ecce nunc, qui dicitis, &c. *Hic consequenter inducit ad amorem Dei ex bonitate eius, quæ dat & conseruat esse naturale, inducens ad hanc considerationem, & remouens oppositam, di.* Ecce nunc qui dicitis: hodie, &c. *quasi vestrum esse, & operari sit totaliter in vestra ditione, cum tamen non sit ita, ideo subditur.*
5 Qui ignoratis quid erit in crastinum. *id est, futurum: quia Deus poterit interim opus vestrum, & vitam subtrahere, ideo subditur.*
6 Quæ est enim vita vestra? *& respondet.*
7 Vapor est ad modicum parens, & de. &c. *id est, valdè cito transiens.*
8 Pro eo vt dicatis. *id est, propter hoc debetis dicere tanquam coacti à veritate.*
9 Si dominus voluerit, & si vixerimus faciemus hoc, aut illud, *id est, præponentes suppositionem diuinæ voluntatis omnibus factis vestris, ex qua dependet vita, & omnis operatio vestra.*
10 Nunc autem exultatis in superbiis vestris. *Quasi diuino adiutorio non indigeatis.*
11 Omnis exultatio talis maligna est. *id est, malo igne ignita, quia à dæmone procedens, & ad ignem gehennæ disponens, & maximè homines literatos & scientes, secundum quod dicitur Luc. 12. f.* Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis, *scilicet, plagis, & hoc est, quod dicitur.*
12 Scienti igitur bonum facere & non facienti, &c. *Et si sit bonum necessitatis, eius omissio est peccatum mortale. Si autem sit bonum supererogationis, peccatum est veniale, & aliquando nullum.*

✻ CAP.

☞ CAPVT V.

A *Agite nunc.* Tempore accepto in die salutis futuras pœnas fletibus, & eleemosynis redimite.

b *Et ærugo.* Non solum immisericordes diuites visibilis gehennæ ignis cruciabit, sed etiam memoria inanium diuitiarum quibus suas culpas redimere potuerunt, & ante iudicium animas eorum, & post resurrectionem etiã carnes exuret, cum sibi irasci cœperint quare culpas eleemosynis non redemerint. Vnde dicitur diuiti: *Fili recordare, quia recepisti bona in v. &c.* Ecce erugo pecuniæ vertitur in testimonium nequitiæ & augmentũ pœnæ: quia intelligit se male congregasse ea quibus non indigebat ad vsum vitæ, & propterea grauius punietur.

Beda. †facta sunt tineis obnoxia. †ærugine vitiatum est B

✻Avgvs. Væ illis qui tales sunt. Auarus misericordiã non habet. Cupidus similis est inferno. Infernus quantumcunque plus deuorat, tantomagis cupit & desiderat: sic & auarus nunquam satiabitur. Crescit vana potentia, crescit & pœna. Potentes potiora tormenta patientur. Quanto maior honor datur, tanto maius periculum comparatur. Isti tales sunt elati, superbi, vanitate pleni, luxuriosi, gulosi, & hominibus magis placentes quàm Deo. Hi sunt seipsos amantes, gulæ seruientes, magis quàm spiritualibus intendentes: corpus ornantes, & animam fœdantes. Foris ornati, intus tabefacti. Colligentes amicitias seculares, perdentes æternales, &c.

Serm 62. ad fra. in erem.

c *In testimonium.* i. ad augmentum pœnarum. i. vt hanc visibiliter intuendo maiores cruciatus sustineatis.

d *Manducabit.* Corpora vel carnales concupiscentias, quia luxuriosas animas, & exterius sæuiens flamma cruciabit, & interius pungens dolor suæ tenaciæ accusabit. Beda.

e *Sicut.* Qui consumit metalla & cæteras res, sic ærugo vestras carnes.

f *Thesauri.* Verè ita patiemini, quia quãdo neglecta cura pauperum thesauros pecuniæ congregabatis, iram interni iudicis vobis cumulastis, quæ si nondum apparet, in nouissimis diebus iam certissima restat. C

✻ AVGV

✻Avgvst. Cogitate fratres charissimi, vbi sunt reges, D vbi potentes, vbi amici, vbi parentes. Ecce quomodo de tanta potentia vel lętitia, tanta prouenit miseria & angustia: de tantis diuitiis, tot inopiæ: de tantis satietatibus, tanta fames: de tam leui delectatione, tam longa infirmitas: de tam breui luce, tam longæ tenebræ: de tam parua suauitate odoris vel luxuriæ, tanti dolores ac fœtores dãnationis perpetuæ: & de vestimentorũ abundantia, tanta nuditas, &c. Vbi suprà

g *Ecce m.* Magna iniquitas cum pauperes nolunt suscipere, etiam mercennariis, & famulis debitã laboris mercedem nolũt reddere. vnde Iob: *Si aduersum me terra mea clamat, & sulci eius deflẽt? si fructus eius comedi absque pecunia?* E

h *Merces.* Et si pauperes patienter omnia ferentes nõ clamant, merces tamen retenta clamat. Beda. -vobis iram †lasciuistis

i *Epulati.* Nec tãtum peccastis superfluè cõgregãdo, aliena rapiendo, sed etiã superfluè expendendo. Neglectis gaudiis cęlestibus, ad quę per ieiunia & afflictiones venire oportet, carnales epulas diligitis, quas tanta fames & sitis in futuro sequitur, vt nec gutta aquæ inueniri possit, per quam ardens lingua possit refrigerari. Apparet, quia illos diuites alloquitur, ex quo ait: *Agite nunc diuites,* qui in necem domini coniurauerant: & necdum fidem eius qua saluarentur acceperant. De quibus & suprà loquitur ad credentes: *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nónne blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super nos?* Et quia xij. tribubus scribit, quæ sunt in dispersione, ita fideles monet opera fidei facere, vt eos etiam qui necdum crediderant, ad fidem, & eius opera conuerti suadeat. Improperans illis mortẽ filij Dei, & quasi nihil mali fecissent, luxuriosè & auarè viuebant. quibus propriè cõuenit quod ait: Auariciam carnes eorum instar ignis manducaturam, & quia thesaurizauerunt sibi in nouissimis diebus iram. hoc enim in eis post occisionem Iacobi completum est, cum Ierusalem, imò omnis Iudæa expugnaretur, & vastaretur à Romanis in vltionem dominici sanguinis, & cæterorum scelerum quę fecerunt.

†mactationis. i. die festo, quo immolantur victimæ.

k *Et in luxurijs enutristis.* ✻Bernardvs. Quid ad hæc ☞ diciris F

Serm. de his verb. Apost. Nos [illegible] gaudium Dei esca & potus.

CAPVT V.

a ¶Hucusque ita peccastis, sed iam pœnitentiam agite:
b ¶In pecunia. ¶In peccatis. c ¶In corde.
d ¶Manifestatione operis & vocis.
Agite nunc diuites, plorate vlulantes in 1
a ¶Respectu futurarum miseriarum. 2
miseriis vestris, quæ aduenient vobis. 3
a ¶In quibus confiditis & superflue congregatis. 4
b ¶Quæ ad ornamentum corporis, quibus indigẽtes vestire potuistis.
Diuitiæ vestræ putrefactę sunt, & vesti- 5
a ¶Non vsu necessario attrita.
menta vestra † à tineis comesta sunt.
a ¶Magis præciosa inter diuitias, & magis durabilia. deficiet ex sua infirmitate. ¶Quod non congregastis propter vsum vitæ, b ¶Superflua congregatio eorum, quæ cum non erant necessaria congregata putrescebant.
b Aurum & argentum vestrum † æruginauit, & ærugo eorum 6
c in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras si- 7 8
¶Reuelandam.
d e f cut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. 9
a ¶Nec solum damnabimini, qui vestra non datis, sed etiam quia aliena retinetis. 10
b ¶Qui collegerunt messes.
g Eccè merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, 11
h quæ fraudata est à vobis clamat: & clamor eorũ in aures do- 12 13
a ¶i exercituum. Ad terrorem illorum qui pauperes putant nullum habere tutorem, sed dominus omnipotens causas singulorum intuebitur.
i mini sabbaôth introiuit. Epulati estis super terram: & † in 14
k a ¶Omni voluptate vsi estis: & nullam de pauperum nutrimento curam habetis. 15
b ¶Cum data esset vobis facultas occidendi. c ¶Ad iudicium. 16
luxuriis enutristis corda vestra. In die † occisionis adduxi- 17

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT V.

✻ Agite nunc. *Postquam beatus Iacobus induxit ad adhærendum Deo ex consideratione suæ bonitatis, hic consequenter idem facit ex consideratione suæ seueritatis, quæ maximè in iudicio apparebit. Sciendum tamen, quòd illud iudicium sicut erit terribile malis, sic erit consolabile iustis. vnde Saluator de ipso loquens Lucæ x j. f. dixit apostolis:* His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra. *id est, exhilarate corda vestra, vt exponit Grego. home. j. Ideo beatus Iacobus malis primò incutit iudicis terrorem, vt à peccatis resiliant. secundo iustis eius fauorem, vt ei inseparabiliter adhæreant, ibi:* Patientes igitur. *Circa primum primò incutit timorem iudicis cupidis & auaris di.*
1 Agite nunc di. *s. vestras voluntates. & est ironica locutio quæ est intelligenda per contrarium. ideo subditur:*
2 Plorate vlu. *Est autem vlulatus sonus confusus, qui est signum magni doloris.*
3 In mise. vest. *id est, pro miserijs vestris.*
4 Quę adue. vobis. *in iudicio futuro. Vt patet ex sequentibus. Et subditur duplex causa prima est indebita bonorum temporalium congregatio & conseruatio, cum dicitur:*
5 Diuitiæ vestræ. *naturales, vt bladum in horreo, & vinum in cellario, & huiusmodi. consequenter loquitur de diuitijs artificialibus dicẽs:*
6 Aurum & arg. ve. *in terra absconditum.*
7 Et æru. eorum in te. vo. erit. *id est, contra vos.*
8 Et mandu. ca. *id est, affliget. quia erit causa afflictionis in gehenna post iudicium, quia tunc anima cum corpore affligetur igne gehennæ.*
9 Thesaurizastis vobis. *id est, congregastis vobis Dei vindictam.*
10 In no. die. *Tunc erit finale iudicium. Consequenter ponitur causa secunda, quæ est pauperum defraudatio, cum dicitur:*
11 Ecce mer. ope. *vestrorum.*
12 Clamat. *vos accusando. Et sciendum quòd tria sunt peccata, quæ specialiter dicuntur clamare ad Deum s. innocentis occisio, Gene. iiij. b.* Vox sanguinis fra. tui, &c. *Vitij contra naturã perpetratio, Gen. 18. c.* Clamor Sodo. & Gomor. &c. *Et pauperũ defraudatio, vt dicitur hic:*
13 Et clam. &c. sab. *id est, exercituum.*
14 Introiuit. *Ad faciendam vindictam per angelos, qui dicuntur eius exercitus, quia sunt diuinæ iustitiæ executores.*
15 Epulati estis. *Hic secundò incutit terrorem carnalibus & lasciuis. Et hoc ordinatè, quia diuitiæ præstant fomentum huiusmodi vitijs. dicit igitur:* Epu. estis su. *hoc est in præsenti vita, sed esurietis postea, sicut patet de diuite epulone, qui positus in tormentis guttam aquæ non potuit impetrare, Luc. xvj.*
16 Et in lu. *in illis delectando. Et bene de luxuria loquitur post gulã quia ministrat sibi materiam, quia semen est de superfluo alimenti. ij. de anima.* 17 Et in die. *Hic tertio incutit terrorem crudelibus & malignis, qui ex diuitijs suis & potentia mouent persecutionem iustis, eo quòd sunt dissimiles eis, secundum quod dicitur Sapien. ij. c. in persona eorum: Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, &c. Ideo dicit:* In die. *i. tempore primitiuæ ecclesiæ, in quo fideles ducebantur ad iudicia, & occidebantur sine sui resistentia. & sic ponitur hic singulare pro plurali, cum dicitur:*

✻ 1 Occid

☞ A dicitis guloſi & luxurioſi, quorum Deus venter eſt, quorum omnis vſus aut in ventre, aut ſub ventre eſt: qui (vt ait Iacobus Apoſtolus) in luxuriis enutriſtis corda & corpora veſtra? Audite, audite, *quia eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc & has deſtruet. Væ vobis qui laſciuiſtis in ſtratu veſtris.* Vt quid diligitis vanitatem, & veritatem negligitis? Pinguedo carnis, ſaturitas ventris, delitiæ corporis, aut ante mortem vos deſeret, aut vos in morte illas relinquetis. (1. Cor. 6. Amos 6.)

✲ HIERONY. Nihil ſic inflammat corpora, & titillat membra genitalia, ſicut indigeſtus cibus, ructuſque conuulſus. (Epiſt. ad Furian.)

a *Patientes.* Increpatis ſuperbis & incredulis, rurſus conuertitur ad eos, qui talium improbitate fuerant oppreſſi, inuitans ad patientiā, quia citò finientur preſſuræ, vel iuſtis raptis ad dominum, vel perſecutoribus priuatis poteſtate. (Beda.)

b *Temporaneum, &c.* Sic vos accipietis tēporaneum. i. vitam animæ poſt mortem. *Et ſerotinum.* i. carnis incorruptionem. Vel temporaneum in operibus iuſtitiæ: Serotinum in laborū retributione. vnde Apoſtolus: Habetis fructū veſtrum in ſanctificatione, finem verò vitam æternam. (Rom 6. d) B

c *Nolite ingemiſcere.* ✲ BEDA. Quaſi vos maiora meritis aduerſa patiamini, & perſecutores veſtri cùm maxima ſcelera fecerint mihi ferre videantur aduerſi.

✲ TERTVLLIAN. Natales impatientiæ in ipſo diabolo deprehendo iam tunc cùm Dominum Deum vniuerſa opera ſua homini ſubieciſſe impatienter tulit. Decepit hominem, quia inuiderat: inuiderat, quia doluerat: doluerat, quia patienter non tulerat, &c. (L. de patientia.)

d *Prophetas.* Prophetæ qui tam ſancti erant, vt Dei ſpiritus per eos ſua myſteria loqueretur, exitum malum habuerunt, mortem patiendo ab infidelibus, vt Zacharias, & alij in veteri, & in no. Teſta. Iohannes, Stephanus & alij. Nec pro hoc exitu ingemuerunt, ſed longanimiter ferre volebant. Alij longos ſuſtinuere labores ſine murmuratione, vt Noe in ædificatione arcæ: Moyſes in increpatione, & ducatu populi Dauid Ioſeph. (Beda.)

Ad vtrunque autem firmum, & immutabile ſubiungit exemplum, de Iob quantum ad labores, de domino quantum ad exitum mortis. D

e *Sufferentiam Iob.* Non dicit finem Iob, cui temporalia ſunt reſtituta, ſed patientiā Iob. Et finem domini, quia ad patiendum exēplo Iob inuitat, & tamen non vt temporalia recipiant, ſicut Iob vetus homo, ſed æterna ſicut Chriſtus nouus homo.

a ¶ Dominum Ieſum. b ¶ Sed. c ¶ Quia tanquam ouis ad occiſionem d eſt. d ¶ Quia videtis illos puniendos.
a ſtis & occidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis. Patientes igitur 1 2
a ¶ Qui incipit in fine cuiuſque. b ¶ Si ille pro fructu terræ quem ſperat tam patienter laborat, quanto magis vos pro cæleſti.
eſtote fratres vſque ad aduentum domini. Ecce agricola ex- 3
pectat precioſum fructum terræ, patienter ferens, donec ac- 4 5
a ¶ Primitias. b ¶ Ergo. ¶ Si moram facit.
b cipiat † temporaneum & ſerotinum. Patientes igitur eſtote 6 7
a ¶ Sicut agricola. b ¶ Et ſi grauia inferuntur.
vos, & confirmate corda veſtra, quoniam aduentus domini
a ¶ Vt vos ad gloriam, illi ad pœnam rapiantur. b ¶ Quaſi vos maiora meritis patiamini, & perſecutores veſtri cum mala fecerint, nihil videantur ferre aduerſi.
c appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres † in alterutrum, 8
a ¶ Damnemini, eo quod iudicem iuſtum quaſi iniquè iudicantem vituperetis. b ¶ Quia.
c ¶ Qui vobis præmia dabit, inimicis pœnam. d ¶ Quia vel proximus eſt ad cognoſcenda quæ geritis, vel cito veniet ad retribuendum & vobis & illis.
vt non † iudicemini. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Exem- 9 10 11
plum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis & † la- 12
a ¶ Inuocatione nominis, vel ad ampliandum nomen.
d boris & patientiæ, prophetas qui locuti ſunt in nomine 13 14
a ¶ Quia illos magnos reputamus & veneramur. b ¶ Illos.
c ¶ Iob ſicut veteri homini reſtituta ſunt temporalia.
e domini. Ecce † beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Suffe- 15 16 17
a ¶ Chriſto nouo homini omnia aduerſa in mundo, ſed in fine datur reſurrectio. ¶ Ideo debetis imitari.
f rentiam Iob audiſtis, & finem domini vidiſtis: quo- 18 19 20
a ¶ In natura. b ¶ In exhibitionibus gratiarum.
g niam miſericors eſt dominus & miſerator. Ante omnia 21 22 23
h

(† alius in alium. † condemnemini. † meæ afflictionis. † beatos dicimus. † pluuiam tempeſtiuā & veſpertinā. † exitus mali, & longanimitatis &)

✲ AVGVSTI. Iob quanta pertulerit, legitur, & horretur: expaueſcitur, cōtremiſcitur. Et quid recepit? Dupla quā perdiderat. Ergo ne homo propter temporalia præmia velit habere patientiam & dicat, Si tolero damnum: reddet mihi Dominus filios duplos. Iob omnia dupla recepit, & tot filios genuit, quot extulerat. Non ergo dupla ſunt? Prorſus dupla, quia & illi viuebant. Ne quis dicat: Feram mala, & reddet mihi Deus, vt reddidit Iob: vt iam non ſit patientia, ſed auaritia, &c. (L. 1. de ſymbolo. cap. 3.) E

✲ IDEM. Non ait, Suſtinentiam & finem Iob audiſtis: ſed, *finem Domini vidiſtis*, tanquàm diceret: Mala temporalia tanquam Iob ſuſtinete: ſed pro hac ſuſtinentia non temporalia bona ſperate, quæ illi aucta redierunt: ſed æterna potius quæ in Domino præceſſerunt. (epiſto. 120.)

f *Et finem dom.* Audiſtis lectione, vidiſtis oculis in cruce longanimiter patientem, ſed & gloriam reſurrectionis, & aſcenſionis euangelica prædicatione didiciſtis.

g *Et miſerator.* Vt vel in præſenti ſuos à tentationibus liberet, & pro conſtantia fidei etiam coram hominibus viuentes glorificet, vel poſt mortem in occulto coronet. Et ne ſic quidem ab hominibus memoriam quam meruere laudis auferat.

h *Ante omnia.* Quia læthiferum linguæ virus ad integrum in ſuis auditoribus exhaurire deſiderat, qui detrahere alterutrum vetuit, qui iudicare proximum interdixit, qui in aduerſitatibus ingemiſcere prohibuit, quæ ſunt aperta peccata: addit etiam hoc, quòd quibuſdam leue videtur, vt iurandi conſuetudinem tollat, quoniam omne ocioſum verbum quod ☞ locuti (Beda. Mat. 12. c) F

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Occidiſtis. *i. iuſtos quod frequenter ſit in ſcriptura. Aliqui autem exponunt hoc de occiſione Chriſti, qui dicitur iuſtus antonomaſice, quia non ſolum eſt iuſtus formaliter, ſed etiam effectiue alios iuſtificando, nec reſtitit ſuis occiſoribus cum tamen poſſet reſiſtere.*
2 Patientes. *Conſequenter conſolatur iuſtos ne in tribulationibus deficiant. & primò inducit eos ad patientiam, ſecundò ad reuerentiam Dei, ibi:* Ante omnia. *Circa primum dicit:* Patientes igitur. *in tribulationibus.*
3 Vſque ad ad. *qui reddet vobis mercedem laboris veſtri. Et ponit exemplum. di.*
4 Ecce agri. *vſque ad tempus debitum.*
5 Patienter fe. *laborem in cultura terræ ſuæ.*
6 Donec accip. te. *id eſt, primitiuum fructum. Terra enim promiſſionis, de qua loquitur, reddit duplicem fructum in anno. ſ. in Aprili & Septembri.*
7 Patien. ig. *Repetitio eſt præmiſſæ ſententiæ ad maiorē impreſſionē.*
8 Nolite in. fr. *videntes mutuas pœnas, ſed magis confortate alterutrum ad fortiter tolerandum, ſicut ſex fratres cum matre videtes cruciatum primum, inuicem ſe hortabantur fortiter mori. ij. Mach. vij.*
9 Vt non. *i. condemnemini ſi per mutuam querelam, & luctum frangamini per impatientiam.*
10 Ecce iu. *ſcilicet Chriſtus.*

11 Ante

11 Ante ia. *ad vos roborandum velociter, vel præmiandum. & inducit ad hoc exemplum ſanctorum, dic.*
12 Exem. ac. fra. *ſ. quantum ad malum pœnæ & non culpæ: quia* præcioſa eſt in conſpectu domini mors ſanctorū eius, Pſ. 115. b.
13 Et longanimitatis. *in expectatione promiſſi.*
14 Et laboris. *quotidiani.*
15 Et patientiæ. *in aduerſitate.*
16 Prophetas. *vobis datos in exemplum ad talia ſuſtinendum.*
17 Qui lo. ſunt. *conſtanter contemptis perſecutionibus quas propter hoc paſſi ſunt ſicut patet de Michea, Zacharia, Iſaia, Ierem. & pluribus alijs.*
18 Ecce beatifi. *id eſt, beatos dicimus.*
19 Qui ſuſtinuerunt. *tribulationes patienter. Et inducit duo notabilia exempla. dicens,*
20 Sufferen. Iob. *qui exemplar patientiæ datus eſt vobis.*
21 Et finem. *qui in ſua paſſione ſuſtinuit dolorem acerbiſſimum patientiſſimè. Et dicit vidiſtis, quia multi adhuc viuebant qui paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti viderant.*
22 Quoniam. *in affectu,* & mi. *in effectu. Ex maxima enim Dei miſericordia proceſſit, quòd daret nobis filium ſuum in redemptionis noſtræ precium, & fortitudinis exemplum.*
23 Ante omnia. *Hic conſequenter inducit fideles ad Dei reuerentiam: & hoc in quatuor. Primò in iuramēti deuitatione. Secūdò in feructi*

✲ deuotio

☞ locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.

A ✲ AVGVST. Hoc peccatum quem non reum teneat, ſi iurare peccatum eſt? Nam periurium peccatum eſſe, & grande peccatum nemo dubitat. Sed non ait Apoſtolus, Nolite periurare, ſed, *Nolite iurare.* Præceſſit ſimilis in euangelio admonitio. *Nolite iurare neque per cælum, quia ſedes Dei eſt, &c.* Huic admonitioni, Apoſtoli omnino ſic congruit, vt nihil aliud iuſſiſſe videatur: niſi quod addidit: *Ante omnia*, ex quo multum fecit intentos, auxitque difficultatem quæſtioni. Inuenimus enim iuraſſe ſanctos, & primitus ipſum Dominum in quo nō eſt omnino peccatum. *Iurauit dominus, & non pœnitebit, &c.* Per memetipſum iuro, dicit Dominus. Non eſt ergo peccatum iurare: ſed durum malum eſt hoc dicere. Fortè quis dicat, non eſſe de Domino Deo iurationis exemplum. Deus enim eſt, & fortè illi ſoli competit iurare, qui non poteſt peierare. Homines enim falſum iurant, vel cùm fallunt, vel cùm falluntur. Aut B putat homo verum eſſe quod falſum eſt, & temerè iurat: aut ſcit vel putat falſum eſſe, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum ſcelere iurat, &c. Videtis quàm iſta deteſtanda ſit belua, & de rebus humanis exterminanda? Ream linguam non facit, niſi mens rea. Quia ergo graue peccatum eſt peierare, compendium dedit tibi ſcriptura: *Noli iurare, &c. Vide Chryſoſ. homil. 13. & 25. ad populum Antiochenum.* (Matt. 12. c. Serm. 28. de verb. Dom. Matth. 5. Pſa. 109. Gen. 22.)

(† Matt. 5. f. † veſtrum. † in ſimulationem. † affligi.)

autem fratres mei nolite iurare, neque per cælum, neque per
a terram, neque aliud quodcunque iuramentum. † Sit au-
tem † ſermo, veſter, eſt eſt, non non, vt non † ſub iudi- 1
a ¶ Vel pro illata iniuria: vel pro aliqua culpa: vel domeſtico damno: vel qualibet re. 2
b cio decidatis. † Triſtatur aliquis veſtrum? oret: Æquo ani- 3
a ¶ Non ad iuniores minuſque doctos cauſam ſuæ imbecillitatis referat. ne forte quid per eos allocutionis, vel conſilij nocentis accipiat. 4 5
c mo eſt? pſallat. Infirmatur quis in vobis? inducat preſ- 6
byteros eccleſiæ, vt orent ſuper eum, vngentes eum 7 8
a ¶ Conſecratio, vel quando iniungitur. b ¶ Nomen domini inuocetur. c ¶ Fratrem.
oleo in nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum, 9

a *Neque ali quod.* Ideo à iurationis culpa compeſco, ne frequenter iurando vera, aliquando etiam in periurium incidatis. Sed eo longius à periurio ſtetis, quòd nec verè iurare velitis, niſi neceſſitas cogat. Sed & ille ſub iudicium reatus decidit, qui etſi nunquam peierat crebrius tamen quàm opus eſt verū deierat. Sicut dederat contriſtato, ſic dat & infirmati conſiliū. qualiter ſe à murmurationis ſtultitia tueatur, iuxtáque modum vulneris modum ponat medelæ. Triſtatus pro ſe oret. Infirmatus corpore vel fide: quia maiorem ſuſtinet plagam, plurimorū ſe adiutorio, & hoc ſeniorum curare meminerit. (Beda.)

Triſtatur. Quia in preſſuris ingemiſcere prohibuit, nunc quid econtra gerendum ſit, oſtendit. (Beda.)

b *Oret.* Ne murmuret, nec iudicia Dei vituperet, ſed ad eccleſiam currat flexis genibus, vt Deus conſolationem mittat. (2. Cor. 7. c.)

Oret. ne ſeculi triſtitiam quę mortem operatur abſorbeat, & crebra pſalmodiæ dulcedine nociuam triſtitiæ peſtem de corde pellat.

c *Infirmatur quis in vobis?* ✲ BEDA. Sicut dederat contriſtato, ſic dat conſilium & infirmanti qualiter ſe tueatur. In euangelio legimus feciſſe Apoſtolos, & nunc Eccleſiæ conſuetudo tenet, vt infirmi oleo conſecrato vngantur à Presbyteris, & oratione comitante ſanentur. Hoc tamen oleum non niſi ab Epiſcopis licet confici. Nam quod ait, *oleo in nomine Domini*, ſignificat oleum conſecratum in nomine Domini. Vel certè quia etiam cum vngunt infirmum, nomen Domini ſuper eum inuocare debent. (In hunc loc.) D

✲ IDEM. Dicit Apoſtolus Iacobus: *Infirmatur quis in vobis? Inducat, &c.* Vnde patet ab ipſis Apoſtolis hunc ſanctum Eccleſiæ morem eſſe traditum, vt energumeni, vel alij quilibet ægroti vngantur oleo, pontificali benedictione conſecrato. (In cap. 16. Marc.)

✲ PETRVS DAMIAN. Tertium ſacramentum eſt vnctio infirmorum. Infirmantibus nobis, & vſque ad mortem mortali peccatorum febre languentibus, ſpiritus pietatis aſſiſtit, & recordatur quoniam puluis ſumus. Ait enim diuus Iacobus, *Infirmatur quis, &c.* Solemnis vnctio, liquor excellens, quo ſanitas redditur, peccatum dimittitur, immittitur timor Domini. Vidéſne qualiter ſacerdotalis manus infirmantis corpus alleuiet, & illecebroſam ſenſuum motionem ſacratiſſima mitiget vnctione? Vnde & ſancti patres hanc vnctionem ſacramentum eſſe ſanxerunt. (Sermo. 1 in dedic. eccle.) E

✲ BERNARD. Sed & Malachias gratias agens (pro ſuſcitatione matronæ cuiuſdam à mortuis,) benedixit Dominū. Et vnxit eam nihilominus, ſciens in hoc ſacramento remitti peccata, & quod oratio fidei ſaluet infirmum. (In vita S. Malachiæ epiſcopi.)

✲ INNOCENT. Primus. Non eſt dubium (quod ſcriptū eſt à D. Iacobo, cap. 5.) de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligere debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quo ab epiſcopo confecto, omnibus Chriſtianis licet vti in ſua aut ſuorum neceſſitate inungendo. Nam idcirco de presbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm, ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum & benedicere & tangere chriſmate, ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur poſſe comedi? (Epiſto. 1. ad Decentium Eugubinū epiſco. ca. 8.)

✲ AVGVST. Quoties aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus & ſanguinem Chriſti ille qui ęgrotat accipiat: & deinde corpuſculum ſuum vngat, vt illud quod ſcriptum eſt impleatur *Qui infirmatur, inducat presbyteros eccleſiæ qui vngant eum, &c.* (Ser. 215. de temp.)

✲ IDE. In infirmitate nō quærātur pcātatores, nō diuini, nō ſortilegi, nō carcarij, neq; p fontes, arbores, aut biuia phylacteria ☞ exercean (Tract. de rect. cath. conuerſati.)

✲ NICOLAVS DE LYRA.

C deuotione, ibi: Triſtatur autem. *Tertiò in ſacramenti ſuſceptione, ibi:* Infirmatur. *Quartò in proximi correctione, ibi:* Fratres mei. *Circa primum dicit:* Ante o. fra. mei. *i. non præponatis iuramentum omnibus verbis veſtris & promiſſis. Hoc dicitur ad remouendum errorem illorum qui dixerunt iuramentum eſſe frequentādum, eo quòd dicitur Deut. x. d.* Dominum Deum tuum time, & illi ſoli ſer. ipſique adhæ. iurabiſque, in nomine illius. *propter quod dixerunt, quòd frequentatio iuramenti facit ad reuerentiam Dei, & ſic eſt exercenda. Sed hoc patet falſum, per dictum Chriſti Mat. v. f.* Ego autem dico vobis, non iura. omnino, &c. *& per dictum beati Iacobi in hoc loco. Hoc etiam patet per rationem: quia illud quod non requiritur niſi ad ſubueniendū defectui, non eſt per ſe appetendum ſeu frequentandum. ſicut patet de medicina, quæ non quæritur niſi ad ſubueniendum infirmitati. Et ſic eſt de iuramento, quia non quæritur niſi ad ſubueniendum defectui, quo vnus homo non credit alteri, in quo caſu ſubuenitur per iuramentum, in quo inducitur veritas Dei infallibilis in teſtimonium in ſe, ſicut cum iuratur per Deum, vel in aliqua creatura, inquantum relucet in ea veritas diuina, vt per cœlum qui thronus Dei eſt, vel per terram, quia ſcabellum pedum eius eſt, Matth. v. f. Iurare verò per creaturam, ſecundum ſe eſt illicitum. Et ſic patet quòd iuramentum non eſt indicendum, niſi in caſu, in quo eſt neceſſarium, ad confirmationem veritatis. Et ſic intelligenda eſt autoritas inducta, Deuteron. x. in tali enim caſu iurandum per nomen Dei, & non per nomina idolorum ſecundum quod dicitur Exod. xxiij. b.* Per nomina deorum extraneorum non iurabis, *quia per ea non eſt confirmanda veritas. hoc enim pertinet ad infidelitatem, &c.*
1 Sit autem ſermo veſter. *extra caſum prædictum.*
2 Eſt eſt, non non. *ſimpliciter veritatem affirmando, & negando falſitatem.* F
3 Vt non ſub iudi. *id eſt, condemnatione.*
4 Decidatis. *ex frequenti iuratione cadendo in falſam fidem. Eccle. xxxiij. b. Vir multum iurans replebitur iniquitate.*
5 Triſtatur. *Hic conſequenter inducit ad Dei reuerentiam in feruenti deuotione, di.* Triſtatur quis. *i. patitur acidiam, quæ eſt quædam triſtitia in obſequijs diuinis.*
6 Oret. Aequo an. eſt? *i. nitatur ſpiritum erigere ad orandum Deo deuotè tam ſecurè: ideo dicitur,* Oret. *quàm publicè:* Et pſal. *Oratio enim & pſalmodia ſunt contra dictam triſtitiam optima remedia.*
7 Infirmatur. *Hic conſequenter inducit ad Dei reuerentiam in ſumptione ſacramenti. & primò facit propoſitum, ſecundò declarat quoddam dictum, ibi:* Multum enim. *Primum facit in duplici ſacramento. ſ. vnctionis extremæ, & pœnitentiæ. Quantum ad primum dicit:* infirmatur. *q. Infirmitate de qua probabiliter dubitatur mori. nam illud ſacramentum eſt exeuntium de hac vita.*
8 Inducat preſby. *Licet iſtud ſacramentum fuerit à Chriſto inſtitutum, tamen per beatum Iacobum fuit hic expreſſius publicatum.*
9 Et oratio fidei. *corporaliter & ſpiritualiter. ideo ſubditur:*

✲ 1 E

Universidad de Deusto Biblioteca

A exerceantur: sed qui ægrotat in sola misericordia Dei confidat, Eucharistiam cum deuotione accipiat, oleumque benedictum fideliter ab Ecclesia petat, vnde corpus suum vngatur, & secundum Apostolum, oratio fidei saluabit infirmum.

in c.6.Marc. ✻ THEOPHYL. Quod vnxerint oleo Apostoli, solus Marcus narrat: quod & frater Domini Iacobus in catholica epistola dicit: *Infirmatur quis in vobis? &c.* Est igitur oleum & ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, significatque misericordiam Dei, & gratiam Spiritus, per quam à labore liberamur, & lucem ac gaudium, hilaritatemque spiritalẽ accipimus.

(Marg.: † eriget. — † De pœ.di. 3 c. quis aliquando §. cuncta. — † 3.Re.17. a.23.q.4.c. si illic § sed obiicitur.)

li 3 de sacerdotio. ✻ CHRYSOST. Sacerdotes non solum cùm nos regenerant, sed postea etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent. Infirmatur, inquit, inter vos aliquis? Accersat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo, &c.

Homil.2.in Leuitic. ✻ ORIGENES. Est septima dura & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cùm lauat peccator lacrymis stratum suum, & fiunt ei lacrymæ panes die ac nocte: cùm non erubescit Sacerdoti indicare peccatum, & quærere medicinam. In quo impletur & illud quod Iacobus Apostolus dicit, Si quis infirmatur, vocet presbyteros ecclesiæ, &c.

B

li.8.constit. apost. c.35. ✻ CLEMENS Rom. Benedicat Episcopus aquam & oleũ hoc modo: Domine sabbaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & dator olei, misericors & benigne, qui dedisti aquam ad potum, & ad munditiem: oleum ad exhilarandum faciem: ipse quoque nunc per Christum sanctifica hãc aquam & oleũ, & da virtutem sanitatis effectricem, ægritudinum expultricem, dæmonum fugatricem, omnibus insidiis aduersariam, per Christum, &c.

Cant 71. ✻ CONCILIVM Vvormatiense. *Infirmatur quis in vobis? &c.* non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere. Pœnitentibus istud fundi non potest, quia est genus Sacramenti, &c.

C

Can.1.apud Iuonem & Burchard. ✻ CONCILIVM Meldense. Presbyter in cœna Domini ampullas tres secum deferat, vnam ad chrisma, alteram ad oleum ad catechumenos inungendos, tertiam ad infirmos iuxta Apostolicam sententiam, vt quando quis infirmatur, inducat presbyteros, &c.

in doct. de sacram. ✻ CONCILIVM Florentinum. Quintum sacramentum est extrema vnctio, cuius materia est oleum oliuæ, per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui in oculis, auribus, naribus, in ore, in manibus, in pedibus, in renibus, vngendus est. Forma huius sacramenti est hæc: Per istam vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti per visum, &c. Effectus verò est mentis sanatio: inquantum autem expedit, ipsius etiã corporis. De hoc sacramento, inquit, beatus Iacobus Apostolus: *Infirmatur quis in vobis? &c.*

D

¶ Ab infirmitate corporis. ¶ Etiam si contigerit mori. ¶ Gratia.
a & † alleuiabit eum dominus. Et si in peccatis sit, remitten- 1
¶ Coæqualibus. a ¶ Quotidiana & leuia grauiores lepræ immunditiam sacerdoti pandamus, & quanto iusserit tempore purgare curemus. 2
tur ei. † Confitemini ergo † alterutrum peccâta vestra, & 3
orate pro inuicem vt † saluemini. Multum enim valet depre- 4
¶ Nota, iusti & assidua. ¶ Origine carnis. ¶ Nondum translatus. ¶ Quamuis nulli hominum virtute secundus. a ¶ Vt nos ...entis & carnis fragilitate. 5
b catio iusti assidua. † Elias homo erat † similis nobis pâssibi- 6
a ¶ Ad conuincendam superbiam regis, & idololatræ gentis duritiam. 7
c lis, & orâtione orauit, vt non plueret super terram, & non 8
d pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cælum 9
10
e dedit pluuiam, & terra fructum suum. Fratres mei, si quis ex 11
a ¶ Vel, bene monendo: vel tacente lingua exempla bonæ actionis ostendendo. 12
vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire de- 13
bet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ
a ¶ A conspectu interni iudicis suppositione vitæ melioris abscondit.
f suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem 14
peccatorum. 15

(Marg.: † alius alii. — † sani sitis. Beda. — † similiter affectus vt nos.)

a *Et si in pec.* Multi propter peccata etiã corporis plectuntur morte. Si ergo infirmi in peccatis sunt, & hoc presbytero cõfessi perfecto corde reliquerint, & emendare sategerint, dimittuntur eis. Neque enim sine confessione emendationis queunt peccata dimitti, vt rectè subditur: *Confitem.*

E

Beda. 3.Reg 17.a 4.Reg 2.b. b *Elias homo.* Ne trepidaret nostra fragilitas reputans se non posse facere similia tanto prophetæ, qui curru igneo rapi meruit ad cælos, consultè de eius oratione locuturus ab humilitate inchoauit. Similis nobis passibilis Elias carne infirmus à vidua pascitur, mente infirmus, vnius mulierculæ minis exterritus fugit per deserta. 3.Reg.19c

c *Oratione ora.* Astruit exemplo quantum valeat iusti deprecatio assidua, cum Elias tantum vna oratione orando tam longo tempore continuerit cælos: terris imbres auerterit, fructus mortalibus negauerit.

d *Et rursum.* Vbi tempus perspexit vbi tabe longæ inediæ cor superbi regis & gentis idololatræ ad pœnitentiam inflexum vidit, vna oratione orauit, & fructus & aquas quas negauerat terris restituit. Tanta vnus Elias, vna oratione impetrauit: quid ergo multi fideles multis orationibus? Beda.

e *Si quis ex vobis.* Ostensa efficacia orationis, ostendit quanti sit meriti pro fratribus orare, & ad sospitatem reuocare, vt qui in superiori parte à lingua nostra malignam & ociosam locutionem remouit, in fine epistolæ quid loqui debeamus ostenderet. Oremus, & psallamus quoties aduersis pulsamur peccata confiteamur, pro inuicem oremus vt saluemur: pro salute proximorum non solum temporali, sed potius æterna. Si enim magnæ mercedis est à morte eripere corpus quandoque moriturum, quanti meriti est à morte animam liberare in cælesti patria sine fine victuram? F

f *Saluabit.* Quidam codices habent, saluabit animam suam à morte. Et verè qui errantem corrigit, per hoc ampliora gaudia vitæ cælestis sibi conquirit.

☞ *Simon*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et alle. eum do. *Ab infirmitate, si expediat ei.*
2 Et si in pec. sit re. ei. *virtute huius sacramenti. Consequenter inducit ad reuerenter sumendum pœnitentiæ sacramentum quo remittuntur peccata mortalia, dicens.*
3 Confitemini ergo alte. *Ex quo patet quod confessio debet fieri non solum Deo, sed etiam homini. Vnde & in lege veteri sacrificia quæ offerebantur Deo pro peccatis, offerebantur per manum sacerdotis.*
4 Et orate pro inu. *Nam confessor tenetur orare pro confitente. & econuerso.*
5 Multum enim. *Hic consequenter declarat quoddam dictum, scilicet quod oratio sit magnæ efficaciæ: quia dixerat, quod valet contra tristitiam & ad Dei reuerentiam in sacramentorum perceptione: ideo dicit:* Multum enim va. *Nam econtra de iniusto dicitur, Ecc.xv.b.* Non est speciosa laus in ore peccatoris.
6 Assidua. *Nam vna de conditionibus quæ faciunt orationem semper exaudibilem, est quod sit perseuerãs. Aliæ verò duæ, quod sit pia, & pro se.*
7 Elias ho. erat simi. nobis passi. *Nam timore mortis fugit à facie Iezabelis. iij Regum.xix.*
8 Et oratione ora. vt non pluer. *iij Reg.xvij.*
9 Super ter. *scilicet Israel. Nam propter malitiam Achab fuit illa plaga inducta, vt dictum fuit ibidem.*
10 Et rursum ora. & cæ. de. pl. *iij. Re.xvij.*
11 Fratres mei. *Hic vltimo inducit ad Dei reuerentiam in fraterna correctione, quæ est actus dilectionis proximi, & per consequens ordinatur ad dilectionem & reuerentiam Dei, dicens.*
12 Si quis ex vo. erra. à verita. *fidei vel morum.*
13 Et conuerterit quis. *Ab infidelitate ad fidem, vel à vitiis ad virtutes.*
14 Saluabit ani. ei. à mor. *s. culpæ & gehennæ.*
15 Et operit multitudi. pec. *Vt non videantur à Deo punienda pœna æterna & sic ab eo recipietur in gloria, ad quam nos perducat qui cum patre, & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum: Amen.*

Incipit

ADDITIO

In ca.v. vbi dicitur in Postil. Donec accipiat temporaneum & sero. &c.

Non memini legisse de terra promissionis, quod duplicem fructum in anno redderet, nec de hoc commendatur Deu.xij. vbi de aliis pertinentibus ad fertilitatem, seu fructificationem terræ laudatur. multi etiam peregrini ibi transeunt, qui hoc non referunt. Hoc autem quod dicitur: Donec accipiat temporaneum & serotinum, *potest intelligi de hoc quod communiter contingit in omnibus regionibus. s. quod aliqui fructus eiusdem speciei veniunt magis tempestiuè, quàm alij: quorum primi dicuntur temporanei, secundi verò serotini.*

Prologus beati Hieronymi in epistolas sancti Petri ex libro de illustribus viris.

A a Simon Petrus filius Iohannis, prouinciæ Galileæ, vico Bethsaida, frater Andreæ apostoli, & princeps apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderant, in Ponto, Galathia, Cappadocia, Asia & Bithynia, secundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem magum, Romam pergit. Ibique vigintiquinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est quartumdecimum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus eleuatis, asserens se indignum quòd sic crucifigeretur, vt dominus suus. Scripsit duas epistolas, b quæ canonicæ nominantur, quarum secunda à plerisque eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & euãgelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius, è quibus vnus actorum eius scribitur, alius euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano, iuxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur.

Simon Petr. filius Ioann. prouinciæ Gali. Sequitur.

b *A plerisque eius esse negatur propter, &c.* Sed ad repellendum eorũ opinionẽ qui negant secundam Petri esse epistolam, sancti Hieronymi offerenda est sententia, vbi dicit contra Iouinianum: Nolui omnẽ locum secundæ epistolæ Petri ponere, & euangelij iuxta Marcũ, qui interpres eius dicitur. B

D Tempore quo cœpit ecclesia quidam de Gentilitate qui transierãt ad Iudaismũ crediderant Deo: qui propter fidem patiebantur, & dispersi erant. hos confortat Apostolus. Scribit autem à Roma tempore Claudij Cæsaris. E

Argumentum in easdem.

Discipulos saluatoris inuicti, toto orbe diffusos & peregrinos, in hoc seculo monstrat, & præteritæ vitæ pœnitere suadet, & in nouam vitam proficere, tota cum sollicitudine exhortatur, Simon Petrus filius Iohannis, prouinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andreæ apostoli.

C

Incipit epistola prima Petri Apostoli.

Comment. in hãc epistol. *Petrus, &c.* ✻ DIDYMVS Alexandr. Positus Petrus circuncisionis Apostolus, omniumque Iudæorum habens studium, scribit eis qui in totius orbis dispersione morabantur, tanquam aduenis ciuitatum extranearũ, cùm vtique nequam plures eorum in Iudæa consisterent.

Incipit epistola prima beati Petri apostoli.

CAPVT I.

¶ Celebre nomen.
a PETRVS Apostolus Iesu Christi ele- 1
b ctis aduenis † dispersionis Ponti, Ga- 2
c lathiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithy- 3
d 4
e a ¶ Non meritis, sed quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri ima. fi. sui. 5
niæ, secundum † præscientiam Dei 6

(Marg.: † sparsim incolentibus Pontũ, &c.)

In Synopsi. ✻ ATHANAS. Ista epistola ab eo denominata est, à quo est scripta. Petrus enim docendi gratia epistolam hanc Iudæis ad Christianismum conuersis, in dispersione cõstitutis scripsit. Postquam enim multi ex illis crediderunt, confirmat eos. Et primum quidem declarat, quod fides in Christum à prophetis prænunciata, & per eosdẽ significata sit redemptio quæ est per sanguinem eius, & quod ipsis ac gentibus omnia sint per Euangelium annunciata, in quæ angeli quoque prospicere desiderant. Deinde postquam consuluit, vt dignè conuersentur eo qui ipsos vocauit, admonet vt regem honorent, & mulieribus simul ac viris denunciat, vt vnanimes sint. Et vbi ad mores honestos adhortatus est, significat illis quod & inferis innotuerit à Domino prædicatio salutis, & resurrectionis, vt & ij qui antea mortui sunt, resurgant, & iudicentur quidem in corpore, gratia verò resurrectionis persistant. Et quod finis omnium appropiauerit, omnésque parati esse debeant ad dandam iudici rationem.

D

li.3.hist.eca. 3.&4. ✻ EVSEB. Petrus Apostolus prædicationis suæ monimenta nobis pauca dereliquit. Vna enim eius epistola est, de qua nullus omnino dubitauit. In quibus autem prouinciis prædicauerit Christum, propris vocibus in ea epistola quam ipsius absque ambiguitate claruit esse, designat, in qua ad eos qui in dispersione erant Iudæos scripsit.

b *Electis.* Ad hoc, vt per dationem spiritus sanctificarentur mundati ab omnibus peccatis, vt obedire inciperent Christo qui per inobedientiam perierant, vt aspersi sanguine Christi diaboli potestatẽ vitarent, sicut Israel per agni sanguinem de Aegypto exiuit. In veteri lege quæcumque sanctificanda erant sanguine hostiarum solebant aspergi. Exod.12.a

c *Aduenis.* Aduenæ Latinè, Grecè, proselyti. Sic appellabant Iudæi illos qui de gẽtibus nati in Deum credere, & circũcisione accepta Iudaico more viuere iuxta legem Dei voluerunt. Electos ergo aduenas dicit, qui de gentilitate ad susceptionem legis, & postmodũ ad acceptionẽ fidei peruenerunt. Sed & nos si veraciter cum propheta dicere possumus: *Quoniam incolæ nos sumus apud te in terra, & peregrini sicut omnes patres nostri.* ad nos quoque epistolas beati Petri scriptas credere, & vt nobis missas legere debemus. Denique in ipsis epistolis admonet nos quasi alibi patriã habentes: *Charissimi obsecro vos tanquam aduenas, & pereg.a.v.* Beda. — † præfinitionem. — Psal.118 c — F — inf. 2.b. Act 8 a.

✻ AVGVST. Vnusquisque hic & in domo sua hospes est. Si non est hospes, non inde transeat. Si transiturus est, velit, nolit, hospes est. Nam dimittit illam filiis suis, hospes hospitibus. Cessit tibi locum pater tuus, cessurus es locum filiis tuis. Nec mansurus manes, nec mansuris relinquis, &c. Serm 32.de verb. Dom.

✻ IDEM. Omnis homo aduena est nascendo, quoniam compellitur migrare moriendo. Vel Quæst. 92. in Leuit.

Aduenis. i. aduenis dispersis ab Ierosolymis persecutione quę facta est sub Stephano, & aliis multis persecutionibus, tum à Iudæis, tum à Gentibus pro fide Christi afflictis, & sępè à sedibus suis expulsis. Beda.

d *Dispersionis.* Anno ascensionis mortuus est Stephanus, & multi timore dispersi.

e *Ponti.* Omnes hæ prouinciæ Grecorum sunt in Asia, sed est

Incipit postil. Nicolai de Lyra super primam epistolam canonicam beati Petri.

Petrus Apost. *Hæc est secunda pars principalis huius libri, in qua ponuntur epistolæ beati Petri. Et diuiditur in duas secundum duas eius epistolas. Epistola verò prima in tres partes diuiditur. s. in præfationem, prosecutionem, & conclusionem. secunda incipit, ibi:* Benedictus. *tertia, ibi:* Per Siluanum fidelem, *prope finem. In præfatione primò describitur persona salutans: & hoc ex nomine, cum dicitur:* Petrus. *primò enim vocatus fuit Simon, sed postea cognominatus Petrus à Petra, quod est Christus: propter fidei firmitatem. vnde dicit Aug. In omnibus ardentissimè fidei inuenitur Petrus. Et ex officio, cum subditur:* Apostolus Iesu Christi. *secundò describuntur personæ salutatæ, cum dicitur:*
2 Electis. *s. à Deo ad fidem catholicam.*
3 Aduenis. *Aduenæ dicebantur illi qui de Gentilitate conuertebantur. & illis videtur beatus Petrus specialiter scribere.*
4 Dispersionis. *i. existentibus extra terram Iudææ. quod patet ex hoc quod subditur:*
5 Ponti, Ga. *& nominat ista loca: quia Siluanus per quem scripsit, qui est Silas, forsitan volebat ire ad illa loca ad confirmandum fideles eo quòd ibi fuerat in prædicatione cũ Paulo vt patet in Actibus apostolorũ.*
6 Secũdũ. *istud refertur ad illud quod supr. dicitur, electis. hæc enim ele-*

ctio includ

A & alia Bithynia in Europa: de qua illi qui in Asia sunt Bithynij originem habuerunt. Illa autem quæ in Asia est Bithynia, & maior Phrygia vocatur. quæ Hiera flumine à Galathia disterminatur.

a *Gratia* Sine gratia Christi ad pacem reconciliationis eius nũquam venitur, nihil pacificũ nisi per gratiam eius habere valemus.

† per satisfactionem.

b *Et pax.* Nulla aduersitas retrahat vos à laudibus Dei, omnis tribulatio inuitet vos ad laudem, quia omnia ad felicitatẽ multiplicantur: vt quod bene cœpistis, perfectè compleatis.

† 2. Cor. 1 a

Beda.

c *Regenerauit.* Cum nostris meritis generati essemus ad mortem, sua misericordiã nos regenerauit ad vitam. Sic dilexit vitam nostram, vt pro hac filiũ disponeret mori, & morte per resurrectionem destructa spem nobis exemplumq; resurgendi ostenderet. Mortuus est ne mori timeremus: surrexit, vt resurrectionem speraremus. Si de præsenti ad hoc regenerauit, vt essetis hæreditas eius quos possideret, sicut aliquis homo hæreditatem. *Incorruptibilem*, ne corrumpamini criminalibus. *Incontaminatam*, ne etiam mediocribus contaminemini. *Immarcescibilem*, ne etiam quotidianis & venialibus marcescatis. *Conseruatam in cœlis*, vt ita seruemini in anima & corpore vt per munditiam sitis cæli & sedes Dei.

† erga vos pro vobis.

† vt patefiat

B

d *In hæreditatem incorruptibilem.* ✠ DIDYMVS. Vt ostendat quomodo in infinitum beatorum permanebit hæreditas, incorruptam & immarcessibilem eam dixit, per hoc manifestans & diuinam & puram hæreditatem, eo quod sit incontaminabilis eius perceptio apud eos, qui proprietatis præmio diuitiarum præsentium bona despiciunt, scientes se habere meliorem & perpetuam facultatem. Quam cùm dicit mansuram, perpetuitatem eius aperit: & dum probat meliorem, diuinitatem repositæ hæreditatis ostendit. Si ergo in cælis fidelibus hæc reseruatur hæreditas, friuola quædam & tepida proferunt aliqui, putantes eam se percipere in terrena Hierusalem mille annis. D

patris † in sanctificationem spiritus in obedientiam & asper- 1
a ¶ Vt quod bene cepistis perfectè compleatis. 2
a sionem sanguinis Iesu Christi, gratia vobis & pax multipli- 3
b a ¶ Hominis in mundo nati. b ¶ Sibi consubstantialis filij. 4
cetur. † Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, 5 6
a ¶ Prius nos genuit de materia, postea secundum profectum, vitæ regenerauit. 7
c qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit 8
a ¶ Vel vitæ. b ¶ Per fidem resurgit in nobis sicut per infidelitatem moritur in nobis. 9
nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mor- 10
a ¶ Vbi nec senio, nec morbo, nec alia mœstitia tangemur. b ¶ In quam nullus immundus potest intrare. 11
d tuis, in hæreditatem incorruptibilem & † incontamina- 12 13
e a ¶ Quia nec in ipsis beatorum hominum mentibus ex longo vsu cælestis illa conuersatio valet aliquando vilescere, sicut luxus præsentis seculi solet aliquando in fastidium verti ex solo, siue longo vsu 14 15
b ¶ Non in præsenti danda, sed tempore præstituto reddenda in cælis nobis. 16
f tam & immarcescibilem, conseruatam in cælis † in vobis, 17 18
g qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem para- 19
a ¶ Quando nouissima destruetur inimica mors. b ¶ Tempore. c ¶ Sicut triumphatores 20
h tam † reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis 21

† incontaminabilem.

e *Incorrupti.* Naturaliter nõ est anima incorruptibilis, sed gratia Dei per fidem & iustitiam ad intellectum perficitur incorruptibilis.

f *In vobis.* Qui dedit vobis credẽtibus potestatẽ filios Dei fieri. posuit in vobis illam perseuerantiã, per quam hæreditatem in cælis accipiatis, quia qui non seruauerit disciplinã patris, non meretur hæreditatem eius.

g *In vir.* Nullus suę libertatis potentia custodiri valet in bonis, nisi ille perficiat 22 à quo initium bonæ actionis habetis. Laborate de fide per fidem venturi in salutem æternam, quæ & si modo non apparet, tamen parata est reuelari: si nos fuerimus parati. E

h *In quo exultabitis, &c.* ✠ DIDYMVS. Probatur fides eorum, qui propter Deum in tentationibus diuersis tribulantur, & vsque ad finem in huiusmodi probata fide persistunt. Quos vtique conuenit exultare, licet aliquis labor eorum voluntatibus importunus esse videatur. Hunc enim laborem hic tristitiæ nomine designat. Certum est enim quoniam qui tristis est laborando dum pro fide decertat, neque secundum mundi tristitiam tristatur, neque secundum pœnitentiam. Illa namque pro amissione delectabilium rerum, hæc autem pro honore transfactorum geritur peccatorum. Vtriusque verò harum tristitiarum extraneus esse cognoscitur qui tentatur, &c.

a Nunc

C NICOLAVS DE LYRA. F

✠ ctio includit aliquid æternum. s. scire & velle diuinum. & quantum ad hoc dicitur: Secundum p.d. *Et accipitur hic prescientia pro prædestinatione, quæ includit etiam aliquod temporale. s. collationem gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro. & quantum ad hoc dicitur.*

1 In sancti. *talis enim sanctificatio appropriatur spirituisancto.*

2 In obedientia *i. per obedientiam Iesu Christi, qui fuit* obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Phil. ij. b. *Ab hac autem passione habent efficaciam sacramenta noua legis, quæ sunt instrumenta nostræ sanctificationis. tertiò describuntur optata bona, cũ dicitur:*

3 Gratia. *in præsenti.*

4 Et pax. *in futuro.*

5 Multiplicetur. *quia tunc quietabitur totus hominis appetitus.*

6 Benedictus. *Hic incipit prosecutio siue tractatus, in quo beatus Petrus informat fideles: & primò generaliter quantum ad aliquos status speciales, ibi:* Serui subditi estote, *post medium secundi cap. Prima in duas: quia primò fideles informat de spirituali regeneratione. secundò de renatorum educatione, se. ca. Prima ad adhuc in duas: quia primò de regenerationis beneficio Deo regratiatur, secundò renatos ad vitæ munditiam exhortatur, ibi:* Propter quod succincti. *Prima adhuc in tres: quia primò regratiatur de regeneratione baptismali. secundò respondet tacitæ quæstioni, ibi:* In quo exultabitis: *tertiò propositum confirmat oraculo prophetali, ibi:* De qua salute. *Circa primum sciendum, quòd beneficium regenerationis baptismalis est commune fidelibus cunctis: propter quod de hoc beneficio regratiatur beatus Petrus pro se & alijs, & vt eos inducat ad similes gratiarum actiones, dicit igitur:* Benedictus Deus. *quantum ad totam trinitatem.*

7 Et pater do. *quantum ad patris personam.*

8 Qui secundum miser. *& non secundum merita nostra.*

9 Regenerauit nos. *s. in sacramento baptismi, per quod efficimur filij Dei adoptiui.*

10 In spem viuam. *id est, certam.*

11 Per resurrectionem Iesu. *per quam habemus certitudinem futuræ glorificationis, quia cum esset passibilis homo sicut & nos, ad vitam immortalem resurrexit. & quia filij adoptiui habent ius in hæreditatis participatione. ideo subditur:*

12 In hæred. *id est, ad consequendum hæreditatem.*

13 Incorrupt. *nam hæreditas cælestis nunquam deficit.*

14 Et incontaminatam. *quia nihil immundum recipit.*

15 Immarcessibilem. *nam suum decorem nunquam minorauit. Sed quia non omnes renati per baptismum hanc hæreditatem consequuntur, sed solum perseuerantes in bono, secundum quod dicitur Mat. x. c.* Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, &c. *ideo subditur:*

16 Conseruatam in cælis. *non omnibus renatis: sed,*

17 In vobis. *id est, pro vobis.*

18 Qui in vir. Dei cu. *perseuerantes in bono, quæ perseuerantia principaliter est à Deo.*

19 Per fidem. *charitate formatam.*

20 In salutem. *scilicet, consequendam.*

21 Paratam in ve. in tempore. *id est, in finali iudicio. tunc enim reuelabitur manifestè. nam electi apparebunt gloriosi in anima & corpore.*

22 In quo. *Hic consequenter beatus Petrus respondet cuidam tacitæ quæstioni, quæ posset ex prædictis oriri. Nam ex hoc quod dictum est baptizatos esse filios Dei adoptiuos, & cohæredes regni cælestis, posset aliquis infirmus fidelis quærere: Igitur quomodo dimittit nos Deus filios suos, tot & tantas tribulationes sustinere? Nam in ecclesia primitiua credentes sustinebant multas tribulationes. Ad quod respondet Petrus dicens: quòd hoc non est ad malum credentium, sed ad bonum eorum, sicut aurum in fornace proiectum inde non deterioratur, sed purius & melius efficitur. & hoc est quod dicit:* In quo exultabi. *æternaliter.*

✠ 1 Modic

A a *Nunc si oportet.* Si. i. quamuis oportet. Vel si oportet contristari, subauditur ne deficiamus.

Vel ita, si non oportet contristari inueniatur probatio vestræ fidei in laudem, & tunc non erit in libro, sit.

b *Vt probatio, &c. in lau.* Cum iudex laudans eam dicat: *Esuriui & dedistis mi. man. &c.*

Matth. 25. c.

c *Preciosior sit auro.* Patientia sanctorum auro cõparatur, quia sicut in metallis aliquid auro preciosius non est, ita hæc apud Deum omni laude dignissima est. Sicut enim aurum in fornace examinatum, prolatũ foras cuius sit fulgoris apparebit, ita fidelium constantia inter pressuras contemptibilis videtur: sed finito certamine in iudicio quantæ sit gloriæ ostendetur. vnde dicitur: *Preciosa in conspe. do. m. sanctorũ eius.* vnde & subiungit: *Inueniatur, &c.*

Beda.

† nunc ad breue tempus affecti, si opus sit.

* perit, & tamen.

Psa. 115 a

B

d *In lau.* Vt laudabiles, & gloriosi sitis per constantiam *in reue.* i. in die iudicij, quando reuelabitur quàm magnæ potẽtiæ sit Deus. *Et ho.* vt dicatur vobis: *Venite benedicti patris mei.*

† futuræ erant.

Matt. 25. c.

e *Et gloriam.* Cum glorificans eam dicet: *Ve. bene. pa. m. &c.*

Ibidem.

a ¶ Vbi æterna merces tribuitur breue & leue videbitur, quod in tribulationibus seculi æternum videbitur & graue. b ¶ Quia non nisi per tristitiam potest in gaudia perueniri.
a † modicum nunc si oportet contristari in variis † tentationi- 1
a ¶ Non conueniunt vobis tribulationes ad malum: sed ideo vt probatio. i. vos probati fideles in camino tribulationis excocta omni rubigine vetustatis. 2
b ¶ Plus placet Deo summo artifici vestra fides quàm alicui artifici aurum.
b bus, vt probatio vestræ fidei multò præciosior sit auro, quod 3
c a ¶ Tandem.
d * per ignem probatur, inueniatur in laudem & gloriam & 4
e ¶ In die iudicij. a ¶ Quia quamuis non videtis, modo eum corporaliter, nec etiam spiritualiter sicut est, tamen per fidem diligetis.
f honorem in reuelatione Iesu Christi, quem cum non vide- 5
a ¶ Remuneratorem. 6
ritis diligetis. In quem nunc quoque non videntes creditis, 7
a ¶ Quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen. &c.
credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorifica- 8
a ¶ Ipsum Deum. b ¶ Nullam infirmitatem passuri.
g ta, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestra-
h rum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophe- 9
a ¶ Illi qui tantam cognitionem de Deo habuerunt. b ¶ In occulto à domino, vel ab angelis. 10
Vnde & vnus eorum pro magno scientiæ salutaris amore vir desideriorum à domino, vel ab angelo meruit appellari. c ¶ Quotidiano vsu.
i tæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes
a ¶ Quamuis in eis esset spiritus.
k in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, 11
l a ¶ Capite & membris. b ¶ Non tantum aduentum eius: sed etiam passiones. 12
¶ Quæ per crucem finiendæ.
prænuncians eas quæ in Christo † sunt passiones, & † po- 13
a ¶ Tardas & diu desideratas præcedentibus tribulationibus. b ¶ Scrutantibus inter cætera occulta hoc etiam intimatur. ¶ Sicut enim stella à stella differt in claritate. c ¶ Istud. 14
d ¶ Ipsi non erant domini nostræ salutis sed ministri: vnde, vobis, &c.
m steriores glorias, quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, 15
a ¶ Non diebus ipsorum ea salus, sed in vestris potius: qui in fine seculorum nascimini est ventura.
b ¶ Omnia mysteria redemptoris quæ modo sunt impleta & nunciata quæ multos latent. 16
n vobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt vo- 17

f *Honorem.* Quando dicet: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei:* & tunc iusti ibunt in vitam æternam. vnde: *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cœlis.*

Esa. 26. b
Matt. 25. d.
Ioan. 12. d.

g *Salutem ani.* Quæ salus multum est amanda: quia de hac salute multum exquisierunt, quando vel quo ordine salus æterna mundo adueniret. vnde dicitur: Multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.

Matt. 13 c.

h *De qua salute.* ✠ DIDYMVS. Quoniam quidam minorem asserunt promissionem & salutem sanctorum, qui ante aduentum Saluatoris fuerunt, existimantes plus aliquid habuisse posteriores, eo quod viderunt Iesum sensibiliter, signa ab eo facta, & doctrinam audierunt, ostendendum est quoniam huiusmodi opinio falsa est. Duo aduentus sunt Christi: vnus quidem intelligibilis, secundum quem recipitur tanquam Deus Verbum. Alter sensibilis secundum quẽ videtur ex Maria progressus. Sed diuinior intelligibilis, quàm sensibilis qui etiã prauis hominibus est collatus. Omnibus itaque sanctis qui post aduentum fuerunt, & ante aduentum, intelligibiliter aduenies Deus Verbũ, proportione actuum quos vnusquisque gessit,

C

sit, sanctificauit eos, quibus semetipsum decenter irradicauit. Igitur licet prophetæ perscrutati sunt in quod, vel quale tempus, finem acciperet animarum salus, & Christi fierẽt passiones, & gloriæ, cognouerunt tamen per reuelationem, quam non sibi, sed eis qui post aduentum eius erant futuri ministrabant, &c. D

✠ EVSEB. Omnes illos qui ab Abraham sursum versus vsque ad primũ hominem generationis ordine conscribuntur, etiam si non nomine, rebus tamẽ & religione Christianos fuisse, si quis dicat, non mihi videtur errare. Cũ enim nomen Christiani hoc indicet, quòd Christo quis credẽs, per eius doctrinam, fidem, pietatem, ac iustitiam teneat, hoc erant etiam illi sancti viri, quod Christiani nunc esse profitentur, &c. Quid igitur obstat, vt non vna atque eadem religionis obseruantia deputetur in his, in quibus eandem fidei atque operum esse constitit formam? Et ideo nõ nouella, neque peregrina est Christianorum religio, vel nuper exorta: sed si fas est liberè inuocare quod verũ est, prima omnium, atque ex ipsa simul mundi origine descendens, eodem Christo Deo doctore & institutore, iam inde ab initio speciem formamque suscipiens, &c. E

L. 1 hist. c. 1.

† tribulationibus.

† consecuturas.

Irenæus lib. 4. cap. 13. August. tract. 45. in Io. lib. 19. contra Faustum, cap. 13. 16. 17. Et in Psa. 73. & 77. &c.

i *Prophetauerunt sc.* Palam hominibus loquẽdo & exponẽdo quæ in occulto internæ contemplationis ipsi cognouerunt.

k *Quod vel, &c.* Quod tempus, quo anno, vel sub quo principe. Quale, bellicosum vel pacificum: vel quo ordine, per partum virginis, vel quo alio modo. F

l *Spiritus Chr.* Archangelos & propinquos vocat spiritus, per quos operatur dominus, qui Christo sunt subiecti.

m *Posterior. glorias.* Duæ sunt glorificationes domini, secundũ suscepti hominis formam. Vna qua resurrexit à mortuis, & alia qua ascendit in cælum ante oculos apostolorum. Restat tertia, & ipsa in conspectu hominum, cum in maiestate venerit vt reddat cuique secundum opera sua.

Beda. Domini sunt duæ glorificationes. Act. 1 a. Matt. 16 d.

n *Vobis autem.* Hoc ideo, vt moneat illos curam gerere salutis oblatæ, quam sic amauerunt priores sancti.

a Spiritu

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Modicum si opor. contr. *temporaliter.*

2 In variis ten. *persecutionem in rebus possessis, aut in amicis, vel etiam corporibus proprijs omnes enim pœnæ temporales modicæ sunt respectu æternitatis.*

3 Vt prob. ve. fi. *in tribulationis fornace.*

4 Inueniatur. *id est, cedat vobis.* 4 In lau. &c. *sempiternam.*

5 In reue. Iesu Chr. *id est, tempore iudicij in quo manifestabit gloriam electorum, vt prædictum est.*

6 Quem cum non. *Licet enim aliqui adhuc viuerent, qui humanitatem Christi viderant, tamen eius diuinitatem non viderant, de qua est fides: ideo subditur:*

7 In quem nunc quo. non vi. cre. *Fide formata charitate, quæ facit credentem dignum vita beata. ideo subditur:*

8 Credentes, &c. sa. a. u. *Et patet litera ex prædictis.*

9 De qua sa. *Hic consequenter confirmat prædicta oraculo prophetali di.* De qua salu. *fiendæ per Christum.*

10 Exquisierunt atque. *Non naturali lumine, aut ratione, sed supernaturali illustratione.*

11 In quod vel quale. *s. Christi mysterium impleretur, tempore propinquo vel longinquo: etsi impleretur tempore pacifico, vel bellicoso: de vtroque enim prophetauerunt. Nam Gene. xlix. patriarcha Iacob prophetauit, quod esset implendum tempore quo deficeret regnum Iudæorum, dicens:* Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. *Similiter prophetauerunt, quòd tempore pacis esset implendum Isa. ij b.* Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. *Christus enim omnibus regnis pacatis sub imperio Romanorum natus est: Luc. ij. b.*

12 Spiritus Chri. *qui loquebatur in prophetis. qui dicitur spiritus Christi, sicut patris, quia procedit à patre & filio.*

13 Prænuncians. *quæ in Christo sunt impleta.*

14 Passiones & po. *sicut patet Isa. liij. vbi multipliciter loquitur de passione Christi & glorificatione ipsius in fine capituli. Dicit tamen passiones & glorias in plurali: quia non solum est passus in se, sed etiam in membris suis. similiter eius gloria deriuatur ad membra.*

15 Quibus reue. est quia non sibi. *Mysterium enim Christi, quod fuit eis reuelatum, non fuit eorum temporibus adimpletum, sed tempore Christianorum. ideo subditur:*

16 Vobis autem ministra. *prænunciando futura.*

17 Quæ nunc nun. sunt vob. *impleta.*

✠ 1 Per

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Spiritusancto.* Spiritus in prophetis, spiritus in apostolis, ita apparet, quòd prophetæ & apostoli eandem salutem nunciant. Illi venturam, isti impletam. Vna itaque ecclesia, cuius pars præcessit aduentum Christi, pars sequitur.

Beda. b *In quem.* Tanta est eius, qui passus est pro nobis hominis gloria posterior, vt etiam angelicæ in cælo virtutes, cum sint æterna felicitate perfectæ, non solum immortalis deitatis magnificentiam, sed assumptæ humanitatis eius claritatem semper aspicere gaudeant. Sed cur cernere desiderant, cuius faciem nunquam cernere cessant? Nisi quia contemplatio diuinæ præsentiæ ita angelos beatificat, vt eius semper visa gloria satientur, & semper eius dulcedinem quasi nouã insatiabiliter esuriant. Vel in qué spiritumsanctum, qui tantæ maiestatis & gloriæ, vt semper eius visio, sicut etiam ipsius patris & filij, desideretur ab angelis, quem gratia diuinæ pietatis ad terras causa humanæ salutis misit, & illustrandis fidelium mentibus infudit.

† in quæ, s. quę de Christo sunt.
† defertur ad vos.
† accommodantes.
† quemadmodũ is qui vocauit vos sanctus est.
† Leu. 19. a.
† Col. 3. d.

a ¶ Per tam valentes nuncios discipulos. b ¶ Non mendose non phantastice, sed spiritusancto dictante.
a bis per eos qui euangelizauerunt vobis spiritusancto mis- 1 2
a ¶ Vt etiam superfluas cogitationes resecetis à mente.
b so de cælo, † in quem desiderant angeli prospicere. Propter 3
c ¶ In vita. a ¶ Constanter perseuerando. 4
d quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti spera- 5
e a ¶ Manifestatur gratis à Christo & à sanctis. ¶ Danda. 6
f te in eam quæ † offertur vobis gratiam † in reuelationem 7 8
a ¶ Ne sitis canes redeuntes ad vomitum.
g Iesu Christi, quasi filij obedientiæ non † configurati priori- 9 10
a ¶ Per hoc quodammodo prius eratis excusabiles, sed iam nostis veritatem. ¶ Exemplo Christi. 11
bus ignorantiæ vestræ desideriis, sed † secundum eum qui 12
a ¶ Ad hoc vocauit, ¶ Filij eius. b ¶ Firmi contra vitia, contra tribulationes. 13
h vocauit vos sanctum, vt & ipsi sancti in omni conuersatione 14
a ¶ Pater vester qui tales vos volo qualis sum.
sitis, quoniam scriptum est: † Sancti eritis, quoniam ego 15
a ¶ Dicendo in oratione: Pater noster qui es in cælis.
i sanctus sum. † Et si patrem inuocatis eum, qui sine acceptio- 16
ne personarum iudicat, secundum vniuscuiusque opus, 17 18

B ✠ Didymvs. Notandum quod apud Græcos, *in quæ*, legatur, *non in quem*, & sic exponitur. Si quis existimauerit quęsitam à Prophetis salutem in fine esse mundi, quod in omnibus & in summo est appetitu, quando ipsius quidem causa alia cuncta fiunt, ipsum verò cuius causa nullius agitur. Non abs re est etiam intelligi de sanctis angelis, & simpliciter cunctis beatis rationalibus hoc dictum, cùm omnes appetitum habeant, prospicere ea quæ in fine seculi sunt agenda.

Li 4. cap. 67. ✠ Irenævs. Si subit vos huiusmodi sensus, vt dicatis, Quid non attulit Dominus veniés? Cognoscite quoniam omnem nouitatem attulit, semetipsum afferens, qui fuerat annũciatus, &c. Semetipsum attulit, & ea quæ prædicta sunt bona, in quæ cõcupiscebant angeli intendere, & donauit hominibus.

L. 18. Moral ca. 28. ✠ Oecvmen. Cùm hæc Christi mysteria fieri inciperent, ex abũdanti gaudio angeli cecinerunt, *Gloria in excelsis Deo, &c.*

✠ Gregorivs. Quia de Deo per primum Ecclesiæ prędicatorem dicitur: *In quem desiderant angeli prospicere*, sunt nonnulli qui suspicantur angelos nequaquam Deum videre, cùm tamen alibi apertè dictum sit: *Angeli semper vident faciem patris.* Deum itaque angeli & vident, & videre desiderant: & sitiunt intueri, & intuentur. Ne autem sit in desiderio anxietas, desiderantes satiantur: & ne sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Et desiderant sine labore, quia desiderium sa- C

D tietas comitatur: & satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. Sic quoque & nos erimus, quando ad ipsum fontem vitæ venerimus: erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas, &c.

c *Propter quod.* Quia tanta gratia vobis est promissa, vt reuelatè videtis illã quã nunc vident angeli, tantò amplius digni esse curate, vt eam percipere valeatis.

l. 31. Moral. cap. 2. d *Succincti lumbos.* ✠ Gregor. Lumbos carnis succingere, est luxuriam ab effectu refrenare. Lumbos verò mentis succingere, est hãc etiam à cogitatione restringere.

† dũ vobis patefit Iesus Christus.

Hom. 13 in Eu. ✠ Idem. Lumbos præcingimus, cũ carnis luxuriam per continentiam coarctamus.

L. de continent. cap. 7. ✠ Avgvsti. Quid est lumbos accingere? Libidines cohærcere, quod est opus continentiæ.

L. de cõtemptu mundi secũdo c. 18 e *Sobrij, &c.* ✠ Innocent. Tertius. Gula paradisum clausit, primogenita Esau vendidit, suspendit pistorem Pharaonis, decollauit Baptistam, Balthasar cum imperio perdidit, Israel ad vituli idolum venerandum impulit, & diuitem quotidie splendide epulantem in inferno sepeliuit. Quid turpius ebrioso? Cui fœtor in ore, tremor in corpore: qui promittit multa, prodit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur, &c. E

f *Sperate* Securi expectate mente, & corpore casti. Nam qui domino se placere non nouit, meritò spe bonorum carens, ne citius adueniat metuit.

g *Filij.* Et vt securè possitis expectare, sitis filij obedientes patri corripienti.

h *Qui vo. vos san.* i. sanctificatum, & sanctificantem vos vt in omni conuersatione sitis sancti: Vnde: *Estote & vos perfecti sicut, &c.* Matth. 5. g.

✠ Didymvs. Cùm Deus qui per euangelium euocauit ad salutem, sit sanctus, necesse est obedientibus vocationi omni conuersatione atque prudentia fieri sanctos eius, præcipuè dum is qui vocat ad hæc inuitet, & tribuat sanctitaté. Ait enim. Quomodo ego fons sanctitatis sum, per substantiam sanctus existens, vos studete participari sanctitate quos diligo, vt sitis sicut & ego. Et vide dispensationé. Se namque sanctum esse dixit, accedétes auté ad eũ fieri, vel futuros sanctos indicat.

i *Sine acceptione personarum iudicat, &c.* Non vt carnalis pater, qui filiis peccantibus indulgentius quàm seruis parcere consueuit. Sed Deus pater, & seruos obedientes imo & hostes Beda. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Per eos qui. *id est, prædicauerunt euangelium.*
2 Spiritusancto mis. *in signo visibili, in die Pentecostes. Tunc enim fuerunt illuminati, & constantes effecti ad prædicandum euangelium in omnibus linguis, propter quod eis non minus credendum est, quàm prophetis: quia eodem spiritu locuti sunt: imo magis, inquantum per eundem spiritum fuerunt magis illuminati.*
3 In quem desider. *Nam eadem est visio & fruitio trium personarum. istud tamen desiderium non importat expectationem non habiti: sed continuationem habiti.*
4 Propter quod. *Hic consequenter inducit renatos ad munditiam, vitæ, & primò ponit suam monitionem, secundò inducit ad hoc multiplicem rationem, ibi:* Et si patrem. *Circa primum dicit.* Propter quod. *i. quia estis filij Dei per adoptionem, vt prædictum est.*
5 Succincti lum. *id est, casti corpore & mente.*
6 Sobrij. *in victu & vestitu.*
7 Perfecti. *in omni virtutis actu.*
8 Sperate in eam. *i. sperate ad consequendam gloriam quæ est gratia consummata, quæ offertur quando gratia in præsenti datur, quæ est arra gloriæ.*
9 In reuela. Iesu. *id est, per eius reuelationem, quando apertè facie ad faciem videbitur.*
10 Quasi filij obedientiæ, &c. *in mandatorum Dei adimpletione.*
11 Non configurati. *id est, non conformati.*
12 Prioribus ignorantiæ vestræ. *id est, carnalibus vitijs, quibus eratis dediti antequam de tenebris ignorantiæ vocati essetis ad lumen fidei.*
13 Sed secundum eum qui vo. *vt ei conformemini. propter quod subditur.*
14 Vt & ipsi sancti. *imitantes eum prout poteritis.*
15 Quoniam scriptum est. *Le. xix. a.* Sancti eritis.
16 Et si patrem. *Hic consequenter inducit ad suum propositum multiplicem rationem. prima accipitur ex Dei timore, qui facit ab immunditia recedere, Prou. xv. d.* Per timorem declinat omnis homo à malo. di. Et si patrem inuocatis. *Et accipitur hic si, pro quia: quia fideles inuocant Deum tanquam patrem suum.*
17 Qui sine acceptione personarum iudicat, &c. *in æquitate iustitiæ.*
18 Secundum vniuscu. *reddens ei pœnam vel præmium propter hoc est magis timendus.*

A stes manum sibi dantes in filios sibi adoptabat, & qui filiorum nomine videbantur honorabiliores pro inobedientia hæreditatis reddit exortes.

Epist. 5. a *In timore, &c.* ✠ Hieronymvs. Ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus, diebus ac noctibus operior cum tremore reddere nouissimum quadrantem. Et tempus quo mihi dicatur, Hieronyme, veni foras.

a ¶ Ne per negligẽtiam & desideria tantò patre sitis indigni, & dum tempore exilij vestri securi sitis, ad patriam beatitudinis peruenire non possitis. b ¶ Ideo ita conuersamini vos dico. Scientes. 1
a in timore incolatus vestri tempore conuersamini. Scientes, 2
b a ¶ His preciis solent peccata redimi inter homines.
c quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis
a ¶ Etiam à præuaricatione legis.
d de vana vestra conuersatione † paternæ traditionis, sed pre- 3
a ¶ Quia immunis ab omni peccato. b ¶ Ab actuali c ¶ Ab originali.
e cioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati
a ¶ Præordinati à Deo quod per eum fieret redemptio.
Christi, † præcogniti quidem ante constitutionem mundi, 4
a ¶ Per assumptam humanitatem. b ¶ Saluandos.
† manifestati autem nouissimis temporibus, propter vos 5
a ¶ Per institutionem eius. ¶ Vt membra.
qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum à mor- 6
a ¶ In ascensione. ¶ Vt eandem gloriam vos speraretis habere per ipsum. b ¶ Hoc totum non ideo, quod ipse indigeret, sed vt fides vestra. c ¶ Vt eandem gratiam per ipsum speretis vos habere.
tuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in Deo. 7
a ¶ Ergo inuicem diligite: vos dico castificantes animas v. vt vni sponso seruent fidem. 8
b ¶ Ex dilectione Dei obedientes sitis ad omnia ferenda. 9
f Animas vestras † castificantes in obedientia charitatis, in 10
a ¶ Etiam si fratres vobis noceant. ¶ Quam hucusque. 11
fraternitatis amore, † simplici ex corde inuicem diligite † at- 12
a ¶ Ideo hoc agite. b ¶ Carnis, non ex lege quæ in multis deficit, sed euangelio immutabili. 13
g tentius. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibi- 14
a ¶ Verbum. i. filius Dei, vel euangelium corrumpi non potest. 15
b ¶ Hanc natiuitatem dico incorruptibilem, quia alia natiuitas est corruptibilis.
h li, per verbum Dei viui & permanentis in æternum: † quia 16
a ¶ Transitoria. b ¶ Omnes delectationes carnis. 17
c ¶ Quia aliquid promittunt ex se, & nullum tamen afferunt fructum.
omnis caro vt fœnum, & omnis gloria † eius tanquam flos

† qui præordinatus fuerat.
† manifestatus.
† purificastis obediẽdo veritati per spiri. s.
† non simulata.
† quam ex patrũ acceperatis traditione.
† vehementer.
† Isa 40. f Eccl. 14. c Iaco. 1. b

b *Incolatus ve.* Et vt possitis esse sancti, conuersamini tempore vestri incolatus quãdiu in huius mũdi exilio estis, timore. *Beatus enim qui semper est pauidus.* hoc dico si inuocatis, quasi: Aliter autem non inuocatis, nisi solliciti & timidi sitis.

Beda. c *Scientes quod non cor.* Quanto maius precium quo redempti estis à corruptione vitæ carnalis, tanto amplius timere debetis, ne reuertendo ad corruptelã vitiorum, animum vestri redemptoris offendatis. B

d *Sed pr. sang.* Ordo: Sed precioso sanguine Christi, quasi agni incontaminati & immaculati. Hic tangit Leuiticas, & sacerdotales celebrationes. Significat autem animam mundam per iustitiam quæ offertur Deo.

Iere. 11. d e *Agn.* Mansueti, non aperientis os suum, lana sua vestientis nos in prædicatione sua.

Ioh. 1. b f *Simpl.* Non aliquo commodo, vel incommodo. *Non ex sanguinibus, neque ex volun. vi. &c.*

Beda. g *Non ex se.* Sicut ex semine corruptibili caro quæ corrumpitur nascitur, sic per aquam verbo Dei cõsecratam vitam quæ finem nesciat, tribuetur quod etiam aptè prophetico testimonio astruimur, quia omnis caro fœnum. Sicut incorruptibile est precium dominicæ passionis quo redẽpti sumus, ita & incorruptibile est sacramentũ sacri fontis quo renascimur. Quæ ita sibi inuicem Isa. 40. b.

D inuicem connectuntur, vt vnum sine altero vt salutem conferre nequeat. Ita enim vos dominus tempore incarnationis suæ sanguine suo omnes redemit, vt nos quoque nostro tempore viritim pro generatione baptismi ad consortium eiusdem regenerationis peruenire mereamur.

In 40. c. Isa. h *Quia omnis caro vt fœnum & omnis gloria.* ✠ Hieronymvs. Reuera si quis fragilitatum carnis aspicit, & quod per horarum momenta crescimus atque decrescimus, nec in eodem manemus statu: ipsumque quod loquimur, dictamus, & scribimus de vitæ nostræ parte prætervolat, non dubitabit carnem fœnum dicere, & gloriam eius quasi florem fœni: qui dudum infãs, subito puer, repẽte iuuenis, & vsque ad senectutem per spatia mutatur incerta, & ante se senem intelligit, quàm iuuenem amplius non esse se miratur. Pulchra mulier quæ adolescentum post se trahebat greges, aratra fronte contrahitur: & quæ prius amori, postea fastidio est. E

Tract. 7. in Ioan. ✠ Avgvstinvs. Lætitia seculi vanitas est: cum magna expectatione speratur vt veniat, & non potest teneri cùm venerit. Iste dies qui lætus est, cras vtique non erit. Transeunt omnia, euolant omnia, & sicut fumus vanescunt. Omnis quippe caro fœnum.

Li. 16. Morat. ca. 5. ✠ Gregorivs. Iniquorum potentia fœni floribus comparatur, quia dum nitet, cadit: dum extollitur, repente terminatur. Sic in altum stipula rapitur, sed casu concito ad ima reuocatur. Sic nubila ab infimis se erigit, sed exortus solis radius hanc abstergit ac si non fuerit. Sic spumosæ aquarum bullæ inchoantur pluuiis, sed celerius diruptæ pereunt. Sic omnis caro fœnum, &c.

a Ver. F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Incolatus ve. tempore. *i. tempore præsentis vitæ.* in timore: *qui facit offensam Dei patris cauere.*
2 Scientes. *Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex hominis valore, quæ patet ex hoc, quòd redemptus est tanto precio. scilicet sanguine Christi precioso. propter quod non debet se paruipendere vitijs carnalibus maculando. vnde dicit Hugo libro de arra sponsæ. Amplius mihi esse vilis non debeo, quia tantum Deo placui, vt mori pro me eligeret ne me perderet. ideo dicitur:* Scientes, quod non corrupt.
3 De vana vestra. *Conuersi enim de Gentilitate à parentibus erant informati idolis seruire, quod est valde vanum.* nam idolum nihil est. j. Corinth. x. *Sicut conuersi de Iudaismo erant informati à parentibus spiritualibus. scilicet sacerdotibus relinquere mandata Dei propter traditiones hominum, vt habetur Matth xv. quod erat etiam valde malum. Potest etiam hoc intelligi de cæremonijs veteris legis, quæ dicuntur vanæ: Tum quia non conferebant gratiam: Tum quia cessauerunt in morte Christi quantum ad obligationem.*
4 Præcogniti qui. an. *nam ab æterno mysterium Christi fuit præordinatum à Deo.*
5 Propter vos. *id est, ad vtilitatem vestram.*
6 Qui suscit. eum à. *Suscitatio verò Christi facta fuerit à tota trinitate, attribuitur tamen patri, sicut & potentia per quam facta est.*
7 Et dedit ei gl. *scilicet corporis quam accepit in sua resurrectione. nam ab instanti conceptionis habuit gloriam anima.*
8 Vt fides ve. & spes. *de beatitudine consequenda.*
9 Esset in de. *id est, ab ipso recipienda.*
10 Animas ve. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex fraternitatis amore qui turbatur quando aliqui vitijs se maculant. quæ alij abhorrent, ideo dicit:* Animas ve. casti. *i. vosmetipsos. totum à digniori parte nominando.*
11 In ob. ch. *i. ex charitate mandata Dei seruando in quibus prohibetur adulterium, & etiam concupiscentia vxoris alienæ.*
12 In fra. a. *id est, sicut verè fratres in fide.*
13 Simpli. cor. *i. sine plica dolositatis seu falsitatis.*
14 Inuicem dili. atten. *quia si homo diligit fratrem suum carnalem, quanto magis debet diligere spiritualem fratrem suum.*
15 Renati non ex semine. *Hic ponitur quarta ratio, quæ accipitur ex originis honore. homo enim attendens nobilitatem suæ originis. etiam secundum carnem abhorret vitijs fœdare fœdationem suæ spiritualis originis, quæ incomparabiliter est dignior. & hoc est quod dicit:* Renati non ex se. cor. *debetis supple vosmetipsos castificare. vnde refertur ad id quod prædicitur. Animas vestras castificantes* Per verbum Dei viui. *expressum in sacramento baptismi. in quo fit regeneratio. Accedente enim verbo ad elementum fit sacramentum.*
16 Et permanentis in æter. *in suo effectu. Character enim baptismalis est indelebilis gratia, etiam ibi data est arra vitæ æternæ.*
17 Quia omnis caro. *& hoc accipitur de Isaiæ xl. per quod ostenditur, quòd omnis nobilitas carnalis originis, nihil est respectu spiritualis.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Verbum autem domini manet in æternum. Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vos, &c.* Sicut ergo corruptibilis corruptibile generat, ita verbum quod manet in æternum, dat vitam æternam renatis ex aqua & spiritusancto. D

Beda.

a ¶ Vel fœni. b ¶ Infirmitate, vel morte. ¶ Per me & alios apostolos.

agri. Exaruit fœnum, & flos eius decidit: verbum autem domini manet in æternum. Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vos. 1

NICOLAVS DE LYRA.

1 Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vos, &c. *i. apud Nam primò prædicatur regeneratio baptismalis, & postea cætera sacramenta.*

ADDITIO.

Prima Petri in ca. j. vbi dicitur in Postil. Aduenis, aduenæ dicebantur illi qui de Gentilitate conuertebantur.

Aduena in sacra scriptura non accipitur pro illo qui de Gentilitate conuertitur, & huiusmodi. sed pro illo qui aduenit de alia regione ad cohabitandum cum indigenis alterius terræ, sicut erant Iudæi qui à Ierosolymis propter aliquas persecutiones ad alias terras transibant. Vnde Gen. xxiij. a. Abraham dicebat Hethæis: Aduena ego sum apud vos. quod non potest intelligi ex hoc, quod Abraham conuerteretur ab eorum Gentilitate, sed solum propter hoc, quod ab alia regione venerat ad habitandum cum eis. Illi autem qui conuertebantur de Gentilitate dicebantur proselyti. Et cum hoc concordat prima glo. in hoc loco, licet secunda videatur discordare. prima tamen est tenenda. Nec etiam est verisimile, quod beatus Petrus, qui apostolus circuncisionis erat, specialius scriberet circuncisis proselytis, quàm circuncisis fidelibus antiquis, &c.

CAP. II.

1.50 Homi. Homil. 20. a *Deponentes ig. omnia.* AVG. Quid est malitia? nisi nocendi amor. Quid dolus? nisi aliud agere aliud simulare. Quid adulatio? nisi fallaci laude, seductio. Quid inuidia? nisi odiũ felicitatis alienæ. Quid detractio? nisi mordacior quã veracior reprehẽsio. Malitia malo delectatur alieno. Dolus duplicat cor. Adulatio linguã. Detractio vulnerat famam.

† Eph. 4.f Col. 3.b Heb. 12.a

B

† per illud.

† benignus.

CAP. II.

a ¶ Voluntatem nocendi aliis.

a Deponentes igitur omnem malitiam, 1

a ¶ Deceptionem. b ¶ Cum aliud in corde, aliud in ore.

& omnem dolum, & simulationes, & 2

a ¶ Cordis contra successus aliorum. b ¶ In verbis. 3

b inuidias, & omnes detractiones: sicut 4

a ¶ Sine ruga duplicitatis. 5

c modo geniti infantes rationabiles sine 6

a ¶ Simplicia rudimenta fidei de vberibus matris ecclesiæ quærite. i. de vtriusque testamenti doctoribus qui diuina eloquia scripserunt vel viua voce prædicant. 7 8

d dolo lac cõcupiscite, vt † in eo crescatis in salutẽ, si tamẽ gu- 9

e ¶ Fide & imitatione. 10 - in salutẽ

f statis quoniam † dulcis est dominus. Ad quem accedẽtes, la- 11

g a Cum dicerent, Non habemus regem nisi Cæsarem. 12

b ¶ Qui non fallitur in sui dispositione. ¶ Ne timeatis reprobari. 13

h pidem viuũ ab hominibus quidẽ reprobatum, à Deo autem 14

Beda. b *Sicut mo. ge.* Quia sic renati estis, & filij æterni facti, tales estote per studium bonę conuersationis, quales sunt infantes recenter nati per naturam ætatis.

c *Rationabi.* Etsi infantes per malitiam remotam, rationabiles tamen per sapientiam: nec ratio aliqua ad versutias seculi vos trahat. sed sine dolo sitis. vnde: *Estote pruden. si. s. &c.* Matt. 10.b

Beda. d *Lac. con.* Tangit illos qui ad audiendas sacras lectiones fastidiosi adueniũt ignari illius sitis, & esuriei, de qua dominus ait: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* ideoq; tardius ad perfecta salutis incrementa perueniunt, quo possint solido cibo verbi refici. i. arcana cognoscere diuina, vel maiora facere bona. Ibidem. 5.b

e *Vt in eo cre.* Vt etiam bene discendo per sacra dominicæ incarnationis perueniatis ad contemplationẽ diuinæ maiestatis.

Epist. 253. ✻ BERNARDVS. Vera virtus finem nescit, tempore non clauditur. Charitas nunquam excidit, nunquã est ociosa. Timor domini sanctus permanet in seculũ seculi: Nunquam iustus arbitratur se comprehendisse: nunquam dicit, satis est: sed semper esurit, sititque iustitiam: ita vt si semper viueret, semper iustior esse contenderet: semper de bono in melius proficere conaretur. Indefessum proficiendi studium, & iugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur. Quod si studere perfectioni, esse perfectum est, profectò nolle proficere deficere est. In scala Iacob nullus angelorum residet, sed vel ascendere vel descendere videbantur vniuersi, vt palam daretur intelligi inter profectum & defectum nihil mediũ inueniri. C E

Beda. f *Si ta. g.* Hoc pacto purgata cordis malitia, vitalem Christi alimoniam concupiscite, si quanta sit diuina dulcedo sapitis. Nam qui nihil de eius dulcedine gustat, non est mirum si hunc terrestribus desideriis sordidare non euitat.

g *Ad q. ac.* Q. Accedite ad eum, quia accedentes per fidem superædificamini, *quia fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* 1.Cor 3.c

✻ CHRYSOSTOMVS. Nihil est quod prohibeat, quo minus prope Deum simus. *Deus enim appropinquans ego sum, ait, & non Deus procul. Non longè est ab vnoquoque nostrum.* Non adsistit miles qui expellat, non satelles qui tempus interrumpat. Non est qui dicat: non est tempus accedendi, veni postea. Sed quando veneris, stat audiens, etiam si tempore prandij, etiam si tempore cœnæ, etiam si nocte intempesta, etiam si in foro, etiam si in via, etiam si in cubili fueris, & eum vocaueris, nihil vetat quo minus tuam petitionem audiat, &c. In psal. 4.

h *Lapidem.* Super quem fundatur æterna ciuitas, non materialem lapidem, sed viuum, qui nullis concussionibus potuit deiici, sic nec illi qui fundati sunt in eo. Beda. F

☞ a Tanquam

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Diuisio. ✻ DEponentes. *Postquam beatus Petrus instruxit fideles de regeneratione spirituali, hic consequenter instruit eos de educatione consequenti, sicut opere naturæ nutritio sequitur, diuiditur in duas partes: quia primò inducit ad hanc educationem, secundò ad consequendam perfectionem, ibi:* Ad quem accedentes. *sicut in naturalibus perfectio sequitur educationem, nutritio verò in fide & moribus præsupponit vitiorum abiectionem, ideo dicit.*

1 Deponentes ig. om. *i. malam cogitationem contra proximum adhuc in corde latentem.*

2 Et om. dolum. *i. verbum proximi deceptorium.*

3 Et si. *bonitatis apparentis tantum.*

4 Et in. *i. tristitias de bonis proximi.*

5 Et o. de. *quibus infertur nocumentum proximo in eius fama, quæ est preciosior pecunia.*

6 Sicut mo. ge *Regenerati enim per baptismum debent esse similes infantibus quantum ad innocentiam, sed non quantum ad ignorantiam.*

7 Lac. con. *s. facilioris doctrinæ, secundum quod dicitur. j. Co. iij. a.* Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi. *Non enim de nouo baptizatis debent ardua, & difficilia fidei proponi, quæ non sunt ab eis captibilia, sed tantũ leuia, sicut nec pueris corporaliter dantur statim cibaria solida, vt carnes & pisces, sed de facili conuertibilia, vt lac & huiusmodi.*

8 Vt in eo, &c. *i. per notitiam facilium ascendatis ad notitiam magis difficilium, & proficiatis in augmento fidei, & morum.*

9 Si ta. gu. *Sicut enim cibus corporalis non proficit nisi sapiat, sic nec spiritualis.*

10 Ad q. *Hic consequenter inducit fideles ad perfectionis adeptionem, secundò adeptæ diffusionem, ibi:* Vos autem. *Prima in tres: quia primò facit suam admonitionem secundò inducit scripturæ confirmationem, ibi:* Propter quod. *tertiò infert suam conclusionem, ibi:* Vobis igitur. *Circa primum sciendum, quod Christus est fundamentum ecclesiæ, secundum quod dicitur. j. Co. iij. c.* Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. *huic autem fundamento adhærent fideles per fidem charitate formatam, & sic proficiunt ad augmentum fidei & morum. & hoc est quod dicit:* Ad q. *s. Christum.* Diuisio.

11 Acced. *fide formata charitate.*

12 Lapi. vi. *non tantum formaliter, sed etiam affectiuè, quia causat in aliis vitam spiritualem.*

13 Ab h. &c. *i. à Iudæis perfidis humana tantum sapientibus, & non diuina.*

14 A Deo a. *ad salutem mundi fiendam per ipsum.*

✻ 1 Et

☞ a *Tanquam la. vi.* Per infidelitatem duri & insensibiles, sed per discretionem eruditi viuificantur & apti sunt, vt in Dei ædificio charitate compingantur. A

✻ AVGVSTINVS. Deus qui vbique præsens est, & vbique totus, non in omnibus habitat, sed in eis tantum quos efficit templũ suum, eruens eos à potestate tenebrarum. Aliter autem dicitur templum eius in significatione, cũ fit per manus hominum de rebus inanimis, sicut tabernaculum lignis, velis, pellibus atque huiusmodi mobilibus, sicut etiam per Salomonẽ regem, templum lapidibus, lignis, metallis cõstructum: aliter verò reipsa vera quæ illis significationibus figurata est: vnde dicitur, Tanquam lapides viui ædificamini domus spiritalis. Et vnde item scriptum est: *Nos enim templa Dei viui sumus, sicut Deus dicit: Quoniã inhabitabo in illis, inambulabo, &c.*

Epist 57. Coloss. 1.

† in summo ponendum angulo.

† pretiosus est.

B

2.Cor. 6.

b *Aedificamini.* Ad offerendum bona opera, eleemosynas, preces & vosipsos.

a ¶ Vt faceret vtraque vnum. b ¶ In miraculis in ascensione. c ¶ Etiam vos tanquam lapides i. solidi in fide, viui in virtutibus.

a electum & honorificatum. Et ipsi tanquam lapides viui su- 1

a ¶ Contra pluuias, ventos, flumina. b ¶ Vos dico existentes sacerdotes digni oleo lætitiæ inuncti. 2

b perædificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum, 3 4

¶ Non sicut in veteri lege.

c offerentes spiritales hostias acceptabiles Deo per Iesũ Chri- 5 6

¶ Isaiæ. ¶ Quia in Iudæa natus. 7

d stum. Propter quod cõtinet scriptura. † Ecce ponam in Sion 8

a ¶ Solidum. b ¶ Perfectionem omnibus. c ¶ Duos populos coniungentem. d ¶ Ex omnibus. e ¶ Redemptionis præcium. 9

lapidem † summum, angularem, probatum, electum, precio- 10 11

¶ Qui in precium datur. a ¶ Imitando eum. b Neque in præsenti de casu erubescet, neque in futuro vacuus erit præmio. c ¶ Ab autoritate prophetæ. 12

e sum, & qui crediderit in eum non † confundetur. Vobis igi- 13 14

¶ Credentes in filium honorabit pater, & in aduentu eius non confundentur.

a ¶ Quem noluerunt ponere in fundamento cordis sui Iudæi carnaliter legem suam tenendam confirmantes, & omnem suam iustitiam constituere volentes. 15 16

f tur credentibus † honor: non credentibus autẽ † lapis quem 17

¶ Et tamen. a ¶ In Christiana ædificatione. 18

reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & 19

¶ Factus est. a ¶ Verbo, quia qui male loquuntur de Deo erubescent cum viderint tantam gloriam eius. 20

g lapis offensionis, & petra scãdali his qui offendũt verbo, nec 21 22

h a ¶ Quia in ipso viuimus, mouemus & sumus. b ¶ Per fidem. 23

i credũt in quo & positi sunt. † Vos autem genus electum: re- 24

k ¶ Quantum ad se. a ¶ In sanguine redemptionis eius. 25

l b ¶ Non iam viuentes in passionibus & desideriis, sed sanctè & iustè viuentes. 26

m gale sacerdotiũ, Gẽs sancta, populus acquisitionis, vt virtutes

c *Per Ie. Christ.* hoc ad omnia refertur. ædificamini sacerdotes estis, offertis, & hoc totum per Iesum Christum cuius gratia omnia habetis.

d *Propter quod.* Confirmandum, quod dominus propter firmitatem suam iure sit lapis vocatus.

e *Vobis igitur cre. est ho. non cr. &c. quem re. æd.* ita reprobatus ab istis sicut ab illis, & ille lapis hic. i. credentibus est factus in ca. an. & infidelibus factus est lapis offensionis & pe. scan.

Isai. 8.c Beda. f *Non cre.* quia sicut ipsi in sua ædificatione eum reprobauerunt, sic & ipse in suo aduentu reprobabit illos accipere in ędificationem domus suæ quæ est in cælis.

Ioan. 9. Luc. 2. ✻ DIDYMVS. Sicut Iesus cùm sit lumen, venit in mũdum, vt illuminaret eos qui cæli erant, ante eius aduentum, & excæcaret qui male viuebant: sic etiam positus est ad ruinam & resurrectionem multorum in Israël, excitãs eos qui peccato corruerant, & corruere faciens qui in peccatis statum firmissimum possidebant. Sic & cùm lapis electus & honoratus sit, honorem præstat eis qui per fidem superædificantur in eo, fundamentum eorum robustissimum vehementer existens. Apud eos qui non credunt, non honorabilis, sed offensionis est lapis, & petra scãdali, cùm similes existant ædificatoribus qui despexerunt eum, scribis, & Pharisæis. Ad hoc enim, hoc est, ad non credendum, & offendendum, in eo positos dicit eos, qui ab eius doctrina dissentiũt. Est autem positio hæc voluntaria, initium non credendi gerens. Sicut enim mundus qui in maligno positus est, non ex natura, sed ex passione propria positionẽ habuit in maligno, ita & de quibus sermo est, ad nõ credendum à semetipsis sunt positi, cognati existentes eorum qui traditi sunt in reprobũ sensum, &c. C D

† Isai. 28.d

† pudefiet.

† Psal. 117.c Matt. 21.d Mar. 12.a Luc 20.c Act. 4.b

E

† Exo. 19.a

g *Et lapis of.* cum lapis sit in quo sustentetur & tuti quiescãt boni, incredulis erit causa offensionis in præsenti non credẽtibus in eum, & ideo cadentes sunt de vitio in vitium. Est in futuro petra scandali, quia ad illud quem humilem conculcauerunt colliduntur gressus eorum & cadent in ignem æternũ, qui par. est dia. & an. eius.

h *Offendunt ver.* Offendit verbo, qui eo quod verbum audiuit. offendit animo, dum quod audiuit, non credit, cuius stultitiam exagerat. *Nec cre. in q. p. sunt.* per naturam ad hoc sunt facti homines, vt credant Deo, & voluntati eius obtemperent.

i *Vos autem g. ele.* hoc testimonium laudis quodam antiquo populo per Moysen datũ. Gentibus dat Apostolus qui in Christum credũt: qui veluti lapis angularis in eam quam in se Israel salutem habuerat, Gentes adunauit.

k *Electum.* per fidem electi & distincti ab illis qui reprobantes lapidem facti sunt reprobi.

l *Regale sa.* summi sacerdotis corpori vniti, qui regnum sperare, & hostias immaculatæ conuersationis Deo offerre debebãt.

m *Acquisitionis.* in sanguine redemptionis eius, qua erat quondam populus Israël redẽptus sanguine agni de Aegypto. Vnde F

☞ & in

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et h. *in miraculorum operatione, & in sua gloriosa resurrectione, & ascensione & spiritussancti missione.*

2 Et ipsi. *i. vosipsi.*

3 Tanquam l. *per fidem charitate formatam.*

4 Super ædi. *i. in domos spirituales.*

5 Sacer. *Circa quod sciendum quod sicut homo Christus est Dei templum, quia in eo habitat diuinitas, & sacerdos & si hostia, inquantum obtulit semetipsum Deo patri pro salute mundi, sic fideles ei conformati sunt Dei domus, vel templum, inquãtum Deus habitat in eis per gratiam. sunt etiam sacerdotes & hostia, inquantum seipsos offerunt Deo per deuotionem & sanctam operationem. ideo subditur.*

6 Offerentes sp. h *non carnales sicut in le. vete.*

7 Accepta e. per Ie. C h. *per quem sumus Deo patri reconciliati, propter quod in fine oblationum, & orationum ecclesiæ ponitur:* Per dominum *Iesum Christum. vel aliquid simile, quia per ipsum nostræ oblationes & orationes sunt acceptæ.*

8 Propter q. *Hic consequenter ad propositum inducit scripturam di.* Propter quod con. sc. *Isa. xxviij. secundum translationem. lxx.*

9 Ecce po. in. *i. ecclesia per Sion figurata, eò quod ibi Christus prædicauit, & apostolis spiritusanctum misit.*

10 Lapi. sum. *i. Christum. sicut ibidem declaratum fuit etiam per dicta Hebraicorum doctorum.*

11 Angularem. *Quia Christus coniunxit Iudæos & Gentiles in vna ecclesia tanquam duos parietes.*

12 Electum. *à Deo ad opus nostræ redemptionis.*

13 Preciosum. *per inhabitationem deitatis.*

14 Et qui cre. *tanquam in saluatorem omniũ fide formata charitate.*

15 Non conf. *sed magis honorabitur cælesti honore.*

16 Vobis igitur. *Hic ex dictis infert conclusionem, di.* Vobis igitur cre. ho. *erit supple, in cælestibus.*

17 Non cre. autem. &c. ædi. *i. Iudæorum Scribæ & sacerdotes.*

18 Hic fa. est c. an. *coniungens Iudæos & Gẽtiles in vna ecclesia Dei.*

19 Et lapis of. *hoc accipitur de Isa. viij. & intelligitur ad literam. de reprobatione Iudæorum, vt ibidem dictum fuit. ideo subditur.*

20 His qui of ver. *i. Iudæis obstinatis blasphemantibus Christum.*

21 Nec cre. in quo & po. sunt. *Ad hoc enim fuit eis data lex, vt disponerentur ad Christum, secundum quod dicitur Gal. ij.* Lex pædagogus noster fuit in Christo, *& ipsi pro maiori parte remanserunt increduli.* 22 Vos. *Postquam induxit fideles ad huius perfectionẽ consequendam, hic consequenter inducit eos ad huius perfectionis diffusionem. tũc enim dicitur aliquid perfectum, cum potest alterũ facere quale ipsum est. iiij. Meteororum. Et primo inducit ad hanc diffusionem faciendam verbo prædicationis. secundo exemplo sacræ conuersationis, ibi:* Charissimi. *Circa primum dicit,* Vos autem genus ele. *supple estis per baptismum, in quo facti estis filij Dei adoptiui, & per consequens de genere eius.*

23 Regale sac. *i. conformati Christo, qui est rex & sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. qui fuit rex & sacerdos, Gen. xiiij. Et sic est de veris Christianis, qui sunt reges per subiectionem passionum, sacerdotes per orationis deuotæ sacrificium, ideo dicitur Apoca. v. c.* Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, &c.

24 Gens sancta. *i. per baptismum lauata & mundata.*

25 Popul. acquisi. *pretioso sanguine Christi, vt dictum est ca. præce.*

26 Vt vir. an. eius. *verbo sanctæ exhortationis.*

14 Et

A & in sequenti versu mysticè recordatur veteris historiæ, & hác specialiter in vno populo impletam docet.

✲ DIDYMVS. Secundum veterem dispositionem legis, aliud erat regnum, & aliud sacerdotale genus, sacerdotale namque à Leui, regale ex Iuda genere succedebat. Post illam itaque successit euágelium, vnum & eundem sacerdotem regemque constituens, Christus náque vtrunque est, cui dictum est, *Tu es sacerdos in æternum*. Et iterum: *Ego suscitaui eum regem cum iustitia. Ego constitutus sum rex ab eo, &c.* His itaque dispensatis necessarium erat, dispersos ab eo qui simul rex & sacerdos est, electum esse genus & regale simul & sacerdotale. Patre siquidem eorũ vtrũq; habente principatum, necesse est eos tanquam ex rege regale, & tanquã ex sacerdote esse sacerdotale genus. Quapropter gẽs sancta dicuntur, vocati ab eo qui sanctus est, vt sancti sint. Hi náque super hoc quod sancta gens vocãtur, etiã populus acquisitionis existunt, extranei ab omni perditione facti, acquisitionem, quę fit ex his qui suscipiuntur, non qui proiiciuntur.

Psal. 109. Isa. 55. Psal. 2.

B †Rom. 13. a

¶ Sicut illos duxit in columna ignis.

a annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile

¶ i. sicut eratis à conuersatione populi Dei.

b lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc au-

¶ Tempore gratiæ. ¶ Populo eius vniti. ¶ Qui nec misericordiam sperare noueratis.

tem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nũc au-

¶ Quia estis misericordiam consecuti, ergo.

c tem misericordiam consecuti. Charissimi obsecro vos, tan-

¶ Sunt aduenæ qui commanent in alieno loco. addit, peregrinos: qui semper de loco ad locum transeunt. ¶ Non in hoc mundo, sed alibi patriam habentes.

d quam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus de-

¶ Dum concupiscentiis blandiantibus caro eneruiter subiurgatur, inde vitiorum exercitus firmiter aduersus animam armatur.

sideriis, quæ militant aduersus animam: conuersationem ve-

¶ Bene operando.

stram inter Gentes habentes † bonam, vt in eo quod detra-

¶ Putante, vos stultos: qui Deos eorum reliquistis: & propter peccata vestra vos in mundo affligi credunt. ¶ Ex vestra casta conuersatione.

e ctant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operi-

¶ Vestram dignitatem.

f bus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

¶ Et fidelibus & incredulis.

g † Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter

¶ Ne vel in hoc fidei Christianæ religionis possit detrahi, quod per eam trahuntur iura conditionis. ¶ Rege vel Deo.

h Deum, siue regi quási præcellenti, siue ducibus tanquã ab eo

† honesta.

✲ CLEMENS ALEXAN. Quod electum genus sumus, Dei electione, abundè clarum est. Regale autem dixit, quoniam ad regnum vocati sumus, & sumus Christi. Sacerdotium autem propter oblationem quæ fit orationibus & doctrinis, quibus acquiruntur animæ quæ offeruntur Deo.

Beda.

a *Annuncietis.* Sicut liberati de Aegypto, triumphale carmen domino cantauerunt, ita nos post tenebras dissolutas, post acceptam remissionem per Christum ducendi ad patriam supernæ claritatis, debemus Deo rependere gratias dignas cælestibus beneficiis.

Osee. 1. c Beda

b *Qui ali.* Hinc probatur quia hanc epistolam scribit his qui de Gentibus ad fidem venerant. Assumuntur hi versus de prophetia Oseæ in qua agitur de vocatione Gentium.

C c *Charissimi.* Hucusque generaliter instruxit ecclesiam, explicans vel beneficia quibus nos Deus ad salutem vocare, vel dona quibus aliquando Iudæos, nunc autem nos honorare dignatus est: hic diuersas fidelium personas solerter hortatur, ne carnaliter viuendo se reddant indignos tanta gloria spiritus, ne degenerent à gloria nobilitatis sibi promissæ. & primo liberos & seruos, dehinc mulieres & viros, tandem seniores & adolescentes qualiter sese habere debeãt docet, & apertè liberos abstinere à carnalibus desideriis admonet, quia solet libertas vitæ remissioris maiora illecebrarum titilãtium tolerare pericula.

✲ DIDYMVS. Qui propter diuinam pietatem digni sunt qui amentur, iure charissimi nuncupantur: non eo quod natura tales fuerint, sed quia esse meruerunt. Dicit ergo. Quoniã præcipuo circa vos affectu constringor, obsecro ac inuito, vt abstineatis à carnalibus desideriis, quæ inimicitias multas habent aduersus animam: quoniam alia animæ, & alia carnis substantia est. Illa siquidem incorrupta & immortalis, incorrupta, immortaliaque desiderat: hæc autem cùm sit corrupta atque diffusa, turpia & languentia concupiscit. Nam quando subtrahit se anima à passionibus corporalibus munda & splendida conseruatur, operationes dignas perficiẽs, memoriam habens boni, diligẽs Deum & scientiam eius habere volens. Quando verò passionibus carnis implicatur, his aduersa reperiuntur, obliuionẽ Dei, amorem libidinis potius quàm Dei dilectionem habens, ita vt penè tota putetur conuerti in carnem, &c. D

Beda.

d *Tanquam aduenas.* Eo minus animum terrenis rebus supponite, quo vos patriam in cælis habere meministis. Reprobi hic habent patriam, cuius desideriis inhiant, ideo relegabuntur in perpetuum exilium, carentes voluptatibus.

Beda.

e *Ex bo. op. con.* Plerunque contigit, vt pagani qui vituperabant fidem Christianorum, postea considerantes bonã eorum conuersationem, Christum laudare inciperent.

f *In die vi.* In tempore visitationis, quanta sit vobis gloria donanda per Deum, iam nunc recognoscunt increduli, cum vos instanter illum per omnia pericula sequi perspexerint. Vel, visitationis, quando visitabit dominus illos conuertendo.

E g *Subie. igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum siue regi, &c.* Et vt conuersatio vestra omnibus placeat, non resistatis alicui dignitati hominum, alicui personæ, alicui principatui. cuius Deus vos subdi voluit, quia non est potestas nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et creaturam per partes exponit.

F ✲ DIDYMVS. Præcones veritatis omnem malitiæ occasionem auferentes à nobis scribunt quatenus tales simus apud eos qui in potestatibus degunt, ne per nos Euangelium aut doctrina eius impediatur, nolentes nos eis officium debitæ deuotionis exoluere, & eorum actibus esse subiectos: quando tamen rectis legibus aliquid agere comprobantur. Paulus enim ait: *Omnis anima potestatibus subdita sit, &c.* Rom. 13.

h *Tanquam ab eo missis.* Multoties Deus aliquem malum tyrannidem exercere permittit, vt & mali confundantur, & boni magis probentur.

☞ a *Ad vin-*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Qui de te. *ignorantiæ.*

2 Vos vo. in ad. lu. su. *s. fidei & gratiæ & finaliter ad lumen gloriæ.*

3 Qui ali. non pop. Dei. *ante conuersionem. Hæc autem scriptura accipitur de Oseæ. j. & intelligitur ad literam Dei vocatione Gentium ad fidem, vt ostensum fuit ibidem. & hic inducitur. Quia sicut dictum est in principio huius epistolæ, beatus Petrus videtur eam specialiter scripsisse conuersis de Gentilitate. Gentiles autem dicebantur non populus Dei eo quod erant idololatriæ dediti. Iudæi vero dicebantur eius populus, vt patet in multis locis ve. Testa. eo quod erant cultores vnius Dei.*

4 Nunc au. po. Dei. *q. d. nunc autem econuerso est. nam Iudæi obstinati facti sunt non populus Dei. Gentiles vero conuersi populus eius, quia Christo incorporati.*

5 Qui non conse. mi. *quia Gentiles non habuerunt prophetias & legem diuinitus datam sicut Iudæi.*

6 Nunc au. mi. con. *per legis euangelicæ susceptionem.*

7 Charissimi. *Hic consequenter inducit fideles ad diffusionem fidei contra exemplum debitæ subiectionis, ibi:* Subiecti estote. *Circa primum dicitur.*

8 Obse. vos, &c. ad. per. *à ciuitate cælesti. Heb. xiij.* Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus: *ideo peregrini sumus.*

9 Abstinere vos à carna. desi. *Peregrini enim non quærunt in delitiis manere, sed festinant ad patriam transire. & hoc potissimè competit prædicatoribus secundum quod dicit Apostolus. j. Corint. ix. d.* Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar, *deuictus à delitiis carnalibus. ideo subditur.*

10 Quæ mi. ad. animam. *à culmine virtutis ipsam deiiciendo.*

11 Conuersationem ve. inter Gen. ha. bo. *Non ad laudem propriam, sed ad Dei gloriam & proximi ædificationem. ideo sequitur.*

12 Glori. Deum in die vi. *diuinæ gratiæ eos ad fidem conuertendo.*

13 Subiecti. *Hic consequenter inducit eos ad dandum exemplum debitæ humiliationis quæ est fundamentum & custos omnis virtutis dicens:* Subiecti estote. *vera humilitate.*

14 Omni humanæ creaturæ propter Deum. *Inquantum eius imago relucet in ea, & potissimè superioribus personam Dei repræsentantibus. ideo subditur:* Siue regi, &c. *& sequitur.*

8 Obse.   ✲ 1 Ad

☞ A a *Ad vindictam.* Non quod semper ita fiat, sed quod esse debeat actio ducis simpliciter narrat, qui etiam si bonos damnat: non minus ad laudem eorum pertinet quòd agit, si patienter improbitatem eius tolerant boni, & sapienter eius astutiæ resistũt.

Beda

b *Laudem verò bo. Quia sic est.* Verè qui quidquid duces agunt, boni laudem consequũtur: quia hoc vult Deus qui etiam malis vtitur in bonum, vt vos vtentes etiam illis in bonũ siue boni, siue mali sint *fa. obmu. impru. ho. igno.* Vt illi duces ignorãtes, quomodo eis in bonũ vtamini, & per eos laudem mereamini, non inueniant quid in vobis vituperẽt, dum etiam ipsos honoratis & patimini, quamuis sint immundi.

† veluti prætextum. †Rom. 12. c †8. di. c. quo iure.

c *Non qua velamen.* Non habentes libertatem vestram in velamẽ malitiæ. Libertas vestra non obuelet corda vestra vt tãto licentius peccetis, quanto minus seruitute deprimimini, & ne culpam vestrã nomine libertatis prætexatis. Vult autẽ liberos eos esse à seruitio culparũ, vt permanãt serui creatoris boni & fideles. Vnde addit: *Sed sicut serui Dei.*

† prauis, asperis. B † affligamini, & suffertis. † De celeb. miss. c. cum Marte. §. Christus.

¶ Pœnam. ¶ Remunerationem.

a missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.

b Quia sic est voluntas Dei vt benefacientes obmutescere fa-

¶ Et hæc bona facite. Quasi liberi.

ciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quási liberi:

¶ Quo maiori libertate vtimini apud homines, eo liberius diuino famulatui sitis subiugati.

c ẽt non † quasi velamẽ habentes malitiæ libertatem, sed sicut

¶ Seruitus Dei humilitatem requirit. b ¶ Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. ¶ Vnum. c ¶ Obsequio.

d serui Dei. † Omnes honorate, fraternitatem diligite. Deum

¶ In omni obsequio timor domini præcedat. b ¶ Quasi præcellentem ampliori honore veneremini. c ¶ Vt nec Deum offendatis, nec dominis obedire recusetis.

f timete, † regem honorificate. † Serui subditi estote in omni

¶ Fide, vita, moribus. b ¶ Modestè imperantibus & condenantibus.

g timore dominis, non tantum bonis & † modestis sed etiam

¶ i. per hoc efficitur homo gratus Deo: & hoc exigit gratia fidei.

h i † dischölis. Hęc est enim † gratia, si propter conscientiam

¶ Leues reputet tristitias.

k Dei sustinet quis tristitias patiens iniustè. Quæ est enim gra-

¶ Quamuis benefacientes.

tia, si peccantes & colaphizati suffertis? Sed si benefacien-

¶ Mala illata à dominis.

l tes † patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc

¶ Vt patiamini. b ¶ Et hoc exemplo Christi. c ¶ Q. gaudes. quia pro te mortuus est Christus, attende quod sequitur, vobis re. exem.

m enim vocati estis. † quia & Christus passus est pro nobis,

g *Non tantum bo.* Alia translatio: *Non tantum bonis & modestis: sed etiam difficilioribus.* D

Beda.

h *Discolis.* i. indisciplinatis. Schola Græcè, Latinè locus, in quo ad audiendos magistros liberalium artium conueniebant, vnde schola vacatio interpretatur, quia ibi vacabant studiis. Scholastici igitur sunt eruditi. Discholi indocti & agrestes. Ecce quomodo supra monebat subdi humanæ creaturæ ꝓpter Deũ.

✲ DIDYMVS. Non passibilem timorem seruos habere præcipit apud dominos. Hic enim irrationabilis & ad irrationabilia cõstitutus est: sed eum qui cum disciplina & recta ratione consistit, cuius proprium est reuerentia. Qui enim propter Christum & doctrinã eius Deum timet, cum reuerẽtia ei subiectus est: cùm ille qui per verbera aliaque tormenta timet Deum, passibilẽ timorem habere videt.

† Ephe. 6. a Col. 3. d Timo. 2. c 11. q. 1. ca. magnum. † humanis.

E i *Si propter con. Dei.* Si propter Deũ sciẽtẽ bonam intentionem aliquis patiens à domino verberatur iniustè, cum ei bene seruiat, sustinet. i. leues reputet tristitias. hæc est gratia, & per hoc efficitur gratus Deo & hoc exigit gratia fidei.

k *Patiens iniustè.* Si iniustè patimini, gratiã Dei acquiritis. Nam si vos suffertis patienter pœnas illatas à dominis, vos dico peccantes nolendo obedire eis & colaphizati ab ipsis dominis. i. sæpe correcti ab illis, vt per colaphos ad obediendũ inducemini, quæ gratia erit vobis inde? Nihil ꝓpter hoc accipietis à Deo.

✲ AVGVSTI. Multotiens disputando & scribendo mõstrauimus non eos posse habere martyrum mortẽ, qui Christianorum non habẽt vitam: cùm martyrẽ non faciat pœna, sed causa. Epist. 61

✲ IDEM. Hæretici qui propter iniquitates, errores, seditiones, sacrilegia, molestias patiuntur, nomine martyrũ se iactant, vt hoc pallio dealbati facilius ferantur, quia lupi sunt. Ser. 50. de verb. dom.

Beda.

d *Fr. d.* Et inter omnia fratres, amate etiam illos qui conditione tẽporali subiecti sunt vobis, vt fratres in Christo diligite.

e *Deũ timete.* ✲ DIDYMVS. Consequens est vt per hæc verba disciplinabiliter, & sicut oportuit omnes qui in sublimitate sũt honorentur, & diligãtur recta voluntate fraternitatis. Omnium enim qui laudabiliter agunt, Deus timor & fundamentum est.

✲ OECVMENIVS. Considera diligentiam, quomodo Deo timorem dicit distribui, regi verò honorem: vt timor Deo reddendus sit, qui potest animam & corpus perdere, nequaquam regibus obtemperemus cùm nos ad aliquid absurdum exhortantur. Dei namque timor vincere nouit etiam honorem qui regibus exhibetur: magis autem ipsos honore priuabit qui ab ipsis ad mala cogitur, iuxta sanctum qui dixit: Contemnitur coram ipso is qui malignè agit.

f *Ser. sub.* Hucusque exhortatus est liberos ad subiectionem, nunc seruis loquitur vt & ipsi subiecti sint dominis.

C

Beda.

l *In hoc enim vo.* Multum glorificat conditionem seruorum, quos benefacientes & absque culpa vapulantes à dominis crudelibus improbis affirmat imitatores dominicæ passionis.

m *Quia & Christus.* Cum supra specialiter seruos nunc totam ☞ ecclesiam F

g Non

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Ad vindictam malefactorum. *Sicut sunt extirpatores vitiorum, & conseruatores virtutum, propter quod eis debetur honor qui exhibendus est alicui ratione virtutis in se, vel in aliis, vt dictum est, suprà Iac. ij.*

2 Quia sic est vo. Dei. *quam implere debetis.*

3 Vt benefa. obmu. fa. *Quia per hoc ab eis auferetis materiam loquendi de vobis.*

4 Quasi liberi. *secundum veritatem, quæ est libertas à vitiis.*

5 Et non quasi v. ha. mali. li. *q. d. libertas vestra sit ad bonum, & non ad malum. Quod dicit contra aliquos, qui dicebant se esse liberos à tributo, eo quod erant filij Dei per baptismum. quod non est verum & sic retinendo illud quod debebatur dominis temporalibus cõmittebant furtũ.*

6 Sed sic. ser. *qui reddunt vnicuique quod est sibi debitum. Mat. xxij. b.* Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

7 Omnes honorate. *inquantum relucet in eis imago Dei.*

8 Fraternitatem diligite. *q. d. licet omnes sint charitate diligendi, tamen specialiter Christiani, qui sunt fratres vestri ex Christo & ecclesia sicut & vos regenerati.*

9 Deum timete. *timore filiali.*

10 Regem honorate. *inquantum gerit personam Dei.*

11 Serui subditi estote. *Postquam beatus Petrus informauit omnes generaliter, hic consequenter informat existentes in aliquibus statibus specialiter. & primo in statu seruili. secundo in statu coniugali. sequen. ca. tertio in statu pastorali, in princi. v. cap. quarto in statu iuuenili, ibi:* Similiter adolescentes. *Prima in duas: quia primo ponit suum documentum. secundo confirmat per exemplum, ibi:* In hoc enim. *Circa primum dicit:* Serui subditi estote in omni timo. dominis. *Hic accipitur omne, pro toto, totum autem & perfectum idem sunt. v. Metaph. est igitur sensus.*

Diuisio.

12 In omni timore. *idest perfecto timore. Est autem timor perfectus, quando quis cauet non solum offensam Dei: sed etiam hominis propter Deum. ideo subditur.*

13 Non tantum bonis. *i. bene morigeratis.*

14 Et modestis. *i. operantibus secundum moderamen rationis.*

15 Sed etiam discholis. *idest discordantibus ab istis moribus & imperandi modo.*

16 Hæc est enim gratia. *i. res gratiosa coram Deo, quia est supererogationis.*

17 Si prop. con. Dei. *i. propter conscientiam timorosam. quam aliquis habet de Deo: quia non solum, vult implere mandata, sed etiam consilia.*

18 Sustinet quis tristitias. *i. illuminatas à dominis pœnas.*

19 Patiens iniustè. *idest patienter sustinens quod infertur iniustè. quod declarat consequenter di.*

20 Quæ est enim gratia. *supererogationis.*

21 Si peccantes & colap. suffertis. *q. d. nulla sed est magis iniustitia.*

22 Sed si benefa. *i bene seruientes dominis vestris.*

23 Patienter s. *propter Deum pœnas ab eis illatas vobis.*

24 Hæc est gra. *q. d. vnde reddet supererogationis præmium.*

25 In hoc enim. *Hic consequenter dictum suum confirmat per exemplum, di.* In hoc enim vo. estis. *vt iniuriam patienter toleretis.*

26 Quia & Christ. &c. *similia & maiora. & patet litera vsque ibi.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiam instruit, vt etiam dominis in memoriam reuocet, quid pro eorum salute vel liberatione suus autor pertulerit.

✠ AVGVST. Petrus dicit animæ humanæ. Sequere sponsa, sequere vestigia sponsi tui, nullus te metus reuocet à consortio dilecti tui. Ama amantem, quia primus ille amauit non amantem: require requirentem, quia prius ille quæsiuit non quærentem.

✠ IDEM. Ita dicit: Quæcunque ergo te aguntur, æquanimiter ferri non possunt, imò tolerare peccatum est: quia si non eis cum magna exasperatione resistitur contra te deinceps sine mensura cumulantur. Patientia respondet. Si passio redemptoris ad mentem reducitur, nihil tam durum quod non æquo animo toleretur. *(Christus enim*, ait Petrus, *passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Ipse enim dicit, *Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Si me persequuti sunt, & vos persequentur.* Sed quanta sunt in comparatione passionum eius, quæ patimur? Ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit, & nos miseri ad nostram confusionem vno sermone fatigamur, vno verbo deiicimur. Et quid agimus de eo quod dicitur: *Si non compatimur, non conregnabimus?*

2. Tim. 2. à *Qui cum malediceretur, &c.* ✠ OECVMENIVS. Quomodo ait dominum non regessisse maledicta, cúmque malis afficeretur, non fuisse minatum? Atqui videmus eum & quosdam Iudæos vocasse canes, & cæcos Pharisæos, & comminantem Iudæ, *Bonum esset ei si natus non fuisset.* Et *Tolerabilius erit Sodomis, quàm ciuitati illi.* Et. *Vermis eorum non moritur*: aliáque innumera? Dicemus ergo quod non dicit, dominum non fuisse loquutum maledicta, aut non fuisse minatum, sed cùm maledictis incesseretur, non regerebat maledicta. Sed licet proferret aliquod maledictum, non erat opponendo se maledicentibus, sed obiurgans ac carpens eos qui non conuertebantur. Quum autem opprobriis affectus esset, & audisset: *Dæmonium habes. In Beelzebub principe, &c.* Illis tantum dixit: *Si ego in Beelzebub, &c.* Crucifixus autem & malè affectus pœnis, orabat potius, at non minabatur, &c.

Matt. 8. 10. 15. 26. Mar. 9.

b *Tradebat autem iu. se iniu.* Illis iudicantibus secundum iniustam legem, vtpote iustus existens. Siue tradebat Deo patri iniustè iudicantes, idest eos qui eum nequissimè condemnabant, & neci eius instabant, vt supplicia sumentes erudiantur. Tangit euangelicam parabolam, vt pius pastor relictis nonaginta nouem ouibus in deser. venit visitare vnam quæ perierat.

c *Et episc. animarum.* Vel visitatorem, quod idem est. Episcopus enim. i. superintendens, quia *oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum*, Et. *Visitauit nos oriens ex alto.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tradebat autem iudicanti se iniustè. *idest Pilato, qui Iudæorum fauore & Cæsarij timore condemnauit eum iniustè, Iohan. xviij.* Tradidit autem se Pilato, *quia tradidit se Iudæis eum quærentibus ad mortem. Quibus obuiauit, dicens*: Ego sum, si ergo me quæritis sinite hos abire. *Sciens, quod traduturi erant eum Pilato. Hæc autem traditio ex parte Christi processit ex obedientia ad patrem, & maxima charitate ad nos, ex parte verò Iudæ ex maxima cupiditate, ex parte Iudæorum ex maxima malignitate. propter quod in Christo fuit summe meritoria, in alijs autem damnabilis & iniqua.*

2 Qui pecca. nostra ipse per. in corpore suo. *pœnam pro ipsis debitam sustinendo.*

3 Super lignum. *sanctæ crucis.*

4 Vt peccatis mortui. *idest, vt amplius non peccemus, sicut mortui*

5 Iustitiæ viuamus, &c. *idest Christo, qui est nostra iustitia effectiuè.*

6 Cuius liuore, &c. *quem habuit in corpore ex colaphizationibus & percussionibus.*

7 Sanati estis, &c. *à peccatorum infirmitatibus. quod declarat vlterius. di.*

8 Eratis enim. *ante conuersationem.*

9 Sicut oues errantes. *per deuia vitiorum.*

10 Sed conuersi estis nunc ad pastorem. *i. Christum, qui pascit vos corpore & sanguine suo in eucharistiæ sacramento.*

11 Et episcopum animarum vestrarum. *saluti super inoendendo. Episcopus enim Græcè, superintendens dicitur, Latinè ab epi. quod est suprà: & scopos, quod est intentio.*

✠ CAP.

ADDITIO I.

In cap. ij. vbi dicitur in Po. Et regale sacer. *idest confortati Christo qui est rex & sacerdos.*

Notandum qui populus Dei sub antiquo Testamento existens dicebatur regnum sacerdotale, Exod. xix. Vnde regnum apud illos ponebatur in substantiuo tanquam principale: sacerdotium verò in adiectiuo tanquam minus principale. sacerdotium enim illius temporis erat imperfectum, non enim offerebatur ibi nisi sanguis hircorum & vitulorum, & huiusmodi. Sed genus in no. Te. existens dicitur regale sacerdotium, vt hic. in quo ponitur sacerdotium in substantiuo tanquam principale, & regale in adiectiuo sicut minus principale, quia sacerdotium nouæ legis est perfectissimum, per quod Christus immolatur. de ecclesia tamen superiori vbi hæ dignitates cessant, dicitur: Fecisti nos Deo nostro regnum & sacer. *Apoc. v. c. quia ibi nulla est præeminentia ratione dignitatis sacerdotalis seu regalis, nisi secundum propria merita personalia.*

ADDITIO II.

In eo cap. vbi dicitur in Po. Qui aliquando non populus Dei, &c.

Hoc quod dicit beatus Petrus Qui aliquando non populus Dei, potest bene dirigi ad conuersos de perfidia Iudaica, in qua existentes non erant populus Dei, & nunc per gratiam baptismalem facti sunt populus Dei. Vnde ex hoc non habetur, quòd beatus Petrus epistolam istam specialiter scripsisset conuersis de Gentilitate, prout vult Postillator. nec obstat quòd autoritas ista sit sumpta ab Osee ij. vbi agit ad literam de vocatione Gentium. nam etsi ibi sic accipiatur, hic tamen allegatur per similè ad vocationem Iudæorum ad fidem Christi recipiendam & eius sacramenta. vnde in hoc loco dicit glo. quòd in hoc versu. s. aliquando non populus, mystlicè recordatur veteris historiæ: & hanc in nouo populo impletam spiritualiter docet. hæc in glossa.

ADDITIO III.

In eo. ca. vbi dicitur in Po. Et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.

In hoc quod dicitur: Velamen malitiæ. *potest intelligi ignorantia, quæ est quasi velamen occultans factum. vnde cum aliquis ignoranter vult vt excusationem peccati habeat secundum illud Iob. xxj. b. Scientiam viarum tuarum nolumus. talis ignorantia affectata propriè dicitur velamen malitiæ libertatis, quia per illam quis vult liber esse à iustitia, &c.*

CAP. III.

A a *Similiter & mulieres.* ✠ OECVMENIVS. Per hęc omnia concludens sermonem de moribus: nempe per reges, per præsides, per dominos, per seruos, &c. transit etiam deinceps ad cœtum mulierum, & ait: Hæc duo curent mulieres siue vxores, subijci propriis viris, & ab omni ornatu & cultu seipsas ostendere alienas, imitantes factas mulieres, quoniam & illæ solum hunc cultum nouerãt, nempe obedientiam erga viros suos. Et quod lucrum sequetur ex his? Bona æmulatio eorum qui à fide alieni sunt: & Dei laudatio propter nos ab ipsis profecta.

Videtur quod mulieres eorum qui in tribulatione erant, contemnebant viros suos, & etiam vt aliis

B placerent, sepulchra ornabant: hoc fieri prohibet.

Beda. b *Vt & si qui, &c.* Ita bonas mulieres vult viris incredulis subdi, vt non solum nihil mali ad imperium eorum faciant, sed etiam in tam sanctam conuersationẽ persistant insuperabiles, vt ipsis viris etiam exemplum sint charitatis, castitatis & fidei.

c *Quarum non sit.* Quare cultus non sit capillatura, aut aurum circundans, aut non sit cultus vestimentorum indumenti. i. non sint festiua vestimenta quibus induantur. Sed sit vobis ornatus homo cordis interior soli Deo notus, incorruptibilitate spiritus: spiritus dico quieti ab impugnatione vitiorum & modesti, ne superbiat, qui talis spiritus etsi hominibus non patet, tamen in conspectu Dei est diues.

Beda. Cyprian. li. de disciplina & habitu virg. nũ. d *Aut circundatio.* Sicut Cyprianus ait: Serico & purpura indutæ, Christum induere non possunt. Auro & margaritis & monilibus adornatæ ornamenta cordis & corporis perdiderunt. Quod si Petrus mulieres quoque admonet coercendas & ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos possunt per maritum: quanto magis id obseruare virginem fas est, cui nulla ornatus sui competit venia, nec diuertere possit in alterum mendacium culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine. Quia exterior homo vester corruptus est & beatitudinem integritatis quæ propriè est virgi-

C nitatis, habere destitutis. imitamini incorruptionem spiritus per



CAP. III.

¶ Sicut serui dominis propter Deum. a ¶ Patientes cum sponsis: vel ab ipsis sponsis.

† Imiliter & † mulieres subdite sint viris 1
¶ Non aduletis. a ¶ Mariti b ¶ Euangelij. 2
suis, vt † etsi qui non credunt verbo, per 3
a ¶ Bene se habentium & humiliter patientium omnia. 4
b ¶ Prædicationis 5
mulierum conuersationem sine verbo, 6
a ¶ Conuertantur ad fidem. b ¶ Tantummodo. 7
lucrifiant, cõsiderantes † in timore san- 8
a ¶ Habitam in timore Dei conservato. 9
c ctam conuersationẽm vestram. Quarum non sit extrinse- 10
d cus capillatura, aut circundatio auri, aut induméti vestimen- 11
torum cultus: sed qui absconditus est homo cordis in incor- 12
ruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu 13
a ¶ Etiam ante tempus gratiæ. 14
e Dei locuples. Sic enim aliquãndo & sanctæ mulieres sperán- 15
a ¶ Non in ornatu vestium. 16
tes in Deo ornãbant se subiectæ propriis viris. † Sicut Sara 17 18 19

per abstinentiam, & quod corpore non potestis: mente præstate. Has enim Christus diuitias, & hos vestræ coniunctionis quærit ornatus. Apud Pythagoram naturali scientiæ legi dictante eadem sententia inuenitur. Vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes.

✠ TERTVLLIA. Vos (vxores) solis matritis vestris placere debetis. In tãtum autem placebitis eis, in quantum alteris placere non curaueritis. Securæ estote benedictæ. Vxor nulla deformis est marito suo. Satis placet, cùm electa est, seu moribus seu forma commendata. Ne quæ vestrum putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auersionem maritorum profecturam.

Omnis maritus castitatis exactor est.

Formam fidelis non expectat. In dominũ delinquunt, quæ cutem medicaminibus

vngunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Displicet illis nimirum plastica Dei: in ipsis redarguunt, reprehendunt artificem omnium, &. Video quasdam & capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis suæ, quod non Germanæ aut Gallæ sint procreatæ. Pessimè sibi auspicantur flammeo capite.

Lib. de cultu fœmin. † vxores. † etiam qui † cum reuerentia. E † Gen. 18. b

✠ CLEMENS ALEX. Si Christus de veste & deliriis, rebúsque superuacaneis, tanquam non necessariam omnino curam tollit, Matth. 6. quid censendum est eum dicere, de nimio ornatus studio, de tinctura lanarum, varietate colorum, superflua cura gemmarum, auri elaboratione, capillis artificiosis, & intortis crinibus? Quid de fucata oculorũ pictura, quid de vulsionibus, purpurissi ac cerussæ fucationibus, tinctisque pilorum coloribus, improbisque huiusmodi fraudibus? Laudo ergo & admiror veterem Lacedemoniorum ciuitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes, & aurum mundum gestare permisit: à probis mulieribus mundi studium auferens, quòd solis meretricibus se ornare conueniret, &c. *Vide eundem lib. 3. pedagogi, ca. 2 Et Hieronymum epist. ad Marcellam, ad Letam, ad Furiam, ad Eustochium, &c.*

lib. 2. pædogogi, ca. 10.

e *Sic enim aliquãdo, &c.* ✠ DIDYMVS. Inuitat fœminas, vt imitentur sanctas, & præcipuè Saram, suadens eis, sic subiici viris F

☞ sicut

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

✠ 1 Imi. & mu. *Hic consequenter informat existentes in statu coniugali. & secundo reuertitur ad informandum omnes in generali ibi*: In fide autem omnes vnanimes. *Prima in duas: quia primo informat sexum muliebrem. secundo virilem, ibi*: Verisimiliter. *Prima adhuc in duas, quia primo mulieres informat de debita subiectione. secundo de honesta compositione, ibi*: Quarum sit. *Circa primum dicit*: Simil. & mu. *In hoc continuat se ad partem precedentem, in qua agitur de subiectione seruorum ad dominos suos.*

2 Vi. su. *in quibus magis viget ratio quàm in mulieribus, propter quod ad eos pertinet regimen & administratio domus.*

3 Vt & si qui. *scilicet viri.*

4 Non cre. ver. *prædicationis.*

5 Per mulierum conuersationem. *idest per vxorum suarum conuersationem sanctam.*

6 Sine verbo. *prædicationis communis.*

7 Lucrifiant. *i. conuertantur ad fidem secundum quod dicitur.* j. Cor. vij. c. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem.

8 Considerantes sanctam conuersationem vestram, &c. O *vos mulieres.*

9 In timore. *filialiprius Dei, & mutatur hic modus loquendi de tertia persona ad secundam, quod fit frequenter in sacra scriptura.*

10 Quarum non sit extrinsecus, &c. *Hic consequenter agit de mulierum compositione, qua debet esse honesta & non curiosa. ideo dicitur*: Quarum. sit. e. c. *i. non sit extrinsecus apparens videntibus: quia hoc est ad prouocationem incontinentiæ.*

11 Aut cir. au. *idest ornamenta aurea circa caput suum, sicut coronæ aureæ, & huiusmodi.*

12 Aut in ve. *Iungitur sic litera, Aut cultus. i. ornatus indumenti vestimentorum. i. indumenti nimis pretiosi aut curiosi: propter quod dicitur indumẽtum, vestimẽtorum, per excellẽtiam, sicut rosa dicitur flos florum.*

13 Sed qui ab. est. homo c. *i. mens ipsa qua dicitur homo interior. ij. Cor. iiij. d.* Licet is qui de foris est, homo noster corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. *nam incorruptibilis. & dicitur homo interior in muliere sicut in viro, quia communis generis est homo. vnde versus: Est communis homo pariter cum virgine latro.*

14 In in. &c. spi. *dicitur autem spiritus humanus quietus, quando non perturbatur à passionibus concupiscibilis & irascibilis. & dicitur modestus, quando in actibus humanis tenet modum debitum secundum moderamen rectæ rationis. primum fit per virtutes morales quæ sunt circa passiones, secundum autem per virtutes circa operationes, sicut iustitia, liberalitas, & huiusmodi, & quia istæ sunt vere diuitiæ, sicut dicit Gre. hom. viij. Vere diuitiæ sunt quæ nos diuites virtutibus faciunt. ideo subditur*: Qui est in con. Dei lo.

15 Sic enim. *Hic consequenter inducit exemplũ ad suum propositum de ornatu & subiectione mulierum, di.* Sic enim ali. *i. tempore præterito.*

16 Et sanctæ mu. spe. in Deo. *& hoc in labili mundo.*

17 Ornabant se. *ornatu virtutum interiori, & parum curabant de exteriori.*

18 Subiectæ pro. vi. *eis obediendo in licitis & honestis.*

19 Sicut Sa ob. Ab. *vnde Gen xviij. ad eius dictum celeriter commisciut simulas, faciens inde panes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut illa subdita erat Abraham: cuius & filias eas factas dicit per operationes bonas. Sicut enim quis faciens opus Abrahæ, & habens eius fidem, filius eius fitiita bona facientes fideles fœminæ matrem habent Saram.

a *Viri.* Sicut præcepi vxoribus, vt per sanctam conuersationem suam lucrifaciãt maritos, & seruiant illis. Similiter præcipio vobis ô viri, vt per vestram conuersationẽ lucrifiant mulieres, & custodite eas, vos dico cũ illis, reddẽdo debitum: cohabitantes. Et hoc secundum conscientiam, non in passionibus desiderij sed sicut Deum intelligimus velle. s.vt generetis filios in cultũ vnius Dei, vos dico impertientes honorem vasculo muliebri, quasi infirmiori, & in vestibus, & in aliis necessariis eis prouidentes. & si aliquando placet illis à coitu cessare, impendite honorem, quia infirmiores sunt. Impẽdite etiam tãquam cohæredibus gratiæ in præsenti datæ à Deo, & vitæ dandæ in futuro, vel vitæ pro gratia dandæ.

b *Impertientes ho.* Si abstinemus nos à coitu, honorem tribuimus: si non abstinemus, perspicuum est honorii contrarium esse concubitum.

c *Vt non im.o.v.* Impediri orationes officio coniugali commemorat, quia quotiescunque vxori debitum reddo, orare nõ possum. Quòd si iuxta Apostoli sermonẽ sine intermissione orandum est, nunquã ergo mihi coniugio seruiendum est, ne ab oratione cui semper instare iubeor, vlla præpediat hora.

d *In si. autem omnes vna.* Diuersas personas, diuersas conditiones, diuersos sexus docui. iam nunc omnes communiter admoneo in causa dominicæ fidei, vnum cor & vnam animam habeatis.

C ✠ Oecvmenivs. In summa hoc est. Quid opus est articulatim differre? Omnibus simpliciter Dico. Nam hoc significat τέλος: & ad hoc respicit salutis scopus omnibus propositus, & hæc est lex dilectionis omnibus constituta, vnde virtus omnis procedit, nempe animi modestia, compassio, misericordia, cæteræque similiter virtutes quas enumerauit. Harum vnanimitas quidem est consensus sine discrimine circa aliquid cum propenso animo. Compassio est miseratio circa eos qui affliguntur, tãquã ad seipsos. Fraternitas, debitus erga propinquos affectus tanquam ad fratres. Misericordia est motus ab anima procedens ad bene merẽdum de iis, qui eiusdem sunt conditionis. Affabilitas, siue beneuolentia est benignitas ac comitas erga omnes, quæ etiam erga illos fit, qui similiũ sunt morum, & erga amicos. Humilitas verò siue animi modestia est alium cõtumeliosum ferre, peccatũ agnoscere, & accusationes sustinere. His, inquit ornati virtutibus, insuper quoque malitia non facilè capiamini: præterea, æmulatores etiam sitis diuino viuendi modo directi.

✠ Etiam in his quæ grauia videbantur. ¶ Ex reuerentia. ¶ Honorando maritos.

obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cuius * estis filiæ 1
¶ Non inde perturbemini si aliquid mali infertur à maritis. 2
benefacientes, & non † pertimentes vllam perturbationem. 3
a Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infir- 4
b miori vasculo muliebri, impertientes honorem tanquam 5 6
a ¶ Ideo ita modeste vos habete cum vxoribus, vt non in o.ve. 7
Si enim discordes essetis, orationes vestræ non placerent.
c cohæredibus gratiæ vitæ, ût non impediantur orationes ve- 8
a ¶ Vt nec cogitatione discrepetis
b ¶ Vt alter alterius onus & infortunium suum putet.
d strę. † In fide autem omnes vnanimes, compatientes, frater- 9 10
a ¶ Ne destruatis fraternitatem, ne per hoc à fide liberius recedatis 11
b ¶ Condonando peccata, impendendo eleemosynas, & de his ne superbiatis.
c ¶ Omnia cum modo facientes.
e nitatis amatores, misericordes, † modesti, humiles, † nõ red- 12 13
a ¶ Quod secundum iustitiam seculi iusti videtur posse fieri. 14
b ¶ In actu. c ¶ In verbis.
dentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed 15 16
f contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedi- 17
a ¶ Qui vult ostendere se benedictionem habere. 18
g ctionem hæreditate possideatis. † Qui enim vitam vult di- 19
a ¶ Cum in hoc seculo dies mali.
¶ Interius non remurmuret.
ligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, 20 21
a ¶ Exterius ne proferat aliquid dolosum. b ¶ Si etiam occasio exterius datur vt pecet. 22
& labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem à malo, 23 24
e *Non red.* Non solum cessetis reddere malum pro malo, sed etiam pro maledicto date benedictionem. Rom.12.c

f *Quia in hoc.* quia prohibuerat malum pro malo reddere, sed potius maledicẽtibus benedicere iusserat, rectè prophetico testimonio astruit fraterna inspectione, & bonos semper & malos videri, vt meminerimus, & patiẽtiam nostram qua patimur malos, nostram beneuolẽtiam qua sequentibus bona optamus, æterno præmio munerandam, & persecutores digno plectendos supplicio: si vero pœnituerit, nos quoque pro ipsorum salute quam precabamur coronam accepturos. Beda.

g *Vt be.* Dicente iudice: Venite benedicti p.m.po.r. Vel benedictio, qua sancti in futura vita benedicent Deum. Quod ergo quisque in futuro venire deũderat, hoc in præsenti meditari & agere satagat, conditorem & fratrem benedicat, & se dignum fraterna benedictione reddat. Matt.25.c

h *Qui enim vult vitam, &c.* ✠ Oecvmenivs. Qui ab omnibus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dominum eum vo. *vnde & ibidem dicitur. Posã quam consentui & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo.*
2 Cuius est fi. bene. *quia sic eam imitamini tanquam matrem.*
3 Et non per. vl. *per. q.d. sic eam imitando non habetis timere, quod per vos ergã virum vel familiam veniat aliqua turbatio.*
4 Vt sim. *Hic consequenter instruit viros di.* Viri simi. co. secũdum scientiã. *Aliqui exponunt hanc cohabitationem de redditione debiti, quæ debet fieri secundum conscientiam, vt vir non moueatur ad hoc libidine, sed prolis amore ad Dei cultum educandæ. Potest etiam exponi vt magis consonet præcedentibus & sequentibus: vt videbitur de cohabitatione domestica, in qua mulier debet esse subiecta, vt dictum est. & eodem modo vir qui præest debet præesse secundum scientiam, ita, quod non tractet vxorem sicut ancillam, sed sicut sociam. vnde & mulier facta est de latere viri. Gen. 2.g. ideo subditur.*
5 Quasi in. *Nam mulieres infirmiores sunt viris corpore de communi cursu. & etiam mente. quia minus vigent intellectu & ratione.*
6 Imp. ho. *eis prouidendo de victu & vestitu sufficienti: & honestè secundum statum & proprias facultates.*
7 Tanquam c.g. *vitæ beatæ ad quam per gratiam peruenitur. ex quo enim vir & vxor sunt coheredes vitæ futuræ, debent in præsenti socialiter & amicabiliter conuenire. ideo subditur.*
8 Vt non o. *Nam cum vir & vxor non sunt bene concordes, minus possunt orationi vacare, & eorum orationes sunt minus exaudibiles.*
9 In si. Apo. *Iolus hic reuertitur ad informandum omnes communiter ordinando primo eos ad proximum. secundo ad Deum, ibi: Dominũ autem. tertio, ad seipsum. ca. se. Prima in duas: quia primo ordinat eos in collatione boni. secundo in perpessione mali, ibi:* Non reddentes. *Circa primum dicitur:* In fide. *Fides autem accipitur vno modo, vt est virtus theologica, & sic inducit eos ad vnitatem ecclesiæ, vt non sint inter eos schismata. Alio modo, vt est virtus moralis, & sic fides idem est quod pacis tas. & hoc modo inducit eos ad vnitatẽ fidelitatis mutuæ. & quod subditur in aliquibus libris, In oratione estote. nõ est de textu, nec in libris correctis.*
10 Compa. *adinuicẽ sicut membra vnius corporis mystice ipsius Christi. per hoc enim alleuiatur ille qui patitur, cum percipit alios sibi compatientes: sicut sustinens graue pondus corporale, quando aly cum eo oneri se supponunt, vt dicit Philosophus. 3. rethoricæ.*
11 Fraterni. ama. *ideſt communitatis fidelium. quia licet quilibet per se sit diligendus, tamen magis est communitas diligenda.*
12 Misericor. *eleemosynas in diligentibus tribuendo.*
13 Modest. *in omnibus modum debitum tenendo.*
14 Humiles. *vt non de prædictis bonis per superbiam eleuemini, sed totum attribuatis gratiæ Dei.*
15 Non red. *Hic consequenter ordinat fideles in perpessione mali, in quo quis potest dupliciter deordinari, vno modo per audaciam vicem rependendo: alio modo per timorem in pusillanimitatem decidendo. Igitur primo remouet primum. secũdo secundum ibi:* Et quis est. *Prima in duas: quia primo monet vicem non rependere. secundo inducit ad hoc autoritatem scripturæ, ibi:* Qui enim. *Circa primum dicit:* Non re. ma. *in factis iniuriosis.* 16 Nec ma. *pro mal. i. verbis contentiosis.*
17 Sec. econ. be. *huius rationẽ assignat di.* 18 Quia in h.vo. est. *ad fidem catholicam.* 19 Vt bene. *Dei. hę. p. quæ nõ datur maledictis. propter quod dicit Saluator Luc. vj. d.* Benedicite male. vobis.
20 Qui enim vi. *Hic consequenter inducit ad propositum autoritatẽ scripturæ, Psal. xxxiij. di.* Qui vult vitam diligere. *s. beatã in qua nullus moritur.* 21 Et di. vi. bo. *in beatitudine cælesti, vbi dies noctibus non interrumpitur, faciat, suppleq quod sequitur.* 22 Cocr. lin. *vt non reddat maledictum pro maledicto in aperto.*
23 Et la. lo. *contra maledicentem sibi machinando malum in occultos.*
24 Decli. autem à ma. *in opere.*

✠ 1 Et

nibus benedicitur, vtique etiam æmulator esse debet. Et horum testem inducit Dauid dicentem: Quis est qui cupit videre vitã? Vitam inquam, non qua etiam irrationalia, sed qua homo secundum Deum viuit, & dies non malos, sed bonos. Nam dies huius seculi iuxta patriarcham Iacob, pauci sunt & mali. Gen.48.

a *Quia oculi Domini, &c.* ✠ Beda. Quia malum nos pro malo reddere vetuerat, imò maledicentibus benedicere iusserat, rectè prophetico testimonio astruit superna inspectione & bonos semper videri & malos: quatenus meminerimus & nostrã patientiam qui toleramus malos, & nostram beneuolẽtiam qua persequentibus bona optamus, æterno præmio remunerandam: & persecutores nostros si pœnitere noluerint digno plectendos esse supplicio. Si verò pœnituerint, nos quoque pro ipsorum salute quam deprecabamur, à Domino coronam iustæ congratulationis accepturos.

b *Et quis est.* Ideo debetis à malo declinare & facere bonum, quia nemo potest vos retrahere à bono, nec à corona, si perstitere volueritis, imo prosunt dum nocere volunt. Beda.

Et quis. Si verba contumeliosa, si rerum damna, si inferunt tormenta, non nocent, sed patientiam vestram exercent. Si quis autem his victus deficit, nõ ille qui malum intulit, sed ipse qui malum non pertulit, nocuit. Tentatur omnis domus & ea quæ super petram, & ea quæ supra arenã fundatur, sed vniformitas fundamenti coronam perseuerantiæ tribuit, alteram fragilis structura struit.

c *Timorem au.* In futuro eritis beati, in præsenti autẽ ne timueritis timorem eorum. i. illa quæ in eis possunt videri timenda, vt regia potestas, & huiusmodi.

d *Dominum autem.* Sanctitatem Christi, quàm fit incomprehẽsibilis glorię intimo cordis affectu intuemini, & sic ipsum Christum sanctificate in vobis, vt non à memoria non ab amore recedat. Qui hãc sanctitatẽ nõ cõsideraţ, deficit ad insidias hostis. C

✠ Didymvs. Sicuti dum magnificatur Deus, non augmentum magnitudinis ei proferri significatur: sed neque dum glorificatur, ei extrinsecus culmen sublimitatis afferturr: sic neq; dum sanctificatur Dominus, ei titulus sanctitatis augetur: vnde & in cordib' nostris hoc facere iubemur. Si enim sanctitatis eius integram perfectionem habuerimus, non tantum eum ore sanctificamus, sed & in cordibus nostris. Sic à nobis sanctificatur nomen Dei, quando induti eo, ea quæ sunt sanctitatis implemus. Et sicut sanctificatur Christus ab eo qui imitatur eum, sic animaduertendum est, quoniam qui transcendit mandatũ præsens, quomodo maculet Christum, qui confitetur eũ ore, & negat operibus. Sic ad quosdã dicit: *Per vos blasphematur nomen meum.* Rom.2. Beda.

e *Omni pos.* Volenti mutuo accipere rationabiles pecunias, non negemus. Vnde Paulus: *In sapietia ambulate propter eos qui foris sunt. scientes quomodo oporteat singulis responderi.* Foris enim existentes i. nondum fideles volũt aliquid cognoscere de spe quæ in vobis est. Qui ergo ecclesiastico præest magisterio, doceat patientes, obstruat resultantes. † Mat. 5. Col.4.a † 35. dist.c. qui ecclesiastici.

f *Rationem.* Duobus modis de spe nostra & fide rationem debemus reddere, vt quærentibus fideliter vel infideliter rectas causas spei & fidei intimemus: & ipsam fidem & spem inter pressuras illibatam teneamus, ostendentes per patientiam, quàm rationabiliter eã cõseruandã didicimus: pro cuius amore nec aduersa pati, nec mortem subire formidamus.

✠ Oecvmenivs. Præterea etiam quoniã de variis nefandis rebus nos accusabant, sed & spem nostram inanem esse ostẽdebant, dicit vt de his meditatas responsiones feramus, habentes simul etiam vitam probatam, quod sanè conscientiam vocat. Id autem mansuetè facientes, inquit, & cum benignitate, confirmabitis tunc bene vobis ipsis esse conscios, & eos qui praua de vobis habent suspitiones pudefacietis.

✠ Didymvs. Propterea qui præsidere ecclesiastico magisterio deputatur, super hoc quod debet habere doctrinam, debet etiam resultantes obstruere, &c.

g *Sed cum mode.* In ipsa doctrinæ scientia qualitatem docendi monet obseruari, vt humilitas & viuendo & loquendo monstretur.

h *Vt in eo quòd detrahunt de vobis confundantur qui calumniantur, vestram bonam in Christo, &c.* Vel curate benefacientes, vt qui vestræ bonæ conuersationi detrahunt, veniente tempore retributionis cõfundantur videntes vos cum Christo coronari, se cum diabolo damnari. F

☞ Melius

a ¶ Respectus misericordiæ. b ¶ Propter celerem effectum.
& faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam: quia 1 2
oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: 3 4
a ¶ Iudicium: vel manifestatio. b ¶ Vel primo loco, vel reddendo aliis. 5
† respectus b † vultus autem domini super facientes mala. Et quis est qui 6
a ¶ Non solum non nocet quod à malis irrogatur, sed etiam 7
prodest, quia patientiam exercet. 8
vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? † Sed etsi quid pati 9 10
a ¶ Tenendam vel assequendam. b ¶ Recedendo à fide & dilectione.
c mini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum nẽ ti- 11 12
d mueritis, vt non cõturbemini. Dominum autem Christum 13
sanctificate in cordibus vestris, † parati semper ad † satisfa- 14 15
e ctionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis
f a ¶ Et non tantum doctrinam, sed etiam in doctrina modestiam habeatis quæ mater omnium virtutum.
¶ Vel secundum modestiam & timorem, vt quod exterius ostenditis, intus habeatis.
g est spe & fide: sed cum † modestia & timore, conscientiam 16
¶ Qui fidem & spem cælestium quam videre non possunt in verbis irridentes per vestra bona opera confundantur quæ bona esse negare non possunt.
† mansuetudine & reverentia
h habentes bonam, vt in eo quòd detrahunt de vobis * con- 16
* tanquam malefactoribus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fa. bo. *Hæ sunt enim duæ partes iustitiæ.*
✠ 2 Inquirat pa. *cum proximo, etiam iniurioso, Ro. xij. d.* Quod ex vobis est, pacem cum omnibus hominibus habentes.
3 Et perse. eam. *i. perfectè sequatur. & subditur ratio cum dicitur.*
4 Quia o. &c. iust. *sicut super spiritualiter dilectos. oculus enim dirigitur ad id quod specialiter amatur.*
5 Et au. eius in pre. e. *tanquam paratæ ad exaudiendum.*
6 Vultus autem do. *iræ & indignationis. vnde in Hebræo sic habetur: Ira domini.*
7 Super fa. ma. *ad eos puniendum. vnde in Psal. subditur: Vt perdat à terra. s. viuentium memoriam eorum.*
8 Et quis est. *Hic consequenter remouet timorem inordinatum, per quem homo cadit in pusillanimitatem & frangitur per inconstantiam.* Et quis est qui vo. no. *vos persequendo.*
9 Si boni æmu. fu. *q.d. nullus est. hic boni genitiui casus & neutri generis. amatoribus enim boni & imitatoribus, quod importatur per æmularis, (vnde versus: Æmulor inflatur amat, inuidet ac imitatur) persecutiones non sunt ad detrimentum, sed magis ad virtutis augmentum. ideo subditur.*
10 Sed & si quid pa. &c. beati. *supple estis in spe, & postea eritis in re si perseueretis. ideo concludit.*
11 Timorem autem, &c. ne ti. *timore deiiciente à bono virtutis.*
12 Vt non contur. *impatienter aduersa sustinendo.*
13 Domi

13 Dominum autem. *Hic consequenter ordinat fideles ad Deum. & secundo inducit exemplum, ibi:* Quia Christus. *Ad Deum autem bene ordinatur homo per fidem charitate formatam, & hoc in tribus. Primum est quòd hæc in eius corde firmetur: & quantum ad hoc dicit:* Dominum autem Chri. sanctifi. *id est firmate. Sanctum enim in vna significatione idem est quod firmum.* Homo per fidem ordinatur ad Deum in tribus
14 In cordibus ve. *sibi firmiter adherendo, quia firmus est in seipso. Secundum est. vt hæc fides ad alios deriuetur. & quantũ ad hoc subdit.*
15 Parati semper ad satisfactionem omni poscen. *quæ tit dupliciter. Vno modo fideli simplici qui petit à magis prouecto in fide plenius erudiri. Alio modo infidel ifidem irrationabilem reputanti. Prima satisfactio est per doctrinam charitatiuam. secunda verò per fidei rationabilem defensionem, ostendendo quòd continet omnem sanctitatem: & quia per miracula à Deo confirmata est, qui non potest esse testis falsitatis & huiusmodi. secundum à domino datam ipsi defendenti. vnde & ille promittit Luc. xxj.* Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. *verumtamen ista defensio debet carere præsumptione & iactantia. ideo subditur:* Sed cũ modestia. *i. modo debito & honesto.*
16 Et ti. &c. bo. *ita quòd sit bona dispositio interius & exterius.*
17 Vt in eo quòd de. &c. *reputantes vos fatue, & male credere.*
18 Confundantur. *in seipsis ex bona vestra responsione & sancta conuersatione. Tertium est. quòd propter quacunque aduersa homo à fide nõ euellatur. & quantum ad hoc subditur.*

✠ Melius

a ¶ Q. de hoc confundantur quod calumniantur.
fundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo cō-
a ¶ Quæ maior est, præparat retributionem.
a uersationem. Melius est enim vt benefacientes si voluntas 1
a ¶ Si nos semel morimur.i.temporali morte pro qua reddetur merces æterna. 2
b Dei velit, pati, quàm malefacientes: † quia & Christus semel 3
pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos 4 5
a ¶ Offert nos Christus Deo patri.i.vitam nostram laudabilem in conspectu patris ostendit, cum per mortificationem carnis pro illo gaudemus immolari. vel offert nos Deo, cum absolutos carne nos in æternum regnum introducit. 6
c offerret Deo: † mortificatos quidem carne, viuificatos au- 7 8
d a ¶ Sancto vel nostro. b ¶ Tenebrarum & infidelitatis, vel in carcere.i.in carnalibus desideriis viuens. 9 10
e tem spiritu. In quo & his qui in carcere erant, spiritu veniens 11
f a ¶ Per Noe. a ¶ Non credebant Deo per Noe comminanti. 12
g prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, † quando † expe- 13
h ctabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, 14 15
i a ¶ Crediderunt Deo. b ¶ Per illos qui submersi sunt in diluuio, significatur mortificatio carnis. per illos qui saluati sunt, significatur viuificatio spiritus. ¶ Qui spem octauæ habebant. 16 17
in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. 18

A a *Melius est*. Ita debetis calumniatores pati & confundere, quia tutius est vobis pati pro benefactis, quàm pro malefactis. Hic illos arguit, qui cum pro culpis arguuntur à fratribus, vel etiam pœnis coercentur, patienter tolerant: sed si absque culpa aliquid eis infertur à fratribus: mox prorumpunt in iracundiam, & qui hactenus videbantur innoxij per impatientiam & murmurationem, reddūt se noxios. Vtilius fuit Tobiæ percuti cæcitate sine culpa, vt probaretur eius patientia, quàm Elymæ mago, qui pro perfidia percussus à creditorum dementatione remouetur & æternæ vltioni præparatur. (Beda.)

† mortificatus quidem carne viuificatus

✱ CHRYSOST. Ob id martyres amamus, non quod cruciantur, sed quod nō ob malefacta puniātur. Prædonibus raduntur latera, & monumentorum perfossoribus, maleficisq; idem patiuntur & martyres. Facta quidem sunt eadem, cæterùm causa cur hæc fiant, non est eadem.

† Mat. 24.c Lucæ 17.f

B b *Quia & Ch.* Qui ergo iustus patitur, Christum imitatur, qui flagellis corripitur, latronem imitatur: qui cum Christo in cruce cognito paradisum intrauit, qui nec flagellis corrigitur, sinistrum latronem imitatur, qui propter peccata ascendit in crucē, & post crucem iuit in Tartara.

c *Offerret Deo*. Quia etiam tunc si qui ad prædicationem domini quam per vitam fidelium prætendebāt, credere voluissent, & ipsos offerre Deo patri gaudebat. Si qui autem detrahebant de bonis quasi de malefactoribus, imminente diluuio confundebantur.

d *Mortificatos quidem carne, viuificatos autem, &c.* ✱ HIER. Dominus iuxta Petrum, occisus est carne, viuificatus spiritu, & prædicauit spiritibus constitutis in carcere, quando Dei patientia expectabat in diebus Noe, diluuium impiis inferens. (In 54. cap. Isaiæ.)

✱ EVODIVS. Interrogo, qui sunt illi spiritus, de quibus in Epistola sua ponit Petrus, Mortificatus carne, viuificatus autem
C spiritu, in quo & eis qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit? (Epistola ad August.)

✱ AVG. Ipsa scripturæ verba satis indicant, eis qui diligenter attendunt, quia Christus mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. In quo spiritu adueniens prædicauit illis spiritibus qui increduli fuerant aliquando in diebus Noe: quoniā priusquam veniret in carne pro nobis moriturus, quod semel fecit, sæpè antea veniebat in spiritu ad quos volebat, visis eos admonens sicut volebat vtique in spiritu, quo spiritu & viuificatus est, cùm in passione esset carne mortificatus, &c. (Epist. 99. ad Euodium.) D

✱ IDEM. De Christo dictum est, Mortificatus carne, viuificatus spiritu: sic de homine dici potest, Tabefactus carne, iustificatus spiritu. Quod nascitur de carne, caro est, &c. (Serm. 14. de verb. Apost.)

✱ OECVMENIVS. Christ' mortuus quidem liberauit nos à morte & corruptione, innouando nobis resurrectionē, & dando per suum exemplum, ne deinceps sine spe resurrectionis morientes subeant mortem. Viuificatus autem, hoc est, resurgens ex mortuis virtute diuinitatis, simul vitæ restituit omnes qui in inferno erant, vnà resuscitās secum. Multa namque corpora sanctorum qui dormierant, excitata sunt, &c. († Rom. 5. b Heb. 9. g De cōs. dist. 1. c. sufficit. & dist. 2. c. semel. & c. iteratur. in prin.) († expectabatur Dei lenitas) E (Matt. 27.)

e *In carcere*. Qui habent sensum obscuratum tenebris, merito etiam in hac vita dicūtur carcere inclusi, & in hoc interiori carcere mentis operibus iniustis grauantur, donec carne soluti in exteriores tenebras proiiciantur æternæ damnationis. Habent & iusti hic carcerem, sed tribulationum, reprobi verò vitiorum. (Beda. Aug. epi. 99.)

f *Spiritu ve. prædi.* Qui nostris temporibus carne veniens iter vitæ mundo prædicauit, ipse etiam ante diluuium eis qui tunc increduli erāt, vixerātq; carnaliter, spiritu veniēs prædicauit, per spiritū enim sanctū erat in Noe in ceteris bonis, per quorū bonā conuersationē aliis malis prædicabat, vt cōuerterentur ad bona.

g *Quando expe. Dei pa.* Compatientia Dei inuitaret illos ad pœnitentiam, parcens illis per centum annos quibus Noe ædificabat arcam, per quam ostendebatur quid futurum esset in mūdo, ipsi non vtebantur patientia Dei ad pœnitentiam, sed expectabant eam quasi esset duratura semper. F

h *Noe*. Qui interpretatur requies, significat Christum, qui dat suis fidelibus requiem animarum.

i *Cum fabri. ar.* Sicut arca fabricata est de lignis leuigatis, sicut ecclesia de collectione fidelium animarum: sicut pereūte mundo pauci saluātur per aquam: sic ad comparationem pereūtium paruus est electorum numerus: quia angusta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

☞ Quod

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Melius est enim. *Et iungatur sic litera.*
2 Benefacientes. *fide per dilectionem operante.*
3 Pati. *aduersa quæcunque.*
4 Si volun. Dei ve. *pro fidelium probatione.*
5 Quàm malefa. *i. indebitè resistentes.*
6 Et quia Christus. *Hic ad propositum inducit exemplum de Christo, in quo non potuit poni exemplum quantum ad primam fidei conditionem. s. eius confirmationem in corde credentis. nam in eo non fuit fides, sed clara visio ab instanti conceptionis. sed quantum ad fidei deriuationē in aliis, & sufferentiam aduersorū propter eius veritatem: ponit exemplū de Christo. & primò quantum ad vltimam vt continuet se literæ immediatè præcedenti, di.* Quia & Chri. semel pro peccatis.
7 Mortuus est. *q. d. dedit nobis exemplum in hoc. Et dicit semel, quia resurrexit ad vitam immortalem: & quia vna mors eius sufficit ad omnia peccata delenda.*
8 Iustus pro iniustis. *vt ipsos iustificaret. ideo subditur.*
9 Vt n. offer. Deo. mor. qui. ca. *i. sensibiles factos ad desideria carnis.*
10 Viuifica. au. spiritu. *i. sensibiles & mobiles factos ad sequendum instinctum spiritussancti.*
11 In quo. *Hic consequenter ponit exemplum de alia conditione. s. de deriuatione fidei & prædicatione. & primo ponit exemplum, secundo infert corollarium, ibi:* Quod & vos. *Circa primum sciendum, quòd prædicatio Noe vocando ad pœnitentiam peccatores sui temporis ne perirēt in diluuio, fuit figura prædicationis Christi per se & discipulos vsque ad finem mundi, vocando peccatores ad pœnitentiam, ne pereant in iudicio finali. propter quod de hoc ponit exemplum per locum à minori faciens argumentum: quia si illos vocauit ad pœnitentiam, multo fortius vocauit, & vocabit alios. & hoc est quod dicitur:* In quo. *i. ad figurandum peccatorum mortificationē in carne, & viuificationem in spiritu modo dicto.*
12 Et his qui in car. e. *ligati cōsuetudine peccandi. secundū illud Prouer. v. d.* Iniquitates suæ capiunt impiū, & funibus peccatorū suorū constringetur, *quod erat tempore Noe. secundum quod dicitur Gen. vj. b.* Omnis caro corruperat viam suam.
13 Spiritu ve. præ. *s. per Noe, cui inspirauit facere arcam, & prædicare pœnitentiam: licet enim non fuerat adhuc humanitas Christi, tamen suppositū est æternū. Heb. xiij. b.* Iesus Chri. heri & hodie, ipse & in secu.
14 Qui incre. fue. aliquan. *ipsi Deo loquenti per Noe, quia non credebant quòd diluuium deberet inundare.*
15 Quando expe. Dei pa. *peccatores ad pœnitentiam. cxx. annis secundum quòd dicitur Gen. vj. a.* Eruntque dies illius cxx. annorum.
16 Cum fabri. ar. *per Noe & filios eius.*
17 In qua pau. i. octo ani. *s. Noe, & tres filij eius, & vxores eorum, Gen. vij.*
18 Saluæ factæ sunt per aquam. *inquantum eleuauit arcam in sublime à terra, Gen. vij. Isto modo exponit glossa & doctores communiter passum istum. Sed quia hæc expositio accipit mysticè carcerem pro consuetudine peccandi, ideo aliter potest dici absque præiudicio tamen: quòd accipitur carcer pro limbo inferni, in quo detinebantur patres antiqui sic exponendo.* In quo. *s. vt plures offerret Deo patri.* Et his qui in c. e. *i. in limbo.* Spiritu ve. *quia in anima descendit ad detentos in limbo corpore iacente in sepulchro.* Prædicauit. *quia tunc eis ministerium suæ incarnationis & redemptionis impletum esse declarauit, inter quos erant aliqui qui perierāt in diluuio corporaliter. & potest dici probabiliter quòd*

✱ videntes

a † Quòd & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma, nō 1
b a ¶ Non sufficit habere baptizando bonam conscientiam, nisi ad interrogationem ecclesiæ fidem suam ostendat. 2
carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interroga- 3
a ¶ Et hoc per resurrectionem, vt sicut Christus surrexit à mortuis per gloriam patris ita & nos purgati à vitiis per aquam regenerationis in nouitate vitæ ambulemus. 4
tio in Deum, per resurrectionem Iesu Christi à mortuis, qui 5
a ¶ Qui potest, quia est in d.&c.
c est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hære- 6 7
a ¶ Et post destructam mortem. b ¶ Angeli primus.
d des efficeremur: profectus in cælum, subiectis sibi angelis & 8
e a ¶ Potestates secundus. b ¶ Virtutes tertius ordo.
potestatibus & virtutibus.

A ✱ AVGVST. Noe cum suis per aquam & lignum liberatur, sic & familia Christi per baptismum & passionem crucis. Præter arcam, omnis caro quam terra sustentabat consumpta est, sic præter Ecclesiæ societatem aqua baptismi, quamuis eadem sit, non solùm non valet ad salutem, sed valet potius ad perniciem. Per aquam & arcam Noē cum suis in sublime sublatus est, sic familia Christi per baptismum & passionem, conuersationem habet in cælis, & sedet cū Christo in cælestibus. Pauci admodum, id est, octo homines saluati sunt in arca, aliis innumeris pereuntibus, sic valde pauci per crucem, baptismum, vitámque Christianis dignam ad vitam æternā perueniunt. Omne genus animalium etiam immundorum erat in arca, sicut in
B Ecclesiæ sacramentis & boni & mali versantur, &c. (lib. 12. cōt. Faust. c. 14. 15. 16. 17. &c.)

† Cuius figuræ nunc respondens baptismus nos quoque saluos reddit, quo non carnis sordes abiiciūtur, sed quo fit vt bona conscientia bene respōdeat apud Deum per. &c.

a *Quod & v. nunc si. f.* Baptisma facit saluos, baptisma dico similis formæ. i. per omnia assimilatum illi arcæ, quia quicquid ibi carnaliter, hic spiritualiter geritur.

Quod aqua diluuij nullos saluauit extra arcam positos, sed occidit, significabat omnem hæreticum, licet habentem baptismi sacramentum, non aliis sed ipsis aquis ad inferna mergendū, quibus arca subleuatur ad cælum.

b *Non car. de. sor.* Non dico illum baptisma saluare, vbi tantum est depositio sordium carnis. i. vbi caro tātum abluitur exterius, quod hæretici habuerunt, sed vbi est interrogatio purę consciētiæ. i. vbi interrogatur & exigitur à baptista bona conscientia baptizandi, quia tale baptisma saluat, aliud occidit: Interrogatio facta & tendens in Deum, vt per bonam conscientiam vnum efficietur cum Deo. (Beda.)

D ✱ AVG. Quia visibilia sacramenta pietatis inesse possunt etiā impiis, sicut habuisse baptisma Simonem magum legimus, siūt tales quales Apostolus ait: *Habentes formam pietatis, virtutem autē eius abnegantes.* Virtus autē pietatis est finis præcepti: id est, *charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Vnde Apost. Petrus cùm de sacramento arcæ, in qua Noe domus à diluuio liberata est, loqueretur, *Sic & vos*, inquit, *simili forma baptisma saluos facit.* Et ne sibi sufficere putarent visibile sacramētum, per quod habebant formam pietatis, & per malos mores perditè viuendo, virtutem eius abnegarent, cōtinuò subiicit: *Non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem, &c.* (lib. 19. contra Faust. c. 12. & 13. Act. 8. 1. Tim. 3. 1. Tim. 1.)

c *Deglutiens mor.* Quod deglutimus, agimus vt in corporibus nostris assumptum nusquam pareat. dominus sic mortem funditus consumpsit, vt nihil contra se valeret, & manente specie veri corporis, abesset labes priscæ fragilitatis. Quod etiam nobis promittitur. vnde addit, vt & nos vi. æter. hæ. effi. (Beda) E

d *Profectus.* Sicut Christus resurgens ascendit in cælum, & sedet ad dexteram Dei, sic etiam nobis per baptisma viam salutis & regni cælestis patriæ introitum signauit.

e *Subiectis si. an.* Semper angelos subiectos fuisse filio Dei non dubitamus, sed hic ideo subiectionis meminit, vt assumptam humanitatem, ita in resurrectione sublimatam monstraret, quòd omni angelicæ dignitatis potentiæ præferatur. Vnde, Omnia subiecisti sub pedibus eius. (Beda) (Psal. 8. b)

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *videntes diluuium increscere, secundum quòd prædixerat Noe, crediderunt multi qui prius erant increduli & pœnituerunt, de peccatis suis. & sic descenderunt ad limbum cum patribus aliis. Si autem contra hoc dicatur, quòd diluuiū venit sic subito, quòd non potuerunt pœnitere, secundum quòd videtur Saluator dicere Luc. xvij. f.* Edebant & bibebant, &c. & venit diluuium & perdidit omnes. *Dicendum, quòd licet subitò venerit in vallibus & plana terra, nō tamen sic in montibus. quia aquæ in augmento suo posuerunt. xl. dies. & xl. noctes. & sic habitantes in locis arduis, videntes aquas increscere sicut dixerat Noe, potuerunt pœnitere.*
C *Et fortè de aliis sicut de istis dicitur:* Qui incre. fue. ali. *s. ante inūdatione diluuij. sed tūc crediderunt, vt dictū est. Cætera exponātur sicut prius.*
1 Quòd & v. *Hic ex prædictis infert corollarium. dixerat enim paucos per aquam fuisse saluatos in diluuio, inquantum arca eleuauit eos à terra: ideo dicit quòd simili modo aqua baptismalis saluat spiritualiter, per gratiam ibidem datam eleuat mentes à terrenis desideriis ad petendum cælestia. & hoc est quod dicit:* Quòd & vos nunc similis formæ sal. fa. *spiritualiter. iungatur sic litera.*
2 Baptis. si. for. *i. modo simili, tum quia pauci saluantur per baptismū respectu non saluatorum, tum quia eleuat à terrenis ad superiora modo dicto, sicut aqua diluuij saluauit Noe & qui cum eo erant corporaliter, eos eleuando ad superiora.*
3 Non c. de. s. *q. d. virtus baptismi non est solum in lotione corporis, sed principaliter in lotione mentis. ideo subditur.*
4 Sed con. b. inter. *Nam à baptizando quæritur: Credis in Deum: & respondet: Credo, per se, si est adultus, vel per patrinos si est paruulus. Fides autem charitate formata facit conscientiam bonam in Deum tendētem. & ideo coniungitur cum eo quod prædicitur,* Consci. b. *supple tendentis in Deum.*
5 Per re. Ie. Chri. *per quem habemus introitum ad cælestia secūdum quòd dicitur in collecta Paschæ: Deus qui hodierna die per vnigenitum tuū æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti, &c.*
6 Qui est in dex. d. *per suam ascensionem, Mar. vlt. d.* Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. F
7 Deglutiens m. *quia resurrexit ad vitam immortalem, & quia abstulit à nobis mortem culpæ.*
8 Subie. si. *Hic angelorum tres ordines exprimuntur. vnus de inferiori Hierarchia, cum dicitur:* Angelis. *& duo de media, ibi:* Et potestatibus & virtutibus. *& per hos omnes alij intelligūtur quibus homo Christus perficitur.*

CAP. IIII.

¶ Quia deglutiuit: quia hæredes erimus.
a ¶ Non in deitate. b ¶ Sicut ipse sponte, & nos sponte sicut tolerauit omnia, & nos toleramus: vnde venit vtilitas. 1
a CHristo igitur passo in carne, & vos eadem cogita- 2
b tione † armamini: quia passus est in carne desiit à peccatis, vt 3
a ¶ Confirmando se in bonis operibus. 4
non iā desideriis hominū, sed volūtati Dei quod reliquū est 5 6

† armemini

a *Christo igitur passo. &c.* Post quam exemplum dominicæ resurrectionis & nostræ ablutionis de arcæ & diluuij sacramento astruxit, redit ad hoc quòd inceperat, vt imitātes Saluatorem inter bona quæ agimus patienter malorum nequitiam toleremus. Quisquis iustorum martyrio corpus subiicit, nihil in mundo habens vbi peccet, hoc tantum desiderare cogitur, vt finito certamine percipiat coronam vitæ. Talium mentes cupit Petrus semper imitari cum proposito dominicæ passionis exemplo: Nos eadem cogitatione contra nequitiā prauorum, contra oblectamenta vitiorum præcipit armari, volens intelligi, quòd etiam nos in pace ecclesiæ quiescentes, si habitum patientis induimus facile iuuante Deo lapsus vitamus peccatorum.

b *Quia qui passus.* Qui timore iudiciorum cælestium carnales ☞ in mente

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

✱ CHristo igit. pas. *Hic beatus Petrus ordinauit fideles respectu sui. & secundo reuertitur ad ordinandum eos respectu proximi ibi,* Ante omnia. *Talis enim reuersio maximè fit in moralibus propter connexionem virtutum. vnde & philosophus. j. Ethicorum tractat de felicitate. & iterum redit ad tractandum de ea in fine libri. Respectu verò sui bene se habet homo, quando caro subditur spiritui. hoc autem fit per macerationem & concupiscentiarum repressionem, & per diuinæ punitionis appropinquationem, quæ ponitur ibi,* Omniū finis. *Cir. primū dicit.*
1 Christo igi. pas. & vos ea. co. a. *quia talis cogitatio inducit ad macerationem carnis, & repressionē cōcupiscentiæ carnalis. ideo subditur.*
2 Quia qui pro. est in. c. *i. redegit carnē suam in obedientiā animæ.*
3 Desijt à p. *carnalibus.*
4 Vt n. iam. *i. voluptatibus carnis quas cōmuniter desiderāt homines.*
5 Sed v. d. *Iungatur sic litera, Sed voluntati Dei viuat, ei obediendo.*
6 Quod reli. est in carne vi. *i. residuum præsentis vitæ.*

✱ Sufficit

Universidad de Deusto
Biblioteca

in mente concupiscentias extinguit, iam similis Christo crucifixo, quasi mortuus existens peccatis, Dei tantum seruitio viuit.

a *Blasphemantes.* Et si blasphemāt vos segregatos à perfidia sua, tamen in conuersatione vestra opera iustitiæ & pietatis videntes mirantur, & fidem quodammodo venerantur.

b *Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est.* Tanta cura est Deo nos mortificari carne, viuificari spiritu, vt his quoq; qui maioribus criminibus inuoluti, inter mortuos erant numerandi: verbum fidei euangelizare præceperit, vt iudicentur quidem, i. condemnentur à seipsis secūdum homines. i. secundum hoc quòd ad morem peccatorum vixerūt in carne. i. in carnalibus desideriis & abiectis vitiis viuant in spiritu. i. spiritualiter iuxta voluntatē Dei: vel iudicentur secundum homines, id est, secundum rationem quam Deus dedit hominibus, vt ratio ipsorum damnet mala in impiis.

✻ Oecvmenivs. Ordo talis est. Hi qui vos calumniantur reddent rationem ei, qui omnes iudicat viuos ac mortuos. Nam iudicantur & mortui, quod manifestum est ex aduentu Domini ad inferos. Quum enim eò quoque venisset, prædicauit, sicut & iis qui in terra viuebant, non quidem sermone, sed opere. Et quemadmodum in mundū aduenies, iis qui parati erant vt ipsum cognoscerent ad iustificationem venit: ignorare autem cupientibus, ad condemnationem: ita & his qui apud inferos erāt. Nam his qui secundum carnem humano more vixerant, ad iudicium aduenit: illis verò qui secundum spiritum vixerant, ad gloriam & salutem. Itaque & viuorum & mortuorum iudex meritò dici potest. Itaque quod dicitur, *Vt iudicentur carne*, ita accipiendum est, quod cùm accessisset Dominus ad eos qui apud inferos erant, illi qui in mundo carnaliter vixerant, condemnati sunt: qui verò spiritualiter, reminiscendo eum Domino, aut per spem bonam vixerunt. Porrò *iudicentur, ac viuant*, dictum est, sumendo tēpus pro tempore, nempe futurum pro præterito, quod frequens est in sacra scriptura.

lib. de recta fi. ad Theodos. imperat.

✻ Cyrillvs Alex. Anima Christi vnionem ad verbū sortita, descendit quidem in infernum, diuina autem virtute & potestate vtens, etiam spiritibus qui illic erant apparuit, dicens illis: Egredimini: & his qui in tenebris: Reuelamini. Et tale quiddam etiam Petrus dixisse videtur de verbo Dei, & anima ipsius secundum dispensatiuam vnionem. Neque enim nuda & per se Deitas vnigeniti descendit in infernum. & prædicauit iis qui illic spiritibus: sed neque admittimus quod ipsa in animæ specie transformata fuit: sed quemadmodum cum iis qui adhuc in carne, conuersatus est cū carne, ita & animabus in inferno prædicauit, animam habens sibi vnitam, in qua fuit.

Inc. 19. Io.

✻ Idem. Cùm tempus iam esset, vt etiam spiritibus apud inferos prædicaret, (venit enim vt tam viuorum quàm mortuorū dominaretur) mortem pro nobis suscepit, cùm inclinato capite tradi

D

Cont. hæres. fim 46.

tradidit spiritum.

✻ Epiphanivs. Christus venit vt iis quidem qui olim ipsum cognouerunt, & ab ipsius deitate non aberrauerunt, verùm propter errores in inferno detenti sunt, indulgētiam largiretur: his quidem qui adhuc in mundo sunt per pœnitentiam: qui verò in inferno, per mitem cordiam & salutem.

✻ Idem. Ex Athanasio. Corpus erat in monumento positū, quando ipse iuit ad prædicandum etiam spiritibus in carcere, velut Petrus dixit: id quod maximè ostendit dementiam eorū, qui dicunt in ossa & carnem mutatum esse Verbum. Si enim hoc esset, non fuisset opus monumento, ipsum enim iuisset per seipsum corpus ad prædicandum spiritibus in inferno.

Cont. hæresim 77.

lib. de incarnat. Verbi.

✻ Athanasivs. In morte Christi corpore non vltra sepulchrum delato, anima ad inferos penetrauit, locis ingenti interuallo discriminatis, vt animarum quas infernus tenebat, vincula, sua anima disrumperet, &c.

✻ Clemens Alexan. Prædicauit Dominus iis quoque qui erant apud inferos. Dicit quidem certè scriptura: *Dicit infernus perditioni: Eius speciem non vidimus, eius autem vocem audiuimus.* Non locus vtique voce accepta, dicit ea: sed ij qui sunt collocati apud inferos, &c. Operatur autem existimo, Seruator, quandoquidem eius est opus seruare, quod quidem certè fecit, vt qui eos qui in ipsum voluerint credere, per prædicationem, vbicunque essent, traxerit ad salutem. Si ergo Dominus nulla alia de causa descēdit ad inferos, quàm vt annunciaret Euangelium, sicut descendit vt annunciaret omnibus, aut solis Hebræis? &c.

lib. 6. stromat. Iob 28.

✻ Avgvst. Fuisse Christum apud inferos, & in eorum doloribus constitutis hoc beneficium præstitisse non dubito, vt ab eisdem doloribus saluos faceret.

Epist. 99.

✻ Ambros. Christus triumphato diabolo, descendit in cor terræ. vt ostensio eius prædicatio esset mortuorum, vt quotquot cupidi eius essent liberarentur.

In cap. 4 ad Ephes.

✻ Hilarivs. Scit Dauid exhortationem hanc sanctos quiescentes in inferno desiderare: scit testante Apostolo Petro, descendente in inferna Domino, etiam his qui in carcere erant, & incredulis quondam fuerant in diebus Noe, exhortationem prædicatam fuisse.

In psl. 118.

✻ Irenævs. Ea propter Dominum in ea quæ sunt sub terra descendisse, euangelizantem & illis aduentum suum, remissionem peccatorum existentem his qui credunt in eū. Crediderunt autē in eū omnes qui sperabant in eum, id est, qui aduentū eius prænūciauerūt, & dispositionibus eius seruierūt iusti, & prophetæ, & patriarchæ: quibus similiter vt nobis, remisit peccata. &c.

lib. 4. ca. 45.

c *Omnium.* Quia dixerat in iudicio iudicandos viuos & mortuos, ne quis blandiretur sibi de longinquitate futuri iudicij, cōsultè admonet, quia etsi incertus aduentus est extremi discriminis, tamen certum est omnibus, quòd in hac vita diu subsistere nequimus.

F

☞ *Vigilate*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Sufficit enim præ.tem. *i. debet pœnitenti sufficere quòd præterito tempore vixit carnaliter, quam vitam Gentes volunt communiter & appetunt. Et per hoc quod dicit*: Sufficit. *non intelligenda est approbatio vitæ præteritæ, sed magis reprobatio. Potest etiam aliter exponi vt hac littera: Sufficit enim præteritum tempus, iungatur cum eo quod subditur.*

2 Ad voluntatem Gentium consummandam. *Quoniam aliqui se laxant ad peccata carnalia per aliorum monita.*

3 Qui ambulauerunt in luxuriis. *quantum ad actum exteriorem.*

4 Desideriis. *quantum ad affectum interiorem. Consequenter tangit vitium gulæ quod est incitamentum luxuriæ, &c.*

5 Vinolentiis. *per excessum in vino.*

6 Comesationibus. *in cibo.*

7 Potationi. *inebriationis quibuscunque quarum aliquæ sunt aliæ à vini potatione.*

8 Et il.id. *c. qui cultus frequenter oriuntur ex prædictis, Exo. xxxij. b.* Sedit

Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. *i. idolatrare.*

9 In q.ad, *infideles & luxuriosi.*

10 Non c.n.in eā.lu.c. *quia non concomitamini amplius eos in prædictis vitiis*

11 Blas. *Christum in quem creditis.*

12 Qui re.ratio. *in iudicio finali.*

13 Prop.h.e.& m.i. *in fidelibus, secundum illud Matt. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*

14 Euange. est vt iu. *i. vt credentes condemnentur.*

15 Se.h.in c. *ab hominibus carnaliter viuentibus.*

16 Vi. autem se.D. *Ex conuersione enim ad fidem ista duo consequūtur, sed primum occasionaliter, secundū autē ex intentione euāgeliz.ātiū fidē.*

17 Omnium au. *Hic ponitur secundum repressuum carnalium vitiorum, cum dicitur*: Omnium a.f.a. *Quia de die iudicij nemo scit. Propter quod est cogitanda tanquam semper propinqua, & talis cogitatio reprimit carnalia vitia. ideo subditur.*

✻ Estote

☞ A a *Vigilate in or.* Ne animus aliquid cogitet præter id solū quod præcatur. Cum ad orādum stamus omnis carnalis cogitatio absistat, intentio cordis sincera Deum non sono vocis, sed sensu animi oret.

Beda. b *Charitatem conti. haben.* Qui per charitatem proximum monet, increpat, castigat, per charitatem operit multitudinem peccatorum, *quia qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ sue, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.*

Iacob. 5. d

† veheme-ter

† Ro. 12. c Heb. 13. a Phil. 2. b

c *Quia char. op.* Ex fragilitate carnis nō semper orationi & hospitalitati vel aliis virtutibus insistere possumus, quas per officium corporis & opportuna tempora fieri necesse est. Ipsa autem charitas cuius instinctu hæc foris aguntur, quæ interiori homini præsidet, sem per ibidem haberi, quamuis in publicū non semper ostendi potest.

B

Beda.

d *Si quis lo.* Si quis habet scientiam loquendi, non sibi, sed Deo imputet. timeat ne præter volūtatem Dei, vel autoritatem sanctarum scripturarum, vel præter vtilitatem fratrē doceat, nec quod dicendum est taceat.

† dum per ignē explorāmini, quæres ad experimentum vestri fit. Matth. 5.

† probris affi cimini

C

e *Si quis mi.* Cum omnia bene & secundum volūtatem eius feceritis, non vestris meritis, sed gratiæ eius attribuatis, vt alij videntes vestra bona opera, glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

Beda.

f *Cha.no.* Si patimini feruorem tribulationum quæ contra rationem inferuntur ad vestram probationem & gloriam, nō ideo putetis vos esse exules à membris Christi, & nolite mirari de illatis malis, vt per illa tentet vos Deus & probet, quia antiquum & frequens est electos Dei præterna salute in præsenti aduersa pati.

✻ Cyprianvs. Ne quisquam miretur nos assiduis persecutionibus fatigari, & pressuris augentibus frequenter vrgeri, quando hæc futura in nouissimis temporibus Dominus ante prædixerit, & militiam nostram magisterio & hortamento sui sermonis instruxerit. Petrus quoque Apostolus eius docuerit, ideo persecutiones fieri, vt probemur, & vt dilectioni Dei, iustorum præcedentium exēplo, nos etiā morte & passionibus copulemur. Po

Epist. 56 quę est ad Thibaritan.

† fobrii

† 22 q 4 ca. quæ sacramēto. & 23. q 7. c quēadmodum. De pœ. dist. 3 c. intrāt. De bapt. & eius effe c. maiores ecclesiæ. † x. q. 3 c. non solum.

E

a finis appropinquabit. Estote itaque † prūdentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobis-

a ¶ Et vt intelligatis modum orandi, & impetrare positis quod orauerit is, habete charitatem inter vos, non propter vestra exteriora, sed in vobispsis vospsis sitis causa dilectionis.

a ¶ Cum per alias virtutes culpæ diluuntur, maximè per charitatem, per quam proximis debita dimittuntur, vt à Deo nobis nostra dimittantur.

b metipsis charitatem † continuam habentes, † quia charitas

c operit multitudinem peccatorum. † Hospitales inuicem, si-

a ¶ A Deo gratias.

ne murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam in al-

a ¶ Quodlibet donum spiritus sancti ad seruiendum alijs, tam secularibus quam spiritualibus.

terūtrum illam administrantes: sicut boni dispensatores

a ¶ Formatæ secundum desiderium vnius cuiusque, sicut in manna sapebat secundum cibos quos volebat.

d multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, † quasi sermones

u ¶ Vel eleemosynam vel aliquod bonum opus, humiliter impendat, quia nihil habet à seipso quod impendat, sed à solo Deo.

e Dei. Si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat

¶ Actibus vestris. ¶ Adiutorem & mediatorem.

Deus, vt in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christū

¶ Fama. ¶ Potestas.

a ¶ Hæc bona facite, & pro nulla tribulatione cessate.

f cui est gloria & imperiū in secula seculorū, amē. Charissimi,

a ¶ Ab amore Dei ne æstuetis deficientes à fide.

¶ Vel, mirari.

nolite peregrinari † in feruore qui ad tēptationē vobis fit, qua-

¶ Repræsentando.

si noui aliquid vobis contingat. Sed communicātes Christi

a ¶ Quando omne velamen auferetur. b Alio.

passionibus gaudete: vt & in reuelatione glorię eius gaudea-

¶ Corpore. ¶ Quia. ¶ Permanentes.

g tis exultātes. Si † exprobramini in nomine Christi, beati eritis

a ¶ Non deficientes à fide.

in epistola: Nolite mirari ardorem, &c. Timendas non esse iniurias & pœnas persecutionum, quia maior est Dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum, Ioannes in epistola probat. *Maior est qui in vobis est, quàm qui in isto mundo, &c.*

1. Io. 4.

g *Beati eritis, &c.* Qui patitur pro nomine Christi, beatus. non

☞ enim

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Estote itaque pru. *i. vobis prouidentes, vt appareatis mundi.*

2 Et vigi. in ora. *vt Deus vos dirigat, sine cuius directione non potestis viuere munde.*

3 Ante omnia. *Hic consequenter reuertitur ad ordinandum fideles respectu proximi. & primo in communicatione bonorum, secundo in perpessione malorum, ibi:* Charissimi. *Circa primum dicit:* Ante omnia, &c. in vo. cha. *quia charitas excellentior est cæteris virtutibus. 1. Corinxiij. d.* Maior autem horum est charitas. *ideo subditur.*

4 Quia cha. ope. m. p. *ne videantur tanquam diuino iudicio puniēda. Sed quia charitas debet ostendi in opere, aliter non esset vera, secundum quod dicit Greg. hom. xx. Amor Dei nunquam est otiosus: operatur enim magna si est, si autem operari renuit, amor non est. ideo subditur.*

5 Hospitales inui. sine murmur. *i. sine expensis hospitum.*

6 Vnusquisque sicut ac. gra. *à domino liberaliter.*

7 In alterutrum illam admi. *alijs communicando gratis & benigne.*

8 Sicut boni dispensa. *domino vestro conformes, quia dat gratis & liberaliter.*

9 Multiformis gratiæ Dei. *Videtur enim hic beatus Petrus loqui de gratia gratis data, quæ datur ad vtilitatem ecclesiæ Dei: & hæc est multiformis sicut dicit Apostolus 1. ad Cor. xij.* Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, &c. *in fine concludit:* Hęc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. *Sed quia in vsu talis gratiæ requiritur intentio recta, ideo subditur.*

10 Si quis loquitur. *exhortationis verba.*

11 Quasi sermones Dei. *i. totum bonum attribuat Deo, & non sibi.*

12 Si quis ministrat. *egentibus temporalia bona.*

13 Tanquam ex virtute quam administrat Deus. *id est, attribuat hoc Deo. qui dedit sibi voluntatem & facultatem hoc faciendi. ideo subditur.*

14 Vt in omnibus honorificetur Deus. j. *ad Cor. x. g.* Omnia in gloria Dei facite.

15 Per Iesum Chri. *qui est mediator Dei & hominum.*

16 Charissimi. *Hic ordinat fideles in perpessione mali pœnæ ab aduersarijs fidei. Vnde hic inuitat eos ad gloriam martyrij. Circa quod primo inducit ad confidentiam, secūdo tollit erubescentiam, ibi:* Sed exportabramini. *Circa primū dicit:* Charissimi: noli peregr. *i. à fide alienari.*

17 In feruore. *persecutionis: sic exponitur communiter. potest etiam aliter exponi magis literaliter sic:* Nolite peregrin. *i. corpore elongari timore mortis imminentis. In feruore. persecutionis, licet enim licitum sit fugere, tamen perfectius est remanere, nisi in casu, vtpote quando persecutio est personalis, & quando ex fuga apparet malus bonum ecclesiæ, propter quod sit elongatio ad tempus & non timore mortis. sicut Paulus fugit de Damasco & de Ierusalem Act. ix.*

18 Qui ad tentationem vobis fit. *i. ad probationem fidei vestræ.*

19 Quasi noui aliquid vobis contingat. *i. nolite peregrinari dictis modis, quasi persecutio ad mortem sit aliquid nouum quia multi ante vos sustinuerunt martyrium.*

20 Sed communicantes Christi pas. *per tolerantiā martyrij, gaudete. spiritu.*

21 Vt in re. gl. eius. *i. in aperta visione ipsius ad quam per martyrium peruenitur.*

22 Gaudeatis exultan. *æternaliter cum angelis.*

23 Si exprobramini. *Hic consequenter tollit erubescentiā. & primo in verbis, dicens:* Si exprobramini. *per verba ignominiosa vobis illata.*

24 In nomine Christi. *id est, propter confessionem nominis eius.*

25 Beati erit s *primo in se.*

✻ Quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim debetis credere quòd sine remuneratione patiamini, sicut illi qui pro suis sceleribus patiuntur, & inuiti puniuntur. Vel nemo erubescat pati pro nomine Christi, sed erubescat cõmittere scelera, pro quibus iustè puniatur. Quòd si patitur vt Christianus pro fide & confessione nominis Christi, non erubescat, sed potius glorificet Deum, permanens in hoc nomine, vt possit dici, bonus est dominus iste qui habet tam fideles seruos.

† gloria & spiritus Dei super vos requiescit.

a *Spi.e. super vos re.* Quia requiescent super vos patientes, & in præsenti ex parte ad bene operandum, & in futuro perfectè ad remunerandum, Quod est honoris, vt & in præsenti sitis honorabiles in bonis operibus, & in futuro participes honoris Christi. Et quod est gloriæ, in præsenti pura conscientia, in futuro sine omni corruptione, tam in anima quàm in corpore. Et quod est virtutis, & in præsenti & in futuro super diabolum & membra eius. Et vnde hæc omnia subiungit: Et requiescet super vos spiritus sanctus, qui est eius Christi. Ipse enim pleniter accepit, & membris suis dedit, & in futuro maximè dabit.

† in parte hac

† vt fidei possessori

b *Nemo vestrum patiatur, &c.* ✠ CYPRIANVS. Fidelem non oportere ob alia delicta, nisi ob nomen solum puniri, in epistola Petri ad Ponticos: *Nec quisquam vestrum tanquam fur, aut homicida patiatur, aut tanquam malefícus, aut curas alienas agens, sed tanquam Christianus.*

li.3.ad Quirinum,c.37.

c *Quoniam tempus, &c.* Ideo patiendum est pro nomine Christi, quia cum nullum malum sine pœna possit trãsiri, & Deus sit in vltimo malos iudicaturus, asperè in præsenti flagellat & corripit omnes quos vult recipere ad salutem. Vnde Salomon: *Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara cor tuum ad tentationem.* Duo sunt iudicia eius, vnum occultum, & aliud manifestum. Occultum pœna qua nunc vnusquisque homo, aut exercetur ad purgationem, aut monetur ad conuersionem, aut si contemnit vocantem, excæcatur ad condemnationem. Alterum manifestum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & nunc est tempus vt ecclesia per exercitia seculi ad gloriam præparetur. Reprobi verò nunc *ducunt in bonis dies suos, & puncto ad infernа descendent.*

Eccl.2.a

Iudicij Dei duplex

Iob 21.b

✠ OECVMENIVS. Solicitos eos reddit ac terret, à desidia ipsos repellens & vita remissa, ideóque subiungit. Quod si primùm à nobis qui sumus domus Dei, incipit rerum in vita peractarum indagatio. quem existimare oportet finem eorum qui nõ crediderunt? Iudicium nunc non intelligimus condemnationẽ, sed indagationem, scrutationem, discussionem ad eligendum quod melius est. Incipit autem primùm à domo Dei, quoniam iuxta nostrum magnum Basilium, naturaliter his qui nobis familiarissimi sunt magis indignamur quum in nos peccauerint: Deo autem non alij familiatores sunt, quàm fideles qui complent domum Dei siue Ecclesiam. Iudiciũ autẽ hoc loco dicit afflictiones quæ ab impiis infliguntur fidelibus: quarum etiam inductionem prænũciabat Dominus: *Tradent vos ad cõcilia, &c.* Deinde, quasi consolando eos subiungit. Si ergo nobis qui adeo familiares ipsi sumus nõ parcit, cõsiderate quis sit futurus finis impiis.

Matth. 10.

d *Etsi iustus, &c.* De prouerbiis assumptũ est iuxta veterem editionem. In nostra quæ secundum Hebraicam veritatem ita est: *Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator.* i. si tanta est fragilitas mortalis vitæ, vt nec iusti quidem qui in cælo coronandi sunt hanc sine tribulationibus propter innumerabilem vitiatæ naturæ labem transeunt: quanto magis his qui cælestis gloriæ sunt exortes certum damnationis suæ perpetuæ exitium spectant?

†Pro. 11.d

Quare iustus vix saluabitur

AVGVST. Quæritis causam quare iustus vix in Dei iudicio saluus esse possit, & quare? nisi quia Dei iustitiam tantam esse certum est, vt interdum quæ videntur in hominibus nostro iudicio esse iusta, iudicio Dei inueniuntur iniusta, secundum illud: *Homo videt in facie, Deus autem intuetur cor.*

1.Reg.16.g

Non est laboriosum Deo liberare iustum: Sed vt ostendatur quòd meritò fuerit damnata tota humana natura, non vult facile de tanto malo nec ipse Deus liberare: propter quod & peccata proclinia sunt & laboriosa iustitia, nisi amantibus: Sed charitas quæ homines amantes facit, ex Deo est.

e *Commendent animas suas, &c.* Et quia incipit iudicium à domo domini, & per multas tribulationes oportet ingredi in regnum Dei, itaque hoc restat illis passuris. vt quando patiuntur secundum quòd Deus vult, id est, propter iustitiam, commendent animas suas Deo. nil de se præsumentes, vt & hic secundum quòd vult purget, & in futuro beatificet, quia fidelis est bona reddendo illis quos creauit. Patiuntur dico in benefactis, non propter peccata.

Act. 14.d

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quoniam quod est honoris & glorię & virtutis Dei, *ita quòd honor referatur ad opus virtuosum gloria ad conscientia bonum testimonium, virtus verò ad triumphum de diabolo habitum.*

2 Et qui est eius spiritus. *id est, spiritus sanctus, qui dicitur spiritus filij sicut & patrinam ab vtroque procedit.*

3 Super vos requiescit. *in vobis spiritualiter habitando. Vel aliter:* Super vos requiescit. *sicut fossor super equum ducens eum secundum suum libitum, sic spiritus sanctus inducit tales secundum suum instinctum, ad Romanos octauo c.* Qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt: *& per consequens, quod est honoris & gloriæ meritorium, & virtutis operatiuum habitat in eis.*

4 Nemo autem. *Hic secundo tollit erubescentiam in factis, dicens.* Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida. *Illi enim qui patiũtur pro suis c minibus, rationabiliter erubescunt.*

5 Si aute m vt Christianus. *id est, pro fide Christi patiatur, non pro crimine.*

6 Non eru. *quia hoc est opus virtuosum, quod non est erubescibile. sed magis honorabile. ideo subditur.*

7 Glorificet autem Deum in isto no. *i. quòd non solum vocabitur Christianus, sed etiam fidelis Christi per martyrium. Martyr enim Græcè, testis dicitur Latinè.*

8 Quoniam tempus est vt incipiat iudicium. *id est, condemnatio ad mortem.*

9 A domo Dei. *id est, à fidelibus Christi. in primitiua enim ecclesia multi transibant per martyrium, sicut prædixerat Saluator Ioan. xvj. a. Venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo.*

10 Si autem primum à no. *incipit talis condemnatio.*

11 Quis finis eorum qui non cre. *q. d. incomparabiliter durior. s. condemnatio ad mortem æternam.*

12 Et si iustus quidem vix saluabitur. *quia per multas tribulationes oportet eum ingredi regnum cælorum, Act. xxiij.*

13 Impius & peccator vbi parebunt. *q. d. nusquam. nã in inferni profundo absconditi erunt. & sic concludit propositum de iustis patientibus di.*

14 Itaque & hi qui pa. *martyrium.*

15 Secund.vo. Dei. *qui sic fieri ordinauit.*

16 Fideli c. com. animas suas in benefa. *& sic securè eos conseruat, & cum angelis gloriosè coronat.*

✠ CAP.

CAP. V.

a a SEnio. Cum. supra distinctè monuisset liberos & seruos, viros & ipsas mulieres, post interpositam communem exhortationem hic alloquitur senes & iuuenes.

✠ OECVMENIVS. Cùm de animi modestia disserere proponat, quam etiam obiter tetigit, cùm d. Benefaciendo, &c. & nunc seipsum vocans sympresbyterum, id est, simul & vnà presbyterum. Per hoc autem ipse vel ætatem designat, vel episcopi honorem. Quòd enim & episcopi dicãtur presbyteri, nouit & Actorum liber. Deinde volens & eminentiam suam demonstrare, & quòd modestiæ causa seipsum sympresbyterũ, subiungit suam dignitatem. *Testis afflictionum Christi.* Hoc per ista significare volens. Si ego qui taliũ visionũ vobis interpres sum, non dedignor meipsum appellare sympresbyterum, neque vos qui iusti estis extollamini aduersus eos qui vobis inferiores sunt. *Communicator gloriæ quæ reuelanda est.* Vt demõstret modestiæ animi excellentiam: quemadm. odũ & Paulus dicit: Cùm Christus manifestatus fuerit, tunc & nos manifestabimur.

†presbyteros

†'compresbyter

†'consors, particeps.

† curã illius agentes

† aduersus cleros

Ioan. vlt. c. †sic vt omnes alius ab inuicem subiectamini humilitatem animi vobis aligatam habete

Coloss 3.

Beda.

b *Pascite.* Sicut dominus Petro totius gregis curam habere iussit, ita Petrus sequentibus ecclesiæ pastoribus iure mandat, vt eum quisque qui secum est gregem Dei solicita gubernatione tueretur.

c *Non coa.* Non prædicate euangelium propter inopiam temporalium rerum, vt de euangelio viuere possitis, *sed sponta. secundum Deum* scilicet tantum intuitu supernæ mercedis. Non tantum propter inopiam vitandam nolite prædicare. Nullus quæstus vos impellat, quia cuncta opera religionis debent esse voluntaria, sicut in constructione tabernaculi, quæ præsentem ecclesiæ constructionẽ significat omnis multitudo filiorum Israel mente deuota primitias domino ad faciẽdum opus tabernaculi, & ipsi artifices sponte se obtulerũt.

CAP. V.

a ¶ Et quia oportet pati, & qui patiuntur animas commendant Deo, igitur patimini & laborate pro eo. a ¶ Senes sunt obsecrandi.

a †Eniores ergo qui in vobis sunt obsecro †cõsenior, & testis Christi passionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda est gloriæ †communicator: Pascite † qui est in vobis

a ¶ Simili ætati confauete. b ¶ Quia præsens illo patiente astiti, pro nomine eius carcerem & vincula pertuli, & quæ vidi de eo scripsi.

a ¶ Cum in sancto monte cælestem gloriam vultus eius cum Iacobo & Ioanne vidit, cuius etiam sperat se participem fore. siue cum resurrectionis & ascensionis eius potentiam cum aliis apostolis qui affuerunt vidit.

a ¶ Inter vos: vel vos ipsi qui estis.

b ¶ Illis subditis de omnibus necessariis. ¶ Nihil prædicetis nisi secundum Deum

c gregem Dei, †prouidentes non coactè, sed spontaneè secũdum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, nèque dum dominantes †in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et

a ¶ Humilitatem. f. quam subditos habere vultis, ipsi prius & actu monstretis, & animo intento seruetis.

a ¶ Per vos informetur grex ad humilitatem.

† quantum in vobis est

- secundum Deum

E

- ex animo

cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcesibilem coronam gloriæ. Similiter adolescentes subditi estote

a ¶ Et inde hoc consequimini præmium. b ¶ Qui prior humiliatus est. ¶ Et senes & iuuenes debent humilitatem habere, quia Deus superbis, &c. ¶ Scilicet ex animo.

e senioribus. †Omnes autem inuicem humilitatem insinuate,

a ¶ Aliis ostendit verbo & exemplo. ¶ In finu semper habete.

a ¶ Autoritate Salomonis deterret a superbia, quæ diabolum deiecit. ¶ Si cut hominibus pœnitentibus.

f quia Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã. †Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet †in tẽpore visitationis: †omnem solicitudinem vestrã proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote &

a ¶ Qui hic estis in peregrinatione. ¶ Iudicij. ¶ Corporis & animæ.

a ¶ Sicut an coram in mari. b ¶ Ita proiicite, vt & vos collaboretis adiutrici gratiæ. ¶ Non intenti delectationibus seculi.

f Humiliamini. Quæ sit gratia quam confert humilibus, subdit, vt quo magis humiliati fuerint propter ipsum tempore certaminis, est gloriosus exaltetur tẽpore retributionis. Humiliatem dicimus, vel quando aliquis pro abluendis peccatis incipit salubriter atteri, vel quando spontanea mentis deuotione perfectiores Deo & hominibus humiliantur: vel quando contra persecutores per patientiæ virtutem inuictus animus armatur. Et ad omne genus humilitatis sequitur congrua merces exaltationis.

†Iaco 4.c Beda.

† cum erit opportunũ

† Luc. 12.c Rom. 12.c

Humilitatis genus triplex

☞ Tanquam

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

✠ SEniores ergo qui. *Postquam beatus Petrus informauit fideles generaliter, & seruos & coniugatos specialiter, & postea interposuit informationes aliquas in communi, hic informat specialiter existentes in statu pastorali, di.*

1 Seniores ergo. *Dicuntur autem seniores episcopi, presbyteri, & doctores. vnde j. de anima. vbi translatio nostra habet:* Si senex haberet oculum iuuenis, videret vtique vt iuuenis. *antiqua habet.* Si presbyter haberet oculum iuuenis, &c. *debent enim esse ministri ecclesiæ maturi moribus & ætate.*

2 Obsecro. *humiliter & charitatiuè.*

3 Consenior. *i. consimilis eis ætate & officio.*

4 Et testis Chri. passionum. *quas ego vidi. Vel aliter:* Testis Christi passionum. *quia pro eo fui paratus ad martyrium in carcere Herodis. Act. xij.*

5 Et eius, &c. communica. *id est, ad horam particeps factus visionis gloriæ Christi in transfiguratione. vbi se tunc ostendit Petro, Ioanni & Iacobo in forma humanitatis gloriosa, in qua apparebit manifestè in iudicio. Vel aliter:* Communicator. *id est, prædicator gloriæ, Christi, quæ reuelanda est in futuro modo prædicto. Consequenter ponit formam suæ obsecrationis, dicens,*

6 Pascite qui in vobis est gregem Dei. *id est, populum commissum vestro regimini.*

7 Prouidentes. *populo de Dei verbo & eucharistiæ sacramento.*

8 Non coactè, sed spon. *i. non amaro animo, sed libero.*

9 Neque turpis lucri gratia. *i. propter quæstum temporalem.*

10 Sed voluntariè. *propter honorem diuinum.*

11 Neque vt dominantes in cle. *i. non eleuati per superbiam ratione prælationis.*

12 Sed for. f. gre. *ly facti, est nominatiui casus & pluralis numeri. i. tenentes debitam humilitatem ad subditorum informationem.*

13 Ex animo. *ita vt humilitas sit vera & non ficta.*

14 Et c. ap. p. pa. *f. Christus in iudicio.*

15 Perci. immar. *i. in defectibilem.*

16 Coronam glo. *in anima simul & corpore.*

17 Simili. *Hic vltimò informat existentes in statu iuuenili. & primo de humilitate, qua debet esse in iuuenibus, di.*

18 Omnes a. inui. hu. insi. *i. verbis & operibus demonstrate, vt excitetis vos mutuo ad opera humilitatis.*

19 Quia Deus su. re. *vt patet in electione angelorum superbientium. & in electione hominum humilium ad loca angelorum. propter quod cõcludit: Humiliamini, &c.*

20 Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vo. *non quòd omittant facere quod in se est, nam hoc esset tentare Deum: sed quòd ipsi credant assequi omne bonum per virtutem Dei.*

21 Sobrij estote. *Hic secundo informat eos de vigilantia & sobrietate, quæ sunt multum necessariæ, dicens:* Sobrij estote. *in vitiu & vestitu.*

22 Et vigi. *i. diligenter à peccatis præcauete.*

✠ Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ A a *Tanquam leo rugiẽs,&c.* Sicut rugitus leonis impedit aures, ne alium sonum excipiant, sic diabolus fidelium mentes terrendo & illicita suggerendo à via veritatis, ne vocem Christi audiant, auertit.

lib. de zelo & liuore. ✻ CYPRIANVS. Excubandum est fratres dilectissimi, atque omnibus viribus elaborandum, vt inimico sæuienti, & iacula sua in omnes corporis partes, quibus vulnerari possumus, dirigenti, solicita & plena vigilantia repugnemus, secundum quod Apostolus præmonet, dicens: *Sobrij estote & vigilate, quia &c.*

† 3. q. 1. c. nulli.

perfici

In euang. de pass. & cruce Domini. ✻ ATHANASIVS. Olim serpens deceperat Euam, & eius inuidia mors in orbẽ venit: nunc autem cõculcatur, & volẽs decipere audit, *Vade retro Satana.* Olim aduersarius noster diabolus vt leo circuibat, sitiens nostram animam: nunc autem cum dracone conculcatur, ac deinceps breui Dominus conteret Satanam sub pedibus nostris.

B

1 a & vigilate, quia aduersarius † vester diabolus, tanquam leo 2
b rugiens circumit quærens quem deuoret: cui resistite † for- 3 4
a ¶ Fides sit quasi murus.
c tes in fide, scientes eandem passionem ei quæ in mundo 5 6
¶ Quod ex vobis est facite. a ¶ Fidei, spei & aliarum.
est vestræ fraternitati † fieri. Deus autem omnis gratiæ qui 7 8
¶ Dator. ¶ Existentes vt membra.
vocauit nos in æternam gloriam suam in Christo Iesu mo- 9 10
a ¶ Illis virtutibus quas iam habetis superaddet alias virtutes. b ¶ Ad perferendas tribulationes. c ¶ Membra timore & errore dissoluta in vnitatem ecclesiæ reducet.
dicum passos, ipse † perficiet, confirmabit, solidabitque. ipsi 11 12 13
gloria & imperium in secula seculorum: amen. Per Silua- 14 15
a ¶ Qui mihi necessarius erat, sed causa vestræ salutis eum dimisi. ¶ Vt cito positis intelligere.
d num fidelem fratrem vobis vt arbitror, breuiter scripsi, † ob- 16 17
secrans & contestans hanc esse verã gratiam Dei, in qua sta- 18 19
¶ Quod ego dico vobis, dicunt & alij. a ¶ Euangelista à me baptizatus, à me doctus.
e tis. Salutat vos ecclesia quę est in Babylone † collecta, & Mar- 20 21 22

lib. 7. in Iob. ✻ ORIGENES. Circuit omnem terram non carnalibus vestigiis, sed circuitionibus iniquitatis: non terrenis gressibus, sed spiritualibus seductionibus. Circuisti terram, celerrimè omnia quæ sub cælo sunt peragrasti, & omnia quæ in aëre sunt peruolando, cuncta quæ sub cælo sunt inspiciendo, subito ab oriente ad occidentem transeundo, & à meridiano ad aquilonem peruolando, & ea quę per quatuor terminos orbis in omnibus gentibus, & prouinciis, & regionibus, atque linguis fiunt, vel dicũtur, videns, & audiens, & sciens, ea verò quæ in corde atque intra animum tractantur nesciens, &c. Terram circuis ô diabole, ad desolandum, ad exterminandum. Et quæ sub cælo sunt peragras, ad perturbandum & peruertendum, & ad furorem concitandas atq; exacerbãdas gentes aduersus gentes & regiones, &c.

Tract. 10. in Ioan. ✻ AVGVST. Non cessat inimicus persequi, & si non apertè sæuit, insidiis agit: inde dictus est leo & draco: leo propter apertam iram, draco propter occultas insidias. Draco eiecit Adam de paradiso, idem ipse leo persecutus est ecclesiam, dicente Petro: *Aduersarius vester diabolus sicut leo, &c.*

C Cyprianus vbi supra. b *Circumit.* Tanquam hostis obsidens muros clausos explorat, an sit pars aliqua murorũ minus stabilis, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illicitas & faciles voluptates, vt visu destruat castitatẽ, aures per canora: vt emolliat Christianum rigorem, linguam conuitio prouocat, manum iniuriis lacessentibus ad cædem instigat, honores terrenos promittit, vt cælestes adimat. Et cum latenter non potest fallere, addit apertos terrores. In pace subdolus, in persecutione violentus, contra quem animus debet tantum esse paratus ad resistendum quantũ paratus est ille ad impugnandum. D

Beda. c *Scientes.* Tanto maiorem habete fiduciam, quanto constat, quia non vos soli tentamini, sed ipsa passio quæ vos fatigat est eadem & communis nostræ fraternitati.i. fraternę ecclesię, quę est per totum mundum. & quia à constitutione mundi semper passi sunt iusti, pudeat vos solos præ omnibus non posse pati.

† firmi

d *Scripsi.* Vobis nõ vt imperans, sed obsecrans, & contestans autoritate scripturarum hanc esse veram gratiam, quam scribendo prædico, quia non est in alio aliquo salus, in quo oportet vos saluos fieri. Vel obsecrans vos vt faciatis hanc gratiam in qua statis, qua imbuti estis esse veram gratiam vestram & proficientem vobis. Qui gratiam spernit, non gratiam minuit, sed hanc non suam.i. non sibi vtilem reddit.

† instauret vos, fulciat, roboret, stabiliat. † adhortans E † vestræ cõsors electionis

Beda. Psal. 136. e *In Ba.* Romam vocat Babylonem propter confusionẽ multiplicis idololatriæ, in cuius medio sancta ecclesia adhuc rudis & parua iam fulgebat, sicut plebs Israelitica paruo numero & captiua sedens super flumina Babylonis absentiam sanctæ terræ deflebat. nec canticum domini in aliena terra cantabat. & bene dum auditores hortatur ad patientiam aduersitatum præsentiũ, dicit ecclesiam quæ secum est in Babylone constitutam.i. in cõfusione tribulationum, quia sancta Dei ciuitas à permixtione & pressura diaboli non potest esse immunis.

✻ OECVMENIVS. Babylonem vocat Romã, eo quod adeo insignis ac præclara esset, quod & Babylõ multo tẽpore habuit.

In catalogo. ✻ HIERON. Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans, Salutat vos Ecclesia, qua est in Babylone collecta, & Marcus filius meus.

lib. aduersus Iudæ. & lib. 3. aduers. Marc. ✻ TERTVL. Babylonem apud Ioannem portat figuram Romanæ vrbis, & ob magnitudinem, & ob Monarchiam, & quia nõ minus tunc persequebatur sanctos, quàm olim Babylon persequebatur Iudæos vnum Deum confitentes.

lib. 2. histor. c. 15. F ✻ EVSEBIVS. Papias Hierapolites episcopus dicit, quod Petrus in prima epistola sua, quam de vrbe Roma scripsit, meminerit Marci: in qua tropicè Romam Babylona nominarit, cùm diciti Salutat vos ea quæ in Babylone est electa ecclesia, & Marcus filius meus.

☞ Incipit

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quia aduer.&c.rugi. *per sæuitiam.*
2 Circumiuit. *per malitiam.*
3 Quærens quem de. *incorporando sibi per mortalem culpam.*
4 Cui re.fortes in fid. *formata charitate; quæ est armatura sufficiens ad sibi resistendum.*
5 Scientes ea.pas. *id est, dæmonis insultum & tentationem.*
6 Et qui in mun. *id est, fratribus vestris per mundum dispersis. q.d. resistite diabolo sicut & ipsi. Et quia talis resistentia indiget diuina assistentia, ideo subdit.*
7 Deus au.o.gra. *scilicet, dator.*
8 Qui vo.n. *per fidem.*
9 In æter.gl.suam. *finaliter.*
10 In Chri.Ie. *consequendam, id est, pro Christo Iesu.*
11 Modi.pas. *Omnis enim pœna temporalis est modica respectu æternæ vitæ, & etiam respectu mercedis expectatæ.*
12 Ipse per fi. *scilicet, ad quod vestra virtus non sufficit.*
13 Confirma. *vestram fragilitatem.*
14 Solidab. *gratiam vobis datam.* Ipsi gloria & imp.
15 Per Siluanum. *Hæc est vltima pars siue conclusio huius epistolæ, in qua primo ostendit per quem scribit, vt recipientes eam sint magis certi, quòd emanauerit à Petro, à non ab aliquo pseudo apostolo. di.* Per Sil. fide.f.vo.vt arbitr. breui.scripsi. *vt melius possitis retinere & opere adimplere.*
16 Obsec. *id est, obsecrando monens, & non imperans de prædictorum adimpletione.*
17 Et con.&c.gr.d. *scilicet, fides catholica.*
18 In qua sta. *firmiter radicati. Secundo eos salutat ex parte fidelium, qui cum eo erant Romæ, vnde scripsit hanc epistolam, di.*
19 Salutat vos eccl. *id est, congregatio fidelium.*
20 Quæ est in Ba. *id est. Roma. quam figuraliter Babylonem vocauit, secundum, quòd dicit Hierony. in lib. illustrium vi. quia sicut Babylon fuit ciuitas maxima & idololatriæ dedita, sicut patet in Daniele. sic Roma fuit postea ex simili opere. vnde dicit Leo papa in sermone de sanctis Apostolis Petro & Paulo de ciuitate Romana, quòd magnam credebant fecisse religionem, si nullius respueret falsitatem, id est, idololatriam.*
21 Collecta. *scilicet, ad fidem Christi, sicut & aliæ ecclesiæ.*
22 Et Marcus filius meus, &c. *scilicet spiritualis in baptismo & doctrina.*

15 Per ✻ Salu

☞ A a ¶ In signum communis fidei. b ¶ Pacifico columbino: non ficto, non subdolo.
†charitatis cus filius meus. Salutate inuicẽ in osculo † san- 1 2
3 cto, Gratia vobis omnibus qui estis in Christo 4
5 Iesu, Amen.
a ¶ A gratia incœpit, in gratia finit. b ¶ Q. quod præminiatis ecclesiis scribo, omnibus per orbem terrarum ecclesiis scribo. D

NICOLAVS DE LYRA.

Osculum quintuplex
1 Salutate inui. *in signo mutuæ charitatis.*
2 In oscu san. *non adulterino, sicut Absalon osculabatur populum. ij. Reg. xv. a. Non simulatorio, sicut Ioab Amasam, ij. Regnum. xx. capit. Non proditorio, sicut Iudas dominum. Matth. xxvj. e. Non impudico, sicut mulier adultera iuuenem. Prouer. vij. a. Sed osculo sancto, quod est charitatis signum & eius fomentum.*
3 Gratia. *scilicet Dei.*
4 Vobis omnibus. *scilicet, sit.*
5 Qui estis in Christo Iesu, Amen. *incorporati sibi per fidem.*

Argumentum in secundam epistolam canonicam beati Petri.

SImon Petrus per fidem huic mundo sapientes mortuos esse declarat, eisdemque pietatis quanta sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.

B

Incipit epistola secunda Petri.

CAP. I.

a SImon. Istam eisdem quibus & primã scribit epistolam, electis proselitis dispersionis Põti, Galathiæ, Cappadociæ Acaię & Bithynię, cõfirmans eos aduersus pseudo, qui veram doctrinam auertentes, suos inducebant errores vt qui persecutoribus non cesserunt hæreticis non cedant.

† æquè præciosam
† per iustitiam
† multiplicetur
† Sicvt eius diuina virtus oĩa nobis largita est, quæ ad vitam & pietatem pertinent.

Incipit epistola canonica secunda beati Petri apostoli.

CAPVT I.

a ¶ Obediens, scilicet, fidei. b ¶ Agnoscens veritatem, firmus in fide. c ¶ Humilis. d ¶ Nuncius saluatoris & regis nostri.
S Imõn Petrus seruus & apostolus Iesu 1 2
Christi, his qui † coequalem nobiscum 3 4
¶ Diuina electione. a ¶ Nõ in circuncisione legis æquati estis antiquæ plebi Dei, sed fide quæ sine operibus legis saluat.
sortiti sunt fidem, † in iusticiã Dei nostri 5 6 7
e saluatoris Iesu Christi: gratia vobis & pax † adimpleatur in 8 9
a ¶ In quo est vitæ æternæ consummatio. vnde sunt consummati in vnum. ¶ Vel ag.
f cognitionem Dei & Iesu Christi domini nostri. † Quomodo 10 11

b *Seruus & apost.* Commendatur persona scribentis.

Beda c *Coæqualem.* Coæquales sibi cognoscit, non pro circuncisione, sed quia eandem quam ipsi acceperant Christi gratiam & fidem & hãc per opera exercebãt. E

d *In iusti.* hanc iustitiam non humana prudentia reperit nec legis institutio docuit, sed noster saluator in euangelio ostendit. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum non intrabitis regnum cælorum.* Matt. 5. c.

Beda e *Gra. vo.* In prima multiplicetur, in hac adimpleatur, quia illam incipientibus, hanc perfectioribus scribit. Multiplicatur gratia bene proficientibus in hac vita per fidem, adimplebitur peruenientibus in alia vita per spem. Vnde addit, *in cogni. d.* id est, vt noscatis vnum verum Deum, & quẽ misit Iesum Christũ.

In Synopsi. C ✻ ATHANASIVS. Pari modo & ista epistola ab eodem (D. Petro) conscripta, eiusdem nomen præfert. Nam idem Petrus & hanc ad eos scripsit, qui iam crediderant. Est autem hæc epistola refricatio priorum. Cùm enim cognouisset citò futuram corporis sui resolutionem, diligenter hoc egit, vt omnes admonerentur eorum de quibus antea per Euãgelij doctrinam erant instructi.

Epist. 150. quæ est ad Hedi. q. 11. ✻ HIERONYMVS. Duæ epistolæ quæ feruntur Petri stylo inter se & charactere discrepant, structuráque verborum: ex quo intelligimus pro necessitate rerum, eum diuersis interpretibus vsum.

In c. 2 epi. 2. ad Tim. ✻ AMBROS. Vnde dicit beatus Petrus Apostolus omnis scriptura indiget interpretatione.

Epi. ad Ho. ✻ IDEM. Quid illa attexam, & quasi toto studio te vrgeã quod hominem Deus diuinæ consortem fecit naturæ, sicut in epistola Petri legimus;

Epis. ad Demetriadem. Epis. ad Demetri. ✻ IDEM. Beatus Petrus in epistola secunda, *Gratia,* inquit, *vobis adimpleatur in recognitione domini nostri Iesu Christi.*

✻ PROSPER. Idem Petrus in epistola secunda, Gratia vobis inquit adimpleatur, &c.

L. 8. moral. 1. c. ✻ GREGORIVS. Hinc Petrus magnis laudibus Loth extulit, quia bonum inter reprobos eum inuenit. &c.

b Ser-

In Synopsi. F ✻ ATHANASIVS. Primùm quidem de fide disserit, & ostendit quòd à prophetis illa sit annunciata, & quod prophetiæ de Saluatore, non sint humanæ, sed à Deo prænunciatæ.

✻ OECVM. Longo quidem tractatu reddita est series, porro, hæc est intelligentia. Tanquam innumeris acceptis bonis per Christi apparitionem, per quæ possimus diuinæ naturæ consortes effici, & ad vitam ac pietatem reduci: ita conuersari debemus, vt fide subministremus virtutem, & per hanc viã gradiamur ad promotionem in pietate, donec ad bonorum perfectionem quæ est dilectio, veniamus. Diuinæ autem naturæ cõsortes facti sumus per Domini ac Dei aduentum, qui nostræ naturæ primitias in seipso assumpsit, & assumẽdo sanctificauit. *Quod si primitiæ sancta sancta est & massa.* Rom. 11.

Hebr. 7. c. Ioh. 17. a. f *Quomodo o.* Ita adimpleatur vt per eum cognoscatis quomodo, idest, quàm perfectè sunt nobis donata per gratiam eius omnia dona non infirmitatis, sicut in veteri lege. *quæ neminem duxit* ☞ ad

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. I.

SImon Pe. *Hic incipit secunda Petri epistola, quam scripsit eisdem quibus & primam. & diuiditur in duas partes. s. in salutationem, & prosecutionem. secunda ibi:* Vos autem, *In prima parte primo describitur persona salutans ex nomine primo, cum dicitur.*
1 Simon. *quod nomen habuit antequam vocaretur à Christo. & ab adiuncto, cum dicitur.*
2 Petrus. *Hoc nomen sibi imposuit Christus à firmitate fidei: & ad discretionem alterius Simonis qui dictus est Zelotes. Act. j. Describitur etiam ex humilitate, cum dicitur.*
3 Seruus. *& ex officij dignitate. ibi:* Et apostolus Iesu Christi.
4 His qui coæqualem nobiscum sortiti sunt. *Hic secundo describuntur personæ, cum dicitur:* His qui coæqua. nobiscum sor. s. fi. *per ly coæqualem, non excluduntur diuersi gardus in fide circa obiectum: nam ad fidem in quolibet requiritur, quòd articuli fidei credantur. si quis enim vnum solum articulum discrederet, nullius fidem propriè dictum haberet. tamen in fide sunt gradus quantum ad explicationem. licet enim omnes fideles credant omnes articulos saltem implicitè, tamen habentes maiorem noticiam plura credunt explicitè, similiter quantum ad intensionem, quia vnus credit feruentius & firmius alio. sed per ly coæqualem, excluditur distinctio Iudæorum & Gentilium, quia Gentiles credentes æqualiter receperunt dona Dei: inter quæ est fides, sicut & Iudæi. vnde Ro. x. c.* Non est distinctio Iudæi & Græci. nam idem dominus omnium diues in omnes qni inuocant illum. *vnde & Act. x. Cornelius & alij Gentiles qui erant cum eo spiritumsanctum receperunt, eodem modo sicut Iudæi receperunt in die pentecostes, & hoc est quod dicitur* His. *i. Gentilibus conuersis quibus scribebat Petrus, vt dictũ est in prin. epistolæ præcedentis.*
5 Coæqual. no. *s. Iudæis, de quibus erat Petrus.*
6 Sortiti sunt f. *& etiam alia dona Dei. ideo subditur:*
7 In iusti. Dei. i. *data per eum. & accipitur hic iusticia prout est omnis virtus, sicut accipit philosophus vno modo. v. Ethi. sed ibi loquitur de iusticia acquisita, hic autem agitur de infusa.*
8 Gratia. *Hic tertio describuntur optata bona. cum dicitur:* Gra. vo. *in præsenti.*
9 Et pax. *in futuro, vbi quietabitur totus hominis appetitus.*
10 Adimpleat. c. Dei. *i. per cognitionem eius in præsenti. qui dirigit illam cognoscendo de Christo quæ sequuntur. Quomodo omnia &c. totum est sub vno verbo vsque ibi: Vos autem. exclusiuè, & ideo est de salutatione in qua exprimuntur optata bona: & est litera intricata, propter quod sic iungatur.*
11 In co. Dei & *.i. vt cognoscatis quam benignè & perfectè donata sunt nobis omnia quàm ad vitam gratiæ pertinent.*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ *ad perfectum.*ſed dona virtutis ſuæ quę ſunt ſufficientia ad vitam & pietatem, *quia omnia quæcunque audiuit à patre , nota fecit.* Vel ſi legatur , quæ ad vitam & pietatem donata eſt:ita exponitur, vt cognoſcatis , quomodo dominus nobis omnia virtutis ſuæ dona iuxta modum noſtræ capacitatis præſtiterit , quæ virtus donata eſt ad vitam & pietatem cōſequendam.

A — Iohan.15.b

Beda — a *Propria g.*Non angelum, non archangelum ad ſaluandum miſit,non in nobis aliquid boni perquod ſaluaremur, inuenit, ſed infirmos & inglorios ſua virtute reparauit & gloria.

B

b *Maxima & p.no. promiſ.do.*ideſt: vitam æternam. quam per eius cognitionē conſequamur. Vel quæ promiſit nobis de cōuerſione aliorum per nos,vel aduentu ſpirituſſancti,vel de potentia miraculorum donauit.

† ſi fugeritis à corruptione quę eſt in mūdo per concupiſcentiam

† Sed & in hoc ipſi om[ne]... adhibito ſtudio

† temperantiam

c *Nob.promiſ. de*, Vel ideo nobis,qui natura ſumus Iudæi , qui magiſterio ipſius corporaliter vſi ſumus omna ſacramenta reſerauit, & ideo maxima & pretioſa ſpirituſſancti promiſſa donauit , vt per hoc etiā vos qui ex Gentibus eſtis, qui,carnaliter Chriſtum non vidiſtis. diuinæ ſuæ naturæ donaret eſſe participes,vt ſicut nos promiſſa ab illo vel accepimus vel accepturos confidimus,ſic & vos credentes de donis eius ſitis indubij.

C

Ora.2.con. Arrianos. — ✻ ATHAN.Integrè & ſolidè impertiri patrem,(filio ſuā ſubſtantiam) , idem eſt, ac ſi dicas, ex patre gigni.Iam genitum eſſe,quid aliud ſignificat,quàm filij naturam?Filij autem participatum ſentiunt omnia,ex eius per Spiritum gratia. Atque inde clarum euidens fuerit,filium nullius rei extraneæ,diuerſæque à Patre participatu imbui ac tingi , ſed id ipſum , quod ex patris participatu exiſtit, filium eſſe, ac proinde ij qui filij participes fiunt,etiam Dei participes fieri dicuntur,& hoc eſt quod Petrus dixit:*Vt diuinæ naturæ efficiamur communicatores.*

Homi.4. in Leuiticum — ✻ ORIGEN.Nunc requiramus quæ ſit etiam ſocietas ſpiritus,Audi de his Apoſtolum Paulum dicentem : *Si quod ſolatium charitatis,ſi qua ſocietas ſpiritus,&c.*Et iterum Petrus dicit:Conſortes facti eſtis diuinę naturę, quod eſt,ſocij.Igitur ſi nobis cum patre

a ¶ Dona. ¶ Obtinendam. ¶ Conſeruandam.
omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ quæ ad vitam & pietatem 1 2
a ¶ Et hoc. ¶ Per cognitionem ſaluatoris omnia myſteria diuinitatis quibus ſaluaremur cognouimus.
a donata ſunt per cognitionem eius qui vocauit nos propria 3 4
a ¶ Quando transfiguratus eſt in monte. b ¶ Miraculorum. c ¶ Vel per quem Chriſtum,vel per quæ dona. ¶ Cognitionem. d ¶ Quanto perfectius quis Deum cognoſcit,tanto plus promiſſorum eius magnitudinem ſenſit 5
b gloria & virtute,per quam maxima & precioſa nobis promiſ-
c a ¶ Gratia ſit vobis & pax vt per hæc b ¶ Cohæredes filij Dei non per naturam, ſed per gratiam ita tamen vt ſitis fugientes,ne corrumpamini à concupiſcentia.
ſa donauit, ut per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ: 6
†fugientes eius,quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corrup- 7 8
d tionem.†Vos autem curam omnem ſubinferentes,miniſtrate 9
a ¶ Bonæ operationis. b ¶ In bona conuerſatione diſcite benefacere ſpe æternorum,non temporalium. c ¶ Diſcretionis ſciendi quid,qui,quando vel quomodo.ſed quia ſub ſpecie diſcretionis ſolet blandiri voluptas ideo in ſcilicet,miniſtra abſti. 10 11
e in fide veſtra virtutem,in virtute autem ſcientiam,in ſcientia 12
a ¶ A malis. ¶ A voluptatibus. b ¶ Abſtinentiam patientia ſequitur, vt quia voluptatibus mundi ſe continet, aduerſa eius ſuſtineat. 13 14
autem † abſtinentiam , in abſtinentia autem patientiam,
a ¶ Vt erga eos quos toleratis pie,ſolicite ex charitate ſitis.
f in patientia autem pietatem , in pietate autem amorem 15 16
¶ Dei. 17
g fraternitatis , in amore autem fraternitatis charitatem. 18 19

patre & filio & ſpiritu ſancto ſocietas data eſt,ne ſanctam iſtam diuinámque ſocietatem peccando abnegemus. D

d *Miniſtra.in ſi.*Non ſolum fugiatis concupiſcentiam mundi, ſed etiam miniſtrate in fide veſtra virtutem quaſi ſeruili & humili modo oſtendite fratribus virtutem,ideſt conſtantiam veſtræ bonæ conuerſationis,quæ fidei ingerenda eſt,ne ſine operibus fides ocioſa ſit, vt alios veſtro exemplo in bona conuerſatione confirmetis. *Vos,dico,o.cu.ſub.fe.*In ſolo Deo ſit omnis veſtra cura in occulto cordis:ne ſitis molles & diſſoluti.

e *In ſ.au.ab.* Cum bona facere didiceritis, ſpe vitæ æternæ mox à malis abſtinete , & in cogitatione & in opere,ne in vacuū ſcientia cæleſtium cedat,ſi ſe ab illecebris ſeculi aliquis non coerceat.

f *In pieta.au.*Non alterius rei intuitu pietatis opera aduerſarijs veſtris impendatis,niſi fraternæ dilectionis,vt pro eis oretis vt cōuertentur,qui doctrina veſtra vel increpationibus nolunt conuerti. F

g *Charitatem.*Dei.quæ merito amori fraternitatis adiungitur, quia nec Deus ſine proximo nec proximus ſine Deo perfectè diligitur.

✻ OECVMEN.Gradus autem tradit ad promotionem. Primum quidem fidem quæ fundamentum eſt ac baſis ſeu principium bonorum.Deinde ſecundo gradu,virtutem ſine opera, nam ſine his fides mortua eſt,vt dicit Iacobus.Poſt hæc verò, ſcientia,quæ eſt cognitio ſecretorum Dei myſteriorum , quæ non cuiuis contingit,ſed exercitato in habitu meliorum operū, Poſt hęc temperantia,nam & hac opus eſt ei qui ad menſuram peruenit, ne doni magnitudine laſciuiat.Quoniam autem non contingit eum qui modico tempore vtitur temperantia, firmiter donum poſſidere,ſubingreſſa tolerantia rem omnem peragit , & pietatem conciliat , perfectiorem in Deum confidentiā efficiens : ideo quoque ex pietate quæſita eſt fraterna charitas, quę nequaquam accedit niſi benignitas ad omnia tribuerit aditum pietatis. Et ſuper omnia bonorum omnium complemē- ☞ tum

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Diuinæ vir.*i.per virtutem diuinā , quæ eſt in eo.ſ. Chriſto, Veruntamen quia cognitio Chriſti & donorum eius deriuata eſt ad prædicationem apoſtolorum immediatè illuminatorum,ideo ſubditur.*
2 Et pio. i.*cultum latriæ,quæ pietas,à Tullio & doctoribus catholicis nominatur.*
3 Per co.eius.ſ. *Chriſti nobis donatam ab eo.*
4 Qui vo.n. per glo.& vir.*cum eſſemus ſimplices & idiotæ. Act.iiij. propter quod totum eſt ab ipſo.*
5 Per quam.ſ.*gloriam & virtutem Chriſti.*
Maxi.& pre.no. per.*ſpiritum ſanctum ſigno viſibili, & donum linguarum, ſicut promiſerat Luc. vi.g.Vos autem manete in ciuitate donec induamini* virtute ex alto.& *Ioh. xv.b.* Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos. *Et ſubditur ibidem:* Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis,docebit omnem veritatem.
6 Vt per hæc.*dona ſpirituſſancti vobis data.*
7 Efficiamini.*credentes noſtræ prædicationi.*
8 Diuinæ con. natur.*per dona gratiæ ſicut & nos. ſicut enim perfectiones naturales ſunt quædā diuinæ naturæ participatio in eſſe naturali, ſic dona gratiæ in eſſe ſupernaturali. & quoniam acceſſus ad terminandum ad quem includit receſſum à termino oppoſito. ideo ſubditur:* Fugi.e. *& patet.*

Vos

9 Vos autem.*Hic incipit proſecutio epiſtolæ,in qua primo credentes inducit ad tenendum fidei veritatem, ſecundo ad precauendum oppoſitam falſitatem ,c.ſeq. Prima in duas: quia primo ponit dictam inductionem,ſecundo inductionis rationem , ibi:*Hæc enim.
*Circa primum, ſciendum quod fides ſine operibus mortua eſt,vt dictum eſt ſupra. Iaco. ij.propter quod non eſt perfecta vſquequaque , non propter aliquam falſitatem , nam fidei formatæ non ſubeſt falſum, ſed propter operis defectum,ideo credentes inducit ad fidem operatam per dilectionem & alias virtutes annexas di.*Vos autem. *ſupple ſitis.*
10 Curam omnem ſub. *ad implendum quod ſubditur.*
11 Miniſtrate in fi.ve.v.ſ.*bene operandi, vt appareat vita.*
12 In vir.autem ſcientiam.*i.diſcretionem operis directiuam.*
13 In ſcientia autem abſtin. *non ſolum ab illicitis: ſed etiam ab aliquibus licitis, peruenientes ad conſiliorum perfectionem.*
14 In abſtinentia autem patien.*ſicut dicitur Matth.vj.b.*Cum autem ieiunatis,*temporibus non iniunctis,ſcilicet,*nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes,&c.
15 In pa.au.pieta.*hoc eſt enim perfectionis , quòd homo ſit ſibi durus per abſtinentiam,& alijs pius per condeſcenſionem.*
16 In pieta.au.*circa aliquas perſonas ſingulares.*
17 Fraternitatis.*ideſt,communitatis fidelium.*
18 Amo.*quia bonum communius eſt diuinius,& melius.*
19 In amo.au.fra.cha.*ideſt,vnionem ad Deum,quæ eſt vinculum perfectionis,Col.iij.c.& per conſequens omnium prædictorum perfectiua.*

✻ Hęc

☞ tum eſt dilectio,quemadmodum & Paulo,& veritati videtur.

A — a *Hæc enim ſi vobiſcum,&c.*Ideo hæc tenete & alijs miniſtrate, quia hæc omnia ſi aſſint vobis in affectu cordis, & etiam ſuperent,ideſt,aduerſum vitiorum bella præualuerint : non vacuos virtutibus cōſtituent in hoc ſeculo,vt ſine fructu in futuro. Vel non vacuos in vobis ipſis ſicut vas omni bono liquore vacuū , nec ſine fructu, in alijs quos exemplo veſtro conuertitis.

† exiberent Mat. 20. b.

Beda. — b *Cæcus eſt & ma.ten.* Oculus ſciētiam,manus operationem deſignat. Cæcus eſt & manu tentans,qui ſcientiam rectæ operationis non habens, quidquid ſibi rectum videtur,operatur : & lumen veritatis ignorans quaſi manu ad opus quod non videt extendens greſſus in iter quod non prævidet extollit , ideoque miſer in ruinam perditionis quam prę ſcire nequibat, incidit.

B

† oblitus ſe ſe à veteribus peccatis ſuis fuiſſe purgatū.

† firmam

† nō negligam

c *Obliuionem ac.*Quādo homo de peccato in peccatum cadit,vi detur oblitus pacti quod in baptiſmo cum Deo inijt. C

d ✻ *Quapropter fratres magis ſatagite , &c.* OECVMEN. Date operam inquit,vt permanentem atque immutabilem oſtendatis veſtram vocationem atque electionem , hoc eſt, ſermonem inſtructionis veſtræ , quem ad electionem ac vocationem veſtram audiſtis , vt irreprehenſibiles ſitis , ne quaſi muneris Dei obliti iudicemini ; ſed perſiſtite firmam habentes vocationem veſtram.

Beda. — e *Certam vo.ve.*Multi vo.pau.ele.Certa ergo eſt vocatio cunctorum qui ad fidem veniunt.Qui verò fidei ſacramenti s quæ perceperunt, bona opera quoque prrſeueranter adiungunt,iſti ſuam vocationem,etiam electionem certam intuentibus faciūt. Sic & qui poſt vocationem ad vitia vertuntur,cum in his vitijs ex hac vita migrauerint , iam omnibus certum redditur, quòd re-

a ¶ Bella vitiorum. b ¶ In præſenti.
¶ Quo ad voſipſos. ¶ Non apparebis in conſpectu meo vacuus. 1
a Hæc enim ſi vobiſcū aſſint & † ſuperent,non vacuos,nec ſine 2
a ¶ In futuro. ¶ Quo ad alios. ¶ Virtutum. ¶ Mercedis. b ¶ In die iudicij:quando cognoſcetur Ieſus:vel in cognitione, ideſt,propter hoc quia cognouiſtis. 3
fructu vos conſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitio 4 5
a ¶ Verè hæc tenenda ſunt:quia. b ¶ A lumine diuini ſolis alienus. c ¶ Non habens ducem bonum itineris. 6
b ne.Cui enim non preſto ſunt hæc,cęcus eſt & manu tentans, 7
a ¶ Per baptiſmum vel per pœnitentiam. b ¶ Originalium,vel in quibus diu conſueuerat. c ¶ Actualium. 8
c † obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum deli- 9
a ¶ Quia cæcus eſt qui hoc non habet. b ¶ Maiori ſtudio ad hæc retinenda laborate. 10
d ctorum. Quapropter fratres magis † ſatagite,vt per bona o- 11
a ¶ Oſtendatis vos certe vocatos à Deo & electos:benefaciendo faciatis vos certos de præmio veſtræ vocationis. 12
e pera † certam vocationem † veſtram & electionem faciatis: 13 14
¶ Hæc miniſtrate:quia. a ¶ Mortaliter. b ¶ In futura vita. c ¶ Miniſtrando hæc.
f hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim a- 15
a ¶ ideſt,virtutes per quas introibitis ad vitam. 16
g bundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum 17
¶ Quia à Deo vtilia. 18
domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod vos 19
a ¶ Vel ſuper his. ¶ Octo gradibus. b ¶ Quod in præſenti de his poteſt ſciri. 20
h i † incipiam ſemper commonere de his.Et quidem ſcientes & 21
a ¶ Quamuis confirmati ſitis. b ¶ In futuro melius videbitis.& melius confirmati eritis.nec erit opus moueri. 22
k confirmatos vos in præſenti veritate.Iuſtum autem arbiror 23

reprobi fuerint. D

f *Non p.aliquan.*ideſt,ad vitam ęternam attingetis vbi, amplius non peccabitis,vel criminalia vitabitis:quæ qui egerit , nō habet hæreditatem in regno Chriſti , à quibus immunis iuuante domino permanet;qui ſupradictis virtutibus ſe mancipauerit. Sine venialibus verò nullus eſſe poteſt.

g *Sic e.*Ezechiel loquens de ædificio in monte cōſtituto , ait: *Et in octo gradibus aſcenſus eius.* Et hic Petrus octo virtutū gradus numerat: fidem, virtutem , ſcientiam, abſtinentiam, patientiam,pietatem, fraternitatis amorem,charitatem,quibus fugiētes mundialis concupiſcentiæ corruptionem, ad habitationē regni celeſtis aſcendere debemus.de quibus Pſal. *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in hoc loco quem poſuit.*Et infert. *Et ambulabunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus Deorum in Sion.*

Ezec.40. d.

Gradus virtutū octo. Beda

† operā date - per bona opera † veſtri

Pſal.83.b.

E Ibidem

h *Incip.*Vt ſit vobis introitus patens ad ſanctaſanctorum iterum & iterū maneboin vos,& ſemper ero in incœptione,quia nunquam erit finis monitionis.Quod ergo non eſt mihi pigrum ſæpius iterare, vobis non ſit oneroſum ſæpius audire .

i *Et qui.ſci.*Quare vult monere illos qui ſciunt , & confirmati ſunt?Ideo ſcilicet vt ſcientiam quam habent operibus exerceant , & veritatem cuius præſentia confirmati ſunt fixa mente cuſtodiant , ne quando per magiſtros erroris excidant à ſimplicitate & caſtitate fidei.

k *Iuſtum autem,&c.*Ideo manebo , quia iuſtum arbitror (per hoc quòd dominus benignè vocauit me,&confirmauit,& alios confirmare monuit , dicens (*Confirma fratres tuos*) ſuſcitare vos quaſi dormientes ad hæc prædicta,ſemper exiſtens in commonendo ſolicitus.

☞ Depo- F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Hæc c. *Hic conſequenter ponitur inductionis dictæ ratio, & prima ratio ſumpta ex parte inductionis. ſecundo ex parte inducentis, ibi:* Propter quod. *Prima ratio , quia ſi ſic acquieſcatur inductioni dictæ, prouenit inde magnum bonum, & euitatur magnum malum. & hoc eſt quod dicitur:* Hæc c.*prædicta.*
2 Si vobis aſſint. *inſeparabiliter.*
3 Et ſuper. *oppoſita vitia.*
4 Non vacuos, nec ſine fructu.*imo plenos meritis & præmijs.*
5 Vos conſtitu. *finaliter.*
6 In domini noſtri Ieſu Chriſti co.*i. eius aperta viſione Iohan. xvij.a. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*
7 Cui e. &c.cæc. eſt. *in intellectu.*
8 Et manu ten.*i.dubius in effectu.*
9 Obliuionem ac.*i. per effectum videtur oblitus.*
10 Purgationis.*per baptiſmum, in quo accepit nouam vitam per fidē charitate formatam, & alijs virtutibus operantem.*
11 Quapropter fra.ma.ſatagi. *procedendo de bono in melius.*
12 Vt per bona opera cert.vo.*ad fidem catholicam.*
13 Et electionem.*ad beatitudinem.*
14 Faciatis. *Quaſi dicat: ſi eſſetis à bonis operibus ocioſi videtur vocatio & electio veſtra magis eſſe ſecundum præſentem iuſtitiam quàm ſecundum æternam Dei prædeſtinationem. Sciendum tamen quòd hic accipitur certitudo pro probabili coniectura,quæ certitudo eſt in moralibus & humanis agibilibus requirenda, ſecundū quod dicitur.i.Eth.Diſciplinati enim eſt intantum certitudinem inquirere ſecundum vnū quodque genus inquantum natura Dei recipit.proximum enim videtur mathematicum perſuadentem acceptare, & rhetoricum demonſtrationes repetere.*
15 Hæc enim fa.*i. opera bona continuantes.*
16 Non peccabitis aliquando.*ſcilicet mortali peccato,quia veniale non poteſt vitari omnino,*
17 Si enim abun.*i.per multa merita.*
18 Miniſtrabitur vobis introitus in æter.reg.*quod eſt ſumme deſiderandum.*
19 Propter quod. *Hic conſequenter inducitur propoſitū ratione ſumpta ex parte inducentis.& hæc eſt duplex.ſecunda ponitur ibi.*Nō enim. *Prima verò accipitur ex cura paſtorali quæ mouere debet paſtorem ad informandum ſubditos in bono & confirmandum.& maxime quando ſcit obitum ſuum propinquum.& ſic erat in Petro paſtore fidelium,& hoc eſt quod dicit:*Propter quod v.incipiam ſemper commo.de his.*i. de operibus bonis.& dicit:*Incipiam.*i.ita frequenter hoc faciam,ac ſemper eſſem in principio.*
20 Et quidem ſcientes.*bonum facere.*
21 Et confirmatos.*vos.*
22 In præſenti veri.*ſupple deſidero eſſe. propter quod ponitur in aliquibus libris:* Volo, *quia ſubintelligitur, licet non ſit de textu.*
23 Iuſtum autem arbitror.*ratione officij mihi impoſiti.*

Diuiſio

A a *Depositio taber.mei.* Pulchrè non mortem, sed depositionem vocat, quia sic est famulis Dei carnis retinacula eruere, sicut viatoribus confecto itinere domum propriam pro habitatione tabernaculi adire, & sicut positis in expeditione prostrato hoste ad patriam redire.

Lib.3 ca.2. ✻ HEGESIPPVS. Plebs Romana lacrymis querés Petrum, ne se relinqueret, & fluctuanté inter procellas gentilium destitueret, victus precibus cessit: promisit se vrbé egressurum. Proxima nocte salutatis fratribus, & celebrata oratione, proficisci solus cœpit. Vbi ventum est ad portá, videt sibi Christum occurrere: & adorans eum dixit: Domine, quo venis? Dicit ei Christus. Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus de sua dictum passione, B quòd in eo Christus passurus videretur, qui patitur in singulis: non vtique corporis dolore, sed quadam misericordiæ compassione, aut gloriæ celebritate. Et cóuersus in vrbem redit, captúsque à persecutoribus cruci adiudicatus poscit vt inuersis vestigijs cruci affigeretur, quòd indignus esset qui simili modo crucifigeretur, vt passus est Dei filius, &c. *Vide Ambros.epist.33.&c.*

(Marginal: † semper vt vos post exitum meũ horũ mẽtionem facere possitis. † Præsentiã aduentum.)

a ¶ idest, corpore in quo iter huius vitæ agitur: & contra aduersarios veritatis certamen agitur.

quandiu sum in hoc tâbernaculo, suscitare vos in cõmonitio- 1 2

a ¶ ideo magis iusto: quia cito remouebor à vobis, & multi pseudo subintrabunt contra quos vos oportet armari.

a ne, cêrtus quòd velox est depositio tabernaculi mei, secũdum 3

a ¶ Vt venio Romam iterum crucifigi & alibi: Extendens manus tuas, & alius te cinget, &c.

b quod & dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Da- 4

¶ Volo.

c bo autem operã † & frequẽter habere vos post obitũ meum, 5

¶ Habetis. ¶ Ideo adeo sum solicitus, quia magna res est quam doceo. 6

d vt horum omnium memoriam faciatis. Non enim † indoctas 7

fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Iesu Chri 8 9

a ¶ Qua omnia operatur & continet. b ¶ Qua omnia futura ab æterno præuidit. c ¶ Potius docemus vos ea magna quæ vidimus de illo transfigurato in monte.

d ¶ Sumus.

e sti virtutem & † præsciẽntiam, sed speculatores facti illius 10

a ¶ Quia hoc magnum fuit. ¶ Q accepit à Deo secundum quod homo. b ¶ Quando facies, & vestimenta eius fulserunt. 11

magnitudinis. Accipiẽns enim à Deo patre honorẽm, & glo- 12

a ¶ Per vocem delapsam gloria deitatis eius claruit. ¶ Clarificandum. b ¶ A patre glorioso magnificante filium. c ¶ Consubstantialis.

riã, voce delapsa ad eũ huiuscemodi à magnifica gloria: † Hic 13

¶ Quia nullus ei succedet.

est filius meus dilectus: in quo mihi bene cõplacui: ipsum au- 14 15

a ¶ Petrus, Iacobus, Ioannes. b ¶ Ad comprobandum eius diuinam naturam 16

dite. Et hãc vocẽ nôs audiuimus dẽ cælo allatã cũ essemus cũ 17 18

a ¶ Thabor, vel simi e: & eum audiuimus in alio monte, idest, oliueti quando orabat. 19

f g ipso in monte sancto. Et habẽmus firmiorem propheticum 20 21 22

D ✻ CLEMENS Rom. Petrus breui moriturus dicebat Clementi: Certus esto quod necesse est, te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium ab obsecrando cesso. Quanto ergo mihi citius acquieueris, tanto me citius laboris & tristitiæ meæ mœrore releuabis. (Epist. 1. ad Iacobum)

d *Non enim indoctas fabulas, &c.* Hic & paganos tangit & hæreticos. Pagani quidquid eos delectabat, Deos appellare non timuerunt. Hæretici acceptis de veri mysterijs, de cętero non diuinis scripturis attendere, sed potius ad sensum erroneum has male interpretando transferre studuerunt. (Beda) († arte cõpositas)

e *Sed spe.fa.il.* Transfiguratio domini claritas eius, signum erat resurrectionis suę & nostræ. Per Eliam qui cum eo apparuit intelligitur resurrectio eorum qui fuerunt ante legem. Per Moysen eorum qui sub lege, Petrũ & Iacobum & Iohannem eorum qui sub gratia. Vel, per Moysen mortuum mortuorum, per viuos viuorum. (Beda) († Mat.17.a Mar.9.a. Luc.9.d.)

E f *Et habe. fir.* Quod dixi vobis non est fabulosum, sed certum, & non tantum his signis declaratũ, sed etiam ad confirmationem nostræ prædicationis habemus propheticum sermonem Dauid: *Dominus dixit ad me filius meus es tu, &c.* firmiorem inter alios prophetas, quia clarius alijs de Christo prophetauit. (Psal.2.b.)

g *Firmio.* Si quis testimonio nostro minus credit, quia in secreto gloriam redemptoris conspeximus, certo sermoni prophetico nullus audebit contradicere.

✻ AVGVST. Quis nostrum non miretur, delata voce de cælo certiorem propheticum sermonem ab Apostolo dictum esse? Certiorem certè dixit, non veriorem, non melioré. Tã enim verus ille sermo de cœlo, quàm propheticus, tam bonus: tã vtilis. Quid est ergo certiorem, nisi in quo magis confirmetur auditor? Quare hoc? Quia sunt homines infideles, qui sic detrahunt Christo, vt dicant eum magicis artibus fecisse quæ fecit. Possent ergo etiam istam vocem delatã de cælo, per cóiecturas humanas & illicitas curiositates ad magicas artes referre (Ser.29. de verbis apostol.)

b *Dabo autem op.* Quia cito transiturus. ideo interim dum viuo dabo operã, vt vos frequenter, scilicet quoties instabunt pseudo & volent vos abstrahere, habeatis hæc in memoria post obitum meum, quando me præsentem non habebitis doctorem, non quolibet modo habere, sed ita vt horum memoriam faciatis opere adimplendo, & alios docendo.

c *Post obitum, &c.* Obitus dicitur sanctorum quando exeunt obuiam sponso.

✻ OECVMENIVS. Nonnulli per hyperbaton intelligunt hoc modo: Dabo autem operam, & post meum exitum, vos habere semper, siue in dies, & continuè horum memoriam: volentes ex hoc ostendere, quod etiam post mor-
C tem Sancti eorum meminerunt quę hîc pro viuentibus perfecerunt.

✻ CLEM ... ☞ Sed

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quamdiu sum in hoc ta. *idest, viuens in hoc corpore, quod dicitur tabernaculum animæ.*

2 Suscitare vos in commo. *idest, excitare vos ad bonum.*

3 Cer. quòd velox est depositio taber. *sciebat enim mortem suam propinquam per Christi reuelationem.*

4 Dabo autem operam. *idest, efficaciter & frequenter hoc faciam.*

5 Habere vos. *supple memoriam de commonitionibus meis.*

6 Post obitum meum. *Pastor enim bonus desiderat & quærit salutem sui gregis non solum pro tempore suo, sed etiam pro futuro.*

7 Vt horum memoriam faciatis. *Idest opere impleatis. Ex dictis patet, quod hanc epistolam scripsit Romæ sicut & præcedentem, nam sicut dicitur hic, propinquus erat passioni suæ, quam sustinuit Romæ.*

8 Non enim indoctas fa. *Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex doctoris certitudine, qui tanto magis mouetur ad docendum, quanto scit suam doctrinam esse veram. Erat autem Petrus de veritate suæ doctrinæ duplici via certus. secũda ponitur ibi:* Et habemus. *Prima via fuit per auditum immediatè à Deo patre, à quo nulla falsitas potest esse, ideo dicit.* Non enim indoctas fabulas secuti. *sicut sequuntur Poetæ & doctores falsi.*

9 Notam feci vo.do.no.Ie.Chri.vir. *vobis prædicando & sermonem miraculis Christi nomine factis confirmando ad suæ diuinitatis ostensionem.*

10 Et præscientiam. *nam inquantum Deus nouit omnia ab æterno, & inquantum homo, ab instanti conceptionis nouit quæ cognoscit Deus scientia visionis, quæ respicit habentia esse secundum quantumcunque differentiam temporis.* F

11 Sed spe fa.il.mag. *i. magnificæ transfigurationis, quam viderunt Petrus, Iacobus, & Ioãnes, in qua transfiguratione apparuit eis in forma humanitatis gloriosæ.*

12 Accipiens e.à patre ho.& glo. *i. testimonium honoris & gloriæ diuinæ.*

13 Voce delapsa. *de cælo.*

14 Ad eum. *sensibiliter.*

15 Ad magnifi.glo. *i. à Deo patre.*

16 Huiuscemodi. *i. quæ vox fuit talis.*

17 Hic est fi.me.di. *s. naturalis, & per consequens eiusdem gloriæ mecum.*

18 In quo mihi compla. *vt per eum perficiam salutem generis humani.*

19 Ipsum audite. *aure cordis & mentis, credentes eius doctrinæ.*

20 Et hanc vo.nos audi. *sensibiliter & intelligibiliter.*

21 Cum essemus cum ipso in mon.san. *qui dicitur sanctus ratione huius apparitionis sanctæ, quæ describitur Mat.xvij.*

22 Et habemus. *Hic ponitur secunda via certitudinis quam habuit Petrus ex scriptura prophetica, cuius intellectũ habuit per Christũ, Luc.* ✻ vlti.

10 Et

☞ Sed prophetæ antea fuerunt, non dico ante istam vocem, sed
A ante Christi carnem. Nondum homo erat Christus, quãdo misit prophetas. Quisquis dicit eum magum fuisse, si ergo magicis artibus fecit, vt coleretur & mortuus, nunquid magus erat antequam natus? Ecce quare ait apostolus Petrus, *Habemus certiorem propheticum sermonem.* Vox de cælo qua fideles admoneãtur, propheticus sermo quo infideles cõuincantur.

a *Qui benefacitis attendentes quasi lucern.* Vt lucem possitis habere scientiæ, hoc intelligentes, quia nullus sanctorum prophetarũ propria sua interpretatione populis dogmata vitæ prædicauerit, sed quæ à Deo didicerant in secreto, hæc plebi Dei obseruanda tradebant. Diuini Gentium de corde suo fingebant. Sicut ergo prophetę non sua sed Dei verba scribebant, ita lector non sua interpretatione vti debet ne à fide exorbitet.
B Sed laboret attendere, quomodo verba sua voluerit intelligi ille qui scripsit.

(Marginal: † propheti ca scriptura † oim † impulsi)

¶ Operando. ¶ Vel ardenti.

a sermonẽ, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti 1 2

b in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oria- 3 4

c tur in cordibus vestris. Hoc primum intelligentes, quòd om- 5 6

a ¶ idest, propria prophetantis voluntate, sed spiritu sancto in eo loquente.

nis † prophetia scripturæ prôpria interpretatione non fit. 7

d Non enim voluntate humana allata est † aliquando pro- 8

phetia, sed spiritusancto † inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

Beda b *In calig.lo.* In huius seculi nocte plena tentationibus & vitijs & erroribus, vbi difficile inuenitur quisquàm qui non offendat, contra quæ necessaria est hæc lucerna. Sed nunquid semper erit necessaria? Non vtique, sed *do.di.illu.* in futuro appareat claritas Dei, *& luci.* idest, clarus intellectus noster, vel ipse Christus *oriatur in cor.no.* Dilectio erit qualem nunc optamus: & quia nó est, suspiramus: & qualis erit, singuli in singulis videbimus, quo modo nunc facies nostras alterutrum videmus. Interim ad nocturnam lucernam pertinet, quod filij Dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Ad comparationem impiorum dies sumus, ad comparationem futuræ vitæ lucerna indigemus.

D c *Hoc pri.intel.* Attendite prophetico sermoni, nam à Deo est. Quod potest probari per hoc, quòd prophetia non est talibus verbis & tali modo locutionis scripta, quali vtuntur homines in locutione sua, & quali seculares scripturæ sunt compositæ, & interpretatæ. Et verè non est locutio prophetarum secundum suam vel audientium voluntatem, sed secundum voluntatem spiritussancti, qui loquebatur in illis. (Beda)

Hoc primum intelligentes, &c. ✻ OECVMENIVS. Enarrando subiungit, quare prophetæ sua dicta non fuerint interpretati: simul autem discernit quoque veram prophetiam à dæmoniaca & ficta, quæ in hæreticis operari deprehenditur, & ait: Omnis prophetica scriptura propriæ siue priuatæ nó est interpretationis. Hoc est, E Prophetiam quidem à Deo accipiunt prophetæ, at non vt illi volunt, sed sicut diuinus Spiritus ipsos mouendo operatur, & nouerunt sanè ac intellexerunt demissum ad ipsos propheticum sermonem, attamen ipsius interpretationem non faciebant. Id autem non habuerunt pseudo prophetæ, aut Græcorum vaticinia: neque enim cognoscebant dum agitarentur, sed insania vecordes effecti, ignorabant quid sibi accideret, tanquam ebrij.

Beda d *Non e.vo.hu.* Sicut in potestate prophetarum non erat semper habere spiritum, semper futura prædicere: ita non erat potestatis eorum vt quęcunque vellent dicerent, sed ea sola dicebant quæ à spiritu didicerant. Hæc ideo dicuntur, ne quis ad libitum suum scripturas exponat.

☞ CAP.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *vlti.g.* Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, *scilicet prophetarum, & hoc est quod dicit:* Et habemus firmio. pro.ser. *quæ firmitas potest ad duo referri, scilicet, ad sermonem Petri. & sic sermo propheticus non est firmior sermone eius simpliciter, sed magis econuerso, nã Apostoli magis fuerunt illuminati à Deo quàm prophetæ antiqui. Erat tamen firmior aliquo, vtpote Iudæorum prophetali doctrina nutrito: ho-*
C *mines enim magis credunt consuetis dici apud eos sicut dicit philosophus. ij. Metaph. quòd alicui magis assentiunt fabulis & dictis poetarum, quàm rationibus certis philosophorum. Inter Gentiles autem quibus Petrus specialiter scribebat, erant aliqui de Iudaismo conuersi, eo quòd fiebat vna ecclesia ex Iudæis & Gentibus.*

Potest etiam dicta fraternitas referri ad sermones aliorum prophetarum à Dauid, cuius sermo firmior est quàm aliorum, eo quòd fuit eximius prophetarum, vt dicitur in principio Glossæ libri Psalterij. eo quòd alij prophetæ veritatem sibi reuelatam in visionibus imaginarijs viderunt, vt ibi dicitur: Dauid autem per intellectum sine talibus imaginibus. Sicut clarius videt qui demonstrationes geometricas capit sine descriptione figurarum, quàm illi qui non rapiunt sine tali descriptione, vt plenius dixi cum tractarem de gradibus prophetiæ in principio libri Psalmorum. Et hoc modo videtur Petrus loqui, cum dicit: Habe.firmio.proph.ser. *nam secundum Glos. intelligit de sermone Dauid, qui habetur in Psal.ij. b.* Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. *qui ad literam intelligitur de Christo, sicut fuit ostensum, etiam per antiquos doctores Hebræorum. Hanc autem autoritatem non exprimit hic beatus Petrus, quia eadem est sententia cũ prius allegata,* Hic est filius meus dilectus *quantum spectat ad propositum.*

1 Cui benefacitis atten. *scilicet, sermoni prophetarum.*

2 Quasi lucer.ar. *idest, in hoc mundo ignorantiæ tenebris obscurato.*

3 Donec di.elu. *idest clara visio veniat.*

4 Et lucif. *idest, diuina claritas.*

5 Oriatur in cor.v. *quia non est visibilis oculis corporalibus, sed tantum mentalibus.*

6 Hoc primum intel. *Hic reddit rationem sui dicti, scilicet, quòd sermoni prophetico debet attendi, quia procedit ex diuina reuelatione, & non ex humana fictione. & hoc est quod dicit.* Hoc primum intelligent. quòd omnis proph.script. *idest in sacra scriptura posita, quod dicit ad excludendum prophetias quæ non sunt alicuius firmitatis.*

7 Propria interpretatio. *id est, non fit sensu humano. ideo subditur.*

8 Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritusancto inspirati. *à quo non potest nisi veritas inspirari, & in virtute eius pronunciari.*

ADDITIO I.

Secunda Petri. j. capit. vbi dicitur in Postill. His, *idest, Gentilibus conuersis.*

Hoc est quod dicit beatus Petrus, His qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem. *non solum intelligitur de conuersis à Gentilitate, pro ut Postillator dicit, sed etiam à Iudaismo, specialiter de illis Iudæis qui per tempus postquam Apostoli acceperunt spiritumsanctum in die pentecostes, fuerunt ad fidem conuersi. & ideo de illis dicitur, quòd fuerũt sortiti fidem cum Apostolis primitiuis, intelligendo coæqualitatem nõ secundum gradum, sed prout in Postil. Et sic hæc epistola sicut & præcedens vtrisque conuersis dirigitur.*

ADDITIO II.

In eodem cap. vbi dicitur in Postilla. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, &c.

Per hoc quod dicit Apostolus Habemus firmiorem propheticum sermonem, *satis habetur quòd loquebatur conuersis de Iudaismo principaliter, qui prophetica verba recipiebant ab antiquo. De hoc autem quod dixit Postillator, quòd Dauid fuit eximius prophetarum, vt dicitur in principio Glossæ libri: in additione super principium libri Psalterij habetur plenius.*

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. II.

A a *Fuerunt, &c.* ✻ OECUMENIUS. Cùm prophetæ nomen commune sit, quod & ad prophetas refertur, confirmat nunc non esse pseudo prophetis attendendum. Et ab hoc paululum differt Paulus, dum docet quod nemo dicit Dominum Iesum nisi per Spiritum sanctum. Hinc autem auspicatur heresi obuiam ire aduersus Nicolaitas, duplicem dicens ipsorum malitiam. Sunt enim dogmate quidē impiissimi, quod sua in Christū blasphemia demonstrarunt: vita autem maxime obscœni.

1. Cor. 12.

† mercatus est

B Ideo ita vos commoneo, & tot autoritatibus vtor, ne decipiamini per pseudo, qui fingunt Christū nondum venisse. Vel si venisse fatentur, aliquos errores interserunt. qui grauiter puniuntur pro mendacijs suis cum suis sequacibus. Sicut in populo Israel fuerunt pseudoprophetę, qui falsa nunciabant, & iudicium perpetuæ dānationis sustinuerunt. sic & isti.

CAPUT II.

a Verunt vero & pseudo prophetæ in po- 1
a ¶ Iam sunt, sed timore comprimuntur, sed post obitum meum manifestabuntur.
pulo, sicut & in vobis erūnt † magistri 2
a ¶ In corda vestra. b ¶ Doctrinas. quæ secant & separant à Deo, vnde peribunt. 3
b mendaces, qui † introducant sectas per- 4
a ¶ Christum. b ¶ Sanguine. c ¶ Esse.
ditionis, & eūm qui † emit † eos Dēum
a ¶ Negata veritate inducunt falsitatem pro qua cito periclitabuntur. b ¶ A quibus graue est caueri, quia multi, &c. c ¶ Nullam spem vitæ futuræ habentes, concupiscentias prædicant: quibus carnales facile consentiunt.
c † negant, superducentes sibi celerem perditionem. Et multi 5 6
a ¶ Castitatis & cætera bona opera.
d sequentur eorum † luxurias, per quos via veritatis blas- 7 8
a ¶ Non causa religionis, sed auaritiæ, vt aliquid lucrentur fingunt nouas doctrinas, nec vos emunt Deo, sed de vobis sibi aliquid commodi acquirunt.
e phemabitur: & in auaricia fictis verbis de vobis nego- 9 10
a ¶ Magistris & sequacibus. b ¶ Pœnæ æternæ iam olim apud Deum eis prouisæ non cessant, præsentialiter excruciant, nec fine carebunt.
¶ Probat à maiori.
ciabuntur. Quibus iudicium iam olim non † cessat, & 11 12
a ¶ Diabolus modo decipiens, postea tormentaturus.
b ¶ Qui dignioris naturæ.
f perditio eorum non dormitat. † Si enim Deus angelis pec- 13
a ¶ Alia translatio: Et carceribus caliginis inferni retrudens, tradidit in iudicio puniendos seruari.
g cantibus nō pepercit sed † rudētibus inferni detractos intar- 14 15 16 17

admodum enim per præscientiam bonis præparauit bona, ita & malis congruum ipsis locum. D

f *Si enim Deus an.* Si apostatas angelos tradito pœnis inferni ad maiores cruciatus reseruat in die iudicij, sed etiam mundum propter scelera deleuit, si Sodomitas deleuit, & Noe & Loth saluauit: cōstat quia nouit dominus pios de tētatione eripere, iniquos verò in diem iudicij cruciandos reseruare. Quāuis hunc inferiorem aerē quasi carcerem acceperint, qui quantum ad cælum infernus dicitur: restat adhuc pœna vltimi iudicij, quia *paratus est ignis diabolo & angelis eius.* non enim permittit illos Deus cōsumi, sed seruat, vt grauius puniantur cum suis mēbris, sicut Christus glorificandus est cum suis. E

g *Rudentibus.* Rudentes sunt funes quibus nautę vela suspendūt, vt flante aura portus tranquillitatem deserāt seque semper ambiguis fluctibus credant. Quibus rudentibus conuenienter immundorum spirituum conamina comparantur, qui mox vt flante superbia impulsi, se aduersus creatorem erexerunt, ipsis elationis suæ conatibus in abyssi pro funda sunt rapti. F

Beda † eodem. † falsi doctores † clam inducent † nos Mat. 25. d † negantes † exitia † tardat † Iob. 4. d. † catenis

C b *Sectas.* Sectæ Latinè, hæreses Græcè, cum quis stulta obstinatione errorem quem semel concepit, semper sectari nullatenus cessat, quod proprium hæreticorum est. Beda

c *Perditionem.* Meritò perditionem sibi inducunt, qui redemptorem suum negant, vel non qualem veritas ostendit, sed qualem sibijpsi fingunt & prædicant. & propterea alieni à redemptore nil certius quàm foueam expectant.

d *Via veri blas.* Per hæreticos, non solum in eis quos suæ heresi seductos associant, sed in eis quoque quos per impurissima facta sua & sacrificia vel mysteria execranda, quæ faciunt in odium Christiani nominis concitant, existimantibus imperitis omnes Christianos huiusmodi flagitijs mancipatos. Beda

e *Et in auaritia fictis verbis, &c.* ✻ OECUM. Particularius se loqui ostendens addidit, *negotiabuntur.* Penitus autem alienans ipsos à diuina doctrina, dixit eos fictis vti sermonibus. Sed habebunt inquit, impietatis suæ stipendia, nempe mortem. Porrò *iam olim*, præscientiæ Dei significatiuum est. Quemadmo

✻ AUGUST. Peccasse quosdam angelos, & in huius mundi ima detrusos, qui eis velut carcer est, vsque ad futuram in die iudicij vltimam damnationem, Apostolus Petrus apertissimè ostendit, dicens, quod Deus angelis peccantibus non pepercerit. lib. 11. de ciuit. c. 33.

✻ IDEM. Prorsus nec alia causa, nec iustior, nec manifestior inueniri potest, cur verissima pietate teneatur fixum & immobile, nullum regressum ad iustitiam vitámque sanctorum diabolum & angelos eius habiturum, nisi quia scriptura, quæ neminem fallit, dicit eis Deum non pepercisse, & sic ab illo esse inter impios prædamnatos, vt carceribus caliginis inferni retrusi traderentur seruandi, atque vltimo iudicio puniendi, quando eos æternus ignis accipiet, vbi cruciabuntur in secula seculorum. li. 21 ca 23.

✻ IDEM. Quia mali angeli non à Deo mali sunt conditi, ☞ sed libr. de natur. bo. adu. Mani. c. 33.

NICOLAUS DE LYRA.
CAP. II.

✻ Fuerunt ve. *Postquàm beatus Petrus induxit fideles ad tenendum fidei veritatem, hic consequenter inducit eos ad præcauendum oppositam falsitatem.* primò *circa aduentum Christi in mundum, secundo circa aduentum eius ad iudicium ca. se. prima falsitas est hæreticorum fidem Christi corrumpentium, quorum primo ostendit malitiam. & secundo pœnam, ibi:* Quibus iudicium. *Circa primum dicit:*

1 Fuerunt ve. & pseu. pro. in po. *scilicet, Iudæorum ante Christi aduentum: sicut patet in libris Paralip. & Regum in pluribus locis.*

2 Sicut & in vo. *Christianis.*

3 Erat ma. *quales fuerunt pseudo apostoli & hæretici.*

4 Qui intro. se. per. *sicut Ebion & Cherintus negantes diuinitatem Christi etiam à tempore apostolorum. propter quod beatus Iohannes in principio euangelij sui declarauit diuinitatem Christi di.* In principio erat verbum, &c. *secundum quòd dicit Hier. in prologo super Iohannem: & postea Arrius & multi alij errauerunt circa fidem Christi.*

5 Superdu. si. ce. per. *idest, causam perditionis, & non solum sibi, sed etiam alijs. ideo subditur.*

6 Et mul. se. eo. lu. *ad hoc enim quòd plures eos sequerentur, concedebant carnales delitias, ad quas homines sunt proni.*

7 Per quos via ve. *idest, fides catholica.*

8 Blasphe. *à paganis & Iudæis tanquàm mala. per hoc enim datur in fidelibus occasio deridendi & contemnendi fidem catholicam.*

9 Fictis v. *idest ad decipiendum compositis.*

10 De vo. ne. *bona vestra temporalia subtrahendo.*

11 Quibus iu. *Postquàm ostendit hæreticorum maliciam, hic consequenter delarat eorum pœnam, & secundò pœnæ grauitatem, ibi:* Magis autem. *Prima diuiditur in duas: quia primo facit propositum, secundo inducit ad hoc triplex exemplum ibi:* Si enim angelis. *Circa primum dicit:* Quibus iu. *idest, pœna ad quam condemnabuntur.* Diuisio.

12 Iam o non ces. *quia superdurabit, vt exponunt aliqui. sed hæc expositio videtur excludi per hoc quod præmittitur:* Iam o. *& sic loquitur de præterito duratio illa sempiterna & de futuro. ideo melius sic exponitur vt videtur:* Iam olim non ces. *idest, à principio mundi est præparata. Nam à principio distinctionis rerum locus inferni est ab alijs distinctus, & sic dicitur Isa. xxx. g.* Præparata est ab heri Topher, à rege pręparata profunda & dilatata, nutrimentū eius ignis & ligna multa, flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

13 Si e D. *Hic consequenter probat propositum per triplex exemplum. primum est de angelis peccantibus, de quibus dicit:* Si. e. D. an. pec. non pe. *à pœna debita.*

14 Et ru. *idest funibus.*

15 Inferni. *qui funes sunt peccata, quæ sunt detractionis ad inferna, secundum quod dicitur Prouer. v. d.* Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.

16 Detractos. *à societate angelorum sanctorum.*

17 In tar. tra. cru. in iu. *idest, post iudicium,*

✻ Reser.

☞ sed peccando facti sunt mali, sic Petrus in epistola sua dicit: *Si Deus angelis peccantibus non pepercit, &c.* Hinc Petrus ostendit adhuc eis vltimi iudicij pœnam deberi, de qua Dominus dicit: *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius*, Quamuis iā pœnaliter hunc infernum, hoc est inferiorem caliginosum aerem tanquam carcerem acceperint: qui tamen aer quandoque & cælum dicitur, vbi aues volitant, &c. A

a *Originali mun.* Idē mundus est post diluuium qui & ante. Sed tamen ille quasi alius fuit, quia ille mundus aqua perijt, & tota facies terræ & totus ille aer altitudine aquarum mutatus est. Beda

b *Octauum,* Sex sunt ætates seculi. septima est illa vita vbi animæ sanctorum fœlici sabbato, idest, æterna requie perfruuntur. Octaua communis resurrectio. Occultè ergo insinuat per tēporalis diluuij discrimen futuri iudicij diem. quando damnatis reprobis omnibus, iusti gloriam vitæ perpetis accipient. Beda B

- cruciādos † seruatos

† Gene. 7. a. Beda

† Gen 19 e.

† De pœni. distin. 2 c. si enim verb. rursus.

a ¶ idest tradidit vt reseruarentur in iudicium, idest, damnationem. b ¶ idest, hominibus secundum originem primi peccati viuentibus.
a tarum tradidi cruciandos in iudicium † reseruari: & † origi- 1
a ¶ Quia iustitiæ opera faciens qualiter coram Deo viuendum esset ostendit. 2
b nali mundo non pepercit, † sed octauum Noe iustitiæ præco 3
a ¶ Inducens mundo diluuium, idest, submersionem impiorum. b ¶ Si.
c nem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens, et ci- 4 5
d uitas Sodomorum & Gomorræorum in cinerem redigens e- 6
a ¶ Patenter significans omnino perituros qui similes istis forent.
uersione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt 7 8
¶ Si.
e ponens, † & iustum Loth oppressum à † nefandorum iniu- 9 10
riosa ac luxuriosa conuersatione eripuit. Aspectu enim & au 11 12
a ¶ Quod erat difficile, inter tales iustitiam seruare.
ditu iustus erat habitans apud eos qui de die in diem ani- 13
a ¶ Etsi hoc & illud & omnia ista. ergo. 14
f mam iustam iniquis operibus cruciabant. † Nouit Deus 15
a ¶ Sicut Noe & Loth. b ¶ Sicut diabolum, originalem mundum, Sodomitas. 16
g piōs de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudi- 17
h a ¶ Reseruabit. 18
i cij reseruare cruciandos. † Magis autem eōs qui post car- 19 20

bus nisi incendium sibi reseruant, vel vt fumus tormentorum eis in secula seculorum ascendat. D

e *Loth oppressum,* Cruciabāt iustum iniqua proximorum facta & dicta, qui cernens corrigere non valebat, ipse autem in bonis actibus se reseruabat. Nec visis, vel auditis flagitiis se fuscabat, vel visu, vel auditu iustus: quia nihil in illo videbant nihil de eo audiebant, nisi quod pertinebat ad iustitiam. Beda

f *Nouit dominus pios.* ✻ OECUMENIUS Epiphonemate vtrorumque meminit, & piorum & impiorum, & salutis & supplicij. Cupit autem vt illorum quidem abominentur malitiam, horum autem æmulentur salutem, Is enim oculis & auribus iustus. Cūm multa haberet quæ ad impudicitiam inflammarent & extimularent, ac inuitarent, oculos, aures, conuersationem inter malos, nullo inquit inductus est ad ipsorum æmulationem. E

† antiquo

† nefariis libidinosa cōuersationem

c *Et ciui.* Hæ ciuitates dupliciter in ignem sunt redactæ, quia & primo eas per incendium cum adiacentibus terris in cinerē redegit. Et cum loca incendij postmodum mortui maris vndæ contexerint, seruare adhuc voluit regionem circa positam speciem priscæ pœnæ. Nascuntur enim poma pulcherrima, quæ & edendi cupiditatem spectantibus generent. Si carpas fatiscunt, & resoluuntur in cinerem, fumumque excitant quasi adhuc ardeant. Beda

d *In cine.* Ignis qui Sodomitas semel puniuit, significat quòd impij sine fine sunt passuri. Quod terra fumigabunda, quòd fructus pulcherrimi cinerem intus habent & fœtorem, innuit quia dilectio carnalis etsi stultis arridet, nil tamen in inuisibilibus

g *Iniquos.* Pseudo & eorum sequaces. & ideo nolite eos sequi

h *In diem iudi.* Et ante diem iudicij soluti corpore pœnas luunt, & in iudicio grauiora expectant quando corpore & anima cruciabuntur.

i *Magis autem eos qui post carn. &c.* ✻ OECUMEN. Dicit de impuris Nicolaitis, Gnosticis, Naasenis, vel Cerdonianis variè enim nomina sortita est eorum iniquitas, & quemadmodum sceleratis factis, ita & nominibus confusa esse deprehenditur. Nam hi ad omnem carnalem impudiciam intrepidè peruenerunt. Quod si quispiam de his discere velit, sumpto in manu libro à beato viro Irenæo, Gallo, cōposito, quem aduersus falso dictam sapientiam inscripsit, inueniet horum immunditias, po- ☞ tis F

NICOLAUS DE LYRA.

✻ 1 Reser. *primo enim ceciderunt in hunc aerem caliginosum, vbi sunt ad exercitium bonorum, habentes tamen suam pœnam & supplicium. Post iudicium verò detrudentur in inferno deficiente sanctorum exercitio, & crescet eorum pœna accidentalis ex his quos induxerunt ad peccatum & damnationem, sicut gloria sanctorum angelorum ex his quos induxerunt ad bonum & salutem. Et ex dictis supplendum est, quòd similiter Deus non parcet hæreticis.* C

2 Et ori. *Hic ponitur secundum exemplum de submersis in diluuio propter peccata eorum, di.* Et ori. mū. non pe. *Dicitur autem hic originalis mundus homines qui fuerunt aute diluuium, eo quòd tunc currebat prima ætas mundi, quæ terminata fuit in diluuio.*

3 Sed octa. *quia cum eo fuerunt septem personæ à diluuio saluatæ.*

4 Iustitiæ præ. *quia prædicauit hominibus illius temporis pœnitentiā, vt dictum est supra epistola pr ma. iij. ca.*

5 Diluuium mun. impio. in. *dicit autem mundo quia tunc omnis caro corruperat viam suam, Gen. vj.*

6 Et ciui. *Hic ponitur tertium exemplum de ciuitatibus tempore Loth, vt habetur Gen. xix. e. dicens:* Et ciuitates Sodomor. & Gomorræo. in cin. re. *quia pluit super eas ignem & sulphur, vt habetur ibidem.*

7 Exemplum eo. qui impiè acturi sunt po. *idest ostendens quòd sic punientur nisi pœniteant.*

8 Et iustum Loth oppressum à nefan. iniu *secundum quòd dicitur Gen. xix. d.* Vimque faciebant Loth vehementissimè, &c.

9 Ac luxuriosa conuersatione. *Nam vitium contra naturam volebant exercere.*

10 Eripuit. *per angelos, qui eum cum vxore ac filiabus extra ciuitatem duxerunt, vt habetur ibidem. Et subditur causa:*

11 Aspectu enim & auditu iustus erat, *idest, vita & fama eius iustitia apparebat.*

12 Habitans apud eos qui de die in diem. *idest, quasi continuè.*

13 Animam iustam. *ipsius Loth.*

14 Iniquis operi. crucia. *Nam emendare non poterat, & sic cum dolore portabat. Concludit ergo.*

15 Nouit Deus pios de tentatione. *idest, de morte.*

16 Eripere. *quando expedit eis, vt patet de Loth, & Noe.*

17 Iniquos vero in diem iudicij. *scilicet extremi.*

18 Reseruare cruciandos. *quia tunc cruciabuntur non solum in anima, sicut ante iudicium, sed etiam in corpore. Et ex dictis exemplis concludendum est, quòd similiter hæreticis de pœna debita non parcetur.*

19 Magis autem eos. *Hic consequenter ostendit huius pœnæ grauitatem, de qua primo ponitur duplex ratio. secundo primæ rationis declaratio: ibi:* Hi verò. *Prima adhuc in duas secundum duplicem rationem. secunda ibi,* Angeli. *Prima verò ratio accipitur ex parte culpæ pœnam merentis. Ex quantitate enim culpæ accipitur quantitas pœnæ Deuter. xxv. a.* Secundum mensuram peccati, erit & plagarum modus. *Secundum autem expositores beatus Petrus dicit hic hæreticos grauius puniendos quàm dæmones & alios de quibus posuit exempla: ita quòd non solum hoc est argumentum à simili, sed etiam à maiori negatiuè, cum dicitur: Si Deus angelis peccantibus non pepercit, & alijs de quibus consequenter prosequitur, multo minus hæreticis. ex hoc sequitur peccatum eorum esse grauius. Ex hoc satis patet de peccato mortuorum in diluuio & subuersione Sodomæ & Gomorræ. Nam peccata propter quæ principaliter inductæ fuerunt punitiones illæ, fuerunt carnalia vt patet ex prædictis. Hæresis vero est peccatum infidelitatis, quod est directè contra Deum: & sic secundum suum genus grauius est peccatis carnalibus. Iterum hæresis est grauior species infidelitatis. nam grauius est fidem susceptā corrumpere vel negare, quod faciunt hæretici, quàm non susceptam quod faciunt Iudæi & pagani. sicut apud homines peius est promissum denegare, quàm promissum non facere, & sic sequitur quod pœna hæreticorum sit grauior, & maximè quando sunt inuoluti cum hoc peccatis carnalibus, quales describuntur hic per beatum Petrum, vt patet ex præcedentibus & sequentibus. De peccato vero & pœna dæmonum magis est dubium. Veruntamen idem potest dici probabiliter de ipsis saltem quantum ad multos eorum, quia doctores catholici dicunt concorditer, quod homines boni per merita sunt assumendi ad singulos ordines angelorum, & sic ad æqualem gloriam. Et eadem ratione videtur vt homines mali per sua demerita secundum plus vel minus puniendi sunt in similibus gradibus pœnalibus dæmonum. Cum igitur hæresis sit pessima species infidelitatis, quæ est valde graue peccatū, sequitur quod eorum pœna sit grauior quàm multorum dæmonum. & maximè quando sunt hæresiarchæ & alijs vitijs irretiti. quales describuntur isti vel saltē eorum aliquid. His dictis patet prima oratio grauis punitionis hæreticorū quæ accipitur ex grauitate culpæ eorum, cum dicitur:* Magis autem eos. *scilicet hæreticos reseruat Deus cruciandos.*

Diuisio

Hæretici dæmonibus grauius puniuntur

20 Qui post carnem. *ei obediendo.*

 ✻ In

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A tissimum propter Marcum virum obscenissimum, & eos qui ab ipso seducti fuerunt, ac corruptas miseras mulieres, &c. *Ire. lib. 1. ca. 1. 8. 9. &c.*

a *Dominatio con.* Superbos dicit & arrogantes, qui & ipsi grauiora generalibus luituri sunt supplicia.

b *Sectas non me.* hæreticos dicit qui blasphemantes fidem vel vitam orthodoxorũ sectas sui nominis, id est, hæreses inducũt, quibus etiã grauior instat tribulatio.

† præfecti i. sui sensus & capitis † Cum † Gene. 19.

c *Vbi.* id est, in quibus malis, quia contemnunt dominationem: quia audaces, & cætera quæ sequuntur. Hæc namque faciendo angeli dæmonia fieri, ac pœnas suę superbiæ soluere meruerunt, & quod natura eorum non patitur vt faciant, vt pollui carnalibus concupiscentijs: ad illud homines alliciunt, & pro illis etiam damnabuntur.

† ferunt † muta B † perditiõe

d *Vbi ange.* ibi cruciabuntur iniqui, vbi angeli mali qui prius contra Deum superbierant, & inde puniti sunt iam non portãt, sed potius abijciunt iudicium superbiendi contra Deum. quod est execrabile aduersus seipsos, quia pro illo grauiter puniũtur, & territi magnitudine pœnarum, iam ab illo iudicio pręsumptioni desistunt: sed isti iniqui nondum desistunt. Vel torquebũtur ibi: id est, apud Deum. vbi angeli non boni non sustinent sed vindicant si quid execrabile contra illos dicitur sicut subuerterunt Sodomitas, sic & apostoli aliquando vindicabant. vt cum Petrus occidit Ananiam.

C ✻ DIDYM. Angeli manentes in sanctitate quam habent à Deo, sunt potiores hominibus, licet excellẽter beati sint homines. Angeli siquidem custodiunt sanctos viros, & eis auxiliantur, dum homines nequaquam valeant angelis præbere solatia. Sic & illud vtique quod in Euangelio de Ioanne dictũest, Quia nullus inter natos mulierum maior sit eo: cùm potior illo inueniatur, qui in regno sit minor. interpretati sunt sapientes viri, dicentes quia cùm sit perfectus inter homines, nullo mortalium minor est, quando qui inferior est omnium supernorum rationalium maior est eo: quia non solum virtutis scientiæque differentia potiores sunt angeli, sed etiam quod non sint grauibus ac passibilibus perplexi corporibus. Vnus denique angelus percussit regis Assyriorũ sub vno momenti tempore exercitum centum octoginta quinque millia. Et alter penè omnem populum Israelitarum vastauit, nisi citò Dauid rex eorũ rogasset Deum, vt iracundiæ finem daret. D

† qui gloria præcellẽtes nõ verẽtur cõuiciis incessere

* apud dominũ blasphemũ iudicium † nata

a ¶ Fornicatores dicit, qui pro reatu fœdæ corruptionis maiora in iudicio patientur tormenta, quàm generales iniqui. b ¶ i. qui more animalium brutorum luxuriantur. c ¶ Dominum Iesum iudicem talium recognoscere nolunt.

a nem in cõcupiscẽtia immunditiæ ambulãt, dominationém- 1 2 3

a ¶ Ad maiora crimina. b ¶ In perpetratis. c ¶ Sne timore vltionis separant homines à Deo, & instruunt ad blasphemandum. 4

b que contemnunt: audaces, † sibi placentes † sectas nõ metuunt 5 6

a ¶ Omnes hi reseruantur ad maiora, vbi tanta vis est pœnarum, quod & angeli mali qui sunt maiores fortitudine, & robustiores ad perferendum quàm homines, non portant quasi onus intolerabile. 7 8

c introducere, blasphemantes. † d Vbi angeli fortitudine & vir- 9 10

a ¶ Quantum ad patientes i. maiores pœnas. 11

tute cùm sint maiores, non † portant aduersum se * execrabile 12 13

¶ Magistri erroris.

e iudicium. Hi verò velut † irrationabilia pecora, † naturaliter 14 15

¶ Tendunt. ¶ Sic isti. ¶ Quare blasphement. 16

in captionem & perniciem in his quæ ignorant blapheman- 17 18

¶ In corrupto sensu. c ¶ A consortio sanctorum.

b ¶ Vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. 19

f tes, in † corruptione sua peribunt, percipientes mercedem 20 21

g iniustitiæ, voluptatem existimantes diei delitias, coinqui- 22 23

a ¶ Et secundum malam existimationem. ¶ Vt ibi vos decipiant. 24

nationes & maculæ: deliciis affluentes in conuiuiis suis: 25

e *Velut irratio. pe.* Sicut irrationabilibus animantibus naturale est causa pabuli sępius in captionem & perniciem ignoranter incidere, ita hæretici comparati iumentis insipientibus, propter appetitum suæ corruptionis explendum incorruptam catholicæ ecclesiæ doctrinam blasphemantes, & vitam sibi perditionis laqueos nectunt. de quibus cũ dixisset: blasphemantes in corruptione sua, rectè addidit & peribunt. Beda

✻ OECVME. Velut irrationabilia pecora, hoc est, solo sensu viuentia, non autem mẽte & vita intellectuali: propter quod etiam facilè capiuntur corruptibilibus: id est, circumactione in vita corrupta: animi excandescentia & concupiscentia acti & tracti, in his quæ ignorant, siue in spontanea sua ignorantia ingerentes maledicta, dignã sibi perditione peribunt, referente mercedẽ iniustitię quã cupiebant, id est, idquod sibi cõciliarunt F

f *Mercedem iniustitiæ.* i. pœnam pro malis operibus, & maximè illi qui cum corruptioni carnis seruiant, & vesanis tenentur erroribus, conuersationem iustorum blasphemant, & eis qui sapiunt detrahere non cessant. Beda

g *Voluptatem.* Voluptas bona vel mala. Voluptas bona rectè dies

NICOLAVS DE LYRA.

1 In concu. immun. *idest, luxuria quæ fœdat totum hominem, & maxime in peccato contra naturam, quod frequenter in scriptura nominatur immundicia.*

2 Ambulant. *sic viuendo.*

3 Dominationemque contem. *id est, Christum, qui non solum dicitur dominus in concreto, sed & dominatio in abstracto propter excellentiam dominij. quia est rex regum & dominus dominãtium. Ap. xix. e.*

4 Audaces. *affirmando falsum pro vero.*

5 Sibi pla. *i. de seipsis magnam sapientiam æstimantes, quod est argumentum insipientiæ.*

6 Sectas. *hæresum.*

7 Non metuunt face. *eas adinueniendo & docendo.*

8 Blapheman. *fidei veritatem. & per consequens eius autorem.*

9 Vbi. *Hic ponitur secunda ratio grauitatis pœnæ hereticorum, quæ accipitur ex parte subiecti pœnam sustinentis. Nam dæmones qui sunt fortiores ad sustinendum vix possunt sustinere pœnam inferni: & multo minus hæretici qui sunt debilioris virtutis, & sic ex hac parte grauius affliguntur. & hoc est quod dicitur: Vbi: idest in pœna inferni.*

10 Angeli. *s. mali.*

11 Fortitudine & virtute cum sint maiores. *quia naturalia remãserunt in eis integra. vt dicit Dionisius.*

12 Non portant. *i. vix sustinent. sicut enim impossibile dicitur quod est de difficili possibile. v. metaphysices: ita importabile dicitur quod cum difficultate portatur.*

13 Execrabile iudi. *idest pœnam quæ non dicitur execrabilis inquantum est à Deo, quia sic est iusta: sed ex parte dæmonum qui execrantur eam tanquam iniustam.*

14 Hi verò. *Hic declarat primam rationem de grauitate pœnæ hæreticorum, propter grauitatem culpæ ipsorum, & primo ponitur hæc declaratio, secundo intenta conclusio, ibi: Si enim. In ista vero declaratione notantur de luxuria, insipientia, & superbia. & supra in principio ca. de auaricia. ideo ista quatuor declarat in quatuor pãrtibus quæ patebũt prosequendo. Primo declarat eorum insipientiam dicens:* Hi vero: *hæretici supple, sunt.*

15 Velut irrationabilia pecora. *carentes intellectu veritatis.*

16 Naturaliter in capti. *i. ex impetu naturæ brutalis ad pabulum, & sic incidunt in laqueum & capiuntur & necantur. & sic ducuntur in perniciem, quæ dicitur à per, & neco necas.*

17 In his quæ ignorant blasph. *idest, sic hæretici blasphemantes:* In his quæ igno. *idest, articulis fidei, contra quos ex errore latrant.*

18 In cor. sua. *idest, in sensu suo corrupto, quo corrupti sunt & alios corrumpunt.*

19 Peribunt. *pœna gehennæ.*

20 Percipien. mer. *idest, pœnam debitam suæ maliciæ.*

21 Voluptatem. *Hic consequenter declarat hæreticorum luxuriam di.* Volupta. exi. diei deli. *Circa quod sciendum. quod voluptas idem est quod delectatio, quæ potest esse bona & mala: bona, si sit de operibus virtutum intellectualium vel moralium, mala autem, si sit de actibus venereis. Voluptas igitur quæ idem est quod delectatio, potest esse bona & honesta, mala & turpis. licet autem frequentius accipiatur pro delectatione carnis quæ turpis est maxime in venereis, tamen hoc accipitur pro delectatione honesta in operibus bonis. ideo dicitur voluptas diei, quia qui facit veritatem venit ad lucem, Ioh. iij. c. Est igitur sensus, quòd hæretici luxuriosi delectationes carnis reputant esse voluptatem diei, idest, eas esse licitas & honestas. & sic iungatur litera.* Volupta. diei. *idest, delectatione honestam.*

22 Existiman. *supple esse.*

23 Deli. coin. *idest, luxuriæ, vbi est coinquinatio ex duarum personarum coniunctione.*

24 Et ma. *idest, gulæ. ideo subditur:*

25 Delitijs affluen. in conui. suis. *in quo notatur excessus in qualitate & quantitate cibi & potus.*

✻ Lux

A dies vocatur, qua sancti in domino delectantur. Voluptas mala, nox: cum reprobi ad perficienda opera tenebrarum peruersè delectantur. Iniusti ergo delitias coinquinationis & maculæ existimant voluptatem diei: quia cum vacent deliciis impurissimis & execrandissimis has optimas & quasi lucifluas indicãt.

i. de singularitate clericorum.

✻ CYPRIAN. Insaniunt prorsus, ardent desiderio fœminarũ quotquot huic interdictioni non cedunt: & obscœnitatibus instantes, malunt mori quàm contenti sint à lateribus mulierum aliqua disiunctione diuelli: & ad explendum suæ auiditatis ingluuiẽ etiam puncto temporis non sine fœminę voluptate: & hunc habent in mulieribus fructum, vt in illis semper defixa intentione, desideria satient oculorum, ne vel momentum aliquod trãseat, quãdo indigeãt quod affectant. Sic inter eos integritas emoritur, B vbi omnis commoratio, siue conuiuendo, siue commanendo corruptis affectionibus inquinatur. Quos sanctus Petrus Apostolus designauit dicens, *In conuiuijs suis luxuriantes, oculos habentes plenos mœchationibus, &c.*

† qui conuiuantes in erroribus suis, insultant vobis

a ¶ Etiam in gestu corporis profitentur nequitiam animi. vel oculus. i. anima quæ debet prouidere. vel oculus magister eorum cupit adulteria, vel cum vxoribus, vel cum diabolo.

† luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos † adulterij 1

a ¶ Vel incessabilibus delictis. b ¶ A quibus non facilè cessatur, quia sunt quasi naturalia, vt saturitas, ebrietas, somnolentia. b ¶ Vel excæcatum. 2 3

a & incessabilis delicti, pellicientes animas instabiles, cor ex- 4

b a ¶ Quia quicquid agunt, causa auaritiæ faciunt. b ¶ Iam possessi à maledictione æterna. c ¶ Ex ratione enim cognoscere debebant quid credere, & quomodo viuere debebant. 5 6

ercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij derelin- 7

¶ A statu mentis. ¶ Ad idem tendentes, ad quod ille tetendit, qui veniebat maledicere, populo Israel contra voluntatem Dei, sed continget illis sicut Balaam contigit, quem corripuit asina sua de sua vesania. 8

c quentes viam rectam errauerunt, † secuti viam Balaam & Bo- 9 10

sor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò ha 11

¶ Quia asina. 12

buit suæ vesaniæ. Subiugale mutum animal in hominis voce 13

a ¶ Non lauantes, sed potus coinquinantes. 14

d loquens prohibuit prophetæ insipientiam. † Hi sunt fontes 15

¶ Obscurantes instinctu diaboli. a ¶ Pseudo, vel hæreticis. 16

b ¶ Obscuritas peccatorum seruatur vt sordescant amplius, vel infernales pœnæ. 17 18

sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo 19

e tenebrarum * reseruatur. Superbia enim vanitatis loquen- 20

f tes pelliciunt † in desideriis carnis luxuriæ eos qui paululum 21 22

Num. 22. d

† adulteræ, & quia peccando cessare nesciant

† Nu. 22. d. 2. q. 7. c. secuti.

† Iudæ d De pœ. dis. 2. c. si cenim. §. rursus

* in æternũ

E

† per concupiscentias carnis, voluptatibus

Meretrices quare pellices vocẽtur

a *Pellicientes.* Pellices dicuntur meretrices, à pollutione vel à pellis formositate quæ incautos illiciunt. Pelliciunt ergo animas instabiles variorum dogmatum erroneis sectis, quasi constuprantium luxibus.

b *Cor exercitatum.* ✻ OECVMEN. Cor ipsorum ad nihil aliud quàm ad cupiditatem exercitatum est siue impudicitia, siue etiam possessionum, propterque ambo derelinquentes viã quæ eos ad salutem dirigeret, ab hac aberrauerunt, idemque illis contigit quod Balaam filio Bosor, quoniam & ille ob munerum largitionem dilexit mercedem iniquitatis. Et hinc ergo discimus, quod Balaam propter suæ cupiditatis affectum, quem insana sua vaticinatione alebat, semel à Deo prohibitus, rursum ad Balac pertinaciter proficisci properabat: sed Dei pauore præpeditus ac terroribus qui in via cõtigerunt, verba benedictionis non immutauit, quod diuinationis non erat, sed prophetiæ.

Beda. c *Secuti viam Balaam.* Aliquando hæretici tam execranda dogmata proferunt, vt etiam pagani stulti, diuina cognitione carent, illorum detestentur insaniam, illorum distorta & Deo cõtraria itinera sapiendo sanius redarguant. Et quod peius est multi catholicorum intantum amant mercedem iniquitatis, vt etiam docti clerici ab indoctis laicis merito lacerentur. Qui comparantur prophetæ qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur. Nec tamen à proposito praui itineris retardatur. Qui veniunt de Bosor. Bosor carneus, siue in tribulatione dicitur, quia nulla alia causa magis adulterant verbum veritatis, quàm pro concupiscentia carnis. Vnde & in tribulatione sunt positi, non quòd pro domino patiãtur, sed animos infirmorum suis doctrinis & peruersis exemplis opprimũt ne resipiscere possint. Balaam vanus populus, vel præcipitans eos, quod illis conuenit. Qui enim agnitã veritatem sponte deserunt, vanus populus sunt & in præcipitium suos mittunt auditores, quibus nõ salutaria quæ corrigãt, sed erronea quæ delectent prædicant, de quibus subditur, *Hi sunt fontes sine aqua.* promittunt imbrem doctrinarum quem non habent, velut nubes propheticæ ad quas perueniat veritas Dei, & turbinibus dæmonũ & vitiorum agitantur, loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est.

C

d *Hi sunt.* Non sunt imitandi pseudo. quia licet videantur vtiles, nihil tamen in eis est nisi vanitas & immundicia.

e *Superbia.* Superbè dicentes se esse iustos quamuis sit vanũ, carnaliter desiderantes, & luxuriose viuentes, pelliciunt qui parum effugiunt: qui cum similes eis sunt: tamen aliquatenus declinant eorum societatem: & à peccatis aliquatenus abstinent.

✻ AVGVSTINVS. Quidam putauerunt hoc esse liberè viuere, vt tanquam de redemptione securi, quicquid liberet, licere sibi arbitrarentur, non intuentes quod dictum est: *Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis.* Vnde & ipse Petrus dicit, *Liberi non sicut velamentum malitiæ habentes libertatem.* Ait de illis & in secunda epistola sua, *Hi sunt fontes sicci & nebulæ à turbine exagitatæ, &c.* Quid adhuc promittitur contra istam manifestissimam veritatem conditio melior, iis qui cognouerunt viam iustitiæ, hoc est dominum Christum, & perditè viuunt, quasi omninò non cognouissent: cùm apertissimè dicatur, *Melius erat illis non cognoscere, &c.* Ideo etiam fontes siccos eos appellat, fontes, videlicet, quod acceperint agnitionem Domini Christi: siccos autem, quia non congruenter viuunt. De talibus quippe Iudas etiam Apostolus loquitur.

l. de fide & operibus, cap 24. Galat. 5. 1. Pet. 2. Ibi. c. 25.

In deside. car. &c. Immundus est omnis qui exaltat cor suum, vt

Beda. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Luxuriantes vo. *i. vos ad hoc pertrahentes.*

2 Oculos haben. ple. adul. *i. signis adulterij.*

3 Et incess. del. *i. gulæ quæ satisfactionem repetit quotidie.*

4 Pellicien. *i. decipientes.*

5 Animas instabiles. *i. quæ non sunt in fide firmatæ.*

6 Cor exerci. *Hic consequenter declarat eorum auariciam di.* Cor. exer. *quia frequenter cogitant qualiter bona simplicium ad se trahant.*

7 Maledictionis fil. *i. maledictione diuina digni, sicut dicitur mortis filius ille qui est morte dignus. ij. Reg. xij.*

8 Dereliquentes viam re. *iusticiæ.*

9 Errauerunt. *per deuium auariciæ.*

10 Secuti viam Ba. *qui cupiditate ductus iuit ad maledicendum populo Israel. Nu. xxij. quod erat iniquum. ideo subditur.*

11 Qui merce. ini. ama. *tanquam cupidus, & auarus.*

12 Correptionem vero ha. suæ vesaniæ. *s. asinam suam quæ corripuit eum à via declinando, & pedem eius parieti allidendo, & etiam diuina virtute loquendo, vt habetur Nu. xxij.*

13 Prohibuit pro. insipien. *ostendendo per hæc signa, quod ibat ad Balach mente peruersa.*

14 Hi sunt. *hic declarat hæreticorum superbiam di.* Hi sunt fontes sine aqua. *nam ab eis non emanat fons sapientiæ.*

15 Nebulæ. propter obscu. *erroris.*

16 Turbinibus exa. *i. ventis tempestuosis superbiæ.*

17 Quibus cali. tene. *inferni.*

18 Reserua. *vt pœna respondeat culpæ.*

19 Superbia enim vani. loquen. *erroneam doctrinam.*

20 Pelliciunt. *i. decipiunt.*

21 In deside. car. *i. luxuria carnalis. ad distinctionem idololatriæ quæ est luxuria spiritualis.*

22 Eos qui paulu. effu. *i. aliquantulum se subtrahunt à doctrina ecclesiæ. tales enim cito ab hæreticis decipiuntur.*

Cor- ✻ Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

A vt qui paululum refugerint à peccatis, ad suum reuertantur errorem & student in luxuria.

a *Si enim &c. in cognitione domini nostri & Saluatoris Iesu Christi. &c.* Refugientes coinquinationes & animæ & corporis quas mundus immittit: rursus implicati his sicut ante baptismum superantur ab illis coinquinationibus, apparet quòd facta sunt posteriora deteriora prioribus: quia magis offendunt Deū quàm ante baptismum, & maiores pœnas patientur, quia mendaces sunt promissiones factæ in baptismo.

† De pœni. dist. 4. c. si refugientes

† per cognitionem,

b *Melius enim erat illis &c.* ✠ SALVIA. Massil. Nunc quia iā Christum agnouisti, & negligis quem agnouisti, qui susceptus es quasi intra os Dei per fidei agnitionē, proijcieris per teporem. Quod quidē etiā beatus Apostolus Petrus euidenter exposuit, dicens de vitiosis & tepidis, id est, malè viuentibus Christianis: *Melius erat illis non cognoscere veritatem, quàm &c.* Quod vt euidenter de his dictum intelligamus, qui sub Christiano nomine in sordibus mundi atque impuritatibus viuunt, audi quid eisdem in eodem loco dicat, *Si enim inquit, refugiētes coinquinationes mūdi in agnitionē Domini nostri, hi rursus impliciti superātur, facta sunt illis nouissima peiora prioribus.*

lib. 4. de prouidentia

† cognouisse

B

† ad volutabrū cæni.

Beda.

c *Contigit enim illis.* In prouerbijs cum expositione positum est, Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, ita stultus qui iterat stultitiam suam. Et post Apostolus addit de suo, *& sus lota in vo.lu.* Canis cum vomit profectò cibum, qui pectus deprimebat proijcit, sed cum ad vomitum reuertitur, vnde leuiatus fuerat rursus occupatur. Sic qui nequitiam quæ mentis intima premebat, confitendo proijcit, post confessionem dum repetit, resumit. Sus dum in luto lauatur sordidior reddit. Sic qui peccatū plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subijcit, qui & ipsam quam impetrare potuit veniam contempsit, & quasi in lutosa aqua semetipsum voluit: quia dum fletibus suis vitæ mundiciam subtrahit, ante Dei oculos sordidas, ipsas etiam lachrymas facit. D

Prou. 26. b

✠ CAESARIVS Arelaten. Sicut gaudendum est de illo, qui ad monasterium veniens, mansuedinem, obedientiam, & patientiam voluerit mitis & humilis exhibere: ita econtrario lugendum est de eo, qui corpore tantum de seculo exisse videtur, corde tamen in mundo remansisse infideliter, aut infeliciter rediisse cognoscitur, & pro humilitate profert superbiam, pro patientia iracundiam, contemptum pro obedientia: pro charitatis medicamento, malitiæ effundet venenum. Talibus conuenit illa beati Petri vera & multum timenda sententia: *Melius fuerat illis non cognoscere, &c.* & iterum, *Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti* Sed nec de talibus desperandum est, fratres, quia potens est Dominus orationibus vestris scintillam compunctionis accendere, & omnem seculi voluptatem salubri igne consumere, &c. Vide Augustinum libro de bono perseuerantiæ. cap. 15. & initio com. in Psalm. 83. &c.

Homil. 28

E

† 15. q. 6. hi qui 33. q. 2. c. de his. De pe. di 3. carnis.

a ¶ Errant & alios errare faciunt. b ¶ Vel conuersari.
c ¶ In sua secta promittunt esse libertatem comedendi & bibendi & dormiendi & regnandi in æternum.
effugiunt, qui in errore conuersantur libertatem illis promit- 1
a ¶ Id est serui corrupti vel serui diaboli corrumpentis. ¶ Et vere sunt serui, omnia. 2
tentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis su- 3
¶ Et vere sunt serui acquisiti, quia cum prius liberi essent modo coguntur seruire grauius quàm antea. 4
a peratus est, huius & seruus est. † Si enim refugientes coin- 5
quinationes mundi † in cognitione domini nostri & saluato- 6
ris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis 7 8
a ¶ Vere deteriora. ¶ Minus malum. 9
b posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non 10
a ¶ Quia præter mala quæ sicut prius agunt, præuaricatores promissionis sunt. 11
† cognoscere viam iusticiæ, quàm post agnitionem retror- 12
¶ Probat autoritate sub specie canis, quod sunt nequam serui.
sum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.
¶ Illis conuenit illud verum prouerbium, vel illa pars libri quæ continet illud prouerbium.
c Contigit enim illud eis veri prouerbij: † Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota † in volutabro luti.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui. *s. heretici.*
2 In errore con. *i. indurati.*
3 Liber. illis promit. *dicendo quòd licite possint vti delectabilibus carnis, vt sic citius decipiant laxantes ea ad quæ sunt homines proni.*
4 Cum ipsi. *s. heretici.*
5 Serui sint corrup. *quod probat consequenter di.*
6 A quo enim quis supera. est, hu. & ser. est. *ipsi vero superati sunt à corruptione vitiorum, vt patet per prædicta. ergo. &c.*
7 Si enim. *hic infert conclusionem intentam. s. quòd heretici sint alijs peccatoribus grauius puniendi, quia recidiuum ad infidelitatem & alia vitia, eorum culpam aggrauat per ingratitudinem. & hoc est quod dicitur,* Si enim refugien. coin. mun. *id est vitia luxuriæ, gul. & auaricia, & superbiæ.*
8 In cog. domini. no. *i. per receptionem fidei quæ talia prohibet.*
9 His rur. impli. *per recidiuum.*
10 Separantur. *per consuetudinem.*
11 Facta sunt eis posteriora dete. priori. *propter aggrauationem prædictam. ideo subditur.*
12 Melius enim erat illis non cognoscere viam ius. &c. *quia per recidiuum ingratitudo diuini beneficij præaccepti aggrauat peccatum. Cætera patent.*

ADDITIO.

In ca. ij. vbi dicitur in Postilla. Sed rudentibus. i. funibus. Super illud verbum, rudentibus. Glo. Rudentes sunt funes quibus nautæ vela suspendunt.

CAP. III.

Beda.

a *Hanc ecce vo.* Iā aliam epistolam scripsi ad repellendos pseudo, Et vt meam magnam sollicitudinem vobis ostēdam, ecce pro eadem causa hanc etiam secundam scribo epistolam.

C

† iam

b *Vt memo.* Vt per illas epistolas sitis memores eorum verborum quæ ego ipse præsens prædixi vobis. *Verborum*, dico acceptorum, *à san. pro.* quæ autoritate sanctorum prophetarum confirmantur, & sitis memores præceptorum sanctorum *apostolorum*: ne præcepta quæ sancti apostoli dederūt, vobis, dimittatis pro prędicatione illorū pseudo, & quæ *præcepta* sunt etiam *do. & sal.* quia ipse dominus qui venit saluare nos, hæc præcepta instituit & seruare præcepit. F

† prædicta sunt

† mandati nostri, qui sumus apostoli domini & saluatoris

CAP. III.

a HANC † ecce vobis charissimi secun- 1
a ¶ Epistolis. ¶ Vobis quibus scribo epistolam.
dam scribo epistolā, in quibus vestram 2
a ¶ Vt vos commoneam, & vos alios commoneatis.
excito in commonitionem sinceram
b mentem, vt memores sitis eorum quæ 3
† prædixi verborum à sanctis prophetis 4
& † apostolorum vestrorū, præceptorū domini & saluatoris.

☞ Illu-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

✠ 1 Hanc ecce vo. cha. *Postquam Apostolus remouit errorem circa primum Christi aduentum contingentem, hic consequenter docet præcauere errorem futurum circa secundum eius aduentum. Circa quod sic procedit, quia primò fideles inducit ad tenendum suam doctrinam, di.* Hanc ecce vo. cha. se. scri. ep. in qui. *s. primam & secundam.*
2 Vestram exci. in com. *i. per monitionem charitatiuam.*
3 Vt memo. sitis eo. quæ præ. ver. *sanctorum, vt ea retineatis in mente, & impleatis opere. Et subditur cuius sunt verba dicens,*
4 Prophe. & Apo. ve. præ. do. & sal. *quæ verba sunt domini præcepta, nos autem sumus eius ministri denunciando vobis ipsa.*

✠ Hoc

A a *Illuso.* Illudentes fidei & spei Christianorum, quòd tempus resurrectionis futurum sibi frustra promittant, nō iuxta catholicam fidem, sed secundum proprias concupiscentias ambulātes, nouis peccatis gaudentes & dicentes, *Vbi est pro.* Hoc volunt vobis inducere, vt omnes promissiones de Christo vanas credatis. Q. non sunt impleta in Christo, quæ de illo prædicta sunt in prophetis. *Aut vbi est adu. e.* Q. quod signum de aduentu eius potestis ostendere? Q. nullus aduentus est futurus. Ideo non credunt futurum aduentū, quia *ex quo pa. no. dor.* i. à tempore resurrectionis, & patres fessi cū expectādo requierunt, vbi primum cœpit prædicari resurrectio mortuorū, *omnia* cursus & ordo omnium creaturarum *sic perse.* sicut modo, & nihil mutatum est, ad testimonium aduentus eius, & hoc *ab ini. creatu.* Sicut fuit in principio mundi, si adhuc est, & ideo non credunt vllum aduentum futurum.

† 1. Timo. 4. g

† creationis 2. Tim. 3. a

† olim

B

l. 20. ciuit. cap. 18.

✠ AVG. Nunc videamus quid etiam Apostolus Petrus de iudicio scripserit. *Venient*, inquit, *in nouissimo dierum illusione illudentes, &c,* Nihil hic dixit de resurrectione mortuorum, sed sanè de perditione mundi huius satis, vbi etiam commemoratus factum ante diluuium, videtur admonuisse quodammodo, quatenus in fine huius seculi mundum istum periturū esse credamus.

✠ OECVMEN. Quare hanc memoriā Petrus excitari iubeat, subiungit: Quoniam hi qui affectionibus addicti viuunt iuxta proprias concupiscentias, videntes quosdam Dei aduentū formidantes, quem vnà cum alijs diuinitus inspiratis ipse quoque dominus prænunciauit, & propterea suam inhonestam vitam paruipendentes: deinde etiam videntes, quòd sermones non statim sortirentur effectum, sed propter multorum salutem differrentur, fideles adoriuntur tanquam illusores, & dicunt, Vbi est promissio aduētus eius? Hæc autē illis temporibus nugabantur Gnostici, aut Naazeni, qui & ipsi Lāpetiani, & Euchitę erāt. D

C

b *Vbi est pro.* Paulus scribens Thessalonicensibus coercet eos qui diem domini instare autumabant. Petrus reprehendit illos qui aduentum & promissa domini tardare asseuerant. Vnde constat omnibus qui diligunt aduentum eius, mentem in hac opinione temperātius cohibendam, vt neque vicinum citiusque aduenturum diē domini, neque rursum tardius hunc aduentare suspicemur. sed hoc solum procuremus, vt siue ocius, siue sero adueniens paratos nos possit inuenire, dum venerit. Beda.

E

c *Latet.* Ideo dicunt omnia eodem modo perseuerare, quia vel verè nesciunt, vel fingunt se nescire, vt vos decipiant. Duo Dei iudicia, alterum per aquam quod præterijt, alterum per ignem quod restat. Hoc dicit latet eos quòd cæli. i. iste humidus aer & turbulentus de quo dicitur. *Miluus in cælo cognouit tempus suum.* Erant prius. i. inter priores creaturas mundi, vel prius. i. ante diluuium. Et quòd terra erat prius consistens de aqua. i. per remotionem aquæ, quæ operante verbo Dei congregata est in vnum: & ita apparuit arida, & consistens per aquam, quia diuina dispositione venis aquarum est tota plena, sicut corpus animalium sanguine, ne ariditate deficeret, si irrigatio aquæ deficeret. per quæ duo. i. in quibus duabus partibus aere & terra, quæ tunc erat mundus alterius modi quàm iste, perijt, inundatus aqua diluuij. Nam superiores partes non attigit diluuiū. Cæli autem qui nunc sunt & terra eodem verbo Dei, repositi in eā formā quā modo habent sunt reseruati igni in melius ☞ commu-

Ier. 8. c.

a ¶ Tempore Antichristi, cuius iam sunt isti præcones.
† Hoc primum scientes, quod venient in nouissimis diebus 1
a in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias am- 2 3
b bulantes, dicentes, Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex 4
a ¶ Ex parte stultorum non est promissio, aut aduentus, quia ex quo antiqui patres mortui sunt, nihil videmus mutatum in mundo, neque aliquid immutabitur, nisi sicut modo est. 5 6
quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant 7
a ¶ Hic apostolus ex sua parte. b ¶ Nullum iudicium esse futurum. 8
c ab initio † creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, quod 9
a ¶ Alia translatio cæli erant olim de aqua, & per aquam constituti. b ¶ Alterius modi. 10
cæli erant † prius & terra de aqua & per aquam 11
12

- in deceptione
- aut

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio ✠ 1 Hoc pri. *Hic consequenter inducit ad præcauendum errorem, qui error primo ponitur & eius motiua ratio. secundo rationis exclusio, ibi,* Latet enim eos. *tertio veritatis determinatio, ibi,* Adueniet autem. *Circa primum dicit,* Hoc pri. sci. quòd ve. in die. no. *potissime circa Antichristi tempora.*
2 In dece. illuso. *i. illusores veritatis habentes verba composita ad decipiendum.*
3 Iuxta pro con. *i. secundum delectabilia mundi & carnis viuentes.*
4 Dicen. &c. *Circa quod sciendum, quòd circa futurum iudiciū fuit vnus error à tempore apostolorum. s. quòd illud iudicium erat valde propinquum. Quem remouet Paulus Apostolus. ij. Thessal. ij. a. dicens,* Rogamus autem vos fratres, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini quasi instet dies domini. *Alius autem error est totaliter contrarius. s. illorum qui negant iudicium futurum, & est error illorum qui dixerunt diuinam prouidentiam non se extendere ad actus humanos: & etiam illorum qui negant immortalitatem animæ humanæ, ad vtrumque enim errorem sequitur iudicium non esse futurum. Errores autem isti renouabuntur & inualescent circa tempora Antichristi, & per consequens conclusio sequens de generali iudicio non futuro. Ratio vero motiua ipsorum est, propter cursum naturæ, qui à temporibus, de quibus non est memoria processit per reuelationes dierum & annorum. ita quòd non fuit mundi notabilis mutatio, nec similiter erit vt dicunt & hoc est quod dicitur,* Dicentes: vbi est pro. aduen. eius. *q. d. non potest ostendi per aliquod apparens, quòd sit Christus venturus ad indicandum, nec per consequens quòd impleturus sit illas promissiones, quas Christi anni dicunt in eis implere, secundum quod dicitur Lu. xxj. e.* His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. *Et subditur dicti confirmatio, cum dicitur.*
5 Ex quo e. pa. dor. *antiquissimi.*
6 Omnia sic per. *in suo cursu. & eadem ratione sic perseuerabunt sine tali mutatione, quæ dicitur in iudicio futura.*
7 Latet e. *Hic consequenter ponitur rationis exclusio. In hac enim ratione duo implicantur. Vnum est, quòd non fuit de preterito notabilis mutatio, ex quo concluditur, quòd nec erit de futuro. Aliud est quòd promissiones factæ Christianis non sunt impletæ nec implebuntur, & ex tali retardatione impletionis arguitur iudicium non esse futurum. Propter quod beatus Petrus primo excludit primum, secundo secundum, ibi,* Vnum vero. *Primum autem excludit tanquam falsum per diluuium, quod notabiliter mutauit mundum submergendo omne viuum, præter illa quæ saluata fuerunt in arca, Gen. vij. Terra etiam fuit notabiliter immutata. nam ante proferebat fructus plures & meliores. propter quod esus carnium & piscium, concessus est post diluuim, Gen. ix. & pro debilitatione humanæ naturæ. igitur per hanc mutationem primo dictum aliorum excluditur, & secundo propositum concluditur ibi.* Cæli autem. F

Circa primum sciendum, quòd litera dupliciter est exponenda secundum duas expositiones de formatione rerum & earum distinctionem, quas diffuse posui in principio Gen. Vna est quòd materia omnium corporalium, excepto cælo empyreo: producta fuit primo sub vna communi forma, propter quod vacat pluribus nominibus. s. terra. Gen. j. a. In principio fecit Deus cælum & terram. *secundum Bedam enim & Strabo. & alios sequentes hunc expositionis modum, per cælum intelligitur cælum empyreum, quod statim factum angelis est repletum. per terram verò materia corporalium. Vocatur etiam abyssus & aqua. ibidem,* Tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus domini ferebatur super aquas: *sicut voluntas artificis super materiam de qua vult aliqua distinctè formare. ita quòd de illa prima die formata est lux, secunda die cælū stellatum & crystalinum super ipsum. tertia die quatuor elementa. Sciendum etiam, quòd beatus Petrus non loquitur hic de aliquo cælo nisi de aereo, eo quòd fuit purgatum per diluuium, ascendens xv. cubitos supra cacumina montium. de qua purgatione loquitur hic beatus Petrus. Igitur secundum hunc modum sic exponitur litera.*

Formationis rerū expositio duplex

Latet enim eos. *i. illos qui dicunt mutationem notabilem mundi non esse factam in præterito,* Hoc, *scilicet quod sequitur postea.*
8 Volentes. *quasi di. hæc ignorantia est affectata, quia poterant scire per sacram scripturam quæ loquitur de diluuio, de quo subditur.*
9 Quæ cæli erant prius. *i. quòd ante diluuium erat cælum aereum, quod dicitur cæli in plurali propter eius duas partes. s. superiorem, quæ transcendit cacumina montium, quæ cum cælo reuoluitur motu diurno, vt habetur primo Meteororum, & inferiorem, quæ non sic reuoluitur propter impedimentum montium.*
10 Et terra. *i. elementum terræ.*
11 De aqua. *i. de informi materia, quæ nominatur aqua vt dictum est: & de illa facta sunt elementa, vt dictum est.*
12 Et per aquam com. *quia partibus terræ admiscentur aquæ, vt terra habeat continuationem & consistentiam. aliter enim resolueretur in pulueres.*

✠ Dei.

A cōmutanda, in diem iudicij & perditionis impiorū hominum.
✻ OECVMEN. Porrò quod huius vniuersi fiat corruptio, non solum Christianis, sed etiam Græcorum sapientibus videtur, quemadmodum Heraclito Ephesio, & Empedocli Æthnæo. Sed dicet aliquis: Et quæ fuit ratio vt conderentur, si rursum oportebat ad nihilum redigi mundum? dicemus quod non penitus ad nihilum rēdet mundus, sed ad renouationem, propterea propheta dicit, *Et renouabis faciem terræ.*

† consistentes

Ps. 103.

l. 3. recon.

✻ CLEMENS Ro. Necesse est testam ouorum quamuis pulchrè facta & diligenter formata videatur, frangi & resolui vt inde pullus procedat, sic & huius mundi necesse est transire statum, vt status ille sublimior regni cælestis effulgeat.

a ¶ Duo.i. in quibus partibus aere & terra.

a †consistens Dei verbo, per quæ ille tunc mūdus aqua inun- 1 2 3 4

a ¶ Pollutus peccatis hominum per aquam purgatus est. b ¶ Post diluuium, & coinquinantur peccatis, reseruati sunt vt purgentur per ignem cum suis malis habitatoribus in die iudicii.

dātus perijt. Cęli autem qui nunc sunt, & terra eodem ver- 5 6 7
bo †repositi sunt igni, reseruati in diem iudicij, & perditio- 8 9
b nis impiorum hominum. Vnum vero hoc non lateat vos 10 11
charissimi, † quia vnus dies apud dominum sicut mille an- 12 13
ni, & mille anni sicut dies vnus. Nō tardat dominus promis- 14 15
c d sionē suam, sicut quidā existimāt, sed †patiēter agit propter 16 17 18

Luc. 13. f

† Ps. 89. b.

† longanimis est

B

Beda. a *Per quæ il.t.m.a.in.per.* Periit terra, quia submersa tanto tempore fructificare destitit, postea etiam dissimilem plerisque in locis ab ea quam prius acceperat faciem recepit, perierunt & cæli secundum species huius aeris. Occupauit enim aqua totam istam capacitatem, vbi aues volitant. Sunt & cæli superiores, sed vtrum & ipsi perituri sunt igni, an hi soli qui etiam in diluuio perierunt, disceptatio est aliquando scrupulosior inter doctos.

l. 20. ciuitatis Dei, c. 24. ✻ AVGVSTINVS. In epistola Petri apostoli, vbi aqua inundatus qui tunc erat perisse dictus est mundus, satis clarum est, & quæ pars mundi à toto significata est, & quatenus perisse dicta sit, & qui cæli repositi igni reseruandi in diem iudicij. Possunt intelligi illi cæli perituri, & elementa arsura, qui in hac ima mundi parte subsistunt procellosa, & turbulenta, in qua eosdem cælos dixit esse repositos, saluis illis superioribus, & in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sydera constituta.

Beda. b *Vnum ve.hoc.* Probato quòd iudicium verè erit, ostendit quàm efficax fuerit. Si dicitur vobis à pseudo: quod vultis potestis facere, quia tantum tempus restat vsque ad diem iudicij, quòd

D quòd ex longinquitate temporis iudex scire multa non poterit, non credatis eis, quia quicquid potest fieri mille annis, ita videt, sicut illud quod fit vna die. Si dicunt, mille annis pœnitendo non assequimini veniam delictorum, non credatis: quia vnus dies veræ potentiæ tantum valet quantum mille anni, sicut latroni. Si dicunt: non oportet tandiu laborare, vna die potestis resipiscere, non credatis, quia mille anni laboris nō plus sufficiunt ad vitam quàm vnus dies. Et quando quidem futurum est iudicium, ergo nolite seduci per pseudo, qui dicunt vobis, quòd & si sit futurū iudicium, non tamen vobis timendum. quia cum sint tot cogitationes & tot actus hominū, si sigillatim debeant discuti, non sufficient milia annorū, cum in vno solo die dicatur futurum iudicium, & sic multa poterūt latere iudicem. Sed non lateat vos istud, quòd tantum valet apud Deum vnus dies ad agendum aliquid, quantum mille anni hominibus ad solam rem faciendam. E

c *Sicut mille anni.* In agnitione diuinæ virtutis & præterita & præsentia & futura æqualiter potentia constant, & quæ longa nobis vel breuia videntur temporum curricula, æqualis sunt spacij apud conditorem temporum, & omnia æqualiter & magna & parua conspicit. Ideo hoc commemorat Apostolus, vt conuincat eos qui dicebant, vbi est promissio, aut aduentus eius? ostendens Deum nequaquam oblitum suæ promissionis, aut aduentus. Sed cum ita vnumquemque diem seculi nostri æterna sua memoria contempletur, vt annorum mille circumitus, & ita mille annos vt vnius diei spacium sine labore circūspiciat, manifestè intelligendum est, quòd ipsorum quoque dierum & annorum omnium finem certissimè nouerit, & absque vlla dubitatione hoc quoque prænouerit, quando aduentus ipsius claritas reuelanda, quando promissa sanctis sint reddenda præmia. Vnde & rectè subiungitur.

d *Non tar.do.* Et quia omnia videt, potestis credere, quòd dominus non tardat promissis implendis, quia nondum est tempus F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Dei ver. supple facta sunt ista, vt patet Gen. j.
2 Per quæ. s. tria elementa prædicta, aerem, aquam, & terram.
3 Ille tunc mun. i. tempore Noe.
4 Aqua. s. diluuij.
5 Inun. à sordibus factis in mundo sensibili.
6 Perijt. quia omnia viuentia fuerunt mortua, exceptis saluatis in arca. Elementa etiam fuerunt deteriorata. Quod autem diluuium processit ex tribus elementis prædictis, patet Gen. vij. b. vbi dicitur, Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. i. Oceani. quia cauernositates terræ, intra quas continetur mare, ruptæ fuerunt, & sic aquæ maris effusæ fuerunt super terram habitabilem. Ex quo patet, quòd per aquam & terram factum est diluuium. Similiter per aerem. nam ibi subditur. Et facta est pluuia super terram. xl. diebus & xl. noctibus, & sic magna pars aeris conuersa fuit in aquam. Alia vero expositio accipitur secundum dictum Hebræorum & plurium doctorum catholicorum, qui dicunt à principio creationis omnia corporalia quantum ad principales mundi partes: scilicet corpora cælestia & quatuor elemēta fuisse simul producta sub formis suis substantialibus ad inuicem distinctis, & formatio seu distinctio eorum quæ describitur in principio Gen. facta prima die, secunda, tertia & quarta non accipitur nisi secundum proprietates & qualitates accidentales. sicut dicitur aliquis homo fieri, quando peruenit ad ætatem adultam, & hoc propter debitam quantitatem & robur corporis & similia quæ tunc attingit, & tamen non sunt nisi proprietates accidentales, quia secundum suam substantiam factus est homo à principio vnionis animæ cum corpore & sic lux quæ dicitur facta prima die est ipsa claritas solis, quæ est eius qualitas. Quod autem dicitur sol fieri tertia die, hoc est secundum motum eius proprium ab occidente in orientem. Cælum vero quod dicitur factum secunda die. i. corpora cælestia, hæc factio accipitur secundum soliditatem tunc eis datam secundum Hebræos, secundum alios vero est virtus influendi in inferiora quæ tunc fuit eis data. Similiter formatio elementorum seu distinctio facta fuit tertia die secundum proprietates accidentales: nam ante diem tertium elementum aquæ non habuit debitam densitatem, sed vaporaliter eleuabatur per totum aeris spacium, & sic vnum elementum non videbatur ab alio distinctum, nec similiter terra, quia erat aquis cooperta, sed tunc aquæ fuit debita densitas, & sic occupauit minorem locum, & factæ fuerunt concauitates in terra, vbi recepta fuit vna pars elementi aquæ, & sic remansit discooperta vna pars terræ aquis pro habitatione hominum & animalium, & aer apparuit in sua transparentia, sicut plenius dixi in principio Gen. Et secundum hoc exponenda est sic litera hæc, cum dicitur. Cæli erant prius. i. duæ partes aeris, superior & inferior. Et terra. i. elementum terræ. De aqua formata, modo dicto, quia per dēsitatem aquæ & receptionem eius intra concauitates terræ apparuerunt elementa distincta. Cætera exponantur sicut prius.
7 Cæli. Hic ex dictis concludit propositum, arguens à simili, quòd sic mundus fuit immutatus per aquam tempore Noe, sic adueniente iudice immutabitur per ignem conflagrationis, qui secundum doctores catholicos tantum ascendet, quantum aquæ diluuij ascenderunt. & hoc est quod dicit: Cæli au. i. superior pars aeris quòd inferior.
8 Et terra. in elementum terræ. per quod etiam intelligitur elementum aquæ, eo quòd non est totaliter separatum à terra: sed partes aliquæ aquæ commiscentur partibus terræ, & aliquæ in terra concauitates continentur, vt dictum est.
9 Eodem ver. diuino.
10 Reposi. s. i. conseruati. quoniam si virtus Dei conseruans ab eis retraheretur, in nihilum redigerentur.
11 Igni, re. in diem iu. i. per ignem purgandi.
12 Et per. im. ho. tunc enim corpore & anima damnabuntur.
13 Vnum ve. hic excludit secundum motiuum de retardatione impletionum diuinorum promissorum, quia non est retardatio ex parte Dei, licet nobis videatur. propter quod dicitur.
14 Quia vnus di. a. do. si. mil. an. sic autem loquitur Petrus secundum quod dicitur ps. lxxxix. b. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præterijt. Per millenarium annum intelligitur quantacunque reuolutio temporum, quæ modica est, & nullius momenti comparata diuinæ æternitati. propter quod respondendo eorum argumento subdit.
15 Non tar. i. in redditione promissorum non tardat vltra debitum.
16 Sic. q. erroneè propter hoc negantes futurum iudiciū, vt prædictū est.
17 Sed pa. ag. iudicium differendo.
18 Propter vos. vt iusti. s. in merito proficiant, & mali per pœnitentiam

A implenda implebit. Sed ideo differt, vt electorum summam quam præuidit prius adimpleat. vnde in Apoc. *Et dictum est illis, vt requiescerent adhuc modicum tempus, donec compleantur conserui eorum.*

Apoca. 6. c

Allego. a *Cæli magno.* ALLEG. *Cæli*. i. sancti si quid in eis purgandum est per ignem purgabuntur.

b *Elementa.* Quatuor, quibus mundus consistit, ille maximus ignis absumet. Nec cuncta intantū absumet vt non sint, sed duo in totum cōsumet, duo verò in meliorē restituet faciem. Vnde in sequētibus, *Nouos cælos & nouam terram, & promissa ipsius expectamus, &c.* Vel: Elemēta sancti, qui fuerunt alijs materia bene operādi, per temporale supplicium soluentur in melius.

† recipere

† 1. Thes. 5. a

B

c *Nouos ve.cæ.* Non ait alios, sed veteres & antiquos in melius commutandos. Vnde Dauid: *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vesti. veterascent. Et sicut opertoriū muta. eos, & muta. &c.* Quæ mutabūtur? Cōstat pro certo, quia consumpti per ignē, mox abeūte igne gratiorem resument speciem. De igne & aqua nihil tale habemus, quin potius habemus in Apocalypsi, *Et mare iam non est.* Habemus & in prophetis. *Lux lucernæ non lucebit ibi amplius.* Et

Ps. 101. d

† irreprehēsione

Apo. 21. a

Esa. 65. c

C

a ¶ Vt vos in virtutibus crescatis. b ¶ Et vt alii qui conuertendi sunt conuertantur. c ¶ Vel resipiscere.

vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam † rē- 1

¶ Non tardat, sed potius. a ¶ Improuisus, capiens ad iudicium. b ¶ Qui in diluuio transierunt, quia tantum ascendet iudicii ignis quantum ascendit aqua diluuii.

a uerti. † Adueniet autem dies domini, sicut fūr, in quo cæli 2

a ¶ Inuoluentis ignis. b ¶ In aliam formam.

b magno impētu transient, elementa vero calore soluentur, 3 4

a ¶ Quandoquidem in tanto iudicio mali in peius, boni in melius sunt mutandi.

terra autem & omnia quæ in ipsa sunt, exurentur. Cūm igitur 5 6
hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in san- 7 8

¶ In nobis. ¶ Ad alios. a ¶ Per spem.

ctis conuersationibus & pietatibus: expectantes, & † prope- 9 10

a ¶ Bene agendo, vt tales sitis propter quos saluandos dominus veniat ad iudicium. b ¶ Iudicii.

rantēs in aduentu diēi domini, per quem cæli ardentes sol- 11 12

¶ Priora deficient, sed.

c uentur: & elementa ignis ardore tabescent? † Nouos verò 13 14
d cælos & nouam terrā † & promissa ipsius expectamus, in qui- 15 16

¶ Quia dies domini venit.

e bus iustitia habitat. Propter quod charissimi hæc expectan- 17 18

a ¶ A venialibus in corpore. b ¶ A criminalibus in mente. c ¶ Ab eo, vel ad honorem eius vincentis & pulsantis. d ¶ Pacificati remissis peccatis.

f tes, † satagite immaculāti & † inuiolābiles ei inueniri in pāce, 19 20

g a ¶ Ne puteris quod tardet promissionem dominus, sed intelligite quod ideo longanimiter expectat dominus, vt plures saluentur.

& domini nostri Iesu Christi longānimitatem & salu- 21 22
h tem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Pau- 23 14
lus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, † si 25

¶ Ipse Paulus. a ¶ Epistolis. 26 b ¶ Quæ ego prædixi, vt hæc faciatis quæ docui.

cut & in omnibus epistolis, loquens in ēis de his 27

d *Et pro.ipsius expe.* ALLEG. Nolite credere illis qui dicunt nihil esse impletum omnibus quæ de natiuitate Christi promissa sunt, dicentes, vbi noui cæli & noua terra quæ promissa sunt: Nouos cælos credimus illos in quibus iustitia inhabitat, & nouam terram illos, qui ferunt fructum nouitatis, & hos dicimus promissa Dei, vel nos in quibus iustitia habitat. & veritatem scimus. Cælos. i. sanctos expectamus nouos futuros, & terram quia promisit. D

Apo. 14. g

Allego.

e *In qui.* id est qui tēpore futuri seculi. *iustitia habitat.* quia tūc cuique fidelium pro modo certaminis corona reddetur iustitiæ, quod in hac vita fieri non potest.

f *Satagite imma. & in.* Hæ sunt vigiliæ de quibus dicitur, *Beati serui illi quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes.* Vigilat qui se à sordibus immunem custodit qui quātum in se est, cum omnibus hominibus pacem habet, qui omnes illecebras carnis spiritus regimini subdit, in seipso pace felicissima vtens.

† accelerantes aduentū

E

Luc. 12. c

† Apo. 21.

† iuxta promissum

† date operam

Rom. 12. d

g *Et in.* i. à domino. Ille solus perfectè mundus est, qui diuino iudicio mundus est, humana sæpe falluntur iudicia.

† etiam in omnibus ferè epistolis loquens de his

h *Fra.no.* Paulū illis scripsisse dicit. In quo ostēdit, quia q Paulus quibusdam specialiter ecclesijs scripsit, omnibus ecclesijs quæ

NICOLAVS DE LYRA.

tiam redeant. ideo sequitur.

✻ 1 Nolens ali. per. quantum ex se.
2 Adue. Postquam exclusit errorē circa iudicium futurum, hic consequenter determinat veritatem. & primò ponitur hæc determinatio, secundò subditur vtilis monitio. Cum igitur hæc. tertiò doctrinæ Pauli approbatio, ibi: Sicut & charissimus. quartò concluditur intēta conclusio, ibi: Vos igitur. Circa primum dicitur. Adueniet au. dies do. i. dies iudicij: quæ dicitur dies domini quia tunc in omnibus fiet voluntas eius in punitione malorum & præmiatione bonorum. & subditur modus veniendi, cum dicitur.
3 Sicut fur. i. repente & ex improuiso, sicut dicitur. Mat. xxiiij. c. De die autem illa & hora nemo scit, &c.
4 In quo cæli. i. superior pars aeris & inferior.
5 Magno im. tran. à statu in quo nunc sunt per impetum ignis conflagrationis.
6 Elementa vero ca. sol. q. d. non solum aer, sed elementa igne purgabuntur.
7 Terra au & o. &c. Non solum terra, sed etiam omnia quæ in ipsa sunt facta, & de ipsa producta exurentur.
8 Cum igi. hæc. Hic ex dictis subditur vtilis monitio, quia si tanta districtio iudicis apparebit in sensibilibus elementis, homines meriti & demeriti boni & mali capaces debent esse soliciti, quòd sint aduentu iudicis præparati. & hoc est quod dicitur, Cum igi. hæc omnia ele. dissol. sint. modo dicto.
9 Quales oportet vos esse in san. con. vosipsos.
10 Et pieta. ad proximos. q. d. oportet vos esse multum in talibus præparatos.
11 Expectan. cum securitate.
12 Et pro. cum hilaritate.
13 In aduen. diei. scilicet extremi iudicij, sicut dicit Saluator Luc. xxj. f. His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra. i. exhilarate corda, vt exponit Gre. homil. j. Per quem scilicet aduentum diei iudicij.
14 Cęli arden. exponatur vt suprà.
15 Nouos ve. cæ. &c. Non dicit alios, sed nouos. i. eosdem substantia, in melius tamen immutatos, & sic innouatos. F
16 Et pro. ipsius. Esa. lxv. c. Ecce ego creo cælos nouos & terram nouam.
17 In quibus iusti. habitat. i. habitabit. & loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, quia tunc omnia ad lineam iustitiæ reducentur. ideo concludit.
18 Propter quod charissi ex. scilicet iustam retributionem pro meritis vel demeritis.
19 Satagite imma. à peccatis carnalibus.
20 Et inuio. à spiritalibus.
21 Inueniri in pa. conscientiæ.
22 Et do. no. lon. idest remunerationis vestræ ab ipso dilationem.
23 Salutem arbi. i. reputate ad augmentum præmij vestri & meriti.
24 Sicut & ch. Hic consequenter ponitur doctrinæ Pauli approbatio, cui pseudo apost li detrahebant, dicentes, quòd non erat apostolus, eo quòd non fuerat cum Christo sicut alij. & ideo dicebant doctrinam eius non esse recipiendam vt apostolicam. secundo dicebant eam continere erronea, peruertentes eius intellectum. Verbi gratia. Ex eo quod dicit Ro. v. d. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, dicebant eum inducere homines ad frequentationem peccati, vt consequerentur augmentum gratiæ. Quod non est verum, sed intendit ibi dicere, quòd sicut tempore legis Mosaicæ peccatum abundabat, eo quòd ipsa ostendebat peccatum, sed non sanabat, sic per Christum sub lege factum gratia abundat. ideo dicitur, Ioh iiij. c. quòd salus ex Iudæis est. Igitur Petrus Apostolus vtrumque remouet. Vnde primo ostendit Paulum esse verum apostolum, nominans ipsum fratrem charissimum, dicens, Sicut & charissimus, &c. secundo ostendit eius doctrinam esse sanctam, dicens.
25 Secundum datam sibi sapien. à Deo, scripsit vobis, non instinctu proprio, sed diuino. Ostendit etiam ipsum esse conformem suæ doctrinæ, dicens.
26 Sicut & in omnibus epistolis loquens in eis. scilicet epistolis.
27 De his. id est de eisdem de quibus scripsi vobis, scilicet de veritate fidei catholicæ & de præparatione ad futurum iudicium, sicut patet in epistolis Pauli in pluribus locis.

Nos

✻ In

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sunt per orbem generaliter scripsit. Petrus sapientiã Pauli laudat. Paulus de se dicit, *Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus*, &c. Paulus pro priori se infidelitate humiliat, & aliorum apostolorum innocentiam præfert. Ecce primus apostolorum oblitus sui primatus, & datarum sibi clauium, datam Paulo miratur sapiẽtiam, quia mos est electorum, vt magis alioru quàm suas mirentur virtutes, & per has se ad profectum excitent.

✲ OECVMEN. Que madmodum illi qui prophetas & Apostolos occiderunt, ita & qui sermones eorum peruertendo sustulerunt, eidem iudicio sunt obnoxij, quãdoquidem & illi occiderunt eos: ne hi qui ab ipsis salutaria docebantur, possent ab eis iuuari: & isti similiter detorquent sermones, ne aliqui per ipsos salutem operarentur.

1.3 c.2. ✲ IRENAEVS. Cùm ex scripturis arguuntur hæretici in accusationem conuertuntur ipsarum, quasi non rectè habeant, neque sint ex authoritate, & quia variè sunt dictæ, & quia nõ possit ex his inueniri veritas, ab his qui nesciant traditionem.

3. de præscr. ✲ TERTVL. Ista hæresis nõ recipit quasdam scripturas, & si quas recipit, adductionibus, adiectionibus, & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit. & si recipit, non recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit.

a *Difficilia.* In epistolis Pauli quæ deprauantur ab hæreticis dicit, maxime illa quibus de gratia Dei loquitur, quæ iustificat impios. i. ex impijs facit iustos. Dicit enim, *Vbi abundauit peccatum, superabũdauit gratia.* Ne quis desperaret de commissis peccatis, hæretici ita interpretantur, quòd suadeat plura facere peccata, vt potiora per hæc recipiant bona. Contra quos Petrus subiungit, *Vos igitur fratres præscientes quia insipientes multi sarios introducent errores.* Quidam iudicium futurum negantes, quidam diuina eloquia falsantes, quidam male interpretantes, quidam luxuriæ frena laxantes, & alia multa.

b *Deprauant.* Nullus veteris vel noui Testamenti liber in quo hæretici aliquid non peruerterint, vel demendo, vel addendo, vel mutando. Vnicum remedium indoctis, humili stabilitate verbis doctorum auditum præbere, quam stabiliratem quia hæretici non habent, vento superbiæ quasi palea leuis de ecclesia tolluntur, vnde ad suam ipsorum perditionem.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 In quibus sunt quædam diffici. intel. *maximè rudibus. ideò subditur,*
2 Quæ indocti. *in sacris scripturis.*
3 Et instabiles. *in fide & moribus.*
4 Depraunant. *male interpretando.*
5 Sicut & cæteras scripturas. *scilicet euangelij & prophetarum, quas Iudei & hæretici corrumpunt.*
6 Ad suam ipso. perditionem. *vt dictum est suprà capitulo præcedenti.*
C 7 Vos igitur fratres præsci. *Hæc est vltima pars, in qua concluditur intentum:* Vos igitur fratres præscien. *iudicem esse venturum, & fallacias hæreticorum.*
8 Custodite. *ideò diligenter cauete. Quod sequitur in aliquibus libris, Vosmetipsos, non est de textu.*
9 Ne insipientium erro. tradu. *ideò, extra regulam fidei ducti.*
10 Excidatis à prop. *fidei & morum.*
11 Crescite vero in gratia. *merendo eius augmentum per opera bona.*
12 Et in cognitione domini nostri & Christi Iesu saluatoris. *ideò, vt magis explicitè cognoscatis articulos fidei & beneficia Iesu Christi.* F
13 Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. *id est, sine fine. Amen.*

ADDITIO.

In ca. iij. vbi dicitur in Postilla: Circa primum sciendum, quod litera hæc dupliciter est exponenda, &c.

Sicut dictum fuit in additione super Genes. primo propter varietates opinionum circa formationem rerum & earum distinctionem, non est varianda expositio literalis sacræ scripturæ de productione rerum quæ in illo capitulo traditur: idem dicendum est de expositione verborum beati Petri in hoc loco, cum dicitur: Latet enim eos, &c. quod non dependet ex varietate opinionum prædictarum, sed propria expositio huius satis habetur in Glo. vbi super illud verbum: Latet enim eos hoc volentes quod erãt cæli prius, &c. sic dicit: Ideo dicũt omnia perseuerare eodẽ modo, quia vel verè nesciunt vel fingunt se nescire, vt vos decipiant, duo Dei iudicia alterum per aquam quod præterijt. alterum per ignem quod restat hoc dicit, dicit: Latet eos, quod cæli. i. iste aer humidus & turbulẽtus, de quo dicitur: Miluus in cælo cognouit tẽpꝰ suũ, erant prius, i. inter priores creaturas mundi. Vel prius. i. ante diluuium. Et quod terra erat prius consistens de aqua. i. per remotionem aquæ, qua operante verbo Dei congregata est in vnum, & ita apparuit arida & consistens per aquam, quia diuina dispositione venis aquarum est tota plena: sicut corpus animalis venarum sanguine, ne ariditate deficeret si irrigatio deficeret aquarum: per quæ duo. i. duabus partibus, aere & terra qua tunc erant mundus alterius modi quàm iste perijt, inundatus aqua diluuij. Nam superiores partes attigit diluuium. Cæli autem qui nunc sunt & terra, eodem verbo Dei repositi: in eam formam quam modo habent, sunt reseruati igni in melius commutandi in die iudicij. Hæc in Glo. quæ propria est & consona litere, nec indiget introductione variarum opinionum, vt patet bene considerãti.

Præfatio Hieronymi in epistolas canonicas Iohannis, ex libro de illustribus viris.

Eusebius lib 3. hist. c. 25. ex Papia mutuat.

IOhannes apostolus quem Iesus dilexit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis, aduersus Cerinthum alioſque hæreticos. Et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde etiam compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, Quòd cum legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantum anni in quo passus est post carcerem Ioannis, historiam texisse. Prætermisso itaque anno cuius acta à tribus exposita fuerãt, superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestum esse potest his, qui quatuor euãgeliorum volumina legerint, quæ res diaphoniam quæ videbatur Iohannis esse cum cæteris, tulit. Scripsit autem vnam epistolam, cuius exordium hoc est, Quod fuit ab initio, quod audiuimus & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ, quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditissimis viris comprobatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est, Senior, electæ dominæ & natis eius. & sequens, Senior, Caio charissimo, quem ego in veritate diligo, &c. Iohannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur, & nonnulli putant duas memorias eiusdem Iohannis euangelistæ esse. Super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, differemus. Quartodecimo igitur, anno, secũdum post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Pathmos insulam relegatus scripsit Apocalypsim. Quam interpretantur Iustinus martyr, & Hireneus. Interfecto autẽ Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Nerua principe redijt Ephesum, ibique vsque ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit & rexit ecclesias. Confectúsque senio, sexagesimooctauo anno post passionem domini, mortuus, & iuxta eandẽ vrbẽ sepultus est.

uangelium aduersus dogmata hæreticorum, qui de Verbi æternitate male sentiebant, & male prædicabant. Scribit etiam epistolã aduersus eorundem hæreticorum stultitiã, in qua de fidei & charitatis perfectione agit, vt intelligamus quid credere, quid diligere de beamus. Multi enim prauis dogmatibus inducti, de sinceritate fidei & charitatis nõ bene intelligebãt. Docebãt enim opera esse charitatis, crebro conuiuiari, luxuriari, consentire vitiis alienis, contradicentes communicare passionibus Christi, & cæteris quæ implentur per charitatem Dei & proximi.

✲ ATHANASIVS. In Synopsi. Hoc nomine (Ioannis) vocatur ista epistola, propterea quod à Ioanne euangelista scripta est, vt commonefaceret eos, qui iam in Dominum credierant. Et primum quidem perinde atque in Euangelio, ita & in hac epistola de Verbi diuinitate disserit, ostendens in Deo illud semper esse: ac docens Patrem esse lucem, vt Verbum ita cognoscamus ex Patre esse tanquam fulgorem è luce. Disserens autem de diuinitate Verbi, exponit fidei nostræ mysterium non esse rem nouitiã, sed esse sempiternum ab initio: nunc verò manifestatum in domino, qui vita est sempiterna & verus Deus, &c

---

Argumentum in primam epistolam canonicam beati Iohannis.

RAtionem verbi, & quòd Deus ipse sit charitas manifestat, & susurrones fratrum nec Deum scire, nec pios fieri posse eousque dissertat, vt esse comprobet homicidas, eo quòd odium sit interfectionis occasio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit epistola beati Iohannis apostoli.

CAPVT I.

a Quod fuit ab initio. In vero esse deitatis, quod audiuimus, per legem & prophetas, quod vidimus sensibiliter hominem venientem, quod perspeximus, diuinitatē aduertentes in homine & manus contrectauerunt, de verbo vitæ: non fortuitu cōsentientes ei qui in carne visus, sed cum multa contrectatione scripturas perhibentes testimonium de ipso verbo. Quod vidit ali quis nunciare potest alijs, quod perfectè conspexerit aliquando non potest explicare verbis.

b *Initio.* Fuit ab initio Dei filius, sed eundem in carne viderūt & audierunt discipuli.

Orat. cont. con. Arrā. ✠ ATHANAS. Quòd filius principium existendi non habuit, sed semper, & ante susceptum hominem, in patre erat, declarat Ioannes in prima epistola dicens: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod contemplati sumus, &c.

✠ OECVMEN. Hoc dicit & aduersus Iudæos, & aduersus Græcos, quoniam mysterium quod apud nos est, tanquam recentius calumniantur. Ostendit ergo quod etiam antiquum sit, quia ab initio, hoc est, simul cum cōcepto principio. Aut quod non solum legē, sed & ipsa visibili creatura hoc sublimius est: illa enim initium habuit, hoc autem erat etiam ante hoc initium. Quum igitur Græcorum mysteria aut nudiustertius orta sint, quid poterit quispiam dicere.

✠ BEDA. Laudat deuotionem eorum qui in vnitate Ecclesiæ perseuerabant, illorum impietatem coarguens, qui eius pacem vesano idiomate turbabant: Cerinthi maxime & Marcionis, qui Christum ante Mariam non fuisse contendebant. Vnde mox diuinitatem simul & humanitatem veram eiusdē domini nostri Iesu Christi designat dicens, *Quod fuit ab initio*. fuit enim ab initio filius Dei, quod in euangelio dicit, *In principio erat Verbum*, sed eundem filium Dei in homine apparentē audierunt, quod subdidit, *Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, &c.* & hoc est quod in euangelio dixit, *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, &c.*

Et ma. Magna familiaritate ei coniuncti veram carnem habere palpando probauimus, & ante & post resurrectionem, quibus dicitur, *Palpate & videte.*

Beda.

Incipit epistola prima beati Iohannis apostoli.

CAPVT I.

¶ In principio erat verbum, & verbum erat, &c. a ¶ Id est ab initio filii a patre. b ¶ Et verbum caro factum est. 1 2

a b QVOD FVIT AB initio quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, 3

a ¶ Cum hominibus conuersantem. b ¶ Et vidimus gloriam eius.

c quod perspeximus, & manus nostræ cō 4 5

a ¶ Vitificante in anima & in corpore. b ¶ Panis angelorum assumptione carnis hominibus innotuit, miraculis claruit, surrexit, & alios secum surgere fecit, perhæc vita manifestata est. 6 7

trectauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata est, 8

¶ Esse cum fidelibus. ¶ In æterna diuinitate. 9

d & vidimus & testamur & annunciamus vobis vitam æ- 10

a ¶ Ex tempore in humanitate. b ¶ Repetit. 11

ternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. 12

a ¶ In carne. b ¶ Verba ore eius. c Quibetis credere illis qui viderunt & audierunt. d ¶ Qui non vidistis. 13 14

e Quod vidimus & audiuimus annunciamus vobis, 15 16

resurrectionem, quibus dicitur, *Palpate & videte.*

c *Vidi.* manifestatā, quòd non infideles, & testes sumus. Vidimus & incredulis annunciantes martyres effecti sumus. Luc. vl. f.

d *Annuncia.vo.* Sic per eos audiuim.us nos, sed non vidimus, minus ergo fœlices quàm illi.

e *Quod vidimus & audiuimus, annunciamus vobis.* ✠ OECVMENIVS. Quodnam illud est? Quod is qui est vita æterna, nobis manifestatus est, & inspectores ipsius facti sumus, & ante passionem, & post resurrectionem. Ipse enim in carne clauis affixus fuit cruci, & in eadem carne resurrexit. Et quod lucrum vobis ex hac annunciatione adferimus? Nempe illud quod quemadmodū vos consortes assumimus per sermonē eorū quæ vidimus & audiuim⁹, ita & cōsortes patris ac filij ipsius Iesu Christi.

Diuisio

✠ Quod fuit, &c. *Hic incipit tertia pars principalis huius libri, in qua ponuntur epistolæ beati Ioannis apostoli & euangelistæ. Et quia secundum ordinem doctrinæ communia debent spiritualia præcedere, ideo ponitur primo ad informandum homines generaliter, secundo ad informandum aliquas personas specialiter, in principio epistolæ secundæ. Præsens in duas partes diuiditur. s. in prœmium, & tractatum, qui incipit ibi,* Et hæc est annunciatio. *In prologo tria facit, quia primo reddit auditores attentos. secundo, dociles siue doctos, ibi,* Et vita. *tertio benuolos, ibi,* Quod vidimus. *Circa primum sciendum, quòd difficultas materiæ reddere debet auditores attentos. nam ad capiendum talia requiritur maior attentio. Inter illa vero quæ spectant ad doctrinam catholicam maxima difficultas est circa emanationem filij a patre in diuinis, de qua tractat infrà v ca. dicens,* Tres sunt qui testimonium dant in cælo. pater, verbum, & spiritus sanctus. *Similiter maxima difficultas est circa incarnationem personæ filij assumentis naturam humanam in vnitate suppositi, de qua dicit. infrà. iiij. a.* Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. *& hoc est quod dicit.*

Infrà. 5. b.

1 Quod fuit ab ini. *Constructio est suspensiua vsque ibi,* Annuncia mus vo. *& ideo sic construenda est litera,* Annūciamus vobis quod fuit ab initio. *i. verbum quod processit æternaliter a patre, qui est principium seu initium totius emanationis personarum, secundum quòd dicit Aug. iiij. de tr. Pater est principium totius trinitatis principium enim significat id à quo aliquid procedit, verbum siue filius: nam & eodem verbum quo & filius procedit à patre. Ideo pater dicitur principium siue initium filij siue verbi. Et quòd ille sit intellectus huius literæ, vt patet per hoc quod subditur, aliquibus tamen interpositis, de verbo vitæ. (consequenter procedit ad mysterium incarnationis dicens.*

2 Quod audi. *s. à beato Iohanne baptista incarnati verbi præcone, cuius discipulus fuit ille Iohannes apostolus & euangelista. Et dicunt communiter doctores, quòd ipse & Andreas fuerunt illi duo discipuli, qui audito à Iohanne baptista de Christo. Ecce agnus Dei, secuti sunt Iesum, Ioh. j. d. Sed Iohannes expressit nomen Andreæ & suum tacuit, quia nolebat se commendare.*

Quod

3 Quod vi. oc. no. *cum ipso conuersando, secundum quod dicitur 10. j. a.* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. *Oculis enim corporalibus viderunt eius humanitatem, & diuinitatem eius oculis mentalibus per fidem, & non solummodo per fidem communem quæ est ex auditu, sed etiam per illustrationem specialem, quæ est quodammodo ex visu. ideo subditur.*

4 Quod perspe. *i. perfectius inspeximus. Viderunt enim apostoli Christum cæcos illuminantem, mortuos suscitantem & huiusmodi, quæ non possunt nisi diuina virtute fieri, & talia frequenter faciebat imperando tanquam propria virtute, & sic virtus diuinitatis videbatur quodammodo in operibus illis sicut causa in effectibus suis suo modo.*

5 Et ma. no. contre. *ad declarationem veritatis suæ resurrectionis, Lu. vl. f.* Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

6 De verbo vitæ *quia verbum incarnatum est vita per essentiam: & etiam per efficaciam. Est enim autor vitæ, gratiæ, naturæ, & gloriæ.*

7 Et v. *Hic reddit auditores dociles. Illa enim quæ clarius cognoscitur, clarius proferūtur. vnde Hiero. in prologo super Pētateuchū dicit: Quod melius nouimus, & melius & proferimus. Apostoli vero de diuinis fuerunt magis illuminati, quàm alij precedentes vel futuri. propter quod clarius potuerunt docere de diuinis. & hoc facit auditores dociles. ideo dicit,* Et vita. *i. verbum quod est vita per essentiam, vt dictum est.*

8 Manifest. *est. per opera diuina in humanitate assumpta exercitata.*

9 Et vi. *nos apostoli cæteris clarius.*

10 Et testamur. *de visu & auditu.*

11 Et annuncia. vo. *vt edocti sitis.*

12 Vitam æter. *i. verbum incarnatum, vt dictum est Ioh. xvij. a.* Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

13 Quæ c. apud pa. *vt persona distincta ab eo per æternam generationem in diuina natura.*

14 Et appa. no. *temporaliter in humanitate assumpta.*

15 Quod vi. *Hic vltimo reddit auditores benuolos ex bonitate finis huius doctrinæ. nā per eam habetur vita gratiæ in præsenti & vita gloriæ in futuro. & hoc est quod dicit,* Quod vidi. &c. *iam expositum est supra.*

16 Annuncia. v. vt & vos so. h. n. *per charitatem quæ est eadem cum gratia. vobis inseparabiliter annexa.*

✠ Et

✠ AVGVSTINVS. Illi viderunt Dominum præsentem in carne, & verba ex eius ore audierunt, & annunciauerunt nobis & nos non vidimus. Minus ergo sumus fœlices, quàm illi? Audi quod adiungit: *Vt & vos societatem habeatis nobiscum.* Socij sumus, quia fidem communem tenemus. Nam Dominus consolans nos qui ipsum iam in cœlo sedentem manu (cū Thoma) contractare nō possumus, sed fide contingimus, ait:

Ioan. 20. *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Nos descripti sumus, nos designati sumus: fiat ergo in nobis beatitudo, quam Dominus prædixit futurā.

Sed quid magnum est societatem habere cum hominibus? Noli contemnere, audi quid addat. *Et societas nostra sit cum Deo patre & filio eius, &c.*

✠ BEDA. Manifestē ostendit, quod quicunque societatē cum Deo habere desiderant, primò Ecclesiæ societati debent adunari, illāmque fidem addiscere, eiusque sacramentis imbui quam discipuli perceperunt à Domino. Nec in aliquo minus ad Deum pertinent, qui per Apostolorum doctrinam credunt, quàm illi qui per ipsum prædicantem in mundo Dominum crediderunt, &c.

✠ OECVMENIVS. Animaduerte quòd propter summam vnionem, Filium Patris etiam vocet assumptam à nobis naturam, cuius naturæ sanguis est omninò, non Dei: An non ergo delirus est & impius Nestorius, qui Filij carnem separans, matrem ipsius non patitur θεοτόκον, id est, Dei matrem appellari.

a *Vt & vos soc.* Quicunque vult socius Dei fieri, prius debet societati Ecclesiæ adunari. Hæc minus habent qui per Apostolos quàm qui per ipsum crediderunt. Vnde dicitur: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Et iterum: *Non pro his rogo tantum, sed & pro his qui crediturі sunt per verbum eorum in me.*

Ioan. 20. g. Ibid. 17. c.

b *Et hæc est an.* Quare verbum caro factum, quid noui attulit mundo? Cur venit pati? Non frustra fuit, vide quid voluit docere, quia Deus lux est. Hæc sententia diuinæ puritatis excellentiam monstrat, quam imitari iubemur. Hinc Manichæi confutantur

Contra Manichæos.

qui Dei naturam à principe tenebrarum dicunt bello victam & vitiatam. D

c *Annunciamus vobis, quoniam.* Applicuimus nos ad lucem, & lux nobis irradiauit. Tenebræ eramus, modo per lucem lux sumus, & alios illuminamus, dum peccata dimitti & tenebras expelli nunciamus.

d *Deus lux est, &c.*

✠ OECVMENIVS. His dictis rursus sermonem resumit, explanans quæ sit annunciatio quam audiuit: & ait hāc esse, *Quod Deus lux est, & tenebræ in eo nō sunt.* Audiuit enim ab ipso Christo: *Ego sum lux mundi:* Et, *Lux in mundum veni.* Lux enim est spiritualis agitans animæ nostræ oculos ad sui susceptionē, & ab his omnibus materialibus auertēs, atq; ad solū E sui desiderium amatorio affectu vrgens. Tenebras autem, vel ignorantiā, dicit vel peccatum, quæ in Deo non conspici⁹ntur.

✠ DIDYMVS. Lux verè est Deus intelligibilis atque perpetua. Huic contrarias esse tenebras intelligendum est, id est, ignorantiam & nequitiam, quæ in Deo non sunt. Quia enim malitia in Deo non est, constat ex eo. *Deus fidelis, & non est iniustitia apud eum.* Et iterum. *Nunquid iniustitia apud eum? Absit.* Quia verò nec ignorantia apud eum est, manifestat Daniel, dicens: *Qui cognoscit quæ in tenebris sunt.* Et illud: *Occultorum agnitor Deus cognoscens omnia antequam fiant.*

Deut. 32. Rom. 11. Dan. 2. & 13. Sap. 8.

Qui ergo vult habere societatem cum luce, pellat tenebras peccatorum, quia tenebræ cum luce societatem habere nō possunt. Vnde sequitur: *Si di.* hoc est, cur verbum caro factum est, vt hoc annunciaret mundo.

e *Si dixerimus.* Hactenus commendatio epistolæ, hic ostendit qualiter charitas sit habenda.

f *Et in tenebris amb. men.* Perfistentes in peccatis, & alios obscurantes non computantur in membris eius, vnde: *Quæ conuentio Christi ad Belial? quæ societas lucis ad tenebras?*

Augustin. 2. Cor. 6. c.

g *Si autem in lu.* Ita sumus mundi, sed tamen non debemus putare nos quamdiu viuimus omninò posse à peccatis mundari.

h *Sicut & ipse, &c.* Deus in luce esse dicitur, quia summa bonitas vbi pro- F

1 Et soc. nost. fit cum pa. & fi. *Et per hoc intelligitur spiritus sanctus qui est tertia in Trinitate persona, per charitatem enim tota Trinitas inhabitat mentes iustorum, sicut amans habitat in amato, & è conuerso, propter quod dicitur inf. 4. c.* Qui manet in charitate, in Deo manet &c. *Sic autem non est in peccatoribus, licèt sit in eis per præsentiam, essentiam & potentiam, per quem modum etiam est in cæteris creaturis. Et quia societas gratiæ est dispositio ad societatem gloriæ, ideò subditur.*

Deus in bonis & malis diuersimodè

2 Et hæc scri. &c. *De gloria iam habita in spe.*

3 Et gau. ve. sit ple. *Quondo habebit in re.*

4 Et hæc est an. *Finito prœmio, hic acceditur ad tractatum, in quo agitur de his quæ in prœmio sunt breuiter prælibata. Sunt autem tria, vt patet ex prædictis, scilicet æternalis verbi generatio, temporalis eius incarnatio fideliū admiuicē & cū Deo associatio, & de his tractat in proœmio huius epistolæ: nō tamen eodē ordine. Nā vt cōtinuet dicenda dictis, cessūt huius epistolæ: nō tamen eodē ordine. Nā vt cōtinuet dicenda dictis, immediatè primò tractat de vltimo scilicet de Dei & fideliū associatione secundò de verbi incarnatione 4. c. tertiò de eius generatione cap. 5. Circa primū sciendū, q. societas Dei & hominū in charitate inchoatur in via, & consummatur in prima, igitur primò tractat de ea vt in via habetur, secundò prout in prima expectatur, cap 3. Prima diuiditur in tres partes:*

Diuisio

nam primò excludit huius societatis impedimentum, secundò inducit ad eius promotiuum, ibi: Et in hoc scimus. *tertiò vt euitetur prædicta societas facta dispatiuum, ibi:* Nolite diligere. *Prima adhuc in duas: quia primò declarat propositum, secundò concludit intentum. in principio cap. 5. Prima adhuc in duas, quia primò facit propositum, secundò remouet quoddā falsum dictum, ibi:* Si dixerimus. *Circa primum sciendum, quòd similitudo facit associationem, Eccles. 13.* Omne animal diligit sibi simile. *Omnis caro ad sibi similem coniungetur: & omnis homo sibi simili associabitur, & oppositum dissimilitudo impedit ea 2. Cor. 6. c.* Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? *Peccatum autem tenebra est. & ideò facit dissimilitudinem ad Deum quæ est lux vera, & per consequens impedit societatem cum eo. Dicit ergo:* Et hæc est annun. *Id est, res annunciatione digna.*

5 Quam audi. &c. *Id est, à verbo incarnato.*

6 Et annunciauit vobis. *Tanquam ei apostoli & ministri, & quid sit illud subdit.*

7 Quoniā Deus lux est. *Hoc audierunt ab eo Ioan. 9. a.* Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. *Lux enim habet rationem manifestiui, in verbo autem diuino omnia declarantur: propter quod proprie lux dicitur. Vnde August. 3. super Gen. Christus non dicitur sic lux sicut lapis: sed illud proprie, hoc figuratè.*

8 Et te. Ignorantiæ & culpæ.

9 In eo non sunt vl. *Nullus enim defectus in eo potest esse, ideò subdit:* Si dixerimus, &c.

10 Et in teneb. amb. *Scilicet culpæ, & per consequens ignorantiæ: quæ semper concomitatur culpam 3. Ethicor. Ignorat omnis malus, & Prouerb. 14.* Errant qui operantur malum.

11 Mentimur. *Verbo, quia sumus conscij malorum nostrorum.*

12 Et veritatē non fa. *Mentiendo factō, & non solūm verbo, hypocrisis enim mendacium est in facto.*

3 Si autem in luce ambul. *Viuendo in meritoriis operibus.*

14 Societatem habemus adinuicem. *Propter similitudinem ad ipsum,*

X

tas vbi proficere valeat nõ inuenit,homo in luce ambulat,quia
A virtutum operibus ad meliora proficit.

AVGVST.Deus lux est,quam non capit locus, vox quam non capit tempus, odor quem non spargit flatus, cibus quem non minuit edacitas,amplexus quem non diuellit satietas.

a *Si dixerimus, &c.* Illi etiam non habẽt charitatem qui de meritis superbientes se dicunt esse mundos.

Heb.9.d.

De pe.di. 2.c. si enim inquit. De cons. di. 2.c.iteratur 1.Per 4.b.

b *Habemus.* Nõ ait non habuimus: Ne fortè de præteritis dictum videretur.

c *Si confiteamur pec.* ✠ OECVMENIVS. Repetit sermonem, abundantiùs eo vtẽs, vt frequentia productæ redargutionis &
B ipsos peccati magnitudine coërceat, & ad confessionem inuitet. Quantum autem bonum à confessione oriatur, significauit Deus qui dixit: *Dic tu primùm peccata tua,vt iustificeris.*

a ¶ Et hoc merito. ¶ Sacramentũ dominicæ passionis omnia peccata originalia & actualia laxauit.
habemus adinuicem, † & sanguis Iesu Christi filij eius emun- 1
¶ Elati de nostra aliqua iusticia.
a dat nos, ab omni peccato. † Si dixerimus, quoniam pecca- 2
¶ Ad maiora peccata. a ¶ Quia Deus ab elatis se subtrahit,sed ¶ Ex humilitate.
b tum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ 3
a ¶ Deus qui promisit gratiam humilibus fidelis est exequendo, & iustus,quia verè confessioni iuste dimittit.
c est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est vt re- 4
a ¶ Vt reis. b Sine quibus non viuitur. c ¶ Post dissolutionem carnis. ¶ In æterna vita. ¶ Vt nec peccare velimus,nec possimus. 5 6
d mittat nobis peccata nostra & emundet nos ab omni iniqui- 7
a ¶ Si confiteamur,mundamur;sed si nosipsos honorare volumus. b ¶ Quasi nõ egemus absolui. 8
c ¶ Iob. ¶ Qui dicit,Nec infans vnius diei sine peccato est.
e tate. Si dixerimus quoniam nõn peccauimus, mendacem fa- E
a ¶ Christus per quem remissio,non manet in superbis,vel verbum quod dixit,Quanto maior es,humilia te in omnibus. 9 10
f cimus eum, & verbum eius non est in nobis. 11 12

Si autem confessi fuerimus,&c.Vtrumque complexus est, quod & D rogare pro peccatis debeamus, & impetremus indulgentiam cùm rogamus. Ideò & fidelem dixit dominum ad dimittenda peccata,fidem pollicitationis suæ reseruantem: quia orare pro debitis & peccatis docuit, paternam misericordiam promisit & veniam secuturã.

Quia sine peccato in hac vita esse non possumus, prima salutis spes est ipsa cõfessio,plus ex humilitate quã ex necessitate, deinde dilectio qua diligimus eum cui humiliamur, & charitas operit multitudinem peccatorũ. Superbia extinguit charitatem, charitas extinguit peccata,ergo roboret humilitas charitatẽ humilitas ducat ad confessionem.

d *Remittat nobis peccata nostra.*Vel peccata maiora,iniquitatem minora,

e *Mendacem.*Solus Deus ex se verax: homo ex Deo verax, ex se mendax. Impossibile est quemlibet sanctum aliquando non cadere in minimis peccatis.Nec iusti esse desistunt,quia ociùs opitulante Deo resurgunt.

f *Et ver.eius non est,&c.*AVGVSTINVS.In 15.de Trini.ca.11. Voces quas proferimus signa sunt rerum quas cogitamus.Proinde verbum quod foris sonat signum est verbi quod intus lucet,cui magis verbi competit nomen. Nam illud quod profertur ore carnis vox verbi est, verbúmque & ipsum dicitur: propter illud à quo vt foris appareat assumptum est. Ita verbum nostrum vox quodammodo corporis fit, assumendo eam formam in qua ipsum manifestetur sensibus hominum sicut verbum Dei caro factum est, assumendo eam in qua ipsum manifestetur sensibus hominum.Et sic verbum nostrum fit vox, nec mutatur in vocem,ita verbum Dei caro factum est, nec mutatur in carnem.

Verbi diuini & humani comparatio.

Is.43.

✠ AVGVSTINVS.Ergo si te confessus fueris peccatorẽ, est in te veritas.Nam ipsa veritas lux est.Nondum perfectè splẽduit vita tua,quia insunt peccata tua,sed tamen iam illuminari cœpisti, quia inest confessio peccatorum. Expauesce quando numeras etiam leuia peccata tua, nam leuia multa faciunt vnũ grande.Multæ guttæ implent flumen,multa grana faciunt massam.Et quæ spes est?Ante omnia, confessio:ne quisquam se dicat iustum,& ante oculos Dei qui videt id quod est,erigat ceruicem suam homo,qui non erat,& est,&c.

Lib de orat. Dominica.

✠ CYPRIANVS. Salubriter admonemur quod peccatores sumus,qui pro peccatis rogare compellimur, vt dum indulgentia de Deo petitur,conscientiæ suæ animus recordetur. Ne quis sibi quasi innocens placeat, cùm innocens nemo sit, & se extollẽdo plus pereat:instruitur & docetur peccare se quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare.Sic Ioannes in epistola sua monet,dicens: *Si dixerimus quia peccatum non habemus,&c.*

Si autem

☞ CAP.

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et sanguis Iesu Christi filij eius emun.nos ab omni pecc. *Quia sacra noua legis de quibus est baptismus & pœnitentia:quibus aufertur omne peccatum,efficaciam habent à passione Christi.*

2 Si dixerimus. *Hic remouet quoddam falsum dictum quo aliqui iactabant se immunes esse à peccato, ostendens quòd aliquis non potest hoc dicere de peccato præsenti nec de præterito, nisi sibi reuelatum fuerit à Deo.Dicit igitur:*Si dixerimus quoniã pec.nõ ha.*De præsenti.*

3 Ipsi nos se. *Id est, extra societatem Dei ducimus per falsitatem, quia si de peccato veniali sit sermo,illud non potest in præsenti vita totaliter vitari. De illo enim dicitur Prouerb.24.b.* Septies in die cadit iustus,*& sic nullus potest veraciter affirmare se illo carere. Sed quia peccatum veniale non separat à Dei societate, ideò meliùs videtur quòd de peccato mortali loquatur,nullus enim potest scire se peccato carere,nisi Deus sibi reuelauerit.Eccles.9.a.*Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit.*Propter quod si absque Dei reuelatione asserat se omni peccato mortali carere,iam incurrit peccatum iactantiæ & superbiæ,& etiam falsitatis,asserendo quod nescit, ideò subditur :* Et veri. in no.non est.

4 Si confitea.pecca.no.*Humiliter & verè.*

5 Fidelis.*In reddendo promissa.*

6 Et iustus est.*Quia promissum est aliquo modo debitum,& sic reddere est iustum.*

7 Vt remit.no.pecca.no.*Sic enim promisit,Matth.3.a.*Pœnitentiam agite,ap.enim reg.&c. F

8 Et emun.nos ab omni iniqui.*Per ecclesiæ sacramenta, vt dictũ est.*

9 Si dixe.quo.non pec.*De præterito.*

10 Mendacem fa. eum. *Scilicet Deum dicentem contrarium, si quæratur.Vbi dicunt doctores aliqui,quòd hoc dixit Iob 15.b.* Quis est homo vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?*Vbi translatio alia habet;*Nemo mundus à sorde, neque infans cuius est vnius diei vita super terram.*Sed isti non videntur benè dicere,quia verbum allegatum non est ipsius domini, nec sancti Iob ex spiritu Dei loquentis,sed est verbum Eliphaz Themanitis: qui licet in processu libri multa vera dixit,tamen falsam conclusionem nititur sustinere,vt patet per sententiam Dei in fine libri, propter quod dicere quòd verbum eius sit verbum domini non videtur conuenienter dictum. Sed alibi dicit de peccato Originali per os Dauid prophetæ Psal.50.b.*In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.*Et de actuali dicit Matth.6.Vbi docet omnes orare pro peccatorum suorum remissione.*Dimitte nobis debita nostra, *quod est friuolum ei qui non haberet peccata.& per Apostolum Rom.3.a.*Est autẽ Deus verax:omnis homo mendax.

11 Verbum eius.*Id est,Christus qui est verbum Dei patris.*

12 Non est in no.*Per gratiam sanctificantem.*

7 Vt

✠ NICOL

ADDITIO I.

In canonica prima Beati Ioannis,cap.1 *Vbi dicitur in Postilla.* Quod audiuimus,scilicet à Beato Ioanne Baptista.

Hoc quod dicitur à Beato Ioanne: Quod audiuimus *potest referri ad illa quæ in antiquis scripturis sacris de Christo tradũtur,quæ per fidem quæ ex auditu est intelliguntur,vt ad Rom.10.c.* Quod vidimus oculis nostris,*refertur ad illa quæ Apostoli viderunt in cõuersatione Christi quæ propriè erant conformia illis quæ audierunt in prænosticis prophetarum,eo modo quo Christus dixit Luc.7.d.* Ite renunciate Ioanni:quæ audistis & vidistis,*prout fuit expositũ in additione super illud verbum:*Quod prospeximus,*in transfiguratione,in qua gloriam humanitatis Christi diligenter inspexerunt.* Et manus nostræ contrectauerunt, *in resurrectione,prout in Postilla.*

ADDITIO II.

In eo.cap. *Vbi dicitur in Postilla. Dicunt doctores aliqui quòd hoc dicit Iob 15.b.*Quis est homo vt immaculatus sit.

Quòd autem autoritate diuina testentur quod omnis homo peccator est habetur expressè Eccles.7.c.vbi dicitur. Non est enim homo iustus in terra qui faciat bonum & non peccet.*Similiter in Psal.*Omnis homo mendax.

Psal.115 a.

CAP. II.

A a *Filioli mei hæc scribo vobis,vt non pec.* Ne malam securitatem assumatis,audientes vos à Deo mundari,sed vtilem timorẽ habeatis.

✠ OECVMENIVS. Naturæ nostræ instabilitatem & procliuitatem ad peccandum sciẽs,quódque nobis familiare semper sit vt ad deteriora labamur, cúmque insidietur præterea nostræ saluti inuidiosus dæmon, necesse est eos qui Deo iam familiares effecti sunt peccare nisi cautè viuãt, hæc subiungit: quod si etiam post remissionem labamur, ne de nobisipsis desperemus. Cõuersi namq;
B rursum salutem consequemur per mediatorem Dominum Iesum.

† De pœn. di.2.c.si enim inf.4.b

b *Si quis peccauerit.* Si ex humana fragilitate non potestis omnia vitia cauere, date operam vt saltẽ maiora & apertiora caueatis, vt non apprehendat vos tentatio nisi humana. Quod si quis etiam post admonitionem meam ceciderit, non desperet.

Augustin.

CAPVT II.

a ¶ Quibus debeo prouidere,& vos mihi obedire. b ¶ Vt memoria teneatis. c ¶ Dicendo,non peccauimus.
a Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis. 1
b Sed & si quis peccauerit, aduocatum habe- 2 3
c mus apud patrem, Iesum Christum iustum. 4
d a ¶ Propitians nos Deo prædicatione & intercessione. 5
¶ Qui modo in carne viuimus,sed pro omni ecclesia noli dicere, ecce hic Christus,ecce illic Christus, vbique est Christus,vbique propitiatur.
e Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris 6
f autem tantum,sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, 7
a ¶ Hoc est nosse Deum quod amare. b ¶ Charitatem. 8
g quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus: 9
a ¶ Qui mandata seruat,ille scit,nam qui non seruat,nescit. b ¶ Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. 10
h † Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, 11
a ¶ Vel in hoc. b ¶ Christi,qui dicit,Ego sum via veritas & vita. 12
mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat ver- 13
¶ Quasi dicat,ille noscit eum. ¶ Si mandata eius non seruat. 14
bum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc sci- 15
a ¶ Viuimus vera vita,non morimur. b ¶ Verè obseruanda sunt mandata, quia post baptismum dicimus nos in ipso manere.& Qui dicit se. 16
mus,quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere,de- 17
a ¶ In via iusticiæ & charitatis & patientiæ. ¶ Qui pro inimicis orauit. 18
b ¶ Qui dicit:qui vult venire post me,abne.semetipsum & tol.cru. suam & se.me.
c ¶ De virtute in virtutem. ¶ Pro modo suo. d ¶ Et attendenda sunt hæc mandata quia non in.
bet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, 19 20

noli timere ne perdas causam confessionis tuæ,&c.Sed vide ipsum Ioannem seruantem humilitatem, certè vir iustus erat & magnus,qui de pectore Domini mysteriorum secreta biberat: non dixit.*habetis, sed aduocatum,* inquit,*habemus.* Maluit se ponere in numero peccatorum, vt haberet aduocatum, quàm ponere se pro Christo aduocatum,& inueniri inter damnandos superbos. Sed dicet aliquis. Ergo sancti non petunt pro nobis?Sed attendite scripturas, & videte quia & præpositi cõmendant se populo. Nam Apostolus dicit plebi: *Orantes simul & pro nobis.* Orat Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apostolo: oramus pro vobis fratres: sed & vos orate pro nobis. Inuicem pro se omnia membra orent, caput pro omnibus interpellet. D

Coloss.4.

E

f *Et in hoc sci. quoniam cognoui.eum.*Scire, vel cognoscere non semper propter notitiam dicitur, sed propter experimẽtũ & vnionem alterius, rei. Cognoscimus Deum, quando vnimur eis q. sic noscit, mandata eius seruat.*In hoc sci.*Id est, notitiam habemus, quoniam cognouimus vniti & adhærentes ei.

g *Si mandata eius.*Debemus fragilitatem nostram attendere, debemus in peccatis aduocatum quærere, quod vt impetremus de custodiendis mandatis laboremus, per quæ ad cognitionem ipsius venitur.

✠ CYPRIANVS. Ioannes Apostolus mandati (de obseruandis cũctis quæ præceperat Christus)memor,in epistola sua postmodum ponit.In hoc intelligimus quia cognouimus eum, si præcepta eius custodiamus. Hæc præcepta cùm custodienda suggeritis,diuina & cœlestia mandata seruatis.Hoc est esse cõfessorem Domini,hoc est esse martyrem Christi, seruare vocis suæ inuiolatam circa omnia & solidam firmitatem,&c. F

Epi.25.quæ est ad Moysen & cæteros confess.

h *Qui dicit se nos.&c.* Non est magnum vnum Deum nosse, cum & dæmones credant & contremiscant.

c *Aduocatum.*Non est aduocatus nisi eum vocantibus.Displiceant peccata tibi,clama:& ipse audit & liberat.

d *Habemus.*Ioannes vir iustus contemperans se infirmis non dixit,habetis,sed habemus.Ponit se de numero peccatorum,vt habeat aduocatum.

e *Iustum.*Iustus aduocatus iniustas causas non suscipit,qui tamen iustos nos defendet in iudicio,si nos accusamus iniustos.

✠ OECVMENIVS. Humano modo,& dispensatione quadam hæc dicta sunt, vt ostendens eandem filij cum patre naturam, eandémque potentiam, & quod quidquid faceret vna
C trium sanctarum personarum,commune esset & reliquis.

✠ AVGVSTINVS.Si de infirmitate vitæ surrepserit peccatum,continuò vide,continuò displiceat,continuò damna, & cũ damnaueris, securus ad Iudicem venies.Ibi habes aduocatum,

noli time

☞ ✠ CYPRIA-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

✠ 1 Filioli mei.*Hic ex prædictis infert conclusionem intentam,quòd scilicet debemus peccatum vitare,dicens :* Filioli mei hæc.*prædicta.*

2 Scribo vo.vt non pec.*Ne societati diuinæ impedimẽtum ponatis.*

3 Sed & si quis pec.*Ex humana fragilitate.*

4 Aduoca.hab.apud pa.&c.*Ostendentem patri pro peccatoribus vulnera.*

5 Iustum.*Q.d.Non interpellat pro quibuscunque peccatoribus, sed solùm pro verè pœnitentibus.*

6 Et ipse est pro,pro pec.no.*Actiuè & passiuè. Nam seipsum obtulit pro nostra expiatione.*

7 Non pro no.au.tan.sed pro to.mun.*Scilicet quantum ad sufficientiam,sed pro electis tantum quantum ad efficaciam, nam alij ponunt obicem.*

8 Et hoc sci.*Hic consequenter ponitur dictæ societatis promotiuum, quod est opus meritorium,per quod charitas,per quam Deus in nobis habitat,& nos in ipso,meretur augeri vt aucta mereatur & perfici,sic igitur procedit beatus Ioannes,quod primò ad opus meritorium inducit omnes generaliter.Secundò aliquos specialiter,ibi:*Scribo vobis filio. *Prima in duas,quia primò inducit ad opus meritorium.Secundò confirmat suũ dictum,ibi:*Charissimi.*Circa primum dicitur:*Et in hoc.sci.*Probabili tamen coniectura.* 9 Quoniam cogno.eum.*Notitia amatiua quæ est practica:prout praxis extenditur ad effectum.*

10 Si mandata eius ob.*Quia sicut dicit Greg.Homil.20.Amor Dei nunquam est ociosus,operatur enim magna si est,si autem renuit operari amor non est.Ideò subditur.* 11 Quid dicit se nosse Deum. *Notitia charitate formata.* 12 Et man.e.&c.*Facultate habita.*

13 Mendax est.*Quia veritas non subest dicto eius.*

14 Qui autem ser.ver.eius. *Cor. de retinendo & opere adimplẽdo.*

15 Perfecta est.*Perfectum dicitur cui nihil deest.5.Metaph.Sed hoc potest intelligi dupliciter,quo ad præsens. Vno modo cui nihil deest de his ad quæ tenetur,& sic qui seruat verbum Dei quantum ad eius præcepta,dicitur in charitate perfectus. Alio modo accipitur cui nihil deest de his quæ potest habere,& sic charitas non est perfecta in via,quia semper potest qualibet quantumcunque perfectus in merito crescere, vnus tamen dicitur alio perfectior inquantum non solùm seruat mandata quæ sunt necessitatis sed etiam cum hoc consilia quæ sunt supererogationis,Et sic dicit Saluator inueni viam perfectionis quærẽti, Matt.19.a.* Si vis perfectus esse,vade,vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& veni & sequere me.*Et quantò quis feruentiùs eius mandata vel plura de consiliis ex charitate seruat & strictiùs, tantò dicitur magis perfectus.Et quia per charitatẽ Deus habitat in nobis,ideò subditur.*

Perfectum dicitur dupliciter.

16 In hoc sci.quo. in ipso su. *Tamen hic accipitur scientia largè pro coniectura probabili,vt dictum est ca.præce.nisi super hoc habeatur reuelatio diuina.Quod autem sequitur in aliquibus.*Si in ipso perfecti fuerimus,*non est in libris correctis.* 17 Qui dicit se in ipso ma. *Per charitatem.* 18 Debet si.il.am.*Inter homines cõuersando.*

19 Et ipse am. *Ipsum imitando non solùm in obseruatione præceptorum,sed etiam consiliorum secundùm suam possibilitatem, quamuis ad hoc non teneatur de necessitate.*

20 Charissimi.*Hic consequenter confirmat dictum suum, scilicet quod*

nunquam

F

Universidad de Deusto Biblioteca

A ☞ ✠ CYPRIANVS. Grauior nunc & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta, & virtute robusta parare se debēt milites Christi, considerantes idcircò se quotidie calicem sanguinis Christi bibere vt possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere. Hoc est enim velle cum Christo inueniri, id quod Christus & docuit, & fecit imitari: secundum Ioanem Apostolum dicentem, *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare, &c.*

Epist. 56. quæ est ad Thibaritanos.

✠ IDEM. Si non est maior Domino suo seruus, & liberatori debet obsequiū liberatus, qui esse cupimus Christiani debemus quod Christus fecit imitari, scriptum est, & legitur, & auditur, & in exemplum nostri Ecclesiæ ore celebratur: *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo, &c.* Ambulandum est igitur vestigiis paribus, æmula ingressione nitēdum est. Tunc respondet ad fidem nominis, sectatio veritatis, & credenti præmium datur, si quod creditur, & geratur.

De discipl. hab. virgi. B

Dei & proximi. D

✠ CYPRIANVS. Qui odit fratrem, in tenebris ambulat, & nescit quo eat, it enim nescius in gehennam, ignarus & cæcus præcipitatur in pœnam, recedens scilicet à Christi lumine dicentis: *Ego sum lumen mundi, &c.* Sequitur autem Christum qui præceptis eius insistit, qui per magisterij eius viā graditur, qui itinera eius sectatur, qui id quod Christus & fecit & docuit imitatur, &c.

Serm. de zelo & liuore.

✠ AVGVSTIN. Eia fratres mei, quādiu dicemus vobis, diligite inimicos? Respiciat vnusquisque cor suum, non teneat odium contra fratrem pro aliquo verbo duro, ꝑ contentione terræ, ne fiat terra. Quisquis enim odit fratrem suum, non dicat quia in lumine ambulat, quia in tenebris est. Hoc exponere necesse nō est, sed gaudere si nō fiat, aut plangere si fiat.

† Ioan. 13. d E

a ¶ Et inauditum. ¶ Visitatum ab Abel & sanctis patribus, non quia ad veterem hominem pertineat.
a non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus,
a ¶ Fidei vestræ. b ¶ Hoc & verbum istud, quod audistis à me, & ab aliis prædicatoribus, est illud vetus mandatum, ideò vetus, quia audistis.
quod habuistis ab initio. Mādatum vetus est verbum quod
a ¶ Et hoc mandatum debetis tenere, quia non tantum semel prædico & commendo, sed quia multum vtile video, iterum & iterum illud quasi nouum replico. b ¶ Quod innouat. c ¶ Non vmbratile.
b audistis. † Iterum mandatum nouum scribo vobis, quod ve- 1
¶ In hoc apparet esse nouum & etiam verum quia a ¶ Nox præcessit, dies autem appropinquabit. b ¶ Liquidè omnibus loquitur veritas, sed non omnes liquidè audiunt. 2 3
c rum est & in ipso, & in vobis, quia tenebræ transierunt & ve- 4
d a ¶ Christianæ fidei vel bonæ operationis. b ¶ Quem Deus præcipit diligi. 5
e rum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suū 6
f a ¶ Id est, deputatus tenebris inferni. ¶ Trabem in oculo habens. 7
¶ In peccatis in quibus natus erat. ¶ Etiam postquam per baptismum ad Deum accessit. b ¶ Sed. 8
g odit, in tenebris est vsque adhuc. Qui diligit fratrem suum, 9
a ¶ Bonorum operum, quia tunc ei bona opera & lux fidei prosunt. b ¶ Vnde turbatur oculus. 10
h in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit 11
¶ Ignorantiæ. a ¶ De vitio in vitium. b ¶ Quia reatum suum non intelligit 12
fratrem suum in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia 13
a ¶ Ita turbat oculum, odium excæcat. b ¶ Inuisibiles quibus Deus videtur c ¶ Occidentes patri, vel nuper geniti. ¶ Paruuli non ætate, sed scientia
i k tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli, 14

a *Non mandatum nouum scrib.* Eadem charitas mandatum vetus est, quia ab initio commendata. Eadem nouum mandatum quia tenebris eiectis desiderium nouæ lucis infundit. (Iacob. 2. d.)

✠ IVNILIVS AFRIC. Quomodo dicit: *Non mandatum nouum scribo vobis*: cùm Dominus in Euangelio nouum appellet? Quod mandatum vetus dixit, quod habebatis inquit, ab initio. Ideò ergo vetus, quia iam illud audistis, alioqui contrarium erit Domino, vbi ait: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Ideò ergo vetus, quia iam audistis, & ipsum nouum contendit iterum, dicens, *Mandatum nouum scribo vobis,* non alterum, sed idem ipsum quod dixi vetus, idem est nouum.

b *Quod verum est.* Secundum quòd promisit per obseruationē mandatorum Dei ad ipsius cognitionem & dilectionem perueniri.

c *Et in ipso.* Christo impletum, quia obediuit patri vsque ad mortem: & ideò glorificatus. (Philip. 2. b.)

C d *Et inuo.* Quorum quidam iam per hoc cum Deo gloriantur, & verè est nouum, quia tenebræ iam transf. Tenebræ ad veterem hominem pertinent, lux verò ad nouum hominem.

e *Tenebræ transf.* Id est, corpus passibile & miseriæ carnis in Christo transierunt, & verum lumen immortalitatis iam lucet in eo quo illuminat etiam alios qui fuerunt vetus homo & tenebræ, nunc autem lux in domino.

f *Qui dicit se in.* Determinat quod mandatum accipiat, id est, charitatem, & qualiter charitas ipsa habenda sit, scilicet dilectio Dei &

g *Qui diligit fratrem suum.* Est in lumine scientiæ & operationis, sed *qui odit est in ten.* ignorātiæ; & per ipsam ignorātiam ambulat de vitio in vitium, *& nescit,* Id est, non prouidet, *quo eat:* ad, quam pœnam recipiendus sit. Vel, *nescit quo eat,* id est, ignorat viam qua conuertatur ad melius: & hoc non ideò, quando via aperta sit, sed *quia tene.obcæca.ocu.eius.* Qui à lumine Christi recedens peccatis & carnali voluptate ita præpeditur, vt etiamsi bonum videat, non tamen exequatur.

Qui dilig.frat. Tolerat omnia propter vnitatem charitatis, etiam si fratri adhibet correctionem, non irascitur, non ignominiosa infert. *Pax enim multa diligentibus legem tuam.* Id est, charitatem, *& non est illis scandalum.* (Psal. 118. g.)

h *Qui autem odit fratrem, &c.* ✠ OECVMENIVS. Hoc est. Qui dicit se esse Christi, & fratrem suum odit, mentitur, & non est Christi. Si enim Christus illum ita dilexit, vt animam suam pro eo poneret, quomodo is qui se dicit esse Christi, odit fratrem suum pro quo Christus mortuus est? Aut etiam hoc modo. Qui dicit se esse Dei & odit fratrem suum qui est Christus (ipse nāque dicit, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis) hic non est Dei, sed diaboli. Nam si Dei esset, diligeret vtique fratrem suū, & ita etiam Christum. F

i *Scribo vobis filioli.* Præponit causam quæ posset eos abstrahere ab amore mundi, quia baptizatis in nomine Christi: & inuocantibus nomen Christi, dimittuntur peccata. Ergo Christo magis adhærendum est quàm mundo.

k *Filioli.* Hoc etiam modo potest haberi charitas si diligitis Deum & mundum & omnia quæ sunt eius ne cogitetis. Et hæc ☞ scribo vobis

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *præceptum de dilectione Dei & proximi, ex quo procedunt opera bona est ab antiquo datum, dicens,* Charissimi non man.nouum scri.vo. &c. *Est enim hoc mandatum de dictamine legis naturalis quod homo diligat Deum à quo habet esse & viuere, & hominem sibi similem in specie. Vnde & bruta animalia hoc faciunt, Eccles. 13. c.* Omne animal diligit sibi simile, *& sic est insertum menti humanæ à sua prima conditione. Est etiam de lege scripta diuina: Deut. 6. c.* Diliges Dn̄m Deum tuum ex toto corde tuo, &c. *Et de dilectione proximi dicitur Leuit. 19. d.* Diliges proximum tuum sicut teipsum, *& sic est datum ab initio legis.*

1 Iterum man.nouum scri.vo. *Quia idem præceptum de dilectione renouatum est in Euangelio, quod dicitur lex amoris.*

2 Quod verum est. *Id est, verificatum.*

3 Et in ip. *Scilicet Deo humanato, qui ex charitate maxima passus est pro nobis.*

4 Et in vo. *Quia per hoc dedit hominibus maximum incentiuum amoris, propter quod imminente sua passione dicit Ioan. 13. d.* Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.

5 Quia tene. *Id est, figuræ & vmbra veteris Testamenti.*

6 Transierunt. *In passione domini, in cuius signum* velum templi tunc fuit scissum, Luc. 23.

7 Et verum lu.iam lu. *Id est, veritas Euangelij.*

8 Qui di.se in lu.es. *Id est, in veritate Euangelica viuere.*

9 Et fratrem suum odit in teneb.est. *Culpæ & ignorantiæ. Et per oppositum.*

10 Qui di.fra. *In Deo & secundum Deum, quod est charitatiuè diligere.*

11 In lu.ma. *Scilicet gratiæ, & per consequens in lumine increato in quo manet per gratiam, sicut amans in amato.*

12 Et scan.in eo non est. *Scilicet actiuum & passiuum. Scandalū enim est dictum vel factum minus rectum, alteri præbens occasionem ruinæ. Manens autem in lumine dicto modo, ex facto vel dicto suo non præbet alteri occasionem peccandi, nec ex facto alterius vel dicto ruit in peccatum.*

13 Qui autem odit, &c. *Patet ex dictis sententia.*

14 Scribo vobis. *Hic consequenter ad opera meritoria inducit aliquos specialiter. Et primo baptizatos ab eo, de quorum salute erat spe-* ✠ *cialiter so-*

☞ scribo vobis vt rem vtilem. Omnibus scribo quibusdam vt filiis A quibusdam vt patribus, aliis vt iuuenibus.

Filioli. Patres, adolescentes, iuuenes. Ideò filij: quia remittuntur peccata. Ideò patres, quia cognouistis antiqua. Ideò iuuenes quia fortes, quia vicistis.

a *Adolescentes.* Adolescentiæ tempus ꝓpter incentiua carnis lubricum, sed ꝓpter robur ætatis habile certamini, & hi tentamenta voluptatum verbi Dei amore vicerunt, & persecutiones contempserunt.

† filioli

b *Infantes.* Humiles spiritu, qui quo magis humiliantur sub potenti manu Dei, eò sublimius norunt arcana diuinitatis, vnde: Reuelasti ea paruulis. (Matt. 11. d.)

B c *Scribo vo.iu.* Considerate etiam atque etiam quia iuuenes estis, pugnate vt vincatis, vincite vt coronemini, humiles estote, ne in pugna cadatis.

a ¶ Non Pauli, non Donati.
quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius. 1
a ¶ Non ætate, sed sapientia. ¶ Venerandi senes quibus iam debet amor mundi frigescere. 2
¶ Quorum est meminisse antiqua, & iunioribus pandere.
b ¶ Scitis Christum cum patre & spiritusancto semper fuisse, & hoc aliis nunciatis.
Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio 3
a est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. 4
¶ Humiles spiritu.
b Scribo vobis † infantes, quoniam cognouistis patrem. Scri- 5
a ¶ Commendat & repetit. Mementote vos esse patres si obliuiscimini eum qui ab initio est, perditis paternitatem.
bo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est.
a ¶ Qui in virtute animi & amore verbi Dei incentiua carnis vicistis, & diabolo viriliter restitistis. b ¶ Non ex vobis, sed quia verbum Dei est. c ¶ Filius Dei, prædicatio filij Dei.
c Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei 6
a ¶ Et turpe esset vinci ab illo quem vicistis. b ¶ Vobis omnibus hoc scribo. c ¶ Abundantiam mundi, vel pulchritudinem eius.
d in vobis manet, & uicistis malignum. Nolite diligere mun- 7
e a ¶ Vt aurum & argentum & omne fluxum diuitiarum. b ¶ Quia. 8
¶ Sicut per odium proximi, ita per amorem mundi extinguitur amor Dei, &c. 9
dum, neque eā quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, 10
f non est charitas patris in eo. Quoniā omne quod est in mūdo 11
12

riis, *Nolite diligere mundum.* Vnum cor duos sibi aduersarios amores non capit. Radicati in charitate, super hanc radicem nihil ædificetis, nisi quod conuenit charitati, quia non potestis duobus dominis seruire. Sicut dilectio Dei fons omnium virtutum, ita dilectio mundi omnium vitiorum. Vnde sequitur. D (Matth 6. c.)

f *Quoniā omne quod est in mundo.* Omnes dilectores mundi, nihil habent nisi hæc tria, quibus omnia vitiorum genera cōprehenduntur. Concupiscētia carnis est desiderium omnium quæ ad voluptatem & delitias corporis pertinent, vt cibus, potus, concubitus, & huiusmodi. Concupiscentia oculorum, est omnis curiositas quæ fit in discendis artibus magicis, in contemplandis spectaculis, in superuacuis acquirendis rebus temporalibus, in dignoscendis carpēdisque vitiis proximorum. Superbia vitæ, cum quis se iactat in honoribus, magnas familias expetit. Per hæc tria victus est Adam, quia cibum vetitum concupiuit, voluit esse sciens bonum & malum, voluit esse sicut Deus. Hæc tria vicit Christus quia non est captus amore panis corporalis non descendit de pinna quod esset tentare Deum, noluit extolli super regna mundi. (Mundi tria. E. Gen. 3 a. Matth 4. a.)

✠ OECVMENIVS. Quoniam dixerat, præceptum nouum scribo vobis, significat etiam dispositionem illorum qui literas essent accepturi, id autem designat per progressum iuxtà corporale augmentum. Nouerat enim quod non in æquali honore sermonem essent omnes accepturi, neque æquali ac studio: sed hi quidem veluti pueruli magis per modum instructionis: quibus tamen spondet peccatorum remissionem per fidem in Christum. Alij verò sicut qui promouerunt in virum perfectum ætatis plenitudinis Christi, quibus etiam testificatur quod cognitionem habeant illius qui ab initio est, is autem est Deus Verbum. Porrò alij quasi adolescentes sunt, quibus tanquam iuueniliter ac robustè se gerentibus aduersus affectus & afflictiones, attestatur quod accepturi sint palmam victoriæ, &c.

d *Et vicistis.* Trahebantur tunc temporis ex consuetudine ad lupanar, sed isti viriliter resistendo vincebant. (Rom. 13. d.)

e *Nolite dili.mun.* Vtimini mundo ad necessitatem, sed non diligite ad superfluitatem. Et carnis curam ne feceritis in desideriis, *Nolite* C

✠ AVGVSTINVS. Pompæ diaboli sunt quæque illicita desideria, quæ torpent, non exornant animam: vt sunt desideria carnis, desideria oculorum, ambitiones seculi. Ad concupiscentiam carnis pertinent illecebræ voluptatum, ad concupiscentiā oculorum nugacitas spectaculorum, ad ambitionem sæculi insania superbis vbi fumus inflatus, vt homo positus in aliqua potestate hominem se esse non agnoscat, cùm de homine iudicat. Qui ergo vult mundum vincere, tria ista vincat, quæ sunt in mūdo: & per hæc illum vincit etiam qui suadendo per superbiam decepit mundum. Postquam autem homo renunciando diabolo excludit pessimum inuasorem, introducat optimum possessorem, credat in Deum patrem omnipotentem, &c. (Lib. 3. de symbolo. cap. 1.)

☞ *Concupiscentiam.* F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *cialiter solicitus, non enim omnes eiusdem ciuitatis vel patriæ baptizauit vel conuertit, nam in partibus illis Paulus prædicauit & Timotheus & plures alij, vt patet ex epistolis Pauli & Actibus Apostolorum. Dicit ergo:* Scribo vo.fil. *Illi filioli propriè dicuntur alicuius à quo baptizati sunt, vel de baptismo leuati.*

1 Quoniam rem.vo.pec. *Id est, remissa sunt in baptismo, qui delet totam culpam & pœnam.*

2 Propter nomen eius. *Scilicet Christi in cuius nomine dabatur baptismus in primitiua ecclesia, vt habetur Act. 2. Q.d. de cætero non debetis inquinari per peccatum. Secundò inducit conuersos moribus & scientia de quibus est multum curandum, eò quòd bonum ipsorum redundat in totam ecclesiam, propter quod vocat eos patres, dicens.*

3 Scribo vobis, &c. qui ab ini. *Id est, verbum incarnatum procedens à patre, vt dictum est in principio huius epistolæ. Q.d. eis: Ex quo habetis maiorem scientiam aliis debetis esse aliorum exemplum virtutis. Tertiò inducit adolescentes, in quibus incipiunt concupiscentiæ carnis vigere, propter quod laudat eos de castitate, vt ad eam magis animentur, nam virtus laudata crescit. Ideò dicit.*

4 Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. *Id est, malignis incentiuum, qui est ignis concupiscentiæ carnalis. Q.d. de cætero non debetis permittere vos vinci à carnalibus desideriis. Quartò inducit infantes, tamen aliquo modo rationis capaces, qui licet pauca cognoscant de diuinis, tamen recognoscunt Deum esse patrem iustorum. Dicit igitur.*

5 Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem. *Q.d. Ex quo cognouistis eum debetis eum reuereri, & prout possibile vobis est imitari. Quintò inducit iuuenes, qui iam habent robur corporis dicens.*

6 Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis. *Q.d. Sicut estis fortes in corpore, ita sitis mente, vt non deficiatis in quacunque tribulatione. Et subditur ad hoc ratio.*

7 Et vicistis malignum. *Id est, diabolum renunciando ei & pompis eius in baptismo. Q.d. debetis firmiter stare, ne de cætero vincamini ab ipso.*

8 Nolite diligere. *Hic ponitur diuinæ societatis cum hominibus dissipatiuum vt euitetur quod est duplex scilicet cupiditas, quæ est venenum charitatis, in qua charitate consistit dicta societas, & hæresis peruersitas, quæ dictam societatem dissoluit. Ergo primò docet cauere primum. Secundò secundum, ibi:* Filioli. *Circa primum dicit.* Nolite dili.mundum. *Non accipitur hic mundus pro vniuersitate creaturarum, sicut dicitur Ioan. 1. a.* Mundus per ipsum factus est. *Creaturæ enim diligendæ sunt, inquantum per eas ascendimus tanquam per scalam ad cognitionem creatoris, Rom. 1. c.* Inuisibilia enim ipsius, id est, Dei à creatura mundi. *Id est, ab homine per ea quæ facta sunt,* intellecta conspiciuntur: Sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. *Sed accipitur hic mundus pro hominibus delectabilia huius mundi inordinatè quærentibus, de quibus dicitur Ioan. 1. a.* Mundus eum non cognouit, *quia occupatio circa delectabilia mundi impedit cognitionem Dei. Licet autem natura sit in ipsis diligenda, vitium tamen est odiendum & fugiendum.* Nam amicus stultorum similis efficientur. Prouerb. 13. d. *Nominatur autem hic mundus ratione vitiorum. Ideò subditur.*

9 Neque ea qui in mun.sunt. *Id est, vitia eorum.*

10 Si quis diligit mun. *Hoc modo dictum.*

11 Non est cha.pa.in eo. *Nam amor delectabilium huius mundi retrahit ab amore diuino.*

12 Quoniam omne quod est in mundo. *Id est, in hominibus mundanis.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Concupiscentia.* Quæ concupiscentia & superbia non est ex patre pugna vitiorum non ex Deo est patre & conditore, sed ex mundi amore quem Deo præferimus. Fecit Deus homines rectos, ipsi se miserunt infinitis quæstionibus: Deus intentator malorum est, sed vnusquisque tentatur à propria concupiscētia.

b *Qui autem facit volun.* Hoc etiam modo potest haberi charitas, si nullo instinctu hæreticorum deuicti estis à fide & ceteris quę sunt Dei. († fastus) Et vt eam teneatis permaneant in vobis quæ audistis ab initio, proponit causas. Filioli, quia nouissima hora.

c *Filioli mei nouiss. hora est.* Et propter hęc debetis persistere, (B) quia multi Antichristi qui vos volūt seducere: *sicut audistis quia Antichristus ve.* († 23.q.4.c. Nabuchodonosor.) Cùm quanto enim impetu & errore audistis venturum Antichristum, cum tanta violentia & isti veniunt. In vndecima hora sumus, venit Saluator in carne, & secutura est pestis Antichristi, quæ præconia salutis impugnet, quæ vineam quam Christus excolit, extirpet, & huius nequissimi capitis iam multa membra præmissa sunt, à quibus cauendum est, quia iam imminet finis sæculi. Vel, *Nouissima hora.* Id est, similis nouissimæ. Similis est hæc persecutio illi futuræ.

d *Nunc Antichristi mul.* Antichristi omnes hæretici, omnes qui fidem quam confitentur verbis destruunt actibus, omnes Christo contrarij, qui venturo suo capiti testimonium reddunt quia mysterium iniquitatis iam operatur.

e *Antichristi mul.* Quia baptizati & chrismate vncti per quæ meliùs possunt decipere, sunt Christo & ecclesiæ eius cōtrarij.

✠ AVGVSTINVS. (Lib.10 de ciuit.c.19.) Ad mysterium iniquitatis pertinere arbitrantur multi, quod ait in epistola sua Ioannes: *Sicut audiuistis quod Antichristus sit venturus, nunc autem Antichristi multi facti sunt, &c.* Sicut ergo ante finem in hac hora, inquiunt, quam Ioānes nouissimam dicit, (C) exierunt multi hæretici de medio Ecclesiæ, quos multos dicit Antichristos, ita omnes tunc inde exibūt, qui non ad Christum, sed ad illum nouissimum Antichristum pertinebunt, & tunc reuelabitur.

✠ ORIGENES. (In 24.c. Matth.) Generaliter vnus est Antichristus, species autem illius multæ, tanquam si dicamus: Mendacium generaliter vnum est, secundùm differentias autē falsorum dogmatum, inueniuntur multa esse mendacia. Si enim mendacium non differt à mendacio, puta aut Basilidis, aut Marcionis, aut Valentini, aut aliquorum similium, vnum videtur esse mendacium. Si autem secundùm diuersa dogmata mentiuntur, multi sunt qui exurgunt. Hi enim sunt Antichristi, & quicunque post eos surrexerint. Similiter dices de prædicatoribus singularū hæresum.

✠ DIDYMVS ALEX. (D) Non de omnibus qui fallacem doctrinam habent, hæc scribuntur, sed de solis declinantibus ad falsam sectam post instructionem Euangelicam, qui tanquam ex Christianis facti noscuntur Antichristi: quoniam quantum ad hoc, quod aliquando susceperunt doctrinam Christi, ex discipulis Christi extra eos facti sunt, eligentes fallacibus inesse doctrinis. Quapropter licet annunciēt scripturas, non sunt recipiendi, cùm ab († 2.q.4 ca ecclesia §. his ita.) earum sensu recesserint, & ad impios sensus accesserint, recedentes ab vnctione quā habebant à Spiritu sancto, & ostentantes quod sint Antichristi. († venturus sit)

✠ IRENAEVS. (Lib 1.c.8.) (E) Marcus quidam hæresiarcha, magicæ imposturæ peritissimus, per hanc viros multos & fœminas seducens ad se conuertit, velut ad scientissimum & perfectissimum, & habentem virtutem maximam præcursor verè existens Antichristi.

✠ OECVMENIVS. Nam si Antichristum inquit, expectamus, nunc autem Antichristi multi versantur in hac vita (dicit autem Cherintum illíque similes) manifestum est quod tempus consummationis immineat, dum multi Antichristi vnum præcedunt, itérque illi parant.

✠ CYPRIANVS. (Epist.76. quæ est ad Magnum.) Beatus Ioannes multam hæresim aut schisma discreuit, sed vniuersos qui de Ecclesia exissent, Antichristos appellauit. Vnde apparet aduersarios Domini Antichristos omnes esse, quos constet à charitate atque ab vnitate Ecclesiæ Catholicæ recessisse.

f *Ex nobis prodierunt, &c.* Sed licet sint multi Antichristi, non tamen vos terreat si ad Iudaismum vel paganismum redierunt, ne putetis ecclesiam ex hoc pati aliquod damnum: quia si ex nobis exierunt, tamen non erant ex nobis veraciter. Non potuissent ęgredi nisi essent Christo contrarij, qui non est Christo contrarius, in corpore Christi manet. (August. F) Sic sunt ficti in Ecclesia quomodo humores mali in corpore, quando euomuntur releuatur corpus, sic quando exeunt mali, releuatur ecclesia.

✠ AVGVSTINVS. (Lib. de bono perseuerantiæ. c.8.) Ex duobus piis, cur huic donetur perseuerantia vsque in finem, illi autem non donetur, inscrutabiliora sunt iudicia Dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait vnus prædestinatorū, qui de pectore Dñi bibebat hoc secretum, mansissent vbique nobiscum. Sed nónne vtriq; à Deo creati, vtriq; ex Adā nati, vtriq; de terra facti erant, & eiusdē naturæ animas acceperant? Nónne vtrique vocati, vtriq; ex impiis iustificati, & per lauacrū regenerationis vtriq; renouati? ☞ Vera sunt

a ¶ Cùm per tactum vel gustum caro delectatur: b ¶ Quando visu delectatur, vt in pulchris vestibus & auro & talibus.

a concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & 1 2

a ¶ Omnis ambitio sæculi. b ¶ Non est ex Deo creante & paterne nobis præuidente, sed ex Deo quod nos applicamus ad mundum.

† superbia vitæ quæ non est ex patre, sed ex mundo est, † & 3 4 5

a ¶ Patri debemus adhærere, non mundo quia. b ¶ In nouam formam. c ¶ Quia in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. d ¶ Non qui tantum dicit, Dñe Dñe.

b mundus transibit & concupiscentia eius. Qui autem facit 6 7 8

¶ Quia æterna quæsiuit. ¶ Propè est finis vnicuique.

c voluntatem Dei, manet in æternum. Filioli mei, nouissi- 9 10

¶ Deo & ecclesiæ eius contrarius.

ma hora est, & sicut audistis quia Antichristus † venit, 11 12

¶ Et quia multi Antichristi sunt.

d nunc Antichristi multi facti sunt. Vnde scimus, quia 13 14

e a ¶ Absque dilatione veniet dies iudicij. b ¶ Ab vnitate Catholica recedentes.

f nouissima hora est. † Ex nobis prodierunt, sed ex nobis 15 16 17

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Concupiscentia carnis est. *Quæ viget in voluptuosis.*
2 Et concupiscentia oculorum. *In cupidis & auaris.*
3 Et superbia vitæ. *In ambitiosis.*
4 Quæ. *Scilicet triplex concupiscentia.*
5 Non est ex patre. *Quia nihil vitiosum est à Deo, licet res concupitæ sint ab eo, & etiam potentia concupiscibilis, & eius actus quantū ad eius, non autem inquantum deordinatus.*
6 Sed ex mundo est. *Quia peruenit ex defectu seu malicia hominū mundanorum.*
7 Et mundus. *Id est, homines mundani.*
8 Transibit. *De hoc mundo per mortem, vita enim præsens non est nisi quidam transitus, Sap. 2.b.* Vmbræ transitus est tempus nostrū.
9 Qui autem facit vol. Dei, ma. in æternum. *Quia de statu gratiæ transit ad statum gloriæ, quæ est gratia consummata.*
10 Filioli. *Hic consequenter docet primò præcauere hæreticorum peruersitatem. Et secundò firmiter tenere Catholicam veritatem, ibi:* Vos quod audistis. *Tertiò circa dicta facit breuem recapitulationem ad maiorem dictorum firmitatem, ibi:* Hæc scripsi vobis. *Prima in duas, quia primò monet hæreticos cauere. Secundò docet eos cognoscere, ibi:* Sed vos. (Diuisio) *Circa primum dicit:* Filioli. *Hic accipitur filioli largius quam suprà scilicet pro omnibus fidelibus, qui dicuntur filioli beati Ioānis eò quòd erat Apostolus in illis partibus.*
11 Nouissima hora est. *Id est, sexta ætas & vltima huius mundi quæ simul currit cum septima, quæ est ætas quiescentium in cœlo à tempore passionis Christi per quam aperta est ianua cœlestis. Aliter exponitur de tempore Antichristi, quod dicitur hora nouissima, eò quòd est futurum circa finem mundi, tamen aliquo modo incœpit à tempore Apostoli in quo Ebion & Cherintus surrexerunt & plures alij hæretici, qui fuerunt figura Antichristi, sicut beatus Ioannes Baptista dicitur venisse in spiritu Heliæ, Luc.1. Et huic expositioni magis concordat litera sequens, cùm dicitur.*
12 Et sicut audistis quia Antichristus venit. *Id est, venturus est tempore suo.*
13 Nunc Antichristi mul. facti sunt. *Scilicet hæretici corrumpentes veritatem Euangelij, sicut faciet Antichristus.*
14 Vnde sci. *Id est, [illegible] hoc perpendimus.*
15 Quia nouissima hora est. *Id est, quòd tempus Antichristi quodammodo incœpit in eis.*
16 Ex nobis prod. *Id est, ex societate nostra. Nam hæretici propriè dicuntur qui fidem Catholicam susceptam corrumpunt.*
17 Sed ex nobis, &c. *Secundùm æternam Dei prædestinationem.*

✠ Nam si

☞ Vera sunt hæc omnia, ex nobis erant, veruntamen secundum aliam quandam discretionem non erant ex nobis. (A) *Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum.* Non erant ex eis, quia non erant secundum propositum vocati, non erant in Christo electi ante constitutionem mundi, non erant in eo sortem consecuti: nō erant prædestinati secundum propositū eius, qui vniuersa operatur.

✠ CYPRIANVS. (L. de vnitate eccl.) Cohærere non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cū lumine, pluuia cum serenitate, pugna cū pace, cum fœcunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cū tranquillitate tempestas. († De sacra vnctione c. vnico.) Nemo existimet bonos de ecclesia posse discedere. (B) Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit. Inanes paleę tempestate iactantur, inualidæ arbores turbinis incursione euertuntur. Hos execratur & percutit Ioannes Apostolus, dicens: *Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis, &c.* Hinc hæreses factæ sunt frequenter, & fiunt dum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet vnitatem. Fieri verò hæc dominus permittit, manente propriæ libertatis arbitrio, vt dum corda & mentes nostras veritatis discrimen examinat, probatorum fides integra, manifesta luce clarescat, &c.

a *Sed vt manifesti.* (Augustin.) Multi qui non sunt ex nobis, accipiunt nobiscum sacramenta Christi, sed tentatio probat quia non sunt ex nobis, quando illis tentatio venerit, quasi occasione venti volant foras, quia grana non erant. Omnes tunc volabunt cum (C) area dominica cœperit ventilari in diē iudicij. Ideò permittēte Deo quidam ante vltimam dissentionem exeunt de ecclesia, ostendentes se non fuisse de corpore Christi, vt per hoc manifestè clarescat, quoniam non sunt omnes ex nobis, qui nobiscum intra positi sacramenta Christi recipiunt, & ideo non debet vos grauare eorum separatio.

b *Sed vos vnctionem.* Cum de hæreticis loqueretur, repentè ad suos conuersus dicit eos habere vnctionem à sancto, vt è contrariò ostendat, quod hæretici & omnes Antichristi sint gratiæ spiritualis munere priuati, nec pertinent ad eum qui sanctus vocatur à prophetis.

✠ OECVMENIVS. Tanquam diceret. Sed quid ego vobis hæc narro, quasi ignorātibus? Non est apud vos horum ignorātia. Sacrā enim vnctionē per sanctū baptisma accepistis, & per hanc diuinum spiritum, qui vos ducit in omnem veritatem. (D) Quoniā hoc ita est, scitis quod non scribā vobis hęc tanquam ignorantibus, sed tanquam scientibus. Quænam hæc? Nouissimum tempus, Antichristi aduentum, omnia esse plena mendacio. Propterea igitur quod abundet mendacium, ait: Dico etiā Antichristos multos factos esse.

c *Nostis om.* Nostis veritatem fidei & vitę, docti per vnctionem spiritus, nec opus habetis doceri, nisi vt persistatis in eo quod cœpistis.

d *Et quoniam omne mendacium.* Dixerat: omne mendacium non est ex veritate: Sed quia multa sunt genera mendaciorū inter se disparia, nūc singulare ponit mēdacium negationis (E) Christi cuius comparatione cætera aut parua, aut nulla videantur. Hoc proprium est Iudęorum vt dicant, Iesus non est Christus, sed & omnium qui Christi mandatis obtemperare contemnunt. (Qui confitetur filium patrē habet)

e *Hic est Antichristus qui negat pa.* Ecce admoniti sumus quomodo cognoscamus Antichristum, scilicet, quicunque negat Christum.

✠ OECVMENIVS. Hoc impius Simon delirans nugabatur, alium esse Iesum, & alium Christum, Iesum quidem eum qui erat à sancta Maria: Christum verò eum qui in Iordane è cœlo descenderat. Qui igitur huic applaudit mendacio, inquit, is est Antichristus. Quod dupliciter accipiendum est, & de eo qui negat Iesum esse Christum, & de eo qui negat patrem & filium. Nam is etiam mendax est & Antichristus.

f *Qui negat patrem.* Frustra confitetur Deum patrem qui negat filium qui ex Deo procedit. (F)

g *Omnis qui negat filium.* Ne quis dicat, Christum non colo, sed Deum patrem colo, addit: *Omnis.*

✠ CYPRIANVS. (Epist.73. quæ est ad Iubaianum) Quid est aliud quam participem blasphemantibus hæreticis fieri, defendere velle, quod remissam peccatorum accipere in Christi nomine possit, blasphemans grauiter & peccans in Patrem & Dominum & Deum Christi? Quid deinde illud quale est, vt qui filium Dei negat, neque patrem habeat, & qui negat patrem filium habere videatur, cùm filius contestetur & dicat: *Nemo potest ad me venire, nisi fuerit illi datum à patre:* (Ioan.6.) vt manifestum sit nullam remissionem peccatorum in baptismo accipi à filio posse, quam constet patrem non dedisse, &c.

☞ *Quod*

a ¶ Inde probatur quod non erant ex nobis. ¶ Prædestinatione & electione domini. b ¶ Qui enim vsque in fidem perseuerauerit, hic saluus erit.

a non erant. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique no 1

biscum. Sed vt manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex 2 3

¶ Vos debetis permanere: quia habetis baptismum vel spiritum sanctum per quem omnis dolor ignorantiæ & peccati pellitur. a ¶ Qui sint boni, qui mali, nec est opus, vt doceamini, quia vnctio vos docet. b ¶ Quæ tenenda sunt de fide.

b c nobis. † Sed vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia 4 5 6

a ¶ Verè nostis omnia, & im. b ¶ Si ignoraretis quæ tenenda essent de fide, possem vobis quasi paruulis lac ministrare, sed quia perfecti estis in scientia, sicut perfectis scribo.

Non scripsi vobis, quasi ignorantibus veritatem, sed quasi 7

¶ Et hæc etiam scientibus, nullam mendacium ex veritate, & qui mentitur non est ex Christo.

d scientibus eā. Et quoniā omne mendaciū ex veritate non est,

a ¶ Sed specialiter. ¶ Proprium nomen. ¶ Messias in lege promissus.

quis est mendax? nisi is qui negat, quoniā Iesus est Christus. 8

e f Hic est Antichristus, qui negat patrē & filiū. Omnis qui ne- 9 10

a ¶ Iesum esse. b ¶ Nec filium, nec ipsum patrem habet placatum. c ¶ Corde, voce, & opere. d ¶ Iesum esse Christum.

g gat filium, nec patrem habet. Qui cōfitetur filium & patrem 11 12

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nam si fuissent ex nobis. *Hoc modo.*
2 Permansissent vtique nobiscum. *Quia diuina prædestinatio non frustratur effectu suo.*
3 Sed vt manifesti. *Scilicet, supple exierunt de societate nostra, vt sic à fidelibus melius euitentur.*
4 Sed vos. *Hic consequenter docet modum cognoscendi hæreticos, qui aliquando aliunde veniebant ad subuertendum fidem simplicium. Et primo tangit à parte fidelium, dicens:* Sed vos vnctionem. *gratiæ.*
5 Habetis à sancto. *Supple spiritu, quæ data est vobis in baptismo.*
6 Et nostis omnia. *Scilicet, ad salutem necessaria. Natura enim non deficit in necessariis, & multo minus autor naturæ, veritas autem fidei necessaria est ad salutem, tamen magis vel minus explicitè, secundum statum credentium. Nam sacerdotes plura tenentur explicitè cognoscere de his quæ sunt fidei, quam simplices laici. Et ideò si veniat hæreticus ad corrumpendum fidem, & fidelis se conuertat ad Deum ad habendum eius vnctionem dirigentem, non deficiet qui eum dirigat per se vel per alium, secundum ea quæ pertinent ad statum suum, & sic in potestate est habere vnctionem docentem de omnibus necessariis ad salutem. Illud autem habere dicimur, quod est in potestate nostra habendi.*
7 Non scripsi quasi ignorantibus veritatem. *Hoc dicit specialiter pro maioribus qui sciebant falsitates hæresum, & veritatem articulorum discernere. Secundo dant modum cognoscendi ex parte hæreticorum, dicens.*
8 Quis est mendax. *Scilicet, in fide.*
9 Nisi is qui negat. *Id est, negationem quæ sequitur affirmat esse veram scilicet.*
10 Quoniam Iesus non est Christus. *Hoc enim affirmant Iudæi obstinati, dicens quod Iesus Nazarenus non est Christus in lege & prophetis promissus, hoc etiam affirmabant hæretici qui iudaizabant post susceptionem baptismi.*
11 Hic est Anti. *Id est, Christo contrarius.*
12 Qui negat patrem & filium. *Sunt enim correlatiua, quæ posita se ponunt & perempta se perimunt, ideò qui negat vnum, negat & alterum: & similiter qui confitetur vnum, confitetur & alterum.*

a *Quod audistis ab initio,&c.* Si quis dixerit,ecce hic Christus, ecce illic,ne credideritis quod ab apostolis audistis tenete. A

b *Et vos in filio & patre.* Ita eritis mēbra patris & filij.vt à memoria & protectione patris & filij non excidatis,& hoc debetis appetere vt sitis in patre & filio, quia inde mercedem consequimini.

c *In fi.& pa.* Filium primò ponit, quia *nemo venit ad patrem, nisi per filium.* (Ioann.14.a.)

d *Hæc est repromissio.* Memoria promissæ mercedi perseuerantem te faciat in opere.

e *Doceat vos.* Nemo docēti tribuat quod ex ore docentis intelligit,nisi intus qui doceat sit lingua doctoris exteriùs,in vacuum laborat nec tamen doctor taceat quod potest agat.

f *Sed sicut vnctio.e.* (Augustin.) Id est, spiritus sanctus,cuius sacramentum est in vnctione visibili, vel vnctio charitatis quę diffunditur in cordibus nostris per spiritū sanctum qui da. est no. (Rom.5.a.) Quæ ad obseruanda Dei mandata cor quod implet,inflammat.

¶Placatum. ¶Propitium. a ¶Ergo b ¶Per prædicatores.
c ¶Conuersationis vestræ. d ¶Per obseruationem memoriter teneatis.

a habet. Vos quod audistis ab initio,in vobis permaneat, quia 1
b si in vobis permanserit quod ab initio audistis, & vos in filio 2

c a ¶Hic per fidem,in futuro per spem. b ¶Qui non mentitur. 3
c ¶Per se,& per suos prædicatores. 4

d & patre manebitis.Et hæc est repromissio, quam ipse polli- 5

a ¶Non aurum nec aliquid terrenum. ¶Q.attenti sitis ad hæc quæ dico, quia propter illos malos vitandos scripsi hæc.

citus est nobis vitam æternam. Hæc scripsi vobis, de his qui 6

a ¶Vel peruersis dogmatibus,vel per alias illecebras,vel per aduersa sęculi à vita æterna vos retrahunt. b ¶Et vt doctrinam quam exterius facio bene teneatis,curate vt spiritus sancti gratia quam in baptismo consecuti estis,integram in corpore & corde seruetis.

vos seducunt. Et † vnctio quam accepistis ab eo † maneat in 7 8 († vos vnctionem; † manes)

¶Et sic fit,vt docente vos interius spiritu minus indigeatis extrinsecus hominum institutione doceri. 9

e f vobis.Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos,sed sicut 10

a ¶Quæ tenenda sunt. ¶Quod prædico qui aliter prædicant falsi sunt,nec inuenietis vitam æternam,nisi sequamini charitatem fide quam per me audistis. b ¶Et ideo quia verum est. 11 12
¶Id est,non est mutabile,vt vetus lex.

g vnctio eius docet vos de omnibus. Et verum est, & non est 13

¶Vnctio.

h mendacium. Et sicut docuit vos manete in eo. Et nunc filioli 14

i a ¶Hoc commodum habituri. b ¶Ad præmium bonorum,& malorum damnationem. 15

manete in eo,vt cum apparuerit,habeamus fiduciam,& non 16

a ¶Pro eo neglecto vel negato. b ¶Si hoc constat. c ¶Principaliter autor & natura totius iusticiæ. 17 18

confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis,quoniam iustus 19

a ¶Et hoc. b ¶Ministrante. c ¶De malo in bonum. 20

k l est,scitote quoniam & omnis qui facit iusticiam, ex ipso natus est. 21

totum & nō vobis imputate,mala vobis & diabolo imputate. D

i *Filioli ma.in eo.* Qui inter persecutiones in domino manet non confusus spem habet in eius aduentu,sed qui hic erubescit confundetur in eius aduentu,cuius præcepta neglexit.

✠ OECVMENIVS. Manete in eo.Quare? Vt habeamus fiduciam in ipso cum apparuerit. Quid enim clarius aut desiderabilius fiducia, qua exhibituri sumus Christo nostros in vita peractos labores,facientes hoc cū fiducia, & in nullo pudorem sustinentes in aduentu eius? Et quoniam verisimile erat quosdam interrogaturos,quibus operibus grati ei fieri possent,docet etiam hoc & ait: *Si scitis quoniam iustus est.* Quantum sit hoc ad gloriationem & fiduciam nostrā nullus ignorat,sicut neque illud, nempe, quanta & qualis sit dilectio & benignitas quam erga vos exhibuit. E

k *Omnis q.f.i.* Iustitia perfecta vix est in angelis vel in sanctis viris qui semper manent in contēplatione Dei. In nobis iustitia incipit ex fide. Initium iustitiæ confessio peccatorum. Perficietur iustitia, quando non erit lucta cum carne,sed triumphus de hoste.

l *Ex ip.* Iā nati sumus ex iusto iustitiā iusti patris seq. oporter.

g *Et ve.est & non est menda.* Alia translatio. Et verax est scilicet vnctio & non est mendax.

h *Manete in eo.Et nunc fi.ma.* Crebra iteratione inculcat,vt mētibus arctiùs infigat. *Manete in eo.* Et si quid boni habetis, illi totum

☞ Cap. F

NICOLAVS DE LYRA.

C ✠ 1 Vos quod. *Hic consequenter monet eos tenere fidei veritatem dicens:* Vos quod au.ab ini.*vestræ conuersionis.*

2 In vo.p.*Sine hæsitatione & deuiatione.*

3 Quia si in vo.p.*Scilicet,fides charitate formata quam recepistis in baptismo.*

4 Et vos in fi.& pa.ma.*In præsenti per gratiam.*

5 Et hæc est re.quam ip.pol.est no.*Dare in futuro,scilicet,* vitam æternam.*Ioan.6.d.* Hæc est voluntas eius qui misit me patris, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam.

6 Hæc scripsi.*Hic ponit circa prædicta recapitulationem ad maiorem affirmationem,dicens:* Hæc scripsi vo.de his qui vos sedu.*id est,conantur vos decipere.*

7 Et vos vnctionem.*Gratiæ.*

8 Quam ac.ab eo.*Id est,à Deo in baptismo.*

9 Maneat in vobis. *In potestate enim hominis est illam gratiam conseruare,quia Deus non subtrahit gratiam suam ab aliquo, nisi ipse prius subtrahat se à Deo per malam voluntatem.*

10 Et non ne.habetis vt ali. *Homo.*

11 Doceat vos.*Non est per hoc intelligendum, quod fideles simplices contemnere debeant doctrinam superiorum, vel etiam negligere cum eam possunt habere, quia doctrina Dei est, sed hoc dicitur, quia si humana doctrina deficeret Deus suppleret,vt supra dictum est.*

12 Sed sicut vnctio eius.*Id est,Dei quæ est sufficiens.*

13 Docet vos de omnibus.*Necessariis ad salutem,maximè in casu in quo deficit humana doctrina.Vnde frequenter inueniuntur aliqui simplices nutriti in campis clarius videntes in his quæ sunt necessaria ad salutem,quam illi qui quasi quotidie audiunt sermones in ciuitatibus magnis.*

14 Et ve. est,& non est mendacium. *Nam ab eo, qui est regula veritatis non potest procedere nisi verum.*

15 Et sicut do.vos manete in eo.*Per bonam voluntatem.*

16 Vt cum ap.*In iudicio.*

17 Habea.fi.*Id est,certitudinem de beatitudine nostra.*

18 Et non con.ab eo in ad e. *Audiendo illam terribilem sententiam quæ habetur Matth.25.d.Ite maledicti in ig.æter.&c.*

19 Si sci.*Id est,quia cuilibet fideli hoc notum est de Deo.*

20 Scitote,&c.f.iu.*Id est,opera iustitiæ.*

21 Ex ip. natus est. *Id est hoc facit inquantum habet esse ab eo,& si loquitur de operibus iustitiæ quæ est virtus politica,verum est, quia ab ipso est omne bonum naturæ,& multo fortius est verum de operibus iustitiæ infusæ,quæ datur cum gratia,per quam homo constituitur in quadam participatione supernaturali esse diuini,secundum quod dicitur 2.Pe.1.a.Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ.*

✠ NICOL.

ADDITIO.

In cap.2.*vbi dicitur in postilla.* Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis.

Præcepta de dilectione Dei & proximi, in quibus tota lex & prophetæ pendent,vt dicitur Matt.22.inquantum sunt de necessitate salutis implendæ, in veteri lege ad plenum continentur,scilicet, Leuit.19. Deut.6.Sed inquantum ad perfectionem impletionis dictorum præceptorum pertinent tanquam consilia non in lege veteri, sed in lege noua continentur.Quod de primo patet Mat.19.c. Si vis perfectus esse,&c. *De secundo vero Ioan.13.d.* Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem,sicut dilexi vos.*Modus enim dilectionis Christi ad discipulos seu ad humanum genus,qui quidem modus declaratur cum dicit: Sicut ego dilexi vos:attingit summum gradum perfectionis dilectionis proximi, prout fuit plene declaratum in additione super euangelium Ioan. ca. supradicto. Vnde prædicta præcepta quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis in veteri lege continentur,& ideò non sunt noua, quantum verò ad ea quæ pertinent ad perfectionem per modum consilij,tantum in lege noua continentur, & secundum hoc dicuntur noua Et sic propriè intelliguntur verba beati Ioannis,cum dicit :* Non mandatum nouum scribo vobis,*sed mandatum vetus ,scilicet, quantum ad ea quæ sunt de necessitate præcepti.Et cum dicit:* Iterum mandatum nouum scribo vobis,&c.*intelligendum est quantum ad ea quæ pertinent ad perfectionem impletionis. Et de hoc vide amplius in additione prædicta.*

☞ Cap. III.

A a *Videte qua.cha.* Quantis & qualibus donis ostenderit Deus erga nos paternam charitatem.Dedit enim vt hoc sæculo nomine & actu nominaremur filij Dei,& in futuro simus,possidendo hæreditariam beatitudinem.

b *Dedit no. pa.* Vt eum amare nouerimus & possimus, nō tamen vt dominum serui, sed etiam vt patrem filij.Vnde dicitur: *Quotquot autē receperunt eum, dedit eis po.fi.Dei fieri.*

c *Filij Dei su.* (Ioan.1.a.) Quasi dicat, esse & dici filios Dei,quæ dignitas est? Respondet. *Charissimi nunc filij Dei su.* Nunc per miracula quæ facimus & per puritatem vitæ apparet quod sumus filij Dei, sed quidquid est in præsenti parum est ad respectum futuri. B

d *Similes ei eri.* Cū immutabilis æternæ diuinitatis contemplatione perfruemur nos quoque immortales & æterni in illo erimus: non idem quod ipse sed similes quia creatura & ad similitudinem eius facti sumus. († Isa.53.c.)

e *Quoniam vid.* Secundum quod verbum caro factum est videbunt mali, & in iudicio sunt visuri: sed quomodo verbum in principio erat apud patrem,videbunt soli iusti, & tolletur impius ne videat gloriam Dei.

✠ DIDYMVS ALEX. Per ea quæ scribit excitat auditores,vt agnoscant quales ex Deo sint facti dicens: O confideles nostri digni qui diligamini, filij Dei sumus iam à præsenti seculo, quia constat in nobis sicuti possibile est in præsenti vita filiorum adoptio.Sicut enim ex parte cognoscimus,& arras spiritus nunc habemus:sic & particulam(vt ita dicā)filiorum adoptionem possidemus,dum ad plenum eam in futuro percipiamus. C

CAPVT III.

¶Etsi non intelligitis,quod omnis iusticia sit ex Deo,per hoc probate.
a ¶Gratis. b ¶Indignis.

a b Videte qualem charitatem dedit nobis pater 1 2

a ¶In hoc seculo. b ¶In futuro possidendo. c ¶Quod filij Dei dicimur amatores mundi non diligunt nos non percipiunt nostram dignitatem,non nos venerantur,sed affligunt.

vt filij Dei nominemur & simus. Propter hoc 3 4

¶Patrem.

mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Charissimi, 5 6

a ¶Cum despecti sumus mundo. ¶Non ascendit in cor hominis quæ præparauit Deus di.se.

c nunc filij Dei sumus,& nondum apparuit quid erimus. Sci- 7 8

a ¶In secundo aduentu. b ¶Secundum corpus immortales & impassibiles sicut ipse filius. 9

d e mus,quoniam cum apparuit,similes ei erimus:quoniam vi- 10

a ¶Sola enim visio beatificat:Beati mundo corde,quoniam ipsi Deum videbunt. 11
b ¶Quod ad similitudinem Dei peruenturus sit.

debimus eum sicuti est,& omnis qui habet spem hanc in eo, 12

a ¶In præsenti sanctitatem Dei imitatur piè viuendo,secularia desideria abnegando.
¶Sancti estote sicut & pater vester. b ¶Qui habet spem sed sanctificat scilicet. Omnis qui p.f. c ¶Voluntate & actu. 13

f sanctificat se sicut & ille sāctus est. † Omnis qui facit peccatū 14

a ¶Nemo dicat,ergo ego homo peccator sum,sed iniquus non sum. ¶Qui peccat contrarius nimirum æquitati diuinæ legis existit. 15

g h & iniquitate facit: peccatū est iniquitas. Et scitis quia ille ap- 16

a ¶Primo aduentu. b ¶Ecce agnus Dei,ecce.&c. c ¶Et potuit quia peccatum in eo non est si esset in illo peccatum illi esset auferendum. d ¶Vere immunis ipse,est à peccato,quia etiam illi qui adhærent ei ex hoc quod adhærent vitant peccata.

i k paruit,vt peccata tolleret: † & peccatū in eo non est. Omnis 17 18 19

mus.Nondum vero manifestum est,& operatio eius aperta:attamen scimus dum apparuerit,similes ostendemur patri nostro visuri eum perfectè.Dum ergo sit expectatio, & sperat vnusquisque se similem fore Deo, vt excellēter videat eum,castificet semetipsum.Castificat autem se quisque actus & sapientiam inculpabilem habens. D

f *Sanctificat se.* Nō aufert liberum arbitrium,dū dicit quod homo se sanctificat, nec tamen consentit Pelagianis,qui dicūt hominem non indigere gratia.Sed sic gloriam diuinæ similitudinis pro modo nostro præcipimur sperare,sic mundiciā diuinę sanctitatis pro nostra capacitate iubemur imitari vt pereunte gratia, vitare mala laboremus dicentes Deo: *Adiutor meus es tu,ne derelinquas me.* E (Isa.26. secū dum aliam trāslationē; Aug. Beda & simus; Psal.26.)

g *Et peccatum est iniqui.* Grçcè, nomos lex inde anomia, id est iniquitas qui est contra legem vel sine lege, inde dicit: *Peccatum est iniqui.* Quidquid peccamus contra legem Dei facimus,vnde: *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.* Non solum qui scriptam legem contemnunt,sed etiam qui innocentiam naturalis legis corrumpunt. († De pe di. 3.c.ille rex tantus.; Psal.118.)

h *Et scitis.* Ne nos qui peccatis & iniquitatibus carere non possumus,de salute desperamus, subdit, quod per Christum à peccatis soluimur.Non solum per gratiā facti sumus filij Dei, & speramus quod ei similes,sed etiā ab iniquitate liberamur:quia ideo apparuit,vt peccata tolleret,de qua iniquitate nemo se excuset. F

i *Peccata tolleret.* Tollit dimittendo facta,adiuuando ne fiant, ducendo ad vitam vt fieri omnino non possint.

k *Omnis qui in eo ma.* Quasi,Et quid prodest nobis,quia sine peccato venit? Responsio.Omnis qui in eo manet,non peccat.

☞ Qui

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. III.

✠ Videte qua.*Postquam beatus Ioannes tractauit de societate Dei & hominum quæ habetur in via, hic consequenter tractat de illa quæ in patria expectatur. Et diuiditur in duas partes:quia primò declarat eius perfectionem. Secundo debitam ad ipsam dispositionem,ibi:* Et omnis.*Circa primum dicit.* (Diuisio)

1 Videte.*Id est,diligenter attendite.*

2 Qualem cha.*Cælestis,nos in filios adoptando,Io.1.c.Dedit eis potestatem filios Dei fieri,his qui credunt in nomine eius.Ideo subdit.*

3 Vt fi.Dei nomine,& si.*In veritate:ita quod hoc nomen in nobis non est vacuum,nec inane,& per consequens habemus ius in cælesti hæreditate.*

4 Propter hoc mun.non.*Notitia approbationis. Homines enim mundani non approbant sed reprobant illos qui terrenis contēptis tendunt ad hæreditatem cœlestem, eos miseros & stultos reputantes. Et subditur causa cum dicitur.*

5 Quia non nouit e. *Per hoc enim quod homines mundani sunt terrenis totaliter intenti,auertuntur à cognitione Dei patris, inquantum est dator cœlestis hæreditatis,quod non approbant, sed reprobant contemptores terrenorum,& appetitores cœlestium.Et si quæratur quæ sunt ista cœlestia? Respondet.*

6 Charissimi nunc fi.*Per gratiam adoptionis.*

7 Et non. ap. *Quia illa bona cœlestia non sunt comprehensibilia, quasi dicat,non possunt sufficienter exprimi ab hominibus vitæ præsentis 1.Corin.2.c.Oculus non vidit,& auris non au.& in cor &c.*

8 Scimus.*Quasi dicat,hoc tantum scimus in generali de cœlestibus.*

9 Quoniam cum ap.*Id est,cum nobis se patrem ostenderit: in possessione cœlestis hereditatis nos ponendo,*

10 Similes ei eri. *In ipsum quantum possibile est transformati & ei coniuncti.Et subditur modus huius coniunctionis & transformationis,cum dicitur.*

11 Quoniam videbimus eum sicuti est. *Videndo ipsum clarè trinum & vnum.Cognitio enim secundum omnes prophetantes fit per assimilationem cognoscentis ad cognitum,hæc autem visio est perfectissima cognitio,quæ potest haberi à creatura intellectuali, & per consequens est ibi assimilatio perfectissima ad Deum & transformatio per amorem annexum,in hoc consistit societas Dei & beatorum.*

12 Et o.*Hic consequenter declarat debitam dispositionem ad hanc societatem consequendam,quæ duplex est.Secunda ponitur,ibi:* Omnis qui non est iustus.*Prima in duas:quia primò facit propositum. Secundò remouet quoddam dictum erroneum,ibi:* Filioli. *Prima verò dispositio ad visionem Dei consequendam est puritas mentis, secundum dictum saluatoris,Mat.5.a.* Beati mundo cor.quoniam ipsi Deum vide.*Ideo dicit.* Et o.*Hoc est in Deo sperans ipsum videre facie ad faciem clarè.* (Diuisio)

13 Sancti.se.*Conscientiam emundando.*

14 Sicut & il.san.est. *Propter quod non admittit ad sui visionem nisi sanctos. Et quia ad ea repelluntur immundi,consequenter ostendit cum dicitur.*

15 Omnis qui facit. *Nam peccatum est transgressio legis diuinæ, lex autem diuina est ipsa æquitas, & ideò in omni peccato mortali est æquitatis corruptio,& per consequens iniquitas.*

16 Et sci.*In carne assumpta.*

17 Vt peccata tol.*Quæ sunt diuinæ visionis impedimenta.*

18 Et peccatum.*Id est,esse non potest.Ideo subdit:*

19 Omnis qui.*Fide formata charitate.*

✠ Non

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Qui peccat, non vi. eum.* Et qui manet in eo non peccat. Et in hoc nemo vos seducat, dicendo quod vel iustitia sit ex homine, vel quod cum peccato possit aliquis in Deo manere, quia & omnis iustitia ex Deo, & omne peccatum ex diabolo.

b *Qui facit iustitiam.* Id est, qui habet actum iustitiæ & intentionem, iustus quidē est, sed non ex fe sed sicut ille est ab eadē radice procedit. Iustitia in illo principaliter, in isto secundariè, in illo naturaliter, in isto per adoptionem. Quod est, qui iustus est, ab illo iustus est.

c *Sicut & il. &c.* Sicut nō super in æqualitate dici solet verbi gratia vt multum interest inter faciē hominis & imaginē de speculo: quia hic corpus, ibi tantū imago & tamen hic & ibi oculi: & hic & ibi aures, ita nos habemus imaginē Dei, iustitiā Dei, sanctitatē Dei, sed nō imaginē qua filius est æqualis patri nō iustitiā Dei qua ille iustus est incommutabili perpetuitate. Nos credendo in eum quem non videmus vt aliquando videamus, non sanctitate qua ille sanctus est æternitate nos sancti fide.

d *Ex diabolo est.* Non carnis originem ducendo, sicut Manichæus voluit de eunctis hominibus, sed imitationem & suggestionem peccandi sumendo ab illo, sicut filij Abrahæ dicuntur imitando fidem eius, & Iudæi deserentes fidem Abrahæ facti sunt non filij Abrahæ, sed diaboli.

e *Vt dissoluat.* Id est, destruat illam natiuitatem, quam à diabolo traximus Adam à Deo factus, sed peccando à diabolo natus, tales genuit qualis fuit. Cum concupiscentia nati sumus antequā nostra debita addamus. De illa damnatione quia nascimur, morimur. Sed natus est Christus homo, vt soluat peccata hominum vt reducat ad vitam.

f *Peccatū non fa.* Non de omni peccato dicit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seduc imus.* Sed de violatione charitatis, quam qui semen Dei, & verbum Dei quo renatus est in se habet committere non potest, & ad hoc sequentia spectant de quolibet criminali potest accipi.

g *Quoniam semen ipsius est.* Verus filius patris nō potest legem dimittere. Lex patris est. Diligite inuicem,

✠ AVGVSTINVS. In hoc multum fallunter Pelagiani minus considerando scripturas. Nō enim aduertunt eo quoque fieri filios Dei, quo esse incipiunt in nouitate spiritus, & renouari in interiore hominem secundum imaginem eius qui creauit eos. Non enim ex qua hora quisque baptizatur, omnis infirmitas eius absumitur: sed renouatio incipit à remissione omnium peccatorum. Et inquantū quisque spiritualis sapit, inquantum renouatur. Cætera verò in ipsa facta sunt, donec etiā in re fiant, vt quod ad ipsius corporis renouationē in meliore statum immortalitatis & incorruptionis, qua induemur in resurrectione mortuorum.

h *In hoc manife. sunt.* Dilectio est certū signū quo discernūtur filij Dei, & filij diaboli. Alia sunt communia bonis & malis. In hoc fonte nō communicat alienus. Quicquid vis habe, hoc solum nisi habeas, nihil tibi prodest. Alia non habeas, hoc habe impleſti legem, quia plenitudo legis Charitas.

✠ CYPRIANVS. Discordans & dissidens, & pacem cum fratribus non habens, secundum quod Apostolus testatur nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis frater næ poterit euadere, quia sicut scriptum est: qui fratrem suum odit, homicida est: nec ad regnum cœlorum peruenit, aut cum Deo viuit homicida. Non potest esse cum Christo, qui imitator Iudæ maluit esse, quàm Christi. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest ablui.

✠ IDEM. Homicidij facinore constringi eum quisquis zelauerit, & odio habuerit fratrem suum declarat Ioannes apostolus in epistola sua, &c.

☞ *Quoniam*

a *Quoniam ope. eius maligna erant.* Vbi est inuidia, non est frater amus. Opera Cain mala non dicit, nisi inuidiam & odium fratris. Opera Abel iusta non dicit, nisi charitatem, hinc discernuntur homines. Nemo attendat linguas vel facta. Cor ē non benefaciat pro fratribus suis, ostendit quid in se habeant. Cain rectè offerebat, creatuta creatori, sed nō bene diuidebat, quādo credebat placere munera quæ offerebat cum odio fratris Abel, cum dilectione obtulit, &placuit.

b *Nolite. mi. fra.*

✠ DIDYMVS. Non est mirandum si praui homines qui nominantur mūdus, odio habent eos qui secundùm Christum piè viuunt: tūc enim esset magis mirabile, si diligerent eos. Quapropter etsi nos odit mundus, inquit, Ioannes verumtamē disciplinabiliter nolumus quod æquidentes mortem, in vita sumus, fraternā charitatem habentes in pectore. Mortem & vitam in his, non illa quæ communiter dicūtur percipere debemus, quibus etiam irrationalia animalia participantur, sed vitam æternam quæ ex fide Saluatoris, & virtute generatur, & contrariam ei sequentem mox peccatorum. Quoniam qui in hac morte est non habet Dei memoriam: quia nec respexit intelligibilem lucem.

Non miror si amator mundi fratrem odit separatum ab amore mundi & cœlestibus intentum desideriis. Religio peccatori est abominatio.

c *Nos scimus, &c.* Nemo de virtutibus se extollat, nemo suarum virium virium paupertatem metuat, qui fratrem diligit, apertum dat iudicium, quia ad sortem iustorum pertinet.

d *Manet in morte.* Vita carnis anima, vita animæ Deus. Corporis mors amittere spiritum, animæ mors amittere Deum. Qui ergo per odium fratris amittit Deum, amittit vitam.

e *Qui odit fratrem.* Qui ex odio insequitur fratrē, prouocat ad iram & discordiā, & sic quantum ad se occidit eū in anima. Si quis contemnat odium fratris non contemnet in corde suo homicidiū? Non mouet manus ad occidendum, & homicida iam tenetur, vituit ille, & iste interfector iudicatur.

f *Non habet vitam æternam.* In perpetuò cum Cain damnabitur, qui hoc genere homicidij tenetur, vt discordet à fratribus.

g *In hoc cog. chari. Dei.* Præpositis multis rationibus de habenda charitate, tandē supponit de charitatis perfectione sub exemplo passionis dominicæ. Hanc

Petrus monetur habere cum domino interroganti profiteretur se amare, cui dicitur. *Cum autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis.* In quibus verbis vt animam pro ouibus poneret, docebatur. *Maiorem enim charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.*

h *Quj habuerit, &c.* Si vel ex tēporis opportunitate, vel ex humana infirmitate nō cōtigerit animas ponere, debem° saltē res nostras p fratrib. deponere, & hoc est nutrimētū charitatis. Qui didicit rem suam dare, quinque poterit seipsum deponere.

☞ ✠ CYPRIANVS.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non pec. *Quamdiu sic manet, quia contraria simul esse non possunt in eodem subiecto.*

2 Et omnis qui pec. non vidit eum. *Videt enim Deum clarè, cum videat ipsum summum bonum, nullo modo potest auerti ab eo per peccatum.*

3 Nec co. e. *Fide formata charitate. Nec per hoc est intelligendum quod habens fidem charitate formatam, non possit peccare, vt aliqui dixerunt & male: Apoca. 2. a.* Charitatem tuam primam reliquisti: memor esto itaque vnde exciderīs, &c. *Sed sic est intelligendum: quod nullus vtens actu fide formata charitate, vel existens in ea peccat Ideò dicitur:* Nec cog. e. *Scilicet, actu peccando.*

4 Filioli. *Hic consequēter remouet quoddam dictum erroneum, erāt enim aliqui dicentes, quod cognito fidei sine operibus sufficiebat ad salutem: contra quem errorem scripsit beatus Iacobus vt visum est supr. in epistola sua, & sic contra ipsum dicit beatus Ioannes:* Filioli (*mei*) nemo vos sedu. *Predicto errore.*

5 Qui facit iusti. *Id est, opera iustitiæ.*

6 Iustus est. *Et non ille qui credit sine operibus.*

7 Qui facit pec. ex dia. est. *Licet dicat se esse Christianum.*

8 Quo. ab initio. *Non est per hoc intelligendum quia creatus fuerit malus, vt dixerunt aliqui quia scribitur Gen. 1. d.* Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. *Sed quia ex quo primò peccauit semper in peccato perseuerauit, nam peccatum eius est irremediabile, & ad peccandum homines induxit.*

9 In hoc apparuit fi. Dei. *In humanitate assumpta.*

10 Vt dissoluat opera diaboli. *Per mortem suam, & ecclesiæ sacramenta ab eius morte efficaciam habentia. Idem concludit.*

11 Omnis qui natus est ex Deo. *Per sacramentum baptismi quod est sacramentum fidei formatæ.*

12 Peccatum non facit. *Inquantum sic natus, quia fides formata charitate non stat cum peccato mortali. Ideo subditur.*

13 Quoniam semen ipsius in eo manet. *Scilicet gratia quæ non compatitur secum tale peccatum.*

14 Et non potest peccare. *Inquantum habens gratiam, quæ non potest esse ratio peccandi, sicut sedes inquantum sedens non potest ambulare: & in hoc sensu, sedentem ambulare est impossibile, potest tamen peccare per vertibilitatem liberi arbitrij, quod non confirmatur in bono per gratiam in præsenti, nisi in aliquibus ex gratia speciali, propter quod infert distinctionem filiorum Dei & diaboli, dicens.*

15 In hoc manife. sunt filij Dei. *Scilicet, quod non peccant mortaliter.*

16 Et si. diabo. *Per operationem peccati. Et sic patet, quod non sunt aliqui filij Dei per fidem sine operibus: quod concludere intendebat.*

17 Omnis. *Hic ponitur secunda dispositio ad beatitudinem, quæ est charitas fraterna, Matt. 5. a.* Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: *Et diuiditur in duas partes: nam primò inducit ad fraternæ charitatis actum. Secundò declarat debitum modum ibi:* Filioli. *Circa primam partē primò continuat se ad prædicta dicens,* Omnis qui non est iu. *Iustitia infusa.*

18 Non est ex Deo. *Quia illa sola facit dignum æterna vita.*

19 Et qui non diligit fratrē. *Similiter non est dignus vita beata.*

20 Quoniam hæc est annunciatio *Id est, res annunciata*

✠ Quam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quam audistis ab initio. *Conuersionis vestræ.*

2 Vt diligatis alterutrum. *Charitatiuè.*

3 Non sicut Cain. *Supple situ.*

4 Qui ex malig. erat. *Id est, diabolo.*

5 Et occidit fratrem suum. *Abel. Gen. 4.*

6 Et propter quod occidit eum? *respondet.*

7 Quoniam opera eius maligna erant fratris autem eius, &c. *Ista fuit occasio prauitatis. Nam munera Abel propter eius iustitiam erant accepta Deo: in cuius signum ignis descendit de cœlo, & consumpsit eius sacrificium, vnde Genesis 4. a. vbi dicitur.* Et respexit Deus ad Abel & munera eius, *interpretatio Theodotionis habet. Inflammauit Deus super Abel talis enim inflammatio signum est acceptationis diuinæ, vt patet 6. Iudicum de oblatione Gedeonis, & 13. in oblatione Manue. & 3. Regum 18. in oblatione Heliæ, & 2. Paralipomenon 4. de oblatione Salomonis. Quod videns Cain concepit odium contra fratrem & inuidiam: ex quo odio sicut ex causa propinqua occidit eum. Dicuntur autem opera Cain fuisse maligna, quia licet offerret Deo, tamen de peioribus & ex voluntate peruersa. Ideò dicitur Gene. 4. a.* Ad Cain autē & ad munera eius non respexit. *Quasi dicat, propter malitiam Cain munera eius non acceptauit, & ex hoc concludit dicens.*

8 Nolite mirari fratres si odit vos mun. *Quia opera eius maligna sunt, vestra autem bona. Et subdit causam bonitatis, dicens.*

9 Nos scimus. *Certitudinaliter, si referatur ad apostolos qui receperunt spiritum sanctum in signo visibili, & in gratia fuerunt confirmati, & de hoc per diuinam reuelationem fuerunt certificati. Si autem ad alios referatur, tunc hoc scire accipitur pro probabili coniectura.*

10 Quoniam transi. su. de m. *Culpæ.*

11 Ad vitam. *Gratiæ.*

12 Quoniam di. fr. *Opera verò ex charitate facta sunt meritoria, ideo subdit per oppositum.*

13 Qui non dil. ma. in m. *Quia caret charitate quæ est vita animæ.*

14 Omnis qui od. fr. su. *Quod est peius quàm non diligere eum.*

15 Hom. est. *Suipsius spiritualiter, & fratris sui corporaliter, dispositi*

ue tamen, nam odiū est dispositio ad homicidiū, sicut dictū est de Cain.

16 Et sci. qu. omnis h. non ha. vi. *Quia non habet gratiam quæ est in nobis quædam inchoatio vitæ æternæ, quæ consummatur in gloria, quæ est gratia consummata.*

17 In h. c. *Hic consequenter inducit ad actum fraternæ charitatis per exemplum Christi, qui mori voluit pro nostra salute. Et primò facit suā inductionem. Secundò aliquorum exclusionem, ibi:* Qui habuerit, &c. *Circa primum patet litera vsque ibi.*

18 Et nos de. pro fr. animas. p. *Id est, vitam corporalem pro salute eorum spirituali exponere. Et hoc debitum patet ex ordine charitatis secundum quem Deus super omnia diligendus est, & post ipsum anima propria, & tertiò loco anima proximi, quartò & vltimò proprium corpus, secundum Aug. 1. de doctrina Christiana. Bonum vero minus diligibile secundum ordinem rectum debet exponi pro salute magis diligibilis: propter quod vita corporalis est exponenda pro spirituali salute proximi. Non tamen omnes super adhoc tenentur, nec vniformiter. Cuius ratio est, quia cuilibet semper imminet cura sui corporis, non autem cura de salute spirituali proximi, sed solum in casu necessitatis, vt si quis videat periclitari proximum spiritualiter, & non possit sibi aliter subuenire, nisi per hoc q. talis videns exponit se morti corporali, in tali casu tenetur hoc facere, & non alius. Et hoc modo vester beatus Vitalis martyr Vrsinum medicum in articulo mortis posuit pro fide Christi & expauescentem suis exhortationibus roborasse, pro quo ad mortem fuit condemnatus. Illi vero qui curā animarum habent, vt sacerdotes curati, episcopi & alij prælati, non solum in hoc casu, sed etiā in aliis tenentur pro salute subditorū suorum vitam exponere corporalem, vtpotè si lupus intret gregem ad corrumpendum eum in fide vel moribus: aliter non esset pastor, sed mercenarius, secundùm testimonium Saluatoris Io. 10.*

19 Qui ha. *Hic consequenter ostendit in aliquibus defectum huius charitatis dicens.* Qui ha. sub. h. m. *Id est, diuitias. Hic tangitur duplex casus in quo eleemosynam facere necessitatis est & præcepti. Vnus accipitur ex parte facientis scilicet quando habet superfluum victui & vestitui, consideratis necessitatibus personæ & status & non solum secundum præsentem statū, sed etiā secundum ea quæ probabiliter*

✠ possunt

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✠ CYPRIANVS. Ioannes ponit charitatem Dei non esse A apud eos, quos videamus operari in pauperem nolle. Si enim Deus eleemosynis pauperum fœneratur, & cùm datur minimis, Christo datur, non est quod quis terrena cœlestibus proferat, nec diuinis humana præponat. Sic vidua cùm in siccitate & fame consumptis omnibus de modico farre & oleo quod superfuerat, fecisset subcineritium panē, quo assumpto moritura cum liberis moritura esset: superuenit Helias, & petiit sibi prius ad edendum dari, inde illam cum filiis vesci, nec obtemperare illa dubitauit, aut Heliæ filios mater in fame, & egestate præposuit, &c.

Serm. de opere & eleemosyna. Matth. 25. — 3. Reg. 17. — † cordibus nostris — † Ioan. 15. b

B a *Filioli.* Quia non est perfecta charitas in illo: qui non ponit animam pro fratribus, vel qui saltem non dat pecuniam, ergo vt perfectam charitatem habeatis *filioli* eiusdem patris, non dili. &c.

b *Non diligamus verbo neque lin.* In verbo pura locutio, non opus: in lingua multiplex oratio intelligitur, sicut quidam sæpe repetitis sermonibus affectum suum volunt commendare.

c *Sed opere.* Quia etiamsi fallimur in dilectione ex humana infirmitate, non fallimur in mercede, quia maior est corde nostro, & nouit quo zelo fiant omnia.

d *Et veri.* Vt simplici intentione beneficia præstemus non propter iactantiam, vel propter aliquod temporale commodum, sed respectu solius Dei.

e *In hoc &c.s.c.no.* In hoc quòd veritatem diligimus scimus quòd ex veritate sumus, id est, scimus nos ex Deo (qui est veritas) hanc veram dilectionem habere, & ex hac dilectione scimus nos esse in conspectu, id est, promereri eius conspectum, C & in hac etiam suademus corda nostra ad meliora opera excogitanda. D

f *Et in conspe.&c.* Id est, tales cogitationes corda nostra habere suademus, quæ diuinis sint dignæ conspectibus. Omnes enim qui aliquid facere disponunt ad idem factum meditandum corda suū se conuertere suadent. Sed qui mala cogitat, si posset Deo occultaret: qui vero bona, hi facilime cordibus suadēt, vt conspectui Dei patefieri desiderent, quod est indicium magnę perfectionis, cum sua operatio vel cogitatus a Deo gaudet videri, *quia qui facit veritatem, venit ad lucem vt manifestentur eius opera, quia in Deo facta sunt.*

† condēnet Ioan. 3. c. — † condēnet

g *Quoniam si re.* Et hoc magnum est q per dilectionem ita mundas habemus cogitationes, q Deo eas volumus ostendere: quia etiamsi conscientia accusaret nos intus & vellet latere Deum, quia non bono animo bona nostra faceremus, tamen Deo latere nō possemus: quia maior est corde nostro, & nouit omnia: valet ergo dilectio quæ nos commendat illi quem latere non possumus. E

h *Et quic.pe.* Magna promissio & desiderabilis fidelibus. Sed si quis adeò peruersus, vt cœlestibus promissis non delectetur, saltem timeat quòd è contrario sapientia terribiliter intonat: *Qui auertit aurem suam, vt non audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Prou. 28. b.

i *Et hoc est man.* Mandatum singulari modo præponit, & duo subiungit, quia hæc nequeunt separari.

k *Et qui ser.m.* Qua mercede hæc mandata fidei & dilectionis seruentur exequitur. F

a ¶ Victus vel vestitus. b ¶ Vt non compatiatur miseriæ illius, vel nihil det etiam si compatiatur. ¶ Si superflua non potes dare fratri, animam tuam non potes ponere pro fratre.

& viderit fratrē suū necessitatem patientē, & clauserit viscera 1

a sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo. Filioli mei, nō 2

b a ¶ Contra verbo & lingua. 3

c diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. In hoc 4

d a ¶ Cum opera pietatis in veritate facimus, patet quod ex Deo qui est veritas sumus cum eius perfectionem pro modo nostro imitamur. 5

e 6

f cognoscimus, quoniam ex veritate sumus, & in conspectu 7

a ¶ Ad meliora excogitanda. 8

g eius suadebimus † corda nostra. Quoniam si † reprehenderit 9

nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit om- 10

a ¶ In dilectione, sed certi sumus, quod puram dilectionem fratrum habemus salutem fratrum quærentes, non aliud emolumentum. Item si non reprehenderit in oratione dominica dum dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c. 11 12

nia. Charissimi, si cor nostrum non † reprehenderit nos fidu- 13 14

a ¶ Ex radice charitatis. b ¶ Etsi aliquando non ad voluntatem, semper tamen ad salutem. 15

h ciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus 16

a ¶ Charitatis. ¶ Animo. ¶ Opera charitatis.

ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt pla 17

a ¶ In abscondito vbi ipse videt. b ¶ Quasi aliquis quæreret, quod est illud mandatum, fides & dilectio.

i cita coram eo facimus. † Et hoc est mandatum eius 18

a ¶ Quia non est aliud nomen in quo oporteat saluos fieri. b ¶ Hoc est man. meum, vt diligatis inuicem sicut & dilexi vos. Amate vos ad hoc ad quod vos diligo, id est, vt ad beatitudinem pertingatis.

vt credamus in nomine filii eius Iesu Christi, & diligā-

a ¶ Ita puro amore, non sicut latrones vel quilibet scelerati se diligunt, sed non caste. ¶ Amant se inuicem mali, sed amor iste tartareus est & peior quam discordia. b ¶ Non amas regem, cuius contemnis legem.

k mus alterutrum sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat 19

☞ In il.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *possunt occurrere & frequenter occurrunt. Et secundùm hoc dicitur Luc. 11. f.* Quod superest, date eleemosynam. *Vnde Basilius: Famelici panis est quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalciati calceus qui apud te marcescit, indigentis argentum quod possidemus inhumatum, quocirca tot iniuriaris quot dare valeres. Et hoc idem dicit Amb. in decretis di. 47. c. sicut hi. Et hoc notatur cum dicitur.* Qui habue. substan. huius mundi. *Id est, diuitias superfluas modo dicto. Secundus casus accipitur ex parte recipientis, scilicet quando patitur vrgentem necessitatem, & non apparet vnde sustentari possit nisi per eleemosynam istius, & tunc iste tenetur dare non solum de superfluo, sicut in casu prædicto, sed etiam de necessario, non persona sua secundum indiuiduum considerata: (quia plus quilibet tenetur sibi quàm alteri, si sit in necessitate simili) sed de necessario sui status: nam quilibet debet se restringere vt proximum adiuuet in vltima necessitate. Et secundum hoc subditur.*

Diuiti nihil proprium

1 Et vi. fra. su. ne. pa. *Scilicet vltimam.*

2 Et clause. visce. *Subuentionem ei denegando.*

3 Quomodo chari. &c. *Quasi dicat nullo modo, in tali enim casu est transgressor præcepti diuini, propter quod dicit Amb. Pasce fame morientem, si non pauisti occidisti.*

4 Filioli. *Hic consequenter inducit ad debitum diligendi modum, dicens.* Filioli mei, si non dili. ver. *Scilicet tantum, sicut illi qui verbo dicunt se fratribus compati, sed de facto nihil, & hic est amor fictus siue vanus.*

5 Neque lin. *Scilicet fallaci, sicut Ioab dixit Amasæ. 2. Reg. 20. c.* Salue mi frater. *Et statim interfecit eum, & hic amor non solum est fictus & vanus, sed etiam proditorius.*

6 Sed

6 Sed opere. *Contra primum.*

7 Et veri. *Contra secundum.*

8 In hoc. *Scilicet efficaciter & veraciter.*

9 Cognosci. quo veri. su. *Id est, ex Deo qui est ipsa veritas.*

10 Et in con. eius sua. cor. nostra. *Ad vera charitatis opera.*

Vel aliter. Suadebimus cor. no. *Id est, confidenter præsentare poterimus coram eo corda nostra, quòd si aliter diligeremus scilicet vane vel falsè, hoc facere non possemus. Ideo subditur.*

11 Quoniam si repre. nos cor. nostr. *De vana vel falsa dilectione.*

12 Maior est &c. no. omnia. *Propter quod talis vanitas vel falsitas non latebit eum.*

13 Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos. *De vana vel falsa dilectione.*

14 Fiduciam ha. ad Deum. *in nostris necessitatibus recurrendi ad ipsum.*

15 Et quicquid pe. *De pertinentibus ad nostram salutem & perseueranter.*

16 Accipiemus ab eo. *Non tamen semper statim: sed tempore opportuno, nam aliquando differt petitiones fidelium implere, vt non sic vilescat quod præstat, & vt prolixiori desiderio & postulationis repetitione meritum eis accrescat, & subditur ratio impletionis, cum dicitur.*

17 Quoniam man. e. cu. &c. *Ipse autem custodientibus mādata eius vitam æternam promittit, Matt. 19. c.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Et fidelis est adimplendo promissa, & quæ sint eius mandata subdit dicens.*

18 Et hoc est man. eius, &c. *Hic accipitur singulare pro plurali, quia omnia mandata eius continentur in fide per dilectionem operante. Rom. 13. c.* Plenitudo ergo legis est dilectio.

19 Et qui ser. man. eius. *Per dilectionem adimplendo.*

✠ In illo

☞ a *In illo manet, &c.* A Primis temporibus crescentis ecclesiæ cadebat spiritus super credentes, & loquebantur linguis, & faciebant miracula. D Sed nunc non eget ecclesia exterioribus signis. Omnis qui habet fidem & charitatē, testatur in se spiritum manere.

Act. 2. a.

a ¶ Deo, vt in domo, vt in tuto refugio. b ¶ Vt in mundo vase & in præsenti & in futuro.

a mandata eius in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus, 1 2

a ¶ Si seruamus charitatem manet in nobis, & si dubitamus an in nobis habitet, manifestis signis hoc possumus ostendere, quia dedit nobis genera linguarum gratiam sanitatum, & cætera charismata. ¶ Sancto. 3

quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. 4

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In illo manet. *Sicut amans in amato & etiam è conuerso &c.*

2 Et in hoc scimus quoniam ma. in nobis. *Dicto modo.*

3 De spiritu. *Hoc est, per spiritum.*

4 Quem dedit nobis. *Si hoc intelligatur de beato Ioanne & aliis apostolis, istud scire est per certitudinem diuinæ reuelationis, si autem de aliis, est per probabilem coniecturam, vt dictum est sup. eo. ca.*

CAPVT IIII.

☞ a *Charissimi no. &c.* ✠ OECVMENIVS. Postquam sermonē absoluit de dilectione erga proximum, & hanc indiciū esse demonstrauit permansionis Spiritus quem accepimus, subiungit nunc eorum quoq; diiudicationem qui verè fratres sunt & proximi, vt hanc B habentes, non incidamus occasione pręcepti de dilectione in falsos fratres, falsos apostolos, falsosq; prophetas, maximū inde nobis dānū comparantes. Siquidē complectēdo illos tanquam similium essent morum, primum nobisipsis nocebimus, dum sermone communicamus cum his qui fide impij sunt, & sancta canibus proponimus: deinde & his qui vna nobiscū versantur. Nostra namque erga illos dilectio suadebit multis vt ipsos assumant pręceptores, credántque his quæ ab ipsi dicuntur, dum non obseruantes veluti furto subducti sunt propter illorum conuersationem quam habent nobiscum. Et quod sit horum indicium, dicit hoc esse quod sequitur. *Omnis spiritus qui* C *confitetur, &c.*

✠ AVGVSTINVS. Quisquis hæc præcepta contempserit, & omni spiritui credendum putauerit, necesse est vt incurrat in pseudoprophetas, & quod peius est blasphemet veros prophetas. Hic iam ex isto præcepto homo cautus effectus, dicturus est mihi obtemperare desidero, quia & ego in pseudoprophetas nolo incurrere, & à mendacibus decipi. Sed vnde probo spiritus? O si sanctus Ioannes dicere dignaretur, quomodo probentur qui ex Deo sunt. Hoc sequitur. Cùm enim nos propterea faceret sollicitos & cautos, ne omni spiritui credamus, sed probemus spiritus qui ex Deo sunt, quia multi pseudo-prophetæ exierunt in hunc mundum, continuò vidit quid desideremus. Hinc cognoscitur spiritus Dei. *Omnis spiritus qui confitetur, &c.* Ergo repellite Manichæos à domibus, ab auribus à cordibus vestris, qui Christum in carne venisse apertissimè negant, &c. Cōstat enim eos non esse ex Deo inquantum errant, inquantum peccant, inquantum blasphemant.

Serm. 32. de verb. apost.

✠ IDEM. Arrianus qui non confitetur Christum esse æqualem Deo, & natura, æternitateq; coæternum gignenti, æqualem patri, qui semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, non formam E Dei amittens, non confitetur Christum in carne venisse. Sic & Eunomius par ei, socius ei nō multum diuersus, & iste negat Christum. Sic Sabellius, Photinus. Donatista quid? Qui confitentur quod nos, vnigenitum filium æqualem patri eiusdē substantiæ, æterno coæternum, dicamus eis. Verbis cōfitemini, factis negatis. Quid est negare factis? Superbire, & schismata facere, nō in Deo, sed in homine gloriari, &c.

Serm. 33. de verb. Apost. — † non cōfitetur Christum in carne venisse

Multi hæretici, multi schismatici confitentur Iesum in carne venisse, sed factis negant, non habendo charitatē, charitate verbum caro factum est, qui nō habet charitatem, negat eū venisse F in carne, & hic conuincitur spiritum ex Deo nō habere, spiritus Dei non sono linguæ sed amando & faciendo dicit Iesum in carne venisse, Iesus venit vt colligat, hæreticus spargit, hic non habet spiritum Dei.

b *Quon. mul.* Charitatem non habentes, & vnitatē ecclesiæ prauo dogmate scindētes, nihilominus spiritumsanctū in se contēdūt esse, subdit, vt per fructus probentur si sunt pseudo vel veri prophetæ, *quia non colliguntur de spinis vuæ neque de tribulis ficus.*

Aug. ser. 33. de verb. apost. — Matth. 7. c.

c *Omnis sp. &c.* Multi hæretici qui vnitatem ecclesiæ separare prauo dogmate volebant, hunc versiculum ex epistola raserunt ne per eum errores conuincerentur.

d *Soluit.* Qui Deum ab homine distinguit, qui membra à Deo diuidit, qui verba Dei malè interpretatur, qui à Deo male viuendo recedit.

☞ Et nunc

CAPVT IIII.

a ¶ Spiritualiter loquenti vt eum eligatis ad imitandum, quia quædam dona spiritus sunt communia tam bonis quam malis, præter charitatem.

a CHarissimi nolite omni spiritui credere, sed 1 2

a Si secundum Deum, sunt spirituales, si charitate nitantur, quia si mysteria omnia nouer. charitatem autem non ha. &c. b ¶ Ideo præmunio vos, quoniam, &c. 3

b probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi 4

¶ Charitatem non habentes. a ¶ Qui sub obtentu fidei errores prædicant & malis exemplis corrumpunt. b Quomodo probare possumus, hoc signo noscitur spiritus Dei, scilicet quod omnis spi.

pseudoprophetæ exierūt in mundū. In hoc cognoscitur spiri 5

a ¶ Voce & operatione & ea charitate instruit auditores qua charitate Deus factus est homo. 6

c tus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christū in carne 7

a ¶ Et huic credendum. b ¶ Qui diuinitatem vel animam vel carnem negat, vel præcepta negligit.

d venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus, qui † soluit Iesū, ex Deo 8

¶ Præambulus. a ¶ Imminente Dei iudicio. 9

nō est. Et hic est Antichristus: de quo audistis, quoniā venit 10

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IIII.

✠ 1 CHarissimi. *Hæc est secunda pars principalis tractatus huius epistolæ, in qua beatus Ioannes agit de verbi incarnatione, & primò veritatem declarat. Secundò declarationem confirmat, ibi:* Et nos vidimus. *Prima in duas, quia primò determinat veritatem. Secundò inducit ad charitatem, ibi:* Charissimi. *& quia opposita iuxta se posita magis elucescunt, ideo determinando veritatem ponit iuxta oppositam falsitatem. Et diuiditur in duas partes, quia primò determinat veritatem in comparatione ad docentes. Secundò ad audientes ibi:* Ipsi de mundo sunt, &c. *Circa primum dicit,* 2 Nolite om. spi. crede. *Id est, omni loquenti de spiritualibus, inter quæ incarnatio verbi est de maioribus.*

Diuisio

3 Sed probate Spiritus. *Modus autem probandi postea ponitur, sed primò ponitur, ratio probandi, cum dicitur.*

4 Quoniam multi pseudoproph. *Id est, multi doctores falsi de incarnatione.*

5 Exierunt

5 Exierunt in mun. *Scilicet Ebion & Cherintus, vt dictum est supra. Et subditur modus probationis, cum dicitur.*

6 In hoc cognoscitur Spiritus Dei. *Id est, loquens de spiritualibus ex inspiratione diuina.*

7 Omnis spiritus, &c. ex Deo est. *Id est, loquitur ex inspiratione diuina, Christus enim est nomen suppositi in duplici natura scilicet diuina & humana. In diuina, ab æterno: in humana, ex tempore. Venit igitur in carnem humanam naturam assumendo in virgine, sed venit in carne nascendo de ea in carne assumpta. Et sic patet, quòd venisse in carne, includit venisse in carnem: quia secundum præsupponit primum propter quod Apostolus magis expressit secundum quam primum.*

8 Et omnis spiritus qui soluit Iesum. *Sicut Ebion & Cherintus negātes eius diuinitatē, & omne malū sentientes de incarnatione verbi.*

9 Ex Deo nō est. *Id est, non loquitur ex spiritu diuino, sed maligno Ideo subditur.* 10 Et hic est Antichristus. *Non solum in persona, sed in figura, vt dictum est sup. 2. c. Et sic patet litera sequens cum dicitur,* De quo audistis quoniam &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Et nunc iam in mundo est.* ✠ OECVMEN. In mundo ait iam A esse Antichristum, non corporaliter, sed propter eorum præsentiam qui viam illi præparant, nempe pseudoprophetas, pseudoapostolos, & hæreticos. Hic autem Antichristus homo erit, qui Satanam circunferet, elatus aduersus omnem qui dicitur Deus, aut numẽ. Ideo quoque idola colere aspernabitur, quos dici Deos significauit. Porrò per hoc quod addit, *omne numen*, etiam Christianismum significat: & seipsum solũ conabitur ostendere Deũ. (2.Thess.2.)

b *Maior est qui in vobis, quàm qui in mũdo.* ✠ OECVMEN. Verisimile erat quosdam horum ægrè ferre dum illos quidem viderẽt à multis eos B haberi in pretio, sese autem despici. Ideò ait. Ne mœrore afficiamini, si vos à multis contemnimini, illi verò ab his assumuntur. († Deum)

✠ CYPRIANVS. Ad gerendum certamen animatos esse oportet in diuinis castris milites Christi vt incorruptã fidei firmitatẽ non blanditiæ decipiant, nõ minæ terreant, non cruciatus atque tormenta deuincant, quia maior est qui in nobis est, q̃ qui est in hoc mũdo. (Epist.9.quæ est ad confes.de Mappalico.)

✠ IDEM. Timendas non esse iniurias & pœnas persecutionum, quia maior est Dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum, Ioannes in epistola probat, dicens. *Maior est qui in vobis est, &c.* (De exhortat.martyr. c.10.)

c *Ipsi de mun.* Hi spiritus non sunt diligendi, non sunt audiendi. Quia etsi Christi nomen inuocant, & signo Christi se notant, tamen sunt de illorum numero qui mundana cupiunt, qui cœlestia ignorant.

d *Ideo de mundo lo.* Ratione mundanæ sapientiæ probantes, C non posse Deum hominem mortuum suscitare, hominem mortalem in cœlis habere mansionem, & alia huiusmodi.

e *Charissimi di. nos.* Commendauit charitatem multis modis, iam ad eius singularem laudem accedit, in quo eum maximè debemus audire scilicet qui diligit ex Deo natus D est, & Deum nouit, quia Deus charitas est. Dixerat, charitas ex Deo est, hic superaddidit, Deus charitas est.

AVGVSTINVS. Charitas est affectus animi ad diligendum Deum propter Deum, & proximum propter Deum. (Charitas) Item alibi, Tu autem domine neq; affectus animi, neque animus es, sed dominus Deus animi tu es. Qui facit contra charitatẽ, contra Deum facit: facilè quamquam videatur cuius facere contra hominẽ, sed contra Deum facere quis non timet? († Ioan.8.)

f *Char.ex d.est.* Filius Deus est ex Deo, spiritussanctus Deus est ex Deo, & nõ tres dij, sed vnus Deus E pater, filius, & spiritussanctus, & ille diligit in quo habitat spiritussanctus: Ergo dilectio est Deus, sed Deus qui ex Deo, & ita verè dicitur, & dilectio ex Deo, & Deus dilectio est. Cũ dicitur, ex Deo, aut filius intelligitur, aut spiritussanctus. († Ioan.3.b. 11.q.3.c. abiit.) Cũ Apostolus dicat: *Charitas diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis*, intelligimus dilectionem spiritumsanctum esse. Hic est fons in quo non communicat alienus, cum in omnibus aliis sacramentis ecclesiæ communicet. Ad hunc fontem bibendum nos hortatur, dicens: Diligamus inuicem. (Rom.5.)

g *Quoniam Deus chari.* Non differt in Deo, vt iustus & iusticia dicatur, vt diligens & dilectio dicatur, quia nõ transnominatiuè à iusticia dicitur iustus, vel diligens dilectione, quia iusticiã vel dilectionem habeat, sed quia est iusticia vel dilectio.

h *In hoc apparuit.* Probando, quòd Deus charitas est & quòd F nos diligit, voluit inducere nos suo exemplo, vt inuicem diligeremus, & ad noticiam eius veniremus. Sicut Deus non expectauit vt eum diligeremus sic nos non expectemus vt alij nos diligant, sed priores diligamus. Dilectio patris probata est, quia misit filium: dilectio filij dilectio mortuus est.

☞ Non

a ¶ Habitans in mentibus eorum qui Christo verbo vel opere repugnant, nam iam operatur mysterium iniquitatis. b ¶ Amatoribus mundi. c ¶ Illi non sunt ex Deo, sed vos. d ¶ Confitendo Iesum venisse in carne habendo charitatem.
a & nũnc iam in mũndo est. Vos ex Deo estis filioli, & uicistis 1
a ¶ Antichristum. b ¶ Sed non virtute liberi arbitrij, sed quia maior est Deus ad protegendum quam diabolus ad impugnandum. ¶ Docet habere spem & charitatem. 2
b eũm, quoniam maior est qui in vobis est quàm qui in mun- 3
a ¶ Sed spiritualium corda non possunt auertere. 4
c do. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mũn- 5
d ¶ Quia charitatem habemus. a ¶ Per charitatem. 6
dus eos audit. Nos ex Deo sumus. † Qui nõuit Deum, audit 7
a ¶ Prædicatores veritatis. b ¶ Qui charitatem non habet. c ¶ Carnalis non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. 8
b ¶ Qui audit nos, habet spiritum veritatis, qui non audit, habet spiritum erroris. 9
nõs: qui non ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spi- 10 11
a ¶ Quia ex Deo sumus non ex mundo, ergo. b ¶ Verbo & opere. 12
e ritum veritatis, & spiritum erroris. Chãrissimi diligãmus 13
nos inuicem, quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit 14
¶ Quia permanent apud Deum. a ¶ Et hic, & in futuro pleniùs. 15
† fratrem suum, ex Deo natus est, & cognõscit Deum. Qui 16
a ¶ Ad noticiam Dei non venitur nisi per charitatem, quia in maliuolam a. non in. spi. sa. 17
¶ Fraterna dilectio ducit ad noticiam Dei, qui est summa dilectio. 18
f non diligis, nõ nõuit Deum, † quoniam Deus charitas est. In 19
g ¶ Inuisibilem in se. 20
h hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum 21
22

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vos ex Deo estis filioli. *Per baptismum regenerati.*
2 Et vicistis eum. *Scilicet figuralẽ Antichristum, confitendo Iesum Christũ esse Deum & verum hominem vel.* Vicistis eum. *Id est, mundum, deuincendo concupiscentiã oculorum & carnis, & superbiam vitæ quæ nomine mundi intelliguntur, vt dictum est. sup. 2. ca.*
3 Quoniã ma. est quæ in vo. est. *Spiritus Dei in quo vicistis concupiscentias mundi, & non virtute propria.* 4 Quã quę in mundo. *Id est, quam spiritus malignus qui habitat in hominibus mundanis & excitat concupiscentias prædictas.* 5 Ipsi. *Hic consequenter determinat veritatẽ ex parte audientiũ. Circa quod sciendũ, ꝙ quilibet libẽter audit illud ad quod pronitatẽ habet & oppositũ abhorret: ideo hæretici in doctrina sua laxabant hominibus mundanis delectabilia, vt sic faciliùs peruerterent eos circa credibilia. Et hoc est quod dicit.* Ipsi. *i. hæretici qui sunt figura Antichristi.* 6 De mũ. *s. i. quærentes huius mũdi delectabilia: vnde dicit Aug. in li. de vtilitate credendi. Hæreticus est qui alicuius tẽporalis cõmodi, & maximè gloriæ principatúsque sui gratia falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur.* 7 Ideo de mũ. lo. *Nã ex abundantia cordis os loquitur.* 8 Et mun. eos au. *Nam ad ea quæ prædicant afficitur.* 9 Nos ex Deo su. *Regenerati.*
10 Qui no. Deũ. *Fide formata charitate.* 11 Audi nos. *Acquiescendo doctrinæ nostræ.* 12 Qui nõ est ex Deo, nõ au. n. *Sed magis abhorret doctrinã nostrã.* 13 In hoc cog. spir. ve. & spiri. erroris. *Doctorem & discipulum veritatis, & doctorem discipulum erroris falsi.*
14 Charissimi. *Declarata veritate de verbi incarnatione, hic reuertitur ad tractandum de charitate, de qua in hoc libro principaliter intendit, vt patet ex processu libri, propter quod tractãdo de aliis, intermiscet de charitate. Ad quam inducit hic quadruplici ratione. Prima sumitur ex filiatione Dei, quam per charitatẽ consequimur: nã ipsa diuidit inter filios regni & perditionis ideo dicit.* 14 Diligam. nos inuic. quia charitas ex Deo est. *Id est, à Deo infusa est.* 15 Et omnis qui diligit fratrẽ suũ ex Deo natus est. *Quia charitas est quædã participatio diuinæ naturæ in nobis.* 16 Et cog. Deũ. *Hic ponitur ratio secunda, quæ accipitur ex Dei cognitione, quam debemus appetere, & sic hanc habemus per charitatẽ. Nã sicut malicia voluntatis per habitũ vitiosum peruertit rationis iudiciũ, ita è conuerso bonitas eius quæ est per charitatẽ, causat in intellectu iudiciũ rectũ: propter quod dicitur 1. Cor. 2. d.* Animalis homo nõ sapit ea quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autẽ iudicat omnia. *Et hoc est quod dicitur.* 17 Et cog. Deũ. *s. habens charitatẽ.* 18 Qui non diligit. *Dilectione charitatiua.* 19 Nõ nouit Deũ. *s. noticia meritoria.*
20 Quon. Deus cha. est. *Nõ est per hoc intelligendũ, ꝙ Deus charitas mouens immediatè volũtatẽ humanã ad actũ diligendi sine habitu medio, vt videtur sentire magister sententiarũ in 17. dist. primi libri, quia sic tolleretur ratio delectabilis ab actu diligendi. Nã habitus perficiens potentiã facit actũ delectabilem 5. Eth. Deus autẽ non potest esse forma perficiens potentiã voluntatis creatæ, ergo &c. Similiter ratio meriti: nã sic in actu diligẽdi volũtas esset tantũmodo mota, & sic nõ diligeret liberè: nec per consequẽs meritoriè. Ideò tenetur ab omnib. doctoribus ꝙ Deus monet ipsam volũtatẽ ad actũ diligẽdi meritoriũ per habitũ charitatis infusum, sicut intellectũ ad actũ credẽdi per habitũ fidei. Est igitur sic intelligendũ.* Quon. Deus, &c. *s. increata, sicut est bonitas & sapiẽtia ad cuius cognitionẽ rectã inclinat charitatis habitus, vt dictũ est supra. Obiectũ enim huius cognitionis nõ est verũ absolutè, sed verũ confusè se habens appetitui recto, ideo subtracta dilectione charitatiua, quæ facit appetitũ intellectiuũ rectũ, maximè circa Deũ, non remanet talis cognitio.*
21 In hoc apparuit. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex Dei imitatione quæ ex dilectione Dei ad nos.*
22 Quoniã filiũ suũ vnigenitũ mi. *Id est, in humanitate assumpta.*

✠ Vt viuamus

☞ a *Non quasi nos.* Non prius dileximus, vt quasi meritò nostræ A dilectionis ipse diligeret nos, sed & ipse prior dilexit nos, vt præeunte gratia eius nos eum diligamus.

✠ OECVMENIVS. Hoc est. In hoc ostenditur quod Deus sit charitas. Deinde extollens bonitatẽ charitatis Dei, ait: Non quod nos dilexerimus ipsum hoc fecit Deus, dans filium suum pro nobis, quasi dilectis debuisset, vt diligentibus rependeret æqualem affectum, sed per charitatem prior auspicans beneficium erga nos, misit filium suum, nec solum misit, verumetiam pro peccatis nostris proprio illius sanguine placatus est. († De const. dist.2 c. iteratur in fine) Si sic ergo dilexit nos Deus, quamquam in natu- B ra nihil nobis cõmune esset cum illo multomagis debemus & nos diligere eos, qui eiusdem nobiscum sunt naturæ: & cognito bono quod à charitate procedit, inuicem illud administrare. Quemadmodum enim culpa est illi qui non eligit quod eligendum est, ita & laudi datur iis qui diligunt dignos dilectione eò quòd chari sint. Ita autem affecti, vtrumque habemus, & ἀγαπητοί id est, chari simus, & ἀγαπητικοί hoc est, amore prosequentes per dilectionem erga proximos.

b *Propitiationem.* Alia translatio litatorem, id est sacrificatorem pro peccatis nostris.

c *Et nos debemus alterutrum dilige.* Dilige, & quod vis fac. Siue taceas, dilectione tace: siue clamas, dilectione clama. De hac radice non potest nisi bonum exire.

d *Deum nemo vidit vnquam.* Sicut videntur ista visibilia corporis sensibus nota, sic non videtur Deus. Sed & si aliquãdo hoc modo videndi visus est non sicut istæ naturæ videntur, sed voluntate visus est, specie qua voluit apparens, latente natura & incommutabiliter in se permanente. Eo autẽ modo quo videtur sicut est, nunc fortasse videtur ab angelis, à nobis tunc videbitur cum æquales angelis erimus. Sed nec tunc videbitur sicut C ista visibilia, quæ corporali visione cernuntur, sed vnigenitus qui est in sinu patris ipse narrabit: quod non ad oculos, sed ad mentium visionem pertinet. Sicut ergo si solem iustum videre vellemus, oculum corporis purgaremus: sic volentes videre Deum, oculum mentis purgemus. Sed quia hæc visio in futuro speratur, quid agendum est, quo solatio vtendum, dum adhuc peregrinamur in corpore?

✠ DIDYMVS.

✠ DIDYMVS. Cùm inuisibilis sit Deus, nullus eum sensibi- D liter vidit vnquam, quando non potest videre aspectus corporalis incorporalia. Interrogemus, vnde affirment quidam visum ab aliquibus creatorem. Et siquidem Moysen protulerint, sciant qui ia præter quàm quòd diu rogauit, intelligibiliter non sensibiliter ei Deus apparuit. (Exod 33.) Dicendum namq; est quia faciẽ non vidit, sed postrema Dei. Hæc autem sunt creaturæ, quarũ generationes cõscripsit: hæc namque postrema & post Deum sunt. († quòd) Si Esaiam in medium deduxerint, dicentes eum vidisse Deum, & pedes sedentis in throno. (Isa.6.) Dũ Esaiæ dicta, multa expositione egeant, hoc in tempus aliud differamus, &c. († Ioan.1 b. 1. Tim.6.e.) Dicendum quoque est, E hunc sermonẽ, *nunquam*, significare tẽpus aliquod certum. quia videre disciplinabiliter Deum proueniet eis qui tempus mundúmque transcendunt.

e *Diligamus inu.* Sic Deus in nobis manet.

f *Et char. eius, &c.* Incipe diligere, cœpit Deus in te esse: cresce in dilectione, & amplius habitando in te Deus faciet te perfectum, vt diligas & inimicum sicut & ipse inimicos dilexit.

g *In hoc cogno.* Vnde sciemus si habeamus spiritum Dei? Interroga viscera tua, si sint plena charitate, habens spiritum Dei. *Quia cha.* Dei *dif. est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.* (Rom.5.)

h *Quoniam in eo ma.* Deus in nobis manet & nos in Deo, & nemo de salute desperet, quia etsi morbi scelerum nos deprimunt, omnipotens est medicus qui saluet. Gaudeamus in spe, vt veniamus ad rem.

✠ OECVMENIVS. Multa ex his quæ nobis inuisibilia sunt, ex actionibus esse deprehendimus. Certè quemadmodum neque animam quispiam vidit, sed tamen ex actionibus & motionibus in nobis esse deprehendit: ita & dilectionem Dei erga nos, veluti per quandam motionem ac operatio- F nem deprehendimus. Et quæ est operatio? Pura ac syncera dilectio erga proximum. Hoc indicium est & nos in ipso, & ipsum in nobis manere, quod etiam de spiritu suo dederit nobis. Quoniam ergo per puram dilectionem cum eo communicamus, ex hoc etiam nos, inquit, qui secundum carnem eum vidimus, cognouimus eum, & testificamur quod pater miserit eum saluatorem mundi.

☞ Quisquis

¶ Visibilem ex carne. a ¶ Mori pro mundo. b ¶ Quia prius mortui. c ¶ Resuscitatum. ¶ In hac missione.
vnigenitum misit Deus in mũndum, vt uiuamus per eũm. 1
a ¶ Manifesta.
a In hoc est chãritas, non † quasi nos dilexerimus
a ¶ Amauit iniquos, sed non iniquitatem. b ¶ Experimentum dilectionis.
Deum; † sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filiũm 2
¶ Destruendis. a ¶ Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. 3
b suum propitiationem pro peccatis nostris. Chãrissimi, si 4
¶ Sed non iniquitatem. a ¶ Non enim videbit me homo & viuet. 5
c Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrũ diligere, † Deũ ne 6
d a ¶ Sed tamen. b ¶ Sincera & disciplinabili charitate non remissa & desidiosa mansuetudine.
e mo vidit vnquam. Si diligãmus inuicem, Deus in nobis ma- 7 8
a ¶ Inspirando bona. b ¶ Habitando in te. ¶ Deus faciet te perfectum.
a ¶ Si diligamus, manet in nobis quod tali experimento probamus, quoniam de spiritu &c.
f nẽt, & chãritas eius in nobis perfecta est. In hoc cognõscimus 9
g ¶ Subtiliter de diuinitate sua facit scire & loqui. 10
h quoniã in eo manemus & ipse in nobis, quoniã de spiritusan- 11
a ¶ Per hoc probamus, quòd de spiritusancto dedit, quia vidimus, id est, per inspirantem spiritum fide nouimus, & per testificantem spiritum testificamur, quod non hi qui spiritum sanctum non acceperunt. 12 b ¶ Quia in mundo erat, & mundus eum non cognouit. 13
cto suo dedit nobis, & nos vidimũs & testificãmur quoniã pa 14

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt viuamus per eum. *Vita gratiæ quam influit nobis, sicut caput influit sensum & motum membris suis.*
2 Sed quoniam ipse prior dilexit nos. *Diligere enim est velle alicui bonum. Quidquid autem boni naturæ vel gratiæ vel gloriæ in nobis est vel potest esse, totum est à Deo agente voluntariè.*
3 Et misit filium suum propitia. *Id est, hostiam per quam Deus pater nobis propitius redderetur.*
4 Pro pecca. nostris. *Scilicet tollendis. Ex hoc concludit intentum di.*
5 Charissimi, &c. *Et patet litera.*
6 Deũ. *Hic ponitur quarta ratio, quæ accipitur ex diuina mansione in nobis, quam debemus appetere summè, & hanc facit charitatiua dilectio, non autem visio quæ non habetur in præsenti vita. Et hoc est quod dicit:* Deum nemo vidit vnquam. *Exo. 33. d.* Non videbit me homo & viuet. *Dicit tamen August. quòd concessum fuit Paulo & Moysi videre diuinam essentiam, sed hoc fuit in raptu & transitorie, & non mansiuè, de qua mansione est hic sermo, vt patet ex litera.*
7 Si diligamus in. *Charitatiuè.*
8 Deus in nobis manet. *Sicut amatur in amante: quæ quidem mansio est aliqualiter eadem cum mansione patriæ. Nam habitus charitatis non euacuatur adueniente statu patriæ, sed manet & perficitur, sed cognitio viæ euacuatur.*
9 Et charitas eius in no. perfe. est. *Exponatur sicut supra 2. c.*
10 In hoc cog. *Exponatur vt supra in fine ca. præce.*
11 Et nos. *Supra in principio huius ca. tractauit de incarnatione verbi hic confirmat dictam determinationem, & primò facit propositum secundò inducit ad dilectionis actum, ibi.* Deus charitas est. *Determinationem vero suppositam de incarnatione verbi confirmat per hoc, quòd conuersatus fuit cum verbo incarnato, & opera eius vidit, & hoc est quod dicit.* Et nos. *& alij apostoli.*
12 Vidimus. *Viderunt enim eius humanitatem oculis corporalibus, & eius diuinitatem oculis mentalibus, non se, sed in effectibus suis, sicut videtur causa in effectu: viderunt enim eum facientem miracula virtutem totius naturæ creatæ transcendentia, & non solum orando sicut alij sancti, sed etiam imperando tanquam virtute propria.*
13 Et testifi. *De visu dicto modo.*
14 Quoniam pater. *Eiusdem naturæ & potestatis cum eo.*

✠ Salua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Quisquis con.* Supra dixerat, si diligamus, Deus manet in nobis: hic dixit, qui confessus fue. quoniam Ie. fi. Dei, in Deo manet & Deus in eo. Insinuans, quòd quisquis habet dilectionem in fratres, ille verè testatur Iesum esse Dei filium. Quare enim causarum effectus conueniunt, & ipsæ causæ conueniunt.

b *Deus in &c.* Vicissim in se habitant, qui continet & qui continetur. Habitat in Deo, sed vt conitenaris, habitat in te Deus, sed vt contineat ne cadas, quomodo cadet quem continet Deus?

✠ DIDYMVS. In Euangeliis legitur. Quisquis confessus fuerit me, & ego cõfitebor eum: quo intellectu hæc quoque dicenda sunt. Non enim Deus permanet in eo, qui voce tantummodo confitetur, quia Iesus est filius Dei, & operibus eũ negat. Quapropter hæc confessio oportet vt coniuncta sit rectis dogmatibus & bonis operibus. Sic enim quilibet filium Dei confitendo Iesum, in Deo per participationis eius modum manebit, vt & Deus quo participatur, in eo permaneat.

c *Et nos cog.* Nos vidimus & testamur quod Deus misit filium suum, & cognouimus qua causa hoc fecit: non quia indigeret, non quia aliquid deberet, sed sola charitate, cum haberet vnicum, noluit illum esse vnum, sed vt fratres haberet, & adoptauit illi qui cum illo possiderent vitam æternam.

d *Deus charitas est.* Idem superius dixerat, ecce iterum dicit, vt amplius commendet & vt alium effectum charitatis adiungat. Supra dixit per charitatem factum esse primum aduentum filij Dei in mundum ad salutem mundi: hic per eandem charitatem annunciat salutem fidelium in secundo aduẽtu in iudicij. Dum dilectionem commendat, dilectionem Dei nec penitus tacet, nec frequenter nominat dilectionem inimici omninò tacet: fraternæ charitatis frequentissimè meminit. Cur hoc? Cum dicat non esse magnum, si diligamus eos qui nos diligunt, nisi etiam ad inimicos dilectio pertingat. Sed qui vsque ad dilectionem inimicorum peruenit, non transibit fratres: oportet enim vt (sicut ignis) prius occupet proxima, & sic in longinquiora defcendat. Qui optat de inimico, vt frater fiat, fratrem diligit. Non enim amat in illo quod est, sed quod vult esse: sicut faber amat lignum de sylua recisum, de quo aliquid est facturus non amat quod est, sed quod facturus. Non minus ergo monuit de charitate. In mutua dilectione est perfectio charitatis diuinæ.

✠ AVGVSTINVS. Vtrum ad solam Sancti spiritus personam pertineat, charitas, dum dicitur. *Deus charitas est*, qui dilectio patris & filij esse legitur? Respondeo. Nullatenus ita Spiritus sanctus charitas intelligitur, quia non sit pater & filius charitas, Sicut Spiritus sanctus est charitas, ita & pater est charitas, & filius est charitas: non tamen tres charitates, sed vna charitas. Sed quia Spiritus sanctus donum Dei propriè dicitur, & nullum donum Dei charitate maius est, imò sine eo nullum donum Dei ad perpetuam beatitudinẽ hominem deducere † charitatẽ poterit, proinde Spiritus sanctus dicitur Charitas.

e *In hoc perfecta est.* Hoc signo potest probare quicumque quantum fecerit in charitate. Interroga cor tuum, & respondebit tibi. Credit aliquis diem iudicij, sed quia non est perfectus in charitate, cœpit timere, sed si perfectus esset, fiduciam haberet, etsi desideraret, non timeret. Quando conuertitur aliquis ad pœnitentiam, incipit timere, sed processu bonæ conuersationis discit non timere, sed optare vt veniat: sicut Paulus: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Phil. 1. d.

f *Quia sicut ille est, &c.* Vt expositum est, sicut non semper ad æqualitatem, sed ad quandam similitudinem dicitur: sicut aures habeo. Sic & imago, si ad imaginem Dei facti sumus, quare non sicut Deus sumus?

g *Timor non est in charitate.* Per hoc intelligitur perfecta charitas, quia in tali charitate quæ ad imitationem diuinæ bonitatis etiam inimicis benefacit, non est timor.

✠ AVGVSTINVS. Præmissus timor in cor nostrum pellit inde consuetudinem, malorum operum, & seruat charitati locũ, qua tanquam domina veniente, vt illa insideat abscedit. Epistolæ 120. cap. 18.

✠ IDEM. Timor seruus est, charitas libera est, & vt sic dicamus, timor seruus est charitatis. Ne possideat diabolus cor tuũ, præcedat seruus in corde tuo, & seruet venturę dominæ locum. Fac vel timore pœnæ, si nondum potes amore iustitiæ. Veniet domina, & seruus abscedet, quia charitas consummata foras mittit timorem. Serm. 13. de verb. Apost.

✠ IDEM. Timor iste quo gehennam times, & ideo mala non facis, continet te, & sic volentem peccare animo, non sinit. Est quidam custos timor, quasi pædagogus legis, litera est minans nondum gratia iuuans. Custodiat tamen timor iste, dum non facis timendo, & veniet charitas. Serm 18. de verb. apost.

h *Foras mittit timorem.* Illum de quo dicitur: initium sapientię timor dñi: quo timet quisque incipiẽs opera iustitiæ ne veniat Pro. 1. a.

☞ districtus

a ¶ Ad cognitionem hominum. b ¶ Non modo saluatorem, sed & iudicem. c ¶ Nos per spiritum datum credimus & testificamur, & exemplo nostro quisquis per eundem spiritum confessus verba confessionis cordis, vt nec hæreticorum fraudibus nec persecutorum tormentis, nec carnalium fratrum exemplis, nec propria fragilitate timeret.

a ter misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus 1
a ¶ Nemo dicit dominus Iesus nisi in spi. &c. 2
b fuerit quõniam Iesus est filius Dei: Deus in eo manet, & ipse 3 4
a ¶ Christiana fide ac si videremus. ¶ Quæ neminem fallit. 5
c in Deo. Et nos cognouimus, & credimus † charitati, quam 6
d habet Deus in nobis, Deus charitas est, & qui manet in cha- 7 8
¶ Per hoc ostenditur perfecte Deum diligere, si aduentum iudicij eius non timemus, qui timet non est perfectus in charitate.
e ritate, in Deo manet & Deus in eos. In hoc perfecta est cha- 9 10
a ¶ Non timentes apparere iustici. 11
f ritas nobiscũ, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut 12 13
¶ Per hoc habemus fiduciam, quia imitamur perfectionem dilectionis eius in mundo amando etiam inimicos, sicut ille pluit super iustos & iniustos in cœlo. a ¶ Quæ pro merito iusticiæ fiduciam habet, sed & præsentes tribulationes facit non timeri charitas.
g ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor nõ est in charita- 14 15 16
a ¶ Seruilem. b ¶ Qui torquet cor conscientia peccatorum, cum nondum facta est iustificatio. 17
h te, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ, quoniam timor 18
¶ Vt perfecti simus diligamus.
pœnã habet. Qui autem timet; non est perfectus in charitate. 19

NICOLAVS DE LYRA.

1 Saluatorem mun. *Per suam passionem in humanitate assumpta, ideò concludit.*

2 Quisquis con.fu. *Corde & ore confessione charitatiua.*

3 Quoniam Iesus. *Homo verus.*

4 Est fi. Dei. *Ita quòd idem est suppositum vtriusque naturæ diuinæ scilicet & humanæ.*

5 Deus in eo ma. *Per gratiam.*

6 Et nos cog. *Verbum incarnatum modo prædicto.*

7 Et credimus &c. *Id est, & credimus ipsum specialiter habitare nobiscum per charitatem.*

8 Deus cha. est. *Hic inducit ad charitatem, & vt magis moueat, primò commendat eam, secundò ad eam inuitat ibi:* Nos ergo. *Circa primum commendat eam de tribus, primò: quia facit nos participare deitatem, & hoc est quod dicit.* Deus cha. est. *Scilicet increata.*

9 Et qui ma. in cha. *Creata quæ est quædam participatio charitatis increatæ quæ est Deus.*

10 In Deo ma. *Sicut participans in participato.*

11 Et Deus in eo. *Sicut participatum in participante. Secundò quia contra horrorem futuri iudicij dat securitatem, & hoc est quod dicitur.*

12 In hoc perfe. est cha. *Amor enim facit confidere de præsentia amati, ideo subditur.*

13 Quia si. il. est. *Scilicet benefaciens de cœlo iustis & iniustis.*

14 Et nos fu. *Pro amore eius amicos & inimicos diligendo secundum quòd dicitur Mat. 5. g.* Diligite ini. vest. &c. *& subditur.* Vt sitis fi. pa. ve. qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos & pluit super iustos & iniustos. *Tertiò, quia excludit timoris seruilitatem, ideo dicit.*

15 Timor non est in ch. *Quod intelligitur de seruili timore & inquantum seruilis est.*

16 Sed perfe. &c. *Charitas autem quæcumque excludit timorem seruilem, & ideo quod dicitur hic: Charitas perfecta est, id est, perfectio charitatis etiam minimè habet timorem excludere.*

17 Quon. ti. p. h. *Id est, timori seruili debetur pœna, quia facit cauere peccatum solummodo ne puniatur: non propter detestationem vitij, nec propter vitandam offensam Dei: sicut mulier habens voluntatem adulterandi, abstinet aliquando timens à viro puniri.*

18 Qui autem ti. *Hoc modo.*

19 Non est perf. in ch. *Id est, non habet charitatem ipsum perficientem. Alio modo exponitur de timore initiali: qui facit cauere peccatum partim propter pœnã, & partim propter offensam, tamen principaliter propter offensam Dei. & hic timor Dei inquantum respicit pœnam: semper minuitur crescente charitate, & ideo cum dicitur.* Timor non est in

✠ charitate

districtus iudex & se minus castigatum damnet. Perfecta charitas pefectam facit iusticiam, nec habet vnde timeat, sed desiderat. Aliud est timere Deum ne mittat in gehennam qui timor nondum castus cessabit. Aliud timere ne te deserat qui timor castus permanet in seculum seculi: quia desiderat aduentum sponsi. In quæst. de Trinit. tom. 3.

a *Quoniã Deus prior dil. nos.* ✠ AVGVST. Quæ merita bona tunc habere poteramus, quomodo Deũ nõ diligebamus? Vt n. acciperemus dilectionem qua diligeremus, dilecti sumus cum eã nondũ haberemus. Hoc Ioannes apertissimè dicit nõ quod nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Optimè omninò atque verissimè. Non. n. haberemus vnde illũ diligeremus nisi hoc ab illo cũ prior nos diligeret, sumeremus. Lib. de gratia Christi c. 26.

Dilectio Dei dedit nobis vt diligeremus eum, vnde dicit. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Iob. 15. c.

b *Deum quem non videt.* ✠ OECVMENIVS. Subiungit autem hũc efficacissimum quoque sermonem ad conuincendum eos qui diuinam charitatem corrumpere conantur, tale quippiam dicens. Dilectio siue charitas coit, ac formatur omnino ex mutua conuersatione conuersatio autem comitem habet fratris aspectum, & ex hoc maximè colligatur ad eius dilectionem. Si quidem attractiùs est aspectus ad dilectionẽ. Quòd si hoc verum est, qui id quod fortius attrahit ad dilectionem nihili facit, & fratrem quem vidit non diligit si Deum quem non vidit dicat se diligere, qui neque cum eo conuersatus est, neque vllo sensu capi potest, quomodo verare esse deprehẽdetur? Si quis igitur impudenter dicat se Deum quidem diligere fratrem verò odio habere, nónne is non solum diuinam corrumpit charitatẽ sed & præcepti eius trãsgressor inuenitur Cuius? Eius de quo dicit. Per hoc cognoscẽt omnes quod mei stus discipuli, si charitatẽ habueritis inter vos mutuã. Qui ergo deũ diligit & huius discipulũ se esse asserit, diligat & fratrẽ suũ iuxta illi præceptũ. † Diligamus esse.

Ideò non videt Deum quia non habet dilectionem ideò nõ habet dilectionem quia non diligit fratrem quia si haberet dilectionem, videret Deum: ergo purgat oculo per dilectionem tendamus ad contuendam incõmutabilem Dei substantiam.

c *Et hoc man.* Ne quis audeat dicere, diligere possum Deum, etiam si non diligam fratrem addit. *Et hoc man. &c.* quasi dicat quomodo diligis eum cuius negligis mandatum.

a ¶ Nulla necessitate, sed vt de inimicis amicos, &c.

a ¶ Quia multi verbotenus dicunt diligo subditur. Si quis.

a Nos ergo † diligamus Deum, quoniam Deus priõr dilexit 1
a ¶ Quia res incognita amari non potest.
nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum: & fratrem suum 2
oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quẽ 3
b videt, Deum quem non videt, quõmodo potest diligere? 4
c Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum di- 5 6
a ¶ Quia si fratrem non diligit, nec Deum diligit cuius natos non diligit.
ligãt & fratrem suum.

NICOLAVS DE LYRA.

Aliquid est causa dilectionis duplicitèr.

charitate subintelligitur perfecta.

1 Nos er. *Præmissa charitatis commendatione, hic consequenter inducit ad charitatem habendam, & primò ad charitatẽ Dei di.* Nos ergo dili. &c. *Exponatur vt supra 60. c. a. Consequenter inducit ad charitatem proximi dt.*

2 Si quis dixe. &c. mendax est. *Quia dilectio proximi includitur in dilectione Dei, & ad hoc inducit rationem di.*

3 Qui enim non di. *Ad cuius intellectum sciendum, quod dupliciter est aliquid causa dilectionis. Vno modo sicut id quod est ratio diligendi & hoc modo bonum alicuius est causa diligendi ipsum nam vnũquódque diligitur inquantum bonum. Alio modo sicut id quod est via quædam ad acquirendum dilectionem, & hoc modo visio alicuius est causa dilectionis eius, non tamen sic quod ea ratione sit diligibile, quia est visibile, sed quia per visionẽ huiusmodi ducitur quis ad dilectionem eius igitur non oportet quod illud quod est magis verisimile, sit magis diligibile, vel quod magis diligatur, sed bene est illud quod prius nobis occurrit ad diligendum. Et hoc modo arguit Apostolis quod proximus eo quod est magis nobis cognitus, occurrit magis nobis diligendus, propter quod si aliquis proximum non diligit argui potest quod Deum non diligat non quia proximus sit magis diligendus, sed quia nobis primò occurrit diligendus, vt dictum est. Vnde dicit Gregorius homel. 37. Ex his quæ animus nouit, surgit ad incognita quæ non nouit, vt per hoc quod sit notum diligere discat, & incognita amare. Et sic intelligitur quod dicitur hic.* Qui e. non di. fra. su. quem vi. *Et sic occurrit sibi primò diligendus ratione similitudinis in specie. Ecel. 13. c.* Omne animal diligit sibi simile, &c.

4 Deum quem non vi. *Et sic primò non occurrit diligendus.*

5 Quomodo potest di. *Quasi dicat non est probabile, quia dilectio proximi est quædã via ad dilectionem Dei non tamen sequitur propter hoc quod sit maior vel perfectior, sed magis è conuerso. Nam illud quod est prius in via generationis, est posterius ordine perfectionis, sicut patet de pueritia & de statu virili.*

6 Et hoc man. ha. à Deo. *Mat. 22. vbi præceptum de dilectione proximi coniungitur mandato de dilectione Dei.*

C F

ADDITIO.

In ca. 4. *vbi dicitur in Postil.* Quoniã Deus charitas est. *Nõ est per hoc intelligendũ, quod Deus sit charitas mouens immediate voluntatẽ.*

Quamus rationes quas tangit Postilla ad ostendendum quod nõ est intelligendum Deum esse charitatem mouentem immediate voluntatem ad actum diligendi meritorium sine aliquo habitu medio, sicut efficaces, & cõmuniter à doctoribus tenentur tamen videndum est quid dicendũ sit ad autoritates sanctorum præcipuè Aug. ex quibus videtur quod Deus est illa dilectio qua homo diligit proximum, vt in. 8. de trini. dicit & in. 15. de tri. Quod ita dictum est. Deus charitas est. *sicut dicitur.* Deus spiritus est. *sed manifestiũ est q Deus essentialiter dicitur spiritus ergo & charitas est ipse Deus essentialiter. Ad quas autoritates respondendum est secundum sanctum Tho. secunda secunde. q. 23. ar. 2. in responsione primi argumenti, quod ipsa essentia diuina charitas est, sicut & sapientia est, sicut & bonitas est. Vnde sicut boni dicuntur bonitate quæ Deus est, & sapientes sapientia qua Deus, quia bonitas quæ formaliter boni sumus est participatio quædam diuinæ bonitatis, & sapientia qua formaliter sapientes sumus, est participatio diuinæ sapientiæ. Ita etiam charitas qua formaliter diligimus proximum est participatio quædam diuinæ charitatis. Hic enim modus loquendi consuetus est apud Platonicos quorum doctrinis Augustinus fuit imbutus quod quidã non aduertentes, ex verbis eius sumpserunt occasionem errãdi, hac ille.* Deus quomodo charitas

CAPVT V.

✠ OMnis qui credit. Credit qui sic viuit quomodo Christus præcepit, aliter & dæmones credunt. Opera autem præter fidem, vel nulla, vel etiam si bona videantur, sunt inania, quia præter viam Christum.

CAPVT V.

a Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex 1
¶ Messias. a ¶ In hac fide.
Deo nãtus est. Et omnis qui diligit eum qui 2 3
¶ Deum. 4
& qui diligit deũ filiũ, diligit etiã dei filios mẽbra illius capitis: 5
Ergo diligamus filios dei vt diligamus filiũ dei cuius membra
☞ sunt

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT V.

✠ OMnis qui cre. *Hæc est tertia pars principalis tractatus huius epistolæ, in qua tractat beatus Ioannes de æterna verbi emanatione. Et dividitur in duas partes quia primò continuat se prædictis immediatè de dilectione proximi secundò tractat de emanatione verbi, ibi:* Hæc

Diuisio

est victoria. *Circa primum dicit.*

1 Omnis qui cre. *Fide charitate formata.*

2 Quoniam Iesus. *Nazarenus.*

3 Est Christus. *In lege & prophetis promissus.*

4 Ex Deo na. est. *Per regenerationem baptismalem.*

5 Et omnis qui di. eũ qui. *Id est, Deũ quo fideles filios suos facit,*

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ sunt & diligendo filium integrum, diligamus patrem dilectio
A enim compaginat corpus Christi, vt si vnus Christus. Ita qui amat fratrem, amat seipsum. Cũ illo enim ipse vnum est. Nec potest nõ diligere Christum qui mẽbra Christi diligit. Sic qui filium diligit qui est idem cum patre, necessariò & patrem diligit. Omnis qui cr. Et verè qui diligit Deũ, diligit & fratrẽ Nã qui diligit Deũ qui genuit, diligit eũ qui genitus est, secundum quod genitus est ab eo. Et quis natus? Qui credit, &c. & quis est qui genuit Deus pater Qui ergo diligit Deum generãtem in fide, diligit generatum in fide. Et conuenienter loquens de dilectione, meminit fidei quia si quis

† 15.q.6.c. finali.

B adeò est durus vt negligat amare hominem propter hoc quod homo est, quod in eodem exilio est monendus est vt saltem ideò diligat quia ex Deo natus est quia particeps eiusdem gratiæ est. Sed quia multi diligunt proximos propter consanguinitatem, vel propter temporale commodum, determinat quis verus amator est proximi.

Lib. de recta fide ad reginas. ✠ CYRILLVS ALEXANDR. Itaque qui non credit neque inter filios Dei computabitur. Si enim omnibus potestatem filios Dei fieri dedit qui filium acceperunt, sicut dicit Euangelista qui non susceperunt eum neque in filiis Dei connumerantur, eum per quem hoc existit non agnoscentes.

Lib. aduersus Praxeã c.28. ✠ TERTVLLIANVS. Et habes tota instrumenta eius, quæ in hunc modum pronuntiant, & duo proponunt, Deum patrem, & dominum nostrum Iesum Christum filium patris, & Iesum ipsum esse Christum in altero quoque nomine Dei filium. Nam exinde eo iure quo vtrumque nomen vnius est, id
C est Dei filius etiam alterũ sine altero eiusdem est. Siue solũmodo Christus idem est & Iesus quia vnctus est Iesus. Quorum nominum, alterum est proprium, quia ab Angelo impositum est. Alterum accidens, quod ab vnctione conuenit, dum tamen Christus filius sit, non pater.

Matth.11. a *Grauia non sunt.* Non trahunt deorsum vt talentum plumbi sed sursum vehit, & excelsos facit custodia mandatorum dei. *Grauia non sunt.* Iugum enim dei suaue, & onus leue. Quæ enim natura sua dura sunt & aspera, amor Dei & spes præmij facit leuia. Si quis grauia esse dicat, infirmitatem suam accusat, quia forti sunt leuia, & verè non sunt grauia quia omne quod nascitur, nascitur ex Deo. Qui diligit Deum, & proximum. Qui

Col.3.c. de mandatis Dei ita se instituit, vt ea ad actionem perducat & hic vincit mundum contemnit blandimenta vel aduersitates seculi, etiam ipsam mortem corporis quærit quę sursum sunt non quæ super terram. Et ne quis sua virtute confidat se posse vincere mundum subdit.

Tom.7 lib. de natur.& grat.c.69. ✠ AVGVSTINVS. Et præcepta eius grauia non sunt: vt cui grauia sunt, consideret non potuisse diuinitus dici, grauia non sunt nisi quia potest esse cordis affectus, cui grauia non sunt, & petat quo destituitur, vt impleat quod iubetur. Quomodo est enim graue, cum sit dilectionis mandatum? aut enim

¶ In fide. ¶ Hominem. ¶ In fide. ¶ Eo. ¶ Ille rectè probatur diligere proximum qui etiam Deum diligit. Et ne quis seipsum de amore Dei falleret verbo tenus dicens se amare Deum addit & mandata eius facimus. Probatio dilectionis exhibitio est operis.

genuit diligit & eum qui natus est ex Deo. In hoc cognos- 1

a ¶ Hoc est præceptum me. vt dixinui. 2

cimus, quoniam diligimus natos Dei cum Deum diligamus

a ¶ Per hoc probatur charitas Dei esse in nobis si mandata eius custodimus diligendo filios Dei. ¶ Ideò coniungo vt Deum diligamus, & mandata eius faciamus, quia aliter non est dilectio Non diligit regem qui eius legem non diligit. Ex amore regis lex eius debet impleri.

& mandata eius facimus. Hæc est enim charitas Dei, vt 3

¶ Quasi dicat libenter custodienda sunt, quia. 4

a mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. 5

Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: 6 7

a ¶ Demonstratiuè, quasi digito ostendit fidem tanquam consistentem & permanentem. ¶ Quis possit contemptum mundi habere nisi qui credit Iesum esse eum qui prophetatus est Christus & qui iungit digna opera fidei. 8

b † & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides 9

c nostra. Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui 10 11

enim quisque non diligit, & graue est, aut diligit, & graue esse non potest. D

✠ OECVMENIVS. Non sicut dixit Christus iugum meum leue est, hic & ipse, quod præcepta leuia sunt, sed quod grauia non sunt. Apud eum namque quia ad virtutem adducitur etiam quæ leuia sunt admodum grauia reputantur. Quemadmodum apud eũ qui robur ac sanitatem perdidit quæ omnia bona efficit, etiam quæ admodũ leuia sunt, grauia videntur. Siquidem quia videbantur quibusdam præcepta Dei esse grauia, vtpote quæ Dei essent propterea dicit ꝙ præcepta eius grauia non sunt. Quid enim grauitatis habet diligere fratrem Præterea quid grauitatis habet visitare eum qui in carcere est? neque enim liberare iubet eum qui est in carcere, quod difficile esset, sed tantum visitare neque eum qui ægrotat liberare ab ægritudine, sed tantum visitare neque esurienti mensam opiparam iubet apponere, neque nudo suppeditare vestimentum superflua variegatione præparatum, sed quæ necessarium vsum tribuant, quem is qui esurit aut nudus est requirit. E

✠ DIDYMVS ALEXANDRINVS. Non enim sicut peccatum comparatum talento plumbi significat onus maximum vergens deorsum, Ita virtus quæ è diuerso consistit eius. Hæc nanque volentes se eleuat, & excelsas facit. Sic itaque etiam mandata Dei dum fiunt, leuia sunt, & nullo onere deprimunt. Si quis autem accedens ad ea non sicut oportet, ea grauia esse dicat, suam infirmitatem magis accuset. His namque qui robur omninò non habent grauia iudicantur, & ea valde leuissima vnde non scripsit mandata eius leuia sunt. Sed ait, grauia non sunt. Illud solum assumens quod deorsum non trahit & sursum vehit, vt iustè sectemur quod iustum est, experimentum vtique cognoscentes quia Christi iugum leue est suauitatem obtinens copiosam. F Matth.11.

b *Et hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra.* Illa fides quæ per dilectionem operatur, quæ Dei auxilium flagitat.

✠ DIDYMVS ALEXANDRINVS. Hæc est victoria quæ vincit seculum, id est, fides quam habemus credentes Iesum esse eum qui prophetatus Christus. His igitur infert (quia necessario consequens est) vt qui credidit Iesum esse filium Dei victoriam habeat contra mundum. Vincit autem seculum, qui malo non vincitur: sed in bono deuincit eum. Vincitur autem quod malum est, quando virtutem & ipsam bonitatem habet, quæ semetipsam ad hæc informat. Cum hoc vtique opere bonitatis & conuersatione non grauium mandatorum qui credit viuam fidem habet secundum quam & ex qua erit filius Dei credens vnigenito Dei filio ita vt etiam participetur eo.

c *Quis est autem qui vincit mun. &c.* Determinat quæ fides vincit, scilicet fides Christi. Quasi verè per fidem vincit mundum quia per aliud non vincitur. *Fides nostra.* Ecce quæ fides vincit quæ credit verum hominem & verum Deum.

☞ Hic est

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Diligit & eum qui natus est ex Deo. *Id est, quemcunque fidelem aliter non, diligeret sufficienter Deum, nisi cum eo diligeret membra eius. Ideò subditur.*

2 In hoc co. quoniam diligit natos Dei cum deum diligamus. *Nam dilectio Dei includit dilectionem proximi, vt dictum est. Sed quia amor Dei non est ociosus, operatur enim magna si est vt dicit Grego. Homil. 30. ideò subditur.*

3 Et mandata eius faciamus. *Probatio enim dilectionis exhibitio est operis.*

4 Hæc est enim chari. Dei. *Id est, hoc exigit Dei charitas.*

5 Vt manda. eius custodia. *Corde retinendo & opere adimplendo Et ne aliquis se excuset propter difficultatem hoc remouet di.*

6 Et manda. eius grauia non sunt. *Scilicet amanti. Nam illa quæ de natura sui dura sunt & aspera, amor Dei & spes præmij facit leuia ideò subditur.*

7 Quoniam omne quod natum est ex Deo. *Per fidem charitate formatam*

8 Vincit mundũ. *Id est, tentationes diaboli mundi, & persecutiones.*

9 Et hæc. *Posita cõtinuatione dictis de dilectione proximi, hic cõsequenter determinat de emanatione verbi: Et primò ponitur determinatio secundò determinationis manifestatio, ibi:* Et spiritus est. *tertiò manifestationis intentio, ibi,* Et hoc est testimonium., *Circa primũ continuando se ad hoc quod dixerat immediatè.* Omne quod natũ est ex Deo, vincit mundua. *ostendit quid sit illud quod facit vincere dicens.* Et hæc est victo. quæ vin. mundum. *Id est facit vincere.*

10 Fides nostra. *De verbo Dei ideò subditur.*

11 Quis est au. qui vin. mun. nisi qui credit. *Fide formata.*

✠Quoniam

☞ a *Hic est qui ve. per aquam.* Quod quia sola fides & confessio
A diuinitatis non sufficit ad salutem ad vincendum mundum, addit & de humanitate.

✠ OECVMENIVS. Quoniam & propagationis filiorum meminerat dicens, Omne quod natum est ex Deo, hæc autem per sacrum baptisma nobis contingunt, propterea dicit: Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Et cuius gratia venit? vt nos regeneret ac filios Dei efficiat, nam & hoc tanquam sermonem consequens subintelligitur, vt sit hic sensus. Et omne quod natũ est ex Deo vincit mũdum. Quomodo autem natum est? per aquã,

† spiritus

B inquit, & sanguinẽ. Siquidẽ Iesus Christus qui venit per aquam regenerat & sanguinem. Addit autem rursum repetendo sermonẽ, dicens: Non per aquam solum videlicet regenerãs, sed per aquã & sanguinẽ. Vult enim primum designationem ostendere Christi qui nos adoptauit quoniam homo qui in ipso erat primus à Deo adoptatus, nobis quoque per suam adoptionem dedit huiusmodi dignitatem, quod etiam tribus temporibus demonstratum est, nempe in baptismo in Iordane, cum pater supernè testificaretur eũ qui bapzatur suum esse filium dilectũ.

Matth.3. Quis autem ille erat? is ne qui ingressus est aquam, an homo qui vnà cum Deo verbo assumptus est? is certè qui in occulto apparebat, nam huic opus erat testimonio. Per aquam ergo, hoc est in baptismate quod fit per aquam, demonstratus est filius dei esse Iesus per testimonium patris. Per sanguinem verò quando crucifigendus dicebat, Glorifica me tu pater, & delata est væ. Et glorificaui, & rursum glorificabo: quam etiam tonitruum esse existimabant hi qui audiuerant. Per spiritum autem, quando tanquam Deus surrexit ex mortuis. Nam soli
C Deo hoc relinquitur vt seipsum suscitet.

b *Spiritus.* Id est, humana anima quam emisit in passione. Aqua & sanguis quæ fluxerunt de latere, quod fieri non posset si veram carnis naturam non haberet. Sed & ante passionem sudor factus est sicut guttæ sanguinis, ostendit veritatem carnis. Hoc autem quod de latere iam mortui contra naturam aqua sanguis viuaciter fluxit, testabatur quod corpus domini post mortem

a credit quoniam Iesus est filius Dei? Hic est qui venit per a- 1 2 3

¶ Qui erat æternus venit ad salutem & peccatorum remissionem per aquam baptismi & sanguinem passionis, & non solum dignatus est baptizari propter nostram ablutionem, & vt baptismi sacramentum nobis consecraret, sed & sanguinem pro nostra redemptione dedit. 4 5 6

quam & sanguinem Iesus Christus: non in aqua solum, sed 7 8

¶ Et licet secundum hominem sit Passus, tamen spiritus visus super eum baptizatum in specie columbæ, vel spiritus, id est, omnis spiritualis doctor testatur hoc quod Christus est veritas, verus Dei filius: non phantasma, verus mediator & reconciliator immunis à peccato, & sufficiens ad auferenda omnia peccata mundi. 9 10 11

b in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam 12

† Christus est veritas. † Quoniã tres sunt qui testimoniũ dãt 13

a ¶ Vnus Deus de eadem re testantes 14

in cœlo: pater, verbũ, & spiritussanctus, & hi tres vnũ sunt. 15 16

c Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & 17

¶ Et quia ita certa testimonia habemus, ergo debemus hæc accipere, quia etiam testimonia hominum quæ mentiri possunt solemus accipere. 18

d sanguis: & hi tres vnũ sunt. Si testimonium hominum 19 20 21

mortem melius esset victurum, & mors eius vitam nobis daret. D Quod verò sudor sicut sanguis in terrã fluebat, signabat quod suo sanguine ecclesiam toto orbe lauaret.

✠ OECVMENIVS. Porrò dictione Spiritus, significatur Deus, quandoquidẽ & Spiritus est Deus. Ioan.4. Quoniam igitur tribus testificantibus Iesu adoptionem, nẽpe baptismo, passione & resurrectione, nihil ambiguitatis habet domini adoptio, per quam adoptionem nobis quoque, vt qui esset primitiæ totius humanæ massæ, donauit vt filij Dei essemus.

† De sum. tri. c. damnamus. De cel. missa. ca. in quadam.

c *Quoniam tres sunt.* Per hoc apparet, ꝙ Iesus est veritas, verus Deus, verus homo, qui de vtroque habemus certum testimoniũ, de deitate per patrem & filium & spiritum sanctum, de humanitate per animam, aquam & sanguinem. Pater dedit testimonium deitatis quando dixit: *Hic est filius meus dilectus.* Ipse filius dedit, quando in monte transfiguratus est, & potentiam diuinitatis & spem æternæ beatitudinis ostendit. Spiritussanctus dedit, quando super baptizatum in specie columbæ requieuit, vel quando ad vocationem nominis Christi corda credentium impleuit. E

Matt.3.d. Ibid. 17 a.

In paruis & varijs serm. serm. 16. Isay 66. ✠ BERNARDVS. Tres in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Similiter in inferno, vt in Esaia legimus. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur. Duo mala sunt vermis & ignis, altero roditur conscientia, altero concremantur corpora. Tertium additur desperatio, quæ in eo vtique intelligitur quod dicitur, non morietur, & non extinguetur. His qui in cœlo sunt datur testimonium beatitudinis, his qui in terra, iustificationis, his qui in inferno sunt, dãnationis. Primum testimonium est gloriæ, secundum gratiæ, tertium iræ.

Li. de baptis. c.16. ✠ TERTVLLIANVS. Venerat per aquam & sanguinem, sicut Ioannes scripsit, vt aqua linqueretur, sanguine glorificaretur. Proinde vt nos faceret aqua vocatos, sanguine elatos, hos duos baptismos de vulnere perfossi lateris emisit. Quia qui in sanguinem eius crederent aqua lauarentur, qui aqua lauissent, etiam sanguinem potarent. Hic est baptismus qui lauacrum & non acceptum repræsentat, & perditum reddit. F

d *Si testi.* Magnũ est testimoniũ Dauid homins quod de filio

☞ Dei

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quoniam Iesus est fi. Dei. *Naturalis: & per consequens eiusdem naturæ cum eo, non deitate specifica, quia natura diuina non est diuisibilis sicut humana. sed identitate numerali, distinctus tamẽ in persona quia natura non patitur, nec ratio, quod gignens & genitus ab eo sitũ vnum in supposito.*

2 Hic est. *Scilicet, Dei filius æternaliter à patre genitus.*

3 Qui ve. *In mundum ad nos saluandum.*

4 Per aquam. *Baptismalem, quia per tactum suæ sacratißimæ carnis in baptismo dedit vim regeneratiuam aquis.*

5 Et san. *Effusum in pretiũ nostræ salutis.*

6 Iesus Chr. *Verus homo.*

7 Non in aqua solum. *Sicut Ioãnes Baptista, cuius baptismus solũ lauabat corpora, sed nõ auferebat peccata, sicut facit baptismus Christi.*

8 Sed in aqua & san: *Id est, in baptismo virtutem regeneratiuam habẽte, & sanguine (ad infinitas animas si essent redimẽdas sufficiẽte.*

9 Et spi. est. *Hic consequenter ponitur dicta determinationis manifestatio, & est quadruplex non tamen ponuntur hic secundum ordinem temporis. Vna fuit per spiritus sancti mißionem super apostolos in signo visibili in testimonium quod Iesus ad dexteram patris glorificatus est eius naturalis filius, vnus cum ipso Deus. Et hoc testimonio prædixit Saluator Ioan. 15.d.* Cum autem venerit paracletus quẽ ego mittã vobis à patre spiritũ veritatis, qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me, *& hoc est quod dicitur,* Et spi. s. *sanctus.*

10 Est qui testi. *Cuius testimonium non potest esse falsum.*

11 Quoniam Chri. est ve. *Id est, Dei patris filius qui procedit à patre per modum intellectus, & sic est eius verbum, idem enim est verbum & filius propter hoc illam quæ pertinent ad intellectum, vt veritas & sapientia & huiusmodi, approprianatur filio in diuinis.*

12 Quoniam tres. *hic ponitur secunda manifestatio, quæ est per apertam visionem, nã ipsa beata trinitas manifestat se beatis quantum ad personarum distinctionem, & verbi emanationem à patre, & spiritus sancti ab vtroque, & hoc est quod dicitur:* Quoniam tres sunt qui testi. dant, &c. *veritatem manifestando, nam testimonium dare est veritatem manifestare.*

13 Pater. *Ingenitus.*

14 Verbum. *Ab eo genitum,*

15 Et spiri. *Procedens à patre & verbo.*

16 Et hi tres vnum sunt. *In essentia, & sic vnus deus super omnia gloriosus.*

17 Et tres sunt. *hic ponitur tertia manifestatio, quæ est per Christi paßionem in qua anima Christi fuit à corpore separata, & à corpore mortuo fluxerunt sanguis & aqua, Ioan. 19. f. Dicit igitur:* Et tres sunt qui testi. dant in terra, *veritatẽ filij Dei manifestando.*

18 Spiritus. *Id est, anima Christi, in qua ad limbum patrum descẽdit & eis se manifestauit ostendendo suam deitatem & paternalẽ proprietatem, extunc enim Deum clarè viderunt. Propter quod dominus dixit latroni Luc. 23. f.* Hodie mecum eris in paradiso.

19 Aqua & san. *Quæ veritatem manifestant in ecclesiæ sacramentis habentibus efficaciam ex ipsis, quæ quidem sacramenta conferuntur in fide & confeßione trinitatis*

20 Et hi tres vnũ sunt. *Quia conueniũt in assertione vnius veritatis.*

21 Si tes. *Hic ponitur quarta manifestatio quæ fuit per sensibilem vocem. Nam in baptismo Christi & eius transfiguratione audita fuit vox sensibilis patris dicentis de Christo.* Hic est filius meus dilectus. *hic singulariter dicitur: per hoc ostendens quod ipse solus est eius naturalis filius, & per consequens vnus cum ipso in natura & persona distinctus, cæteri verò qui plurificantur sunt eius filij adoptiui. Dicitur ergo:* Si testi. ho. acci. *Accipitur hic si pro quia, nam testimonium hominum recipimus tanquam sufficiens in rebus humanis.*

12 Quo

☞ A Dei perhibet: *Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.* Qui etiam inducit filium loquentem, *Dominus dixit ad me filius meus es tu.* Maius testimonium præcursoris, qui ait: *Ego baptizo vos aqua, ille baptizabit vos spiritu sancto.* Sed maius est testimonium patris qui spiritum quo semper plenus erat, in eum visibiliter misit, quasi dicat. Si creditis hominibus prænunciãtibus aduentum, credite patri testificanti aduenisse Christum.

Psal.2.b. Matt.3.c.

✠ CYRILLVS ALEXANDRIN. Testimonium autem pater perhibuit filio per spiritum, & per vocem. Quia enim est filius eius secundum veritatem, testificatus est quod potuit ipse spiritum suum sanctis suppeditare & propter illum virtutes operari quapropter dicebat: Ille me clarificabit. Testatus est autem & alio modo. Glorificauit enim eum in Iordane dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quicunque igitur separant illum, dicunt non esse filium verum eum qui ex muliere referunt autem filiationis nomen ad nudum & solum filium ex Deo, mendacem faciunt patrem. Incarnatum enim verbum monstrauit in Iordane, & tunc testimonium perhibuit ei spiritus, quod & Deus sit, & filius & verè.

Ioan.3.d. Lib. de recta fide ad regin.

a ¶Melius accipiendum. ¶Per quod probo. ¶Scilicet quia testest.
accipimus, testimonium dei maius est. Quoniam hoc est te- 1 *maius est, quia
a ¶ Hic est filius meus di. in quo mihi bene com.
stimonium Dei, quod maius est quia testificatus est de filio 2
a suo. † Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. 3
a ¶Sed. vnum sumus. ¶Dicit non esse filium vel minorem patre. b ¶Dicendo, Ego & pater ¶In hoc mendacem.
b Qui verò non credit in filium, mendacem facit eum, quia nõ 4
a ¶ Tu es filius meus dilectus: in te complacuit mihi. Et in passione: Clarificaui, & iterum clarificabo. 5 6
credit in testimonio quod testificatus est Deus de filio suo.
c Et hoc est testimonium: quoniam vitam æternam dedit no- 7
¶ Credendo & imitando. 8
d bis Deus, & hæc vita in filio eius est. Qui habet filium 9
¶ Sed. 10
dei: habet vitam, qui non habet filium dei, vitam non habet. 11
¶ His deberis adhibere fidem, quia. a ¶Vt certi sitis futuræ vestræ beatitudinis. 12
¶Ne seducamini fraudibus eorum qui negant Christum esse filium Dei, quia merito fidei vitam habebitis. 13
e Hæc scribo vobis, * vt sciãtis: quoniam vitam habetis 14

* credentibus in nomẽ filij dei

✠ IDEM. Porrò pater cœlestis nihil nisi saluare petens, & homines ad fidem adducere, ne credatur illi Christus esse contrarius, & alienus voce cœlo delapsa testimonium illi perhibet.

Lib.8 in Ioan.c.15.

a *Qui cre. in fi. Dei.* Intelligit patrem veracem in testimonio filij, qui non credit dicit patrem mentitum. Frustra igitur dicunt Iudæi se credere in patrem, qui contemnunt Christum.

b *In filium.* Quia pater testatur de filio, credamus in filium quia qui credit in filium, ita vt benè operando tendat in ipsum filium, habet testimonium Dei in se, quasi de eo etiam testatur Deus, quod ipse sic credens erit in numero filiorum C Dei, ipso filio suis ita pollicente: *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit illum pater meus.* Si ergo Deum testem tuæ fidei habueris, quid te hominum infamia vel persecutio lædit? *Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

Ioan 12.d. Rom.8.f.

✠ HILARIVS. Scribendi Euangelij non aliam (Ioannes) pertulit causam quàm vt omnes crederent Iesum esse Christũ filium Dei. Si sufficit ad salutem Christum credere, ea demum fides est non Christum tantummodo, sed Christum filium Dei credididsse, non est nomen filij in Christo vnigenito Deo ex adoptionis consuetudine, quod proprium est ad salutem. Si ergo salus in nominis confessione est, quæro cur in nomine veritas non sit, quod si in nomine veritas est; qua authoritate creatio esse dicitur, cùm non creationis confessio salutẽ sit præstatura, sed filij? Hæc igitur salus vera est hoc perfectæ fidei meritũ, Iesum Christum filium Dei credidisse. Nõ enim est in nobis dilectio ad Deum Patrem, nisi per filij fidem.

Lib.6.de Trinit.

c *Et hoc est testi.* De filio testatus est, & etiam de nobis filiis adoptiuis, quod per filium suum vnicum etiam nobis iam in spe, quandoque in re vitã æternã daret.

E d *Et hæc est vita.* In fide & cõfessione nominis, in perceptione sacramẽtorum eius: quia nemo venit ad patrem, nisi per eum. *Et non est aliud nomẽ in quo oporteat nos saluos fieri.* Et ne parum videretur dixisse vitã esse in filio, addit, ipsum filium esse illam vitam. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in se, qui dat suis vitam æternam.

Ioan.14.c. Act.4.c.

✠ TERTVLLIANVS. Viderint igitur Antichristi qui negant patrem & filium. Negant enim patrem, dum eundem filium dicũt & negant filium, dum eundem patrem credunt, dando illis quę non sunt, auferendo quæ sunt. Qui verò confessus fuerit Christum filium Dei (non patrem) Deus in illo manet, & ipse in Deo. Nos credimus testimonium Dei, quo testatus est de filio suo. Qui filium non habet, nec vitam habet. Non habet autem filium, qui eum alium quam filium credit.

Lib. aduersus Praxeã cap.30.

e *Hæc scribo vobis, vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, &c.*

✠ OECVMENIVS. Tanquam in epilogo summatim prædicta repetit, & ait: Scripsi vobis hæc tanquam hæredibus vitæ æternę, nequaquam enim hæc scriberentur his qui non viuerent secundùm spem vitæ æternæ: quia neque sancta dare canibus, neque margaritas spargere coram porcis, laudem promereretur. Tanquam hæredibus ergo vitæ æternæ scribens, repetit F breuibus vt diximus. Primùm quòd firmiter credere oporteat in nomen filij Dei, hoc est in traditum nobis ab illo diuinum cultum. Nam hoc significare vult nomen filij Dei, sicuti diximus, cui videlicet viam parat ipsa sacri baptismatis gratia. Deinde quod huius indubitatæ fidei, nullum sit aliud signum, nisi fiducia, quam per irreprehensibilem fidem, reperimus apud ipsum, sicut etiam in superioribus diximus.

☞ Et hæc

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Testimonium Dei maius est. *Id est, certius, nam ei non potest subesse falsum, sicut subesse potest testimonio hominum, & per consequens est magis credibile in rebus diuinis, quam testimonium hominum in humanis.*

2 Quoniam testificatus est de filio suo. *In transfiguratione & baptismo, vt prædictum est.*

3 Qui credit in filium Dei habet testimonium dei in se. *Id est, effectum illius testimonij.*

4 Qui non credit filio. *Doctrina eius acquiescendo.*

5 Mendacem facit eum. *Scilicet, Deum patrem, qui dixit testificando: hic est filius meus dilectus, & adiũxit, Ipsum audite, vt habetur Matth.17. ideò subditur.*

6 Quia non credit in testimonio quod testificatus est deus de filio suo. *Et patet ex dictis.*

Diuisio 7 Et hoc est testimonium. *Hic consequenter ponitur prædictæ manifestationis intentio, & primo ex parte Dei testificantis, secundò ex parte Ioannis scribentis, ibi:* Hæc scribo vobis. *Circa primũ sciendũ, quod prædictæ manifestationis intentio ex parte Dei est, quod homines per hoc consequantur æternam vitam, & hoc est quod dicitur:* Et hoc est testimonium. *id est, intentio eius siue finis.*

8 Quoniam vitam æternam dedit nobis deus. *Si enim accipiatur vita beata formaliter, quæ est visio & fruitio diuina, sic dedit eã in præsenti in spe & in futuro in re, & de præsenti illis qui iam sunt in beatitudine, si autem accipiatur vita beata obiectiuè, sic filius Dei ratione deitatis est ipsa visio beata principaliter, in cuius aspectu beati reficiuntur interius, & ratione humanitatis secundario, in cuius aspectu reficiuntur exterius, sicut dicit Augustinus super Ioannem. Et sic quodammodo dedit nobis vitam beatam, quoniam dedit nobis filium suum verum deum & hominem, ideo subditur.*

9 Et hæc vita in filio eius est. *Scilicet, obiectiuè.*

10 Qui ha.fi. *Per fidem charitate formatam,*

11 Habet vi. *Scilicet, beatam in spe, & si habet filium per visionem & fruitionem, habet eam in re.*

12 Qui non ha.fi.Dei. *Hoc modo vel illo.*

13 Vitam non ha. *Consimiliter, quia sicut affirmatio sequitur ad affirmationem, ita negatio ad negationem.*

14 Hæc scri. *Hic consequenter ponitur intentio Ioannis scribentis, & primò quantum ad bonum habendum, secundo quantum ad iam habitum, ibi:* Scimus quia. *Prima in duas, secundum duplex bonum consequendum, secunda ibi:* Et hæc est. *Circa primum sciendum, quod voluntas beati Ioannis conformis erat voluntati Dei testificantis, & ideo intendebat, quod illi quibus scribebat, per hoc vitam beatam consequerentur, ideo dicit:* Hæc scri. vo. &c. *qui creditis fide per dilectionem operante.* Diuisio

✠ In no

☞ A a *Et hæc est fidu.* Multipliciter eadem quæ supra promiserat, inculcat, vt nos ad orandum viuaciùs excitet.

Ioan.3.d. b *Secundum volun.* Vt quod velit rogemus, vel quales nos esse desiderat ad rogandum veniamus. Si volumus nostram salutem & proximorum, non discordemus à voluntate Dei. Si voluntas nostra per ignorantiam à volũtate Dei recedit: bona voluntas Dei nostram stultam corrigit, vt apostolo Paulo contigit: *Secundum vo.* Nõ secundum nostra carnalia desideria, quia quid oremus sicut oportet, nescimus, nisi ipse suam ostendat voluntatem, qui meliùs quã nosipsi nostram intelligit vtilitatẽ. Si petimus B secundum voluntatem eius, impetramus, sicut quando petimus pro fratre pro quo est petendũ.

† & vt credatis

a ¶Et non tantum in futuro bona cœlestia sperare debetis ex fide Christi, secundùm etiam in hac vita est fiducia, quod impetrabimus, quicquid salubriter petierimus.
a æternam, † qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc est fiducia 1
b quam habemus ad Deum, quia quodcunque petierimus se- 2
a ¶ Qui dixit. Primum quærite reg. Dei & o.a.vo. b ¶ Et non modo in futuro tempore audiet, sed etiam scimus quod quotidie audiuit, & audit, & per hoc quod modo audimur sumus certi de futuro. ¶Et non tantum in futuro, tempore dando effectum petitioni. 3
c cundùm voluntatem eius, audit nos. Et * scimus, quia audit 4
nos quicquid petierimus. Scimus, quoniam habemus peti- 5
¶Per confessionem, vel alio modo. ¶Non criminaliter, vel non vsque ad mortem. 6
d tiones, quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum pecca- 7
¶Pro eo. ¶A Deo. a ¶Pro oratione sua. b ¶Ei dico. 8
re peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti
a ¶Non criminaliter. ¶Sed. b ¶ Vsque ad mortem vitæ. ¶Quia quod in hac vita non corrigitur, eius venia post mortem frustra postulatur potest & de omni criminali accipi quicquid ab æquitatis ratione discrepat inter peccata numeratur, sed minima iustis non obsunt, sed quædam ab omni iustitia ita discordant, vt nisi corrigantur mergant in pœnam. 9
e nõ ad mortẽ. † Est peccatũ ad mortẽ, nõ pro illo dico vt roget 10
f quis. † Omnis iniquitas peccatũ est, & est peccatũ ad mortẽ. 11 12
¶Qui semen Dei habet in se, non potest peccare ad mortem, simul enim non potest operari iustitia & peccatum. ¶ Peccatum ad mortem. 13
g h † Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo, non peccat, 14 15 16

† De pœn. di.1.ca. importuna. in fi. † De pœ. di.3.ca. ille rex tantus. † De pœn. di.2.c. si enim in prin.

c *Scimus quo. &c.* Quia scimus quoniã habemus ab eo petitiones quas petimus, nihil petamus, quod ei sit aduersum, nihil nisi quod nos docuit, quod nobis inspirauit, petamus: & si in aliquo erramus, statim corrigimur.

✠ DIDYMVS. Qui experimento artis agnoscunt, quomodo operis alicuius quæque necessaria corrigantur, spem habent optimam, vt dum opus fuerit, hæc adimplere possunt. Quia igitur etiam sacri viri, Ioannes, & qui cum eo Apostoli ipsis operibus agnouerunt quoniam crebrò postulantes Deum quod ei esset gratum, & acceptabile perceperunt præsumunt quia quotiens ita petierunt, quæ cupiunt Deo annuente merebuntur. Habentes enim scientiam, munificentissimus, atque largissimus Deus est, & petitiones secundum voluntatem suam habitas confert, multam fiduciam conceperunt apud eum, tanquam filij apud patrem. Quapropter confidunt se percipere pro qui-C bus rogantur, certè scientes quoniam audit eos cum præstari sibi poscunt quæ illi grata noscuntur.

d *Qui scit fra.* Loquitur de quotidianis & leuibus peccatis, quæ sicut difficile vitantur, ita facilè curantur: Si dicto, vel cogitatu, vel obliuione, vel ignorantia peccasti, confitere fratri, sicut Iacobus docet, *postula vt pro te interueniat.* Et si ille iterum tibi confitetur, tu etiam pro illo interueni. Hic sufficit dominica oratio, & mutua confessio leuis est pœnitentia. Porrò si graue peccatum fuerit, induc presbyteros ecclesiæ, & ad illorum examen castiga te.

Iaco.1.a. Iaco.5.e.

e *Est peccatum ad mortem.* Quod separat à Deo, sicut mors separat animam à corpore.

Peccatũ ad mortem

D ✠ OECVMENIVS. Hoc solum peccatum ad mortem est, quod ad pœnitentiam non respicit: quo cum ægrotasset Iudas in sempiternam mortem abductus est. Sed & illi peccant ad mortem, qui iniuriarum sunt memores. Nam viæ eorum, qui memores sunt iniuriarum tendunt ad mortẽ, ait Solomon. Neque hi enim respiciendo cõuertuntur, iniuriæ memoriã retinentes, & seruantes irã aduersus proximum, sed sine pœnitentia peccant. *si

Est peccatum ad mortem. Dominus pro persecutoribus orare iubet, hic dicit nõ orandum pro quibusdam, quia sunt in fratribus peccata quæ inimicorũ persecutione sunt grauiora. Peccatum fratris est ad mortem cum post agnitionẽ Dei quæ per gratiam data est, aliquis oppugnat fraternitatem, & aduersus gratiam qua reconciliatus est inuidiæ facibus agitatur. Est peccatum non ad mortem, si quis amorem à fratre non alienauerit, sed per aliquam infirmitatem animi officia fraternitatis non exhibuerit, vnde Christus: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Nondum enim per gratiam spiritus participes facti, societatẽ sanctæ fraternitatis inierant. Sic & Stephanus orauit pro illis qui gratiã Dei non acceperant. Paulus pro Alexandro non orat, quia cũ iam frater erat, fraternitatem impugnabat. Pro illis qui timore succubuerant, orat. vnde: Omnes me dereliquerunt, sed non illis imputetur.

E Luc.23.c. Act.7.g. 2.Tim.4.c.

F f *Omnis ini. pec.* Omnis. Q Verè orandum est pro peccantibus non ad mortem, quia multis peccatis occupantur omnes, & nemo potest esse sine peccato, quia omnis iniquitas est peccatum. Sed supra alia est peccatum ad mortem, quod non humana fragilitate committitur, & ideò oratione iustorum non purgatur: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Iob15.b. secundũ aliã literam supra 3.a. 1.Cor.15.f

g *Omnis qui natus est.* Qui natus est ex Deo non peccat ad mortem: qui non est natus, peccat. sed nos sumus de illis qui nati sunt ex Deo, ideò non peccabimus, non tangemur ab hoste, sed mundi amatores sunt subiecti maligno hosti.

h *Non peccat.* Dauid grauiter peccauit, sed quia ex Deo natus est, ad societatem filiorum Dei pertinebat, non peccauit ad mortem, sed veniam pœnitendo meruit.

☞ ✠ DIDYMVS.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In nomi.fi.Dei. *Si tamen perseueretis.*

✠ 2 Et hæc est fidu. *Hic ponit secundum bonum consequendum, scilicet, orationum suarum effectum, & primò illud ponit, secundo circa hoc quandam distinctionem facit ibi:* Qui scit. *Circa primum dicit:* Et hæc est fidu. quam ha. adde. *Scilicet, ad Dei filium.*

3 Quia quod pe. secun. vos. *Scilicet, beneplaciti.*

4 Audit nos. *Non tamen semper statim, sed tempore competenti.*

5 Et sci. quia au. &c. *Quod est intelligendum quando petitio est pia pro se, & perseuerans his enim concurrentibus semper exauditur, & sic est intelligendum quod subditur.*

6 Scimus, &c. *Quia repetitio est eiusdem ad maiorem assertionem.*

7 Qui scit. *Hic consequenter circa petitionem pro peccatoribus facit quandam distinctionem, dicẽs:* Qui scit fra. suum peccare pecca. non ad mortem. *id est, excludendo impœnitentiam finalem, qua quis moritur, & in peccato mortali peccat.*

8 Petat. *Orando pro eo.*

9 Et dabi. ei vita. *Scilicet, gratiæ, quia talis peccator in gratia moritur de quo hoc scitur, tamen quod sit peccator non ad mortem, sciri non potest nisi per diuinam reuelationem.*

10 Est pecca. ad mor. *Scilicet, finalis impœnitentia, qua quis in mortali peccato moritur.*

11 Non pro illo di. vt ro. quis. *Quia non est orandum pro damnatis. Et si ipso viuente sciretur, quod esset de præscitis, similiter non esset pro eo orandum, vt pœnam æternam euaderet, prout dicunt aliqui. Posset tamen orari pro eo, vt minus peccaret: & per consequens minus puniretur in inferno, sed quia hoc nescitur, quia quilibet peccator quãdiu viuit potest redire ad gratiam, ideo pro omnibus peccatoribus adhuc viuentibus est orandum.*

12 Omnis iniquitas. *Id est, transgreßio diuinorum præceptorum, quæ continent æquitatem iusticiæ.*

13 Peccatum est. *Mortale.*

14 Et est peccatum ad mortem. *Si quis in eo perseueret vsque ad finem vitæ inclusiuè.*

15 Scimus. *Hic ponitur intentio beati Ioannis circa bonum iam habitum: & est duplex, secundùm ponitur ibi:* Et scimus. *Intentio verò beati Ioannis est aßecurare filios Dei per adoptionem de vitatione peccati mortalis, si voluerint per donum gratiæ quod iam habent, ideo dicit:* Scimus quod omnis qui natus est ex Deo: *per gratiam baptismalem.*

16 Non peccat. *Quandiu in ea stat & intelligitur de peccato mortali quod non potest stare cum gratia.*

10 Est

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ ✠ Didymus. Quoniam qui nascitur ex Deo, semen eius
A habens in semetipso peccare non potest, dum hoc primitus scripsisset, nec erroneè nunc ait, sciendum quod non peccat, qui natus est ex Deo. Si enim faciendo iustitiam habet vt sit ex Deo simul autem esse peccatum & iustitiam impossibile est. Palàm est igitur, quod dum sic operatur, homo iustus est, & non delinquit.

✠ Oecumenius. Dicit autem mundum eos qui bonis operibus non tradiderunt seipsos in adoptionem Dei. D

L.1. in Ioan. cap. 11. ✠ Cyrillus Alex. Illuminat enim filius, repellit autem gratiam creatura, quæ intelligendi acumine, vt natura Deum cognosceret, sibi dato abusa est, & vt prodiga ad creaturas vim inspiciendi cõuertit.

¶ Gratia qua renati sunt secundùm propositum quo vocati sunt sancti, seruat ne committat peccatum ad mortem, etsi in quibuslibet humana fragilitate deliquerit, ne à maligno hoste possint tangi defendit.

a sed † generatio Dei conseruat eum, & malignus non tanget 1
b ¶ Renati in baptismo. 2
c eum. Scimus quoniam ex Deo sumus, & mundus totus in 3
a ¶ Per carnem, non nisi propter nostram salutem. 4
d maligno positus est. Et scimus quoniam filius Dei venit, & 5
a ¶ Credentibus. b ¶ Credendo verum Dei filium. c ¶ Amando 6
dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus 7
¶ Vt membra. a ¶ Per hoc erimus Dei in Deo viuentes sine fine, in viuente sine initio vel termino. 8
e in vero filio eius*. Hic est verus Deus & vita æterna. Filioli, 9
a ¶ Sicut vasa sancta. 10
11
12
f custodite vos à simulacris. 13

† qui genitus est ex deo seruat seipsum
*Iesu Christo

a Sed generatio Dei conseruat eum. Quia voluntariè & non naturaliter filius est dei homo huiusmodi, competenter adiecit, Sed genera. &c. Qui in generatione Dei perseuerant, peccare non possunt, neque à maligno contingi. Quomodo dies & nox misceri
B nequeunt, sic iustitia & iniquitas, malignus & generatio Dei. Tangit ergo aliquos malignos lædens & affligens, sed non ad malum eorum.

b *Et malignus non tanget eum.* ✠ Didymus. Deinceps dum præmonuisset quoniam voluntariè, & non naturaliter filius est Dei homo huiusmodi competenter adiecit. *Sed seruat semetipsum, & malignus non tangit eum.* Si ergo propterea malignus nõ tangit eum, quod seruat semetipsum, non ex natura, sed accedentes habet, vt non delinquat. Si quis autem semetipsum seruat orat diuinitus custodiri, vt intactus permaneat à maligno. Præceptum namque custodiæ, quæ studio nostro fit, hoc est, quo ait: custodi cor tuum & post pauca custodite vos ab idolis. Custodiæ verò diuinæ exemplum est quo ait: Domine seruabis nos, & custodies nos. Et illud: Sub vmbra alarum tuarum protege me. Et illud: Pater sancte custodi eos. Tangit autem aliquem malignus lædens & affligens eum, quod manifestum est, ex eò quòd ait: Non continget te malum, & ex eò quòd dictum est à Deo benefactoribus. Qui tetigit vos (vel vt alij qui tetigerit) tangit pupillam oculi mei. Quibus & illud concordat, Nolite tangere Christos meos.

1. Ioan. 5. Psal. 16. Ioan. 17. Zach. 2. Psal. 104.

c *Et mundus totus.* Non solum mundi amatores, sed etiam nuper nati, qui non habent discretionem boni & mali propter
C primam præuaricationem pertinent ad regnum diaboli, nisi gratia Dei eruantur à tenebris.

✠ Oecumenius.

✠ Didymus. Non enim per hæc arbitrãdum est, dum arguit vtique opera maligna, & scandala manifestat, & odiri dicit discipulis suos à mundo, quod de constitutione terræ & cœli, quæ in his sunt hæc dicat. Maligni namque & venefici, & conceptores odij homines sunt, qui per dominica verba significantur. E Hos igitur arguit pro malignis operibus, quos etiam notans, dicit esse de scandalis & habentes odio sanctos viros.

d *Et scimus quo.* Nemo sine diuina cognitione ad vitam æternam peruenire, nemo cognoscere sine gratia Dei potest, quia nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, & patrem & filium. Vtrũque enim filius reuelat, qui carne visibilis apparens, diuinitatis arcana per euangelium mundo patefecit. Matt. 11.d.

e *Filioli.* Et quia verum Deum & verum hominem cognoscitis, & vitam æternam expectatis, custodite vos à doctrinis hæreticorum, qui speciem sanctitatis sibi assumunt, qui prauis dogmatibus gloriam incorruptibilis Dei in similitudine corruptibilium rerum mutant. Auaricia enim est simulacrorum seruitus qui etiam mundum Deo præponunt, idololatræ sunt. Ephes. 5.b.

f *Custodite.* Cum testimonium perfectionis in multis perhibuerit illis, potest tamen timeri, ne aliquis nuper conuersus reliquias superstitionis mente retinuerit.

✠ Oecumenius. Interrogarunt nonnulli. Si ad perfectos hæc scribit, quã ob causam nũc iubet vt sibi caueant ab idolis? Dicimus ergo quòd quia vniuersæ ecclesiæ hæc scripsit, quæ non tota constabat ex populo selecto, sed etiam erant aliqui in ipsa, qui segnioribus afficerentur, his ergo præcipit omnia respiciens ad eorum lubricitatem. F

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed generatio Dei. *Id est, ipsa gratia per quam constituitur in quodam esse diuino supernaturali.*
2 Conseruat eum. *Quantum est de se.*
3 Et malignus non tanget eum. *Inducendo ad mortale peccatum nisi voluntarie declinet à statu gratiæ, subiiciendo se maligno per peccatum mortale ex liberi arbitrij defectibilitate.*
4 Scimus quoniam ex deo sumus. *Si hoc referatur ad apostolos qui erant in gratia confirmati, & de hoc per reuelationem certificati, istud poterant scire per certitudinem. Si autem referatur ad alios iustos, est per probabilem coniecturam, sicut dictum est supra.*
5 Et mundus totus, *id est, homines in delectabilibus mundi finem suum ponentes.*
6 In malig. *Id est. in malo igne concupiscentiæ,* positus est.
7 Et scimus. *Hic ponitur secundum bonum habitum, scilicet,* Dei *cognitio, cum dicitur:* Et scimus quo. filius d. ve. *in mundum.*
8 Et

8 Et dedit no. sen. vt co. ve. Deum. *Hoc enim dedit apostolis quando aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, Luc. vlt. g. Aliis autem fidelibus dat sensum cognoscendi Deum per fidem, quam habens scit se habere illam: saltem illam quæ est ex auditu, quamuis nesciat se habere charitatem.*
9 Et si in ve. fi. eius. *Ei adhærentes per fidem. Apostoli verò cognouerunt se esse in eo per fidem charitate formatam, & hoc certitudinaliter: alij vero iusti coniecturaliter.*
10 Hic est ve. Deus. *Scilicet, filius, qui est vnus Deus cum patre. In hoc excluditur error omnium negantium Christi veram deitatem.*
11 Et vita æterna. *Scilicet, obiectiuè, vt prædictum est eo. ca. Vltimo dicit.*
12 Filioli custo. vos à simu. *Id est, à cultu idololatriæ, per hoc insinuans, quod diligenter studeant in cultu vnius veri Dei inseparabiliter permanere.*
13 Amen. *Hoc dicitur ad præcedentium confirmationem.*

✠ NICOL.

ADDITIO.

In c. 5. *vbi dicitur in postil.* Omne quod natum est ex deo, &c.

Circa hoc quod dicitur hic: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra: attendendum est, quod apostolus suprà Heb. 11. f. dicit de sanctis, quod per fidem vicerunt regna. Vnde consideranda est differentia inter istas duas victorias quæ fiunt per fidem, quia per vnam dicuntur vinci regna: per aliam dicitur vinci mundus. Ad quod sciendum, quod antiqui, scilicet, patres sub ve. Test. existentes per fidem vincebant regna sicut Moyses Aegyptum, Iosue Chananæam, Dauid Idumæam & huiusmodi, quæ sunt regna particularia, & hoc patet in historiis ve. Test. Sed sancti sub no. Te. in primitiua ecclesia existentes, non solum per fidem vicerunt regna, sed etiam mundum, & ideò de eis dicitur: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra. Cuius ratio est: nam ille iustus qui tormenta mundi vsque ad mortem patiendo inuiolabiliter in fide manet, non solum vnum regnum vel plura regna vincit, sed mundum. Mundus enim congregatus non posset amplius facere contra vnum hominẽ quã ipsum multipliciter torquere, & finaliter interficere & ideo sancti qui ista sustinuerunt per fidem totum mundum vicerunt, superando omnia quæ mundus contra illos posset facere: iuxta illud Lu. 12. a. Ne terreamini ab illis qui occidunt corpus, & post hoc non habẽt ampliùs quid faciant. Antiqui tamen qui huiusmodi doctrinam non habuerunt explicitam verbo, nec exemplo expertam, licet per fidem vicerunt regna aliqua, vt dictum est, non tamen mundum per hoc vicerunt, quia fortè diceretur, quod si plura regna fuissent congregata contra eos, nõ potuissent ea vincere sicut illa pauca vicerunt, vnde notanter dicitur de illis, quod per fidem vicerunt regna. non mundum, de nouis vero dicitur: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra. Et de ista materia vide plenius in additione supradicta ad Heb. 12.

Incipit argumentum in secundam epistolam eiusdem.

VSque adeò ad sanctam fœminam scribit, vt eandem dominam non dubitet literis appellare eiusdémque filiis testimonium, quod ambulent in veritate, perhibet. D

Incipit epistola secunda Ioannis apostoli.

Incipit epistola secunda beati Ioannis apostoli.

a ¶ Ego senior tam ætate quam moribus vel sapientia scribo. b ¶ Proprium est. c ¶ Tam natura quam fide. 1
a S † Enior Electæ dominæ & natis eius, quos 2
a ¶ Vero amore vel quia perseueratis in veritate. b ¶ Vt sit maior authoritas. 3
b ego diligo in veritate: et non ego solus: sed 4
a ¶ Qui Deum eligunt ad imitandum, & solum Deum operibus charitatis quærunt. b ¶ Non ab aliam causam vos diligimus: nisi propter veritatem fidei, quæ inexpugnabilis perdurat.
& omnes qui cognouerunt veritatem, propter veritatem 5
6
a ¶ Vsque in finem vitæ, vel durans in æternum.
quæ permanet in † vobis, & vobiscum erit in æternum. Sit 7
8
a ¶ Perseuerans. in aliquo lapsi estis. b ¶ Remissio peccatorum. c ¶ Si post baptismum d ¶ Ne amplius Deum vel fratres offendatis. 9
c uobiscum gratia & misericordia, pax à deo patre, & à 10
11
12

☞ a Senior Ele. &c. De authoritate trium sequentium epistolarum.

Canon 84. Canon Apostolorum. Sunt omnibus vobis clericis simul & laicis venerandi, ac sacri libri, veteris quidem testamenti, Mosis quinque &c. nostra verò, hoc est, noui testamenti, euangelia quatuor, Pauli epistolæ quatuordecim. Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iudæ vna, &c.

† 93 dist. c. legimus

B ✠ Hieronymus. Iacobus, Petrus, Ioãnes & Iudas Apostoli septem epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas & breues pariter & longas, breues in verbis, longas in sententiis, vt rarus sit qui non earum lectione cæcutiat.

Epist. ad Paulinum. † nobis: & nobiscum

L. 2. de doc. Christi c. 8. ✠ Avgvstinvs. Totus canon sacrarum scripturarum his libris continetur quinque Moyseos, &c, noui autem testamenti, quatuor libris euangelij, quatuordecim epistolis Pauli Apostoli, Petri duabus, tribus Ioannis, vna Iudæ, & vna Iacobi, &c.

L. 4. orthod. fid. c. 18. ✠ Damascenvs. Hi noui testamenti libri sunt, quatuor euangelia, Acta Apostolorum, septem catholicæ epistolæ, vna Iacobi, duæ Petri, tres Ioannis, Iudæ vna, &c.

Cap. 59. ✠ Concilivm Laodicenvm. Non oportet psalmos ab idiotis compositos & vulgares in Ecclesiis dici, neq; libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos noui & veteris testamenti. Quæ autem oporteat legi, & in authoritatem recipi hæc sunt, Genesis, Exodis, &c. noui testamenti quatuor Euangelia, &c. canonicæ epistolæ septem, Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna, &c.
C

Tertium, cap. 47. ✠ Concilivm Carthaginense. Placuit vt præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum, Sunt autem scripturæ canonicæ, Genesis, Exodus, &c. noui testamenti, euangeliorum libri quatuor, &c. Pauli epistolæ quatuordecim, Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iudæ Apostoli vna, & Iacobi vna, &c,

In Synopsi ✠ Athanasivs. Hanc epistolam senior factus Dominę scribit & liberis eius. Cùm enim videret liberos huius rectè in fide conuersari, multos autem seductores circuire qui dicerent, aduentum Christi in carne non esse factum epistolam hãc scribit, & principio quidem laudat quod liberi eius bene conuersarentur, deinde docet fidei nostræ mysterium non esse recens. Hortatur iterum ad dilectionem, & vt maneant in doctrina, quæ ipsis erat tradita. Deinceps docet eos Antichristum esse, qui Christum in carne non venisse dicat. Denunciat autem illis, ne eos qui huiusmodi sunt, in domum suam quisquam recipiat, neque salutem illis dicat, atque ita terminat epistolam.

Cum quidam dubitent, vtrum hę duę epistolæ sint Ioãnis apostoli. Per hoc autem quod sunt similes primæ, & in verbis & in simili assertione fidei & charitatis aduersus hæreticos, probantur esse apostoli, non Ioannis presbyteri. E

Oecumen. Presbyterum autẽ scribit hic seipsum & non apostolum neque seruum Iesu Christi, quemadmodum reliqui apostoli. Siquidem apostolum non scribit se, eò fortassis quòd non primus in Asia prædicasset euangelium, sed post Paulum neque in trãsitu, sicut ille, qui percurrebat Euangelij circuitum sed manens ibi, & præsens præsentibus exponebat sermonem. Sed neque seruum Iesu Christi confidebat enim, eò quòd plurimum diligeretur, se extra seruitutis esse timorem solum autẽ voluit se appellare presbyterum, siue quòd iam senior esset, dum has scriberet (nam id significat Presbyter) aut etiam episcopum vocans seipsum nomine presbyteri, cum illo tempore nomen presbyter solitum esset etiam de episcopis dici, quemadmodũ & ex Actis manifestum est, quæ scripsit beatus Lucas, & ex epistola Petri. Act. 20. 1. Petr. 5.

F Scribit autem ad quandam Babyloniam quæ proprio nomina Electa vocabatur, monens ipsam & natos eius, ne propter hæreticos discedant à proposito fidei. Per hanc Electam significatur vniuersalis mater ecclesia. Per filios eius, minores ab ecclesia geniti in fide. Scribit ergo vniuersali ecclesiæ, non esse fidei perfectionem extra charitatem, & hæreticos detestatur qui diuidunt Iesum Christum.

b *Non ego.* Scripturus cõtra hæreticos qui à veritate exciderunt, dicit omnium qui veritatem nouerunt vnam dilectionem in sanctos esse, vt similitudine catholicorum ab hæreticorum deterreat societate. Omnes fideles in vna veritate consentiunt, hæretici in erroribus displicent.

c *Et à Christo.* Erant tunc temporis hęretici, qui negabant dominum Iesum verum Dei filium quos confutat.

☞ Gauisus

Expositio venerabilis fratris Nicolai de Lyra in secundam epistolam Ioannis apostoli.

✠ 1 SEnior Ele. do. *Postquam beatus Ioannes in epistola prima instruxit fideles generaliter, hic consequenter in duabus epistolis instruit aliquas personas specialiter. Diuiditur autem hæc epistola in tres partes scilicet, salutationem, prosecutionem & conclusionem, secunda ibi:* Gauisus sum, *tertia ibi:* Plura habẽs scribere. *In prima parte notatur primo persona salutans, cum dicitur:* Senior. *& hoc ratione ætatis prouectæ & status seu officij. illi enim qui tunc regebant ecclesias, senes vel seniores dicebantur ratione discretionis & maturitatis in moribus inter rectores verò ecclesiarum qui tunc erant in Asia, Ioannes erat principalior, ideò dicitur hic:* Senior. *Secundo notantur personæ salutatæ, cum dicitur.*

Diuisio

2 Electæ do. & na. eius. *Erat enim magna & nobilis domina nomine Electa habens prolem & familiam fidelem, & ministros ecclesiæ sustentabat.*
3 Quos

3 Quos ego dili. in veri. *Id est, charitatiua dilectione absque fallacia & simulatione.*
4 Et non ego solus, sed omnes qui co. ve. *Id est, omnes fideles qui cognouerunt Christum, qui est ipsa veritas.*
5 Propter veritatem. *Scilicet, fidei & bonæ vitæ.*
6 Quæ permanet in vobis. *Per gratiam.*
7 Et vobi. erit in æter. *Per gloriam, quæ est gratia consummata. Tertiò ponuntur optata bona cum dicitur.*
8 Sit vobi. gra. *Iustificans.*
9 Misericordia. *Pœnam peccatis præteritis debitam relaxans.*
10 Pax. *Id est, æterna beatitudo appetitum totaliter quietans.*
11 A Deo patre. *A quo sunt ista bona.*
12 Et à Christo Iesu filio pa. in ve. & cha. *Per quam intelligitur spiritus sanctus, cui charitas appropriatur, & sic tres personæ exprimuntur, eò quòd indiuisa sunt opera trinitatis. Aliter etiam potest dici, quod per expreßionem patris & filij subintelligitur spiritus sanctus qui est amborum nexus, & cum subditur:* In ve. & cha. *supplendum est, vt proficiatis in charitate & veritate, id est, in dilectione & eius cognitione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Gauisus sum valde.* Quasi dicat quod teneris tenete, nihil aliud ab hæreticis recipite, quia in his quæ habetis gaudeo, nihil aliud ad salutem vobis superaddi expeto. Cum ergo gaudeã de vestro bono principio ne faciatis dolere defectu vestro quia vt solicitus custos omnia quæ circa vos fiunt cognosco.

✠ Os cvme-nivs. Nam maximi certè causa gaudij est inuenire aliquem qui sine offendiculo gradiatur recto cursu in fide Christi iuxta illius præceptum Quod est autẽ præceptum? Illud quod ait in euãgelio Christus. Qui me diligit præcepta mea seruabit. Patrem autem vocat nunc Christũ quandoquidem & ipse pater est filiorum, qui à patre suo dispensatione quadam sibi dati sunt. iuxta id quod dictũ est ecce ego & filij quos dedit mihi Deus.

b *Ambulantes in ve.* Positus est Adam in paradiso, vt operaretur & custodiret illud. Operatio effectus prouectionem: custodia perfectionis ipsius statum atque constantiam designat.

✠ Oecvme-nivs. Idem est ambulare iuxta præcepta, & ea seruare Operantur namque virtutes & esse habẽt iuxta suam operationem. Itaque qui cessat in his progredi, neque ea seruat, aut custodit. Ambulare verò dictum est secundum profectum & augmentum. Etenim quantum quis secundum virtutem operatur, tantum vlterius graditur maiorem honesti habitum sibi acquirens. Infinita est enim & nunquam deficiens via virtutis.

C c *Non tanquam man.* Arguit hæreticos, qui relictis quæ ab Apostolis audierant noua inducebant, & per hoc fraternæ charitatis fœdera dissipabant. D

d *Quoniam mul.* Hoc de hæreticis potest accipi, qui confitentur Iesum incarnatum. Sed vel veram eius carnem, vel veram diuinitatem, vel verum eius patrem Deum, aut aliquid tale negant. Vel potest de Iudæis accipi, qui Iesum nondum ad salutẽ mundi venisse denegant sed expectant venturum Antichristum

e *Videte vos. &c.* Istis talibus ne consentiatis, sed potius attendite qualiter sitis perfectè instructi ad fidem & constantiam.

f *Mercedem.* Deum plenum cum iocunditate capiatis, perseuerando in doctrina vobis tradita, & non consentiendo eorum errori. E

g *Et non.* Si quis separat se à diuina doctrina, vt extra rectã fidem conuersatione mandatorum Dei sit, separat se à Deo, ne habeat Deum. Per actualem & contemplatiuam vitam sit alicuius Deus, qui est creator omnium. †Perdamus quæ operati sumus. † Recipiamus. * Christi

h *Qui permanet.* Manet in euangelica doctrina, qui secundum eam sapit & agit. Separat se ab illa qui aliter sapit & agit.

i *Si quis venit ad vos, &c.* Cum Ioannes apud Ephesum balneas lauandi gratia intraret, & videret Cherintum, exiuit, dicẽs, Fugiamus hinc, ne balneæ ipsę corrũpant nos in quibus Cherintus lauatur veritatis inimicus. Fecit ergo quod docuit. Tanta enim Apostoli atque eorũ discipuli tunc in religione cautela vtebantur, vt nec verbi quidẽ communionem cum aliquo eorum qui à veritate deuiauerant habere paterentur. F

Nec

a ¶ Qui coæternus & coæqualis patri, id est, cum patre potest & operatur. b ¶ Fidei quam in baptismo promisistis. c ¶ Dei & proximi. d ¶ In domino de vestro bono principio.

Christõ Iesu filio patris in veritate & charitate. Gauisus sum 1
a ¶ Aliquos forsasse non omnes. b ¶ Quotidie proficiendo. c ¶ In vera fide.
valde, quoniam inueni dẽ filiis tuis ambulãtes in veritate 2 3
a ¶ Tam perfectè. b ¶ Et per ea quæ habes certificatus iam de cætero confidenter rogo vt rem debitam.
sicut mandatum accepimus à patre. Et nũc rogo te domi- 4 5
na, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod 6
a ¶ Fidei vel à prioribus patribus. b ¶ Vt antiqua fides & dilectio illibata permaneat.
habuimus ab initiõ, vt diligamus alterutrum. Et hæc est 7 8
a ¶ Id est, seruemus mandata, non exeamus ad aliquos errores non essemus ab opere virentum. b ¶ Id est, de ea charitate data.
charitas, vt ambulẽmus secundum mãdata eius. Hoc enim 9 10 11
est mandatum vt quemadmodum audistis ab initio, in eo 12
a ¶ Et necesse est, vt persecuerets. b ¶ Prius Christiani nominis confessores. c ¶ De nostro consortio. d ¶ Ad amorem & doctrinam mundi.
ambuletis. Quõniam multi seductores exierunt in mundum 13
a ¶ Nec doctrina nec vita. b ¶ Magistrum & normam sanctitatis.
qui non confitentur Iesum Christum venisse in carne: Hic 14
a ¶ A quibus cauete, nam hi tales sic & qui eis consentiunt. ¶ Et ideò.
est seductor: & Antichristus. Videte vosmetipsos, ne † per- 15 16 17 18
a ¶ Deficiendo illam mercedem quam operando meruistis. b ¶ Nitimini. ¶ In futuro, vel hic gratiam. ¶ Qui simulant se alios præire sapientia & doctrina, & ex superbia discedunt ab humili prædicatione Christi.
dãtis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam †accipiatis. 19
a ¶ Per aliquam seductionem vel timorem.
† Omnes qui recedunt. & nõn permanent in doctrina Chri- 20 21 22 23 24
a ¶ Sed si perseuerauerit vsque in finem saluus erit. b ¶ Vnus enim verus Deus sunt pater & filius non est filius posterior non est minor patre.
sti Deum non habent. Qui permanet in doctrina, hic & 25 26 27 28
a ¶ Quandoquidem per hanc doctrinam & hic & in futuro Deus habetur & non per doctrinam illorum ergo Si quis.
Patrem & Filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc do-
a ¶ Non tantum non assentiatis, sed nec ad horam recipiatis, ne dum hospitales esse vultis, per mala eorum colloquia corrumpantur boni mores vestri.
ctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Gauisus sum val. *Finita salutatione, hic incipit prosecutio, in qua primum hortatur dominam prædictam & eius domum ad bonum prosequendum secundò ad malum præcauendum, ibi:* Quoniam multi. *Circa primum sciendum, quod virtus laudata crescit ideò beatus Ioannes volebat ad proficiendum in futuro laudat bonum de præterito dicens congratulando.* Gaui. sum val. *domino:*
2 Quoniam inueni de filiis tuis ambulantes. *Id est. proficientes.*
3 In veritate. *Fidei & morum,*
4 Sicut mandatum accepimus à patre. *Id est, à Christo qui est pater omnium Christianorum. Consequenter inducit ad proficiendum in melius, di.*
5 Et nunc rogo te domina. *De profectu in mandato dilectionis in qua tota lex impletur. Ro. 14. c.* Plenitudo legis *est dilectio.*
6 Non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio. *Quia sicut dictum est supra. 2. c. mandatum de dilectione est de dictamine legis naturalis, & sic à principio conditionis humanæ, & de lege Mosaica, & sic est ab initio legis data, & renouatum est in lege noua, & sic ab initio legis euangelicæ.*
7 Vt diligamus alterutrum. *In Deo & propter Deum.*
8 Et hæc est charitas vt ambulemus. *Semper proficiendo.*
9 Secundum mandata eius. *Ea opere adimplendo.*
10 Hoc enim est mandatum. *Scilicet dilectionis Dei & proximi in quo implicitè continentur omnia mandata quæ sunt quædam explicationes mandati dilectionis.*
11 Vt quemadmodum au. ab ini. *Vestræ conuersionis.*
12 In eo ambuletis. *Semper proficiendo.*
13 Quoniam mul. *Hic consequenter inducit ad prædicandum malum, & primò ostendit ipsum, & inducit ad cauendum, secundò tradit cauẽdi modum, ibi:* Si quis. *Circa primum dicit.* Quoniam multi seduc. *Quasi dicat ad hoc monui vos in bono proficere, quia multi seductores inducunt ad contrariũ, à quibus est cauendũ & qui sunt illi subdit.*
14 Qui non confi. Iesum Christum ve. in car. *Id est, ipsum esse verum Deum ab æterno, & hominem in tempore sicut sunt Iudæi obstinati, & hæretici peruersè sentientes de Christo.*
15 Hic est sedu. *Qui sic de eo peruersè sentit.*
16 Et Antichristus. *In figura, licet non in persona.*
17 Videte vosmetipsos. *Id est. diligenter considerate & cauete.*
18 Ne perda. *Omnia opera bona.*
19 Quæ ope. estis. *Nam perduntur per corruptionem hæresis*
20 Sed. *supple sic in bono perseueretis.*
21 Vt merce. ple. ac. *In patria, vbi totaliter satiatur appetitus.*
22 Omnes qui iæ. *Id est, in primo bene incedit per viam iusticiæ.*
23 Et non per. in doc. Chri. *A via iusticiæ recedendo.*
24 Deum non ha. *Per gratiam quæ perditur per vnum peccatum mortale.*
25 Si quis. *Hic consequenter tradit præcauendi modum di.* Si quis ve. ad vos. *sub specie religiositatis.*
26 Et hanc doc. *Scilicet Christi.*
27 Non adfert. *Sed magis contrariam.*
28 Nolite reci. eum in do. *Id est, nolite communicare cum eo in potu vel cibo, seu habitaculum, ne seducamini ab eo.*

✠ Nec

a *Nec aue ei di.* Quia signum videtur consensus erroris, hoc enim dicimus amicis quorum opera nobis placent, & vos si fortè decepti non essetis, alij forsan per talem vestram familiaritatem possent decipi, qui crederent illos placere vobis, & sic crederent illis.

✠ Clemens Roman. Impios hæreticos qui impenitentes fuerint segregatas à fidelibus eiicite, atq; à Dei ecclesia exterminate, præcipitéque fidelibus, vt ab eorum consuetudine omnibus modis se abstineant, nec sermonis cum iis neque precum communionem habeant vllam. Ij enim aduersarij insidiatoréque sunt ecclesiæ, qui gregem labefactant, & hæreditatẽ contaminant. D Lib. 7. constitut. apostolis. c 32.

✠ Concilivm Carthagi-nien. Ioãnes Apostolus in epistola sua posuit. *Si quis ad vos venit, & doctrinam Christi non habet nolite eum admittere in domum vestram, &c.* Quomodo admitti tales temere in domum Dei possunt, qui in domum nostram priuatam admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis sine Ecclesiæ baptismo communicare possumus quibus si *Aue* tantum dixerimus factis eorum malis communicamus? Apud Cyprian. epist. 87. de hæreticis baptizandis. -Ecce prædixi vobis vt in die domini non confundamini. † Io. 16. c. 1. Io. 1. b.

✠ Clemens Alexandrin. Tales salutare prohibet & in hospitium suscipere. Hoc enim in huiusmodi non est inhumanum, sed nec conquirere, vel condisputare cum talibus admonet qui non valent intelligibiliter diuina tractare, nec per eos traducantur à doctrina veritatis, nec similibus inducti rationibus. Arbitror autem quia & orare cum talibus non oportet qupniã in oratione quæ fit in domo postquam ab orando surgitur salutatio gaudij est, & pacis iudicium. Epist. ad Philipp.

✠ Polycarpvs. Abstinete à scandalis & falsis fratribus qui in vanum portant nomen domini, qui oberrare faciunt inanes homines. Omnis enim qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, hic Antichristus est. Et qui non confitetur misterium crucis, ex diabolo est. Et qui detorserit eloquia domini ad propria desideria, & dixerit neque resurrectionem neque iudicij esse, hic primogenitus Satanæ est. Propter quòd relinquentes vanitates multorum, & falsas doctrinas, ad illud quod traditum est nobis à principio verbum reuertamur.

Clemens

a ¶ Secundum quod vox est institutæ, communem se ostendit cum illo alioquin simulatio est, quæ in Christianis esse non debet.

nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini 1 2 3 4 5
a ¶ De communione eiusdem rei, vel forsitan etiam de aliis.
non confundamini. Plũra habens vobis scribere, nolui per 6 7 8
a ¶ Per scripturam quæ non adeo vos commouebit, quantum vita & præsentia magistri.
chartam & atramentum scribere. Spero enim me futurum 9
a ¶ Instruendos. b ¶ Meum. c ¶ Vestrum instruendum, vel ad os illorum peruersorum obstruendum. ¶ Illis confusis vestra fide confirmata.
apud vos, & os ad os loqui, † vt gaudium † vestrum plenum 10 11
a ¶ Vel ad literam vel forsitan filij alterius metropolis ecclesiæ. ¶ Quod ego ex parte mea dico.
sit. Salutant te filij sororis tuæ Electæ. Gratia tecum. 12

✠ Athana-sivs. Omnia hæreticorum verba suspecta sunt, & vt scriptum est, impij insidias tendunt, dictaque impiorum dolosa: etiamsi vel solum innuant, non tamen id faciunt sine peruersitate animi. E

✠ Martialis. Obseruate eos qui in hypocrisi loquuntur mendacium, vt vos de via veritatis, quam cum Deo elegistis auertant in semitas incongruas iniquitatum negligentiæ. Et quanto magis per ipsos pulsat ostium mentis vestræ, Satanas volens irrumpere intro, & germen in vos pietatis obruere, eo magis solidi in charitate, & firmi in fide, & alacres in spe Dei gloriæ, talibus resistite viriliter, scientes quòd pertrasibunt sub omni celeritate quæ vobis contraria sunt, Deo pro vobis pugnante permanebunt autem in æternum, quæ per gratiam spiritus Dei constituta sunt vobis. Serm. 4. contra Arianos epistol. ad Tolosan.

b *Plura ha.* Intelligite hanc admonitionem vobis fore perutilem, quia ad confirmationem illius decreui etiam venire ad vos, nec tamen ex toto interim potui silere.

c *Salutant te.* Sicut aduersarijs veritatis Aue prohibet dicere, ita è contra electos ex persona electorum salutat. F

Nostrum. †

NICOLAVS DE LYRA,

✠ 1 Nec aue ei dixeritis. *Communicando ei in verbo, & hoc est similiter propter periculum corruptionis.*
C 2 Qui enim di. il. aue. *communicando ei in verbis.*
3 Communicat operi. eius ma. *Id est, exponit periculo communicandi cum eo in opere maligno. Aliter etiam exponitur ista litera de hereticis ab ecclesia præcisis per excommunicationem, qui a participans scienter cum talibus incurrit excommunicationem saltem minorem, nisi in casibus concessis.*
4 Ecce prædi. vo. *Ea quæ dicta sunt, scilicet perseuerantiam in bono, & declinationem à malo.*
5 Vt in die do. *Id est, iudicij.*
6 Non confunda. *Cum reprobis, sed magis honoremini cum electis.*
7 Plura habens vo. scri. *Hæc est conclusio huius epistolæ, in qua primò se excusat de breuitate scripturæ, dicens.* Plura habens vobis scribere. *qua non continentur in hac epistola.*
8 Nolui per chartam & atramentum scribere. *Quæ est vox mortua.*
9 Spero enim me futu. &c. & os ad os loqui. *Per vocem viuam quæ habet maiorem efficaciam. Vnde dicit Hieronymus ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris. Habet nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius. sonat.* F
10 Vt gaudium vestrum plenum sit. *Ex mea præsentia, & efficaciori doctrina. Vel aliter.* Vt gaudium vestrum ple. sit. *Id est, vt per meam doctrinam perueniatis finaliter ad patriam, vbi est gaudij plenitudo.*
11 Salutant te filij sororis tuæ Ele. *Habebat enim ista domina sororem eiusdem nominis cum ea, cuius filij erant cum beato Ioanne euangelista.*
12 Gratia tecum amen. *Hæc est confirmatio epistolæ, in qua Apostolus optat isti dominæ confirmationem in gratia adoptionis, tamen iste versus non est in libris correctis.*

ADDITIO. I.

Secunda Ioannis. *vbi dicitur in Postil.* Senior: *& hoc ratione ætatis prouectæ & status seu officij &c.*

Beatus Ioannes tantæ, humilitatis fuit, quod in libris suis, non nominat se Apostolum, nec de se dicit aliquod nomen dignitatem designans, sed nominat se in euangelio discipulum quem diligebat Iesus non exprimens nomen suum proprium ex humilitate. Similiter in prima sua canonica non exprimit nomen suum, nec officium nec aliquid huiusmodi, quæ omnia ad magnam personam, nec officium nec aliquid huiusmodi, quæ omnia ad magnam personam humanitatem. Vnde ex hoc videtur, quod cum hic dicitur Senior, referendũ est solum ad ætatem, quæ non importat aliquam dignitatem nec statum altiorem, sed solum quandam maturitatem quæ communiter in sensibus debet inueniri, iuxta illud. In antiquis est sapientia, &c. & sic non commendat se ex rectoria seu prælatia, sed solum ex antiquitate dierum secundum quam suis sermonibus deberent acquiescere, & sic intelligendum est in sequenti canonica. Ioh. 12 b.

ADDITIO. II.

In ea. epistola *vbi dicitur in Postil.* Non tanquam mandatum nouum.

Qualiter intelligatur, quod mandatum de dilectione Dei & proximi non est nouum, & qualiter debet intelligi esse nouum, habetur supra in additione prima. 2. ca. vide ibi.

A

Argumentum in tertiam epistolam eiusdem.

GAium pietatis causa extollit atque vt in ipsa pietate maneat, exhortatur: Diotrepem impietatis & superbiæ causa obiurgat. Demetrio autem bonum testimonium perhibet cum fratribus vniuersis. D

Incipit epistola tertia eiusdem.

In Synopsi

a *Senior Gaio, &c.* ✻ ATHANASIVS. Ita quoque epistola Ioannis est, vt & inscriptio habet. Missa est autem ad Gaiū Et primum quidem laudat eum propter testimonium hospitalitatis quod habebat ab omnibus: hortatúrque eum vt in proposito persistat, ac fratres recipiat, ac deducat. Accusat autem Diotrephem, quod is non solum nihil præbebat pauperibus, sed etiam alios prohibebat, ac multa nugabatur. Tales alienos dicit esse à veritate, neque cognoscere Deum. Demetrium verò laudat, optimum illi testimonium impendens.

†93.dist.c. legimus

B

†vt prospere agant & rectè valeat

†Maius his non habeo gaudium.

✻ OECVMENIVS. Epistola est de hospitalitate. Et primùm quidem cōmendat Gaium pro quo ferebatur à multis testimonium de hospitalitate. Et exhortatur vt in eodem maneat proposito, deducendo ac humaniter recipiendo fratres. Rursum quoque ipsius commendat oblationem: & accusat Diotrephen quòd nec ipse tribuat quicquam pauperibus, & alios prohibeat id facere multáque deblateret. Huiusmodi autem dicit alienos esse à veritate, & Deum ignorare. Demetrium verò commendat, optimum de illo ferens testimonium. C

Gaius fide Christi suscepta, bonus in actibus prædicatores & auditores verbi Dei suscipiebat, & de facultatibus ministrabat, sicut in epistola declaratur. Commendat autem hospitalitatem, & ne ab ea desistat exemplo, & instinctu Diotrepis inuitat. Diotrepes enim asserebat inutilem esse hospitalitatem. Videtur Gaius fuisse Corinthius, vnde Paulus, *gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizaui nisi Crispum & Gaium,* Et alibi: *Salutat vos Gaius hospes meus & totius ecclesiæ.*

1. Cor. 1. d. Rom. 16. d.

b *Quem ego, &c.* ✻ OECVMENIVS. In veritate diligit, qui secundùm Dominum diligit affectuosa charitate. Sicut prospere agit anima tua.

✻ IDEM. Prospere autem agit, nempe in politia, quæ est secundum euangelium.

c *De omnibus ora. &c.* Sicut nunc abundat tibi, & bona voluntas largiendi indigentibus, & facultas operum, ita semper virtutibus plenam domino adiuuante vitam ducere possis.

d *Gauisus sum val.* Indecens esset, si deficiente fide modo dolerem, de quo hactenus gaudebam: & ideo non tantū propter salutem tuam, sed etiam propter meam autoritatem insiste hospitalitati.

† opto E

e *In veritate ambulas.* ✻ OECVMENIVS. In veritate ambulat, qui iuxta simplicitatem Euangelicā ambulat. Ambulare autem non dicit motionem tibiarum, quum huiusmodi gressus de ex loco ad locum transiens, vnus fit in vniuersis animalibus pedes habentibus: sed ordinatum, ac temperatum progressum iuxta acrem animi affectum quem pauci assequuntur etiam eorum qui intellectu non carent.

f *Maiorem ho.* Ideo Gauisus sum quia horum fratrum venientium non habeo maiorem gratiam id est, quando fratres veniunt ad me, in nullo facto vel verbo eorum magis gaudeo, quā annunciant filios meos quos prædicando vel baptizando genui veritatem rectè fidei, & bonæ operationis obseruare. F

✻ OECVMENIVS. μειζοτέραν iuxta Græcè linguæ proprietatem, non est apta dictio comparatiua, sed posuit illā tanquam exaggerationi quærens vehementiorem exaggerationem & ita comparatiuum formauit à comparatiuo.

g *Charissimi fi.* Ideo non debes deficere ab hospitalitate & eleemosynis, quidquid enim operaris in fratres fideliter, id est sicut fidelis, id est sicut decet fidelem facis non pro vana gloria sed fidem tuam operibus ostendis.

✻ OECVM. Fideliter facis hoc est vt fidelem decet virum.

Incipit epistola beati Ioannis apostoli tertia.

¶ Ego.
a † SEnior Gaio charissimo quem ego diligo 1
¶ Non temporalium bonorum gratia, sed propter æterna. 2
b in veritate. Charissime de omnibus † ora- 3
a ¶ Hoc à domino crebris precibus exopto, vt benè quod agis, bene perficias. b ¶ Corpore & animo. 4
c tionem facio † prospere ingredi & valere, si- 5 6
a ¶ Proficit in eleemosinarum operibus. ¶ Vt sicut anima valeas & corpore. b ¶ In terna mentis intentio. ¶ A te.
d cut prospere agit anima tua. Gauisus sum valde venientibus 7
¶ Peregrinis. a ¶ Verè charitat quæ non cessat ab opere. b ¶ Tam studiosè reddunt testimonium, quam studiosus tu es ad bene operandum.
fratribus & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut 8 9
e tu in veritate ambulas. † Maiorem horum non habeo gratiā 10
f ¶ Secundum fidem. ¶ Vera fide. 11
quàm vt filios meos audiam in veritate ambulantes. Charis- 12
g simi fideliter facis quicquid operaris in fratres: & hoc 13 14 15

Expositio Nicolai de Lyra in tertiam epistolam Ioannis.

Diuisio

✻ SEnior Gaio. *Hæc epistola sicut & præcedens diuiditur in tres partes, scilicet, salutationem, prosecutionem, & conclusionem, secunda, ibi:* Charissime. *Tertiò, ibi:* Multa. *In prima parte describitur primò salutans ex ætate & officio cum dicitur.*

1 Senior. *Sicut dictum est in epistola præcedenti. Secundò persona salutata ex nomine & familiaritate, cum dicitur.*

2 Gaio charissimo. *Ille erat Corinthius, ille de quo dicit Paulus 1. Co. 1. b. Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaium, de quo dicit Ro. 16.* Salutat vos Gaius hospes meus, *recipiebat enim & sustentabat prædicatores verbi diuini, propter quod erat Apostolo charissimus. Tertiò notatur affectus salutantis ad salutatum, cum dicitur.*

3 Quem ego. *Non verbo solùm aut lingua.*

4 Charissime. *Hic incipit prosecutio huius epistolæ, in qua beatus Ioannes primo monet Gaium de perseuerantia in bono, secundò de declinatione à malo, ibi: Scripsissem. Circa primum, vt Gaius efficacius recipiat suam monitionem, primò gratias agit de suis bonis operibus præteritis, deprecans pro futuris. di.* Charis. de omni. *Scilicet, bonis operibus quæ facis.*

5 Orationem fa. &c. *Id est, de bono in melius semper proficere.*

6 Sicut pro. agit ani. *Quasi dicat, ista non sunt opera ficta, sicut sunt hypocritarum, opera, quæ non procedunt ex conscientia & intentione recta, ideo subditur.*

7 Gauisus sum val. ve. fra. *Id est, prædicatoribus & peregrinis fidelibus.*

8 Et te. perhi. v. tuæ. *In fide & operibus misericordiæ.*

9 Maiorem ho. non. *Id est, nihil mihi est gratiosius audire.*

10 Quàm vt fi. *Non carnales, quia virgo in æuum permansit, sed spirituales.*

11 In veritate. *Per viam fidei & morum, ideo consequenter in bono confirmat eum di.*

12 Charissime. *Erga Deum & proximum.*

13 Quicquid. *Boni.*

14 Operaris. *Per baptismum regeneratos nobiscum.*

15 Et hoc. *Supple maxime est acceptum Deo dicuntur autem hic peregrini fideles de suis ciuitatibus propter fidem Christi ab incredulis eiecti.*

a *Pro no. enim eius, &c.* Qui verè sunt honorandi, non enim pro suis sceleribus expulsi sunt à patria, sed sponte profecti sunt pro nomine Christi ampliando, & pro nomine eius patiendo. A

b *Nos ergo de.* Ioannes omnia dimiserat, & se diuitibus connumerat, vt alacriores reddat, & promptiores ad commiserendum pauperibus.

Psal. 16.

✻ OECVMENIVS. ἀπολαμβάνειν sumitur pro ἀναλαμβάνειν id est, suscipere, veluti cum dicitur. Susceperūt me sicut leo paratus ad prædam. Per hoc autem instruit nos ne egenos expectemus donec ad nos veniāt sed accurramus & in sequamur illos: sicut Abraham & Lot. B

†Scripsi eccl.

Gen. 18. 19.

Eleemosynæ commēdatio

c *Scripsissem forsitan, &c.* Perseuerare debes in eleemosyna, quia vtilitatem tantam in ea intelligo, quod non solùm tibi, sed etiam toti ecclesiæ scripsissem de commendatione eleemosynæ, sed hac necessitate dimisi quia Diotrepes non curat nostram autoritatem. Diotrepes hæresiarcha illius temporis noua docendo principatum sibi vsurpabat. Diotrepes speciosè insulsus siue decor insinuans interpretatur, vt perfidiam cordis etiam nomine signet.

d *Ecclesiæ.* Illi ecclesiæ: *Quæ forsitan.* Id est, dubitatiuè est ecclesia, & vt per obseruationem eleemosynæ mereretur perfecta fieri ecclesia scripsissem. C

e *Commonebo.* Id est, in omnium notitiam manifestius arguēdo producam: quorum exemplar nusquam habet: sed facit ea, & noua inuenit, garriens falsis rationibus vtens in nos confutandos, & sic ad vos à fide retrahendos. Nota sicut linguas detrahentium nostro vitio non debemus excitare ne pereant, ita per suam maliciam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt meritum nobis crescat, aliquando etiam compescere, ne dum de nobis disseminant, eorum qui audire bona poterant corda corrumpant. D

✻ OECVMENIVS. Si præceptum est non reddendum esse malum pro malo, quomodo iste nunc hæc comminatur? Dicimus ergo quod hoc præceptum est, ne illi reddamus malum qui in nos ipsos solos deliquit. Nam si peccatum est aduersum nos, & fidei adfert impedimentum, referendum est tali, sicut & Paulus Ehme qui peruertebat vias Domini.

† 42. dist. c. quis

f *Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est, Qui bene, &c.* ✻ DYDIMVS. Cum nulla communio sit luci ad tenebras, aut concordia Christo cum Belial qui bonum facit actualiter atque contemplatiuè Deum Christum habēs qui est, vera lux procul est à tenebris & Belial: quoniam contrarium est benefacienti male facere: qui malefecit per hoc ipsum opus, cum sit Belial & tenebrarum, is non videt Deum nec secundū qualitatem aliquam agnitionem habet eius. Omnis enim qui peccat, non vidit eū nec agnouit eum, quod verò aspectu vti vel non vti constat, cum aliquod sensibile videatur etiam ab eo qui malè facit, si aspectum habeat? Et si non videat, qui aspectu priuatur licet sit bonus, indubitanter ostenditur Deum non esse corpus, quando benefaciens eò quòd cor habeat mundum, videat Deum, licet aspectu carnali priuatus sit, cum non videat eum malefaciens, quamuis acie vehementer acuta consistat. Et ex hoc ergo (hoc F

† indicabo E

a ¶ A quibus nihil expectas temporale. ¶ Quos non noscis. b ¶ Operibus misericordiæ.
in peregrinos qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in 1
a ¶ Et ita exemplo tuo alij incitantur ad hospitalitatem. b ¶ Dum apud te sunt. ¶ Ad alia loca ad quæ volunt ire. c ¶ In ministris Deum honoras. 2
cōnspectu ecclesiæ: quos benefacies deducens dignè Deo. 3
a ¶ Alienati rebus propriis. b ¶ Vt anxietate famis cogerentur negare fidem. c ¶ Suis contribulibus. 4
a Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à Gen 5
a ¶ Qui possumus supplere indigentiam eorum. b ¶ Id est, domesticos fidei. a ¶ Qui non sufficimus prædicare. 6
b tilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt coopera- 7 8
a ¶ Prædicandæ fidei
c d tores simus veritatis. † Scripsissem forsitan ecclesiæ: † sed is 9 10
¶ Appetit. ¶ Dominari. a ¶ Nostram autoritatem. ¶ Nostram epistolam. 11
qui amat primatum gerere in eis Diotrepes, non recipit nos 12
¶ Quia deprauat nos nostra scripta. a ¶ Patefaciam. ¶ Mendacia & errores afferentibus 13
e Propter hoc si venero, † commonebo eius opera quæ facit, 14
a ¶ Quod mihi detrahit, quod hospitalitatem dissuadet. b ¶ Ad damnationem 15
verbis malignis garriens in nos. Et quasi ei istā non sufficiant 16
a ¶ Quod prædicat agit. ¶ Indigentes. b ¶ Ne impendant curam humanitatis. 17
neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiūt prohibet, & de 18
a ¶ Tam suscipientes quam susceptos. b ¶ Non de consortio fidelium sed de loco vbi conueniunt. c ¶ Quicquid ille dicat, tu. 19
f ecclesia eiicit. Charissime noli imitari malū, sed quod bonū 20 21
¶ Quia.
est. Qui bene facit, ex deo: qui autē male facit, nō videt Deū 22 23

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Qui testimonium reddiderunt charitati. *Quam eis exhibuisti.*

2 In conspectu ecclesiæ. *Et pro hoc multi moti sunt ad simile faciendum exemplo tui.*

3 Quos bene fa. *Iungatur litera. Quos scilicet peregrinos cum ad te venerint. Deducens, id est, tuis eleemosynis prouidens, vt inde transeant ad alia loca. Benefacies dignè Deo, id est, ad honorem domini, & subditur ratio.*

4 Pro nomine enim. *Id est, pro fide vnius veri Dei, & non pro criminibus suis.*

5 Profecti sunt. *Id est, compulsi sunt exire de locis suis spoliati bonis propriis.*

6 Nihil accipientes. *Id est, à suis contribulibus & ciuibus, vt dicit Glossa. non quia non possent accipere, sed quia illi nolebant dare, vt egestate compulsi redirent ad idololatriam Gentilitatis, & conclu*dit.

7 Nos er. &c. *Cum expensis nostris. Hoc autem dicit Ioannes, non quia haberet diuitias, sed quia de consilio eius diuites talia faciebant: & quia bona ecclesiæ data pro pauperibus ipse dispensabat in Epheso, sicut apostoli alij in Ierusalem, vt habetur Act. 4.*

8 Vt cooperatores si. *Ministrando necessaria illis qui veritatem prædicant, & illis qui pro veritate fidei tribulationes & exilia sustinent.*

9 Scripsissem. *Hic consequenter instruit Gaium de euitatione malorum & associatione bonorum, dicens.* Scripsissem f. ec. *Id est, communitati fidelium in tua ciuitate.*

10 Sed his. *Id est, cupit inordinatè.*

11 Primatum, &c. Dio. *Nomen est cuiusdam hæresiarchæ qui vsurpabat sibi primatum illius ecclesiæ.*

12 Non recepit nos. *Id est, epistolam nostram.*

13 Propter hoc. *Ad loc... illum.*

14 Commonebo eius ope. &c. *Id est, arguam in palam, & puniā Apostoli enim tales rebelles tradebant aliquando Sathanæ ad vexandū corporaliter, vt habetur 1. Co. 5.*

15 Verbis ma. *Id est, malo igne ignitis, scilicet, igne superbiæ & inuidiæ.*

16 Garriens in nos. *Id est, inaniter & irrationabiliter loquens contra nos veros Christi discipulos.*

17 Et quasi. *Pro nimia pietate.*

18 Neque ip. *Id est, pauperes fideles, & veritatis prædicatores non recipit hospitio.*

19 Et eos qui sus. pro. *Sub comminatione pœnæ ne de cætero recipiant.*

20 Et de ec. *Si contra prohibitionem eius faciant, iniustissimè tamen cum opera charitatis faciant, propter quod de isto, & suis sequacibus subdit.*

21 Charissime, &c. sed quod bo. *Et subditur ratio.*

22 Qui benefacit ex Deo est. *Nam omne bonum procedit ab eo.*

23 Qui au. ma. fa. non vi. de. *Cognitione formata charitate.*

✻ Demetrio

A (hoc est benefaciendi & malefaciendi sermone) demõstrat quæ simul non subsistunt esse contraria Item ex eo quod dictum est: *Declina à malo, & fac bonum.* & huiusmodi verbis in scriptura diuina relatis.

Psal.33.

a *Demetrio testi.* Quod

¶ Quo suscipiat. a ¶ Ad eum venientibus & recedentibus.

a Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa ve-

a ¶ A Deo. b ¶ Ad commendationem hospitalitatis. c ¶ Illi. d ¶ Per alia testimonia mea quæ probasti vera.

ritate: sed & nos testimonium perhibemus, & nosti quo-

a ¶ De commendatione eleemosynæ, & dealbis etiam.

niam testimonium nostrum verum est. Multa habui scribere tibi, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spe

a ¶ Meum loqui ad os tuum. Vel os Diotrepis obstruendum. b ¶ Ab illo Diotrepe & ab omnibus malis sit tibi pax.

b ro autem protinus te videre, et os ad os loquemur. Pax tibi.

a ¶ Q. quod te doceo: doce alios. b ¶ Vel per nomen.

Salutant te amici. Salutā tu amicos nominatim.

1 Quod bonum illum D
2 velit imitari aperit
3 vt imitetur Deme-
4 trium, vt simili laude
5 omnium possit, & ip
6 se dignus existere.
7 b *Pax tibi.* Amicis
gratiam pacis & sa-
lutis mandat, vt veri-
8 tatis inimicos à sa-
9 lute monstret extra-
10 neos.
11

NICOLAVS DE LYRA.

1 Demetrio te.red. *Bonum de operibus charitatis.*
2 Ab omnibus. *Ipsum cognoscentibus.*
3 Et ab ip.ve. *Id est, à Deo qui est ipsa veritas,*
4 Et nos testi. *Quia experti sumus.*
5 Et nosti. *Similiter per experientiam.*
6 Quoniam te. no. ve. est. *Quasi dicat, istum debes imitari, & B associare Diotrepem autem & eius sequaces deuitare.*
7 Multa ha.&c. *Hic ponitur conclusio epistolæ, & exponatur sicut conclusio epistolæ precedentis vsque ibi.*
8 Pax tibi. *In quo optat Caio pacem internam conscientiæ, & pacem fraternam amicitiæ, & pacem supernam gloriæ.*
9 Salutant te amici. *Id est, fideles qui sunt apud me.*
10 Salu.tu.ami. *Id est, fideles qui sunt apud te.*
11 Nominatim. *Ad maiorem charitatis expreßionem, quæ est inchoatio futuræ fœlicitatis: Ad quam nos perdu. qui vi. & reg. &c.* E

Prologus in epistolam canonicam Iudæ.

IVdas frater Iacobi quæ de septem canonicis est paruam epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch qui apocryphus est, in ea assumpsit testimonium, à plærisque reiicitur: tamen autoritatem vetustate, etiam & vsu meruit & inter sanctas scripturas computatur.

Incipit argumentum in epistolam beati Iudæ apostoli.

IVdas apostolus fratres de corruptoribus viæ veritatis ita informat, vt illicitum esse dissertet de sub iugo semel erutos seruitutis denuo operam suam officiis nauare seruilibus.

Incipit epistola Iudæ apostoli.

CAPVT I.

In synopsi.

a IVdas. ✠ ATHANASIVS. Hanc Iudas epistolam quemadmodum & inscripta est illis scripsit qui iā crediderant. Est C autem argumentum eius tale: Cum quidam subingressi docerent, adiaphorum esse peccatum, etiam eorum, qui dominū negant, necesse habuit vt scriberet, & cautos redderet fratres. Et initio quidē hortatur eos vt certent atque tradita sibi fide maneāt: Deinde abiicit tales, tanquam seductores, & denūciat ne prorsus communionem haberent, scientes non est satis vocatos esse nisi etiam digne ambuletur ista vocatione: eo quod & priorem populum Dominus ex Æegypto edictum, cum in fide videret non persistere, perdiderit, & angelis ordinem suum non custodiētibus nō pepercerit. Hac ratione secedendū esse è talibus. Et Michaelem namque Archangelum non sustinuisse blasphemiā diaboli. Docet itaque perditionem istorum sicut Sodomitarum futuram. Post hæc adhortatur ad bonos mores fidei stabilitatem à domino apprecatus, claudit epistolam.

† sanctificatis

Qui & Thadæus contra eosdem fidei corruptores scribit, quos Petrus & Ioannes in suis damnant epistolis. Intendit autem commonere fideles ne consentiant peruersoribus, quia fidei & castitatis gratia retrahebant.

b *Seruus, &c. fra. Iaco.* ✠ CLEMENS ALEX. Iudas qui catholicam scripsit epistolam frater filiorum Ioseph extans valde religiosus cum sciret propinquitatem Domini, non tamen dixit fratrē eius esse sed quid dixit? Iudas seruus Iesu Christi. F

Incipit epistola canonica Iudæ apostoli.

CAPVT I.

a ¶ Confitens tam verbo quam facto. b ¶ Commendatio personæ. c ¶ Natura, fide, doctrina, vita. d ¶ Qui sunt membra Dei, qui Deum habent patrem & patronum.

a b IVdas seruus Iesu Christi, frater Iacobi, his qui

a ¶ Propter fidem & opera. b ¶ Qui per filium habent accessum ad patrem.

c sunt in Deo patre† dilectis & Christo Iesu con

a ¶ Contra peruersores. b ¶ Ad hanc diuinitatem, ad æternam gloriam.

d seruatis & vocatis: Misericordia vobis & pax & charitas

✠ OECVMENIVS.
1 Satis fuit huic, inquā
2 præsenti apostolo,
3 ad gloriæ splendorē
4 quum seipsum Chri-
5 sti seruum nominas-
6 set, etiam à Iacobo
7 celebris reddi. Siqui
8 dem quum Iacobus
9 apud omnes ob virtutem maximis efferretur laudibus, effectum est vt hic apud auditores faciliùs reciperetur ad doctrinam sermonis, quoniam natiuitatis ac sanguinis communio nequaquam alienata videretur moribus ab eo cum quo cognatione communicauit & maximè si sub vno Domino Christo degens, seruitutis iugum æqualiter cum fratre trahere proponitur

Nō displicet Christo nec discordat à Iacobo mea pdicatio.

c *Con. & vo.* Vocat, cōseruat, diligit filios & mēbra Dei facit.

d *Misericordia vobis.* Si Deus cœpit misereri vobis condonando delicta, impleat, misericordiam super addenda bona ducendo

Incipit Postil. Nico. de Lyra super epistolam Iudæ.

CAPVT I.

Diuisio

1 IVdas Iesu Chri.ser. *Hic incipit epistola beati Iudæ apostoli, quæ sicut duæ præcedentes diuiditur in tres partes, scilicet, salutationem, persecutionem & conclusionem, secunda ibi:* Charissimum omnem. *Tertia ibi:* Ei autem qui potens est. *In prima parte notificatur persona salutans ex nomine, cum dicitur:* Iudas. *Secundò ex religione, cum dicitur.* 2 Seruus, &c. *Id est, fidelis Christianus, & ex cognomine cum subditur.* 3 Frater. *Sic autem fuit cognominatus, ad destructionem Iudæ proditoris. Secundò ponuntur personæ salutatæ cū dicitur.* 4 His qui. *Fide formata charitate.* 5 Dilectis. *A me, & fidelibus cunctis.* 6 Et Christo, &c. *Id est, Christo Iesu adunatis & congregatis, sicut membra vniuntur capiti, & hoc per vocationē ad fidem & conseruationem in eadem, quæ sunt ex gratia diuina. Et licet vocatio ponatur hic posterior conseruatione, tamen prior est tēpore, nec est vis in hoc faciēda quia transpositio nominū non variat significationē eorū. Tertiò ponuntur optata bona cū dicitur.* 7 Misericor. *Peccata vestra relaxans* 8 Et pax. *Conscientiam quietans.* 9 Et cha. *Deo coniungens.*

Adimpleantur

cendo ad æterna. Si est reconciliatus inimicis, æternam pacem A det factis amicis in qua in nullo ab eo dissentiatis,

✠ OECVMENIVS. Misericordiam verò, pacem, & charitatem ipsis multiplicari precatur. Misericordiam quidam quoniam propter viscera misericordiæ Dei reuocati sumus & assumpti ab eo in ministros: pacem autē quia & hanc ipse Deus pater nobis donauit, reducens nos qui offenderamus ad suam amicitiam per filium suum Iesum Christū: charitatem verò quoniā propter charitatem quam erga nos habuit vnigenitus filius suis expositus est pro nobis in mortem. B Hæc igitur abundè tribui ipsis precatur conformia dicens cum beato Dauid, qui ait: Extende misericordiam tuam cognoscentibus te.

† multiplicetur.

† vt vestris laboribus adiumento sitis fidei, quæ semel data est sāctis

† illuc

a †adimpleatur. Charissimi† omnem solicitudinem faciens scri 1
bendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribe- 2 3
¶ Vos. ¶ Vobis à sanctis. 4
re vobis, deprecans † super certari semel traditæ sanctis fidei 5
a ¶ Ideo necesse habui, quia ¶ Sub specie religionis quasi fidem Iesu prædicent. 6
b ¶ Humanæ sapientiæ. c ¶ Ignoti Deo & sanctis. d ¶ Ab æterno in præscientia Dei 7
præmisi sunt iusto Dei iudicio vt sordescerent, & alios in sordes præcipitarent, & inde iudicabuntur ad mortem. 8
Subintroierunt enim homines quidam, qui olim præscripti 9
¶ Vel De. a ¶ Ipsi dico impij 10
diuina scriptura quodam dolo vtentes ad destruendum cultum Dei. 11
b erant in hoc iudicium, impij, domini nostri gratiam transfe- 12
a ¶ Tam volentium quam nolentium. b Singulariter Christianorum. 13
c rentes in luxuriam, & solum dominatorem & dominum 14
a ¶ Cum patre & spiritu sancto. b ¶ Saluatorem nostrum. ¶ Regem nostrum. 15
c ¶ Et quia illi negant & volunt vos inducere vt negetis contra illos volo vos commonere. 16
nostrum Iesum Christum negantes. Commonere au- 17
a ¶ Non filius Naue sed dominus noster, qui non à partu virginis initium habuit, sed erat Deus æternus qui natus de virgine nomen Iesus accepit. 18
d e tem vos volo scientes semel † omnia, quoniam † Iesus 19 20

a *Charissimi.* Ego qui vestræ saluti prouidere habui necesse, propter pseudo qui vobis se ingerunt, scribendi vobis admonitiones de vestra salute commune, id est, de fide quæ est tam mea salus quàm vestra & omnium fidelium scilicet fides quæ per dilectionem operatur, ego dico faciens omnem solicitudinē scribendi vobis, id est, omnia quæ pertinent ad solicitum: Oro pro vobis, disputo contra seductores vestros, & vt vobis sciatis prouidere scribo vobis de illis, detēgo nequitias eorum, ostēdo vobis qualiter fidem & dilectionē debeatis tenere: & cum sim ita solicitus pro vobis, admonitionē meā recipere debetis. Ego dico, deprecās nō superaddi aliā fidē vestræ fidei sed sanctæ fidei semel traditæ vobis & omnibus sāctis ab apostolis super certari vsque ad mortem, vt pro ea si necesse est moriamini & ideo scripsi vt scirem statum vestræ fidei, & meam solicitudi- C nem ostenderem vobis, & sic in fide confirmaremini.

Deu.19.d.

b *Gratiam transf.* Duriciam & districtionem legis: quæ dicit oculum pro oculo, dentem pro dente, temperat gratia euangelij, in quo purgantur scelera commissa per pœnitentiā, & eleemosynæ fructus. Sed hanc gratiam transferunt in luxuriam qui nunc tanto licentiùs peccant, quanto minus vident se asperitate legis de facinoribus examinari.

Ephes.5.

✠ DYDIMVS. Puto autem quia & de multis hæresibus quæ cœperunt temporibus Apostolorum dicitur hoc, & autoribus eorum, qui scilicet impudentiam, multámque luxuriam sunt sectati ita vt ipsam spurcitiam suam atque luxuriam Idolorum sacrificiis permiscerent: Nam & Paulus de huiusmodi hominibus ita dicit. Et nolite communicare operibus immundis tenebrarum, magis autem etiam arguite, ea enim D quæ occulta ab eis fiunt turpe est etiam dici. Turpia namque, & vehementer turpia faciunt, quasi mistico modo, qui sectam Symonis Magi sequuntur. Post hoc autem & Marcionistæ, atque valentiniani, & Sithiniani nephanda committunt. Vnde & alia epistola de eis scribit dicens: Isti sunt q ingrediūtur in domos, & captiuant mulierculas peccatis inuolutas & libidinibus variis ductas & sub occasione religionis agunt turpia. Quapropter in luxuriam transtulisse eos dicit gratiam domini, per quam luxuriam & effectus eius negant solum dominatorem & dominum E nostrum Iesum Christum.

1.Tim.5.

† tantū mihi studium scribendi ad vos de communi salute vt non potuerim non scribere vobis

✠ OECVMENIVS. Quod autē ait, *transferunt ad lasciuiā*, hoc est deprauant detorquentes à temperantia ad lasciuiam, vnde & negare contingit ipsos dominum nostrum Iesum Christum. An non negant qui vitæ impuritate doctorem omnis temperantiæ veluti clamosa ac sonora voce abiurant. Quæ enim communio est luci cum tenebris?

† domino

✠ AVG. Omnes heretici generaliter scientiæ pollicitatione decipiunt, & reprehēdūt eos quod simpliciter credētes inuenerūt, quia omninò carnalia persuadēt, quasi ad carnaliū oculorū apertionem conantur adducere, vt interior oculus excæcetur

L.2. de Genes. contra Manich. c. 25.

✠ OPTATVS MILEVIT. Hæretici veritatis exules sani & verissimi Symboli desertores, de sinu ecclesiæ sanctæ iā piis sensibus deprauati, contēpto quòd bene fuerant geniti, vt ignorantes, & rudes deciperent, de se nasci voluerunt. Et qui iamdudū in talibus pasti fuerāt cibis, corruptela malæ digestionis, in pernicie miserorū, disputationibus impiis venena mortifera vomuerūt. F

L.1. aduers Parmenian.

c *Solum.* Pater cum filio, & spiritu sancto solus dominator, filius cum patre & spiritu sancto solus dominator. spiritus sanctus cum patre & filio solus dominator. Quicumque ergo hæreticus patrem Christi verum Deum bonum & iustum negat solum dominatorem & dominum nostrum negat. Qui Iesum filium Dei esse negat, & hic dominatorem solum, & dominum nostrum negat. Qui spiritussancti potentiæ detrahit, & hic solum dominatorem, & dominum nostrum negat.

d *Omnia.* Omnia arcana fidei, & nō habetis opus recētia quasi sanctiora à nouis audire magistris, id est, perfectè scitis omnia quæ scienda sunt de fide, & ideo non est opus vt audiatis illos.

e *Quoniam Ie.* Confutatis hæreticis deinde vt reuocet eos qui crediderant

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio

1 Adimplea. *In cœlesti gloria, vbi & non alibi charitas perficitur.*
2 Charissimi. *Hic incipit epistolæ prosecutio, quæ diuiditur in duas partes quia primò Iudas Apostolus proponit intentum, secundo prosequitur propositum, ibi:* Commonere. *Est autem propositum apostoli confirmare fideles contra hæreticorum deceptiones, & hoc est quod dicit.* Charissimi. *Quia pastor debet esse solicitus de ouibus.*
3 Scibendi vo.&c. *In hac enim epistola instruit beatus Iudas omnes fideles generaliter, & non personas aliquas specialiter, sicut facit beatus Ioannes in duabus epistolis prace.* 4 Necesse ha. *Propter hæreticos insurgentes vt postea subdetur.* 5 Deprecans. *Supple vos.* 6 Super certari. *Id est, fortiter certari à vobis.*
7 Semel tra.san. *Quasi dicat, istud certamen est fidei, id est, pro fide tradita,* Sanctis. *Scilicet, apostolis à Christo.* Semel. *Id est, perfectè quā do aperuit sensum eis, vt intelligerent scripturas. Luc. vlti. Dicitur etiā* semel. *Propter vnitatem fidei, & autoris ipsius Eph.4.a.* Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. *Et subditur dicti certaminis causa cum dicitur.* 8 Subintroierunt enim. *Id est, sub specie pietatis, introierunt.* 9 Homines quidam, &c. impij. *Scilicet, hæretici. Pietas enim vno modo signat diuinum cultum hæretici vero sub specie religiositatis & diuini cultus introduxerunt contrarium: propter quod dicuntur impij.* 10 Qui o. *Id est, ab æterno presciti à Deo.* 11 In hoc. *Id est, condemnationem. Aliter potest dici:* Qui olim presciti sunt, *id est, à longo tempore præfigurati: & hic sensus videtur magis concordare sequentibus. Et ponuntur plures præfigurationes istorum hæreticorum.*
12 Domini no. *Id est, fidem catholicam nobis gratis datam.*
13 Transferentes in lu. *Vt enim traherent homines ad suam sectam, concedebant peccata carnalia tanquam licita, ad quæ proni sunt homines: ac etiam ipsi exercebant, vt frequenter dictum est supr.*
14 Et so.do. *Per hoc autem quod Iesus Christus dicitur hic solus dominator & Deus, non excluduntur pater & spiritus sanctus: quia dictio exclusiua adiuncta vni personæ in diuinis respectu prædicati essentialis, non excludit alias, & sic est in proposito. Solus enim idē est, quod non cum alio: propter quod excludit solum id quod importat alietatem pater autem & spiritus sanctus non sunt alius Deus & dominator à filio, sed vnus.* 15 Negantes. *Falsa doctrina & vita mala.*
16 Commonere. *Hic consequenter prosequitur propositum, scilicet confirmando fideles contra versutiam hæreticorum. In quo procedit, quia primò multipliciter eorum prauitatem declarat, secundo fideles in veritate confirmat, ibi:* Vos autem. *Primū vero facit dupliciter primò per scripturas figurales secundo per similitudines naturales, ibi:* Similiter hi sunt. *Prima adhuc in tres partes, quia primo inducit tria de scriptura. Secundo ad propositum applicat ipsa, ibi:* Similiter & hi carnē. *Tertio inducit alia tria ibi:* Væ illis. *Primum autem est punitio Iudæorum propter incredulitatem suā rebellātiū in deserto vt patet* Exo.16. *&* Nu.14. *& in pluribus aliis locis. Dicit ergo.* Commo. *Et non docere de nouo, & subditur ratio.* 17 Scien. *Vos. s.* 18 Semel. *i. perfectè: ta q non oportet vos iterū docere, sed de scitis in habitu cōmonere.*
19 Omnia. *s. ad salutem necessaria* 20 Quoniam. *s. Christus.*

Populum

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ crediderant malignis & impiis, ostendit quanta sit magnitudo A domini quem negant, ostendens, quod ipse est qui eduxit populum Israel ex Aegypto. *Quoniam Ie.* Sicut filij Israel clamantes ad dominum ex Ægypto habuerant, diffidentes de potentia Dei in eremo puniti sunt: sic & isti magistri immunditiæ, & eorum sequaces qui per aquas baptismi de tenebris ignorantiæ exierunt credentes si ad prioris vitæ concupiscentias mēte redeunt, damnantur. Sicut prius per fidem, & bona opera merentur saluari, sic secundò per murmurationem & immūdiciam merentur damnari. Vel secūdò id est, bis perdidit, B quia malos & nunc & postmodum punit. Nā qs præsētia mala non corrgiunt ad sequentia perducunt.

✠ ORIGENES. Ipsa est lex quæ etiā diabolū & angelos D eius in ignem æternum, qui eis preparatus est pertrahit. Et sicut certum est quia neque illi angeli æternis astricti vinculis ad iudicium seruarentur: neque isti in ignem æternum qui eis præparatus est mitterentur, nisi quia positam sibi à Deo legem non seruauerunt: neque ad iudiciū venirent, nisi contra legem aliquid cōmisissent, ita certū videretur, quia si custodissent positā sibi legem, neq; isti in ignē æternū neq; illi sub æterna caliginis vincula decidissēt.

Lu.5 ins.c. pist.ad Rom. — † suam originem. — † Gen.19.f. — * in somnis delusi

a ¶ Primo humiles. ¶ Postea murmurantes. b ¶ Verbis Moysi in eremo. 1
populū de terra Ægypti saluans, secundo eos qui nō credi- 2
a ¶ Per serpentes, & aliis modis. ¶ Quorum natura & potentia maior. 3
b ¶ Per humilitatem per obedientiam.
a b derūt perdidit: Angelos vero qui nōn seruauerūt † suū princi 4
a ¶ Quo per gratiam Dei aliis principabantur subiectis spiritibus. b ¶ Per superbiam. c ¶ Cœlestem habitationem, spiritualem Dei visionem. ¶ Venturos ad iudicem, cui resistere, vel aliquid occultare non poterunt.
pātum, sed dereliquerunt suū domiciliū in iudiciūm magni 5
a ¶ Huius aeris iam damnatos reseruat grauioribus pœnis. b ¶ Ideo etiam non sunt imitandi, 6 quia ex eorum imitatione mors æterna sequitur.
c d Dei vinculis æternis sub cāligine reseruare. † Sicut Sodoma 7 8
¶ Sodomæ & Gomorræ. a ¶ Extra naturam. 9
e & Gomorra & finitimæ ciuitates similimodo exfornicātæ, & 10
¶ Masculorum. a ¶ Non debitam concubitui. ¶ Temporalium. 11
f abeuntes post carnē alterā facti sunt exēplū ignis æterni pœ 12
¶ Sicut Sodomitæ. ¶ Sicut damnandi. a ¶ Suam vel aliorum. 13
g nam sustinentes. Similitet & hi qui carnēm quidē maculant, 14

✠ OECVM. Qui angelicæ dignitatis honorē sortiti fuerant, quū præ segnitie nō permansissent in sua E origine, sed corrupissēt datū sibi ex bonitate cœleste vitæ institutum, ad iudiciū, siue condemnationem supplicio Magni & intollerabilis diei reposuit & conseruauit. Nam hoc etiam nūc significat τετήρηκε iuxta illud quod ait Christus, Qui præparatus est diabolo & angelis eius. Et certe. Sodomitæ in signum proponuntur ignis æterni qui ipsos excepturus est.

✠ OECVM. Postquā impurorum Nicolaitarū, Valentinianorum, ac Marcionistarū dixit lasciuiā, & velut inustione quadam insignes eos ab ipsorū fetulenta turpitudine reddidit, etiā hæc subiungit: Postea quam Dominus populum ex Ægypto, &c. simul quidem per hæc ostendens quod idem Deus veteris ac noui testamenti sit author: & non sicut dicunt hi scelerati, aliū fuisse veteris vindicantem ac seuum, alium verò noui mitem ac humanum præsidem esse Deum.

Matt.11. ✠ DYDIMVS. Adnimaduertendum est solum dominatorem esse Christum, eo quod solus verus sit Deus, Sic enim cum solus sit dominator, & Dominus Iesus non expellit authoritate patrem dicens ei Domine cœli & terræ. Sic neque pater cum solus sit verus Deus extraneum facit à veritate deitate filium. Dictum namque est ante hæc de eò quòd sit verus Deus iste solus Dominator, & dominus Iesus Christus, qui eduxit populum ex Ægypto per Moysen, quibus ita dictis consequens est, vt non sit alter Deus Moyseos, neque enim est a- C lius præter Trinitatem. Vnum etiam Moyses ministrare dignoscitur, secūdū quod dictum est ille de me scripsit. Et illud quod scripsit Moyses inuenimus Iesum impleuisse. Quapropter & ipse præuidens prophetiæ virtute crucem maximas habere diuitias se putauit improperium Christi: & non aliter quam ille qui dixit: Mihi gloriandum *est in cruce Christi. Cum ergo Iesus sit, qui ex Ægypto Hebræos eduxit, constat quod non de humanitate ex Maria procedente, secūdum quod de Deo verbum dictum est Iesus, sicuti proxime dixit: nobis autem vnus dominus Iesus Christus per quem omnia.

a *Angelos ve.* Et verè non sunt imitandi, qui Iesum non verum Deum, sed hominem de vtroque sexu genitum mentiuntur. Si enim angelis peccantibus non pepercit, nec hominibus superbientibus percit.

b *Non seruauerunt su.prin.* Sic homines, qui non seruant princi-
2.Pe.1.a. patum quo per gratiam adoptionis filij Dei sunt effecti. Sed relinquunt domicilium, id est, vnitatem ecclesiæ, in qua renati sunt, vel sedes regni cœlestis quas accepturi erant, si fidem seruarent, & ante iudicium grauiter & grauius in vniuersali iudicio damnabit.

L.24.moral c.13. ✠ GREGORIVS. Ius peruersæ libertatis appetiit, vt præesset cæteris, nullisque subesset.

c *Dei vincu.* Id est, superbia & corde impœnitenti. Vel sententia diuina quæ eos in perpetuum coartabit. Vel vincula cupiditas infirmarū rerū, qua vincti ad superiora reuerti non possunt.

✠ CLEMENS ALEXANDR. Vicinum terris locum, hoc est caliginosum aërem significat. Vincula verò dixit amissionem honoris in quo constiterant, & cupiditatem infirmarum rerum, cupiditate quippe deiuncti propria conuerti non queunt.

d *Sicut So.* Dederat exemplum damnationis eorum qui solum dominatorem negant commemorato interitu infidelis populi vel angelorum exigentium se contra Deum dat etiam exemplum pœnæ illorum qui domini gratiam transferunt in luxuriam, commemorans incendium Sodomorum.

e *Et abeuntes.* OECVM. Et fornicate, hoc est declinantes, quod F πορνεύειν significat. Carnem verò alienā dicit masculinā, quod ad congressum, q fit generationis gratia non prosit. Caro enim ad congressum faciens caro fœminæ est, iuxta illud q à primo parente dictum est. Os ex ostibus meis, & caro ex carne mea masculorum autem caro aliena est inquam à coitu. Quamquā in fœmina quoque, vna quidem legibus vni iuncta, sua & propria caro est: quę autem effusa est & publica extranea & aliena est, ac relicta ad piaculum propemodum masculini generis.

f *Exemplum.* Id est, significatio æternę combustionis. Sicut exarserunt igne libidinis, arserunt igne temporali, qui temporalis non fuit purgatorius sed initium pœnę & signum futuri.

g *Carnem quidem, &c.* ✠ HIERON. Difficilè hæreticis inueniri, qui virgam castitatis habeat.

✠ OECVMENIVS. Admiratione dignum est quod adeò vere cundè sermonem protulerit, multam enim lasciuiam, & impudentiam de ipsis testatur dicens quod & vita sunt impuri, & lingua maximè lasciui; vehementem autem operis turpitudinem rectè comprehendit per hoc verbum ἐνυπνιαζόμενοι (id est, somniantes, vel agitati in somnis) quod nos paululum & quantum decens erit denudabimus sumpto intellectu, sumpto intellectu ex opere quod de his edidit beatus Epiphanius Cypri episcopus, & Panarion appellauit dicit enim hic ☞ quod

Cōment. in 9.c. osee.

✠ ORIGENES.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Populum. *Per veritatē suæ diuinitatis quæ ab æterno est, ideo dicitur Heb.13.b. Iesus Christus heri & hodie ipse, & in secula.* 2 Secūdo. *i. post.* 3 Eos qui. *i. destruxit in deserto, vt dictū est.* 4 Angelos. *Hic ponitur secundum. s. casus angelorū de quo habetur Isa.14. & Ezec.28. qui propter suā superbiā deiecti fuerunt in hunc aerem caliginosum ad bonorū exercitiū, sed finito hoc exercitio in iudicio finalis retrudentur in inferno. & hoc est quod dicitur:* Angelos ve. *i. suæ conditionis nobilem statum.* 5 Sed de. *Glo. interlinearis, cœlestē habitationē spiritualē visionē Dei. Si per visionē Dei intelligit ipse glossator visionē apertā essentiæ diuinæ, non dicit verū quia nullus videns diuinā essentiā potest peccare. Si autē intelligit cognitionē naturalē angelorū de deo, adhuc non videtur bene esse verū, quia naturalia remanserunt in eis integra. Ideo melius dicitur, vt videtur:* Sed de. *i. cœlum empyreū, in quo creati fuerunt tanquā in loco conuenienti suæ naturæ & ab illo deiecti fuerunt, vt dictū est.* 6 In iudi. *Construatur sic littera.* Reseruauit. *s. Deus peccantes angelos:* Sub cali. *i. in hoc aere caliginoso ratione prædicta.* In iudi. *i. vsque ad tempus extremi iudicij.* Vinculis ęternis, *datiui casus est, quia tunc tradentur vinculis æternis i. in inferno retrusi.* 7 Sicut So. *Hic ponitur tertiū exēplū, quod habetur Ge.19. de ciuitatibus subuersis & igne sulphureo cōbustis, ppter habitantiū fœditatē, in quibus vigebat vitiū contra naturā, & hoc est q dicitur:* Sicut So. *i. ppinquæ duabus dictis.* 8 Simili. *i. eodē vitio infectæ.* 9 Et abeun. *i. inconuenientē, masculi in masculos turpitudinē operantes.* 10 Facti. *i. similitudo & figura.* 11 Pœnā. *Incendij sulphurei.* 12 Ignis. *s. gehennæ.* 13 Simi. *Hic consequenter tria prædicta applicat ad maliciā hæreticorū, & primo facit propositū. secundo declarat quoddam dictū, ibi:* Cū Michael *Circa primū di.* Sim. *s. hæretici.* 14 Carnē. *Et sic sunt similes Sodomitis: & in hoc notatur nō solū de fornicatione vel adulterio sed ētde vitio cōtra naturā.*

✠ Dominationem

☞ quod scelesti illi borboritæ (.i. fœtulenti ac cœno oppleti) quū A fœdè mulieribus ne miscerentur, non in vulua semen effundebant, sed imperfecta abominatione, suis manibus illud suscipientes statim illud in os immittebant mulierum cum quibus corrupti erant, & ita à se mutuo discedebant impuri magnum quidam se peregisse putantes. Hoc impurum facinus propter imperfectionem appellat insomniū quoniam eiusmodi sunt qui in insomniis aguntur. Inquinantes ergo per fœtulantem hanc assumptionem suam carnem amplius adhuc insaniunt inquit aduersus diuinam naturam dominum huius aspernantes, & dominationem, quam ipsa in vniuersum habet.

mini, & Sathan stabat à dextris eius vt aduersaretur ei & dixit do- D *minus ad Sathan Increpet dominus in te Sathan & increpet dominus in te, qui elegit Ierusalem.* Quia Iesus sacerdos desiderabat Israel de captiuitate liberari, & in terram propriam redire resistebat ei Sathanas, nolens populum liberari, sed hostibus Gentilibus mancipari. Ideò angelus, q populi adiutor erat increpabat atque ab iniuria populi remouebat. Sed vbicumque, vel quandocunque hæc altercatio angeli cum diabolo facta fuerit, hoc diligenter intuendum est. Quia Michael archangelus, si diabolo sibi aduersanti blasphemiam dicere

† Dominos Isa.53.c. — † Ecce.21.d Zacha 3.a. 24.q.3.c.si igitur. Zacha.3.a — † In potestate præditos maledicta congerunt. — † At — † Increpet

¶ Sicut populus non credens. a ¶ Id est, angelos sanctos. 1
a † dominationem aut spernunt, † maiestatem autem 2
a ¶ Sicut angeli apostatæ. b ¶ Vos non debetis blasphemare, quia nec Michael, &c.
b blāsphemant. † Cum Michael archangelus cum dia- 3
¶ Contendens.
bolo disputans altercaretur de Moysi corpore non est 4
a ¶ Vt malediceret ei quasi malæ creaturæ. ¶ Vt quiescas.
ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit. † Impe- 5
a ¶ Ille non est ausus blasphemare, sed Hi, &c. b ¶ Blasphemanda esse. 6
c ret tibi Deus. Hi autem quæcunque quidem igno- 7
a ¶ Ex superbia non aliqua causa. b ¶ Solo appetitu carnis sicut bruta animalia 8
rabant blāsphament, quæcunque autem naturāliter 9

noluit, sed modesto cum sermone coercuit, quanto magis hominibus omnis blasphemia est cauenda, & maximè increatorem. Diabolus in substantia bonus, sed voluntate malus & ideò ab angelo non blasphematur, quia aliquid proferre aduersus bonam naturam blasphemiam reputat archangelus & si mala esset natura diaboli dominus non increparet pro bono opere quod in mala natura non posset esse. Sed cum dñs increpat aliquid boni, ex bona natura peruenire posse ostendit. Potest fingi angelū egisse altercationē cum diabolo de corpore Moysi. quasi nollet sepulturam Moysi Iudæis reuelatam esse, ne eum quasi Deum adorarent, ad quod efficiendum conabatur diabolus, sed non inuenitur in autoritate. Aliter legitur, quia abscondit dominus corpus Moysi. Et ob hoc forsitan, ne populus Israel more Gentilium, qui amicos sibi reges, & principes post mortem factis eorum statuis colebant vt deos corpus Moysi adorarent, & per idololatriam huiusmodi à Deo præuaricarentur. Potest ergo videre quasi fuerit certamen, & altercatio Michaelis cum diabolo volente corpus Moysi reuelare, vt populum per idololatriam deciperet. Michael autem prohibente ne populus cuius princeps erat peccaret. Quod etsi nunquam in ve. Te. legitur, propter autoritatem tamen Apostoli, qui secretiora quædam nouerat quæ nobis occulta sunt, non debet à quopiam refelli.

Dydimus. E — Deu.34.b. — Deut.10.d.

Vel sic. Mortuo Moyse subtraxit dominus misso angelo corpus Moysi, ita vt nullus de populo cui præfuerat sciret sepulturam. Prouiderat enim dominus Moysen post mortem à Iudæis adorandum, & sic corpus haberent pro Deo habendum & ideò diabolus cultum legis desiderans verti in idololatriam, altercatus fuisse dicitur cum illo angelo, quia qui à Deo missus fuerat, Michael dicitur, id est quis vt Deus?

Dan.34.b. F Oecumeni.

a *Domin. aut sper.* In minoribus peccatis maiestatem blasphemantes, in criminalibus nolendo humilitet confiteri & pœnitere, nullum habentes timorem, nec fidem venturi iudicis.

✠ IRENEVS MART. Hi sunt qui exurgunt contra veritatem, & aduersus Ecclesiam Dei.

✠ CYPRIANVS. Non aliunde hæreses obortæ sunt, aut B nata schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur.

✠ OECVMENIVS. Aut dominationem spernunt, hoc est perfectionem mysterij quod est secundùm Christum in ordine & vice mysteriorum angelicorū suas impudicitias perficientes. Aozas autem, id est, splendores dicit vetus ac nouum testamentum, quemadmodum Paulus ait. Etenim si id quod aboletur per gloriam fuit multomagis quod permanet in gloria est. Et rursum. Nam si administratio condemnationis gloria, multomagis administratio iusticiæ gloria, Aut etiam splendores dicit Ecclesiasticos principatus, in quos maledicta congrunt quemadmodum discere licet etiam à tertia Ioannis dilecti epistola inter quos ait esse Diotrephen qui malignis sermonibus aduersus ipsos garriret.

b *Cum Mi.* Id est Moyses, qui vt Deus erat constitutus Pharaoni, & qui erat princeps & nuncius, quantum ad alios, disputans cum Pharaone, altercaretur, id est, signa faceret alterna contra signa magorum, de corpore Moysi, id est, populo Israel, vt permitteret illos sacrificare Deo suo, non est ausus inferre pœnam blasphemiæ huius seculi. Sed dixit, Imperet C tibi dominus. Vel aliter. Cum dominus Iesus altercaretur cū Pilato, de corpore Moysi, id est, de ecclesia, noluit aliquam blasphemiam inferre, sed tanquam ouis ad occisionem ductus.

Cum Mi. De quibus scripturis hoc testimonium assumpserit, non patet. Sed allegoricè planum est. Corpus Moysi populus Israel, quia Moyses illius populi portio fuit ideóque quod de populo factum legitur in Zacharia, rectè de Moysi corpore sanctum forsan dicit Apostolis. In Zacharia legitur. *Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini*

c *Hi autem quæcunque quidem ignorabant blasphemantes, &c.*

✠ OECVMENIVS. Michael quidem ita fecit neque aduersus virum siue Mosen tulit conuitium hi verò de dogmatis quæ non mouerunt, maledicos componunt sermones quæ verò naturali motu sine iudicio, tanquam animantia rationis expertia nouerunt hæc persequuntur tanquam equi insanientes in fœmellas, aut veluti porci.

☞ *Væ illis*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dominationem aut spernunt. *Id est, ipsum Christum, qui non solum dicitur dominus in concreto, sed etiam dominatio in abstracto propter excellentiam domini sui Apoca. 19. c. Habet in vestimento & in femore suo scriptum rex regum & dominus dominantium, & sic assimilantur hæretici angelis de cœlo eiectis propter suam superbiam.*

2 Maiestatem autem blasphemant. *Id est, sanctam trinitatem, quia blasphemia eorum contra Christum redundat in totam trinitatem, & in hoc assimilantur Iudæis existentibus in deserto de quibus dicitur. Nume. 14. b.* Vsquequo detrahet mihi populus iste? & sic merentur condemnari & puniri sicut prædicti.

3 Cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore. *Hic consequenter declarat vltimo dictum scilicet quod blasphemia sit valde graue peccatum, per hoc quod Michael non fuit ausus blasphemare dæmonē propter eius naturam bonam. Et per hoc patet, quod blasphemare Deum cuius natura est excellentior in infinitum, est grauissimum peccatum, Dicit ergo.* Cum Mi. *volebat enim diabolus reuelare corpus Moysi Iudæis ad idololatriam pronis vt eum adorarent tanquam Deum, Michael autem tunc princeps synagogæ hoc volebat impedire.*

4 Non est ausus iudicium inferre blasphemiæ. *Ipsi diabolo ratione dicta.*

5 Sed dixit Imperet tibi Deus. *Vt desistas à dicta reuelatione. Licet ante hoc non sit scriptum in fine Deut. vbi agitur de sepultura Moysi tamen credendum est firmiter sic fuisse, propter dictum Apostoli loquentis ex spiritu Dei.*

6 Hi autem. *Scilicet hæretici.*

7 Quæcunque quidem ignorabant blasphemant. *Circa articulos fidei, & maxime circa trinitatem personarum in vnitatę essentiæ & vnionem naturæ diuinæ & humanæ in supposito verbi.*

8 Blasphe. *Asserentes esse falsas.*

9 Quæcunque autem naturaliter tan. *Id est, cognouerunt sensuali cognitione esse carni delectabilia quæ cognotio dicitur esse naturalis prout natura diuiditur contra rationem, ideò subditur.*

✠ Tanquam

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ a *Væ illis.* Quia per omnia hæretici monstrati sunt à verbo veritatis cecidisse, ostendit eos diuersis malis subiectos *Væ illis qui in via Cain.* Viam Cain abeunt qui propter inuidiam meliorum sibi doctorum nomē vt honorificentur assumunt, qui non tristantur si à Deo repelluntur, iustos fratres nolunt imitari, sed eos ex inuidia spiritualiter, aliquādo & corporaliter occidūt. A vultu etiā Dei expelluntur, nihil iam putantes in se Dei prouidentia prouenire, sed omnium quæ habent se autores credunt: Errore Balaam pereūt, qui pro amore terrestrium commodorum, veritatē quam nouerunt impugnāt.

A

† Quoniam in.

† In charitatibus vestris. f. conuiuiis pauperum

a ¶ Nulla ratione ab aliis discreta. ¶ Implendis. b ¶ Totum affectum ad hoc inclinant.
tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. † 1
a Damnatio erit. b ¶ Gladio malæ doctrinæ armantur in fratres vt Cain malo consilio decipiuntur, vt Balaam contra doctores se erigunt, vt Chore. 2
a Væ illis † qui in via Cain abierunt, & † errore Balaam mer- 3
b cede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Hi 4
a ¶ Ideo etiam cauendi. b ¶ Vbi deberent honestati & vtilitati suæ vel comedentium prouidere. 5
c ¶ Studentes gulæ vltra modum. d ¶ Omnia mala cum multo contemptu facientes 6
c sunt † in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore se- 7
d a ¶ Non pauperes Christi. ¶ Non sunt sub verò pastore b ¶ Quia alios obscurant. c ¶ Quia ad suggestionem spirituū immundorum in diuersos vitiorum errores raptantur. 8
9
e f metipsos pascentes nubes sine aqua, quæ à ventis circunfe- 10
11

b *Contradi. Cho. per.* Qui increpatione sanctæ ecclesiæ nolunt emendari, sed appetitu indebiti primatus ab vnitate ecclesiæ se diuidunt & scientes quantum mali gerant, ad scelerum tamen tartara descendunt.

✠ Oecumenius. Viam Cain hoc est per fratris occisionem nam & ipsi talia docentes fratres, siue eiusdem sortis homines, occidunt illos prauis doctrinis. Aut etiam semen absorbentes, fratrem in virtute interimunt quem seminis fructificatio proferret in vitam. Viam autem Balaam, eo quod & ipsi sicut ille lucri gratiam hæc faciunt. Porro viam Core, quoniam & ipsi sunt ille præceptoris officium, quum sint indigni rapuerunt.

B

✠ Dydimus. Quoniam per omnia declarati sunt recidisse à verbo veritatis hæretici ostendit eos diuersis subiectos malis dicit enim eos in viam Cain ambulare, qui propter inuidiam, & impietatem necauit fratrem. Qui dum contristari debuisset eo quod sacrificium eius susceptum non erat, quod impiè indubitanter obtulerat, & imitari fratrem, vt & iste piè deo munus offerat, inuidia magis corruptus aduersus eum, homicida primus apparuit. Et non in hoc solo quieuit, sed extendens impietatem suam peccator circa Deum factus voluntariè, à vultu eius expulsus esse, nihil iam putans in se Dei prouidentia prouenire secundùm omnia quæ habebat se autoritatem esse credebat, & voluntatem suam. Præsentes igitur hæreticos ambulare inquit in viam eius, & extra vultum Dei propter ignorantiam factos, sed etiam præponentes semetipsos creatori, illi siquidem animalis naturæ se autem spirituales esse dicentes. (Gene. 4. c.)

C Quapropter non rectè diuidunt ea, quæ volunt immolantes offerre se putant, quoniā primitias sibimet secundas verò partes offerunt Deo dicit igitur eosdem similes esse Balaam præponentes pietati mercedem oblatam ei a Rege Madianata, vt malediceret eis qui Dei benedictione fruebantur, Qui etiam iniustitiæ mercede diffusi sunt vaticinantes enim inueniuntur, & pro Sancto spiritu spiritum erroris habentes, vnde etiam dant & isti consilium fornicationis, & idolorum culturæ, sicut ille proditione populi Dei. (Numer. 22.) Hi nanque Chore contradictione scilicet errauerunt. Ille siquidem restitit Sacerdotio Aarō Dei voluntate collato, & propter contradictionē noua morte mutilatus est ipse, & qui cum eo esse videbantur. (Numer. 16.)

c *Maculæ*

c *Maculæ.* Nō solùm in comessationibus, & ebrietatibus carnalibus pereunt & maculantur, sed etiam sunt maculæ aliorum & alios secum perdunt domini gratiā in luxuriā transferentes. D

✠ Tertullianus. Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit vocatur enim ἀγάπη id quod dilectio penes Græcos est. Quantiscūque sumptibus constet lucrum est pietatis nomine facere sumptū siquidē inopes quoque refrigerio isto iuuamus, non qua penes vos parasiti affectāt sub autoramēto ventris inter contumelias saginādi, sed qua penes Deum maior est cōtemplatio mediocriū. Si honesta causa est conuiuij reliquum ordinem disciplinæ de causa æstimate, quid sit de religionis officio, nihil vtilitatis, nihil immodestiæ admittit non prius discumbitur quam oratio ad Deū prægustetur, editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est vtile ita saturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse ita esse fabulantur, vt qui sciant dominum audire. Post aquam manualem & lumina vt quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest prouocatur in medium Deo canere hinc probatur quomodo biberit. Æque oratio conuiuium dirimit inde disceditur non in cateruas cæsionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciuiarum, sed ad eandē curam modestiæ, & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quam disciplinam. E

Apologetic. aduers. gentes. c. 39.

† Nume 17 & 22 b. & 26 b: 2. Petr. 2. d. † In seductione mercedis quæ deceptus fuit Balaā.

d *Conuiuantes, sine timore, &c.* ✠ Clemens Alexandr. Ad cœnas conuenientes simul viros & mulieres postquam satietate venerem excitante exsatiati fuerint lumine amoto coeūt quomodo volunt, & cum quibus volunt canum, suum, & hircorum libidines imitati. (Lib. 3. Stromat. de Carpocrat.)

✠ Epyphanius. Quum mentem suam licenter insaniæ exposuerunt, innumeris voluptatum affectibus seipsos tradunt degunt autem hi in luxu, & omnia ad corporum voluptatem operantur nos autem omninò nō accedunt, nisi fortè ad inescandas animas instabiles maligna sua doctrina. In nulla enim re nobis similes sunt, sed nomine solum appellari gloriantur, quo confictum nomen improbitatem suam operentur. (Lib. 1. tom. 2. heres. 27.) F

e *Semetipsos pascentes.* ✠ Oecumenius. Hoc est absque timore seipsos componentes nihil veriti inquit iudicium quod ipsis imminet eo quod regere nesciant, sed cæci cæcos ducētes & in foueam iuxta domini verbum vna cum his qui reguntur incidentes.

✠ Gregorius. Studeamus cor nostrum terrenorum pastorum inuitatione succendere, qui hyemales noctes imbribus gelúque constricti ducunt sæpe peruigiles ne vel vna ouis, & non fortè vtilis pereat. (Lib. 2. epist. Columbo Episcop. Mundiæ. c. 33.)

f *Nubes.* Comparat se prædicatoribus pluentibus iusticiam, coruscantibus per miracula, sed ipsi sunt nubes obscurantes solem, ponentes in cœlum os suum peruersa superbè docendo sine aqua sapientiæ.

☞ *Arbores*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tanquam mu.a. *Quæ sunt ratione carentia.*
2 In his cor. *Per sensum, id est, consensu voluntatis & per abusum consuetudinis.*
3 Væ il. *Hic iterum inducit tria de scriptura contra hæreticos. Primum est de Cain, qui ex inuidia fraterna, & odio interfecit Abel: sic hæretici ex inuidia, & odio veros apostolos & fideles persequebantur ad mortem. Propter quod imprecabatur eis non optando, sed prænunciando ipsius Cain maledictionem dicens.* Vę illis qui in via caim ab. *Est autem ve comminatio maledictionis æternæ: Secundùm est de Balaā qui cupiditate ductus voluit maledicere filiis Israel, vt habetur Nu. 22. & 23. & quoniā nō potuit à Deo prohibitus, docuit Balach ponere scādalum coram filiis Israel per meretrices eos ad idololatriam prouocantes, Num. 25. Sic hæretici propter quæstū prædicantes, veris ministris Christi maledicebāt, & eos quātū poterāt scandalizabāt ideò subditur.*
4 Et errore Balaam mercede effusi sunt. *Id est, propter quæstum temporalem se malis exposuerunt. Tertium, est de Chore qui est ex ambitione sacerdotij seditionem mouit propter quod à terra cū sibi adhærentibus absorptus fuit. Nume. 17. Sic hæretici pro ambitione honoris & gloriæ sectas erroneas finxerunt, & per consequens pœnam Chore, meruerunt ideò dicitur.*
5 Et in contradictione. *Id est, & væ illis qui contradictione Chore id est, propter seditionem in ecclesia motam ad similitudinem Chore.*
6 Perierunt. *Id est, perire meruerunt.*
7 Hi sunt in epulis suis. *Postquam declarauit maliciam hæreticorum per scripturas figurales, hic consequenter idem facit per similitudines naturales & diuiditur in tres partes: quia primò facit propositum: secundò inducit ad hoc propheticum dictum, ibi.* Prophetauit autem. *tertio apostoli dictum, ibi:* Vos autem. *Circa primum dicit.* Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes. *Et notantur hic de excessu notabili in cibo & potu, quia non solum dicuntur maculati in concreto, sed etiam macula in abstracto ideò subditur.* (Diuisio)
8 Sine timo. *Dei & bonorum hominum.*
9 Semetipsos pascentes. *Superfluè in quantitate, & qualitate.*
10 Nubes sine aqua. *Sapientiæ salutaris.*
11 Quę à ventis circunferuntur. *Superbiæ motibus & vanitatis.*

❦ Arbores

☞ a *Arbores autum.* Comparant se arboribus bonum fructum ferentibus, sed sunt arbores autumnales: tardè ferunt bonum fructum sicut arbor in autumno plantata, vel quia tunc folia: cadunt & fructus, vel si supercrescit fructus, adulterinus est & inutilis. Si quid enim faciunt quod bonum videatur, non bona intentione agunt, sed vt bona quæ sunt in aliis extirpent.

A

b *Bis mortuæ.* Semel moritur, quæ non facit fructum bonum: Bis moritur, quæ facit fructū malum. Vel bis mortuę, quia ante tempus fidei mortui, sed inde visi surgere per fidē, rursus redeūt ad impietatem: & ideò eradicatæ ab hæreditate quam sperabant se habituros, vel à soliditate charitatis in qua sancti dicuntur radicati. B

† autumno marcescentes

† vnde efferæ

† caligo

† Apo. 1. b.

¶ Nullam vtilitatem vel sibi vel aliis facientes. a ¶ Nunc in anima, postea in corpore.
a runtur: arbores † autūnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradica 1
b ¶ Omittendo & committendo. a ¶ Semper inquieti, tumidi, tenebrosi, amari, stabilitatem ecclesiæ impugnantes. b ¶ Ad similitudinem tumentium vndarum superbientes altius se attollunt, sed tanto amplius confusi quasi in spumas leuissimas dissoluuntur & pereunt. 2 3
c tæ, † fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera 4
a ¶ Non ad tempus vt hæretici dicunt. 5
6
errantia quibus † procella tenebrarum conseruata est in æ- 7
d ternum. Prophetauit autem de his septimus ab Adam Enoch 8
e a ¶ Patienter & terribiliter. ¶ Existens. b ¶ Sanctorum, qui cum eo iudicabunt. 9
f dicens: † Ecce veniet dominus in sanctis milibus suis facere 10
a ¶ Pœnas inferendo. b ¶ Malos. c ¶ Conuincet eos qui prius latebant, ostendendo opera impietatis eorum quæ prius occultabant. 11 12
iudicium contra omnes, & arguere omnes impios 13
de omnibus operibus impietatis eorum, quibus im- 14
¶ In actu operis. ¶ Blasphemantes maiestatem. 15
g piegerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt

c *Sidera.* In hoc apostatas significat, quia in similitudinem diaboli, de sedibus angelorum ceciderunt, quibus propter apostasiam tenebræ reseruantur. *Sidera.* Lucem veritatis promittunt in hoc mari vitiorum. Sed nunquā in eodem statu docendi, vel vitæ perdurant, & aliis causa naufragij sunt, & ipsis pro tenebris quas in ecclesia Dei inducebant, tenebræ inferni parantur, & qui pacem fidei muntlana tempestate turbabant, procella tormentorum percellentur.

✠ Oecumenius. Marinis autem saxis ipsos comparat, & nubibus aqua carentibus, ac arboribus autumnalibus, vndiq; efferis, ac stellis erraticis. Nam quæ his natura conueniunt, hæc illi libera voluntate habent. Siquidem & saxa maris nauigantibus perniciosa sunt, quum ex improuiso occurrunt, sicut & ipsi his qui vna conuiuantur imminent vt inopinatum malum, & nubes aqua carentes quæ à ventis circumaguntur ad quæcunque loca peruenerint, non refrigeria ex imbre, quē non habent, sed caliginem ipsis inducunt. Similiter & hi salutari sermone C non irrigant animas eorum quos assequūtur, sed obscurant potius scelestissimis suis doctrinis, vecti prauis dæmonum institutis. Sed & arbores autumnales sunt bis mortuæ, nempe & fructus sui amissione, & foliorum defluxu. Tunc enim aridæ videntur, pulchritudines priuatæ, siue vetustate quæ fructum sequebatur, & iucundo foliorum ornatu. His consentaneum est quod istis contingit, nam & ipsi bis moriuntur, suum fructum abiicientes seminis absorptione, & castæ conuersationis ornatu se priuantes. Ideo quoque à paradiso ecclesiæ Domini eradicantur & extra ipsam proiecti, colliguntur ad ignem æternum. Quem enim statum aut radicem habebit, qui propter ferem voluptatum ab omnibus abiicitur? Porro stellæ erraticæ appellentur & ipsi: non quod firmamentum fidei nostræ exornantes, Christum iustitiæ solem habeant per ipsos procedentem, & virtutum horas perficientem, ac fideles qui iuxta ipsas ordinarentur viuificantem, sed quod videātur in angelum lucis transformari: quemadmodum & malignus dæmon qui ipsis prædominatur, id solum habentes quod contrariis dogmatis se rantur ad Domini dogmata, per quę & illis qui appropinquant tenebras effundunt, & sibiipsis caliginem æternam conciliant.

d *Prophetauit.* Non solùm mea autoritate probo quòd puniendi sunt, sed etiam autoritate Enoch, quòd iam olim præscripti sunt in tale iudicium impij homines, qui nostris temporibus subintroierunt ad subuertendam fidem priorum. D

e *Enoch.* In stirpe Cain Enoch, qui dedicatio interpretatur, primus nascitur. In electorum vero progenie Enoch septimus memoratur, quia reprobi in hac vita, quę ante est, seipsos ædificando dedicant: electi verò ædificationis suæ dedicationē in fine temporis, id est, in septimo expectant.

✠ Tertullia. Scio scripturam Enoch quæ hunc ordinem angelis dedit, non recipi à quibusdam, quia nec in armarium Iudaicū admittitur. Opinor nō putauerunt illam antè cataclysmum æditam post eum casum orbis omnium rerū abolitorem, saluam esse potuisse. (Lib. de habitu muli. c. 3.) E Si ista ratio est recordentur pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem catachlysmi Noe, qui vtiq; domestico nomine, & hæreditaria traditione audierat & meminerat de proaui sui penes Deum gratia, & de omnibus prædicatis eius, cum Enoch filio suo Matusalē nihil aliud mandauerit quam vt notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noe in prædicationis delegatione successisse, vel quia & aliàs non tacuisset, tam de Dei conseruatoris sui dispositione, quàm de ipsa domus suæ gloria. Hoc si non tam expeditè haberet, illud quoque assertionem scripturæ illius tueretur, proinde potuit abolefactam eam violentia cataclysmi, in spiritu rursus reformare quemadmodum & Hierosolymis Babylonia expugnatione deletis, omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Esdram constat restauratum. Sed cùm Enoch eadem scriptura etiam de domino prædicarit, à nobis quidem nihil omninò reiiciendum est, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem scripturam ædificationi habilem diuinitus inspirari, à Iudæis posteà iā videri propterea reiectam, sicut & cætera ferè quæ Christum sonant. Nec vtique mirum hoc si scripturas aliquas non receperunt de deo locutas, quem & ipsum coràm loquētem non erant recepturi. F Eò accedit quod Enoch apud Iudam Apostolum testimonium possidet.

En muchos enfermedades [illegible] septimo ab adam enoc. [illegible] en cuerpo y alma al cielo. luego [illegible] el mundo.

f *Ecce veniet dominus.* Vera sentētia, quòd dominus arguet impios, & de operibus & de verbis. Sed notandum, quod liber Enoch de quo hoc assumpsit testimoniū apocryphus deputatur ab alio quodam, sub nomine Enoch compositus, in quo libro multa † credibilia continentur, vnde & hæc epistola Iudæ quæ de apocrypho testimonium habet, priscis temporibus à plerisque reiiciebatur, Sed tamen autoritate iam, & vetustate & vsu meruit vt inter sanctas scripturas computetur. Maximè, quia tale testimonium de apocrypho sumpsit, quod non apocryphum & dubium, sed vera luce esset perspicuum: Licet enim de apocryphis testimonium veritatis sumere.

† incredibilia

Beda

g *Quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij.* ✠ Oecumenius. Impius à peccatore differt, in eo quod impius peccatum habet circa Deum, peccator vero circa ea quæ aguntur in vitæ conuersatione à iustitiæ scopo aberrat.

☞ *Hi sunt.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Arbores autum. *Apparentiæ, folia tātum habentes, ideo subditur.*
2 Infructuosæ. *Id est, bonis operibus carentes.*
3 Bis mortuæ. *Semel ante conuersionem per mortale peccatum, & iterum post lapsum in hæresim.*
4 Eradicatæ. *A radice charitatis.*
5 Fluctus feri maris. *Id est, inquieti & bonorum turbatiui.*
6 Despumantes suas confusio. *Id est, cum magno fastu, & superbia suas hæreses pronunciantes, ex quibus deueniunt ad confusionem æternam.*
7 Sidera erran. *Per varios errores.*
8 Quibus procella tenebrarum. *Id est, tempestas pœnarum.*
9 Conseruata est in æter. *Scilicet in inferno, vbi nulla est redēptio.*
10 Prophet. aut. *Hic ad propositum inducit dictum propheticum di.* Prophetauit autem de his. *Scilicet hæreticis futuris.*
11 Septimus ab Adam Enoch. *Ambobus autem computatis, vt habetur Gen. 5. & 1. Paralipome. 1. di.* 12 Ecce ve. in san. mi. *Scilicet angelorum sibi assistentium & ministrantium, secundum quod dicitur Dan. 7. c. Throni positi sunt, & anti. dierū se. &c. & subditur.* Milia milium ministrabant ei, & decies mi. cen. &c. 13 Facere iudicium. *condemnationis.* 14 Contra omnes. *Scilicet reprobos, iudicium enim electorum non erat contra eos, sed pro eis.*
15 Et arguere omnes impios de omnibus. *Sicut dicit Saluator Matth. 25. d.* Ite maledicti in ignem æternum, Esuriui & non dedistis mihi manduca. &c.
Hi. *Scilicet hæretici.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Hi sunt.* Si fratribus aliquid boni contigit, murmurant & conqueruntur, quasi sua fœlicitas in illorum prosperitate minuatur. Auari enim quibus nihil sufficit, etiam ab aliis inuident.

b *Murmurantes & querulo.* Tanto amplius quisque murmurat, & conqueritur de præsentibus ecclesiæ laboribus, quanto minus in se desideria carnis extinguit. Sed contra sanctus Daniel, & cæteri sancto rum desideriorum viri, quàtò obnoxius sola superna desiderant, tantò magis despiciunt transitoria, & cuncta quæ videntur aduersa.

✠ Oecvmen. Post hæc autem ab horum impiorum assimilatione absolutus, iam rem quoque ipsam, aggreditur accusans ipsorum vitia, vocansque eos, murmuratores & cauillatores. Est autem propriè γογγυστὴς, q̃ sub dentibus & apud se indignatur obstrepenti μεμψίμοιρος verò qui semper studet omnes cauillari & dicteriis lacessere. Porrò hi murmuratores ac cauillatores sceleſti sunt, inquit, quum liberè & palàm non possint sua doctrina vti propter fœditatem nõ enim careret periculo publicare impudicitiam iuncta impietate ac blasphemia. Cauillatores verò vt qui ea quæ sunt aliam, imò quæ veritatis sunt calumniantur, quo videlicet sua mala suásque lasciuias stabiliant.

c *Spiritum, &c.* Quia spiritum sanctum, quo cõgregatur ecclesia spiritualis efficitur non habent, ideo animales, inlicij, nõ prouidentes, ideò defluunt, quia coagulum charitatis non habent.

d *Superædificantes vosmetipsos, &c.* Ædificantes vosipsos in bonis

¶ In homines. ¶ In Deum. ¶ Eliam. ¶ Contra Dei dispositionem.

contra Deum peccatores impii. Hi sunt †murmurantes que- 1 2

a ¶ Vel querulõ. ¶ Quæcunque sibi contingant. b ¶ In nullo carnis desideria frenantes.
c ¶ De vitio in vitium. d ¶ Iactant se nullo timore dimissuros quid agant, se solos Deũ cognoscere.

rulõsi, secundum desideria sua ambulãtes, & os illorum lo- 3

a ¶ Honorantes. b ¶ Diuitum. ¶ Pauperes contemnunt. 4
c ¶ Non causa adulationis. d ¶ Sed quæcunque illi dicunt vel faciunt. 5

quitur superbiam, mirantes personas quæstus causa. Vos au- 6 7

a ¶ Corde & opere.

tem charissimi memores estote verborum quæ prædicta 8

a ¶ Quibus credendum, quia nuncij domini, & præteritorum etiam prophetæ futurorum. 9
b ¶ Illuminati spiritusancto.

sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vo 10

a ¶ Tempore Antichristi, cuius istriam sunt præambuli. b ¶ Non missi à Deo. c ¶ Veritatis. 11

bis, quoniam in nouissimis temporibus venient illusores se- 12

a ¶ Quos tali signo poteritis cognoscere quòd gulosi, auari.
b ¶ Vel secundum desideria impietatum. ¶ Diuini cultus.

cundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt 13 14

¶ A sorte iustorum. ¶ An mæ concupiscentias sequentes.

c qui segregant semetipsos, animales †spiritum non habentes. 15 16

a ¶ Sed vos hoc modo ab illis dissentiatis. ¶ Vt fiatis templum Dei.

d Vos autem charissimi superædificantes † vosmetipsos san- 17 18

¶ Dei vel vestro sanctificato.

e ctissimæ nostræ fidei, in spiritusancto orantes, vosmetipsos 19

f in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam domi- 20 21

a ¶ Conuincite ad vtilitatem, non illorum, sed ecclesiæ. 22

ni nostri Iesu Christi in vitã æternã. Et hos quidem † arguite 23 24

a ¶ Certissimè damnatos diuino iudicio. b ¶ Vitiorum, & sic de igne tormentorum.
c ¶ Quadam vi. d ¶ Vel quos in peccato obstinatos videtis, misereminij, dolentes quòd non potestis eos saluare.

g iudicatos: †illos vero saluate de igne rapiẽtes. Aliis aũt mise- 25 26 27 28

a ¶ Pœnitentibus proximis. b ¶ Quia concupiscentiis carnis polluitur.
c ¶ Corpus mortale & passibile quo velatur anima.

h remini in timore, odientes eam quæ † cãrnalis est maculãtam 29 30

i

ad tria illa adiungendum est. Nam & apostatas cum quisque arguit & damnabiles ostendit, in timore debet arguere, ne forte sibi suisque aliquid tale contingat, & qui de incendio vitiorum alium castigans eripit, timeat ne & ipse tentetur, & qui pœnitenti proximo misereretur, circunspiciat ne fortè plus iusto vel seuerus existat, vel pius.

i *Odientes eam.* Non corpus, sed maculatum esse odisse

debemus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sunt murmu. *Contra veros apostolos, & Dei ministros.*
2 Querulosi. *De defectu simulato victus & vestitus, vt pecuniam extorqueant ab illis quibus prædicant vt latiùs viuant, ideo subditur.*
3 Secundum desideria sua ambulantes. *Pecunia namque præbet facultatem viuendi voluptuosè, secundum illud Eccle. 10. d.* Pecuniæ obediunt omnia.
4 Et os illorum loquitur superbiam. *De suis operibus & doctrina falsa & inaniter se iactando, & prædicatores veritatis contemnendo.*
5 Mirantes. *Id est, mirabiles dicentes.*
6 Personas. *Diuitum & potentum.*
7 Quæstus causa. *Adulando enim diuitibus & potentibus dicebant eos facere mirabilia facta ad honorem Dei communis boni, & sic ab eis dona, & pecunias extorquebant.*
8 Vos autem. *Declarata hæreticorum prauitate per dictum prophe ticum, hic consequenter idem facit per apostolicum di.* Vos autem charissimi me. estote. *Corde & opere.*
9 Verborum quæ prædicta sunt ab apostolis. *De hæreticis.*
10 Qui dicebant vobis. *Ad cautelam contra falsos doctores.*
11 Quoniam in nouissimis temporibus venient illusores. *Per doctrinam erroris. Licet enim à principio ecclesiæ aliqui venerint, tamen imminente Antichristi tempore plures venient, qui erunt eius nuncij de propinquo.*
12 Secundum de. sua ambu. *Id est, carnaliter viuentes, & hanc vitam hominibus laxantes ad quam sunt pronti.*
13 In impietati. *Id est, vt per hoc auertant eos à vero cultu diuino qui pietas nominatur.*
14 Hi sunt qui segregant semetipsos, *Ab vnitate fidei catholicæ.*
15 Animales. *Id est, sensualitatem sequentes sicut animalia bruta.*
16 Spiritum non hab. *Scilicet sanctum, sed magis spiritum erroneum.*
17 Vos autem. *Declarata multipliciter hæreticorum prauitate, hic consequenter fideles solidat in fidei firmitate dicens.* Vos autem charissimi superædifican. vosmet. *In sanctis operibus & meditationibus.*
18 Sanctissimæ nost. fi. *Id est, superaddentes ista fidei nostræ sanctissimæ, sicut firmo & stabili fundamento.*
19 In spiritu. orantes. *Qui eleuat fidelium mentes. Oratio enim secundum Damascenum, est ascensus mentis in Deum.*
20 Vosmetipsos in dilectione Dei seruate. *Opera charitatis continuando. Nam ista dilectio non subtrahitur ex parte Dei, nisi primò deficiat ex parte hominis, & sic in eius potestate est hanc dilectionem conseruare.*
21 Expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi. *Et hoc in spe, quæ certa expectatio est futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens.*
22 Et hos quidem. *Scilicet hereticos obstinatos.*
23 Arguite iudi. *Id est, arguendos ostendite tanquam condemnatos.*
24 Illos vero. *Qui non sunt adhuc obstinati.*
25 Saluate. *Per bonam doctrinam & vitam.*
26 De igne rapi. *Id est, ne descendant ad ignem gehennæ.*
27 Aliis autem. *Scilicet peccatoribus qui non sunt hæretici.*
28 Misereminì. *Eis compatientes & ad emendationem eorum laborantes.*
29 In timore. *Ne fortè contingat vos similiter peccare.*
30 Odiẽtes & eam quæ car. est macu. tu. *Id est, conuersationem, nisi*

a debemus & arguere, vt immaculatum reddamus, vt de carnali spirituale efficiatur. Quod quia non nostri arbitrij potestate, sed Dei gratia perficiendum est, rectè subiungitur. *Et autem, &c.*

Dialogo. 2. aduers. Pelag.

✠ Hieronymvs. Absque vitio quod dicitur Græcè ἄμωμα id est, malitia hominum esse posse, aio, ἀνεμπλήτως, id est, sine peccato esse nego, id enim soli Deo competit, omnisque creatura peccato subiacet, & indiget misericordia Dei.

Dialogo. 1. - in aduẽtu domini nostri Iesu Christi - sapienti

a ✠ Idem. Qui statim de Christi fonte procedunt iubentur dicere. Debita nostra dimitte nobis, non humilitatis meæ dicio, sed pauore fragilitatis humanæ tuã conscientiam formidantes.

Lib. præscr. aduhæreti.

✠ Tertv. Soli Dei filio seruabatur sine delictis permanere,

a *In*

a ¶ In omnibus vestris operibus. ¶ In præsenti. 1

debemus & arguere, vt immaculatum reddamus, vt de carnali spirituale efficiatur. Quod quia non nostri arbitrij potestate, sed Dei gratia perficiendum est, rectè subiungitur. *Et autem, &c.*

✠ Hieronymvs. Absque vitio quod dicitur Græcè ἄμωμα id est, malitia hominum esse posse, aio, ἀνεμπλήτως, id est, sine peccato esse nego, id enim soli Deo competit, omnisque creatura peccato subiacet, & indiget misericordia Dei.

a ✠ Idem. Qui statim de Christi fonte procedunt iubentur dicere. Debita nostra dimitte nobis, non humilitatis meæ dicio, sed pauore fragilitatis humanæ tuã conscientiam formidantes.

✠ Tertv. Soli Dei filio seruabatur sine delictis permanere,

a *In*

tunicam. Ei autem qui potens est vos conseruare sine pecca- 2

a ¶ In futuro. b ¶ Coram angelis qui contemplantur Dei gloriam. ¶ Ab omni sorde. 3

to, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos 4

a in exultatione: in aduentu domini nostri Iesu Christi, so- 5 6

a ¶ Ei. b ¶ Qui solus est creator, & saluator, mittendo filium. 7

li Deo saluatori nostro, per Iesum Christum dominum no- 8

¶ Imputet. 9

b strum, gloria, magnificentia, imperium & potestas ante om- 10

nia secula, & nunc & in omnia secula seculorum: Amen. 11 12

rans tam volentibus quàm nolentibus, & potens cui nihil resistit.

- per Iesum Christũ dominum nostrum - aute omnia secula

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Istud additur eo quòd dixerat:* Aliis autem misereminì. *Quia licet peccatoribus sit compatiendum tamen eorum vitium est odiendum.*

1 Ei autem. *Hæc est vltima pars & confirmatio huius epistolæ, quam terminat beatus Iudas in diuina laude, dicens:* Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato. *Scilicet Deo, sine cuius gratia homo non potest à peccato resurgere, nec in bono meritorio perseuerare.*
2 Et constitue. *Scilicet vos.*
3 Ante conspectum glo. suæ. *Per apertam visionem.*
4 Immaculatos in exultatione. *Quia nullus habens maculam admittitur ad eam, Apoca. 21. g. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum.*
5 In aduentu domini nostri Iesu Christi. *Ad iudicium, tunc enim dabitur electis gloria perfecta in corpore & anima.*
6 Soli Deo saluatori nostro. *Ipse solus potest nos saluare eterna salute.*
7 Per Iesum Christum dominum nostrum. *Nam humanitas Christi est humanæ salutis instrumentum diuinitati coniunctum, vt sequenter dictum est supra.*
8 Gloria. *Inquantum apparet dignus omni laude. Est enim gloria clara cum laude notitia.*
9 Magnificentia. *Ex diffusione suæ bonitatis super omnia.*
10 Imperium. *Ex obedientia totius creaturæ ad ipsum.*
11 Et potestas. *In punitione, malorum & præmiatione bonorum.*
12 Ante omnia secula. *Licet enim prædicti actus circa creaturas sint temporales, tamen virtus diuina qua talia facit est eterna Amen.*

Præfatio Nicolai de Lyra in Apocalypsim Ioannis incipit.

Portet te iterum prophetare populis & Gentibus. *Apocalyp. 10. d. Sicut in principio Geneſis vetus & nouum Testamentum ad inuicem correspondet: nam se habent sicut rota in medio rotæ, Ezechielis 1. d. Et hoc patet per libros vtriusque. In veteri enim Testamento sunt libri legales, historiales, sapientales, & prophetales. In nouo vero legi respondet euangelium, libris historialibus, Actus apostolorum, sapientalibus vero epistolæ Pauli cum septem canonicis, prophetalibus autem Apocalypsis. Vnde bene dicitur beato Ioanni verbum propositum.*

Apocalypsis conditiones quatuor

Oportet te iterum prophetare populis & Gentibus. *Et dicitur iterum, id est, post prophetas veterũ Testamenti. Vnde in verbo proposito possunt notari quatuor conditiones huius libri. Prima est eius necessitas, quæ notatur ibi:* Oportet. *Secunda est ipsius veritas, ibi:* Te prophetare. *Tertia ordinis qualitas, ibi:* Iterum. *Quarta eiusdem generalitas, ibi:* Populis & gentibus.

Circa primum considerandum, quòd sicut dicit Apostolus Hebræorũ 10. g. Patientia vobis necessaria est, *quam facilius habemus, si tribulationes futuras aliquo modo præcognoscamus secundum quod dicit beatus Gregorius, Homelia 33.* Minus iacula feriũt quæ præuidentur, *& nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per prouidentiæ clypeum munimur. Beatus vero Ioannes in hoc libro prophetico describit tribulationes ecclesiæ futuras à suo tempore vsque ad finem mundi secundum catholicos doctores, vt contra ipsas patientiæ clypeo necessariò munidum catholicos doctores, vt contra ipsas patientiæ clypeo necessariò munimur, & sic patet necessitas huius libri. Propter quod dicitur Ioanni infra 1. d.* Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri citò. *Quasi dicat, scribe in hoc libro quæ vidisti, id est, reuelationes diuinitus factas tibi. Et quæ sunt, quia tribulationes ecclesiæ iam incœperant. Et quæ oportet fieri cito, secundum diuinam ordinationem ad parantiæ fidelium probationem. Post hæc, nam licet à principio nascentis ecclesiæ surrexerint tribulationes contra eorum fidelium, vt patet in actibus apostolorum, tamen maiores surgent circa finem mundi tempore Antichristi.*

Circa secundum considerandum, quòd in cognitione habita inuestigatione humana frequenter falsitas contingit: nam licet prima principia sint per se nota, tamen in deductione ipsorum ad conclusiones maximè remotas contingit frequenter errare. Sed in cognitione habita reuelatione vero prophetica qualis est in hoc libro cõtenta, nõ procedit ex inuestigatione humana, sed reuelatione diuina. 2. Petri. 1. d. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu loquti sunt sancti Dei homines. *Propter quod in hoc libro non est falsitas aliqua, sed veritas mera. Ideò dicitur ex vltimo ca. b.* Et dixit mihi, *scilicet angelus loquens Ioanni.* Hæc verba fidelissima & vera sunt & dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri citò.

Circa tertium in quo notatur ordinis qualitas, cum dicitur, Iterum *id est, post prophetas veteris Testamenti, considerandum, quòd sicut libri prophetales in veteri Testamento sunt vltimi, secundùm ordinem quem habent in bibliis nostris communiter, (nam apud Iudæos est aliter: licet autè libri Machabæorũ ponãtur in Bibliis nostris post libros prophetarũ) tamen non sunt de canone, Hebræorũ, secundum quod dicit Hieron. in prologo Galeato, qui præmittitur libris Regũ, & ideo inter libros canonicos veteris Testamenti libri prophetales sunt vltimi, sicut dixi, & similiter inter libros noui Test. liber Apocal. est vltim. Vnde potest exponi illud quod dicitur Ioan. 21. a.* Manifestauit se iterũ Iesus ad mare Tyberiadis. *Ad cuius intelligentiã sciendũ, q̃ locus aliquãdo accipitur pro habitantibus in ipso, sicut dicitur cõmuniter. Parisius fecit tale festũ vel spectaculũ, id est, populus habitans Parisius. Beatus vero Ioannes prope mare Galileæ, quod altero nomine dicitur mare Tyberiadis, fuit natus & in eodẽ piscationibus fuit occupatus, & inde à Christo vocatus, vt habetur Mat. 4. propter quod cõuenienter potest nomine Tyberiadis designari vt sit sensus.* Manifestauit se iterũ Iesus ad mare Tyberiadis, *id est ad Ioannẽ euãgelistã.* Iterũ. *i. post prophetas veteris Testamẽti. Itẽ aliter. Iterũ s. semel in euangelij descriptione, & alias in Apocalypsis reuelatione.*

Circa quartũ considerandũ, q̃ prophetæ veteris Testamenti licet prophetauerunt de pluribus populis & Gentibus, vt patet libros intuenti, tamen prophetauerũt tantũ vni populo siue genti scilicet Iudæorũ. Ionã tamẽ excepto, qui fuit missus ad prophetandũ Niniuitis, cæteri vero ad prophetandũ Iudæ, Ioannes vero prophetauit in hoc libro omnibus Gentibus & populis, quia prophetauit vniuersali ecclesiæ ex omnibus Gentibus & populis & linguis constitutæ vt magis videbitur in libri prosecutione, propter quod de ipso potest dici illud Isa. 55. Ecce testẽ populis dedi eũ ducẽ, ac præceptorẽ Gentibus. *Dicit testẽ, quia protestatus fuit vniuersali ecclesiæ de futuris tribulationibus. Ducem ac præceptorẽ per eius vitã & doctrinã omnes Gentes (si sequãtur ipsum) ad cœlestẽ gloriam deducantur, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit præfatio Gilberti Pictauiensis in Apocalypsin Ioannis.

† Mnes qui piè volunt viuere in Christo (sicut ait Apostolus) persecutionem patientur. Iuxta illud: † Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. † Tentatio namque est vita hominis super terram. Ne autem fideles in his deficiant, consolatur eos dominus, atque confirmat dicens: † Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, † Luc. 12. d. li, † & nolite timere pusillus grex. Propterea videns Deus pater tribulationes, quas passura erat ecclesia, ab apostolis fundata super petrã Christum, vt minus timeantur, disposuit vnà cum filio & spiritusancto eas reuelare. Reuelauit autem tota Trinitas Christo secundum humanitatem: Christus vero Ioanni per angelum Ioannes ecclesiæ: De qua reuelatione hunc librum composuit. Vnde & liber iste Apocalypsis dicitur, id est. reuelatio: quia hic continentur quæ Deus reuelauit Ioanni, & Ioannes ecclesiæ, quanta scilicet ecclesia passa sit in tempore primitiuo, & nunc patiatur, & in nouissimis temporibus Antichristi passura sit. quando tanta erit tribulatio, vt si fieri potest, etiam moueantur electi, & quæ pro his & nunc & in futuro præmia sit susceptura vt quos denunciata supplicia terrent, promissa præmia lætificent. Ideo iste liber inter reliquas scripturas noui Testamenti prophetiæ nomine censetur, quæ aliis excellentior est prophetiis. Sicut enim nouum Testamentum præstat veteri, euangelium legi: ita hæc prophetia prophetiis veteris Testamenti, quia de Christo & ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramenta denunciat. Vel etiam ideo, quia cum aliis vnifaria, isti trifaria data est prophetia simul scilicet de præterito, & presenti, & futuro. Ad cuius confirmandam autoritatem concurrit etiam autoritas mittentis, deferentis, & accipientis. Mittentis, scilicet trinitatis, & deferentis angeli, & accipientis scilicet Ioannis. Cùm autem Ioanni hæc in visione fuerunt reuelata, & sunt tria genera visionum, sub quo genere contineatur videndum est. Visio enim alia corporalis, quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus. Alia spiritualis seu imaginaria, cùm videlicet dormientes, vel etiam vigilantes, imagines rerum cernimus, quibus aliquid aliud significatur. Sicut vidit Pharao spicas, & Moyses rubum ardere, ille dormiens, iste vigilans. Alia intellectualis, quando videlicet spiritusancto reuelante, intellectu mentis veritatem mysteriorum sicut est capimus. Quomodo vidit Ioannes quæ in libro referuntur. Non enim figuras tantum vidit spiritu, sed & earum significata mente intellexit. Vidit autem Ioannes & scripsit in Pathmos insula relegatus à Domitiano in exilium principe impiissimo. Hac eum adscribendum compellente nomine

Eusdem in præfationem Gilberti super Apocalypsim Ioannis expositio.

Mnes qui piè volunt viuere. *Quoniam effectus efficienti & opus artifici conuenienter respondet, artificium autem quidam est artifex autoritate, quidam ministerio, sic etiam de efficiente, Gilbertus huic operi præmittens præfationem istã, primò ipsam determinat in relatione ad artificem siue efficientem autoritate, secundò in relatione ad artificẽ siue efficientem ministerio. ib:* Vidit autẽ Ioannes & scripsit &c. *Quoniam autem artifex non est operans cum impetu, sed præcedente dispositione quam quidem consequitur operatio circa materiam & ipsam operationem informat intentio ex parte agentis, & motus ex parte operis, ad quem vel quæ sequitur ipsum operatum in effectu, primò determinatur de efficiente siue artifice inquantum est disponens, secundò inquantum est agens, ibi:* Reuelauit autem tota trinitas: *tertiò de materia actionis, ibi:* De qua reuelatione hunc librum scrib. &c. *quartò de intentione agentis, ibi:* Vt quos denunciata supplicia terrent. *quintò de ipso operato ibi:* Ideo iste liber ne in reliquas scrip. &c *sextò de modo actionis ibi:* Cũ autẽ Ioãn. hæc in visione fuerit reuelata. *Et in his sex tanguntur quatuor causæ vna cum causato. Efficiens autem inquantum est de duplici differentia, scilicet disponens & agens. Præmittens igitur expositor huius scilicet Gilbertus in prima parte istius præfationis, breuem fidelium translationem ex verbis ipsius consolatoris Christi, subiungit qualiter Deus disposuit tribulationes futuras ecclesiæ reuelare. Et quia dispositioni rationabili respondet ratio conueniens, interserit rationem quare Deus sic disposuit, ibi:* Propterea videns Deus pater tri. *Tria igitur in hac particula primo tanguntur scilicet consolatio fidelium, ratio dispositionis diuinæ, & ipsa dispositio. Dicit ergo.*

1 Omnes qui piè & iustè. *Id est, religiosè.*
2 Volunt viuere in Christo. *Sicut dicit 2. Timo 3.c.* Persecutionem patientur.
3 Iuxta illud. *Ecc. 2.a. Fili accedens ad seruitutem Dei, cui seruire regnare est.*
4 Sta in iusticia. *Firmus & paratus ad opera iusticiæ exercenda, Tob. 5.a.* Ingressus Tobias inuenit iu. stan. splendidum præcinctũ & quasi paratum ad ambulandum.
5 Et timore. *Vt nihil quod faciendum est negligas. Ecc. 7.c.* Qui timet dominum nihil negligit.
6 Et præ. a. tu. *Id est, voluntatem tuam.*
7 Ad tenta. *Sustinendam Iaco. 1.* Beatus vir qui suffert tentationem *supple sponte. Et quare hoc sit faciendum, subiungit dicens.* Tentatio namque est vita hominis super terram. *Iob 7.a. Alia littera.* Militia est vita hominis super terram. *Quasi dicat homo ad hoc positus est super terram, vt tanquam miles fortis & strenuus sit in tentationibus.*
8 Ne autem fideles in his. *Iam dictis, persecutione scilicet & tentatione.*
9 Deficiant. *Quasi fatigati.*
10 Consolatur eos do. *Vt hilares reddat & alacres.*
11 Atque confir. *Vt fortes efficiat & habiles. Consolatur inquam atque confirmat, dicens.*
12 Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. *Mat. vlti. d. scilicet ad tuendum vos.*
13 Et nolite ti. pusi. grex. *Luc. 12.*
14 Propterea vi. Deus pa. *Postra fidelium consolatione tangit causam quare tribulationes ecclesiæ reuelare disposuit, videlicet vt præuisa a fidelibus minus timeantur. Gregorius. Minus iacula feriunt quæ præuidentur. Propterea. Scilicet quia consolatur & confirmat fideles.*
15 Videns Deus pater tribulationes, &c. super petram Christum. *1. Cor. 10. b.* Petra autem erat Christus, & *Matt. 16. c.* Super hanc petram, *scilicet me Christum*, ædificabo ecclesiam meam.
16 Vt minus timeantur. *Scilicet tribulationes.*
17 Disposuit. *Deus pater.*
18 Vna. *Id est, pariter*, cum filio & spiritusancto eas reuelare.
19 Reuelauit autem tota trinitas. *Hic tangitur de artifice inquantum est operans siue agens. Et quia hæc actio non solùm requirebat materiam in qua, sed cui, subiungit dicens.*
20 Christo secundum humanitatem. *Id est, Christo inquantum est homo, & inquantum est Deus: ipse etiam sibi homini reuelauit. Sed nomine animæ Christi à tempore conceptionis sciuit omnia quæ Deus? Responsio. Licet omnia sciuit, non tamen ita limpide sicut Deus, propter quod circa ea quæ sciuit aliquæ poterat à Deo reuelari sibi.*
21 Christus vero Ioanni, per angelum Ioannes. *Reuelauit.*
22 Ecclesiæ. *Scilicet Asiæ specialiter, Ioannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia, sed generaliter vniuersæ.*
23 De qua reuelatione. *Id est, de quibus reuelatis, vel, aggregatiuè id est, de quibus reuelationibus.*
24 Hunc librum composuit. *Scilicet Ioannes.*
25 Vnde. *Id est, quia de hac reuelatione.*
26 Apocaly. dicitur. *Id est, reuelatio, ab apo quod est re, & calypsis quod est velamentum, quasi reuelamentum vel reuelatio, quia ibi multa reuelantur.*
27 Quæ Deus reuelauit Ioanni &c. in tempore primitiuo. *Id tempore fundationis & plantationis suæ. Et quanta.*
28 Nunc. *Id est, tempore moderno*, patiatur. *Et quanta.*
29 In nouissimis temporibus Antichristi passura sit, quando tanta erit tribulatio vt si fieri potest etiam moueantur electi. *Matt. 24.*
30 Et quæ pro his & nunc. *In aliquibus membris.*
31 Et in futuro. *In omnibus*, præmia sit susceptura. *Vel: Nunc quantum ad dona gratiæ. In futuro, quantum ad dona gloriæ.*
32 Vt quos denun. supp. rtent. *Hic tangitur intentio reuelantis.*
33 Promissa præmia lætificent. *Quia secundum Bernardum: Consideratio præmij minuit vim flagelli. Seneca: Spes præmij solatium fit laboris.*
34 Ideo iste liber inter re. &c. *Propheticæ nomine censetur. Hic declaratur de ipso operato & primò simpliciter, secundò eius excellentiam in respectu aliarum prophetiarum manifestat, ibi. Quæ aliis est excellentior prophetiis, tertiò eius autoritatem declarat, ibi:* Ad cuius confirmandam autoritatem. *Determinatur igitur quare iste liber dicitur prophetia, cum dicitur. Ideo. quasi dicat, quia hic prænunciantur tribulationes precedentes & præmia quæ sequuntur, ideo iste liber, &c.*

Quæ

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ aliis ex. *Hic declaratur de eo in comparatione, & determinatur primò quòd excellit alias prophetias, secundò hoc pluribus de causis siue rationibus ostenditur, ibi:* Quia de Christo & ec. &c. *Dicitur ergo.* Quæ aliis excel. est prophetiis. *Et modus excellendi subiungitur.*
2 Sicut enim no. Test. &c. *Quomodo autem præstat nouum Testamentum veteri? Nónne dictur Ezech. 4. quòd rota erat in rota? & vetus Test. in no. & è conuerso: ergo vnum alteri præstat. Responsio, vetus est in nouo per explicationem, sed nouum in veteri per implicationem. Præterea vetus est in nouo materialiter, nouum in veteri formaliter, & ideo nouum præstat veteri, quasi forma præstantior & elegantior materia.*
3 Quia de Christo & ec. mag. ex parte, &c. *Hic tanguntur rationes duæ quare hæc prophetia est excellentior aliis. Vna est, quia multa de mysteriis Christi & ecclesiæ iam completa prophetat. Alia est quia illi data est trifaria prophetia, aliis vnifaria. Nota quòd for. faris componitur cum vnus, & dicitur vnifarius ab vni, id est, de vno loquens, vnde vnifarius dicitur propheta qui tantum prophetat de vno tempore, bifarius qui de duobus. Et quinque bifarius ponitur pro bilingui, trifarius qui de tribus. In aliquibus vero libris scribitur vnipharia per ph. & tunc componitur ab vnus, vna, vnum, & phares quod est diuisio, vnde vnifaria, id est. simplex Dei prophetia, tripharia triplex.*
4 Ad cuius con. au. *Hic declarat autoritatem. Quasi dicat, ex hiis habet autoritatem liber iste, quia trinitas ea quæ ibi dicuntur reuelauit, & reuelationes angelus apportauit, & Ioannes apostolus eas ecclesiæ nunciauit. His tribus testibus credendum est*, quia in ore duorũ vel trium testium stabit omne verbum, *Deut. 19. d. & Matth. 18. b.*
5 Cum autem Io. hæc in vi. fuer. *Primo determinatur modus actionis, secundò subiungitur distinctio visionũ, ibi:* Visio enim alia corporalis, &c. *tertiò determinatur sub quo genere visionis fiebat hæc reuelatio, ibi:* Quomodo vidit Io. *quæ in hoc li. re. &c. Dicit ergo.*
6 Visio enim alia corp. &c. aliquid videmus. *Sicut Balthasar vidit manum scribentem in pariete, Dan. 5. a. Et Eliæus currus igneos, in quibus Elias raptus fuit 4. Reg. 2. b.*
7 Alia spiritualis. *Imagines rerum cernimus quibus* aliquid aliud sig. *quam cernitur: supple. Sicut.*
8 Vidit Pha. spi. *Id est, spicarum imagines, Gene. 41.*
9 Et Moy. ru. arde. *Exod. 3.*
10 Ille dor. iste vi. *Sed contra, corporalibus oculis vidit Moyses, & hoc corporale erat quod videbatur, ergo visio rubi non erat spiritualis visio. Responsio, referendo visionem ad illud quod erat corpore vel corporaliter visum, erat visio corporalis, referendo autem ad signatum per id quod sic videbatur, imaginaria seu spiritualis dici potest. Vel fortè vt quidam dicunt, videbatur qui rouera non erat ignis. Visio autem imaginaria fuit visio Petri. Act. 10. b. quando scilicet positus in extasi vidit quadrupedi & serpentia, & dictum est ei.* Macta & manduca.
11 Alia intel. &c. sicut est capimus. *Hæc enim visione res intellectuales quæ sunt sine imagine videmus, vnde Glo. 2. Cor. 12. a. dicit. Hæc enim*

quia hæc actio cum sit materialis, requirit locum & tempus, subiungitur de loco & tempore, ibi: In Pathmos insula, vbi tangitur quo loco scripsit, & quo scilicet tempore exilij sui, quod datur intelligi per hoc quod dicitur. Relegatus, participium enim tempus consignificat. Et quia artificiosè operans operatur aliquia causa motus, consequenter subditur de causa mouente eum ad scribendum, quæ est duplex, vna est pullulatio errorum, quæ tangitur ibi: Hac eum ad scribendum compellent causa &c. Alia causa est instructio ecclesiarum Asiæ, & ecclesiæ generalis. Vnde prima causa fuit extirpatio malorum, secunda informatio siue instructio bonorum quæ tangitur ibi. Scribit autem Ioannes septem ecclesiis Asiæ &c. generalem ecclesiam docens scilicet per Asiam minorem. De qua dicit Isido. etymo. 13. Asia minor ab oriente Cappadocia angitur, ab aliis partibus vndique mari circundatur, nam à septentrione potestatum Euxinum habet, ab occasu Propontidem, à meridie Aegyptium mare &c. Alia est Asia maior dictam à nomine cuiusdam mulieris, quæ apud antiquos imperium tenuit orientis, hæc in terra parte orbis dispositæ, ab oriente, ortu solis, à meridie oceano: ab occiduo nostro mari finitur, à septentrione Mæotide lacu & Thanai fluuio terminatur &c. Et quia actio huiusmodi requirit materiam, consequenter subditur de materia huius operis, cum dicitur. Est itaque materia Ioannis in hoc opere status specialiter Asianæ ecclesiæ, necnon & totius videlicet: Quæ id est, quanta mala in præsenti patiatur, & præmia in futuro recepturæ sit. Et quia intentio regit agentem siue informat, & modus operationis, consequenter tangitur intentio scribentes, cum dicitur: Intentio vero eius est monere ad patientiam, quæ seruanda est: Tum quia breuis labor. Tum quia præmium magnum. Deinde subditur modus, cum dicitur, Modus tractandi talis: Primò præmittit prologum & salutationem: vbi reddit auditores benignos & attentos &c. Sex igitur sunt particulæ istius partis, & sic ordinatæ. Primò enim tangitur de efficiente inquantum est efficiens, ibi: Qui scilicet Ioãnes scribẽs. Secundò de loco & tempore quibus scripsit. Tertiò de causa motiua ad scribendum. Quarto de materia. Quintò de intentione. Sextò de modo. Dicit ergo: Vidit autem Ioannes & scripsit in Pathmo. Apoc. 1.c. Fui in insula quæ vocatur Pathmos. Et nota quòd dicitur hic Pathmos, & hic Pathmus, mi, in eadem significatione, & vtrumque habet Pathmo in datiuo & ablatiuo, sicut Claros, Claro, Tenedos Tenedo, Delos Delo.

Asia duplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lente causa, quia dum exul teneretur à Domitiano in Pathmos insula, in ecclesiis quibus 1
præerat, multa pullulauerunt atque inoleuerunt vitia, atque diuersæ hæreses. Erant enim 2
quidam hæretici ibi dicentes, Christum non 3
fuisse ante Mariam, quia temporaliter de ea 4
natus erat. Quos Ioannes in principio euãgelii sui redarguit, dicens: In principio erat verbum. Et in hoc libro cum dicit: Alpha & o.i. 5
principium & finis. Dicebant etiam quidam, 6
ecclesiam pondere tribulationum ante finem 7
sęculi desituram, & pro labore non præmium 8
æternum susceptura. Horum ergo errores
volens destruere Ioannes, ostendit Christum
principium esse & finem, vnde Isaias: † Ante
† Isa. 43. b. me non est formatus Deus, & post me nõ erit. B
Et ecclesiam per exercitium tribulationũ non 9
desinere, sed proficere, & pro his brauium æ- 10
ternum recipere vel susci pere. Scribit autem 11
Ioannes septem ecclesiis Asiæ, & earum se- 12
ptem episcopis, de prædictis instruens, & per D
eam totam generalem ecclesiam docens. Est
itaque materia Ioannis in hoc opere, status
specialiter Asianæ ecclesiæ, nec non & totius
13 videlicet quæ in præsenti patiatur, & in futu-
14 ro receptura sit. Intentio verò eius est mone-
re ad patientiam, quæ seruanda est, tum quia
breuis labor, tum quia præmium magnum.
15 Modus tractandi talis, primò præmittit pro-
logum & salutationem, vbi reddit auditores
benignos & attentos, quo præmisso accedit
ad narrationem. Ante narrationem verò o-
stendit Christum esse ab æterno sine princi-
pio & fine, inducens ipsum loquentem. Ego
sum alpha & o, id est, principium & finis. Post
ea accedens ad narrationem distinguit se- E
ptem visiones, quibus terminatis, iste liber
consummatur. Præmittit autem prologum, di
cens: Apocalypsis Iesu Christi, subaudis, hæc
est. Sicut in aliis: Visio Isaiæ hæc est, & para-
bolæ Salomonis hæ sunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In ec. quibus præ. *Asiæ minoris, cuius metropolis erat Ephesus,*
Vide textũ supra in a- *præfuit enim Ioannes septem ecclesiis illius Asiæ.*
stino latere
2 Pullularunt. *Inchoatione. Pullulo las dicitur germinare vel mul-*
tiplicare.
3 Atque inoleuerunt. *Id est, creuerunt consuetudine, vitia quæ mo-*
res corrumpunt, atque diuersæ hæreses, quæ violabant fidem.
4 Erant enim quidam. *Manifestat cuiusmodi hæreses pullulabant*
ibi scilicet in Asia.
5 Alpha. *Principium elementorum Græcorum O, finis, quod bene*
conuenit ei, de quo dicitur Isa. 44. b. Ante me non est formatus Deus, &
post me non erit.
6 Dicebant. *Non credentes veritati, quæ dicit Mat. vlti. d.* Vobis-
cum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæ-
culi.
C 7 Ante fi. se. desi. *Id est, defecturam, à desino nis, desy vel desiui, de-*
sinere, desitum desitu. Hæc autem.
8 Et pro labore non præmium æternam susceptura. *Cum*
tamen dicatur Sap. 10. d. Reddet Deus mercedem laborum sancto
rum suorum.
9 Et eccle. per ex. tribula. *Supple ostendit.*
10 Non desinere sed proficere. *Quod facit Apocaly. 12. vbi dicit*
quòd mulieri datæ sunt duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in
desertum
desertum locum. Sed profice. *Sicut aurum in igne non deficit, sed*
proficit. Sap. 3. dicitur de iustis. Tanquam aurum in fornace proba-
uit illos.
11 Et pro his. *Scilicet modicis tribulationibus.*
12 Brauium æternum recipere. *Id est, vitam æternam 2. Timoth. 2.*
Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conre-
gnabimus. *Hoc erit quando sponsa ducta in thalamum sponsi, dotabi-*
tur dote bona dicens cum Lya illud Gen. 30. c. Dotauit me dominus
dote bona.
13 Quæ in præsenti sęculo patiatur, & quæ in futuro receptura sit. *Scilicet præmia æterna pro modica & leui tribulatione 2. Cor.*
4. d. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis
nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus
operatur in nobis.
14 Intentio verò eius. *Hic tangitur intentio scribentis, quæ est mo-*
nere ad patientiam. Intentio enim Ioannis fuit supra scilicet subditos F
instruere, quantum ad intellectum: hic autem intendit eos informare
quantum ad effectum.
15 Modus tractandi talis. *Hic tangitur formalis causa, secun dum*
quod attenditur penes modum agendi, primò præmittit Ioanes prolo-
gum, cum dicitur Apocalypsis Iesu Christi &c. *& salutationem, ibi.*
Ioannes septem ecclesiis &c. *Quo præmisso accedit ad narrationem*
ibi. Ego Ioannes frater vester &c. *cap. 7. scilicet secundùm septem*
ecclesias quibus scribit secundum septem status ecclesiæ generales.

Prothemata in Apocalypsim.

Sicut in secularibus libris tria quæruntur. Intentio scilicet, vtilitas, & cui parti philosophiæ supponatur. Sic quoque in hoc libro diuino tria quæruntur, materia, intentio, vtilitas, & cui parti humilita
tis, id est, viræ subia-
ceat. Vita enim alia
philargyca, alia pra-
ctica, alia theorica,
id est, cõtemplatiua,
cui liber iste subia-
cet. Intentio est au-
toritatis huius pone
re signa per quæ cõ-
mendet nobis patien
tiam, id est, faciet nos Patientes pro nomine Christi, vt de pa-
tientia eundo ad contemplationem cœlestis gloriæ peruenire
possimus

Item alius prologus Hier. in eadem.

Ioannes apostolus & euangelista, à Christo dilectus, atque dilectus, in tanto amore dilectio
nis vberior habitus est, vt in cœna super pe-
ctus eius recumberet, & ad crucem astanti soli
matrem propriam commendasset, vt quem

possimus ad vtilitatem ad remunerationem scilicet patientiæ
nostræ, id est, ad duplicem stolam animæ scilicet ac corporis
beatitudinem. Et notandum quomodo patientiam commen-
dat, ostendendo, scilicet per varias similitudines, vt per equos
& similia, persecutiones præsentis & futuræ ecclesiæ in tempo-
re Antichristi, id est,
diuersas tribulatio-
nes diuersorũ statuũ
ecclesiæ prænunit
nos referendo, vt for
tiores simus ad susti-
nendum. Nam leuius
lædit quidquid præ-
uidimus ante. Illud
quoque sciendum,
q̃ potius cõmendat
patiẽtiã ideo videlicet, q̃n fundamẽtũ est omniũ virtutũ. Prudẽ
tio teste: qa ait: Vidua vel debilis est virt⁹, q̃ nõ patiẽtia firmat.
Deus

A Deus pater præuidens tribulationes quas passura erat sancta ecclesia postquam ab Apostolis fuit fundata disposuit cum filio & sancto spiritu eas tribulationes & earum præmia reuelare, Iacula enim quæ præuidentur minus lædunt. Ita Christo manifestauit secundum humanitatem Christus Ioanni, & Ioannes ecclesiæ reuelauit, qui excellebat omnibus priuilegio castitatis, & qui gratia Dei interpretatur, qui omnia bona quæ agebat gratię Dei ascribebat & qui omnia immania tormentorũ æquanimitate mentis sustinebat. Sed quia constat hanc reuelationem factã esse visione, videndum est sub quo genere visionis est. Visio enim alia corporalis est alia spiritualis, alia intellectualis. Visio corporalis est, qua videmus cœlum & terram & cætera talia. Visio spiritualis est quando in eo quod videtur, aliud prætenditur, sicut fuit de Moyse, qui vidit rubum non ardentem ardere quod aliud significabat. Intellectualis verò quando spiritu sancto intimante aliquis conspicit aliquid mysticum, sicut sanctus Ioannes in hoc libro fecit. Nã nõ realiter ista vidit, sed diuino flamine inspirante conuenientia signa passionum designatiua intellectui suo configuravit. Nunc quæ sit materia illius, videamus. Materia illius sunt septem signa, id est genera tribulationum

B nubere volentem, ad amplexum virginitatis asciuerat, ipsi etiam custodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum propter verbum Dei & testimonium Iesu Christi in Pahtmos insulam sortiretur exilium, illic ab eodem Apocalypsis præ ostensa describitur, vt sicut in principio canonis id est libri Geneseos, incorruptibile principium prænotatur, ita etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypsi redderetur, dicentis. Ego sum alpha & o, initium & finis. Hic est Ioãnes, qui sciens superuenisse sibi diem egressionis de corpore, conuocatis in Epheso discipulis descendit in defossum sepulturæ suæ locum, orationéque completa, reddidit spiritum tam à dolore mortis factus extraneus, quam à corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamen scripturæ dispositio, vel libri ordinatio, ideò à nobis per singula non exponitur, vt nescientibus inquirendi desiderium collocetur, & quærentibus laboris fructus, & Deo magisterij doctrina seruetur.

Visionum tria genera.

Ego Ioannes fui, &c. In qua parte nos inuitat ad legendum & ad audiendum & ad seruandum, quia si hoc fecerimus, beatitudinem consequimur & sic commendat opus suum. Legendus est iste liber, quia est Apocalypsis Iesu Christi, id est reuelatio non cuiuslibet, sed Iesu Christi. Vel legendus est liber hic quia beatus est qui legit & qui audit verba prophetiæ lectionis huius Apocalypsis, id est reuelationis F Iesu Christi.

Materia huius operis

C Apocalypsis hoc inter. Reliquos noui Testamenti libros prophetia vocatur, sed aliis excellentior prophetiis quia de Christo & ecclesia magna ex parte adimpleta iam sacramenta denunciat. Vel etiam ideò quia cum aliis vnifaria, isti trifaria data est prophetia simul, scilicet de præterito de præsenti, & de futuro. Et sicut euangelium legis obseruantias sic ista prophetia excellit veteres à longè prospicientes venturas prophetias. Ad cuius roborandam firmitatem occurrit etiã autoritas mittentis, deferentis, & accipientis hanc enim Deus, id est tota trinitatis misit. Nam de patre dicitur. *Mittens per angelum suum.* Filius autem dicit: *Ego Iesus misi angelum.* Sed & de spiritu sancto hoc scriptũ est. *Dominus Deus omnipotens* Sciendum itaque quia cum fine additamento spiritus ponitur tota Trinitatis frequentius intelligitur vnde est: *Spiritus est Deus.* Et: *Qui ha. aur. audien. au. quid spiritus dicat ecclesijs.* Et quãquam angelus solius Verbi incarnati personam gesserit, tota tamen Trinitas in angelo operata est. Quod autem Ioannes in exilio ista vidit manifestat Christum fidem in terrenis præsturis cœlum vendicare. Et sciendum, quod cum dicit Apocalypsis subaudiendum est, hæc est litera sed hunc modum locutionis qui diminutione verbi fit, frequenter inuenimus in diuinis scripturis vnde Salomon ait sine adminiculo verbi: *Parabolæ Salomonis.* Et Isaias. *Visio Isaiæ.*

A Lpha principium. Est elementorum Græcorum, & o finis quod benè conuenit illi de quo dicit Isaias *Ante me non est formatus Deus & post me non erit.* Causa quæ beatum Ioannem scribere mouebat, quia intetim dum ipse exul teneretur à Domitiano in ecclesiis quibus præerat, nequitiæ multæ inoleuerunt, ad quorum correctionem

Incipit argumentum in Apocalypsim beati Ioannis.

Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.

correctionem ipse commonetur per angelum in visione siue dormiens, siue spiritualiter raptus. Per hoc quod Ioannes omni humano eloquio & auxilio destitutus, diuinitus est visitatus innuitur nobis, quod quanto magis ab hoc tumultu recedimus tanto magis diuina visitatione digni iudicabimur. Et est materia in hoc libro Ecclesia de qua omnes fiunt visiones. Quidquid autem inducitur de Antichristo & dæmonibus ad cõprobationem ecclesiæ fit. Hoc autem modo tractat de hac materia scilicet ostendendo conditiones ipsius Ecclesiæ secundùm præsentem & futurum statum. Secundum præsentem, quod multas persecutiones oporteat hic pati Ecclesiam. Et item in præsenti etiam multas dignitates vt remissionẽ peccatorum illuminationem animarum & talia. In futuro autem obtinere vitã & interminabilem lætitiam. Finalis causa est, vt sibi subditos quibus principaliter scribit, deinde cæteros admoneat ad sustinendas tribulationes cum patientia, nisi diffidentes de remuneratione magna.

Nomen etiam autoris quæritur quod gratia Dei dicitur quod est Ioannes. Quod benè conuenit intentioni omnes enim pro Christo patiẽtes gratia Dei, id est, auxilio Dei patiuntur: aliter enim deficerent, sicut dicit Apostolis. *Gratia Dei sum id quod sum.* Locus quoque in quo composuit notatur. Pathmos videlicet insula, in qua positus in exilium fuerat à Domitiano Cæsare propter verbum Dei quod prædicabat Per quam insulam designatur Ecclesia, quæ quotidie assultus huius sęculi patitur, immobilis tamen existens. Pathmos enim ebullitio vel fretum interpretatur. Videndum quomodo visionis Ioannes talia vidit. Tres namque modi visionum sunt Vnus cum cœlum & terram & similia corporeis oculis videmus. Alius cum dormientes vel etiam vigilantes aliquid

Universidad de Deusto Biblioteca

A videmus per quod aliud figuramus sicut Pharao vidit crassas vaccas, vel boues macras. Alius modus est intellectualis, cum aliquid mente concipimus non per imagines, sed sicut est, vt Dauid in Psalmis, dicens: *Audiam quid loquatur in me dominus Deus*, Ioannes verò imagines in mente vidit, & in eis veritatem intellexit.

Materia, status Asiæ & totius præsentis ecclesiæ. Litera sic, ac si ita commoneret. Attendite hanc visionem, quia visio reuelata est in Christo Iesu. Qualitas, id est, modus, tribulationes intus & exterius: è contrario consolationes, locus breuis, labor & certa præmia. Intentio, patienter ferre omnia.

DE AVTHORE ET AVTHORITATE LIbri Apocalypsis.

Sententia Patrum Græcorum.

Lib. eccle. hierar. cap. 3. parte. 3. ✠ DIONYSIVS AREOP. Siue arcanam illam (scriptura sacra) ac mysticam omninò visionem dilecti discipuli, diuinámque domini Iesu, & altissimam theologiam eis, qui dij fieri merentur exponit, eósque per mysteria sacra & diuina sustollit B atque confirmat, &c.

Dialogo. ✠ IVSTINVS MARTYR. Apud nos vir quidam nomine Ioannes vnus è Christi Apostolis, in reuelatione sibi facta prophetauit, mille annos habituros Hierosolyma quotquot Christo nostro crediderint: ac mox sequuturam vniuersalem resurrectionem omnium atque iudicium.

Apoc. 20. Lib. 4. c. 37. ✠ IRENAEVS MARTYR. Ioannes domini discipulus in Apocalypsi, sacerdotalē, & gloriosum regni eius videns aduentum. Conuersus sum (inquit) videre vocem quæ loquebatur mecum. &c.

Lib. 5. c. 26. ✠ IDEM. Ioannes domini discipulus in Apocalypsi edisserens quæ fuerint decem bestiæ cornua quæ à Daniele visa sunt manifestauit de decē regnis nouissimo tēpore futuris. &c.

Lib. 5. ca. 30 ✠ IDEM. His autem sic se habentibus, & in omnibus antiquis, & probatissimis, & veteris scripturis numero hoc, 666. posito & testimonium perhibentibus his, qui faciem Ioannis viderunt & ratione docente nos quoniam numreus nominis bestiæ secundum computationem Græcorum per literas quæ in eo sunt, sexcentos habebit, sexaginta, & sex, &c. Neque C enim ante multum temporis visum est (id quod in Apocalypsi continetur,) sed penè sub nostro seculo, ad finem Domitiani imperij.

Lib. 7. hist. c. 23. ✠ EVSEBIVS. Dionysius Alexandrinus veniens ad Apocalypsim Ioannis, hæc de ea scribit. Nonnulli ex prædecessoribus nostris penitùs libellum hunc refutandum, & à canone scripturarum abiiciendum esse putauerūt, &c. ego verò (quantum ad meam sententiam pertinet) spernere aut abiicere scripturam libri huius nullatenus audeo maximè cum multi ex fratribus ita mecum sentiant. Sed hoc magis de eo iudico, quod excedant atque emineant quæ in eo scripta sunt humanæ auditionis modum, & sit in eo arcanus quidam, & reconditus atque admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror ac veneror, etiam si non intelligo. Ei ita sentio, quod diuina aliqua sacramenta sermonibus contegantur humanis, non tam iudicio meo discernens, quam fide credens: &, ideò non reprobo quæ non intelligo, sed tanto magis admiror quantò minus assequor, &c.

CLEMENS

✠ CLEMENS ALEXANDRINVS. Ex sanctis lapidibus D supernam Ierusalem fuisse constructam accipimus, & duodecim portas cœlestis ciuitatis lapidibus pretiosis assimilatas suscipiendam apostolicæ vocis gratiam significare admittimus. Lib. 2. pædag. c. 12.

✠ ORIGENES. Sacerdotali tuba primus Matthæus in Euangelio suo increpuit. Marcus, Lucas, & Ioannes postea suis tubis cecinerūt, addit nihilominus adhuc & Ioannes tuba canere per epistolas suas, & Apocalypsim. Apoc. 22.

✠ ATHANASIVS. Hoc nomine (Apocalypsis) vocatur hic liber, propterea quod hanc reuelationem ipse Ioannes euangelista & theologus in Pathmos insula dicta, dominico die vidit iussúsque conscripsit vt ad septem ecclesias mitteret. Homil. 7. in Iosue. In Synopsi.

✠ EPIPHANIVS. Alogi vocentur (quidam hæretici). Habuerunt enim sectam libros sancti Ioannis reiicientem. Quum enim alieni sint à prædicatione verbi per Ioannem, & neque Ioannis euangelium neque Apocalypsim admittant, alogi vocantur, &c. Cont. hæres. 51.

Sententia Patrum Latinorum. E

✠ TERTVLLIANVS. Si Apocalypsim Ioannis Marcion respuit, ordo tamen episcoporum ad originem recensens in Ioannem stabit authorem. Lib. 4. adu. Marc.

✠ IDEM. Nam & Ioannes Apostolus in Apocalypsi, ensem describit ex ore Dei prodeuntem bis acutum, præacutum.

✠ CYPRIANVS. Dominus in Apocalypsi loquitur dicens *Ne signaueris verba prophetiæ huius, &c.* In Apocalypsi angelus Ioanni volenti adorare se resistit dicens. *Vide ne feceris, &c.* Lib. de bono patient.

✠ HILARI. Nequaquam Psalmorum librum nisi per fidem aduentus Christi posse intelligi, ita beati Ioannis Apocalypsi docemur. *Hæc dicit sanctus & verus, qui habet claues Dauid, &c.* Prolog. in Psal.

✠ AMBROS. Sicut euidenter in Apocalypsi Ioannis euangelistæ scriptum est. *Habes illic tenentes doctrinam Balaam, &c.* Epist. 37.

✠ HIERONYMVS. Quartodecimo anno secundam post Neronem persecutionem monente Domitiano, Ioannes in Pathmon insulam relegatus, scripsit Apocalysim, quam interpretatur Iustinus martyr & Irenæus. Lib. de viris illust. F

✠ AVGVSTINVS. Dixi vobis fratres, quia Ioannes iste euangelista multum altè volat: & mysterium altè volantis quos est vt commemorem charitati vestræ. Et apud Ezechielem prophetam, & in Apocalypsi ipsius Ioannis, cuius est hoc euangelium, commemoratur animal habens personas hominis vituli, leonis, aquilæ, &c. Tract. 36. in Io.

Sententia Conciliorum.

✠ CONCILIVM ANCYRANVM. Et Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramen um in spiritu, non in corpore vidit & audiuit, sicut ipse dicit. *Statim fuit in spiritu, &c.* Can. 24.

✠ TOLETANVM. Apocalypsim librum multorum Conciliorum authoritas, & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta Ioannis euangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros suscipiendum constituunt. Si quis eum non receperit, aut à pascha vsque ad pentecostem Missarum tempore in Ecclesia non prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit, &c. Can. 16.

☞ Prologus

Prologum præmittit: salutationem in vtroque captat.

CAPVT I.

☞ a A *Pocaly. Iesu Christ.* Præparat auditores beniuolos & attētos, sicut & ibi Ioannes septē ecclesiis quę sunt in Asia.

b *Quam de.* Secundum hominem accepit eam à patre & verbo sibi cognito & spiritusancto.

c *Quæ oportet fieri.* Quasi dicat, & ineuitabile est quin fiāt, & vtile vt fiant. Oportet vt patiantur tribulationes cito.

d *Cito.* Dicit, vt separent ne sit graue pati, cito finiendi B sunt labores & præmia dāda. Breuis labor, festinata gloria.

e *Et sig.* Deus pater filio, & filius Ioanni sub sigillo, id est, sub scripto, ne locus sit furibus peruertendi, & vt gratiùs sit fidelibus si cum exercitio consequentur.

f *Qui testim. perhib.* Qui testatur verba ipsius Christi habita tam de verbo, id est, diuinitate, quam de humanitate Iesu Christi.

g *Verbo Dei.* Filius vocatur verbū Dei, quia per eum manifestatus est in mundo pater.

h *In his quæ vidit.* In his quæ corporaliter vidit, vt passum, vel sola mente, vt fuisse cum patre ante omnia.

✠ PRIMASIVS. Post exortum Ecclesiæ, quæ iam fuerat Apostolorum prædicatione fundata, reuelari oportuit, qualiter C fuisset latiùs propagāda vel quali etiam fine contenta vt prædicatores veritatis huius cognitionis fiducia freti indubitanter aggrederentur pauci multos inermes armatos, humiles superbos infirmi nobiles vni tamen spiritaliter mortuos. Ideò hæc reuelatio dicitur Iesu Christi, quam propterea pater dedit ei, quod inseparabile patris & filij opus omne probetur: imò etiā Spiritus sancti cuius nomen hic frequenter insinuatur. Cito D autem apud Deum fieri dicitur quantiscunque in hac vita morulis aliquid proteletur. *quoniā mille anni ante oculus eius tanquā dies hesternus q præterit.* Dicēdo. *significauit sermo suo Ioāni,* aliqd etiam futurorum & mysteriorū ostendit nec superficie literæ nos voluit remanere contentos quos ad mysteria altius perscrutanda significationis verbo fecit intentos. Ideò dicit, *palā facere seruis suis,* non solū vni ex multis, sed p vnū potius vniuersis, id est ecclesiæ quam in vnitate fundauit. Rectè adiecit, *per angelū suum* à Christo fuisse discipulo demóstrata cū E per assumptam creaturam non per diuinitatis essentiā Christum semper clareat apparuisse mortalib⁹ & ante incarnationē & post ascēsionem. Psal. 89.

Incipit liber Apocalypsis beati Ioannis apostoli.



CAPVT I.

¶ Hoc est reuelatio.
APOCALYPSIS. Iesu Christi quam 1
a ¶ Deus pater vt nihil debens. ¶ Christo. b ¶ Verbo & exemplo. c ¶ Non Iudæis, non philosophis. 2
dedit illi Deus † palam facere seruis suis 3
a ¶ De his. b ¶ Vel in breui c ¶ Id est per signum ostendit 4
quæ oportet fieri citò, & significauit, mit- 5 6
a ¶ Personam Christi habentem. b ¶ Non superbo, sed humili. 7
tens † per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimoniū 8
perhibuit verbo Dei, & testimoniū Iesu Christi in his quæ- 9
¶ Vt literati. ¶ Vt laici & addiscentes. ¶ Libri. 10
cunque vidit. † Beatus qui legit, & qui audit verba prophetię 11 12 13

† Vt palam faceret
† Mandatū
† Infrà. 22. b. Iaco. 1. d.

✠ ANDREAS. Cæsareæ Cappadociæ Episcopus Christus inquit, hęc mihi qui disertè illū pfessus sum, tāquam seruo suo per angelum manifestauit quo & ea quæ sūt, & ea quæ noticiam hominum adhuc fugiunt & ea rursum quæ olim futura sunt mihi per visionem ostensa, palam ad audientium conuersionem contester publicéque prædicem. Vtraque enim prophetico spiritu hausi. Atque hic sensus ex orationis tenore F colligitur: quādoquidē verba hęc, *quæ sunt, & quæ fieri oportet.* præsentis futuríque tēporis notionem manifestè præ se ferunt.

i *Beatus.* Christus dedit mihi, beatus autem qui à me acceperit. *Bea.* quia hæc Apocalypsis est Iesu Christi. &c.

k *Qui le.* Id est narrat aliis quę audiuit: quia plures ab vno legēte possunt audire. Vel audient, & in hoc notat auditores, quia plures. Illi soli beati qui audiūt vt mēte recōdāt, & mēte recōdunt, vt opere cōpleāt: & opere implēt, vt vitā æternā possideāt.

☞ Seruat

Incipit Postilla Nicolai de Lyra super librum Apocalysim beati Ioannis apostoli.

CAPVT I.

✠ 1 A Poca. Ie. Ch. *Liber iste in duas partes diuiditur, in procemium, & tractatū, qui incipit in ca. se. In procemio verò tria facit, quia primò reddit auditores attentos, secūdò beneuolos, ibi:* Ioan. septē ecclesiis. *tertiò dociles siue doctos, ibi Ego Ioannes, quæ tria in plogis fieri consueuerūt. Primū facit dupliciter primò ex autoritate & arduitate huius doctrinæ, secūdò eius vtilitate, ibi:* Beatus qui legi. *Ad hæc enim duo solēt homines attēdere. Circa primū sciendū q sicut dictū fuit in principio libri Psal. reuelatio pphetica quæ fit cū imaginaria visione, qualis est ista quæ describitur in hoc li. (nā Ioannes habuit imaginarias visiones, & quid significarēt intellexit) altioris gradus est quādo apparet aliqua persona instruens de occultis, quā si fieret sine tali apparitione personæ, & quāto persona sic apparēs est altior, tāto reuelatio est gradus altioris sicut persona angelica altior est quā humana, & diuina quā angelica. Licet autē angelus apparuerit Ioāni eū instruēs in Apocalypsi, tamē apparebat tāquam repræsentans presentas personā filij Dei humanati, & in eius persona loquēs, vt postea magis apparebit ppter hoc reuelatio in hoc libro cōtēta est valde ardua & autētica, & hoc est q dicitur.* Apoc. Ie. Chr. *reuelatio facta in persona Iesu Christi modo dicto.* 2 Q ā de. *Pater nā filio deitatē habet à patre.* 3 Palā fa. *i. manifestare.* 4 Ser. su. *i. deuotis fidelibus & studiosis.* 5 Quę opor. fi. ci. *s. tribulationes ecclesiæ, quas oportet fieri nā hoc pcedit ex diuina ordinatione, quæ nō pōt frustrari, & hoc fit ad pbatione fideliū & augmētū gloriæ ipsorū.* 6 Et sig. mit. an. *Dicto modo apparentē.* 7 Ser. suo. *i. euangelistæ.* 8 Qui test. perh. ver. dei. *In principio euāgelij sui quātū ad emanationē eius æternā dicēs.* In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū. *& quantū ad eius incarnationē tēporalē dicēs.* Et verbū caro factū est, &c. *Ideò subditur.* 9 Et test. Ie. Chr. *i. de Iesu Christo.* 10 Quæcūq; vidit. *In eius cōuersatione, miraculorū operatione, morte & resurrectione sicut patet in euāgelij sui psecutione.* 11 Bea. *Hic cōsequēter reddit auditores attētos ex huius libri vtilitate, quæ cōsistit in beatitudinis consecutione. di.* Beatus qui le. *quantū ad doctores* 12 Et qui audit. *Quantum ad discipulos studiosos.* 13 Verba pro ph. huius. *Mente attendendo.*

✠ Et ser

MORALITER.

† 1 *Apoca. Ie. Chr.* Sicut dictū fuit in expositione literali, beatus Ioannes in principio libri huius reddit auditores beneuolos, dociles, & attentos. Per librum autem istum qui dicitur Apocalypsis, id est, reuelatio, potest intelligi tota scriptura sacra quæ est diuinitus reuelata. Ad quam redduntur auditores dociles per fidem quæ aperit ipsius intelligentiam, sicut dicitur Isa. 7. b. secundum aliam translationem *Nisi credideritis non intelligetis*, & ad Hebræ. 11. b. dicitur. *Credere enim oportet, &c.* & sic est etiam in aliis scientiis in quibus oportet discipulum in multis credere doctori quæ postea intelliguntur ab ipso. Attenti verò redduntur auditores per spem, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis, cuius viam ostendit sacra scriptura quilibet autem attentus est ad considerandum viam quæ ducit ad terminum desideratum. Beneuoli verò redduntur auditores per charitatem quæ facit ad Deum conformitatem. 1. Ioan. 4. c. qui manet in cha. &c. propter quod talis est beneuolus ad audiendum Dei, verba quæ traduntur in sacra scriptura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Seruat ea.* Ita dico si seruat. *Non enim auditores legis, sed factores iusti sunt. Seruat ea.* qui fidem Christi & ecclesiæ non violat, & timet minata & quærit promissa, verè beatus, quia nec longa mora laboris, & præmia vicina.

✠ ANDREAS. Beatos prædicat non quosuis promiscuè qui hæc legunt vel audiunt, sed qui bonorum operum studio intenti legunt vel audiunt. Cæterum tempus quo beatitudinem hanc cõparare licet quodque omnibus vt studiosè operẽtur propositum est in propinquo esse admonet. Notum est enim illud Christi. *Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est venit nox, &c.* Alio quoque sensu tempus quo meritorum præmia distribuentur propinquum est: siquidem vitæ huius spatium cum æternitate comparatum breuissimum est.

b *Septem ec.* principaliter illis quibus magister erat constitutus, & per simile aliis Deus dedit Christo, Christus Ioanni, Ioannes autẽ ecclesiis, vel per septem vniuersæ ecclesiæ quia septem vniuersitatem significant, vel quia septiformi spiritu illustrantur.

✠ AMBROSIVS. Perpende quia totus hic liber in septenario numero consistit sicut sunt septem Ecclesiæ ad quas hæc scripta diriguntur. Sunt septem candelabra, septem stellæ, septem lampades, septem cornua, agni septem oculi, septem figilla, septem angeli tubis canentes, & totidem phialas habentes septem tonitrua, & draconis septem capita. Et si diligenter aduertas totus liber in septem visiones distinctus est.

c *In Asia.* Asia est elatio, Ecclesia ergo nunc est in elatione virtutum, vel olim vitiorum. Asia est ista non magna illa scilicet quæ dicitur tertia pars mundi, sed quædam prouincia vbi erant septem ciuitates, & septem ecclesiæ cum septem episcopis.

Asia minor est pars maioris Asiæ continens septem ciuitates quarum Ephesus est metropolis. In hac minori euangelizauit Paulus, sed postea in diuisione apostolorum Ioannes eam obtinuit. Ephesus metropolitana sedes totius Asiæ in qua Ioannes præfuit.

d *Gratia vobis.* Præparat auditores in salutatione benevolos & attentos, sicut & in prologo.

c *Qui est & qui erat.* Æternaliter quamuis natus ex tempore iam immutabilis per humanitatem, & olim corruptibilis talis venturus est, & si mundo non apparet talis.

✠ AMBROSIVS. Hic tota Trinitas demonstratur. Per eum namque, *qui erat, & qui est, & qui venturus est.* pater designatur. Erat namque ante constitutionem mundi, sine vllo initio: est modo per constitutionem mundi regens omnia quæ creauit: venturus est post finem mundi cum filio & spiritu sancto vt regnet cum sanctis in secula seculorum. Per septem autẽ spiritus, spiritus sanctus eo quod sit septiformis intelligitur. *Et a Iesu Christo qui est testis fidelis.* Ille veraciter testis fidelis est, qui nescit mentiri: qui quod electis suis repromisit sine dubio implebit. Qui nec eum qui calicem aquæ frigidæ egenti dederit à mercede vacuum derelinquit. Cuius verba ita fixa permanẽt vt faciliùs sit cœlum & terram in nihilum redigi quam aliquid immutari ex omnibus quæ se facturum esse prædixit.

f *Et à septem spiritibus.* Spiritus idem sonat quod charitas, vnde attribuitur spiritui remissio peccatorum, & alia dona quæ sunt dona totius Trinitatis, vt intelligamus Trinitatem ex sola dilectione operari. Personam patris tacet, quia de Deo creatore nemo male intellexrat, ponit personam filij & spiritussancti de quibus omnes nascuntur in ecclesiis hæreses.

f *Throni.* Sunt angeli eius & sancti homines, in quibus nunc sedet Deus & iudicat ne in futuro iudicet.

g *Primogeni.* Dicit propter desperãtes de morte Christi vt illi qui dixerunt. Nos putabamus quod ipse esset redẽpturus Israel.

h *Mortuorum.* Qui vos non terreat, quia surrexit & est impassibilis vel prius mortificantium se quia peccatum non fecit.

i *Princeps regum terræ.* Princeps terrenarum potestatum potens eas remouere & ad vtilitatem suorum vel sanctorum permittens impios seruire.

k *Qui dile.* Commendat personam filij qui hanc reuelationem per angelum fecerat Ioanni quasi dicat, Credite huic reuelationi & potenti adhortationi, quam Christus manifestauit qui pro nobis passus est & resurrexit

l *Apec. no.* Originalibus vel actualibus, non suis, sed nostris quia non peccauit.

Regnum potentes vitiis resistere & pro nobis & pro fratribus nosmetipsos Deo offerentes.

✠ AMBROSIVS. Regnum Dei ex hominibus Christus fecit quando eos tales constituit in quibus ipse cum patre & spiritu sancto inhabitare & regnare dignaretur. Sacerdotes Dei electi dicũtur eo quod membra sunt summi sacerdotis de quo Psal. 109. *Tu es sacerdos in æternum,* Possunt & aliter sacerdotes dici eo quod semetipsos quotidie per cõpunctionẽ cordis, & orationes cæteráque bona opera offerant Deo sicut dicit Psal. *Sacrificium deo spiritus contribulatus.* Est & sacrificiũ laudis quod quotidie offerre Deo sancta Ecclesia consuevit de quo idem. *Immola sacrificium laudis.*

Psal. 109. Psalm. 50. Psalm. 49.

☞ Ecce

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ser. ea. *Tribulationes futuras patienter sustinendo & subditur ratio.*
2 Tempus enim prope est. *Id est, cito transiens quasi dicat labor patientiæ breuis est, & præmium beatitudinis æternum.*
3 Ioannes. *Hic consequenter reddit auditores benevolos. Et diuiditur in duas partes quia primò propositum facit secundò quæstionem tacitam soluit, ibi:* Ecce venit. *Primum facit ex hoc, quod ei optat bona spiritualia & eterna, dicens.* Ioannes. s.ec. *Per hunc septenarium intelligitur consequenter vniuersitas ecclesiarum in orbe constitutarum. Vnde dicit Grgo. homel. 25. Quia septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas figuratur.*
Diuisio
4 Gratia vo. *In præsenti vita.*
5 Et pax. *In futurâ nã, ibi quietabitur totaliter humanus appetitus.*
Æternitas quid
6 Ab eo qui est. *Id est à Deo æterno. Æternitatis enim secundùm Boetium de consolatione, est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio, sed à nobis qui intelligimus cum continuo & tempore simplicitas eius non apprehenditur nisi per comparationem ad tempus. Nam assistit omni tempori, etiam infinito si esset propter quod nobis hoc exprimitur per differentias temporis præsentis præteriti & futuri.*
7 Et à septem spiritibus. *Id est, vniuersitate angelorum, qui ministri sunt nostræ salutis.*
8 Qui in conspectu &c. *Scilicet, Parati eius exequi voluntatem.*
9 Et à Iesu Christo qui est testis fi. *Paterne gloriæ & maiestatis, vt patet in euangelio.*
10 Primoge. mor. *Id est primus inter resurgentes à mortuis licet ante ipsum Lazarus & plures alij fuerint à morte resuscitati: hoc tamen fuit ad vitam mortalem, quæ magis propriè dicitur mors quam vita, secundum quod dicit beatus Greg. hom. 25. propter quod vera resurrectio fit ad vitam immortalẽ ad quam Christus resurrexit primus nam eius resurrectio est causa resurrectionis aliorum:*
11 Et princeps regum ter. *Propter quod dixit in sua resurrectione. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Matt. vlt. d.*
12 Qui di. nos & la. nos. *Id est sola dilectione sua & non meritis nostris nos lauit.*
13 A peccatis nostris *Originalibus & actualibus.*
14 In sanguine suo. *Sacramentum enim baptismi & pœnitentiæ quibus deletur originale peccatum & actuale habent efficaciam à sua passione benedicta.*
15 Et fecit nos regnum. *Id est, ascribi ciues cœlestis regni.*

☞ Et sacerdotes

a *Ecce venit, &c.* Et verè debetis glorificare, quia ipse est qui venturus est ad remunerandum. *Cum nubi.* id est, cum sanctis, qui nubes fuerunt, compluendo aliis doctrinam, & miracula faciẽdo. Vel sicut in nube ascendit, in nube veniet, per quam Dei clementiam intelligimus, quòd bonis est refrigerium & illuminatio malis verò terror & exœcatio, quod & significatum est per nubem, qua educti sunt filij Israel de Ægypto.

Exod. 13. d.

† reges

b *Et vide.eum.* Alia translatio habet, videbit omnis terra talem. Q.d. Talem videbunt qualem impij venturum non credebant.

- super eum

c *Omnis ocu.* Boni vt lætentur, mali vt confundantur, videbunt.

d *Plangent.* Seu collident super eũ, impotentes eius imperio resistere, ad similitudinem lapidis & fictilium, vel *Plangẽt se.* Id est, dolebunt respicientes eos qui fundati sunt super eum, quia non tantum dolebunt de ipso tormento, quam quòd repellentur à tali consortio.

✠ ANDREAS. Qui velut agnus fuit iugulatus, is paterna gloria & maiestate exornatus, iudex olim in nubibus est venturus. Siue nubium vocabulo radiantem angelorum splendorem accipias, siue nubes eiusmodi cuiusmodi ipsum vnà cum discipulis in monte Thabor operuêre. E cœlo porrò cum gloria & maiestate descendentem omnis quidem oculus conspicabitur, ij autem soli qui eum pupugerunt, deque tribus terræ quæ in perfidia ad finem vsque perstitêre, plangent & lamentabuntur super eum.

✠ AMBROSIVS. Qui eum pupugerunt, velint, nolint, videre compellentur, impij videlicet Iudæi qui eum crucifixerũt, sicut scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt. Plangent autem se cur præcepta Dei contempserunt, cur propter breue gaudium perpetuam tristitiam acquisierunt.

e *Etiam amen.* Per hæc duo aduerbia, quorum vnum est Græcum scilicet etiam, significantur Gentes, per amen quod est Hebræum, Iudæi, qui omnes Deum videbunt in iudicio.

f *Ego sum.* Verè veniet, & quia ipse promittit se venturum, vel præmissa salutatione reddit attentos. Q.d. Ne à me hoc dictum, sed ab ipso Christo credatis.

C g *Alpha prin.* Antè quem nullus, vel à quo omnia cœperunt.

h *O, finis.* Post quem nullus, vel in quo omnia terminabuntur. D

✠ ATHANASIVS. Vnus Deus est, & non est alius præter eum. Cùm igitur solus pater dicitur Deus, vel cùm vnus Deus esse pronunciatur, aut cum illud: *Ego sum, & præter me nõ est Deus:* aut cùm illud: *Ego sum primus, & post hac futurus,* Rectè omnia illa dicuntur. Vnus enim solus Deus, & primus est. Neque ea ad demolitionem Filij referuntur, absit, est enim ille ipse in vno primo & solo, vt vnius solius & primi vnicum Verbum, Sapientia, & Splendor.

Ser. 4 cont. Arrian.

Deut. 3.

✠ ARETHAS. Per ho quod ait, *primus,* intelligitur non habere initium: quemadmodum etiã per id quod ait, *postremus,* carere fine. Quoniã enim apud homines non contingit vt aliquid initio careat ac fine, vsus est principio ac fine quæ apud nos sunt pro eo quod est, perpetuus.

✠ AMBROSIVS. Potest Saluator ideò principium dici, eò quòd ipse sit principium, id est, creator generis humani, & auctor salutis. Finis autem potest dici, quia ipse est finis Legis, finis mortis, omnisque prævaricationis. Est autem modo in mundo Ecclesiam suam regens, erat ante constitutionem mundi æternaliter cum patre permanens, venturus est ad iudicium, vt iudicet mundum.

i *Ego Ioannes.* Finita salutatione progreditur ad narrationem imponendo quatuor, personam, locum, causam ipsius loci, tempus, quæ valerit ad commendationem ipsius reuelationis. *Ego Ioan.* Q.d. Scio quia tribulamini, sed exemplo Christi patienter sufferatis, vt sitis participes regni ipsius.

k *Frater vester, &c. in Christo.* In fidei vnitate, & propter illam fidem tribulatus fui, sicut & alij, per quod ad regnum peruenire patienter sustinui, habendo Christum in omnibus exemplum.

l *Pathmos.* Id est, fretum, scilicet tribulatio, in qua magis cœlestia à fidelibus aperiuntur. Ecclesia comparatur insulæ, quia sicut insula marinis procellis illiditur, ita ecclesia persecutionibus marinorum, id est, mundanorum affligitur.

Ecclesia insula maris.

m *Propter verbum Dei.* Id est, propter testimonium diuinitati & humanitati exibitum.

✠ AMBROSIVS. Discipulos vocat fratres, quia vno Christi sanguine redẽpti, & vna matre Ecclesia generati erãt. Sociũ

☞ se eorum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et sacerdotes. *Offerentes hostias laudis acceptabiles per ipsum.*
2 Deo. *Id est, toti Trinitati.*
3 Et patri suo. *Ad cuius gloriam omnia ordinat.*
4 Ipsi gloria. *In seipso.*
5 Et imperium. *Super omnia alia.*
6 In sæcula sæculorum, amen. *Id est, æternaliter.*
7 Ecce venit cum nu. *Hic consequenter respondet cuidam tacitæ quæstioni, qua posset quari, quando dabitur fidelibus vita beata quam Ioannes eis optat? Et respondetur, quòd in iudicio finali, quando in corpore & anima erunt totaliter beati, cuius expectatio breuis & nulla est comparata æternitati, ideò dicit:* Ecce venit. *De propinquo.*
8 Cùm nubibus. *Sic enim veniet ad iudicium, Matth. 24. Videbunt filiũ hominis venientẽ in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate.*
9 Et videbit eum omnis oculus. *Quia in iudicio apparebit in forma humana, quæ est visibilis omnibus, ideò subditur.*
10 Et qui eum pupugerunt. *Id est, Iudæi, qui eum lingua crucifixerunt, & milites manu, & Pilatus iudicando. Visio tamen ipsius erit valdè delectabilis iustis, nam veniet eis Saluator, propter quod loquẽs de suo aduentu ad iudicium, Luc. 21. e. His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, id est, exhilarate corda, vt exponit beatus Gregorius Homilia prima. Quoniam appropinquat redẽptio vestra. Sed erit terribilis, impiis, quia veniet eis punitio, ideò subditur.*
11 Et plangent se super eum omnes tribus terræ. *Id est, omnes quorum corda in terrenis affectibus sunt defixa.*
12 Etiam amẽ. *Etiam est aduerbium affirmandi in Latino, & similiter amen in Hebræo, & per hanc duplicem affirmationem insinuatur, quod quod est irretractabilis veritas: Et subditur ratio cùm dicitur.*
13 Ego sum alpha. *Q.d. Non potest frustrari vel immutari mea sententia. Dicitur autem alpha & o, nam alpha est prima litera Græcorum & o vltima, & per hoc insinuatur, quòd Deus est principium omnium effectuum & finis ad quem omnia ordinantur, Prouerb. 16. a. vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, & ideò quod subditur:* Principium & finis. *Est expositio literæ duplicis precedentis.*
14 Qui est & qui erat & qui ventu, &c. *Exponatur vt suprà.*
15 Ego Ioan. *Hic consequenter reddit auditores dociles per hoc, q. modum & materiam reuelationis in hoc libro contentè tãgit sub quadam breuitate, quod in librorum prooemiis fieri consueuit. Et diuiditur in duas partes, quia primò tangitur huius reuelationis locus & tempus secundò materia & modus, ibi:* Et audiui. *Circa primum dicitur:* Ego Ioannes frater vester. *Non carnali cognatione, sed spirituali regeneratione per sacramentum baptismi.*
Diuisio
16 Et particeps in trib. *Nam propter Christum fuit mersus in feruentis olei dolium.*
17 Et regno. *Cœlesti, ac quod oportet per multas tribulationes intrare, Act. 14.*
18 Et patien. in Christ. Ie. *Id est, propter Iesum, quia dat patientiã in tribulationibus.*
19 Fui in insula quæ appel. Path. *De feruentis enim olei dolio non adustus exiens, sed vt fortis athleta peructus ad insulam Pathmos fuit in exilium relegatus, in qua domino reuelante Apocalypsim conscripsit, & sic tangitur locus.*
20 Propter verb. Dei, &c. *In quo tangitur causa sua relegationis, propter hoc enim q. volebat Christum negare, nec à prædicatione no-*

✠ minis eius

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ se eorum in persecutione etiam dicit,quia omnes Ecclesias Do-
A mitiani persecutio turbauerat. Socium in regno,quia & se mẽbrum Ecclesiæ, sicut & ipsi erant,fatebatur. Socium se eorum etiam in patientia testatus est,quia & ipsi æquanimiter aduersa tolerabant,sicut & ipse qui pro amore Christi in Pathmos insula relegatus tenebatur.

✠ ANDAEAS. (†inf.4.a.) Quãdo inquit,& vester frater, & vestrarum afflictionum socius sum, meritò apud vos fidem & auctoritatem obtinere debeo. Igitur propter testimoniũ Iesu Christi ad insulam Pathmon relegatus, & vt ibi ætatem agerem condemnatus, mysteria & arcana quæ in illa vidi, vobis denuncio. († 93.dist.c. diaconi sunt in principio)

a ¶ In excessu mentis. ¶ Tempus. c ¶ Cognoui. b ¶ In spe resurrectionis futuræ per resurrectionem Christi. d ¶ Quia de futuris vel de magni, manifestationem.

a † Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocem ma 1

b a ¶ Qua incitatur ad bellum. b ¶ Quod visurus es, vel iam vides. 2 c ¶ In mente reconde. vel ad literam. 3

c gnam tanquam tubæ dicentis: * Quod vides, scribe in libro 4

¶ Vel Asiæ, Ephesum, & Smyr. &c. 5

d & mitte septem ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyr- 6

¶ Canticum. ¶ Diuisio cornuum. ¶ Illuminata. ¶ Principium pulchritudinis. a ¶ Seruans, vel saluans.

næ, & Pergamo, & Thiatyræ, & sardis, & Philadelphiæ, &

a ¶ Tribus amabilis. ¶ Ideò. b ¶ Id est, memoriam habui de subditis. c ¶ Vt intelligerem.

e Laodiciæ. Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loque- 7

¶ Quia conuersus sum. 8

f batur mihi. † Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & 9

g a ¶ Id est, in communi, quia omnibus se offert Deus, id est, præsto est subuenire.

h in medio septem candelabrorum aureorum similem filio ho 10

(* Ego sum alpha & o, primus & nouissimus.)

✠ IDEM. Sabbathum nostrum,cuius finis non erit vespera, erit Dominicus dies velut octauus æternus,qui Christi resurrectione sacratus est,æternam non solùm spiritus, verum etiam corporis requiem præfigurans. D (Lib.22 de ciuit.Dei, cap.30.)

b *Audiui post me voc.* Post se audiuit, quia dum de præsentibus eductus in anteriora veræ contẽplationis se extẽderet, & alios respicere admonitus est. Vel post se audiit, quia à lege & prophetis prędictum est hoc, id enim intelligit.

c *Quod vi.scri.* Cõmunis admonitio fit Ioanni, quæ monuit communiter mittere Ecclesiæ Asiæ, & per eas intelligendæ sunt omnes aliæ Ecclesiæ. Hæc communis admonitio fit vsque ibi. Et angelo Ephesi,&c. Siue simul E & vno intuitu,siue per tẽpora diuersa hanc visionem vidit Ioannes,angelus vtrumlibet ei conferre potuit.

B ✠ EVSEBIVS. (Lib.3.hist. c.17.&18.) Multa erga multos crudelitate Domitianus exercita,plurimísque in vrbe Roma & illustribus viris,nullo iure,nulláque ratione trucidatis,innumeris etiam in exilium trusis,& bonorum direptione mulctatis,ad vltimum Neronianæ Theomachiæ & impietatis successor efficitur,cùm pater suus Vespasianus nihil prorsus nostris irrogauerit iniuriæ. Quo in tempore Apostolus & Euangelista Ioannes, ob prædicationem verbi diuini,& testimonium veritatis,in insulam Pathmos traditur relegatus.

a *In dominica die.* (Gen.18.a. Ibid.19.c. Ibid.3.b. 3.Reg.3.b.) Solet rerum qualitas ex tempore notari, vt Abraham in feruorem fidei,angelum in meridie vidit: Loth in perditionem Sodomæ vespere. Adam post meridiem au.vo.domini. Salomon non reseruaturus sapientiam nocte suscepit.

✠ IVSTINVS MARTYR. (Apolog.2.) Conuentus nostros sacros die Solis facimus,qm̃ hac die primùm Deus depulsis tenebris, formatáque materia mundum creauit. Festus Christus quoque seruator noster eadem die resurrexit à mortuis:& conspiciendum se Apostolis & discipulis prębuit,eísq; suam doctrinã impartiit.

✠ AVGVSTINVS. (Serm.251. de temp.) Dominicũ diem Apostoli, & Apostolici viri ideò religiosa solennitate habendum sanxerunt,quia in eodem redemptor noster resurrexit à mortuis.

✠ IDEM. (Epistolæ 119.cap.13.) Dies Dominicus non Iudæis,sed Christianis Dñi resurrectione declaratus est,& ex illo habere cœpit festiuitatẽ suam. Animæ quippe omnium sanctorum ante resurrectionem corporis sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actione qua
C corpora recepta vegetantur. Talem quippe actionem significat dies octauus,qui & primus,quia non aufert illam requiem, sed glorificat.

✠ IDEM.

d *Epheso.* Voluntas mea interpretatur,vel lapsus profundus,vel consilium.

✠ ARETHAS. Vocem tãquam tubam à tergo auditã fuisse scribit,eò ꝙ acerat penetratiuus sonus oportunè missus sit ad omnem Ecclesiam. Porrò septem tantum Ecclesiis mittere iubetur quæ vidit,nõ ꝙ totidem sint in Asia ciuitates: sed illis iubetur hæc mittere,vt quæ euangelicam prædicationem susceperant. Aut etiam eo ꝙ numerus septenarius cognatus sit huic corruptibili seculo, respondens etiam requiei futuri seculi. Ideò quoque septem cœlos, ac septem Angelos cæteris superiores scripsit magnus Irenæus Lugdunensis Episcopus.

e *Et conuersus sum.* Et ideò, quia audiui vocem, conuersus sum,&c.

f *Septem can.* Id est,septem ecclesias ardentes & illuminatas. sapientia diuini verbi.

g *Aurea.* Sicut aurum per ignem probatum, percussionibus extensum candelabrum efficitur, sic ecclesia tribulationibus purgata tentationum ictibus in longanimitatem extensa consummetur,si habeat vocem in ore, & non in opere,candelabrũ quidem est,sed non aureum.

h *Similem filio hominis.* Id est,angelum in persona Christi, qui iam non filius hominis, sed similis, quia iam non moritur. Vel filio hominis similis, quia non cum peccato, sed in similitudi- F nem carnis peccati apparuit Christus,in quo omnia necessaria ad regimen ecclesiæ.

☞ *Podere.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *minis eius cessare,fuit in exilium relegatus. Consequenter tangitur reuelationis tempus,cùm dicitur.*

1 Fui in spi. *Id est,in extasi mentis.*

2 In dominica die. *Quæ deputata est contemplationi diuinæ,& per consequens apta est reuelationi fiendæ.*

Diuisio 3 Et audi. *Hic consequenter tangitur in breui reuelationis materia & modus. Et diuiditur in quatuor partes, quia primò ponitur reuelantis descriptio,secundò audientis trepidatio,ibi: Et cum vi. tertiò timentis consolatio, ibi: Et posuit, quartò scribentis informatio, ibi: Scribe ergo. Circa primum dicitur:* Et audiui post me vocem magn.tanq.tub. *in quo designatur virtus & autoritas angeli loquẽtis in persona Christi.*

4 Dicentis. *Mihi*

5 Quod vi.scri.in lib. *Ad instructionem fidelium.*

6 Et mitte septem eccles.&c.Ephes.& Smyr. *His enim septem ecclesiis primò scripsit: & consequenter aliis vniuersis,vt prædictum est, & in persecutione amplius apparebit.*

7 Et conuersus sum. *Per hanc conuersionem intelligitur, ꝙ in apprehensione reuelationis diuinæ oportet mentem à terrenis auerti,& ad cœlestia conuerti.*

8 Vt viderem voc. *Id est,vocis prolatorem quia vox propriè nõ est visibilis,potest tamen sic exponi:* Vt vi.vo. *Id est,perciperem, sicut Exod. 19.c. Cunctus autem populus videbat voces.*

9 Et conuersus vidi septem cand.aur. *Septem ecclesias significãtis,vt exponitur infrà.*

10 Et in medio septem candelabro.aur.simil.filii hominis. *Id est,angelum representantem Christum,qui filius hominis frequenter in Euangelio nominatur, vt patet intuenti, & vt ostendatur ꝙ ille qui apparebat erat angelus & non Christus: ideò non dicitur hic ꝙ Ioannes viderit filium hominis, sed similem filio hominis. Per hoc autem quòd dicitur:* In medio septem candelabrorum, *intelligitur ꝙ Christus est in medio ecclesiarum in nomine eius consecretarum, secundùm quòd dicitur Matth.vltim.d.Ecce vobiscum sum omnibus diebus,vsque ad cõsummationem seculi.*

✠ Vestitum

MORALITER.

† 9 *Et conuersus vidi septem candelabra aurea,&c.* Secundum sensum literalem per similem filio hominis existentem in medio candelabrorum, intelligitur Christus existens in medio ecclesiarum per orbem diffusarum ad conseruationem & consolationem earum,sicut promisit Matthæi vltim.d. *Ecce vobiscum sum omnibus diebus,&c.*

MORALITER autem per Christum potest intelligi quilibet bonus prælatus, eò quòd est eius vicarius: propter quod dicitur Luc.10.c. Qui vos audit me audit, ideò prælatus debet esse similis filio hominis,id est, Christo,cui debet eius vicarius conformari quantum potest fragilitas nostra pati.

† *Vestitum*

☞ a *Podere.* Id est,sacerdotali veste,id est,carne in qua se obtu-
A lit,& quotidie offert,repræsentans se Deo patri. Vel poderis est ecclesia,qua vestitur Deus vt tunica quæ est talaris, quia vsque ad finem mundi duratura.

✠ IRENAEVS. (Lib.4.c.37.) Ioannes Domini discipulus in Apocalypsi, sacerdotalem & gloriosum regni Christi videns aduentũ, *Conuersus sum,* inquit, *videre vocem quæ loquebatur mecum, & vidi septem cãdelabra, &c.* In his enim aliquid à Patre clarum eius significat, vt caput: aliquid sacerdotale, vt poderem, aliquid verò ad finem,quemadmodum chalcolibanum in camino succensum,quod est fortitudo fidei, & perseuerabile orationum, propter adueniens in fine temporum succensionis incendium.

a ¶ Caput in se ostendit quod à suis exigit. b ¶ Cirgulo charitatis,quia dilectionem seruat.

a minis vestitum † podere, & præcinctũm ad mamillas zonã 1

b aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam 2

c a ¶ Id est vestimenta contra frigus & vitia. b ¶ Immortalitas cum gloria,gloriosior est omni creatura. c ¶ Et fideles in ecclesia,qui ex vtraque parte videre debent. 3

d e lanã alba,& tanquam nix. † Et oculi eius velut flamma ignis, 4

f a ¶ Non cuilibet,sed. 5

g h & pedes eius similes † auricalcho, sicut in camino † ardenti. 6

(† veste ad pedes vsque demissa. † inf.2.c.& 19.c. † chalcolibano. † ardentes)

✠ AVGVSTINVS. Siue filius hominis, siue septem cande-
B labra, siue septem stellæ, Ecclesia intelligitur cum capite suo Christo: Duas mamillas duo testamenta intellige,quæ de pectore Saluatoris,tanquam de perenni fonte accipiunt vnde Christianum populum nutriant ad vitam æternam. Zona aurea chorus est siue multitudo sanctorum. Sicut enim de cingulo pectus stringitur,ita sanctorum multitudo Christo adhæret.

b *Præcinctum ad mamillas.* (Dan.10.a.) Daniel cinctum renes vidit in veter. Testamen. quia ibi carnalia constringuntur,hic mamillas,quia in nouo Testamento,etiam cogitationes iudicantur.

c *Capilli erant cand.* Id est, sancti extenuati, & adhærentes ipsi capiti,vel cogitationes eius.

d *Tanquam lana.* Vel, sicut lana alba apta est ad quoscunque colores accipiendos,sic sancti ad tribulationes.

e *Nix.* Nix candor immortalitatis,quia candidior omni creatura.

f *Oculi.* Id est, dona spiritussancti. Qui sunt Christi habentis & dantis, sunt ecclesiæ accipientis, quæ illuminant & faciunt ardere. Vel oculi sunt ipsi spirituales in ecclesia,vel diuina præcepta.

g *Et pedes..* Id est,vltimi fideles,qui multis concussionibus nõ retinebunt priorem naturam,sicut aurichalcum, quod sæpè incenditur,& meliorem accipit colorem.

h *In camino ardenti.* In alia translatione habetur:aurichalco Libani, per quod ostenditur, quod in illa regione vbi dominus crucifixus est,maximè illa tribulatio est valitura.

✠ AVGVSTINVS. Capillos albos multitudinem albato-
C rum,id est, neophytorum ex baptismo prodeuntium dicit. Lanam dixit,quia oues Christi sunt. Niuem dixit, quia sicut nix vltrò de cœlo descendit,ita & gratia baptismi nullis præceden- D tibus meritis venit. *Oculi eius velut flamma ignis.* In oculis præcepta Dei dicit, sicut scriptum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum. In pedibus ignitis Ecclesia intelligitur,quæ imminente die iudicij,nimietate pressurarum probanda,& igne examinanda est. Ideò aurichalco similauit, quod ex ære & igne multo ac medicamine perducitur ad auri colorem: sic Ecclesia per tribulationes & passiones purior redditur.

✠ AMBROSIVS. Per caput lex, per capillos qui ex eo nascuntur,multitudines eorum designantur qui per legem salui facti sunt. Qui capilli tanquam lana alba, & tanquam nix esse dicuntur, quia populus ille à tenebris vitiorum per legem est emundatus. Oculi cuncta quæ circa se sunt, longè latéque perspiciunt. Per oculos igitur prophetæ designantur, qui ea quæ ventura erant,longè antè præuidere meruerunt. Qui sicut flam- E ma ignis esse dicuntur, quia Spiritu sancto illuminati mysteria cœlestia contemplati sunt. Per pedes Apostoli designantur, & cæteri qui ex Iudæis crediderunt. Æs in aurichalcum est conuersum, quando ex Iudæis Apostoli sunt electi. Per fornacem autem,siue mundus, siue tribulationes quas Christus in eo passus est, possunt designari. In hac ergo fornace per doctrinam Euangelij splendorem auri accipere meruerunt.

✠ ANDREAS. Vocat Iesum non absolutè hominem, sed homini similem,quia non tantũ homo,sed simul quoque Deus erat. Vidit & podere,hoc est,talari veste indutum,vt potè pontificem secundum ordinem Melchisedech. Zona aurea præcinctum,non circa lumbos vt cæteri mortalium, ad comprimendas carnis illecebras,sed circa mãmillas, tum vt hinc ostẽdatur opus nobis esse clementia, quæ iustam Dei iram intollerabilẽ, contineat: tum etiam vt veritas, quæ duo testamenta, per quæ fideles tanquam per duo domini vbera nutriuntur, vndequaq; cingit,hoc symbolo commonstretur. Dicitur autem aurea, ad designandam singularem eius excellentiam & castimoniam. Et si nostra causa carnem indutus recens in medium prodiit, secundum se tamen antiquus, imò omnibus modis sempiternus est,atque in eius rei argumentum canis capillis opertus cernitur. Oculi autem eius ignitæ flammæ speciem præ se ferũt: quãuis enim sanctos illustrant & recreant, sceleratos tamen incendunt diréque excruciant. Per pedes Nazianzenus Christi secundum carnem OEconomiam significatam existimat, siquidem sacrosancta caro diuinitati illius pedum loco quodammodo F exstitit:nã & per illam ad nos venit, & nostram salutẽ patrauit.

☞ *Et vox*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vestitum podere. *Est autem poderis vestis sacerdotalis linea quæ communiter dicitur alba,& dicitur à pos quod est pes, & hæreo hæres, quasi pedibus hærens:nam attingit vsque ad pedes.*

2 Et præcinctum ad mamillas. *Per præcinctionem ad renes intelligitur restrictio carnis, quæ præcipitur in veteri Testamento. Per eam autem quæ est ad mamillas circa pectus intelligitur restrictio,mentis quæ præcipitur in nouo: vnde Matth.5.e.* Audistis quia dictum est antiquis:non mœchaberis,ego autem dico vobis:Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam,iam est mœchatus ea in corde suo. *Apparitio vero angeli fiebat ad designãdum continentiam, quæ debet esse in ministris Christi pro statu noui Testamenti. Sciendum tamen,quòd lex vetus prohibebat concupiscentiam alienæ vxoris Exod. 20.c.* Non concu.vxo.proximi tui. *Tamen quia non puniebat, nec puniendum apertè dicebat,ideò dicitur in gloss.Philip.e.Quòd lex vetus prohibebat manum, non animum: quia non ita expresse & efficaciter prohibebat sicut lex noua,& quod modicum est, quasi nihil reputatur, libro 2.Physicorum.*

3 Caput autem eius & capilli erant candid. *Apparebat enim angelus in specie sacerdotis, quia vestitus podere,& etiam iudicis, in hoc quòd gladius ex vtraque parte acutus procedebat de ore eius, vt habetur infrà maturitas autem ætatis & morum, quæ per caniciem designatur,decet iudices & sacerdotes,propter quod in canicie apparebat, è contrariò verò indecens est iuueni canicies, & ideò Christus Can.5. vbi describitur vt iuuenis sponsus,dicuntur* eius capilli nigri, comæ capitis eius sicut elatæ palmarum,nigræ quasi coruus.

4 Et oculi,&c.ve.flam.ignis. *Nam acuties sui visus pertingit vsq; ad intima rerum cognoscenda.* Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius,Heb.4.

5 Et pedes eius sim.aur. *Ignito,ideò subditur.*

6 Sicut in camino ardenti. *In quo designatur ardor tribulationis Christi fidelibus imminentis.*

✠ Et vox

MORALITER.

† 1 *Vestitum podere.* Id est,tunica linea alba vsque ad talum pertingentem,per quam significatur castitas perseuerans vsque ad finem vitæ.

3 *Et præcinctum ad mamillas Zona aurea.* Per zonam auream significatur charitas,quæ pretiosior est virtutibus aliis sicut aurum cæteris metallis. Et benè dicitur zona,quia iungit & stringit hominem cum Deo & proximo dilectione firma & dicitur esse circa mamillas,id est,propè cor, quia quod charitate diligitur,corde habetur.

3 *Caput autem eius & capilli erant candidi.* Per quod significatur maturitas mortis & ætatis.

4 *Et oculi eius velut flamma ignis.* Per quod significatut viuacitas intellectus in cognitione veritatis.

5 *Et pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti.* Per quod significatur feruor affectionis ad procurandum honorem Dei & salutem proximi.

† *Et vox*

a *Et vox.* Id est, prædicatio eius obtinet vim aquæ, quia mundat, vel quam vocem receperunt iam multi populi, qui comparantur aquæ propter fluxum, tantò magis constare debetis. Vel vox datrix mustarũ aquarum, id est, gratiarũ, vnde vox sequitur.

b *Stellas.* Stellæ Episcopi, qui debent aliis lucere verbo & exẽplo vitæ, qui etsi pẽcauerunt, stellæ vocantur, secundum q̃ instituti sunt: quos habet in dextera, id est, in potioribus donis, quæ per dexterã significantur.

c *Et ex ore.* Id est, de insinuatione exiit prædicatio, quæ vtrumq̃ secat, in veteri Testamento, carnalia opera, in nouo concupiscentias: vnde: *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.*

d *Sicut sol luc.in vir.* Id est, in meridie sine nubibus. Vel sicut ipse Christus in resurrectione. Vel, quando fixus erit in æternũ.

✠ Andreas. Haud iniuria vox illius aquarum multitudini assimilatur: nam vna eadémq; illius & spiritus vox est. Ast spiritus vt sit, vt aquæ viuæ torrentes è fidelium ventre fluant, claréque per terrarum orbem personent. Porrò autem quos hic stellas, illos paulò pòst septem Ecclesiarum angelos appellat. Per gladium autem vtrinque acutum cõdemnationis sentẽtiq; quam contra impios fulminabit, insinuatur. Ea enim quouis ancipiti gladio penetrabilior erit, aut certè de gladio spiritus, quo interior homo circumciditur, est hic sermo. Quod verò facies eius instar Solis lucidà dicatur, ad mentis illustrationem referri debet: quandoquidem hic sol iusticiæ vi propria & potestate lucet & illuminat.

Lib.2.adu. Iudæi.c.26. Dan 7. Isa 33.

✠ Cyprianvs. Quòd cùm resurrexisset Christus, acciperet à Patre omnem potestatem, & potestas eius æterna sit, scribitur apud Danielem: *Videbam nocte, & ecce in nubibus, &c.* Et apud Esaiam: *Nunc exurgam, nunc clarificabor, &c.* Item in Apocalypsi: *Habeo claues mortis & inferorum, &c.*

c *Et cum vidissem.* Ecce Ioannes qui stare videbatur, viso domino cecidit tanquam mortuus, quia vnusquisque vir sanctus quantò se ad contemplandum diuinitatem altiùs erexerit, tantò apud se introrsum inferiùs cadit, quia in cõparatione Dei eius magnitudo quã perfuasi, facilè deipi citur. Hinc est, quòd Abraham viso domino se puluerem & cinerem cognouit. Item Iob: *Auditu auris audiui te, &c.*

Ambros. Gen.15.

Iob 42.6.

f *Cecidi.* Qui proici curam humanitatis ad similitudinem vltimorum fidelium.

† Isa.22.f.

g *Tanquã mortuus.* Mortuus mundo, viuus Deo, vel nil terrenitatis cupiens.

Iob 12.c. Inf.3.b.

h *Dexteram suam.* Scilicet sanctum spiritum confortantem, id est, auxilium suum.

E

i *Noli timere.* Pati pro me tribulationes & mortem, quia ego qui non indigebam propter me, cum sim primus & nouissimus, fui mortuus & viuus.

k *Sum viuens.* Sed non ideò terreamini, quia manifestè surrexi, nec amplius moriar.

✠ Andreas. Idem passus est Apostolus quod Iosue, & propheta Daniel, quem proinde Christus ob naturæ imbecillitatem corroborauit, talique oratione compellauit: Nihil metues, neque enim ob id huc veni, vt morti te dedam. Etenim cũ principij finisque expers essem, mortem hominum caussa vltrò subire non dubitaui. Quin mortis quoque & inferni claues, hoc est, absolutam in animæ & corporis mortem potestatẽ habeo.

Iosue 5. Dan.10.

1 *Et habeo.* Et ideò non patiar vos tentari suprà quam potestis ferre, quia habeo potestatem super diabolum & super membra eius.

Qui clauem

Qui clauem alicuius domus habet, quem vult intromittit, & quem vult ab ingressu domus repellit. Claues igitur mortis & inferni possidet, quia quos vult, à dãnatione perpetuæ mortis liberat, quos vult autem eodem damnationis periculo iustè remanere finit.

1.Cor.10.c. Ambrosius.

a *Mortis & inferni.* Diabolus est mors, quia causa est peccati, id est, mortis, ministri eius infernus, in quibus habet locum.

b *Quæ oportet fieri post hæc.* In vltimis fidelibus, per quorũ exemplum isti multum debent animari.

✠ Aretas Cappadox. Quæ à sancto visa sunt, partim quidem iam facta sunt, quæ etiam iuxtà tempus iam terminum sortita sunt, non tamen ita vt etiam in interitum iam abierint, ideò quoque de ipsis dixit, Scribe quæ vidisti, & quæ sunt: rursùmque de nonnullis futurum est vt fiant. *Mysterium septem stellarum.* Quoniam ipsi significauit quænam sint septem stellæ & lucernæ, ac candelabra, huius quoque gratia ipsum erudit quænam singulis dicturis sit ecclesiis. Stellas autem vocat angelos Ecclesiarum præfectos, vt pote lucem sortitos ab ipso sole iustitiæ, quod etiam opinatus est quispiam eorum qui forinsecus rinsecus sunt sapientes. Lucernas verò siue candelas, viros sacros ad hoc ordinatos, vt Christi illuminationem locupletarẽt, & ignorantiæ tenebras quæ in præsenti vita sunt. Dispergerent. Potrò candelabra ipsas ecclesias tanquam ferentes luminaria, qui sunt præceptores, iuxtà Paulum, sermonem vitæ continentes, vniuersa verò aurea, propter sinceritatem ac dignitatem latentis in ipsis fidei. Quod etiam cuique Ecclesiæ præfectus sit angelus, etiam Gregorius Theologus, citata authoritate confirmauit.

B

D

E

F

✠ Andreas. Probabile quoque fit, per septem stellas septémve angelos, quos Irenæus, & Epiphanius intelligentium cœlorum nomine alicubi exprimunt, totius vniuersi gubernationem, quæ in dextera Christi sicut omnes quoque terræ fines fita est, hoc loco significari. Siquidem is est, qui iuxtà promissionem suam in medio Ecclesiarum ambulat, mundúmque per sanctos angelos administrat.

c *Sacramentum.* Scilicet mysterium, vbi aliud videtur, & aliud intelligitur.

Hæc prima visio est de correptione ecclesiarum. Angelus Allegoriam in parte aperit: vt doceat vbique debere requiri.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et vox illius tanquam vox aquarum multa. *In quo notatur virtus & authoritas loquentis. sicut suprà per vocem tubæ, est enim eadem significatio replicata per illam similitudinem ad maiorem expressionem.*

2 Et habebat, &c. stel. sep. *Id est, episcopos, vt exponitur in fine ca.* C *qui dicuntur stellæ, quia debent ecclesiam illuminare vita pariter & doctrina, Daniel.12.* Qui ad iusticiam eruditi plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Dicuntur autem esse in dextera Christi: sine quo non possunt rectè operari, Ioann.15.a.* Sine me nihil potestis facere. *Hoc dicit apostolis, quorum successores sunt episcopi in ecclesia Dei, vt dicitur in Decretis di.21.cap.* In nouo Testamento.

3 Et ex ore eius gla. vtraque parte acu. exi. *Id est, sententia iusta.*

4 Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. *Nam est* lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Ioan.1.a.

5 Et cum vidissem eum cecidi ad pedes eius. *Hic consequenter ponitur Ioannis trepidatio, cùm dicitur:* Et cum vidissem eum cecidi ad pedes. *Hoc autem factum est, ad declarandum fragilitatem humanam iuxtà virtutem angelicam. Simile legitur de Daniele in angeli visione. Dan.10. hoc tamen magis habet locum in proposito, in quo angelus apparebat vt repræsentans personam diuinam, vt prædictum est, quæ incomparabiliter excedit angelicam.*

6 Et posuit dexteram suam super. *Hic consequenter ponitur timentis consolatio, cùm dicitur:* Et posuit dexteram suam super me. *Ad confortandum fragilitatem meam. Ideò subditur,* dicens.

7 Noli timere. *Et subdit rationem.*

8 Ego sum primus & nouissimus. *Per hoc idem signatur quod suprà dicitur:* Ego sum alpha, & o, &c. *Similiter exponatur quasi dicat. potens sum te saluare, ideò non debes timere.*

F

9 Et fui mortuus. *In humanitate assumpta pro generis humani salute, propter quod non debes timere.*

10 Et ecce sum viuens in sæcula sæculorum. *Quia Christus homo resurrexit ad vitam immortalem.*

11 Et habeo claues mor. *Id est, potestatem educendi inde iustos, quod fecit in sua resurrectione, & ibi recludendi impios, quod maximè facit in iudicio finali dicens illud terribile verbum Matth.25.d.* Ite maledicti in ignem æternum.

✠ Scribe

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

✠ Dixisio

ET angelo Ephesi. Finito proœmio, hic incipit tractatus. *Et diuiditur in duas partes, nam primò informantur septem ecclesiæ in speciali, secundò tota ecclesia in generali 4.cap. Prima diuiditur in septem partes secundùm septem ecclesias, quæ patebunt prosequendo. In prima verò parte informatur ecclesia Ephesina, cuius præmittitur commendatio, vt meliùs recipiatur sequens correctio quæ ponitur ibi:* Sed habeo aduersum te. *In prima parte dicitur.*

1 Et an. Ephesi ec. *Id est, eius episcopo, sicut prædictũ est, & ita accipiatur in sequentibus. Et informando episcopum qui est caput illius ecclesiæ informat populum sibi subditum, vt ex sequentibus apparebit. Dicunt autem expositores communiter, quòd iste fuit Timotheus Pauli discipulus quem constituit episcopum ecclesiæ Ephesinæ, sicut dictum est suprà 1.Timoth.1. tamen beatus Ioannes apostolus erat super omnes episcopos Asiæ, cuius ecclesias fundauit & rexit, vt habetur in libro illustrium virorum, tamen communiter manebat Ephesi.*

2 Hæc dicit qui te. *sep. stel. Exponatur vt suprà.*

✠ Scio

MORALITER.

✠ 1 *Et vox illius tanquam vox aquarum multarum.* Per quam significatur efficacia verbi tam in prædicando quàm in corripiendo, quæ debet esse in prælato.

2 *Et habebat in dextera sua stellas septem.* Per stellas significãtur sapientes alios dirigentes, Danielis 12.b. *Qui ad iusticiam eruditi plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Item quia septem diebus omne tẽpus reuoluitur, re.ctè septenario numero vniuersitas designatur. Prælatus igitur septẽ stellas habet in sua dextera, quãdo sapiẽtes suæ diocœsis sunt de cõsilio ac familiaritate sua.

3 *Et ex ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat.* Per quod ostenditur, q̃ sententia prælati debet esse si iusta, q̃ non faucat iniustè vni parti vel alteri.

4 *Et fa. eius sicut sol lucet, &c.* Nam aspectus talis superioris est delectabilis omnibus bonis. De quo potest dici illud Eccles. 11.c. *Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem.*

5 *Et cum vidissem, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.* Per hoc significatur reuerentia quæ bono prælato debetur.

6 *Et posuit dexteram suam super me dicens: Noli timere.* Quia sicut subditus debet prælatum reuereri, sic versa vice prælatus debet subditum consolari.

8 *Ego sum primus & nouissimus.* Quia bonus prælatus debet esse primus ad laborem, & nouissimus ad requiem temporalem. Vnde super illud Apostoli: *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Dicit quædam Glossa: hoc dictum fuit quando is qui populis præficiebatur primus ad tormẽta ducebatur, & hoc patet per effectũ, si tẽpus ecclesiæ primitiuæ ad memoriã reducatur. 1.Tim.3.a.

† *Et viuus.* Vita gratiæ. Nam etsi bonus prælatus de hoc non habeat certitudinem, habet tamen probabilem coniecturam, & aliquando certus est per reuelationem diuinam.

9 *Et fui mortuus.* Saltem morte originalis culpæ.

10 *Et ecce sum viuens in secula seculorũ.* Quia iustus propriè nõ moritur, sed transit de vita gratiæ ad vitam gloriæ sempiternã. Propter quod obitus sanctorum natale dicitur ipsorum.

11 Et habeo cla. mor. Quia prælatus habet potestatem malignos excommunicandi.

† MORAL

CAP. II.

a *Angelo.* Id est, episcopo scribit, de manu cuius peccata subditorum requirit, & sine cuius consensu subditos iudicare non præsumit ipse Ioannes.

✠ Richardvs à Sancto Victore. Facta superiùs instructione generali de eo qui similis filio hominis apparuit, ad singulares admoniones, a quæ singulis Episco b pis, siue Ecclesiis factæ sunt, describendas accedit. In quibus vniuersales episcopo rum atque pastorum Ecclesiarum Christi exhortationes continentur, & per has rectè significantur. Scriptum quippè est: *Quod vni dico, omnibus dico.* Ac primùm quidem de Episcopo Ecclesiæ Ephesi agit qui cæteris & prælatione & dignitate sublimior extitit: vt dum ille qui in ciuitate metropoli residebat, increpatur, omnibus aliis emendatus in exemplum correctionis proponatur.

✠ Andreas. Ephesiorũ Ecclesiam de duobus aut tribus summatim commendat, de vno autem incusat, idque in medio collocat. Etenim tolerantiam laborémque quem pro fide susceperat, tum odium quoque quo improborum scelera & im F posturas persequebatur, laudat. Laudat 1 æquè quòd non omni spiritui fidem habeat, verùm in eos qui se pro apostolis venditabant, diligenter inquirat, falsósque compertos prudenter repudiet.

b *Ephesi.* Ephesus secundùm benè persistentium partem voluntas interpretatur, quorum operibus Deus delectatur, de quibus proponit, vt per horum exemplum qui lapsi fuerant corrigantur, secundũ quòd Ephesus interpretatur consilium, id est,

indigens

CAPVT II.

¶ Ioannes. ¶ Nota quòd in omnibus his non soli episcopo, sed & cõmissis loquitur.

ET angelo Ephesi ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui 1 2

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Scribe ergo. *Hic consequenter ponitur scribentis informatio, in quo etiam tangitur materia huius libri in quodam generali, cùm dicitur:* Scribe ergo quæ vid. *Id est, apparitionem iam dictam.*

2 Et quæ sunt. *Id est, tribulationem ecclesiæ iam inchoatam, & circa finem mundi magis ingrauescentem, ideò subditur.*

3 Et quæ oportet fieri. *In futuris tribulationibus ad probationem electorum.*

4 Sacramentum septem stellarum. *Id est, secretum per ipsas significatum. Quod consequenter exponitur cùm dicitur.*

5 Septem stellæ, angeli sunt septem ecclesiarum. *Id est, episcopi ipsarum: vnde angelus qui interpretatur missus, est hic nomen episcopalis officij, sicut Malach.2.b. dicitur:* Labia sacerdotis custodiũt scientiam: & legem ex ore eius requirũt: angelus enim domini exercituum est. *Episcopus enim est sacerdos principalis in aliqua diocœsi, vnde & in lege supremus inter ministros Dei vocatur sacerdos summus.*

6 Et septem candel. aur. *Nam sicut candelabra sustentant luminaria, sic ecclesiæ doctores qui sunt luminaria ecclesiæ, de bonis ecclesiæ debent sustentari. Et dicuntur aurea, nam hoc debet ex charitate fieri, quæ per aurum signatur: quia sicut aurum excellit omnia alia metalla, sic charitas alia Dei dona 1.Cor.13.d.* Maior autẽ horum est charitas.

MORALITER.

✠ 1 *Et Angelo Ephesi.* Ephesus consilium meum interpretatur ideò hæc scriptura moraliter dirigitur illorum congregationi, qui non solùm ad præcepta decalogi, sed etiam ad euangelij consilia saltẽ aliqua sunt obligati, cuiusmodi propriè sunt religiosi.

2 *Hæc dicit qui te, &c.* Id est, Christus secundũ sensum literalem.

✠ Scio

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ indigens consilio, siue lapsus profundus, vel voluntas mea.
A a *Septem.* Incipit singulares admonitiones, quæ singulæ & vniuersales esse possunt secundùm diuersa membra cuiuslibet ecclesiæ.
b *Non potes susti.* Vi humanitatis. Vel, *non po. sustin.* Malos quin emẽdes vel expellas.

✠ Ambrosius. Cùm scriptura præcipiat, vt toleremus malos: cur hic laudatur quod non potuerit sustinere malos? Sciendum quod de hæreticis dictum est. Nam proximorũ mala aliquando reprehendendo corrigere debemus tempore oportuno: aliquando patiẽter tolerare, vt quos correptio non emendat, patientia ad emendationem prouocet.

* & tulisti
* pauca

a ¶ Licet peccauerint, adhuc non dimittit eos. b ¶ Sicut dona diuidens vel nondum quietus. ¶ Quia nondum tales vt in eis quiescat.
a tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio se-
¶ Id est, approbo. a ¶ Tribulationem.
ptem candelabrorum aureorum. Scio opera tua, & laborem 1 2
a ¶ Quia non murmuras de dilato præmio. b ¶ Inhumane contra te agentes.
b tuum, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, † 3
¶ Id est, probasti doctrinam eorum. ¶ Missos à Deo, vt faciliùs decipiant.
c & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, & non sunt, & in- 4 5
a ¶ Mala prædicatione eorum, & mala vita. b ¶ In malis quæ ipsi conuiciati ingerunt per terrenas potestates. 6
d uenisti eos mendaces. * Et patientiam habes, & sustinuisti 7 8
¶ Id est, per. a ¶ Hoc ad consilium pertinet.
e propter nomen meum, & non defecisti. Sed habeo ad- 9 10
f ¶ Contrarium coronæ.
uersum te, * quòd charitatem tuam primam reliquisti. 11 12 13

B Omnis enim qui pastor est Ecclesiæ, societatem hæreticorum quantum potest vitare debet, ne per occasionem familiaritatis eorum, corda simplicium veneno suæ malitiæ corrumpant. Sicut enim lupus quietus inter oues sine laceratione earundem versari non potest, sic nec hæreticus inter simplices.
c *Tentasti eos.* Non tentantur nisi qui intus sunt in ecclesia.

✠ Ambrosius. Quidam praua docentes temporibus Apostolorum, Apostolos se esse dicebant, vt per reuerentiam nominis faciliùs prauam doctrinam in cordibus audientium plantarent, quos & Paulus damnat: & dominus cauendos insinuat, dicens: *Attendite à falsis prophetis.* Hos ergo iste falsos, eorúmque (2. Cor 10. 11. Matth. 7.)

rúmque doctrinam falsam esse comprobauit. D
d *Sustinuisti propter nomen meum.* Vel hoc non fecisti pro humana laude, sed propter nomen meum glorificandum.
e *Et non defecisti.* Notat causam humani defectus fuisse nisi auxilium præuenisset.
f *Sed habeo aduersum te.* Vel episcopus in persona sua, affectus tædio vitiorũ in subditis, vel subditi amore terrenorum. Eli sacerdos fuit bonus, & tamen damnatus est, quia filios corrigere nolebat. (1. Reg. 2. c.)

✠ Andreas. Quod primam dilectionem, solitámque erga egenos beneficientiam remissiùs quàm par erat, exerceret, id vitio vertit. Ad quam denuò E reuocare contendit, huc namque pertinet comminatio, quam mox subiungit, & verba illa: Age pœnitentiam, & prima opera fac.

✠ Ambrosius. Multi enim sunt qui initio conuersionis suæ in seruitio Dei feruentes existunt, sed processu temporis tepescunt: quod huic Præsuli ecclesiæ Ephesi contigisse manifestum est.

✠ Primasius. Vel alius est qui dilectionem deserit inchoatam inter Ephesos, alius qui propter nomen Dei circa malos dicitur seruare patientiam: sicque mixtos optimis pessimos peregrinantem habere docet Ecclesiam.

☞ *Memor esto*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Scio opera tua. *Id est, approbo.*
2 Et laborem tuum, &c. *Id est, tribulationem ab aduersariis fidei.*
3 Et patientiam tuam. *In tribulatione tibi suscitata.*
4 Et quia non potes sustinere malos. *Cùm eis communicando, sed* C *magis eos reiicis à consortio fidelium, ne corrumpatur malis eorum.*
5 Et tentasti eos. *Experimentum accipiendo de ipsis per vitam eorum & doctrinam.*
6 Qui se dicunt apostolos esse. *Id est, à Christo missos ad docendum populum.*
7 Et non sunt. *Sed magis subuersores fidelium, quales erant Ebion & Cherinthus & cæteri hæretici, qui tunc in Asia surrexerunt, & similiter Pseudoapostoli qui dicebant se missos ab apostolis in Ierusalem manentibus, scilicet Petro & Iacobo, & sub hoc prætextu, falsò tamen docebant obseruationem legalium simul cum Euangelio esse necessariam ad salutem, vt patuit suprà in Epistolis Pauli in pluribus locis.*
8 Et inuenisti eos mendaces. *Non solùm in doctrina, sed etiam in vita: quia exterius sanctitatem simulabant vt simplices magis deciperent.*
tra te.
9 Et patientiam habes. *In tribulationibus, quas excitauerunt contra te.*
10 Et sustinuisti propter nomen meum. *Non propter inanem gloriam.*
11 Sed habeo aduersum te. *Hic consequenter subditur correctio & vt meliùs fortetur commendatio, subditur ibi:* Sed hoc habes. *circa primum dicitur:* Sed habeo aduersum te. *Defectum corrigendum, quod subditur cùm dicitur.* F
12 Quod charitatem tuam primam. *Id est, opera charitatis, quæ habuisti in principio tuæ conuersionis.*
13 Reliquisti. *Ex hoc apparet quod suprà dictum est, scilicet quod verbum domini dirigitur ad episcopum non solùm pro se, sed etiam pro populo sibi subdito. Nam cum Timotheus esset Pauli specialis discipulus, & prædilectus, non est verisimile, quòd processerit in spiritualibus deficiendo, sed magis proficiendo, propter quod istud intelligitur de populo sibi subdito. Consueuerunt enim sustentare pauperes Christianos feruenter & deuotè, & eleemosynam mittere fidelibus in Ierusalem habitantibus, qui suas possessiones vendiderant ad sustentationem Christo credentium, vt patet Act. 4. & refrigeratus erat ab hoc feruore: ideò non dicitur quòd reliquerit simpliciter charitatem, sed primam, id est, feruoris gradum priùs habitum, ad quem reducitur, cùm dicitur.*

✠ Memor

MORALITER.

✠ 1 *Scio opera tua.* Id est, approbo, nam bonorum religiosorum opera à Deo sunt approbata.
3 *Et patientiam tuam.* Quæ religiosis est necessaria, nam in religione quacunque sunt aliqua grauia sustinenda.
4 *Et quia non potes sustinere malos.* Nam in religione benè disposita seruatur disciplina regularis, qua puniuntur.
5 *Et tentasti eos qui se dicunt Apostolos.* Per istos intelligi possunt hypocritæ, qui sub specie maioris sanctitatis quærunt latenter peccare, & quando de talibus experimentum habetur, deiiciuntur, quia mendaces inueniuntur. Quia tamen tales ha-
bent
bent aliquando potentes defensores, inde est, quòd arguentes eorum maliciam aliquando sustinere habent iniuriam, propter quam tamen non debent deficere à veritate.
11 *Sed habeo aduersum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti.* Id est, feruorem deuotionis ad Deum, & pietatis ad proximum. Omnis enim religio quantumcunque bene steterit in obseruantiis regularibus, tamen multum declinasse videtur à paternis traditionibus, propter quod non dicitur hic charitatem reliquisti absolutè, sed charitatem primam, id est, aliquem perfectionis gradum à primis patribus obseruatum, vnde debemus recordari, & ad primum gradum quantum possumus reuerti, ideò subditur.

✠ *Memor*

☞ a *Memor esto vnde excideris.* ✠ August. Miror quosdam sic A obstinatos esse vt dandam non putent lapsis pœnitẽtiam: aut pœnitentibus existiment veniam denegandam, cum scriptum sit: *Memento vnde excideris.* Vtique ei dicitur quem cõstet excidisse. (Ser. 181. de tempore)

✠ Cyprianus Lapsis omni humilitate cõsultum cupimus, & quorum saluti non adulatione composita, sed sincera fide prospicimus: vt vera pœnitentia, & gemitu dolore pleno Dominum deprecentur, quia scriptum est. *Memẽto vnde excideris, & age pœnitentiam.* Et iterum loquitur scriptura diuina. *Cùm cõuersus gemueris, tunc saluaberis & scies vbi fueris.* (Epi. 28. quę est ad clerũ de Caio. † 50. dist. c. quia sanctitas tua c. domino. De pę. di. 1. ca. sunt qui arbitratur. c. miror. † 24. q. 3. c. quid vit. Nicolaitæ.)

a ¶ Quoniam quidem aduersum te est.
a † Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, 1 2
¶ Dignos fructus pœnitentiæ. a ¶ Primis similia opera. ¶ Sed. ¶ Vt anima & corpore interficiam. 3
b & prima opera fac. Sin autẽ, venio tibi, & mouebo candela- 4
a ¶ Id est in hoc quod interpretatur voluntas. ¶ Hic iterum voluntas. 5
c brũ tuũ de lòco suo, nisi pœnitentiã egeris. Sed hoc habes 6
a ¶ Quæ ideo odisti, & me odisse vides. 7
d bonum, † quia odisti facta Nicolaitarũ, quæ & ego odi. Qui 8
e a ¶ Quæ vni dico, omnibus dico. b ¶ Diuinum intellectum. c Id est Trinitas. 9
f habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vin- 10 11
a ¶ In horto deliciarum. i. ecclesia.
centi dabo edere de ligno vitæ, quod est † in paradiso Dei 12 13

(† medio paradisi Dei)

✠ Idem. Et quidem ad septem Ecclesias scribens singulis sua quoque facinora & delicta ingerens, pœnitemini dicebat: Omnibus? nisi illis scilicet quos pretio magno sui sanguinis redemerat? O te impium scelestumq; hæretice No- B uatiane, qui post tot & tanta in Ecclesia, à quibusdam retro voluntariè commissa crimina, quæ & tu ipse in domo Dei priusquã apostata esse cognoueras: & hæc posse aboleri de memoria, succedente bono vtique docueras, tu hodie retractas an debeant lapsorum curari vulnera. (Ezec. 18. & 33. l. ad Nouatianum.)

✠ Ambrosius Vult se præueniri sol iustitiæ & vt præueniatur expectat. Audi quemadmodum expectet, & cupiat præueniri. Dicit Angeli Pergami Ecclesiæ: Age pœnitentiam. (In psal. 118. octon. 19.)
b *Mouebo candelabrum.* Auferam virtutes & dona spiritussancti, per quæ sunt constituta candelabra.

✠ Richardus, à sancto Victore. Post admonitionem addit comminationem, vt si admonitionem contemneret, saltem comminationem formidaret Adiecit, *cito*, vt ex certa designatione & festinatione aduẽtus sui maiorem timorem incuteret negligenti. *Mouebo candelabrum de loco suo* id est, auferam ecclesiam tibi cõmissam de manu tua, ne eam amplius manu teneas, nec custodias sed alteri gubernandam tradam. Ex hoc perpendite quãta sit culpa post acceptam gratiam negligentes agere, nec in ipsa poficere se magis deficere. Vnde Paulus admonet. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.*

✠ Haymo. Mouebo candelabrum, id est, mouebo te de loco virtutis tuæ, & de societate fidelium. Non dicit. Eiiciam candela- C brum tuum de loco suo, sed tãtum, *mouebo*: quia licet quis peccet, tamen si pœnitentiam egerit perfectam, nõ amittet pristinam dignitatem
gnitatem suam aut gradum. Vnde Petrus licet negant Christum, D non perdidit Apostolicum gradum.
c *Sed hoc habes bonum.* Quamuis hoc est aduersum te, tamen non desperes, quia habes bonum.
d *Facta.* i. cõmunem vsum mulierũ & comestionẽ idolothitorũ.
e *Nicolaitarum.* Nicolaus stultus populus id est, Gentiles Deum ignorantes, publicè vxoribus vtentes, qui idolothita comedunt, & Iouem regnare credunt. Hæretici quoq; stulti Deum, quib. error idolorum cultura imputatur, & fornicãtur immũdiciæ carnis seruientes, stultiq; Iudæi, stulti etiam falsi Christiani q terrenis dediti colunt mundũ. (Haimo)

✠ Irenævs. Nicolaitæ magistrũ habent Nicolaum, vnũ ex septem qui primi ad Diaconium ab Apostolis ordinati sunt, qui indiscretè viuunt. Plenissimè autẽ per Iohannis Apocalypsim manifestantur qui sint, multã differentiam esse docẽtes in mechando, & idolothyton edere quapropter dixit de eis sermo: Sed habes quod odisti opera Nicolaitarum, quæ & ego odi. E (Li. 1. c. 27.)

✠ Tertul. Hic Nicolaus dixit tenebras in cõcupiscentia luminis, & quidẽ fœdã obscœna fuisse: ex hac pmixtione pudor est dicere, quæ fœtida & immũda. Sunt & cætera obscœna. Omnes enim refert quosdã turpitudinis natos & cõplexus, & permixtiones execrabiles, obscœnasq; coniunctas, & quædã ex ipsis adhuc turpiora. Satis est nobis q totam istã hæresim Apocalypsis Dñi grauissima sententiæ authoritate dãnauit dicẽs: *Odisti doctrinã Nicolaitarum, quam & ego odi.* ✠ Clemens. Alex Cùm formosam vxorẽ haberet Nicolaus, & fuisset ei ab Apostolis exprobata zelotypia, in medium adducta muliere, permisit cui vellet eam nubere. Eius factũ & dictũ inconsideratè sequentes, qui eius hæresim persequuntur, impudenter effuséque fornicantur. (lib. de præscript. libr. strom.)
f *Qui habet aurem.* Cur audiendũ? quia perseueranti Christus est lignum vitæ, quia vmbraculum & robur & dans fructum. i. corpus & sanguinem & hic maximè in futuro.

✠ Andreas. Aurem corpoream nullus non mortaliũ sortitur, spiritalẽ autẽ spiritalis tantũ: cuiusmodi Esaiæ obtigit. Homini itaq; ex prelio q contra dæmones geritur, victoriã referenti, esca de ligno vitæ decerpta promittitur, nẽpe æternorũ bonorũ communicatio. Vtrumq; autẽ vt Salomon & presens Euãgelista alicubi disertè affirmat, est Christus. Si igitur æterna illa bona cõsequi de- F (prouer. 3. 1. Ioh. 5.)
☞ sideramus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Memor esto. *i. à quanto gradu Charitatis.*
2 Age pœnitentiam. *de omissione tanti boni.*
3 Et prima opera fac. *i. sic feruenter & deuotè sicut prius. Et hoc patet, q nomine Angeli non intelligitur hic Angelus sanctus custos ecclesiæ Ephesinæ, vt voluerũt aliqui dicere: nam Angeli sancti non possunt ab aliquo gradu suæ perfectionis excidere.*
4 Sin autem. *supple te corrigas.*
5 Venio tibi, *ad te puniendum.*
6 Et mouebo candelabrum. *subtrahendo subditos tuos ab obedientia, tua, vt exponunt aliqui. Sed hoc non videtur bene dictum, quia sic culpa principaliter retorqueretur in Episcopum, & non in populum, quod est improbatũ. Posset etiam dici, q infrigidatio dicta primæ charitatis non contigit tempore tanti doctoris. s. Timothæi, sed alterius sibi succedentis: nã illo tempore Episcopi sancti qui populo præficiebantur, primi ad tormenta ducebantur, & sic frequenter mutabantur. Illi enim qui dicũt q Timothæus hic intelligitur Angelus Ephesi ecclesiæ, mouentur ex hoc q circa illa tempora nullus eo excellentior inuenitur rexisse ecclesiam Ephesinam: & hoc magis mouet ad oppositum, quia tempore prælati excellentioris minus contingunt defectus in ecclesia sibi commissa, propter quod saluo meliori iudicio magis videtur quòd fuerit alius à sancto Timothæo.*
7 Sed hoc ha. *Hic consequenter subditur cõmendatio, vt more boni Summa-*
Samaritani post vinum mortificatiuum infundatur oleum lenitiuum, cum dicitur: Sed hoc habes. *s. bonum & commendatione dignum.*
8 Quia odisti facta Nicolaitarum. *non dixit Nicolaitas, sed facta: quia personæ sunt ex Charitate diligẽdæ sed eorũ vitia odio sunt habenda. Iste Nicolaus fuit in primitiua ecclesia habens valde pulchrã vxorem, & impositum fuit sibi, quòd nimis zelabat eam propter quod ad ostendendum contrariũ cecidit in peius vitium, secundũ illud Poeticum: Decidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. Exposuit enim vxorem suam aliis Christianis, dicens erroneè sic vxores esse communicandas, sicut & alias res. Dicitur in Scholastica historia lib. 3. c. 19. Idem docet Clemens Alex. li. 3. strom. q Nicolaus ipse vixit sanctè & castè, sed alij incontinentes hoc dixerunt.*
9 Qui habet aurem. *i. intellectum capacem.*
10 Audiat. *id est, mente capiat.*
11 Quid spiritus. *Ex hoc patet, quòd licet sermo dirigatur hic primo ecclesiæ Ephesinæ, tamen consequenter dirigitur omnibus aliis per orbem constitutis, vt dictum est, suprà:*
12 Vincenti. *mundum. & carnem diabolum.*
13 Dabo edere de ligno vitæ. *istud lignum Christus est, vt habetur in fine huius libri, quo fruuntur beati. nam eius diuinitate reficiũtur interius, & eius humanitate exterius. secundum quòd dicit Aug. super illud Ioh. x. b.* Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

✠ Et ange

MORALITER

✠ 1 *Memor esto, &c.* id est non habebis coram Deo tantum meritũ, sicut si redires ad statum pristinum
7 *Sed hoc habes.* Isti secundũ sensum literalẽ dicebant, q vxores debẽt esse cões aliis sicut aliæ res, de quib. dicitur Act. iiij g *Erãt illis omnia cõmunia.* Et ideo per istos Nicolaitas significantur illi qui sunt
q sunt nimis ad luxuriã relaxati, & in omni religiõe isti sunt exosi.
9 *Qui habet aurem.* sc. cordis & corporis, *Audiat.* s. cum effectu impletionis, & subditur præmium, cum dicitur.
12 *Vincenti.* s. tentationes mundi carnis & diaboli.
13 *Dabo edere de ligno vitæ.* dabo ei fruitionem bonitatis Christi, qui est verè lignum vitæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

sideramus, cōtra animi perturbationes carnisque voluptates acre certamen ineamus victoriaque potiri studeamus. Quandoquidē per Domini nostri gratiam atque clementiam istiusmodi labores sua mercede nunquam frustrabuntur.

✠ PRIMAS. Paradisus Ecclesia dicitur. Lignū vitæ, sapientia Dei Dominus Iesus Christus, qui in cruce pepēdit, qui & in Ecclesia, & in spirituali paradiso vitale aliementum cælestisq; panis pbet fidelib. sacramentum.

a *Smyrna*. Smyrna cāticū interpretatur, vel quasi myrrha: etiā cāticum in quib. delectatur, myrrha sic est amara vt etiā corpora à putredine seruet.

✠ RICHARDVS à sancto Vict. Ad episcopū Smyrnæ ea q̄ in præsenti c. continetur dirigens, cum de bonis actib. laudat, & laudādo ad meliora prouocat, futuras tribulationes prædicit, & fideliter pugnanti coronā promittit. In principio autem Christum describit, qui in tribulationib. subuenire possit: Et si contingat pro ipso occumbere, speremus per ipsum ad vitam redire.

† infra. 3. b.

b *Hæc dicit primus*. Talem describit Christum ꝙ valeat ad consolationem eorum quib tribulationes ingerūtur. *Hæc dicit primus*. q.d. ne deficiatis vos, quia ego tantus propter vos passus sum mortem, de qua resurrexi: quod idem expectetis & vos.

Scio tribulationem. ✠ AMBROS. Potest fieri vt Smyrnæorū Ecclesia eandem persecutionem à contribulatoribus suis in rapina bonorum suorum pertulerit, quam & illa quæ apud Hierosolymam erat, ideoq; tribulatio & paupertas ejus à Domino quam pro ipsis sustinuit, laudatur. Potest & hoc voluntaria paupertas intelligi de qua Dominus: *Beati pauperes spiritu*. Sed diues es, pauper videlicet rebus, diues virtutib. Iudæi qui Christum blasphemabant, non Iudæi, id est, confitentes: sed synagoga Sathanæ nō inconuenienter vocantur.

✠ HAYMO. Ad horum societatem pertinent etiam falsi Christiani, qui Christianum quidem nomen habent, sed opera Christianitatis non habent, de quib. Paulus: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant*. 1. Tim. 1.

a ¶Secundum humanitatem.
a b mei. Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus 1 2
& nouissimus qui fuit mortuus, & viuit. Scio* tribulationē 3
¶Ad literam. a ¶In spe remunerationis. ¶Nulla pestis efficacior, quam domesticus hostis. ¶Cumulus miseriæ tribulatis si iufamantur.
tuam, & paupertatē tuam: sed diues es, & † blasphemaris ab 4 5
a ¶Confitentes. Si filij Abrahæ essent, opera Abrahæ facerent. ¶.i. congregatio sathanæ. i. aduersarij. 6
his qui se dicunt iudæos esse, & non sunt: sed sunt synago- 7
¶Sed tamen. ¶An patiar. 8
ga sathanæ. Nihil horū timeas quę passurus es. † Ecce missu 9
¶Carcerem ponit pro omni tribulatione.
c d rus est diabolus aliquos ex vobis in carcerē, vt tētemini, & 10
a ¶Sed quicquid illi ingerant, tu esto. 11
e f habebitis tribulationē dieb. decē. Estō fidelis vsq; ad mortē 12
& dabo tibi coronā vitæ. Qui habet aurem † audiat, quid 13 14
¶Quia.
g Spiritus dicat ecclesiis. † Qui vicerit, non lædetur à morte 15 16

† blasphemiam corū

† De pœ. distin. 2. ca. si enim verb. Iohannes

† audiendi

✠ RICHARDVS. Habuit iste aduersarios, falsos Iudæos: sicut rector Ephesi apostolos falsos Patet autem ex istis. quod antiquus hostis bonum quod non potest impedire, ac malū quod non valet efficere per suæ superbiæ complices dæmones, hoc conatur perficere per suę prauitatis imitatores homines.

c *Aliquos ex vobis*. Hic patet, quòd non de vno solo, sed de pluribus intelligatur.

d *Vt tentemini*. id est, vt probemini, vel despecti habeamini in diabolo & mēbris eius

e *Diebus decem*. id est, tēpore illius belli, Deus enim suos ad bella mittēs Decalogo armat. Vel x diebus, id est, toto hoc tempore in quo per septem dies cōtra tria principalia vitia pugnatur, auaritiam, cupiditatem, vanam gloriam.

f *Esto fidelis*. ✠ RICHARDVS Prædicta persecutione hortatur ad longanimitatem patientiæ: & obtinenti victoriam, spondet coronam. Quasi diceret. Quicquid mali ingerāt, te patienter sustine. Tolerantia namque transitoria, corona ęterna: pugna modica merces immensa: pœna leuis, gloria inestimabilis. Dabo tibi post mortem, pro morte vitæ æternitatem.

g *A morte secunda*. Prima mors animæ in peccatis, secunda in pœnis, prima mors corporis quando dissoluitur, secunda, quando damnabitur in iudicio.

✠ HAYMO. In sacra scriptura tres mortes frequenter ponuntur. Vna peccati: Altera carnis: tertia supplicium æternę damnationis

☞ Quæ

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Angelo. *Hæc est secunda pars principalis, in qua informatur ecclesia Smyrnensis. cuius ponitur hic commendatio, cum dicitur.* Et angelo Smyrn. ecc. *iste fuit sanctus Policarpus secundum doctores cōmuniter.* 2 Hæc dicit primus. *Exponatur vt supra.*

3 Scio tribulationem tuam. *i. approbo in ea tuam patientiam.*

4 Et paupertatem tuam. *in temporalib.* 5 Sed diues es. *in spiritualibus.* 6 Et blasphemaris, &c. *secundum veritatem.*

7 Sed synagoga Sathanæ. *quia sunt obstinati in sua infidelitate cōtra Christum, secundum enim ꝙ dicitur Ecclesiasticæ historiæ. libr. 4. cap. 12. in ciuitate Smyrnæorum multi Iudæi habitabant qui incitauerunt Gentiles ad persequendū grauiter Christianos: in qua persecutione plurimi non solum fuerunt suis rebus spoliati, sed etiam martyrio coronati, inter quos beatus Policarpus fuit in ignem proiectus: & cum ignis eum non læderet, gladio percussus migrauit ad Dominum, ideo subditur.* 8 Nihil horum timeas. *q.d. me protegente per martyrij palmam transibis ad gloriam.*

9 Ecce missurus est, &c. *quia ad hoc faciendum incitabit infideles.*

10 Vt tentemini. *i. probemini sicut aurū in fornace, ista tamen probatio non est ex intentione diaboli, quia non intendit tribulatorū bonum, sed ex intentione Dei qui ex malis elicit bona: & sic ex sæuitia tyrannorum elicuit patientiam martyrum & coronam.*

11 Et habebitis. *Istud exponitur multipliciter. Vno modo referendo ad tribulationem ecclesiæ generaliter, cuius à doctoribus dicuntur esse decē tribulationes, quæ signantur hic per decē dies. Alio modo, vt per decem dierum tribulationē intelligatur tribulatio perfecta, quia denarius est numerus perfectus, & primus limes numerorum, quia numeri sequentes sunt replicationes denarij & partium eius vt dicitur. 3. Physicorum, vndecim enim vnum & decem, duodecim duo & decem, & sic vsque ad viginti, quæ sunt bis decem, triginta ter decem, & sic cōsequenter. Alio modo applicando ad decem præcepta Decalogi. q.d. tribulatio ecclesiæ durabit quamdiu obseruatio præceptorum Decalogi. quod est vsque ad finem mundi. Posset etiam aliter saluo meliori iudicio exponi, vt ptr decem dies intelligantur decem anni, secundum illud Ezech. 4. b.* Diem pro anno dedi, *fortè tātum durauit persecutio Smyrnensis ecclesiæ.*

12 Esto fidelis. *id est firmus in fide.*

13 Vsque ad mortem. *pro ipsa toleranda*

14 Et dabo tibi coronam vitæ. *id est, vbi mors non habet locum.*

15 Qui habet aurem. *exponatur vt supra vsque ibi.*

16 Non lædetur à morte secunda. *id est, ab inferno, qui dicitur mors secunda. infra. xxj.*

✠ Et ange-

MORALITER.

1 *Et angelo Smyrnæ ecclesiæ.* Smyrna interpretatur canticū & myrrha propter quod moraliter hæc scriptura dirigitur illis qui tribulationes patienter sustinent, nec franguntur per impatiētiam, sed magis aliquando de virtute cōstantiæ gloriantur, sicut dicitur, Act. v. g. *Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* & talibus dicit Christus.

3 *Scio tribulationem tuam.* id est, approbo.

4 *Et paupertatem tuam.* in temporalibus.

5 *Sed diuites.* id est in spiritualibus.

7 *Et blasphemaris ab his.* Hoc nomen, ad Christianitatem est trāslatum, sicut dicitur Rom. ij. d. *Non enim qui in manifesto Iudæus est neque qui in manifesto est in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudeus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus nō ab hominibus, sed ex Deo est.* Igitur per illos qui dicunt se esse Iudeos & non sunt significantur mali Christiani qui Christum verbo confitentur, sed moribus non sequuntur, de quibus dicitur ad Titum. j. d. *Confitentur se nosse Deum: factis autē negant.* Et tales pessimi frequenter blasphemant innocētes afflictos, dicentes quòd meruerunt maiora pati, & procurant aliquando pœnas eorum augmentari. Ideo subditur.

9 *Ecce missurus est Diabolus.* Hoc enim facit diabolus per malos homines qui sunt eius membra.

11 *Et habebitis tribulationem, &c.* Per quos significatur totū tempus vsque ad finem seculi, eo quòd omnes numeri sequentes denarium sunt replicationes ipsius & partium suarū vndecim enim sunt decem & vnum, & sic consequenter vsque ad viginti, quæ sunt bis decem. Et pro tali persecutione bonorum à malis dicitur. ij. Tim. iij. ca. *Omne qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur.* Et præmiū patiētię subditur, cū dicitur: Esto fidelis, &c.

✠ *Et angelo*

Quæ mors hîc secunda, non tertia nominatur, quia de his tātummodo agitur sermo, quæ nocēt, de morte scilicet peccati, & morte æterni supplicij ad quarum comparationem ista quæ cōmunis est, mors non est dicenda.

a *Et angelo pergami.* ✠ RICHARDVS. Ad episcopum Pergami sermonē diuertit, quem quidem de bono laudat primùm: deinde de malo increpat, more prudentis agens medici, qui timentis infirmi apostema primū suauiter circuquaq; tractat postea ferrū infigit, & latentem putredinem educit, & locum sanum reddit.

✠ ANDREAS. Idololatriæ dedita erat. Pergami ciuitas ad q̄ Euangelista hæc scribit. Interim fideles qui in illa degebant, propter tolerantiam quā in tentationibus ostēderant, commendat.

† Nū 24. c.

* in

† ex his quę simulacris immolātur

¶Quæ est gehenna. a ¶Pergamus diuisio cornuum interpretatur. ¶Vt sint diuisi à malis, seruantes vnitatem ecclesiæ. ¶Per cornua pugna aliqua significatur, vt in hac ecclesia pars mala impugnabat bonam.
a secunda. Et angelo Pergami ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui 1
¶Rhomphæa bis accuta, sententia domini qua condemnabit malos in corpore & in anima. 2
b habet rhomphæam ex vtraque parte acutam. Scio *vbi 3
a ¶In medio prauæ nationis. b ¶Ibi scilicet. ¶.i. congregatio sathanæ. i. aduersarij. ¶Contra disputantes. ¶Tribulatio est illuminatio iustis. 4
c habitas, vbi sedes est sathanæ, & tenes nomen meum, & nō 5
¶Pro aliqua tribulatione. a ¶Quibus hoc fecisti. b ¶Qui est. c ¶Martyr scilicet fuit. 6
d negasti fidem meam. Et diebus † illis Antipas testis meus fi- 7
¶Eius exemplo laborate. ¶Quasi conclusio. quia illum occiderunt. ¶Sed quamuis in hoc constās. 8
e delis, qui occisus est apud vos, vbi sathanas habitat. Sed ha- 9
a ¶Si corrigaris. ¶Vel in paucis. ¶Pateris, non expellis.
f beo aduersum te pauca, † quia habes illic tenentes doctri- 10
a ¶Vanus populus. ¶Elidens. b ¶Delectari cum variis rebus. 11
g nam Balaam, qui decebat * Balaac mittere scandalum co-
a ¶Cum dæmone corporaliter vel spiritualiter. b ¶Similiter.
ram filiis Israel, scilicet edere † & fornicari. Ita habes & tu 12
a ¶Contra impugnantes. b ¶In plerisque additur quam ego odi. c ¶De isto sicut de illo.
h tenentes doctrinam Nicolaitarum †. Similiter pœnitētiam 13

* opera tua &

† meis

* quod odi

Porrò autem per gladium ancipitem, aut Euangelij doctrinā, credentium corda circuncidentem, fidelesque ab infidelibus secernentem insinuat, Aut peremptoriam iudicis contra impios sententiam.

b *Romphæam* Exigit vt isti hunc gladium habeant in electione bonorum, & reprobatione malorum.

c *Non negasti fidem meam.* Tribulatio iustis illuminatio, contumacibus correptio, obstinatis excæcatio.

d *Antipas testis meus.* ✠ ANDREAS Quidam Antipas nomine fortissimus cōstantissimusque martyr Christi extitit Pergami, cuius ego martyrium olim legi. Facit autem Euāgelista peculiarem illius hoc locō mentionem, tum quò fidelium ciuitatis illius virtus atque constantia plana fiat: tum etiam quo seductorum eiusdem immanitatem ob oculos nobis ponat.

✠ RICHARDVS. Eum per Antipam corroborando, patenter dicit: Laudo quidem quod inter malos vsque modo bene vixisti: quod in fide mea perseuerasti. Sed caue ne te solidum esse credas & in hoc, vel in illo deficias: sed memento Antipæ serui mei fidelis: & pro me vsque ad mortem sustine illius exemplo persecutionem prauæ nationis. Nec de merito glorieris, si in alterutro profeceris: qa Antipas qui maiorem pœnam quā tu sustinuit, in virtute meriti te longè præcessit. Nunc tibi propono huius imitationem: admoneo vt huius exemplo vires colligas, & ad patientiæ coronā pertingas. *Huius martyrij historiam descripsit Metaphrastes extatque apud Surium, tomo 2. Aprilis. 11.*

e *Sed habeo aduersum te pauca.* ✠ AMBR. legimus quod Balac rex Moabitarū ad suggestionem Balaam posuerit speciosas mulieres in conspectu filiorum Israel, diis suis sacrificantes. Quarum pulchritudo nō solum ad perpetrandam libidinem eos accendit, sed etiam vt de sacrificiis eorum comederent, perduxit. Nicolaitæ verò erant hæretici nuptias detestantes, docentesque fideles, vt quibuscunque vellent miscerentur more bestiarum. Sicut ergo per doctrinam Balaam filij Israel in fornicationis malum dilapsi sunt, & multi inde perierunt: ita & Nilaitæ quosdam ex fidelibus Pergamensibus sua praua doctrina in fornicationis malū deiecerūt. Quod autem dicit, *Habeo aduersum te pauca*, significat paucos ex fidelibus ab hæreticis esse deceptos.

g *Balaam* id est hæretici qui docent terrenos principes qualiter subuertant videntes Deum. Vel Balaam, id est, dæmones, qui docent carnem decipere animas videntes Deum.

f *Doctrinam Nicolaitarum.* Ideo enim repetit de Nicolaitis, vt ad pœnitentiam inuitet, quod non fecit.

h *Similiter pœnitentiam age.* ✠ AMBROS Hoc videtur mihi ad Angelum Ephesi Ecclesiæ respicere. qu di. Sicut præcepit angelo Ephesi vt pœnitentiam ageret, eò quòd charitatem primam reli-

☞ quisset

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et angelo. *Hæc est tertia pars, in qua ponitur informatio Pergamensis ecclesiæ, cuius primo ponitur commendatio de bono vt melius recipiatur correctio de malo, quæ ponitur ibi.* Sed habeo. *Circa primum dicitur.* Et angelo Pergamensis *id est beato Polycarpo, vt dicunt communiter doctores.*

2 Hæc dicit qui habet rompheam. *i. gladium ex vtraque parte acutum, sicut dictum est. j. c. & expositum.*

3 Scio vbi habitas. *s. in bono tribulationis. ideo dicitur.*

4 Vbi sedes est sathanæ. *id est eius potestas, infideles inducendo ad persecutionem ecclesiæ.*

5 Et tenes nomen meum. *moribus & fide.*

6 Ea non negasti fidem meam. *in persecutionibus & tormentis.*

7 Et *pro id est,*

8 In diebus illis Anripas. *Ille martyr specialiter nominatur, quia verbo suo & exemplo alios ad martyrium animauit.*

9 Sed habeo. *Hic consequenter ponitur correctio de malo cum dicitur:* Sed habeo. *s. peccata corrigenda.*

10 Habes illic. *id est in ecclesia Pergamensi.*

11 Tenentes doctrinam. *Balaam,* Hæc *historia habetur. Num. xxv. vbi dicitur quòd Balac rex Moabitarum ex doctrina Balaam misit puellas pulchras prope castra Hebræorum, vt earum pulchritudine Hebræi qui erant luxuriosi, allicerentur ad idololatriam: & sic Deus offenderetur contra totum populum. Dicunt ergo hic aliqui expositores, quòd in ecclesia Pergamensi tunc erant aliqui verbo & exemplo alios inducentes ad fornicationem tanquam licitam, & ad comedendum de idolorum sacrificiis ad eorum venerationem. Dicunt etiam, ꝙ cum hoc erat aliqui tenentes, & docentes errorem Nicolai supra positum. Sed hoc non videtur verum, quia si sic fuisset, non diceretur in textu:* Habeo aduersum te pauca, *sed multa propter quod melius videtur dicendum, quòd in ecclesia Pergamensi erat tantum error Nicolai apud aliquos: vt dicitur in textu, & doctrina Balaam inducitur tantum pro similitudine vel exemplo. Et secundum hoc saluo meliori iudicio sic est exponenda litera:* Habes illic tenentes doctrinam Balaam, &c. *non re, sed similitudine, sicut homo largus per quam similitudinem dicitur Alexander. Et quòd iste sit intellectus, videtur ex hoc quod sequitur infra.*

12 Ita habes, &c. *quasi dicat manifestè Balac tenuit doctrinam pestiferam Balaam, sic apud te sunt aliqui tenentes doctrinam Nicolai erroneam sicut dictum est supra.*

13 Similiter pœnitentiam age. *sicut dictum est supra Ephesinæ ecclesiæ derelicta prima charitate.*

✠ Si quo-

MORALITER.

1 *Et angelo Pergami.* Pergamus interpretatur diuisio cornuum. Est autem duplex cornu moraliter loquendo scilicet cornu constantiæ & cornu superbiæ, propter quod hæc scriptura potest dirigi ad congregationem in qua sunt aliqui constantes pro veritate sustinenda, & aliqui arrogantes pro sua ambitione promouenda: ideo subditur.

Cornu duplex

2 *Hæc dicit qui habet romphæam, &c.* quia Christus sui gladij sententia protegit constantes, & deiicit arrogantes, & quantum ad arrogantes subditur.

3 *Scio vbi habitas, &c.* quia Sathanas est *rex super omnes filios superbiæ,* vt dicitur Iob. xlj. d. & pro constantibus subditur.

5 *Et tenens.* Et ponitur exemplum in particulari, cum dicitur.

7 *Et in diebus illis Antipas.* qui interpretatur dans transitum. nā ille qui pro veritate constanter moritur, ipse dat aliis exemplum transeundi per eundem passum.

9 *Sed habeo aduersum te pauca.* Balaam, id est habes & aliquos illis similes, de quibus subditur.

12 *Ita habes, &c.* qui nimis laxabant carnis vitium, & per istos de quibus hic dicitur, significatur quòd inter stantes pro fide sunt aliquando aliqui lubrici in carne, sicut de sancto Bonifacio martyre dicitur: Ecce homo quem quærimus adulter est, ebriosus, & tamen erat constantissimè passus.

13 *Similiter pœnitentiam age.* de hoc quod est peccatum.

5 *Et tenes*

Universidad de Deusto Biblioteca

A quisset: similiter & tu pœnitentiam age, eo quòd à charitate deuiaueris, vt aliquos tuorum per taciturnitatem amitteres. *Si quominus, veniam tibi citò.* Solet per aduentum Domini mors intelligi: vnicuique enim Dominus tunc venit, quando per mortem animam à corpore separat, Est igitur horum sensus. Si pœnitentiã non egeris, veniã tibi citò, vt te per mortẽ quam preuidere negligis, dissoluam. *Et pugnabo in gladio oris mei.* Idest, alium in loco tuo ponam gladiũ verborum meorum in ore eius, in quo deiiciam aduersarios veritatis.

✠ Andreas. Manna absconditũ est cęlestis vitæ panis, qui nostra causa è cælo delapsus ad manducandum apprimè est idoneus. Quin bona illa quæ in altero sæculo sanctis reposita sunt, manna quoque appellantur: vt quæ & cælitus veniant, & in cælo tantum plenè obtingant. Horum tuta possessione illi demum potiuntur, qui diabolum & mundum vicerũt. Accepturi quoque sunt candidum victoremque calculum: vtpotè qui ad iudicis dexteram collocentur, digni habebuntur. Accipient & nomen nouum præsenti vitæ prorsus incognitum. Oculus enim nõ vidit, nec auris audiuit, quæ quantaq; in futuro æuo præparata sunt iustis. B

Exod.16.c. 1.Cor.2.b. a *Manna.* Æternam gloriam de qua omnes dicent: Quid est hoc? *quoniam nec oculus vidit, nec auris audiuit.* C

b *Et dabo ei.* In Daniele: Abscisus est lapis sine manibus. In prouerbiis: *Gẽma gratissima expectatio præstolantis.* Idẽ corpus solidũ vel per seipsum lucidũ, candidũ virtutib. & spe immortalitatis. D Dan.2.c. Prou.17.b.

c *Et in calculo.* Vel super baptismum addo martyrium cuius vim non intelligit hypocrita qui pro laude hominum patitur.

a ¶In aliquo feceris minus quam debeas. b ¶Qui non corrigis. c ¶.i.conuincam illos fornicarios peccasse, dicendo: Ite in ignem æternum.
age: si quominus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in
¶Cordis.
gladio oris mei. Qui habet aurem audiat, quid spiritus di-
a ¶Alia translatio habet, margaritam. ¶Vel memetipsum qui fui in manna absconditus. ¶Interim.
a b cat ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo †
¶Alias lucidum. ¶In tali corpore. ¶Ad quid? per hoc nomen inuitetur.
c d ei calculum candidum, & in calculo nomen nouum scrip-
a ¶Illuminata interpretatur, vel viuens hostia.
e f tum quod nemo scit nisi qui accipit. Et angelo Thiatyræ
ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius Dei qui habet oculos tan-
a ¶Quos necesse est imitari. ¶.i.vltimi fideles. ¶Id est recepi.
g quã flammam ignis, & pedes eius similes † aurichalco: No-
¶In eleemosynis. a ¶Quia ex his tribulatio.
ui opera tua, & fidem & charitatem, & ministerium, & pa-
a ¶In omnibus aduersis. ¶Quia rudis ecclesia à leuioribus ad perfectionem venit.
tientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus.
¶Non excommunicas. ¶Mollem & lasciuam.
Sed habeo aduersum te pauca, quia permittis mulierem

d *Scriptum.* Quinq; literis.s. quinque vulneribus ostensum fuit in corpore eius in cruce, quòd martyr fuit.

e *Nisi qui accipit.* q opere cõplet, quia *qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est.* 1.Ioh.2.a.

f *Et angelo Thiatyræ.* ✠ Richardus. More solito authoritatem Saluatoris anteponit: & titulũ describit qualem sequentis capituli sententia ratione deposcit. Quia enim erant in Thiatyra quidã falsi Christiani qui semetipsos cum mulieribus seu dæmonibus fornicando polluebant, & alios exemplo vel verbo ad eadem scelera pertrahentes seducebant: rectè eum dixit habere oculos sicut flamma ignis, vt eum ostenderet omnia quæcunq; gererent per suam sapientiam penetrando contemplari: & pedes eius similes aurichalco, vt eum significaret illos admonere de prauitatibus suis exire debere: & vel infirmos electos debere viriliter imitari. E † chalcolibano.

g *Noui opera tua, &c.* Filius dona spiritussancti habet, id est, dat cui vult, vel aufert: Ideo videant isti qui iam receperunt illa dona, ne per F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si quominus. *id est si in aliquo neglexeris hæc corrigere.*
2 Veniam tibi cito. *in finali iudicio, quod est valde propinquum æternitati comparatum. Propter quod dicitur* j. *Iohan.* ij.*c.* Nouissima hora est.
3 Et pugnabo cum illis *in errore obstinatis.*
4 In gladio oris mei *id est in sententia illa horribili:* Ite maledicti in ignem æternum, &c. Math xxv.d.
5 Qui habet aurem audiat. *Exponatur vt supra vsque ibi.*
6 Vincenti dabo manna. *Manna figurale, corporale & manifestũ datum fuit filiis Israel in deserto, Exo.*xvj. *Sed verum manna est ipse dicit Ioh.*vj.*d.* Amen dico vobis, non dedit vobis Moyses panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cęlo verum. *Et subditur.* Ego sum panis vitæ, &c. *hoc est manna cæleste quod beatos reficit interius & exterius, vt prædictum est, & dicitur absconditum hominibus vitæ præsentis, secundum quod dicitur: Psal.*xxx.*e.* Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te.
7 Et dabo ei calculum candidum. *id est, corpus dote charitatis decoratum, quod dicitur calculus siue lapillus, quia est terreum à domino, sicut & lapis.*
8 In calculo nomen nouum. *quia tunc quilibet beatus manifestè & corporaliter per dotes corporis gloriosi erit ascriptus ciuitati cælestium.*
9 Quod nemo scit nisi qui accipit. *secundum quod dicitur* j.*Cor.* ij.*b.* Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit quæ pręparauit Deus diligentibus se. *Immensitas enim illius dulcedinis non est cognoscibilis a viatoribus, sed à comprahensoribus qui iam acceperunt.* Supra.1.c.
10 Et angelo. *Hæc est pars principalis, in qua informatur Thiatyrensis ecclesia. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur eius cõmendatio, secundo malorum reprahensio, ibi:* Sed habeo. *tertio bonorum à malis discretio, ibi:* Vos autem. *Circa primum dicitur.* Et angelo Thiatyræ. *quia ab aliquibus dicitur fuisse sanctus Irenæus: qui non solum istam ecclesiam, sed & multas alias vita & doctrina illustrauit, & vsque ad Lugdunum, quæ est Gallorum ciuitas peruenit. Sed hoc non videtur probabiliter dictum, primo quia non fuit contemporaneus beato Iohanni, qui videtur scribere episcopis sibi cõtemporaneis, floruit autem Irenæus sub Commodo Aurelio, vt dicit Hieronym. in libro illustrium virorum, qui cœpit imperare anno domini.*clxxxij. *Secundò, quia non est verisimile, quòd episcopus tantæ vitæ & doctrinæ in ecclesia sua permitteret illa quæ infra scribuntur, Propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi, quòd fuerit alius minoris excellentiæ & Iohanni contemporaneus, tunc regens ecclesiam Thiatyranensem.* Diuisio.
11 Hæc dicit filius Dei. *naturalis, qui est Christus: Cæteri sunt filij adoptiui.*
12 Qui habet oculos tanquam. *Exponatur, vt supra.*j *cap.*
13 Noui. *per approbationem.*
14 Opera tua. *in effectu.*
15 Et fidem. *in intellectu.*
16 Et charitatem. *in effectu.*
17 Et ministerium. *seruiendo Deo deuotè.*
18 Et patientiam tuam. *in tribulatione.*
19 Et opera tua nouissima plura priorib. *procedendo scilicet de bono in melius.*
20 Sed habeo. *Hic consequenter arguit suos defectus, qui notantur cum subditur.*
21 Quia permittis. *Certum est, quòd non est illa, quæ.*iij.*Reg. dicitur idololatra & fornicaria, quia quadringentis annis & amplius ante fuit pedibus equorum conculcata.*iiij.*Reg.*ix. *Et dicunt aliqui, q erat vxor episcopi, Sed hoc non est verisimile, quòd vir tam bonus sicut præmissum est talem haberet vxorem. Et ideo dicendum, q fuit alia falsa prophetissa, vel forte aliquis hæreticus qui figuraliter designatur nomine muliebri propter molliciem carnalis vitæ, vnde & frequenter homo mollis & effœminatus fœmina nominatur.*

MORALITER.

6 *Vincenti.* tentationem carnis.
† *Dabo manna, &c.* id est fruitionem bonitatis diuinæ, quæ abscondita est hominibus præsentis vitæ.
7 *Et dabo ei calculum candidum.* id est Christum qui dicitur lapis, Psalmo cxvij.c. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, &c.* & est candidus ex forma corporis gloriosa.
8 *Et in calculo nomen nouum scriptum.* s. Emanuel, quod interpretatur, Deus nobiscum.
10 *Et angelo Thiatyræ ecclesiæ.* Quæ interpretatur illuminata, & ideo significat ecclesiam aliquam particularem fide Christi illuminatam, & bonis operibus adornatam, de quibus subditur.
13 *Noui opera tua & fidem, & charitatem.* Sed ignorantia seu negligentia præsidentis seu præsidentium permittuntur aliqua mala: de quibus subditur.
20 *Sed habeo aduersum.* per quam significantur diuinatrices & sortilegæ

A ne per consensum malorum perdant ea. Vel, charitatem & fidem ordo retrogradus, non quòd prius sit charitas quam fides. Prius fides, ex fide charitas, ex charitate bona opera.

✠ Andreas. Etsi, inquit, vestram in fide constantiam, vestramque erga egenorum & pauperum ministerium charitatem, & vestrã denique patientiam commendo, acceptaque habeo: at tamẽ hoc nomine iure vos reprehendo, q Nicolaitarũ hæresim (quæ propter impiam impuramque lasciuiã Iezabel per tropũ hoc loco appellatur) palã obtinere permittitis, hactenusque permisistis. Hæc enim res seruis meis ob ingenij ruditatem, mentisque simplicitatem, magnam offensionis occasionẽ offert imò verò ad earum rerum vsum quæ idolis immolatæ fuerant à quo pulchrè iam ante ablactati videbantur, denuò attraxit, & quotidiè adhuc pertrahit. Hanc proinde Iezabel quàmprimùm cõpesce, osque eius obstrue, Siquidem maligno spiritu agitata, propheten se se iactare non dubitat. B

✠ August. Dicit præpositus Ecclesiarum qui luxuriosis & fornicantibus, & aliud quodlibet malum agẽtibus sæueritatem disciplinæ Ecclesiasticę non imponunt. Et potest hoc etiam de hæreticis intelligi, qui Christiano nomine sibi blandiuntur.

Beda. a *Iezabel.* Fluxus sanguinis, vel fluens, vel sterquilinium. Vt mulieres tempore menstrui fluxum sanguinis patiuntur, sic reprobus qui male concipit, mox vt tempus est perficit: & cum post flamma augetur, totus fluens dicitur, dum verò in consuetudinem ducit, fœtorem latè spargit. Et hi sunt tres mortui suscitati, vnus in domo, alius extra portam, tertius in sepulchro. Mat 5.d. Luc.7.c. Ioh.11.f. 3 Reg.16.g.

Haymo. *Iezabel.* vxor Achab, vel huius episcopi, & per hanc intelligũtur hæretici, qui fingunt se bonos sed ad molliciem & lasciuiam inducunt.

Mat 5.d. b *Fornicari.* Fornicatio dicitur quadriformis in animo, *si videris mulierem ad concupiscendam eam, &c.* In actu ipso, in amore terrenorum, in cultu idolorum.

c *Et dedi illi tempus.* ✠ Andreas. Quia maligna illa hæresis, tempore quod ad pœnitentiam agendam commodum nacta erat, bene vti non voluit: Ecce deiiciam illam in ęgritudinem & mortem. In tropo perstans nefariam illam Nicolaitarum pestẽ propter versipellem hæreticorum versutiam mulieri adulteræ comparat. Comminatur vero non illam tantum in ægritudinem & mortem se directurum, nisi resipuerit: verum cæteros quoque C omnes, qui Deo per mysticam fornicationem deserto, cum illa se se contaminauerunt, nisi tamen per veram pęnitentiam ad ipsum se denuò conuerterint. D

✠ Richardus. Mira Dei pietas, mira clementia. Quando committimus culpam, non statim infert pœnam, sed confert medelam: & reuocat ad integritatem iusticiæ, vt perducat ad iucunditatem gloriæ. Sed quando contemptus pœnitẽtię generat incrementum culpæ, & prouocat iram vindictę rectè post increpationem, adiecit comminationem. †Iob.24.d. Sed & diligẽter est intuendũ & gratanter amplectẽdum, quod diuinæ pietatis miseratio nequaquam absolutè & simpliciter dixit, *mitto eã in lectum:* sed temperauit comminationẽ dicens: *Nisi pœnitentiam egerint.* †Iere 17.b. Noluit enim per effrenatũ terrorem peccatores pręcipitari in desperationem: sed per temperamẽtum comminationis eos reuocare, si pœnitere vellent ad cõfidentiam suæ miserationis.

¶Secundum quod dicitur. a ¶In re.
a Iezabel quæ se dicit propheten docere & seducere ser-
a ¶Sese imitantes. ¶Cum mulieribus, vel cum dæmone.
b c uos meos, fornicari & manducare de idolothitis. † Et dedi
illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à
a ¶Et quia non vult pœnitere: b ¶Excæcando. c ¶In securitatem peccandi. d ¶Id est eam cum suis operibus, mittam in perditionem.
d fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui
¶.i.conformes sibi fiunt per opera pro quibus puniuntur.
mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, nisi pœ-
a ¶Æterna.s. pœna condemnans omnes sequaces.
nitentiam egerint ab operibus suis, & filios eius interficiam
a ¶In futuro scient in re quod tantum hic in fide.
e in mortem: Et hæc scient omnes ecclesiæ, † quia ego sum
a ¶Puniens carnales concupiscentias & malas cogitationes. b ¶Et scient, quia.
scrutans renes & corda, & dabo vnicuique vestrum secun-
¶Bonis bona, malis mala, a ¶Hoc illis facio. b ¶Commutatio personæ, interpositio sententiæ.
f dum opera sua. Vobis autem dico & cæteris qui Thiatyræ
a ¶Ex vobis. b ¶Quod sine lege non fit salus.
estis, quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non

d *In lectum.* In securitatem peccandi, vel lectũ doloris. Alia trãslatio ponit luctum pro lecto quo æternam miseriam designauit. E

e *Quia ego sum scrutans.* ✠ Ambros. per renes qui intra corpus cõtinentur & ex quibus libido procedere dicitur, peccata abscondita, per corda autem cogitationes occultæ designantur. Et est sensus. Et scient in die iudicij, quando & ipsa mulier, & omnes qui decepti sunt ab ea, damnabuntur omnes Ecclesiæ, id est omnes qui Christiano nomine censentur, non solum electi, sed etiam reprobi, quia ego sum scrutans renes & corda: Idest non solũ peccata quæ patent, verumetiam & quæ latent, sed & ipsas cogitationes intueor: & in in illa die dabo vnicuique vestrum secũdum opera vestra.

f *Vobis autem dico qui Thiatyræ.* ✠ Haymo. Superius increpauerat reprobos, nunc autem ad electos verbum vertit. Ideoque bene dicit: *Vobis dico, & cæteris,* id est, iustis, qui supra non estis comprehensi in numero reproborũ. *qui non habent doctrinam hanc,* id est, quos praua persuasio Iezabelis non inclinat ad malam operationem, vt malos videlicet imitentur. *qui non cognouerunt altitudinem Satanæ,* id est, superbiam illius non sunt imitati, qua voluit similis fieri altissimo: pro qua ruens ad terram multas angelorum legiones sibi consentientes secum deiecit. Huius altitudinem tunc homo cognouit, cum hanc imitando Deo similis fieri cõcupiuit. Hanc altitudinem illi quoque cognouerunt qui turrim vsque ad cęlum erigere gestiebãt. Sed electi noticiam altitudinis Satanæ nõ habent quia in cunctis semetipsos humiliant, vestigia redemptoris sequẽtes, qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Genes.2. Isa.14. Gen.11. Math.11. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ se dicit Propheten, *falsę tamen.*
2 Docere. *errorem.*
3 Et seducere seruos meos *id est simplices Christianos.*
4 Fornicari. *Dicens hoc esse licitum, multi etiam dixerunt erroneè fornicationem simplicem esse licitam. Vel hoc intelligitur de errore Nicolai qui tunc vigebat, vt supra dictum est.*
5 Et manducare de idolothitis *in veneratione idolorum, aliter non esset licitum nisi ratione scandali simplicium, secundum quod docet Apostolus.*j.*Cor.*viij.
6 Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam age. *Et sic erat obstinata, propter quod subditur pœna.*
7 Ecce ego mitto eam in lectum. *infernalis pœnæ, de quo dicitur Isa.*xiiij.*c.* Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea & operimentũ tuum erunt vermes.
8 Et qui mœchan. *communicando malis ipsius.*
9 In tribulatione. *in inferno cum ea.*
10 Nisi pœnitent *in præsenti vita.*
11 Et filios eius. *id est imitatores ipsius.*
12 Interficiam in mortem. *scilicet gehennam.*
13 Et scient omnes ecclesiæ. *Tunc manifestè quod est modo occultum.*
14 Quia ego sum scrutans. *examinans & puniens concupiscentias & malas cogitationes.*
15 Et dabo vnicuique vestrum. *pœnam impiis & gloriam iustis.*
16 Vobis dico &c. *Hic ponitur discretio bonorum à malis, & primo eos specialiter informando, secundo præmium promittendo, ibi:* Et qui vicerit. *Circa primum dicitur:* Vobis autem dico: & cæteris qui Thiatyræ estis. *Et qui sunt illi subditur.*
17 Quicunque non habent doctrinam hanc. *i. non recipiunt doctrinam Iezabel.*
18 Et qui non cognouerunt altitudinem Sathanæ *id est non approbauerunt superbias Ebionis & Cherinti. i, qui superbia elati dixerunt contra reuerentiam personæ Christi, eius diuinitatem negantes,* propter

MORALITER.

sortilegę, quæ decipiunt simplices, & frequenter sunt mediatrices luxuriæ, & ideo dicitur.
4 *Fornicari, &c.* Idolum autem luxuriosi est mulier concupita, propter quod idolothitum dicitur illud quod pro eius concubitu donatur.
6 *Et dedi illi tempus.* Quia tales vetulæ in malis veteratæ vix aut nunquam volunt ad bonum redire.
16 *Vobis autem dico, &c.* id est qui doctrinam talem pestiferam non recipitis.

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Non mittam.* Quidam pseudo terrebât eos, quia ahuc missurus erat dominus maiores tribulationes quam passi essent, contra hoc dicit, quòd non mittet, vel legales obseruantias.

b *Et qui vicerit.* ✠ ANDREAS. Qui suum talentum bene collocauerit, & opera mea fecerit, ait in Euangelio Dominus, dabo illi potestatem supra quinque aut decê ciuitates aut per potestatem, cuius hoc loco fit mentio illud iudiciû insinuatur, quo seducti vel increduli ab iis iudicabuntur, & veluti virga ferrea cô terentur, qui ex gentibus & infidelibus per fidem promptamque obedientiam Christo se adiunxerût. Notum est enim illud Christi seruatoris. Viri Niniuitæ surgêt in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam. Cû autê subdit, sicut ego à patre accepi, assumptæ carni humanæq; naturæ orationis filum attemperat.

(† profunditates) B C

c *Dabo illi stellam.* Stella matutina lucifer, qui ortus diê nunciat, id est, Christus qui resurgens fidei lucem & immortalitatis intulit mundo, dabit ergo stellam matutinam seipsum & gloriam resurrectionis, vel stella matutina resurrectio prima. D

✠ ANDREAS. Aut stellam matutinâ eam hoc loco vocat, de qua Esaias dicebat: *Quomodo cecidisti de cælo lucifer?* cuiusmodi stellam Dominus sub credentiû pedibus se pro culcandam daturum promittit: aut de ea hic est sermo, quam Apostolus Petrus in fidelium cordib. veluti luciferum nasci in sua canonica scribit: quæ vtiq; aliud nihil est quàm lux quedâ à Christo in credentiû corda dimanans Quin & Iohânes baptista, & Elias Thesbites, luciferi nomine à quibusdâ quoq; appellantur: cum quib. eos quoque partem habituros credibile fit, qui strenue pugnando Diabolum vicerunt. E F

(† psal.2.c infra.16.c.)

a ¶i.non approbauerunt. b ¶Superbiam. c ¶Quidam egressi de Iudæa ¶Me missurum.
cognouerunt † altitudinem sathanæ quemadmodû dicunt 1
a ¶Veteris legis. b ¶Quamuis illi hoc dicunt, tamen. ¶Quasi di. Laborate ne perdatis quæ iam dedi, sed ad maiora nitimini.
a non mittam super vos aliud pondus. Tamen id quod ha- 2 3
¶Retribuere. ¶Non cedens eis. ¶Et cum hoc. ¶Vitæ suæ, vel vsque ad perfectionem.
b betis tenete, donec veniâ. Et qui vicerit, & custodierit vsq; 4 5
¶In hoc seculo. ¶Gentiliter viuentes. 6
in finem opera mea, dabo illi potestatê super Gentes, † & 7
a ¶Iustitia inflexibili. Quidam vt omnino pereant, quidam vt in melius immutentur. 8
reget illas in virgâ ferrea, & tanquam vas figuli côfringen- 9
¶Secundum humanitatem. ¶In futuro. 10
c tur, sicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi stellam ma- 11
tutinam. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ec- 12 13
clesiis. 14

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *propter quod beatus Iohannes in principio euangelij sui eius diuinitatem declarauit secundum quod dicitur in libro illustrium virorum.*

1 Quemadmodum. *Hic tangitur vitatio alterius erroris, s. pseudo apostolorum, qui cum euangelio dicebant esse necessariam obseruationem legalium: quæ dicitur* pondus importabile. *Act. xv. & quantum ad hoc dicit Iohannes vel potius angelus apparens ei in persona Christi:* Quemadmodum dicunt. *pseudoapostoli.*

2 Non mittam super vos aliud pondus. *i. obseruationem legis, quod pondus falsi apostoli dicunt vobis esse imponendum.*

3 Tamen id quod habetis. *id est, veritatem euangelicam vobis per veros apostolos prædicatam.*

4 Tenete. *firmiter.*

5 Donec veniam. *ad iudicium.*

6 Et qui vicerit. *Hic consequenter prædictos informat præmium promittendo ei:* Et qui vicerit: *tentationes mundi carnis & diaboli.*

7 Et custodierit vsque in finem opera mea *id est, vsque ad mortem.*

8 Opera mea. *Hoc dicitur quia Iesus cœpit facere & postea docere, Act. j.*

9 Dabo illi potestatem. *in finali iudicio, in quo perfecti iudicabunt cum Christo, & sic habebunt potestatem super gentes iudicandas.*

10 Et reget illas in virga ferrea. *i. inflexibili iustitia.*

11 Et tanquam vas figuli confringentur. *quia tunc peccatores in infernum retrudentur.*

12 Sicut & ego accepi. *Omnia enim quæ habet filius: habet à patre.*

13 Et dabo illi stellam matutinam. *id est corpus gloriosum dote claritatis refulgens.*

14 Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. *exponatur vt supra.*

MORALITER.

† 2 *Non mittam super vos aliud pondus.* per quod significatur pœna gehennæ grauissima.

3 *Tamen id quod habetis tenete.* id est in bono quod habetis perseuerate. *Et qui vicerit, &c.* sequitur.

9 *Dabo illi potestatê.* super gentes: qui interpretantur geniti tales significantur motus carnales, qui sunt confringendi virga ferrea, id est pœnitentia dura.

13 *Et dabo illi stellam matutinam.* idest Christum in præmium, qui dicit de seipso. infr. vlt. d. *Ego sum radix & genus Dauid, stella splêdida & matutina.*

CAP. III.

a ET *angelo ecclesiæ Sardis.* Sardis principium pulchritudinis qui primum nihil vel parum virtutis habet deinde turpis per vitia, vel hypocritæ qui extra pulchri, intus deformes. Vel principiû pulchritudinis est de mundo exisse.

✠ RICHARDVS. Quinto loco singularium admonitionum, Episcopus Sardis non sicut cæteri præmissi, de aliqua virtute, vel bona operatione laudatur: sed de ficta & simulata iustitia graui & dura animaduersione per sacram visionem redarguitur, & vt pœniteat misericorditer admonetur. Et quia in conspectu hominum quarundam virtutum & bonorum operum simulatione palliatus de foris apparebat, sed intus in côspectu Dei nulla veritate iustitiæ fultus erat: talis in principio describitur ei Christus qui omnia etiam occulta possit cognoscere, & qui potês sit eum quando reliquerit de peccato punire. Ait ergo. *Hæc dicit qui habet septem stellas.* quasi diceret. Tu qui te coram hominibus per hypocrisim bonum facis, sed in occulto me côtemnendo malus existis, dum audis habere septem spiritus Dei, me habere animaduerte, me per meam sapientiâ non solû manifesta sed occulta non solû opera sed & cogitationes spiritualiter penetrando videre. Et dum me audis habere septê stellas, intellige me ad puniendum te, & alios Episcopos si deliquerint, potentem esse.

CAP. III.

¶Principium pulchritudinis vel apta principio pulchritudinis.
a ET angelo ecclesiæ * Sardis scribe. Hæc dicit qui 1 2

(* quæ est)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

1 ET angelo eclesiæ Sardis. *Dicunt expositores aliqui, quòd iste fuit sanctus Melito, quem asserunt circa tempora illa fuisse Sardensem episcopum, & ibidem martyrio consummatum, hoc allegantes ex ecclesiasticæ historiæ. v. libro. xxiiij. cap. Sed salua eorum reuerentia hoc non habetur ibi, sed quòd fuit eunuchus, propter regnum cælorum castitatem conseruando: & quòd plenus spiritusancto in ciuitate Sardensium requiescit expectans aduentum domini. Et dabo quòd cum istis quæ ibi dicuntur de ipso, quòd fuerit martyr & episcopus, hoc tamen non est affirmandum eorum dictum sed magis ad contrarium: nam in textu subditur: Nomen habes quod viuas, & mortuus es. quod de tam sancto episcopo non videtur verificari: nec etiam de populo sibi subdito, quia culpa subditorum redundat in prælatum, & tempore sancti prælati solent in populo subdito vitia magis euitari, propter quod videtur melius dicendum, quòd fuerit alius episcopus Sardensis, qui non fuit tantæ sanctitatis: nâ tunc temporis sicut dictum est supra, frequenter episcopi mutabantur. Sic ergo proceditur: quia primo ponitur peccatorum reprehensio, secundo paucorum commendatio, ibi:* Sed habes. *Circa primum dicitur.*

2 Hæc dicit qui habet septem spiritus. *i. vniuersitatem angelorum sibi assistentem.*

MORALITER.

1 *Et angelo ecclesiæ.* quæ interpretatur princeps pulchritudinis: & significat hypocritam qui gloriatur in exteriori pulchritudine virtutis apparentis, ideo subditur.

A a *Scio opera tua.* Et scio, quòd in omnibus operibus tuis quæris humanam laudem.

✠ AVGVST. Audiuimus b. Iohannem, peccatorem hominem terribiliter increpantem: & ideo cum ingenti timore côsideremus & cum tremore timeamus quod dictum est: *Noui opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Nô moritur nisi mortale crimen cômiserit, secundum illud quod dictum est, *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Quod peius est, multi in corporib. viuis animas mortuas portare noscuntur. (Ezech.18.)

b *Esto vigilans.* Vel ideo vigila, quia licet sis mête immotus, vel in mente laudabilis, non es tamê perfectus nisi cæteros excites, vel non est satis Christum confiteri, nisi etiam opera feceris. († De pæ.d 2.c. si enim. ver. Iohannes) († Supr.2.c.)

B ✠ AMBROS. Vigilat qui semper bona opera exercet. Præcipitur ergo huic vt vigilet, id est, vt in charitatis operibus semetipsum exerceat: ne parua bona quæ adhuc videbatur habere, deperirêt. Quia sicut mortuû est sine anima, ita & nos si quælibet bona videamur habere, mortua sunt si charitas defuerit. Opera eius nô erât plena, sed vacua, quia charitate nô replebantur: vnde & quinque virgines fatuæ à consortio sponsi cælestis repulsæ sunt, quia oleû charitatis in vasis suis habere noluerût. (Matth.25.)

c *Non enim inuenio.* Dum sine charitate, vel pro laude, vel quia committit criminale.

d *In mente ergo habe.* Id est, recordare qualiter fidem Christi in baptismate perceperis: vbi promisisti renunciaturum te diabolo & omnibus pompis eius. Recordare etiam quod à doctorib. fidei Christianæ qualiter te viuere oportet, audiuisti: & serua quod audisti, & pœnitentiam age, eò quòd à bonis operibus tandiu torpuisti.

e *Audieris.* à sanctis patribus, quia, *qui in vno offendit, omnium reus est.* Vel receperunt mercedem suam. Vel *charitatem autem non habeam, nihil sum.* (Iacob.2.b. 1.Cor.13.b.)

f *Si vero non vigilaueris.* ✠ AMBROS. Id est ad bona opera agenda, temetipsum nô excitaueris, *veniam tanquam fur* Illi Dominus tanquam fur superuenit, vt eum per mortem ab hac mundana

C habitatione subtrahat, qui in prauitatibus suis requiescês, neque à vitiis vult abstinere, neque ipsam mortem ob oculos ponere: sicut Dominus dicit in Euangelio: *quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret.* D (Matth.24.)

g *Sed habes.* ✠ AMBROS. Ecce, discipuli pastori negligenti præponuntur, vt saltem in eorum imitatione proficeret. Sed mirû cur pauca nomina habere dicatur, & non paucos homines. Sed hoc ad excellentiam magnam alicuius sancti pertinet, cum eum Deus nominatim scire dicitur, sicut Moysi perfecto viro dicitur, *Noui te ex nomine.* Et in euangelio, Dominus proprias oues vocat nominatim. Isti ergo pauci quia voce Dei laudari merentur, non inquinauerunt vestimenta sua, id est, mûditiam quam in baptismo perceperût, sordibus vitiorum nô inquinauerunt. *Et ambulabunt in albis,* idest in bonis operib. *Qui vicerit, sic vestietur.* idest qui per pœnitentiam & lacrymas diabolum vicerit, & vitia omnia à se expulerit, eandem munditiam quam baptizatus possidet, & ipse consequetur. Hæc ideo dicit, vt & pastorem Sardis Ecclesiæ, & omnes etiam peccatores ad pœnitentiam prouocet. (Exod.3. Iohan.10. †1.The.5.c. 2.Petr.3.c.) E

h *Non inquinauerunt vestimenta sua.* vestem immortalitatis & innocentiæ, quas acceperunt in baptismo, vel sua bona opera.

i *Non delebo.* Delet reprobos, secundum illud: *Indurauit dominus cor Pharaonis.*

k *De libro vitæ.* Liber vitæ præscientia Dei est, in qua omnia côtinentur.

l *Confitebor nomen eius.* dicens: *Venite benedicti patris mei.* Vel hic, *Dedistis mihi manducare & bibere.* (Exo.10.g. Mat.25.c.)

✠ RICHARDVS. Episcopum Philadelphiæ visio cælestis alloquens in hoc sermone; laudibus iustitiæ attollit: nec de aliqua negligentia, vel culpa, sicut nec Episcopum Smyrnæ reprehendit. Promittit ei gratiam sapientiæ ad prædicandum, & aduersarios Iudæos se illi submissurum: & in hora tentationis suæ perfectionis auxilium Ad vltimum hortatur eum ad patientiam, ne perdat coronam. Ait autem, *Hæc dicit sanctus & verus.* Sanctus in bonitate, verus in promissione: qui eò quòd sanctus non peccat: & quia verus, nunquam mentitur. Et quia habet *clauem Dauid,* cui vult F

¶i.nosco. 1
a habet septem spiritus Dei, & septem stellas. Scio opera tua, 2
a ¶Quia qui in vno offendit omnium reus est. b ¶Id est solicitus de salute. 3
b quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Esto vigilans, 4
¶Vel reliqua. ¶Vigila dico, non enim. ¶Et ideo non sunt in beneplacito. 5
c & confirma cætera, quæ moritura erant. Nô enim inuenio 6
¶Et quia non sunt plena. ¶Incœpisti. 7
d opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe qua- 8 9
a ¶Opere comple. b ¶De hoc quod dimiseras. 10
e liter acceperis & audieris, & serua, & pœnitentiam age. † Si 11
¶Excæcando te. a ¶Vel spoliem & occidam. 12
f vero non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies 13
¶Contra te. ¶Quasi paucos nominatos. i. bonos qui nominatione digni sunt. 14
g qua hora veniam ad te. † Sed habes pauca nomina in Sardis 15
a ¶Criminali macula, vel factam maculam lachrymis deleuerunt. ¶Ideo. a ¶De virtute in virtutem.
h qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt me- 16
a ¶Sicut ego præcepi vel præuidi. ¶Et simililer de imitatoribus horum.
cum in albis, quia digni sunt. † Qui vicerit sic, vestietur ve- 17
¶i. similiter vestie. ve. al. a ¶Non subtraham gratiam. Minus dicit & plus intelligit.
i k stimentis albis, & nôn delebo nomen eius de libro vitæ, & 18
¶In beneplacito. ¶Et in gaudio angelorum.
l confitebor nomen eius corâ patre meo, & coram angelis 19

(-- meo)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et septem stellas. *id est, vniuersitatem episcoporum: vt dictum est suprà. j. ca.*

2 Scio opera tua. *quia nihil latet me.*

3 Quia nomen habes. *i. sanctitatem apparentem, & famam.*

4 Et mortuus es. *spiritualiter secundum veritatem.*

5 Esto vigilans. *ad cognitionem defectuum in te & tuo grege.*

6 Et confirma cætera. *i. tibi subditos verbo & exemplo.*

7 Quæ moritura erant. *Populus enim de facili ad peccata labi tur. nisi exemplo & verbo prælatorum sustentetur.*

8 Non enim inuenio opera tua plena. *id est perfecta, sed magis defectiua.*

9 In mente ergo habe. *scilicet doctrinam Christi per eius apostolos veros.*

10 Et serua. *opere adimplendo.*

11 Et pœnitentiam age. *de omissione bonorum, & commissione malorum.*

12 Si verò non vigilaueris. *i. diligens fueris circa dicta.*

13 Veniam ad te. *in morte.*

14 Tanquam fur. *quia nihil incertius hora mortis.*

15 Sed habes pauca. *Hic consequenter ponitur commendatio paucorum, cum dicitur:* Sed habes pauca nomina in Sardis qui non inquinauerunt. *q. multitudo subditorum tuorum maculata est per peccatum.*

16 Et ambulabunt mecum. *s. illi qui non sunt per peccatum maculati: & per albedinem vestis intelligitur stola gloriæ & immortalitatis. Et quia non est acceptio personarum apud Deum: ideo subditur.*

17 Qui vicerit sic. *q.d. non solum isti, sed quicunque vicerit mundum, carnem, & diabolum, stola gloriæ vestietur.*

18 Et non delebo, &c. *Est autê liber vitæ Dei prædestinatio, in quo nullus scriptus simpliciter deletur, quia finaliter saluabitur, dicitur tamen deleri secundum quid, quando cadit à iustitia: & rescribi, gratia recuperata.* (Liber vitæ quid)

19 Et confitebor nomen eius, *i. quòd verè sit Christianus.*

MORALITER.

† 3 *Quia nomen habes, &c.* vita gratiæ.

4 *Et mortuus es.* morte culpæ.

5 *Esto vigilans.* vt possis resurgere.

8 *Non enim inuenio.* sed vacua merito. nam de talibus dicitur Mat. vj. a. *Amen dico vobis recepe. mercedem suam.*

9 *In mente ergo habe.* s. à Deo bona naturæ, & bona gratiæ, gratis datæ: & bona fortunæ. qu. di. ista non accepisti vt inde seruias mundo, carni, vel diabolo, sed Deo tuo.

12 *Si verò non vigilaueris.* oppressus graui somno peccatorum.

13 *Veniam ad te.* i. subito te auferam de præsenti mundo, & tunc nô poteris mundari de peccato. Sed quia inter malos sunt semper aliqui boni: nam ecclesia est quasi sagena nondum ad litus maris tracta, habens pisces malos cum bonis admixtos. ideo sequitur.

15 *Sed habes pauca nomina Sardis.* id est paucas personas ab hypocrisi mundas.

16 *Et ambul.* impugnatores enim eiusdê ambulabunt simul. Christus autem vitium hypocrisis multipliciter impugnauit, vt patet ex euâgelij decursu, propter quod illi qui impugnant hoc vitium à seipsis vel ab aliis repellendo, digni sunt ambulare cum Christo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mysteria sapientiæ aperit & largitur. Crede ergo potentem in exhibendis promissis.

✠ ANDREAS. Dauidicæ clauis appellatione eiusdem regnum designatur quandoquidem clauis inter potestatis symbola censeri solet. Clauis rursum libri psalmorum, omnisque prophetiæ, est Spiritus sanctus. Per hunc enim omnes cogitationis thesauri aperiuntur. Et quidem priorem clauem accepit Christus vt homo: posteriorem autem vt sempiternus Deus naturaliter obtinet.

Ioh.14.b. a *Hæc dicit.* Quasi dicat, labora de conuersione fratru sicut cœpisti: quia in eo quod promisi, *quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*: sum verax in promissis. vnde scire potestis quòd multos congregabo vobis sicut desideratis.

b *Claudit.* Vt quæramus, *aperit*, vt inueniamus, vt inquisitor fructum accipiat sudoris sui, & largitor gratias suæ bonitatis habeat,

c *Ecce dedi coram te.* Merito dedi, quia apertè non poterashabere per te, quia modicam habes virtutem.

Act.4.b. d *Ostium.* Corda hominum prius dura. Vel scripturas obscuras. Vel, meipsum qui sum verum ostium ad vitã, vnde discipuli prohibiti loqui & cæsi dixerunt: *Non possumus quæ vidimus non eloqui.*

Luc.24. ✠ PRIMASIVS. Ostium quod Christus aperit tunc reserari Ecclesiæ cœpit, quando discipulis sensum aperuit, vt intelligerent scripturas. Hoc nullius vnquam vi præcluditur, quod illis prædicantibus per totum mundum iam panditur. Vnde Apostolus: *Ostium nobis*, inquit, *apertum est magnum in Domino, & aduersarij multi.*

1.Cor.16. e *Ecce dabo de synagoga.* ✠ ANDREAS. Confessionis mercedem, qua confessus es nomen meum Iudæorum conuersionem & pœnitentiam feres inquit, Procident hi namque ad pedes tuos, enixéque vt ad me adducantur, mentisque illuminationem consequantur abste petent: de cætero non iam in aperto, sed abscondito cordis Iudæi futuri.

eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. 1

a ¶Amor fratris, vel salutans hæreditatem.

a Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe: † Hæc dicit sanctus 2 3

¶Carnem de Dauid, sed & de Adam non noluam, merito cuius omnia bona. a ¶ Corda ad fidem vel scripturas. b ¶Ante porcos, qui conculcarent. ¶Subtrahendo gratiam.

b & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo clau- 4 5

¶Approbo. ¶Bona. ¶Ecce scilicet.

c dit, claudit & nemo aperit: Scio opera tua. Ecce dedi coram 6 7

d te ostium apertum, quod nemo potest claudere, quia mo- 8

a ¶Non superbam, vel comparatione futuræ vbi nullus labor. ¶In angustiis. 9

dicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & nó ne- 10

¶Et quia talibus. a ¶In sexta visione loquitur de conuersione angelorum. 11

e gasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga sathanæ qui 12

¶Quomodo dabo. 13

f dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce fa- 14

g 15

a ¶ Ad fidem. b ¶Veneretur vt Ioseph adorauerunt fratres sui.

h ciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & scient 16

k quia ego dilexi te. Quoniã seruasti verbum patientiæ meę, 17

¶Quia seruasti.

l & ego seruabo te ab hora tentationis quæ vẽtura est in or- 18

✠ PRIMASIVS. Hoc nouum ecclesiæ tantum Philadelphiæ tunc promissit: reliquũ enim tempus & præcipue illud circa finem mundi prænunciat, quando Iudæi in Christum credentes eius ecclesiæ subiugantur, quæ veraciter dicit: *Mihi alienigenæ subditi sient.* Nam & de Iudæis Apostolus dicit: *quia cæcitas ex parte Israel contigit, donec plenitudo gentium subintroiret, & sic omnis Israel saluus fieret.*

† Ioh.12.c. Isa.22.f. Psal.56,

f *Iudæos.* Hoc nomẽ perdiderunt dum de Christo dixerunt: *Hũc nescimus.* Ioh.9.b,

g *Mentiuntur.* Nitũtur comprobare veracibus & quibusdam simulationibus.

h *Ecce faciam illos vt veniant*, Parati imitari opera tua per similitudinem humilitatis suæ.

i *Scient.* Extra positi non crediderunt Deum diligere ecclesiam quam permittebat affligi, quòd nunc faciẽt fidem dilectionis, id est, certitudinem ne succumbatis, quia venio ad remunerandum.

k *Seruasti verbum patientiæ meæ* Præceptum de patientia quod in me ostendi, orans pro persecutoribus.

l *Abhora tentationis, &c.* s. vel generalis persecutionis in Christianos statim post Neronẽ futuræ, vel vltimo tẽpore Antichristi.

✠ ANDREAS. Tentationis horam aut sæuam imperatorum tyrannorum Romanorum aduersus Christianos persecutionem appellat: (ea enim iam tum præ foribus vrgebat) à qua se illum liberaturum respondet: aut eam certè tempestatem, quam

☞ Anti-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. *exponatur vt supra.*

2 Et angelo Philadelphiæ. *Dicunt expositores communiter quòd iste fuit Quadratus, de quo dicitur .iij. Ecclesiasticæ historiæ lib. .iij. c. quòd fuit homo sacris literis valde intelligens, & multa scripsit ad fidei Christi declarationem & infidelium cõfutationem. Sic ergo procedit: quia primò ponitur eius commendatio, secundò per ipsum infidelium conuersio, ibi:* Ecce dabo. *tertio promissio, ibi:* Qui vicerit.

C *Circa primum dicitur.*

3 Hæc dicit sanctus & verus. *i. Christus qui est sanctum sanctorum. Dan.ix & ipsa veritas Ioh.xiiij.* Ego sum via veritas & vita.

4 Qui habet clauem Dauid. *id est, potestatem aperiendi intellectum scripturarum, Luc.xxiiij.e.* Aperuit illis sensum, &c.

5 Qui aperit & nemo claudit. *quia nullus potest impedire ab intellectu scripturarum eos quos vult erudire, nec aliquis potest eas intelligere, nisi ipso reserante.*

6 Scio opera tua. *id est approbo.*

7 Ecce dedi coram te ostium apertum. *ad scripturas intelligendum, vt prædictum est.*

8 Quod nemo potest claudere. *i. te impedire à doctrinæ veritate.*

9 Quia modicam habes virtutem. *q. d. quia non dedi tibi gratiam miraculorum sicut multis aliis episcopis illius temporis, recompensatiue ibi intellectu sacrarum scripturarum excellenti.*

10 Et seruasti verbum meum. *opere & doctrina.*

11 Et non negasti nomen meum. *in persecutione fidelium.*

12 Ecce dabo. *Hic ponitur consequenter infidelium conuersio per ipsum: in diœcesi enim sua multi habitabant Iudæi, quorum plures per eius doctrinam fuerunt cõuersi, & hoc est quod dicitur:* Ecce ego dabo de synagoga Sathanæ. *id est, aliquos de Iudæis quorum congregatio dicitur synagoga Sathanæ pro illo tempore, quia post resurrectionẽ Christi, & ascensionem ad cælos, & prædicationem apostolorum manebant in infidelitate.*

F

13 Qui dicunt se Iudæos esse. *Hebræi enim vocati sunt Iudæi à patriarcha, à quo descendit Christus secundum carnem & ideo postquam negauerunt Christum, non remansit in eis vesbuius nominis, sed in Christianis confitentibus Christum de tribu Iudæ venisse, circuncisi spiritu, & non carne, secundum quòd dicitur Ro.iij d.* Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est & circuncisio cordis in spiritu, non litera.

14 Ecce faciam illos vt veniant, &c. *quia plures de Iudæis, vt dictum est, conuersi fuerunt ad Christum humiliantes se coram eo, & eius ministro Quadrato.*

15 Et scient. *per illuminationem fidei.*

16 Quia ego dilexi te. *promouendo non solum ad fidem catholicam, sed etiam ad episcopalem dignitatem.*

17 Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ. *verbo & opere.*

18 Et ego seruabo te ab hora tentatio. *per imperatores Romanos*

✠ *dominantes*

MORALITER.

✠ 2 *Et angelo Philadelphiæ.* quæ interpretatur saluans adhærente domino, ideo per ipsam significatur humilitas vera, quę est custos virtutum, & per cõsequens salus Deo adhærentium. propter quod humilibus dicitur: *Hæc dicit sanctus & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit.* humilibus sua secreta. *Et claudit.* ea arrogantibus, Matt.xj d. *Confiteor tibi domine pater cæli & terræ, quia abscondisti hæc, &c.*

6 *Scio opera tua.* id est approbo.

7 *Ecce dedi coram te ostium apertum.* scilicet gloriæ, quod superbis clauditur.

9 *Quia modicam habes virtutem.* secundum tuam opinionem, sed realiter magnam: quia verè humiles parum aut nihil virtutis sentiunt de seipsis, Luc.xvij.c. *Cum omnia bene feceritis, dicite, serui inutiles sumus.*

12 *Ecce dabo de synagoga Sathanæ.* de malis Christianis & superbis eos ad tuam humilitatem conuertendo. Ideo sequitur.

14 *Ecce faciam illos vt veniant, & adorent, &c.* & iam venit.

✠ nam

Antichristus sub finem seculi, contra Christi fideles per vniuersum mundum excitabit. Ex qua Christus Dominus sectatores suos, ne supra vires tententur, esse ereptum promittit, siue per corporis dissolutionem ante illud tempus à medio illos tollat, siue alia via & ratione ab impendenti periculo eosdem eripiat.

✠ AMBROSIVS. Vel hora tentationis die iudicij significat. Tentationem autẽ pro manifestatione posuit, quia singulorum facta omnibus manifestabuntur. A qua hora tentationis, nos & omnes electos suos Dominus saluabit.

† vt teneat

a bem vniuersum † tentare habitantes in terra. Ecce venio 1

a ¶ Et ideo tene interim quod habes scilicet fidem & opera.

b

c cito. Tene quod hãbes, vt nemo accipiat coronam tuam. 2 3

¶ Quia.

d Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, 4

¶ Non patiar eum amplius discedere. a ¶ Plus quàm mens hominis capiat. 5

e & foras non egredietur amplius. Et scribam super eum 6

f a ¶ Quod animo do erit Deus. ¶ Ciuitas Dei vocabitur munitus virtutibus. 7 8

g nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ie- 9

a ¶ Quia Deus mittit omnes virtutes. b ¶ i. Christianus. i. vacuus gratia.

h rusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nõ- 10

a ¶ Quia nihil habet de Adam.

men meum nouum. Qui habet aurem, audiat quid spiri- 11

a ¶ Laodicia interpretatur vomitus, vel tribus amabilis.

i tus dicat ecclesiis. Et angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe: 12

Tenentes habitantes in terra. Sicut in sequẽtibus sexto sæpius ordine, sic & hic in sexto angelo nouissima designatur persecutio, in qua quidam Iudeorum sunt decipiendi: quidam Elię monitis legem spiritualiter impleturi, hostem creduntur victuri.

B

b *Ecce venio cito.* Tentatio verò veniet, sed ne succumbatis, quia venio ad remunerandum.

c *Tene quod habes &c.* ✠ RICHARDVS. Quia in tribulatione positus erat, vt potè, in medio nationis infidelis prauæ & peruersæ, & tentationẽ esse venturam audiebat, rectè ne in pressuris deficiat, se citò venturum, videlicet ad remunerandum denũciat. quasi dicat, Viriliter omnem sustine tribulationem pro me: quia ecce citò venio ad remunerationem. *Tene quod habes.* fidem scilicet & bona opera: & in eis perseuera: ne si non habueris perseuerantiam, alius accipiat coronam tuam. Cùm enim sit Deo certus suorum numerus, quando alius per culpam labitur, alius per misericordiam subinducitur: vt in loco vnde lapsi sunt dæmones, ascendant homines: & in cultum diuinum quem Iudæa reliquit, Gentilitas introiuit.

✠ PRIMASIVS. Hic electorum numerum stupenda consideratione cognoscimus: ostendens huic numero nec addi quẽquam posse, nec minui: cùm sic istum propriam coronam dicit amittere, vt alius eam perceperus accedat. Vnde intelligitur nec aliũ posse succedere, si quod ille tenuit, perseueranti fide custodiat. Sic etiam Iudæorum ælatio est frustrata, qui de stirpe Abrahæ gloriabantur. *Potens enim est Deus*, inquit, *de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, certa promissio maneret ex munere, & gloriatio carnalis vacuaretur in genere.

Matth.3.

✠ HAYMO. In hac sententia ostenditur, quoniam remuneratio quæ superbientibus aliquibus iusto Dei iudicio auferetur, aliis misericorditer tribuitur. Ideo videndum est vnicuique qui stat,

C

stat ne vel superbiendo, vel alio quolibet modo cadat, ne alius coronam eius accipiat.

D

✠ CYPRIANVS. Quamdiu Salomon in viis Domini ambulauit, tandiu gratiam Domini obtinuit: postquam dereliquit Domini viam, perdidit & gratiam. Et ideo scriptum est: *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Quod vtique Dominus non minaretur, auferri posse coronam iustitiæ, nisi quia recedẽte iustitia, recedat necesse est & corona.

L. de vnit. Eccle. 3.Reg. 11.

d *Columnam in templo.* Firmum in se & sustentantem alios verbo & exemplo.

e *Non egredietur.* Cũ sit Deo certus numerus suorum, si quis labitur, alius misericordia eius subinducitur, sicut per superbiam Iudæorum Gentilitas subintrauit. Filius iunior, id est, Gẽtilium populus exierat, sed morte vituli saginati, id est, cruore Christi reconciliatus non exibit amplius.

f *Et scribam super eum, &c.* ✠ ANDREAS. In corde inquit, eiusmodi columnæ, diuini nominis supernæque Hierusalem notitiam inscribam: quo pulchritudinem, quæ in ipsa existit, spiritalibus oculis considerent. Et nomen itidem nouum meum, quod in futuro seculo inter sanctos percelebre erit. Verbum autẽ posteaquam citra vllam sui mutationem caro semel nostra causſa esse ctum est, susceptę humanitati sermonem admetiens, humanóque more loquens, cœlestem patrem Deum appellat suum. Hierusalem autem à supernis descendere dicitur, siquidem diuina cognitio ab Angelis exorsa, certo quodam ordine ad homines vsque perrigit. Per Christum namque caput nostrum hi & illi inter se inuicem aperi sunt.

E

g *Nouæ.* Vbi nihil vetustatis, sed plena visio pacis.

h *De cœlo.* de conformitate cœlestium creaturarum.

i *Et angelo Laodiciæ, &c.* ✠ RICHAR. Episcopũ Laodiciæ septimo loco singularum admonitionum, & visionis primæ sacra visio ponit: & eum de lepore, & arrogantia, & iactantia, & penuria virtutum & operum iustitiæ grauiter reprehendit, admonens ad pœnitentiam: & pœnitenti de scelere promittit indulgentiam. Rectè igitur Christus à quo de omnibus his redarguitur, fidelis & verus in principio sermonis illi præscribitur, qui non possit mentiri: & principium creaturæ Dei conuenienter denunciatur, sine quo iustitia non possit haberi: vt eum fidelem, & verum, & principium boni increpantem se audiret, ad semetipsum

F

citius rediret.

☞ Hæc

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *dominantes tori orbi & vbique fidem catholicam persequentes. Sed contra hoc videtur: nam ista persecutio iam fuerat sub duobus imperatoribus, scilicet Nerone & Domitiano, vt habetur in legenda beati Iohannis euangelistæ, qui de præcepto Domitiani fuit missus in exilio in insulam quæ dicitur Pathmos, in qua scripsit hunc librum, & eodem anno Domitianus interfectus fuit. Dicendum, quòd licet persecutio Christianorum per istos imperatores transisset, tamen maior erat futura per aliquos alios sequentes. de qua loquitur hic Iohannes per modum futuri, & antequam veniret iste fuit assumptus à domino. Ideo subditur:*

1 Ecce venio cito. *id te accipiendum.*

2 Tene quod habes. *id est, gratiam tibi datam.*

3 Vt nemo accipiat. *Cadentibus enim aliquibus à iustitia, in præsentia alij eis surrogantur, sicut patet in legenda .xl. martyrũ. quia vno ex eis cadente, clauicularius surrogatus fuit, & eius coronam accepit.*

4 Qui vicerit. *Hic consequenter ponitur præmij promissio. istud tamen præmium videtur esse augmentum gratiæ in præsenti tempore. Dicit igitur:* Qui vicerit, *malignum.*

5 Faciam illum columnam. *id est, fortem & potentem in fide, non solum pro se, sed etiam pro aliis confortandis & sustentandis. secundum hunc modum Petrus & Iohannes & Iacobus columnæ dicuntur, ad Ga-*

MORALITER.

nam omni hora diabolus insidiatur fidelibus, vt eos perturbet.

4 *Qui vicerit faciã illũ columnã in templo Dei mei.* id est firmũ & stabilem in gloria. de cuius ratione est securitas. Ideo subditur:

7 *Et foras non egredietur amplius. Et scribam.* quia conscriptus erit inter ciues cœlestes.

12 *Et angelo Lao* quæ interpretatur, fluit in vomitu: & significat acidiosum, qui ingressus religionẽ ex hoc reputat se saluatũ. Sicut

✠ ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ☞ a *Hæc dicit amen,&c.* ✠ IVSTINVS Martyr. Post preces, & eucharistiam totus cœtus Christianorum accinit: Amen Et vox Hebraica lingua significat idem quod Fiat. (Apolog. 2.)

✠ AMBROS. Amen, vere, siue fideliter interpretatur. Quod est amen, hoc est, & testis fidelis & verus. Non ideo se principium creaturæ Dei dicit, quod ipse sit creatura, sed quod ab ipso omnia sint creata, vt potè architectus fecit domũ: si interrogaueris, quis fuerit principium domus, dicetur tibi: Artifex, qui eam prius mẽte cõcepit, & postea ædificauit. (B)

b *Testis*. eorum quæ audiuit à patre intrepidus. Vel, cui fides est adhibenda in omnibus Vel, testis operũ nostrorum apud patrẽ.

c *Et verus*. Veritas est, quia per eum promissa patris complentur.

a ¶ In omnibus verbis.
a Hæc dicit Amen testis fidelis & verus, qui est principium
b a ¶ Primæ creationis vel recreationis. b ¶ Non me latent.
c creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque
d ¶ Non iugis desiderio. a ¶ Quia spes est de frigidis maior. b ¶ Torpens.
e † calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepi- († feruidus.)
a ¶ Excommunicando. b ¶ De consortio sanctorum remouere.
f dus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex
g a ¶ Per prædicatores meos in quibus loquor. b ¶ Et ibi repletus virtutibus.
h ore meo: quia dicis quod diues sum & locupletatus, &
a ¶ Et ego ex parte mea addidi. b ¶ Cum per ignorantiam tuam pereas.
nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis &
a ¶ Ab operibus virtutis. b ¶ Quia vicia non recognoscis. c ¶ A virtutibus in animo. d ¶ Sed misericordiam non denego e ¶ Fructum pœnitentiæ.
i pauper & cæcus & nudus. Suadeo tibi emere à me
a ¶ Meipsum vel charitatem. b ¶ In igne positum vel ignientem. c ¶ Igne tribulationis. d ¶ Operibus virtutum.
aurum ignitum † probatum, vt locuples fias, & († ex igne.)

d *Neque frigidus es neque calidus*. quia neque omnino fidẽ ignoras neque apertè negas acceptam.

e *Vtinam frigidus*. Non optat eum frigidum simpliciter, sed talem de quo maior spes habetur.

✠ AMBROSIVS. Frigidus non erat, quia quamuis opera fidei non haberet, sola fide se iustum existimabat. Calidus non erat, quia charitas illi deerat, *Vtinam frigidus esses, aut calidus*: id est, vtinam aut charitate ferueres: aut te peccatorẽ sicut es, existimares, vt per timorem ignis æterni & pœnitentiam ad bona opera agenda impellereris. (C)

✠ SALVIANVS. Vel hoc est dicere. Vtinam aut calorem aut fidem bonorum haberes Christianorũ: aut certè frigus & ignorantiam paganorum. Aut enim fides te calida Deo insinuaret, aut certè ad præsens adhuc legis ignorantia te excusaret. Nunc autem quia Christum iam agnouisti, & negligis quem agnouisti, qui susceptus es quasi intra os Dei per fidei agnitionem, proiicieris per teporem. (D; L. 4. de prouid.)

✠ HIERON. Qui inter vitia atque virtutes, medius fluctuat, & duplici corde accedit ad virtutem Dei, iste rectissimè vocatur betasemicocta, adquẽ & in Apocalypsi Ioannis loquitur Deus: *Vtinam aut calidus esses, aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, euomam te.* Qui tepidi & dormientes, pleni sunt furoris Domini, &c. (In cap. 51. Isaiæ.) (E)

f *Incipiam te euomere.* Rem mirabilem dictu tus, quòd tepidi excommunicandi essent, quia ab hominibus boni credebantur, dicit se veracem in omnibus, vt in hoc sibi credatur, & si illi resipiscere voluerint, promittit conseruationem, quia dedit primam fidem.

g *Ex ore meo.* De ore euomitur qui in deteriora præcipitatur, vel qui impœnitens moritur.

h *Diues sum.* purgatur in baptismo. Vel, diues scientiæ diuinæ. Vel secularis.

i *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum.* Quia talia opera non producunt ad salutem. (F)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *scribit episcopo Laodicensi, quem aliqui expositores asserunt fuisse sanctũ* * *Segarem, hoc allegantes ex v. libro Ecclesiasticæ historiæ, xxiij. ca. Sed salua eorum reuerentia non nominatur ibi episcopus, sed sacerdos & martyr. & ibi dicitur quod Laodiciæ requiescit. plures autem alij ibidem nominati sub nomine episcopi exprimuntur. Dato tamen, quod fuerit Laodiciæ episcopus, non habetur propter hoc propositum, sed magis vt videtur oppositum, nam illud quod sequitur in textu:* Quia tepidus es & non calidus, nec frigidus, incipiam te euomere ex ore meo, *non videtur conuenienter sibi applicari, quia ex feruore charitatis obtinuit palmam martyrij. nec etiam populo sibi subiecto, rationibus prædictis in consimilibus articulis. Ideo saluo meliori iudicio dico, quòd fuit alius minoris perfectionis existens. Tunc enim vt prædictum est, sancti episcopi frequenter occidebantur, vel in exilium mittebantur, & succedebant eis alij minus deuoti. Sic ergo proceditur, quia primò ponitur culpæ reprehensio. secundò salubris monitio, ibi:* Suadeo tibi. *tertiò præmij promissio, ibi:* Qui vicerit. *Circa primum dicitur:* (Euseb l. 5. c.24 vocat Sagarem.)

1 Hæc dicit Amen. *aduerbium est Hebraicum, & signat idem quod verè: propter quod attribuitur Christo, qui dicit de seipso Iohan. xiiij. a.* Ego sum via veritas & vita.
2 Testis fidelis. *paternæ maiestatis. secundũ quod dicitur Iohan. iij. b.* Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur.
3 Qui est principium creaturæ Dei. Nam omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Iohan. j a.
4 Scio opera tua. *esse supple, imperfecta. ideo subditur:*
5 Quia neque frigidus es. *deuitans transgreßiones pœnæ timore.*
6 Neque calidus. *id est implens præcepta mea feruore charitatis.*
7 Sed quia tepidus es. *id est, tardus ad bonum, acidiosus & odiosus.*
8 Incipiam te euomere. *id est, à me ter eijcere, sicut quid abominabile. nam ociositas omnium vitiorum est sentina.*
9 Quia dicis. *te falso iactando de meritis.*
10 Quòd diues sum. *scientia & virtute.*
11 Et locupletatus. *ex exercitio doctrinæ.*
12 Et nullius egeo. *id est, doceri ab aliquo.*
13 Et nescis quia tu es miser. *per carentiam gratiæ.*
14 Et miserabilis *per reatum pœnæ.*
15 Et pauper. *bonis spiritualibus.*
16 Et cæcus. *quia non vides tuos defectus.*
17 Et nudus. *id est, virtutibus spoliatus.*
18 Suadeo tibi. *Hic consequenter ponitur salubris monitio, cum dicitur.* Suadeo tibi emere. *operibus bonis.*
19 Aurum ignitum. *id est, sapientiam charitate accensa, aliter inflaret per superbiam. Sed contra hoc dictum videtur Apostolus dicere Rom. xj. a.* Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. *Charitas autem idem est cum gratia, vel ei inseparabiliter annexa, & per consequens non emitur per opera. Dicendum, quod gratia vno modo accipitur pro habitu animam gratam faciẽte Deo. Alio modo pro motione diuina qua mouet animam ad bonum supernaturale, sicut motione generali mouet omnia ad bona sibi connaturalia. Similiter meritum dupliciter accipitur. vno modo pro merito condigni. alio modo pro merito congrui. Si autẽ accipiatur gratia primo modo & omnino prima, sic non cadit sub merito condigni, & sic intelligitur dictum Apostoli præallegatum, tamen habens gratiam primam ex operibus meretur de condigno eius augmentationem. prima tamen gratia bene cadit sub merito congrui, quia si homo faciat quod in se est se disponendo ad gratiam, congruum est quòd Deus illi infundat eam, si autem accipiatur secundo modo, sic non cadit sub merito, sed præcedit omne meritum condigni & congrui: talis enim influxus diuinus communiter fit omnibus hominibus, quandiu sunt in vita præsenti. sed aliqui sequuntur hunc influxum per conatum liberi arbitrij se disponentes ad supernaturale bonum, & sic merentur de congruo gratiam habitualem sibi infundi à Deo, & per eam eius augmentationem de condigno, alij verò non sequuntur. propter quod demerentur sibiipsis relinqui vlterius & in peccata labi per defectibilitatem liberi arbitrij. Sequitur.*
20 Vt locuples fias. *diuitiis spiritualibus.*

MORALITER.

✝ ille episcopus Laodicensis dicebat fidem sine operibus sufficere ad salutem, & sic nec frigus timoris, nec calor charitatis eum excitant ad bonum opus, propter quod abominabilis est Deo & angelis eius, & per consequens de consortio sanctorum euomendus.

10 *Quòd diues sum & locupletatus.* in spiritualibus, eo quòd habes habitum religiosum.
13 *Et nescis quia miser es.* priuatus bonis spiritualibus, magis quàm secularis etiam malus, cæteris tamen paribus.
18 *Suadeo tibi à me emere.* per exercitationem in bono opere.
19 *Aurum ignitum.* id est, charitatis incendium.

A ☞ a *Non appareat confusio.* Melius est hic erubescere coram paucis, quam in futuro coram omnibus. Vel non dimittam pro erubescentia.

✠ AVGVST. Sicut magnam arborem virere, & fructum non reddere nihil prodest, sic nihil prodest Christianum dici, & Christiana opera non habere: & ideo dicit. *Consulo tibi à me emere aurum conflatum*: id est, contende, vt pro nomine Christi aliquid patiaris. *Et collyrio inunge oculos tuos*: vt quod libenter per scripturas cognoscis, opere impleas.

✠ ANDREAS. Si ditescere lubet, à me, inquit, qui veras stabilesque opes largior, feruẽti desiderio, volentique animo ignitum aurum emito: nẽpe sacræ doctrinæ verbum igne exploratum splẽdidumque redditum. (B) Per hoc enim cordi tuo eiusmodi thesaurus obtinget, qui nec violari, nec diripi facilè poterit. Vestierisque splendida virtutum stola, qua nuditas quam ex peccato contraxeras, contegetur Per collyrium autem innuere videtur externarum rerum penuriam, munerumque despicientiam. Nam si dona videntium oculos excæcant, omnino munerum contemptio hos aperiet.

a ¶ Ipsis virtutibus.
a & vestimentis albis induaris, † vt non appareat confusio
¶ A virtutibus.
b nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos, vt videas. †
a ¶ Causa præmissa. b ¶ Facio cognoscere peccatum. c ¶ Castos reddo. d ¶ Quos vides pati aduersa.
c Ego quos amo, arguo & castigo. Æmulare ergo & pœni-
a ¶ De tepiditate. ¶ Et debes agere. b ¶ Cor clausum. c ¶ Increpo.
d tentiam age. Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit
¶ Intelligendo. ¶ Ad opus faciendum. a ¶ Per veram fidem. b ¶ In secreto cordis.
vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad il-
a ¶ Per gratiæ infusionem. b ¶ Quia fide & opere eius delectabor. ¶ Per eiusdem iustificationem. c ¶ Quia ipse lætabitur de meo auxilio. s. per bonæ conscientiæ iucunditatem. b ¶ Quid plura?
lum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo
a ¶ Per quem iudiciaria potestas. ¶ scilicet non solum priuilegiali dignitate, sed etiam charitatis & voluntatis vniformitate.
e ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi
f cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem audiat,
quid spiritus dicat ecclesiis.

b *Collyrio.* Oculi, vt videamus inunguntur, cum ad cognoscendum veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. *Collyrio in. Præceptum domini illuminans oculos.* Vel inunge dono spiritus sancti mentem quam terrena concluserant. (Psal. 18. c.)

c *Ego quos amo &c.* ✠ ANDREAS. Papæ: quanta Dei clementia? quanta suauitate & benignitate reprehensionem temperat?

✠ CYPRIANVS. Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat nec comprimit delicta, ille, sed nutrit: At qui consiliis fortioribus redarguit, simulatque instruit fratrem, promouet ad salutem. (L. de lapsis.) (C) *Quos diligo*, inquit Dominus, *redarguo & castigo.* Sic oportet & Dei sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus prouidere. (D)

✠ HIERONYMVS. Magna ira quando nobis peccantibus non irascitur Deus. (Episto. ad Castrutiũ.)

✠ HAYMON Multis modis Deus omnipotens arguit & castigat quos amat: ideoque libenter eius toleranda sunt verba & verbera. Hinc per Salomonẽ dicitur: *Quem diligit Dominus corrigit: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Econtrario reprobos in suis voluptatibus remanere permittit, iuxta illud: *Dimisi eos secundum desidera cordis eorum.* († 49 dist. c. hinc etenim. † Pro. 3. b. Gene. 1.. Prouer. 3. E Psal. 8.)

d *Ecce ego sto ad ostiũ & pulso. Si quis audierit &c.* Expecto vel inspiro, vel per prædicatores voco.

✠ AMBROSIVS. Pulsat Dominus ad ostium nostrum, cùm per scripturam diuinam quotidie nos admonet, vt vitia relinquẽtes, ad bona opera agenda conuertamur. Vocem eius audimus, & ianuam aperimus, cùm mandata eius tota mentis intentione suscipimus Ad nos verò intrat, cùm de nostris profectibus gaudet. Cœnamus nos cum illo, cùm de spe cœlestis gloriæ exultamus.

e *Sedere mecum in trhono meo.* Iudicare in illis in quibus sedeo & iudico. Hæc de prælatis, & per prælatos de subditis.

✠ PRIMASIVS. Confessorem, participem potestatis dicit atque iudicij, de qua Ioannes: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Et: *Sedebitis mecum in duodecim thronis, iudicantes duodecim tribus Israel.* (Iohan. 1. Matth. 19.)

f *Sicut & ego vici & sedi, cum patre meo in throno eius.* Quia victoria & sessio eius est causa victoriæ & sessionis eorum. (F)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et vestimentis albis induaris. *id est, virtutibus.*
2 Vt non appareat confusio nuditatis tuæ: *coram Deo & angelis sanctis.*
3 Et collyrio inunge oculos tuos, vt videas. *id est, gratia spiritus sancti qui illuminat oculos mentis. Dicunt autem:* Inunge. *quia licet gratia sit à solo Deo data, tamen in potestate hominis est vt sibi detur, quia potest se ad eam disponere modo dicto.*
4 Ego quos amo arguo & castigo. *sicut pater filios dilectos.*
5 Aemulare ergo. *id est, imitare bonos.*
6 Et pœnitentiam age. *de peccatis perpetratis.*
7 Ecce sto ad ostium. *cordis humani.*
8 Et pulso. *ad bonum supernaturale monendo.*
9 Si quis audierit vocem meam. *monitioni meæ consentiendo.*
10 Et aperuerit mihi ianuam. *per conatum liberi arbitrij ad bonum.*
11 Introibo ad illum. *scilicet per gratiam gratum facientem habitando in illo.*
12 Et cœnabo cum illo, & ipse mecum. *Nam Deus in tali homine delectatur, & ipse in Deo.*
13 Qui vicerit. *Hic vltimo ponitur præmij promissio, cum dicitur:* Qui vicerit. *insultus mundi, carnis, & diaboli.*
14 Dabo ei sedere mecum in throno meo. *id est, quietem in cœlesti regno.*
15 Sicut & ego vici. *per passionem meam.*
16 Et sedi cum patre meo in throno eius. *Marci vltimo d. Assumptus est in cœlum & sedet à dextris Dei.*
17 Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. *Exponitur vt supra.*

MORALITER.

✝ 2 *Vt non appareat confusio.* in iudicio finali.
3 *Et collyrio inunge.* id est studio sacræ scripturæ, quod illuminat intellectum.
5 *Aemulare ergo.* id est, imitare bonos, Cætera patent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IIII.

Ost hæc vidi ✠ Richardvs. Præcedens visio maiora & spleniora quàm reliqua, continet documenta: vtpote quæ ad vnius regionis videlicet Asiæ specialiter missa est correptionem. Istæ verò quæ sequuntur, longè maiora, obscuriora, & sublimiora continent sacramenta: sicut quæ ad vniuersã generaliter Ecclesiæ pertinent eruditionẽ. Vnde in huius sanctæ visionis ingressu sancto Theologo rectè dicitur: *Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.* Liquet ex eo q̃ dicitur, *Ascende*, Excellentiora esse ea quæ visurus erat, quàm ea quæ viderat. Agitautem ista visio, de Sedente in throno. De libro septem sigillis signato: & de agno librum aperiente. Describit etiam multiplices sanctæ Ecclesiæ vsque in finem tribulationes, & sequentes beatitudinis retributiones: vt electi ex auditu tribulationum, contra eas præmuniantur: & ex promissione retributionum robustiores efficiantur

B Hæc visio de reuelatione mysteriorum, Correctos enim cõpetenter sequitur secretorum reuelatio. Hæc visio potest appellari reuelatio mysteriorum, quæ spiritu aperiuntur.

a *Post hæc vidi.* In hac secunda visione agit de sedente in throno, & de ornatu eius & de agno aperiente librum, id est, diuinam dispositionem de reparatione humani generis, & de soluente. 7. sigilla. id est, obscuritates, vt cum viderimus Deum tantam intelligentiam scripturarum impendisse hominibus, grati ei simus, ne pro eo pati formidemus.

Visio hæc non prima, sed secunda ponitur, quia iam suos inuitat ad tribulationes, quas non valent pati, nisi neglecta prius correguntur, quod fuit in prima correctione. Fere hæc tota visio de fidelibus vltimis agit quod multum valet ad animationem præsentium, pauca etiam de his inducit qui ante incarnationem Christi passi sunt quod ad idem valet.

b *In cœlo.* i scriptura quę est via ad vitã, vel Christus est ostiũ cuius mysteria ante clausa, modo aperta his qui fide & opere sunt cœlũ,

Iohan. 10 ✠ Avgvst. & Primasi. Ostium apertum Christum dicit natum, passum, ac suscitatum, qui est ianua, ipso dicente: *Ego sum ostium*, Cœlum Ecclesiam dicit, eò quòd sit habitaculum Dei vbi cœlestia geruntur. Hoc est, quod sicut in cœlo voluntatem Dei,

C ita fieri postulamus in terra. Aliquando autem cœlum & terram & ecclesiam dicit propter terram quæ & cœlum cõsistit, siue cùm infideles rectis fidelium prædicationibus acquiruntur, siue cùm caro spiritui subditur, siue cùm terrena cœlestibus reconciliata iunguntur.

D ✠ Ambrosivs. Ostium apertum esse dicitur, quia omnibus ad se venire desideran tibus, quamuis sceleribus deprimãtur, Christus ostium misericordiæ suæ aperire non denegnatur, sicut ipse dicit in Euãgelio: *Venite ad me omnes qui laboratis &c.*

c *Tanquãtu.* Nõ dissentientis à rationalitate mea dando rationes.

d *Ostendam ti.* Quæ iam præterierunt dicit, quę adhuc oportet fieri, vtpote in eodẽ statu quo cœperint, permansura. Vel post correctionem oportet videre secrera per quæ animentur in prælia. Vel quæ oportet fieri cito post hęc, id est, in vltimis fidelibus. Vel, post hæc fui in spiritu.

e *Statim fui in* Nõ repugnani, sed abieci curã totius terrenitatis.

f *Et ec. sedes.* Maiores in quibus sedet Deus & iudicat, sed & etiã E in subditis vbi alij. Vel quidam ita erant apti, vt competenter Deus sederet & quiesceret in eis, Supra.1.c.

✠ Avgvst. Solium positum est sedes iudicantis, super quam vidit similitudinem iaspidis & sardij. Iaspis aquæ colorem habet, & sardius ignis. In his duobus lapidibus duo iudicia intelligũtur: vnum quod iam per aquam factum est in diluuio: aliud quod erit per ignem in consummatione seculi: Potest etiam hoc loco vita seruorum Dei intelligi, quia ad similitudinem aquæ & ignis interdum in hac vita omnes sancti habent prospera, interdum patiuntur aduersa.

✠ Andreas. Per hanc sedẽ, Christi in sanctis requies designatur: siquidẽ in illis velut in throno quodam insidet. Cæterùm, patri, quem hoc loco visum inducit, nullã omnino corpoream figurã affingit, vt in prima visione Filio affinxerat: verùm pretiosis tantum lapidibus illum comparat Iaspidi quidem quòd is viridis existat, suaque viriditate Diuinæ naturæ, quæ semper floret, & vi ret, & escam viuentibus præstat, symbolum præ se ferat. Assimilatur Sardio ob terrorem quem hostibus incutere natus est. Aiunt namque Sardium feris, spectrisque terribilem videri: præterea, vi naturali ægra corpora sanare solitum. Sanè vt magno Epiphanio placet, non modò tumoribus, si commodè adhibeatur, medetur: verumetiam ferro illatis vulneribus. F

☞ Sedens.

CAP. IIII.

¶ Non tempore, sed ordine. ¶ Videre potuit, quia.

a Ost hæc vidi, & ecce ostium apertum 1
a ¶ Quantum ad ea quæ in hac visione vidi.
¶ Vetus Testamentum, quod præcedit nouum.
b in cœlo, & vox primã quam audiui, 2
a ¶ Horrantis ad bellum, tũm quod ad idem valet vt pati debeam.
c tanquam tũbæ loquentis mecum, di- 3
a ¶ Reddens rationem cur pati deceat.
b ¶ Vt correctus amplifica animum ad ista alia.
d cens: Ascẽde huc, & ostẽdã tibi quæ 3
¶ Et quia ita desiderabam. 4
e f oportet fieri citò: Post hæc statĩ fui in spiritu. Et ecce sedes 5 6

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IIII.

Post hæc vidi. *Descripta visione beati Iohannis, quæ respicit informationem septem ecclesiarum Asiæ spectaliter, licet ex consequenti respiciat aliarum ecclesiarum informationem vt prædictum est: hic consequẽter ponuntur visiones eiusdẽ respicientes directè informationẽ totius ecclesiæ generaliter. Nã in spiritu sub quibusdã imaginibus vidit decursum ecclesiæ ab apostolorũ tẽpore vsque ad finẽ mũdi, quantũ ad tribulationes, cõsolationes & immunitates notabiles: quarũ tamẽ aliqua iã præcesserunt, & aliquæ sunt futuræ. Visiones autẽ istas imaginarias beatus Iohannes scripsit, intellectum tamen earũ non expressit, licet ad plenum intellexerit, aliquando tamen interposuit per quæ datur via ad reliqua aliqualiter capienda, sicut suprà. 1. ca. dixit. Septem candelabra aurea, sepiẽ ecclesiæ sunt, & septẽ stellæ sepiẽ angeli. i, episcopi earum. & similiter in sequentibus aliqua dicit: licet raro ad aperiendum aliqualiter intellectũ occultorum, vt patebit in locis suis, domino concedente. propter quod intellectus literalis non est ille, qui per voces significatur immediatè, sed ille qui per imagines significat, sicut Iudic. ix. b. dicitur,* quod ligna dixerunt ad arborem rhamnum: veni & impera nobis. *sensus literalis non est de arboribus vel lignis, sed de viris Sichem per ligna significatis, qui fecerũt super se Abimelech regem. Sciẽdum etiã, quòd istæ visiones nõ distinguuntur ex parte tẽporis in quo factæ sunt, quia Iohannes totum vidit vna die. quod patet per hoc quod dicit. i. c.* Fui in spiritu, in dominico die. *sed distinguuntur à parte temporũ in quibus partim impletæ sunt, & partim implendæ, vt magis videbitur inferius prosequendo. Residuum igitur huius libri in duas partes diuiditur, quia primò ponitur modus huius visionis, secundò cursus impletionis, ca. vj.* Circa primum sciendum, quòd tota Trinitas reuelauit Apocalypsim homini Christo. Christus autem Iohanni per Angelũ in eius persona loquentem. Christus enim homo superior est angelis, propter vnionem ad suppositum diuinum & plenitudinem gratiæ, licet sit minor angeli ratione naturæ humanæ, secundum quod dicitur Heb. ij. Igitur primò ponitur maiestas Dei reuelãtis, secundò dignitas hominis Christi reuelationẽ recipiẽtis, cap. sc. Primum declaratur ex tribus. s. ex imperiali throno, & ex nobili consortio, ibi: Et in circuitu sedis. & ex reuerenti obsequio, ibi: Et requiẽ non habebant. Circa primũ dicit beatus Iohannes: Post hæc vidi. Sic enim videbat imaginariè ac si ostium cæli aperiretur, per quod designabatur quod decursus ecclesiæ sibi reuelabatur. quæ cœlum in scriptura nominatur, secũdum quod dicit Gregorius homil. xxxvij.* Regnum cœlorũ præsentis temporis ecclesia dicitur, in qua doctor qui mãdatum soluit minimus vocatur, &c. 2 Et vox prima. *In quo notatur autoritas angeli loquentis, vt dictum est supra. j. cap.* 3 Ascende huc. *ad videndũ ecclesiæ decursum. ideo subditur:* 4 Et ostendam tibi. *secundũ ordinationem Dei, quæ nõ potest frustrari.* Et. 5 Statim fui in spi. *visionem imaginariam intelligendo.* 6 Et ecce sedes posita erat in cœlo. *Per quam sedem intelligitur autoritas & potestas Dei ecclesiam regentis.*

✠ Et su-

MORALITER.

✝ 1 *Post hæc vidi, & ecce ostiũ apertum.* Per quod intelligitur Christus, qui dicit de seipso Iohannis. x. b. *Ego sum ostium.* Et istud ostiũ dicitur apertum, quia Christus paratus est semper ad recipiendum misericorditer pœnitentes. Sed quoniam eius misericordia non est sine iustitia, ideo sequitur:

6 *Et ecce sedes posita* scilicet Christi iudicantis. hoc debet prædicator qui per Iohannem significatur, attentè videre & populo nunciare, ne de Christi misericordia nimis confidat, vel de rigore suæ iustitiæ desperet.

✝ Et in

a *Sedens.* Christus supra inter candelabra ambulans, nunc sedẽs, id est, iudicans merita singulorum, de quo digne facit hic memoriam, quos hortatus est ad pugnam.

b *Qui sedebat.* Vbi tantum boni sunt, non est opus iudicare, id est, discernere, vbi boni & mali, ibi discretione opus est.

c *Similis erat aspectui.* Prius incognitus per carnem mũdo apparuit, cõfringens inimicos, robur suis tribuens.

† aspectui. d *Iaspidis & sardinis.* Per colorem duorum lapidum notat Deum & hominem.

e *Et iris.* ✠ Andreas. Porrò, iris quæ Smaragdi colorem æmulatur, varia & florida cœlestium virtutum & ordinum ornamẽta, diuersaque B eorundem munia & ministeria adumbrat.

✠ Avgvst. Iris græca latinaque lingua arcus vocatur, qui in die pluuiæ apparere videtur. Et quid per hanc, nisi reconciliatio mundi designatur, quæ per incarnati Verbi dispensationem facta cognoscitur?

Quasi: vidi præparantes se ad hoc, vt acciperent Deum sessorem, & ne deficerent, vidi auxilium: Hoc est, iris erat in circuitu sedis similis visioni &c. id est, pax. id est, propitiatio Dei quæ est in circuitu, vt protegens. Quam & baptismus qui est viridis color, & sanguis Christi facit qui est rubeus color. Vel his coloribus notatur iudicium, aqua præteritum, ignis futurum, in quibus suos saluabit.

f *Smaragdine.* Per colorẽ viridem Smaragdi, qui color est aquaticus baptismus intelligitur Per ruborem eiusdem, dona spiritus-sancti in baptismo accepta, per quæ commutantur peccata.

g *Viginti qua. seniores* Duodecim prophetæ. xij. apostoli: quamuis plures vtriusque ordinis.

Doctorũm numerus. Doctores alias dicuntur. xxiiij. alias xij. Omnes doctores veteris siue nouæ legis dicũtur. xxiij. propter fidem Trinitatis quam annunciant. iiij. partibus mundi. Vel xxiiij fiunt per sexies. iiij Sex referuntur ad opera. quæ. vj. dicbus fecit: quatuor ad euangelia, C id est, hæc quæ in nouo & in veteri Testa. opera Dei colit.

✠ Avgvstin. Seniores totam Ecclesiã dicit: sicut & Esaias *Cum in medio seniũ fuerit glorificatus.* Viginti quatuor seniores, præpositi & populi sunt. In duodecim Apostolos, præpositos: & in aliis duodecim, teliquam Ecclesiam intellige. D Isa. 24.

✠ Ambros. Viginti quatuor seniores in hoc libro, aliquando patres veteris testamenti, aliquando noui. aliquando simul vtriusq; significãt Quã do sedemus, à labore quiescimus. Per sedilia igitur viginti quatuor, vigintiquatuor libri vetcris testamenti designantur. Super 24. igitur thronos, 24. seniores sedisse visi sunt, quia patres veteris testamenti à laboribus & curis huius sæculi in lectione & meditatione diuinorũ librorum quodammodo quiescebãt. Per alba vestimenta, vitæ puritas: per coronas autem aureas, opera E † De elec. c. scriptũ. in prin. † missi in omnẽ terrã bona designantur.

h *Circunsto. ai.* Peccata teguntur & albent virtutibus.

i *Coronas.* id est, victoriam per sapientiam & charitatem etiam ad inimicos.

k *De throno.* id est, ecclesia, id est, aqua pluit fulgura, id est, miracula quæ terrent, & illuminant.

✠ Ambros. Per fulgura, miracula quæ operatur Deus per Sanctos suos: per voces, prædicatio: per tonitrua verò, terror gehennæ ignis designatur. Quia sancti prædicatores eos quos amore cœlestis patriæ à vitiis reuocare nequeunt, eis terrorem æternæ quæ impijs præparata sunt, opponunt: vt quos blanditiis nequeunt, saltem terroribus à vitiis compescant.

l *Septem spiritus* Lampades dona spiritus-sancti. quæ accendunt & illuminant, parata omnibus illis qui sunt sedes Dei.

m *In conspectu.* Quia intelligunt sacramentum & rem sacramenti, nec recipiunt nisi quos idoneos videtint & cognouerint.

✠ Andreas. Per septẽ hos spiritus, aut septẽ angelos cæteris præstantio es cum Irenæo accipere oportet: aut septem viuificationis illius spiritus charismata, quorum mentionem facit Esaias propheta. Haymon. Septem spiritus dicuntur, cùm vnus Isa 11. sit, propter septiformem gratiam, quæ super Dominum, requieuisse narrantur. Bene autem lampadibus comparatur. F

☞ Spiritus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et supra sedem sedens. *scilicet Deus trinus & vnus.*

2 Et qui sedebat similis erat aspectui iaspidis & sardinis. *Tales apparitiones fiunt secundum conuenientiam ad id quod reuelatur. Deus autem sic apparebat, vt gubernans ecclesiam militantem. circa quam se habet vt consolator & charitatis incensor. propter quod in primitiua ecclesia super apostolos missi spiritus-sanctus in similitudine ignis. Ideo dicitur hic coloris iaspidis, id est, viridis. color est confortatiuus visus. & sardinis, id est, rubei coloris: qui propter similitudinem ad ignem signat incendium charitatis.*

3 Et iris erit in cir. se. *Per quam designatur fœdus Dei ad ecclesiam suam: Nam iris signum est fœderis inter Deum & terram, vt dicitur Gene. ix.*

4 Similis visioni Smaragdinæ. *Smaragdus autem est viridis coloris, & hic est vnus de coloribus iridis: & sic apparebat ille iris imaginarius, quod color viridis intensior cæteris videbatur. In quo designatur consolatio Dei suis electis affutura, maximè in tribulationibus ecclesiæ futuris, eo quòd viridis color est confortatiuus visus.*

5 Et in circumitu sedis. *Hic consequenter describitur Dei maiestas ex nobili consortio, cùm dicitur:* Et in circumitu sedis. sedi. viginti. *Per quæ designantur vniuersæ cathedrales ecclesiæ. quæ licet sint multæ, tamen sub tali numero designantur, propter concordantiam noui Testamenti ad vetus, in quo legitur. j. Paralip. xxv quod sanctus Dauid volens augmentare cultum diuinum, statuit viginti quatuor sacerdotes in templo per Hebdomadas succedentes ministrantes. in sacra enim scriptura frequenter ponitur determinatus numerus pro indeterminato. sicut suprà dictum est. j. ca. quòd per septem spiritus Dei intelligitur multitudo angelorum sanctorum, & sic dicit Greg. Homil. xxv. quod per septem dæmones vniuersa vitia figurantur.*

6 Et supra thronos viginti quatuor *Per quos designantur vniuersi episcopi, in quibus debet esse ætatis & morum maturitas.*

7 Circumamicti albis. *Nam in ipsis debet refulgere castitas.*

8 Et in capitibus eorum coronas aureas. *Nam in mentibus eorum quæ dicuntur capita respectu virium sensitiuarum, debet refulgere sapientiæ claritas, quæ per aurũ frequenter in sacra scriptura designatur.*

9 Et de throno. *scilicet Dei.*

10 Procedebant ful. vo. & tonitrua. id est, coruscatio miraculorum, & denunciatio præmiorum pro bonis operibus, & terror supplicium pro malis. ista verò tria in primitiua ecclesia & post temporibus multis concedebantur à Deo ecclesiæ prælatis.

11 Et septem lampades ardentes ante thronum. *scilicet Dei.*

12 Quæ sunt septem. *Et exponendo quid per lampades septem intelligatur, aperit aliqua aliter ad alia capienda. Dicuntur autem hic septem spiritus Dei, septem dona spiritus-sancti, parata dari disponentibus se, ideo dicuntur ante Dei thronum esse. Vel per septem spiritus intelligitur vniuersitas sanctorum angelorum parata ad Dei beneplacitum exequendum secundum illud Heb. j. d. Omnes administratorij spiritus sunt &c. Qui dicuntur lampades ardẽtes, quia illuminant & accendunt fideles ad cognitionem & amorem cœlestium.*

13 Et in conspectu sedis id est, baptismi sacramentum.

✠ Simile

MORALITER.

✝ 5 *Et in circumitu sedis sedilia.* id est, societas electorum ad tres angelorum Hierarchias assumptorum, secundum tres octonarios in xxiiij. contentos. Octonarius verò quietem beatitudinis significat.

11 *Et septem lampades.* id est, angelorũ societates. ideo subditur:

12 Quæ

✝ Et in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus sanctus, quia ad Dei amorem sanctos accendit, & lumine fidei illuminat, ne foueam erroris incurrant. Neque alibi nisi ante thronum lucét, quia Spiritum sanctum habere non possunt, quicunque extra Ecclesiam sunt hæretici. Vnde & in Canonibus dicitur, vt si tales iterum Ecclesiæ coniungi per rectam fidem voluerint, accipiant manus Episcopi impositionem, quatenus sic possint recipere Spiritum sanctum quem perdiderunt.

a *Mare vi.* Baptismus sinceritate fidei lucidus post quem tribulationis igne electi ducuntur ad firmitatem bonorum operum, sicut ex aqua durescit Crystallus.

b *Inme.* Planiciem quandam ad similitudinem iudicis, qui habet plateam latam & spaciosam, vbi sedet & iudicat iudicia.

c *Sedie.* Ierusalem velut sustentatores, vt homo. vt vitulus, vt vitulus, vt leo, vt aquila.

d *Quatuor* propter officium quadrifariæ prædicationis.

e *Animal.* Christus, qui natus est, passus, resurgens, ascendens. Fideles quoque rationales, mãsueti vt homo Sine terrore ferentes aduersa: vt leo. Sese mortificantes, vt vitulus. Cælestia petentes, vt aquila.

f *Plena ocu.* Memores præteritorum peccatorum, & cauentes sibi in futurum, vel habentes cognitionem de his quæ Deus fecit, vel facturus est in fine mundi. vel vete. & no. Testamento vel placent Deo & hominibus.

✠ Ambrosius. Quatuor animalia, non solũ quatuor Euangelistas, sed & omnes doctores Ecclesiæ qui eorum sequitur doctrinam, designant. In circuitu verò sedis stant, quia doctores Ecclesiæ populum sibi commissum, & à visibilibus, & ab inuisibilibus hostibus, quanta virtute possunt defendunt. In medio sedis consistunt, quia vnumquemque eorum ✝ tin virtutibus omnibusque bonis operibus proficiant, admonere non desinunt. Quatuor hæc igitur animalia ante & retrò oculos habuisse visa sunt, quia prædicatores sancti & futura & præterita inspiciunt. Ante, oculos habent, quia diem iudicij damnationemque impiorum, gloriamque iustorum dum inspiciunt, auditoribus suis quid cauere, & quid appetere debeant, ostendunt. Retrò oculos habent, quia vitam præcedentium patrum dum intuentur, & ipsi in eorum imitatione proficiunt, eorumque vitam atque doctrinam auditoribus suis anteponunt, vt & ipsi in eorum imitatione proficiant.

g *Leoni.* Leo mortuus nascitur die tertia voce patris viuificatur Sic & Christus die tertia resurrexit, & resurgere oportuit, quia mortuus fuit, & mori potuit, quia homo, & cum homo & mortuus resurgere oportuit, quia aquila, id est, Deus.

Ezech.1.b. C Quia Ezechiel qui quod futurum erat præuidit, prius hominem posuit, post leonem. quia Christus in prædicatione leo fuit. D post vitulus, quia sacrificatus fuit. tandem aquila, quia ascendit in cælos, Iohannes impleta videns, leonem præponit quasi fundamentum totius fidei.

✠ Ambros. Figuras quatuor animalium non omnes authores vno modo exposuerunt. Sed ab antiquioribus nobis traditum est, vt per leonem, Marcum intelligeremus: per vitulum, Lucã: per hominem, Matthæum: per aquilam verò Ioannem.

✠ Andreas. Eiusmodi animalia propheta Ezechiel contemplatus quoque legitur.

✠ Irenevs. Neque plura numero quàm quatuor, neque rursus pauciora cupit esse Euangelia. Quoniam enim quatuor mundi regiones sunt, & quatuor principales spiritus, columna autem Ecclesiæ est Euangelium, consequens est quatuor eam habere columnas. Ex quibus manifestum est quoniam Verbum quadriforme nobis dedit Euangelium, quod in vno Spiritu continetur. Et enim Cherubim, quadriformia, & formę ipsorum, imagines sunt, dispositionis Filij Dei. L.3.cap.11.

✠ Haymo. Matthæus ideirco per hominem intelligitur, quia humanitatem filij Dei describit in tempore, dicens: *Liber generationis Iesu Christi.* Marcus per leonem intelligitur, quia à clamore inchoat, veluti leo, dicens: *Vox clamantis in deserto.* Tertium ponit scriptura vitulum: quia à sacerdotio cœpit dicens: *fuit in diebus Herodis regis, Sacerdos quidam.* Quarto loco ponit aquilam, quæ vtique Ioannem significat, qui à Diuinitate cœpit &c. Hæc quatuor animalia significabant quatuor flumina Paradisi, de vno fonte Christi in Ecclesia manantia. Similiter & quatuor circuli arcæ, quibus portatur Ecclesia. Significant quoque hæc quatuor animalia Dominum nostrum Iesum Christum, qui natus est vt homo, passus est vt vitulus, resurrexit vt leo, ascendit super omnes cælos vt aquila. Matth.1. Mar.1. Luc.1. Ioan.1. Ezech.1.

h *Et quæ uor animalia singula eorum habebant.* Quasi, ad hoc vt ista de Christo prædicarent bene instructi erant.

i *Alas senas.* Prima ala lex naturalis, secunda lex Moysi. tertia prophetæ, quarta euangelium, quinta institutiones apostolorum, sexta quorũcunque, vt Augu. Grego. Ambro, per quos ecclesia alta petit: & à quibus prædicatores accipiunt totius prædicationis fundamentum. Vel sex alæ cognitio operum Dei factorũ. vj. diebus, quorum noticiam in altum subleuant qui in eis benè operantur.

✠ Andreas. Quatuor hęc animalia, vt magno Diony. visũ est, duabus alis ob id facies suas tegebant, duabus rursum pedes, & duabus tandẽ mediis volabãt, quò hinc constaret quanto cũ metu & reuerentia in sublimiorũ rerũ theoriã & inquisitionẽ ferãtur: ✝ quantaque

a id est, dediti contemplationi cœlestium, & accipientes curam vel recordationem de subditis.

a tãquam mare vitreum simile crystallo, & in medio sedis 1
a ¶ Circumquaque velut excubiæ. ¶ Animata & inanimantia. b ¶ Propter officium. 2
b c & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante
d e & retro. Et animal primum simile leoni, & secundum †
f animal simile vitulo, & tertium animal habẽs faciem qua-
g si hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Et 3
h quatuor animalia singula eorum habebant alas senas,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Simile Crystallo. *Quia non est mobile vel fluidum. sed imprimit characterem indelebilem: propter quod non est reiterabile.*

2 Et in me. se. &c. qua. *id est, quatuor euangelistæ, vt dicunt aliqui. Sed litera sequens videtur in aliquo dissonare. vbi dicitur:* Et animal primum simile leoni &c. & tertium animal habens faciem quasi hominis. *nam per faciem hominis intelligitur Matthæus, vt dictum fuit. suprà. In principio euangelistarum. & in hoc concordant sancti doctores. Matthæus verò non est tertius in ordine euangelistarum. sed primus: & primum scripsit euangelium, vt dicit Hier. in prologo super Matthæum. Ideo videntur alij probabilius dicere, scilicet quod per quatuor animalia intelliguntur quatuor patriarchales ecclesiæ, quarum prima est Ierosolymitana, nam ibi incœpit ecclesia, & assimilatur leoni, propter constantiam ibi existentium, vt patet de Petro & Iohanne: Act. v. qui constanter dixerunt principibus Iudæorum.* Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. *& iterum.* Si melius est in conspectu Dei vos potius audire quàm Deum, iudicate. non enim possumus quæ audiuimus & vidimus non loqui. *Secunda est Antiochena, quæ assimilatur vitulo: quia fuit parata obedire mandatis Apostolorum in Ierusalem existentium, vt patet Act. xv. & quia primò in ea vocati sunt discipuli Christiani: Act. xj. Tertia est Alexandrina, quæ assimilatur homini, nam in ea a principio fuerunt doctores docti, nõ solum in literis diuinis, sed etiam humanis, vt Pierius. Thericbeus Philosophus & Athanasius & plures alij. Quarta est Constantinopolitana, quæ assimilatur aquilæ volanti. nam in ea fuerunt viri per contemplationem elevati, vt Gregorius Nazianzenus, & plures alij.* Ecclesiæ patriarchales quatuor

3 Et quatuor animalia &c. alas senas. *Ala prima est lex naturalis: secunda lex Mosaica, tertia prophetarum oracula, quarta euangelium consiliorum, quinta doctrina apostolorum, sexta statuta generalium conciliorum. Istis enim alis sex viri ecclesiastici debent ascendere sursum per contemplationem diuinorum, & descendere deorsum ad ædificationem proximorum, & volare ad dexteram pro gratiarum actione in prosperis, & ad sinistram per patientiam in aduersis.*

✠ Et in

MORALITER.

✝ 2 *Et in me. se. & circum. se. qua. ani.* scilicet quatuor euangelistæ.

† *Et ani. pri. si. leo.* Nam euangelium Marci, qui per leonem significatur, euangelium Petri dicitur, quia Marcus scripsit euangelium sicut Petrum referentem audiuit, vt habetur libro virorum illustrium. Et similiter ibidem dicitur, quod cum Paulus in epistolis suis euangelium suum nominat, intelligit de Lucæ volumine: vt dixerunt doctores aliqui. Et quia Petrus & Paulus sunt apostoli præcipui, ideo euangelium Marci & Lucæ hic primò ponuntur. Iohan. autem vltimò scripsit euangelium, vt in prædicto libro dicitur: ideo ponitur hic in quarto loco. sub similitudine aquilæ, & per consequens euangelium Matthæi, tertium tenet locum in facie hominis.

3 *Et quatuor animalia singula eorũ habebant alas senas.* Prima ala est lex, secunda prophetæ. tertia agiographa, quarta euangelium, quinta doctrina Apostolorum, sexta institutio patrum. Istis autem alis debent ecclesiæ prædicatores & doctores volare ad prædi-

A quantaque cautione hausstos diuinitatis radios, ad alios inter rectos ordines & sedes non absque Dei iussu transmittere soleant. Porrò sanctæ istæ virtutes ob id requiem habere negantur, quòd à diuinis laudibus nunquam cessent. Cæterùm per sanctitatis nomen tertiò repetitum diuinitati, quæ in tribus hypostasibus ex æquo subsistit, laudem deferunt. Illud autem, *Qui, est, qui erat, & qui venturus est,* sacrosanctæ Trinitatis mysterium, ob oculos nobis ponit.

✠ Primasi. Animalia erant plena oculis ante & retro: vel, sicut alia translatio dicit intus & foris. Intus eo quod indignis lumen euangelij sit occultum. *Si enim opertum est Euãgelium nostrum* (inquit) *in his qui pereunt est obuelatum.* Aliter, *ante & retro alas senas,* quæ viginti quatuor subsumantur, veteris testamenti libros insinuat, quos eiusdem numeri canonica authoritate suscipimus, tanquam viginti quatuor seniores tribunalia præsidentes. Ideo autem est noui testamenti prædicatio fructuosa, quia testimoniis veteris fulta firmatur. Hoc tenet Ecclesia ante & retro, id est, & tunc sub lege, & nunc sub gratia.

2 Cor.4.

2. Cor.3.

a *In cir. & in.* Vel per literam simplices per allegoriam perfectiores instruunt. Vel quia in medio in finibus terræ illuminant.

b *Plena sunt oculis.* Quia se mundos seruant & alios exemplo informant. Vel *plena sunt oculis.* id est, conscientia mundi: *& in cir.* id est, in conspectu hominum irreprehensibiles.

† sunt

B Aliter, *ante & retro alas senas,* quæ viginti quatuor seniores tribunalia præsidentes. Ideo autem est noui testamenti prædicatio fructuosa, quia testimoniis veteris fulta firmatur. Hoc tenet Ecclesia ante & retro, id est, & tunc sub lege, & nunc sub gratia.

a *In cir. & in.* Vel per literam simplices per allegoriam perfectiores instruunt. Vel quia in medio in finibus terræ illuminant.

b *Plena sunt oculis.* Quia se mundos seruant & alios exemplo informant. Vel *plena sunt oculis.* id est, conscientia mundi: *& in cir.* id est, in conspectu hominum irreprehensibiles.

· Lib. 4. de Genes.

c *Et requiem non habebant.* ✠ Augvst. Pro eo vt diceret. Non cessabant hæc decantare. Nam maxima & vnica est sanctis requies in cœlo, laudem summæ Trinitatis, quæ Deus est, indefessa voce dicere.

✠ Ambros. Ter spiritu Domini vocantes, demonstrant Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Quod autem dicunt, *Dominus Deus omnipotens,* à pluralitate transeuntes ad singularitatem, ostendunt Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnius esse Dominationis, vnius Deitatis, vnius Omnipotẽtię. Indesinenter autem & quatuor Euãgelistæ, & omnes doctores Ecclesiæ, qui quatuor animalibus designantur, sanctam Trinitatem inuocare dicuntur, quia dum fidem sanctæ Trinitatis & mente retinent, & ore profitentur, dum opera fidei adimplent, dum eandem prædicant, dum in gratiarum actionibus ipsum Deum trinum & vnum exorant & laudant, dum siue manducant siue bibunt, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi faciunt, Trinitatem sanctam indesinenter inuocant. D

C

a ¶ Non cessabant.

a & in circuitu & intus plena sunt oculis. Et requiẽm non 1
b a ¶ In prosperis vel in aduersis, vel continuè. b ¶ Quia Trinitas in personis. 2
c habebant die ac nocte, dicentia: † Sanctus, Sanctus, San- 3
¶ Semel, quia vnitas in maiestate. a ¶ Sine principio. b ¶ Immutabilis.
ctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & 4
a ¶ id est, quia. b ¶ Attribuerent & profiterentur & prædicarent. 5
c ¶ Prædicatores vbique. d ¶ Fides suæ in resurrectione, vel in ascensione.
d qui venturus est. Et cùm darent illa animalia gloriam, & 6
e a ¶ Operationis. ¶ Honore operationis vel in ascensione.
f honorem & benedictionem sedẽti super thronum, viuen-
a ¶ Humiliabant se. ¶ Omnes iudices ve. & no. le. b ¶ Qui superius prædicatores, hic iusti iudices.
ti in secula seculorũ, procidebant viginti quatuor seniores 7
¶ In benepiacito.
g ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secu-
h la seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, di- 8
a ¶ Exemplum aliis dantes. ¶ Dignus es cui referamus.
cẽtes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, 9
a ¶ Quod supra benedictionem. b ¶ Iuxta.
i ac honorem, & virtutẽm, quia tu creasti omnia, & propter 10
a ¶ In mente, id est, in sapientia, Dei viuebant. 11
voluntatem tuam † erant, & creata sunt. 12

d *Qui venturus est.* Filius corporaliter apparebit, tota Deitas Fidelib' se manifestabit

e *Et cum darent illa animalia & c.* ✠ Ambros. Quatuor animalia gloriam, & honorem & benedictionẽ sedẽti super thronum dant, quia doctrina Euangelij in toto orbe legitur & prædicatur, per quã gloria, & honor, & benedictio Patri & Filio & Spiritui sancto datur. Ad vocem eorum omnes cadunt & adorãt, quia sancti per vniuersum orbem constituti audientes doctrinam Euangelij, humiliant se in conspectu Dei, vtcum ipso viuant in secula seculorum. Co- --Deus noster. E

† Isa. 6. b.

ronas autem suas ante thronum mittunt, dum quicquid boni agũt, Deo tribuunt, non sibi, secundum Apostoli præceptum, *Qui gloriatur, in Domno glorietur.*

✠ Gregor. Coronas ante thronum Dei mittere, est certaminum suorum victorias non sibi tribuere, sed autori: vt ad illum referant victoriam laudis, à quo se sciũt accepisse vires certaminis. 2. Cor. 10. Lib 21. Moral. c. 1o.

✠ Andreas. Hinc discimus seniores in diuinæ laudis decantatione virtutibus cælestibus consociari: victoriamque de hostibus nulli alteri quàm Deo, acceptam ferre. Tu (inquiũt) Domine, victricium coronarum auctor & largitor exstitisti: quam ob rem ab vniuersa creatura, gloria, & gratiarum actio iure tibi debetur.

f *Et benè.* Supernæ remunerationis, vel in exaltatione, *vt ei omne genu flectatur cœle. ter. &c.* Phil. 2. b.

g *Et ado.* Quod à se nõ habebãt, ab illo requirebãt voce & opere.

h *Dicentes.* In secreto cordis attribuentes Deo victoriam vitiorum vel tribulationum.

i *Creasti omnia.* Ideo omnia ad te referenda, quia omnia à te habent initium. Inuisibilia etiam vel angelos & animas, vt spirituales esse dicit, cum de impijs facit pios spiritualiter creatos.

k *Pro. vo. tuã.* Et non de subito. *& quod factũ est in ipso vita erat.* Ioan. 1. a.

l *Erant.* In mente priusquam formarentur in opere.

m *Creata sunt.* Visibiliter existendo, quædam secundum spiritualem intelligentiam vel creationem. F

✠ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et in circuitu & intus plena sunt oculis. *considerando præsentia præterita & futura.*

2 Et re. non ha. *Hic consequenter ostenditur Dei maiestas ex obsequio reuerẽtiæ, & primò in Patriarchalibus ecclesiis, cum dicitur:* Et requiem non habebant. *scilicet quatuor animalia quatuor Patriarchales ecclesias signantia.*

3 Die ac. noc. di. san. *Nam in illis ecclesiis primò valde deuotè celebratũ fuit diuinum officium diurnum pariter & nocturnũ. Et ponitur hic ter sanctus, ad designandum Trinitatem personarum. & subditur:*

4 Dominus Deus omnipotens. *ad designãdum vnitatem essentiæ. nam tres personæ sunt vnus Deus, & dominus omnipotens.*

5 Qui erat & qui est. *per hoc exprimitur eius æternitas, quæ non apprehenditur à nobis in via, nisi per comparationem ad differentias temporis, vt suprà dictum est. j. ca.*

6 Et cum da. *Consequenter describitur obsequium diuinæ laudis, quantum ad alias cathedrales ecclesias per orbem constitutas, quæ in diuinis officiis celebrandis sequi debent ordinationem quatuor ecclesiarum Patriarchalium, cum ecclesia tamen Romana quæ principalis & caput est omnium: & hoc est quod dicitur:* Et cum da. illa ani. glo. ei ser-

MORALITER.

✝ prædicandũ & docendum. de quibus dicitur Esa. lx b. *Qui sunt isti qui vt nubes volant & c.* Et assimilati debent quatuor animalibus prædictis. leoni per constantiã, vitulo per patientiã qui est animal immo- immolaticiũ, homini per mansuetudinem, & aquilæ per cõtẽplationis altitudinẽ. 6 *Et cũ da.* quatuor *anima. glo. & ho.* Sequitur:

7 *Procidebant viginti se.* nam ex eorum doctrina sancti Ecclesiæ militantis adorant Deum viuentem in secula seculorum.

✝ MORA-

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. V.

☞ A E t vidi in dex. In filio per quem omnia fecit, ad quem totius libri intentio.

b Librum. id est, duo Test. quæ idem sunt, foris scilicet vetus significans, vel quia forinseca promittat. Intus scilicet nouum significatum, vel quia interdũ promittit beatitudinem. Vel intus, id est, in occultioribus scilicet, perfectiores. foris in simplicioribus verbis, scilicet minus perfectos. Vel liber dispositio diuina de reparatione hominum, qui est scriptus, id est, manifestatus intus, id est, obscurè, in veteri Testamento vt Moyses. Ad vesperum immolabit agnum, ibi manifestans in vltima ętate futuram nostram reparationẽ per Christi immolationem, & foris euidenter, id est, in nouo Testamento.

† Ezec. 2.d Exod. 12.a.

B ✠ PRIMASI Liber scriptus intus & foris est vtrumque testamentum. A foris, vetus quod videbatur: ab intus nouum quod intus latebat. Vnus autem liber dicitur, quia nec nouum sine vetere, nec vetus sine nouo. Nam vetus nuncius est & velamen noui, & nouum adimpletio veteris: quia & vetus quamuis à foris esset, non totum apparebat, non totum latebat. Vel, vt clarius exprimatur, omnis dispensatio Saluatoris, libri hîc nomine frequentatur, quæ in vtroque testamento vel promissa legitur, vel peracta. Signatus dicitur signis septem, quia multifaria mysteriorum latentium plenitudine lectus. (Psal. 138.)

✠ ANDREAS. Vel, per hunc librum tenacissimam sapientissimamque Dei memoriam accipimus, in qua iuxta Dauid, omnes homines descripti sunt, operumque diuinorum abyssũm. Libri huius intima propter spiritum in eo inclusum, captu sunt difficilia: extrema vere, nempe ea quæ per literam offeruntur, minori negotio capiuntur. Septem autem sigilla, certam huius libri fidem, nullique mortalium satis perspectam eiusdemque firmitatem significant. Aut per librum Prophetia ipsa vniuersa intelligitur, quam Christus in euangelio impletam asserit. Quæ autem ad huc reliqua sunt, ea nouissimis diebus certò implebuntur. D (luc. 24.)

c Signatum. Factę sunt scripturæ Prophetarum clausæ, & obscuræ, sed per eum post apertæ.

d Sigillis. id est, vniuersis obscuritatibus, vel clausus septiformi spiritu, per quem fides aperitur.

e Septem. Dicit, quia vt sequentibus determinabit illa septẽ sigilla, scilicet albũ equum & rursum & nigrum &c. quæ aperta & nota fuerũt in exordio ecclesiæ, quæ fuit albus equus supra quẽ sedit Christus, & doctrina & exemplo muniuit, quã rursus equus impugnauit. E

CAP. V.

E † T vidi in dextera sedentis supra 1
¶ Diuinam dispositionem.
thronum librum scriptum intus & 2 3
a ¶ id est, munitum.
foris, signatum sigillis septem. Et vi- 4
a ¶ id est, vniuersitatibus. ¶ Audiui. ¶ Quemlibet priorum patrum. 5 6
di angelum fortem prędicantem vo
¶ Implere vel accipere.
ce magna: Quis est dignus aperire 7
¶ Verba Iohannis. ¶ Vt angelus.
h librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat, neque 8
¶ Vt homo. ¶ Animæ exutæ à corpore. ¶ Implere. ¶ Perfecte intelligere. 9
vnde: generationem eius quis enarrabit?
in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire li- 10 11
i brum, neque respicere illum. Et ego flebam multũ, quoniã 12

f Ange. Sancti patres intellexerunt aliquando à Deo dispositam reparationem Ierusalem: & quando fieret videre exoptabant, sed quõ fieret ignorabãt, donec f. reuelauit antequã fieret quibusdã.

✠ AMBROSIVS. Angelus fortis patres veteris testamenti significat, qui voce magna prędicauerunt, quando Christum ad redemptionem generis humani venturum esse prædixerunt. Interrogatio autem desiderium sanctorũ significat, desiderabant enim Christum videre in carne, & audire sermones eius, eò quòd scirent omnia mysteria veteris testamenti ab eo esse reuelanda: sicut ipse dixit Apostolis: Multi prophetæ & reges voluerunt videre &c. (luc. 10.)

g Prædicantem. Inquirentem & aliis annunciantem & præ nimio desiderio tandiu differri conquerentem.

h Aperire librum & soluere. Diuinam dispositionem vel vniuersas obscuritates scripturarum tollere.

i Flebam multum quoniam. Hoc in persona priorum patrũ, quòd non intelligebant, vel dilatam reparationem dolebant. vnde: Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos &c. (lucæ. 10. d.)

C ☞ Et nemo F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

✠ E T vidi in dextera. Hic consequenter describitur dignitas Christi hominis reuelationem accipientis. Circa quam primò præmittitur profunditas diuini secreti, secũdò difficultas aperiendi ibi: Et vidi. tertiò infertur dignitas Christi ibi: Et vnus. Circa primum dicitur:

2 Et vidi in dex. Iste sedens est Deus trinus & vnus, vt dictum est.

3 Librum. Liber iste est diuina scientia, in qua omnia sunt scripta. Sciendum tamen quod in Deo ponitur duplex scientia, vel potius vna duplici modo dicta, scilicet scientia simplicis notitiæ, quæ se extendit ad omnia possibilia, quæ nunquam fuerunt nec erunt. Et scientia visionis, quæ respicit existentia pro quacunque differentia temporis, scilicet præteriti vel præsentis vel futuri: & ista sunt in virtute Dei operatiua, inquãtum operatur ipsa in aliquo tempore. Talia verò sunt illa quæ reuelata sunt homini Christo, & ab eo Iohanni Apostolo, virtus verò Dei operatiua metaphoricè dicitur manus eius dextera: quia per manum dexteram operamur, & ideo liber qui dicitur Dei notitia de dispositis ab eo fieri, conuenienter dicitur esse in dextera manu Dei. (Sciẽtia Dei duplex.)

4 Signa. Signatio ista designat clausionem diuinæ scientiæ de dispositis ab eo fieri, quousq; sint ab eo reuelata fieri, vel in effectu producta

5 Sigillis septem. id est, omnimodis obscuritatibus, vt exponunt aliqui, & secundum hoc ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, scilicet septenarius pro obscuritatum multitudine, sicut dicit Grego. homil. xxv. Maria ergo septem dæmonia habuit, quæ vniuersis vitiis plena fuit. Sed hoc dictum non bene consonat his quæ sequuntur ca. sequenti de apertione sigillorum procedendo à primo sigillo vsque ad septimum determinate. ex quo patet, quòd septenarius sigillorum non ponitur ibi pro indeterminata multitudine obscuritatum. Ideo videtur melius dicendum, quòd sigilla ista non sunt aliud nisi Dei voluntas claudens & aperiens suum secretum, prout & quando & quomodo sibi placet, quæ licet sit vna in se, dicitur tamen multiplex ad varios effectus relata, secundum illud Psal. cx. a. Magna opera, domini exquisita in omnes voluntates eius. Septenarius igitur sigillorum est septenarius reuelationis diuinæ voluntatis ad reuelanda Iohanni distincta reuelationibus septem, vel fienda in septem temporibus.

6 Et vidi. Hic consequenter describitur difficultas aperiendi, cum dicitur. Et vidi angelum fortem. Iste videtur fuisse Gabriel qui interpretatur fortitudo Dei.

7 Quis est dignus aperire librum id est, manifestare Dei secretum.

8 Et soluere signacula eius. id est, sigillatum ostendere qualiter singula de quibus dicetur procedunt ex diuina voluntate.

9 Et nemo po. in cœlo. quantum ad Angelos.

10 Neque in terra. quantum ad homines.

11 Neque subtus terram. quantum ad dæmones, in quibus remanserunt naturalia integra.

12 Aperire librum. Quia nullus istorum potest ad secreta diuina attingere, nisi Deo reuelante: qui primò reuelauit Christo homini, & Christus Iohanni. 12 Et ego flebam mul. Per hunc fletũ designatur ✠ Iohannis

MORALITER.

✠ 1 Et vidi in dextera. Secundũ sensum literalem hic liber est Dei præscientia eorum quæ futura erant in ecclesia. Moraliter autem hic liber est sacra scriptura quæ deriuata est à scientia diuina. Et dicitur hic liber scriptus intus & foris. foris quantum ab sensus historicos, & patentes, intus autem quantum ad mysticos & latentes, & signatus sigillis septem. Circa quod sciendum, quòd ad hoc scriptura sigillatur, vt magis authẽtica reddatur. Septem autem sunt quæ sacram scripturam præ cæteris authẽticam reddunt, quę sunt, agentis autoritas, quæ est spiritussanctus, subiecti nobilitas, quod est ipse Deus, formæ tractandi veritas, quia nullum patitur falsum, finis bonitas, quod est ineffabile gaudium sententiæ multitudo: nam sub vna litera plurimos habet sensus continentiæ latitudo, nam hæc scriptura quodammodo se extendit ad omnia, inquantum habẽt habitudinem ad Deum, qui est eius subiectum, ipsius, singulis aptitudo. Vnde Grego. in prologo Moralium: Diuinus sermo sicut in mysteriis prudentes exercet, sic plerumque superficie simplices refouet. Habet in publico vnde paruulos nutriat, seruat in secreto vnde mentes sublimium admiratione suspendat. Est enim quasi quidã fluuius planus & altus, in quo agnus ambulet, & elephas natet. (Scriptura sacra authẽtica ꝓpter septem)

7 Quis est dignus aperire librum, & soluere signacu. eius. Quasi diceret, ✠ ceret,

☞ A a Et nemo dignus. AMB. Nullus angelus cœlum inhabitans, nullus iustus in terra consistens, nullus etiam ex iis qui mortis debitum soluerant, in mundo vnquam apparuit, qui genus humanum de potestate diaboli redimeret: quæ redemptio, apertio est veteris testamenti.

(Eph. 3.) ✠ PRIM. Nullus sanctorum etiam defunctorum, librum aperire dignus inuentus est: sed neque perspicere illum, id est, compræhendere. Vnde Paulus incompræhensibiles dicit diuitias Christi se gentibus prædicare, de quibus Dominus dicit, id est, charitatem noui testamenti, quæ in lege latebat, & quam Christus suæ præsentiæ lumine reseruauerit, nullus sic idoneo potuit visu conspicere vt valeret actu quoque peragere, eo quod eam sua Christus dispensatione potuit adimplere. Ab illis tantum præuideri potuit, non etiam perfici. Silebat autem in Iohanne Ecclesia, grauata oneribus peccatorum, implorans redemptoris sui auxilium, quod in illius apertione libri consistere demonstrauit. B

† & legere.

¶ Quia omnes inquinati. ¶ Per incarnationem. ¶ Perfectè intelligere.
nemo dignus inuentus est aperire † librum, nec videre il-
a lum. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris. Ecce 1
¶ Diabolum. a ¶ Procedens à Dauid, vel firmamentum Dauid. b ¶ Ad hoc vt aperiat. 2
b vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire librum, & sol-
a ¶ Sicut ille prædixerat. b ¶ Exequitur quomodo vicit leo, & vbi. 4
c uere septem signacula eius. Et vidi, & ecce in medio thro- 5
a ¶ Christum qui fuit victima. b ¶ Certantes adiuuantem.
ni & quatuor animalium, & in medio seniorũ agnum stan-
d tem tanquam occisum, habentem cornua septem, & ocu- 6
e los septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in om- 7
¶ s. agnus. ¶ Homo Christus. a ¶ Ad cognitionem hominum per carnem. b ¶ A verbo sibi vnito.
f nem terram. Et venit & accepit de dextera sedentis 8
¶ Vel de. ¶ Et quia.
in throno librum. † Et cum aperuisset librum, qua- 9

a Et vn. de se. Quilibet propheta qui Christi aduentum annunciando consolatur alios.

✠ AMB. Hic senior prophetas designat, qui dixerunt quomodo, & quo tempore Christus venturus esset. Per leonem igitur de tribu Iuda, Christus intelligitur, qui ex tribu Iuda, & progenie Dauid, ortus est. Leo autem propter fortitudinem vocatur, qua diabolum vicit, & electos suos ab eius potestate eripuit. Vicit ergo diabolum, vt aperiret librum & solueret signacula eius, quia liber non posset aperiri, nisi prius vinceretur diabolus, quæ victoria apertio fuit veteris testamenti.

(Leoni Christus comparatur.) b Vicit Leo. Leo dum fugatur per montes fugit, & nodo quem habet in cauda, vestigia delet ne inueniatur: Ita Christus fugit per montes. i. diuinitas Iudæos latuit assumpta carne diuinitatem texit, ne posset agnosci. Leo dormit apertis oculis, ita Christus expirauit diuinitate viuente. D

C

c Et ecce in med. thr. Ecclesia quæ à Christo tanquam thronus possidetur, tanquam animalia pascitur, tanquam seniores in iudicio potestatis honoratur, ipsa super Christũ ędificata in septẽ cornibus fortitudinis regno exaltatur, in septẽ oculis signis & virtutibus illuminatur.

✠ AVG. Throni, animalia, seniores & agnus qui occisus est, Ecclesia est cum capite suo quæ pro Christo moritur, vt cum Christo viuat. Possunt & martyres in Ecclesia quasi agnus occisus accipi. E

✠ AND. Septem oculi, totidemque agni cornua, significant septem spiritus Christi, quorũ Esaias & Zacharias meminere. Quod autem agnus ille cernitur veluti occisus, hoc vitam & speciem illius post mortem & immolationem exprimit. In illa namque tanquam verè occisus manifesta perpessionis suæ vestigia ostendit: quæ post suam quoque ex mortuis resurrectionem, in corpore suo reliqua esse voluit. (Isa. 51. Zach. 3.)

✠ AMB. Tanquam occisus visus est, quia mortem in transitu gustauit, & paulò post resurgens nunquam moritur, mors illi vltra non dominabitur. (Rom 6.)

d Tanquam occisum. Quia & si mortuus, ex virtute Dei viuit. Vel inter suos tanquam occisus est, in quibus quotidie mortificatur.

e Cornua septem, &c. Quia dat regnum, quod in cornibus notatur. Oculos, quia illuminat. Vel cornua eminẽtiores sancti in capite, Christo fundati carnem excedentes.

f Et venit, & accepit librum. ✠ PRIM. librum de dextra Dei, F
☞ ipsum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Iohannis desiderium de sciendo ecclesiæ futurum processum.

1 Et vnus. Hic consequenter infertur dignitas Christi, qui solus inuentus est dignus, dicta secreta primò accipere, & aliis per Iohannẽ nunciare, cum dicitur: Et vnus de senioribus. Consolando me de desiderii mei impletione. Quis autem erat iste senior non dicitur: Et dicunt aliqui quòd fuit Matthæus euangelista. qui dixit in persona Christi Mat. vlt. d. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. ideo dicitur.

2 Ecce vicit leo de tribu. Nam Christus victor fuit in sua resurrectione. Sed quicquid sit de veritate, ratio tamẽ non videtur valere, quia Iohannes nõ accepit hanc notitiam per Matthæi scripturam, sed per reuelationem specialem. Est autem dictum supra quod per seniores intelliguntur ecclesiæ prælati: & ideo videtur melius, quòd iste, senior fuerit Petrus, & dicitur vnus, id est, primus inter Apostolos, eo modo loquendi quo dicitur Gene. i. e. Factum est vespere & mane dies vnus id est, primus transierat enim iam beatus Petrus per martyrium ad gloriam, quia sub Nerone passus fuit. Iohannes autem postea tempore Domiciani hanc reuelationem accepit. & sic anima Petri assistens Christo, vel aliqua effigies Petrum repræsentans dixit Iohanni: Vide ne fleueris, &c.

3 Ra. Da. i. de radice Dauid descendens secundum carnem, secundum quod prædixerat Isa. xi. a. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius, &c.

4 Aper. lib. i. manifestare ecclesiæ decursum à Deo præordinatum.

5 Et vi. & ecce in medio throni, &c. agnum. id est, Christum in medio ecclesiarum per orbem in nomine, eius constitutarum. sicut ipse dicit Matth. vlt. d. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, qui sicut dictus est leo ratione resurrectionis, ita dicitur hic agnus ratione immolationis, propter quod etiam dicitur stans, quia resurrexit ad vitam immortalem, Roma. vi. b. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Et tãquam occisus, quia quotidie in ecclesia immolatur non secundum carnem, quia resurrexit ad vitam immortalem, vt dictum est: sed secundum effectum & repræsentationem, quia per oblationem eucharistiæ communicatur nobis effectus suæ passionis. Ipsa etiam est similitudo repræsentatiua ipsius, secundum quod dicitur Luc. xxii. b. Hoc facite in meam commemorationem. Illud enim quod repræsentat aliquid, nominatur nomine ipsius, sicut imago Petri nominatur Petrus: & eadem ratione eucharistiæ agnus immolatus. & ad hoc designandum non dicitur hic agnus occisus simpliciter, sed tanquam occisus.

6 Habentem cornua septem, id est, potestates. Et idem designatur per septem spiritus, quia septem dona sancti spiritus sunt quasi septẽ cornua siue potestates, ad reprimendum virtutem inimici.

7 Missi in omnem terram. Quia Christus paratus est dare dona spiritussancti omni homini ad ea se debitè disponenti.

8 Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum. Non est per hoc intelligendum, quòd Christus tunc acceperit notitiam de processu ecclesiæ: Nam anima Christi ab instanti suæ creationis diuinitati coniuncta, habuit notitiam omnium quæ Deus cognoscit scientia visionis, inter quæ est processus ecclesiæ, vt patet ex prædictis. Et ideo per hoc quod Iohannes vidit accipere eum librũ, designatur acceptio notitiæ à principio creationis animæ Christi, sed de nouo Iohanni reuelandæ, & per eum vniuersali ecclesiæ.

9 Et cum aperuisset librum. Hic consequenter describitur assistentium Christo iucunditas, & primò sibi assistentium in ecclesia militante. secundò in triumphante, ibi: Et vidi & audiui. Circa primum dicitur. Et cum aperuisset librum, &c. ad reuelandum ecclesiæ processum.

✠ 1 Quatuor

MORALITER.

✠ ceret: nullus, nisi Christus. Vnde Hieron. in epistola ad Paulinum. Quanti hodie putant se nosse literas, tenent significatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit: propter quod multi leguntur magis profecisse in intellectu sacræ scripturæ per orationem, quam per studii exercitationem.

Universidad de Deusto Biblioteca

A ipsum dispensatione à patre & à seipso dispositã, accepisse filius hominis dicitur, quia vterque cum spiritu suo, in throno habitat. Dexteram hic etiam pro fœlicitate victoriæ debemus accipere, nec carnaliter intelligi debet, tanquam de alia patris dextera librum dicatur accipere, cum idem filius patris, idemque ipse sit dextera. Sed cum semper vincit, in suis, qui dicit, *Gaudete quia ego vici sæculum*, suamque Ecclesiam victricem fecit existere, de ipsa declaratur librum accipere.

✠ Amb. Vel. Agnus de dextera sedentis in throno librum accepit: quia homo Christus à sua diuino tritu accepit, vt sacramenta diuinarum scripturarum reseraret.

a *Cecid.co.* Humilia de se senserunt, quòd ipsum imitantur vnde sequitur. *Haben.sin.*

B b *Cytha.* Mortificationes vitiorum & concupiscentiarum. In cithara lignum & chordæ. per lignum crux Christi, per chordas caro sanctorum, quæ tenditur in ligno, dum diuersis tormẽtis eundẽ sonũ reddentes crucem Christi imitãtur.

d *Tribu.* Dicitur à tribus ordinibus, in quibus. lxxii. linguæ in singulis, quarum multi populi, in populo nationes. Tres ordines saluandorum, Noe, Daniel, Iob. Vel tres ordines Gentium, Græci, Hebræi, Christiani. D

e *Vidi & au.* Non solum animalia & seniores ex officio suo idem attestantes, sed etiam audiui Ezech. 14

f *Angelo.* id est, supernorum spirituum, qui ecclesiam muniũt & custodiunt, qui de reparato sanctorũ consortio gratulantur, qui testimoniũ prohibent Christo, & in natiuitate, quando apparuerũt pastoribus, & in passione, & in resurrectione & ascensione testati sunt iudicem venturum. Vel angeli minores subditi in ecclesia, angelicam vitam ducentes, qui circundant & honorant suos prædicatores & suos iudices testimonio eorum consentientes & se conformantes.

g *Multorum in circuitu throni & animaliũ & seniorũ, &c.* Quantò plures, tanto maior attestatio, & maius gaudium.

¶ i. prædicatores omnes. a ¶ Omnes iudices.
a tuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt co- 1
a ¶ Læta corda etiam ad dilectionem inimicorum. 2
b ram agno habẽtes singuli citharas & phialas aureas plenas 3
a ¶ Suauiter redolentium: 4
c odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & canta- 5
a ¶ Sine peccato. ¶ Quia immunis à peccato. ¶ Vel accipere. 6
bant canticum nouum, dicentes: Dignus es domine ape- 7
rire librum, & soluere signacula eius † quoniam occisus es, 8
d & redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni tribu & lin 9
gua & populo & natione, & fecisti nos Deo nostro † regnũ 10 † supra. 7. E
a ¶ Spiritualiter regnantes. ¶ Nos ipsos offerentes. & pro aliis orantes.
b ¶ Super terrenitatem, vel super terram viuentium. † reges.
e & sacerdotes. Et regnabimus super terram. Et vidi & audi- 11
¶ Existentium. 12
f ui vocem angelorum multorum in circuitu throni & ani- 13
¶ i. multa milia.
g h malium & seniorum, & erat numerus eorum † milia miliũ 14 † Dan.7.c
a ¶ Quasi, non erubescimus prædicare de te, quia.
dicentium voce magna: Dignus est agnus, qui occisus 15
a ¶ Immunitatem peccato. b ¶ Quia Deus fuit, & si visus mortuus.
i est, accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam, &
a ¶ Quia vicit diabolum constans in Passione. b ¶ In resurrectione. c ¶ Impassibilitatem & immortalitatem. d ¶ In exultatione.
fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedi-
a ¶ Et accipere. b ¶ Vt in nomine Iesu omne ge.flec.cæ.&c. 16
k ctionem. Et omnem creaturam quæ est in cœlo, & quæ 17

✠ Ambr. Christus quando ex Virgine natus est, quando passus est, & resurrexit, & in cœlum ascendit, librum veteris testamenti aperuit, quia quæ ibi significantur, opere adimpleuit. Postea, quæ in illo obscura erant & in nouo, Doctoribus Ecclesiæ per inspirationem Spiritus sancti aperuit: quæ apertio, reseruatio est sigillorum. Quod autem cadant omnes coram agno, ad eosdem doctores Ecclesiæ pertinet. Quoties enim natiuitatem, passionem, & resurrectionem Domini ad memoriam reducunt, & hæc præfigurata & prædicta recolunt & in euangelio inuestigare non desinunt, toties eis liber signatus aperitur. Cadunt verò coram agno, cùm per meditationem diuinarum scripturarum considerantes immensam clementiam Dei, humiliant se in conspectu creatoris sui: & quãto se magis per humilitatẽ deiiciũt, tanto plus in amore eius exardescunt. Per citharas autem mortificatio carnis Coloss. 3. designatur, sicut dicit Apostolus: *Mortificate membra vestra, &c.* Phialæ verò aureæ, corda sunt sanctorum spiritali sapientia repleta: quæ odoramentis plena fuisse dicuntur, videlicet, orationi- C bus, quæ ad Deum ascẽdunt, vt psalmista sibi precatur: *Dirigatur* Psal. 140. *oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Domine.*

c *Canta.can.* Cum exultatione nouum Testamentum ecclesia opere profitetur, dum in morte eius baptizat.

d *Tribu.*

h *Milia milium dicentium voce, &c.* quia finitum est apud Deum, quod hominibus infinitum.

i *Sapientiam, & fortitudinem, &c.* Cognitionem omnium rerum sicut verbum sibi vnitum.

k *Et omnem creaturam quæ, &c.* ✠ And. Ab omnibus siue ea viuant, siue intelligant, siue quouis alio modo existant, Deus tanquam omnium principium & caussa laudatur & glorificatur, necnon vnigenitus & consubstantialis eiusdem filius, qui homini totique creaturæ, quæ per ipsum facta est, nouitatẽ impertitus est. Et si interim secundum naturam assumptam, tanquam homo potestatem in ea quæ sunt in cœlo & in terra, accepisse scribatur.

✠ Hay. Dignum est vt humanitas filii Dei, quæ tanta sustinuit cruciamenta, post sputa, post alapas, mortem, & sepulturam, resurgat, & in dextera patris collocetur, adoretur, & glorificetur, atque benedicatur: vt videlicet ipsa omnia possideat, in cælo, id est, in angelis, & in terra in hominibus sub terra, in inferno, & in mari, & quæ sunt in eo. ✠ Ambr. per creaturam quæ in cœlo erat, angeli, per eam quæ erat in terra, homines: per eam autẽ quæ erat subtus terram, ii, qui iam debitum mortis soluerant, designantur. F Sed si per creaturam quæ in terra est, omnes animas debemus intelligere, quorum corpora in terra requiescunt, quomodo ij qui

apud

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quatuor animalia. *id est, quatuor ecclesiæ patriarchales.*

2 Et viginti quatuor seniores, &c. *id est, vniuersæ cathedrales ecclesiæ per orbem diffusæ, & per hoc etiam subintelliguntur aliæ ab eis constitutæ.*

3 Ceciderunt coram agno. *nam ex hoc habuerunt materiam venerandi ipsum.*

4 Habentes singuli.ci. *quod exponitur cum subditur:*

5 Quæ sunt, &c. *metaphoricè. & per hæc & similia aperitur aliquo modo via ad exponendum reliqua, vt prædictum est.*

6 Et cantab.can. *i. pertinens ad nouum Testamentum.*

7 Dign.es do. *& patet ex supradictis sententia.*

8 Qu.oc.es. *Meritum procedit illud quod cadit sub merito. propter quod acceptio notitiæ processus ecclesiæ quæ præcessit mortem Christi, vt dictum est, non cecidit sub merito ipsius, sicut nec gloria animæ Christi: sed gloria corporis quæ secuta est sub merito bene cecidit. meruit enim sui corporis glorificationem & exaltationem. Et eodem modo potest dici de reuelatione dicti processus facta Iohanni, & per eum vniuersali ecclesiæ ad declarationem bonitatis & maiestatis Christi, nam hæc reuelatio facta est post passionem.*

9 Ex

9 Ex omni trib. *nam ecclesia est ex omnibus Gentibus collecta.*

10 Et fe.nos Deo. *i. regni eius participes.*

11 Et sa. *hostias laudis Deo offerentes.*

12 Et re.su. *non dicitur. In terra vbi sancti conculcantur, sed super terram i. in cœlo vbi sancti. cum Christo dominantur.*

13 Et vi. *Hic consequenter ponitur iucunditas assistentium Christo in ecclesia triumphante, cum dicitur.* Et vi.& au.vo. an. *in hoc notatur ipsorum multitudo maxima, secundum illud Iob. xxv.a. Nunquid est numerus militum eius? Et idem designatur in hoc quod subditur,*

14 Et e nu.e.mi. *Sicut enim corpora cœlestia totam regionem elementarem excedunt, quasi incomparabiliter in quantitate continua, sic angeli omnia corporalia in quantitate discreta, accipiendo quantitatem discretam pro qualibet multitudine numerali vel numerata.*

15 Dig. est agn. *Omnia ista habuit vel saltem plura ante passionem. quod dico propter gloriã corporis & huiusmodi quæ secuta sunt. & ideo acceptio talium hic accipitur pro manifestatione eorum ad laudem & honorem nominis Christi. Et consequenter ponitur laus Christi in omnibus creaturi, cum dicitur.*

16 Et omnem creaturam, quæ est in cœlo, *quantum ad homines, qui iam sunt in prima.*

17 Et quæ su. *quantum ad existentes adhuc in via,*

✠ 1 Et

A apud inferos cruciantur, Deum laudare credendi sunt? Per omnẽ quæ in terra, & quæ subtus terram est, solos electos debemus intelligere: qui & in terra bonis operibus & verbis Deum laudare non desistunt: & in cœlis cum Domino positi à laudibus eius nunquam cessant.

a *Benedictio.* id est, augmẽtatio quam habemus in bonis operibus, & honor qui inde sequitur & gloria de virtutibus quas in baptismo accipimus, & potestas qua concupiscentiis resistimus non nobis, sed tibi attribuatur.

b *Et quat. ani.* Omnes seniores & animalia testimonio angelorum assensum præbent, omnes insimul.

¶ Terrestrium. a ¶ Infernorum. b ¶ Ad literam, vel mundum. c ¶ Et omnia.
super terram, & subtus terram, & mare, & quæ in eo sunt, 1
a ¶ Trinitati. b Secundum humanitatem.
a omnes audiui dicentes: sedenti in throno & agno. Bene-
a ¶ Exaltatio. b ¶ Impassibilitas. c ¶ In resurrectione. c ¶ Quia omnipotens.
dictio & honor & gloria, & potestas in secula seculorum.
a ¶ Ad prædicatores ex officio conuenit alios confirmare. b ¶ Hora confirmationis.
b Et quatuor animalia dicebant: amen. Et vigintiquatuor se-
¶ In corda sua. ¶ Mente, ore & opere.
c niores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem
in sæcula sæculorum.

c *Cecider. in facies, &c.* Non superbiunt quod alios iudicant, sed humiliant se. D

✠ Andr. Et hinc quoque demonstratur per Iesum Christum qui diuulsa coniunxit, macerieque interstitium dissoluit, vnum ex omnibus hominibus ouile, & vnam rursum ex hominibus & angelis Ecclesiam factam esse. Ecce enim 24. seniores, per quos saluandorum plenitudo adumbratur, digni hoc loco prędicantur, qui cõsona voce cum quatuor mysticis animalibus, quę inter cęteros angelos primatum tenent Deum laudent & adorent: quo laudationis munere nos quoque in ipso Christo Domino nostro pacisque datore digni habeamur.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et sub. ter. *Nam omnes creaturæ & irrationales & vita carentes dicuntur laudare Christum, inquantum sunt materia & occasio laudandi ipsum, quia intellectuales creaturæ per eas ascendunt ad cognoscendum Deum. & per consequens ad ipsum laudandum & glorificandum. Cætera quæ sequuntur patent ex prædictis.* E

GLOS. ORD.

B *Tvi.* Postquã agnus quę de se prædicta erant impleuit, & ecclesiam suam testimonio prophetarum, & angelorum in fide solidauit, aperuit eis sensum, vt intelligãt scripturas, & per prædicatores exterius denunciat, quòd pro hac fide pati deceat. & quæ auxilia, vel quas coronas suis præferat, quia facta memoria de reparatione, si de tribulationibus taceret, iam possent deficere si de improuiso tribulatio insurgeret.

✠ Qvae sequuntur, & septem sigillorũ apertione distinguntur, ad sequentis temporis redemptionem, & ordinem referuntur. In quibus electorum virtutes, & reproborum in electos persecutiones, & patientium tribulationes ab exordio nascentis Ecclesiæ vsque in finem mundi describuntur: & non simul & semel, sed secundum dispositionem & apertionem sigillorum paulatim prædicta compleri, & occulta manifestari multiformiter ostenduntur. In hoc autem capitulo agit de ortu & primo statu Ecclesiæ renascẽtis, & de vetustatis per baptismum dispositione. Primum igitur scripturæ sacræ signaculum Christus aperuit, dum C mundum redimendo, & primitiuæ Ecclesiæ dona Spiritus infundendo, paternæ promissionis primordia vsque ad illud tempus latentia, in se & per se completa & exhibita manifestauit.

CAP. VI.

a b E T vidi quòd aperuisset agnus vnum de se- 1
a ¶ Iohannem. i. primitiui sequentem inuitant ecclesiam.
ptem sigillis, & audiui vnum de quatuor a-
nimalibus dicens: tanquam vocem toni- 2 3
c ¶ Quia terret.
trui: Veni, & vide. Et vidi: & ecce equus 4 †

b *Quod aperuisset.* Signatus erat, quia omnia Christus vel in se, vel in suis aperuit. Ipse enim suis aperuit sensus, vt hæc sigilla in scripturis intelligerẽt. In primo sigillo aperto, vnde egressus est equus albus, intelligitur ecclesiæ dealbatio per baptismum. In secundo equo ruso aperta persecutio fundentium sanguinem, vnde baptizatis insurgunt tribulationes. In tertio nigro, hæreticorum persecutio occulta. In quarto pallido, falsorum reatuum aperta, & occulta.

✠ Richard. Primum animal in hac visione est Marcus, qui in principio Euangelii sui de resurrectione Christi mentionem fecit, & eiusdem resurrectionis prædicatores figurauit. Huius vox quasi tonitrui sonuit, quia subitò, noua, mirabilia, grandia coruscantibus miraculis pronunciauit. *Veni*, inquit, *& vide.* Veni per F maiorem intentionem, & vide per intelligentiam spiritalem, iam aperire mysticam promissionem Dei per regenerationem generis humani.

c *Veni & vid.* Et à mysterio transi, & completam vide veritatem vel iustitiam.

d *Ecce equus.* Ecclesia in baptismo dealbata, vel maximè prædicatores qui vbique Deum ferunt.

✠ Amb.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

E T vi qu.a. *Postquam descriptus est modus diuinæ reuelationis, hic consequenter describitur decursus impletionis, & hoc sub septem sigillorum apertionibus, quibus sigillis liber dicebatur signatus. & ideo secundum septem sigilla diuiditur in septem partes, quæ patent in litera. Igitur in prima parte dicit.*

1 Et vi qu.a.ag. vnum. *scilicet, primum. eo modo loquendi quo dicitur Gen.i.a.* Et factum est vespere & mane dies vnus. *i. primus. vnde & consequenter ibi dicitur.* Factum est vespere & mane dies secundus. *& sic consequenter vsque ad septimum eodem modo. Consequenter describitur apertio secundi sigilli & tertij vsque ad septimum.*

2 Et au.vn. *i. primum eadem ratione qua & de sigillis dictum est. nã consequenter agitur de aliis tribus animalibus. Et secũdum illos qui per animalia dicunt signari quatuor euangelistas, iste fuit Marcus in similitudine leonis designatus, quæ similitudo ponitur prima suprà.c.iiii. Sed quoniam illud dictum non consonat ordini euangelistarum, in quo Matthæus ponitur primus & Marcus secundus. ideo dixi suprà.c.iiii. quòd per quatuor animalia quatuor patriarchales ecclesiæ designantur, & sic habeo consequenter dicere quòd ille qui per primũ animal designatur, fuit patriarcha primæ ecclesiæ patriarchalis, scilicet Ierosolymitanæ, qui fuit beatus Iacobus appellatus frater domini. eo quòd fuit similimus sibi: & hic ante iam transierat per gladium sub Nerone, vt patet per Iosephum. xx. lib. antiquitatũ. hæc autẽ reuelatio facta fuit Ioãni tẽpore Domiciani.*

3 Ve.& vi. *decursum ecclesiæ primitiuæ.* 4 Et ec.equ. *Per quẽ (vt dicũt expositores aliqui) designatur Caius imperator, qui successit immediatè Tyberio, sub quo passus Christus fuerat. Et designatur per equum albũ, eo quod non fuit Christianis molestus, sed magis consolabilius. nam Pilatũ misit in exilium, qui Christum iniquè iudicauit & similiter Herodẽ qui decollauerat Ioh. & Christũ in passione spreuerat, Luc. xxiii. ideo subditur.* Et exiuit vincẽs vt vinceret. *s. aduersarios Christi vt dictum est. Sed hoc non videtur mihi conueniẽter dictũ. Nã iste Caius intantum fuit elatus & peruersus quòd per orbẽ misit statuã suã, vt in illa adoraretur vt deus. & quia habitãtes in Iudæa renuerũt hoc facere, misit Petronium cum exercitu in Iudæã, vt in templo poneret dictam statuã, & renuentes interficeret, vt dicit Iosephus libris antiquitatum, & de Iudaico bello. Tamẽ Petronius nõ dedit hoc executioni. quia Caius fuit morte præuentus. Et in illo tẽpore apostoli & alii Christiani habitabãt in Ierusalẽ & Iudæa, & sic patet quòd Caius nõ fuit eis cõsolabilis: sed magis horribilis, eo quòd præ cæteris habitatoribus Iudææ horridũ erat eis mandatũ Caij de dicta adoratione. Licet autẽ ipse miserit in exiliũ Herodẽ & Pilatũ, hoc tamen non fuit propter Christum, sed pro alijs causis totaliter desperatis, vt refert Iosephus, quas cã breuitatis omitto. similiter quod subditur:* Exiuit vincens vt vinceret, *non videtur sibi cõuenienter applicari: quia Romæ fuit turpiter interfectus propter suas malicias, & vxor eius gladio cõfossa, & eius vnica filia parieti allisa. propter quod videntur alii melius dicere. s. quòd per equũ album intelligitur cœtus Apost. dealbatus sanctitate vitæ. & quia beatus Iacobus Ierosolymitanæ ecclesiæ episcopus vt dicit Hier. in libro illustriũ virorũ, dicitur vsus fuisse tunc non vestibus laneis, sed lineis, & per consequẽs albis. & idem æstimari potest probabiliter de aliis apostolis: vnde & Mahumetus vocat eos viros dealbatos. Per sedentem super equum illum intelligitur Christus sessor, & ductor eorum, secundũ illud ad Rom. viii c.* Quicunque spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. *& secundum hoc sic est litera exponenda:* Et ecce equ.alb. *scilicet, Apostolorum senatus.*

✠ 1 Et ecce

MORALITER.

✠ † *Et ecce equus albus, & se. super eum, &c.* per equum album significatur homo castus candore castitatis dealbatus, per sessorem autem eius, angelus bonus custos ipsius. per viam mundiciæ

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Arcum.* id est, Christus habet scripturam quæ illuminat suos, & occidit inimicos.
b *Et exiuit vin.* Quod prædicatores faciunt, Deo attribuunt.
✠ Avg. Equus albus Ecclesia est: sessor Christus, qui cum arcu bellico per Zachariam promissus est. Zach.10. Vel, equũ album intelligimus prophetas & Apostolos, equitem coronatum, habẽtem arcum, cognoscimus non solũ Christum, sed etiam Spiritum sanctum. Posteaquam enim Dominus ascẽdit in cœlum, & aperuit vniuersa, misit Spiritum sanctum,
B cuius verbo prædicatores tanquam sagittæ ad cor hominum pertingerent, & vincerẽt incredulitatem. Coronæ super caput, promissa per Spiritum sanctum intelligenda sunt, &c. *Sic Primasius & Haymo.*
✠ Andr. Nos Metodii sententiæ libenter astipulamur, scribentis in hunc modum, Primi sigilli solutio ad Apostolorum generationem haud incommodè transfertur. Hi namque Euangelii prædicationem velut arcum infractum contra dæmones intenderunt salutaribúsque sagittis vulneratos ad Christum adduxerunt. Coronam ob id sortiti, quod per veritatis arma erroris ducem de-
C uicerunt, secundæque victoriæ spe vsque ad violentam mortem, nomen Domini professi sunt. Ea propter hoc loco exiuit victor vt vinceret. Prima itaque victoria quam per Apostolos Christus nactus est, Gentium fuit conuersio: secunda autem spontaneus à corpore exitus, non absque cruciatu eius rei caussa susceptus.
c *Et cum.* Videns diabolus ecclesiam institui ad locum supplendum vnde ipse ceciderat, eam subuertere nititur prius apertè.
d *Equus rufus.* Superiori contrarius. s. aperti persecutores & sanguinolenti. D
e *Sumeret pacem de terra, & vt inuicem, &c.* id est, concessum est à Deo, vt auferret omnem quietem animi ab his qui sunt terrenis dediti.

a ¶ Diuinam scripturam.
a albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data
a ¶ Deus in sanctis coronatur, vel secundum humanitatem. ¶ .i. potestas. b ¶ In Iudæis vel in se. ¶ Gentes cum membris.
b est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Et cum aperuis-
c ¶ Ordine videndi: non tempore.
set sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens:
a ¶ Quia quod in corde habet opere complet. ¶ .i. diabolus.
d Veni, & vide. Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat su-
¶ Auferret. ¶ Gladio materiali, vel persuasionis.
e per eum, datum est ei vt sumeret pacẽ de terra, & vt inuicẽ
f se interficiant, & datus est ei gladius magnus. † Et cũ aperuisset sigillum tertium, audiui tertiũ animal, dicens: Veni, E supra, 5.c

✠ Avgvst. Contra victricem vincentémque Ecclesiã exiit equus rufus, id est, populus sinister & malus ex sessore suo diabolo sanguinolẽtus. Cui datus est gladius magnus vt tolleret pacem de terra, scilicet suã pacem, hoc est mundanam. Nam ecclesia æternam pacem, quam sibi Christus reliquit, habet.
✠ Haym. Per equũ rufum, debemus intelligere omne corpus diaboli, hoc est, omnes reprobos, quia caput omnium reproborum est diabolus, vt Christus electorũ. Hoc corpus est peccatis cruentatum, & animarum interfectionibus sanguineum. Data est autem diabolo potestas, vt sumat pacem de terra, quando permittitur iusto Dei iudicio, vt hoc possit facere. De terra verò sumit pacem, id est, de terrenis hominibus, cum facit eos discordes & Zizaniorum diuortia inter eos seminat. De quo adhuc subiungitur. *Et vt inuicem se interficiant, datus est illi gladius magnus.* Gladium non corporeum debemus intelligere, sed spiritualem, quo non tantum corpora, quantum animæ iugulantur. Gladius enim hic intelligitur, mala persuasio, locutio praua, deceptio iniqua.
f *Interficiant, & datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset, &c.* F Magna potestas interficiendi, quia non solum in minores, sed etiam in maiores, vt in Petrum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et qui se. super il. *scilicet, Christus.*
2 Habebat ar. in ma. sua *id est, verbum prædicationis in manu operationis* qui cœpit facere & docere, Act.i. *& sic fecerunt apostoli per imitationem & ducatum ipsius.*
3 Et data est. *In sua resurrectione & ascensione.*
4 Et exiuit. *Per effectum suum dando Apostolis in signo visibili spiritum sanctum.*
5 Vincens. *Aduersarios suos in Iudæa primò, nam eodem die conuersi sunt ad eum prædicante Petro tria millia, Act.ii. & altera die quinque millia, Act.iiii.*
6 Vt vin. *Per totum orbem subiiciendo suæ fidei iugo colla gentium. nam in breui tempore per prædicationem Apostolorum & aliorũ Christi discipulorum Christo cooperante & sermonem eorum signis sequentibus confirmante, Marc. vlt. prædicatum fuit euangelium. Nam viuente adhuc beato Petro fides catholica diffusa fuit vsque ad fines terræ habitabilis, prout declaraui super illud Psalm. xviii.a.* In omnem terram, &c. *& super epistolam Rom.x.*
7 Et cum aperuisset sigillum secund. *Hæc est secunda pars, in qua describitur status ecclesiæ à tempore Neronis vsque ad Titum imperatorem, cum dicitur.*
8 Audiui secundum ani. *Secundum prædicta iste fuit primus patriarcha ecclesiæ Antiochenæ, scilicet, beatus Petrus, qui primò rexit illam ecclesiam; vt habetur libro illustrium virorum, qui tempore huius visionis iam transierat per martyrium, dicens:*
9 Veni & vide *statum ecclesiæ sub Nerone.*
10 Et exiuit alius equus ru. *i. Romanus populus, qui dicitur rufus tempore Neronis dupliciter. Vno modo accipiendo rufedinem pro rubedine, sicut in pluribus aliis locis accipit scriptura, eo quod Nero multos Romanorum occidit ex sua crudelitate, nam etiam matrem propriam, vxorem fratrem & sororem ac etiam Senecam suum præceptorem dicitur occidisse. Alio modo magis propriè pro ipsa rufedine, quia* Nero *ciuitatem Romanam incendi fecit in magna parte, vt videret quale fuerit antiquitus incendium Troiæ. In tali verò incendio ex commixtione fumi & flammæ apparentia rufedinis causatur.*
11 Et qui se. super eum. *s. Nero habens dominium.*
12 Datum est ei. *id est, à Deo permissum.*
12 Vt sumeret. *id est, ferret.*
13 Pacem de ter. *Quia turbata fuit ciuitas per Romanum imperium propter sua maleficia.*
14 Et vt inuic. se interfi. *Nam ex occasione suæ perfidiæ, ipso interfecto, Otto, Galba Vitellius voluerunt vsurpare imperium, & ex eorũ pugna ad inuicem valde multi fuerunt interfecti.*
15 Et datus est ei gla. ma. *id est, potestas interficiendi Christianos. nam ipse primam persecutionem mouit contra ecclesiam, loquendo de persecutionibus motis per imperatores Romanos. nam ante eas persecutionem sustinuerat per Iudæos. Mandatum verò crudele Caii suprapositũ, non fuit directè contra ecclesiam, sed contra habitantes Iudæam, quorum pauci comparatiuè erant Christiani; nec etiam mãdatum illud fuit datum executioni. & ideo prima persecutio ecclesiæ attribuitur Neroni. Claudius etiam imperator qui fuit medius inter Caium & Neronem, non legitur fecisse Christianis aliquam persecutionem. Nero autem Apostolorum principes, scilicet, Petrũ & Paulum occidit, & alios multos Christianos Romæ & per imperium occidi fecit.*
16 Et cum aperuisset sigillum, &c. *Hæc est tertia pars in qua describitur ecclesiæ status sub Tito, cum dicitur.*
17 Audi. ter. animal. &c. *id est, patriarcham primum ecclesiæ Alexandrinæ scilicet, beatum Marcum, secundum quod in libro illustrium virorum habetur.*

1 Et

MORALITER.

✝ ducens eum sicut sessor equum, vnde dici potest illud Rom. viii.c. *Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt.*
2 *Habebat arcum* id est virtutem repellendi spiritum malignum impellentem ad luxuriæ casum.
3 Et data est ei co. Nam anglis custodibus ex salute traditorum suæ custodiæ augetur gloria.
4 *Et exiuit vin.* Sunt enim prompti ad protegendum traditos suę custodiæ secundum voluntatem Dei.
7 *Et cum aperuisset sigillum, &c.* Sequitur.
10 *Et exi. ali. equ. ru.* per quem moraliter significatur homo carnalis igne luxuriæ adustus.
11 *Et qui,* per hunc sessorem significatur spiritus malignus impellens ipsum ad hoc vitium. Et quoniam ex hoc vitio frequenter oriuntur dissensiones, homicidia & guerræ graues, sicut patet de bello Troiano famosissimo, quod ortum fuit de raptu Helenæ. & simile cõtingit multotiẽs de vitio luxuriæ. propter quod sequitur.
12 *Da. est ei.* permissum est dicto maligno spiritui. *vt su. pa.*
16 *Et cum aperuisset.* Sequitur.

7 Et

✝ 1 Et

a *Et ecce equus ni.* Videns diabolus se per apertas persecutiones
A non profecisse immittit hæreticos, qui falsis rationibus contendant, vt facilius decipiant.
✠ Richar. Cernens diabolus per apertam se persequutionem nequaquam profecisse contra Ecclesiam, ad nocendum alia argumenta quæsiuit, & seruorũ Dei numerum quem per manifestam impiorum persequutionem principum minuere non potuit, per occultam hæreticorum maliciã infirmare tẽtauit. Equus
B ergo niger occultam hæreticorum versutiã quibusdam sacræ scripturæ verbis palliatam, & ne manifeste videatur, obfuscatam designat. Sessor autem stateram in manu habuisse dicitur, quia discretio & intelligentia quam hæretici sese habere dicunt, diabolo ascribitur qui maliciam aduersus fideles conceptam dum super equum rufum sedemus implere non potuit, super nigrum equum perficere seducens tentauit. Quod non valuit per principum furorem, hoc efficere voluit per hæreticorum prauitatem. Principes alienos contra Ecclesiam prius inflammauit: domesticos deinde diuersis hæresibus corrupit: vt post quàm exterius bella cessarent. bellum interius ebulliret. Cuius vndelicet hæreticæ prauitatis impietas, maximè à duobus Constantini magni, & sequentium imperatorum, temporibus pullulauit. Sed autoritate sanctæ Ecclesiæ, & ecclesiasticorum doctorum compressa tandem cessauit.
b *Stare.* Quia dicunt se habere verã discretionẽ in scripturis.
c *Et audi. tan.* Quia hic in pugna hæreticorum est magis periculum, prætenditur auxilium.
d *Bilibris.* Volo fideles ne timeatis, qui ante vos poterant lædere, & vos diaboli ne lædatis istos, quia non proficietis, quia bilibris tritici.
✠ Richard. Quia diuina miseratio circa maiorum periculorum illationem, maiorem solet adferre consolationem, rectè dicitur. *Audiui vocem dicentem: Bilibris tritici denario vno, &c.* In medio quatuor animalium, id est, in medio communi testimonio quatuor Euangelistarum, & omnium prædicatorum. Bilibris tritici denario vno, &c. Quasi diceret. Ne timeatis ò fideles. quamuis videatis persecutioni succedere diuersas hæreses: quia non poterunt vos ledere, nec annonã sacræ scripturæ minuere, si in per-
C fecta fide volueritis stare. Quid enim per denarium, aptius accipimus, quàm fidei perfectionem? Quid per triticum, nisi sacrum Euangelium? Quid per hordeum, nisi vetus testamentũ? Quid per bilibrem, nisi noui vel veteris testamenti intelligentiam historialem & spiritualem? Pullulantibus igitur hæreticis & hæresibus in medio Ecclesiæ, proclamatur fidelibus contra hæreticorum prauitates disputantibus perfecta & duplex in vtroque testamẽto intelligentia, quæ pro fidei integritate & perfectione donatur. Bilibris autem vas, duos capiens sextarios esse dicitur, in quo duplicis intelligentiæ historialis videlicet & spiritualis perfectio figuratur. Sed tritici vnum bilibrem denario posuit, propter vnitatem D euangelii sacramenti: & tres bilibres hordei, propter quod in veteri testamento continentur lex, Psalmi, & Prophetæ. Interdicitur autem sessori, nigri equi, diabolo videlicet hæreticorũ dominatori ne vinum & oleum lædat, id est, ne perfectos doctores malos, arguentes, neque pios consolantes hæretica prauitate corrũpere præsumat. Non ergo debent fideles equum vel sessorẽ formidare, dũ eis & plenitudo & perfectio diuinæ sapientiæ promittitur.

a ¶ Offuscans sua vitia quibusdam operibus bonis. b ¶ Ipsi diabolo. quod sui operantur per eum, tribuimus.
a & vide. Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum ha-
a ¶ Quæ prædicant: opere attestantur. ¶ Angeli existentis.
b bebat stateram in manu sua. Et audiui tanquam vocem
c ¶ .i. vas capiens duos sextarios, quod est ecclesia ex duobus populis vel habens fidẽ & operationem.
d in medio quatuor animalium dicentium: † Bilibris tri-
a ¶ Emptam sanguine Christi. b ¶ Nam ad minus oportet habere fidem sanctæ Trinitatis.
e tici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno:

† Chœnix. i. mensura tritici aut leguminis in cibum diurnum.

✠ Ambr. Magna sunt quæ protulit, & valde obscura. Per triticum namque ex quo panis optimus conficitur, diuinam scripturam possumus accipere, quæ est panis animarum: duæ verò libræ tritici, duo testamenta designant: ex quibus magnam ciborum copiam nobis sancti patres præparauerunt, qui eam multipliciter exposuerunt: denarius autem Dominum Iesum designat. Binæ ergo libræ tritici denario copulantur, quia quod scriptura loquitur, ad vnius Dei omnipotentiam, magnitudinem, bonitatem, atque seueritatem pertinet. Per asperitatem ordei, opera sanctorum designantur, quæ denario coniunguntur, quia quicquid boni in hoc munus electi operantur, aut aduersi patiuntur, pro amore vnius Dei agunt & patiuntur, &c.
e *Tri. i.* Triticum perfectiores qui per tribulationẽ attriti igne decocti sunt, Deo cibus suauis. Hordeum minores in eodem genere. Vinum, prælo quidem attriti, sed non ita excocti acres tantum in se, & alios ad bene operandum inebriantes: Oleum sunt non alios inebriantes, sed puris orationibus vngentes. E
Vel vinum, & oleum confessores pro feruore charitatis, & dulcedine misericordiæ, quam habent in se & in alios. Per triticum intelligimus maiores martyres, qui sunt bilibres habent enim preter martyrium opera, & dilectionem Dei & proximi, vel fidem opera. Per hordeum minores martyres, scilicet, qui solam fidem habent trinitatis sine operibus & sine vlla dilectione, sed sola fide saluãtur in sanguine. Qui sunt tres bilibres, per fidẽ trinitatis.
Vel aliter: sicut enim triticum prius multum teritur, & postea optimus panis efficitur, sic Christus multum iustus diuersis persecutionibus factus est nobis panis vitæ. dando nobis corpus suum & sanguinem. Et ita fideles multis tribulationibus teruntur, & cibus optimus Deo effecti, imitatores tritici. i. Christi efficiuntur.
Vel sunt pleni tritici. i. triticeæ prædicationis quia prædicatio fidei ita audientium corda reficit, sicut triticum super omnes segetes gustum. Et qui sunt imitatores tritici, prædicatio peperit in vno denario, id est, qui vnanimes obediunt denario, id est, Decalogo, id est, decem præceptis legis. Libra constat ex. xii. vnciis. per quod notantur xii. apostoli, per bilibrem vero bina dilectio Dei & proximi. Vel, bilibrẽ dilectionẽ Dei & proximi habẽtes atque fidem trinitatis, & quatuor euangeliis obediẽtes ter enim quatuor F sunt

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ecce. equ. ni. *id est, exercitus Romanus, qui dicitur niger effectiuè, sicut sol dicitur calidus. Exercitus enim Romanus sub Tito tantum afflixit habitantes Ierusalem, quod fuerunt fame denigrati & aliis afflictionibus, secundũ quod refert* Iosephus *libro de Iudaico bello.*
2 Et qui se. super. e. *scilicet, titus regens illum exercitum.*
3 Habebat sta. &c. *id est, diuinam iustitiam, quam opere exequebatur, nam ex ordine diuinæ iusticiæ processit, quod exercitus Romanus Iudæos partim occidit, & partim captiuauit in vindictam mortis Christi, sicut manifestè prædixit Luc. xix.g.* Ecce venient dies in te: & circundabunt te inimici tui, &c. *quia tamen erat præter intentionem Titi & exercitus sui, quipropter, aliam causam venerunt cõtra Iudæos, supple propter rebellionem ipsorum contra imperium Romanum vt patet per Iosephum libro de Iudaico bello, ideo dicitur quòd habebat stateram in manu. & non in mente: nam exequebatur opus diuinæ iustitiæ modo prædicto: per manũ enim opus intelligitur, quia per eam efficitur.*
4 Et aud. tam. vo. in me. *id est, de throno Dei in cuius circuitu erant quatuor animalia, vt dictum est supra. ca. iiii. & per hoc designatur quòd factum Titi contra Iudæos procedebat ex ordinatione diuina, à qua procedit malum pœnæ, secundum quod dicitur Amos. iii.c. Non est malum in ciuitate, quod non fecerit dominus.*
5 Bili. tri. den. *Ad intellectum huius sciendum, quod dicit Hugo Floriacensis de fine belli Romanorum contra Iudæos. Fessi denique Romani multa cæde quærebant quibus mancipia captiua venderẽt, sed quia plurimi venales & pauci inueniebantur emptores, non defuere qui triginta mancipia vno nummismate mercarentur, vt sicut Dominum emerãt triginta denariis, sic econuerso denario vno triginta venderẽtur. Sunt autem nummisma & denarius vnum & idem, Math. xxii.b. dicente domino:* Ostendite mihi nummisma census, *subditur,* At illi obtulerunt ei denarium. *dicebatur autem denarius, eo quòd valebat decem nummos vsuales. Item notandum, quod bilibris est nomen compositum ex bis & libra. qua continet duas libras. quinque verò Iudæi hic per vnam libram designantur, eo quod quinque libri Moysi ab omnibus Iudæis recipiuntur. alios autem libros Iudæi non recipiunt, qui Saducei dicuntur. Est igitur sensus* Bilibris tritici denario vno, &c. *quia sicut de venalibus Iudæis vilioribus qui per hordeum quod est vile granum designantur, triginta pro vno denario dabantur, vt dictum est, ita decem de fortioribus & aptioribus ad seruiendum pro vno denario vendebantur.*

1 Et

MORALITER.

✝ 1 *Et ecce equ. ni.* Per quem significat prælatus de vitio simoniæ notatus, & sic fama denigratus.
2 *Et qui sede. &c.* per quem significatur dæmon ipsum impellens ad hoc vitium: & cuius sequitur instinctum.
3 *Habebat statte.* Nam inducit ad ponderandum multum temporalia, & modicum æterna.
4 *Et au. tan. &c* i. infamiam currentem de simonia.
5 *Bilib. trib.* quia prælatus simoniacus secundum valorem temporalem vult habere maius vel minus pretium.

3 Habe

Universidad de Deusto Biblioteca

A sunt.xii.qui numero libra constat.per tres fidem sanctæ trinitatis. per iiii.quatuor, euangelia habentes. per bilibrem, dilectionem Dei & proximi. Per triticum possumus intelligere nouum Te. per hordeum vetus. Bilibre dicitur triticum. id est, nouum Test. propter duplicem intelligentiam. id est, historialem & spiritualem.

D infernus appellantur, quia sicut infernus nequaquam dicit Sufficit, sed semper ad recipiendas animas sinum laxat: ita isti mentem dilatant ad ambienda terrena, nec tantum acquirere possunt, quantum cupiunt. Vnde sequuntur diabolum, id est, imitantur illum qui est caput omnis malitiæ. *Data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, &c.* Id est, super omnes reprobos, qui in quatuor partibus morantur, oriente, occidente aquilone & meridie. Vel in quatuor regnis principalibus, Caldæorum Medorum & Persarum, Macedonum, atque Romanorũ. Super has partes terrę habet potestatem diabolus, & cum his contra vnam Christi pugnat Ecclesiam, quam

Qu. Ne timeatis vos fideles: dabitur enim vobis perfectio, per quam poteritis resistere hæreticis.
a *Et vi. & ol.* id est, istos qui sunt refecti: & ideo vino. id est, sanguine meo, & oleo, id est, spiritusãcto vncti. Vinum similiter emitur denario vno.
B b *Et cum ap. si. quar.* Videns diabolus, nec per apertas tribulationes, nec per apertas hereses posse se proficere, præmittit falsos fratres: qui sub habitu religionis obtinent naturam, & rufi equi, & nigri peruertendo fidem.

a ¶ Ideo. b ¶ Aliquem istorum. ¶ Secreta quarti sigilli.
a & vinum & oleum ne læseris. Et cum aperuisset sigillum 1
b Quartus status. 2
quartum, audiui vocem quarti animalis, dicentis: Veni, & 3
a ¶ i. mortui, vel affligentes se hypocritæ. ¶ Diabolus, scilicet. 4
c vide. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum 5
d nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. Et 6 7
a ¶ Vel mundi. 8
e data est illi potestas super quatuor partes terræ inter- 9 E
a ¶ Quæ potestas. b ¶ Materiali, vel persuasionibus. c ¶ Diuini verbi. d ¶ Veneficis verbis. e ¶ Bestialibus ministris. vel ad literam. 10 11
f ficere, gladio, fame, & morte, & bestiis terræ. Et 12
a ¶ i. cum reuelasset secreta ecclesiæ quantum ad statum vltimum. s. tempore Antichristi. 13
g cum aperuisset quintum sigillum, vidi subtus altare a-

✠ Avg. In equo pallido homines intelliguntur mali qui persecutiones excitare non desinunt. Isti tres equi vnum sunt, qui exierunt post album, & contra album, & sessorem habent diabolum, qui est mors. Tres ergo equi, fames, & bella, & pestis intelliguntur: quod etiam Dominus in euangelio suo prædixit, quæ & iam fiunt, & imminente die indicii amplius futura sunt.
✠ Haymo. Designantur per pallidum equum omnes reprobi, ad pallorem æternæ mortis venturi: Sessor mors dicitur, quo nomine diabolus intelligitur, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Super eos sedet qui pallidi sunt, hoc est, qui opera mortis habent: & cum ipsi sint mortui, etiam alios extinguere quærunt. Vnde & sequitur, *infernus sequebatur eum.* Ipsi enim benè
C ideo scindere non potest, quia fide Christi vnita est, & illi. diuisi. Interfecit verò has partes gladio malæ suggestionis, fame audiendi verbi Dei. morte spirituali atque interiori, & bestiis terræ, id est, efferatis hominibus, sicut Nerone, Domitiano, & cæteris persecutoribus sanctorum.
c *Et qui se.* i. mors: quia per eum mors accessit vel ad literam, quia occidit quosdam in carne, quosdam in anima.
d *Et in.* i. insatiabiles terrenis, eum imitãtur, vel in inferno appo.
e *Super qua* i. super omnes malos vbique morantes. vel super Iudæos & Gentiles, hæreticos & falsos Christianos.
f *Et cum.* Ostensis tribulationibus, quę in præsenti imminẽt fidelibus, ne deficiant aliquatenus certificans de præsenti corona patientes consolatur. F
g *Vidi sub.* id est, capiti suo humiliantes se. vel *sub*, in absconso: quia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vi & ol. *per vinum, quod est lætificatiuum intelliguntur Christiani, qui replebantur gaudio spirituali secundum quod dicitur Act. xiii.g.* Discipuli verò replebantur gaudio & spiritusancto. *Et similiter per oleum propter pietatis & mutuæ charitatis obsequium secundum quod dicitur Act.iiii g.* Quotquot enim possessores domorum & agrorum erant, vendebant afferentes præcia eorum. & ponebant ad pedes Apostolorum, qui diuidebãt singulis prout cuique opus erat. *Et isti non fuerunt læsi per exercitum Titi. nam ante eius aduentum Christiani habitantes in Ierusalem & in Iudæa monitu angelico transierunt vltra Iordanem in ciuitatem nomine Pellam, in regno Agrippæ existentem, qui confœderatus erat Romanis.*
2 Et cum aperuisset quintum. *Hic incipit pars quarta vbi describitur status Ecclesiæ tempore Domiciani, qui secundam persecutionem mouit contra Ecclesiam, & multa alia mala fecit in imperio Romano, dicitur igitur:*
3 Audi uo.quar.ani. *i. Patriarchæ seu Episcopi* Constantinopolitani *iam defuncti, sicut dictum est de aliis tribus.*
4 Et ec. equ. pal. *i. populus Romanus. Domicianus enim magnam partem senatorum & aliorum nobilium in exilium misit & interfecit imponens eis crimina, vt sic raperet eorum bona, propter quod cæteri Romæ & alibi erãt in magno timore positi, ne similiter eis fieret. Timor autem facit exteriora mẽbra pallida, & potissimè faciem, propter quod Romanum imperium pro tempore illo significatur per æquum pallidũ.*
5 Et qui sede.su. *s. Domicianus Imperator.*
6 Nomen illi mors. *Actiuè & passiuè, quia multos innocentes interfecit (vt dictum est) potissimè Christianos, contra quos mouit secundam persecutionem, & finaliter interfectus fuit à Senatu Romano propter suam crudelitatem, vt habetur in Legenda beati Ioannis Euangelistæ.*
7 Et in.se.eum *Quia post cursum vitæ præsentis statim captus est ad pœnam Gehennæ.*
8 Et data est illi po. su. qua. *In quibus dilatatum erat Romanum imperium.*
9 Interfi.gla. *Nam in omnibus isti partibus multi Christiani gladio interfecti fuerunt de mandato eius.*
10 Fame: *Quia multi in carceribus fame cruciati mortui fuerunt.*
11 Et bestiis ter. *quia plures eorum deuorandi bestiis tradebantur, sicut patet in legendis plurium martyrum. Et quia pluribus aliis modis aliqui martyrizabantur. s. suspensione submersione combustione & huiusmodi, ideo interponitur.*
12 Et morte. *vt omnis modus affligendi martyres includatur. Ex prædictis verò patet, quòd sicut Zacha.vi. per equos quadrupliciter in colore variatos designata fuerunt quatuor regna, vt dictum fuit ibidem, sic in isto loco per equum album designatur regnum Christi prout fuit in cœtu apostolorum & credentibus primis. per alios tres equos Romanum imperium, cuius status fuit variatus in tribus temporibus.*
13 Et cum aperuisset quintum. *Hic incipit quinta pars, in qua describitur ecclesiæ persecutio à Traiano imperatore, qui* Domiciano *successit, vsque ad Diocletianum. Iste enim Traianus tertiam persecutionẽ exercuit contra ecclesiam. Marcus Antonius quartam, Seuerus quintam, Maximus qui est Maximianus sextam, Decius septimam, Valerianus octauam, Aurelianus nonam. Licet autem multi imperatores intermedii fuerint inter istos, quorum temporibus multi* Christiani *fuerũt martyrizati, isti tamen specialiter dicuntur Christianorum persecutionẽ exercuisse, quia fecerunt & renouauerunt edicta contra Christianos. Alii verò non sic: & ideo quod aliqui temporibus suis fuerunt martyrizati: hoc fuit ex dictis præcedentium imperatorum, quæ non erant renouata. Temporibus igitur istorum imperatorum non erant ecclesiæ nec altaria stabilia, sed in locis occultis, & potissime in martyrum criptis, in quibus sunt corpora eorum ibidem sepulta, portabatur & erigebatur altare ligneum pro celebratione missarum. Et hoc est quod dicitur:* Et cũ aperuisset, &c. animas inter. *i. martyres interfectos, eo quod erant ibi corpora eorum. Et est similis modus loquendi sicut Exod.i.a. Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob. i. homines: quamuis animæ eorum non fuerunt egressæ de femore Iacob: quæ non sunt ex traduce, sed à Deo per creationem infusæ corporibus egressis de Iacob per generationem.*

MORALITER.

1 *Et vi. &c.* Per vinum quo conficitur sanguis eucharistiæ sacramentum, per oleum vero quod ponitur in pluribus sacramentis, significantur cætera sacramenta. Per hoc igitur quod dicitur, *& vi. & ole. ne læ.* significatur quod prælatus simoniacus semper dicit, quod cõtra ecclesiæ sacramẽta & eius ordinationes nihil fiat.
2 *Et cum ape.quar.sig.* Sequitur.
4 *Et ec.equ.pal.* per quem homo significatur vitio inuidiæ liuid.
5 *Et qui se.su.eum.* i. diabolus, cuius sequitur instinctum.
6No.
6 *No. illi mors.* Vnde Sapien.ii.d. Inuidia diaboli mors intrauit in or.ter.
7 *Et infernus sequebatur eum.* i. inferni pœna, ad recipiendum deceptos per eum.
8 *Et data est illi potestas.* Nam hoc vitio iugulantur spiritualiter multi in omnibus terræ partibus, & aliqui etiam corporaliter.
13 *Et cum aperuisset, &c.* Interfector alicuius dicitur non solum auferens ei vitam corporalem, sed etiam substantiã de qua debet viuere. Propter quod per animas hic clamantes contra suos interfectores

quia nemo in hac vita percipit quomodo ibi sint.
A ✠ Richar. Persecutionibus superius descriptis, ne audientiũ mentes deficerent ex tot tribulationibus prædictis, solatur diuina misericordia lachrymabilem sanctorum martyrum quærimoniã dono primæ stolæ, & promissa conseruorum & fratrum eorum. saluatione. Igitur apertio sigilli quinti est secundum successionẽ temporis euidẽtior declaratio sacri eloquij. Altare Dei Christus est: super eum namq; offerimus patri bona per fidem quę cogitamus, loquimur, aut operamur. Benè ergo animæ sanctorum interfectorum subtus altare Dei visæ sunt, quia Christo se per humilitatem submittant: & per ipsum à Patre iudicium & vindictam de persecutoribus ex amore iustitiæ requirunt.

†Iesu Christi
Haymo. & Richard.
† infra.19.a
† cõplerentur.

¶ Ecce locus. ¶ i. sub protectione Christi qui est altare. a ¶ i. Propter præceptum Dei, quod impleuerunt. b ¶ Quod coram aliis attestatur.
a nimas interfectorum propter verbum Dei, & propter te- 1
b a ¶ i. opere ostendebant, Christum imitando. ¶ Magno desiderio.
stimonium, † quod habebant. Et clamabant voce magna, 2
a ¶ Ratione potentiæ. b ¶ Sanctitatem amans. c ¶ In promissis. d ¶ Vacat in plerisque.
c dicentes: † Vsquequo domine sanctus & verus, non iudicas 3
d a ¶ Scilicet inferendo pœnam effusoribus sanguinis nostri. ¶ Pœnas inferendo. ¶ Amore. 4
& non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant
¶ In terrenis. a ¶ Beatitudo animæ. ¶ A Deo inspiratum.
e in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est 5
a ¶ Patienter expectarent. 6
illis vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec 7
¶ Scilicet, quia habent eundem dominum. 8
f † compleantur conserui eorum, & fratres eorum qui in- 9
terficiendi sunt sicut & illi. Et vidi cum aperuisset sicut si-

✠ Avg. Vel aram, Dei Ecclesiam dicit, sub cuius oculis martyres effecti sunt, tamẽ quia sanguis sanctorum super terram funditur, sub ara clamare dicuntur. sicut est illud: *Sanguis fratris tui clamat ad me de terra.* B
Gen.4. ✠ Ambr. Vel animæ sanctorum sub altare quiescunt, quia sicut capiti supposita sunt membra, eique cohærent, ita & animæ sanctorum in cœlesti gloria constitutæ, Christo saluatori subiectæ sunt, eique per connexionem membrorum nectuntur.
a *Alta.* Christus super quem se offerunt, & quem habent munimentum. Vel ipsæ animæ altare sunt de quibus fumus procedit Deo delectabilis, & quia fuerunt sanguine liniti, modo existentes subtus, id est, in minori dignitate quam sint futuræ, quia nondum nisi vnam stolam acceperunt.
b *Interfectorum propter verb.* Vel aperto martyrio, vel aliquibus anxietatibus.
c *Vsquequo.* Desiderant maius gaudium & consortium sanctorum, & iustitiæ Dei consentiunt in damnatione impiorum.
d *Iudicas & non vindicas sanguinem.* Faciendo discretionem bonorum & malorum.
Matth.5. ✠ Ambr. Cum scriptura præcipiat, malum pro malo non reddere sed contra, diligere inimicos: quid est quod sancti in cœlestibus constituti vltionem de inimicis suis expetunt? Sed scimus sanctos Dei diem vltimũ desiderare, in quo & corpora, & mercedem plenam laborum suorum à Domino percipient. Nam hũc diem desideralem esse discipulis suis Dominus manifestauit, dicens. *Leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra.* (Luc.21.) Et in oratione dominica assiduè petimus? *Adueniat regnum tuum.* (Matth 6.) C Verum quia sanctorum resurrectio atque glorificatio in diem iudicii

D dicii fiet, & dies iudicii damnatio erit impiorum, sancti de inimicis suis vltionem postulant, quando petunt vt dies Domini veniat.
✠ Andr. Qui receptiorem doctorum Ecclesiæ sententiam sequuntur, hæc tanquam futurorum accipiunt, & præsentis loci quærelas atque clamores in eos conuenire statuunt, qui propter Christum occisi, contra persecutores vindictam expetunt: quatenus qui inter ipsos Dei clemẽtia nõ prorsus indigni inueniuntur, ad Dominum conuertantur. Obstinatè autem impii per vniuersalem totius orbis consummationem excidantur, ne iusti ad iniquitatem extendãt manus suas.
✠ Haym. Non autem putandũ est quod illi corporeo modo vocem emittant, sicut & nos, qui æreum flatũ in follem ventris traximus per organum gutturis, sed vox illorum, desiderium est ipsorum. Et tanto magis quisque illorum clamat, quanto magis desiderio flagrat. Petunt autem de reprobis vindictam, qua optant venire diem Iudicii, & resurrectionem corporum suorum. (Psal.124.)
e *Et datæ sunt illis singulæ st. &c.*
E ✠ Ambr. Stolæ albæ, gloria est sanctarum animarum: stolas albas singulas sancti Dei nunc possident, quia corporibus in terra quiescentibus, stolis animæ beatitudinis æternæ perfruuntur. Binas stolas tunc percipient, cum post resurrectionem, animæ cum corporibus gloriam cælestis patriæ sine fine possidebunt.
f *Conserui eorum.* Serui causa ipsius domini, fratres ex dilectione debent expectare.

Sanctorum animæ ante Iudicium Deo fruuntur.

✠ Dion. Areopag. norunt Græci patres. profecto se totos per ceptutos exactissimam ad Christi speciem, requiem, cum ad præsentis vitæ finem peruenerint, viamque ad immortalitatem suam è vicino iam intuentes clarius Diuinitatis laudant munera, diuinaque lætitia gestunt, non iam ad deteriora conuersionem metuentes, sed parata bona se firmiter perpetuoque habituros probè noscentes. ✠ Ivst. Mart. Vt post animi à corpore excessum, statim fit bonorum, malorũque distinctio. ducuntur enim ad loca, quæ eis digna sunt, ab angelis, bonorum quidem animi in paradisum, vbi consuetudo est, & aspectus angelorum, visio vero etiam conseruatoris christi ex verbis his, peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum, improborum autem ad loca inferorum, &c. ✠ Iren. Iustus & æquis & præcepta eius seruantibus, & in dilectione eius perseuerãtibus, quibusdam autem ex pœnitentia vitam donans, incorruptelam loco numeris confert, F

lib. de eccle siast. hierar c.7.part.1.a quest.75.a gẽtibus proposita.
lib.[illegible].c.2.ad uersus hæreses.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Propter verbum. *quantum ad doctores qui fuerũt martyrizati propter prædicationem verbi diuini.*
Et propter test. *quantum ad simplices Christianos qui martyrizabantur, vt quod nolebant negare Christum, sed magis protestabãtur se credere in ipsum.* 2 Et clamabant voce. *Iste clamor non est aliud quam manifestatio nequitiæ tyrannorum coram Deo merito puniendæ, & innocentiæ martyrũ præmiãdæ, sicut dixit dominus ipsi Cain. Gen.iiii.* Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. *i. eius innocentia declarat tuam nequitiam puniẽdam in mortis eius vindictã. Ideo subditur.* 3 Vsquequo do. *supple qui es.*
4 Sanctus & verus non iudi.&c. de his qui ha. in ter. *id est, de tyrannis dominantibus super terram.*
5 Et datæ sunt, &c. *quia cuilibet data est gloria animæ.*
6 Et dictum est, &c. *corpora eorum in monumentis.*
7 Temp. adhuc. *s. vsque ad iudicium, quod dicitur modicum æternitati comparatum, propter quod Ioh.i.can.ii.c. dicitur* Filioli nouissima hora est. *tunc enim resurgent in corporibus gloriosis, & sic habebũt secundam stolam quæ est gloria corporis.*
8 Donec compleantur. *Nam postea propter nomen Christi multi sunt interfecti, & adhuc plures interficiẽtur in persecutione Antichristi.*
9 Et vidi cum. *Hic consequenter describitur status ecclesiæ sub Diocletiano qui decimam persecutionem mouit contra ecclesiam cum collega suo Maximiano. Et ista persecutio fuit atrocior præcedẽtibus intantum quòd infra.xxx. dies.xviii. milia promiscui sexus leguntur martyrio coronati. Et hoc est quod describit Iohannes sub apertione sigilli sexti. Et diuiditur in duas partes, quia primò scribitur immanitas persecutionis. Secundò suauitas diuinæ consolationis, ibi: Post hæc vidi. Circa primum dicitur.* Diuisio.

✠ 1 Terræ

MORALITER.

fectores, significantur animæ existentes in pugatorio, quæ clamãt contra bona executionum suarum detinentes, de quibus debent refici per orationes bonorum, & eleemosynas in sustentationem pauperum, & sic animæ transferentur ad vitã glorię, propter quod tales fraudatores puniẽtur sicut animarum homicidę. Ad hoc habetur exemplum in historia Caroli, in cuius exercitu cum esset in Hispania, erant duo milites adinuicem propinqui, quorum vnus moriens commisit alteri bona vt venderentur, & precium pauperibus, pro eius anima distribueretur. Ille autem considerans quod equus mortui erat bonus & fortis, illum sibi retinuit, nec pro eo aliquid pauperibus dedit. Postea vero anima defuncti apparuit ei, arguens eum de infidelitate, & quod pro ipsa diutius fuit detenta in graui pœna, & ei denuncians quod grauius puniretur. Et tunc auditæ sunt voces horribiles, quasi vrsorum & ferocium bestiarum, & ille miserabiliter expirauit.
9 *Et vidi, &c. terræ motus.* In morte vero prælati notabilis in scientia & virtute fit spiritualiter terræ motus, quando succedit ei malus prælatus.

Universidad de Deusto Biblioteca

A fert, & calamitatem æternam circumunit.

Ponul in re Matt. Vrat in Basilium. ✠ Basil. Vos non terra occuluit, sed cœlum suscepit, apertæ sunt vobis paradisi portæ.

Vrat in S. ephrem. paulo post ✠ Greg. Nazian. Tu obiter cœlo nos respice, & datam mihi rerum debilitatem, & articulorum dolorem, vel iube discedere, vel adiuua, vt hinc demum discedētem me in æterna tabernacula recipias, & beatam trinitatem, eo quo est modo, tecum pariter cōtemplari valeam.

† Matth. 27.

✠ Greg. Nyc. In cælestibus tabernaculis animus illius consedit, vbi sunt ordines angelorum patriarcharum populi, vbi chori prophetarum vbi sedes apostolorum, vbi gaudium martyrum, vbi piorum lætitia, doctorum splendor celebres primogenitorum cætus, vbi puræ letantium voces. ✠ Idem tu vero diuino assistens altari, vitæque principi, & sacrosanctæ vna cum angelis sacrificans trinitati, omnium nostrū recordare, nobisque peccatoribus veniam impetra.

Homil. 3. in epist. ad philippenses. ✠ Chrys. Peccatores vbi fuerint, procul à rege sunt, atq; ideo digni qui fleātur, Iusti vero siue hic, siue in futuro sæculo fuerint, cum rege sunt, illic tamen magis, & propius non per ingressum, ac fidem, sed facie ad faciem.

B

Hæresi 78. ✠ Epiph. Sancti sunt in honore, quies ipsorum in gloria, perfectio hinc in perfectione, sors ipsorum in beatitudine, in mansionibus sanctis, tripudium cum angelis, diæta in cœlo, gloria in honore incomparabili, brauia in Christo.

LATINI.

lib. de exhort. mart. cap. vltimo. ✠ Cypr. Quis non omnibus viribus elaboret, vt cum Christo statim gaudeat, vt post tormenta & supplicia terrena ad præmia diuina perueniat? clauduntur oculi in persequutionibus terræ, sed patet cœlū, mors infertur, sed Immortalitas sequitur, occiso mundus eripitur, sed rediuiuo paradisus exhibetur, vita temporalis extinguitur sed æterna reparatur, quanta est dignitas, & quanta securitas, exire hinc letum, claudere in momento oculos quibus homines videbantur & aperire eosdem statim, vt Deus videbatur & Christus, tam velociter migrandi quanta fœlicitas, vt terris repente subtraharis vt in cœlestibus regnis reponaris?

In psa. 124. ✠ Hyl. quo modo possumus montes non eos significatos esse intelligere, qui super terrenam naturam gloriosi, iam in Dei rebus exultant?

Ad Marcellam de obitu leæ. ✠ Hier. nunc pro breui labore, æterna beatitudine fruitur, excipitur angelorum choris, christum sequitur.

lib meditat cap 24. ✠ Aug. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iá satiamini, de cuius immortalitate, iam immortales facti estis, de cuius beatissima visione semper gaudetis.

In Psal. pœnitent. ✠ Greg. papa. Beatitudo animabus sanctorum ante resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus post resurrectionem conferetur.

C Beda singulas modo stellas habent animæ de sua immortalitate gaudentes, resurgentibus autem corporibus, in terra sua duplicia possidebunt.

✠ Ansel.

¶ In persecutione Antichristi.

a gillum sextum: & ecce terræmotus magnus factus est. Et 1

¶ Aliquis fidelis. a ¶ In tribulationibus. b ¶ Quia doctores viles reputabuntur.

b sol factus est, niger, tāquā saccus cilicinus, & luna tota facta 2

¶ i. ecclesia. a ¶ Quia vbique patietur. b ¶ i. prius lucidi. Innitentes terrenis.

c est sicut sāguis, & stellæ cœli de cœlo ceciderūt super terrā, 3 4

a ¶ i. Fructus leues & vacuos propter defectum caloris digerentis. b ¶ Scilicet antequam veniant ad maturitatem.

d sicut ficus † emittit grossos suos, cum à vēto magno moue- 5

† abiicit

D ✠ Ansel. Prædicatores ecclesiæ, postquam exeunt de corporibus, nequaquam per morarum spacia, sicut antiqui patres, cœlestis patriæ perceptione differunt, sed mox vt à carnis colligatione exeunt, in cœlesti sede requiescunt.

In 6 Apocalypsis. In 2. ad corinth. c. 5. Richard. Heymo. &

a Sol factus est, id est, illi in quibus lucet reputabūtur rei & peccatores claritatem suā se retinentes. vel quia quidam ad tenebras decident, vel Christus sol verus, & modo clarus Antichristi tempore erit obscurus, id est, nullis miraculis coruscans.

b Tanquā saccus. Lux in sacco posita extra non lucet, fideles lucem prædicationis non effundent.

✠ Amb. per solem idem populus Iudæorum designantur. Hoc igitur factus est niger tāquam saccus silicinus, quia populus Iudæorum qui propter cognitionem vnius Dei, & propter custodiam legis, velut sol in mundo refulgebat, inter cæteras gentes, factus est omnibus hominibus odiosus, propter iniquitates suas. Sacco namque penitentes vestiuntur, vt indicent se esse peccatores. Sol ergo nigredinem sacci habuit quia omnibus gentibus Iudæorum fact mora patuerunt.

E ✠ Haym. Vel, sol, ipse prædicatores significat quibus Dominus dicit: vos estis lux mundi qui vtique fient tunc tanquam saccus cilicinus, quia cælabant coram impiis, quicquid habebant luminis, & virtutis. In illis quoque obscurabitur sol, qui timore concussi, aut blanditiis delinii, negabunt Christum, & ad tenebras erroris deuoluentur.

c Stellæ cœli de cælo, ceciderunt super terram, &c.

✠ Ambr. per stellas principes sacerdotum designantur, scribæ & pharisæi, per ficum autem, terram Iudæorum possimus intelligere. Grossi verò eiusdem arboris fructus inutiles vocantur, qui cœlo labuntur, cum arbor eadem vento concutitur. Sicus igitur vento commota est, & inutiles fructus à se emisit: quia terra Iudæorum à Romanis inuastata est, & gentem inutilem & Deo odibilem à se expulit, vt habitario fieret fideliū. Stellæ itaque more grossorum, in terram ceciderunt, quia eos qui per doctrinam legis velut stellæ in populo refulgebant, eadē pœna conclusit, & cæteram multitudinem.

✠ Rupertus. Ceciderunt qui sibi videbantur esse stellæ cœli, ceciderunt, non vt veræ stellæ cœli, sed sicut grossi immaturi fructus fici, magno vento mouente agitari spiritu diabolico exagitati. Congrua sanè similitudo ab arbore fici & grossis eius caducis quia videlicet illi quoque qui tunc temporis in Christum crediderant ex Iudæis, & erant quasi primi fructus crucis Christi, exciderunt magno vento mouente, vento inuidiæ scilicet, gentium salutem odientes, & contra fidem Euangelij suam æmulantes plerique circumcisionem.

F ✠ Haymo. Vel. Stellæ cœli, Sancti sunt qui in tenebris istud vitæ lucent, veluti in firmamento Stellæ qui tunc vtique de cœlo cadent, quando sub illa persequutione validissima: fide recedunt, qui prius fide recta & operibus iustis videbantur lucere.

d Grossos su. i. inanes fructus nullum enim permittit Deus cadere, qui ei seruit verò amore.

☞ a Cœlum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Terrę motus magnus factus, &c. quia in omnibus partibus imperii Romani ex imperio Diocletiani & Maximiani, moti sunt iudices & potentes ad interfectionem populi Christiani.

2 Et sol factus est. *id est, Christus qui est sol iustitiæ denigratus est, quantum ad famam nominis, & etiam in membris suis, quibus imponebatur quod essent malefici & magi. & in hoc à Christo edocti per apostolos aliosque discipulos quos docuerat de talibus, vt dicebant infideles: & sic quantum erat in se, nomen Christi denigrabant.*

3 Et luna tota facta est, &c. *quia tunc ecclesia tota fuit sanguine martyrum rubricata.*

4 Et stellę cœli de cœlo, ceciderunt super terram, &c. *id est, multi eminentes in ecclesia timore mortis inclinati fuerunt ad idololatrandum, Vnde & Marcellus Papa tunc timore mortis idolis thurificauit, & per hoc conicitur quod plures alii similiter fecerunt. Verumtamen beatus Marcellus pœnitentia ductus, postea martyrium pro Christo sustinuit, & cessauit episcopatus Romanus septem annis & sex mensibus: propter immanitatem persecutionis illius.*

5 Sicut ficus, emittit, &c. mo. *Dicuntur autem grossi ficus primi temporis & immaturi, qui de facili cadunt à magno vento concussi. Tunc autem emanauit in ecclesia turbo tempestuosæ persecutionis.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✝ 2 *Et sol factus est, &c.* propter defectum luminis, scientiæ & vitæ.

3 *Et*

3 *Et luna tota, &c.* Nam ecclesia cui præsidet repletur a consanguineis simpliciter indignis.

4 *Et stellæ cœli de cælo, &c.* Quia bonæ personæ non habent locum in illo collegio.

✝ 1 *Et*

☞ a *Cœlum.* i. Ecclesia recedet à malis fide & opere. Vnde: Exite de

A ca. 1. de Babylone populis meus, & immundum ne tetigeritis.

✠ Ambrosius. Per cœlum, vetus Testamentum designatur, liber verò quando innoluitur, eius scriptura ab oculis intuentium absconditur. Liber ergo Iudæis innolutus est, quia spiritalem intelligentiam in veteri testamēto, quæ Christū demonstrabat, intelligere noluerūt Cœlū itaq; sicut liber innolutus recessit, quia vetus Testamentū Iudæos dereliquit, & ad gentes transiuit.

infra. 18. b.

✠ Rupertus. Cœlum in quo sibi quasi Stellæ lucere *videbantur scientia legis erat* in qua despectu gentium omnium quasi alti- & nitiduli Iudæi gloriabantur. Sed auferetur à vobis regnum Dei. Cœlum ergo recessit, quia sensus illorum coangustati sunt, & disparuit illis imò non data est illis, propter inopiam cordis, spiritualis sacræ legis intelligentia, quomodo recessit? Sicut liber innolutus inquit. Pulcrè satis innuit quid per cœlum recedens intelligi voluerit, qui recessum illum libro innoluto similauit. Quid namque est dicere, quia cœlum sicut liber &c. nisi ac si diceretur, quia & clausa est illis omnis scriptura diuina & cœlestis? Et illis quidem à quibus hoc cœlum recessit, hic cœlestis liber inuolutus, imò & signatus est; nobis autem ad quos venit recedendo ab illis, reseratus & apertus est. ✠ Primasius. Rectè cœlum (id est Ecclesiam) vt euolutum & non inuolutum librum insinuat recessisse. Quicquid enim fuerit inuolutum, agnosci à quoquam nullatenus potest, nam quod euoluitur, delectum protinus declaratur. Ita & hæc cùm manifesta fuerit persecutione discreta, euitans recedit, vt ab extraneis abdita non videatur, sibi tantū (id est quib. se credere potest) per vnitatem spūs cognita, incognitos & alienigenas precauet, seque per discretionis spiritum, ne intellecta pdatur, occultat. ✠ Andreas. Vel. Cœlū instar libri innolui, secūdū Christi aduentū incertum esse indicat, si quidem libri subito & absque vllo pene strepitu aperiūtur. Aut virtutes cœlestes, dum eos qui ex fide decidūt, ex cōmiseratione lugent, molestam quādam animi ægritudinem, & quasi torturam præ se laturum. Quin etiam aliud quoque significatur, nempe cœlum non subiturū aliquem interitum aut abolitionem, sed tantum quandam innolutionem, & ad meliorem statum mutationem. Vel montes superbi: Insulæ ne-

C gociis sæculi agitati mouebūtur à fide.

b *Reges ter.* Secundum diuersos honores sæculi quos nolentes perdere delerent fidem.

Quatuor persecutiones Ecclesiæ.

B

a ¶ i. sacra scriptura: quia occultabitur. b ¶ Cœlantes prædicationes impiis.

a tur. Et cœlūm recessit sicut liber inuolutus, & omnis 1 2

a ¶ Virtute eminentes. b ¶ i. persecutionibus rusi. c ¶ A malis fide & opere separabuntur. d ¶ i. carni resistentes maiores & minores.

b mōns & insulæ de lōcis suis motæ sunt. Et rēges terræ & 3

a ¶ Terræ. b ¶ Qui iura tribuunt. c ¶ Operibus. d ¶ Contra tentationem diaboli.

c principēs & tribuni, & diuites & fōrtes & omnis ser-

a ¶ i. coniugatus vel seruus Dei. b ¶ A peccato vel coniugio. ¶ Ad literam.

d uūs & liber, absconderunt se in speluncis & in petris 4

a ¶ Implorabunt auxilia sanctorum. ¶ Affectione.

e montium: † & dicunt mōntibus & petris: Cadite super 5

¶ Orationibus. ¶ i. à presentia. a ¶ Patris & Filij & Spiritussancti.

nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & 6

a ¶ i. Christi hominis. b ¶ Necesse vt cadatis. c ¶ Reproborum. ¶ Nisi adiutus vestris precibus.

ab ira āgni, quōniam venit dies magnus iræ ipsorūm. Et 7 8

quis poterit stare?

Diuites.

c *Diuites.* Quicquid male volunt implentes.

D d *Fortes.* In subuertendis aliis. Seruus peccati, liber iusticiæ. Hi desperantes à sanctis, auxilia dæmonum quærunt, vt se illi liberēt in quibus cōfidebant.

✠ Ambrosius. Per reges terræ, principes & tribunos, eos qui hanc terrā regere videbātur, possumus intelligere per diuites & fortes, seruos & liberos, cæteram multitudinem.

✠ Andreas. Reges terræ hi hoc loco dici videntur, quorum studiū & Dominium circa terram præcipuè occupatur, nihilque cōmune cum cœlo habent. Quia in re conspirant cū omnibus terrenis principibus, & diuitibus, rerumque terrenarū seruis & liberis, hoc est, à Christi

E seruitute absolutis. ✠ Haymo. Reges autē, principes ac tribuni, iuxta qualitatem gradus, omnes reprobos significant, maioris scilicet dignitatis homines, mediocres, & minores, qui timentes amittere regna, & honorem, dum viderint Antichristum regnare & membra illius, transibunt ad eos, & mouebuntur ad malum, vt eis parcant, & diuitias non amittant.

e *Et dicunt.* Petāt vel suffragia Angelorū, q sūt mōtes eminētiores, & petræ firmitate: vt eorū precib. misericordiā iudicis impetrent.

Rogant boni sanctorū intercessionibus se protegi à facie Dei irati. Iratus dicitur, quādo suos sic affligi permittit. Et illa talis tribulatio à Deo permissa quasi facies irati dicitur. Vel rogant mali dæmones quos imitati sunt, vt eos defendant ab ira iudicis.

De bello Iud lib. ca. 11.

✠ Ambrosius. Qualiter autem se in speluncis & Petris mōtium absconderunt, Iosephus manifeste narrat, qui euersionem Hierusalem describit. Tanta enim fuit afflictio, vt cùm fame diutina consumerentur, & ab hostibus exterius, & multo deterius à prædonibus intrinsecus affligerentur, abscondetūt se in puteis, in cloacis, & in quibusdam terræ abditis locis, cupiētes mori, vt prolixam miseriam, mortis compendio terminarent. Qui etiam sciētes se pro sceleribus suis ista pati, & post mortem se inferni pœnas esse passuros, cupiebant vt montibus sub quibus delitescebant opprimerentur & absconderentur a facie Dei & Christi eius, quem grauiter nouerant se offendisse.

✠ Andreas. Ex quibus cladius & incommodis, multa in Vespasiana obsidione Iudas, qui Christum in crucem egerunt, euenerunt. At verò subsecuti finem, nempe sub Antichristi aduētum multo plura multoque seueriora & crudeliora mala totū vt ita dicam orbem oppsiment.

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et cœlum recessit sicut liber *Cœlum hic dicitur Ecclesia præsentis temporis sicut & Matt. 13. f.* Simile est regnum cœlorum thesauro abscōdito in agro &c. *prout exponit Greg. homil. 37. quòd Christiani tunc se occultabant quantum poterant, exceptis valde paucis, qui ex maximo feruore se martyrio offerebant.*

2 Et omnis mons &c. *Nam super montes & rupes quasi inaccessibiles, & insulis maris clausi vbi fuerant Christiani quærebantur & exterminabantur, & sic dicuntur ista loca mota propter motionem habitantiū, sicut dicitur Parisius facere vel pati quod populus inhabitans agit vel patitur.*

3 Et reges, *In omnibus enim partibus orbis iam diffusa erat fides Catholica, vt supra dictum est, & de omni statu hominum malorum, minorū & mediocrium aliquid reddiderunt, qui rabiem persecutionis motæ per Diocletianum & Maximianum nō ferentes, quærebant se abscondere in locis cauernosis sub mōtibus. Ideo subdit*

4 Absconderunt &c. *Et aliqui etiam eorum timentes ibi capi & lōgo cruciatu ad mortem deduci desiderabant mori breuiter, supposita tamen Dei voluntate, ne vi tormentorum inclinarentur ad Christum negandum. Et hoc desiderium exprimitur, cum dicitur:*

Et di-

5 Et dicunt monti. &c. & abscondite. *Irati contra nos, licet in Deo non cadat ira propriè, dicitur tamen irasci metaphoricè contra aliquos, quando flagellat eos: qui ad modum irati se habet. Tamen quando flagellat electos hoc facit magis ex sua benignitate ad augmentum meriti ipsorum ac præmij.*

6 Et ab. *i. hominis Christi qui videbatur irasci contra suam Ecclesiam modo dicto.*

7 Quo. ve. *i. tempus persecutionis magnæ ab eis permissæ.*

8 Et quis po. *q. d. valde pauci, Ceciderat enim Marcellus Papa qui caput erat Ecclesiæ, vt prædictum est, propter quod videbatur difficilè quòd alij inferiores possent stare.*

Aliter autem exponitur ab aliquibus illud Et dicūt modo &c. *Quòd per montes & petras intelliguntur sancti, qui iam erant in patria, qui dicuntur montes propter suam exaltationem ad cœlestia, & petræ propter confirmationem in bono, quorum suffragia postulabant fideles in persecutione positi. Et sic est sensus:* Et dicunt montibus. *id est, sanctis.* Cadite super nos. *id est, condescendite nobis.* Et abscondite nos à. *id est, protegite nos orationibus vestris erga Deum & agnum, vt cesset à nobis rabies huius persecutionis. Sed alia expositio videtur magis literalis.*

✠ CAP.

MORALITER.

✝ 1 *Et cœlum recessit, sicut.* Nam & de studio sacræ scripturæ non cura talis prælatus.

2 *Et omnis mons & insulæ &c.* Per montes contemplatiui, per insula impulsu maris circundatas, actiui significantur. Et dicuntur de loco suo moueri, quia tempore mali psælati a suis bonis aliquo modo impediuntur.

3 *Et reges terræ.* i. homines laici cuiuscunque status pro consilio animarum suarum recurrūt ad loca claustralium, quia nō inueniūt in Ecclesia propter præsidentis malum. 6 *Quoniam venit dies.* Permissio enim mali prælati, signū est iræ Dei contra populū, Iob. 24. d. propter peccata populi facit regnare hominem hypocritam.

✝ *Post hæc.*

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. VII.

A Richard. Post hæc &c. Multiplici Ecclesiæ bello descripto, subiicit tempore huius belli diabolum nocere paratum, sed à Deo refrenatum, ne sui aliquatenus torpeant vel desperent.

b Quatuor. Pro quatuor partibus mundi in quibus nocent.

c Angelos. Diabolus angelus dicitur. i. missus, & à Deo ad probationem bonorum & deceptionem malorũ, & principe diabolo ad subuersionem cunctorum.

Ambrosius. Per quatuor Angelos, quatuor regna designantur: Assiriorum scilicet, Persarum, Macedonum, atque Romanorum. Sed quia potestas quatuor regnorum ad solos Romanos transierat per quatuor angelos, soli Romani intelliguntur; quia sibi potestatẽ quatuor regnorum vendicauerant. Per quatuor angulos vniuersæ B gentes, quæ intra quatuor mundi plagas continentur, designantur quas sibi Romani subiecerant.

Primasius. In quatuor angelis istis regna quatuor designari Ecclesia in Ioanne cognoscit Assyriorum, Medorum, Persarum, Rom. quæ suo quodammodo potentatu omnia præfocantia, nullum pro libito iuris sui sinerent respirare.

d Tenentes. In tempore tribulationis nihil magis est necessariũ quàm prædicatio, & ideo nititur diabolus detinere aĩam oĩ loco.

e Ventos. Ventus nubes excitat, terram rigans fructiferam facit, faciem eius hilarem reddit, sic prædicatio mentes hominum.

f Super mare. Habitãtibus in insulis vel diuersis vitiis affluẽtibus.

Ambrosius. Quatuor ergo Angeli quatuor ventos tenebant, ne flarent super terram: quia Romani qui per angelos quatuor designantur, omnẽ terram cædibus & rapienis, & mortalitatibus hominũ replẽtes, nõ sinebant genus humanũ esse pacatũ.

Rupertus. Quatuor angeli stantes super quatuor angulos terræ, tenebant quatuor ventos, id est, omnia regna mundi prohibebant prædicatores. Venti quippe hoc loco in bonam partem accipiũtur, & Apostolos Christi, siue vniuersos prædicatores Euãgelii significant. Quatuor hi angeli id est, vniuersa terrarum re- C gna ventos prædictos tenebant, id est, tenere volebant, ne flarent super terram, neque super vllam arborem, hoc est, ne prædicarent D fidem Christi in vllis Prouinciis in aliquib. insulis, in vlla qualitate hominum. Nec verò leuiter, aut parua intentione tenebant, sed legibus ac proscriptionibus publicis, & cunctis pœnarum generibus aduersus veritatis præcones propositis.

CAP. VII.

¶ Non notat diuersitatem visionum, sed ordinem. a ¶ Propter quatuor regna quibus dominantur. b ¶ Quia missos à Deo. c ¶ Immorantes.
Post hæc vidi quatuor angelos stan- 1
¶ Etiam in remotissimis locis.
tes super quatuor angulos terræ, te- 2
a ¶ Propter quatuor prædicabilia, vel propter Euangelia. b ¶ Priori contrarium & ab eo diuersum.
nentes quatuor ventos terræ, ne flarent 3
¶ Habitantibus in terra, vel terrenis deditis. ¶ Super.
super terram neque, super mare, ne- 4
a ¶ i. qui iam excessisset terrenitatem: vel qui iam paratus sit ad fructificandum. ¶ Quia noua gaudia mundo nunciauit. 5
que in vllam arborem. Et vidi alterum angelũ ascendentẽ 6

Haymo. Ipsi angeli tenebant quatuor ventos ne flarent super terram, quia quatuor dæmones singulis regnis prælati, ita tenebant omnem subiectum populum, vt nullus alicuius flatũ religionis auderet contra eos emittere, aut mutire, & verbum veritatis flare aduersus idola, vt doceret: non sunt dii qui hominum efficiuntur manu, sed sunt simulacra, ad nihilum vtilia.

E Richardus. Quatuor venti, sunt quatuor euangeliorum libri. Isti venti tunc super terram, mare, & arbores flant, quandò perfecti doctores Euangelici Sacramenti plenitudinem terrena diligentibus, prædicant. Quos prædicti apostatæ angeli tunc ne amplius super terrã, mare vel in arborẽ flent, se tenere putabũt, qa ne verbũ sacri Euãgelii malis vel bonis prædicetur, laborabũt.

Andreas. Etsi Isthæc ad incommoda illa à quibusdam referantur, quæ Iudæi quondam à Romanis perpessi sunt. Arbitrãtur enim per quatuor mystica animalia effectum, vt neque terra, neque mari, neque vlla alia via iram diuinam, impendentẽque cladem euitare potuerint, multo tamen rectius ad Antichristi aduentum hic locus refertur: Tunc enim sæua illa tẽpestas furibũdè desæuiet nõ in vna aliqua terræ parte solùm, sed in vniuersa terra. Quare etiã super quatuor eius angulos stetisse narrãtur, qui implerent ministerium diuinitus quidem sibi demandatum, nobis autẽ incognitum. Ast verò ventorũ cohibitio legitimi dissolutionẽ ordinis, inẽtabileq; cõminatorũ malorũ euẽtũ haud dubiè insinuat. Dan. 2. c.

g Et vidi alterũ. Hic angelus est ille lapis sine manibus præcisus, qui statuã q̃tuor metallis cõstantẽ cõfregit, hic q̃tuor vẽtos soluit.

h Ascenden. Ex quo Christus expirauit ascenpit, dum diabolum ligauit, & per prædicatores mundum illuminauit fide, sicut sol lumine. Vel, Ascend. ab ortu. i. à Patre, proficiens sapientia & ætate. Vel à se descendit, quia non per concubitum viri, carnem assumpsit, sed ipse eam creauit qui est ortus solis. i. patris. Ambrosius

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VII.

Diuisio. Post hæc vidi. *Postquam descripta est acerbitas persecutionis, hic consequenter describitur suauitas consolationis quæ facta est in Ecclesia Dei tempore Constantini ex Helena nati. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc consolatio quantum ad existentes in Ecclesia militante. Secundo quantum ad existentes in Ecclesia triumphante, ibi:* Post hæc vidi tur. *Prima adhuc in duas, quia primò præmittitur persecutionis breuitas. s. quatuor tyrannorum in diuersis partibus imperij Romani dominantium. Secundo eorum repressio per Constantinum, ibi:* Et vidi alterum. *Circa primum sciendum, quòd sicut dicitur in Ecclesiast ca historia 9. lib. postquam Diocletianus & Maximianus deposuerunt insignia imperij, constituti sunt imperatores duo. s. Galerius & Constantinus. Galerius autem duos Cæsares instituit. s. Seuerum in Italia: & Maximianum in oriente. Constantinus autem ex Helena genuerat filium nomine Constantinum, qui mortuo patre factus est imperator, & assumpsit in consortium imperij Licinium, qui licet primo fuerit pacificus Christianorũ, tamen citò postea factus est persecutor. Maxentius verò Romæ tyrannizabat: & sic erant quatuor persecutores Ecclesiæ in quatuor partibus imperij. s. Maximianus in oriente, Seuerus in Italia: Maxentius Romæ: Licinius Alexandriæ, quæ est in Aegypto.* Nota. *Item notandum, quòd homines maximè potentes & in dignitate constituti in hoc* F *libro frequenter nominantur angeli, sicut dictum est supra cap. 1. de Episcopis septem Ecclesiarum qui Angeli nominantur, & si sunt boni, sunt Angeli Dei: & si mali, magis sunt Angeli Sathanæ, saltem pro illo tempore quo sunt mali, sicut dictum est. supra 3. cap. de Angelo Sardis:* Nomen habes q viuas, & mortuus es. *Hoc ergo modo quatuor persecutores Ecclesiæ dicti nominantur hic Angeli, cum dicitur:* 1 Post hæc &c. *i. damnantes.* 2 Super quatuor. *i. quatuor partes imperij, vt dictum est.* 3 Tenentes quatuor. *i. impedientes doctores Ecclesiæ, ne verbum Dei* prædicarent De quo flatu dicitur Cant. 4. d. *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius: quia per flatum prædicationis fœcundatur hortus Ecclesiæ militantis.* 4 Super terram. *Christianorum enim aliqui habitabant in arida, aliqui in insulis malis, & aliqui in siluis persecutionem fugientes, & omnes isti designantur nominibus locorum istorum. Sicut habitantes Parisiis designantur nomine ipsius: vnde communi modo loquẽdi dicitur: Parisiis fecit tale festum, id est, populus habitans ibi.* 5 Et vidi. *Hic consequenter describitur dictorum, quatuor tyrannorum repressio. Circa quàm primò ponitur repressionis actus. Secundo subditur sequens fructus, ibi:* Et audiui. *Circa primum præmittitur reprimentis conditio, cum dicitur:* Et vidi alterum Angelum. *Id est imperatorem Constantinum.* 6 Ascendentem ab ortu solis. *Nam ex ordinatione solis iustitia ascendit ad dignitatem imperialem, vt daret pacem Ecclesiæ.*

MORALITER.

Hominis status quadruplex. 1 *Post hæc.* Hoc literaliter exposui de quatuor tyrannis. Moraliter autẽ exponi potest de quatuor vitiis impedientibus salutem hominis. Circa quod sciendum, quòd natiuitas hominis potest dici eius Auster, & aduersitas eius Aquilo, secundum illud Iere. 1. c. *Ab Aquilone panditur omne malum.* Ortus autem hominis vilis est, propter quod inde flare debet spiritus humilitatis quem impedit superbia. Mors autem vel eius occasus est cũ Angustia & incertitudine: propter quod inde flare debet ventus timoris, quem impedit fatua spes longæ vitæ. Ab austro verò prosperitatis debet flare gratiarum actio, quem flatum impedit ingratitudo. Ab aquilone aduersitatis debet flare patientia ex consideratione beneficiorum diuinorum, exemplo beati Iob dicentis: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus?* Sed hunc flatũ impedit contemptus diuinorum iudiciorum.

5 *Et vidi. alterum angelum ascendem. ab ortu solis, habentem signum.* Iob 2. c. Per quẽ generaliter significari potest prædicator: qui tanquã alter angelus est annunciator verbi diuini, & in principio prædicationis suæ signat se signo crucis. Spiritualiter aũt significari potest beatus Franciscus stigmatibus Christi consignatus. Ipse verò & alii prædicatores prædicare debent contra quatuor vitia prædi- cta, & clamare cum oratione contra malignos spiritus de quatuor vitiis prædictis tentantes. 7 *Et aud.* Per istos signatos, significantur illi qui per prædicationem ad bonum conuersi, non solum operantur bonum quod est necessitatis, sed etiã illud quod est supererogationis. 7 *Ex tribu.* Per hoc significantur eminentes in laudibus diuinis, quia Iuda confitens interpretatur, siue laudãs. Per tribum Ruben, eminentes in contemplatione, quia Ruben interpretatur filius visionis. Per tribum Gad, eminentes in bello cõtra dæmones, quia Gad interpretatur accinctus. Per tribum Aser, qui interpratatur beatus, sentiens dulcedinem beatitudinis. Per tribum Manasse, qui interpratatur obliuio, illi qui obliuiscuntur mundanæ conuersationis. Per tribum Symeon, qui interpretatur audiẽs, auditores deuoti diuini sermonis. Per tribum Leui, qui interpretantur additus, illi qui student addere bona bonis. Per tribum Isachar, qui interpretatur merces, habentes oculum ad mercedem æterne retributionis. Per tribum Zabulon, qui interpretatur habitaculum, præparantes Domino habitaculum suæ mentis. Per tribum Ioseph qui interpretatur accrescens, perficientes in augmento virtutis. Per tribum Beniamim, qui interprætatur filius dexteræ, illi qui dicuntur filii Christi, ratione alicuius specialis assimilationis.

A a *Signum.* i. Crucem qua suos signaret, vel potẽtiam patri æqualem, vel immunitatem à peccato per quam Deus apparet, quia omnis homo peccator. Hoc signum & si non re, fide tamen antiqui patres pertulerunt. Signum geritur in fronte, ne celetur in tribulatione, nam signatio pectoris, confessio est cordis. Cum cathechizatur infans, iniungitur in pectore, vt fidẽ cordis habeat: in fronte ne erubescat, sed confiteatur. *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem conf. f. ad sa.* In scapulis, vt onus Christi portet. In vertice, vt rationem conseruet, quæ est vertex & caput hominis interioris.

Inunctio infantis. Ro 10. c. † sigillum. 4 Infra. 9. a

Ambrosius. Signũ autẽ Dei viui, B est Christi diuinitas. Nam in carne positus, signum Dei viui habuit: quia ea opera gessit, quę demonstrabant eum esse vnicum filium Dei, sicut ipse dicit: opera quæ ego facio &c. Ia. 10.

a ¶ Vexillum crucis, vel potestatem faciendi miracula & dimittendi peccata. b ¶ Clamare Dei est facere. ¶ Quando dæmones in passione refrenauit. 1
ab ortu solis habentem † signũm Dei viui: & clamauit voce 2
a ¶ i. magno imperio. b ¶ i. permissum. c ¶ Non tantum quantum volunt. d ¶ i. auaris: sed tamen conuertendis.
magna quatuor angelis quibus datum est nocere terræ & 3 4
a ¶ Quæ ne laboretis.
mari, dicens: † Nolite nocere terræ & mari, neque arbori- 5
¶ Donec ego interius & mei exterius: signo crucis discernamus.
bus quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus 6
a ¶ i. intellexi quales essent signandi.
eorũ. Et audiui numerũ signatorũ cẽtũ quadragita quatuor 7
¶ Propter perfectionem.
milia signati ex omni tribu filiorũ Israël. Ex tribu Iuda, duo
a ¶ Filium videns. i. opera: hoc ad reseruatos ad operandum.
decim milia signati. Ex tribu Rũbẽ, duodecim milia signa-
a ¶ Accinctus si tribulatio immineat. b ¶ i. beatus, mundanis non intentus.
ti. Ex tribu Gad, duodecĩ milia signati. Ex tribu Aser, duode
¶ Id est latitudo. i. ex charitate sua aliis largiens.
cĩ milia signati. Ex tribu Neptali, duodecĩ milia signati. Ex

Haymon. Vel. Signum hoc quo signantur omnes serui Dei in frontibus suis, ipsum signum est sanctæ crucis, quòd fideles in Ecclesia dupliciter, in corpore scilicet, & anima, portant. In corpore, quia signantur in fronte, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: In anima verò, quia Christi passionem imitantur, crucifigentes se cùm vitiis & concupiscentiis. Non prodest enim hoc signum exterius quicquam, nisi & ipsum quis accipiat interius.

Andreas. Hoc autem & si his quondam ex parte acciderit, qui ex Iudæis in Christum credentes deputationem illam, quæ ciuitati &c. Hierosolymorum à Romanis illata est, admirabiliter euaserunt, qui secundum magnum Iacobum, qui illorum multitudinem Apostolo Paulo allegabat, aliquot miryades efficiebant. Veruntamen aduentus Antichristi tempore maximè hoc, locum habebit, quando nimirum viuificæ crucis signum fideles ab infidelibus secernet. Hi enim intrepidè citraque vllum ruborem crucis Christi signaculum in conspectu impiorum deferent.

Rupertus. Signum vocationis atque iustificationis, meritumque & spes magnificationis futuræ est, signari seruos eiusdẽ Dei in frontibus eorum signo crucis, quod olim fuit opprobrium C & pœna damnatorum, nunc autem decus & salus iustorum.

b *Centum quadraginta.* Finitum ponit, quia Deus sibi sub certo numero omnes compræhendit.

D Ambrosius. Per centum quadraginta quatuor milia præsentis Ecclesiæ electi designantur. Duodecies namque duodeni fiũt centum quadraginta quatuor. Omnes igitur qui fidem duodecim Apostolorum custodiunt, actusque imitantur, in hoc numero consistunt.

Rupertus. Hoc numero finito, innumerabilis significatur totius Ecclesiæ multitudo, quæ de Patriarchis, vel prosapia carnis, vel fidei imitatione progenita est.

Primasius. Euidenter agnoscitur, hoc mystici numeri indicio, innumerabilem electorum multitudinem præsignari, tanquam numerum finitum pro infinito significatiuè commendari.

E Haymo. Ecclesia igitur, quia trinitatis notitia ex vniuersis generationib. aggregatur, quatuorq; fluminibus paradisi irrigatur, & in quatuor partes mundi distenditur, rectè in duodenis milibus figuratur: sed si in eo quod crediderit perficiatur, necesse est, vt duodenarius miliũ numerus quadra soliditate iungatur. Nam & centenarius numerus, qui à leua transfertur ad dexteram, generalem significat sanctorum numerũ, qui in perfectione operis inuenti in dextera sunt collocandi.

c *Ex omni tribu.* i. ex omnibus fidem Iacob imitantibus.

d *Ex tribu.* i. pueris qui nati & baptizati sola confessione patrum spiritualium saluantur. *Iuda.* Confitens, hoc sufficit his qui non reseruantur, hic vt viuant. Iudas qui primus ordine generationis fuit quartus, per quem innuitur spiritualis prosapia attendenda. Ex genere Dan nascetur Antichristus, Ideo hic præmittitur, vt ex omni numero sanctorum ostendatur Antichristus eiiciendus. Haymon. Vel Dan, transiliens iudicium Hebræorum: quia postquàm veritas venit, legalia transierunt, & Gentilis populus idolorum oblitus, in veritatem surrexit Christo nato in sexta ætate. Primasius. Haymon.

e *Duodecim.* Per duodecim habemus eos qui fide Trinitatis in quatuor mundi partibus sunt signati, & vt hos perfectos ostendamus duodecim, per quatuor multiplicamus, & fiunt quadraginta octo, vt verò ad Trinitatẽ hæc pefectio referatur. 48. multiplicamus, & sic fiunt 164. PRI- F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Habentem signum. *Id est signum Crucis Christi. Scribitur enim Ecclesiasticæ historiæ li. 9. quòd Constãtinus veniens Romã contra Maxentium ibi tyrannizantem, & frequenter cogitaret de dispositione belli, & pro victoria exoraret Deum cœli, quamuis nondum esset baptizatus, aspiciens in cœlũ, vidit signum Crucis rutilans: & cum miraretur de insolita visione, vidit angelos assistentes & dicentes sibi:* In hoc signo vinces. *Tunc de victoria futura securus, signum Crucis sicut viderat, depingi fecit in militaribus vexillis, & sic procedens contra Maxentium, obtinuit plenum triumphum.* 2 Et clamauit voce ma. qua. ang. *i. quatuor tyrannis prædictis.* 3 Quibus da. est. *i. permissum est* 4 Nocere terræ & mari. *Christianis habitantibus in terra arida, & in insulis maris, dicens:* 5 Nolite nocere &c. *Nam istos quatuor tyrannos repressit à nocumẽto Christianorum, aliquos debellando, sicut dictum est de Maxentio & idem postea accidit de Licinio contra Christianos crudeliter insurgente in Alexandria & Aegypto, alios autẽ duos suo mandato deterrendo, & hæc habentur Ecclesiasticæ historiæ lib. 9.* 6 Quoadusque sig. *Constantinus enim à beato Siluestro baptizatus honorauit, & exaltauit Ecclesiam, & potissime sacerdotes & alios Ecclesiæ ministros, & multa priuilegia Christianis dedit, & sic exemplo & verbo multos ad baptismum induxit, & sic per ministerium sacerdotum eius seruos Christi consignauit. Sciendum autẽ, quòd hæc dictio quoadusque, non tenetur hic finitiuè, sic intelligendo, quòd signatis fidelibus tempore Constantini, quatuor tyranni prædicti deberent redire ad persecutionem Ecclesiæ, sicut cum dicitur:* Sedeas hic quoadusque veniam. *Per quod designatur, quod me adueniẽte non debeas amplius sedere, sed tenetur infinitiuè, sicut cum dicitur: Iste non pœnituit quoadusque vixit. i. nunquam pœnituit, quia post mortem pœnitere non potuit.* 7 Et audiui. *Hic consequenter describitur dictæ repressionis fructus, quæ est multiplicatio credentium Christo. Et dicunt expositores, quod hic primo ponitur numerus conuersorum ad Christum de Iudaismo, & ideo subditur:* Ex omni tri. *Et postea cum subditur* Post hæc vidi. *Ponitur multitudo conuersorum de Gentilitate: quæ fuit multo maior quasi incomparabiliter, quam de iudaismo. Sed saluo meliori iudicio, primum non videtur rationabiliter dictum, quia ante tempora Constantini Iudæi iam erant in sua infidelitate obstinati, propter quod non videtur quod tempore Constantini tot fuerint baptizati, sicut dicitur hic. s. 144. milia. Item quia ex qualibet Tribu, excepta Tribu Dan, loco cuius nominatur tribus Ioseph, dicuntur. 12. milia signati, & tamen secundum Hebræos & Latinos decem Tribus fuerunt captiuatæ & inclusæ vltra montes Caspios, & sic de illis non videntur tunc aliqui fuisse baptizati. Siluester secundum de conuersione Gentilium non*

Post hæc

Universidad de Deusto Biblioteca

A PRIMASIVS. omnium tribuum nomina decursurus, mirum non est, quod à Iuda orsus easdem nominatim reuoluerit de tribu enim Iuda nasci voluit Dominus Iesus Christus, neque enim de terrenis generationibus hic ordo contexitur, vt maiores natu ex maiore proferens, ad Iudam qui quartus est, perueniret: sed decreto numero redemptorum, quo plenitudinem electorum significare voluit, ad quam volens intentionem nostram necessaria consideratione dirigere, in cæteris quoque fratribus nominandis non natiuitatis ordinem reseruauit, ita vt & post Ruben maioribus natu inferiores præponeret.

RVPERTVS. Porro, & in ordine isto B nominum duodecim filiorum Israel, ratio ministra nō deest, quia videlicet non secundum ordinem suæ generationis, quo secundum carnem geniti vel nati sunt, hic dispositi inueniuntur, quod vtique non per ignorantiam accidit, sed certi causa mysterii. Conuenienter à Iuda inchoat, & Dan prætermisit, quia non ordinem terrenæ generationis, sed iuxta nominum interpretationem virtutes Ecclesiæ exponere decreuit: quæ à confessione præsenti & laude, ad dexteram vitæ festinat æternæ.

a *Simeon.* Tristitiæ siue mœroris exauditio i. super de præteritis peccatis dolens ad virtutis conuersationem.

b *Leui.* i. additus. i. etiam non iniuncta sibi faciens.

c *Isachar.* i. merces. i. ad remunerationem tendens: vt: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*

Philip. 1. c. d *Zabulon.* i. habitaculū fortitudinis. i. laborem non recusantes, sed aliquādo ꝑ necessitate fratrū de Maria ad Marthā descēdētes.

e *Ioseph.* i. augmentū. i. Ecclesiā numero sanctorū locupletātes.

f *Beniamini.* i. filius dexteræ. id est à propitiatione Dei omnia & nihil à se reputantes.

g *Post hæc.* Cum secundum figuram designandos sub certo nu-
C mero vidisset, & tantummodo de filiis Israel, nunc apertè docet quod per illum numerum vniuersi fideles, & per 12. tribus accipiendæ sunt omnes Gentes. D

AMBROSIVS. Per turbam superiorem quo numero comprehēditur, electi qui in Ecclesia singulis tēporibus laborant, designātur. Et quia multi sunt vocati, pauci verò electi, & in comparatione reproborū exigua est turba electorum, non immeritò, numero centum quatuor milia, electi, qui singulis temporibus in Ecclesia Dei laborāt, designantur. In cœlesti verò beatitudine, vbi singulis temporibus ex omnibus gentibus, tribubus & linguis congregantur, tāta eorū efficitur multitudo, vt nullo numero comprehēdi possit.

RVPERTVS. Numerus sanctorum in scripturis bifariam intelligitur, alias quidem pro multitudine ipsorum, alias autem E pro multiplici profectu virtutum. Secundum vtrumque modum turbam illam dinumerare nemo poterat. Nam & pluralitate sua hi qui iam sunt, cùm eis qui nouissima persequutione Antichristi martyrii stolas atque victoriæ palmas accepturi sunt, soli Deo numerati, vel numerabiles sunt, & quàm multorum dierum sint, estimari non potest, quippe vbi numerus infinitus est.

HAYMO. Numerus electorum apud homines finitus.

RICHARDVS. Superius posuit iustos qui passionem Christi præcesserunt, modo subiungit eos qui tempore gratiæ fidei signum acceperunt. Quorum numerum ideo non ponit, vt apertè significet, quòd eum humanus sensus capere non possit.

h *Stā. es.* s. pati Deo obedire iudici, vel ēt suis prelatis, hoc in pn̄ti.

i *Amicti stolis albis &c.* AMBROSIVS. Per stolas albas, animarum munditia designatur. Palmæ verò in signum victoriæ ponuntur. Palmas igitur non solum sancti Martyres, quibus victoria specialiter adscribitur, sed & omnes electi qui in hoc seculo positi contra visibiles & inuisibiles fortiter dimicarūt in cœlesti beatitudine possident. Palmæ autem præmia sunt victoriæ sanctorum. F

HAYMO.

a ¶ i. oblitus nec prouidens quæ ad vsum pertinent vitæ.
a tribu Manasses, duodecim milia signati. Ex tribu Symeon,
b duodecim milia signati. Ex tribu Leui, duodecim milia si-
c gnati. Ex tribu Isachar, duodecim milia signati. Et tribu Za-
d bulon, duodecim milia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim
e f milia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim milia signati.
a ¶ Sicut erat quasi prædictum, sic vidi adimpletum. b ¶ Numerus Deo certus, hominibus est incognitus.
g Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo 1
2
¶ i. de barbaris, etiam. a ¶ In vnaquaque gente. b ¶ In vna vrbe.
poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis & lin- 3
a ¶ In eodem populo sunt diuersæ linguæ. ¶ vt conspiciant. b ¶ i. Christi hominis. c ¶ Prius in baptismo, & post lachrymis hoc in præsenti.
h i guis, stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti sto- 4 5
6
a ¶ i. victoriæ quæ sequuntur ex operibus, hoc de futuro. b ¶ Et in præsenti clamabant, & maxime in futuro.
lis albis, & palmæ in manibus eorum. Et clamabant voce 7
8

NICOLAVS DE LYRA.

videtur probabilius dictum, quia textus dissonare videtur in pluribus: quod magis videbitur persequendo. Sic igitur quantum mihi videtur ad præsens, in hac prima parte describitur multitudo conuersorum ad Christum tempore Constantini de quacunque gente vel natione, qui per baptismum rem nominis Israel consequuntur, secundum quod prædicit Isa. 44. a. Effundam spiritum meum super semen tuum & benedictiones meas super stirpem tuam, & germinabunt. *Et sequitur:* Iste dicet: Domini ego sum, & ille inuocauit in nomine Iacob: & hic scribet in manu sua Domino, & in nomine Israel assimilabitur, *Quod intelligitur de Gentibus conuersis ad Christum, sicut ibidem plenius fuit dictum. Hoc etiam dicit Apostolus Ro. 2. d. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque qui in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, s. per fidem Christi: & circuncisio cordis in spiritu, s. per recisionem vitiorum. Et sic patet, quòd nomen Israelis secundum rem & veritatem transit ad populum in Christo regeneratum, & per consequens nomina duodecim tribuum Israel ad duodecim Apostolos noui Testamenti, qui correspondent duodecim patriarchis ve. Te. Tribus verò Dan hic omittitur, eo quòd de ipsa dicitur Antichristus nasciturus. Sciendum etiam, quòd cùm dicitur hic.* 12. *milia signati, ponitur numerus determinatus pro indeterminato, nam multò plures temporibus illis per diuersas partes orbis fuerunt baptizati, sicut suprà.* 4. *ca. Per viginti quatuor seniores intelligitur vniuersitas prælatorū Ecclesiæ, quæ est multo maior, sicut dictū fuit ibidē. His verò dictis patet litera.*

1 Post hæc. *Hic consequenter describitur consolatio quantum ad existentes in Ecclesia triumphante: Nam sicut post persecutionem acerbissimam temporibus Diocletiani & Maximiani facta est consolatio magna in Ecclesia militāte per Constantinum pacem ei attribuentem, sic in triumphante de martyribus illius temporis facta est lætitia magna per Christum animas eorum suscipientem. Igitur hæc lætitia primò describitur. Secundo Iohannes de hoc plenius instruitur, ibi:* Et respondit. *Circa primum dicit:* Post hæc vidi turbam magnam. *martyrum.*

2 Quàm dinumerare nemo poterat. *Temporibus enim Diocletiani & Maximiani tot fuerunt martyrizati, quòd per homines non poterunt ad certum numerum reduci, nam infra triginta dies leguntur. 17. milia martyrizati, vt dictum est. Vna etiam vice Maximianus interfecit legionem Thebeorum, in qua erant sex milia, & 67. milites Christiani. Iudices etiam in diuersis partibus de mādato istorum numeratorum tot interfecerunt Christianos, quòt non poterant sub certo numero redigi. Nā Diocletianus legitur viginti annis imperasse.*

3 Ex omnibus Gentibus & tribubus & populis & linguis. *Ex hoc videtur, quòd non agitur hic de conuersis ex Gentilitate tamen, sicut dicunt aliqui, sed de martyrizatis per Diocletianum & Maximianum: inter quos fuerunt aliqui de Iudaismo conuersi ad Christum, & de omni populo & gente.*

4 Stantes ante thronum. *Per clarum diuinitatis aspectum.*

5 Et in conspectu. *Quia sicut beati reficiuntur interius in aspectu diuinitatis, ita exterius in aspectu humanitatis Christi, secundum quod dicit August. super Iob.*

6 Amicti stolis albis. *Per gloriam animæ, quæ per stolam albam designantur, vt dictum est ca. præce.*

7 Et palmæ &c. *In signum perfectæ victoriæ, quæ non habetur in præsenti vita in qua homines quantuncunque sancti sunt semper in pugna, & sic non loquitur hic, vt videtur de baptizatis existentibus in via, sed de martyrizatis in patria.*

8 Et clamabant voce magna. *Nam in cœlis est laus Dei continua.*

Dicentes

MORALITER.

1 *Post hæc vidi.* Per istos significantur illi qui conuersi ad bonū seruant ea quæ necessaria sunt ad salutem. Sciendum autem, quòd cùm dicitur hic: *De tribu Iu. duo.* Ponitur numerus determinatus pro indeterminato, sicut frequenter fit in libro isto.

A HAYMO. Per stolas albas accipe puritatē baptismi, purgationē oculti & aperti martyrij ablutionēq; fontis lachrymarū. Ante mediatoris aduentū corda humani generis maculis peccatorū erāt respersa, sed dealbata sunt modis suprà nominatis. Palmas in manibus habēt electi, dū quolibet modo triūphant de antiquo hoste & huius sæculi voluptatibus.

RVPERTVS. Palmæ ergo in manibus eorum, quia nimirum quatuor principalia regna mundi, vicerunt; & ipsis volentibus nocere reluctantibus, & omni conatu resistentibus. Nihilominus signati sunt, & signū Dei viui in frontibus acceperunt.

Lib. 1. super Ezech. Ho. 17. GREGORIVS. Palmas in manibus tenere, est victorias in operatione tenuisse. Cuius operationis palma ibi retribuetur, vbi iā sine certamine gaudebit.

a *Salus Deo nostro qui sedes.* Non per nos, sed per agnum habemus salutem. i. remissionem peccatorum & bonam operationem & æternam gloriam.

b *Et omnes.* Per supradictos angelos intelligi possunt maiores B prælati, per istos minores prælati, vel subditi tantum sicut sunt angeli & Archangeli, & tamen omnes angeli. i. nuncij. Sed & modo sunt maiores & minores prælati, id est Archiepiscopi & Episcopi.

Angelos inducit de consortio sanctorum gaudentes, & testimonium eorum confirmantes, vtpote illos quorum officio turba quam viderat in hac fide perstiterat. Vel per supradicta intelligamus iudices in Ecclesiis, hic verò de subditis eorum subditur.

AMBROSIVS. Superius milia milium Angelorum Deum laudare dicuntur; hic autem nullo numero comprehēduntur, sed omnes in circuitu throni stare dicuntur. Possumus per superiores eos intelligere qui ad diuersa officia in mūdo destinantur: eos autē qui sine numero ponuntur, illos qui in cœlestibus cum Domino conuersantur. ANDREAS. Ecce vna ex Angelis & hominibus Ecclesia constituitur. Et quidem priscis sanctis, tametsi angelis non dissimilibus, formidabiles apparebant angeli, quomodo ex Daniele & aliis cognoscere licet; tunc autem vna cum hominibus ministrabūt, siue corpore vestiti locóque circūscripti, vt eruditis quibusdam placet, inter ipsos compareant; siue vt aliis magis probatur, trina illa longitudinis & profunditatis intercapedine (vt quæ corporū sit propria) destituti, non in propria natura conspiciantur, sed in ea figura, quam Deo illis tribuere visum fuerit, vtvt sit, circuitu animaliū & seniorum consistere cernentur.

c *Amen.* Q. si attribuitis Deo, benefacitis. Vel, *amen*, ad sequentia legetur: *Amen.* i. veritas in præmissis, *& benedictio.* i. exaltatio quam habet super omnem creaturam, vel nostra exaltatio in virtutibus: *& claritas*: id est impassibilitas, vel vestra in operibus.

Amen, benedictio, &c. Q. numerat omnia beneficia de quibus sunt habendæ grates.

C d *Benedictio & claritas &c.* PRIMASIVS. Enumerato septenario virtutum numero, illa potissimum ratione mouemur aliquid quærere, quòd eas hic nominauerit, quarum suam Deus D Ecclesiam voluit esse participem, vt cum ista Deo in laudibus dātur, ab ipso se ea percepisse singuli fateantur. Considerandū nāq; est, nō hic nominari illa quæ soli cōpetunt Deo, sed etiam quę fidelibus donare dignatur. Non hic omnipotentia, maiestas, sempiternitas sonuit, quā solus Deus semper iure possedit, sed illa septem, in quibus vniuersæ possunt fidelibus concessæ virtutes intelligi ab illo, qui eis dedit potestatem filios Dei fieri. Ioan. 1.

RVPERTVS. Septem sunt voculæ, benedictio, &c. Solet autem septenario numero designari vniuersitas, tam apud seculares philosophos, quàm apud Ecclesiasticos, ergo & hic quicquid laudis, glorificationis, aut iubilationis, concipere potest mens aut proferre, quæcunque est illa lingua angelorum, sub istis voculis non dubitamus ab illis beatis spiritib. Deo declamari, pro sanctis omnibus, quia mortui fuerant, & reuixerūt: E perierant, & inuenti sunt. HAYMO. Hæc omnia cùm ad trinitatem, quæ vnus & verus est Deus, pertineant, specialiter tamen ad incarnati verbi personam *referuntur, & infidelium ora.* Iudæorum hac autoritate clauduntur. Ipsi enim dicunt, maledictio congruit crucifixo, quia maledictus homo qui pendet in ligno. Nos econtrario, quod nulli melius conuenit benedictio quàm illi, qui maledictum legis abstulit à nobis, & benedictionem Abrahæ ad gentes peruenire fecit Dicunt iterum non conuenit homini mortuo claritas, sed soli Deo viuo. Nos verò, nemini magis quàm illi adscribendam claritatem, quia in diuinitate manens, autor est lucis æternæ, & humanitate *mortuus ad horam, tertia die surrexit.* & est illi claritate comparticeps. Sap. 8. Non est, inquiunt, vester Christus illa sapientia, quæ attingit à fine vsque ad finem fortuiter, quoniam paruulus ex nostra sorore natus est, & per incremēta temporum, sapientia, vt homo profecit: nos verò, nō est illa sapientia passa detrimentū in assumpto homine, sed magis hæc ab illa assumpta mansit vna sapientia, qua mūdus est factus, & restauratus homo de terra creatus, & ad cœlū subleuatus. Ipsi dicunt, nulla ei debetur gratiarum actio pro salute animarū, quia suā ipse liberare non potuit. Nos contra, nulli quàm illi conueniētius, qui vt afferret salutem animarum nostrarum, propria potestate, voluit animā ponere, quod si nolet, nūquā poneret. *Ipsi iterū dicūt, nō fuit Christus* æterna virtus & fortitudo, q̄ lassari potuit ex itinere. 1. Cor. 1. Nos econtra, quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Illius enim infirmitas totam mundi fortitudinem ac virtutē prostrauit.

e *Et respondit vnus.* Visa turba in tanta dignitate, monetur attendere qua via potuit illuc ascēdere, vt idem alios doceat inspicere. Richardus.

f *Hi sunt qui venerunt ex magna tribul. &c.* AMBROSIVS. Hic demonstrat non ad electos, qui in hac vita laborāt, sed ad eos qui in cœlesti vita cum Domino requiescunt, hæc pertinere. Non enim sancti de magna tribulatione, sed ad magnas tribulationes perse F

¶ Magno desiderio. a ¶ i. nosipsos in quibus iudicat.
a magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedes super thronū, 1
¶ Vt iuuantes. ¶ i. in protectione eius.
b & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni & 2
a ¶ Prædicatorum noui & veteris testamenti. b ¶ Humiliauerunt se coram Deo. c ¶ Ad hoc vt inspicerentur. 3
seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspe- 4
¶ Rationabiliter.
ctu throni in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes: 5
a ¶ i. veritas sit Deo, & benedictio. b ¶ Qui omnia scit, vel nos scientes facit. ¶ Quod habet in se & dat aliis.
c d Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum 6
a ¶ i. potentia resistendi. b ¶ Effectus virtutis. 7
actio, honor, & virtus, & fortitudo, Deo nostro in secula 8
a ¶ Fiat fiat. b ¶ Desiderio satisfaciens. c ¶ Omnes seniores vnus, quia idem docent. ¶ Exponens.
e seculorum: amen. Et respondit vnus de senioribus, & 9
¶ Quoniam digni.
dixit mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui 10
¶ Q. Nescio: sed doce me, quia tu scis.
sunt, & vnde venerunt? Et dixi illi: Domine mi tu 11
¶ Veniunt & venturi sunt.
f scis. Et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de tribu- 12

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dicētes salus &c. *i. salus quā habemus, inest nobis à Deo & agno.*
2 Et omnes angeli stabant in circuitu thro. *Tāquā parati ad exequendum voluntatem Dei.* 3 Et seniorum & quatuor animaliū. *i. Episcoporum & Patriarcharum iam in cœlo regnantium.* 4 Et ceciderunt in conspe. *Gratias agentes Deo de triumpho martyrum.*
5 Dicentes: Amen. *Post laudem Martyrum suprà positam:* Salus Deo nostro. *Et subditur eorum laus, cùm dicitur:* 6 Benedictio. *i. laus.* 7 Et clari. *i. diuulgatio nominis, & cætera quæ sequuntur, supple, attribuantur.* 8 Deo nostro in secula. *Non est per hoc intelligendum, quòd ex creaturis aliquid accrescat Deo in seipso sed tātum in effectibus suis.* 9 Et respondit vnus. *Hic consequenter Iohannes de dictis martyribus instruitur plenius, cùm dicitur:* Et respondit vnus. *Secundum illos qui dicunt, quòd litera immediatè præcedens loquitur de conuersis ex gentilitate tempore Constantini. Iste senior fuit beatus Siluester. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia Iohannes non fuit instructus à beato Siluestro per multa tempora post nasciturо, quia floruit tempore Constantini: qui cœpit imperare anno Domini. 319. Et ideo videtur melius, quòd iste senior fuerit beatus Petrus, qui dicitur vnus senior. i. primus inter prælatos Ecclesiæ, sicut dictum est. suprà ca. 5.* 10 Hi qui amicti sunt. *q. d. tu debes scire.* 11 Et dixi illi: Domine mi tu. *Qui regnas in secula cum eis, nam ante reuelationem Iohanni factam per martyrium transierat ad gloriam vt ostensum est suprà. ca. 5. q. d. Iohānes:* Tu qui scis potes me docere de ipsis.
12 Et dixit mihi: Hi sunt qui. *Exeuntes de mundo per martyrium tempore Diocletiani & Maximiani imperatorum, quia tunc fuit tribulatio maxima, vt dictum est. Ex hoc etiam videtur, quod non loquitur de conuersis ad fidem tempore Constantini, quia tunc non fuit Ecclesiæ tribulatio, sed maxima consolatio, propter quod loquitur sicut dixi de martyribus temporis præcedentis. Ideo subditur:*

Et la.

Universidad de Deusto Biblioteca

A perferendas in mundum veniunt. Hic enim est tempus tribulationis, illic tẽpus pacis. Sancti itaque de magna tribulatione veniũt, qui ab hac vita subtracti, vbi tribulationis tempus est, in æterna quiete collocantur.

✻ ANDREAS. Beati planè, qui per temporarios labores exiguasque corporis molestias sempiternam requiem compararũt, quiq; ob id quod vna cum Christo impigrè certarunt, crucémque pertulerunt, simul cũ illo regnant, & perpetuo ministrant.

Act. 14. † Isa. 25. c. infra. 21. a. ✻ PRIMASIVS. Cũ autem fideliũ numerus ex magna, dicitur, tribulatione venisse, quid aliud demonstratur, nisi quod alibi legimus, oportet nos per multas tribul. &c. Sic enim p exercitia pressuratum, fidelium numerus eliquatur, sicut pondere prælorum adhibito, oleum diligenti cura conficitur: & per trituram tribulæ recondendum horreo frumentum tritum colligitur.

a ¶ Quia nemo sine peccato, propter Christum. b ¶ Quia non tantum pertinet ad martyres. c ¶ Per nouam operationem.

a latione magna, & lãuerunt stolas suas, † & dealbauerunt 1

¶ In fide passionis. a ¶ Ante Dominum iudicem, vel in consortio Angelorum.

b eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum Dei, & ser- 2

a ¶ Continue vel hic. b ¶ In Ecclesia vel in cœlo.

uiunt ei diẽ ac noctẽ in templo eius: & qui sedet in throno, 3

¶ Quia fruentur vino pane & fonte vitæ.

c habitabit super illos. † Non esurient, neque sitient am- 4 5

a ¶ Maior vel minor tribulatio.

plius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus: quo- 6

d niam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet 7 8

¶ De virtute in virtutem in præsenti.

e eos ad † vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem 9 10

† viuos. lachrymam ab oculis eorum.

a *Stol. suas &c.* Innocentiã in baptismo acceptã, vel corpora sua.

B b *Et serui. ei die ac nocte.* ✻ ANDREAS. Per diem & noctẽ quædam temporis perennitas actionisque continuitas hoc loco designatur, quandoquidem ibi nulla nox est, sed vna tantum dies, non sole hoc, qui sensibus obiicitur, illustrata, sed sole iustitiæ qui mente cernitur, illuminata. Vel, forsam per noctẽ profunda prorsusque abdita cognitionis mysteria denotantur: per diem autem C quædam euidentia captuque facilia.

✻ RVPERTVS. Die ac nocte, id est, in æternitate seruiunt, non vtique laborioso aut seruili ministerio, sed iucundo atque liberali amoris tripudio. D

c *Non esurient, neque sitient, &c.* Qui dedit cognitionem angelis, dabit etiam eandem illis cognitionem.

Math. 5. ✻ AMBROSIVS. Cùm Dominus dicat in Euangelio: Beati qui esuriunt & sitiunt, &c. Cur hic sancti nũquam esurire dicũtur? † supra. 5. c. Sed non ad eos qui in hac vita sũt positi, loqtur. Qui vidẽtes iniustitias hominũ, esuriunt & sitiunt iustitiã, cupientes omnes homines esse, sicut ipsi sunt. Esuriunt etiam, E vt sua iustitia quotidie crescat, esuriũt vitam æternam. Animæ verò sanctorum non esurient, quia iam esurierunt, & vitam ęternam percipere meruerunt.

✻ HAYMO. Famem quippe sancti iã non patiuntur quia presentia illius saturabuntur, qui est panis viuus. Sitim quoque non sustinebunt, quia ipse est fons vitæ.

✻ ANDREAS. Qui ad saluos non Testamento istud: habituri sunt enim panem illum cœlestem vitæque fontem.

d *Deducet eos ad vitæ, &c.* Et per hoc in futuro deducet ad omnimodam refectionem.

e *Absterget Deus omnem lachrymam.* Omnem dolorem siue pro delictis suis, siue pro aduersis, vel exilio vel cæteris huiusmodi.

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et lauerunt, &c. sanguine. *Propter quod eorum sanguis fuit effusus, & ideo merito dicitur sanguis agni, quia est sanguis membrorum ipsius, in quibus dicit se persecutionem pati, Act. 9. a. Saule Saule, quid me persequeris? Martyres autem prædicti acceperunt primam stolam. i. Animæ gloriam, vt suprà dictum est per effusionem sui sanguinis.*

2 Ideo sunt. *Videntes eum facie ad faciem.*

3 Et ser. &c. in. *Quia ibi est laus iugis, Psal. 83. a.* Beati qui habitãt in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.

4 Et qui sedet. *Scilicet Deus.*

5 Habitabit super. *Quia non possunt ab eo euelli.*

6 Non esurient. *i. nullam tribulationem aut inquietudinem patientur amplius, nam in beatitudine quietatur appetitus.*

7 Quoniam agnus qui est in medio thro. *s. Christus.*

8 Reget illos. *Immediatè, fideles autem in terra exeuntes reguntur ab eo per ministros Ecclesiæ.*

9 Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum. *Continuando in eis gloriam animæ quousque cum hoc accipiant gloriam corporis in futura resurrectione, & tunc erunt in fontibus aquarum vitæ per duplicem gloriam. s. corporis & animæ.*

10 Et absterget Deus omnem. *Nam vltra non habebunt aliquam tristitiæ materiam, sed plenam & perfectam consolationem. Contra hanc expositionem quã posui ex textu posset argui. Primo quia dicitur:* Post hæc vidi turbam magnam, &c. *Ex quo videtur quòd non loquitur de martyribus tempore Constantini præcedentibus, de quo ante fecerat mentionem, sed magis de conuersis ex gentilitate tempore ipsius, sicut dicunt expositores aliqui. Secundo quia infra. 21. Iohannes loquens de ciuitate cœlesti dicit,* Et templum non vidi in ea. *Hic autem dicitur:* Et seruient die ac nocte in templo eius. *Ex quo videtur, quòd non loquitur de martyribus existentibus iam in patria, sed de fidelibus qui sunt adhuc in via.*

Ad primum dicendum quòd cum dicitur: Post hæc vidi &c. ly, post, *non refertur ad ordinem rei gestæ sed ad ordinem visionis seu descriptionis. Illa enim quæ sunt prius facta, frequenter sunt posterius ostensa prophetis & descripta, sicut manifestè patet in scriptura veteris ac noui Testamenti: propter quod non valet argumentum.*

Ad secundum dicendum, quòd post illud verbum Io. subditur immediatè: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & agnus. Ex quo patet, quòd per verbum Iohannis non excluditur à ciuitate cœlesti templum omnimodè, sed tamen templum materiale & figurale, quale fuit in veteri Testamento respectu noui, & in nouo respectu cœli. Cultus enim Dei in nouo Testamento est quædam figura & repræsentatio cultus ipsius siue laudis ab Angelis sanctis & beatis in cœlo, quia cultus cœli non est ad aliud ordinatus, ideo nullo modo est figuratiuus, quia ibi Deus colitur & laudatur, vt clarè & præsentialiter visus sine figura & ænigmate, & sic negatur ibi templum figurale, & Dominus omnipotens dicitur templum eius, sicut plenius ostendetur quando erimus ibi Domino concedente.

✻ CAP.

ADDITIO.

In ca. 7. vbi dicitur in Postilla. Et dicunt expositores aliqui, quod hic primo ponitur numerus conuersorum &c.

Licet opinio expositorum quam reprobat Postillator rationabiliter videatur impugnari, posset tamen sustineri. Nam secundum Isi. in primo lib. de summo bono, septem regulæ sunt seu claues circa expositiones sacræ scripturæ, quas etiam Postil. id est secundo prologo super Gen. repetit, quarum quarta regula seu clauis est de parte & toto. s. quòd sacra scriptura tractans de parte, quandoque transit in totum, & econuerso, vt ibidem exemplificatur de quadam prophetia, Isai. 13. Vbi propheta tractans ad literam de ciuitate Babylonica, dicens: Onus Babylonis: *Transit ad intelligendum verbum de toto mundo, & posteà reuertitur ad loquendum contra Babylonem spiritualiter, prout ibidem plenius continetur. Vnde & in proposito beatus Iohannes tractans de conuersis ad Christum de Iudaismo tempore Constantini, transit ad loquendum de tota synagoga antiqua quæ fuit sub fide Christi futuri, quam propriè designat per numerum signatorum de. 12. Tribubus Israel, quia à tempore Abel iusti à quo incæpit synagoga fidelium, multi fuerunt sub fide Christi, & de qualibet tribu, quia in hoc spacio includitur tempus ante transmigrationem decem tribuum, & ideo de qualibet tribu facit mentionẽ, præter tribum Dan, quæ omittitur ex ratione contenta in postil. Similiter sequitur:* Post hæc vidi tur. mag. &c. *Per hoc intelligitur multitudo conuersorum de gentilitate, quæ fuit multo maior quàm multitudo fidelium de filiis Israel. Et ideo dicit de ea, quòd numerari non potest. Fuit etiam sine distinctione tribuum, de qua multitudine beatus Iohannes loquens transit ad multitudinẽ cœlestis Ecclesiæ, quæ est mater omnium, & secundum prædictam expositionem lector potest applicare singula singulis competenter, non obstantibus obiectionibus Postillatoris.*

☞ CAP. VIII.

A E*T cùm aperuisset.* In hac tertia visione sunt materia septem Angeli canentes tubis ad destructionem inimicorum & ad similitudinem illorum qui canentes tubis Iosu. 6. b. destruxerunt mœnia Iericho In quo satis patet. Quasi dicat cũ intellexissem saluationem iustorum, ex alia parte intellexi damnationem impiorum per officium prædicationis bonis iniunctum.

✻ AMBROS. Apertio septimi sigilli ad natiuitatẽ Christi pertinet. Sed quærendum nobis est, cur in septimo, non in quinto loco ponatur. In Genesi scriptum est, quia sex diebus fecit Deus cuncta quæ ex cœlo & terra originem sumpserunt, septimo autem requieuit, & idcirco vocauit diem septimũ B Sabbatum, id est, requiem. Quæ autem requies nostra, nisi Christus? non inconuenienter ergo in sigilli septimi apertione natiuitas Christi ponitur, quia ipse est requies omnium Sanctorum, quæ per septimum diem figuratur. ✻ ANDREAS. Frequenter & familiariter ad modum hic sanctus, numerum septenariũ assumit, vt qui præsentis sæculi Symbolum præ se ferat, & ad Sabbatismum sanctorumque, requiem rectã tendat. Quare hoc quoque loco per septimi sigilli solutionem nihil aliud denotari putandum est, quàm impendentem regni terreni, terrenæque vitæ & conuersationis finem & dissolutionem.

b *Factum est silentium &c.* ✻ AMBROSIVS. Per silentium pax quæ ab Octauiano Augusto, Christo nascente per vniuersum orbem facta est, designatur. Media autem hora silentium factũ est, quia pax quàm Ecclesia in initio fidei apud paganos habuit, pauco tempore mansit: Nam à Nerone imperatore interrupta est, & Petro Pauloque interfectis, præcepit omnes Christianos persequi.

✻ HAYMO. Vel, Cœlum iustorum Ecclesia vocatur, quæ dũ à frequentia rerum corporaliũ, contemplatione intima cuiusdam secreti secessum petit, & cogitationum tumultus reprimens, internæ quietis secretum penetrat, quasi quoddam silentiũ Deo in mente præparat. Sed quia in hac vita nequaquam contemplatio perfectè agitur, animoque renitenti cogitationũ tumultus se C ingerũt, rectè silentiũ quasi media hora factũ dicitur. Quasi ergo media hora fit silentium in cœlo, cùm electorum animus in hac mortali vita, & aliquid de superna quiete percipit, & tamen in eo quod perceperat, diu stare non valet. D

c *Septem ange.* Vniuersos, vel septiformi spiritu imbutos.

d *Et datæ sunt.* Quia non displicet Deo damnatio impiorum.

CAP. VIII.

a E T cùm aperuisset sigillum septi- 1

a ¶ Quia post mortem Antichristi pax erit in Ecclesia.

b mum, factum est silentium in cœlo 2

a ¶ Quia citò veniet ad iudicium.

c quasi mẽdia hora. Et vidi septem an- 3

¶ i. laborantes non timere currui.

gelos stantes in conspectu Dei, & 4

a ¶ A quo a. ¶ i. officium prædicandi. b ¶ i. maior.

d e datæ sunt illis septẽ tubæ. Et alius an- 5

f ¶ Christus. ¶ i. humanitatem sibi vniuit. ¶ i. Apostolos. 6

g gelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureũ: 7

✻ RICHAR. Septẽ angeli stantes in conspectu Dei, sunt prædicatores vniuersi, per omne tempus, quo septem dierum numero voluitur, cooperante Spiritus sancti, gratia prædicãtes verbu Dei. Qui idcirco dicti sunt angeli, quia à Deo missi, stantes in conspectu Dei, quia ad diuinum obsequium parati. Dantur illis septẽ tubæ, quia attribuitur eis vniuersale officium prædicationis diuinæ, vt canant ad electorũ munitionẽ, & reproborũ destructionẽ. E

e *Et alius an.* Stetit angelus ante altare paratus immolare ad similitudinem sacerdotis, vel Christus altare qui se obtulit, & super quem Ecclesia offert Deo preces. *Stetit. (ergo) ante altar.* i. añte seipsum, quia non habet mediatorem per quem placeat. Vel, *stetit ante al* i. antequam esset altare. i. offerret se: *stetit.* i. adiuit suos à tẽpore natiuitatis. s. Vel, *altare:* Ecclesia quæ charitatis igne accensa Deo per Christum sua mittit munera.

✻ AMBROSIVS. Iste angelum Christum significat. Venit autem quia per incarnationis mysterium apparuit. Per altare aureum Ecclesia designatur. Ante altare ergo stetit, quia Apostolis & cæteris credentibus, ex quibus Ecclesia tunc constabat, quod Deus esset manifestauit. ✻ RICHARD. Alius angelus Christus, qui bene dicitur alius, q. a ab aliis angelis. i. vniuersis prædicatoribus, & gratia sanctitatis, & excellẽtia dignitatis, & potentia virtutis lõge remotus. Qui venit, dũ naturæ nostrę fragilitatẽ assumpsit.

f *Haben.* Dicturus ex prædicatione iustorũ euenturam damnationem impiorum, præmittit quasi excusationem, ne eis culpa de damnatione impiorum imputetur, quia quantum ad ipsos prædicatio eorum bona, & à bono doctore iniuncta.

g *Thuribulum.* i. Aposto. qui sunt vasa ignis. i. spiritus sancti, & de quibus exeunt orationes quæ eleuantur coram Deo.

✻ AMBROS. Per thuribulum quod in manu tenebat, corda Apostolorũ cæterorũque credentium demonstrantur, quod aureũ ☞ fuisse F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

✻ E T cùm aper. *Postquam superius in apertione sex sigillorum descripta est Ecclesiæ pugna contra tyrannos, vt patet ex prædictis, hic consequenter describitur Ecclesiæ pugna contra hæreticos sub apertione septimi sigilli. Ista tamen diuisio non est præcisa, nam à tempore Apostolorum contra Ecclesiam insurrexerunt hæretici, vt patet ex supradictis in Apostolorum epistolis, & post tempus Constantini fuerunt, & erunt aliqui tyranni, sed hæc distinctio accipitur secundum illud quod principaliter describitur in præcedentibus. Hæretici verò futuri sunt inter Christianos vsque ad finem mundi, sicut ostendit Saluator Mat. 13. Per parabolam Zizaniæ seminatæ in medio tritici, quam noluit eradicari vsque ad messem, per quàm intelligitur tempus iudicij, propter quod pars ista in generali durat vsque ad finem seu terminum huius libri. Et diuiditur in tres partes, nã primo describitur status Ecclesiæ iudicium præcedens. Secundo iudicium cõ-* Diuisio. *comitans, 19. ca. ibi.* Et vidi thronum magnum. *Tertio subsequens, ibi:* Et ego Iohannes. *Prima pars diuiditur in duas partes. Nam primo describitur pugna inter Ecclesiam & hæreticos dictos propriè. Secundo inter ipsam & hæreticos dictos extenso nomine. cap. 12. Prima adhuc in duas. Nam primo agitur de inuentoribus hæresum. Secundo de fautoribus eorum, ca. se. Prima adhuc in duas, quia primo continuat se prædictis. Secundo exequitur de hæreticis, ibi:* Et septem angeli. *In præcedenti verò parte duo sunt dicta de statu Ecclesiæ. s. persecutio tyrannorum, & consolatio sequens per Constantinum. Primo ergo se continuat primo. Postea secundo, ibi:* Et angelus. *Circa primum ponitur quædam breuis persecutio post tempus Constantii excitata per Iulianum apostatã qui interfecit Paulum & Iohannem & plures alios, & multa mala & damna intulit Christianis, & de ipso dicitur hic:*

2 Factum est silentium in cœlo. *i. in Ecclesia militante, quæ frequẽter in libro hoc cœlum nominatur vt prædictum est. Iste enim Iulianus præcepit Ecclesias claudi prohibens diuinum officium solenniter celebrari, & sic factum est silentium in cœlo. Quia tamen Iulianus apostata parum imperauit. s. anno vno & sex mensibus, secundum Hiero. ideo subditur.*

3 Quasi me. *Nam ipso in bello Persarum interfecto apertæ fuerunt Ecclesiæ & cœpit religio Christiana gaudere, vt habetur in legenda sanctorum martyrum Iohannis & Pauli. Consequenter ponitur continuatio ad sequentia, cum dicitur:*

4 Et vidi se. *De istis verò septem, angelis & eorum tubyciniis dicetur in sequentibus sigillatim.*

5 Et alius ange. *Hic ponitur continuatio ad secundum præce quod fuit Ecclesiæ liberatio per Constantinum: ad quam secuta fuit clesiarum ædificatio, & diuinorum solennis celebratio. Ad hanc autem celebritatem addit Damasus Papa, qui satis citò post tempus Iuliani apostatæ præfuit Ecclesiæ Romanæ, & ordinauit per omnes Ecclesias psalmos die noctúque canere, & vt in fine psalmorum diceretur: Gloria patri & filio &c. Propter quod de ipso dicitur:* Et alius angelus. *Scilicet Papa Damasus qui fuit alius à septem prædictis.*

6 Venit & stetit ante altare. *Quia præfuit Ecclesiæ Romanæ.*

7 Habens thuribulum aureum. *Id est cor Deo deuotum, secundum illud Psal. 140. a.* Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

✻ Et da-

MORALITER.

✻ 1 *Et cum aper.* Literaliter hoc exposui de tempore Iuliani apostatæ, qui claudi fecit Ecclesias, ne solenniter celebrarentur diuina: per quem quantum ad hoc significatur prælatus qui terram supponit interdicto sine ratione bona.

5 *Et alius an. venit & ste. ante.* Qui ad literam dicitur fuisse Damasus papa, qui ordinauit vt clerus die & nocte caneret Psalmos in Ecclesiis, & per ipsum significatur quilibet superior religiosus vel sæcularis, qui sollicitus est de diuinis deuotè celebrandis. Ideo subditur.

✻ Et da-

Universidad de Deusto Biblioteca

A f uisse dicitur, quia corda discipulorum per fidem purificata, & per sapientiam quam à Christo didicerant inaurata erant.

✠ RICHARDVS. Thuribulum sunt Apostoli, qui ad electorum preces summæ diuinitati offerendas, in Ecclesia sunt principaliter instituti. Qui apte aurei sunt, & auri fulgorem habent, quia diuinam in se sapientiam continent: & per eam cunctis in mundo lucent. Istud thuribulum in manu angelus habuit, ex quo Christus duodecim Apostolos elegit.

† in manu sua.

✠ HAYMO. Quid per thuribulum aureũ, in quo ignis ponitur, nisi Corpus Domini intelligere debemus? Tunc enim accepit thuribulum, quando suæ diuinitati nostram cõiunxit mortalitatem: quod thuribulum beneaureũ dicitur, quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & sciẽtiæ absconditi. Possumus & per thuribulum aureum, in quo cremantur aromata, intelligere Ecclesiam, quæ igne amoris diuini accensa, mundas ad Deum dirigit orationes. Nam & ipsa sapientia repleta est, quam ab ipso suo percipit capite.

✠ PRIMASIVS. Thuribulum, hoc est, immaculatum corpus, B Spiritu sancto superueniente conceptum, quod pro mundo vniuerso redimendo obtulit oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

a *Incensa multa.* ✠ AMBROSIVS. Incensa multa, præcepta sunt Euangelii. Incensa enim in thuribulo ponuntur, vt calore ignis accepto, fragrantiam odoris sui circumquaque spargant. Similiter & Christus doctrinam Euangelii in cordibus discipulorũ suorum posuit, qui igne charitatis succensi, odorem fidei suæ per omnes gentes sparserunt.

✠ RVPERTVS. Vel, orationes Sanctorum patrum, siue patriarcharum, quæ hic incensa vocari meruerũt, illæ fuerunt, quas effundebant propter Christum, propter eius adipiscendum, magno patri Abrahę promissum, vt in ipso benediceretur cum omnibus gentibus, siue cognationibus terræ, atque absoluerentur ab illa primæ præuaricationis maledictione.

1. Co, 12. b. b *De orationi.* Dixit, non orationes, quia non omnes repræsentat patri, sed eas exaudit quæ ad salutem pertinent. *De orationibus.* Quia illi aliquando petunt quod petendum non esset, vt Paulus.

c *Super aureũ altare.* i. illi qui est supra se secundum humanitatẽ, secundum quam est altare s. Trinitatis.

✠ ANDREAS. Altare hoc, est Christus sin quo omnis Sancta & ministratoria vis posita est, omniumque martyrum victimæ & sacrificia immolantur & offeruntur: Thymiamata autem sunt orationes sanctorum, quæ Deo grati odoris loco sunt.

✠ RICHARDVS. Ipse namque est altare, quia super eum offeruntur patri omnia vota humanæ Iusticiæ.

✠ AMBROSIVS. Super altare aureum de orationibus Sanctorum dedit Deus, quando super corda credentium, fidem doctrinam, C actusque apostolorum, ceterorumque prædicatorum posuit, vt haberent vnde erudirentur, & quod imitarentur.

Fumus.

a ¶ A sanctis offeruntur Christo. b ¶ Orationes Deo delectabiles. ¶ Repræsentaret eas patri.

a † & data sunt ei incensa multa, vt daret de orationibus san- 1

b a ¶ i. in beneplacito sedentis in throno. 2

c sanctorum omnium super aureum altare quod est ante

¶ Quia ita illi sunt data. ¶ Procedens.

d thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationi-

a ¶ Operatione. ¶ Vnde ascendit. ¶ Christo exeunte. ¶ Vel Christus est manus Dei, per quem omnia fecit. ¶ Vbi.

e bus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Et acce- 3

a ¶ De eodem spiritu quo ipse plenus erat.

pit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne al-

a ¶ i. in illos qui erant apti ferre fructum. b ¶ Ab illis. c ¶ Minæ.

taris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & 4

a ¶ Suasiones. b ¶ Miracula. c ¶ Quibusdam ad bonum, quibusdam ad malum. 5

voces, & fulgura, & terræmotus magnus, & septem 6

a ¶ Vniuersi prædicatores Apostolos imitantes. ¶ Officium prædicandi. 7

f Angeli qui habebant septem tubas præparauerunt 8

9

d *Fumus:* Compunctio procreata, orationis studio, igne visionis Dei interius accensa. D

✠ AMBROSIVS. Per fumum aromatum, non solum orationes fidelium, sed & fragrantia bonorum operum designatur, quæ ab Ecclesia indesinenter ascendit in conspectũ Dei. Qui fumus de manu angeli conscendere dicitur, quia quicquid boni fideles faciunt, operante Deo faciunt.

✠ RVPERTVS. Fumus incensorum suauissima est affectio sanctarum precũ, quæ sic ex fide per dilectionẽ operante, dulcessit, & coram Deo consurgit, quomodo ab igne cremante dum liquescit incensum, fumũ creat odoriferũ, sursum naribus patulis sensum inspirans insitæ suauitatis. Illuc vsque pulchra gradatione huiuscemodi fumus ascendit. De orationibus Sanctorum ad manũ angeli, de manu angeli coram Deo ascendit. E

✠ HAYMO. Sicut fumus ex crematis aromatibus procreatur, sic virtus compunctionis ex studio orationis gignitur. Sed de manu angeli coram Deo ascendunt, quia per redemptorem nostrum, quæ à fidelibus committuntur, ad Deum patrem perueniunt.

✠ RICHARDVS. Illa sola oratio in cœlestibus est accepta, quàm filius offert patri.

e *Et accepit & impleuit.* Quos acceperat ad illuminandum, Christus accipere dicitur ad illud officium.

M AMBROS. Angelus, id est, Christus, thuribulum. i. corda discipulorum de igne altaris, id est de Spiritu Sancto impleuit: quando post ascẽsionem suam in cœlos, decimo die Spiritu sancto misso de cœlo, corda discipulorum impleuit, ac scientiam omnium linguarum dedit. Misit ergo angelus ignem, quem in thuribulo posuerat, in terram, quia doctrinam fidei quàm in cordibus Apostolorum effudit. ✠ HAYMO. Tunc angelus thuribulum accepit, cũm Dominus intra vterum virginis naturam humanã coniunxit, vel cum primũ in Iudea discipulos elegit, quia non de alio spiritu, sed ex seipso de quo impleta est Ecclesia, ipse impleuit corpus suum; verum cæteros ad mensuram, ipsum autem plenitudine Spiritus impleuit. *Et misit in terrã.* Hoc dupliciter potest intelligi. *Primum enim misit Spiritum.* Sanctum in terram, hoc est, in Apostolorum corda, quando surgens a mortuis insufflauit dicens: *Accipite Spiritum* S. Deinde misit eundem in corda gentilium, qui crediderunt in eum per prædicationem Apostolorum. Primũ per se fecit, secundum per Apostolos. Ioan. 20.

✠ ANDR. Huius Angeli typum gerit vnus quilibet pontifex, vtpote mediator inter Deum & hominem constitutus. Nam & huius preces sursum euehit, illius autem gratiam & propitiationem deorsum reuehit. Alios rursum suaui blandoque ad montionis verbo, à peccatis auertit: Alios seueriori quadam castigatione, ad sanam mentem reducit.

Richardus. f *Præparauerunt.* Id est prius impleuerunt opere quæ dicturi erãt ore. Vel, *Præparauerunt.* Id est præuiderunt quid conueniret vnicuique personæ. F

☞ HAYMO.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et data sunt ei incensa mul. *Quæ sunt orationes sanctorum, nam per autoritatem Apostolicam à Deo sibi datam orationes sanctorum augmentatæ, & multiplicatæ sunt per orbem.*

2 Vt daret de orationibus sanctorum omnium &c. *Ad summum, enim pontificem pertinet referre deuotionem populi in Deum, cum sit caput vniuersalis Ecclesiæ.*

3 Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne alta. *Nam à Deo accepit donum feruidæ charitatis.*

Et misit.

4 Et misit in terram. *Quia ex feruore charitatis à Deo acceptæ, induxit ad feruorem deuotionis habitatores terræ, vt dictum, est.*

5 Et facta sunt tonitrua. *sanctæ prædicationes.*

6 Et voces. *Diuinæ laudis.*

7 Et fulgura. *Coruscationum in miraculis. Nam illo tempore multi prælati & alij deuotè habuerunt gratiam miraculorum in Ecclesia Dei.* Et tertia pars terræ cõbusta est

8 Et terræ motus magnus. *Nã per ista mota fuerũt corda terrena ad operationẽ boni. Consequẽter ponitur continuatio ad sequẽtia, cũ dicitur:*

9 Et septem angeli. *De quibus statim dicetur postea.*

✠ Et pri-

MORALITER.

1 *Et data sunt ei incen. mul.* Per se & alios deuotos. Et quia non solum sollicitus est de celebratione officii, sed etiam de prædicatione verbi diuini: ideo subditur: 3 *Et acce. ange. thurib:* Sequitur: 5 *Et facta sunt toni.* i. prædicationes terrentes, quæ sunt de diuinis iudiciis & punitionibus.

6 *Et vo.* i. prædicationes demulcentes, quæ sunt de diuinis promissionibus.

7 *Et fulgu.* i. prædicationes ab amore mundi diuidentes.

8 *Et terræ motus.* i. prædicationes ad timorem Dei inducentes.

† Et pri-

☞ A ✠ HAYMO. Duobus modis se præparant electi ad prædicandum: Primo quia antequam prædicationis verbum ad publicũ proferant, cogitãt quemadmodum singulis personis verbum aptent secũdum qualitates singulorum, quomodo seruis, quomodo Dominis, quomodo Prælatis, quomodo subiectis, quomodo simplicioribus, quomodo perfectioribus. Vel certè præparãt se quia quę prędicaturi sunt, prius ipsi faciunt, primũq; ea in se ostẽdunt factis: deinde etiã verbis, vt simplices erudientur exemplo operis, perfectiores vero, verbo exhortationis.

& tertia pars terræ cõbusta est.

¶ s. chorus apostolorum in Iudæa. a ¶ Terribiliter malis, suauiter bonis.

a se, vt tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit. Et facta 1

b a ¶ Ideo irati sunt contra prædicatores. ¶ i. flagellum persecutionis exterius. 2

¶ Interius. b ¶ Quia hæc duo fuerunt causa vt interficerent eos. c ¶ Etiam istud totum. 3

i. grando, ignis, & sanguis missus est. ¶ s. per iram Dei.

c est grando & ignis mixta in sanguine, et missum est in ter- 4 †

¶ s. omnes reprobi. ¶ Terrenis deditorum. ¶ Malorum præponderat.

a ¶ i. maiorum. ¶ s. quantum ad prælatos, qui nec contemplatiui, ne actiui, sed terrenis dediti.

d ram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum 5 †

e a ¶ A Deo excæcata & à ministris eius damnata. b ¶ i. omnes in flore mundi requiescentes, & cito ardentes. i. luxuriosi. ¶ Tempore martyrum.

f concremata est, & omne fœnum viride combustum est. †

✠ AMBROSI. Prędicatores quippe sancti ad hoc parati semper existunt, vt quoscumque possunt, per doctrinam suæ prædicationis domino acquirant.

✠ RICHARD. Magnum est officium prædicationis, vnde necesse est, vt qui illud exercere debent, & firmentur virtute sanctitatis, & vtantur libra discretionis.

a *Et primus angelus.* Ordine narrationis, vel quia hæc cæcitas Iudæorum prius contingit prædicantibus apostolis.

✠ AMBRO. Per primum angelum prædicatores qui ante legem fuerunt, designantur: quia sancti viri, qui ante legem fuerunt, quamuis nullam legem haberent, nisi naturalem, hoc quibuscumque poterant suasisse conati sunt, vt Deum creatorem suum timerent atque diligerent, & quod quis pati non vellet, alteri non faceret.

✠ RVPERTVS. Vel, Primi angeli vel primæ tubæ cãtus, clamor ille fuit, de quo ad Abraham Dominus locutus est: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, &c.* Denique ab angelis nobis deputatis, die noctuque Domino factori nostro opera nostra nuntiantur. Si ergo magnum sit opus quod agimus, dum annuntiatur, ipsa annuntiatio quasi cantus tubæ est, quasi magnus clamor. Siue pergrande peccatum, siue oratio sit vehemens, ante Deum clamor est.

b *Et facta est grando.* id est, prædicatio aliis suauis, visa est eis condensa & grauis.

c *In terram.* Iudæi terra exculti per legem & prophetas.

Haymo. d *Et tertia pars.* Duæ partes iustorum perfecti & minus perfecti, omnes verò reprobi in tertia parte intelligendi sunt. D

e *Arborum.* Arbores maiores Iudæi, qui in lege sine querela conuersabantur.

✠ ANDREAS. Isthæc, vt quibusdam placet, denotãt supplicia impiis apud inferos constituta, variis metaphoris per res sensiles, pęnam inferre aptas, adumbrata. Nos autem arbitramur non tertiam tãtum mortalium partem, ex tota hominũ multitudine in futuro seculo pęnas daturam, sed lõgè maximam: *Lata namque est & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem,* adeoque per hæc significari tormẽta & cruciatus, qui antè seculi consummationẽ hominibus inferentur. Et quidem grandinem indicare, Deum ira iusta prouocatum, eiusmodi flagella immittere. Ignem autem sanguine mixtum, quotidianas depopulationes, incendia itidem & cædes per barbarorum manus illatas, à quibus nimirum tertia pars rerum, quæ in terra exstant, absumetur. Bellum enim non tantum homines, sed humi quoque nascentia, vt videmus, lędere & consumere solet. Matth. 7. E

✠ HAYMO. Cum dictum est, quod *tertia pars terræ combusta est:* Sic videntur hæc verba sonare, quasi in duabus partibus electorum plures remanserint, quàm in tertia perierint, sed non est ita: *multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* In duabus itaque partibus, omnes boni comprehenduntur, qui diuisi sunt in duali numero, id est in prælatis & subiectis, in prædicatoribus & auditoribus. In tertia autem parte omnes reprobi. Super hos omnes venit grando. i. ira Dei, & ignis æternæ damnationis. Matth. 20. & 22.

✠ AMBROSIVS. Vel, Ea quæ septem angelis canentibus facta fuisse visa sunt, in bonam partem, sicut mihi videntur accipienda sunt. Per grandinem igitur quæ percutit verba sanctorum virorum, quæ corda prauorum hominum arguendo percutiebant designantur. Per ignem spiritus sanctus designatur, qui in sanctis inhabitans minister verborum eorum extitit, &c.

f *Omne fœnum viride, &c.* ✠ AMBR. Per fœnum viride, ij qui fideles erant viri, designantur: qui omne quod in se reprobum ☞ fuit,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et primus ange. *Hic consequenter exequitur de hæresiarchis. & licet multi fuerunt, tamen de quatuor tantum facit expressam mentionẽ, contra quos quatuor generalia concilia & principalia fuerunt congregata. Et secundum hoc diuiditur in quatuor partes quæ patebunt prosequendo. In hac prima fit mentio de Arrio. qui superbia inflatus errorem asseruit contra articulum sanctæ trinitatis, dicens, quòd sicut pater & filius & spiritussanctus sunt distincti in personis, ita etiam in essentijs. Et sic solus pater esset verus Deus, filius & spiritussanctus creaturæ, & neuter posset dici Deus. nisi tantum participatiuè. Contra hunc errorem congregatum est generale concilium. 318. episcoporum in Nicæa ciuitate Bithiniæ, & condemnatum est ibi dogma peruersum Arrij. Non tamen ab errore destiterunt plures eius discipuli, sed eum renouantes infecerunt etiam plures principes & imperatores persecutionem contra catholicos mouentes, vt in sequentibus apparebit. De hoc igitur Arrio dicitur:* C

Et primus. *idem Arrius. Nam homines mali ita nominantur in hoc libro angeli sicut & boni, vt dictum est in principio cap. præcedentis.*

2 Tuba ceci. *Cum magno boatu & superbia dictam hæresim publicando.*

3 Et facta est. *i. grandis tempestas, quæ nomine grandinis frequenter & vulgari locutione designatur in ecclesia, quæ per hoc fuit intra se diuisa. vnde dicitur x. lib. ecclesiasticæ historiæ: Ea tempestate facies ecclesiæ fœda & admodum turpis erat. non enim sicut prius ab externis, sed à proprijs vastabatur: fugabat alius, & alius fugabatur, & vterque de ecclesia esse se dicebat.*

4 Et ignis, mixta. *id est, ignis æmulationis, ex qua secuta est effusio sanguinis, & potissime tempore Valentis imperatoris, qui lapsus in hæresim Arrianam persequebatur catholicos, eorum aliquos comburendo, & alios gladio occidendo, & alijs modis varijs affligendo.*

5 Et tertia pars terræ. *Dicitur autem hic tertia pars terræ Christiani, aliæ duæ partes Iudæi & Pagani qui legem Moysi non habuerunt, nec fidem Christi receperunt. Igitur de tertia parte quæ Christianitas dicitur, loquitur hic Ioannes, quæ igne Arrianæ perfidiæ fuit corrupta in laicis, qui per terram designantur eo quòd terrenis actibus sunt intenti, & in prælatis & clericis, qui signantur per arbores, eo quòd per cognitionem scripturarum sunt super alios eleuati. Per fœnum viride intelliguntur nouelli ad Christianitatem dispositi, & hi fuerunt populus Gothorum, qui volens Christianus fieri, misit ad Valentem imperatorem pro sacerdotibus Christianis habendis, qui docerent eas de fide catholica & ecclesiasticis sacramentis, & ipse misit eis presbyteros Arrianos sicut ipse Arrianus erat, qui corruperunt eos hæresi Arriana. Ideo dicitur:* Et tertia pars ter. combusta. *Et patet ex dictis litera.* F

✠ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Et primus ang. &c.* Per septem angelos qui dicuntur tuba canere secundum literalem sensum, significantur septem hæresiarchæ, qui fuerunt angeli Sathanæ, & per ipsos moraliter significantur homines maliciosi & maligni. Primus fuit Arrius, qui diuisit vnitatem essentiæ in diuinis personis. Ideo per illũ moraliter significatur diuisor personarum pacem ad inuicem habentium. De quo dicitur Eccle. 28. b. Susurro & bilinguis maledictus, multos turbauit pacem habentes.

3 *Et facta est grando.* i. tempestas grandis, quæ sequitur ad turbationem pacis.

4 *Et ignis mixta.* s. iracundiæ. Nam ira est accensio sanguinis circa cor.

† *Mixta in sanguine, & miss.* Nam ad ista sequitur sanguinis effusio.

5 *Et tertia pars.* id est laici, qui sunt tertia pars populi. Aliæ duæ partes sunt clerici & religiosi: In turbatione verò pacis laici percutiuntur corporaliter, quia pugnant manualiter.

† *Et tertia pars arbor.* id est, religiosorum.

† *Et omne fœnum.* i. clerici generaliter. In turbatione namque pacis omnes isti læduntur.

Universidad de Deusto Biblioteca

fuit, igne charitatis combusserunt.

A ✱ Richardvs. Fœnum significat homines, quia debent quemadmodu fœnum viride per virtutem perseuerantiæ semper virere. Fœnum autem totum comburitur, quia quisquis solum credulitatis virorem habet, & virtutum & operum bonorum fructu caret, veniente tentatione, vel persequutione, malignitatis incendio facile concrematur.

a *Et secundus angelus.* secundum ordinem narrationis, & secúdum quod impletū fuit. Iudæis enim excæcatis, & apostolis ad Gentes conuersis.

✱ Andreas. B Cæterum per montem magnū diabolum designatum arbitramur.

per permissionem diuinam. Gentiles bene mari comparantur, D quia fluctuabant per diuersorum culturam idolorum, & multorum amaritudinem vitiorum.

✱ Haymo. Missus est in mare: hoc est in mundum, & in cordibus reproborum habitare cœpit. Prædicante itaque ecclesia in suis doctoribus, exclusus est ab his diabolus, qui ad vitam æternam erant præordinati, & compulsus est redire ad suos, non quod in eis non fuerit, sed quod abiect⁹ ab istis, eo amplius reprobis dominari cœpit.

✱ Andreas. Interim minus fortassis à scopo aberrabimus, si præsentem vitā, quæ metaphoricos mare appellatur, isthæc incommoda subituram, tertiamque, quæ in ipsa viuit, partem plagis istis exercendam consumendámque dixerimus: si quidem ob diuinorum iudiciorum abissum fit, vt alij quidem scelerati è vestigio puniantur, alij verò ad conuersionem & pœnitentiam diu multumque expectentur. E

a ¶ Ordo prædicatorum. ¶ Gentibus. b ¶ s. ratione tumoris. c ¶ Diabolus mons pro elatione.
a Et secundus angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus †
a ¶ Inuidia. b ¶ Ad nocendum. c ¶ s. promissione diuina. 1
d ¶ i. in Gentiles qui sunt tumidi per superbiam, fluctuantes per idololatriam.
e ¶ Qui nec apertè, nec occultè receperunt doctrinam. f ¶ i. peccatorum. 2
b igne ardens missus est in mare. Et facta est tertia pars maris 3
a ¶ Effundentes sanguinem. b ¶ Exiccata. c ¶ i. sapientes mundi vel philosophi qui nec dictu rationis, nec prædicatione sunt conuersi. 4 5
c sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habe- 6
d ¶ i. discretionem. a ¶ i. alios gubernantium. ¶ s. tempore hæreticorum. 7
e bant animas in mari, & tertia pars nauium interiit. Et tertius 8
a ¶ i. ecclesia, vel ad literam. b ¶ i. hæresiarcha. c ¶ i. diabolus inuidens, vel sapiens hæreticus. 9
f angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna ardens, 10
¶ Incendit & consumitur. 11
tanquam facula. Et cecidit in tertiam partem fluminum, & 12
13

Isa. 14. ✱ Haymo. Mons magnus, est diabolus, qui se extollit in altitudinē superbiæ. vnde in initio suæ creationis voluit similis fieri altissimo, vel etiam propterea mons appellatur, quia in nouissimo tempore aggredietur hominem perditum, & ipse Deo similem se esse ostendet.

✱ Richardvs. Mons magnus. i. diabolus, mons per tumorem, magnus per tumoris magnitudinem.

✱ Avg. Mons ille diabolus, mare mūdus iste intelligitur.

Homil. 6. in Apocalyps. ✱ Ambros. Vel, Per montem magnum, lex Mosis designatur. Quæ propter grauitatem ponderis sui, monti assimilatur, & propter spiritalem intelligentiam, quæ in lege fulgebat igne ardere dicitur.

b *In mare.* Gentiles sunt mare. i. fluentes in multa vitia. in quibus cum ante esset diabolus, verè tamē missus dicitur, quia quibusdam recedentibus alios retinere nititur.

✱ Richard. Collectis ad fidem in prędicatione ex Iudæa fidelibus, secunda statim prædicatio in Gentibus, quæ maris nomine designantur, personuit: & ex eis vtrique saluandos conuocauit. Sed diabolus qui in prima prędicatione aliquos ex Iudæis sibi aufferri doluerat, & idcirco in Iudæa persequutionem excitauerat, vt prædicationem ad gentes transferri vidit, statim in Gentibus persequutionem ad eiusdem impedimentum excitauit: dicit ergo: *Missus est in mare*, id est, in Gentiles, per

c *Mortua est ter.* Duæ partes. i. boni omnes crediderunt. tertio. i. omnes reprobi dati sunt in reprobum sensum. Rom. 1. d.

d *Quæ ha. ani. &c.* i. illorum Gentilium qui ab aliis digniores reputabantur pro quibusdam bonis operibus.

e *Et tertia.* ordine narrationis. & quia istud post illa duo cōtigit. Postquam enim diabolus omnes Iudæos & Gentiles excæcare non potuit, immisit eis hæreticos, & quosdā subuertit.

f *Cecidit de cælo.* ✱ Haymo. Ipse designatur per stellam, qui & per montem, antiquus videlicet hostis, qui inter cætera cœli clara lumina creatus, primum adhuc tantum nomen retinet, non quòd luceat, sed quia in lucis angelum se trāsfigurat. Nam & in cœlo stella magna lucifer appellatur, quę præ cæteris lucet. Et quia etiam prę cæteris sideribus, id est, angelicis spiritibus luxit, rectè non simpliciter stella, sed cum aditamento magna stella vocatur.

✱ Avgv. Homines mali intelliguntur, qui malis moribus & iniquis actibus de ecclesia tanquam de cœlo cadunt.

✱ Ambros. Vel, Eandem habet significationem stella quàm & angelus, significat namque prophetas.

☞ a Fontes

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et secundus angelus. *Hic consequenter agitur de secundo hæresiarcha. s. Macedonio, qui differebat ab Arrio, dicens filium esse eiusdem* C *naturæ cum patre, sed conueniebat cum eo, dicens spiritum sanctum esse creaturam & seruum filij. Ideo de ipso dicitur:* Et secundus angelus. *i. Macedonius, qui dicitur angelus Sathanæ.*

2 Tuba cecinit. *id est, flatu superbiæ motus errorem docuit.*

3 Et tanquam mons. *id est, hæresis magna.*

4 Igne ardens. *s. perfidiæ,* Missus est in mare. *id est, in ecclesiam ratione baptismi per mare designatam, eo quòd mare est receptaculum omnium aquarum, & ecclesia vnica est per baptismi sacramentum.*

5 Et facta est ter. pars. *i. deturpata est tertia pars aquæ baptismalis. accipiendo partem tamen valde largè. Baptismus enim confertur in nomine trinitatis, cuius tertia persona est spiritussanctus, qui secundum errorem Macedonij dicitur deturpari, per quem asseritur creatura esse seruilis conditionis, vt dictum est.*

6 Et mor. est. *in eo. i. in errore dicto.*

7 Tertia pars crea. *quia multi per baptismum regenerati & noua creatura facti corrupti fuerunt per errorem Macedonij.*

8 Et

8 Et tertia pars na. interiit. *quia maxima pars prælatorum & curatorum per quas duci debent alij ad salutis portum, corrupti fuerunt per errorem dictum. Contra hunc verò Macedonium congregata fuit secunda vniuersalis synodus in Constantinopoli. 150. episcoporum, in qua dictus error fuit condemnatus.* F

9 Et tertius angel. *Hic consequenter agitur de tertio hæresiarcha. s. Pelagio, qui tempore Arcadij & Honorij errauit circa gratiam spiritussancti, asserens quòd sine ea poterat homo ex puris naturalibus mereri vitam æternam. Dicebat etiam, quòd pueri nascuntur sine culpa originali, & per consequens quòd à culpa non purgantur aqua baptismali. de hoc ergo dicitur:* Et tertius ange. *i. Pelagius.* Tuba ceci. *Exponatur vt prius.*

10 Et ceci. de cælo. *id est, de ecclesia militante quæ frequenter cælum nominatur in scriptura noui Testamenti, vt suprà dictum est. De hoc enim zelo cecidit Pelagius in errorem prædictum, de quo subditur:*

11 Stella mag. *Fuit enim homo literatus & religiosus. s. monachus.*

12 Ardens tanquam. *Multos enim corrupit ratione literaturæ, & ratione apparentiæ sanctitatis in habitu religioso & conuersatione.*

13 Et ceci. in ter. *Per fontes & flumina designatur ecclesia baptismalibus aquis congregata & sanctificata.*

✱ 1 Et

MORALITER.

† *Et secundus angelus.* Iste fuit Macedonius qui dixit spiritum sanctum non esse Deum, & sic ipsum repulit à deitate. & ideo per ipsum significantur illi qui repellunt viam spiritussancti in electione prælatorum, & sic procurant litigia aduocatorum.

3 *Et tanquam mons.* Per hoc significatur talis repulsus spiritussancti, qui dicitur mons magnus per elationem, & ardens per ambitionem, & missus in mare præsentis seculi per diaboli procurationem.

5 *Et facta est tertia pars m.* quia per talia litigia proceditur aliquando ad effusionem sanguinis.

7 *Tertia pars creaturæ eor.* Ista creatura ad literam sunt pisces. per quos significantur in aquis voluptatum viuentes.

8 *Et tertia pars nauium.* Per quas intelliguntur habentes curam animarum, qui alios debent deferre ad portum salutis. & plures talium pereunt in contentionibus prædictis.

9 *Et tertius angel.* Iste fuit Pelagius, qui dixit beatitudinem posse haberi sine gratia. ideo per istum moraliter significatur præsumptuosus. ideo sequitur:

10 *Et ceci. de cælo stell. &c.* præsumptuosus enim est quasi stella secundum suam præsumptionem, tamen cadit propter suam præsumptionem, & ardet per ambitionem.

† *Flu. & in fon. aqua.* Per quæ significantur magistri & scholares, qui inficiuntur eius doctrina peruersa.

☞ a *Fontes.* Dicuntur in quibus summa & quasi totius fidei origo comprehenditur, sicut est euangelium. Flumina, quæ inde trahuntur, sicut expositiones eorum sunt, in quibus sunt duo sensus fidelium, historialis & allegoricus. Tertius est hæreticorum, cum hæreses suas confirmant prauis expositionibus scripturarum. (A; Richardus.)

b *Et nomen stellæ absynthium, &c.*

✱ Rvpertvs. Absynthium Græcum est nomen herbæ, quę gustu amarissima est, suauis odore, temperamentum corpori prestās, cuius contusa folia succo suo vomitum extorquent, & aufferendis doloribus vel contusionibus corporum vtilissima comprobatur.

dam rapuit tam maiores quàm minores. Has quatuor damnationes vt præteritas narrauit, vtpotè quæ quotidie videntur in ecclesiis. Tres verò futuras prænunciari facit, vt doceat in nouissimis temporibus, & grauiores præteritis imminere, quod etiam ad consolationem præsentium potest redigi. D

d *Et percussa est pars tertia solis, &c.* cantic. 6. & Philip. 2.

¶ Amaritudo. 1
a b in fontes aquarum, & nomen stellæ dicitur absinthium. Et 2
facta est tertia pars aquarum in absinthium, & multi homi- 3
c nes mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. Et quartus 4 5
¶ s. tempore hypocritarum. a ¶ i. maiores doctores. ¶ Prælatorum. b ¶ i. excæcata. ¶ Subtractione gratiæ. 6
d angelus tuba cecinit, & tertia pars solis percussa est, & tertia 7
a ¶ Minores prædicatores. ¶ id est, clericorum. b ¶ Simpliciores. ¶ i. religiosorum. 8
c ¶ Vt amitterent cognitionem & bonam operationem. 9
pars lunæ, & tertia pars stellarū, ita ūt obscuraretur tertia pars 10
a ¶ Illuminati à maioribus. b ¶ Illuminati à minoribus. 11
eorū, & diei nō luceret pars tertia, & noctis similiter. Et vidi, †
12

✱ Haymo. Per Lunam, solē & stellas in hoc loco intelligere debemus, quæ obscurata in tertia parte, duabus remanentibus in claritate, in bonis prælatis & subditis, in doctoribus & auditoribus. Ipsa enim ecclesia solis & lunæ nomine nuncupatur. Quandiu itaque hæretici in ecclesia erant, quasi lux esse putabantur, sed statim vt error illorum defectus est, & à catholicis fides eorum explorata, agnita est eorum cæcitas, & sunt obscurati, quia ab ecclesia eiecti sunt. Verbi gratia: Cecus si ponatur in radio solis, quia lipientes oculos habet, statum cecitas illis manifestatur, quoniam ipsum modicum lumen quod videbatur habere, perdidit, ita illi statim vt in conspectu examinantium positi sunt, cognitus est eorum error, & qui prius videbantur lucere per fidem, ceperunt obscurari, & ab ecclesia expulsi sunt propter suam infidelitatem. E

✱ Haymo. Per absynthium, quæ amarissima est herba, doctrina hæreticorum intelligitur peruersa, qui per suam falsitatem dulcedinem fidei conuerterunt in amaritudinem perfidiæ & erroris, & operationis, quia omnis operatio illorum & doctrina in amaritudinē versa est. B Eiectus enim ab electis antiquus hostis, dum reprobos inuadit mendacio, illos veneno inficit. Quod enim sancta ecclesia in sacris paginis rectæ fidei congruere docet, hoc hæretici, Iudæi atque philosophi in prauum dogma conuertunt, & quo illi ad incrementa virtutum, hoc prauè viuentes catholici ad incitamenta vitiorum vtūtur.

✱ Richardvs. Nomen stellæ, id est, turbæ hæreticæ dicitur absynthium: quia quisquis ab hæretica prauitate seducitur, ad prauæ intelligentiæ, & spiritalis mortis amaritudinem perducitur.

✱ Ambros. Vel, Per absynthium comminationes prophetarum intelliguntur, quas populo peccanti ingerebant, prædicentes eis, quod nisi pœnitentiam agerent, in prædam & captiuitatem darentur hostibus suis. Et quod si nec sic pœniterent, morte perpetua damnarentur.

c *Et quar. an.* Quartus ordine narrationis, & ordine rei. Cū enim diabolus quosdam de Iudæis & Gentilibus excæcasset, tandem ipsos filios ecclesiæ expugnare egressus est, & quosdam

✱ Primasivs. Aptius sanè quarto angelo memorato, horum voluit facere mentionem, quæ quarto die in conditione mundi facta narrantur, vt præessent diei & nocti, vt cum isti mali, quorum vnum est corpus exterius apertum intusque latens ab ecclesia separatur, minúsque lucere transgressionibus suis ecclesiæ faciunt dignitatem, quasi tertiam partem solis, lunæ, & stellarum, suis obscuritatibus adimentes, contra ordinationem communicantur facere creatoris: qui sicut solem, lunam, stellas loco vel specie cæteris eminere voluit visibiliter conditis, ita ecclesiam suam, dignitate & gloria per totum mundum dominari præcepit, velle obscurare notantur.

✱ Andreas. Arbitramur hæc cognata illis esse, quæ de sole, luna, vtriusque obscuratione apud Ioëlem leguntur, quæ

☞ multò

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et nomen stell. dicitur absin. *quia contra dulcedinem gratiæ spiritussancti prædicabat.*

2 Et facta est ter. pars. *quia magna pars ecclesiæ corrupta fuit per eius dogma peruersum.*

3 Et multi ho. mor. sunt. *spiritualiter.*

4 De aquis. *id est, de eius dogmatibus peruersis.*

5 Quia ama. fa. sunt. *i. contraria dulcedini spiritussancti, & spiritualiter viuificanti.* C

Quartus angelus. 6 Et quartus ang. *Hic consequenter agitur de quarto hæresiarcha s. Eutice, qui in domino nostro Iesu Christo asseruit esse vnam naturam sicut & vnam personam, di. quòd ex natura diuina & humana in incarnatione facta: est vna natura per quandam confusionem seu commixtionem sicut elementis suo modo resultat vna mixti natura. Quod est impossibile, cum natura diuina non sit alteri commiscibilis, nec aliquo modo transmutabilis. igitur de ipso dicitur:* Et quartus angel. *s. Eutices.*

7 Tuba cecinit. *Exponatur vt suprà.*

8 Et tertia pars so. percus. *i. deitatis, quæ dicitur sol, Sap. v. b. Et sol intelligentiæ non luxit nobis. tamen hic pars accipitur valde largè, inquantum filius est vna de tribus personis in diuinis, qui secundum errorem Euticis dicitur percussus, quia secundum ipsum non esset homo, neque Deus, sicut mixtum non est aliquod elementorum, sed alia natura ex eis resultans.*

9 Et tertia pars lu. *i. ecclesiæ, cuius multi simplices infecti & percussi fuerunt dicto errore.*

10 Et tertia pars stel. *i. episcoporum, quorum aliqui Eutici consenserunt & subscripserunt, & sic obscurati tenebris erroris fuerunt.*

11 Et diei non luceret pars tertia, & noct. sim. *Per diem intelligitur nouum Testamentum, & per noctem vetus, Ro. xiij. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit, &c. *Est igitur sensus, quòd iste Eutices cum suis sequacibus obscurauerunt scripturas veteris & noui Testamenti, quæ loquuntur de natura diuina & humana Christi, tanquam de distinctis & inconfusis eas exponendo peruersè.* F

12 Et vidi. *Postquam beatus Iohānes locutus est de hæresum inuentoribus, hic consequenter loquitur de earum fautoribus, & primo præmittit breuem præfationem, secundo prosequitur intentionem. ca. sequenti. Circa primum dicit:* Et vidi & audi. vocem vnius aquilæ. *id est, ipsiusmet Iohannis qui per aquilam designatur. Loquitur enim hic de semetipso tanquam de alia persona, sicut communiter loquitur in euangelio suo. Vnde ca. vlti. dicit de seipso. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, &c.*

✱ 1 Volan

MORALITER.

6 *Et quartus angel.* Iste fuit Eutices, qui dixit vnam naturam factā in Christo ex diuinitate & humanitate, quod est impossibile. & ideo per ipsum moraliter significatur ille qui coniungit ea quæ non debent coniungi, scilicet fideles simplices cum infidelibus. nam per hoc de facili corrumpuntur. Ideo dicitur secundo ad Corinthios sexto ç. *Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate?*

8 *Et tertia pars solis percussa est, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum.* quia per dictam coniunctionem simplicium cum infidelibus diminuitur fides & deuotio ad Christum, qui est sol iustitiæ, & ad beatam virginem, & alios sanctos, per lunam & stellas figuratos. Et eadem sententia significatur per hoc quod subditur.

† *Et diei non luceret tertia pars, & noct. similit.* quia nox & dies non habent lucem, nisi ex sole & luna & stellis.

12 *Et vidi & audiui, &c.* Per quam significatur prædicator constans contra peccatores, & dicens:

Universidad de Deusto Biblioteca

A multo ante dominicam de sæculi consummatione sententiam, prædicta fuisse constat.

✠ AVGVST. In his ecclesia intelligitur, in qua quotidie qui mali vel ficti sunt, persuadente diabolo peccatorum vulneribus percutiuntur in anima.

a Vnius aqu. Aquila omnes prędicatores, qui mente lóginqua conspiciunt, & ecclesiam circumeuntes prędicando futura muniunt: qui omnes vnus, quia ad idem tendunt.

† vnum angelum volãtem per medium cæli, dicentem voce,

a ¶ i. ecclesiæ quæ in se celat secreta diuina.
a & audiui † vocem vnius aquilæ volantis per medium cęlum, 1
¶ Vel li. a ¶ Quia in toto mundo, vel magna stabilitate. b ¶ Non filiis ecclesiæ.
b dicentis voce mâgna. Væ væ væ hâbitantibus in terra. De 2 3
a ¶ Accipietis hæc tria væ.
cæteris vocibus * trium angelorum, qui erant tuba canituri. 4
* tubæ

✠ AMBROS. Per cœlum in hoc loco ecclesia designatur, aquila verò Christum & eius apostolos demonstrat. Aquila ergo per medium cælum volabat, & clamabat: quia Christus primùm per Iudæam: Apostoli verò eius per vniuersas gentes euangelium prædicauerant.

✠ AVGVST. Ecclesiam intelligi voluit volantem in medio cæli, id est, in medio sui, & per assiduitatem prædicationis plagas nouissimi temporis annunciantem. Quando enim sacerdos in ecclesia Dei diem Iudicij annunciat, aquila in medio cæli volat.

✠ RICHARDVS. Aquila quæ ireuerberatis oculis contra solem ad sublimia volat, vniuersitatem diuinorum scriptorum & prædicatorum significat, qui cæteris fidelibus cælestia secreta subtilius scrutantur, altius & clarius contemplantur. Qui bene dicuntur aquila vna, quia magna est eorum in sacræ B scripturæ contemplatione & prædicatione concordia. Qui totiens per medium cælum volantes clamant, quotiens magna autoritate in communi totius ecclesiæ audientia sublimiter & recta prædicant. D

b Væ væ væ. ✠ AMBROS. Tria væ posuit, ex quibus primũ ad hæreticos pertinet, qui ecclesiam Dei multis modis impugnare conati sunt. Secundum ad paganos, qui eandem ecclesiam Dei persequuti sunt, maximamque fideliũ multitudinem interfecerũt. Tertium ad Antichristũ, qui populum Dei in fine mundi debellaturus est. Nec putare debemus, quod tria væ, ad electos pertineant, qui diuersas calamitates ab impiis pertulerunt: sed potius ad eosdem impios, qui easdem calamitates intulerunt. Vnde & Væ, habitantibus in terra: dicit. Impij namque qui nihil aliud quàm terram quærunt habitatores terræ iustè vocantur: Iusti autem qui semper desiderant cælestia, cæli habitatores rectè vocantur.

✠ ANDREAS. Ex his quoque discimus, quanta diuinorum angelorum sit miseratio, quantaque eorundem erga homines humanitas. Etenim ad Dei imitationem miseret eos hominum, qui durius propter peccata excipiuntur, multo verò magis illorum, qui ne plagis quidem suauiter admoniti, emendantur: In quos vel maximè ipsum væ quadrat: vt qui in terra degant & terrena tantum sapiant, & cœnum vetus & puluerem, quàm suaue vnguentum, quod nostri causa Christus effudit. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Volantis per medium cælum. *quia vidit ecclesiæ decursum, vt prædictũ est. quæ quidẽ ecclesia in hoc libro frequenter cælũ nominatur.*
2 Dicentis voce magna. *Per quod designatur magnitudo tribulationis futuræ.*
3 Væ væ væ. *Per quod designatur, quòd sub tubicinio trium angelorum sequentium describitur maior tribulatio quàm sub tubicinis quatuor præcedentium. Dicit autem:*
4 Habi. in ter. *quod est commune bonis & malis. nam vtrique sunt habitatores terræ secundum cursum vitæ præsentis. Tribulationes enim descriptæ sub tubicinio trium angelorum sequentium, partim fuerunt catholicorum, & partim hæreticorum, vt videbitur prosequendo. Potest autem pars ista aliter exponi, vt vox aquilæ de qua dicitur hic, fuerit vox cuiusdam sancti patriarchæ Constantinopolitani per aquilam designati, vt dictum est suprà ca. iiij. quem assistentem Deo vidit Iohannes, & dicentem quæ hic ponuntur. Cæterorum expositio non mutatur.*

MORALITER.

3 *Væ væ væ.* s. corporalis miseriæ, culpæ & gehennæ.
4 *Habitan. in terra.* i. in terrenis affectibus habentibus corda defixa.

CAPVT IX.

E T quin. an. Ordine narrationis & ordine temporis. Hic est enim damnatio eorum quos diabolus immittit ad præparandas vias ante faciem Antichristi.

b *Et vidi stel.* flamma hæreticorum de qua pauca dixerat, quo fomite creuit, exponit.

c *Stellam.* i. diabolum cadentem, & ne quis in locum suum. i. in paradisum eat laborantem.

CAPVT IX.

¶ Hic prædicat angelus quod diabolus cecidit.
¶ De ecclesia, vel ad literam.
a b c d E T quintus angelus tuba cecinit, & † vidi stellam 1 2
a ¶ Damnatione. b ¶ Dominantem terrenis.
de cælo cęcidisse in têrram, & data est illi clauis † 3

† infr. 20. a

✠ AMBRO. Per stellam heresiarchę designantur: quia sicut stellę in cælo refulgent, ita & isti antequam caderent doctrina & sapientia refulgebant in ecclesia. De cælo in terram cecidit, quia ab ecclesia pręcisi, corpori reproborum, qui per terram designantur, sociati sunt. C

✠ RICHARD. Postquam diabolus vidit quod per singula mala, persecutorum crudelitatem, hæreticorum prauitatem, hypocritarum simulationem, sacram impedire prædicationem nõ potuit, vniuersa malorũ genera induxit, & quod per singula sigillatim nõ valuit, per omnia pariter efficere tẽtauit. Vidi stellam. i. vidi quod diabolus qui lucifer dictus est, qui de cælo cecidit, in terrenis & terrena diligentibus, dominationẽ accepit.

✠ HAYMO. de cælo cadit quotidie, quando ex Gentilitate quidã conuertuntur ad fidẽ, siue ex parentibus Christianis nati, fonte baptismatis regenerantur, diabolo renunciant, & omnibus operibus & pompis eius. In terrã cadit. i. in eos qui terreni sunt, nam in cælo (hoc est in sanctis) potestatem non habet.

✠ RVPERTVS. Stella ista quę de cælo cecidit, diabolus est. Et notádũ quod huiusmodi stellã non dixit: vidi cadere, sed cecidisse. Iam dudũ quippe ceciderat, & per terrã repebat, quando hæc fieri cęperunt, quæ præsenti loco ista visio mystica replicat. F Quando ille cecidit, nullus hominum erat qui videret, præter illum qui dicit: *videbam sathanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Qui enim hoc dicit homo Christus, prius erat Deus, quàm fieret homo, priusquam angelus ille, stella illa siue lucifer ille caderet, imò priusquam angelus aut creatura aliqua fieret. Luc. 10.

d *Et data est.* Abyssus. i. tenebrosi. Puteus. i. profundiores hęretici, quia alios mergunt prauis sententiis. In hos clauem. i. potestatem accipere dicitur, quia tunc non sicut modo à Deo

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IX.

Diuisio. E T quintus angelus. *Hic beatus Iohannes prosequitur intantum de hæresum fautoribus, qui dicuntur propriè hæretici. Et diuiditur in tres partes. quia primò agit de hæreticis dictis propriè quantum ad Vandalos. secundò quantum ad Italicos, ibi:* Et sextus angelus. *tertiò quantum ad Gothos. 11. ca. ibi:* Et in illa hora. *Prima in duas, quia primò Ioannes exequitur propositum. secundò declarat quoddam dictum, ibi:* Et similitudines. *Circa primum sciendum, quòd Valens imperator ad terram Gothorum volentium recipere fidam Christi misit sacerdotes Arrianos, vt suprà dictum est: per quos infecta est gẽs illa hæresi Arriana, & similiter gens Vandalica quæ magnam tribulationem fecit in Aphrica & postea in Italia, & etiam Gallia, vt habetur. 21. libro speculi historialis, & in pluribus Chronicis dicitur. Dicit igitur.*
1 Et quintus ang. *i. Valens: qui cœpit imperare anno domini. 367.*
2 Et vidi stel. de. *i. Valentem, qui ex persuasione vxoris suæ de altitudine fidei catholicæ cecidit in hæresim Arrianam, vt dictum est. qui dicitur angelus hic & stella, sicut suprà. 1. ca. iidem homines stellæ dicuntur & angeli. Septem stellæ angeli sunt septem ecclesiarum.*
3 Et data est. *potestas releuãdi & exaltandi hæresim Arrij conlem-*

MORALITER.

1 *Et quintus.* Secũdũ literalẽ sensum iste fuit Valens imperator Arriana perfidia deprauatus, à quo Vãdali petierũt, vt mitteret eis sacerdotes Christianos, qui eos instruerẽt, & baptizarẽt: & ipse misit eis sacerdotes Arrianos qui eos hæresi Arriana corruperũt. Et ideo per ipsum significatur episcopus malus, qui ad regimẽ ecclesiarũ mittit sacerdotes morib9 & sciẽtia deficiẽtes, per quorum exẽpla mala subditi peiorantur. & sic dicitur:
2 *Et vidi ste.* i. episcopũ malũ, qui stella dicitur ratione officij, vt habetur sup. 1. c. stellę septẽ angeli sunt ecclesiarũ. i. episcopi.
† *De cælo cecidisse.* Per terrenorum cupiditatem.
3 *Et data est il.* quia permittitur ei abuti potestate episcopali.

A refrenabitur. Vel clauis illa principes per quos hæretici operabantur.

✠ HAYMO. Per puteum hæretici intelliguntur, qui sua praua doctrina & profunda, homines in ima terræ demergunt. Clauis vero putei abyssi, potestas intelligitur diaboli, qui dominatur hęreticis, paganis, & cæteris infidelibus. Legimus enim, quod B. Petro datæ sunt claues. i. potestas ligandi & soluendi, ita ergo in hoc loco, clauis quæ data est diabolo, potentia intelligitur, quam exercet in reprobos, quæ illi data esse dicitur, propter hoc quod non est ablata, sicut induratum est cor Pharaonis. i. non emolitum. Vel per clauem, possumus intelligere potentiam carnalem, id est, reges & principes huius sæculi, quos sibi coniungebant hæretici: quia non B auderent tanta & talia loqui, nisi essent tẽporali fulti potentia.

† infrà 14. c. & 19. a.
‡ suprà 7. a
† potestatẽ.

a ¶ Multos subuertit doctrina eorum excæcans.
a putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi, † & ascendit fumûs 1 †
a ¶ i. similis doctrinæ Antichristi.
b c putei sicut fumus fornâcis magnę, & obscuratus est sol, & aer 2
a ¶ Per totum mundum. b ¶ i. Discipuli Antichristi & hæreticorum.
d de fumo putei. † Et de fumo putei exiêrunt lôcustæ in terrã, 3 4
e & data est illis potestas, sicut habent † scorpiones terræ. Et 5 6
a ¶ Rudes in fide & decipi faciles. b ¶ Etsi quosdam.
f præceptum est illis, ne læderent fœnũm terræ, neque ômne 7
a ¶ Iam prouectos. b ¶ Iam fructificantes. c ¶ Nullum penitus.
viridê, neque omnem arbôrem, nisi tãtũm homines qui non 8
¶ In veritate. ¶ In mente. a ¶ i. qui non audent in aperto confiteri.
habent signum Dei in frôntibus suis. Et dictum est illis, 9

✠ AMBRO. Vel, Per clauem, liberum arbitriũ hæreticorũ quod habuerunt in malo, designatur: per abyssum vero corda eorum: per puteum autem, ora eorum designãtur. Data est ergo hæreticis clauis abyssi, quia permisit Deus hæreses esse.

a *Aperuit pu. abyssi.* Hæreses quę latebant in cordibus eorum proferre fecit.

b *Fumus for.* similis doctrinæ Antichristi, qui est fornax purgans bonos, & in cinerem redigens malos.

✠ AMBROS. Per fumum doctrina hæreticorum designatur: quia sicut fumus vento impulsus cito euanescit, ita & doctrina hæreticorum, per doctrinam sanctorum patrum, velut fumus euanuit.

✠ HAYMO. ascendit fumus, id est, prauorum hæreticorum, doctrina manifestata est. Quæ bene fumo comparatur, quia lumine veritatis caret, & quod sanctis in scriptura sacra lumen præbet, hoc hæreticis cæcitatem infundit, qui etiam aliis, fidei lumen obscurare non cessant. Fornax magna, est nouissima vexatio, tempore antichristi futura, de qua fumus egredietur, id est, aduersa doctrina, quæ mentes pereuntium, in caliginem vertat, cui fumus putei comparatur, quia sicut nunc, & eo amplius error, ita tunc seminabitur ab impiis, vnde dicit: *erit tribulatio qualis non fuit.*

✠ RVPERT. Fumus dicitur fornacis magnæ, quia fumus non nisi ex subiacente igne fit, sic non nisi ex precedente causa cupiditatis, siue concupiscentiæ nascitur cæcitas mẽtis, siue C obscuratio cordis insipientis.

Richardus, Matth. 5.

c *Obscura. est sol & aer.* Et per hoc percussi sunt quidam illuminantes alios, & quidam illuminati ab eis.

✠ AMBROS. Per solem Christus sæpe intelligitur: in hoc autem loco, membra eiusdem, id est, prædicatores sancti designati sunt: per aerẽ vero populus fidelis, qui eis subiectus erat. Sed quomodo electi obscurati sunt, quos prauitas erratica decipere non valuit? Sed obscurati sunt eos, quos hæretici decipere potuerunt, qui & in sequentibus per locustas designãtur: verum claritas eorum cæteris fidelibus latere non potuit, sicuti lucerna sub modio abscondi non potest.

✠ AVGVST. Obscuratum dixit solem, non occidisse. Peccata enim malorum & superborum hominũ, quæ passim committuntur per orbem, obscurant solem. i. ecclesiam, & sanctis ac iustis interdum faciunt obscuritatem, quia tantus est malorum numerus, vt aliquotiens vix inter eos iusti appareant: sed lumen eorum extinguere non possunt, quia illis ad malum consentire non acquiescunt. D

d *Exierunt lo.* Discipuli eorum locustis cõparantur, quia neque volant in altum vel in cõtemplationem per cognitionẽ, nec firmiter gradiuntur per bonam operationem: sed superbia saliunt, & in pœnis recidunt, & quia sunt corrosores bonorum.

✠ AMBRO. De fumo, id est, de doctrina eorum, qui hæresiarchæ appellati sunt, magna multitudo hæreticorum generata est. In terram exierunt, quia à societate electorum separati, eis qui terra vocantur, id est, infidelibus coniuncti sunt. E

✠ HAYMO. Locustæ, exierunt in terram, id est, discipuli erroris nati sunt, qui terrena corda hominũ deciperent. Nam locustæ neque rectos gressus habent, vt quædam animalia, neque volatum, vt aues, quia discipuli hæreticorum, vel ipsi hæretici, neque fidem rectam habent vt volent, & cælestia cum sanctis appetant, neque gressus rectos operationis.

✠ RICHARD. Quid accipitur per locustas, nisi malorum vniuersitas? qui ad modum locustarum, ad alta saliunt per elationem, & ad terram recidunt per cupiditatem.

e *Sicut ha. sc.* Scorpius blandus facie cauda pungit occultè. Vel scorpioni comparat, quia sicut scorpius cauda, sic hæretici decipiunt per temporalia, quæ debẽt post esse, sicut cauda posterior pars in animali. Vel ideo comparat, quia quando scorpius pungit, non sentitur, postea diffundit venenum. sic decepti ab hæreticis non sentiunt, sed tandem perimuntur.

✠ RVPER. Scorpio vermis potius quã animal, aut serpẽs armatus aculeo, & ex eo Græcè vocatur, ꝙ cauda figat, & arcuato vulnere venena diffundat. Idcirco dixit scorpiones terræ, quia scorpio vermis terrenus est, ore vel capite innoxio præblandiens, & tunc demuum cauda conuersa incautum feriens.

✠ RICHARDVS. Scorpio facie blandis apparet, cauda nocet. Sic prauorum vniuersitas, quod non potest per apertam seuitiam, hoc adimplere nititur, per occultam malitiam.

✠ HAYMO. Potestas nocendi scorpionis in cauda est, per hanc enim percutit, & venena diffundit. Tales sunt hæretici, qui falsis vera permiscent, vt facilius auditores decipiãt: Sicq; veneno malæ doctrinæ decipiunt simplices. F

✠ AMBROS. Sæpe Deus dicitur dedisse, quod permittit. Per scorpiones vero, possumus dæmones accipere. Qui sicut scorpiones dum non præuidentur, corpora hominum suo veneno inficiunt & extingunt, ita & dæmones incautis hominibus venena malarum persuasionum ingerunt. Et dum ad perpetranda scelera pertrahũt, eorum animas veneno suæ malitiæ infectas occidunt. Potestas ergo locustarum, id est, hæreticorum: similis est potestati scorpionum, id est, dæmonum, quia sicut dæmones in hoc semper insistũt, vt quoscunque possunt decipiant, ita & hæretici tota virtute laborant, vt quoscunque possunt, in foueam suæ perditionis demergant.

f *Præcep. est il. ne læ. &c.* quia dolos istorum refrenat Deus,

NICOLAVS DE LYRA.

natam. nam per potestatem imperialem misit sacerdotes Arrianos ad inficiendum populos multos. ideo subditur:
1 Et aperuit, &c. & as. fu. *i. doctrina erronea veritatem obscuratiua, ideo subditur:* 2 Et obscu. est sol. *i. Christus, qui secundum hæresim illam negatur esse verus Deus, vt dictum est cap. præce.*
3 Et aer. *i. ecclesiæ quæ illuminatur à Christo sicut aer à sole visibili. Temporibus autem illis ecclesia errore Arrij fuit obscurata. intantum quòd maior pars ecclesiæ facta fuit Arriana.*
4 Et de fu. pu. exi. *Vandali hæresi Arriana infecti, qui dicuntur locustæ, quia sicut locustæ saltant de loco ad locum, sic Vandali de Hispania transierunt in Aphricam, & inde postea intrauerunt Italiam & Galliam eas vastando. ideo subditur:*
5 Et da. est il. p. *s. nocendi hominibus cautelis, deceptionibus, & armis. hoc enim permissum est eis à Deo suo iudicio occulto.*
6 Et prece. est il. *id est, prophetatum à Deo.*
7 Ne læde. &c. *Ad cuius intellectum sciendum, quòd Aphrica ante ingressum Vandalorum erat habitata partim à Christianis, & partim à Paganis, sicut & multæ terræ temporibus illis. Paganos autem occiderunt, non autem Christianos, qui Christiani quantum ad minores significantur per fœnum terræ, quantum ad mediocres per omne viride, quantum ad maiores per arbores.*
8 Nisi tantum ho. *i. Paganos, qui non sunt signo crucis consignati.*
9 Et di. est i. &c. *Istud refertur ad Christianos, de quibus prædixerat.*

MORALITER.

1 *Et aperuit.* aperiendo viam Simoniæ quæ est abyssus culpæ.
† *Et ascen fu.* s. infamiæ. *& obscura. est sol.* i. Christus, in quem quodammodo iste fumus redundat. nam homines aliquando murmurant contra eum, eo quòd permisit talem prælatum promoueri.
4 *Et de fu. pu.* s. sacerdotes & ministri simoniacè promoti.
5 *Et da. est.* s. lædẽdo populũ subditum malis verbis & exẽplis.
6 *Et præ. est il ne læ. &c. omne vi.* i. homines virentes sancta cõuersatione, & radicatos in fide. tales enim non læduntur malis eorum, quia scandalizari est pusillorum. ideo subditur:
8 *Nisi tantum ho.* i. qui non sunt firmi in fide formata charitate, ad confitendum constanter Christum opere & sermone,

Universidad de Deusto Biblioteca

licet ipsi non intelligant.

A a *Ne occiderent.* Cum per dolos nequeunt hæretici, in aliqua subuertere volunt, contra quos Dei præceptum est, vt corpora occidant, sed animas non decipiant.

b *Mensibus quinque.* Alia litera dicit mensibus sex, propter sex ætates, quib⁹ hæc vita distinguitur.

✠ AVGVST. Quia duæ partes sunt in ecclesia, bonorum scilicet, & malorum: vna pars sic percutitur, vt corrigatur, alia suis voluptatibus relinquitur. Pars bonorũ humiliationi traditur ad cognitionẽ iustitiæ, & commemorationem pœnitentiæ.

a ¶ i. in corporibus quinque sensibus indigentibus. †
a ne occiderent eos, sed vt cruciarent mensibus quinque. Et 1
b ¶ Per hoc insinuatur grauitas tribulationis. 2
c cruciatus eorum vt cruciatus scorpij, cum percutit hominẽ. 3
¶ Timentes lapsum. ¶ Vt probatiores reddantur.
Et in diebus illis quærent homines mortem & non inue- 4
a ¶ Et non qualitercunque quærent, sed desiderabunt vel cupient. b ¶ Hoc dicitur de prælatis & subditis.
d nient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab illis. Et si- 5
a ¶ i. imaginariæ locustæ. b ¶ i. hæreticorum. ¶ Erant. c ¶ Super doctores.
e militudines locustarum similes equis paratis in prælium, & f

✠ AMBROS. Quod dicit præceptum est illis, videtur mihi ad dæmones pertinere. Tanta est nequitia dæmonum, vt si hoc Deus permisisset, statim vt homo mortale facinus admisisset, eum interficerent. Sed expectat Deus homines impios, vt aliquando pœnitentia ad eum redeant, & saluentur, siue vt iusti per eos probentur. Præcepit ergo, id est, non permisit.

✠ RICHARDVS. Præcipitur hæreticis, & principalibus B diaboli ministris, ne non verè bonos non lædant, sed nec terrenis deditos occidant, quia cohibentur ne libertatem audiẽdi verbum Dei, vel rectam fidem suscipiendi, aufferant.

✠ AMBROS. Per menses quinque, omne tempus vitæ præsentis, quod in quinque ætatibus consistit, possumus intelligere. Prima namque ætas est infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuentus, quinta senectus. In quinque ergo mensibus, id est, omni tempore vitæ præsentis, non solum hæretici, sed omnes impij cruciantur. Nam velint nolint, cum ad memoriam mortem pœnamque, quæ mortem sequitur, reducunt, quamuis de prosperitatibus sæculi videantur exultare, tamen cruciantur intrinsecus, eo quòd sciant se pro sceleribus suis æternaliter esse cruciandos. Possumus etiam per menses quinque omne tempus huius mundi intelligere. Primus namque mensis est ab origine mundi vsque ad diluuium. Secundus à diluuio vsque ad Mosem. Tertius à Mose vsque ad Dauid. Quartus à Dauid vsque ad Christum. Quintus à Christo, vsque ad sæculi consummationem. In iis ergo quinque mensibus omnes fabricatores errorum cruciantur, siue eo modo quo superius diximus, siue quod falsas adinuentiones suas, vident à veritate superari.

c *Vt cruciatus scorpij.* Cum data sit potestas cruciandi, non apertè tormentant, sed apud seculi principes accusant.

d *Et fugi. mors.* quia cura gregis eos astringit labori.

Haymo. ✠ ANDREAS. Per hæc ingens suppliciorum magnitudo subindicatur: solent enim qui magnis cruciatibus detinentur mortem inuocare & exoptare. Quod autem ad eos, qui in tor- C mentis vitam degunt, vocata non accedat, illud ex occulto Dei iudicio prouenit: Iudicat enim is mortalium generi vtile ac salutare esse, peccatum, quod parens est, & tormentorum conciliator, pœnarum quæ inferuntur amaritudine, & grauitate exosum illi reddere.

✠ AMBR.

D ✠ AMBROS. In diebus illis, quibus euangelij gratia per vniuersum mundũ refulget, quærent homines mortem. Quærebat Paulus mortem persequendo ecclesiam Dei, & non inuenit eũ: quia Christus qui est murus impenetrabilis, se illi obiiciens à morte quam quærebat, eum retraxit, & ad vitam, quod ipse est, violenter reduxit. Nos quosdam vidimus, qui quæsierunt mortem & non inuenerunt eam, & cupierunt mori, & mors fugit ab eis. Scimus enim quosdã, qui amplius quã oportebat seculum diligentes, multo tẽpore laborasse, vt carnis suæ desideria perficerent. Sed cum ad id quod optabant peruenire nõ possent: respuentes seculi falsa promissa, ad diuitias cælestes acquirendas se contulerunt. Vidimus & quosdam reliquisse monasteria & in seruitio quorundã potentium se posuisse, vt diuitias quas per se habere non poterant, eorum suffragiis obtinerent. Sed E cum id non possent, sæculum reliquisse, & ad monasteria sua rediisse, atque in bonis operibus vitam terminasse. Hi ergo mortem quæsierunt & non inuenerunt eam.

✠ HAYMO. Dies isti quibus electi quærent mortem, intelliguntur ab ascensione Domini vsque ad consummationẽ sæculi. Specialiter autem fiet hoc temporibus antichristi. Homines in hoc loco accipimus sacerdotes, & ecclesiarum præpositos, qui cum viderint tẽpore illo tantum prauitatis dogma insurgere, sicut iam ex parte factum est temporibus hæreticorum, quærent mortem, quia optabunt in Dei contemplatione consistere, vt sint mortui mundo & Deo viuant. Sed non poterunt tunc gregem sibi commissum relinquere in ora luporũ, ne fortè damna gregum, super eos reuertantur, & illis in peccatum reputetur, si eos errare aut perire pro sui quiete permiserint. *Sed mors fugiet.* Nolentes itaque sancti viuunt, propter aliorum lucra, & dilatam mortem propter aliorum salutem æquanimiter ferunt.

e *Similitudines lo. &c.* Cum ostendisset qualiter nocerent, & per dolos & per occultam impugnationem & in vtroque Dei refrænationem, nunc ostendit qnales ipsi sint per quos operari possunt.

f *Similes equis.* Quia veloces ad discurrendum, & feroces ad impugnandum, & non prouident quos incurrant, siue in vicinos, siue in hostes.

✠ AMBROS. Per equos sæpe prædicatores designantur. Locustæ vero similes equis paratis in prælium esse dicuntur: quia sicut prædicatores sancti tota virtute laborant, vt quoscunque possunt de laqueis diaboli eripiant, ita & hæretici ad hoc semper armantur, vt quoscunque possunt decipere, in baratrum suę damnationis inuoluant.

✠ HAYMO. Equis assimilantur omnes hæretici propter F velocem vbique cursum, quia totum subito replebunt mundum. Locustis vero propter vacuitatem. In prælium vadunt, quia contra fidem electorum rectam pugnant.

✠ ANDREAS. Quidam putant per locustas angelos esse diuinę

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Sub vno enim contextu literæ sacra scriptura transit aliquando de aliquibus personis ad alias loquendo, ac si essent eædem, vt patet Psa. 77. d. Cum occideret eos quærebant eum. & tamen certum est, quòd alij erant occisi, & alij quærentes eum pœnitentia ducti. Et eodem modo loquitur hic de habitatoribus Aphricæ, qui partim erant Christiani, & partim Pagani, & sic de vna parte transit ad aliam sub eodem contextu.*

1 Sed vt cru. &c. *Licet enim non occiderent Christianos, vt dictum est, tamen afflixerunt eos multipliciter, & specialiter episcopos & doctores expellendo & aliquos corporaliter affligendo. vnde Honorificus Vandalorum rex multos episcopos in exilium misit, & similiter Transcemũdus qui post eum regnauit. & Gillorine, qui aliquibus episcopis orthodoxis linguas fecit extrahi, & radicitus amputari, qui tamen postea dono Dei loquebantur & prædicabant, secundum quòd dicit Gre. dial. li. iij.*

2 Mensi. quinque. *Per hoc designatur quòd regnum Vandalorum durauit temporibus quinque regum, & tunc fuit exterminatum per Helisarium patricium à Iustiniano imperatore in Aphricam missum.*

3 Et crucia. &c. *Nam aliqui istorum regum primo simulauerunt beniuolentiam Christianis, & eos postea grauiter afflixerunt intantum quòd multi eorum magis vellent mori quàm videre talem conculcationem ecclesiarum & ministrorum eius, sicut dicitur j. Mach. iij. g. Melius est nobis mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum. ideo subditur:*

4 Et in diebus illis quærent homines mortem, &c.

5 Et similitudines. *Hic consequenter declarat quoddam dictum. Vandalos enim dixerat locustas, ideo conditiones aliquas Vandalorum*

✠ exprimit

MORALITER.

✠ † *Et dic. est il. ne oc.* s. corporaliter, vt dicit Glo. interlinearis.

1 *Sed vt cru. eos.* mensis dicitur à mene quod est defectus. Et per hoc significantur quinque defectus qui sunt in malis sacerdotibus. s. scientiæ, vitæ, eloquentiæ, misericordiæ, & iustitiæ, per quos subditis bona debita subtrahuntur, & opposita mala inferuntur.

4 *Et in diebus illis.* Nam homines zelum Dei habentes videntes talia, dicunt aliquando turbati: Vtinam non vidissemus talia mala, sicut j. Mach. iij. g. dicitur: Melius est nobis mori in bello quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum.

5 *Et similitu. locu &c.* quia tales sacerdotes parati sunt ad faciendum malum.

✠ MORAL.

✠ diuinæ punctionis administros. Nobis autem vero similius fit, A per prædictas locustas malignos dæmones significari. Hi enim semper accincti sunt, ad bellum nobis inferendum.

a *Tanquam coro.* id est, victoriæ de præcipitatis acquisitæ, nõ per veram sapientiam.

✠ AMBRO. Per coronas locustarum, sapiẽtia secularis ostenditur. Coronæ igitur locustarum, aurum ipsæ non erant, sed similitudinẽ auri habebãt, quia sapiẽtia secularis, in qua heretici maximè cõfidebant, aurum nõ erat, id est, sapientia, sed potius stultitia.

a ¶ i. in mentibus vbi in se & coram aliis superbiunt. b ¶ Quia non veræ coronæ. c ¶ Non de vero auro. i. sapientia. d ¶ Vultus. 1
a super capita earum tanquam coronæ similes auro, & facies 2
a ¶ Quia demonstrant se homines pios cum intus sint feri. b ¶ Sicut mores mulierum sunt molles & flexibiles in omne vitium.
b earum sicut facies hominum. Et habebant capillos sicut ca- 3
a ¶ i. ipsi alios laniantes.
c pillos mulierum, & dentes earum sicut dentes leonum erãt. 4
a ¶ i. tumultus sententiarum quem faciunt postquam deficiunt.
d Et habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earũ, 5
e sicut vox curruum equorum multorum currentium in bel- 6
a ¶ i peccatum, quia peccare faciunt.
f lum. Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erãt 7
a ¶ Q. d. sed tantum vos boni ne timeatis, quia. b ¶ Malis, secundum quinque sensus tantum.
in caudis earum, & potestas earum nocere hominibus men- †
a ¶ Diabolum dominantem in terrena.
g sibus quinque. Et habebant super se regem angelum abyssi, 8
h cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollion, & 9

✠ HAYMO. Hæretici non habent B coronas, sed quasdã figuras, quasi coronas, nec sunt aurea, sed auro similes, quasi scilicet quoddam falsitatis figmẽtum, quia ipsi se victores simulant, & dignos remuneratione, sed nec coronas, nec ex auro habent: quia habentes formam pietatis virtutem eius abnegant.

b *Et habe. ca.* i. mores lapsos & effœminatos, qui eis adhærent, & ab eis ad deceptionem aliorum dependent. Vel capilli minores, quos adhærentes sibi decipiunt.

c *Dentes leo.* Laniatum habent & fœtorem.

✠ AMBROS. Locustæ faciem hominis habere videbantur, sed similitudo erat, non veritas: quia hæretici vidẽtur quidem scientiam habere diuinarum scripturarum, sed procul à veritate distant, quia eam rectè non intelligunt. Habebant & locustæ capillos mulierum, quia sicut sancti ecclesiæ Dei habent turmas suas, quæ certis temporibus ad diuina officia celebranda confluebant: ita & hæretici habebant populos insanos, qui in diuersis locis conueniebant, non ad ministeria diuina, sed ad diabolica officia celebranda. Dentes leonum dentes hæreticorum sunt, quia sicut Pagani ecclesiam Dei persequebantur & quoscumque poterant terroribus in perditionis voraginem implicabant: Ita hæretici quosdam potẽtes homines sibi sociantes ecclesiam Dei persequuti sunt, multósque C more dentium, minis & impressionibus afflictos in ventrem suæ malitiæ demerserunt.

✠ RICHARDVS. Tria ponit, facies hominum, capillos mulierum, dentes leonum. Quæ tria mali & maximè hæretici habere describuntur: primum, quia se cuncta secundum rationem agere fingunt, & deinde fraudulenter ad moliciem vitiorum pertrahunt, ac dæmum per actionis prauæ suggestionem, & perpetrationem crudeliter laniant. D

✠ HAYMO. Locustæ facies humanas, & capillos mulierum habent, vt in hæretica perfidia vterque sexus sibi nequius applaudat, tueatur, atque defendat.

d *Loricas.* i. corda obstinata, quæ sagitta veritatis non penetrat. Vel sentẽtias deceptionibus munitas, quas infringit veritas.

e *Sicut vox cur. &c.* Diuersi currus diuersis viis & à diuersis equis ad idem bellũ rapiuntur, sic isti licet diuersis hæresibus vnanimiter ecclesiam impugnant.

✠ HAYMO. Vox hæreticorũ bene similis dicitur curribus equorum currentium in bellum. E Nam currus quando à stabulis prodeunt, diuisi ab inuicem & seiuncti incedere solent, vsquequo ad locum certaminis venientes coniungantur, & pari voto pugnent: Ita & hæretici semetipsos diuidunt, & contrarios sibi errores proferunt. Sed quamuis inter se dissideant, tamen vnanimiter contra ecclesiæ vnitatem pugnant.

✠ ANDREAS. Strepitum alarum intelligentium locustarum ob id militarium curruum strepitui assimilatum putamus, quod fastu sint elatæ, ingeniique celeritate præditæ.

f *Et habebant cau.* Postquam non valet ratio vel tumultus eorum, quærunt auxilium principum, qui caudæ dicuntur, quia vt astringant, terrent & blandiuntur. Vel caudæ, dolosæ sententiæ, quibus coram blandiuntur & latenter pungunt.

g *Et habebant.* Ostenso quales in se sint, monstrat per quem hæc possunt.

h *Cui nomen.* q. d. Ad hoc cauete vobis Hebræi, Græci & Latini, omnis ecclesia, quia Christi euangelium aliqua harum trium linguarum est scriptum & receptum.

✠ RVPERT. Angelus iste abyssi, manifestè contrarius est F angelo magni consilij. rex contrarius regi, rex filiorum superbiæ aduersus vel oppositus regi filiorum sapientiæ. Nam & scriptura nominis huius, & scriptura nominis illius, Hebraicè Græcè & Latinè deposita, illum malum, istum bonum omnibus gentibus agnoscendum prædicat.

✠ RICHARD. Angelus abyssi diabolus est, qui est rex & princeps

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *exprimit nomine locustarum di.* Et simili. locu. si. equis para. in prę. *per hoc designans, quòd Vandali fuerunt homines bellicosi.*

1 Et super ca. *Per aurum in scriptura signatur fulgor sapientiæ. Vandali verò inter cæteros barbaros plus habere videbantur de fulgore naturalis industriæ. quæ si ordinetur ad bonum, sortitur nomen sapientiæ, quæ dicitur scientia sapida. si autem ad malum sortitur nomen cautelæ. Sic autem erat in eis. & ideo non dicitur quòd haberent coronas aureas, sed similes auro: nam per quandam similitudinem bonum ad malum transferimus. s. Metaph. sicut dicitur sapiens latro vel bonus, qui procedit in furtis suis cautelosè.*

2 Et facies earum sicut. *quia ratio qua distinguitur homo à cæteris animalibus, plus vigebat in eis quàm in cæteris barbaricis gentibus, vt dictum est.*

3 Et habebant capil. sicut capil. mu. *quia nutriebant capillaturam, sicut fit adhuc in aliquibus gentibus.*

4 Et dentes earum sicut de. le. *in quo designatur ferocitas eorum.*

5 Et habebant lo. fer. *nam armati erant ad gentes alias impugnandum.*

6 Et vox ala. ea. sicut vox cur. *quia cum magno strepitu processit eorum exercitus per Italiam & Galliam, vt prædictum est.*

7 Et habebant cau. *Patet sententia ex dictis suprà vs ue ibi:*

8 Et habebant super. *Ad cuius intellectum sciendum, quòd secundum Diony. in dæmonibus naturalia remanserunt integra. & per consequens remanserunt in eis ordines distincti, prout sequuntur distinctionem naturæ. Tenetur autem communiter à doctoribus, quòd aliqui ceciderunt de singulis ordinibus, & sic nomina singulorum dæmonum remanent in dæmonibus. Primus autem ordo inferioris Hierarchiæ nominatur ordo principatuum, quia præsunt diuersis regnis. Et sicut angeli sancti promouent diuersa regna sibi commissa ad bonum, sic per oppositum sunt angeli mali ea impellentes ad malum. igitur de angelo malo præsidente regno Vandalorum dicitur hic:* Et habe. super se re. an. abyssi: *compellentem eos ad vastationem boni. ideo subditur:*

9 Cui no. He. Abad. *i. dispergens vel exterminans. Et ponitur hoc nomen in tribus linguis principalibus: quia plures homines de linguis istis exterminauerunt. Vel quia Ioannes scribebat vniuersali ecclesiæ quæ fundata est in omnibus linguis per tres principales hic significatis.*

✠ 1 Væ

MORALITER.

✠ 1 *Et super ca. earum tan.* quia propter tonsuram clericalem & ordinem homines deferunt eis honorem.

3 *Et habebant capillos sicut capil.* eis vtendo prout possunt ad ornatum illicitum.

4 *Et dentes earum.* per quod significatur crudelitas ipsorum.

5 *Et habebant loricas.* i. falsas excusationes malorum suorum.

6 *Et vox ala.* Istæ sunt alæ, potentia temporalis & superbia, ex quibus procedunt verba iactatiua & contumeliosa.

7 *Et habe. caudas, &c.* id est, familiares malos eos sequentes.

† *Et potestas earum.* & exponatur sicut prius.

8 *Et habe. super se regem.* scilicet diabolum: cuius sequuntur instinctum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

princeps super profunditatem & obscuritatem totius peccati.
A Qui propterea sub triplici litera describitur, vt sancta ecclesia vbique terrarum diffusa, quacúque litera, vtatur, versutias diaboli in eius fraudulentis satellitibus cauere doceatur. Diabolus vero exterminans vocatur, quia & per se, & suos, electos quosque extra terminum spiritalis cõuersationis eiicere conatur.

✲ Andreas. Per harum denique regem, diabolũ merito accipimus, vt qui verè illos perdat, qui fidem ipsi habẽt.

Cõtra quem proinde irreconciliabile bellum geramus oportet, quòd illa, quæ post hæc ventura comminatur, minus sentiamus.

✲ Haymo. Rectè exterminans dicitur, quia sicut Christo congregandi, sic diabolo congruit nomen exterminandi.

✲ Ambros. Certum est omnibus, hæreticorum principem esse diabolum, & exterminator vocatur, eo quod exterminator sit totius bonitatis.

a *Væ vnum abyt.* ordine narrationis & ordine temporis, hæc est enim damnatio malorum quæ erit tempore Antichristi.

B b *Et quatuor cor.* Per quatuor quæ de Christo prædicantur, quæ sunt natiuitas, passio, resurrectio, & ascensio: circa quæ alia sunt.

c *Altarij aurei.* Altare Christus, cornua altaris prædicatores Christum subleuantes. & pro eo mori parati, sicut sanguis ponebatur in cornibus altaris. Vel aliter. Ecclesia. s. se immolans, in qua cornua. i. defensores aliorũ, qui omnes ad idẽ tẽdũt. Vel quatuor cornua euãgelica quę docẽt detegi fraudes antichristi.

d *Vocem vnam.* Præcones præteriti temporis præmonẽt illos qui erunt tempore antichristi.

e *Solue. qua.* Pro quatuor partibus mundi, vel quia quatuor de Christo prædicata impugnant. *Solue.* quia Euphrates fluuius circumiens Babylonem. i. principes mundani per quos diabolus cum in ipsis esset occultè operabatur, hos iubet excommunicari, vt qui in eis erat quasi ligatus, per eos sibi traditos apertius operetur. Vel quatuor angeli immundi spiritus in quatuor partib' mundi regnãtes, qui fuerũt refrenati in passione Christi.

✲ Andreas. Sunt qui hosce angelos quatuor ex primariis & illustrioribus esse putãt, nempe Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, & Vrielem, qui hactenus quidem diuinæ contemplationis iucunditati & vbertati alligati tenentur, tunc verò,

C

¶ A patria vitæ.

a Latinè habẽs nomen † exterminans. Væ vnum abiit, & ecce
a ¶ Vel, post hunc sex alios angelos.
veniunt adhuc duo væ post hæc. Et sextus angelus tuba ceci-
a ¶ Super quo quicquid offertur à Deo accipitur.
nit. Et audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altãris au-
rei, quod est ante oculos † Dei, dicentem sexto angelo, qui
a ¶ i. prædica esse solutos vt caueant sibi electi.
¶ Quatuor supradicta, videlicet natiuitas, passio, resurrectio, & ascensio.
e habebat tubam: Sõlue quatuor angelos, qui alligati sunt in
a ¶ Et ita illis damnatis.
f flumine magno Euphrate. Et solũti sunt quatuor angeli qui

† i. perdens

† Domini.

Diuiso.

aduersus Christianos, sed contra se inuicem quoque instigent. Si autem quatuor pluréisue dæmones Euphrati verè alligati asserantur, nihil noui aut inusitati asseritur. Constat namque alios in abyssum sæpe amandatos, alios in porcos electos, alios aliò pro Dei volũtate ad tempus ablegatos fuisse, in omne post æuum, vbi primum bellum, quod aduersus hominem gerunt, integrè absoluerint, apud inferos cruciandos. Credibile sit quoque Euphratis ob id mentionem fieri, quod antichristus ex illis locis exoriturus credatur. De ingenti dæmonum multitudine non est dubitandum, cum omnes sancti aerem hunc dæmonibus refertum asserant.

✲ Richardvs. Quatuor angeli sunt vniuersi dæmones per quatuor partes mundi in diebus antichristi seuientes: & reprobos quosque ad electorum persequutionem commouentes. Qui ab electis prædicatoribus tunc solui præcipiuntur: quia ab eis soluendi, aut soluti, ad bonorum cautelam prædicabuntur. Qui modo in flumine magno Euphrate alligantur: quia ne contra genus humanum pro libito seuiant, per baptismum refrenantur

✲ Haymo. Dæmones modo ligati sunt, quia non possunt nocere, quantum volunt, ex quo Dominus veniens, eis potestatem absulit. Quo in loco considerandum est, quantum seuirent, si soluti essent, qui modo ligati tantum seuiunt. Per flumen Euphratem, in quo angeli alligati sunt, potentia sæcularis intelligitur, quia in principibus huius sæculi maximè diabolus habitat, & in eis regnat.

f *Soluti sunt, &c.* Soluto diabolo multi præcipitantur, qui ad alios excæcandos moliuntur. F

☞ a *In*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Væ vnum abiit. *id est, vna grauis persecutio. s. Vandalorum.*
2 Et ecce ve. adhuc. *id est, duæ graues tribulationes aliæ.*
3 Et sextus ange. *Hic consequenter agitur de sautoribus hæresum, quantum ad Italicos & principes Constantinopolitanos. Ad cuius intellectum sciendum, quòd Anastasius imperator hæresi Eutichiana corruptus, cœpit imperare anno domini. 493. & imperauit annis. xxv. tunc regnabat in Italia Theodoricus rex Arrianus. Et tunc temporis electi sunt duo Papæ in contentione. s. Symmachus, & Laurentius. pro quibus facta est contentio magna in populo Christiano & in clero proceedens vsque ad homicidia multa. Emaliter tamen ecclesia Laurentium repulit, & Symmachum approbauit. Paschasius autem diaconus cardinalis, licet aliàs esset sanctus & deuotus tamen in hoc errauit, quia Laurentiũ quantum potuit sustinuit: propter quod post mortem suam inuentus fuit in pœna purgatorij à Germano episcopo Capuano, vt refert Grego. dialogorum lib. iiij. Ex hoc autem mota est tribulatio magna in ecclesia per quatuor homines prædictos. s. Laurentium & Symmachum pro papatu, & Anastasium & Theodoricum pro zelo hæresum suarum. Nam videntes clerum catholicum contendentem vsque ad homicidia, reputauerunt eum peiorem quàm ante, & similiter doctrinam catholicam propter quod incitati fuerunt ad eius persecutionem. Et isti quatuor prædicti nominantur hic angeli, quia nomen angeli in hoc libro indifferenter attribuitur bonis & malis, vt patet ex supradictis. His igitur præmissis sic procedit. quia primo ponitur ecclesiæ tribulatio. secundo eius consolatio, ca. se. Prima adhuc in duas. s. in partem principalem & incidentalem, quæ incipit ibi:* Et cæteri hominum. *Circa primum dicitur:* Et sextus angelus tuba cecinit. *s. Laurentius, qui conatus improbo & verbo superbo ad papatum anhelauit.*
4 Et audiui vocem. *s. vocem Paschasij cardinalis de collegio ecclesiæ Romanæ existentis, qui in electionem dedit vocem suam Laurentio, & eius partem sustinuit contra ecclesiæ immunitatem.*
5 Dicen. sex. an. *id est, Laurentio.*
6 Solue. qua. an. *i. in Romano imperio, quod vocatur flumen magnũ propter multitudinem populorum inexistentium, secundum quod dicitur infrà xvij. d.* aquæ multæ populi multi. *Nominatur etiam Euphrates, quia sicut Euphrates est quartus fluuius paradisi. Gen. ij. c. sic inter quatuor regna principalia regnum Romanum dicitur quartum. Dan. ij. s. In hoc autem imperio quatuor angeli. s. Laurentius, Symmachus, Anastasius, & Theodoricus. tenebantur ligati ante electionem Laurentij, inquãtum cessabant ab ecclesiæ turbatione, qui per eius electionem ad turbationem ecclesiæ excitati fuerunt modo prædicto. ideo subditur:* Et solu. sunt, &c.
7 Qui para. erant. *s. continuè ecclesiam perturbare. Sciẽdum tamen, quòd Paschasius stans pro Laurentio non intendebat hanc turbationem: sed quia secuta fuit, licet prater eius intentionem, ad electionem Laurentij cui vocem suam dedit, ideo dicitur hic dixisse Laurentio:* Solue quatuor an. &c. *quia per eius ambitionem ipse & alij tres processerunt ad ecclesiæ turbationem.* ✲ 1 Vt

MORALITER.

† *Post hæc & sextus ange.* Hic ad literam dicitur fuisse Laurentius, qui per contentionem conatus est papatum obtinere, ex quo secuta fuit turbatio ecclesiæ. & per ipsum significatur quilibet ambitiosus qui per contentionem iniquam obtinere nititur ecclesiæ dignitatem, & per hoc soluuntur quatuor angeli Sathanæ, quibus nititur propositum obtinere. s. falsitas aduocatorum malignorum pro eo loquentium, malignitas detractorum contra impedientes ipsum, duplicitas adulatorum falso ipsum commendantium, & cupiditas magnatorum ipsum muneribus sustinentium. de quibus dicitur:
5 *Solue. qua. an. &c.* Euphrates frugifer interpretatur. & ideo significat cumulationem diuitiarum, cuius appetitu ligati sunt prædicti quatuor, & ideo quando dantur eis munera, soluuntur ad loquendum pro malitia promouenda.
6 *Qui parati erant in horam.* id est, continuè. † Vt

a *In horã & diem.* Vel per horã accipe mediatẽ anni, per diẽ
A vnum annum, per mensem alium annũ, & per annum tertium: nam per tres annos & dimidiũ durabit persecutio Antichristi.
b *Vigies milies.* Sancti decẽ præceptis legis perfecti, cõtra quos duplex numerus ponit malorum, quia mali plures sunt bonis.
c *Et audi. &c.* Et bene pono sub certo numero, quia *audiui*, i. intellexi, quòd plures essent mali quàm boni.
d *Et ita vi.* id est, sicut intellexerã, quòd ad destructionẽ aliorum equitabant, sic intellexi, quòd per diabolum hoc faciebãt, quem sicut equi portabant, vel equi diaboli, super quos mali fundantur.

¶ Continue & diu. ¶ Diu & diu. ¶ Reprobos omnes.

parati erant in horã & diem, & mensem & annum, vt occi-
derent tertiã partem hominum. Et numerus equestris exer-
a citus, vigies milies dena milia, & audiui numerum eorum.
a ¶ Diaboli vel homines super eos fundati.
b Et ita vidi equos in visione, & qui sedẽbant super eos, ha-
c a ¶ Propter ignem iræ & libidinis. b ¶ Lapis fumidi coloris. b ¶ i. maiores inter ministros diaboli.
d bebant loricas ignẽas, & hyacinthinas & sulphureas, & cã-
e a ¶ Quia ore laniant & fœtent. b ¶ i. de prædicatione aperte mala.
f pita equorum erant tãquam capita leonum, & de ore
g ipsorum procedebat ignis & fumus & sulphur. Et ab his

B Et ita vidi equos in visione, & qui sedẽbant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas, & capita equorum erant tãquam capita leonum, & de ore ipsorum procedebat ignis & fumus & sulphur. Et ab his

✲ Ambrosivs. In hoc loco per equos, insani populi, per sessores autem equorum, principes terræ designantur, per loricas verò, quæ ictus gladiorum à se repellunt, duritia cordium reproborum designatur, quæ ad corda eorum gladium spiritus accedere non sinit.

✲ Andreas. Per equos hoc loco designari arbitramur homines veneri luxuíque, deditos belluinámque vitam ducentes: Aut dæmones sanè, qui aliorum imperio veluti serui subiacent, quorum vectores sunt spiritus, qui principatum inter reliquos tenent. Dæmones namque, vt cepto apud eos more non modo mutuas sibi inuicem operas præstant, verum prauis quoque hominibus famulari, iisdémque vicissim tanquam organis ad aliorum cognatorum hominũ fraudem & insidias vti solent.

e *Habebant loricas igneas.* id est, muniebant eos sententiis de quibus sequitur æterna pœna, vbi est ignis & fœtor & fumus. *Vel habe. lori. ing.* id est, æternam pœnam, quæ nunquam dimittit quos accipit.

✲ Andreas. Per igneas, hyacinthinas & sulphureas loricas, aëreas sceleratorum spirituum naturas, igneáque eorundem vires & operationes insinuari credimus.

✲ Richardvs. Habent dæmones loricas, per perplexam astutiam, igneas, per ardentem inuidiam, sulphureas, per fœtorem infamiæ, hyacinthinas per fucum & simulationem iustitiæ. Hyacinthus namque cæli habens similitudinem, cælestem vitam

C

da sua indurauerant, vt non solum in Christum non crederent, sed etiam seruos eius persequerentur.

f *Tanquam ca. leo.* Superius in plaga locustarum vidit faciem hominum, hic leonum, quia hæretici aliquid humanitatis ostendunt, ministri Antichristi, quod docent dictis & signis, hoc etiam pœnis cogunt confiteri.

✲ Haymo. Per capita equorum authores intelliguntur errorum, qui & fortes sunt, ad conterendos infirmos, & cum se simulant esse bonum odorem, fœtoribus inueniuntur repleti. Os enim leonum & corpora dilaniat, & naturalẽ fœtorẽ egerit.

✲ Ambros. Per capita equorum imperatores Romani designantur, quia capita esse videbantur omnium persequutorum, qui etiam ob insatiabilem rabiem leonibus assimilantur.

g *Procedebat ignis.* causa æternæ pœnæ. *Vel ignis,* id est, cupiditas. *fumus,* id est, superbia, *sulphur,* id est, fœtor malorum operum.

h *Fumus & sulphur.* Propterea quia cæci & in tenebris positi, propter fœtorem vitiorum & malorum operum.

✲ Andreas. Per ignẽ deniq; qui cũ fumo & sulphure ex ore illorũ egressus tertiã hominũ partẽ non absq; cõminatione asseritur interempturus, aut peccata, quæ per lethiferos dæmonum insultus, versutásq; illorum suggestiones in animũ ingrediuntur, cordísq; fructus incendũt, aut vastitatẽ & depredationem illã, quæ per barbarorũ manus ciuitatibus inferentur, aut frequentes certè cædes sanguiníque effusiones, quę iuxta diuinam interminationem tertiam hominum partẽ è medio tollẽt. F

☞ ✲ Ambr

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Vt occiderent tertiam partem. *Hæc tertia pars dicitur populus catholicus, vt dictum est suprà 4. cap. qui in magna parte fuit occisus, partim per malos adhærentes Laurentio, & similiter per adhærentes Symmacho, & partim per Anastasium imperatorem hæreticum, qui multos episcopos in exilium misit, & multos catholicos afflixit, & partim per Theodoricum regem Arrianum, qui totam Italiam quantum ad orthodoxos gladio perdere voluit: & sanctum Ioannem papam, & Symmachum & Boetium viros præclarissimos & consules martyrizauit, vt habetur in legenda sancti Ioannis papæ & martyris.*
2 Et nume. equest. exer. *id est, adhærentium prædictis quatuor, & mouentium eos ad turbationem Christianorum.*
3 Vigies millies. *Hic ponitur numerus determinatus pro numero indeterminato, sicut suprà 4. cap. & designatur, quòd ibi erat magna multitudo.*
4 Et ita vidi equos in vi. *id est, subditos prædictis quatuor & obedientes eis in malo. & specialiter Anastasio & Theodorico.*
5 Et qui sedebant super eos. scilicet, *quatuor prædicti angeli eos docentes.*
6 Habebant loricas. *Sicut in bonis hominibus iustitia dicitur eorum lorica. Ephe. 6. c. Induite loricam iustitiæ: sic per oppositum iniustitia dicitur hic lorica malorum.*
7 Igneas. *per appetitum feruidum nocendi.*
8 Et hyacinthinas. *id est, cælestis coloris, in quo designatur apparens zelus fidei. Nam hæretici asserentes se habere fidei veritatem, ex hoc excitant contra verè catholicos persecutionem.*
9 Et sulphureas. *propter fœditatem vitiorum existentem in eis, & procedentem extra in operibus malis.*
10 Et capita equorum. *id est. principes malorum ei obedientium.*
11 Erant tanquam capita. *in quo notatur crudelitas eorum.*
12 Et de ore ipsorum. *scilicet, æmulationis, quantum ad Symmachum & Laurentium.*
13 Et fumus. *vanitatis, quantum ad Anastasium.*
14 Et sulphur. *fœtoris. quantum ad Theodoricum Arrianum.*
15 Et ab his, &c. tertia pars hominum, *id est, magna pars Christianorum modo prædicto.*

✲ 1 Potestas

MORALITER.

† 1 *Vt occiderent tertiam partem hominum.* ad inuicem litigantium, quorum vna pars habet iustitiam, & alia pars oppositum, & tertia pars est iudicantium, partem verò iustam parati sunt pro muneribus quantum possunt impugnare.
2 *Et numerus equestris, &c.* Per hoc designatur multitudo magna talium, & ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato.
4 *Et ita vidi equos, &c.* Per hoc intelliguntur prædicti quatuor, qui dicuntur equi, eo, quòd sequuntur instinctum dæmonis, sicut equus sessoris, ideo sequitur.
5 *Et qui sedebant super eos habebant loricas ignis.* quia dæmones inflam

inflammant eos igne cupiditatis: quod significatur per loricas igneas, & colorant eos fraudulentia iustitiæ apparentis, quod per hyacinthinas significatur, eo quòd hyacinthus est coloris cælestis, & fœdant eos fœtore luxuriæ & carnalitatis, quod per sulphureas significatur.
10 *Et capita equorum, &c.* Per hoc designatur crudelitas istorum, qui sequuntur habenas dæmonum.
12 *Et de ore eorum proce. ignis.* dissensionis inter homines.
13 *Et fumus.* vanitatis.
14 *Et sulphur.* fœditatis infamiæ.
15 *Et ab his tribus pla. occi. est ter. pars ho.* scilicet, iustorum modo prædicto.

† Moral.

Universidad de Deusto Biblioteca

A ✠AMBROSIVS. Per ignem, impia præcepta imperatorum designantur, quibus populus Dei interfici iubebatur, Et rectè per fumum, idololatriæ falsitas designatur: quia sicut fumus à facie venti euanescit, ita & cultura idolorum in conspectu prædicationis euangelicæ deperiit.

a *Occi. a est tertia pars.* id est, omnes reprobi de ecclesia, & similiter omnes Iudæi vel pagani, qui nūquam fuerūt baptizati, nec ab ecclesia separati.

b *Potestas equorum in ore eorū.* ✠AMBROSIVS. Superius capita equorū, vt leonum esse dicuntur. In ore verò leonum dentes consistūt, quibus conterunt omnia & di-
B laniant, quæ ceperint. Possumus itaque per dentes, carnifices intelligere, qui in ore leonum, id est, in potestate persequutorū positi, eorum imperio diuersis cruciatibus corpora cruciabant sanctorum. Corpora igitur sanctorum persequutores in ore, id est, in potestate habebant, sed animas non habebant, occidere poterant, quos vincere non valebant.

✠RICHARDVS. Os significat suggestionem manifestam, cauda occultam fraudulentiam, & mali dum non possunt ore, cauda nocent: quia conantur occultè perficere, quod non valent apertè.

c *Similes serpentibus.* Qui blandiuntur facie, & occultè immittunt venenum.

✠PRIMASIVS. Benè hic in similitudinem præuaricatio-
C nis antiquæ, serpentum meminit, cuius sibilo mulier seducta, audacter

a tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne & de
¶Vere de ore quia.
b fumo & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum. Pote- 1
a ¶.i. mala prædicatione. b ¶.i. in occultis deceptionibus si apertè nequeunt.
stas enim † equorum in ore eorum est, & in caudis eorū. Nam 2 3 (†eorum.)
a ¶Et verè in caudis habent potestatem. b ¶Alios maiores, qui mordent.
c caudæ eorum similes serpentibus habentes capita, & in his 4 5
¶Peribunt.
d nocent. Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, 6
a ¶Quia ideo pereunt, quia non egerunt pœnitentiam.
neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, 7 8
a ¶Non egerunt ita quin adorarent. b ¶Quod turpius.
vt non adorarent dæmonia & simulachra aurea & argentea †
& ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neq; à fornicatione sua, neque à furtis suis.

audacter inconcessa egit, & iustè perdidit, quod accepit, sicut capita draconum, id est, mundi principes. D

✠ANDREAS. Rectè illorum caudas serpentibus assimilat, siquidem omnium diabolicarnm suggestionum scopus est, infundere virulentum peccatum, quod est mors animæ.

✠HAYMO. In Genesi legimus, quod diabolus serpentem indutus, mulierē decepit, fraude malæ suasionis. Tales sunt & errorum magistri, qui sua peruersa doctrina decipiūt quos possunt, & quia eos, quos subuertere nequeunt per prauitatem erroris, per potentiam seculi opprimunt, benè caudæ illorum similes serpentibus dicuntur. E

✠AMBROSIVS. vel. Rectè doctrina philosophorum serpentibus assimilatur, quia plena erat mendaciis & fallaciis: potestas ergo equorum in caudis erat, quia persequutores ecclesiæ per doctrinam philosophorum, volebant euertere religionem Christianam.

d *Et cæteri homines, qui non sunt occisi.* ✠ANDREAS. Hæc cum præcedentibus coherent: nam cum paulò ante dixisset, tres illas plagas tertiam hominum absumpsisse, & quædam interea interposuisset, hîc nunc subiicit homines cæteros quibus parcitum erat, hoc est quibus prædictæ plagæ illatæ non fuerant, pœnitentiam repudiasse, neque ab idololatria, cedibus, scortationibus, furtis, neque veneficiis, quibus assueuerant, sese continuisse, adeóque easdem reliqui vel grauiores calamitates & miserias prope diem subituros esse.

☞CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. *id est, quatuor principalibus prædictis, sicut & os est prima pars capitis.*
2 Et in caudis eorum. *id est, ministris sequentibus eos ad malum.*
3 Nam caudæ eorum similes serpentibus. *propter astutiam serpentinam, quæ erat in eis ad catholicos persequendum.*
4 Habentes capita. *Nam in exercitibus sunt tribuni & centuriones & huiusmodi, qui sunt capitanei respectu subditorum sibi.*
5 Et in his nocent. *incitabant enim suos subditos ad persequendum verè Christianos.*
6 Et cæteri homines. *Hæc est pars incidentalis, nam Ioannes in hoc libro describit statum ecclesiæ: tempore verò Theodorici regis, de quo immediatè ante dixerat, contigit quædam occisio magna in paganis. qui non sunt de ecclesia, & sic describitur hic incidentaliter, tunc enim Saxones contra Thuringos pugnauerunt, & plures eorum fuerunt occisi hinc & inde, quàm de Christianis in prædicta Anastasij & Theodorici persecutione, & hoc est quod dicitur:* Et cæteri homines. *scilicet, Saxonum & Thuringorum, qui non confitebantur Christum.*
7 Qui non sunt occisi in his plagis. *id est, pro fide Christi, supple sunt occisi morte corporali & æterna, & hic est modus loquendi, qui apud Hebræos dicitur decurtatus, sicut 2. Reg. 5. b.* Proposuerat Dauid in die illa præmium ei, qui percussisset Iebuseum, &c. *& tamen non dicitur quale sit illud præmium, sed est supplendum, quòd esset princeps militiæ, sicut suppletur 1. Paral. 11. & sic subintelligendum est hic, quòd isti non solum erant mortui morte corporali, sed etiam gehennæ, & subditur causa cum dicitur.*
8 Neque pœnitentiam egerunt de operibus. *id est, de peccatis commissis, & notantur quinque genera peccatorum, scilicet, multiplex idololatria, multiplex homicidium, multiplex veneficium, & luxuria, & furtum. Et patet litera.*

☞CAP.

MORALITER.

1 *Potestas enim equorum, &c.* nam aduocati, detractores, & adulatores & iniustè sustentantes verbis suis dicta mala.
2 *Et in caudis eorum.* id est, familiis eorum, quæ eis assimilantur in malitia.
6 *Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis.* Quia prædicti mali & etiam alij, vt frequenter prosperantur in vita præsenti, possent autem per hoc aliqui credere, quòd euaderent punitionem Dei, ideo hoc remouetur cum dicitur: *Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis,* id est, qui non sunt per impugnationem malorum tribulati.
8 *Neque pœnitentiam egerunt de operibus, &c.* de malis suis, quæ consequenter magis explicantur cum dicitur.
† *Vt non adorarent dæmonia & simulachra, &c.* sed magis eis obstinati permanserunt, & subintelligitur, grauius in inferno punientur, quæ quidem grauitas explicari non potest verbis humanis, ideo ad hoc significandum hic tacetur.

✝MORAL.

CAPVT X.

A a ET *vidi ali. an.* Quia fortis armatus fortē diabolū exuperauit. ✠RVPER. Quis enim ille est angelus alius, nisi angelus magni consilij, angelus testamenti Dei, verè alius & longe dissimilis omnibus angelis. Hunc angelum fortem dicit, nam verè est fortis, imo & fortitudinis princeps.

✠RICHARDVS. Alter angelus Christus, alter, quia à supradictis angelis sathanæ lōgè diuersus, angelus, quia paternę volūtatis nuncius, fortis quia virtus Dei.

✠AMBROS. Quia superius narrauerat aduersitates ecclesię, quas ab hæreticis, & paganis passa est, restat, vt de prosperitate eius, qualiter inter persequutiones creuerit, narret. Constat namque ecclesiam in persequutionibus creuisse, & quanto amplius opprimebatur, tanto amplius confortabatur & crescebat, sicut de filiis Iacob in figura eiusdem ecclesiæ scriptum legimus. Angelus fortis, dominum nostrum Iesum Christum designat, de quo: *Dominus fortis & potens.* (Exod. 2. Psal. 23.)

B b *De cælo.* id est, cognitione angelorum.

✠HAYMO. Cum dominus vbique sit, quomodo descendit de cælo? ad quod proculdubio dicendum, quia descensio illius, nihil aliud fuit nisi humilitatis eius incarnatio.

✠RVPERT. De cælo, videlicet, vbi erat prius. Nam quo descendit de cælo, nisi in vterum virginis? non enim de illo virginis vtero initium habuit existendi, sicut quidam dixerunt blasphemantes hæretici, sed in illum vterum de cælo descēdit, cum de sinu patris aduenit. Et qui Deus erat, homo factus: quodque erat verbum in principio verbum caro factum est, non mutata in carnem diuinitate, sed carne assumpta.

c *Amict. nu.* id est, se humiliantem assumptione carnis, vel quia cognoscibilem fecit. Latentem in carne, quæ est vobis refrigerium contra vitia.

✠AMBROS. Qui descendens de cælo amictus nube esse dicitur, quia dominus noster veniens in mundum, carnem, quæ per nubem designata est, induit, vt per carnis assumptionem, se hominibus conformaret, quos redimere veniebat.

✠RVPERT. Nubes hic, in plerisque scripturarum locis mysticis carnem illam significat, pulchra nimirum & considerata
C similitudine: quia videlicet sicut sol, cum nube tegitur & latet, tamen scitur: quia præsens est dum suum orbem non ostendit, & tamen orbi vniuerso diem fscit: sic in illa carne Deus & latuit & præsens dignosci potuit, dum diuinitatem suam, vt semper erat, tenuit inuisibilem, & tamen per opera visibilia vniuersum mundum illuminauit.

✠HAYMO. Nube amictus apparuit angelus, nimirum: quia carne induta, inter homines apparuit dominus, de qua: Ecce D *Dominus ascendet super nubem, &c.* Super nubē quippe leuem dominus ascēdit, quando carnē, sine grauedine peccati assumpsit. (Isaiæ 19.)

d *Et iris in ca.* Qui veram de Deo habet cognitionem reputat eum Deum.

CAPVT X.

a ¶Illis contrarium.
ET vidi alium angelum fortem descen- 1 2
a ¶Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.
dentem de cælo amictum nube, & iris 3 4
in capite eius. Et facies eius erat, vt 5
a ¶Quia spiritusancto accensi, & alios illuminantes.
sol, & pedes eius tanquam columna 6
ignis. Et habebat in manu sua libellum 7
a ¶.i. peccatores firmiores.
apertum, & posuit pedem suum dex- 8

✠AMBROS. Iris misericordiam designat. Irim in capite habebat, quia eius diuinitas ante incarnationem suam tantam misericordiā assumpserat, vt homo fieri pro hominibus non dedignaretur, & ad vltimū, pessima morte damnari.

✠HAYMO. Caput angeli, intelligitur diuinitas filij Dei: Iris autem Græcè, Latinè arcus dicitur, quia diuersis coloribus in nube apparere videtur, in & signū propitiationis à tempore diluuij positum inter Deū & homines. Tuncq; fit arcus in cælo, cum radiis solis imbrifera nubes, fuerit illustrata: quia dum claritas lucis æternæ, carnem assumpsit, reconciliatio facta est mundo. In arca quoque duo sunt colores principales, ceruleus. s. & igneus per quos duo iudicia signantur. E

e *Tanquam columna ignis.* Illi in quibus verè lucet imago Dei, vt in contemplatiuis, vel prædicatio.

✠RVPER. Hæc descriptio nō nihil à priore differt, vbi primū ipse, qui nunc describitur Ioanni visus est. Illic namq; filius hominis manifestè scribitur, hoc in loco angelus fortis. Alia autē fuit huius & istius descriptionis causa & intentio illic nāq; contra Cherintū & Hebionē, qui Christum ante Mariam fuisse negare cæperāt, ostēdebatur eidē tali schemate, quale de Christo oporteret eum perhibere testimonium: Hic autem omnibus significabatur, quantum vel quale orbi vniuerso impendeat negotium, propter quod venerit Christus in hunc mundum, &c.

✠HAYMO. Per pedes angeli, prędicatores intelligūtur, in quibus per totū mundum, incarnata Dei sapientia ambulauit. Qui benè etiā columnæ, & igni cōparātur: quia & more colūnarum super impositū ecclesiæ ædificium portant, & spiritu sancto accensi, corda auditorum ad amorem Dei prædicando inflāmant.

✠RVPER. Hic pedes eius dicuntur tanquā columna ignis, quo dicto significātur prędicatores eius, per quos venit ad nos. Sūt enim pedes eius, omnes euāgelij eius portitores atq; ministri. Isti pedes ex eo facti sunt tanquā colūna ignis, ex quo venit super eos spiritus sanctus tanquā ignis. Ex tunc enim, qui prius frigidi fuerant, imbecilles, & pauidi, idiotæ & sine literis, facti sunt fortes & securi, facundi, & omnium scripturarum periti. F

f *Et habe. in ma. sua. &c.* omnes scripturas operatione sua completas, partim prædicando, partim, quæ de se dicta erant complendo, tandem suis sensum aperiendo.

g *Pedem suum.* i. portatores firmi in fide & alios sustinentes.

☞ a Sinist

NICOLAVS DE LYRA. CAP. X.

✠ ET vidi, &c. *Postquam descripta est ecclesiæ multiplex tribulatio, hic consequenter describitur eius initialis consolatio, & primo ponitur actus consolationis, secundo fructus deuotionis, ca. seq. Prima in duas: quia primo ponitur dicta consolatio per imperatorem Iustinum. secundo eius cōtinuatio per Iustinianum nepotem suum, ibi:* Et audiui vocem. *Circa primum sciendū, quòd Iustinus senior post Anastasium hæreticū imperauit annis 10. & cœpit imperare anno domini quingentesimo 18. qui amore religionis Christianæ feruēs voluit in partibus oriētis ecclesias Arrianorū eis auferre, & per episcopos catholicos consecrari, sed non perfecit impeditus precibus Ioānis papæ, ne occasione huius omnes Christiani de Italia occiderentur gladio per Theodoricum regem Arrianum: qui tamen postea interfecit sanctū Ioannem, vt prædictum est. Igitur de Iustino dicitur hic.*
1 Et vidi alium angelum for. *propter imperialem potestatem.*
2 Descen. de cælo. *scilicet: militantis ecclesiæ per regenerationem baptismalem.*

3 Amict

3 Amictum nube. *baptismalis gratiæ.*
4 Et iris in ca. eius. *quia nunciauit pacem ecclesiæ. Est enim iris signum fœderis, Genes. 9.*
5 Et facies eius erat, vt sol. *propter fidei suæ splendorem.*
6 Et pedes eius, &c. *Per pedes intelliguntur affectiones, quia sicut corpus mouetur pedibus, sic animus affectibus. Habuit autem iste Iustinus affectiones accensas igne charitatis ad promotionem Christianitatis.*
7 Et habe. in manu sua li. aper. *quia scripsit & misit epistolas per totum imperium suum in fauorem Christianorum.*
8 Et posuit pedem suum dex. su. ma. sini. au. super ter. *quia scripsit habitantibus in terra & in insulis maris. Vel aliter: Per mare quod est locus aquarum, intelligitur populus Christianus, per aquam baptismi regeneratus: per terram verò pagani in terrenis desiderijs fixi, de vtrisque verò multi erāt de imperio Iustini, sed fuit magis fauorabilis Christianis, propter quod dicitur.* Et posuit pedem suum dextrum supra mare, &c.

✠ 1 Et

MORALITER.

✝ 1 *Et vidi an. for.* Hoc ad literā exposui de imperatore Iustiniano. MORALITER autem potest exponi de summo pontifice bono, qui imperiali pileo coronatur, & dicitur angelus fortis propter magnitudinem potestatis, & descendens de cælo, quia datur à Deo.
3 *Amictum nube.* id est, diuina protectione.

4 Et

4 *Et iris in capite eius.* Sicut enim iris est signū diuini fœderis, sic papa bonus à Deo datus, signum est, quòd Deus est ecclesiæ pacificatus.
6 *Et pe. e. tan. co.* nā eius affectiones accēsæ sunt igne charitatis.
7 *Et ha. in ma. sua li.* quia potestatē coercendi malos per bullā.
8 *Et posuit pedem suum dextrum, &c.* quia potestas se extendit ad habitantes in terra, & nauigantes in mari.

✝MORAL.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Sinistrum autem super ter.* Id est, super eos, qui quoquo modo sustentabant, etsi non credebant. Hoc est, posuit maiores & firmiores prædicatores super maiores peccatores, minores super minores.

Act.13. ✠Richardvs. Ipse ponit dextrum pedem supra mare, sinistrum super terram, quia suæ potestati subdidit populū gentilem in cultura multorū deorum, & in amaritudine multorum vitiorū, quondam fluctuantem, & gentem Iudaicam in vnius Dei fidē quondam firmiter solidatā. Supergentes enim B ponit dextrū, quia eos elegit ad beatitudinē: super Iudeos sinistrum, quia eos reliquit ad damnationē. Itē posuit primo dextrum supra mare, deinde sinistrum super terrā, quia primò gentes vocat ad iustitiam: & cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit.

a ¶.i.in peccatum fluxiores. b ¶.i.minus firmos.
a trum supra mare, sinistrum autem super terram, & clamauit 1
a ¶De magnis agente. b ¶Tam terribiliter.
b voce magna, quemadmodū cum leo rugit. †Et cum clamas- 2 3
¶Id est, quia.
set, locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et cum locu-
a ¶Vniuersi successores terrorem inferentes. b ¶Tempori eorum congruas vel aquæ.
c ta fuissent septem tonitrua voces suas, & ego scripturus
a ¶Intellexi. b ¶.i.sigilla, vt amicis pateat, & inimicos lateat.
d eram. Et audiui vocem de cælo dicentem mihi: Signa
a ¶.i.manifestare infidelibus in quibus locum non habent.
quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. †Et 4
e angelus quem vidi stantem supra mare & supra terram,
a ¶.i.exaltauit. b ¶.i.humanitatem quam operatus erat.
f leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per viuentem 5 †

† 93 dist. cap. diaconi sunt quos in prin.
† Dan.12.c. De iureiur. c.& si Christus.

✠Rvpertvs. Pedem suum dextrum posuit super mare, sinistrum autem super terram, id est, prædicatores suos iam cōfirmatos in vniuersitatem gentium misit: cum autem adhuc essent infirmi, tantum in Iudæa illos prædicare iussit, nā plerunq; nomine terræ, Iudęa: maris autē vocabulo gentes significantur.

✠Ambros. Possumus autem per mare populum gentium designare, ob profunditatem errorum & ignorātiæ: per terram verò, quæ excolitur, vt fructum ferat, Iudæos. Pedem ergo suum dextrum, dominus super mare posuit, quando specialius genti- C bus doctrinam euangelij, quàm Iudæis tradidit, pedē sinistrum, super terram posuit, quando legem Iudæis specialiter tradit.

b *Quemadmo. cum leo ru.* Vox leonis ostendit eius virtutem & infert terrorem. Cum leo cauda circa siluam sulcum fecerit & rugit, nulla ferarum audet exire: ita Christus suos in fide concludens, rugit ne aliquis exeat.

c *Scripturus eram.* Hic fert personam eorum, qui Antichristi tempore volent prædicare ex præcedentium imitatione.

d *Signa quæ lo.* inspirationē diuinā, vel angelicā admonitionē.

✠Richardvs. Præcepit vox diuina signari, prohibet scribi voces septem tonitruorum: quia sic debemus electis propalare, vt reprobis abscōdamus dicta & facta sanctorum. Signa, vt amicis pateant & inimicis lateant.

✠Rvpertvs. Signa quæ: quod est dicere: mysteria scripturarum, quæ datum tibi nosse, & exponere promptum est, signa, id est, vt signata sunt & causa posteris quærenda relinque, vt non sunt velut merces vltroneæ, de quibus vulgò dicitur, quod soleat putere.

✠Haymo. Quia audierat Ioānes superius: *quod vides scribe:* voluit etiā ea, quæ à tonitruis audiuit scribere, sed dictum est ei signa. Vbi merito queritur quare illi hoc dicatur, cū in Ioāne omnes doctores figurētur, qui nō debēt eloquia diuina sigillare, vt non ad aliorum manifestentur vtilitatem. Verum dicendum, D quia quod nos sub sigillo signamus non omnibus notum esse volumus, sed solummodo familiaribus, & quibus credere nos, pro certo, posse scimus. Quod autem palam dicimus, & non sigillamus ad notitiam multorum dicimus. Dicitur autem Ioanni & omni doctorum ordini in illo, *Signa,* quia non omnibus sunt manifestāda eloquia diuina.

✠Andreas. Per hæc indicatur multa hoc tempore incerta esse, quæ per experimentū certúmq; rerū euentū olim patefiēt. Mouetur namq; per cælestē vocē Euangelista, vbi tonitruorū voces menti nūc tantum imprimat, perfectam autē illarum comprehensionē plenámque intelligentiam, nouissimis temporibus asseruet.

✠Primasivs. Iubetur ne sicut audiuit, in aperto scriberet, sed discretè signata modificās temperaret, ne aut omnibus indiscretè paterent, aut facilè intellecta fastidium generarent. E

✠Ambros. Vox de cælo, vox de ecclesia: scribere, est prædicare, quia sicut scriptor attramento in volumine scribit, ita & doctor verba Dei scribit, cum ea prædicando in cordibus audientium plantat. Signare autem quædam iubetur, nam initio fidei, doctores non ausi gentibus austeriora Christi præcepta committere, ne fortè duritia preceptorum territi, non auderent ad fidem Christi suscipiendam accedere: sic dicit Paulus: *Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis, non solidum cibum.* 1.Cor.3.

e *Et ange. &c.* Cum tanta desolatio erit in ecclesia, quòd etiam prædicatio erit ablata, ne fideles desperent, accipiunt consolationem, non ad detrimentum suę salutis pręedicationē subtrahi.

f *Iurauit, &c.* Et per hoc firmiter statuit, quia Deus erat: nam si Christus resurrexit, & nos resurgemus.

✠Andreas. Cum Deus nullum se maiorem habeat, per quem iurare possit, per semetipsum iurare solitus est: Angeli autem tanquam res creatæ per creatorem iurant, eáque quæ dicunt, propter nostram diffidentiam & incredulitatem, cælestis numinis attestatione confirmant.

✠Haymo. Cum dominus in Euangelio iurare prohibeat, quid est, quod ipse ad cęlum manum leuans, iurat per viuentem in secula seculorum? Sed sciendum quia homines rectè iurare prohibentur, quia sæpe in iuramento falluntur, non enim homines, à iuramento cohibuisset Deus, si in eo peccatum deesse cognouisset. Deus itaque iurare potest, qui non mentitur aliquando. Iuramentum autem eius, est omnis sermo illius: quia quicquid loquitur, absque vlla ambiguitate completur. F

✠Ambro. Nos quando iuramus, volumus, vt firmū sit quod loquimur. Dixisse ergo domini iurasse est: quia fieri non potest, vt quod loquitur Deus, irritū fiat. Iurauit autem, non in quibusdam verbis se obligando, sed dicendo ea, quæ ventura erant.

☞ a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et clama. vo. magna. *dans imperiali authoritate mandata.*

2 Quemadmodum cum leo rug. *ad terrorem Arrianorum, vnde dicitur Pro.20.a.* Sicut rugitus leonis, ita & terror regis. *Et sicut clamor iste fuit terribilis Arrianis, ita fuit cōsolabilis catholicis, ideo subditur.*

3 Et cum cla lo. sunt se.to.vo.suas. *i. vniuersitas ecclesiarū septenario numero designata, eo q; vniuersitas septenario designatur, vt dicit Grego. homil.25. Et clamauit in voces laudum diuinarum. Veruntamen, quia Iustinus non perfecit contra Arrianos quod intendebat ratione prædicta, ideo prohibetur Ioannes ea scribere. vnde subditur.* Signa, quæ locuta sunt, &c.

4 Et ange. *Hic consequenter describitur ecclesiæ consolatio promissa per angelum Iustini. Circa quod sciēdum, quòd imperatores & reges habent duos angelos custodes, vnum ratione singularis personæ, sicut & cæteri homines, Matth.18.a.* Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vidēt faciem patris mei, qui in cælis est. *& isti angeli sunt de ordine inferiori. Alterum verò ratione dignitatis seu officij: Singulis enim regnis præsunt angeli, qui dicuntur principatus, & sunt de superiori ordine inferioris hierarchiæ, & isti sunt custodes specialiter regum, inquantum in eis virtualiter consistunt regna, propter quod nominantur principes in scriptura, Dan.10.d.* Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. *Et ibidem: Cum egrederetur apparuit princeps Græcorum veniens, & ideo isti angeli aliquando accipiuntur pro regibus seu regnis quibus præsunt, & sic est in proposito, vt magis videbitur prosequendo. Dicit igitur:* Et angelus, &c. *id est, angelus Iustiniani ratione imperij.*

5 Leuauit, &c. & iu. *ad maiorem rei futuræ assertionem.*

✠ 1 Quia

MORALITER.

1 *Et cla. vo. ma. &c.* excommunicando hæreticos & rebelles.

3 *Et cum cla. lo. sunt sep. to.* septenarium tonitruorum significatur vniuersitas prælatorum, qui potestatem habent excommunicandi suos subditos contumaces. Per hoc autē, quòd Ioannes prohibetur hic scribere, significatur, q; huiusmodi censurę non sunt multiplicādę, sed solū vtēdum est eis in magna necessitate.

† *Et iura. per viuen. in sec. secul.* id est, firmiter disposuit.

✠ MORAL.

a ¶Quia de nihilo omnia fecit: suos & in melius recreare potuit.
a in secula seculorum, qui creauit cęlum, & ea, quæ in illo sunt,
& terram, & ea, quæ in ea sunt, & mare, & ea, quæ in eo sunt,
a ¶Quia immortales & impassibiles efficientur, cum econtra tempus malorum sit in secula. 1
b quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi
a ¶Cum prædicauit, quod diu non durabit.
c angeli cum cœperit tuba canere, cōsummabitur mysterium 2 3
d e Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Et audiui 4
a ¶Diuinam admonitionem. ¶De eisdem. b ¶Rationem reddentem. 5
f g vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicente: Vade, 6
a ¶.i.per eam intellige. ¶.i.promerere Dei gratiam. b ¶.i.parati adiuuare omnes accedentes.
h & accipe librū apertum de manu angeli stantis supra mare, & 7
a ¶Sicut obediens, & ampliaui mentem. b ¶Operatione & oratione.
i k super terram. Et abij ad angelum dicens ei, vt daret mihi li-

A a *Et ea, quæ in il.* Cum dicit: *crea. ea quæ in eo sunt,* hæresim quorundam destruxit, qui astruunt res quasdam non creatas à Deo, sed à dæmone, vt bufonem.

b *Tempus am. non erit.* id est, nulla varietas, sed æterna stabilitas, animarum immortalitas. Hoc illi vltimi considerantes patienter libenter.

✠Andreas. Iurat autē nullum amplius tēpus post hac fore, atque hoc vel in futuro seculo, in quo nullum extabit tempus, quod sole hoc sensili mēsuretur, sed vita tantum æterna, quæ temporariū numerum excedit: Aut certè tempus lōgum post sextā angeli vocem non futurum, eo quod iam tū ad exitum tendant, quæcunque ante prædicta erant.

✠Rvpertvs. Tempora quippe circa vel intra cælum terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, variantur, sibíque decedendo succedunt, ac perinde, qui illa creauit, sine dubio tem- B pora quoque illorum præfixit, eadémque finire potens est cum voluerit.

✠Richardvs. Tempus amplius non erit, id est, vanitas mutabilitatis non erit. Credi namque potest, quod nec firmamentum voluetur amplius: nec planetæ mouebuntur, nec nubes concrescent, nec flumina current, nec ventus spirabit, nec terra germinabit, nec animal generabit. Potest etiam estimari omnia corpora ex elementis composita in iudicij conflagratione dissolui, & in elementa reuerti, nec amplius corpus ex elementis confici, sed elemēta in æternum, in sua puritate perseuerare. Possumus quoque opinari aerem istum, qui modo ex agitatione continua nebulosus est & spissus, purgari, clarificari, solémque in eo nullum exercere calorem posse præ nimia subtilitate, sed & mirabilem habere fulgorem.

✠Haymo. Cum tempus impiorum sit in secula: quomodo tempus amplius non erit? ad quod dicendum: quia iustis non erat tēpus, id est, mutabilitas aliqua, quia erunt immutabiles in mente, & incorruptibiles in corpore. Tempus quippe est vicissitudo dierum ac noctium. Ideoque ibi iam tempus non erit, vbi nulla varietas cuiuslibet rei.

C c *Consum. myste.* quia tempore Antichristi tanta erit destructio, prohibetur illis, qui erunt tempore ipsius, prædicatio, quamuis prædicare velint, cum & ex antecessoribus suis habeant officium prædicandi. Illi autem ideo prædicauerunt, quia à Christo ad hoc instituti fuerunt. Christus verò eos instituit, quia tūc tempus prædicandi erat, & ipse ad hoc venerat, sed modo vide destructionem temporis Antichristi contrariam constructioni quam Christus fecit, & per hoc perpende prædicationem merito subtrahi. Vel aliter: De scripta sæuitia Antichristi, consolationem subdit quam habebunt tunc tēporis, scilicet, quòd fideles considerabunt talia de Christo in orde suo, quod erit eis consolatio. D 1 Cor.2.b.

d *Mysterium Dei.* id est, remuneratio sanctorum, quod est secretū, quod nec oculus vi. nec au. au.

✠Andreas. Per hæc significari arbitror post absolutam sex seculorum periodum, in diebus septimi sæculi (quod tempus per tubam septimam exprimitur) ea omnia, quæ per sanctos prophetas dicta erāt, & ante expleta nō erant, tū demum, nempe ad seculi finem, certo euētura. Harum autem rerum expletionem ob id Euangelium, lætúmue nuntium appellat, quod æterna requies sanctis iam tum parata erit. E

✠Haymo. Consummabitur, id est, perficietur quidquid modo latet, quia consummatio hic non abolitionem, sed perfectionem significat.

e *Sicut euang.* Intentio prophetarum fuit prima de aduentu domini, & de consummatione seculi.

f *Et audiui.* q.d. Ostensa destructione quæ erit tempore Antichristi, & inde etiam prædicatione subtracta, & ob hoc fidelibus consolatione adhibita, monetur quæ vidit interim prædicare, quasi dicatur apertè sibi: Ecce reuelaui tibi omnia, modo vade & prædica, nec quia sunt aspera deuita, nec terrearis pro tribulatione aliqua, quia non tanta patieris quāta patientur qui perseuerabunt tēpore Antichristi, hoc ad consolationem præsentis ecclesię hic apponitur vbi maior tribulatio pronūciatur.

g *Vade.* Quod bene sciebat intelligere monetur, vt per admonitionem alij prædicaturi informentur.

h *Stantis supra ma.* quia implere graue est humanitati, quæ est mollis & fragilis.

i *Et abij.* quia Deus si quem paratum videt, quod necessarium est sponte offert.

k *Ad ange.* id est, ad scripturam à Deo completam & fidelibus intimatam. F

☞ a Accipe

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia tē. am. non erit. *Non est per hoc intelligenda cessatio temporis simpliciter, quia post tubicinium septimi angeli in hoc libro describitur magnus decursus temporis vsque ad finem mundi. sed cessatio temporis quantum ad virtutem hæresis Arrianæ. vt videbitur ca. se. quod fuit impletum Iustini iuniorū tempore qui fuit tertius imperator ab isto Iustino seniore. Ex quo patet, quòd illud quod dicitur hic de angelo stante supra mare & super terram, quòd leuauit manum suam, & iurauit, &c. non potest intelligi de Iustino seniore, quia non habuit notitiam de sicundis post mortem suam, sed angelus suus cognouit per diuinam reuelationem, quòd voluntas Iustini senioris de destructione Arrianæ hæresis, quæ tamen fuit impedita ratione prædicta tempore Iustini iunioris, foret complenda. & sicut præcognouit, sic iurauit.*

2 Cum cœ. &c. *nam in principio imperij Iustini iunioris hoc fuit completum, vt videbitur.*

3 Consum. m. *id est, secretum à deo prouisum.*

4 Sicut euan. per ser. *qui prædixerunt dominum Iesum Christum cum suis fidelibus regnaturum. & sic tempore septimi angeli præualuerunt Christiani contra hæreticos infideles, & tunc audiuit Iohannes de cælo voces, di.* Factum est regnum huius mundi domini nostri & Christi eius, *vt habetur ca. se.*

5 Et au. v. *Hic consequenter ponitur consolationis ecclesiæ continuatio per imperatorem Iustinianum, qui in principio sui regni fuit verè catholicus: & cœpit imperare anno domini quingentesimo 28. Fuit autem homo literatus, & leges Romanas abbreuiauit, & in vno volumine compilauit: quod dictū est Codex Iustiniani, in quo multas leges Christianis fauorabiles posuit, de quo loquitur hic Iohannes di.* Et au. vo. *Ista fuit vox angeli, per quem Christus loquebatur Ioanni, vt habetur in principio huius libri.*

6 Vade & ac. li. *id est, Codicem Iustiniani, qui dicitur hic accipiendus à Ioanne, quia fauorabilis erat ecclesiæ, vt dictum est.*

7 De ma. an. *Hic fuit angelus Iustiniani ratione Imperij, vt videbitur.*

✠ 1 Et

MORALITER.

1 *Quia tempus amplius non erit.* Sicut dixi in expositione literali, hoc non intelligitur de cessatione temporis simpliciter, sed quantum ad hæresim Arrianam, & similiter papa debet destruere omnem hæresim & erroneam doctrinam.

6 *Vade, & accipe librum, &c.* Hoc fuit dictum Ioanni per quem prædicator significatur, qui habet à papa potestatem exercendi officium prædicandi: & sic istud officium dulce est propter spem præmij, sed cum postea prædicator percipit, quòd secundum suam prædicationem non viuitur, amaricatur eius conscientia: nam arguitur propria culpa, & sic dicit poëta:

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

✠ MORAL.

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Accipe librum, &c.* ✠Haymo. Acceptum librum deuorare, est cum auiditate, scripturam secretis recōdere visceribus. Vbi notandum, quia non dicit: accipe & bibe illum, sed, deuora, id est, auide manduca. Scriptura enim sacra in quibusdam locis potus est, in quibusdam verò cibus. In rebus obscurioribus, quę sine expositione intelligi non possunt, cibus est, quia veluti mandendo, legendo, ruminando sumitur. In apertioribus verò, quæ intelligi sine expositione possunt, ibi potus est.

† Ezec. 3. a. 3. d. i. c. exorcista, & c. lector.

b *Faciet amaricare.* ✠Ambro. Per os in quo sapores discernuntur, corda apostolorum intelligere possumus: Per ventrem autem, in quo omnes spurcitiæ cōmorantur corporis, memoriam peccatorum intelligere debemus. Liber igitur dū deuoratur, vt mel dulce fuisse dicitur: quia diuina scriptura dū in mente reuoluitur, & vitam æternā Dei mandata custodientibus repromittit, dulcis vt mel in corde efficitur, cū verò mentē à superioribus ad inferiora. i. à contēplatione cælestis patriæ, ad peccata sua intuenda deducit, pęnásq; quas impij pro peccatis suis passuri sunt, ostendit, quæ antea fuerat dulcis in demonstratione cælestis gloriæ, amara efficitur, in peccatorum ostensione.

B

✠Andreas. Suauis sanè & iucunda futurorum cognitio accidet tibi: attamē amarum reddet ventrem, hoc est, cor tuum. Aliter cùm euangelista vir magnæ sanctitatis esset, improba facta per experientiam non gustauerat. Verū vbi librum, qui improborum & nequam hominum facta continebat, deuorauerat, edoctus est dulcedinē, quā peccatū initio offert, post opus patratum in amaritudinem, hoc est, pœnā & cruciatū conuerti.

✠Primas. Erit mel in ore, id est, cum perceperis, oblectaberis eloquij diuini dulcedine, & spe salutis promissæ, sed profectò amaritudinem sentíes, cum hoc & deuotis cęperis prædicare. Audita enim prædicatione diuini iudicij, alij pœnitentiæ amaritudine in melius conuersi mutantur, alij offensi insuper indurantur, & odia circa prædicatores acriter gerunt.

C

c *Et di. mi. Opor. te. &c.* Cum ego reciperem, licet amara intelligerem, monuit, vt nec pro morte dimitterem.

a ¶ i. tractatum inquirendo & operando.

a b brum. Et dixit mihi: accipe librū, & deuora illum, & faciet 1

a ¶ Sed placebit cogitando & prædicando.

amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam 2

a ¶ i. operatione Christi subsequendo.

mel. †Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tāquam mel † dulce. Et cū deuorassem eum,

a ¶ Quia exibis de carcere.

c amaricatus est venter meus. Et dixit mihi: Oportet te iterum 3 prophetare populis & Gentibus & linguis & regibus multis.

† dulcis.

D ✠Richardus. Ne sanctus Ioannes ab officio prædicationis suspensus, & in exilio relegatus, de liberatione exilij, vel recuperatione amissi officij desperaret, sed semetipsum de vtriusq; beneficio cōfortaret, librum de angelo, id est, sciētiam de Christo accipere pręcipitur, & ei quod sacrā prædicationem populis & regibus multis ministrare debeat declaratur.

✠Andreas. Per hæc alterutrum insinuatur, nēpe, quę per diuinā Apocalypsim ostensa sunt Euangelistæ, ea nondum finem sortita, neq; statim quoque sortitura: sed oportere beatum illum virum partim per Euangelium, quod scripsit, partim etiam per præsentem hunc librum vsque ad seculi finem, quæ futura sunt lectoribus annunciare. Aut sanctum certè apostolum mortem necdum gustasse, sed sub seculi finem venturum, vt imposturarum Antichristi impetum sistat atque coerceat.

E ✠Rupertus. Oportet te iterum prophetare: Ac si dicat: iamdudum quidem scio, quod absolui velis à corpore, ex toto corde desiderans faciem meam videre, & odor meus concupiscentias æternitatis excitauit in te, & pro hoc multoties rogasti me, vt venires ad me, dixi tibi quoties rogasti me, & nunc dico, expecta, vt populum liberes crediturum mihi. Ob hanc causam oportet te iterum prophetare populis multis, id quod cum summa reuerentia legant & audiant populi multi, &c. Nā ecce dū exulas tu, interim Cherinthus insanit, furit Marciō, Hebion blasphemare incipit, præterea venturus est Arrius peruicax satelles diaboli, persuasurus populis & regibus multis filium Dei esse creaturā, in tēpore esse cœpisse. Propter istos oprtet te iterū prophetare, vt ab his pestibus populum Christianum liberes.

✠Ambrosius. Prædicitur ei, quòd ab exilio ad prædicandum rediturus sit. Sed cum sancti patres tradant, quod post reuersionem de exilio in Epheso tantummodo, & circa adiacentia loca prædicauerit, ibíque mortuus sit, & corpus eius requiescat, quomodo gentibus ei prophetasse dicitur? sed prophetauit, id est, prædicauit per Euangelium suum, quod postea scripsit omnibus, & in meditatione eius multi proficiunt. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dixit, &c. *tanquam rem in ore delectabilem.*

2 Et faciet amaricari, &c. *quia Iustinianus in fine vitæ suæ fuit hæresi deprauatus: & sic eius memoria in libro contenta facta fuit fidelibus amara, quæ in principio vitæ suæ erat dulcis. Ex hoc patet, quòd angelus iste, qui tradidit librum Ioanni, non fuit Iustinianus: quia lapsum suum in hæresim non præuidit, sed angelus eius, qui etiam addidit loquens Ioanni.*

3 Oportet te iterum, &c. *quia postea de multis gentibus & populis Ioannes prophetice scripsit in hoc libro.*

CAPVT XI.

a ET *datus est mihi.* ✠Rupertus. Calamus similis virgæ facultatem scribendi significat, cum magisterij authoritate. Calamus namque scriptorum, virga magistrorum est. Et sunt vel fuerunt, quibus calamus datus est, sed non similis virgæ, id est, similis facultas, sed non cum illa magisterij dignitate, vt de nulla illorum sentétia vel dictione, liceat cuiquā ecclesiastico dubitare. Hoc namq; magisterium tantummodo prophetarū & apostolorum est, & illis solis hæc virga data est.

✠Haymo. Per calamum, id, quod calamo efficitur, intelligere debemus, id est, diuinam scripturam, quia antiqui calamo scribebant. Vnde ipse calamus non inanis, sed similis virgæ dicitur. In virga enim rectitudo sacræ scripturæ intelligitur, in qua nullum est mendacium, nullus error, sicut in philosophorum libris, Iudæorum & hæreticorum, quorum doctrina, plena est mendacio. Sacra autem scriptura ex omni parte est recta.

✠Primasius. Euangelium arundinis scribitur officio. Verum ne in arundine aliqua inanitas putaretur, rectæ virgæ similis dicitur, in qua propter naturale robur, soliditas designatur, quæ ad fidei referenda est firmitatem, siue pro rectæ credulitatis intransgressibilem regulam.

CAPVT XI.

a ¶ Scriptura calamo scripta. b ¶ i. sceptro, quia reges constituit admonens.

a ET datus est mihi calamus similis virgæ, & di- 1

¶ Erige ad prædicandum.

b ctum est mihi: Surge & metire templum Dei, 2

✠Richardus. Prædicatio calamus similis virgæ esse dicitur, calamus, quia sonat, similis virgæ, quia rectitudinem seruat.

b *Metire.* id est, ita secundum vniuscuiusque capacitatem prædica, vt constituas ecclesiam & in ea altare.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

Dedicationis tēpli Institutio.

1 ET datus est. *Post actum ecclesiasticæ consolationis, ponitur hic fructus deuotionis, & secundo reuertitur Ioannes ad describendum pondus cuiusdam ecclesiasticæ tribulationis, ibi,* Et ciuitatem sanctam.

Circa primum sciendum, quod Fœlix papa qui temporibus illis præfuit ecclesiæ Romanæ, instituit festiuitatē dedicationis ecclesiæ per annos singulos celebrari. In dedicatione verò episcopus circumit ecclesiā dedicandam, & sic se habet per modū mensurantis muros eius exterius, & in pauimento ecclesiæ ab angulo in angulum transuersaliter scribitur alphabetū Græcū: & sic quodammodo mensuratur spaciū interius. Et secundum hoc dicit Ioannes in persona ecclesiæ loquens prophetice: Et da. est mi. ca. si. virgæ. *nam dedicans templum in manu sua portat aspersorium.*

2 Surge & meti. tem. *Verbum est Fœlicis papæ ad quemlibet episcopum pro dedicatione ecclesiæ.*

Richar

MORALITER.

1 *Et da. est mi. ca. &c.* Hoc literaliter exponitur de Fœlici papa, qui festū dedicationis ecclesiæ solēniter instituit celebrandum.

Moraliter autē templum Dei mens est cuiuslibet boni Christiani. 1. Cor. 3. *Tēplum Dei sanctum est, quod estis vos.* Hoc autem templū metiendū est per diligētem conscientiæ discussionem, ne ibidē aliquid lateat, quod oculos diuinæ maiestatis offendat. Per altare, quod est quadratum significatur quadratura virtutum cardinalium. Per adorantes in eo, bonæ conceptiones in animo, & ista disponi debent à quolibet Christiano,

1 Atri.

A ✠Richardus. Vt adhuc certior de ædificanda per ipsius prædicationem sancta ecclesia efficiatur, surgere & metiri templum Dei iubetur. Quod enim vox illi diuina facere tunc præcepit in reuelatione, hoc postmodum egit in prædicatione. Sancta enim ecclesia incremētum accipit, secundum quod se in seipsa per prædicationis verbum extendit, quod ergo in reuelatione metiendo egit, signū ei futuræ prædicationis fuit. Templum infirmiores, altare sanctiores significat. Tēplum ad bonam actionem dilatatos exterius altare, interius contemplationi deditos, & intentos. Hoc templum sine altare metiri præcipitur, quisquis actiuis siue contemplatiuis verbum eruditionis administrare monetur, secundum vtrorumque capacitatem.

a ¶ i. Christum. b ¶ i. constituas qualiter ibi adorent.

a & altare, & adorantes in eo. Atrium autem quod est † foris 1

a ¶ Excommunicando ostende te esse foris. b ¶ Omnino subtrahe prædicationem. c ¶ i. conformes facti sunt Gentilibus.

templum eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam da- 2

¶ Et ipsi Gentiles.

b tum est Gentibus: & ciuitatem sanctam calcabunt mensi- 3 4

c bus quadragintaduobus. Et dabo duobus testibus meis & 5 6

d a ¶ Id est, tribus annis & dimidio, sicut ipse Christus prædicauit. b ¶ Id est, prædicantes pœnitentiam & exemplo ostendentes. 7

e prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti sac- 8

a ¶ In spiritusancto inuncti.

f cis. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia, 9 10

† intra.

✠Andreas. Nos arbitramur Dei viui templum ecclesiam appellari; in qua rationales hostiæ Deo offeruntur.

B a *Atrium.* id est, falsos Christianos, qui se ecclesiam simulant, sed factis abnegant.

✠Richardus. Atrium verò falsi Christiani sunt: qui videntur cōsecrati eo, quod baptizati sunt, sed pleni sunt cadaueribus, id est, vitiis & prauis operibus, qui quamuis iuncti sint fidelibus nomine, longè tamen ab eis sunt actione. Isti denique non comprehenduntur sub mensura calami, quia non subduntur verbo Dei.

✠Primasius. Credulitatis malæ doctrinam, & consuetudinis infaustæ contagia in hæreticis Iudæis & Gentibus foris iubentur expelli, quoniam ad sancta sanctorum indignum est tales properare.

✠Andreas. Atrium autem exterius, gentiū & infidelium Iudæorum synagogā arbitramur appellari: vtpote propter impietatem, qua obstricta tenetur, quæ ab angelo mensuretur, indignam: nouit enim dominus, qui sui sunt, imquos autē & præuaricatores, is qui aliàs omnia nouit, ignorare dicitur, quia illorum facta non probat.

✠Rupertus. Quod est illud atrium, quod iam foris est, nisi quodcunque cōuenticulum hæreticorum, qui & si sese esse intus cōtendunt, nihilominus tamen foris sunt, & in templum Dei nequaquam perueniunt, aut pertinent.

✠Ambros. Si foris erat, quomodo foras eiici poterat? Per atrium ergo Iudæi designantur, qui foris erāt per incredulitatē.

✠August. Ipsi atrium sunt, qui videntur in ecclesia esse, & foris sunt, siue hæretici siue malè viuentes catholici.

C b *Ciuita. san.* i. ecclesiam ad iustè viuendum congregatam, & virtutibus imbutā persequentur mensibus 42. i. tribus annis & dimidio, quibus regnabit Antichristus. q. d. sciatis omnes persecutiones, quæ sunt in præsenti, & quæ fuerant in pręterito ab Antichristo procedere, sicut illas, quæ erunt tempore suo.

✠Andreas. Quod autē sancta, siue nouam Hierusalem, siue ecclesiam catholicam per eam accipias, mēses quadragintaduos à gētibus calcanda asseritur hoc loco, illud subindicat, nisi fallor, fideles probatósq; viros, tres annos cū dimidio, quibus Antichristus seuiet, magnam persequutionem perpessuros. D

✠Haymo. Ciuitas sancta olim appellabatur Hierusalē: Veruntamen nō hic de illa dicitur, sed potius de ecclesia: Hāc ciuitatē calcant hæretici, Pagani, Iudæi, & falsi fratres, sed sicut silex calcata pedibus hominū, elimari potest, cōminui nō potest, & tāto magis elimatur, quāto calcat, ita sancta ecclesia ex persequutione perfidorū redditur perfectior & luculentior.

✠Rupert. Notum est historiis ecclesiasticis, quia ciuitatem sanctam, id est, ecclesiā hęretici cum gentibus simili furore persequuti sunt, non tantū mensibus quadraginta duobus, sed mensibus & annis multo plurimis. Cur ergo dixit mēsibus quadraginta duobus, qui non sunt amplius quā tres anni & semissis? videlicet propter intimandam magnitudinē persequutionis Antichristi, quæ tāta erit, vt penè sola debeat agnosci & prænosci, & pro cūctis persequutionibus sola cōputari, quasi cæteræ persequutiones illi comparatæ, persequutiones nō sint aut fuerint. E

✠Primas. Omnes Iudæi hæretici atque gentiles ecclesiam diuersis modis indesinenter oppugnando, quasi conculcant, numerus autem mensium, nouissimam tantam persequutionem significat, sed etiam Christianitatis omne tempus, propter sex mundi ætates, & septem dies, quibus prætermeantibus & remeantibus, omne tempus euoluitur.

c *Et da. du.* q. d. cum minor est tribulatio non debetis cessare, quia tempore ipsius cum grauior fuerit, faciam illos prædicare.

d *Duobus te.* De Elia & Enoch agitur, per quos prædicatores alij intelliguntur.

✠Ambros. Subito saltum facit ad Heliam atque Enoch, qui tēporibus Antichristi venturi sunt. Et pulchrò satis ordine, videlicet, vt qui Iudæorū deiectionem per figuram atrij protulerat, eorum restaurationem subnecteret tacitè. Constat enim Iudæos in fine mundi prædicatione Heliæ & Enoch, ad fidem Christi esse reuertendos.

✠Andreas. Per hos testes plerique doctorum acceperunt Enoch & Heliam.

✠Primasius. Quod est Ioannes, hoc duo testes: id est, ecclesia duobus testamentis prædicans, & prophetans.

✠Haymo. In his testibus omnis ecclesia comprehenditur, in suis prædicatoribus, quæ per omne tempus vitæ præsentis prophetat & prædicat mysteria filij, siue nunc, siue in externis temporibus. F

e *Diebus mille.* Notat, quòd hi dies non perficiunt tres annos & dimidium, sicut & Christus non compleuit dimidium annum prædicationis suæ.

f *Hi sunt duæ oli.* Et ad exēplum horū debetis prædicare, nā isti.

Haymo.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Atri. au. quod est fo. &c. *Ipse enim instituit, quod non celebraretur missa, nisi in loco consecrato.* 2 Quoniā da. est Gen. *quæ offerunt sacrificia sua non solum in locis consecratis, sed etiam in prophanis.* 3 Et ciui. san. *Hic consequenter reuertitur B. Ioannes ad describēdam tribulationem quandā ecclesiæ excitatam per Arthemium patriarcham Constātinopolitanum, qui propter hæresim Euticianā qua erat corruptus, per Agapitū papam fuit depositus: & loco eius Mennas seruus Dei monachus institutus. Sed Theodora imperatrix infecta eadē hæresi, petijt à Silberio papa Arthemium restitui, sicut patet in legenda sancti Silberij: & quia renuit hoc facere: Theodora indignata, & Iustinianus eius maritus hæresi Euticiana per Arthemiū deprauatus, mouerunt persecutionem contra ministros ecclesiæ: ita quod Silberius fuit depositus & in exiliū relegatus per Belisarium patriciū, & Mennas seruus Dei in carcere afflictus. Et hoc est quod dicit Ioannes:* Et ciui. san. *i. ecclesiā, quæ dicitur ciuitas sancta, nam est vnitas ciuiū spiritusancto congregata.* 4 Calca. *Arthemius, Iustinianus, Theodora & Belisarius, ecclesiæ ministros grauiter opprimēdo.* 5 Mensibus quadra. *Tanto enim tempore vel circiter dicitur illa persecutio durasse. s. per tres annos & dimidiū.* 6 Et dabo duob. testi. &c. *constantiā & sapientiā supple. Et isti fuerunt Silberius & Mēnas Dei seruus, qui constanter steterunt cōtra fautores hæresis Euticianæ veritatē prædicando, ideo subditur.* 7 Et prophe. di. &c. *quæ faciūt idē tempus, quod prius. s. tres annos & dimidiū, vel circiter.* 8 Amicti sac. *i. vilibus vestimentis, nam Silberius papa spoliatus fuit veste papali, & indutus veste monachali.* 9 Hi sunt d. oli. *propter plenitudinem pietatis.* 10 Et duo cande. *propter ardorem charitatis.*

1 In

MORALITER.

1 *Atrium, &c.* Per hoc significatur, quod nullū sacrificium extra vnitatē ecclesiæ factū est Deo acceptū, cuiusmodi sunt infidelium oblationes & hæreticorū, qui quantū possunt calcāt ecclesiam omni tēpore, quod significatur & menses quadragintaduos, accipiēdo numerū determinatū pro indeterminato, sicut frequētur fit in hoc libro. 6 *Et dabo duo. te meis.* s. prædicatoribus potestatē arguēdi falsitatē hęreticorū & infideliū. Et dicūtur duo, quia sicut dicit Greg. homi. 39. Dominus binos misit discipulos ad prædicandū, vt per hoc insinuaret, quod qui charitatē erga alterū non habet, prædicationis officiū nullatenus suscipere debet. 8 *Amicti sac.* per quod significatur asperitas vitæ, quæ in prædicatoribus esse debet. 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum, & in ser. re. ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* 9 *Hi sunt duæ oliuæ.* Per affluentiam pietatis. 10 *Et duo cand.* per refulgentiam honestatis.

1 In

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ✠ Haymo. Ipsi specialiter duo, scilicet, Enoch & Helias, duæ oliuæ appellantur, propter vnctionem spiritus sancti, qua sunt imbuti dicuntur & candelabra, quia lucebunt, aliisque veritatis lumen ostendent, & verbo & opere.

✠ Andreas. Hi duo apud Zachariam sub duarum oliuarum, totidémque candelabrorũ schemate delineãtur, ob id forsan quod bonorum Deóq; placentiũ opetum oleo, cognitionis lumini fomẽtum suggerent, veritatiq; vehicula existent.

✠ Rvpertvs. Erũt oliuę, id est, causa misericordiæ tunc accelerandæ. Candelabra verò in quo sunt: In eo videlicet, quod in illis diebus
B tam nigris, tam tenebrosis, clara prophetia sine prædicatione lucebunt, ita vt fieri non possit, vt in errorem inducatur quispiam electorum.

✠ Ambrosivs. Duo isti sancti modo oliuæ sunt, cũ in aliquo loco terræ positi, vbi eos maiestas diuina commorari percipit, per contemplationis gratiam Deo deseruiunt, candelabra tunc fient, cum ad explendum prædicationis officium venerint, quando videlicet omnibus fidelibus & infidelibus verbum Dei annunciabunt.

3. Reg. 17. 18. Exod. 7. a *Hi habent potestatem, &c.* ✠ Richardvs. Quantam potentiam in rebus corporalibus habituri sint, etiam secundum sensum literæ manifestatur, magnam igitur habebunt potestatem, sed tamen magis studebunt seruare patientiam, quam irrogare vindictam.

C ✠ Ambrosivs. Legimus Heliã oratione clausisse cælum, & iterum apperuisse, sed & Moysen aquas in sanguinem conuertisse: nó ergo putandum est Heliam minorem virtutem habere, cum ad explendum suæ prædicationis officium venerit, quàm habuit eo tempore, quo inter homines conuersatus est, sed potiorem. Possumus étiam per cælum ecclesiam, per pluuiam, verba sanctorum spiritaliter intelligere. Clauditur namq; cælum impiis, cum Deus suo iudicio corda eorum ita obdurari sinit, vt nullo modo verbi Dei aditum accedendi ad cor suum tribuat, vt saluentur.

✠ Andreas. O immensam Dei benignitatem, qui vulneri inflicto efficacem statim medicinam, infuloque veneno salutare mox antidotum adhibet. Cum enim Antichristus in omnibus prodigiis veneficorum omnium princeps, omniúmque præstigiatorum coripheus futurus sit, vtpote vniuersa diaboli fraude & energia perfectè imbutus: Deus opt. max. sanctos illos verorũ signorum atque miraculorũ virtute armabit, quo veritatis ostẽsione mendacium, lucisque patefactione, tenebras redarguant, & seductos ad veritatis lucẽ conuertant.

b *Super aquas.* id est, super doctrinas, quæ sunt fidelibus aquæ irrigantes.

c *In sanguinẽ. &c.* in peccatum, vel cum audita negligitur, vel cum audiri etiã contemnitur.

d *In plateis ciui. &c.*

✠ Ambros. Si per ciuitatem magnam, Hierusalẽ terrestrem voluerimus intelligere, propter hoc quod dicit: Vbi & dominus eorum crucifixus est, à veritate non aberrabimus, eo quod illa Hierusalem vsque ad solum sit destructa, & ista, quæ pro ea ædificata est, non in eo loco, sed in alio sita esse dicatur.

✠ Andreas. Posteaquam impostoris fraudem detexerint, eámque modis omnibus vitandã palam ostenderint, Antichristus, secundum permissionem diuinam interficiet illos, ipsorúmque corpora per plateas veteris & iam euersæ Hierosolymæ, in qua dominus noster passus est, vltro citróque iactata insepulta relinquet.

✠ Haymo. Ciuitatem magnam quantum ad literam, appellat Hierusalem, quæ ciuitas Dei magna dicebatur, sed postquam dominum suum interfecit, iam nõ dicitur ciuitas magna, sed Sodoma. In cuius platea specialiter dicuntur iacere corpora sanctorum, tanquam, scilicet, vt vbi principale certamẽ erit, ibi mortuorum corpora multipliciter pereant. Aliter autem, per ciuitatem magnam in qua iacebunt corpora sanctorum, totus mundus intelligitur, quia in omnibus mundi partibus, tunc temporis, sancti interficientur.

c *Aegyptus.* id est, tenebrosa sine cognitione Dei.

¶Quod Deo placeat attendentes. a ¶Dantes lumen aliis. ¶A proposito reuocare.

in conspectu domini terræ stantes. Et si quis voluerit eos no- 1
¶Spiritualis sententia. ¶Damnabit. 2
cere, ignis exiet de ore illorum, & deuorabit inimicos eo- 3
¶Corporalis morte. ¶i. spiritualis sententia. 4
rum. Et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. 5 6
a ¶i. scripturas, quæ celant arcana. b ¶ Quia non prædicabunt, nisi congruo tempore.
a Hi habent potestatem claudendi cælũm, ne pluát diebus 7 8
a ¶Quantum ad hos quos reprobatos viderint. 9
b prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas cõ- 10
a ¶i. b ¶i. terrenos. c ¶ Memor esto plagarum Aegypti. 11
c uertendi eas in sanguinẽm, & percutere terram omni plaga, 12
a ¶Quod erit per tres annos & dimidium.
quotiescunque voluerint. Et cum finierint testimoniũ suum, 13
¶Antichristus. ¶Ad regnum. ¶Per tenebrosos.
bestia, quæ ascendit de abysso faciet aduersus eos bellum, & 14
c *In sanguinẽ. &c.* in peccatum, vel cum audita negligitur, vel cum audiri etiã contemnitur.
a ¶Vt quicunque viderint timeant eis conformati.
d vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in 15 16 17 18
a ¶Ierusalem. b ¶Olim in virtutibus, nunc in malitia. c ¶ i. mura, quia nemo prædicabit spiritualiter.
plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma 19
d *In plateis ciui. &c.*
a ¶Christus. b ¶Eliæ & Enoch. c ¶Contra dicendo veritati. d ¶Quidam oculis, quidam fama.
e & Ægyptus, vbi & dominus illorum crucifixus est. Et vidẽ- 20 21 22 23
-& iacebit.
bunt de populis & tribubus & linguis & Gentibus, & iace- 24
bunt corpora eorum per tres dies & dimidium, & corpora 25

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In con.do.ter.stan. *per constantiam veritatis.* 2 Et si quis vo.eos no. *sicut factum fuit per prædictos persecutores ecclesiæ.* 3 Ignis exiet de ore eo. *i. verba ex feruore fidei procedentia.* 4 Et de. ini. eorum. *eos feriendo sententia excommunicationis, ideo subditur.* 5 Et si quis vo.eos læ. *gladio materiali s.* 6 Sic opor.eum oc. *gladio spirituali.* 7 Hi ha.pote.clau.cæ. *per claues ecclesiæ.* 8 Ne plu.die.pro.ip. *nam beneficia ecclesiæ non proficiunt excommunicatis iuste.* 9 Et po.ha.su.aquas. *i. hæreticoũ doctrinas, de quibus dicitur Prou. 9. d.* Aquæ furtiuæ dulciores sunt. 10 Conuertendi eas in san. *ostendendo eorum falsitatem.* 11 Et percu.ter. *i. hæreticos in terrenu fixos, vnde dicit Aug. Si terrã diligis terra es.* 12 Omni pl. *spirituali sententia excõmunicationis aggrauando.* 13 Et cum finie. testi. suum. *veritatem constanter defendendo.* 14 Bestia, quæ as. de abys. *i. Belisarius patricius, eo modo loquendo quo crudelis homo dicitur leo, vel canis rabidus.* 15 Faciet aduer. e. bel. *modo prædicto.* 16 Et occidet e. *morte ciuili per relegationem exilij.* 17 Et cor. eo. iace. *i. reputabuntur vilia, sicut cadauer iacens in terra.* 18 In pla. ciui. ma. *i. in fidelũ congregatione, quæ tunc erat valde magna.* 19 Quæ vo. spiri. Sodo. *propter vitiorum vilitatem.* 20 Et Aegy. *propter errorum tenebrositatem.* 21 Vbi & do. illo. *s. Christus.* 22 Cruci. est. *ex hoc enim, quòd prædicabat contra vitia Scribarũ & Pharisæorum conceperunt inuidiam & odium contra eum, ex quo consequenter obscurata est illa cognitio, quam habebant de Christo per scripturas prophetarum, sicut plenius declarauimus super illud Matt. 21. d.* Agricolæ autẽ dixerunt: hic est hæres, &c. *& sic obscurati processerunt ad eius occisionem.* 23 Et vide. de po. & tri. &c. *nam mors eorum ciuilis & eiectio multis populis & diuersarum linguarum fuit nota.* 24 Per tres di. &c. *Hic accipitur dies pro anno secundum illud Ezech. iiij. b.* Diem pro anno dedi tibi. *Tantum enim durauit deiectio eorum, vt prædictum est.* 25 Et cor. eo. non si. po. in mo. *i. principes Euticiani non permittẽt* ✠ *eis*

MORALITER.

✠ 1 *In con. do. ter stan.* per constantem prædicationem veritatis. 2 *Et si quis vo. eos no.* prædicationem eorum impediendo. 3 *Ignis exiet de ore eo.* i. feruens prædicatio. 4 *Et deuo.* i. deuorandos eos in igne gehennali denunciabit. 5 *Et si quis vo. eos læ.* corporaliter. 6 *Sic opor. eum oc.* spiritualiter & æternaliter. 7 *Hi ha. po. clau. cæ. &c.* hoc fit quando prædicatores cessant prædicare propter malitiam populi, sicut fuit

A a *Et munera mittent.* Dona ad literam, vel congratulationes & confabulationes ad inuicem de eis loquentes.

✠ Andreas. Qui mendacibus Antichristi prodigiis præoccupati, nomẽ illius Deo exosum cordibus suis semel inseripserunt, siue illi ex Iudæis originem duxerint, siue ex gentium natione venerint, illi sancta illa corpora in monumentũ inferri non sinent: Verum quòd à flagellis, quæ ad illorum salutem & cõuersionem intulerant, liberatos se videant, lætum festúmq; diem agenti haud cogitantes quem dominus amat, & castigare quoque solere; camoque & fræno illorum maxillas cõstringere, qui se ad ipsum adiungere cunctãtur, quo vel
B necessitate coacti, ad viam rectam, à qua aberrant, aliquandò reuertantur.

Heb. 12. & Psal. 31. ✠ Avgvstin. Hoc semper factum est, & nunc inuicem mittunt, & nouissimè gaudebunt & epulabuntur, quoties enim iusti affliguntur, exultant iniusti & expulantur.

✠ Rvpertvs. Peccatum peccatorum omnium deterrimum est, impios lætari, cum malè fecerint, & merito talibus, multus & inexhaustus thesaurus repositus est iræ Dei viuentis.

✠ Haymo. Recte inhabitantes terram vocantur, qui de interitu & necè Sanctorũ gaudentes, mentem ad præmia cõtiuenda electos, vel ad sua considerandas supplicia erigere non nouerunt.

b *Et post dies.* Ostensa tribulatione eorum, per quorum exemplum istum inuitabat ad prædicandum, etsi necesse fuerit ad compatiendum

¶Ne memoria eorum habeatur.

eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes 1
a ¶Iustorum affligtio impiorum est epulatio.
a terram gaudebunt super illos, & iucundabunt, & munera 2
a ¶ Contradicendo iniquitati. 3
mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt 4
¶Alias habitabant. a ¶Id est, annos tres & dimidium, scilicet post mortem Antichristi.
b eos, qui habitãt super terram. Et post dies tres & dimidium 5
a ¶ Omnia æternaliter viuificans. b ¶ Vidi intrauerunt. c ¶ Iam immortales, impassibiles.
c spiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes 6
a ¶Id est, pœna infernalis, vel reuerentia Dei. b ¶ Alias contigit.
¶ Verò pondus opprimens. c ¶ Alias alios. ¶ Ita glorificatos.
suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos. 7
a ¶ Magnæ potestatis. b ¶ A Christo, vel archangelo.
c ¶ Id est, hæc operantem. d ¶ Id est, ad consortium sanctorum.
d Et audierunt vocem magnã de cœlo dicẽtem eis: Ascẽ- 8
dite huc. Et ascenderũt in cœlum in nube, & viderunt illos 9

patiendum: ostendit & ipsorũ coronas, vt similiter istum Ioãnem, D scilicet vel quẽlibet aliũ de corona sua pro modo suo certũ faciat.

✠ Rvpert. Cum dum prophetarent testes isti, tempus Prophetiæ illorum diebus mille sexaginta præfinitum est, postquam autem bestia occidit corpora, tribus annis & dimidio, tres dies, & dimidium dicere complacirũ est: nimirum quia sanctis Dei testibus in agone per molesta certantibus, dum instat, dum præsens est angustiæ tempus, longum videtur, postquã autem abierit tempus illud, tunc in æternitate beata positis post tergum, respiciẽtibus breue videbitur fuisse quod pertulerunt.

✠ Ambrosivs. quod post tres dies E & dimidium spiritus vitæ à Deo in eos intrare dicitur, resurrectionis tempus accipere possumus, quod post tria tẽpora & dimidium, quãuis nõ statim, in proximo tamen fiet.

c *Super pedes* id est, super seipsos qui prius fuerunt non indigentes aliquo quo nitantur, sed erunt firmi.

✠ Haymo. Bene stare dicuntur sancti quia iam incommutabiles erunt in mente, & incorruptibiles in corpore.

✠ Ambros. stabunt quippe super pedes suos, quando post resurrectionis tempus, quanta sit eorum virtus atque magnificentia, omnibus impiis manifestabitur.

d *Vocem magnam.* quæ illos refrigeret, & inimicos terreat.

Ad Thess. fal. 4. ✠ Haymo. Vox ista, quæ eos vocat vt cælos ascendant, ipsa est de qua apostolus dicit: Ipse Dominus in voce archãgeli ascen-

a dite huc,

NICOLAVS DE LYRA.

eis exhibitæ aliquod beneficium humanitatis.

✠ 1 Et inhabitantes. *s. Euticianam quæ tunc dominabatur in terram.* 2 Gaudebunt super illos. *de eorum deiectione.* C 3 Et munera mittent inuicem. *in signum lætitiæ.* 4 Quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt, &c. *excommunicationibus & aggrauationibus.* 5 Et post dies tres, &c. *id est, post tres annos & dimidium.* 6 Spiritus vitæ à Deo. *quia restituti fuerunt ad statum præstinum, & sic viuificati fuerunt à morte ciuili. Siluerius enim anno domini quingentesimo. 36. sedit iterum in sede papali.* 7 Et timor magnus cecidit super eos. *scilicet. Euticianos.* 8 Et audierunt vocem magnam. *id est, de militante ecclesia eos restituente ad gradum pristinũ honoris. Verum tamen beatus Siluerius in exilium remissus ibidẽ mortuus fuit, & sic per palmam martyrij ad cælum ascendit, & idem tenendum de seruo Dei Menna. & sic aliter potest exponi quod dicitur:* Et audierunt vocem magnam. *scilicet Dei vocantis eos ad gloriam.* 9 Et viderunt illos inimici eorum. *per miracula suam glorificationem testificantia. Scribitur enim in legenda beati Siluerij, quòd ipso mortuo in loco exilij, occurrit multitudo male habẽtium, & salui fiebant. Passus autem fuit supra positus cõmuniter exponitur de Enoch & Elia, qui dicũtur futuri testes Christi ad prædicandum contra perfidiam Antichristi, tribus annis & dimidio. Amicti saccis, id est, in habitu abiecto, qui dicuntur duæ oliuæ per exuberãtiam pietatis, & duo candelabra per ardorem charitatis, & stantes in conspectu Dei, per constantiam, cõtra Antichristi malitiam. Dicitur etiam hic quòd ignis exiet de ore eorum, id est, verbum feruidæ prædicationis, quo malitia Antichristi & suorũ detegetur. & verbũ deuotæ orationis, quo meritorie Antichristus & magna pars sui exercitus fulminabitur, sicut dictum fuit plenius 2. Thessal. 2. Facient & tunc miracula vera cõtra signa Antichristi mendacia, quibus Antichristus cum suis affligetur. ideo subditur: Et habẽt potestatem, &c. finaliter tamen Antichristus, qui dicitur hic bestia propter suam crudelitatem. Ascẽdens de abysso, propter dæmonis sibi priuati potestatẽ. Occidet eos, & iacebũt corpo-*

MORALITER.

✠ tichristus qui per se & suos satellites interficiet prout poterit ecclesiæ prædicatores: & aliqui eorum dimittentur insepulti in contemptum Christi.

1 *Et inhabitantes terram.* id est, dominãtes in ea, cuiusmodi erat Antichristus & exercitus eius. 2 *Gaudebũt super illos.* quia nullus audebit prædicare cõtra eos. 5 *Et post dies tres & dimidium.* id est, persecutionem Antichristique

ra eorũ insepulta ad terrorẽ Christianorũ. In medio ciuitatis magnæ, id est, congregationis Antichristo adherentis, quæ erit valde magna. Et dicitur Sodoma & Aegyptus, id est, vilis & teneroſa & videbit F de populis & tribus, quia de cunctis Gentibus multi adhærebunt Antichristo. Per tres dies, scilicet naturales, & partem quarti diei. Et inhabitates terrã gaudebunt, id est, adhærentes Antichristo. Et post tres dies & dimidium spiritus vitæ, &c. quia resuscitabuntur, & ad cælestia transferentur in testimonium veritatis suæ prædicationis. Et hæc expositio magis cõcordat literæ quam præcedens, vtraque tamẽ potest dici literalis. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd illud quod est alterius figura necessario est in se res aliqua, quia quod nihil est, non potest aliquid figurare vel significare, propter quod figura tripliciter potest accipi. Vno modo vt res in se tantum. Alio modo vt figura tripliciter potest accipi. Vno modo vt res in se tantum. Alio modo vt figura alterius tantum. Tertio modo vt res in se & figura alterius, & hic triplex modus inuenitur frequenter in sacra scriptura, verbi gratia quod de Salomone dicitur 3. Reg. 11. a. Deprauatum est cor eius per mulieres, &c. *dicitur de eo secundum se tantum, & nullo modo vt sit figura Christi, & sic sensus literalis est tantum de Salomone, & illud quod de eo dicitur Psalm. 71. d.* Ante solem permanet nomen eius, *non potest intelligi de Salomone secũdum se, sed tantũ vt sit figura Christi: propter quod sensus literalis tantum est de Christo, sicut ibidem plenius fuit declaratum, illud autẽ quod dominus dixit de eo. 2. Reg. 7. b.* Ego ero illi in patrẽ, & ipse erit mihi in filium, *intelligitur de Salomone secundum se, & secundum quòd fuit figura Christi: quia fuit filius Dei per adoptionis gloriam, saltẽ in principio regni sui, vt patet. 2. Reg. & fuit figura Christi, qui est Dei filius per naturam: quæ filiatio perfectior est quã aliæ, & sic est ibi duplex sensus literalis, vnus de Salomone ratione filiationis adoptiuæ, alius de Christo ratione filiationis naturalis per illam figuratã, & hoc secundo modo inducit Apostolus dictã autoritatẽ Hebr. ad probandũ diminitatẽ Christi, quæ probatio nõ fit per scripturã efficaciter, nisi accipiatur in sensu literali, sicut dicit Aug. cõtra Donatistas. Sic autem est in proposito duplex sensus literalis. Et vnus est impletus in Siluerio Papa, & Menna Dei seruo, qui fuerunt figuræ Enoch & Eliæ, & alius implebitur in Enoch &*

quæ tribus annis & dimidio durabit.

6 *Spiritus vitæ à Deo.* id est, intrabit. nam aliqui timore Antichristi se occultantes manifestè apparebunt & prædicabunt. Vel est hic similis modus loquẽdi, sicut Psal. 77. d. *Cum occideret eos quærebant eum,* non iidem numero sed in spem, quia occisi non quærebãt. sic potest hic dici de prædicatoribus prædictis. 8 *Et audierunt vocem. &c.* quod potest intelligi de voce Christi qua dicet: *Venite bene. pa. m. &c.* vt habetur Matth. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dite huc, id est, ad Deum, & ad caput vestrum, quia membra estis, illius, qui modo singulis redditurus est secundum opera sua. Ideoque nolite morari in terra, ne inuoluamini in peius miserorum.

4 *Terræmotus magnus.* id est, terreni moti sunt, vt puniantur in inferno. Vel ad destructionem ecclesiæ occisis magistris.

✠ Rvpert. Nihil vetus quã quod in illa hora quãdo mortui resurgent, fiet terræmotus magnus, vt euigilẽt omnes, cum tali tamq; profundo somno sopiantur.

✠ Andreas. Isthæc forsan sensili modo euenient: sublimiori autẽ sensu, per terremotum rerũ mobilium atque fluxarũ ad stabiliorẽ firmioremq; statum translatio designatur.

✠ Avgvstinvs. Vel in illo terræmotu persecutio intelligitur, quam diabolus per malos homines exercere consueuit.

b *Et decima pars.* id est, homo, qui ad hoc constitutus videtur, vt decimus ordo restauretur.

✠ Haymon. Hic locus in Euangelio exponitur, vbi Dominus dicit, quod mulier quædam habens Decem perdiderit vnam ex illis, nouẽ quippe sunt ordines angelorum, sed homo decimus est creatus, qui locum à diabolo euacuatum repleret. Ista decima pars periit in illis qui consenserunt & crediderunt Antichristo non autem tota decima pars periit, sed pars tantũ, in hæreticis scilicet, Iudæis, Paganis, & falsis fratribus.

✠ Andreas. Quod autem de decima ciuitatis parte eiusdemque ruina hic dicitur, hoc ad impietatis casum referti videtur: quippe quæ nec admonitione, neque sanctorum ad cœlum raptu, ad sanam mentem rodire animum aliquando induxerit.

c *Occisa sunt in terræmotu.* omnino destructa in inferno, vel postea non resipuerunt.

✠ Andreas. Septem denique milia occisa, eos significare arbitramur, qui in septima præsentis vitæ etate obtorpescentes, ad octauam resurrectionis non anhelant, quos proinde mortem secũdam, hoc est, æternum gehennæ supplicium subire necessum est. Aut septem milia illos forte denotant, qui ex Iudæis Antichristo crediderant.

d *Reliqui vero in timorem, &c.* in timorẽ sunt missi, electos designant.

✠ Ambros. Reliqui qui

✠ Rvpertvs Qui

a ¶ Id est, in ipso tempore glorificationis horum, vel in illa hora cum Elias & Enoch occisi sunt.

a inimici eorũ. Et in illã hora factus est terræmotus magnus, 1
¶ In pœnas de ecclesia,
b & decima pars ciuitatis cecidit. Et occisa sunt in terræmo- 2 3
c 4
a ¶ Quos Deus præsciuit ad mortem, vt terreantur quoquo modo fideles.
b ¶ Omnes perfecti in malicia. c ¶ Quando illi ceciderunt in pœnas vel in peccatum. d ¶ Id est, in reuerentiam Dei, vel timent ne cadant.
d tu nomina hominum septem milia, & reliquũ in timorem 5 6
a ¶ Nihil sibi attribuentes
e sunt missi, & dederunt gloriã Deo cœli. Væ secũdum abiit, 7
a ¶ Ordine narrationis & temporis.
f & ecce væ tertium veniet citò. Et septimus angelus tuba 8 9
g cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicẽtes: † Factũ 10 11
h i est regnum huius mũdi domini nostri & Christi eius, & re- 12 13

✠ Andreas. Infidelibus cæsis, Christique quod martyribus gloria donatis, quotquot salute non indigni comperti sunt, omnes Deum laudibus extulerunt.

✠ Avgvst. Ideo autẽ dixit, timuerũt, quia videns Iustus peccatoris interitum, plus accenditur in obseruatione præceptorum.

e *Gloriam Deo* id est, laudes Deo de iustorum saluatione & malorum damnatione.

f *Et septimus Angelus, &c.* Beda. Sex tubæ priores, sæculi presentis etaribus comparatæ, varios bellorũ ecclesiæ denunciauere cõcursus. Septimo vero sabbati æterni nuncia, victoriam tantum & imperium veri regis indicat.

g *Factæ sunt voces.* ✠ Ambros. Possumus per cœlum ecclesiam per voces vero magnas, sanctorum verba intelligere, qui in aduentu Domini, ad Iudæorum venientes, exultabunt.

✠ Haymo. Voces istæ nihil aliud sunt, nisi magnũ sanctorũ verba intelligere, qui in Deum, & gratiarũ actiones personãtium.

✠ Rvpertvs. Voces istæ magnæ beatorum angelorum & sanctorum omnium non contiscent in æternum.

h *Factum.* Qui prius vilis erat & abiectus, iam regnat, coronans bonos, malos condemnans.

i *Et regnabit.* id est, permanebit regnum ipsius in se, scilicet non

a vt quidam

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Elia: cui magis concordat litera, vt visum est, & perfectius in eis implebitur: propter quod de ipsis est sensus principaliter intentus.*

1 Et in illa hora. *Descripta persecutione ecclesiæ à Vandalis & principibus Constãtinopolitanis, & Italicis, hic consequẽter ponitur eiusdem persecutio à Gothis qui fuerũt Ariani, vt dictũ est supra cap. 8. Et diuiditur in tres partes: nam in prima ponitur Gothorũ persecutio, secũdo eorũ destructio, ibi:* Et septimus an. tertio deuotionis augmentatio, *ibi:* Et apertum est temp. *Circa primũ est sciendũ: quòd eo tempore quo Iustinianus & Theodora & Arthemius persequebãtur ministros ecclesiæ, Vigilius Papa fune in collo eius misso fuit tractus per ciuitatẽ Constantinopolitanã, & clerus qui cũ eo erat, adductus fuerat damnatus ad metalla scindẽda per diuersa loca. Propter quod Dei iudicio Totila rex Gothorũ collecto magno exercitu inuasit imperium, & multas prouincias peruagatus Italiam vastauit, & sanctũ Herculanum Episcopũ Perusinum cũ populo ciuitatis interfecit, & multos alios Christianos per diuersas prouincias, & hoc est quod dicitur:* Et in illa hora. *id est, tempore Iustiniani hæresi Arriana deprauati, tito post mortẽ Stuary & Menna serui Dei, de quibus immediate ante fecerat mentionem.* 2 Factus est, &c. *id est, commotio magna habitantium in terra Totilam regem, vt dictum est.*

3 Et decima pars. *id est, magna pars populi Christiani, ita vt ad decimam partem vel circiter posset æstimari.*

4 Et occisa, &c. *id est, hominum nominatorum.*

5 Septem milia. *id est, in magno numero, quia ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, sicut supra 4. cap.*

6 Et reliqui, *scilicet populus Romanus, qui multum timuit quando Totila ciuitatem cœpit. Veruntamen, quia populum non occidit nec ciuitatem incendit, ideo subditur:* 7 Et dederunt gloriam Deo. *de sua euasione.* 8 Væ secundum abiit *id est, tribulatio prædicta.*

9 Et ecce væ tertium. *scilicet Gothorum destructio, propter quod istud væ non fuit super catholicos. Idem dictum fuit supra 8. cap.* Væ væ væ habitãtibus in terra. *quod est cõmune catholicis & Arrianis.*

10 Et septimus. *Hic consequẽter describitur Gothorum destructio. Iustinus enim iunior successit in imperio ipsi Iustiniano, & cœpit imperare anno domini 566. Pic autem constituit Nasarẽ patricium Romanorum virũ in armis strenuũ, mittens eum ad reprimendã gentem Gothorũ, qui collecto exercitu magno Gothos expugnauit, & regem eorũ occidit: & sic Italia, ab eis liberata, Christo absque timore seruiunt, & hoc est quod dicitur:* Et septimus Angelus. *id est, imperator Iustinus.* 11 Tuba cecinit. *autoritate imperiali Nasarẽ in Italiam misit.* 12 Et factæ sunt. *id est, ecclesia militãte, quia Gothis occisis ecclesia prorupit in voces diuinæ laudis.*

13 Dicentes factum est, &c. *Tunc enim Italia in qua est Roma quæ*

✠ 1 caput

MORALITER.

† 1 *Et in illa hora* Istud literaliter expositum de persecutione Gothorum qua persecuti sunt ecclesiam. Et per eos mystice possunt intelligi spiritus maligni qui spiritualiter eam persequũtur & continue. ideo dicitur. *In illa hora* id est, quacunque.

2 *Factus est, &c.* nam insultu dæmonũ mouẽtur corda terrenorũ.

3 *Et decima pars.* Nam per impulsum dæmonũ multi Christiani qui erãt de ciuitate Dei cadunt à statu gratiæ & fiunt de ciuitate diaboli, & hæc multitudo cadentium per decimã partẽ ciuitatis, & per vij milia occisorũ in terræmotu significatur, eo quòd vterque numerus, scilicet denarius & septenarius vniuersitatẽ significat, vt supra dictum est in pluribus locis, & sic ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato. nam per hoc significatur magna multitudo.

6 *Et reliqui in timorem sunt missi.* Nam illi qui non ceciderunt à statu gratiæ, debent sibi de casu timere.

7 *Et cæderunt gloriam Deo cœli.* quia suum statum attribuere debent gratiæ diuinæ.

10 *Et septimus, &c.* Istud literaliter expositum de Iustino imperatore, qui per principem ab eo missum Gothos debellauit.

Mystice potest exponi de Deo patre, qui per filiũ ab eo missum de malignis spiritibus triumphauit, de quo triumpho magna fit solennitas in ecclesia triumphante, ideo subditur:

12 *Et factæ sunt voces magnæ.* sicut dicitur Matth. vlt. d. *Data est mihi omnis potestas in cæ. & in ter.* ✠ *Et iratæ*

vt quidam hæretici putant sanctos post diffinitum tempus in mundi vitam redituros.

✠ Richardvs. Factum est regnum huius mundi, id est, vniuersitas fidelium quæ adhuc in mundo per tribulationes exercetur, & præparatur ad cœlestium mansionum retributiones: quæ quodammodo nondũ perfectè est Dei; quãdiu sub mutabilitate temporis & corruptibilitate mortalitatis eum tentando & persequẽdo affligit versutia hostis Antichristi. Tunc enim perfectè Dei & Christi, id est, diuinitatis & humanitatis cõregnantis erit, quãdo de præsenti seculo sublata, solis diuinis laudibus in cœlis vacabit, & perfidus hostis nihil de suæ potestatis dominio in eã amplius exercebit.

✠ Ambros. Nũquid antea non erat Domini, & Christi eius regnũ huius mundi homines vocauit, in quorũ mentibus aut regnat Deus, aut diabolus. Regnum igitur huius mundi, Domini & Christi eius tunc fiet, cùm diabolus cum omnibus quos decepit, in infernum demersus fuerit.

✠ Rvpert. Nunc quidem regnat Dominus & Christus eius, & præsens quoque ecclesia regnum eius dicitur, & est, sed adhuc rebellis ex magna parte recalcitrat mundus & sanctos eius ministros persequitur, & sunt adhuc in regno eius multa scandala, quæ canente septimo angelo colligentur.

a *Et viginti quatuor seniores.* non tantum minores ita glorificant Deum, sed etiam maiores.

✠ Andreas. Hic rursum docet sanctos Angelos & homines, qui angelicam vitam ducunt, vna quasi voce atque consensu Deum laudare, & gratiam eidem persoluere.

✠ Ambrosivs. Per vigintiquatuor seniores in hoc loco, animas omnium sanctorum quæ in cœlesti beatitudine cum Domino cõmorantur, possumus intelligere. Sedes vero requiem æternam designat. Viginti igitur quatuor seniores in conspectu Dei sedent in sedibus suis, quia sanctorum animæ, sine corporibus in cœlesti beatitudine, modo cum Domino requiescunt.

b *Ceciderunt in facies.* In faciem cadit, qui in hac vita culpam agnoscit, eamq; pœnitẽdo defler. Retro cadit, qui in hac vita repente decidit, & ad quæ supplicia ducatur, nescit.

C ✠ Ambros. Ceciderunt in facies suas, & adorauerunt, quia sancti cum viderint iustissimum Dei iudicium peragi, inenarabilemq; eius potentiam, deiicient se per humilitatis subiectionem in conspectu creatoris sui, scientes nihil esse quicquid est, in comparatione illius, qui Deus est.

c ✠ Ambros. ✠ Haymo. In his gratiarũ actionibus duos Domini aduentus cõprehendunt, primum humilem & occultum cultum, quãdo surgens à mortuis, mundum sibi substrauit, secundum verò, excelsum & manifestum, quando impiis iratus, & seruos suos vindicabit nõ autẽ gaudent electi, quia reprobi damnantur, sed ideo gaudent, quia aduenit tempus, quando mali iustam damnationẽ, & ipsi, recipient bonorũ operũ iustam remunerationem. Ante enim damnabuntur impij, & sic remunerabuntur pij, nec poterunt peruenire ad regnum corpora piorũ, nisi præcesserit damnatio reproborum.

d *Accepisti virtutẽ.*

✠ Rvpertvs. Quomodo vel quãdo illam virtutem suam Christus accepit? Imo quæ est illa virtus nisi spiritus: vnde notandũ quod nõ dixerũt tantum, *quia accepisti virtutem.* sed, virtutem tuam. Et enim homo facti Dei filius, in ipsa quidem conceptione sui, virtutẽ ipsam accepit, sed ante quam fieret homo, virtẽ eadem sua erat, quia suus & patris vnus spiritus erat. Itaque non sine magno pondere dictum est, *accepisti virtutem tuam,* quia quod fideliter credimus virtutem suę spiritum quem in natura humanitatis dono accepit, eandem spiritum, priusquam mundus fieret, vnus idemque Dei filius, in natura diuinitatis consubstantialem sibi habuit.

✠ Ambros. Accepit virtutem suam magnam quando per passionem suam, diabolum vicit.

e *Tempus mortuorum.* ✠ Aretha. Cæsarien. Tempus autem mortuorum dicit, tempus vniuersalis resurrectionis, in quo vnicuique cõuenientia dabũtur præmia. Eadem habet Andre.

✠ Ambros. Aduenit tempus mortuorum, iudicari videlicet, vt mortui iudicentur. Illi scilicet mortui, qui in hac vita positi, animas suas malè viuendo interficere non timuerunt.

f *Qui corruperunt terram.* Id est, seipsos per malam operationem, & alios per malum exemplum.

✠ Ambros. Corruptores terræ, impios vocat. Sed quam terram corruperunt impij? Semetipsos vtique male viuẽdo corruperunt, quando in luxuriis & cæteris vitiis corpora sua enutrierunt. Corruperũt & aliorũ terram, eorũ videlicet quos & verbis & malis exemplis ad mala opera petagenda pertraxerunt.

✠ Rvpert. Qui autem sunt corruptores terræ, nisi corruptores corporum & animarũ, seruientes omnimodæ cupiditati suæ? neque enim in iudicio Dei exigitur causa corruptionis, nisi eius qua corrũpitur anima rationalis, quæ cum terra Dei esse deberet, & afferre fructum sanctimoniæ, ita corrupta est in semetipsa vt amaras incredulitatis & omnium libidinum spinas afferat, ac perinde maledictioni deputata sit.

g *Et apertum est.* In hac quarta visione habet materiam benè ornatam & bona auxilia habentem, scilicet de pugna ecclesiæ

a Quæ

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *caput est regni Christi in terra, libere Christo seruiuit, à Gothis & cæteris Arrianis liberata.*

1 Et viginti quatuor, &c. *vniuersitas episcoporum & ecclesiarum suarum, vt dictum est supra 4. cap.* 2 Gratias agimus tibi. *de liberatione ecclesiæ, ad quos rumor huius facti deuenit.*

3 Et iratæ sunt gentes. *id est, Gothi de regis eorum interfectione & sua debellatione.* 4 Et aduenit ira tua. *id est, punitio tua super Gothos. quando enim Deus punit, ad modum irati se habet vt frequenter dictum est supra.* 5 Et tempus mortuorum. *id est, tempus punitionis Gothorum pro catholicis interfectis ab eis.*

6 Et reddere mercedem. *quia inter illos interfectos à Gothis fuerunt aliqui prædicatores magni, qui dicuntur prophetæ annunciantes pœnas & præmia futura, & aliqui valde sancti, & aliqui in seculo magni: & in alij mediocres & parui.* 7 Et exterminãdi eos. *i. Gothos & alios Arrianos.* 8 Qui corruperunt terram. *nostram corporaliter armis, & spiritualiter falsa doctrina verbis.*

1 Et viginti quatuor, &c. *vniuersitas episcoporum & ecclesiarum suarum, vt dictum est supra 4. cap.* 2 Gratias agimus tibi. *de liberatione ecclesiæ, ad quos rumor huius facti deuenit.*

3 Et iratæ sunt gentes. *id est, Gothi de regis eorum interfectione & sua debellatione.* 4 Et aduenit ira tua. *id est, punitio tua super Gothos. quando enim Deus punit, ad modum irati se habet vt frequenter dictum est supra.* 5 Et tempus mortuorum. *id est, tempus punitionis Gothorum pro catholicis interfectis ab eis.*

6 Et reddere mercedem. *quia inter illos interfectos à Gothis fuerunt aliqui prædicatores magni, qui dicuntur prophetæ annunciantes pœnas & præmia futura, & aliqui valde sancti, & aliqui in seculo magni: & in alij mediocres & parui.* 7 Et exterminãdi eos. *i. Gothos & alios Arrianos.* 8 Qui corruperunt terram. *nostram corporaliter armis, & spiritualiter falsa doctrina verbis.*

9 Et apertum est. *hic tertio ponitur deuotionis augmentũ, nam illis temporibus contigit magna mortalitas in Constantinopoli, ad quam reprimendam institutum fuit festum Purificationis beatæ Mariæ virginis secũda die Februarij solenniter celebrari. in qua beata vi go obtulit filiũ suum in templo, quod dicitur arca Testamẽti, nam in eo est plenitudo scientiæ & veritatis per tabulas designata, & potestatis per vrnam, & pietatis per manna, quæ tria fuerunt in arca. & tunc cessauit mortalitas, & hoc est quod dicitur:* Et apertum est, &c. *id est, in ecclesia militante in qua templum materiale fuit apertum ad dictum festum solenniter celebrandum.*

Festi purificationis Mariæ institutio

✠ 1 Et visa

MORALITER.

† *Et iratæ sunt Gentes.* id est, dæmones qui Gentes dicuntur eo quòd à Gentibus in idolis colebãtur. Vel ad literã Gentes, id est, Romani imperatores qui multũ conati sunt destruere fidẽ Christi.

9 *Et apertum est,* Hoc literaliter expositi de institutione festi Purificationis

rificationis in qua Christus fuit oblatus corporaliter. Misticè verò potest exponi de institutione festiuitatis Eucharistiæ in qua Christus offertur sacramentaliter, & sic dicitur: *Et apertum est templum Dei,* id est, materialiter ecclesia ad congregandum in hac solennitate populum Christianum.

quæ à diabolo impugnatur & aperte & occulte, & in omnibus
A his ostendit eam superare, per quod maxime armat fideles ne deficiant in aliqua tribulatione. De pugna ecclesiæ pendet, ex tertia visione, quæ est de iniuncto officio prædicandi. Apertum est templum Dei, id est, datus est spiritus sanctus, per quem mysteria ecclesiæ quæ per secũdum tabernaculum figurabantur, reuelata sunt fidelibus.

Col. 2. a. a *Arca*. Christus arca in quo omnes thesauri sapientiæ absconditi, qui compleuit vetus testam. & instituit nouum.

a Id est, ecclesia quæ est in cœlo per bonam vitam. b ¶ Et data intelligentia

a & visa est arca testamenti eius in templo eius. Et facta sunt 1 2

a ¶ Miracula. b ¶ Exhortationes. ¶ Quidam ad fidem, quidam ad iram.

b fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus, & grando 3 4 5
magna. 6

✠ Richardvs. Quid aptius sic in cœlo accipimus per templum, quam redemptionis nostræ mirabile sacramentum, in quo salutis humanæ gratia quasi in templo quodam continetur: & per cuius administrationẽ electis fideliter & sanctè quotidie dispensatur. Templum autem appertum est in cœlo, quando mediatore Dei & hominum adueniente in mundum, nostræ redemptionis mysterium in pagina sacræ loquutionis est cognitum.

B Ambros. Vel Possumus per templum Dei, B. Mariam intelligere: per arcam vero testamenti, Christum qui ex ea carnem assumpsit. Templum autem non ideo dicitur apertũ, quod vterus B. virginis Mariæ in pariendo Dominum, apertus sit, quæ fuit ante partum virgo, virgo in partu, virgo post partum. Sed ideo apertum dicitur, quia per ipsam visibilis nobis factus est Dominus noster D Iesus Christus.

Andreas. Vel, Per cœlum patefactum, & arcam testamenti in cœlo visam, bonorum que sanctis istic præparata sunt, manifestatio designatur; ea autem omnia in Christo sunt reposita.

✠ Avgvst. Id est, in ecclesia, incarnationis Christi mysteria patefacta sunt, vnde ostenditur ecclesia cœlum esse.

✠ Ambrosivs. Quia quando terram solet percutere, possumus per grandinem comminationes ignis æterni, quæ in Euangeliis sæpe inuenitur, intelligere, quibus corda prauorum percutiuntur vt resipiscant ab iniquitatibus suis.

✠ Haymo. Vel, Grando eos qui persequutionem cõmouent significat. Grando quippe, & fruges terræ cõminuit, & ipsa cõminuitur, sitq; vt quãdo funditus deficiat, & denuo terra fructificet. Sic nimirum principes huius sæculi, dum persequebãtur sanctos, & ipsi confringebantur, aut viribus, aut mutatione in melius. Plures etenim de his qui ecclesiam Dei persequuti sunt, ad fidem E Christi conuersi, cœperunt pati, que prius aliis inferebãt. Eadem habet Primasivs.

b *Et grando magna*. quibusdam visa est prædicatio intolerabilis.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et visa est. *id est, Christus, de cuius oblatione in templo, & manifestatione per sanctum Symeonem & Annam prophetissam fit memoria in Purificationis festo, quod festum à Constantinopoli ad alias ecclesias per orbem est deriuatum, ideo subditur.*
2 Et facta sunt fulgura. *id est, accensa luminaria ad modum fulguris lucentia, quæ à fidelibus portantur in festiuitate dicta.*
3 Et voces. *diuinæ laudis.*
4 Et tonitrua. *sanctæ prædicationis.*
5 Et terræ motus. *quia multi terreni ad deuotionem fuerunt moti.*
6 Et grando magna. *quia potestas dæmonis dictam pestilentiam procurantis, fuit repressa.*

MORALITER.

✝ 1 *Et visa est arca.* id est, Christus modo sacramentali, qui dicitur arca Testamenti, quia sicut arca Testamenti continebat manna, tabulas testimonij, & virgam Aaron: sic Christus continet dulcedinem misericordiæ, plenitudinem scientjæ, celsitudinem dignitatis sacerdotalis & regiæ.
2 *Et facta sunt fulgura* id est, luminaria refulgentia, quæ debent adhiberi in tanta solennitate.
3 *Et voces* multiplicis laudis diuinæ.
4 *Et tonitrua*. prædicationis authenticæ.
6 *Et grando magna* quæ propter sui frigiditatem significat timorem, ne aliquid omittatur, de debitis in tanta festiuitate.

CAP. XII.

a [S]ignum Et ex his vidi istud procedere, scilicet fidei gra- C tiam, id est, quoddam b magnũ significãtem. c Hic facit mẽtionem de reuelatione mysteriorũ quæ fuerunt in secunda visione, & de iniuncto officio prædicationis, quod habuimus in tertia, vt istam quartam quæ de pugna ecclesiæ & diaboli est, ex his duabus, id est, secunda & tertia ostendat pendere.

b *Luna sub pedibus.* Licet mũdanis sustẽtetur, tamen nõ affectat.
c *Et in capite eius corona, &c.* id est, xij. Apostoli quibus mundus credidit, vel in quibus mundum vicit.

✠ Andreas. Hanc mulierẽ nonnulli Dei genitricem virginemque matrem per omnia sanctissimam interpretati sunt, quam ea omnia quæ ordine hunc consequũtur, prius perpessa autumãt, quàm diuinus illius partus perfecte cognosceretur. At magnus ille Methodius ad ecclesiam retulit, cuius verba hæc sunt. Mulier sole induta, est ecclesia: quod autem nobis vestis est, hoc illi lux est. Pari modo quod nobis est aurum, & pretiosi lapides, hoc illi sunt stellæ, & quidem cæteris præstantiores & illustriores. Ascendit autem super lunam, quia synagogam sub pedibus prostratã habet.

CAP. XII.

¶ Figuram significantem. ¶ Id est, in ecclesia. a ¶ Id est, ecclesia. b ¶ Quia induit Christum qui eam illuminat.

a [E]T signum magnum apparuit in cœlo. Mulier ami- 1 2

a ¶ Omnia terrena, quæ non eodem statu permanent.
b ¶ In Christo, vel in primordio ecclesiæ. 3

b cta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona 4 5
c pedibus premit.

✠ Gregor. Sancta ecclesia quia superni luminis splendore protegitur, quasi F sole vestitur, quia vero cuncta temporalia despicit, lunam sub pedibus premit.

Lib. 34. moral. cap. 12.

✠ Ambros. Hæc mulier ecclesiam designat, sol Christum, mulier itaque amicta erat sole: quia fideles ex quibus ecclesia constat, in Baptismate Christum induunt. Per lunam autem quam sub pedibus suis habuisse visa est, quæ crescit & decrescet, mundum istum possumus intelligere, quem ecclesia despiciendo calcat, vt liberius ad cœlestia tendat.

✠ Rvpert. Significat mulier illa sanctam ecclesiam, quam & in plurihus locis scripturarum inuenimus appellari mulierem viro suo, id est, Deo, dilectum, & nonnunquã pro parte præuaricatorum, vitiis & idololatria peccatis seruientium redargui vt adulteram. In capite huius mulieris corona stellarum duodecim Patriarchæ, itemq; in initio renascentis eiusdem duodecim Apostoli notissimi ac splendidi dinumerantur.

✠ Haymo. Quæcunq; hic narrantur secundum literã, Beatæ virgini specialiter congruere non possunt, sed electorũ ecclesiæ, ☞ a secundum

NICOLAVS DE LYRA, CAP. XII.

✠ 1 [E]T signum magnum. *Descripta impugnatione ecclesiæ ab hæreticis dictis propriè, hic consequenter describitur eiusdem impugnatio ab hæreticis large dictis; per quem modũ pagani, Saraceni, schismatici discipuli Antichristi & infideles alij hæretici dici possunt, & secũdum hoc partes principales huius libri in sequẽtibus apparebunt. Igitur primò agitur de impugnatione à paganis, & primò sub Cosdroe Persarum rege, secundo sub eius successore, 2. c. Prima adhuc in duas, quia primò describitur ecclesiæ dispo. secundo Cosdroe persecutio, ibi:* Et visum est aliud signum. *Circa primũ sciendum quòd Phoca imperãte, qui cœpit imperare anno Domini 605. Persæ sub Cosdroe rege grauissima bella gerentes, multas Romanorũ prouincias & ipsam Iero. inuaserũt, & destruẽtes ecclesias sanctaq; loca prophanãtes, inter ornamenta sacramẽta abstulerũt, vexillũ dominicæ crucis exportauerũt vt habetur in legẽda exaltationis sanctæ crucis. Igitur ecclesia sic afflicta cruciabatur donec pareret filiũ Christianum qui liberaret eam ab afflictione Cosdroe & suorum. & hoc est quod dicitur:* Et signum magnum, &c. *militantis ecclesiæ.*
2 Mulier. *id est, ecclesia generaliter & Ierosolymitana spiritualiter, quæ coniuncta est Christo, sicut mulier viro.*
3 Amicta sole. *id est, Christo, qui est sol iustitiæ. Gal. 3 d.* Quicunq; in Christo baptizati estis. Christum induistis. *ipse enim est sponsus & paranymphus ecclesiæ.*
4 Et luna sub, &c. *id est omnia mutabilia & defectiua per lunã significata, quorum dispositio pertinere debet ad vltima ecclesiæ membra,* 1. Cor. 6 a. Secularia igitur iudicia si habueritis, cõtemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.
5 Et in capite, &c. *id est, prædicatio 12. Apostolorum, quæ resplenduit in primitiua ecclesia, quæ dicitur caput eius, eo modo loquẽdi quo* quæ numero & merito membrum ecclesiæ. ideo dicitur:

MORALITER.

✝ 1 *Et signum magnum.* hoc literaliter fuit expositum de ecclesia quæ fuit afflicta tempore Cosdroe.
Moraliter autem potest exponi de qualibet deuota persona
2 *Mulier amicta sole* per appetitum cœlestium.
4 *Et luna sub pedibus, &c.* per contemptum bonorũ mutabilium.
5 *Et in capite corona stellarum.* per quas significantur xij. fructus

☞ secundum mysticam narrationem generaliter cõueniunt. Ipsa est
A amicta sole, id est, Christo. Aliter. In hac muliere possumus intelligere perfectiores in ecclesia qui omnia relinquunt, per lunam simplices, qui laborant ad aliorum vsus.

Serm. de B. Maria qui incipit: Signum magnũ app.

✠ Bernard. Vehemẽter quidẽ nobis dilectissimi vir vnus & mulier vna nocuere, sed gratia Dei: per vnũ nihilominus virũ & mulierẽ vnam omnia restaurantur; nec sine magno feruore gratiarum, post. Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarius micans, ornet eas potius quàm ornetur ab eis. Quidni coronent sydera quam sol vestit?

a ¶ Id est, in virgine Maria. b ¶ Verbum Dei. ¶ Prædicabat. ¶ Id est, cupiens alios generare.

stellarum duodecim. Et in vtero habens, & clamabat par- 1 †

a ¶ Parit cum suos in lucem emittit.

a turiens, & cruciatur vt pariat. Et visum est aliud signum in 2 3

a ¶ Id est, in ecclesia expugnanda. b ¶ Pro fortitudine magnæ potestatis.
c ¶ Quia homicida. d ¶ Id est, vniuersos principes per quos operatur. 4

b cœlo. Et ecce draco magnus rufus habens capita septem, & 5 6
c
a ¶ Id est, vniuersæ victoriæ de subuersis.

d cornua decẽ, & in capitib⁹ suis septem diademata, & cauda 7 8
e a ¶ De fide ad infidelitatem. b ¶ Omnes reprobos. c ¶ Id est, illos tractos amore terrenorũ illexit.

f eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in † 9

✠ Haymo. Per draconẽ diabolus intelligitur, qui apertè quoscunque potest, deglutire non cessat; & quia diu est ex quo hominib⁹ nocet, propter multiplicitatem insidiarũ, magnus vocatur. Rufus verò propter homicidium, quia ille homicida erat, ab initio, ex quo primum hominem interfecit. Per septem autem draconis capita, omnes intelliguntur reges, illi subiectis, qui contra septiformem ecclesiam pugnant.

a *Cruciatur vt pariat.* Prædicando aduersa patitur vel cruciatur à seipsa, id est, carnem suam macerat, vt prædicatio sit idonea.

✠ Andreas. Ecclesia vnũquemlibet, qui ex aqua & spiritu sancto regeneratur, tantisper parturire dicitur, donec Christus in illis formetur: cõperiuntur enim abortiui nõnulli, cuiusmodi sunt qui à vera luce, Christo, exciderunt, qui vnã etiam cum vita infidelitatis mortem sustinent.

✠ Ambros. Quomodo infans in vtero coagulatur, humanãque formã accipit atq; spiramentũ, similiter & ecclesia infideles
B quosque, quos in vtero gestat, dum eos prædicando tandiu nutrit, vsque dum formã humanã recipiant, id est, vsque dum in Christũ credãt atque animã spiritalem accipiant, quæ datur in baptismo, cum efficiuntur Dei filij. Clamat ecclesia prædicãdo, clamat etiã pro auditorum suorum salute. Cruciatur, cum luget eos, quos in peccatis iacere conspicit.

✠ Haymo. Hæc iuxta literam B. Mariæ aptari nequeunt: quę sicut sine delectatione cõcepit, ita sine dolore peperit, nullumq; cruciatum habere in partu potuit, quæ nullum peccatũ libidinis, in cõceptu contraxit. Sed iuxta mysticũ intellectũ hoc ad ecclesiã refertur, quæ mulier vocatur, nõ propter effeminatũ animum, sed quia prædicatione & lauacro, spirituales filios gignere quotidie nõ desistit. Et sicut mulier cruciatur, dũ parturit, ita & sancta ecclesia, dũ in hoc seculo est, & videt suos affligi, affligitur & vexatur.

b *Draco magnus.* Nõ de effectu, sed de potẽtia draconis loquitur.

✠ Andreas. Cœlum hoc loco aerem significare arbitramur, draconem autẽ rufum serpentẽ illum, qui ob id conditus dicitur, quò ab Angelis Dei deludatur, vocat autẽ illum rufum, quod cædi & sanguini deditus sit, aut quod Angelorũ natura ignea habeatur, etiamsi peccato contaminata.

✠ Methodivs. Draco magnus, Rufus, & septiceps, qui tertiam stellarum trahit, diabolus est.

✠ Ambros. Draco iste diabolum significat. Rufus autẽ color
C talis est, ac si croceo colori sanguinem admisceas. concordat verò pallidus color, id est, croceus cum sanguine. Rectè ergo diabolus habere dicitur colorem mortis, *quia illius inuidia mors intrauit in*
Sap. 2. *orbem terrarum.* Per septẽ capita reprobi quibus diabolus ad decipiendum genus humanum, vsus est, designantur. Primum caput draconis, reprobi, qui ante diluuium fuerũt. Secundum, ij qui post D diluuium vsque ad legem, inuentores scilicet idolorum. Tertium, ij qui postquam lex data est populo Dei, idola colere suadebant. Quartum falsi prophetæ regesque impij. Quintum, impij Iudæi qui Christum occiderũt, & Apostolos persequuti sunt. Sextum, persequutores ecclesiæ. Septimum verò caput diaboli, erit Antichristus.

c *Et cornua decem, &c.* id est, regna diuitiæ quibus principes decalogum legis impugnant.

✠ Andre. Decem porro cornua, decẽ peccata, decem legibus præceptis cõtraria denotare putam⁹: Aut mũdani regni diuisione, quæ ipsi tanquã seditionibus gaudẽti voluptatẽ parit nõ vulgarẽ. E

d *Et in capitibus, &c.* ✠ Rvpert. Si decem cornua decem reges sunt, quomodo non totidem sunt diademata, quot cornua? nonne omnes illi quoq; reges quatuor in quos regnũ Alexandri diuisum est, habuerunt diademata? Quomodo ergo dictũ est non decem sed septẽ diademata, cum fuerint cornua decem? nimirũ quia quãuis vnius capitis cornua quatuor, vno tantum ex illis aduersus mulierem draco vsus est, posteritate scilicet Seleuci ex quo originem traxit Antiochus epiphanes.

e *Et cauda* id est, deceptiones, quibus celant vitia, vt cauda celantur turpia.

f *Stellarum.* i. illorũ qui illuminant ecclesiam doctrina, nõ vita.

✠ Ambros. Per caudam quæ finis est corporis, Antichristus designatur. Tertiam igitur stellarũ cœli partem cauda draconis traxisse visa est, quia Antichristus multos ex his qui ab hominib⁹ electi putabũtur, & qui in ecclesia velut stellæ in cœlo, sciẽtia & intellectu refulgẽt, decipiet, atq; in perditionis foueã demerget.

✠ Richard. Cuius cauda tertiã partem stellarũ cœli trahit; quia diabolus damnandã partem animarũ, etiam illarũ quæ sicut stellæ cœli per conuersionẽ in alto manere, & aliis per bona opera videntur lucere; dum nõ valet per apertã sæuitiam, per occultã fraudulentiam quæ figuratur in cauda, seducit. Quas denique in terram mittit, dum delectationibus terrarum accendit.

✠ Primasivs. Cauda prophetæ iniqui sunt, per quos suam inimicus nequitiã implet, qui eorũ doctrinis inhærent, in terram præcipitari dicuntur. Tertiam porro stellarum cœli partem illud F commemorat omne corpus malorũ, siue in angelis quos de cœlo secum pari ruina detraxit, siue in hominibus quos seduxit. Stellas autem, quos de bonis diabolus reprobos facit.

✠ Gregor. Cœlum namque est ecclesia, quæ in hac nocte ☞ vitæ

Lib. 32. moral. cap. 2.

NICOLAVS DE LYRA,

✠ *principium alicuius rei communiter dicitur caput eius.*
1 Et in vtero, &c. *nam in angustia posita clamabat ad eum, vt cito daret sibi filium, qui liberaret eam ab oppressione infidelium.*
2 Et visum est. *Hic consequẽter describitur Cosdroe persecutio & secũdo ecclesiæ liberatio, ibi:* Et peperit. *Circa primum dicit:* Et visum est aliud, &c. *id est, Cosdroe rex Persarũ, qui dicitur in cœlo militãtis ecclesiæ fore visus tanquã grauis persecutio ipsius. de quo subditur:*
3 Et ecce draco. *propter astutias eius & dolositatem.*
4 Magnus. *propter potestatis magnitudinem.* 5 Rufus. *i. rubeus propter multi sanguinis effusionem. Quod autẽ rufus accipiatur aliquãdo pro rubeo, patet* 1. Reg. 16. *vbi dicitur de Dauid*, quòd erat rufus & pulcher aspectu. *i. rubicũdus secundũ expositores. Dicitur etiã Cosdroe rufus propter incendium ecclesiarum & locorum sanctorum.*
6 Habẽs capita septem. *i. sex reges sibi subditos, & ipse erat septimus, vnde postea subditur:* 7 Et in capitibus. *quæ sunt signa regia.*
8 Et cornua decem. *i. decem acies in suo exercitu. vnde* 1. Machab. *Acies ordinata ad bellandum vocatur cornu. vbi dicitur:* Bacchides autem erat in dextro cornu, &c. *Aliter exponitur ab aliquibus, vt per septẽ capita intelligatur vniuersitas principũ sibi subditorum, per decem cornua vniuersitas suorũ bellatorum. nam per septemnarium vniuersitas aliquãdo intelligitur, eo quòd totum tempus septẽ diebus replicando cõprehenditur, & similiter per denariũ, eo quòd sequentes numeri sunt replicationes denarij & eius partium, vt dicitur, 3. Physi.*
9 Et cauda eius. *i. exercitus sequẽs eum* trahebat tertiam partem stellarum. *fideliũ qui dicũtur stellæ in scriptura Deu. 1. b.* Estis hodie sicut stellæ cœli plurimi. *Exercitus enim Cosdroe de Aegypto & Lybia & terra sancta & aliis locis, multos valde Christianos interfecit, & alios captiuos duxit intantũ, vt æstimaretur quasi ad tertiã partem Christianorũ in terris illis existentium. Consimili modo loquitur Dan. 8. de Antiocho Epiphane, quod deiecit de stellis & cõculcauit eas. i. de filijs Israel colentibus Deũ, quos interfecit in Iudæa & Ierusalem.*
✠ 1 Et draco

MORALITER.

✝ spiritussancti, qui ponuntur Gal. 5.
1 *Et in vtero habens.* scilicet in animo conceptũ boni propositi.
† *Et cruciatur vt pariat.* per quod significatur intensum desiderium implendi in opere quod concepit in mente.
3 *Et ecce draco magnus.* id est, diabolus superbus & maliciosus,
6 *Habens capita septem.* id est, inferiorũ dæmonũ vniuersitatem.
8 *Et cornua decem.* id est, vniuersos modos impugnãdi naturã humanã, quia per septenarium & denarium vniuersitas designatur.
† *Et in capitibus eius septem diademata.* id est, multa, quia per spiritus malignos sibi subiectos frequenter debellat plurimos.
9 *Et cauda eius, &c.* quia magnã partẽ angelorũ traxit secum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vitæ præsentis dum in se innumeras sanctorũ virtutes continet, quasi radiantibus desuper syderibus fulget. Sed draconis cauda stellas in terrã deiicit, quia illa Sathanæ extremitas per audaciam assumpti hominis erecta, quosdam quos in ecclesia velut electos inuenit, obtinẽdo, reprobos ostẽdit. Stellas itaq; in terrã de cœlo cadere, est relicta non multos spe cælestium illo duce ad ambitũ gloriæ secularis inhiare.

✠ Andreas. Per hæc alterutrũ è duobus significari opinor: vel primũ luciferi è cælo casum, quo angelos, qui per extremũ inuidiæ motũ vnà cum ipso à Deo desciuerũt, deorsum traxit, aut post caput illius contritũ caudæ eiusdẽ agitationem.

B Hæc enim homines animo instabiles, ex cælesti sensu & conuersatione deorsum ad terrena abripuit. nominantur hi autem methaphoricos stellæ, propter splendorem, quem ex baptismo sacro hauserunt.

a ¶ Id est, diabolus tali potestate confisus. b ¶ Non horarie sed laborans. c ¶ Contra ecclesiam.
a terram. Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt 1
¶ Id est, aliquem in fide generasset. a ¶ Ad peccatum retraheret. †
b cum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium ma 2
a ¶ In potentia vel iusticia. b ¶ Inflexibili. 3
c sculum, qui recturus erat omnes gentes in virgã ferrea. Et 4
a ¶ Caro vt diuinitatis. b ¶ Æqualitatem Dei. c ¶ Vt cum patre iudicet. d ¶ Per auxilium huius filij. 5
raptus est filius eius ad Deum, & ad thronũ eius, & mulier 6
a ¶ A voluptatibus mundi. b ¶ Mentis desertum spreto mundi tumultu, vel iocunditate. c ¶ Deferens mundum confortatur à Deo.
fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum à Deo, vt 7
a ¶ Deus. ¶ Doctrina prædicationis.
d ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum 8
¶ Ecce aliud auxilium. a ¶ Maiores. b ¶ Minores. 9
e est prælium magnum in cœlo. Michael & Angeli eius præ- 10
f liabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, 11

a *Stetit ante mulier.* Quæ patiebatur dolorem, per quod credebat cito cessuram. Per passionem credebat diabolus ecclesiam sibi subiugatam.

b *Deuoraret.* Paratus erat draco ad deuorandum, sed non potuit, quia natus est qui prohibuit.

✠ Ambros. Possumus per mulierẽ in hoc loco & B. Mariã intelligere, eo quod ipsa sit mater ecclesiæ, quia eum peperit qui caput est ecclesiæ. Draco stetit ante eam vt filium eius deuoraret, quia in exordio natiuitatis Christi, eum per Herodem ministrum suum interficere voluit stat. etiam ante mulierẽ, id est, ecclesiam vt eos quos per baptismum Deo generat, malè suadendo perdat.

✠ Andreas. Continuo namq; apostata aduersus ecclesiam in armis consistit, illos qui pro tempore in illa regenerantur, in escam suam vertere enixè contendens.

c *Et peperit.* Carnali generatione Christus de Abraham & Dauid processit. Vel peperit ecclesia filium, id est, fidem Christi in cordibus auditorum.

Mulier fugit. ✠ Richard. Et mulier in solitudinẽ fugit, vbi habet locum à Deo paratũ: quia sancta ecclesia adiuuãte gratia, ad spiritualem C cõuersationẽ, vbi solis diuinis intẽdat ꝑsequẽte diabolo recedit.

✠ Primasius. Solitudinẽ ponit huius vitæ peregrinationẽ, in qua singulari spe beatæ remunerationis vt passer singularis viuit ecclesia, quæ à rego suo potestatẽ accepit calcandi supra serpentes & scorpiones. D

✠ Andreas. Quando diabolus qui in Antichristo efficax erit, aciem per ipsum cõtra ecclesiam direxerit, tunc illius eiecti, summaq; eiusdem capita ciuilibus tumultibus mundanisq; voluptatibus cõtemptis, in desertum ab omni malitia alienũ, vitæque consuetudinem omni genere virtutũ elucentem sese recipient, iuxta Methodij sententiã: ibidemque impugnãtium dæmonum, malignorumq; hominũ impetus atque insultus subterfugient. Probabile fit quoq; sensilẽ eremũ eos cõseruaturos, qui E in mõtibus, speluncis & cauernis terræ, ꝓpter apostatæ & Antichristi insidias cõfugiẽt.

d *Diebus mille* id est, toto tempore quo subsistit ecclesia prædicatione Christi tribus annis & dimidio facta.

e *Præliabantur* Ecclesiam sustentãtes, orãdo, auxilium ferendo.

✠ Andreas. Isthæc primo diaboli lapsui, quo ex angelico ordine, propter superbiã & inuidiam proscriptus est, accõmodari possunt: & rursus secũdæ eiusdẽ ruinę, quia per dominicã crucem fractus, atque deiectus est, quando nimirũ princeps huius mundi à tyrannide quam exercebat depulsus est.

✠ Rupert. Factum est prælium. Vbi? In cœlo. Per quod significabatur ecclesia, terra longè altior, terrenis hominibus & terrã sapientibus longè superior, cuius est in cœlis conuersatio. Ioan. 12.

✠ Haymo. Non tunc solummodo factũ est prælium, quando in initio tẽporis diabolus per superbiã, deiectus est è cœlo, sed & quãdo à Domini passione, eiectus de cordibus fideliũ, cœpit amplius sæuire cõtra omnes, & hæc pugna perseuerat vsque ad finẽ sæculi Cœlum sancta ecclesia est, in qua fit hoc prælium.

✠ Ambros. Prælium factũ est in cœlo, id est, propter cœlum, pro salute videlicet omnium fidelium: præliatus est Michael cum dracone: quia Christus prædicando & moriendo, pro salute generis humani præliatus est.

f *Et draco pugnabat.* ✠ Haymo. Angeli Michaelis vel draconis dicũtur, illis subditi & ad obediendum missi, non tamen ab F eis creati,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et draco stetit, &c. *quia Cosdroe omnibus modis insidiabatur ad interficiendũ quemcunque principẽ Christianum insurgentẽ ad ecclesiam defendendum.* 2 Et peperit filium. *Hic consequẽter describitur ecclesiæ liberatio. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit propositũ. secundò declaratur quoddã dictum, ibi:* Et datæ sunt. *Prima adhuc in tres: quia primo ponitur imperatoris Eraclij creatio: secundò Cosdroe debellatio, ibi:* Et factũ est prælium. *tertio subditorũ oppressio, ibi:* Væ terræ & mari. *Circa primũ dicitur:* Et peperit filium. *scilicet. Eraclium Catholicum quo Phocã imperauit annis. xxx. & cœpit imperare anno Domini 113.* 3 Masculum. *hoc additur ad denotandum, quòd erat vir strenuus & armis exercitatus, vt dicitur in legẽda exaltationis sanctæ crucis.* 4 Qui recturus erat omnes. *quia rexit imperium Romanum. qui rebellantes domauit per gladium.*

Diuisio

5 Et raptus est filius eius. *i. in protectione Dei positus qui protexit Eraclium contra machinationes & dolos Cosdroe quibus quærebat occidere eum.* 6 Et mulier fugit. *nam ecclesia quæ erat in Asia timore Cosdroe transiuo mari, quod dicitur Brachium sancti Gregorij fugit in Græciã. quæ dicitur hic solitudo, nõ quia esset inhabitata, sed dicitur solitudo fugitiuis, eo modo loquẽdi quo fugitiui ad aliam terrã dicuntur ibi esse quasi in exilio seu deserto.* 7 Vt ibi pascat. *Christiani habitantes, ibi.* 8 Diebus mille, &c. *qui faciunt tres annos & dimidium, & infra eod. ca. dicitur de hac muliere, vbi aliter per tempus & tempora & dimidium temporis. id est, per tres annos & dimidium. Tempus enim sumptũ singulariter in scriptura significat vnũ annum: pluraliter verò absque numero significat duos annos, sicut dictum fuit plenius Dan. 12. Ista tẽpora simul iuncta septẽ annos faciunt & tãtum durauit bellum inter Persas & Eraclium.* 9 Et factum est. *Hic consequẽter describitur Cosdroe debellatio. & secũdo ex hoc gratiarũ actio, ibi:* Et audiui vocẽm. *Circa primũ dicitur:* Et factum est prælium. *inter Persas & Eraclium.* 10 Magnum. *scilicet intensiue, quia multi bellatores erãt ex vtraq; parte. & extensiue, quia durauit tempore longo, vt dictum est.* 11 Michael & Angeli eius. *Quod exponunt aliqui de Michaele archangelo, qui est princeps ecclesiæ sicut tempore vet. Testam. fuit princeps Synagogæ, Dan. 10. propter quod cũ Angelis suis astabat ad protectionẽ & directionẽ Eraclij & exercitus eius, qui pugnabant pro ecclesia. Sed quia per draconem & Angelos eius intelligitur Cosdroe & suus exercitus secundum omnes expositores, conuenientius est vt similiter per Michaelem & Angelos eius intelligatur Eraclius & bellatores eius. Michael enim interpretatur quis vt Deus: Eraclius enim in hoc bello pro ecclesia erat Dei vicarius. ex supradictis etiam patet, quòd in hoc libro boni & mali homines frequenter nominantur Angeli.* 1 Et non

MORALITER.

1 *Et draco stetit, &c.* nam insidiatur cuilibet personæ ad impediendum sanctum eius propositum.

† *Vt cum peperisset, &c.* quia quãdo impedire non potest conceptum animi bonũ, quin exeat in opus, nititur illud per vanã gloriã deuorare. 2 *Et peperit filium masculum, &c.* s. Christũ nam ipse dicit Matth. 12. d. *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, hic meus frater & soror & mater est.* Qui verò bonũ conceptũ producit ad effectum, ipse facit voluntatem Dei patris: & sic est mater Christi spiritualis ipsum spiritualiter patiendo. 5 *Et raptus est, &c.* quia bonum opus per angelos præsentatur ad Dominũ. similiter Christus corporaliter assumptus est in cœlum. 6 *Et mulier fugit* i. extra peccatorũ multitudinem. 7 *Vt ibi pascat &c.* i. Christi doctrina quã docuit tribus annis & dimidio, qui cõtinent dies 1260. 9 *Et factum est prælium, &c.* per hoc significatur repressio dæmonum per Angelos sanctos, ne impugnent bonos homines & deuotos supra id quod possunt. sic dæmones ab eis deiiciuntur, de qua deiectione dominus est laudandus, ideo subditur: *Et audiui*

A eis creati, sicut quidam vaniloqui dixerũt: vel etiam quoniam sub vno rege, in vna ciuitate, militare credũtur. Omnes Angeli boni dicuntur Angeli Michaelis, quia ad eius societatẽ pertinent. Angeli vero draconis dicuntur omnes quotquot ei consentiunt. Pugnant itaque Michael & Angeli eius, in cælo, hoc est, in ecclesia, & pugnat draco cum suis dæmonibus, quia quomodo dæmones semper sunt parati ad impugnandum, ita & sancti Angeli ad resistendum.

† De pœni. di. 1. c. si ei ante finem

✠ Primasius. Non hic putandũ est, vt Angelos Dei in cœlo ausus fuisset impugnare diabolus, cum nec Iob hic posset nisi Deo permittẽte, tẽtare. Sed cœlum hic manifestius ecclesiã declarauit, vbi contra spiritalium nequitias ab vno quoque fideliũ iugiter dimicatur. Ideo autem Michaelem hic cum suis contra diabolum confligere dicit quia secundum voluntatẽ pro peregrinante ecclesia orando & adiutoriũ ministrando, rectè intelligitur pro ea confligere. Diabolus autẽ & Angeli eius intelligendi sunt, qui ei natura & voluntate similes sunt, sed & homines qui eorum B laqueis irretiti, talium fuerint sectatores.

a ¶ Id est, in ecclesia quantum ad bonos. b ¶ Auxilio horum. c ¶ Pro violentia.
a & non valuerunt, neq; locus inuẽtus est eorum amplius in 1
d ¶ Pro caliditate. e ¶ Q. d. à quo cauete omnes. 2
b cœlo. † Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus 3
a ¶ Id est, seorsum fluens à bonis ad malos. b ¶ Id est, aduersarius. c ¶ Id est, reprobos.
qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum 4
a ¶ Cadens de fidelibus acrius impugnant amantes terrena. 5
orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo 6
a ¶ Id est, exultationem. b ¶ In angelis, vel animabus sanctis.
c missi sunt. Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem: 7
a ¶ A tempore Christi, quod non est in natura hominis. b ¶ Remissio peccatorum in baptismo. 8
c ¶ Et regit suos de virtute in virtutem dirigens.
Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nostri, & po- 9
¶ Et hæc omnia per Christum operatus est.
testas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum no- 10
a ¶ Quia Deum nihil latet, per quod maximè terret.
d strorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri

✠ Rupert. Quomodo prælium hoc gestum? quibus aut qualibus armis illæ acies vtuntur: Et quidẽ in illa visione Ioannis armorum materialiũ quasdã similitudines videri potuisse nõ dubitamus, sed Angeli siue boni, siue mali, cum sint spiritus, corporali armatura nõ induuntur. Attamen draco ille quod natura non habuit, maligna arte sibi assumpsit, scilicet omne genus armorum, quibus bella geruntur inter homines. At vero Michael & Angeli eius econtra præliantes nihil de huiusmodi genere armorum aut habuerunt, aut quæsierunt.

a *Non valuerunt.* Remouere auxilia angelorum, quia non poterunt ecclesiam ducere in peccatum.

✠ Richard. Non valuerunt sanctorum Angelorũ remouere suffragia, neque locus inuentus est eorũ in cœlo, id est, in sancta ecclesia: vt ei vel auferre iustitiam, vel eam possent pertrahere ad culpã. nam & si aliquis de fidelibus ecclesiæ, permittente diuina prouidentia, & diabolica suggerẽte malitia, aliquãdo ad tempus labatur in culpam, nequaquã tamen in hoc vincit diabolus, sed vincitur, quia prædestinatis ad vitam, etiam malum in bonum cooperatur: nec hoc tam sæuientis aduersarij viribus agitur, quam permittentis Dei prouida dispositione, ad resurgẽtis lapsi cautelã ordinatur. nullatenus ergo diabolus vel angeli eius locũ amplius habent, quia nequaquã illos expugnare valent, qui cœlestia bona vero corde sitiũt, & ad illa cõsequẽda prædestinati sunt; vt vel eos pro libitu suo in peccatũ trahãt, vel quãdiu velint in ipso detineãt.

C ✠ Rupert. Quid nõ valuerunt? nimirũ contra fortioris Michaelis fortitudinẽ diutius stare, quin foras eiicerentur neque ei relictus est locus in quo exhiberetur ei diuina & cœlestis religio.

✠ Primasius. Bipartito corpore diabolus in suis traditur: victus autem ab eis dicitur expelli, qui post renunciationẽ eius, fide Christi percepta, errores vltra non expetunt. aut quando ab omni malorũ coniunctione iam separata ecclesia, & futura beatitudine glorificata, diabolo & Angelis eius nullus neque seducendi malos, neque probandi bonos locus amplius tribuetur. D

✠ Ambros. Non valuit diabolus, neque ministri eius vincere Christum, nec Apostolos eius; quia vnde putauerũt vincere, victi sunt: putauerunt namque per mortem se Christum vicisse, sed ex morte eius, nomen illius claruit in mundo.

b *Et proiectus est draco.* ✠ Ambros. Rectè diabolus serpẽs vocatur, siue quod per serpentem, primũ hominẽ deceperit, siue quod veneno suæ malitiæ genus humanum perdiderit. Diabolus, interpretatur deorsum ruens, Sathanas autem aduersarius, & contrarius.

✠ Andreas. Porro quod nomen hoc Sathanas articulũ hoc loco adiunctum habet, id non arguit esse alium sathanam, alium diabolum: ostendit autem serpentem illum antiquum duo nomina sortiri. Alterum diaboli, quòd virtutes & virtutum studiosos, & ipsum etiam Deum apud homines calumnietur, si quidem apud Adamũ inuidiæ illum insimulare nõ dubitauit. Alterũ vero sathanæ, tanquã pertinax Christi Domini & seruorum eius aduersarius. Obseruandũ autem casum diaboli post Christi crucẽ non fuisse localem, vt fuit primus: dicitur tamen post Christum passum cecidisse, quia pristinæ illius vires, post illud tempus sunt diminutæ & quasi fractæ. Igitur ruina illius nihil aliud est, quam malignorum conatuum illius infirmatio, posteaquã semel è cœlo dominioque quod obtinebat, decidit. Genes. 3. E

✠ August. Diabolus & omnes immundi spiritus cum suo principe de sanctorum cordibus expulsi sunt in terram, id est, in homines qui terrena sapiũt, & totã spem suam in terra constituũt.

c *Et audiui vocem.* Cum ostendisset diabolum in hoc certamine occulto ab ecclesia victũ ab auxilio filij & Angelorũ, subiungit exultationes angelorũ ipsorum, vel sanctorũ animarum de victoria fratrum: vt laborent vincere qui de victoria sua Angelos vel sanctas animas audiunt exultare.

✠ Ambros. Vox magna de cœlo, vox est Angelorũ pro salute generis humani gaudentiũ, Deúmq; laudantium sicut Dominus dicit in Euangelio: gaudium est Angelis.

✠ Andreas. Lætantur autem angeli de illius eiectione, quia nulla est pars fideli cum infideli. Luc. 15.

✠ Rupert. Ergo ne antequã ille proiiceretur in terrã nõ erat salus, & nõ erat virtus? nõ erat regnũ, nõ erat potestas Dei nostri & Christi eius? nõ vtiq; salus erat, sed pditio & mors: nõ erat virtus, sed infirmitas: nõ erat in hominibus regnũ Dei nostri, sed regnũ peccati & mortis: nõ erat potestas Christi, sed principis tenebrarũ.

d *Accusabat illos ante.* Officium diaboli est recusare, id est, per peccatum accusabiles reddere. F

✠ Rupert. Quare autẽ vel vnde ille sathanas accusator fratrum dici debet? quia videlicet tenebat chyrographũ decreti aduersum nos, in quo peccatũ Adę scriptũ erat, cuius nos recitatione semper accusabat, confidẽs ac iactabundus, quod illo chyrographo teste, genus humanum esset possessio sua. Verum vbi proiectus est, ibi chirographum illud perdidit. Coloc. 2.

✠ Ambros. Accusantur noxij homines apud iudices cum eorum scele

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et nõ valuerũt. *s. Cosdroe & viri eius, sed pluries debellati fuerũt.* 2 Neque locus, &c. *i. in ecclesia. nam Eraclius persequens Cosdroe, fugauit eum de Aethiopia & Lybia & terra sancta in quibus antè vigebat ecclesia, & cõpulit eũ turpiter redire in terrã suã ideo subditur:* 3 Et proiectus est, &c. *tamen quia ipsemet Cosdroe erat antiquus ætate, propter quod postea satis cito tradidit regnũ filio suo, vt postea dicetur:* 4 Qui vocatur diabolus, &c. *præ nimia eius nequitia, sicut de homine nequam dicitur cõmuniter, quòd est vnus diabolus vel sathanas.* 5 Qui seducit, &c. *nam ab illis quos subijciebat faciebat sicut Deum adorari: propter quod dicitur in legẽda exaltationis sanctæ crucis: Fecerat turrẽ argenteã, in qua interlucẽtibus gemmis thronũ extruxerat aureũ: ibi solis quadrigã & lunæ & stellarũ imaginem collocauerat, atq; per occultas fistulas atque meatus adduxerat, vt quasi Deus pluuiã desuper infundere videretur. per hoc autem quod dicitur* vniuersum orbem: *nõ est intelligẽdum, ꝙ ipse sibi totum orbẽ subiecerit, sed est locutio hyperbolica, ad designandũ ꝙ magnam partẽ orbis sibi subiecit & dicto modo seduxit. sicut cõmuniter dicitur, tota ciuitas currit ad tale spectaculũ, licet maior pars remaneat.* 6 Et proiectus est, &c. *quia cũ exercitu suo cõpulsus fuit in terram suam refugere.* 7 Et audiui vocem. *Hic consequẽter ponitur gratiarum actio à filijs ecclesiæ pro Cosdroe deiectione, cum dicitur:* Et audiui vocem magnam. *ad gratiarum actionem.* 8 In cœlo. *id est, ecclesia militante.* 9 Nunc facta est, &c. *quia fideles potuerũt Christo libere seruire liberati à Cosdroe oppressione.* 10 Quia proiectus est, &c. fratrum nostrorũ. *Id est, Christianorum quos*

MORALITER.

7 *Et audiui vocem magnam de cœlo dicentem, &c.* Id est, in ecclesia triumphãte & militante. Et de malis hominibus quæ subiiciuntur dæmonibus, subditur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum sceleta eis manifestantur. In conspectu vero Dei, qui nō solum facta, sed & cogitata considerat, quomodo diabolus aliquem accusare possit? Sed accusamur in cōspectu Dei, cum peccamus, accusat & diabolus, cum in peccatis malè suadendo deiicit.

✠ HAYMO. Accusatio diaboli nihil aliud est, nisi ad malum præcipitatio. Tunc enim accusat, quando dignos accusatione reddit, non loquendo exterius sed odiendo interius.

a *Die ac nocte.* Vel in prosperis delectando, vel in aduersis contristando.

Lib. 2. moral. cap. 9. ✠ GREGOR. In die ac nocte accusare nō cessat, quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accusabiles ostendere contendit. In die enim accusat cū prosperis nos male B vti insinuat, in nocte accusat, cum in aduersis nos nō habere patientiam demonstrat.

b *Descendit diabolus.* De cœlo: vel de minoribus sanctis, in quibus iam non habet locum tentatio.

✠ RICHARD. Terra illos significat malos qui in vno aliquo vitio pertinaciter stant, mare vero eos qui per diuersorum amaritudinem vitiorum fluxerunt. Ad quos vtrosque diabolus descendit, quia in ipsis dominandi potestatem accepit.

✠ ANDREAS. Væ illis annunciatur, qui inhabitant terram & mare, hoc est, illis qui non conuersantur in cœlo, sed in terra animum defixum habent.

✠ AMBROS. Vel. Possumus per terram Iudæos, & mare Gentes & Paganos intelligere. Væ igitur Iudæis, cæterisque gentibus incredulis: quia propter iram quam habet diabolus, eo quod maximam multitudinem amiserit, tam atrociter reprobis dominatur, & in tantis flagitiis deiicit, vt nullo modo digni sint, quatenus ad vitæ vias reuertantur. Dicit etiam diabolum scire, quia modicum tempus habeat: quia quanto appropinquare cernit diem iudicij, tanto callidiot efficitur ad decipiendos homines.

Lib. 31. moral. cap 19. ✠ GREGOR. Vnde & extrema mundi atrocius tentaturus aggreditur: quia tanto fit feruentior ad sæuitiam, quanto se sentit viciniorem ad pœnam.

C *Sciens quod modicum tempus habet.* Quia videt multos sibi subtrahi, & in locum suum substituit.

b *Et post*

2 ¶ Continue. b ¶ Liberum arbitrium apponentes. c ¶ Id est, suggestionem eius. d ¶ Quem imitantur.

a die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter sanguinē agni, 1
a ¶ Quia non tacent vbi necesse est. b ¶ Id est, fidei quam testatus est Christus. c ¶ Id est, non sic fouerunt carnem suam, vt animæ perirent.
& propter verbum testimonij sui, & nō dilexerunt animas 2
a ¶ Angeli, vel sancti. b ¶ In maioribus habitant minores sancti, vel omnes in angelis.
suas vsq; ad mortē. Propterea lætamini cęli, & qui habitatis 3
a ¶ Id est, in vitiis fluentibus & in eodem vitio stabilibus. ¶ Occidendum.
b in eis: Væ terræ & mari, quia descēdit diabolus ad vos ha- 4 5
a ¶ Vnde feruentius grassatur.
c bens iram magnā, sciens quòd mōdicum tempus habet. Et 6
d postquā vidit draco, quòd proiectus esset in terrā, persecu- 7 †
e tus est mulierē quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulieri 8
a ¶ Duo testamenta, vel duæ dilectiones, vel duæ vitæ.
f alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertū, in locū suum,
¶ Id est, per tres annos & dimidium. a ¶ A præsenti impugnatione.
g vbi aliter per tēpus & tēpora & dimidium temporis a facie 9
¶ Et quamuis ita parata esset. a ¶ Ex inspiratione. b ¶ Quia ad eam non attingit.
serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem a- 10
a ¶ Tribulationem inundantem. b ¶ In peccatum.
quam tanquàm flumen, vt eam faceret trahi à flumine.

tius euolare, viso tamen eminus cibo, indigētia naturali subacta, mox adi ma descēdit, sicut ecclesia, cū ea quæ sursum sunt mente petat, infirmitate tamen corporis aggrauata, necessitatibus subiacet indigentiæ corporalis.

g *Ter tempus & tempora, &c.* Si accipitur illius ecclesiæ status quæ erit tempore Antichristi, dicetur aliter per tempus & tempora & di. pro prædicatione Heliæ & Enoch. Si generalis Ecclesiæ accipiatur: dicitur per tempus & t. & di. t. aliter pro prædicatione Christi facta tribus annis & dimidio quia Christi prædicatione pascitur ecclesia quotidie.

h *Et misit serpens, &c.* ✠ RICHAR. Videns diabolus sanctā ecclesiam ad spiritualis vitæ latibula recessisse, & ad sui nominis prædicatorū documēta, & Angelorū habere auxilia, & se deiectū e cœlo in eo quod in electis dominādi ius amittebat, & se in terrā proiectū in eo quod nō nisi sola par damnandorū sibi remanebat: in maiorem persecutionem aduersus eam exarsit, & totum flumen vitiorum post eam misit, & illam mergere tentauit.

✠ AMBROS. Flumen aquæ, desideria sunt carnalia. Videns autem diabolus ecclesiā nō posse deiici persecutionibus, sed potius crescere & roborati: multitudinē desideriorum carnalium ei immittere voluit, quibus decepta ad mala opera traheretur.

✠ ANDRE.

f *Aquilæ.* Qui per conuersationem vitæ cœlum petūt. & ideo in Deo fixum habent intuitum.

✠ RICHAR. Duæ illæ, duo sunt testamenta: vel vita actiua & contemplatiua: vel dilectio Dei & proximi. Istis enim alis mulier in desertum locū, in quo alitur, volat.

✠ PRIMASIVS. Ecclesia in modum alatum duobus vtitur testamentis, quibus E edocta, insidiæ inimici, defugere studet, & exēplis superat informata. Congruè autem hic aquilæ similitudinem memorat, qui cum præ cæteris auibus cognoscatur altus euolare, viso tamen eminus cibo, indigētia naturali subacta, mox adi ma descēdit, sicut ecclesia, cū ea quæ sursum sunt mente petat, infirmitate tamen corporis aggrauata, necessitatibus subiacet indigentiæ corporalis.

g *Ter tempus & tempora, &c.* Si accipitur illius ecclesiæ status quæ erit tempore Antichristi, dicetur aliter per tempus & tempora & di. pro prædicatione Heliæ & Enoch. Si generalis Ecclesiæ accipiatur: dicitur per tempus & t. & di. t. aliter pro prædicatione Christi facta tribus annis & dimidio quia Christi prædicatione pascitur ecclesia quotidie.

h *Et misit serpens, &c.* ✠ RICHAR. Videns diabolus sanctā ecclesiam ad spiritualis vitæ latibula recessisse, & ad sui nominis prædicatorū documēta, & Angelorū habere auxilia, & se deiectū e cœlo in eo quod in electis dominādi ius amittebat, & se in terrā proiectū in eo quod nō nisi sola par damnandorū sibi remanebat: in maiorem persecutionem aduersus eam exarsit, & totum flumen vitiorum post eam misit, & illam mergere tentauit. F

✠ AMBROS. Flumen aquæ, desideria sunt carnalia. Videns autem diabolus ecclesiā nō posse deiici persecutionibus, sed potius crescere & roborati: multitudinē desideriorum carnalium ei immittere voluit, quibus decepta ad mala opera traheretur.

✠ ANDRE.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quos faciebat accusabiles coram Deo ad malum eos impellendo, cogēs eos ad latriæ cultum sibi impendendum, vt dictum est.*

1 Et ipsi vicerunt, &c. *Istud non refertur ad eosdem Christianos in numero, sed ad illos qui non acquiescebant ei, magis eligentes mori. & sic erant victores per palmam martyrij ideo subditur:*

2 Et non dilexerunt. *Id est, vitam suam corpoream. Simile habetur Psal. 77. d.* Cum occideret eos, quærebant eum. *non enim de eisdem numero potest intelligi, quòd essent occisi, & quæcrēt eū pœnitentes, cum pœnitentia non sit post mortem, sed de alijs eiusdem populi.*

3 Propterea lætamini. *de martyrum glorificatione, & de Cosdroe deiectione.* 4 Væ terræ. *Hic consequenter describitur subditorum Cosdroe oppressio, qui cōpulsus redire ad terrā suam fuit valde iratus, & cœpit grauare subditos suos per exactiones & extorsiones multiplices, ad multiplicandum sibi bellatores vt regnū suum posset defendere ab Eraclio imperatore. & hoc est quod dicitur:* Væ terræ & mari. *quia nō solum dominabatur in aridas, sed etiā in pluribus insulis maris, & quia de mercimonijs per mare portatis augmentauit exactiones & pedagia.* 5 Quia descendit, &c. Id est, Cosdroe fugatus, *qui nominatur diabolus in parte præcedenti, sicut visum est.*

6 Sciens quod modicum. *erat enim iam senex & sic non habebat tempus vitæ in quo se posset de Eraclio vindicare: propter quod tradidit regnum filio suo.* Et postquam

MORALITER.

✠ 4 *Væ terræ & mari.* id est, cupidis bonorum terrestrium & demersis in aquis carnalium voluptatum.

† *Persecutus est mulierem, &c.* quia nititur parientes bonum conceptum quantum potest perturbare:

8 *Et datæ*

7 Et postquam vidit. *Licet enim ante persecutus fuisset ecclesiam, maximè exira terram suam, tamen tunc cœpit grauamē eius augmentare in terra sua, in qua habitabant multi Christiani eius tributarij, quos cœpit non solum in rebus, sed etiam in personis grauius persequi. Sicut Sennacherib fugiens de Iudæa propter purcussionē exercitus sui tempore regis Ezechiæ, cœpit grauius affligere Iudæos habitantes in sua terra quam ante, vt habetur, Tob 1.*

8 Et datæ sunt. *Hic declarat quoddā superius dictū, scilicet qualiter mulier amicta sole fugit in solitudinē: nam hoc fuit per auxilia Eraclij. ideo dicitur:* Et datæ sunt mulieri, &c. *Aquila verò signum est imperij Romanis ideo per ipsam intelligitur Eraclius. Alæ verò eius sunt acies sui exercitus. vnde & ala vna significatione est acies militaris. Et dicitur hic duæ, propter metaphoram seruādam. nam auis nō volat vnica ala, sed duabus. Dicitur autē exercitus Eraclij iuisse ecclesiā sub rege Persidis commorantem, quia Eraclius misit milites ex parte Græciæ ad recipiendā Christianos fugiētes de Persida. Vel quia regnum Persidis sic fortiter inuadebat in extremitatibus suis, q. Cosdroe bellatores erāt ibi totaliter occupati, q. Christiani de Persida facilius potuerint in Græciā transire. vel vtroq; modo.* 9 Vbi aliter per tempus, &c. *id est, per tres annos & dimidium, vt dictum est supra.*

10 Et misit serpens. *i gentem militarem secundum q. dicitur infra 17. d. Aquæ multæ populi multi ad interficiendum Christi nos fugientes.*

✠ Et adiuuit

8 *Et datæ sunt mulieri alæ duæ,* quæ sunt amor Dei & proximi, per quas euolat a facie diaboli.

10 *Et misit serpens ex ore suo, &c.* quia diabolus fugientibus ab eo mouet persecutionem temporalem, vt per impatientiam eos frangat.

† *Et aperuit*

✠ ANDREAS. Draco ex ore suo aquam instar fluminis, à tergo mulieris eructauit, hoc est, ingentem impiorum vitorum aut malignorum dęmonum, aut infestarum tentationum multitudinē aduersus illā armauit, quo hac ratione eā si queat, in seruitutem redigat. ✠ HAYMO. Post mulierem in desertum volante serpens ex ore suo flumen emisit, quia maxime post aduentū filij Dei, & post quam ecclesia cælestia petiit, infidelium multitudinem diabolus in necem sanctorū commouit.

✠ RVPERTVS. Aliter. Aqua instar flumi nis ex ore draconis corruptio est scripturarum. nota autem, quod non dixit, misit ex ore suo flumen, sed aquam tanquam flumen. Aqua denique quam serpens ille de ore suo mittit, similitudinem fluminis habere potest, sed vere flumen esse non potest. nam flumen verum sancta scriptura, veraq; doctrina Catholica est, quā ecclesia, quæ est mulier ista, mittere consueuit de fonte veritatis. Serpens autem de ore suo, aquas putridas doctrinæ nequam emittit, & quia de scripturis eisdem vsurpat, verè flumen videri vult.

B ✠ AVGVST. Aqua emissa de ore draconis, exercitum persequētium significat: absorpta aqua, de persequutoribus factam vindictā.

a *Et adiuuit terra.* f. Christus ecclesiæ suæ dedit vires patiendi.

b *Et aperuit.* i. præparauit, & idoneam se fecit, vt reciperet quicquid sibi inferrent ad similitudinem os aperientis. quod in passione sua fecit, in quo suis exemplum patiendi se proposuit.

c *Absorbuit.* i. omnes pœnas in se destruxit, factus immortalis & impassibilis, quod idem facit in suis.

✠ RICHARDVS. Terra mulierem contra flumen adiuuat, quia perfectorum & in fide stabilium collectio contra tentationē diabolicam fideles ecclesiæ persequentem, vnanimiter orat, & quasi ore absorbet flumen, dum orando vincit tentationem.

✠ AVGVST. Terram sanctam dicit, i sanctos quoties enim per sequutiones ecclesiæ irrogantur, Sanctæ terræ præcib. i. omnium sanctorum orationibus, aut amouentur, aut temperantur.

✠ AMBR. Possumus per terram Christum intelligere. Adiuitque terra mulierē, id est, Christus ecclesiam, & aperuit os suum, id est, sinum misericordiæ suæ appetuit, flumenque vitiorum eius potestas funditus extinxit.

d *Iratus est, &c.* i. quia licet non possit deuincere, non tamen desistit inuidere, & locum inuadendi quærere.

C ✠ AMB

✠ AMBROSIVS. Reliqui de semine, ecclesiæ electi sunt, qui in flumen mundi nasciturі sunt. D

✠ RICHAR. Quanto diabolus vincitur, tanto magis irascitur, & tanto deterius nocere conatur: & dū electos superare minime valet, infideles ad persequutionem commouet.

✠ HAYMO Fecit, quidē prælium draco cū his qui fuerunt ante Domini aduentum, sed amplius post aduentum filij Dei cepit seuire cum reliquis q erant de semine mulieris, id est, cum apostolis & martyribus quos neci tradidit.

✠ PRIMAS. Videns non posse continuari persequutionem, neque ad effectum noxia vota perduci, quibus ecclesiam Christi de mundo posse auferri putabat vel affectabat, scilicet domini corporis tropheo in cælestib. prævalentem, & in terrestrib. dominantem atque inferis imperantem. hoc inquam videns bellum quidem cū reliquis de semine ecclesiæ per singulas generationes indesinenter molitur ingerere, quam se iam nouit de mundo eradere omnino non posse: quia portæ inferni non prævalent aduersus eam.

e *Et stetit.* Nō tamē omnes illos vicit minores, sed tantū super are Mat. 16. nam. i. in fructuosos moram fecit, in quib. apparent signa vestigij.

✠ RICHAR Quid cōuenientius per arenam maris intelligimus, quam gentilitatem ab omnib diuinæ cogitationis & boni operis E fructib. infecundam, & diuersorum idolorum cultib. & vitiorum amaritudinib. agitatam? quæ bene arena dicitur, quia sterilis in bono, maris, quia instabilis & amara in malo.

✠ AMBR. Per arenam maris, multitudines reproborum, qui eo tempore futuri sunt designantur.

✠ HAYMO. Notandum autem quod idem draco non supra petram, sed super arenā stetisse dicitur, cunctis enim liquet quia serpens in petra vestigium habere non valet. In arena vero, quæque loca tetigerit, in eis signa sui corporis reliquit. In petra non stat draco, quia in cordib. sanctorum quæ voluptates nullę emolliunt, locum diabolus nullum inuenit. E contra in arena gressum figit, quia mentes quas humor concupiscentię carnalis emollit, inhabitat. hinc Iob dicitur: sub vmbra dormit in secreto calami, & c. quę ergo dominus in locis humentib. dormire perhibet, hunc Ioannes super arenam stare affirmat.

✠ RVPERTVS. Cum super arenam ruina contingere soleat, hic autem super arenam stetisse dicatur, quid per hoc innuitur, nisi temporis illius difficultas & tribulationis nimietas.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et adiuuit. *f habitatores Græciæ, vel milites Eraclij modo prædicto.*
2 Et absorbuit. *quia tuae gens à Cosdroe missa fuit, debellata.*
3 Et iratus est. *i. contra Catholicam plebem.*
4 Et abiit, &c. *i. cum illis Christianis qui non potuerunt fugere cū alijs, vel cum Eraclio & eius exercitu, ne intrarent regnum Persidis.*

ideo subditur:

5 Et stetit. *Per mare quod est congregatio aquarum intelligitur Cosdroe regnum quod erat valde populosum, Aquæ enim multæ populi multi. Per arenam quæ est in litore maris, intelligitur extremitas regni Persidis, in qua stetit exercitus Cosdroe, ne Eraclius cum suo exercitu posset transire.*

MORALITER,

† *Et aperuit.* hoc est virgo Maria de quā dicitur Isa. 65. Aperiatur terra & germinet saluatorem. ipsa namque sibi deuotos adiuuat contra dæmonem. Bernardus super missus est. in periculis, in angustiis, & in reb. dubiis respice stellam. inuoca Mariam.

4 *Et abiit, &c.* quia quando diabolus ab vno sancto deuincitur, vadit ad alium impugnandum. 5 *Et stetit.* per quam significatur F steriles in bono super quos stat tanquam in proprio loco.

CAP. XIII.

Vidi, &c. Bestia vel spiritualiter Antichristus, vel generaliter tota collectio a malorum, vel integer Antichristus caput & corpus.

✠ ANDREAS. Quidam per hanc bestiam accipiunt virtutem quandam virib. & nequitia Sathana inferiorem, cæteris autem dæmonib. vtroque genere eminentiorem: At Sanctus Methodius & Hypolitus & alij vetercs, de ipso Antichristo præsentem locum interpretati sunt, vt qui ex turbulento, plurimumque vndoso vitę huius mari egressurus sit.

✠ AMBR. Hæc bestia Antichristum significat. De mari autem visa

CAP. XIII.

a Vel de collectione malorum.

Vidi de mari bestiam

1 ✠ RVP. Ille draco, ille diabolus, nūc
2 alio quidem sed vicino nomine bestia dicitur, non ab re, sed pro rei nouæ magnitudine, q a qui prius erat diabolus draco dicebatur, in homine erit, & homine armabitur. De mari, i. de seculo præsenti nequam de fluxu generis humani nascendo bestia talis ascendit, de multitudine impiorum, de vndosa populositate malignantium ✠ HAYMO. Vbi in sacro eloquio singulariter bestia ponitur, ipsi malignorum spirituum principes, per illum designātur: vbi vero pluraliter, vel conuersa dæmonum portenta, vel bestiales hominum motus exprimuntur.

a *Capi*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

ET vidi, &c. *Descripta persecutione ecclesiæ sub Cosdroe, hic idem describitur sub eius filio sibi succedente, & diuiditur in tres partes: quia*

quia primo describitur successio regni. secundò processus prælij, ibi: Et vidi. *Tertiò terminus belli Persarum & Eraclij, ibi:* Si qui habet aurem. *Circa primum dicit Iohannes:*

1 Et vidi, &c. *id est, de regno Persidis ratione prædicta.*
2 Bestiam. *id est, filium Cosdroe bestialiter viuentem.*

✠ 1 *Ascen*

MORALITER.

1 *Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita, &c.* Hic ad li

ad literam describitur persecutio ecclesiæ sub filio Cosdroe, qui capitulo præcedenti vocatus est draco: ideo per eius filium

† *signifi*

a ¶ Quod ptincipium:vel per alios malos se extollentem. b ¶.i.principes. c ¶ Vniuersos malos. d ¶.i.eos per quos principes impugnant decalogum.
a ascēdentē habentē capita septem, & cornua decē, & super 1 †
a ¶ Quia non est aliqđ pceptū, qđ p principes non infringatur, & de quo ipsi non coronētur. b ¶.i.prin. 2
b cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina 3
a ¶ Quia dicunt Christum non Deum, sed magnum fuisse. ¶ Missi à principibus. 4
c blasphemiæ. Et bestia quam vidi similis erat pardo, & pe- 5
¶ Maiores in sermone. a ¶ Quia deuorent & fœtent. 6
d des eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et 7
a ¶ Aliud per quod nocent. b ¶ Faciendi miracula. c ¶ Seducendi multos. 8
dedit illi draco virtutem suam, * & potestatem ma- 9
¶ Antichristum. a ¶ Fingentem se tanquam mortuum. 10
e gnam. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum 11

* & sedem suam.

A a *Capita*. Adhoc vt bene posset istos vincere, talem familiam sibi instituit.
✠ AMBROSIVS. Draco similiter superius septem capita habuisse dictus est & in capitib septem diademata, per quæ omnes reprobos quib. diabolus ad decipiendū genus humanum vsus est, diximꝰ fuisse designatos. Hęc autem bestia non in capitib. sed in decem cornib. decem diademata habuisse describitur. Ideoque per decē cornua gentes quas sibi Antichristus subiugaturus est, designantur: septē vero capita, septem principalia vitia.
✠ ANDREAS. Per decem cornua totidem diadematis exornata, & septem capita, familiaritatem illam intelligi volunt, quę
B inter ipsum & diabolum intercedet, regnique terreni in decē partes sectiones, & regnum præterea septenarium mūdi huius cursui conformatum, septem quidem dierum spatio dimensum, & in septem rursum successiones distributum.
✠ HAYMO. Per septem capita, omnes reges intelliguntur, per decem cornua omnia regna: multas enim potestates huius seculi habebit sibi subditas, quib. & honorem dabit & mundi regna domino permittente.
b *Nomina blasphemiæ*. Variis hæresibus erat plena, vel variis simulationibus occultans vitia.
✠ AMBROSIVS. Blasphemia Antichristi plura nomina habebit, quia multis modis Christum blasphemabit.
✠ ANDREAS. Nomina autem blasphema in capitib. hoc est, in satellitib. & administris illius comperiuntur quàm plurima. nam quotquot iam inde ab initio tyranni vsque ad Constantini magni imperium extiterunt, omnes certatim blasphemauerunt.
✠ RICHARD. Sunt nomina blasphemiæ: quia gentium principes Christum blasphemauerunt negantes eum Deum & dicentes eum fuisse magnum.
✠ RVPER. Super capita bestiæ, nomina blasphemiæ, qa singuli regna regib. suis nomen, quod est Deus, adscripserunt, vel i-
C psi reges vltro præripuerunt, quod nimirum est blasphemare.

c *Et bestia, &c.* ✠ AMBRO. Per pardum qui fertur diuersos co- D lores habere, hypocrisis Antichristi designatur. Qui cum sit futurus homo neqssimus, variis virtutib. se decolorabit, vt facilius stultos quosque decipiat. Per vrsum vero, qui callidissimum est animal, eius astutia ad decipiendos homines demonstrari potest. Per leonem nihil omnius eius crudelitas, ad dilacerandum populum Dei designatur.
✠ AVGVST. Pardo propter varietatē gentium similauit, Vrso, propter maliciā & vesaniam: leoni propter virtutem corporis, & linguæ superbiam. Et quia temporib. Antichristi cum varietate gentium & populorū regnum illius erit cōmixtum, pedes tanquam vrsi, duces eius, os eius, iussio eius.
✠ ANDR. Vel. Per pardum Græcorū, per vrsum Persarū, per leonē Babyloniorū regnū denotatur: q̄ oīa vnꝰ obtinebit Antichristus.
✠ HAYMO. Pardus, bestia est sæuissima & impatientissima, atque varietatis discolor cutis. Vrsus rapacissima est, primū pedib. E cōculcat & cōminuit, & sic omnia deuorat leo vero suo rugitu terrorē omnib. bestiis immittit: & cū sit fortissimus bestiarū, atq; ad nulliꝰ pādet occursū, tamē insidendo sibi prædā pripit. Tales vtiq; sunt hęretici, pagani, & cęteri, qui ad corpus Antichristi pertinēt.
d *Et dedit illi*. ✠ ANDR. Spiritalis draco est Sathanas, qui suam signis & mendacibus prodigiis potestatem impertietur Antichristo, idque ad instabilium hominum ruinam & interfectionem.
✠ AMBR. Virtutem suam diabolus quæ tota mala est, Antichristo dabit quia in illo habitabit, & per eum quidquid neqtia diaboli potest excogitare, operabitur. Sed quomodo diabolꝰ potestatem Antichristo dabit, cum non sit potestas, nisi à Deo? Deus dabit Antichristo potestatem, sed ipsum in tāto permutabit in malū vt tota diabolica esse credatur & sit. ✠ HAYM. Sicut in Christo plenitudo diuinitatis requiescit, ita in illo plenitudo nequitiæ. Et sicut Christus per virtutē verbi, oīa sua facit opera, ita & ille perditus, per diaboli potestatē qui in eo habitat omnia opera sua faciet.
e *Quasi occisum*. Simulabit se Antichristus mortuum, & per triduum latens, post apparebit dicens se suscitatum.

c Et be- ... AND F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ascendentem *regni Persidis potestatem.*
2 Habentem, &c. *exponatur sicut præcedenti capitulo de patre suo.*
3 Et super, &c. *quia capitaneis suarum acierum impendit quasi honorem regium, vt fortius decertarent contra Eraclium.*
4 Et super capita. *quia dicti capitanei prorumpebant in blasphemiā Christi, sicut & principes eorum, vt habetur parte sequenti.*
5 Et bestia, &c. *propter varietatem vitiorum, in quib. obstinatus erat secundum illud Iere.13.d.* Si potest Æthiops mutare pellem suā & pardus varietates coloris sui: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.
6 Et pedes eius. *habentes plantas magnas ad calcandum, sic iste anhelabat ad calcandum ecclesiam.*
7 Et os eius. *propter crudelitatem.*
8 Et dedit illi. *quia Cosdroe pater eius tradidit illi regnum suum sedens in turræ sua argentea, vt dicitur in legenda exaltationis sanctæ crucis.*
9 Et potestatem. *id est, exercitum fortem ad pugnandum contra Eraclium.*
10 Et vidi, &c. *Hic consequenter describitur processus prælij. circa quod sciendum, quòd expositores aliqui dicunt hic, quòd exercitus Eraclij, & exercitus filij Cosdroe occurrerunt sibi iuxta Danubium, & ex consensu vtriusque partis Eraclius & Cosdroe filius pugnauerunt ad singulare certamen: tali pacto quod victus subijceretur victori cum toto populo suo. Eraclius autem victor extitit, & sic filius Cosdroe cū toto suo populo ei se submisit. & secundum hoc dicit Ioh.* Et vidi vnū, *&c. i. primum & principale caput. Vnum enim in scriptura sacra aliquando ponitur pro primo, Gen.1.a.* Et factum est vespere & mane dies vnus. *i. primus: & istud caput vnum fuit filius Cosdroe, qui fuit vnum de septem capitib. bestiæ, sicut prædictum est capitulo præcedenti, de patre eius Cosdroe.* Quasi occisum, &c. *i. deuictum & subiectū Eraclio. Et quia per hoc non fuit mortuus simpliciter, ideo non dicitur occisum absolutè, sed quasi occisum:* Et plaga mortis, &c. *quia postea rebellauit Eraclio. & sic curatus fuit ab eius subiectione. Sed illud quod sequitur;* Et adorauerunt eum, &c. *q.d. nullus. non concordat cum dicta expositione. quòd enim deuictus ab Eraclio rebellaret, non est argumentum quòd esset inuincibilis, sed magis ad oppositum, sicut ipse iam fuerat deuictus ab Eraclio, & pater eius pluries debellatus. Item quia quod isti expositores dicunt, quòd hæc rebellio fuit post recessum Eraclij de Perside, interfecto Cosdroe & reportato vexillo crucis dominicæ. hic autem dicitur:* Et admirata est, &c. *propter eius curationem.* Et adorauerunt draconem. *per quem intelligitur Cosdroe. non enim adorauerunt eum post mortem suam, sed ante, vt dictum est supra. Propter quod aliter exponitur hæc litera de vulneratione læthali filij Cosdroe in vno conflictu contra spem humanam fuit satis cito curatus: propter quod gentes sibi subditæ crediderunt in eo esse aliquid numinis, cuius virtute fuerat sic sanatus, sicut & patrem suum adorauerant, vt dictum est. secundum hoc dicitur:* Et vidi vnū, &e. *i. filium Cosdroe ratione iam dicta.*
11 Quasi occisum, &c. *i. læthaliter vulneratum.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† significatur tyrannus qui est diaboli filius per eius imitationem. Et dicitur hic bestia habens septem capita, per quæ significantur septem vitia capitalia.
† *Et cornua decem.* i. vniuersos modos impugnandi bonos.
3 *Et super, &c.* i. omnem spem subiiciendi sibi iustitiam.
4 *Et super capita, &c.* quia semper paratus est Deum, & eius mēbra blasphemare. 5 *Et bestia, &c.* quia confirmatus est in malo. Iere.13.d. *Si mutare potest Æthiops pellem suam, & pardus varietates coloris sui: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*
6 *Et pedes eius, &c.* qui sunt lati ad calcandum: sic tyrannus studet calcare populum.
7 *Et os eius, &c.* quia quærit deuorare bona aliorum.
8 *Et dedit illi, &c.* quia tales diabolus adiuuat ad perficiendum maliciam suam. 10 *Et vidi, &c.* Quia propter infirmitatem vel aliud malum superueniens tyrannus territus aliquando incipit emendationem, sed illo malo transeunte reuertitur ad pristinam nequitiam vel maiorem.

† 1 Et

¶ Per ascensionem.
a in mortem, & plaga mortis eius curata est. Et admirata est 1
b ¶ Imitans bestiales. a ¶.i.Antichristum. b ¶.i.diabolum. 2
vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui 3
a ¶ Resurgendi vt videbatur. ¶ Antichristum. 4
dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam dicentes: 5
¶ Cum resurrexit. a ¶ Voluntati eius resistere. b ¶ Permissione Dei.
Quis similis bestię, & quis poterit pugnare cū ea? Et datum 6
a ¶ Magniloquio se extollens. b ¶ Quia dicet se filium Dei.
c est ei os loquens magna, & blasphemias, & data est ei po- 7
¶.i.operari per menses.
d testas facere menses quadragintaduos. Et aperuit os suum
a ¶ Negando Deum esse. b ¶.i.contra Deum, vel vsque ad Deum.
e in blasphemias ad Deum, & blasphemare nomen eius, &
a ¶.i.omnes illos qui ab illis maioribus proteguntur. ¶ Permissum.
tabernaculum eius, et eos qui in cælo habitāt. Et datum est
¶ Corporaliter. ¶ Vel eos.
illi bellum facere cum sanctis, & vincere illos. Et data est ei 8
potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & 9
a ¶.i.dediti terrenis.
gentem: & adorauerunt eam omnes qui inhabitabant ter-
¶.i.Reprobi tantum. a ¶ Qui liber est agni, ipse enim idem est agnus & liber.
f ram, quorū non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui 10

A ✠ ANDREAS. Caput quod hîc veluti iugulatum in medium proponitur alterutrum innuit, nimirum aut vnum aliquem è principib. ab Antichristo occisum, prestigiis eiusdem imposturisque actum, denuo excitatum apparuisse. Qua arte cum Simon magus familiariter vteretur, ab apostolorum corypheo est reprehensus. Aut certe Romanorū regnum diuisione illa in decem partes inter sectionem quodammodo passum, ad monarchiæ formam (cuiusmodi Augusti Cęsaris ætate exstabat) ab Antichristo redactū, rursum conualuisse, & quasi in integrū restitutū denuo visum esse.
✠ AMBR. Per caput quod nō occisum, sed quasi occisum visum est blasphemia intelligitur. Blasphemia ergo quasi occisa est modo: quia quamuis sint
B multi, qui multas blasphemias mente concipiant, malum quod mente cōceperint, nō audent proferre. Hoc igitur caput, tēporib. Antichristi mortuum videbitur, sed à diabolo in Antichristum resuscitabitur, quem ad blasphemandum Christum in tantum accendit, vt blasphematores omnes in suis blasphemiis antecedat.
✠ AVGVST. Quod dicit quasi occisum, Hęretici sunt qui simulant se confiteri Christum, & dum non sic credunt, vt fides Catholica habet, blasphemant: cū eum & occisum prædicent, & resurrexisse, quia ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis.
✠ HAYMO. Tanta temeritas erit in illo damnato homine, vt ad deludendos animos paruulorum, imitatione veri capitis Christi, occisum se dicat, & resurrexisse post mortem: ideoque ne forte veritas, sed illusio putetur, nequaquam affirmando dicitur, occisum, sed, quasi occisum.
a *Et plaga mortis*. Arte magica ascendet in area ferentib eum dæmonibus, & sic curabitur. plaga mortis. e. quia prius mortuus credebatur, post viuens reputabitur.
b *Et admirata est, &c.* ✠ ANDR Miracula q̄ Antichristus præstigiis suis operabitur, ad diabolum qui per ipsum & in ipso erit efficax, referri debent. Per ipsum enim draco imposturas suas exercens publicè adorabitur.
✠ AMBR. Per terram peccatores homines designantur sed quo modo diabolum adorabunt, quem non videbunt? Sed adorabunt Antichristum, & in Antichristo diabolum.
✠ HAYMO. aperte demonstrat quid sit admirari vniuersam terram post bestiam, i. reprobos & terrena sapientes. In eo itaque
C draconem adorarunt, quod bestiam i. Antichristum, non solum diuitiis & potentalibus, verum etiam electorum signis & virtutibus fultum: Christum esse putauerunt.
✠ RVPERVS. Hic illa generatio maxime culpatur, quæ talem D illum hominem susceptura est. In hoc culpatur, quia nisi terra essent, si quid eorū quæ sursum sunt saperēt, non admirarentur eius altitudinem, terrenem gloriam, quam verus Christus nihili pēdit.
c *Et data est ei, &c.* ✠ ANDREAS. Triennij spatio cū anni dimidio Deus sinet illū conuitiis, verbisque blasphemis, cæleste nomen impetere, sanctosque affligere.
✠ HAYMO. In tribus annis & dimidio, quadragintaduo menses sunt, atq; idcirco specialiter in his mensibus, vltimum tempus, & psequutio Antichristi significatur. Generaliter autē omne tempus huius seculi, à domini pdicatione vsq; ad seculi finē.
✠ AMBROSIVS. Sicut mihi videtur, in E tribus annis & dimidio, tempus persequutionis tantummodo cōprehēditur, in quo per se, & per discipulos suos, & per ostēsionē signorū mirabilium totus laborabit vt culturā Deitatis omnes homines sibi impēdāt.
✠ PRIMASIVS. His mensibus tres anni cum dimidio adimpletur, quibus superius quidem præsentis, nunc autem specialiter nouissima persequutiuis prænunciatur asperitas.
d *Et aperuit os suum*. In tantam fiduciam prorupit, vt quod occulte ante, iam tunc publicè audeat blasphemare. Primasius.
✠ AMBROSIVS. Blasphemabit nomē Dei, dicens Christum non esse Deum blasphemabit ecclesiam Dei dicens: nihil prodesse Christianam religionem fidelibus, sed interitum magis afferre quam salutem. Blasphemabit & eos qui in cælo habitant, i. martyres & cæteros sanctos dicens, nihil prodesse cuiquam, falsumque esse quicquid de eis à fidelibus asseritur.
✠ HAYMO. Ipse qui nunc apperit ora reproborum ad blasphemandum Deum vel Dei seruos, ipse tunc aperiet os corporaliter, cum in illo damnato homine habitare inceperit.
✠ AVGVST. Hic manifestum illos significari qui de ecclesia recesserunt Catholica, vt qui ante occulte intra ecclesiam quasi fidem rectam tenere videbantur, in persequutione aperto ore in Deum proferant blasphemiam.
e *Et liber*. i omnē institutionem eius per quā laudabilis apparet.
f *Quorum, &c.* ✠ AMBR. Liber vitæ prædestinatio est Dei omnipotentis. Reprobi non sunt scripti in libro vitæ, quia non sunt prædestinati ad vitam æternam.
✠ RVPERTVS In libro vitæ, id est, in cælo. Vbi ergo scripta F sunt nomina eorum qui eum adorabunt: in terra.

AVG

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et plaga mortis. *inopinabiliter.*
2 Et admirata est, &c. *propter talem curationem.*
3 Et adorauerunt draconem. *i. Cosdroe quia dedit potestatem bestiæ tradendo regnum filio suo.*
4 Et adorauerunt bestiam. *i. filium Cosdroe credentes in eo aliquid numinis esse.*
5 Dicentes, &c. *q.d. nullus. quia si in prælio vulneraretur curabitur sicut prius.*
6 Et datum est, &c. *per iactantiam & blasphemias contra Christum & ecclesiam.*
7 Et data est, &c. *qui faciunt tres annos & dimidium dictum enim est supra, quòd bellum Eraclij contra Persas durauit septem annis. & sic medietas illius temporis ascribitur Cosdroe, & alia medietas filio eius.*
8 Et datum est illi. *quia sanctum Anastasium cū.70. monachis & multos alios interfecit.*
9 Et data est, &c. *quia multæ gentes & diuersarum linguarum erant sub potestatem suam. & est hic hyperbolica locutio, accipiendo omnem populum & gentem pro multo populo & gente. sicut frequenter fit in scriptura, & in communi modo loquendi. sicut dicitur, tota ciuitas est in tali festo, ad denotandum, quòd sunt ibi multi de ciuitate. & similiter quod subditur:* Et adorauerunt eam omnes, &c.
10 Quorum non sunt, &c. *i. in libro prædestinationis diuinæ, qui dicitur, liber vitæ agni, ratione deitatis, & etiam ratione humanitatis, inquantum omnes prædestinati saluantur in fide mediatoris.*

✠ 1 Qui

MORALITER.

2 *Et admirata est, &c.* de tali euasione mali. quia communiter bonis hominibus, non contingit.
3 *Et adorauerunt draconem.* Quia reuerendo tyrannum reueretur diabolum, cuius est membrum.
6 *Et datum est, &c.* id est, permittitur loqui superba & blasphematoria.
7 *Et data est, &c.* Mensis dicitur à mene quod est defectus. & ideo facere mēses, id est, defectus est deficere tyrannus autem deficit in obseruantia decalogi & euangelij, & duplicis dilectionis præcepti: quod significatur per menses.42. nam quadraginta sunt quater decem, & sic significat decalogum & euangelium quadrupliciter descriptum. & per duos superadditos duplex charitatis pręceptum.
9 *Et data est illi, &c.* id est, super multos bonos & est hic hyperbolica locutio.

† 2 Si

A ✠ AVGVST. De diabolo dixit, vel eius populo, quia non est scriptum nomen eius in libro vitæ.
✠ HAYMO. Quis est autem liber vitæ agni, in quo Iustorum nomina numerentur adscribi, nisi vis quædam diuina, quæ ante mundi constitutionem, ad vitam æternam sanctos prædestinauit futuros? Qui liber prędestinationis sicut æternitate fixa electos tenet adscriptos, ita nequaquam vlla ratione reprobos admittit scribendos.

† ducit.

Haymo. a *Occisus*. In suis vt in Abel. Vel quia ante omnia dispositū est q̄ in fine temporum occideretur. Vel occisus. i. in agno mysticè quem Abel obtulit, vel in ipso Abel à fratre occiso præfiguratus est.

¶ q.d. cauete omnes. ¶ Intellectum. ¶ Intelligit.

a occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurē audiat. Qui

¶ In pœnas infernales.

b

c in captiuitatē † duxerit, in captiuitatē vadet: † qui in gladio

¶ i. in respectu pœnarum & remunerationis.

d occiderit, oportet eū gladio occidi. Hic est patiētia & fides

a ¶ Priore minorem. b ¶ Pseudo apostolos. c ¶ In superbiam vel perditionem proficientem. d ¶ Per amantes terrena.

e sanctorū. Et vidi aliā bestiā ascēdentē de terra: & hēbat cor-

f

† Gen. 19. a. Matt. 26. e.

✠ AMBROSIVS. Sed quærendum nobis est, quomodo agnus, id est Christus, ab origine mundi occisus esse dicatur. Vbicunque in diuinis scripturis ponitur hæc oratio, qui habet aures, &c. obscurum esse quod præcessit, demōstrat. Aures quippe cordis & intelligentiæ requirit. Agnus igitur ab origine mundi occisus est,
B quia eius mors ab exordio generis humani in sanctis patrib. præfigurata est. In primo homine dormiente, & Eua ex eius costa facta. figurata in Abel, Isaac, Ioseph, & plurib. sacrificiorum ritib. Quoties ergo mors Christi à patrib. præfigurata aut prædicata, quasi toties agnus occisus est. Quamuis hoc simpliciter possit intelligi, vt nō dicat agnum occisum ab origine mundi, sed nomina sanctorū scripta ab origine mūdi in libro agni q̄ p̄ eorū salute occisus est.

Haymo. b *Qui in capti*. Qui captiuat homines nunc à fide, tandem à salute, scilicet Antichristus, vel ipse diabolus.
✠ ANDREAS. Vnusquisq; præmia factis suis digna recipiet. qui igitur ad vexandum & affligendum proximum prompti expeditique fuere, ij à diabolo captiui abducentur, eius iuxta magnum Iacobum, mancipia effecti, cui per praua opera seruierunt, sathanæque gladio icti, æternam mortem sustinebunt.
✠ AMBROSIVS. Antichristus qui populum Christianū à creatore suo captiuabit, ipse à præsenti vita captiuabitur, & in infernum detrudetur. Et qui gladio malitiæ suæ multorum animas interempturus est, gladioque corporali iustorum corpora occisurus, ipse gladio mortis perpetuæ damnabitur.
✠ HAYMO. Hæc verba sicut pertinēt ad omne corpus Antichristi, ita & ad ipsum principem malorum Antichristum, qui duob. modis homines captiuabit, nimirum à fide Christi mente eos se-
C parans

parās, deinde ab ęternorum societate fidelium, quia qui ei obaudierint, perpetuo captiuitatis exilio damnabuntur. D
c *Qui in*. Antichrist⁹ & sui occidūt gladio materiali & persuasionis. & perierunt gladio æterni iudicij.
d *Hic est*. i. patiētiam & fidem tenebūt, quia illo destructo sciunt se remunerandos. Respiciendo pœnā malorum & remunerationem bonorum patientes fiunt & fidē tenēt.
e *Et vidi*. Descripta tribulatione quæ erit per Antichristum, & suos participes: subiūgit aliam quæ fiet per suos apostolos quos ipse per totum mundum sparget.
✠ RICHARDVS. Vidēs diabolus sanctam ecclesiam donis cælestibus, multis virtutibus & auxiliis munitam, & supra petram quæ Christus est, firmiter fundatam, non vno modo nocendi, sed diuersis aggreditur, & eam expugnare conatur. Vnde qui per bestiam ascendentem de mari impugnari eam superius legitur, & per bestiam ascendentem de terra eam impetere nunc perhibetur: quia non solum per crudeles gentium principes, verum & per falsos falsorum christianorum ministros & reges, quietem eius frequenter pulsat, & per illos nonnunquam turbat.
✠ ANDREAS. Sunt qui per hanc bestiam Antichristum intelligant: aliis magis placet quempiam è diabolorum numero esse. nos autem putamus per bestiam hoc loco, pseudoprophetam denotari quæ sententia Irenæo probatur. E
✠ AMBRO. Hæc bestia aut vnum ex discipulis Antichristi designat, deteriorem cæteris, aut multos, q̄ eum prædicaturi sunt. q̄ de terra ascendere visa est, quia de societate reproborum exurget.
✠ RVPERTVS. Quæ est hæc bestia alia quam vidit ascendentem de terra? Aut quomodo duæ sunt bestię. cum vnum sit corpus generationis prauæ, sicut econtra vnum est corpus generationis sanctæ & electæ? Ad hæc sciendum, quia generatio nequam cum vna sit, alia tamen & alia dicitur bestia, propter geminā vim bellicam, scilicet siue regiam, atque magicam.
✠ GREGO. Priorem quippe bestiam, i. Antichristū superiore iā descriptione narrauerat, post quē etiam hæc alia bestia ascēdere dicitur, q̄a post eū multitudo prædicatorū illius ex terrena potestate gloriatur. De terra q̄ppe ascēdere, est de terrena gloria supbire.
f *Cornua*. Quia simulabunt se habere innocentiam, & purā vitam & veram doctrinā & miracula, quæ Christus habuit & suis dedit. Vel duo Testamenta sibi vsurpabunt. ☞ AND F

Primasius. Haymo.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui occisus. *quod dupliciter potest intelligi. Vno modo dispositiuè, quia sic Deus ab æterno disposuit mundum facere, quæ quidem dispositio potest dici quædam mundi origo, inquantum ad exēplar mundi præconcepti æternaliter à Deo productus est mundus temporaliter in effectu, vnde Boetius libro de consolatione. Tu cuncta superno ducis ab exemplo, Mundum mente gerens similémque imagine formans. Alio modo figuratiuè. & sic ab initio mundi Christus in Abel fuit occisus. nam occiso Abel innocente fuit figura occisionis huius agni, vnde dicit Aug. quòd fuit in Abel occisus, & in prophetis exhonoratus.*
2 Si quis. *Hic vltimo describitur finis belli Persarum & Eraclij, cū dicitur:* Si quis habet. *i.* intellectum.
3 Audiat. *supple finem belli Eraclij & Persarum. quia Persæ qui multos Christianos duxerant captiuos, ab Eraclio & eius exercitu fuerunt captiuati.*
4 Qui in gla. *q̄a Cosdroe q̄ multos occiderat ab Eraclio est occisus.*
5 Hic est. *quia Zacharias patriarcha Ierosolymitanus qui cum aliis plurib. sanctis ductus fuerat in Persidem captiuus, habuit meritum patientiæ, & per Eraclium cum eis fuit in Ierusalem reductus.*
6 Et vidi. *Descripta ecclesiæ persecutione à Cosdroe & eius filio. hic consequenter idem describitur sub Mahumeto & eius populo. & diuiditur in tres partes, nam hæc persecutio primo incipitur, secundo alia intercipitur se. c. ibi:* Et vidi & ecce nub. *tertio primo resumitur. 16. c. ibi:* Et sex. *Prima adhuc in tres. quia primo ponitur cōditio sectæ Saracenorum, secundo persecutio Christianorum. in principio se. c. tertio punitio persecutorum, ibi:* Et alios angelos. *Prima adhuc in duas. quia primo ponitur dictæ sectæ conditio. secundo cuiusdam sententiæ secretæ velatio, ibi:* Hic sapientia est. *Circa primum sciendum, quòd licet de incboatione sectæ Mahumeti varia dicantur à diuersis, tamen conuenientius tenetur, quòd incœpit circa finem temporis Eraclij, de quo dictum est in parte præce. hic autem Mahumetus de paupertate ad diuitias eleuatus cogitauit fieri rex Ismaelitarum, de quo populo erat qui propriè dicuntur Agareni. nam Ismael fuit filius Agar ancillæ Saræ, Gen. 16. dicūtur tamē vsurpatiuè Saraceni à Sara libera. Ad obtinendum verò propositum vsus fuit consilio, & auxilio cuiusdam monachi hæretici, nomine Sergij: condendo legem falsam & carnalem, & quibusdam autoritatib. vete. ac no. Test. coloratam, vt sic non solū à Gentibus ad carnalia pronis, sed etiam à simplicib. Christianis & Iudæis, de quib. aliqui habitabant cum Ismaelitis, facilius reciperetur: finxit etiam legem illam à Deo reuelatam tanquam prophetæ Dei summo. Igitur de ipso dicitur:* Et vidi, &c. *i. Mahumetum vitā voluptuosam ducentem, quæ bestialis dicitur. j. Ethi. nam fuit luxuriosus & libidinis ardore succensus super omnes homines orientalis regionis, iactans se solum super quadraginta homines ex diuino munere virtutem generatiuā & coeundi potestatem habere, vt scribitur historiæ orientalis ecclesiæ. li. j. c. 5. qui aliter nominatur s. liber episcopi Aconensis; quia fuit auctor huius libri.*

Diuisio

Saraceni Agareni.

7 Ascendentem, *quia per mercationes & rapinas ascendit de paupertate ad diuitias, vt dicitur ibidem.*
8 Et habebat. *i. Christi cuius duo cornua dicuntur hic prophetia inquantū fuit viator, prout declaratū fuit Luc. 7. super illud:* Propheta magnus surrexit in nobis, &c. *& lator legis nouæ. Mahumetus vero finxit se esse prophetam, & legis diuinæ latorem, vt dictum est. propter quod dicitur habere duo cornua similia cornib. agni, quia non fuerunt talia secundum veritatem, sed secundum humanam fictionem.* ✠ 1 Et lo

MORALITER.

† 2 *Si quis* q.d. sicut tyrannus bonos captiuat & occidit temporaliter, sic æternaliter captiuabitur, & ad mortem gehennę ducetur.
6 *Et vidi.* hoc literaliter exponitur de Mahumeto qui legē falsam dedit Ismaelitis. ideo mysticè potest exponi de quolibet hęresiarcha, qui doctrinā erroneam dat discipulis suis. ideo subditur: 7 Et
8 *Et habebat, &c.* s. Christi, cuius duo cornua sunt duo testamenta, quorum vetus dedit per prophetas, nouum autem per semetipsum, sicut dicitur Hebr. 1 a. *Olim Deus loquens patribus in prophetis, &c.* Hæresiarcha verò suam doctrinam nititur defendere per scripturam veteris & noui Testamenti, quia tamen male allegat eam non dicitur habere cornua agni, sed similia cornibus agni. † 1 *Et lo*

A ✠ ANDREAS. Dicitur habere duo cornua agni cornib. similia, ob id fortassis quod sub ouina pelle cædis studium occultiq; lupi ferociam cælare studeat tum etiam quod initio aliquam pietatis formam præ se feret, qua de re Irenæus fere ita scribit de sathan; satellite (quem pseudoprophetam vocat) loquebatur ait vt draco.
✠ GREGOR. Habet duo cornua agni similia, quia per hypocrisim sanctitatis, eā quā in se veraciter dominus habuit singularem, *sibi inesse sapientiam* mentitur & vitā. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentinum virus infundit, rectè subditur: Et loquebatur vt draco. Ista ergo bestia, i. prædicantium multitudo, si aperte

li. 31. moral cap. 26.

a ¶ Qui si quid boni in eis videbitur, simulatio erit. b ¶ i. omnes modos decipiendi quibus Antichristus decipit.

a nua duo similiā agni. Et loquebatur sicut draco. Et pote-

b statetem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius,

¶ Antichristum.

c & fecit terram & inhabitantes in ea adorare bestiam pri-

¶ Ad confirmationem prædicationis.

d mam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa ma-

e gna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in ter-

a ¶ Permissione Dei. b ¶ Id inuocatione nominis Antichristi.

f ra, propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu be-

¶ Præcipiens, a ¶ Se conformans illi. ¶ Vel ad literam, i. aliquam statuam.

stiæ: dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem

B vt draco loqueretur, agno similis non appareret, sed assumit agni speciem, vt draconis exerceat operationem.
✠ AVGVST. Hæc est illa quæ sub nomine christiano agnum præfert, vt draconis venena latenter infundat. Hæc est hæretica ecclesia: agni enim similitudinem non imitaretur, si aperte loqueretur, nunc Christianitatem [fi]ngit, quo securius incātos decipiat.
✠ RICHARD. Falsi christiani duo habent cornua, agni similia: quia habent duo testamenta, vnum per significationem, aliud per exhibitionem Christum prædicātia: habent, inquam, per scientię cognitionem, non per vitæ sanctitatem.
a *Et loquebatur.* i. pseudoapostoli ita loquentur sicut diabolus in Antichristo erat locutus.
b *Et potestatem.* Quia in omnibus caput suum sibi præponebāt s. Antichristo.
✠ AMBRO. Quod dicit in conspectu eius, significat in nomine eius, non enim præsens poterit Antichristus in omnib. locis, vbi fuerit prædicatus à suis. faciet namque miracula Antichristus arte diabolica, facient & discipuli eius, sed eorum miracula, falsa erunt, non vera non enim credibile est, vt eos quos Deus excecauerat, sanitati possint restituere, sed eos tantummodo quos ipsi deseruit, lædentes in occulto, sanantes in aperto.
✠ HAYMO. Quia sicut Antichristus fraude, blandimentis, & doctrinis, terrorib. & tormentis decipit, ita & omnes ministri eius. Quid est autem quod dicit, in conspectu eius? nunquid enim prædicato

dicatores antichristi, semper in eius præsentia manere poterunt? non: quin potius discurrent per vniuersas mundi partes prædicando, sed vbicunque sint, ita ea facere studebunt quæ illi sciunt placita: quasi semper ab eo videantur, & in eius conspectu consistāt. Intantum quippe illum honorabunt, vt quicquid acturi sunt, corā ipso se agere dicant, tanquam nihil eum latere possit. Sicut enim sancti q̄ iugiter eius voluntatē custodiunt, in conspectu Dei se manere fatentur, ita & illi. D
c *Terram.* i. terrenos, & in amore terræ perseuerātes. vel terra secundum corpus, habitantes in ea secūdum animam.
d *Adorare.* Quia & hi simulata resurrectione prædicationis suæ faciunt fundamentum sicut & apostoli Christi, fecerunt. E
e *Ignem.* i. malignum spiritū super suos facit descendere, vt loquantur variis linguis. Vt apostolis datus est spiritussanctus in specie ignis, & sic illi dabunt spiritum malignum in specie ignis.

Haymo.

✠ AMBR. Legimus in libro Iob, diabolum ex permissione Dei ignem de cælo fecisse descendere, & oues Iob puerosque consumpsisse quod ergo illic per semetipsum fecit, hoc per Antichristum & sequaces eius extremo tempore faciet.
✠ ANDREAS. Non est autem mirum, aut nouum, si in oculis hominum iam errore excæcatorum de cælo ignem descendere faciat impostor postea quam ex historia Iob compertū habemus, ignem diaboli virtute incensum, supernéq; dilapsum iusti viri armentū, Deo id permittēte tēporis quasi puncto totum absūpsisse.
✠ AVGVST. Vel. Et quia ecclesia cælum est, quid est ignem de cælo descendere in terram, nisi hæreses de ecclesia cadere? Ignis enim de cælo descendit, quando hæretici, qui de ecclesia velut ignis recedunt, ecclesiam ipsam persequuntur.
✠ PRIMASIVS. Et ideo fortasse hoc excellens de igne signū, quo spiritus sanctus figuratur. voluit specialiter nominare, quòd potior illo inueniri non poterat. nam cum multa, hæreses nobiscū videantur habere communia, hoc specialiter donum sola se habere Christi gloriatur ecclesia.
f *In conspectu.* Vt omnes videre possint, cum apostoli in conclaui acceperunt. Act. 2. a.
F ☞ a *Vt lo*

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et loquebatur *s. astutè, mendaciter & dolosè.*
2 Et potestatem. *Quod exponunt aliqui de potestate filij Cosdroe, qui supra nominatus est bestia: nam Mahumetus & eius sequaces potestatem regni Persarum transtulerūt ad Saracenos & sic dicitur hic fecisse omnem potestatem prioris bestiæ. Sed huic expositioni videtur contradicere quod sequitur:* Et fecit terram, &c. *nam auferendo potestatem à Persis non fecit adorare regem eorum, sed magis contrarium Propter quod mihi videtur, saluo iudicio meliori, quòd hic prior bestia sit ipse Mahumetus, qui dicitur bestia ratione vitæ bestialis, vt dictum est: & prima, quia primus rex fuit Saracenorum bestialiter viuentium. Modus autem primi regis in aliquo regno est regimen suum firmare & dilatare quantum potest, quod fecit ipse Mahumetus, ideo dicitur:* Et potestatem, &c. *quia quidquid solet facere primus rex ad firmandum & dilatandum suam potestatem, diligentius habebat.*
3 In conspectu eius *i. prout sibi ad finem intantum expediens videbatur.*
4 Et fecit terram, &c. *s. seipsum, qui dicitur bestia prima ratione dicta, non tamen fecit se adorare tanquam Deum, sicut fecit Cosdroe, sed sicut prophetam Dei summum.*
5 Cuius curata. *Mahumetus enim in quodam bello fuit grauiter vulneratus sed postea curatus, vt dicitur primo libro Historiæ orientalis ecclesiæ c. 5.*
6 Et fecit signa. *falsa tamen.* 7 Vt

7 Vt etiam. *Hic accipitur ignis metaphoricè sicut & alia quæ dicuntur hic. Mahumetus enim postquam iam magnus erat effectus, cœpit cadere epilentica passione, propter quod ne ex hoc vilificaretur dixit se hoc pati ex apparētia Gabrielis archangeli, vtpote homo purus non potens sustinere refulgentiam ipsius, sicut Daniel 10. d. dixit angelo sibi apparenti:* Domine mi in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium *angeli verò ignis vocantur, Psal. 103. a.* Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. *Et quia istud erat falsum nunc subditur:*
8 In conspectu. *i. in opinione falso sibi credentium. Dixerunt etiam sui discipuli, quòd lunam à se vocatam fecit descendere, quæ ratione luminis conuenit cum igne, & sic secundum opinionem hominum fecit ignem descendere.*
9 Et seduxit. *per se & discipulos suos.*
10 Propter signa. *quæ falso dicta sunt de eo.*
11 In conspectu. *i. suipsius, sciebant enim, quòd erant signa mendacia, Vel aliter:* In conspe. be. *i. populi bestialis, & de facili seductibilis, qualis erat populus Hismaelitarum habitans in desertis.*
12 Dicens habitantib. *sibi subiecta.*
13 Vt faciat, &c. *Hoc additur ad designandum quòd bestia hic accipitur pro ipso Mahumeto, & non pro populo per ipsum decepto. Dicitur autem eius imago lex ab eo data, in qua repræsentatur eius conditio & vita, quam præcepit firmiter custodiri. Et hoc est quod dicitur:* Vt faciant, &c. *i. opere adimpleant eius legem.* ✠ Et da

MORALITER.

† 1 *Et loquebatur.* i. sicut diabolus suggerit ei.
2 *Et potestatem.* per quam significatur tyrannus, vt dictum est, cuius amicitiam & familiaritem quærit hæresiarcha, vt ad defensionem suæ hæresis vtatur eius potestate, sicut legitur de Arrio & pluribus aliis: & sic potestatem eius facere dicitur inquantum ea ad malum vtitur.
4 *Et fecit terram, &c.* i. tyrannum inducens populum ad eius re- 6 *Et*
6 *Et fecit signa, &c.* Hoc fuit in Pelagio cuius discipuli dixerūt, quòd fuit spiritussanctus, qui est ignis diuinus. Et quia hoc erat falsum, ideo subditur:
8 *In conspectu hominum.* i. secundum falsam æstimationem credentium.
12 *Dicens habitantibus, &c.* id est, vt facerent reuerentiam filio tyrāni, qui est eius imago naturalis, vt sic ad defensionem suæ hęresis succederet patri. † *Et da*

Universidad de Deusto Biblioteca

A a Vt loquatur imago. Qui magica arte faciet statuam loqui & futura prædicere.

✠ ANDREAS. Narrat Appollonius, & alii confirmans, dęmones incantationum & prestigiatum vi, per imagines & & statuas, per arbores rursum & aquas, perque alia eiusmodi sæpenumero loquutos: arbitror & per mortuorum cadauera loqui posse: nam & Simon magus in B. Petri apostolorum coriphei, multorumq; Romanorum præsentia, mortuum hactenus ex suscitauit, quatenus se se palam mouere videretur, & si interim apostolus imposturam, hoc est virtutē qua falso eum excitauerat, aperuerit, & vim, qua mortui verè resurgunt, publicè de-B clarauerit. Ad eum itaque modum probabile fit, Antichristum prodromum & administrum dæmonū vt impulsum, bestiæ imaginem facturum, arte & fraude diaboli illi loquendi facultatem communicaturum.

a ¶ Mortis. b ¶ Resurrexit. c ¶ A diabolo permissione Dei.
bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. Et datum est illi, 1
a ¶ Conformibus Antichristi. b ¶ Diuersis linguis. c ¶ i. conformes eius
a vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago be- 2
a ¶ Per principes seculi. b ¶ i. conformantes se ei, vel ad literam. 3
stiæ. Et faciet, vt quicunque non adorauerit imaginem be- 4
a ¶ Morte corporis. b ¶ Quia dicent Deum suum & omnes recipere & neminem abiicere. 5
stię, occidatur. Et faciet eos pusillos & magnos, & diuites & 6
b pauperes, & liberos & seruos, habere characterem in dex- 7
a ¶ Ad literam, vel seruos Dei acquirere, vel ad spiritualem sensum. 8
c tera manu, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere, aut 9
a ¶ Quia signati sunt nomine eius, & eum fatebuntur. 10
vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestiæ, 11
a ¶ Vel nomen. b ¶ Quia res obscura, attentos facit. 12
d aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet 13
e a ¶ Vel nomen. b ¶ Licet per hoc Deus videatur, sapienti purus homo apparebit. 14
intellectum computet numerum bestiæ. Numerus enim 15
16

✠ AMBROSIVS. Sed & hoc quosdam magos fecisse legimus, faciebant quippè per artem necromanticam, vt statuæ viderentur moueri & loqui aliter. Imago speciem habet hominis, sed non est homo. Similiter & Antichristus propter operationem signorum putabitur esse Deus, sed hoc falsissimum erit. Imaginem autem Antichristi facient qui eum Deum existimabunt.

✠ RICHARDVS. Aliter faciet imaginem Antichristi materialem, sicut nos corpoream saluatoris, & illam per incantationes faciet loqui.

b *Habere characterem, &c.* In manu & in fronte ponent signa, vt omnes Deum confiteantur suum, verbo & opere.

✠ AMBROSIVS. Potest fieri vt sicut nos habemus caracterē Christi i. crucem, qua signamur, ita habeat antichristus proprium cgaracterem, quo signētur ij qui in eum crediderint. Aliter sæpè per manus, opera intelligūtur characterem ergo Antichristi in dextera manu habebunt: quia opera maligna doctrinæ antichristi congruentia exercebunt: habebunt & in fronte, per quam mens sæpe discernitur, qua ex prauis operib. quas pessimas mentes gerant, dignoscitur.

C ✠ HAYMO. Quid per dexteram manum reprobotum intelligitur nisi operatio illorum? & quid per frontem nisi fides exprimitur? Habēt ergo characterem in dextera manu & in frontib. quia vbi debuerunt habere pura ora virtutum, & fidei, ibi inueniuntur maculæ criminis deturpari. In manib. Iudæi habent characterem eius, quia diaboli opera faciunt in fronte, quia in eum credēt & illū recepturi sunt. D

c *Nullus possit emere &c.* ✠ ANDREAS. Quin bestiæ quoque calculum ad omnes vbique contractus, & negotiationes extenderit, ita vt nulli emere aut vēdere liceat, qui eū recipere detrectet, quò ea saltem ratione fideles ob rerum ad vitæ vsum necessariarū penuriam, ad violentam mortem adigat. ✠ AMBROSIVS. Scimus humanam vitam nō posse subsistere, nisi aut vendant aliquādo homines, aut emant. Eò itaque Antichristi persequutio erga fideles crudelius grassabitur, quò eis hoc interdictū fuerit, sine quo viuere non poterunt. Faciant autem hoc Antihristi ministri, vt in tempore necessitatis, eos, qui christianitatis fidem occultè seruare voluerint, deprehendant. PRIMAS. In hac mercandi & vendendi mentione docuit quòd sicut in bono symbolum tradit ecclesia profuturū nostræ saluti, ita & illi in malo se definitione quasi nouerint coarctari atque vinciri, vt nec mercandi aut vendendi sinantur habere licentiam, sicut mercatores, qui vna videntur naue portari, vniformi cognoscuntur signo teneri. E

d *Numerum.* i. qui expectant ab eo eo remunerationem minorem, vel mediocrem, vel maximam.

e *Qui habet.* Cum liber Græcè sit æditus secundum Græcos numerus est quærendus, apud quos omnes literę numerum significāt nomen eius Antemos quod ei competit, qui Christo contrarius dicitur. a. vnum n. quinquaginta t. ccc. e. quinq;. m. quagraginta. o. septuaginta, s. cc. Vel Arnoyme. i. nego qui Christū negat Deum in quo idem numerus. a. vnum, r cc. n. quinquaginta. o. lxx y cccc. m. xl. e. quinque. Vel eitan. i. sol, gigas, quod verè Christo, vsurpatiuè conuenit Antichristo. T. ccc. e. quinque i. x. iterum t. ccc. a. vnum. n. l. Vel latinis literis. Diclux. quia ipse se lucē esse dicet. D. quingenti. i. vnum c. centum. l. quinquaginta. v. quinque x. decem & sic eadem summa. ☞ Sex

Primasius. Haymo. Richardus.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et datum. *i. permissum à Deo.*
2 Vt daret. *i. vigorem suæ legi. Lex enim dicitur viua quandiu viget, & mortua cum abrogatur.*
3 Et vt loquatur. *i. sententiam suam ostendat, sicut dicitur:* Lex talis loquitur in tali casu. *nam omnia ferè accipiuntur hic metaphoricè.*
4 Et faciet. *Nam præcepit sub pœna mortis legem suam haberi in magna reuerentia.*
5 Et faciet, &c. *i omnes homines cuiuscunque conditionis.*
6 Habere characterem. *i. circuncisionem, vt dicunt aliqui, nam Saraceni sunt circuncisi sicut & Iudæi. Sed litera sequens dissonare videtur, cum dicitur:* In dextera manu, &c. *quia circuncisio non fit in partibus istis. Et ideo per characterem videtur hic intelligi determinatus modus viuendi secundum legem Mahumeti, quo Saraceni ab aliis gentibus distinguuntur. Ideo dicitur:*
7 In dextera manu. *quantum ad operationem.*
8 Aut in, &c. *per apertam confessionem.*
9 Et ne quis. *cum Saracenis in suis legalibus communicare.*
10 Nisi qui habeat. *i. modum viuendi dictum.*
11 Aut nomen. *Sicut Saraceni ficti. nam sicut inter Christianos sunt aliqui ficti, propter quod permittuntur communicari Christianis veris, sic est inter Saracenos.*
12 Aut numerum. *sicut serui Saracenorum, alterius tamen legis, qui communicant cum eis in humanis, eo quòd sunt de numero familiæ domus Saraceni.*
13 Hic sapientia. *Hic ponitur velatio cuiusdam secretæ sententiæ, s. numerus annorum respiciens Mahumetum. ideo dicitur:* Hic sapientia est. *id est, res occulta ad intelligendum, quam capere propriè est sapientum.*
14 Qui habet. *viuacem & penetratiuum occultorum.*
15 Computet. *i. Mahumeti, qui bestia dicitur, vt patet ex prædictis.*
16 Numerus enim. *s. anni. & ad quid referatur determinate iste numerus patet, quòd nō refertur ad numerum annorum vitæ ipsius quia non tantum vixit, sed. 63. annis, vt habetur in historiali speculo. Propter quod aliqui dixerunt, quòd refertur ad durationem legis ipsius, quæ tātum debet durare. Sed hoc non videtur verum: nam lex illa fuit data circa finem temporis Eraclij, vt prædictum est, qui cœpit imperare anno domini sexcentesimo. 13. & imperauit. 30. annis. à fine autem huius temporis vsque ad præsentem annum qui est annus domini 1319. fluxit maius tempus, vt patet consideranti. & tamen adhuc durat lex Mahumeti. Propter quod aliqui dicunt, quòd post mortem Mahumeti lex eius fuit correcta per sapientes Saracenos, & ab illa correctione debet incipere numerus annorum durationis illius legis. Sed hoc non videtur probabiliter dictum Tum quia non diceretur lex Mahumeti, sed sapientum. Tum quia illi sapientes dicuntur fuisse discipuli Mahumeti & sic illa correctio non fuit post eius dationem à Mahumeto per tempus notabiliter magnum. & sic ab illa correctione iam fluxerunt sexcenti. 69. vel de valde propinquo sunt complendi, & tamen lex Mahumeti non videtur hic propinqua cessationi: nam à paucis annis multum inualuit. Tartari enim qui sunt in maximo numero, legem illam perceperunt pro maiori parte illius populi, sicut audiui assertiue à quodam episcopo ordinis nostri, qui per plures annos inter Tartaros habitauit. Propter quod saluo meliori iudicio videtur, quòd iste numerus annorum sit incipiendus ab incarnatione Domini, & terminandus in morte Mahumeti. de quo prophetice loquitur hic Iohannes. Quod sic potest declarari. nam ab anno* ✠ incar

MORALITER.

1 *Et datum est illi: vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur, imago, &c.* id est, voluntatem filio tuendi suam hæresim verbis & factis.

✝ MORA

A Sex primus perfectus numerus est, & significat illos minus perfectos qui coniugari sunt, & pro modo suo decem præcepta seruāt. Sexaginta significat mediocriter perfectos, qui dimissis legalibus coniugiis in castitate permanent, & iterum decem præcepta pro modo suo complent. Centum significat perfectissimos qui mentis & corporis integritatem non violāt & decē præcepta perfectissimè seruant. *Hi reddunt fructum, alij tricesimum, alij sexagesimum, alij centesimum.* Et discipuli Antichristi tunc dicent neminem posse saluari, nisi Antichristo obtulerint aliquem de fructibus illis.

a ¶ Vel antemos, vel diclux.
hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex. 1

✠ IRENÆVS. Congruenter nomen bestiæ habebit numerum,
B sexcentos sexaginta sex, recapitulans in se omnē quæ fuit ante diluuium malitiæ commixtionem, quæ facta est ex angelica apostasia. Sexcenti namque anni Noe sub quo fuit diluuium, & numerus cubitorum idoli Nabuchodonosoris propter quod iusti in caminum ignis missi sunt, numerum (nominis significat. Illius (inquam) recapitulabitur sex milium annorum apostasia, & iniustitia, & nequitia.

L.5.c.29. Gen 6.& 7 Dan.2.& 3.

L.5.ca.30. ✠ IDEM. Certius autem est sustinere adimpletionem prophetiæ, quàm suspicari & diuinare nomina quælibet habentia numerum hunc, quod ex ipsis portabit qui veniet, quando multa nomina inueniri possunt habentia prædictum numerum.

✠ EVANTHAS enim nomen, habet numerum de quo quæritur sed nihil de eo affirmamus.

Sed & LATEINOS. nomen habet sexcentorum sexaginta sex numerum: sed non in hoc gloriabimur.

Sed & TEITAN. omnium nominum quæ apud nos inueniuntur magis fide dignum est. Etenim prædictum numerum habet in se. Nos tamen non periclitabimur in eo, nec asseuerantes pronunciabimus hoc eum nomen habiturum: scientes quoniam si oporteret manifestè præsenti tempore præconari nomen eius, per ipsum vtique æditum fuisset qui & Apocalypsin viderat. Hunc autem numerum nominis ostendit, vt caueamus illum venientē, sciētes quis est, nomen autem eius tacuit, quoniam dignum non est præconari à Spiritu sancto, &c. D

✠ ANDREAS. Cappadox & ARETHAS. Per modum exercitationis multa secundum B Hippolytum & alios, confingi possunt nomina, quæ numerum illum complectātur cùm propria tum etiam appellatiua, idque in omni propemodum lingua. Proprium exempli gratia Græcè sit λαμπετὴς, Latinè, Benedictus, Persicè Sarmnæus Similis in cæteris linguis efformatio fiat. Appellatiua verò, vt κακὸς ὁδηγός, dux improbus: ἀληθῶς βλαβερὸς, verè noxius: πάλαι βάσκανος, iam olim inuidus: ἀμνὸς ἄδικος, agnus iniquus, quibus ab illis præcipuè appellabitur Antichristus, qui errores illius auersantur: siquidem is gloriam suam in flagitiis probro dignis constituet vel maximè.

Com. in hunc locū. E

✠ AMBROSIVS. De hoc numero multi multa dixerunt, pluraque nomina reperierunt in quorum literis hic numerus inuenitur. Tamē si aliquod ex iis Antichristus possideat, præuidere non potuerunt. Sed de re tam incerta nihil audeo definire. Quis enim scit, si nomen quod ei à parentibus imponetur, hunc numerum contineat?

☞ CAP

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *incarnationis domini, vsq; ad finem imperij Eraclij fluxerunt anni sexcenti. 44. vt patet ex prædictis. & Mahumetus vixit. 63. annis, vt dictum est. & isti numeri simul iuncti faciunt septingentos sex annos. à quib. oportet subtrahere annos quib. Mahumetus vixit cum Eraclio. aliter illi anni bis computarentur, vt patet intuenti. Isti verò anni æstimantur probabiliter fuisse quadraginta, quia Mahumetus primo fuit pauper, & postea inualuit per mercationes. & postea per rapinas & fraudes, antequam attentaret se regem facere, & legem dare, quam dedit circa mortem Eraclij. & sic de vita Mahumeti videntur probabiliter fluxisse. 60 anni ante tempus mortis Eraclij, quib. demptis à septingentis sex, remanent præcisè sexcenti sexaginta sex anni ab incarnatione domini vsque ad mortem Mahumeti & secundum hoc potest litera exponi. Numerus enim hominis. s. Christi qui fuit homo perfectus sciētijs, & virtutibus ab instanti incarnationis.*

1 Numerus eius. *Mahumeti sexcenti. 66. quia tantus numerus annorum fuit anno quo dominus factus est homo vsque ad terminum vitæ Mahumeti, vt prædictum est. Sciendum autem, quòd liber Apocalypsis fuit scriptus in Græco, in quo habetur hoc nomen antemos, vbi dicitur hic. sexcenti. 66. cuius significatum propriū est, cōtrarius. quod proprie conuenit Mahumeto, qui fuit contrarius Christo negans eius diuinitatem, vt prædictum est, & persequēs Christianos, vt dicetur in parte sequenti. Significatum autem dictæ dictionis accōmodatum est huic numero sexenti. 46. Ad cuius intellectum sciendum, quòd sicut in latino aliquæ literæ accommodatæ sunt ad significandum numeros, sicut litera. c. ponitur pro centum. & l. pro quinquaginta. & sic de aliquibus aliis. ita similiter in græco literæ aliquæ ponūtur pro numeris, & illæ quibus scribitur hoc nomen antemos in græco, significat hoc modo latine sexcentos. 64. propter quod in aliquibus biblijs ponitur sic: Numerus enim hominis & numerus eius est diclux, quæ dictio significat apud Latinos numerum prædictum per literas quibus scribitur: quia litera. d. ponitur pro quingentis. i. pro vno c. pro centum. l. pro quinquaginta. v. pro quinque. x. pro decem: & hæc simul iuncta faciunt sexcentos sexaginta sex. qui numerus competit Mahumeto modo dicto. & quia ista ponuntur valde obscure, vt patet, ideo præmittitur: Hic sapientia est, &c.* F

✠ CAP

ADDITIO.

In c. 13. vbi dicitur in Postil. Et vidi aliam bestiam. *Descripta ecclesiæ persecutione sub Cosdroe & eius filio, hic consequenter, &c.*

Circa sectam Saracenorum, & eius sacrilegum autorem, de quibus beatus Iohannes secundum Postillatorem incipit agere ab ista visione, vbi dicitur: Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo, &c. *quædam occurrunt attendenda, quæ ad maiorem informationem fidelium præsertim simplicium sunt notanda. Primum de eius sectæ initio seu inchoatione, secundum de falsis, & ficticijs huius sectæ fundamentis, tertium de errorib. & vitiis multiplicib. in ea contentis, quartum de ratione & causa quare multitudo Gentium ad tantos errores confluxit, quintum de diuturnitate durationis eius. Circa primum sciendum, quòd licet omnes historiographi conueniunt in hoc quòd tempore Eraclij imperatoris circa finem vitæ suæ hæc secta nefanda habuit initium, non tamen omnes conueniunt de modo, causa seu occasione huiusmodi initij. Et fortè ideo Postillator prætermisit huiusmodi causam seu occasionem declarare, videtur tamen quòd hoc traditur sufficienter in quadam historia breui fratris Ptolemæi de luca, qui de historijs Isidori & Richardi & Martini multa collegit ad hoc pertinentia, in qua quidem historia habetur, quòd causa seu occasio ex qua huiusmodi error sumpsit principium, fuit magna tyrannis Eraclij imperatoris, qui post victoriam de Persis habitam, in superbia eleuatus & nimia cupiditate accensus, nimis premebat Persas & Arabes & Chaldæos & alios confines eiusdem, in tributis & aliis exactionib. grauib. & inordinatis, ex quo populi illarum regionum inclinati fuerunt ad resistendum exactorib. imperatoris: quod tamen non audebant committere, timentes eius tyrannidem & magnam potestatem. Sed Mahumetus qui maximæ audaciæ & versutiæ erat, & etiam magnis artibus eruditus se eis adiunxit, qui inueniens dispositionē gentium prædictarum, ad rebellandum Romano imperio eos incitauit ad committendam prædictam rebellionem, specialiter in denegandis tributis sub colore liberandi illas gentes à prædictis exactionib. Vnde gentes illæ acceperunt eum in ducem & caput sub quo sæpe debellauerunt collectores. Et gētes imperij de quib. prædictus Mahumetus obtinuit multas victorias. Et vt firmius huiusmodi principatum seu ducatum sibi vsurparet, conatus est dare eis nouum cultum & ritum, sub quo in dicta rebellione perseuerarent. vnde consilio seu suggestione cuiusdam hæretici monachi Sergij nomine accepit quædā quasi primæ sacramēta legis Mosaicæ & euangelij Christi, vt inf. patebit, vt sic crederetur à rudib. populis ipsum esse conseruatorem vtriusque legis seu Testamenti. Vnde rectè consideranti, hæc secta nefanda propriè assimilatur sectæ seu idololatriæ Ieroboam in suo initio. de quo agitur. 3. Reg. 12. b. vbi habetur, quòd propter fatuitatem Roboam, qui respuens consilium seniorum minatus est populum aggrauare in suis exactionibus: Ieroboam cœpit occasionem rebellandi regi, & deinde peruertendi populū à cultu diuino, qui quidem error perseuerauit in decē tribubus vsque ad eorum totalem transmigrationem seu perditionem, vt planius habetur. 3. & 4. Reg. Post verò huiusmodi initium in prædictis regionib. habitum: multæ aliæ gentes sunt commotæ ad adhærendum prædictis sub colore prædictæ libertatis. Et specialiter de radice montis Caucasi egressa est gens perfida contra Eraclium, quæ quidem gens Nabathea vocatur, quæ secundum Iero. à Nabaoth primogenito Ismael descendit: quæ quidem gens deuastauit regiones imperij vsque in Syriam & Iudæam, deinde permittente Deo & malicia humana crescente, totam Aphricam, & deinde Hispaniam ferè occupauerunt, & licet ab Hispania diuina miseratione opitulante, & probitate regum Hispaniæ pro Deo militantium pro maiori parte sunt eiecti: adhuc tamen hodie ad exercitium bonorum aliqua radix germinans fel, remanet.*

Origo, occasio, & tēpus sectæ Mahumetanæ.

Circa secundum. s. de falsis & ficticiis huius sectæ fundamētis sciendum, quòd seductor prædictus attendens, quòd tempore illo iam idololatria fuerat ab orbe exclusa per doctrinam apostolorum & discipulorum Christi prout prophetatum fuit Esa. secundo. de tempore Christi.

Et ido

Universidad de Deusto Biblioteca

A Et idola penitus conterentur, similiter & Cosdroe qui se fecerat vt Deum adorare, cum eius sequacibus fuerunt per Eraclium deuicti & suppressi, non inuenit alium modum introducendi ritum & cultum nouum, nisi fingendo se legis diuinæ hactenus approbare conseruatorem & executorem, & quia lex diuina ædificata est super fundamentum apostolorum & prophetarum, vt dicitur ad Eph.2. ideo finxit se esse prophetam & apostolum. Vnde his duobus nominibus communiter apud omnes qui hunc errorem fatentur, seductor ille appellatur, Vocant enim eum prophetam, simpliciter quasi antonomasice, vt intelligatur eximius prophetarum. Vocant etiam eum nuncium seu apostolum Dei communiter in suis oratorijs execratis, vt vtriusq; legis conseruator atque eruditor æstimaretur, per prophetiam.s. respectu antiqui Test. per apostolatum verò respectu noui. Rectè igitur in reuelatione facta beato Iohanni figuratur per bestiam ascendentem de terra quia bestialiter viuens, vt inf. patebit, de Gentilibus & cogitationib. terrenis ad sublimem potentiam mundanam ascendit.

Dicitur etiam habere duo cornua similia agni quia sicut veritas e-
B uangelica per duo cornua fuit diuulgata.s. propheticum & apostolicum, per propheticum.s. pronunciantem: & apostolicum declarantem, seu testificantem, sic falsitas Saracenica fuit ampliata per dictum seductorem fingentem se habere prædicta duo cornua simul, vt dictum est. Vnde notanter dicuntur duo cornua similia agni, ad ostendendum, quòd non erant vera agni cornua scilicet prophetia & apostolatus, sed similia, id est, ficta seu simulata.

Et notandum quòd Saraceni hæc duo cornua falsò nituntur fundare in dictis vtriusque Testamenti. De cornu enim prophetico allegant illud Deut.18.ca. Prophetam suscitabo eis, &c. quod dicunt de prædicto adimpleri De secundo verò allegant illud Ioh.14.d. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Sed falsitas vtriusque allegationis euidenter habetur. Nam in prima manifestè habetur: De medio fratrum tuorum. quod non potest de prædicto seductore intelligi quem ipsi confitentur fuisse Hismaelitā. In secunda autem manifestè habetur, quòd ille qui mittendus erat, habebat docere omnem veritatem & suggerere omnia quæ Christus præcepit constat autem quòd doctrinam euangelicam prædictus seductor quantum in se fuit subuertit, vnde de illo non possunt aliquo modo verificari verba prædicta. Similiter illud quod legitur Lu.21.c. E-
C go enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. non potest intelligi de prædicto seductore qui nullo modo docuit veritatem, nec ipse & eius sequaces per sapientiam resistunt, sed solum per violentiam, & armorum potentiam vt per experientiam habetur, & in suo Alchorano expresse traditur quòd Deus mandauit sibi, vt per gladium cogeret populos ad recipiendum fidem suam. Ad designādum autem seu fingendum, quòd ipse erat vtriusque Testamenti conseruator, & sic haberetur tanquā propheta & apostolus, præcepit seruare primū sacramentū antiqui Test.s. circūcisionē, & primum noui.s. baptismū. omnes enim sub prædicta secta errantes masculi circunciduntur, & tam viri quàm fœminæ baptizantur aqua. In vtroque tamen errauit manifestè ab vtroque Testamento. Nam circūcisio quæ in octaua die præcipitur fieri, vt Leui.12.a. in ætate adulta iuuenili, & vltra per ipsos fit: & sic prædicta circuncisio non est Mosaica, prout voluit fingere, sed Hismaelitica seu Nabaotica. Baptismus autem qui secundum veritatem apostolicæ doctrinæ non iteratur, cum sit generatio spiritualis correspondens generationi carnali non est nisi vnica. vnde ad Ephe 4.a. Vna fides, vnum baptisma. nam secundum glo. vna Christi mors vnum baptismum consecrauit. Ipsi vero fatuizantes sæpè & sæpissimè baptizantur, seu aqua abluuntur pro immundicijs tamen corporalibus: nam de spiritualibus immundicijs minime curant, & sic dicentes se conseruare vtranque legem, vtriusque manifestant corruptores: & sic patet quod huius sectæ fundamenta sunt falsissimæ fictiones.

Circa tertium.s. de erroribus & vitijs multiplicibus in ea contentis. Sciendum quod prout habetur in quodam tractatu fratris Nicolai de ordine prædicatorum, qui incipit: Quot sunt dies serui, &c. qui quidem frater in ciuitate famosissima Saracenorum, quæ dicitur Baldacum, in partibus orientalibus remotis sita, vbi generale studium Saracenorum habetur linguam & literam Arabicam didicit, & legem seu sectam eorū diligentissimè studuit, & cum magistro ipsorum frequenter conferens magis ac magis peruersitatem prædictæ legis apprehendit. Iste enim seductor vt plurimum secutus est in credendis errores famosorum hæreticorum: vnde negat trinitatem in diuinis, in quo sequitur Arriani, & Sabelliani errores. Negat etiam deitatem Christi. licet concedat ipsum fuisse creaturam supereminentem omnibus alijs creaturis, & sanctissimum & virtuosissimum super omnes homines, intantum quòd ipsum nominat verbum Dei & spiritum Dei & animam Dei. Negat etiam Christum esse Deum per vnionem personalem. Similiter concedit quòd fuit sine patre, & de virgine natus, asserit etiam quòd Iudæi non occiderunt Christum, sed quendam similem, & quòd Deus transtulit ipsum ad se, sed apparebit circa finem mundi, & occidet Antichristum, & postea Deus faciet ipsum mori. Tradit etiam, quòd dæmones possunt saluari per Alchoranum, & quod multi ex eis facti sunt Saraceni. Ponit etiam in Deo corporeitatem. Narrat
D enim, quod cum ipse iuisset ad Deum qui eum vocauerat per Gabrielem, quod Deus imposuit ei manus: & sensit tantam frigiditatem tactus à Deo inter humeros, quod peruenit frigiditas vsque ad medullam spinæ dorsi. Quæ quidem supradicta & multa alia falsa, & etiam absurda, quæ in suo Alchorano tradūtur credenda, prout in prædicto tractatu habetur causa breuitatis omittuntur, quæ omnia contradicunt euangelicæ veritati, & aliqua etiam rationi naturali, vt patet intuenti. Circa speranda etiam falsa & hæretica tradidit.

Vnde prout in prædicto habetur tractatu, prædictus seductor perniciosus asserit, quod vltima beatitudo hominis consistit in comedēdo & luxuriando & in vestibus preciosis, & hortis irriguis & huiusmodi. Quod etiam veri philosophi fide catholica carentes minime concedunt ex dictamine enim naturalis rationis coguntur concedere, quod fœlicitas humana nedum contemplatiua, sed etiam politica, consistit tantummodo in bono honesti, quod est bonum rationis Nam secundum Boe. in 3. de consol. Si voluptates beatos efficere possent, nihil causæ est, quin pecudes beatæ dicerentur, de quo plenius in 1. Ethic. Iste vero fatuus intantum attribuit veram & vltimam beatitudinem delitijs carnalibus, quod in præmium vltimum hoc promittit beatis, asserens, quod in paradiso cœlesti habent edere & bibere epulenter, & vti virginib. & huiusmodi: quod ridiculum est dicendum inter sensatos.

Circa vero agenda concedit pluralitatem vxorum, & concubinarū & ancillarum quantas quisque cœpit in bello, & potest nutrire: accepit etiam ipse indifferenter vxores aliorum. In quo videtur conuenire cum Nicolaitis hæreticis. Videtur etiam concedere Sodomiam tam cū
E viro quàm cum muliere, licet ipsi pallient quibusdam expositionib. extortis. De virtutib. autem, vt de humilitate, patientia, misericordia, vel de pace vel de charitate Dei & proximi nihil dicit dignum relatu, nisi quod ipse multum commendat psalterium, & alios prophetas, & Iob & legem Moysi, & super alia commendat euangelium Christi. Et dicit quod Christus in euangelio prophetauit de ipso filijs Israel dicens: Annuncio vobis de nuncio Dei qui post me venit, & nomen eius est Mahumetus quod quidem nomen asserit esse scriptum ab æterno in throno Dei in superiori parte ad dexteram: quæ & multa alia fabulosa & derisione digna in suo Alchorano ad literam continentur.

Sed quia nihil horum in lege diuina antiqua nec noua continetur, vt est manifestum, & ipse præcepit frequenter legem & Euangelium omnino obseruari, ideo finxit aliam falsitatem notoriam, scilicet quod Iudæi corruperunt legem Moysi & Prophetarum, & Christiani corruperunt Euangelium, & quod non remansit de veritate legis & Euangelij nisi tantum in Alchorano. Falsitas autem huius fictionis satis est manifesta. sed ad hoc possunt adduci rationes quæ prædictam falsitatem clarius demonstrant. Prima est: nam talis corruptio scripturarum prædicta non potuit esse generalis & manifesta, quia sic alienationes sciuissent, & illa corruptio fuisset notoria, quod est falsum notoriè. Nec potuit esse particularis & occulta, quia sic aliqui codices incorrupti remansissent, quod est falsum: Nam in omni lingua & in regione inuenitur lex Euangelium vniformiter scripta. Item textus
F veteris legis apud Hebræos est in lingua propria & litera quæ fuit in monte Sinai data patribus per Moysen. Et postquam fuerunt expulsi à terra promissionis, & per orbem dispersi eandem legem tenent vbique terrarum sine aliqua variatione. Et quod amplius est, tempore templi secundi post transmigrationem decem tribuum per regem Assyriorum, & duarum tribuum per regem Chadæorum, de quibus habetur in 4. Regum, fuerunt congregati in Aegypto. Lxx. interpretes de peritioribus eorum, qui iussu Ptolomæi regis Aegypti fecerunt .lxx. translationes, vnusquisque eorum seorsum vnam, quæ quidem lx. translationes fuerunt vniformes, ac si vno ore & calamo fuissent scriptæ vt habetur in historia scholastica. & apud Hæbreos qui hanc translationem Chaldaicam habent est nouissimum. Vnde talis corruptio non potest veteri Testam. applicari, & multo minus nouo testamento: Nam quatuor sacra Euangelia, quæ per orbem terrarum fuerunt diuulgata, & aliqua Hebraicè, & aliqua Grcæ, & aliqua Latinè scripta postea fuerunt à pseudoapostolis & hæreticis multipliciter impugnata, suffragantibus nonnullis imperatoribus, & aliis viris potentissimis variis hæresibus infectis: quæ tamen sacra Dei Euangelia diuina gratia opitulante, per sacra quatuor generalia concilia fuerunt firmiter approbata non sine signis vel diuinis miraculis. Vnde & hodie non solum apud Latinos, sed etiam apud Græcos, qui nobis aduersantur textus Euangeliorum vniformis habetur nemine discrepante. Ex quo patet quòd prædicta fictio non solum est euidenter falsa, sed potius contra eum facit: Quomodo enim mandat obseruari legem & Euangelium? Nam non illa quæ apud nos sunt cum ipsa dicit esse corrupta, nec etiam alia ab istis, cum nulla talia inueniantur in toto orbe, vt est manifestum. Item quomodo Christiani potuerunt cum Iudæis conuenire in tali corruptione à quibus tam antiquo odio diuiduntur? Quomodo etiam conuenirent Christiani & Iudæi in corruptione

ptione eius in quo maximè discordant, scilicet in Christo, quem Iudæi di-
A cunt non esse Deum, nec bonum hominem. Christiani vero non solum dicunt eum esse sanctissimum hominem, sed etiam verum Deum. Multæ etiam aliæ rationes ponuntur in prædicto tractatu, ex quibus habetur manifestè, quòd prædictum Alchoranum est plenum erroribus & vitiis: vnde & propriè figuratum fuit in reuelatione beati Ioannis per bestiā & meretricem, vt per bestiam intelligantur errores in cognitione, quia sicut bestia caret cognitione rationis, & solum sensibilibus adhæret, ita & isti. Per meretricem verò intelligitur, quòd illa congregatio pessima in libidinibus carnalibus effrontè & inuerecundè implicatur. vnde Ier.iij.b. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et ideo licet Postillator hoc quod dicitur, bestia & meretrix, applicet diuersis rationibus eorum.s. Turcis & Aegyptiis, tamen vtraque natio secundum magis & minus vtrunque participat vitium modis prædictis. & hoc de tertio.

Circa quartum quærendum videtur quomodo ad sectam quæ tot errores & vitia enormia continet, tanta multitudo hominum & gentium diuersitas confluxit, & ei tam firmiter adhæret, cum ratio naturalis hominum, prout in j. Ethic. semper ad optima deprecatur, per consequens homines ex ductu rationis huiusmodi falsitates & errores abhorrent.

Ad quod dicendum, quòd prout potest haberi à sancto Thom. in summa contra Gentiles libro j. cap. vj. Mahumetus introducendo errorem suum processit via contraria illius viæ qua veritas euangelica per
B Christum & eius discipulos fuit in orbe introducta. Veritas enim euangelica non humano modo seu mundano, sed solum diuino fuit in mundo introducta, secta verò huius Mahumeti modo totaliter opposito: quod sic patet. Nam in veritate euangelica omnem humanum intellectum excedentia prædicantur, vt trinitas personarum cum vnitate essentiæ in diuinis, & natura diuina & humana in Christo coniuncta in vnitate personæ, & huiusmodi quæ cognitionem naturalis intellectus humani excedunt. In secta vero prædicta nihil traditur credendum, nisi quod de facili à quolibet mediocriter intelligente naturali ingenio cognosci possit vt vnitas Dei, & excellentia Christi hominis. Et quia multi homines substantias spirituales separatas non cognoscunt, ideo asseruit esse corporeitatem, vt dictum fuit in iij. art. Item in veritate euangelica voluptates carnis maximè cohibentur, & omnia quæ in mundo sunt contemni docentur, & quæ à tota humana multitudine fere appetuntur, vt sunt libidines & delectationes gulæ, honores & principatus, & huiusmodi quibus animi mortalium maximè afficiuntur. In secta verò prædicta voluptati carnalium habenæ relaxantur, vt etiam fastus & pompæ humanæ tanquam maximè virtuosa docentur, vt patet ex dictis superius. In veritate etiam euangelica promittuntur præmia non solum inuisibilia, sed etiā ab hominibus mortalibus incomprehensibilia. vnde Isa.lxiiij.a. Oculus non vidit. & apostolus.j.Cor.ij.b. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. Ad ista enim non inclinantur naturaliter corda hu-
C mana. quæ tantum sibi cognita secundum naturam potius amplectuntur. In secta vero prædicta bona sensibilia, immo & carnalia pro præmio finali promittuntur, vt iam dictum est. ex quibus patet ratio quare multitudo magna immo maxima hominum huic sectæ adhæsit. Stultorum enim infinitus est numerus: Eccl.j.a. Et secundum considerationem ad maximum miraculum euangelicæ legis reputandum est, quòd animi mortalium per fidem euangelij ad tantum deueniunt, vt contemptis visibilibus sola inuisibilia finaliter capiant.

Excellēs differentia euāgelij à secta Mahumeti.

Et attendendum etiam, quòd secta prædicta in armorum potentia tanquam per signa à Deo data fuit introducta, cum tamen talia sæpe latronibus & tyrannis non desunt. cuius contrarium fuit in veritate euangelica, quæ non per armorum coactiuam potentiam, sed per terribilium persecutionum patientiam, per apostolos & alios discipulos est introducta.

Notandum etiam, quòd non sapientes in rebus diuinis seu humanis à principio prædictam sectam receperunt, sed homines bestiales in desertis morantes, omnis doctrinæ diuinæ prorsus ignari, per quorum multitudinem alios armorum violentia ad hanc legem coegerunt, vnde licet in processu temporis aliqui philosophi in Arabia, & in aliis partibus huic sectæ subiectis surrexerunt, vt Alpharabius, AlgaZelus, Auicenna, Auerois, & alij: isti tamen non fuerunt in prima receptione, sed post magnum temporis processum, qui licet in publico timore humano consenserint prædictæ sectæ, sicut multi philosophorum idola publicè exterius colebant, tamen intus ea vana esse crediderunt.

Sed contra hoc quod dicitur, quòd secta prædicta delectationis habenas relaxauit, forte posset dici oppositum. nam prohibitum est eis vinum omnino, quod est de vehementioribus delectabilibus gulæ, similiter fuit eis iniunctum ieiunium .xxx. dierum, in anno quod videtur satis afflictiuum.

Quare Mahumetus in lege sua vinum prohibuerit

Dicendum ad primum dupliciter, primo, quia secta ista initium habuit & fundamentum in regionibus calidissimis, vbi vinum non est tantum desiderabile propter æstum, sed in illis partibus frigida sunt magis appetibilia: & ideo Mahumetus fingens quòd manus domini corporaliter eum tetigit, asserit quòd fuit à Deo infrigidatus vsque ad medullam dorsi volens Deo attribuere frigiditatem quæ maximè appetitur ab æstuatis. D
Secundò dicendum, quòd seductor ille sicut & alij tyranni timebant gētes sibi subditas, ne contra eum tumultuosè insurgerent: & quia per vinum consueuerunt rixæ & multa oriri turbationum scandala, præsertim inter homines brutales, sicut erant gentes illarum regionum, vt dictum fuit suprà, idcirco ad talia præcauendum vinum prohibuit omnino. & simili etiam ratione finxit, quòd Christus non fuit occisus à Iudæis, ne populus crederet quòd possent suum prophetam occidere, cum iam Christus quem confitetur excellentiorem se occisus fuerat ab aliis.

Ad secundum vero dicendum, quòd ieiunium illud ab eo institutum potius facit ad repletionem ventris & crapulam procurandam quàm ad abstinentiam sustinendam. comedunt enim tempore ieiunij vt communiter semel prope auroram, & iterum post solis occasum, & de omni comestibili. & sic manifestum est, quòd non est ieiunium ad abstinentiam pertinens, sed potius ad gulæ obsequium, & hoc de quarto.

Durationis sectę Mahumetanæ inquisitio

Circa quintum de duratione illius sectæ attendendum, quòd nonnulli mirantur de hoc quòd secta ista tam erronea & vitiosa, vt dictum est, tam diuturne durat, cum ex decursu veteris ac noui Testamenti vsque ad ipsam exclusiuè nulla secta falsa seu ritus erroneus tantæ fuit durationis. Videmus enim quòd Assyrij & Chaldæi Persi & Græci qui populum Dei per interualla temporum afflixerunt fuerunt paruæ durationis respectu durationis istius sectæ. Similiter Romanorum & idololatrarum secta modicum durauit respectu istius. Quod si dicatur quòd huiusmodi durationis non est causa quærenda, cum sit ex voluntate diuina hoc permit- E
tente cuius voluntatis causa non est quærenda: hoc non videtur sufficere. nam licet de voluntate Dei quæ est eius essentia non est causa quærenda. cum sit prima causa omnium: nihilominus tamen de eius effectibus à sanctis & iustis viris quæruntur causæ specialiter in similibus. vnde Ierem. xij.a. Deo dicit: Quare via impiorum prosperatur? & infra. Plantasti eos, & radicem miserunt & proficiunt, &c. Et Abacuk Deum alloquens in j ca. sic dicit: Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non potes. Quare non respicies super iniquè agentes, & taces deuorante impio iustiorem se?

Quæ verba propriè possent applicari ad hoc propositum. Nam Deus videtur tacere permittendo, quòd populus tantis erroribus & vitiis implicatus populum iustiorem se deuorat, scilicet Christianum: & hoc per tam insuetam durationis diuturnitatem. nam vt dicit Postillator infrà eodem capi. iam transiuerant plusquam septingenti triginta anni ab initio huius sectæ vsque ad tempus in quo hanc Postillam scripserat, & hodie, scilicet anno domini Millesimo quadringentesimo trigesimo primo. iam transiuerunt octingenti & quatuor fere anni ab initio huius sectæ vsque nunc, nec tamen adhuc apparent signa consummationis ipsius, de quo non solum multi mirantur tantæ durationis causam non inuenientes, sed etiam quidem alij claudicant murmurantes de Dei prouidentia & eius æquissima iustitia.

Ad cuius aliqualem responsionem, salua semper incomprehensibilitate iudiciorum Dei & viarum eius inuestigabilitate, videtur dicendum, quòd inter sectam Saracenicam & sectas aliorum paganorum præcedentium sunt aliquæ differentiæ. F

Nā licet omnes tam ista secta quàm præcedentes conueniunt in ratione infidelitatis, omnes enim tam isti quàm illi carent fide vera: differunt tamen in multis, & specialiter in tribus quæ ad propositum faciunt.

Differentiæ triplicis sectæ Mahumeti à præcedentibus ratio prima

Quorum primum est, quòd hæc secta licet mala & pessima, vt dictum est, non tamen est idololatrica, nec cultum idolorum publicè in suo dominio permittit sicut aliæ sectæ præcedentes communiter faciebant. vt est manifestum.

Nam à tempore Assyriorum & Chaldæorum vsque ad tempus Cosdroe inclusiuè, cuius dominium propinquum fuit ipsi Mahumeto, semper viguit cultus idolorum inter Gentes qui populum Dei vexabant, vt patet in veteri Testamento & in historiis ecclesiasticis & in legendis sanctorum.

Constat autem quòd inter omnia peccata quibus Deus offenditur, peccatum idololatriæ est potissimum, intantum, quòd Deus se ostendit feruentius seu ardentius illud punire quàm alia peccata. vnde Exod. xx. solum super præceptum de prohibitione idololatriæ, & non super alia Deus dicitur zelotes, nam cum dixisset: Non adorabis ea. scilicet idola, nec coles: subdit, Ego sum dominus Deus tuus fortis zelotes. & ibidem xxxiiij. cum dixisset: Non adorabis Deum alienum statim subdit: Quoniam dominus zelotes nomen eius, &c. Deuteronom. xxix. loquens de homine idololatra, dicit, Tunc quam maximè furor eius, &c. id est, Dei, fumet, & Zelus contra hominem illum. & sic in multis aliis sacræ scripturæ locis. Psal.85.b

Cuius ratio est, nam Zelus importat intentionem affectus, ex quo quis vehementer quærit excludere illud quod sibi repugnat, secundum Augustinum lib.lxxxiij. quæst. & quia cultus idolorum inter cætera peccata magis repugnat cultui diuino: ideo circa hoc peccatum dicitur Deus Zelotes & zelare singularius quàm in aliis peccatis, vnde & non tantum tolerat durationem eius sicut aliorum peccatorum.

Eo modo quo viri dicuntur zelare vxores, ne per consortium aliorum impediatur singularitas quam in vxore quærunt. vnde non tamdiu tole-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant zelotypiam sicut alia vitia quæ de vxoribus suspicantur. Et quia
A ista secta non incurrit peccatum idololatriæ committendo, nec permittendo, ideo nimirum si Deus ea longiori tempore toleret quàm alias sectas præcedentes, quarum qualibet publicè idolatrabat. Si autem dicatur de hoc, quòd idololatriam multo maioribus temporibus Deus permisit, incœpit enim secundum quosdam à tempore Enos, qui fuit tertius ab Adam, de quo Gen. iiij. secundum verò alios à tempore Nemroth, de quo Genes. x. & quidquid sit de hoc manifestum est, quòd tempore Moysi Ægyptij idola colebant. vnde in Exod. In diis Ægypti faciam iustitiam. & in tempore Dauid legitur in psalm. Omnes dij Gentium dæmonia, &c. vnde ratio prædicta non videtur habere locum, cum sit manifestum, quòd Deus per multa maiora temporis spacia idololatriam in Gentibus permisit. Ad hoc dicendum quòd idololatria est nomen generis sub quo continentur multæ & variæ species idolorum & cultus eorũ. vnde diuersa gentes seu nationes diuersa idola colebant sub diuersis ritibus. vnde iudicum. x. filius Israel dicebatur, quòd seruierunt diis Aram, & diis Sidon & diis Moab & diis Amon & diis Philistiim & huiusmodi.

Tertia ratio

Cum autem aliqua gens aliam superabat deos illius gentis deuictæ destruebat & cultum eorum. vnde & j. Sa. xxxvij. d. Rapsaces in nomine Sennacherib qui multas gentes deuicerat, dicebat: Vbi sunt dij Emath, & Arphath, & vbi sunt dij † Sephar & Vain, &c quasi dicat. quòd sicut vicerat gentes illas, ita & deos eorum. Ex quo patet, quòd sicut nulla fuit potestas mundana quæ tantum durasset sicut potestas huius sectæ de qua loquimur, prout in historijs potest haberi, ita nec fuit aliqua
B idololatria tantum durans. nam vna species idololatriæ superata seu destructa per aduersarios suæ gentis alia species idololatriæ, scilicet alterius gentis superantis insurgebat. Et sic licet Deus multo tepore idololatriam sub ratione generis permitteret, nullam tamen speciem idololatriæ diu tolerabat. sed vnam per aliam punichat. Et ideo quando Romanum imperium, vt omnes nationes sibi subiugaret, omnes species idololatriæ recepit, vt in historijs Scholasticis legitur de phano Panteon. tunc Deus omnes huiusmodi idololatriæ species per Christum & eius doctrinam destruxit, prout fuit prophetatum Dan. ij. quòd lapis. s. Christus abscisus sine manibus, id est, absque humana potestate. Statuam, id est, idololatriam diminuit quo ad omnes eius species, prout largius fuit declaratum in additione Danielis ca. supradicto, in qua responsione ad primum argumentum.

† Sepharuaim

Et sic patet ratio quare ista secta nefanda de qua loquimur in propria specie & ritu in temporibus prædictis plusquam aliqua species idololatriæ toleratur nam in ista est infidelitas sine idololatria, in aliis vero præcedentibus fuit idololatria cum infidelitate: idololatriæ autem punitio zelo diuino subiacet, quo Deus seruentius & celerius punit quàm alia peccata, vt dictum est.

Secunda ratio

Secundum vero in quo differt ista secta ab aliis præcedentibus, est, quòd præcedentes vt communiter cogebant fideles ad adorandum seu timendum idolis. vt patet in Daniele de tribus pueris: & libris Machabæorum, & multo frequentius & clarius in legendis apostolorum & martyrum: qui per tyrannicam potestatem multipliciter torquebantur, vt cultum idolis præstarent. super quæ innumerabilia tormenta patiebantur vsque ad sanguinis effusionem.

Tenentes verò istam sectam Saracenicam communiter, vt in pluribus non cogunt fideles ad apostatandum. Nam in Alcorano præcipitur, prout habetur in prædicto tractatu, quòd omnes homines non recipientes legem suam occidantur, nisi soluant tributum. Ex quo patet quòd per solutionem tributi soluuntur ab hac coactione. solutio autem tributi superioribus, etiam si sint infideles licita est, dicente Christo Luc. xx. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Quod autem Saraceni non cogunt fideles
C ad apostatandum in side. est manifestum per experientiam. nam in partibus Aegypti & Isdææ & in ceteris confinibus commorantur fideles Christiani, & etiam in partibus Turciæ & aliis regionibus orientalibus permittuntur fideles Christi non solum ad habitandum, sed etiam ad habendum parua monasteria & aliqua oratoria.

Manifestum est enim, quòd in sancto sepulchro Ierosolymis, & in ciuitate Bethleem sunt monasteria fratrum minorum deuotè viuentium: & in Turcia & aliis partibus orientalibus sunt monasteria prædicatorum religiosè viuentium: & in monte Sinai vbi lex Mosaica fuit data, & corpus beatæ Catherinæ requiescit, sunt multi monachi Deo seruientes sub regula sancti Basilij, & ego vidi aliquos habentes breuiaria, & aliquos libros canonis in lingua Chaldaica, & celebrantes missas suas sub ritu ecclesiæ, licet cum aliquibus aliis ceremonialibus differentijs, quæ non variant substantiam celebrationis. Patriarchã etiam Alexandrinus qui fidem catholicam tenet, licet ab ecclesiæ vnitate per viarum discrimina aliqualiter deuiet. est tamen in illa ciuitate magna quæ dicitur Alchayra fungens officio patriarchatus, prout omnes venientes ab illis partibus testantur, cum tamen in illa magna ciuitate communiter præsideat Soldanus qui maximus est inter Saracenos, & non solum permittit patriarchã prædictum in prædicto officio, sed etiam ipsum honorat & permittit quòd regat omnes fideles commorantes in partibus Aegypti, Alexandriæ & Damasci & Ierusalem, qui quidem fideles sunt in magna multitudine. Et sic patet ratio quare ista secta licet mala & permitiosa, non tamen fidelibus nociua nec periculosa sicut aliæ sectæ præcedentes, quæ conabantur cogere Christianos ad apostatandum de fide & negando Christum: vnde nimirum si diutius toleretur quàm sectæ erroneæ præcedentes. D

Sed fortè contra prædicta dicetur, quòd licet ista secta communiter non cogat fideles ad recedendum à veritate fidei, tamen supprimit eos vehementer, ita quod viuunt inter eos quasi sub iugo captiuitatis & seruitutis.

Item prædicti quotidie mouent bella contra Christianos, & multos occidunt & captiuant, & terminos eorum & terras denastant, ex quibus videtur, quòd pro honore nominis Dei non tantum debuissent tolerari.

Ecclesiæ proprietates

Ad primum dicendum, quòd vnere abiectè & sub iugo seruitutis non diminuit aliquid de veritate ecclesiasticæ dignitatis. nam vt ait Hilarius in vij. de trim. Hoc habet proprium ecclesia, vt dum persecutionem patitur floret: dum opprimitur, crescit, dum contemnitur, persistit: dum lædítur, vincit: dum arguitur, intelligit: tunc stat, cum superari videtur. hæc ille.

Ex quo patet manifestè, quòd veritas ecclesiasticæ dignitatis non cõsistit in prosperitatibus mundanis, dicente Christo Ioan. xviij. g. Regnum meum non est de hoc mundo. sed potius in aduersitatibus mundanis pro nomine Christi tolerandis. Quod etiam ex processu primitiuæ ecclesiæ in bonis spiritualibus potest haberi. Manifestum est enim, quod in ecclesia primitiua à tempore apostolorum vsque ad tempus Syluestri papæ, quando nulla potestas mundana erat apud fideles, tunc ecclesia maxime prosperabatur, in spiritualibus. si rebat enim in frequentibus triumphalibus martyrijs, quando profide Christi sustinenda summi pontifices & alij prælati & viri religiosi & etiam simplices vtriusque sexus pro Christi nomine gaudenter tormenta & rabiem tyrannorum vsque ad mortem acerbissimam sustinebant. E

Ex quibus manifestabatur, quod virtutes diuinæ, scilicet fidei & spei & charitatis prout nunc in ecclesia, quæ sunt vera & maxima bona spiritualia, maximè abundabant: quando autem in processu temporis fideles magnas potestates seculares obtinuerunt, tunc prædictæ virtutes & si per misericordiam diuinam non ex toto defecerunt, non tamen sub eodem vigore communiter reperiuntur sicut in primitiua vt est manifestum.

Inter infideles etiam commorantes his temporibus in partibus vltra marinis, multi reperiuntur deuotiores quàm in istis partibus, quod satis patet ex magna patientia eorum in toleranda opprobria & in vrus Saracenorum frequenter pro Christi nomine.

Ad secundum verò dicendum: quòd secundum Augustinum in xiij. de trim. cap. xvj. & allegatur à magistro j. dist. xlvj. Mala quæ ab iniquis infidelibus fideles pie perferunt, ipsis fidicet fidelibus vtique prosunt ad emendanda peccata, vel exercendam probandámque iustitiam. hæc ille. Vnde in huiusmodi debellationibus Saracenorum quandoque Deus operatur infligendo pœnam Christianis propter multa peccata quæ ab eis committuntur, & in talibus Saraceni reputandi sunt vt flagellum Dei & virga furoris eius, prout Isa. x. & sic talia propriè sunt ad emendanda peccata. F

Quandoque verò ad exercendam probandámque iustitiam. nam qui sine testimonio suæ bonitatis nullum tempus reliquit languentibus seu tabescentibus prædictis principalibus virtutibus prouidit ecclesiæ suæ dans ei & reges & principes, qui viriliter & fortissimè sæpe contra aduersarios fidei per modum bellicum & militarem strennuè pugnant, prout patet in historijs Germanorum & Gallorum, & aliorum orthodoxorum Europæ principum, & præsertim in historijs Hispaniæ, in quibus habetur, quòd serenissimi reges antiqui bonæ memoriæ multa certamina & varia bella domini contra Saracenos huiusmodi exercuerunt, & multas ciuitates & regiones de manibus hostium crucis recu perauerunt ad laudem Dei & honorem ecclesiæ. Christianorũ victoria

Vnde & hodiernis temporibus, scilicet in prima Iulij, scilicet anno Domini M. cccc xl. anni præsentis suprascripti, illustrissimus rex noster Iohannes cum magna potestate regni sui, licet non totam intrauit terrã Saracenorum vsque vd ciuitatem metropolim. s. Granata, vbi rex eorum residebat: vbi prope illam bellum iniit cum magna multitudine Saracenorum: in quo bello suffragante diuina clementia & beata virgine intercedente cum beato Iacobo patrono nostro, totam illam multitudinem deuicit, & vsque ad portas ciuitatis fugauit: occisis de inimicis crucis Christi plusquam quinq; milibus, & nisi solis occasus superuenisset multo maior fuisset eorum ruina. Ex quo magnæ Deo laudes referendæ sunt, & gratiarum actionem superantes Dei sui clementia circa hoc maiora & vicinioria saluti per serenissimum regem nostrum præfatum fienda. Ex quibus patet: quòd sicut olim cõtra idololatras feroces, qui cogebant fideles ad recedendum à cultu diuino, & ad idola adorandum. Deus disposuit martyrum constantiam, per quam ostenderetur firmitas fidei ecclesiæ erga Deum, sic contra falsos Saracenos in armorum potentia confidentes, prouidit de potentibus & fortissimis principibus pro Deo strenue militãtibus, in quo diuina prouidentia quæ in sui dispositione non fallitur, se ostendit fidelium iustè & piè gubernatiuam.

Tertium

Tertium verò, in quo differt ista secta à præcedentibus est, quòd præce-
A dentes sectæ idololatrarum dignitatem Christi in omnibus & per omnia denigrabant, negantes non solum eius veram deitatem, sed etiam eius bonitatem seu virtuositatem humanam, asserentes ipsum fuisse seductorem & maleficum & huiusmodi. vnde cum viros iustos & fideles ad recedendum ab eius fide cogebant, deridebant eos per crucem & passionem Christi, dicentes, quomodo inter deos debet computari & tanquam Deus coli, qui seipsum non potuit saluum facere. In quo conueniebant cum Iudæis Christo improperantibus, quæ quidem blasphemia Christi communiter inuenitur in legendis sanctorum martyrum. qui sub tyrannica potestate Romanorum & Persarum & aliorum tyrannorum post passionem Christi martyrio sunt coronati. Secta verò ista hoc nõ facit. Nam vt dictum est suprà. in iij. artic. licet deitatem Christi negat, quæ est summa & ineffabilis excellentia diuinæ personæ, concedit tamen ipsum fuisse excellentissimum, super omnes creaturas mundi, vt dictum est. Vnde non mirum si contra istam sectam tolerabilius se habeat diuina iustitia, diutius eam sustinendo quàm alias præcedentes Christum hominem vituperantes. Et attendendum, quòd circa finem mundi Antichristus surget, prout ij. Thes. habetur. ij. ca. qui omnes persecutiones omnium sectarum prædictarum excedet. nam fidelesnon solum coget ad recedendum à cultu Christi, sed etiam ad adorandum ipsum Antichristum tan-
B quam Deum, vt ibidem. & ideo non solum dicitur Antiapostolus & Antipropheta, sicut Mahumetus, vt dictum est, sed etiam Antichristus tanquam ceteris magis Christo cõtrarius. Et ideo sicut Deus disposuit contra persecutionem idololatrarum quæ maior fuit quàm Saracenorum, vt dictum est, martyres qui fortissimi fuerunt in fide, in tantum quòd mundum vicerunt, omnia mundana tormenta pro fide Christi sustinendo iuxta illud Tertia ratio

lud: Hæc est victoria quæ vincit mundum. s. fides nostra. j. Ioan. v. a. Sic D *contra persecutionem Saracenorum disposuit reges, qui licet in fidei pritate non tantum gradum attingerent sicut martyres sancti, fuerunt tamen in fide stabiles, & in armorum potentia Deo strenue militantes, in tantum quòd de ipsis potest duci, quòd per fidem vicerunt regna, licet non mundum, vt habetur in additione ad Heb. xj. & j. Ioan. v. & hæc fuit sufficiens prouisio ad Saracenorum malitiam refrenandam. sic etiam disposuit contra maximam persecutionem Antichristi secundum aduentum suum perficiendum, vt contra summum persecutorem summus insurgeret liberator. Quibus consideratis patet ratio maioris & minoris durationis harum sectarum, quæ sumenda est ex maioritate seu minoritate persecutionum earum. Nam quia persecutio Antichristi erit maxima, ideo erit breuissima, iuxta illud Marci xiij. c. Et nisi breuiasset dominus dies illos, non fuisset salua omnis caro. Et pari ratione, quia persecutio Saracenorum inter cæteras est minor, vt patet ex prædictis tribus differentijs, ideo eius duratio est valde longior cæteris. Et quia persecutio idolatrarum fuit quasi media inter eas. ideo eius duratio est quasi media inter durationes prædictas, & hoc loquendo de duratione in communi, non attingendo ad mensuram temporum exquisitam: quia hoc esset inquirere de temporibus & momentis, quæ pater posuit in potestate sua, Act. j. a. in quibus omnibus maximè relucet sapientia diuina, quæ vincendo malitiam diabolicam pariter & humanam, attingit à fine vsque ad finem* E *fortiter, & disponit omnia suauiter, Sapien. viij. a. quæ quidem sapientia nos dignetur suauiter disponere nunc per gratiam, & in futuro per gloriam, Amen.*

Additiones Pauli episcopi Burgen. ac Replicæ magistri Matthiæ Dorink super Apocalypsim finiunt.

CAP. XIIII.

a *Et vi. & ecce agnus stabat.* Ostensa grauissima persecutione: Equantum patietur ecclesia ab Antichristo & eius apostolis, ad consolationem ostendit qualem habeat adiutorem, & qualem ipse habeat familiam.

✠ Richardvs. *Et vidi* per spiritalem intelligentiam, *& ecce agnus* per innocentiam, *stabat* quasi paratus ad adiuuãdum, *supra mõtem Sion*, quia transcendit excellẽtiam fidelium spirituum contemplantium. *Et cum eo*: quia ei per iustitiam conformes *stabant* subaudi, quia & ipsi sunt auxiliatores, *144. milia*, idest, omnium martyrum carne incorruptorum agmina, &c.

- nomen eius &

✠ Andræas. Agnus qui hic cernitur, Christus est. Confistit autem supra montem Sion non veteris illius ciuitatis, sed nouæ viuentis Dei. Ipsa autem millia vberem multiformémque Apostolici seminis gratiam denotant, vt qui per vnum quẽlibet duodecies millesimum, hoc est, perfectum fidei fructum in iis qui salui fiunt, reddiderit.

✠ Arethas. Numerus horum millium non illorum est de quibus prædictum est quod de vnaquaque tribu crediderunt in Christum: sed qui ex Gentibus crediderũt, quibus attestatur quod virginitatem præstitetint, quæ apud Hebræos rara fuit. Quod autem haberent *nomen patris eius & nomen eius scriptum in frontibus*, significat quod diuina luce ipsius diuini vultus obfignentur, per quod æmulis in hoc & perniciosis dæmonibus terrori sunt.

CAP. XIIII.

a ¶ Christus pro nobis immolatus. b ¶ Vt adiuuans.
c ¶ ecclesiam virtutibus celsam & Deum contemplantem.

a b T vidi & ecce agnus stãbat supra montem Sion, 1 2
& cum illo centum quadragintaquatuor milia, 3
a ¶ Tales quales fuerunt. b ¶ Quia Christiani vocabuntur.
c ¶ Quia dij dicentur. d ¶ Indelebiliter.
e ¶ Quia in manifesto confitentur.
habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in fron- 4 5

C ei per iustitiam conformes *stabant* subaudi, quia & ipsi sunt auxiliatores, *144. milia*, idest, omnium martyrum carne incorruptorum agmina, &c.

✠ Andræas. Agnus qui hic cernitur, Christus est. Confistit autem supra montem Sion non veteris illius ciuitatis, sed nouæ viuentis Dei. Ipsa autem millia vberem multiformémque

---

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

✠ Diuisio

Et vidi & ecce agnus. *Hic consequenter describitur præmium per* Secutionem *Mahumetti sustinentium.* Et diuiditur in duas partes. *s. in partem principalem & incidentalem, quæ incipit ibi:* Et vidi alterum angelum. *Circa primum sciendum, quòd sicut dicitur in chronica Hugonis Floriacen. circa finem imperij Eraclij, Agareni qui & Saraceni dicuntur Mahumeto duce cœperunt Ægyptum & Aethiopiam grauiter inuadere. Similiter Homarus Mahumeti discipulus Damascum & eorum Phœnicij, & Ierusalem, totámque Syriam occupauit & Antiochiam cõprehendit, & in his terris erant multi religiosi Christiani in cœnobiis magnis ducentorum trecentorum & amplius monachorum in castitate virginis ducentorum trecentorum & amplius monachorum in castitate virginis quorum maior pars vel multi erant virgines, & in illa persecutione per gladium Saracenorum transierunt ad regnum calorum.*

1 Et vidi & ecce agnus, &c. *id est, Christus qui dicitur agnus Dei, Ioan. j. b.*

2 Stabat sup. mon. Sion. *id est, in ecclesia triumphante, quæ dicitur mons Sion. Heb. xij. qui describitur hic stans, eo quòd adiuuit dictos martyres in tolerantia martyrij, sicut Act. vij. g. dicitur de Stephano in agone posito, quòd vidit Iesum stantem, quia stare proprium est adiuuantis in prælio, sedere vero proprium iudicantis. propter quod Mar. vltimo. d. describitur vt sedens à dextris Dei.*

3 Et illi cum centum quadragintaquatuor milia. *In tanto enim numero vel circiter æstimantur prædicti occisi probabiliter.*

4 Habentes nomen eius, &c. *& per consequẽs spiritussancti, qui est nexus amborum.*

5 Scriptum in frontibus suis, &c. *per apertam & liberam confessionem.*

✠ Et

MORALITER.

✠ 1 *Et vidi.* Istud exponitur de Christo susciente animas interfectorum ab Homaro successore Mahumeti.

Moraliter potest exponi de pio pontifice Christi vicario, qui dulciter fouet & nutrit obseruantes castitatem. quę est quoddam martyrium specialiter in iuuenibus, & maximè quando firmatur per votum solenne. & sic dicitur: *Et vidi & ecce agnus.* id est, pastor pius.

2 *Stabat supra montem Sion.* id est, ecclesiam militatem de qua dicitur Psal. lxxxvj. a. *Diligit dominus super omnia tabernacula Iacob.*

3 *Et cum illo centum quadragintaquatuor milia.* id est, vniuersi cõtinentes voto solenni. ideo subditur.

4 *Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis, &c.* in quo designatur firmitas continentiæ per votum solenne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Et audiui vocem, &c.* ✠ ANDRÆAS & ARETHAS. Aquatũ, tonitrui, & citharæ vox significat claritatem auditui peruiam hymnidici, canori, suauis, ac cõsoni Sanctorum cantus, qui vniuersam complectitur primogenitorum in cælis descriptorum Ecclesiam, cætúmque publicum, à quibus laude celebratur

b *Tonitrui.* Quia terret eos quia ad consortium suum venire suffugiunt.

c *Citharœdorũ.* Quia ipsi, qui ad hoc se instituerũt, vt extenderent sua corda deuota super lignum crucis.

B

d *Citharizantium.* Quod ex officio habebant, opere implebant.

e *Et cãtabant.* Id est, de integritate animæ & corporis exultabunt. quod gaudium nunquam eis veterascet, sed semper est eis vt nouum.

f *Et nemo poterat, &c.* ✠ AMBROS. Hîc magna est obscuritas. Scimus enim quosdam ex Apostolis atque martyribus vxores habuisse. Nunquid in laudibus Dei muti existunt? Vidimus etiã quosdam peccatis obnoxios, virginitatem corporis vsque ad mortem seruasse, quos credimus per ignem purgatorium esse purgandos, vt in iustorum numero quandoque ascribi mereantur. Nunquid istos præferre audebimus, vt illud canticum Deo offerant, à quo Petrus eiusque similes alieni existant? Nam quẽadmodum Sancti saturari nequeunt visione Dei, ita nec laudibus. Inuenimus ergo non de solis virginibus, sed de omnibus sanctis animabus, hæc esse dicta, quæ in cælesti beatitudine Deum assiduè laudare non desinunt. Habent quidem & fideles in hac vita positi cantica sua, sed in his confessio sæpe fit peccatorum, sæpe commemoratio tormentorum: ideóque fletus sæpe cantantes excitant. In illo verò cantico cælestium spirituum nihil triste, nihil quod mentem perturbet, resonat. Hoc cãticum sancti adhuc in terra positi dicere non possunt, *quia oculus non vidit,* Isa.64.

nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Animæ autem Sanctorum sacro lauachro, sanctíque Spiritus gratia lauatæ virgines dicuntur. Quicquid enim in eis fuit reprobum, charitatis remediis est purgatum. D 1.Cor.2.

✠ AVGVSTINVS. Virgines hoc loco non solum corpore castos intelligamus, sed maximè omnem Ecclesiam, quæ fidẽ puram tenet, sicut dicit Apostolus: *Despõsaui enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Id est, nulla adulterina hæreticorum commixtione pollutam, nec in malè blandis & mortiferis huius mundi voluptatibus E vsque ad exitum vitæ suæ absque remedio pœnitentiæ infœlici perseuerantia colligatam. 2.Cor.11.

g *Qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt.* Id est, quos ad hoc vt essent sanguis Christi eleuauit.

h *Hi sequuntur agnum, &c.* RICHARDVS. Virginitati adiungit meritum passionis illi nimirum agnum quocunque ierit sequuntur, qui eum in vtroque, (id est, virginitate & martyrio) imitantur, quique mentis & corporis incorruptione probantur.

✠ AMBROSIVS. Sed quo vadit qui omnia implet, & totus vbique est? Vadit miserando quibusdam, & à quibusdam misericordiam suam auferendo. Sequuntur verò Sancti, quia quibus ille misericordiam suam largitur, largiuntur & illi: & à quibus abscindit, abscindunt & illi.

✠ RVPERTVS. Duobus modis sequuntur agnum quocunque ierit, videlicet, in vestigatione iudiciorum eius, & imitatione exemplorum. Sequuntur ergo dum iudicia eius & per spiritum intelligunt, & per charitatem laudant, & iustificant eum in eisdem omnibus iudiciis eius: & dum exemplum charitatis eius imitantur. F

i *Ex omnibus primitiæ Deo & ag.* Vt ex grege optimus equus, vel ex fructibus primitiæ.

☞ *Et*

a ¶Desiderium vel admonitionem. b ¶Ab his qui cum eo erant.
c ¶Id est, multorum populorum, quia de multis populis congregati sunt.

a tibus suis. Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarũ 1
b multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem 2
¶Vel, erat. 3
c quam audiui sicut citharœdorum citharizantium citharis
d ¶Non alienis. a ¶Id est, in præsentia eorum in quibus sedet.
e suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & an- 4
a ¶i. prædicatores. b ¶i. Iudices. 5
c ¶i. de integritate sua gaudere. 6
f te quatuor animalia & seniores, & nemo poterat dicere can- 7
a ¶Nisi illi virgines.
g ticum, nisi illa centum quadragintaquatuor milia, qui em- 8
a ¶Ideo quia de terra estis ne desperetis.
b ¶Cum aliquibus sordibus mundi, vel ad literam.
pti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coin- 9
a ¶i. imitantur Christum. ¶Integritate animæ & corporis.
h quinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocun- 10
a ¶Patri. ¶Christo. 11
i que ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno, 12
a ¶Etsi aliquando fuit. b In illis inuenitur in quibus manet.
¶Verbi. ¶Operatione.
& in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula 13
14

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et audiui vocem, &c. a. mul. *id est, multitudinis sanctorum, secundum quod dicitur infrà xvij. d.* Aquæ multæ populi multi. *multitudo enim centum quadragintaquatuor milium magnificè laudat Deum de sua victoria & gloria adepta.*

2 Et tanquam vocem tonitrui magni. *in quo designatur magnitudo laudis, non solum ex laudantium multitudine, sed etiam ex modo laudis & qualitate.*

3 Et vocem quam audiui sicut citharœdorum citharizantium, &c. *Nam hæc laus est coram Deo & angelis gratiosa.*

4 Et cantabant quasi canticum nouum. *quia dicti laudantes sunt de numero sanctorum noui Testamenti.*

5 Ante sedem. *scilicet Dei.*

6 Et ante quatuor animalia & se. *id est, in præsentia sanctorum patriarcharum & episcoporum in cælis existentium, sicut dictum est suprà iij. ca.*

7 Et nemo poterat di. can. *ex voto enim continentiæ habuerunt aliqui id quid speciale in merito, & similiter habent in præmio, sicut & de quolibet sancto confessore canit ecclesia: Non est inuentus similis illi, ratione specialis meriti.*

8 Qui empti sunt de ter. *sanguine Christi.*

9 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c. *Vel simpliciter integritatem carnis tenendo, vel saltem post votum castitatem seruando.*

10 Virgines enim sunt. *Virginitas enim in scriptura aliquando accipitur strictè pro integritate carnis, aliquando magis largè pro continentia, maximè voto consecrata.*

11 Hi sequuntur agnum quocunque ierit. *quia sequuntur Christum non solum per viam mandatorum, sed etiam consiliorum.*

12 Hi empti sunt ex omnibus primitiæ. *i. gratiosi, sicut primi fructus sunt magis delectabiles.*

13 Et in ore eorum non est inuentum menda. *Nam veritatem fidei confessi sunt omnino & constanter.*

14 Sine macula enim sunt ante thronum Dei. *Nam si aliquam maculam contraxerant, purgata fuit virtute sui martyrij.*

✠ Et

MORALITER.

✠ 1 *Et audiui vocem de cælo, &c.* per quod significatur laus Deo accepta.

3 *Et vocem quam audiui quasi citharœdorum citharizãtium in citharis suis.* Est autem cithara figuræ triangularis, per quod significatur fides trinitatis, sine qua laus non est Deo grata.

4 *Et cantabant quasi canticum nouum.* id est, pertinens ad nouum Testamentum.

5 *Ante sedem.* id est, ad honorem Dei & omnium sanctorum, & non ad laudem hominum.

7 *Et nemo poterat dicere canticum nisi, &c.* quia continentes habent aliquod meritum speciale, quod non habent alij.

9 *Hi sunt qui cum mu.* Hoc potest intelligi simpliciter secũdum omne tempus, & sic est virginitas propriè. Alio modo à tempore voti continentiæ, & sic potest dici virginitas largè.

11 *Hi se. ag.* l. mente & corpore, fide, & opere.

12 *Hi empti sunt ex omni. pri.* id est, gratiosi in conspectu Dei, sicut primi fructus sunt aliis magis grati.

✠ Et

Richardus. Haymo.

a *Et vidi* Descripta impugnatione facta per duas bestias, suppositoque auxilio agni & dignitate familiæ eius ostensa, subiungitur admonitio, vt ad hanc familiam accedant, & comminatio vt ab illa alia declinent. D

b *Alterum.* Id est, prædicatores qui sunt alterius à Christo. i. vicem eius exequẽtes.

✠ AMBROSIVS. Iste angelus Christũ & Apostolos eius, cæteróque Christi prædicatores significat. Qui euãgelium æternum habuisse dicitur, quia doctrina Euangelij à Christo Apostolis cæteríq; prædicatoribus data est, quam Gentibus prædicarent. Æternũ autem dicitur, quia æternitatem præstat omnibus facientibus illud.

c *Per medium cæ.* Per communem ecclesiã, quam verbis & exẽplis secum trahunt.

d *Euangelium æter.* Id est, prædicationẽ æterna promittẽtem complentes ad æternitatem ducentem.

e *Timete dominum & da.* Bene operando, & bene de eo annunciando, vt per vos glorioſus appareat.

f *Quia venit.* Q. non deficiatis, quia non longo tempore patiemini.

g *Et alius an.* Quia prædicatores sibi inuicem succedunt.

h *Cecidit.* B. is positum infinitatem significat, vel valet, in quo omnimodo destructio intelligitur.

✠ AMBROSIVS. Alius angelus doctores Ecclesiæ qui finitis persecutionibus Ecclesiam Dei gubernauerunt, designat. Per Babylonem autem ciuitas diaboli significatur, quæ ex omnibus impijs constat: ceciderat autem, quia omnis cultura dæmonum per fidem Christi deleta fuerat. Et bis cecidisse dicitur, quia ex parte persecutorum, & ex parte culturæ diabolicæ cecidisse dicitur. C

✠ AVGVSTINVS. Babylonem ciuitatem, impiam diaboli congregationem dicit, id est, populum ipsi consentientem, & omnem concupiscẽtiam & corruptelam, quam in perniciem sui & humani generis exquirunt. Nam sicut Ecclesia ciuitas Dei est & omnis cõuersatio cælestis: ita ciuitas diaboli Babylon in omni mundo. Ecclesia ergo dicit: *Cecidit, cecidit Babylon, &c.* iã quasi perfectum dicens, quod adhuc futurum erat.

✠ ANDRÆAS. Pervinum porrò iræ fornicationis, nõ idololatricã furiam mentísque à Deo alienationem tantum designat, sed quamuis quoque temulẽtiam animíque insaniam ex quouis peccato natam, propter omnes qui fornicantur à Deo exterminabuntur. Hæc autem Babylon tum demum perfectè euelletur, quando iniquitatis operarij in æternum ignem missis, Hierusalem illa quæ sursum est, apertè ostendetur. E

i *Vino iræ for.* Id est, vitiis, & præcipuè idololatria quæ est dulcis potus peccantibus, quibus alios inquinant, & ne rectò tramite gradiantur, inebriant, vnde debetur eis ira Dei. Purum vinum bibitur dum flagellat Deus hic ad emendationem, turbidũ dum infertur æterna damnatio.

k *Et ang. ter.* Tres ponit pro fide trinitatis, cum tria hæc in eadem persona possint considerari.

✠ AMBROSIVS. Angelus tertius, prædicatores sunt qui tẽ- F

☞ poribus

a ¶Ante Deum iudicem.
b ¶Minorem. ¶A terrenis se remouentem. ¶Ex coniuncto officio.

a enim sunt ante thronum Dei. Et vidi alterum angelum vo- 1
b lantem per medium cæli, habentem euangelium æternum, 2
c 3
a ¶Et hoc ideo habebat. b ¶i morantibus in contemptu mundi.
d c ¶Scilicet omnimodam diuersitatem illorum, qui in terrenis demorantur. 4
vt euãgelizaret sedẽtibus super terram, & super omnem 5
gentem & tribum, & linguam, & populum, dicens magna 6
a ¶Persuasione. b ¶Casto amore. c ¶Non illas bestias. d ¶Vel charitatem.
e vóce: Timẽte dominum, & dãte illi honorem, quia venit ho- 7
f a ¶Faciendo vos sibi conformes. 8
b ¶Etsi timetis defectum, petite ab eo subsidium.
ra iudicij eius, & adórate eum qui fecit cælum & terram, ma- 9
a ¶Secundum diuersam annunciationem. 10
† omnia quæ in eis sunt
g re† & fontes aquarum. Et alius angelus secũtus est eum, di- 11
a ¶i. omnes confusi in vitijs.
B b Pro multitudine vel superbia. c ¶Prauo dogmate munita. 12
† Psa.145.a Act.14.c † Isa.21.c Iere.51.a Infrà 18.a
h cens: † Cecidit cecidit Bãbylon illa mãgna, quæ à vinõ iræ 13
i ¶Gentiliter viuentes.
k fornicationis suæ potauit omnes Gentes. Et angelus tertius 14
¶Non mundus.
secutus est illos, dicens voce magna. Si quis adorauerit 15
16

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et vidi alterum angelum. *Hæc est pars incidentalis, in qua describitur quædam infidelium conuersio mirabilis quæ contigit circa illa tempora. Sanctus enim Bonifacius missus fuit à pontifice Romano ad prædicandum fidem catholicam Gentibus Thuringiæ, Austriæ, Frisiæ, in qua legatione multos valde conuertit ad Christum. & hoc est quod dicitur:* Et vidi alterum angelum. *id est, sanctum Bonifacium. nam angelus interpretatur nuncius, ipse verò fuit nuncius verbi diuini, vt dictum est.*

2 Volantem per medium cæli. *Nam velociter & promptè exceutus fuit officium sibi iniunctum.*

3 Habentem. *in corde & ore.*

4 Euange. æter. *i. euangelium Christi quod dicitur æternum. nam ei aliud non succedet.*

5 Vt euange. se. super. ter. *i. populis prædictis in quibus diuersificantur linguæ saltem in aliquo. Et quia non solum paratus erat prædicare dictis populis, sed omnibus gentibus generaliter eum audire volentibus, ideo subditur.* Et super omnem gen. &c.

6 Dicens ma. vo. *in quo notatur efficacia prædicationis suæ.*

7 Timete do. *timore filiali.*

8 Et date illi hono. *sicut filij patri.*

9 Quia venit ho. iu. eius. *generaliter in fine mundi, & singulariter in morte cuiuslibet. nam in quali statu quis moritur, in tali iudicio præsentabitur.*

10 Et adorate eum. *qui est creator omnium, & non idola vana.*

11 Et alius. *Hic consequenter describitur punitio persequentium Christianos. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur eorum punitio* Diuisio

per fidem Christi deleta fuerat. Et bis cecidisse dicitur, quia ex parte persecutorum, & ex parte culturæ diabolicæ cecidisse dicitur.

Item sciendum, quòd sic dicitur in chronica Sigisberti: Leo qui post Theodosium sumpsit imperium cœpit imperare anno domini septingentesimo. xvij. & imperauit annis xxiij. & anno imperij eius. xiij. papa Gregorio. iij. præfuit ecclesiæ, & Leonem hæresi deprauatum redarguit. & de consilio Romanorum ei vectigalia denegauit, & ne percussura sui numismatis reciperetur ordinauit, & quòd eius effigies de ecclesia tolleretur: & ne nomen eius in missarum solennis recitaretur, & secundum hoc exponitur ab eis quod subditur. In Leonem ecclesiastica censura

14 Et angelus tertius secutus est illos, dicens voce magna: *Si quis ado-*

☞ Et

MORALITER.

✠ 1 *Et vi. al. an.* hoc ad literam dicitur de sancto Bonifacio, qui missus à papa prædicauit populo Thuringiæ, & Austriæ, & Frisiæ, & multos conuertit ad dominum.

MORALITER autem potest exponi de quolibet prædicatore magnum fructum faciente, ideo subditur.

2 *Volantẽ per medium cæ.* i. promptè discurrentem ad prædicandum verbum Dei.

3 *Habentem euan. æter.* id est, prædicationem ad æternitatem gloriæ perducentem.

5 *Vt euangeliz. aret se. super ter.* nam prædicatio debet esse communis omnibus.

6 *Dicens ma. vo. Ti. d.* quia prædicator primò & principaliter debet inducere populum ad cultum diuinum, & per consequens ad destructionem idololatriæ, & omnium ad ipsam pertinẽtiam. ideo subditur. 11 *Et alius an. se. est eum di. Cecidit. ce. Ba.* quæ interpretatur confusio. ideo significat idololatriam & pertinentia: & quia non solũ debet idololatriam destruere ostendendo vilitatem culpæ, sed etiam grauitatem pœnæ. Ideo sequitur.

14 *Et angelus tertius secutus est illos, dicens voce magna: Si quis ado-*

Universidad de Deusto Biblioteca

A potibus Antichristi futuri sunt. Prædicabunt enim vt nullus Antichristum adoret, neque ad eius pessimam doctrinā aures cordis accommodet, neque opera eius imitetur. Quod si quis fecerit perpetua pœna eum esse damnandum testabuntur. Per vinum iræ Dei damnatio vltima quæ in die iudicij impiis irrogabitur, designatur. Vinum autem mero mixtum est in calice Dei, quia damnatio vltima mixta erit cū iustitia, quia iustissimo Dei iudicio perficietur. Bibent igitur impij vinum iræ Dei, cùm illis dicetur: *Ite maledicti in ignem æternum.* (Matth. 25. †Infrà 19.a)

a *Quod mixtum.* Q. qui non corrigitur vindicta eius ad correctionem data, punietur æterna pœna.

B b *In calice.* Calix vindicta Dei vbi desuper merum quod ad correctionem hic vindicat, subtus fex. i. damnatio in vltimis bibent impij. de vino ergo. i. de fece: quod vinum quia vult ad comparationem meri ostendere turbidum, addit quòd mixtum est.

c *Et cruciabitur igne, &c.* ✱ AMBROSIVS. Ignis exurit, sulphur autem fœtorem pessimum de se emittit. Igne autem corporaliter cruciabuntur, qui ignem vitiorum in se extinguere noluerunt: fœtore sulphuris torquebūtur, quibus dulcis fuit fœtor luxuriæ. In conspectu sanctorum angelorum cruciabuntur, & in conspectu agni, videlicet vt in eorum conspectu crucientur, in quorum cōspectu non timuerunt multa mala perpetrare.

d *Et fumus tor.* Quod quædam de damnatione malorum numerat, non dicit pro damnatione describenda: sed tantum pro terrore inferendo illis quos deterret ab eorum consortio. C

a ¶ Id est, Antichristum. b ¶ Id est, se sibi conformem fecerit. c ¶ Signum nominis eius. d ¶ Qui eum confitentur

a bestiam & imaginem eius, & acceperit characterē in fronte 1

a ¶ Qui opere mutatur. b Sicut Babylon. c ¶ De æterna damnatione. d ¶ Quod iratus Deus propinat. 2

sua aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum 3

a ¶ i. fœtore. 4

b est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure 5

c a ¶ Vt visa eorum claritate tabescat.

in cōspectu angelorum sanctorum, & ante conspectū agni:

¶ i. tenebrositas. ¶ Perseuerabit.

d †& fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculo- 6

e f rum. Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt be- 7

a ¶ Similiter non habet re. b ¶ Indiscretè aliquod signum de prædictis.

stiam & imaginem eius: & si quis acceperit characterem no-

¶ i. pro contuitu æternæ pœnæ. a ¶ Et eorum. b ¶ Opere complent.

g minis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt 8

a ¶ De gemina dilectione. b Quia eum Deum confitentur. c ¶ Quasi illi miseri, sed isti fœlices.

h mandata Dei & fidem Iesu. Et audiui vocem de cœlo dicen- 9

e *Ascendet in se.* Cum dicit, ascendit in secula: notat æternam pœnam continuari, vbi addit. D

✱ ANDRÆAS. Aut per fumum hunc intelligere oportet inflammatum halitū, quem in tormentis constituti ex imo pectore cōtinuò non absq; suspiriis damnati emittunt: aut illum certè quem ignis qui eos punit & incēdit, sursum emittit. Dicitur autem in secula seculorum ascēdere, quo hinc discamus, vt iustorum gloria finem nescit, ita nec peccatorum quoque supplicia vllo vnquam tempore finem habitura.

f *Nec habent re.* Q. Non mirum, si illi qui Antichristū adorauerūt tempore ipsius punientur, quia sui etiam præcedentes ministri eandem pœnam habebunt. E

g *Hic pa. san.* Id est, hic debent patienter pati sancti, ne veniant ad æternam pœnam.

h *Et audiui vocem de cælo, &c.* ✱ RICHARDVS. Quia superius descripsit grauissimam persecutionem ab Antichristo inferendam: nunc consolatur per quietē beatitudinis eos qui pro Christo & in Christo gustant amaritudinem mortis. *Audiui vocem de cælo,* id est, de cælesti visione: *dicentem mihi, Scribe.* non solum scilicet in corde tuo, sed & in pergameno, & in audienti populo. *Scribe,* ne citò transuolet, quod ad consolationem electorum vsque in finem perseuerare debet. Quasi ergo superiora recolligens dicat: Audistis in superioribus capitulis grauissimam persecutionē: sed nolite formidare pro Christo sustinere mortem, quia per hanc attingetis ad beatitudinem.

✱ ANDRÆAS. Vox de cælo lapsa non omnes mortuos bea- F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ima. eius. *quam fecit de ecclesia remoueri, vt dictum est.*
2 Et acce. cha. *confitendo eum manifestè imperatorem.*
3 Aut in ma. sua. *accipiendo numisma eius charactere figuratum.*
4 Hic bi. de vi. iræ Dei. *pœnam excommunicationis & aggrauationis incurrendo, licet autem hæc expositio probabilis videatur, quia tamen ante imperatorem Constantem fuerunt imperatores alij tantum vel magis hæresi deprauati, vt patet ex supradictis, videtur minus conuenienter expositum quod dicitur supra. s. de eius casu:* Cecidit Ba. *i. imperiū Græcorum prædicto maximè cum eius filius Constantinus ecclesias diruptas reparauerit. & contra hæresim Monothelitarum insurrexit. vnde & vniuersalem synodum in Constantinopoli congregauit ducentorum octoginta nouem episcoporum qui duas naturas esse in domino Iesu Christo comprobauerunt & ostenderunt. Similiter quod subditur de Gregor. papa & Leone imperatore, quòd accipiens Leonis numisma.* Bi. de vi. iræ Dei. *excommunicationem incurrendo, videtur minus conuenienter dictum. quia subditur.*
5 Et cru. ig. & sul. *per quod intelligi videtur pœna gehennæ, quæ est æterna. vnde subditur.*
6 Et fu. t. *& sic non videtur loqui de pœna excommunicationis, seu corporalis incendij, quam contigisse dicunt Constantino filio Leonis, qui ministrorum ecclesiæ fuit maximus persecutor. propter quod saluo meliori iudicio videtur litera ab illo loco :* Et alius ange. &c. *de Mahumeto & eius sequacibus exponenda, de quorum persecutione contra Christianos ante fecerat mentionem: & eorum pœnam non dixerat, & ideo Ioānes describit hic consequenter eorum punitionem. & primò quantum ad pœnam temporalem. secundò quantum ad pœnam æternam, ibi:* Et tertius angelus. *Circa primum dicit,* Et ange. *s. sanctus Ioannes loquens:* Secu. est. *hoc non refertur ad partem immediatè præcedentem, sed ad præcedentem in qua locutus fuerat de centū quadragintaquatuor milibus interfectis pro Christo à Saracenis, dicens eorum punitionem temporalem.* Cecidit Ba. *i. gens Babylonica, nam lex eius est confusionibus plena, quia ibi laxatur vita voluptuosa, quæ vita pecudum dicitur.* j. *Ethi. & etiam propter confusum procedendi modum: nam inordinatè traditur, & idem frequenter & inutiliter repetitur, nec ratione vel scriptura autentica fulcitur, vt patet illam intuenti.* Illa magna. *nam gens illa in breui fuit multum multiplicata & dilatata. Dicitur autem cecidisse, quia circa tempora illa conflixit cum Romanis, in quo conflictu tres Amirei Saracenorum cum multis aliis sunt perempti, vt habetur in Chronica Sigisberti.* Quæ à vi. iræ forni. suæ po. o. Gen. *Hyperbole est, ad designandum magnam multitudinem Gentium errore Mahumenti infectam. concedit enim carnis delectabilia, ad quæ multitudo hominum est prona.* Et t. an. *hic consequenter describitur pœna eorum æterna. cum dicitur:* Et ter. an. *s. ad literam: vel aliquis prædicator sanctus contra Mahumeti sectam.* Si quis ado. be. *i. Mahumetum, vt dictum est ca. præcedenti, vbi dictum est de eius imagine & de eius characteris acceptione.* Hic bi. de vi. iræ Dei. *i. punietur à Deo grauiter.* Quod mixtū est mero. *Dicitur autem punitio Dei vinū merum, quando quis punitur tēporaliter ad eius correctionem: mixtū verò, quando post punitionē tēporalē sequitur æterna. sicut est in proposito, quia Saraceni puniti fuerūt morte tēporali, vt prædictū est, & cum hæc æterna. ideo subditur:* Et cru. ig. & sul. *i. pœna gehennæ.* Et fumus tor. *Nam illa pœna est æterna à parte post.*
7 Nec habent re *Nam est continua, vt patet ex dictis ca. præced. & quia secundum quòd dicit Aug. vna causa quare permittuntur mali in hoc mundo est exercitium bonorum in virtute patientiæ: ideo subditur.*
8 Hic patientia san. est. *quia patientia Christianorum multoties & multipliciter exercitata est per Saracenos.*
9 Et au. *Pars illa ab aliquibus exponitur de morte qua quis moritur* ✱ *mundo*

MORALITER.

† *rauerit bestiam, &c.* id est, exercuerit idololatriam vel aliquid pertinens ad ipsam.

4 *Hic bibet de vino iræ Dei quod mixtum est mero in calice iræ ipsius.* id est, valde grauiter & æternaliter punietur: vt patet per literam sequentem. Licet autem hic nominentur tres angeli, tamen istæ tres denūciationes vel prædicationes possunt vni & eidē prædicatori conuenire, sicut dicit Glo. super locum istum.

9 *Et audiui voce.* Quoniam opposita iuxta se posita magis elucescunt: ideo post denunciationem punitionis peccatorum, hic ponitur præmiatio sanctorum, cum dicitur.

† *Scribe.*

A tos prædicat, sed illos duntaxat qui in Domino finem vitæ faciunt: cuiusmodi inter cæteros sunt qui iam ante mundo mortui, Christi Iesu mortificationem in corpore suo portabant, vnamque cum illo crucem circunferebant. Talium namque ex corpore exitus veram à laboribus requiem adfert. (2. Cor. 4.)

✱ AMBROSIVS. Sed quis mortuus, mori potest? Nullus nisi prius animam recipiat, vt iterum mori possit. Sed illi sunt beati, & in Domino moriuntur, qui prius moriuntur seculo, postea carne: qui prius veterem hominē, id est, omnes nequitias spiritales & carnales in se extingunt, vt possint dicere cum Apostolo: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* B (Gal. 6.)

¶ In corde tuo & auditorum. a ¶ Seculo. b ¶ In confessione domini. c ¶ Quando corpus & anima resoluuntur.

tem mihi: Scribe: Beati mortui qui in domino † moriuntur. 1

a ¶ A tempore resurrectionis. b ¶ i. tota trinitas. c Amplius non patiantur. 2

d ¶ Eorum quæ hucusque passi sunt. 3

a Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. 4

a ¶ i. sanctos, vel dominicam carnem. 5

b Opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem 6

c a ¶ Christus super sanctos sedet, vel diuinitas super humanitatem. 7

b ¶ Dico. c ¶ Quia iam impassibilis & immortalis. 8

d candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, 9

a ¶ In seipso vel in diuinitate. b ¶ Ad similitudinem triumphantis. 10

¶ Quia vicit diabolum per sapientiam. ¶ Potestate. 11

habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua 12

¶ A Christo. ¶ In hoc quòd seruus. 13

e f falcem acutam. Et alius angelus exiuit de templo, clamans 14

15

(† moriūtur posthac. Etiam.)

a *Amodo iam dicit, &c.* ✱ ARETHAS. Literæ ordinatio ita habetur. Spiritus dicit: Scribe amodo, tanquam attrahens eos qui certant, promissione quòd cessabunt quæ ipsis laboriosa sunt: & assequentur bona in quibus conquiescant. Simul enim vt sublati fuerint è medio labores, inducetur operum retributio.

✱ AMBROS. Vel, Amodo, id est, à tempore mortis suæ requiescent sancti à laboribus suis.

b *Opera.* Id est, mercedes operum quæ sequuntur. Q. dum in mundo erant maiores tribulationes ad maiorem coronam ingruebant: vnde adeo abiecti reputabantur, sed iā nihil patientur.

✱ AMBROS. Sed quomodo opera sequuntur? Nonne Cornelium præcesserant opera sua, cui ab angelo dictum est: *Orationes tuæ & eleemosynæ commemoratæ sunt in conspectu Dei?* Sed *sequi,* pro *comitari* posuit. Nam & exercitus qui regem comitatur, eum sequi dicitur, cùm alij præcedant, alij sequātur, alij ad dexteram siue ad sinistram incedant. Opera igitur Sanctorum sequuntur illos, quia merces operum illorum sequūtur illos in perpetuum. Possumus & hoc de illis intelligere, qui temporibus Antichristi pro nomine Domini nostri interficiendi sunt. Beati quippe erunt illi, & in Domino morientur, qui pro fide Domini morientur. (Act 10.) C

✱ IVLIANVS TOLET. Quibus sanctis animabus iam datæ sunt stolæ albæ, id est, ipsa illa beatitudo patriæ cælestis, in qua nunc gaudentes exultant, dictum est eis, *Requiescite adhuc modicum, &c.* Regnum tamen animarū eorum iam cum illo est nūc: dum isti mille anni decurrunt. Vnde & in eodem libro legitur: *Beati mortui qui in domino moriuntur, &c.* Regnat itaq; cum Christo nūc primùm Ecclesia in viuis & mortuis, sicut Apostolus dicit: *Mortuus est Christus, vt & viuorum & mortuorum dominetur.* Sed ideo martyrum tantum animas Ioannes commemorauit, quia ipsi præcipuè regnāt mortui: qui vsque ad mortem pro veritate certauerunt. Sed à parte totum, etiam cæteros mortuos intelligimus pertinentes ad Ecclesiam, quę est regnum Christi. (Lib. 2. prognosticon. c. 37. Apoc 6.) D (Rom. 14.)

✱ PASCHASIVS Corbeiēsis. Summopere cauendū, vt nullus Christianorū hinc sine viatico exeat, id est, sine corpore Christi & sanguine, vt Christum in se habeat sicut in fide, ita & in cibo carnis & sanguinis: quia beati mortui qui in Domino moriuntur. Tunc autem in Domino morimur, si nos in illo, & ille in nobis per hoc mysterium maneamus. (Lib. de corpore & san. Domini, ad finem.) E

c *Et vid.* Ostensa remuneratione bonorum, per quod inuitabat ad cōsortium eorum, supponit damnationem impiorum, vt per terrorem ducat ad idem propositum.

d *Similem fi. ho.* Quia non iam verè erat filius hominis. quia immortalis.

✱ ANDRÆAS. Per nubem, sensilem accipere licet, cuiusmodi fuit illa quæ Christum ex oculis Apostolorum suscepit. An aliquam certè angelicam virtutem: sunt enim suaptè natura puræ, & instar nubium sublimes. Per eum qui super nubem sedere visus est, Christum denotatum arbitramur. Corona autem capiti imposita, Regem, rerumque omnium dominū esse ostendit. Additur porrò fuisse auream, propterea quod materia hæc apud nos illustris splendoris, eximiique valoris existat. Falx denique quam manu tenebat, consummationis est symbolum. Nam ipse quoque Dominus seculi consummationem per messem designat. (Matth. 13.)

e *Angelus.* Id est, sancti, qui vsque huc fuerant infidelibus occulti in claritate apparent iudicaturi, orantes cum desiderio, vt Deus separationem faciat bonorum & malorum. F

f *Exiuit de tem.* Exire dicūtur sancti de templo, cum iam apparent non quales olim fuerant, sed quales in æternum mansuri.

Mitte

NICOLAVS DE LYRA.

*mundo per religionis ingressum. Nam illis temporibus quidam vir potens deuotione ductus reædificauit cœnobium sancti Benedicti apud castrum Caßinum, quod per Longobardos per multos annos ante fuerat destructum: & ibidem seruiens suo exemplo multos induxit ad seruiendū Christo. Tunc etiam temporis multi nobiles in diuersis partibus relicta pompa seculari ad seruiendum Christo habitum religionis assumentes fuerunt mundo mortui. de quibus secundum istos dicitur :*Beati m. *& etiam quod subditur:* Iam di. sp. vt re. à la. su. *Nam à labore vitæ actiuæ transierunt ad requiem contemplatiuæ: sed quia sic morientes mundo non moriuntur in domino propriè, sed magis incipiunt viuere in ipso, nec à laboribus bonis quiescunt, sed magis eos amore Christi assumunt. s. vigilias, orationes, ieiunia & consimilia. ideo melius videtur dicēdum, quod hic post punitionem malorum æternam, describitur retributio bonorum æterna. sicut dictum est suprà, vt sic opposita iuxta se posita magis elucescant. ideo dicitur hic Ioanni.* 1 Scribe. *tanquam rem notabilißimam.*
2 Beati mortui qui in do. *i. in confessione domini nostri Iesu Christi per palmam martyrij, quales fuerunt centum quadragintaquatuor milia. de quibus dictum est cap. præce.*
3 Amodo iam di. spi. *scilicet sanctus qui cum patre & filio est vnus Deus. exprimitur tamen hic specialiter : nam opera sunt meritoria per charitatem per quam spiritussanctus habitat in nobis, & sic retributio mercedis quodam modo speciali attribuitur ei.*
4 Vt requi. à la. suis. *nā in beatitudine appetitus totaliter quietatur.*
5 Opera enim illorum. *meritoria vitæ æternæ.*
6 Sequuntur illos. *in beatitudine quam recipiunt pro ipsis.*
7 Et vidi. *Inchoata persecutione Saracenorū, hic interponitur alia. s. Longobarborum, & hoc propter successionem temporis, cuius ordinem Ioannes prosequitur in hoc libro. Et diuiditur in duas partes: nam primò ponitur à Longobardis ecclesiæ liberatio, secundò plurium aliorum eam persequentium percussio, ibi:* Et post hæc vidi. *Circa primum sciendum quòd anno domini septingentesimo quinquagesimotertio, Astruphus Longobardorum rex in Italia multum afflixit ecclesiā. propter quod Stephanus papa transiit in Franciam quærens auxilium contra dictum regem, quod impetrauit. & hoc describitur in hac parte. Quæ diuiditur in duas partes: quia primo describitur hoc auxilium tempore Pipini, secundò tēpore Caroli magni filij sui, ibi:* Et alius angelus. *Circa primum dicitur:* Et vidi: & ec. nubem can. *per quam intelligitur regnum Franciæ candidatum præ cæteris moribus & fide.* (Diuisio. Afflictio Christianorum per Astruphū Longobardorū regem. Diuisio.)
8 Et super nubem sedentem. *scilicet Pipinum regem.*
9 Similem filio hominis. *i. conformatum Christo in fide & iustitia, licet hæc assimilatio fuerit valde longinqua.*
10 Habentem in capite suo coron. au. *nam reges Franciæ ad literam aurea corona coronantur.*
11 Et in manu sua. *i. potestate sua.*
12 Falcem acutam. *i. exercitum valde bellicosum, per quem Pipinus multas & magnas victorias habuit.*
13 Et alius angelus. *id est, papa Stephanus.*
14 Exiuit de templo. *Romanæ ecclesiæ.*
15 Clamans vo. mag. *i. deprecans ex magno affectu.*

✱ Ad

MORALITER.

† 1 *Scribe: beati mortui qui in domino moriuntur.* Est enim beatitudo status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt dicitur libro de consolatione.

5 *Opera enim illo. sequun. illos.* Quia secundum quantitatem meritorum sequitur quantitas præmiorum.

7 *Et vidi & ecce nu.* Hic literaliter per duas falces describuntur duæ punitiones tyrannorum.

MORALITER autem significantur duo modi, quibus puniuntur mali Christiani. primus est per excommunicationem, qua præscinduntur à communione ecclesiæ propter suam contumaciam, ideo dicitur: *Mitte fa. tuam.* & sequitur. (Modi duo punitionis Christianorum)

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Mitte falcem.* Id est, iudiciariam sententiam à bonis malos separantem.

Andræas. Vox ista angeli communes angelicarum virtutum preces, & sanctorum omnium desiderij significat. Omnes namque honorem & gloriã, peccatisque & iniquorũ excisionum videre gestiunt, quo fluxa tandem desinant, succedant autem stabilia, fixéque consistentia. Cùm verò messem aruisse clamat, cõsummationis tempus præ foribus vigere indicat,&c.

b *Quia venit ho.&c.* Quia iam est opportunum, cum completus sit numerus tuorum.

c *Et alius ange. &c.* Cum ostendissent Deum potestatem iudicandi habentem à sanctis implorari, & sic iudicium fieri, ostendit eandem potestatem sanctos habere, & Christum vt iudicent imperare, & illos imperio obedire. *Alius angelus exiuit.* id est, Christus qui occultus & vilis fuerat, in fidelibus clarus apparuit, & veniens de altari.i.de loco secretiori, quod nunquã alij sancti, scilicet cognitus ab omnibus Deo consubstantialis.

¶ Ad Christum. a ¶ Exerce iudicium.
a voce magna ad sedentem super nubem: † Mitte falcem tuã
a ¶ i.collige tuos. b ¶ Quoniam consecrata est nequitia malorum,& iam non habet locum. c ¶ Vel venit. ¶ Vel aruit.
b & mete, quia venit hora vt metatur, quoniã maturuit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in
a ¶ i.separauit bonos à malis. b ¶ Supradicti sancti aliud officium habentes. c ¶ Qualis esset apparuit.
c terram, & messuit eam. Et alius angelus exiuit de templo
a ¶ i.de secreto loco. b Sicut Christus.
quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam. Et alius an-
a ¶ De loco secretiori in quo sancti. b ¶ Qui bene poterat præcipere, quia poterat etiam dare. c ¶ Id est, æternam pœnam.
gelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem,
a ¶ Vel super dæmones & malos homines. ¶ Imperio magno. b ¶ i.ad sanctos. ¶ Potestatem iudiciariam.
* & clamauit voce magna ad eũ qui habebat falcem acutam,
a ¶ i.exerce iudicium. b ¶ i.separa maturos in nequitia.
d dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vi-
a ¶ Quia malitia eorum completa est. b ¶ Et tali imperio. c ¶ Scilicet bonorum cœtus.
e neæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus
a ¶ In terrenos qui iudicandi sunt.
falcem suam in terram, & vindemiauit vineam terræ. Et mi-
a ¶ i.in infernum, vbi multi iram Dei patientur. b ¶ i.puniti sunt in inferno positi. c ¶ Quia pœna illa non erat purgatoria.
sit in lacum Dei magnum. Et calcatus est lacus extra ciui-
a ¶ Ecclesiam & congregationem bonorum, quæ est ciuitas sanctificata. b ¶ i.vsque ad rectores subditorum.
f tatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum
g a Per omnes voluptuosos ludentes vanitatibus. b ¶ Perfectos in malo. c ¶ Mediocres & etiam minores.
h per stadia mille sexcenta.

† Iohel. 3.
* & aquam
Zach. 9.
+ vineæ

d *Mitte fal.* Per messem terræ & vuas vineæ eorumdem malorum damnatio intelligitur, sed tamen per vineam illos determinatius habemus qui maiori studio mala operabantur, sicut vineæ, vt fructificet maior cura quã terræ adhibetur.

e *Et mi.* Vnde propheta: Lacus vbi nõ erat aqua.i. refrigeriũ.

f *Et ex.san.* Æterna pœna pro peccato sanguinis, non vinum quod in cellario Dei ponitur.

g *Vsque ad fre.* i.vsque ad ipsos rectores iniquorum puniendos.s.diabolos.

h *Per sta.* Omnes ludis mũdi.i. vitiis detẽtos, qui vel simpliciter in hoc sunt perfecti, quod per sex habemus: vel perfectiores, quod per cẽtũ: vel perfectissimi, quod per mille.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ad se.super nubem. *id est, Pipinum regem.*

2 Mitte fal.tuam & mete. *dirigendo exercitus tui potentiam contra Astruphum tyrannizantem.*

3 Quia ve.h.vt meta. *id est, vt eius tyrannis per tuam potentiam tollatur.*

4 Quoniam maturæ sunt,&c. *id est, ipse & exercitus obdurati sunt in sua iniquitate.*

5 Et misit qui se.super nub. falcem suam in terram. *Nam Pipinus valida manu intrauit in Italiam, & messuit terram. nam contra Astruphum viriliter pugnauit & reddere compulit beato Petro quæcunque sui iuris erant.*

Diuisio

6 Et alius angelus. *Hic consequenter describitur auxilium ecclesiæ contra Longobardos tempore Caroli magni. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur auxilium Caroli. secundo dilatatio cultus diuini.ca.seq. Circa primum sciendum, quòd anno domini septingentesimo septuagesimoquinto Carolus rex Franciæ ad preces Adriani papæ intrauit Italiam cum exercitu forti contra Desiderium Longobardorum regem ecclesiam multipliciter affligentem, quem impugnans tandem cœpit & secum in Franciam duxit: in quo Longobardorum regnum defecit. & hoc est quod dicitur hic:* Et alius angelus *scilicet Carolus magnus.*

7 Exiuit de templo. *scilicet Nomoniensi, in quo coronatus fuit, vt habetur in Chronica Sigisberti.*

8 Quod est in cælo. *militantis ecclesiæ, quæ frequenter cælum nominatur in scriptura.*

9 Habens & ipse falsam a. *id est, exercitum fortem, immo exercitu patris sui fortiorem.*

10 Et alius an. *i.papa Adrianus.*

11 Exiui de altari. *ad quod accesserat pro missæ celebratione, vt Deus vellet ecclesiam protegere.*

12 Qui ha.po.su.ig *i.ad inferendum excommunicationis & aggrauationis pœnam. Quælibet enim pœna nomine ignis aliquando designatur. Aliqui libri habent: Et aquam. sed non est de textu, nec habetur in libris correctis.*

13 Et cla.vo.ma. *ex affectu magno, deprecans* Carolum *vt ferret sibi auxilium.*

14 Mitte falcem tuam acutam. *i.exercitus tui potentiam.*

15 Et vindemia botros. *id est, Longobardos, eorum auferendo potentiam.*

16 Quoniam ma.sunt vuæ eius. *id est, Longobardi sunt destructione digni.*

17 Et misit an. *i.Carolus.*

18 Falcem suam. *i.exercitus potentiam. Aliqui libri habent acutam, in terram, sed non est de textu.*

19 Et vindemiauit vineam ter. *auferendo potentiam Longobardorum de terra Italiæ.*

20 Et misit in lacum iræ Dei magnum. *Nam regem deduxit captiuum.*

21 Et calcatus est lacus extra ciuitatem. *quia regem cum vxore duxit in exilium extra terram suam, vt dictum est.*

22 Et exiuit sanguis de lacu,&c. *Nam in regis captione multi Longobardi fuerunt occisi.*

23 Vsque ad frenos equorum. *nam ex sanguine occisorum freni militum Caroli fuerunt rubricati, sicut in talibus bellis solet fieri.*

24 Per stadia mille sexcenta. *Nam fama huius victoriæ Caroli fuit longè latéque diffusa, scilicet per quatuor orbis partes, per numerum dictum designatas, eo quòd est numerus quadratus qui consurgit ex ductu numeri in seipsum, sicut quaternarius qui consurgit ex ductu binarij in seipsum. nam bis duo sunt quatuor, & similiter nouenarius qui consurgit ex ductu ternarij. nam ter tria sunt nouem. Et sic est in proposito. nam mille sexcenta est numerus consurgens ex ductu quadragenarij in seipsum: quadragesies enim quadraginta faciunt mille sexcenta, vt patet consideranti. & sic per numerum prædictum designantur quatuor orbis partes.*

CAP.

MORALITER.

† *Quoniam aruit messis terræ.* Per istam ariditatem significatur induratio siue contumacia, propter quam est communicatio ferenda. Secundus verò modus est per exterminationem siue gladium materialem, & pertinet ad iudicem secularem. & de ista subditur. *Et exiuit sanguis de lacu.*

Et

CAP. XV.

a *Et vidi,&c.* In his tribus visionibus supradictis.i.reuelatione mysteriorum, & datione tubarum, & in pugna mulieris contra diabolum à principio redemptionis prosecutus est ordinem vsque ad diem iudicij: in his vero tribus sequẽtibus circa vltima tempora immoratur, quia de his præcedẽtibus in aliis diuinis scripturis dictum enucleatius: de illis verò parum & occultius. In hac ergo quinta visione materia sũt septem angeli tenẽtes phialas, in quibus cõtinentur plagæ. i.destructiones iniquorũ qui tempore Antichristi erunt, quę destructio maxime hortatur præsentes ad patiẽdum. In his tribus visionibus tres dicit, cũ quatuor sint supradictæ. Sed omissa prima, quæ fuit de correctione ecclesiarũ de aliis trib' dicit, cõsideratione tamen.

b *Et mirabi.* Mirũ est hominem habere tantam potestatem, vt alios possit damnare.

Arethas. An non hoc magnum est, quod vniuersalem designat subuersionem? An non admirandum est mundum esse consummãdum ab angelis, qui eodem sunt numero cũ diebus ebdomadæ à quibus habuit initium, & in eũdem finire numerum cum angelis qui id muneris sortiti sunt vt ipsum perdant, & ad perdendum habent plagas?

Andreas. Vbique ferè septenarium numerum assumit Euangelista. Docet autem hîc fore vt per septem angelos totidémque plagas, iniquitates quę intra septenarium numerum in præsenti hoc seculo temere perperrantur, comprimãtur & coherceantur. Post has autem illatas, sanctorum vitam & gloriam per mare vitreum designata, exordium facturum.

c *Plagas se.* i.omnem, excęcationem & destructionem illorum qui tempore Antichristi erunt.

d *Quoniam in il.* Verè plagas habebunt, quia iram Dei super iniquos exercebunt, & verè nouissimas, quia in mundo post eas non inferet Deus alias.

e *Tanquam m.* i.baptismum, vbi fidei puritas exigitur & homines à vitiis mundantur.

Andreas. Mare vitreum eorum multitudinem qui salui fiunt, futuræque quietis puritatem, tum ipsorum quoque sanctorum splendorem significare arbitramur. Hi enim virtutum radiis ornati, instar solis lucebunt. Quod autem ignem admixtum habere perhibeatur, ad apostolicum illud referri potest: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit: & si interim ignis ille eius naturæ existat, vt puris syncerę que fidei & vitæ hominibus nihil quicquam noceat: discinditur enim vis eius citra vllam confusionem in diuersas vires & operationes. Enimuerò quod in eo adurendi virtutem sortitum latet, hoc peccatoribus tribuitur: quod verò illuminare natum est, hoc ad iustos, vti magnus Basili' interpretatur, trãsmittitur. Per citharas verò membrorum mortificationẽ, beneque compositam vitæ rationem, diuini Spiritus plectro per virtutum concentum ritè moderatã, insinuat. Per Moysi canticum eam laudationem & cultum accipimus, quibus Deũ prosequebãtur, qui ante effusam Christi gratiam, in vetere lege iustificationis gratia potiebãtur. Per agni autem carnẽ indefessam illorum prędicationem & gratiarum actionem, qui post Christi aduentũ sanctę integréque vixerunt. Hi enim de beneficiis & donis, quæ à Christo in genus nostrum dimanarũt, continuò gratias agunt: maximè verò de eo quod gentes per Apostolos ad sui agnitionem vocare dedignatus non fuerit.

f *Habentes ci.* i. mortificantes carnem, quod Deus eius iniunxit, vel quod prior ipse fecit.

g *Canticum Moy.* i veterem legem. & est exultatio bene intelligentibus.i.spiritualiter.

h *Viæ.* i.institutiones Dei, per quas non ad Deum, vel ipse ad nos venit, sunt iustæ: quia vnicuique pro merito reddunt, & veræ: quia perducunt quo promittunt.

CAP XV.

¶ i.figuram aliud significantem. a ¶ Quia qui significantur, in cælo conuersantur.
Et vidi aliud signum in cælo magnum
a ¶ Prædicatores.
& mirabile, angelos septem habentes
a ¶ i.iniunctas à Deo sibi.
plagas septem nouissimas, quoniam in
a ¶ Et cum illis angelis.
illis consummata est ira Dei. Et vidi tan-
a ¶ Quia in eo baptizatis spiritussanctus datus est.
quam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt be-
a ¶ Antichristum. b ¶ i.conformitatem eius imitantes, vel vitam. c ¶ Qui per hos non sunt decepti. d ¶ Stant qui gratiam baptismi seruant integram.
stiam & imaginem eius, & numerum nominis eius stantes
¶ Cum exultatione adimplentes.
f supra mare vitreum, habentes citharas Dei & cantan-
a ¶ i.nouum Testa. b ¶ Alios admonentes.
g tes canticum Moysi serui Dei, & canticum agni dicentes:
a ¶ In prima creatione. b In recreatione.
Magna & mirabilia sunt opera tua domine Deus om-
a ¶ Quia vnicuique pro merito reddunt. b ¶ Quia perducunt quo promittunt.
h nipotens, iustæ & veræ sunt viæ tuæ domine rex † san-

† seculorũ

a Iudicia

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XV.

Diuisio.

Et vidi aliud signum. *Descripta Longobardorum destructione, hic consequenter describitur persecutio plurium persecutorum ecclesiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo proponitur hæc persecutio. secundo subditur persecutionis executio, ibi:* Et post hæc vidi. *Prima in duas, quia primò describitur persecutio dicta, secundo subditur ex hoc laus diuina, ibi:* Et vidi. *Circa primum dicitur.*

1 Et vidi aliud si. *Nam erat rei futuræ signatiuum.*

2 Magnum & mirabile. *Nam persecutiones inimicorum ecclesiæ per hoc signatæ. factæ fuerunt diuina virtute.*

3 Angelos septem. *de quibus postea singulariter dicetur cap.seq.*

4 Habentes septem plagas. *idest virtutes à Deo inferendi eas.*

5 Nouissimas. *Non simpliciter, sed respectu temporis præteriti, sicut in Gene.xlix.a. dicitur: Congregamini, vt annunciem quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus: & tamen illa sunt iam cõpleta à magno tẽpore.*

6 Quoniam in illis consummata est ira Dei. *idest per illos posita est vindicta Dei reprobis in effectu. Ira enim est appetitus vindictæ: ideo tunc consummatur cum in effectu ponitur.*

7 Et vidi tanquam mare vitreum. *Hic consequenter describitur laus diuina, quæ licet secuta fuerit persecutiones reproborum, tamen hic præmittitur executioni earum immediatè. frequenter enim prius facta ponuntur post in scriptura. & quia sancti in cælo prauidentes persecutiones istas locuti sunt antequam essent in effectu. Dicit igitur Ioannes.* Et vidi tanquam mare vitreum. *idest ecclesiam militantem, quæ sic nominatur ratione baptismi, vt dictum est suprà.iiij.cap.*

8 Mixtum igne. *sancti spiritus qui datur in baptismo.*

9 Et eos qui,&c. *i.gentem Saracenicam hic per bestiam designatam, eo quòd Mahumetus cuius sectam tenent, sic nominatur suprà cap.xiij.*

10 Et imaginem eius. *idest similes Saracenis.*

11 Et numerum nominis eius. *adhærentes eis. Vel per numerum nominis eius intelliguntur infideles quicunque Christo contrariantes & ecclesiæ. Nam nomen numeri eius suprà positũ est antemos, quod de principali significato signat contrarium, scilicet Christo, vt dictum est suprà capi.xiij.in fine. Septem enim plagæ seu persecutiones sequentes sunt Saracenorum & eis similium, & Christo & ecclesiæ contrariantium: vt patebit inferius prosequendo.* 12 Stantes. *per vitæ sanctitatem.*

12 Habentes citharas Dei. *Et per hoc intelliguntur gratiarũ actiones in vniuersa ecclesia de victoriis sequentibus contra reprobos & infideles. Et quia ecclesiæ orationes partim accipiuntur de veteri Testamento, & partim de nouo. ideo dicitur.*

13 Cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum agni di.Ma.& m.s.o.t. *Nam dictas victorias attribuerunt potentiæ diuinæ.*

14 Iustæ & veræ sunt viæ tuæ. *obstinatos puniendo, & pœnitentes suscipiendo. ideo sequitur.*

1 Quia

MORALITER.

1 *Et vidi.* Sequitur.

3 *Angelos septem h.plagas septem nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.* per quas significantur omnes pœnæ in generali, quæ sunt peccatoribus infligendæ, eo quòd septenario numero vniuersitas figuratur. Et magis explicantur capitulo sequenti. Præmittitur tamen laus iustorum de euasione dictarum pœnarum, & de diuinæ iustitiæ impletione, cum dicitur.

7 *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne.* Per quod significatur baptismus, eo quòd confertur in aqua & spiritusancto qui est ignis diuinus.

12 *Habentes citharas Dei & cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum agni dicentes.* idest laudes diuinas de sua euasione & diuinæ iustitiæ impletione in malorum punitione. Et patet litera.

Moral.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Iudiciatua ma.* Quòd quosdam eligis, quosdam reprobas, vt cognoscant fideles esse ex iustitia.

b *Et post hæc.* Cum ostendissent illos angelos habere potestatem plagádi, dicturus quas plagas illi sunt illaturi, prius proponit causam qua ostédit illos dignos esse qui plagas sunt passuri.

c *Apertum est tem.* i. reuelata sũt mysteria ecclesiæ, in qua Deus habitat, & ad honorem Dei militant.

✠ Ambrosivs. Per tabernaculũ præsens ecclesia designatur: per templum cælestis Hierusalẽ, quæ ex viuis lapidib⁹ quotidie ædificatur. Quid igitur dicit, apertũ est templũ ecclesiæ? Templum verò Ecclesiæ, quid est aliud nisi cælestis patria? Hoc templum per Christum apertũ est, quia aditus regni cælestis per eum omnibus fidelibus patefactus est. Sed quomodo ex hoc templo p̃dicatores exisse dicũtur? Nũquid sancti ab illa cælesti patria, ad prædicandum descẽdunt? Quasi de cælesti patria prædicatores exeunt, cùm ab illo mittuntur, qui gloria est sanctorum, & à quo omnis doctrina procedit. Habẽt autem septem plagas in potestatem, & non in pœnam suam. Per septem plagas septem vitia principalia ex quibus omnia mala oriuntur, designantur. Omnes enim operatores malorum ita in potestate habebunt in die iudicij, vt eorum iudicio perpetua pœna plectantur. Dominus enim dicit: *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Per lapidem verò mundum atque candidum, quo septẽ angeli vestiti dicuntur, Christus designatur, de quo dicit Apostolus: *Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Per Zonas autem aureas, prædicatorum sapiẽtia intimatur: quæ corda sanctorum intrę se ita concludit, vt extra ipsam per diuersos errores euagari non sinat.

Matth. 25. Gal. 3.

d *Et exierunt.* Et quia ita aperta erant, exibunt prædicatores & reprehendent malè operantes.

e *Et vnum.* quia quod illi prædicabunt ex institutione priorum patrum habebunt, qui omnes vnus dicuntur, quia vnum docent.

a ¶ Ergo. b ¶ Idest ex timore tibi seruiet. ¶ Opere & prædicatione.

ctorum. † Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es, quoniam omnes Gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniã iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo. Et exierunt septẽ angeli habentes septem plagas de templo vestiti † lapide mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum fumo à maiestate Dei & de virtute eius & nemo poterat introire in templum donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

a ¶ Et verè timebunt. b ¶ Quia gratis saluas. c ¶ Et verè magnificabunt. d ¶ Aliqui de omnibus.

a ¶ Fide. b ¶ In spiritu & veritate. c ¶ In beneplacito. ¶ Et verè magnificabunt.

a ¶ quæ prædicta sunt. b ¶ i. spiritu reuelante cognoui c ¶ i. occulta vel sacramenta Christi.

b Ecclesiæ militantis b ¶ Idest quæ continet in se vetus & nouum Test. c ¶ Idest vniuersi prædicatores.

a ¶ Idest plenitudinem intelligentiæ scripturarum quæ sunt plagæ. b ¶ Postquam illos qui sunt ecclesia confirmauerunt. c ¶ Iesu Christo missi. d ¶ Idest Christo in baptismo. d ¶ Quia sine peccato. ¶ Firmitate.

a ¶ A vitiis. ¶ Propter conuersationem. b ¶ Virtutibus. ¶ i. in signum ministerij prælatorum. c ¶ Etiam malas cogitationes. d ¶ Retinaculo charitatis.

a ¶ Idest prædicatores primitiui, vel ipse Christus qui fuit quatuor animalia. b ¶ Idest prædicatoribus. c ¶ i. fecit eos vasa iram Dei continentia. ¶ Illuminatos diuina sapientia.

a ¶ Scilicet & potentis punire. b ¶ Idest in æternum.

a ¶ Idest scriptura, scilicet quantum ad malos. b ¶ Obscuritate. c ¶ Præsentia Dei. d ¶ Quia cui claudit nemo aperit.

a ¶ De reprobis. b ¶ Scilicet per veram intelligentiam, quia exæcauit eos malicia eorum.

a ¶ In pœna oculos aperit, quos culpa claudit.

f *Iracund.* i. iræ: quia corrigunt, corripiũt, iram Dei peccãtibus minantur, aliquando etiam excõmunicãt.

✠ Ambrosivs. Phialæ septem angelorum plenæ fuerunt iracundiæ iræ Dei, quia quantum ad reprobos pertinet, prædicatio sanctorũ irã Dei in se continuit: quia pro eo quod prædicatione eorum cõtempserũt, iram Dei meruerunt.

✠ Andreas. Quod spectat ad hasce plagas & phialas, quisquis illas iis accommodauerit, qui sub seculi finem in viuis inuenientur, is à scopo non multum aberrauerit. Nã cùm sit Deus benignus & clemens, quo supplicia quæ in futuro seculo sine fine inferẽtur, nonnihil diminuantur, in præsenti vita pœnam promeritos per Enoch & Heliam Prophetas, per elemẽtorum intemperiem & clades quæ per bella contingunt, per incommoda quæ Antichristus inferet, puniri & flagellari permittet, sicut subinde quoque permittit: siquidem hæc omnia eò spectant, vt mitigetur pœna sceleratis apud inferos constituta. At nos paterne à Deo castigati, submissè præcemur: domine, ne in furore tuo flagelles nos, &c.

g *Fumo à ma. &c. ne.* Quamuis tunc omnia erunt ita aperta fidelibus, tamen ipsa erunt clausa & obscura infidelibus.

h *Introire.* idest intelligere illud occultum Dei iudicium, quare alios eligit, alios reprobat, donec in fine mundi aperte cognoscent sancti. Vel, introire interim in ecclesiam, donec completa sit omnimoda damnatio malorum in iudicio, quia postea constat non intraturos.

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia solus pius es. *peccatores reuocando. ideo subditur.*

2 Quoniam omnes Gentes ve. *scilicet ad fidem Christi non mundi, multi etiam infideles videntes victorias Christianorum mirabiles quæ infrà describuntur vexatione intellectum eis dante, credituri essent in Christum, vt dicetur in ca. sequen. specialiter de Saxonibus & huiusmodi.*

3 Et p.h. *Hæc consequenter describitur septem plagarum executio. & aliuditur in duas partes, quia primò ponitur persecutionis dispositio, secundò ipsa persecutio. ca. seq. Circa primum dicitur:* Et po. hæc vidi: & ecce apertum est temp. *idest diuinum secretum per impletionem in effectu.*

4 Et exierunt sep. an. *idest Dei nuncij, qui postea nominabuntur prosequendo.*

5 Habentes septem pla. *idest habentes potestatem insligendi septem vindictas.*

6 Vestiti lapide mundo. *idest Christo, qui dicitur Lapis abscisus de monte sine manibus, Dan. ij. e. Et mundus. quia peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. 1. Petri. ij. d. quo dicuntur indui homines sancti. Ro. xiij. d.* Induimini dominum nostrum Iesum Christum, *per imitationem operum suorum. Et hoc patet, quod per istos septem angelos de quibus sigillatim postea dicetur, homines catholici & sancti intelligentur.*

7 Et pr. c. p. zo. au. *per hoc designatur castitas mentis, quæ percipitur in nouo Testamento, sicut per venes accinctos castitas corporis pertinens ad vetus Testamentum, Matth. v. d. Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.*

8 Et vnum de quatuor anima. *i. de quatuor euangelistis, vt dicunt aliqui, dicentes quod iste fuit Lucas, qui magis loquitur de punitione reproborum: sed secundum ea quæ dicta sunt, supra ca. x. iste magis videtur fuisse Marcus, vt dictum fuit, quod per quatuor animalia intelliguntur quatuor ecclesiæ patriarchales siue quatuor patriarchæ eis præsidentes. Marcus verò fuit verè patriarcha Alexandrinus.*

9 Dedit septem angelis septem phialas. *i. potestatem puniendi reprobos ex ordinatione diuina.*

10 Et impletum est tem. Dei fu. *per quod signatur diuina condescensio. sicut. iij. Reg. viij. dicitur quod nebula impleuit domum domini, ad designandum Dei præsentiam, acceptando deuotionem Salomonis & populi. sic in proposito Deus percutiendo reprobos condescendit electis.*

11 Et nemo poterat introire in templum. *quod exponunt aliqui de ecclesia Ierosolymitana, quam fideles nõ introierũt, donec septẽ plagæ sequentes cõsummatæ fuerunt, quod completum fuit tẽpore Godfredi ducis Lothoringiæ capta Ierusalem per Christianos. Sed hoc dictũ non videtur verum: nam ante cõpletionem septẽ plagarũ habitata fuit Ierusalem à Christianis, vt videbitur ca. seq. Propter quod aliter est dicendũ. s. quod Ioannes dicendo, quod nemo poterat, &c. alludit ei quod dicitur. iij. Reg. viij. b.* Nebula impleuit tẽplum domini. *Et subdit ibi:* Et nõ poterant sacerdotes stare, *quia retraxerunt se propter reuerentiã præsentiæ Dei, vt diffusius dictũ fuit ibidẽ. Per hoc ergo quod dicitur:* Et nemo po. in. *designatur, quod ministri ecclesiæ reuerentius solito se habent ad Deũ, vt impleatur plagæ super inimicos ecclesiæ, vt sic liberius possint ecclesias ingredi ad celebrandũ officiũ diuinũ sublato impedimẽto infidelium.*

✠ CAP.

CAP. XVI.

a ¶ Et audiui. *&c.* Sequitur: *Ite & effundite.* ✠ Ambrosivs. Vox de templo vox domini est præcipientis prædicatoribus, vt verbum Dei non solum electis, sed etiam reprobis annuncient, quatenus habeant isti vnde corrigantur, & illi vnde deterius damnentur. Prædicatores itaq; phialas suas super terram effundunt, cùm verbum Dei peccatoribus annunciant.

Vos qui boni estis quãtum ad vos proficite, & in malis dãnationem exercete. proficite pertinet ad ite. exercete, ad effundite. Cum isti iã prædicent, & aperta sint quæ prædicant, & tamen quidam intrare recusant, habent plagandi opportunitatem, & in hoc diuinam admonitionẽ.

In sexto sigillo & in sexto angelo sæpe locutus est de eisdem malis, sed hoc respectu, quod ostendebat quales & quantas tribulationes inferrent sanctis. quod si etiam ibi erat aliquod verbum de damnatione malorum, & hoc incidenter ponebat ad cõfirmationem patientium. hic verò tantam loquitur de plagis quas ipsi sancti inferent malis.

b *Et abiit primus angelus, &c.* ✠ Ambrosivs. Prædicatores qui ante legem fuerunt hic angelus designat. Effudit autem phialam suam in terram, quia sancti viri qui ante legem fuerunt, admonitionis verba impiis impenderunt. vt eos corrigerent. Sed vulnus pessimum in eos factum est, quia ex prædicatione sanctorum deteriores effecti mandata Dei contempserunt. Vulnus autem pessimum est, contemptus mandatorum Dei. Per characterem bestiæ, superbiam incorrigibilem eorum qui vt diabolus, pœnitere renuunt, intelligimus.

✠ Andreas. Vel, vlcus malignum in iis qui adorauerãt bestiam, illum dolorem & cruciatum exprimit, qui in corde illorum infixus instar latentis morsus scorpionis, animos deserторum assiduè pungit & roditat dum numirũ variis plagis diuinitus immissis acriter cæsi, nullam ab Antichristo opem consequi se posse animaduerunt. Sed & verisimile fit quoque externa vlcera eorundem corpora grauiter excarnificatura: idque cùm ob alia, tum maximè ad ostendendum vlcerosæ animæ illorum statum, vulneráque diabolicis imposturis Antichristi & ærumnis iaculis inflicta.

c *Vulnus.* Inobedientia est causa, quare vulnus illud fiat.

d *Et se. ang. &c.* ✠ Ambro. Iste doctores legis significat. Totum autem mare versum in sanguinẽ, vindicta est criminibus sceleratis secundum legem, quæ sanguinis effusione fiebat.

☞ ✠ Andreas.

CAP XVI.

a ¶ i. diuinam inspirationem, vel aliquam admonitionem. b ¶ Idest ecclesia, vel cœlo.

a Et audiui vocẽ magnam de templo dicentem septem angelis: Itè, & effundite b septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit primus angelus, & effudit phialam suam in terrã, & factum est vulnus fœuum ac pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare

a ¶ Non enim nisi mittantur debent prædicare. b ¶ i. annunciate peccatoribus pœnas debitas.

¶ In terrenos.

a ¶ i. primus ordo prædicatorum. a ¶ Suam prædicationem.

a ¶ Ad literam, apostoli primo Iudæis prædicauerunt. i. in Iudæos terrena amantes. b ¶ i. damnatio nociua. ¶ f. quantum ad intellectum excæcati.

a ¶ Quia Christum recipere nolunt. ¶ f. quantum ad effectum. b ¶ f. qui pro Christo recipient Antichristum. c ¶ i. fidem.

a ¶ Antichristi: vel signantur auari: qui viuunt ad similitudinem bestiæ. b ¶ Psal. Simulacra Gentium argentum & aurum. c ¶ i. in illos qui conformes erunt prædicatoribus eius.

a ¶ In officio. b ¶ Prædicationem diuinæ vltionis. c ¶ In illos sanctos contundunt. ¶ In luxuriosos.

a ius. Et secũdus angelus effudit phialam suam in mare

tum maximè ad ostendendum vlcerosæ animæ illorum statum, vulneráque diabolicis imposturis Antichristi & ærumnis iaculis inflicta.

c *Vulnus.* Inobedientia est causa, quare vulnus illud fiat.

d *Et se. ang. &c.* ✠ Ambro. Iste doctores legis significat. Totum autem mare versum in sanguinẽ, vindicta est criminibus sceleratis secundum legem, quæ sanguinis effusione fiebat.

☞ ✠ Andreas.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVI.

✠ 1 Et au. *Descripta dispositione ad septem plagas inferendas, hic consequenter describitur executio earum. & primo in generali, cum dicitur:* Et audiui vo. ma. *in quo denotatur magnitudo autoritatis diuinæ.*

2 De tem. *scilicet gloriæ Dei.*

3 Dicentem sep. an. *ad exequendum diuina mandata de reproborum punitione.*

4 Et abiit. *Hic consequenter ponitur executio in speciali. Et potest diuidi in septem partes, secundum numerum septem plagarum, quæ patebunt prosequendo. Circa primum sciendum, quod Constantinus qui cæpit imperare anno domini septingentesimo quadragesimo fuit pessimus. Nam sicut dicit Sigisbertus, imaginem Christi & sanctorum ab ecclesiis remouit, eósque qui Dei genitricem inuocabant, & qui vigilias in ecclesiis agebant, & qui à iramentis & ab immundis abstinebant patrimonijs priuauit & multipliciter cruciauit. Monachos etiam & moniales cõtrahere matrimonia coegit: quod multi vitantes ab eo martyrij ati sunt. Postea verò imperante Hirene vxore Leonis cum filio suo Constantino, quorum imperium incœpit anno domini septingentesimo octuagesimo secundo, Adrianus Papa ad instantiam patriarchæ Constantinopolitani congregauit synodum in Nycea, in qua condemnauit hæresim execrantium imagines Christi & sanctorum, quia sunt libri laicorum mouentes eos ad deuotionem. Vnde & beatus Lucas imagines Christi & beatæ Mariæ virginis primò dicitur depinxisse. Condemnant etiam hæresim Felicianam, quæ ponit in Christo duplicem Dei filiationem, s. veram in natura diuina, & adoptiuam in humana. Ad quod sequitur in Christo duplicem esse personam, vnam in natura diuina, aliam in humana. sicut dixit Nestorius. & ad hoc sequitur quod beata virgo non sit mater Dei, sed tantum hominis. Istæ verò hæreses habent similitudinem cum perfidia Mahumeti. nam Saraceni imagines execrantur. dicunt etiam Iesum filium Mariæ virginis esse hominem purum. igitur de damnatione huius duplicis hæresis dicitur:* Et abiit primus angelus. *ideſt Papa Adrianus sanctus & bonus.*

Diuino. Cõstantini malitia.

5 Et effudit phi. *suam in ter. prouiciendo excommunicationis sententiam in terrenos homines dictas hæreses tenentes.*

6 Et factum est vul. fœuum ac pes. *nam excommunicatio quæ est spiritualis plaga peior est quàm temporalis pœna in obstinatis.*

7 In ho. qui ha cha. b. i. *similitudinem Mahumeti modo prædicto.*

8 Et in e. qui ad. be. & ima. e. *reuerendo principes Mahumeto conformes.*

9 Et secun. *Hæc ponitur plaga secunda. Circa quod sciendum, quod aliqui ciues Romani contra Leonem Papam, qui præsunt ecclesiæ anno. v. Hirenes, & Constantini eius filij, coniurauerunt eis linguam & manus præscindentes & oculos eruentes, & eum in suo sanguine volutatum quasi semimortuum reliquerunt. De hoc igitur exponunt aliqui literam istam dicentes. quod ille ciuis Romanus, qui alios induxit ad dictam enormitatem dicitur hic angelus secundus, qui effudit phialam suam in mare. i. ecclesiam ratione baptismi mare nominatam. Ille namq; e ciuis effudit malitiam suam & iram in Papam, qui erat caput ecclesiæ. & factus est sanguis tanquam mortui, quia Papa fuit cruentatus suo sanguine, & quasi mortuus relictus. sed istud non videtur rationabiliter dictum, quia sicut patet ex prædictis, per septem angelos intelliguntur viri septem catholici & sancti. Iste verò ciuis Romanus fuit pessimus. Item quod subditur:* Et omnis anima viuens mortua est in mari, *non bene consonat prædictis. nam alij de ecclesia non fuerunt occisi cum Leone Papa, quia persecutio illa fuit personalis. Ideo aliter potest exponi & melius, vt videtur de Carolo magno Rege Francie, qui tempore illo Saxones debellauit, qui per mare hic designatur propter multitudinem illius populi, ex modo loquendi quo dicitur infra se. ca.* Aquæ multæ populi multi. *Mare namque est congregatio aquarum multarum. Item quia Saxones per mare nauigantes plures terras Christianorum afflixerunt. Dicit igitur Ioannes:* Et secun. an. *i. Carolus Rex Deo & ecclesiæ deuotus.*

10 Effudit phia. *suam in ma. exercendo diuinam vindictam in Saxones.*

✠ 1 Et fa-

MORALITER.

✠ 4 *Et abiit primus angelus, & effudit phialam.* per quam significatur punitio cupidorum qui defixi sunt in amore terrenorum. Vnde dicit Aug. Si diligis terram, terra es.

6 *Et factum est vulnus fœuum.* ideſt punitio grauis, quæ est infernalis.

7 *In homines qui habebant characterem.* ideſt tyranni, vt suprà dictum est & isti sunt cupidi: quia sicut tyrannus aliorum bona rapit violenter, ita cupidus fraudulenter per vsuras & calumnias falsas & alias fraudes falsas & exquisitas.

9 *Et secundus angelus effudit phialam.* per quod significatur punitio inuidorum. Nam sicut mare est amarum, sic inuidi amarricantur de bono aliorum.

✠ Morali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

✠ ANDREAS. Aut sic. Non est magnum aut difficile diuinæ virtuti, vt Pseudochristi infirmitas, eorumque quos seduxit facilitas & inconstantia plana fiat, per sanctos prophetas Enoch & Heliam transmutare mare. ita vt mortui hominis speciem præ se ferat: tum interitum iis adferre, qui vitam in ea degunt.

Nam istud olim per Moysem in Aegypto fecisse certò nouimus. Fortè cædes quoque quæ sub Antichristi aduentum propter bella & seditiones passim euenient, per hæc denotantur. Nam Gog & Magog contra se inuicem concitabunt & in quatuor orbis partes præliabũtur. Quin Reges quoque qui Antichristi imperium detrectabunt, cum toto exercitu in partes concidentur.

B a *Et fa. est san.* i. damnatio cius illata est pro sanguine quem effuderunt.

b *Sanguis.* i. damnatio illa erit *tanquam mor.* i. irreuocabilis. Sicut enim mortuus non redit ad vitam, sic illa sententia damnationis non reuocabitur.

c *Omnis anima vi.* Omnes consentientes, qui viuere videntur, quia apertè non persequuntur, sed propter consensum damnabuntur.

d *Et tertius angelus, &c.* ✠ AMBROSIVS. Iste prophetas designat: per flumina verò fontésque aquarum duodecim tribus cum suis familiis designantur. Phialam autem suam super hæc angelus effudit, quando sancti prophetę impio populo verbum Dei annunciauerunt. Sed illi deteriores effecti, nó solum mandata Dei contempserunt, sed & ipsos verbi Dei ministros occiderunt. In sanguinem verò versi sunt, quia ipsi sibimetipsis mortem perpetuam intulerunt.

✠ ANDREAS. Ostenditur quoque per hæc, permultos quando Antichristus bacchabitur, passim occursuros, qui propter singularẽ in fide cõstantiam prophetię donum consequentur: qui ea etiam de causa à diaboli satellitio trucidabuntur, &c.

a ¶ i. vltio sanguinis quem effuderant. b ¶ Quia non resurgens ab illa damnatione. c ¶ In qua videbatur viuere.

a & factus est sanguis tãquam mortui, & omnis anima viuens 1
b ¶ i. in amaritudine Gentilitatis. 2
c mortua est in mari. Et tertius angelus effudit phialam suam 3
d a ¶ i. contra pseudo Apostolos Antichristi, qui scripturas vel maiores vel minores deprauabunt. 4
b ¶ i. vltio & vindicta de peccatis eorum.
e super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. 5
a ¶ Custodem. b ¶ Scripturarum, vel populorum. c ¶ i. interiori affectu laudantem. 6
d ¶ æquitatem tenendo. e ¶ Scilicet omnibus præsidendo.
f Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es domine qui 7
g a ¶ Idest immutabiliter. b ¶ i. essentialiter. c ¶ i. form aliter & effectiuè. 8
d ¶ Qui per nos illos malos damnasti.
es & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti, quia sanguinem san- 9
a ¶ Minorum. ¶ Maiorum.
h ctorum apostolorum & prophetarum effuderunt, & sangui- 10
a ¶ i. pœnam æternam, & horribilem sicut sanguis.
i nem eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alte- 11
a Idest discipulum eorum. b ¶ Idest approbantem.
c ¶ Quod dicitis est verum.
k rum angelum dicentem: Etiam domine Deus om- 12
l ¶ Quod promittunt efficientia.
m ni potens, vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus 13

k *Etiam domine Deus omnip. &c.* Ex magna affectione conuertunt sermonem ad Deum.

l *Iusta.* Iustum enim est, vt qui sanguinem fudit, bibat vindictam sanguinis.

m *Et quartus angelus, &c.* AMBROSIVS. Quartus angelus Christum & Apostolos eius, cæterosque prædicatores significat: is autem phialam in solem effudit, quia Christus & Apostoli, quòd impij Iudæi à Romanis delendi essent apertis vocibus prædixerunt. Nam sicut qui libet seruus accipit à domino suo gladium, non vnde ipse iuguletur, sed vnde reum iugulet: ita & Romani effusionem phialæ in qua ira Dei continebatur, non ad hoc susceperunt vt ipsi

☞ in ea

c *Super flu. &c. & fa. est. s.* Quia similiter isti damnabũtur pro sanguine quem fuderunt, vel corporaliter vel spiritualiter.

f *Audiui.* Idest intellexi ipsos prædicatores qui hanc vindictam facient non sibi sed domino attribuẽtes & iustè fieri confirmantes.

g *Qui es & qui eras.* Venturum non ponit, quia in proximo venturum intellexit.

h *Et fa. e.* i. æternam pœnam pro effusione sanguinis, in qua promerenda sunt detectati.

i *Et audi.* Quod magistri dicunt, discipuli confirmant.

☞ in ea perirent, sed ad vindicandum Christi sanguinem. Vnde &
A sequitur: : *Quia datum est illis æstu afficere homines & igni.* Possumus per æstum, obsidionem: per ignem, famem & gladium quibus Iudæi consumpti sunt, intelligere. Datum est ergo Romanis à Deo, vt impios Iudæos diuersis calamitatibus afficerent, occiderent, à terra sua euellerent.

✠ ANDREAS. Fortassis, sensili solis ardore homines (tẽpore Antichristi) incendentur: Deo clemente camo & freno maxillas eorum constringente, & vi quadam impellente qui cunctantius ad illum accedũt: quo hac saltem ratione excitati, tandem aliquãdo ad pœnitẽtiam spectẽt. Fieri quoque potest, vt per solem diei cursum adumbret, adeoque variarum tentationum ardore hunc eos adusturum, subiudicet, qui flagellis digni comperti fuerint, quatenus pœnarum sensu admoniti, earum rerum, parentum nempe peccatum, odio habere incipiant, &c.

a *Et æstua.* Vel afflicti afficient tortores æstu iracundiæ, dum inuenientur inseparabiles, & sic æstuauerunt inuidia & ira.

b *Neque egerunt.* interius pœnitentes dolebant, extra confiteri non audebant.

c *Et quintus angelus, &c.* ✠ AMBROS. Quintus angelus orthodoxos patres, qui contra hæreticos dimicauerunt, significat: per sedem autem bestiæ, hæretici designantur: bestia autem, diabolum significat. Iure igitur sedes bestiæ dicuntur, quia in eorum cordibus diabolus inhabitat. Phialam ergo super sedem bestiæ effudit, quia sancti viri errores hæreticorum detegentes, quæ pœna illis instaret, manifestare studuerunt. *Factum est vero regnum eius tenebrosum,* quia illis quibus doctrina hæreticorum fulgida videbatur, per doctrinam sanctorum patrũ, quod misera & tenebrosa esset, demonstratum est. *Cõmanducauerunt linguas suas præ doloribus,* quia singuli singulorum errores reprehendebant. *Qui etiam Deũ præ doloribus blasphemarunt,* quia dolebant, quòd à catholicis viris semper conuincerẽtur. Vulnera verò eorum e-

a ¶ Antichristum, qui se dicit solem mundi. ¶ In vanam gloriam.
b ¶ A Deo permissum. ¶ Antichristo. ¶ i. ambitionis.
c ¶ Maiori tribulatione.

effudit phialam suam in solẽm, & dãtum est illi æstu affligere 1
a ¶ Minore. b ¶ i. defecerunt quidam in illa tribulatione c ¶ f. fideles. 2
¶ afflicti. ¶ Cor de & ore. 3
a homines & igne. Et æstuauerunt homines æstu magno, & 4
¶ Quia quibus vult dat, & quibus vult amouet. 5
blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatẽ super has 6
a ¶ i. respuerunt, neque peccatum suum confessi sunt. 7
b ¶ Etiamsi corde dolerent, non sunt ausi proferre.
b plagas, neq; egerũt pœnitentiã, vt dãrẽt illi gloriã. Et quintus 7
a a i. super omne corpus. ¶ i. ministros, b ¶ Antichristi. c ¶ i. ipsa sedes. 8
c
d angelus effudit phialã super sedem bestiæ, & factũ est regnũ 9
a i. magis exœcatum. b ¶ i. refecti sunt alter malo sermone aiterius. c Detrahendo veritati. 10
c ¶ i. præ inuidia, quam habent erga sanctos. 11
e eius tenebrosum, & cõmanducauerũt linguas suas præ dolo- 12
B

i *Et audi.* Quod magistri dicunt, discipuli confirmant.

a *Et æstua.* Vel afflicti afficient tortores æstu iracundiæ, dum inuenientur inseparabiles, & sic æstuauerunt inuidia & ira.

b *Neque egerunt.* interius pœnitentes dolebant, extra confiteri non audebant.

c *Et quintus angelus, &c.* ✠ AMBROS. Quintus angelus orthodoxos patres, qui contra hæreticos dimicauerunt, significat: per sedem

rant errores singulorum. Blasphemabant verò Deum, quia quanto amplius à catholicis viris separabantur, tanto ampliores blasphemias inueniebant ad eos reuincendos. *Qui etiam sine pœnitentia* fuisse dicuntur. Vix enim aliquem ex inuentoribus hæreseon inuenies, qui pœnitentiam egerit ex suis erroribus.

d *Super se.* Quia corpora tantum sunt, & non spiritus: super quos sedebit, quia corporalia & non spiritualia dabit.

e *Commanducauerunt. &c.* mutua detractione in se omnes resicientes.

☞ a *Et sex-*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *de quodam nomine, Crescentius, qui factus patricius Romanus debuit ecclesiam protegere. sed eam econtrario impugnauit, Gregorium Papam sanctum deiiciendo, & loco eius quendam nomine Iohannem nullius aut parui meriti hominem intrudendo. & secundum hoc dicitur hic.* Et q. an. *i. Crescentius.*

1 Effu. p. *s. ideſt indignationem & iram.*

2 In solem. *ideſt in Gregorium Papam Christi vicarium, & sic locum solis iustitiæ tenentem. Sed hoc dictum non videtur verum, quia sicut dictum est, suprà per hos septem angelos intelliguntur septem homines iusti & sancti. Crescentius autem iste fuit pessimus. propter quod melius exponitur de Leone Papa sancto. qui redditis sibi diuinitus visu & loquela misit nuncios ad Carolum magnum petendo eius auxilium. & secundum hoc dicitur.*

Et quar. an. *i. Leo Papa bonus & sanctus, vt patet ex prædictis.* Effu. p. denunciando animi sui amaritudinem *Carolo imperatori, eo quod iniustè & in Dei contemptum fuerat excœcatus & lingua priuatus, & de Petri sede deiectus. Dicitur autem Carolus Imperator sol: quia sicut sol præcellit planetas alios: sic Carolus fide & magnanimitate refulgens præcellebat cunctos reges terrenos.*

3 Et d. est il. æst. af. h. &c. *quia data sibi à Deo virtute Romam adiit, causas examinauit, & Deo rebelles & ecclesiæ grauiter afflixit & puniuit, & Leonem Papam in sede sua iterum collocauit, vt habetur in Chronica Sigisberti.*

4 Et æstua. h. *s. mali.*

5 Aestu. ma. &c. *doloris & iracundiæ. eo quòd non poterant Carolo resistere.*

6 Et blas. no d &c. *hoc dicitur quantum ad obstinatos, qui tum. in peccatis suis fuerunt mortui.*

7 Et quin. an. &c. *Hic ponitur quinta plaga, in qua reuertitur Iohannes ad persecutionem Sauacenorum & punitionem eorum, vt dictum est suprà, tamen aliqui exponunt partem istam de Ottone Imperatore, qui vt dicunt Gregorium Papam iectum per Crescentium in Papatum exposuit, Iohannem intrusum expellendo, & secundum hoc dicitur hic:* Et quintus an *i. Otto dictus.*

8 Effudit phialam suam super sedem be. &c. *ideſt Ioannis Papæ intrusi viuentis vita bestiali. sed quia in superioribus nomine bestiæ intelligitur Mahumetus vt patet ex prædictis. ideo pars ista melius exponi videtur de Saracenis. Circa quod sciendum: sicut dicit Helinandus patriarcha Ierosolymitanus de ciuitate depulsus à Carolo Imperatore petyt subsidium: denuncians eius terræ sanctæ discidium. qui collecto exercitu maiori quàm ante vnquam habuisset, adijt terram sanctam, & infidelibus partim occisis, partim fugatis patriarcham in sede sua collocauit, & terram sanctam Christianis restituens in bono statu reformauit. & secundum hoc dicitur hic:* Et quint. an. *ideſt patriarcha Ierosolymitanus.* Effud. Phialam. *i. Carolum imperatorem, qui fuit instrumentum Dei ad puniendum gentem Mahumeti. ideo subditur.*

9 Super se. be. *dicitur autem hic patriarcha Ierosolymitanus hanc phialam effudisse, quia Carolum incitauit ad puniendum contemptum Dei & ecclesiæ.*

10 Et fa. est re. eius. *scilicet Mahumeti.*

11 Tenebro. *quia Saraceni partim fuerunt occisi, & partim de terra sancta confusibiliter expulsi.*

12 Et cõmanducauerunt linguas suas præ dolo. &c. *modus enim est hominis multum irati & afflicti mordere labia sua, & frendere dentibus, quasi manducans linguam suam.*

✠ 1 Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et factus est san. tanq. mor. *quia multi valde de Saxonibus fuerunt occisi, sed quia de remanentibus aliqui videntes victoriam Caroli factam virtute Dei, baptismum susceperunt. ideo non dicitur:* Et factus est sanguis mortui simpliciter *sed tãquam mortui. Cæteri verò obstinati fuerunt occisi. nam de illis vna die Carolus quatuor milia & quingentos fecit decolari, ideo subditur.*

2 Et omnis anima vi. *quia qui capti fuerunt viui in infidelitate Saxonum obstinati occisi fuerunt, vt dictum est.*

3 Et tertius. *Hæc est tertia pars, quæ similiter exponitur de Carolo magno imperatore tamen facto, ideo nominatur hic vt angelus. s. secundus & tertius, eo modo quo dicitur. j. Reg. x. de Saule facto rege, quod mutatus fuit in virum alterum. Carolus enim. xxx. annis regnauit super Francos, & post imperator fuit factus. xxx. annis, vt dicitur in chronica Sigisberti. & anno. iij. imperii sui Mauros qui & Hunni dicuntur, & multa terras Christianorum affligentes depopulauerant, totaliter debellauit, & eos qui remanserunt fidei catholicæ subiecit. ideo dicitur:* Et tertius. *s. Carolus imperator iratus.*

4 Effu. phi. su. *i. Dei vindictam.*

5 Super flumina. *i. super Mauros siue Hunnos, qui sic nominantur, eo quod habitabant primitus iuxta paludes Mæotidas, vbi sunt multæ ebullitiones aquarum per modum fontium. Et quia cum ante paludes illæ putarentur immeabiles, Hunni eas transierunt, & Gothos qui vltra illas paludes habitabant in Scythia debellauerunt, ex qua victoria eleuati alias erras vsque in Galliam sub Athyla rege ferro & igne vastauerunt.*

6 Et

6 Et fa. est san. *quia Caroli exercitus multos interfecit Hunnos.*

7 Et audi. an. *Ad intelligentiam huius sciendum, quod angeli boni qui sunt de ordine principatuum, præsunt diuersis regnis & gentibus: & ideo procurant bonum gentium sibi commissarum, propter quod videntur sibi inuicem resistere quando contrariantur ad inuicem gentes sibi commissæ antequam sciant determinationem diuinæ voluntatis de futura istius gentis vel illius subiectione: & hoc modo Dan. xc. dicit Gabriel Danieli:* Princeps regni Persarum restitit mihi. xxj. diebus. *sicut ibidem fuit expositum diffusius. Sed quando sciunt diuinam voluntatem per reuelationem, vel effectus positionem, cõcorditer approbant diuinam sententiam. Nam voluntates eorum semper sunt concordes diuinæ voluntati, & secundum hoc dicitur:* Et audiui angelum aquarum. *i. Hunnorum per fontes & flumina significatorum, vt prædictum est.*

8 Dicentem iustus es. *approbando diuinam sententiam de commissa sibi gente deiicta.*

9 Quia sanguinem sanctorum, &c. effud. *Hunni namque antequam debellarentur per Carolum multos Christianos interfecerant, inter quos erant aliqui præditi sanctitate & dono prophetiæ.*

10 Et sanguinem eis dedisti bi. &c. *eos puniendo simili pœna. Vnde vulgariter dicitur de sic punito: iste bibit cum tali scypho cum quali alios potauit.*

11 Et audiui alterum. *scilicet angelum Francorum.*

12 Dicentem etiam do. *nam ambo angeli diuinam sententiam approbauerunt concorditer.*

13 Et quartus, &c. *Hic ponitur quarta plaga. Quã exponunt aliqui*

✠ *de quo*

MORALITER.

✠ 2 *Et omnis anima viuens mortua est in mari.* quia licet inuidus viuat corporaliter, tamen mortuus est spiritualiter, & morti secundæ, quæ est mors inferni, deputatus æternaliter.

3 *Et tertius angelus effudit phialam suam super flumina, &c.* per quod significatur punitio carnalium, qui delectantur in aquis voluptatum.

6 Et

6 *Et factus est san.* quia delectatio voluptatum vertitur eis in amaritudinem pœnarum. vnde dicitur, infrà xviij. Quantum se glorificauit & in deliciis fuit, tantũ date ei tormentum & luctũ.

9 *Quia san. san. apo.* i. nunciorum tuorum.

10 *Effude.* voluntate etsi non opere. nam homines voluptuosi illos odiunt qui eorum vitia reprehendunt.

13 *Et quartus angel. es.* per quod significatur punitio malorum.

✠ MORALI.

MORALITER.

✠ prælatorum: prælatus enim debet esse sicut sol illuminans & confortans populum suum, sed malus facit contrarium. ideo subditur.

4 *Et da. est il.* i. permissum diabolo procurante.

5 *Aestu. as. h.* nam æstu suæ cupiditatis affligũt subditos eorum bona iniustis extorsionibus rapiẽdo, & eos sua vita mala scandalizando. ideo subditur.

6 *Et blas. Deum cæli.* Nam homines sic afflicti ex impatientia prorum punt aliquando in blasphemiam Dei, sicut dicitur de Dauid. ij. Regum. xij. quòd fecit homines blasphemare nomen domini, quia propter adulterium eius cum Bethsabee, & homicidium Vriæ, plurimi dicebant Deum egisse iniustè reprobando Saul, & Dauid eligendo.

7 *Et quintus angelus effudit.* Hic ponitur punitio malorum principum. ideo subditur.

9 *Super sedem bestiæ.* i. principantes tyrannicè. nam bestia dicitur quasi vastia à vastando.

10 *Et factum est regnum eius tenebrosum.* quia per hoc ducitur ad tenebras gehennæ, & populus sibi subditus patitur tenebras angustiæ. ideo subditur.

12 *Et commanducauerunt linguas suas.* Modus enim hominis irati est linguam & labia mordere.

Et blasphemauerunt Deum. exponatur sicut prius.

Et sextus angelus effudit. Hic ponitur punitio superborum, qui excedunt metas suas sicut Euphrates inundat extra ripas suas.

✠ MORALI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Et sextus angelus, &c.* ✠ Ambrosivs. Sextus iste significat etiam martyres sanctos. Effudit autem Phialam suam super flumen Euphratem, quia quæ damnatio persecutoribus Ecclesiæ instaret, ipsis sine trepidatione prædixerunt. Per aquam verò ipsa persecutio designatur. Siccauit aquam eius, quia tanditu in

a ¶ Dicentes fuisse magum & puram creaturam. b ¶ i. illatis plagis per quas exacerbatur. c ¶ Quæ ipsi sibi fecerunt commanducationem linguarum.

prædicatione verbi Dei sancti martyres perstiterunt, vsque dum omnis persecutio finem acciperet: quibusdam ex persecutoribus in infernũ demersis, quibusdam fidei Christianæ semetipsos subiicientibus. Per reges multitudinem gentium quæ ad fidem Christi confluxit, possumus intelligere. Via itaq; regibus siccata præparata est: quia finitis persecutionibus libera facultas data est

B omnibus gentibus ad fidem Christi venientibus.

b *Præpararetur via.* quia finito mundo erit resurrectio fideliũ, qui venient ab ortu solis, i. à Christo, quando incœperit lucere. i. se manifestare. Alia transl. habet. regi. i. Christo.

c *Vidi.* effusionem phialæ super istos, & ipsos non corrigi, sed in maiorem excæcationem præcipitari.

d *Spiritus.* i. omnes impios qui pro nimia malitia dicendi sunt spiritus immundi: vel ipsos dæmones, quos in cordibus aliorum generant. Sicut fideles sua doctrina generãt fidem Christi in cordibus aliorum, sic isti malitia diabolum.

e *Rana.* Ranæ in luto morantur, & garrulæ sunt, & aliis quietem auferunt: sic & isti.

✠ Ambrosivs. Tres spiritus immundi, discipulos designant Antichristi, qui eum per orbem prædicaturi sunt. Qui quamuis homines sunt futuri, spiritus tamen immundi & spiritus dæmoniorum vocantur. quia dæmones in ipsis habitabunt, & per ora eorum loquentur. Qui de ore Antichristi & de ore pseudoprophetarũ eius exiisse visi sunt: quia per eorum doctrinam, filij diaboli efficiẽtur. Qui etiam de ore Draconis exiisse visi sunt, quia per os diaboli Antichristus loquetur. Ranis nihilominus quæ sũt reptilia immunda, & in luto viuẽtia, rectè assimilãtur: quia sicut ranę in fordidis aquis immorãtur, ita & discipuli Antichristi E eos facilè decipient, qui diversis vitiis & sceleribus non timuerunt fordidari. Nam & ranarũ vox rauca & turpis, impiissimam eorum prædicationem blasphemiis plenam designat.

✠ Primasivs. Istis pseudoprophetis ranarum more tanquam animantibus coaxantibus nocte damnabiliter erroris latratu cõuenit perstrepere. Ranæ enim & loco, & visu, molestoque strepitu sic odibiles habẽtur, sicut diabolus cum suis agnoscitur abominabilis veritati, meritóque æterno igne damnandi. Ipsi etiam sicut magi Pharaonis signa sunt facturi. Nec immerito eorum meminit facta mentione ranarũ, nisi ministros Satanæ tunc quoque prædiceret similia signa facturos.

a *Proce.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et blasphemauerunt Deum cæli. *ex nimia impatiẽtia moti. Vel,* Deum cæli. *idest Christum, qui verè Deus est cæli & terræ. Saraceni tamen dicunt eum esse hominem purum: & sic blasphemant eum.*

2 Et non egerunt pœnitentiam. *in sua perfidia obdurati.*

3 Et sex. angelus. *Hic ponitur sexta plaga. Et exponunt aliqui partem istam de Gregorio Papa, qui primò fuit nominatus Hildebrandus, & præfuit ecclesiæ anno imperatoris Henrici quarti, qui cœpit imperare anno domini. M. lvij. inter quem & Gregoriũ Papam mota fuit dissensio, eo quod Gregorius Papa excõmunicauit omnes electos in ecclesia, qui inuestituram per anulum & baculum acciperent de manu laici cuiuscunque, cum tamen imperatores & principes vsi fuissent hac potestate. & sic exponunt istam literam.* Et sex. an. i. *Papa Gregorius.*

4 Effu. phia. suam. i. *indignationem.*

5 In flumen illud magnum Euphr. i. *in Romanum imperiũ, quod dicitur magnum flumen propter populi subiecti sibi magnitudinem. vnde dicitur in ca. se. Aquæ multæ populi multi Nominatur etiam Euphrates, eo quod est quartum regnum, quod dicitur ferreum. Dan. ij. f. sicut Euphrates est quartus fluuius paradisi.*

6 Et sic. aquam c. *auferendo potestatem intuendi quantum ad electos modo dicto.*

7 Vt præpa. via, &c. re. i. *vt electi qui dicuntur reges eo quod habent ecclesiam regere, possint ingredi liberè ecclesias. Dicuntur etiam reges solares, quia sunt vicarij Christi solis iustitiæ in diocesibus suis sicut Papa in vniuersali ecclesia.*

Aliter tamen potest exponi & magis propriè ad literam vt videtur de Carolo magno, qui inunctus a beato Iacobo purgauit viam ad eius sepulchrum prius ignotum, eo quod tota Hispania erat à Saracenis occupata, vt Vasconia & Nauarra, quos cum multis laboribus & bellis Carolus partim occidit partim fugauit, & partim fidei Christianæ subiecit: vexatione illis intellectum præbente, & hoc est quod dicitur: Et sex. an. i. *beatus Iacobus.* Effu. ph. su. *Caroli magni potentiam quem inuitauit ad puniendum Gentem Saracenicam, quæ dicitur flumen magnum propter populi illius multitudinem. Et siccauit aquam eius, auferendo Saracenorum potentiam. Vt præpararetur via regibus, i. peregrinis sancti Iacobi, inter quos frequenter fuerunt, & sunt multi reges, principes & potentes. Vnde & ipse Carolus locum illum deuote adit. Possunt etiam alij peregrini deuoti reges dici, eo quod viuunt secundum regimen rationis rectæ & legis diuinæ.* 8 Abor. f. *Sepulchrum enim sancti Iacobi est in occidente terræ habitabili & ideo via veniendi ad ipsum est ab ortu solis simpliciter, quantum ad illos qui veniunt ab oriente, vel secundum quid quãtum ad venientes à meridie & ab Aquilone. nam respectu occidentis declinãt ad ortum solis.* 9 Et vi. *Hic ponitur septima plaga, cuius primò ponitur motiua ratio, secundò eius executio, ibi:* Et *septimus angelus. Circa primum sciendum, quod à tempore Cosdroe regis Persarum pro maiori parte populus catholicus in terra promissionis habitans & circa fuit in afflictione & seruitute dura vsque ad eius liberationẽ per principes occidentales F Christianorum. & tempore Gotfredi de Buillon ducis Lotharingiæ. Nam aliæ liberationes dicti populi per Eraclium & Carolum magnũ, de quibus supradictũ est, fuerunt quasi momentaneæ, quia cito transierunt. nam recedente Eraclio de Ierusalem post Cosdroe interfectionẽ & sanctæ crucis reportationem, Arabes Homaro duce terram sanctam & plures alias sibi subiugauerunt, & similiter post recessum Caroli magni de terra sancta Saraceni dominantes in Aegypto Iudeam sibi subiugauerũt. & postea Turci eam de manu Caliphæ Aegyptij auferentes eam tenuerunt, vsque quo debellati fuerunt per principes prædictos in partibus Antiochenis: tũc enim debilitata Turcorum virtute Aegyptij abstulerũt Ierusalem & Iudeã de manibus eorũ. vt dicit episcopus Tyrensis lib. vij. c. xij. Sed infra annum vel circiter Christiani de manibus Aegyptiorum eam abstulerunt vi armorum. Notãdũ etiã, quod sicut inter Christianos sunt prædicatores eos excitantes ad impugnãdũ Saracenos, sic inter Saracenos sunt aliqui literati excitãtes alios contra Christianos. quod Iohannes præuidẽs dicit:* Et vidi de ore dra. *i. summi principis in regno Persidis, qui vocatur draco, vt suprà. xij. ca.* 10 Et de ore be. *i. Caliphæ seu summi principis in Aegypto.* 11 Et de ore pſ. pro. i. *predicatorum Saracenos cõtra Christicolas excitantium, & ponitur hic singulare pro plurali. ſ. prophetæ, pro prophetarum, sicut frequenter fit in scriptura.*

12 Exire spi. tres im. *verba enim prophetarum dictorum & etiam principũ dicuntur spiritus immũdi, quia inducunt ad immunditiã peccati.*

13 In mo. ra. *nam suo garritu alios inquietant.*

14 Sunt e. spi. dæ. *quia dæmones ad hoc excitant.*

15 Facientes ſi. *nam inter infideles permittuntur dæmones aliquan-*

✠ *do facere*

MORALITER.

✠ 6 *Et siccauit aquam.* Aqua Euphratis siccatur, quando superbi potentia tollitur seu defalcatur.

7 *Vt præ. via re. ab or. ſ.* Per istos possunt significari homines contentiosi. nam in ortu solis iustitiæ qui Christus est pax clamata fuit per angelos dicentes: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ab hoc ortu recedunt contentiõsi, qui veniunt contra superbum quando vident ipsum in potentia diminutum.

9 *Et vidi de ore draconis, &c.* idest diaboli, qui dicitur bestia à vastando, & draco insidiando, & propheta falsè mentiendo.

12 *Exire spiritus tres immundos.* per istos tres significantur mali relatores, aduocati dolosi & adulatores, qui sua verbositate mundi potentes excitant ad contentiones.

✠ Moral.

a *Proce. ad re. to. ter. con.* Procedunt dæmones & congregabit diabolus: quia omnes vnus.

✠ Ambrosivs. Per reges terræ, non solum reges, sed & populi designantur. Congregabunt autem illos discipuli Antichristi in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei, non quod contra Deum audeãt in die iudicij, à quo tam terribiliter iudicabuntur, sed congregabunt eos in prælium ad persequendam Ecclesiam, vt in die magno omnipotentis Dei, perpetua pœna damnentur. Et quia finita persecutione Antichristi, dominus in proximo ad iudicium veniet, subdit: *Et ecce venio sicut fur.* Dies domini, sicut dicit Apostolus, sicut fur, ita in nocte veniet. Cùm enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus

B eis superueniet interitus. *Beatus qui vigilat, &c.* Impij qui in voluptatibus suæ carnis, veluti in quadam mollitie lecti quiescunt, & nolunt præuidere mala quæ sequuntur, dormire dicuntur. Iusti verò qui voluptates extinguunt, vigilant, armis virtutum se muniunt, vt contra visibiles & inuisibiles hostes indesinenter dimicare valeant, ideoque beati sunt.

b *Et congre.* i. facient illos habere fiduciam in Antichristo, qui D est refugium omnibus volentibus furari sanctis in fidem suam, vel ad quem gloriabuntur omnes mali diuersarum sectarum.

c *Ermagedon.* ✠ Ambrosivs. Mons globosus, siue conflictio in priora, interpretatur: quæ vtraque interpretatio dici iudicij coaptari potest. Mõs quippe globosus rectè vocatur, eo quòd globis flammarum, vniuersus mũdus tũc deleatur. Similiter & conflictio in priora, eo quòd omnes homines in priorem statũ resurgẽdo reparẽtur.

d *Et sep. ang.* Offenso super quos angeli phialas suas effundant supponit quid contingit ipsis malis per effusionẽ istam. ſ. quia hic quantum poterunt repugnabunt quasi ab ipsa infusione acceperunt incrementum, sed tandem detrudentur in infernum. E

✠ Ambrosivs. Per septimum istum angelum prædicatores sancti, qui tempore bus Antichristi futuri sunt, designãtur. Hic phialam suam in aerem effudit, quia prædicatores sancti, vanis & impijs hominibus quod perpetua morte sint damnandi, denunciabunt. Vox autem exiens de templo, vox est sanctæ

a ¶ missi ab Antichristo. b ¶ Mundi. c ¶ ſ. non quantum ad vnitatem loci, sed consensus & voluntatis malæ.

a signã, & procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in 1
a ¶ Contra fideles. b ¶ Sed malo suo, quia cito ducentur ad diem iudicij. 2
c ¶ Verè veniet, quia ipse testatur. 3

prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Eccè venio 4
a ¶ Sicut fur dormientes occidens. b ¶ Et ideo. c ¶ i. qui solicitus est de salute sua. 5
d Innocentiam in baptismo acceptam. 6

† Mat. 24. d Luc. 12. c 1. Thes. 5. a sicut fur. † Beatus qui vigilat, & custodit vestimẽta sua ne 7
a ¶ Virtutibus. b ¶ Resurgat. c ¶ Sancti & angeli. ¶ Peccata 8
d ¶ Ipse diabolos qui in omnibus illis est. 9

b nudus ambulẽt & videant turpitudinem eius. Et congrẽ- 10
a Procedunt congregare & congregabunt. b ¶ Mons farum, vel mons globosus. 11

c gabit illos in locum qui vocatur Hebraice Hermaged- 12
a ¶ i. contra diabolos quorum locus est aer. 13

d don. Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem, 14
a ¶ i. in manifestum venit. b ¶ i. magna annunciantis. c ¶ De ecclesia. 15
d ¶ Quem ecclesia à Deo concepit.

† cælo. & exiuit vox magna de † templo à throno dicens: Fa-

NICOLAVS DE LYRA.

do facere signa iusto Dei iudicio, licet nobis occulto.

1 Et proce. ad re. tor. t. *in qua habitant infideles supradicti. & dicuntur hic reges admirarij Satrapæ & potentes, & alij sub summis principibus constituti.*

2 Congrega. il. in præ. *Dicunt hic expositores aliqui, quòd Saraceni tam de Aegypto quàm de aliis partibus transmarinis circa annum domini Milleſimum, lxvj. congregati fuerunt ad deuastandum populum Christianum, non solũ in Iudæa, sed etiam in Græcia. Sed hoc non videtur verum, quia secundum quod dicit episcopus Aconensis & etiam Tyrenensis in libris quos scripserunt de historijs transmarinis, post mortem Mahumeti Saraceni in duas sectas fuerunt diuiſi. nam vna pars sedem suam posuit in Aegypto, alia verò in Persidis regno. & non solum fuerunt diuisi locis, sed etiam in aliquibus punctis suæ legis, ita quod isti vocant alios subuersores & schismaticos. propter quod ex tunc inter ipsos fuit contentio & guerra vsque ad tempus Saladini, qui cœpit regnare anno domini Mille. clxxix. post liberationem terræ sanctæ per principes supradictos per magnum tempus. Hic enim Saladinus induxit Saracenos habitãtes in Aegypto ad tenendum ceremonias aliorum in Persida existentium: & sic reduxit eos ad concordiam, nec ante, nec post eorum diuisionem leguntur in aliqua historia notabili in vnum exercitum conuenisse contra populum Christianũ. propter quod illud quod hic dicitur:* Congregare il. in præ. *non est intelligendum simul quantum ad omnes, sed successiuè sicut dictum est. supra.*

Saracenorũ diuisio.

3 Ad di. ma. omni. Dei. *qui per congregationes istas infidelium punivit diuersis temporibus peccata Christianorum, vt dicunt episcopi memorati. vnde subditur.*

4 Ecce ve. sicut f. *Tales enim punitiones immittit dominus repente super peccatores in suis impietatibus dormientes. propter quod subditur.*

5 Beatus qui vi. *attendendo diuinam iustitiam.*

6 Et cust. ve. sua. *scilicet virtutum.*

7 Ne nu. am *nam ipsis spoliatur per mortale peccatum.*

8 Et vi. tur. e. *scilicet Deus & angeli eius.*

9 Et congre. il. *successiuè modo prædicto.*

10 In lo. qui vo. He. Hermaged. *& secundum Hieron. interpretatur, consurrectio. Nam in terra promissionis Christus passus fuit & surrexit.*

11 Et septimus. *Hic consequenter describitur septimæ plagæ persecutio, & primò in generali. secundò magis in speciali. ca. ſe. Circa primum sciendum, quod aliqui expositores dicunt, quod iste septimus angelus fuit Alexius imperator Constantinopolitanus, qui scripsit literas Vrbano Papæ pro reuelatione terræ sanctæ. sed hoc non videtur verum. nam ille Alexius contra Latinos fuit fallax & dolosus, & multipliciter machinatus fuit destruere exercitum principum occidentalium ad dictam reuelationem deuotè procedentium, secundum quod describit dominus episcopus Tyrenẽsis & alij qui peregrinationem illam diligẽtius descripserunt. Propter quod dicendum, quod angelus iste fuit Petrus eremita de dioceſi Ambianensi natus, qui deuotione motus cum multis laboribus & periculis tuit vltra mare ad visitandum loca sancta. & cum intrasset in Ierusalem, dato tributo pro ingressu Turcis ibidem dominantibus, per dies aliquot mansit cum patriarcha & aliis catholicis in vrbe manentibus: & sic non solum ex eorum relatu, sed etiam ex visa cognouit miserias in quibus erat populus Christianus: non solum in vrbe, sed etiam in alijs locis Iudææ. Quibus compatiens dixit eis quod possent habere remedium si supplicando scriberent summo pontifici, qui fideles ad hoc poterat exhortari. & etiam se obtulit ad eorum literas deportandum, cui gratias agentes sibi negotia commiserunt. Ille autem quam cito potuit venit ad Papam Vrbanum, literas ei præsentans, & plura alia qua viderat enarrans. Qui condolens sanctæ terræ anno domini Milleſimo. xcv. venit in Galliam & celebrauit concilium apud Claremontem vbi multa bona statuit, & in fine miseriam exponens terræ sanctæ, ad succurrendum fideles efficaciter animauit, & prælatos ecclesiæ negocium crucis prædicari mandauit. Petrus etiam prædictus per principes & prælatos discurrens negocium fideliter promouit, ita quòd anno domini. M. xcvj multi valde tam de principibus quàm de aliis de Francia, Hiſpania, Anglia, Alemania, Italia, & aliis partibus occidentalibus crucem suis humeris affixerũt: vno animo Christianis in seruitute detentis succurrere intendentes. Quod præuidens Iohannes dicit:* Et septimus angelus. *idest Petrus eremita.*

12 Effudit phia. suam in aerem. *quia verbis efficacibus Papæ & principibus terræ dictæ miseriam exposuit: verba enim ex aere respirato formantur, & per aerem diffunduntur, vt habetur. ij. de anima.*

13 Et exiuit vox magna de templo. *i. de ecclesia.*

14 A throno. *idest ab authoritate summi pontificis.*

15 Dicens, factum est. *idest exaudita est petitio populi Christiani in Ierusalem habitantis.*

✠ 1 Et fa-

MORALITER.

✠ 11 *Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem.* Per quod significatur punitio malorum doctorum, qui suis verbis perversis verberant aerem, errores & hæreses seminando.

13 *Et exiuit v. magna de templo à throno dicens.* Per templum significantur prælati fauentes hæresi, & per thronum principes. sicut legitur de pluribus prælatis & principibus Arrianæ hæresi adhærẽtibus & catholicos grauiter persequẽtibus. ideo subditur.

✠ Morali.

Universidad de Deusto Biblioteca

sanctæ prædicationis eorum exiens ab Ecclesia, quæ est etiam thronus Dei, in quo sedens requiescit. Dicit autem finem mundi instare, in quo omnia quæ prædicta sunt à domino & à sanctis complebuntur.

a *Et facta sunt fulgura, &c.* ✲ AMBROSIVS. Per fulgura miracula quæ per sanctos suos facturus est Deus, designantur. Legimus namque in superioribus Heliam & Enoch plurima signa esse facturos. Per voces, prædicationes sanctorum: per tonitrua, terror ignis æterni exprimitur: terræmotus verò, motionem cordium sæpe designat. Mouebuntur enim quidam de malo ad bonum, sicut Iudæi qui in Christum crediturí sunt. Mouebuntur alij de bono ad malum, qui fidem Christi relicturi sunt, & errores Antichristi sequuturi.

b *Et fracta est ciuitas.* Et propter istã damnationem & propter peccata quæ ipsi adduxerunt damnata est ipsa ciuitas, & diuisa est pœna vnicuique pro merito, Iudæis. s. & Gentilibus, & falsis Christianis.

c *Ciuita.* idest omnes collectiones malorum in generatione prima manentium damnabuntur: carnali, non in secunda regeneratione spirituali.

✲ AMBROSIVS. Ciuitas hæc magna, ciuitas est diaboli, idest, omnis multitudo reproborum. Per tres partes in quibus diuisa est, Iudæi qui in Christum credere noluerint, & Pagani, atque falsi Christiani, designantur. Ciuitates quoque Gentium tunc cadent, cùm eo igne qui faciem domini ad iudicium venientis præcedet, omnes gentes delebuntur, sicut dicit Psalmista: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Babylon autem in memoriam ante Deum veniet, quando iudicabit mundum, & reddet vnicuique secundum opus eius. Vinum verò indignationis iræ Dei, pœna perpetua est, quia peracto iudicio omnes impij cum authore iniquitatis diabolo damnabuntur.

✲ ARETHAS. Babylonem dicit non veterem Romam, quamquã in ea temporibus Græcorum multi sancti martyres indigna multa passi sint. Certè hæc non est alia quàm Constantinopolis, in qua olim iustitia colebatur, nunc autem in ea sunt homicidæ ex mutua contentione, dum ciues ecclesiasticis æquari nituntur, &c.

d *Venit in memoriam.* idest recordatus est Deus singula peccata eorum quorum prius videbatur oblitus.

e *Da. eis.* Ad hoc vt ipse Deus daret illis pœnam mensuratam pro delectationibus quas habuerũt. Retribuit Deus malis pro meritis. i. quod meruerunt, sed non quantum meruerunt, vt in ipsa retributione vbi pater iustitia, sit etiam misericordia. *Vniuersæ enim viæ domini misericordia & veritas.* Bonis etiam dat pro meritis & plus quàm meruerunt, vt misericordia ibi iustitiæ præualeat.

f *Et o.* Et vidit quod omnes qui pro Deo afflicti in mundo & virtutibus eminentes respectu harum pœnarum, in vita sua vitauerunt consortia impiorum, & ideo non sunt inuenti in pœnis eorum.

g *Talentum.* Est magnum cxx. librarum, medium. lxx. duarum. minus quinquaginta. De medio hic dicit, quia peccatores in lxxij. linguis non effugient hanc vindictam.

h *Et blasp.* i. in inferno positi quamuis sciant se pro merito puniri, dolebunt tamen quod Deus tantam potentiam habet, quod plagas eis inferat, & est blasphemia.

☞ CAP.

a ¶ Consummata sunt omnia, & finis mundi adest. ¶ Ab illis malis, vel ab illis bonis.
b ¶ Miracula. c ¶ Blanditiæ. d ¶ Comminationes.

a ctum est. Et factã sunt fulgura & voces & tonitrua, & terræ- 1
a ¶ i. mali mouebuntur contra sanctos. b ¶ i. à tempore Abel, qui primus terram calcauit. i. despexit: vel qui primus iustus. 2
motus factus est magnus qualis nunquam fuit, ex quo homi- 3
a ¶ Tam turpis. ¶ i. tam grauis.
b nes fuerunt super terram, talis terræmotus sic magnus. Et 4
¶ i. reproborum collectio. a ¶ f. Iudæos, Paganos, & malos Christianos. b ¶ Idest, Gentiliter viuentium.
c fracta est ciuitas magna in trẽs partes, & ciuitates Gentium 5 6
¶ i. collectio peccatorum. ¶ f. Ad puniendum.
d ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante 7 8
a ¶ Qui procedit ab illo indignante & irato.
e Deum, † dare ei calicem vini indignationis iræ eius. Et om- 9 10
f a ¶ i. congregatio sanctorum. b ¶ i. societatem reprobrorum & pœnam eorum.
c ¶ i. in pœna. d ¶ i. æterna pœna contundet. 11
nis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando ma- 12
a ¶ i. ponderosa & mensurata. b ¶ f. à Deo missa. c ¶ i. impatientes & carnales.
g gna sicut talentum descendit de cælo in homines, & bla- 13
a ¶ f. dicentes eum esse iniustum.
h sphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis, 14
a ¶ i. cruciantis eos intolerabiliter.. 15
quoniam magna facta est * vehementer.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et facta sunt ful. & vo. & to. *Per voces & tonitrua intelliguntur crucis prædicationes, & per fulgura signa & visiones mirabiles, quibus moti fuerunt plures ad crucis negocium assumendum.*

2 Et t. fa. *multis valde terras propriis relinquentibus, pro dicta expeditione.*

3 Qualis nun. fuit. *quia sicut dicitur in Chronica Guil. nunquam tot gentes in vnum conuenere, sed opinionem hominum vincebat numerus, quamuis æstimaretur sexagies centum milia.*

4 Et fra. est ci. *i. exercitus ille, qui dicitur ciuitas quasi ciuium vnitas: nam animo vno Ierosolymam pergebant.*

5 In tres par. *nam propter hospitia & victualia recipienda vnus exercitus primò secutus est Petrum eremitam, alius autem populus secutus est principes Godfredo duce se iungentes, alius exercitus eximit per nauigium cum Boamundo duce Apuliæ.*

6 Et ciui. Gen. *idest Saracenorum.*

7 Ceci. *quia à Nycea Bithyniæ & Antiochia, quæ sunt in regno Persidi vsque in Ierusalem & vltra vsque ad riuum Ægypti ciuitates ab infidelibus detentæ fuerunt per dictum exercitum subiugatæ, vt describit episcopus Tyrenensis.*

8 Et Ba. ma. *idest secta Saranica, quæ dicitur Babylon. idest confusio. quia legibus & mandatis confusibilibus est plena.*

9 Venit in memoriam ante Deum, &c. *ad ipsam puniendum, ideo subditur:* Dare il. ca.

10 Et omnis insula fugit, &c. *quia Saraceni habitantes in insulis prope transitum Christianorum per mare nauigantium fugerunt timore ipsorum.*

11 Et mon. non sunt inuen. *quia multa fortalicia in montibus sita per Christianos fuerunt expugnata.*

12 Et grando ma. si ta. *idest bellum importabile Saracenis non tam virtute humana quàm diuina, multoties enim fuerunt à Christianis debellati.*

13 Et blas. ho, *idest Saraceni.*

14 Deum. *idest Christum, qui est verus Deus.*

15 Propter plagam grandinis. *eis inflictam à Christianis.*

16 Quoniam magna facta est vehementer. *quia non poterant eam sustinere, sicut scribit diffusius Tyrenensis episcopus supra memoratus.*

✲ CAP.

MORALITER.

✝ 1 Et fa. *sunt t. i.* tempestates in ecclesia.

3 *Qualis nu. f.* quantum ad omnes eius conditiones, sicut de quolibet confessore cantat ecclesia: Non est inuentus similis illi.

4 Et fra. *est ciui.* idest ecclesia, quæ debet esse ciuium vnitas.

5 *In tres par.* Nam aliqui adhærebant Arrij doctrinæ, aliqui verò doctrinæ ecclesiæ, & aliqui erant dubij de vtraque.

6 *Et ciuitates Gentium ceciderunt, & c.* Nam aliqui Gentiles ad fidem conuersi, videntes talem diuersitatem reuertebantur ad pristinam infidelitatem.

8 *Et Babylon ma.* idest Arrij perfidia.

9 *Venit in memoriam ante Deum.* nam ex ordinatione Dei simpliciter est destructa.

10 *Et o. insu. fu.* Nã Arriani non habuerunt refugium hic vel ibi.

12 *Et grando ma. si. ta.* idest grandis pœna ex Dei ordinatione cecidit super Arrianos. s. pœna gehennæ, vbi damnati blasphemant iustitiam Dei.

✝ MORAL.

CAP. XVII.

a *Et ve. vnus.* Cum descripsisset plagas quas inferet prædicatores tempore Antichristi, & damnationem æternam quam idem patientur impij, monet attendere causas ipsius damnationis. q. d. ostendi vobis quid in illo futuro fiet, modo cauete vobis vos potentes, quia idem diabolus qui tunc ita apertè decipiet, occultè decipit quotidie, & ad eũdem interitum quo & illos ducet.

✲ AMBROS. Hic sub effusione phialæ septimi angeli diem iudicij summatim perstringens ad ea quæ prætermisit reuertitur, atque sub specie Mulieris meretricis ciuitatem diaboli describens, quas pœnas pro sceleribus suis passura sit insequẽtibus manifestat. Angelus phialam habens, prædicatores sanctos designat. Ioannes typum tenet omnium fidelium.

b *Ange.* Angelus hic habet personam dicentis, Iohannes discentis.

c *Damna. me. i.* causam dãnationis malorum, qui relicto creato re fornicantur cum dæmone, idola colendo, terrena amando, immunditiæ seruiendo.

d *Meretri.* Meretrix ista magna. i. Antichristus & mali qui tempore eius erunt, quæ iam sedet super aquas. i. iam regnat super malos potentes, quorum omnium ipse est caput.

✲ TERTVL. Babylon etiam apud Ioannem nostrum, Romanæ vrbis figura est, proinde magnæ, & regno superbæ, & Sanctorum debellatricis.

✲ HIERO. Paulus epistola ad Thessalonicenses, non vult apertè dicere, Romanum imperium destruendum, quod ipsi qui imperant, æternum putant. Vnde secundum Apocalypsim Ioannis, in fronte purpuratæ meretricis scriptum est nomen blasphemiæ, id est, Romæ æternæ. Si enim apertè audacterque dixisset, Non veniet Antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium, iusta causa persecutionis in orientem tunc Ecclesiã consurgere videbatur.

✲ IDEM. Ad te loquar Roma, quæ scriptam in fronte blasphemiam, Christi confessione delesti: Vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata.

✲ IDEM. Est ibi sancta Ecclesia, sunt trophæa Apostolorum & martyrum, est Christi vera confessio, est ab Apostolo prædicata fides, & gentilitate calcata, in sublime se quotidie erigens nomen Christianum.

✲ ANDREAS Cappadox. Hanc meretricem, quidam veterẽ Romam designare putant, vt quę super septem colles exædificata tradatur. Septem autem capita bestię quę illam sustentant, septem eminentiores impietatis principes, nępe omnes à Cæsare Domitiano vsque ad Diocletianum. Hi enim omnẽ Dei Ecclesiam atrocissime sunt persecuti. Nos autem ex iis coniecturam facientes quæ hinc sequuntur, per hanc vel vniuersale orbis terræ regnum, insinuatum existimamus: aut prænobilem ac præpotentem quampiam ciuitatem, quæ vsque ad Antichristi aduentum principatum in terrarum orbe sit obtenturã. Verùm, antiqua Roma iam olim imperij maiestatem amisit, &c.



CAP. XVII.

¶ Per intelligentiam.

1 T venit vnus de septem angelis, qui habebãt septem phialas, & locutus est me- 2
¶ Per intelligentiam.
cum dicens: Veni, ostendam tibi damna- 3 4
tionem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cũ qua fornicati sunt 5
qui & innumerabili sanguine, & pluribus regibus abundat, quàm Roma: vt qui ab initio iudicatus sit fornicarię agere, & corpore, & animo.

✲ AVGVS. Et mulier, id est, omnis multitudo superborum, erat circundata purpura, id est, omnibus illecebris simulatæ veritatis. Aurum hypocrisis est, quia foris quidem apparent hominibus quasi iusti, intus autem pleni sunt omni immunditia.

✲ IDEM. Secta & hæresis vestra est spelunca latronum, hęc progenies traditorum, hęc mulier fornicaria, quæ relicto Christo, Donato prostituit lupanaria, cuius domus iuxta Salomonẽ, secessus est mortis. cuius viæ sunt inferorum, quæ se munda vocat cùm sordibus sit plena.

✲ PRIMAS. Considerans spiritus sanctus corpus omniũ perditorum, quod diuersis quidem, sed congruis nominibus vocitat, variis iam diu superbientem excessibus progredi, corrumpi flagitiis, erroribus raptari, tãtaque impietate fœuire, vt mitibus etiam aduersetur, congrua perituræ descriptione depingit, meretricem vocans, quia relicto creatore, dæmonibus se prostituit constuprandam. Magnam, propter immanitatem præuaricationis, per quam Sanctis diutius insultabat. Super aquas multas, populos scilicet multos.

✲ AMBROS. Angelus ciuitatem diaboli, id est, omne reproborum corpus, demonstrat. Ostendit autem Iohanni damnationẽ eius, quia prædicatores sancti & verbis & scriptis fidelibus ostendunt, quas pœnas impij pro sceleribus suis patiantur, vt eo rum pœnis territi, à peccatis abstineant. Que super aquas multas sedere dicitur, quia ex multitudine gentium quæ per aquas designantur, ciuitas diaboli construitur. Cum qua Reges terræ fornicati esse dicuntur, quia scelera Babylonis auxerunt, potius quàm destruxerunt.

e *Quæ se.* i. quæ regnat super multos populos quos attrahit ad se luxuria. vnde dominus ad Iob: *Virtus eius.* s. diaboli, *in lumbis eius.* Quando viros quorum seminarium in lumbis est, decipit: in vmbilico, dum mulieres, quarum semen est in vmbilico, decipit. Vnde propheta ad Ierusalem quasi ad meretricem, *In die ortus*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVII.

✲ ET ve. vnus. *Hic consequenter describitur plaga septima magis in speciali, & hoc secundum opinionem illorum, qui quòd tota ista ab hoc vsque ad illum, Et cum consummati fuerint mille, &c. circa medium. xx. ca. fit iam impleta de præterito, secundum quã primò exponam totam literam istam. postea dicam quid mihi supra hoc videatur. Et diuidetur in duas partes. quia primò describitur in speciali hæc plaga. secundò Christiana religionis promotio noua, ca. xx. Circa primum dicit, Quoniam ista plaga Saracenorum est, vt patet ex prædictis, ideo primò describitur Saracenorum vtilitas. secundò Christianorum ipsos percutientium probitas, sequenti ca. Primò describitur sub quadam metaphora, quæ primo ponitur. Secundò exponitur. ibi,* Et dixit mihi. *Circa primum dicitur.*

Diuisio

1 Et venit vnus de septem angelis, qui habebant septem phialas. *Per hæc vt dicunt tenentes opinionem dictam, designatur Alexius imperator, qui secundum eos supra dicitur angelus septimus. Sed hoc fuit ibidem reprobatum. Nec potest conuenienter dici, quòd per hunc angelum designatur Petrus eremita, quem dixi suprà fuisse septimum angelum. quia hic angelus dicitur hic Iohannem euangelistam docuisse. Vnde & subditur.*

2 Et lo. est me. di. Veni. & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ. *Petrus autem eremita per nongentos annos & amplius fuit postquam Iohannes scripsit hunc librum. Ideo melius dicitur, quòd beatus Iacobus qui supra dicitur vnus de septem angelis habentibus phialas. fuit angelus ille, qui antequam Iohannes videret hanc visionem, per palmam martyrij transierat ad gloriam, Act. xij. a. & sic poterat eum docere de futuris ex diuina ordinatione.*

3 Damnationem meretricis magnæ. *id est secte Saracenicæ, vt postea magis dicetur.*

4 Quæ sedet super aquas multas. *i. dominatur populis multis, vt exponitur infrà.*

5 Cum q. for. *quia multi reges receperunt legem Mahumeti.*

✲ Et

MORALITER.

✝ 1 *Et venit vnus de septem angelis.* Sequitur.

✝ *Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ.* MORALITER exponẽdo, hæc est mulier de qua dicitur Zachar. v. c. Hæc est impietas. Bestia verò super quam sedet, est congregatio malorum, quia bestialiter viuunt. Hæc autem mulier & bestia dicuntur ornatæ præciosis, quia talia communius reperiuntur in malis. Septem capita huius bestiæ sunt septem vitia capitalia, quę dicuntur reges, quia multa vitia sub se continent, & montes, & hoc propter superbiam quæ continetur in eis. nam in omni peccato mortali est contemptus Dei. Per decem cornua ipsius significatur omnimoda persecutio decẽ præceptorũ Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus sui i.hoc tempore seculi, *non est precisus vmbilicus tuus*.i. non re
A frenasti luxuriam.

a *Inebriati sunt qui in ha.ter.de vi.* Sicut ebrius nihil timet, sic terrenis inhærentes intantum excæcabuntur amore terræ, vt nec Deum diligant, nec pœnas timeant.

b *Mulierem sedentem*.i.illos molles qui Euæ à qua peccatum incœpit conformantur, qui habent diabolum fundamentũ, qui est sanguineus & in se & in suis. vel quia sanguinem sanctorum fundunt, vel eloquia Dei male intelligunt.

✠ Avgvs. Vnum est corpus quod adversatur Ecclesiæ intus & foris, id est ficti Christiani, & hęretici, vel pagani. Quod licet videatur loco separatum, in persecutione tamen Ecclesiæ vnitatẽ spiB ritus operatur.

✠ Haymo. Ipsam vocat mulierem, quã paulo superius appellauit meretricem, id est, omnium malorum congregationem. Bestia autem diabolum significat, super quem omnes reprobi sedent, qui eo hortante, per diuersa vitia currunt. Sicut enim ciuitas Dei super Christum est ædificata, sic illa ciuitas reproborum super diabolum. Quæ rectè meretrix appellatur, vt ostendatur ex qua parte regnum diaboli amplius præualeat. Bene etiam mulier dicitur, quia à muliere peccatum sumpsit initium, per quam etiã, morimur omnes. Quod autem bestia coccinea dicitur, tam ad diabolũ quàm ad omne corpus eius refertur, siue propter peccata innumerabilia quibus est cruentatum: siue propter sanguinem Sanctorum quem fuderũt, siue etiam pro eloquiis diuinarum scripturarum malè intellectis. De qua adhuc subditur: *plena nominibus blasphemiæ*. Ac si diceret, Nulla pars in ea blasphemijs vacat, quia voce simul & opere Deum & seruos eius blasphemat. Magis autem hoc fiet postquam ille damnatus homo regnare ceperit, qui se Christum dicet, cùm sit Antichristus.

✠ Avgvs. Ostendit multa nomina esse in impio. Habet capita septem, id est, mundi reges & regna, cum quibus diabolus
Apoc.12. visus est in cælo. *Et mulier*, id est omnis multitudo superborũ, *erat circũdata purpura*, id est, omnib⁹ illecebris simulatæ veritatis.

c *Capita septem*.i. sensus, & postea errorem, & tandem Antichristum, per quæ septem diabolus ducit homines ad peccatũ.

d *Cornua de*.i. decem regna, quæ erunt tempore Antichristi, per quæ alia intelliguntur.

C *Circumdata-pur*.i. regali veste, quia dicunt se reges vt decipiant. D

f *Auro*. quia videbuntur diuina sapientia illuminati.

g *Pocu*.i. diuinam scripturam, qua potantur fideles ad salutẽ.

h *Abomination*.i. quæ secundum illas expositiones debent abijci abhominib⁹, quia im mundiciam carnis docent, & fornicari à Deo.

¶ Principes seculi.

a reges terræ, & inebriati sunt qui habitant terram de vino 1
¶ Manifestæ fornicationis. a ¶ In corda reproborum à gratia Dei desertæ.
b ¶ In visione spirituali. ¶ Quia talia corporeis oculis non possunt videri.
prostitutionis eius. Et abstulit me in desertum in spiritu. Et 2 3
a ¶ Quia dicunt mala quæ faciunt Deo non displicere. 4
b vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam 5
c nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cor- 6
d a ¶ Et per illam bestiam talis erat mulier ista.
b ¶ Quia occidunt nolentes acquiescere.
e nua decem. Et mulier erat circundata purpura & cõcino, 7
a ¶ 1.carbunculo i.charitate, quam dicunt se habere.
¶ Aliis virtutibus.
f & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis, habens 8
a ¶ In prauis expositionibus.
g poculum aureum in manu sua plenum abominatione & im-
h mundicia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scri- 9
i a ¶ Istud videliceet b ¶ i.magna confusio.
ptum: mysterium: Babylon magna mater fornicationum & 10
¶ Istud videlicet.
¶ Vidi peccatum mundi, vidi etiam pro peccato damnatum.
k abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de sangui- 11
a ¶ Minorum. b ¶ Illorum qui non timent testari se Christum Deum.
l ne sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus 12 13
a ¶ Q.noli mirari, sed intellige quid sit.
sum cum † viderem illam admiratione magna. Et dixit mi- 13
b ¶ Id est, ego referabo, ita vt possitis intelligere.
m hi angelus: Quare miraris? Ego tibi dicam sacramentum 14 15

† vidissem

desig̃atur: quod plenum abominationum & immunditiæ dicitur, quia doctrina philosophorum plena erat mendacijs, omnibúsque erroribus, ad decipiendũ genus humanũ compositis.

i *Et in fronte*. Quamuis sit ita habilis ad decipiendum, tamen fideles ne desperetis, quia habet in fronte.i. in manifesto signum quod rudibus est mysterium istud solum. i. dando exemplum faciẽdi peccata pro quibus terreni à salute fidelium repellẽtur.

✠ Andreas. Frontis inscriptio significat omni malitia F & impudentia, omnique scelerum genere & animi confusione refertam esse. Vocatur autem mater fornicationum, quia omnis spiritalis fornicationis animæ magistra & causa existit: vt quæ subiectis quoque dominio suo ciuitatibus, multas Deo execrabiles præuaricationes pepererit.

k *Ebriam*.i. depressam vindicta pro effusione sanguinis: vt præ doloribus nimijs nesciat vbi sit.

l *Et miratus sum*. Hic habet Ioannes personam illorum, qui cum vident malos in mundo exaltatos, mirantur cum audiunt pœnas quæ ipsis malis promittuntur, & cum ita sint puniendi, quare Deus permittit illos exaltari. Sed docentur intelligere illam exaltationem datam ad maiorem excæcationem, & tandem iustè inferri æternam damnationem.

m *Ego tibi dic*. id est quare puniantur isti mali. i. diabolus qui eos peccare fecit: quod est incognitum nisi doctis.

☞ Bestiæ

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ineb.sunt. *nam populi sub dictis regibus existentes similiter recepe-*
runt legem Saracenicam immundicijs plenam.
2 Et abstul.me in de. *ad videndum statum Saracenicum à Deo propter peccata sua derelictum.*
3 In spiritu. *Nam hæc visio non fuit corporalis, sed imaginaria & intellectualis.*
4 Et vi.m.se.su.be. *per hoc intelliguntur Saraceni in duas partes diuisi, vt dictum est suprà. Turci per mulierem propter eorum maliciam & astutiam serpentinam. Aegyptij verò per bestiam, quia sunt intellectu minus vigentes, & per consequens magis bestiales. Dicitur autem mulier sedere super bestiam, nam Turci ab Aegyptijs abstulerunt Iudæam & Syriam.*
5 Coccineam.i. *sanguine Christianorum rubricatam.*
6 Plenam no.blas. *quia Saraceni dicunt Christum esse hominem purum, & sic blasphemant eum. & similiter beatam virginem, negantes eam esse Dei matrem.*
7 Et mp.erat cir.pur. *quia Turci fuerunt opulentissimi in illis & in aliis rebus pretiosis.*
8 Habens po.aureum. *quia multas Gentes induxerunt & traxerunt ad immunditiam suæ legis.*
9 Et in fronte e.no.scrip.my.Baby. *Per hoc quòd dixit, mysterium, ostendit Iohannes quòd non loquitur de ciuitate Babylonica, sed magis de secta Saracenica quantum ad Turcos.*
10 Mater for. & abo.ter. *nam orientales populos pro maiori parte satis traxerunt ad errorem suæ sectæ.*
11 Et vi.mu.e.de san.san. *quia supra numerum & mensuram effuderunt Christianum sanguinem, Ebria enim dicitur quasi extra briam. id est: mensuram. Turci enim crudeliores fuerunt Christianis, Aegyptijs & Saracenis, secundum quod dicit Tyrenensis episcopus li.j.*
12 Et mir.su. *de patientia Dei erga sectam nequissimam Mahumeti.*
13 Et di.mi. *Hic consequenter ponitur executio parabolæ. circa quam angelus primo proponit intentum dicens Iohanni.*
14 Quare mi.q.d. *totum cedet ad Dei gloriam & electorum, quibus meritum accrescit ex persecutione malorum.*
15 Ego ti.di.sa. *i. significationem occultam.*

✠ Mulieris

☞ a *Bestiæ quæ por.* Bestia.i. diabolus, portat.i. regit, mulierem.i.
A omnes malos effœminatos. qui enim alios regit quasi onus regiminis portare dicitur.

b *Fuit*. Ante aduentum Christi habuit diabolus maximam potestatem, sed post licet non penitus amisit, tamen non modicè est debilitata.

✠ Aret. Bestia est diabolus. Cœpit & non est, quia occisus est quo ad efficaciam actionum per aduentum Christi: neque enim quemadmodum ante hunc efficiebat vt filij hominum & filiæ per victimas offerrẽtur dæmonibus ipsorum, ita iam post Christi aduentum potest hæc efficere. Accedere verò dicitur de abysso, per aduentum Antichristi: *Et in perditionem vadit*. Perditionem dicit, nõ vt non sit, sed condẽnationem dicit ad gehennam. *Et admirabuntur habitantes in terra*. Admirabuntur bestiæ præsentiam, non solum quod perierit
B & quomodo vixerit, sed etiam quod aduenerit in signis erroris ac deceptionis. Admirabuntur qui firmum non habent fundamentum, vt qui non sunt ædificati supra petram Christum.

c *Ascensura est*. Quia tẽpore Antichristi potestatem recipiet. *Ascen.est de ab*.i. per illos qui in peccatis profundi sunt ascendet in elationem.

d *Et in interitum ibit*. quia mortuo Antichristo amplius non habebit tentandi locum.

e *Mirabuntur*. Cum viderint mali potestatem suam ita annihilatam dolebunt non quasi pœnitentes, sed tantum admirãtes.

f *Septem ca*. Quia per hæc septem erigit diabolus homines in superbiam, & in quibus innituntur infideles.

✠ Andreas. Per septem capita, totidémque montes, septem loca designari putamus, quæ mũdana potentia & excellentia cæteris præstabant, in quibus diuersis temporibus mundi huius regnum firmatum nouimus. Primum, exempli causa, Assyriorum sit regnum, quod in Niuine exordium habuit. Secundum Medorum, in Ecbatanis. Post hoc in Babylone Chaldæorum imperium initium fecit, quibus Nabuchodonosor imperauit. In Susis dominatus Persarum sub Cyro emersit: Isthoc rursum ab Alexandro magno extincto, Macedonum regnum successit. Post hos Romanorum regnum in antiqua Roma emicuit
C sub Augusto Cæsare, & tandem ad Constantinum magnum peruenit. Christiani regni ornamenta in nouam Romam transtulit. Denique Orientalium imperium aut nonæ Romæ. Beatus Hippolytus per hosce reges secula accepit, è quibusquinque iam præterierunt; sextũ in quo Apostolus hæc vidit, adhuc decurrit: septimum autẽ post elapsa sex annorum millia tandem se prodet; vbi autem se prodiderit, parum durabit, forsam vt beati Irenæi sententia septem cõditi sunt dies, & septem æli, & septem angeli cæteris præstantiores, ita iam inde ab exordio vsque ad seculi finem septem regna cæteris celebriora citra abD surditatem statuere licebit, è quibus quinque iam tum concidere rãt. sextum cùm Apocalypsis cernebatur, adhuc constabat, & quidam in antiqua E Roma. septimum porrò per id tempus necdum aduenerat, siue per illud insinuaretur nouæ Romæ imperium, siue aliud quodcunque regnum.

✠ Ambros. Vel, septem montes illos reprobos designant, per quos diabolus humanum genus decipit. Nam sicut Apostoli fundamenta dicuntur Ecclesiæ, ita è diuerso inuentores errorum, fundamenta sunt ciuitatis diaboli. Ex iis igitur capitibus, siue montibus, vel regibus, quinque ceciderunt, videlicet, Gigantes ante diluuium, qui post diluuium vsque ad legem impij fuerunt, qui populo Dei idola colere suaserunt, falsi prophetæ, & Iudæi qui dominum interfecerunt, qui iamã Romanis deuastati fuerunt, cùm hæc visio Ioanni demonstrata est. Vnus erat, pagani qui tunc Ecclesiam persequebantur. Alius nondum venerat, nimirum Antichristus, qui septimo loco ponitur.

g *Quinque ceciderunt*. Adam si in obedientia perseuerasset, sensus corporis ad nullam voluptatem verterentur, malam scilicet, sed per peccatum ita corrupti sunt, vt iam naturale sit lenia tactu, sapida gustu, nare odorifera, visu pulchra quærere. Hi sunt quinque reges per quos diabolus in puericia regit, quia ipse fuit causa quare eorum perentur. Hi sunt quinque vi Ioh 4.c. ri Samaritanæ. In iuuẽta succedit error: nã postquam discretionem habet, & si peccat, iam non sensibus, sed errori imputatur: de quo dominus: Quem nunc habes non est tuus vir.

h *De septem e*.: Quia similiter peccat, & similiter punietur. & octaua quia omnes transcendit, & in nequitia & in pœna.

☞ Et F

a mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem 1
a ¶ i.diabolus, qui bestiales facit. b ¶ Ante aduentum Christi. c ¶ Parum regnauit. 2
b & cornua decem. Bestia quam vidisti, fuit & nõ est, & ascen- 3
c c ¶ Quia Christo nato vim perdidit. 4
¶ Locum habebit, quia malos inueniet. 5
d fura est de abysso, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabi- 6
e tantes terram, quorum nomina scripta non sunt in libro vi- 7 8
a Quorespectu huius pœnæ potestis vobis cauere. 9
tæ à constitutione mundi, videntes bestiam quæ erat & 10
†mens f nõ est, & hic est sensus qui habet sapientiam. Septem ca- 11
a ¶ Quia per hæc eadem regit infernum. ¶ Tranfacta infantia. b ¶ i.in natura ætate error.
pita septem montes sunt, supra quos mulier sedet & re- 12
c ¶ Antichristus qui maxime facit peccare.
g gẽs septem sunt. Quinque ceciderunt, vnus est, & alius non- 13
a ¶ Sed non est timendus, quia.
dum venit. Et cum venerit, oportet illum breue tempus 14
¶ Antichristus.
h manere. Et bestia quæ erat & non est, & ipsa octaua est, & de 15 16 17 18 19 20

Roma. septimum porrò per id tempus necdum aduenerat, siue per illud insinuaretur nouæ Romæ imperium, siue aliud quodcunque regnum.

✠ Ambros. Vel, septem montes illos reprobos designant, per quos diabolus humanum genus decipit. Nam sicut Apostoli fundamenta dicuntur Ecclesiæ, ita è diuerso inuentores errorum, fundamenta sunt ciuitatis diaboli. Ex iis igitur capitibus, siue montibus, vel regibus, quinque ceciderunt, videlicet, Gigantes ante diluuium, qui post diluuium vsque ad legem impij fuerunt, qui populo Dei idola colere suaserunt, falsi prophetæ, & Iudæi qui dominum interfecerunt, qui iamã Romanis deuastati fuerunt, cùm hæc visio Ioanni demonstrata est. Vnus erat, pagani qui tunc Ecclesiam persequebantur. Alius nondum venerat, nimirum Antichristus, qui septimo loco ponitur.

g *Quinque ceciderunt*. Adam si in obedientia perseuerasset, sensus corporis ad nullam voluptatem verterentur, malam scilicet, sed per peccatum ita corrupti sunt, vt iam naturale sit lenia tactu, sapida gustu, nare odorifera, visu pulchra quærere. Hi sunt quinque reges per quos diabolus in puericia regit, quia ipse fuit causa quare eorum perentur. Hi sunt quinque vi Ioh 4.c. ri Samaritanæ. In iuuẽta succedit error: nã postquam discretionem habet, & si peccat, iam non sensibus, sed errori imputatur: de quo dominus: Quem nunc habes non est tuus vir.

h *De septem e*.: Quia similiter peccat, & similiter punietur. & octaua quia omnes transcendit, & in nequitia & in pœna.

☞ Et F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Mulieris & be. *i. regni Turcæ & Aegypti, vt dictum est.*
2 Best. *Hic prosequitur intentum exponendo parabolam. & primo circa regnum aegypti designatum per be. iam. di.* Bestia quam vi. fuit. *Nam Aegyptij primo occupauerunt dominium Ierusalem & Iudææ, & postea perdiderunt, Turcis terram illam occupantibus, vt dictum est suprà. ideo dicitur quod bestia fuit prius dominans in Iudæa.*
3 Et non est. *inde per Turcos electa.*
4 Et ascensura est de aby. *i. de Aegypto. quæ tenebræ interpretatur & hoc fuit quando debilitata virtute Turcorum per Christianos Aegyptij recuperauerunt Iudæam & Ierusalem, vt dictum est.*
5 Et in int.i. *Nam Aegyptij per Christianos fuerunt occisi, & residui inde electi, vt referunt episcopi Aconensis & Tyrenensis describentes historiam terræ sanctæ.*
6 Et mi &c. quo.no. scri. non sunt. i. *Saraceni, qui non sunt prædestinati, sed præscit. mirabuntur enim Saraceni quomodo rex tam potens & magnus à populo Christiano de partibus extraneis & tam longinquis venienti esset debellatus.*
7 Et hic est sen. *intellectus.*
8 Qui ha. *S.i. circa occulta scripturarum intelligentiam.*
9 Sep.ca. sep.m. sunt. i. *prouincia.*
10 Supra quos mu. *quia regnum Turcie inualuerat super Aegyptũ.*
11 Et reges septem sunt. *id est principes illarum prouinciarum.*
12 Quinque ceciderunt. *à dominio Aegypti dominio Turcia subitigati.*
13 Vnus est. *S. dominans in Iudæa & Syria: & iste est rex Turciæ qui dicitur hic sextum caput bestiæ.*
14 Et alius. *id est rex Aegypti, qui dicitur hic caput septimum.*
15 Nondum venit. *ad recuperandum de manu Turcorum Iudæã.*
16 Et cum venerit. *Debellatis Turcis.*
17 Oportet illum breue tempus manere, *Qui a Ierusalem à Turcis ablatam non tenuit rex Aegypti nisi per annum vt dicunt historiographi prædicti.*
18 Et bestia quæ erat & non e. *id est rex Aegypti vt expositum est.*
19 Et ipsa octa. est. *cum septem capitibus prædictis.*
20 Et de septem est *id est de septem capitibus. est enim caput septi-*

✠ mum

MORALITER.

✠ 2 *Bestia quam vi.* impietas enim fuit maior ante tempus Christi quàm post, propter idololarriam quæ vigebat in toto orbe, paucis valde exceptis. ideo dicitur fuisse ante tempus Christi & non esse tempore ipsius, quia non est tanta, licet sint multi mali. sed tempore Antichristi erit valde magna, secundum quòd dicitur Mat. xxiiij. b. *Abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum*, ideo dicitur: quòd ascensura est de Abysso. nam Antichristus habebit dæmonem priuatum, cuius totaliter sequetur instinctum.
6 *Et mi.inh.* quia videntes potentiam Antichristi & signa mendacia quæ facit admirabuntur & ipsum sequentur, exceptis electis. ideo sequitur: *Quo. non s. scri. no. in li. v.*
11 *Et r.* S hoc refertur ad terminos seu ad tempora in quibus fuit & erit iniquitas seu malicia. quorum primum fuit à peccato Adæ vsque ad diluuium, secundum à diluuio vsque ad Abraham. tertiũ inde vsque ad Moysen. quartum inde vsque ad David. quintum inde vsque ad Christum. ideo dicitur.
12 *Quinque c.* nam isti quinque termini tranſierunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isa.29.

a *Et decem cornua,&c.* ✠ AVGVS. Reges illi populi mali sunt, qui persequuntur Ecclesiam Dei, qui quasi reges appellantur, quia velut in somnis regnant. Omnis enim malus qui persequitur bonum, velut in somnis hoc facit, quia malorum persecutio non permanebit, sed velut somnium euanescit, dicente Esaia, *erunt velut somniantes in somno diuitiæ omnium gentium.* Hi vno animo persequũtur bonos. Ideo dicit, *habent, & non habebũt,* quia persecutio malorum non solum ad ueniente die iudicij non erit, sed etiam iam in præsenti desinit. *Virtutem suam & potestatem tradent bestiæ.* Hoc ideo dicit, B quia homines impij videntur dare virtutem, quando diabolo instigante faciunt mala.

b *Hi cum agno pugnabunt, &c.* ✠ ANDREAS. Meritò hi cum Agno pugnant: nemo enim duobus dominis seruire potest. Ea propter qui improba conspiratione inter se coeunt, suámque operam Antichristo addicunt, non possunt verò Christo se nó opponere. Verùm, vincet illos, qui nostri causa iugulatus & immolatus est Agnus Dei: Non enim ademptum est illi regnum & principatus quem in omnes obtinebat posteaquàm factus est homo: nempe quò electos suos regni sui socios cõsortésque efficeret.

c *Populi sunt & Gentes & linguæ,* id est præsentes mali ex omni diuersitate hominum collecti.

d *Et decem cornua, quæ vidisti, &c.* ✠ PRIMAS. Quomodo si diceret. Corruptiones carnalium desideriorum: quas nunc veut ipsam bestiam diligunt, eis in odium vertentur, cùm circa nem se ineuitabili iudicio damnandos agnouerint, manifestámque agni victoriam viderint, bestiámque in partes diuidi: quod gemino modo intelligi potest. Siue quia sicut legimus: *Inter superbos semper iurgia sunt,* siue, *Quia omnis qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Qui enim sibi nequam, cui bonus erit?* Prou.13. Ps.10.

e *Desolatam facient.* Solatium diaboli est perditio malorum, Eccl.14.

a ¶ Tempore Antichristi, vt Daniel dicit, erunt decem regna, quorum reges in cornibus not intur

a septem est, & in interitum vadet. Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed

a ¶ Non verè reges, sed tyranni. b ¶ Ideo non timeatis.

c ¶ A capite sui secundi ituri.

b potestatem tanquam reges vna hora accipient † post bestiam,

¶ Negandi Christum, credendi in Antichristum.

a ¶ Quàm habent in se. b ¶ Quam super alios habebunt.

Hi vnum consilium habent, & virtutem & potestatem suam

a ¶ Quia illi omnia attribuent b ¶ Verbo & opere, vt fideles sibi subtrahant.

c ¶ Faciendo suos constantes, & damnando eos in suo capite.

b bestiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos, † quoniã dominus dominorũ est, & rex regũ, & qui cum

a ¶ Vtens malis ad vtilitatem fidelium. b ¶ Et ideo reges vincet.

a ¶ Per prædicatores. b ¶ Ab æterno.

c ¶ Exequentes opera.

illo sunt, vocati & electi & fideles. Et dixit mihi: Aquæ quas

a ¶ i. Antichristus iam regnat per mysterium.

vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ,

a ¶ Et ideo non debetis ei conformari, quia ipsi qui modo adhærent ei, quandoque dolebunt.

& decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, c

& desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius mandu- d e

iracundiam prouocatus desolauerit mundum, vt ipsis proprie blasphemijs hanc vastitatem angelus tribuerit, ipsos dicit facere quod in ipsis iure cõtigerit. Placet enim Deo iustitia, per quam nouimus impiis irrogare vindictam, vt qui regnum suũ bestiæ dederint, pœnas cum eo iustas exoluant, donec sermones Dei consumentur, qui in misericordia & iudicio cõsistunt.

✠ RICHARDVS. Quemadmodum namque Christus & sancti angeli gaudebunt de gloria bonorum: ita diabolus & eius ministri gaudebunt de pœna malorum: Quod tamen gaudium nequaquam diabolo & eius principibus vertetur in cumulum consolationis, sed in augmentum maioris doloris. Ipsi quoque impijs æternum incendium ministrabunt. Et quicquid mali

☞ malis

f *Et nudam.* Diabolus habet potestatẽ faciendi signa ad decipiendum, hãc perdet completo numero bonorũ, quia postea tentatio non habebit locum. † cũ bestia.

g *Carnes.* Fornicariæ manducare dicuntur, quia inferendis pœnis delectabuntur. † 2. Ti. 4. 5.

Consummentur.

✠ PRIMAS. Quomodo si ex persona Ecclesiæ angelus diceret. Illi nocentes qui in me insurgunt: vt edãt carnes meas, suas manducabunt, & igne cremabunt. Posteaquam eorum excessibus Deus ad E Ps.26.

iracundiam prouocatus desolauerit mundum, vt ipsis proprie blasphemijs hanc vastitatem angelus tribuerit, ipsos dicit facere quod in ipsis iure cõtigerit. Placet enim Deo iustitia, per quam nouimus impiis irrogare vindictam, vt qui regnum suũ bestiæ dederint, pœnas cum eo iustas exoluant, donec sermones Dei consumentur, qui in misericordia & iudicio cõsistunt.

✠ RICHARDVS. Quemadmodum namque Christus & sancti angeli gaudebunt de gloria bonorum: ita diabolus & eius ministri gaudebunt de pœna malorum: Quod tamen gaudium nequaquam diabolo & eius principibus vertetur in cumulum consolationis, sed in augmentum maioris doloris. Ipsi quoque impijs æternum incendium ministrabunt. Et quicquid mali

☞ malis

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ *mum, vt dictum est, & sic comparatur bis quod Ierusalem bis obtinuit. sicut cap. præce. Carolus magnus dicitur angelus quintus ratione regni Francorum, & sextus propter adeptum imperium.*

1 Et in inte.vadet. *Quia pluries fuit debellatus per Christianos, vt dicunt episcopi suprà memorati.*

2 Et de.cor.decẽ re.sunt *i. principes sub rege Aegypti, vt dictũ est.*

3 Nondum acce.ab eo. *sed potestatem tanquam reges, quia non fuerunt reges simpliciter, sed rectores aciem exercitus regis Aegypti.*

4 Vna ho.acc.*id est illo tempore, quo fuit ordinatum de illo exercitu.*

5 Post Bestiam. *id est sub rege Aegypti, qui bestia nominatur, vt dictum est. & ly post, hoc non dicit hic ordinem temporis, sed subiectionis.*

6 Hi vnum consilium habent. *Pugnandi contra Christianos pro rege Aegypti. ideo subditur.*

7 Et virtutem. *eam exponendo pro rege Aegypti.*

8 Hi cum agno pugnabunt. *in membris suis, scilicet Godfredi de Buillion, & alys principibus & bellatoribus Christianis.*

9 Et agn.v. *Nam Aegyptij fuerunt per Christianos pluries debellati.*

10 Quoni.do.domi. *& sic nullus potest ei resistere.*

11 Et qui cũ. *per fidem charitate formatam vsque ad mortem stabiles.*

Vo-

12 Vocati &. *Ad gloriam.* 13 Et fideles. *In præsenti per gratiam.*

14 Et dix. *Hic exponit parabolã quantũ ad regnũ Turciæ specialiter.*

15 Aquæ quas vidist. *id est. Turciæ regnum, vt dictum est suprà.*

16 Populi sunt & Gentes & linguæ. *Quia regnum Turciæ subiecit sibi Syriam & Iudæam & Orientales populos pro maiori parte.*

17 Et decem cornua, quæ vidisti in bestia. *id est decem principes exercitus regis Aegypti, vt dictum est.* Turci Aegyptius odiosi

18 Hi odient fornicariam. *id est regnum Turciæ. inter Aegyptios enim & Turcos erat odium. primo propter dissensionem eorum in superstitionibus suis de lege. secundo quia Turci abstulerant ab Aegyptijs Syriã & Iudæam.*

19 Et desolatam facient illam & nudam. *primo per Christianos, quibus in obsidione Antiochiæ existentibus, Calypha Aegyptius misit salutationes & munera, eo quod aduersarios eius impugnabant, & sic Christianorum exercitum confortauit contra Turcos, vt scribitur in historia Ierosolymitana secundò per seipsos, quia debellatis Turcis in partibus Antiochenis. Aegyptij expulerunt eos de Ierusalem, & de Iudæa. vt dictũ est suprà.*

20 Et carnes eius manducabunt. *Metaphorica est locutio. sicut dicitur de vsurario quod comedit illum cuius bona surripit per vsuram.*

✠ Et ip-

MORALITER.

13 *Vnus est.s.* terminus vel tempus Christi.

14 *Et alius non.ve.* Scilicet terminus Antichristi.

15 *Et cum ve. ne.opo.it. breue tem.ma.* Quia sicut dicitur Matth. xxiiij.b. *Dies illi propter electos breuiabuntur.* Veruntamen iniquitas erit maxima intensiue, & iniquorum multitudine: intantum quòd poterit æquiparari ille terminus duobus. ideo dicitur.

16 *Et best.quæ er. & non est, & i.ucẽ.est, & de se.est.* Quia vnus terminus computatur pro duobus.

17 *Et in int.va.* Nam in finali iudicio omnis malicia retrudetur in inferno.

✠ 2 *Et decem cornua, quæ vidisti.* Per quæ significantur omnes modi persecutionis decalogi, sicut prædictum est.

† *Decem reges sunt qui reg.nondum ac.* scilicet quantum ad suam maximam, maximam potestatem, quia licet modi persequendi iustitiam quæ in decalogo continentur multum inualuerunt, tamen Antichristi tempore erunt in sua maxima potestate.

6 *Hi vnum consil um ha.* scilicet impugnandi iustitiam modo prædicto.

7 *Et vir.& pote.suam be.tra.* Seruiendo iniustitiæ & iniquitati ad iniquitatem.

8 *Hi cum ag.* Fidem Christi quantum poterunt impugnando.

9 *Et agnus vin.* Aliquos ipsorum simpliciter damnando, & aliquos per fidem sibi subiugando. De quibus subditur

18 *Hi odient fornicariam.* Id est iniquitatem quantum dilexerant eam prius vel amplius.

19 *Et desolat.sa.* Id est desolationem eius futuram denunciabunt constanter contra vitia prædicando.

† MORAL

☞ A malis accidit, totum Dei iudicio & iusta permissione fit, apte sequitur, *Deus etenim dedit vt faciant, &c.* Deus enim dat per iustam permissionem, vt mali faciant per apertam actionem quod illi placitum est ob vniuersitatis decorem & vtilitatem. Nequaquam enim omnipotens mala esse sineret, nisi ex eis bonum aliquod vniuersitati proueniret. Ex eo enim quod sunt mala, maiorem decorem respectu eorum videntur habere bona. Sed nõ est iniustus Deus eo quod malos male agere permittit, quia instum est vt quibus dedit liberum arbitrium, illis eo vti liceat ad libitum, &c.

a *Igne con.* id est tormentabuntur pro delectationibus eius quas secuti sunt.

b *Consummentur.* De promissione præmiorum vel pœnarum. D

c *Et mulier quam vidisti, &c.* ✠ RICHAR. Ipsa nimirum malorum vniuersitas mulier est, ciuitas magna est, meretrix est, Babylon est. Mulier, quia emoluit, ciuitas, quia multos colligit: magna, quia superbit, meretrix, quia diabolo corruptori se subijcit, Babylon, quia confusa est & confundit. Haber regnum super reges terræ, quia omnes ei seruiunt, & eius rempublicam augent inquantum possunt.

✠ AVG. Nulla est ciuitas quæ omnem animam immundam capiat, nisi ciuitas diaboli, in qua omnis immunditia in hominibus malis per totum orbem commoratur.

* vt vnam faciant voluntatem.

a ¶ Quia cum ipsis & pro peccatis eorum punietur diabolus.

b ¶ Et meritò malis meritis suis excæcauit illos Deus.

a cabunt, & ipsam igne concremabunt. Deus enim dedit in

¶ Scilicet. ¶ Vt permittant se regi à diabolo.

corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: * vt dent re-

a ¶ Opere compleantur. ¶ Boni & mali promissa recipient.

b gnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. Et mu-

a ¶ id est, multitudo malorum.

c lier quam vidisti est ciuitas magna, quæ habet regnum super

a ¶ Quia maximè superbiunt ipsi reges.

regẽs terræ.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ipsam igne concremabunt. *Nam aliquos Turcos in fortaliciis existentes simul cum eis combusserunt.*

2 Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi *Licet Deus non sit actor mali culpæ, est tamen actor mali pœnæ, & sic Turcos per Aegyptios puniuit.*

3 Vt dent regnum suum be. *Id est, vt recuperent regnum Iudææ regi Aegypti, quod possiderat per multos annos ante Turcos.*

4 Donec consum.ve. D. *De recuperatione terræ sanctæ per exercitum Christianum. quod factum fuit quasi per annum postquam Aegyptij expulerant inde Turcos, vt dictum est suprà.*

5 Et mulier quam vidi. est ciuitas m. *i. Turcorum multitudo valde numerosa.*

6 Quæ habet regnum sup.re.te. *Nam plures reges sibi subiecit in partibus orientis, vt prædictum est.*

E

CAP. XVIII.

a *Et post hæc vi.* In hac sexta visione agit de vltimis pœnis, quas patientur impij in inferno pro singulis peccatis. & primum de Babylone ostendit, postea de bestia & pseudo prophetis. tandé de ipso diabolo in quo finis patet. in quo dã b nato erit finis. Istam damnationem execu c turus à Christo prædicatam esse dicit, vt maior ei fides habeatur.

✠ AMBRO. Angel⁹ iste Christum significat, qui de cælo ad terram descendere dignatus est, vt nos ad cælestia subleuaret. Qui potestatem magnam habere dicitur, quia eandem habet quam & Pater, eo quod æqualis sit ei per omnia. Terra illuminata est à gloria eius, quia per doctrinam fidei eius, genus humanum à tenebris ignorantiæ atque incredulitatis est ereptum. Vox autem eius fortis, doctrina est Euangelij. Dixisse verò eius, fecisse est. Dixit enim cecidisse Babylon, quia ipse fecit vt caderet.

✠ AVG. Quotiescunque Babylonian nominari audistis, nolite ciui-

CAP. XVIII.

¶ Christum. ¶ In carne,



T post hæc vidi alium angelum descen- 1

¶ De æqualitate patris. 2

dentem de cælo, habentem potestatem 3

¶ Ecclesia. a ¶ Pulsis tenebris ignorantiæ. 4

magnam, & terra illuminata est à glo- 5

a ¶ Gloriosa prædicatione. b ¶ Prædicauit.

c ¶ Quod dixit, effectu non carebit.

riã eius. Et exclamauit in fortitudine di- 6

a ¶ Et ideo cadet quia. b ¶ Dæmonum collectio.

cens: † Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio

a ¶ Quod custodit se diabolo, vel diabolus custodit eam sibi.

dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custo-

a ¶ i. de fornicatione pro qua irascitur Deus.

dia omnis volucris immũdæ, & odibilis, quia de vino iræ for- 9

a ¶ id est, principes seculi.

C nicationis eius biberunt omnes Gentes. Et rẽges terræ cũ illa 10

ciuitatem de lapidibus factam intelligere, sed homines super bos, raptores, luxuriosos, & impios in malis suis perseuerantes, ipsius nomine significari cognoscite, sicut eõuersòquoties nomẽ Hierusalem audieritis, homines sanctos ad Deum pertinentes intelligite. Nam Babylonia malorum hominum imaginem gerit.

✠ AMBROS. Bis cecidisse dicitur, quia cecidit primò cùm per doctrinam Euangelij maximam multitudinem electorum amisit, qui ab ea per fidẽ Christi præcisi, ciues sanctæ ciuitatis, idest, sanctæ Ecclesiæ facti sunt. Cadet secundò, cùm in vltimo die, morte perpetua quæ mors secunda vocatur, punietur.

b *Cecidit, ce.* Bis pro duplici damnatione animæ & corporis: vel quia æternaliter punientur.

c *Spiritus imm.* Dæmones in prauis cordibus pro carnis illecebris sunt immundi, per mentis elationem volucres, vel quia per hunc aerem discurrunt.

d *Et reges ter. &c.* ✠ AVG. Non cum vna meretrice omnes re- F

☞ ges

† Isa. 21.c. Ieie.51.a. suprà 14.b.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVIII.

✠ ET post hæc vi. *Descripta Saracenorum vilitate sub metaphora meretricis & bestiæ, hic consequenter describitur probitas christianorum sub angelica similitudine. & primò quantum ad viros ecclesiasticos. secundò quantum ad principes laicos, ibi,* Et sustulit vnus angelus. *Prima in duas secundum duas notabiles personas: secunda, ibi,* Et audiui aliam vocem. *Circa primum dicitur.*

1 Et post hæc vi. al. an. i. *Adematum Podiensem episcopum Angelicæ mundiciæ virum, qui in exercitu principũ occidentaliũ & aliorũ Christianorũ suscepit legationis officium ad directionem exercitus Christiani.*

2 Descendentem de c. i. *procedentem à sublimitate sedis apostolicæ.*

3 Habentẽ. *in spiritualibus, maxime tanquam legatus missus à latere.*

4 Et ter. i. *exercitus Christianus.*

5 Illuminata est à gl. e. i. *ex eius vita & doctrina.*

6 Et excla. in for. di. *prædicans verbo & opere.*

7 Cecidit ce. Ba. ma. i. *gens Saracenica. & dicit bis, cecidit: quia primò per Christianos fuerunt debellati Turci, postea verò Aegyptij, vt habetur in historia frequenter superius nominata. hunc autem Saracenorum casum denunciabat dictus episcopus Christianis, si tamen viriliter agerent de Dei adiutorio confidentes.*

8 Et fac. est ha dæ. *quantum ad fugitiuos, qui visa Dei vindicta remanserunt tamen obstinati in sua infidelitate, & sic à dæmonibus fuerunt magis possessi quàm ante. qui dæmones per volucres & spiritus immundos designantur. Et hui⁹ punitionis causa subditur.*

Diuiſio

9 Quia de vino, &c. biberunt omnes Gen. i. *multe. & est hyperbolica locutio, ad designandum magnam multitudinem Gentium infectarum perfidia Mahumeti incurrentium per hoc iram Dei.*

10 Et re.ter. cum illa for. *Multi enim reges dictam perfidiam recepe-*

✠ *runt*

MORALITER.

✠ 1 *Et post hæc vidi alium angelum, &c.* Hoc literaliter exponitur de Ademaro episcopo Podiensi. MORAL. autem potest exponi de quolibet prælato vel doctore, qui per bonam vitam & scientiam illuminat ecclesiam, & prædicat constanter contra ciuitatem diaboli, quæ est congregatio malorum, dicens:

7 *Cecidit cecidit Babylon.* Et dicitur bis, cecidit. primò pro casu culpæ, secundò pro casu Gehennæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ges fornicati sunt: sed dum se luxuriosè qui sunt membra meretricis, inuicem corrumpunt, cum merettice, id est, luxuriosa cõuersatione fornicari dicuntur.

✠ Ambros. Per mercatores terræ, amatores seculi possumus intelligere, qui animas suas pro acquisitione pecuniarum perditioni tradunt. De his loquitur Syrach. *Hic animam suam venalem habuit, quoniam in vita sua proiecit intima sua.* Delitias virtutem Babylonis vocat, quia sicut electi tota virtute laborant, vt diuitias cælestes adquirant, ita & reprobi totis nisibus insistunt, vt diuitias perituras sibi accumulent.

a *De v.* i. de peccatis per quæ acquirunt diuitiæ, quia omnis diues, vel iniquus, vel hæres iniqui.

b *Et au.* Dicens futuram illam damnationem ad præsentes, supponit admonitionem.

c *Exite.* quia modicum tempus superest, quo pro merito accipient.

✠ Avg. Hoc loco demonstrat Babyloniam in duas diuisam esse partes, quia dum aspirante Deo conuertuntur mali ad bonum, Babylonia diuiditur, & pars quæ discesserit efficietur Hierusalem. Quotidie enim & de Babylonia trãsferimus ad Hierusalẽ, & de Hierusalem seducimur ad Babyloniã, dũ & mali cõuertũtur ad bonum, & qui videbantur boni in hypocrisi verruntur, & fiunt mali de bonis.

✠ Andreas. Quod ad beatum Lot in Sodomis agentem dicitur, *Saluando salua animam tuam*, & apud Esaiam ad quosdam Israelitas, *Recedite, recedite, exite inde*, idipsum hoc loco Dei populo mandatur. Vitandus est namque illorum vsus & habitatio, qui nefariis sceleribus Deum quotidie exasperant.

d *Quoniam per.p.* Peccata proueniunt vsque ad contemptum Dei per impœnitentiam.

e *Reddite il.* Sicut vindictam meam de vobis qui purgamini exercuit, sic vos iniuriam meam vindicate in illis.

f *Duplicate du.* i. animæ & corpori maiores pœnas inferte quàm ipsi vobis.

g *Quantum g.* Quia alij plus, alij minus causa discessionis huius repetit quod dixerat superius.

h *Et vidua non sum*, quia habeo consolationem in temporalibus.

✠ Ambros. Reginam se Babylon vocat, cùm se in prosperis huius mundi extollit. Viduam non se esse dicit, quia à bonis temporalibus quibus cõiuncta est, & ex quibus luxuriã suam enutrit: non se posse dissungi conficit. Luctum non se esse visuram dicit, quia impij quamuis sciant se esse punien dos, fingunt se non videre quod vident, memoriámque mortis à mente reijciunt, ne tristis cogitatio lætitiam cordis eorum perturbet. Ideo in vna die venient plaga eius, mors, & luctus, & fames. In die iudicij, mors illi perpetua veniet, qui in hoc libro mors secunda vocatur. Luctus illi veniet sicut dominus dicit: *Erit ibi fletus & stridor dentium.* Fames illi veniet requiei, quia desiderabunt à pœnis requiescere quas patientur, ad quam requiem multo modo peruenient.

i *Mors & luctus.* Absentia vitæ. id est, Dei, quia potentia eius vita est.

Et

a *Et fle.&c.* Contra hi gaudium perpetuum habent.

b *Reges ter.* Vel illi qui bene rexerunt terrenitatem suam & quando tamen fornicati sunt cum ista dolebunt, quod nunquã similes illis fuerunt.

c *Cum vide.* Cum defecerint diuitiæ, quod est signum æterni incendij iudicij. Vel cum viderint pœnã exaltatã vltra modũ.

✠ Ambrosivs. Sed mirum est valde quod longè stare dicantur, cùm in eisdẽ pœnis & ipsi sint demergendi, in quibus & cæteri reprobi qui per Babylonem desiguantur. Stabunt igitur longè, mente & voluntate, non corpore, horrentes scelera sua, quibus æternaliter cruciabũtur. Stabunt longè desiderãtes requiem, & patientes tormenta.

✠ Andreas. Per reges hoc loco, principes magistratúsque denotari putamus, vt in ps. *Reges terræ & principes conuenerunt in vnum.* Et alio loco: *Reges terræ congregati sunt.* Hosce proinde tanquã præcæteris à diuinis præceptis in illa scortatos, fleturos pronunciat, vt primum illius depopulationem extremámque desolationem viderint, vel audiuerint.

✠ Ambrosivs. Quia superius per mercatores terræ, amatores seculi diximus esse designatos, possumus in hoc loco eos accipere qui bonum quod facere videntur, pro præmijs vendunt: aut qui laudes ab hominibus requirunt: aut qui gradus ecclesiasticos vendunt. Tales itaque negociatores flebunt in inferno, quoniam mercedes eorum nemo emet amplius.

d *Et negocia.terr.fleb.* Quia illa perire dolebunt, in quibus suã deputabant prosperitatem.

e *Auri & argen.& lapi.marg.& byss.&c.* Per aurum sapientia, argento diuina eloquia, Christus in lapide precioso significatur, apostoli in margaritis, in byssо candido, sanctorum iustificationes: in, purpura, martyrium, in serico, virginitas, in cocco rubeo, charitas: in ligno thino imputribili, constantia indeficiés, in ebore, virtutum pulchritudo, in ære fortitudo & longanimitas, in ferro, sublimitatis acumen, in marmore inuicta humilitas. Hæc habere se simulant reprobi, & dolent cum deficit quod in eis intelligitur.

In auro mundana sapientia, in argento facundia, in lapide precioso & margaritis, pseudo prophetas accipimus & hæresiarchas. In byssо simulata iustitia, in pura martyres hæreticorum, in serico integritas carnis ad operimentum corruptæmentis, in cocco crudelitas simulatione charitatis palliate, in ligno thino mentis obstinatio simulans constantiam, in ebore simulata virtutũ pulchritudo, in ære pro fide recta firma perfidiæ prædicatio, in ferro deceptionis acumen, in marmore simulatæ subiectionis fortitudo, in odoramentis pigmentorum & thure orationes sãctorũ figurantur, quas imitatur in orationibus vana sedulitas hę reticorum. Per vnguẽ tum diuinitas incarnata, quod sub falsa lenitate pseudo Christianorum asperitas imitatur. Et ista subtracta deflent reprobi sicut hæretici morte Arrij. Similam & triticum amisisse se simulant, cum zizania & paleas amiserunt. Iumenta electos significant qui cum Psalmista dicunt: *Vt iumentum factus sum apud te.* Oues, sanctos quibus dicitur: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ.* Per equos & thedas prædicatores accipe, iuxta Elizeum dicẽtem, *Pater mi: currus Israel & auriga eius.* Per mancipia electi qui seruituti Dei subijciuntur. Reprobi dolent se amisisse iumenta, equos & thedas. i. illos quos fortes deputant ad aliorum portanda onera: cum debiles ad omne opus bonum amiserunt, poma virtutes sanctorum sunt. Et pars bestiæ omnia se habere simulant.

f *Cinnamomum.* In cinnamomo odor virtutum quas simulant.

g *Simile & tri.* Carnis Christi qua fideles vere satiantur, reprobi irritantur.

h *Mancipiorum & animarum.* Distinguit: quia quidem sunt serui tamen corpore, vt Ioseph, quidam etiam animo, vt si Aegyptius venditus Iudæo ritu eorum circuncidatur, vel pa-

ganorum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *runt. similiter etiam multi qui propter temporale lucrum frequentauerunt terram Saracenorum per hoc deprauati sunt. Vnde & ego audiui à fratre fide digno, quòd viderat naues impleri de pueris Christianis quos mercatores emerant à parentibus eorum pauperibus, vt venderent eos Soldano pro magno præcio, qui eos faciebat informari in lege Mahumeti, quia de Christiana nihil adhuc sciebant, vt adulti facti contra Christianos pugnarent. & ideo subditur.*

1 Et merca.ter. *& patet ex dictis litera.*

2 Et audiui aliam vocem. *Hic consequenter agitur de secundo viro notabili ecclesiastico, cuius primò ponitur sancta monitio. secundò Gentis Saracenicæ percussio, ibi,* Reddite illi. *tertiò percussi lamentatio, ibi,* Et flebunt. *Circa primum sciendum, quòd in exercitu Christiano fuit inter alios quidam sacerdos deuotus, cui reuelatum fuit à domino, quòd multi de exercitu peccauerunt cum mulieribus Saracenis, propter quod plures Deo permittente in manu Saracenorum ceciderunt. & plures caderent de futuro nisi pœnitentiam agerent. quam fecit exercitus ad exhortationem dicti sacerdotis. Et hoc est quòd dicit Iohannes:* Et audiui vocem de cælo, *quia cælitus facta est dicta reuelatio.*

Diuisio

3 Exite de illa. *id est de immundicia Saracenica.*

4 Quoniam peruenerunt pecca. eius vsque ad cæl. *id est, coram Deo ad puniendum.*

Et

5 Et recor. est do. *In Deum non cadit obliuio, nec per consequens recordatio proprie, sed dicitur recordari peccatorum metaphorice, quando ea punit, nam tunc ad modum recordantis se habet.*

Recordatio Dei

6 Reddit. *Hic consequenter describitur percussio Saracenorum, quia tunc Christiani tantum & plus eos afflixerunt, quantum fuerant ab eis afflicti. ideo dicitur.* Reddite illi, &c. *& patet litera. Et subditur huius percussionis ratio.*

7 Quia in corde suo dicit. *scilicet gens Saracenica superbiendo de sua potentia.*

8 Sedeo vt regin. *super alios populos, & potissime super Christianos.*

9 Et vidua non sum. *Nam gloriabatur in regibus cum ea fornicantibus prædicto modo.*

10 Et luctum non videbo. *quia nimis confidebat in sua potentia temporali.*

11 Ideo in vna die. *Id est vno tempore.*

12 Venient plagæ eius. *& quæ sint illæ subditur.*

13 Mors. *quantum ad occisos.*

14 Et luctus. *quantum ad fugitiuos.*

15 Et fames. *quantum ad obsessos.*

16 Et igni comburetur. *Nam multi incendio perierunt per ignem positum in ciuitatibus & villis.*

17 Quia fortis est qui iudicabit il. *i. condemnauit ad hanc pœnam, scilicet Deus cuius non potest iudicium impediri.*

✠ Et

MORALITER.

✠ 2 Et audiui aliam vocem. *quia prædicator vel doctor non solum debet denunciare vilitatem culpæ & magnitudinem pœnæ futuræ ciuitatis diaboli, sed etiam monere populum, vt fugiat de ea, ne forte inuoluatur eius malis & pœnis futuris. ideo subditur.*

3 *Exite de illa populus meus, & ne participes fitis del.* Et exprimuntur in speciali principes, cum dicitur.

✠ Et

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et flebunt & plangent se su.ill.reg.ter. *Hic consequenter ponitur dictæ Gentis percussæ lamentatio. & primò regum, secundo mercatorum, ibi,* Et negociatores terræ flebunt. *tertiò nautarum, ibi,* Et omnis gubernator. *Circa primum sciendum, quòd sicut dictum est ibi, multi reges in partibus orientis receperant legem Mahumeti, ad quos non peruenit exercitus Christianorum qui festimabat versus Ierusalem. & ideo dicti reges dolebant de Saracenorum interfectione. quos non audebant nec poterant adiuuare. & hoc est quod dicitur.* Et flebunt & plangent se super illam reges. *Et patet litera vsque ibi.*

2 Cum viderint fumum incendij eius. *id est cognouerint certa relatione. Visus enim propter sui certitudinem frequenter ponitur pro alijs sensibus. Exo.xx.c.* Populus videbat voc. *& etiam pro cognitione intellectus, Vnde communiter dicitur, Videstu hoc? id est intelligis.*

3 Longe stantes propter timorem tor. eius, dicentes. *Plures enim de regibus orientis timebant dare subsidium illis qui erant in partibus Antiochenis, quas inuaserat exercitus Christianus, ne pœnam similem paterentur.*

4 Ciuitas illa magna Babylon. *Id est gens Saracenica nomine Babylonis significata, vt dictum est suprà.*

5 Ciuitas illa fortis. *Propter multitudinem bellatorum & diuitiarum.*

6 Quoniam vna hora. *id est breui tempore.*

7 Venit iu.tuum. *id est punitio tua.*

8 Et negoci. *Hic consequenter ponitur lamentatio mercatorum, qui in terra Saracenorum exercebant mercationes multas & magnas vendendo quæ alunde apportabant, & emendo quæ inde alibi deferebant, & sic dupliciter lucrabantur. propter quod dolebant de vastatione terræ, qui non poterant ibi talia exercere. Et patet litera paucis exceptis quæ discurrentur.*

9 Et byssi. *i. lini candidissimi.*

10 Et cocci. *i. tinctura rubea.*

11 Et omne lignum thinum. *Quod est valde album & spinosum crescens in Ophir, & inde fecit Salomon citharas & lyras cantatoribus. iij. Reg. x. cap.*

12 Et amomum. *Species est aromatica redolens.*

13 Et cinnamomum. *Et inde traxit nomen.*

14 Et manci. *i. seruorum.*

15 Et animarum hominum. *redimendo nobiles à Saracenis captos. nam inde habebant mercatores emolumentum magnum. Et accipiuntur hic animæ pro hominibus, denominando totum à parte digniori: sicut Exod. j. a. Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob, &c.*

✠ Et po-

MORALITER.

✠ † Et plangent se super illam reges terræ, qui cum il. fornica. sunt & in delit. Sub quibus intelliguntur milites & terrarum rectores.

Et nego-

8 Et negociatores terræ. *f.* Sub quibus intelliguntur manu artifices, in mari vel terrã de negotiatione viuentes, vt prosequitur litera satis diffuse. per quod insinuatur, quod prædicatio debet esse communis.

Universidad de Deusto Biblioteca

ganorum idola colat.

✻ AMBROSIVS. In omnibus quæ enumerata sunt, auaritia Babylonis atque luxuria condemnatur. Nam in iudicio Dominus non dicet: Ite maledicti in ignem æternum, quia fuistis homicidæ, superbi, luxuriosi &c. sed: *Esuriui, & non dedi... &c.* & cætera misericordiæ opera, à quibus auaritia retrahit reprobos. Auaritia quippe nutrix est luxuriæ: nutrimenta autem luxuriæ in hoc loco descripta sūt. Damnatio ergo Babylonis maximè in diuitijs consistit: eo quod diuitiæ nutrimenta sint vitiorum: & ex quibus auaritia, quæ modo Regina mundi dici potest, luxuriam suā alit.

† Iere. 51. a.

† fin u m

✻ ANDREAS. Considerandū porrò hoc nobis loco proponitur, eccuinam ciuitati istiusmodi rerū emptio sit vsitatior, & quibus hominibus isthæc superuacaneorum possessio, ob immoderatum voluptatis studiū, sit familiarior. Probabile sit hūc locum non agere de prisca Babylone, aut de veteri aut noua Roma, aut de quauis alia peculiari ciuitate sed de orbe vniuerso, eiusdémque inquilinis, qui varia in eo negotia tractant, nundinarúmque mundi huius finem cum luctu & fletu excipient.

† Iere. 51. c.

a ¶ Quia etiam pro minimis si immoderatè haberent damnabuntur.
hominū, & pōma desiderij animæ tuæ decesserunt à te: & om- 1
a ¶ In pinguibus animæ sagina intelligitur.
nia pinguia & præclara perierunt à te. Et amplius illa iam non 2
¶ Hominum.
inuenient mercatores horum. Qui diuites facti sunt ab ea ci-
uitate, longe stabunt propter timorem tormentorum eius,
flentes & lugentes ac dicentes: † Væ væ ciuitas illa magna,
quæ amicta erat bysso & purpura & cocco, & deaurata est au- 3
ro & lapide precioso & margaritis, quoniā vna hora destitu-
¶ i. aliquid certi desiderant habere. vt episcopatum aliqui.
a tæ sunt tantæ diuitiæ. Et omnis gubernator, & omnes qui in 4
lacum nauigant, & nautæ qui in mari operantur longè stete-
runt, & clamauerunt videntes † locum incendij eius dicen-
a ¶ i. conscientiam terrenorum. b ¶ Super mentes, vel per simulationem pœnitenti.
tes, Quæ similis ciuitati huic magnæ & miserūt puluerem su-
per capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes:
Væ væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes
a ¶ Vel ad literam omnia ista visa de diuitiis sunt.
qui habebāt naues in mari de precijs eius, quoniam vna ho-
a ¶ Conscii secretorum Dei. b ¶ Per patres.
b ra desolata est. Exultate super eā cæli & sancti apostoli & pro- 5
a ¶ Vt illa damnauit vos iniustè, damnabitur iustè. 6
c phetæ, qm̄ iudicauit Deus iudiciū vestrū de illa. Et sustulit v- 7
a ¶ Christus. b ¶ Quia areas potestates deuicit. c ¶ Quia per mundana voluuntur. ¶ Dura corda habentes. ¶ idest, in infernum. 8 9
d nus angelus fortis lapidē quasi molarē magnū, & misit in mare, 10
a ¶ i. in infernum iam. 11
e dicēs, † Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & 12

a *Et omnis gubernator, &c.* AMBROSIVS. Possumus per mare hoc seculum: per gubernatores verò principes iniquos intelligere: per eos autem qui de loco ad locum nàuigant, & qui operantur in mari, eos qui diuersa officia ad deprædationes pauperum in mundo exercent. Isti ergo flebunt & lugebunt, videntes locum incendij Babylonis. Ipsi namque erunt Babylō, & ipsi lugebunt & flebunt. Cinerem super capita sua ponent, quia memoria peccatorum à mentibus eorum nunquā recedet.

✻ RICHARD. Væ autem idcirco tripliciter, vt peccatum cogitando loquēdo, agēdo perpetratum per ternarium ostendatur. Reges porrò dolebunt de amissa gloria dignitatum, & corporum voluptate: negotiatores, de amissa rerum abundantia, & amara acquisitione. De eo quisque dolebit in inferno, quod præcipuè dilexit & possedit in mundo. Miscebūt puluerem super capita sua, quia se fuisse de materia terrea, fragili, trāsitoria recognoscent in inferno: quod nunc minimè perpendunt in mundo. In descriptione autem doloris amatorū Babylonis primùm Reges ponuntur, quia mali quique quanto nunc sunt in mundo potētiores, tanto erunt in inferno miserabiliores, Scriptum est enim: *Potentes potenter tormenta patientur.* Sap. 6.

b *Exultate su.e.* Postquam prædixit hanc damnationem futurā impijs, monet bonos exultare, vt concordent diuino iudicio. vel quia his damnatis sequitur eorum remuneratio.

c *Et sustu.* Eleuat Deus malos vt grauius puniat vel corruant.

d *Lapidem qua. mo.* Ad literam etiam omnia ista visa sunt.

e *Hoc im.* Postquam descriptæ sunt singulæ pœnæ, ostenditur sibi modus damnationis. Q. quod vidi prædictum, vidi etiam iam impletum. i. sicut vides in hac figura. vel quanto plus exaltati sunt tanto grauius cadent.

Mercatores

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et poma desi. *i. fructus desiderabiles.*

2 Et omnia ping. *i. omnes diuitiæ, sicut homo diues dicitur pinguis metaphoricè.*

3 Quæ ami. *id est plena talibus preciosis.*

4 Et omnis guberna. *Hic describitur lamentatio nautarum. nam in terra Saracenis occupata erant multi portus magni & boni, in quibus applicabant nautæ, apportantes ex terris alienis bona venalia, & sic lucra duplicia reportabant, propter quod de vastatione terræ & portuum dolebant. Et patet litera vsque ibi.*

5 Exultate su. eam. *vbi per oppositum describitur exultatio Christianorum, quia per hoc facta est vindicta de Christianis per Saracenos afflictis, captis & occisis.* Exul. su. e. *i. ecclesia militans.*

6 Et san. *i. episcopi qui sunt successores apostolorum.*

7 Et prop. *i. doctores ecclesiæ.*

8 Quoniam iu. *i. punitionem pro malis vobis illatis, plures enim episcopi, doctores & fideles alij per Saracenos fuerant multipliciter afflicti & occisi.*

Et

Diuisio

9 Et su. *Hic consequenter describitur Christianorum probitas quantum ad principes laicos. & primò tempore Godfredi primi regis, secundò tempore Balduini sibi succedentis se. ca. Prima adhuc in duas partes: quia primò describitur Christianorum victoria. secundo consurgens ex hoc lætitia. in prin. cap. se. ibi:* Et vidi ostium apertum. *Circa primum sciendum, quod capta Ierusalem per Christianos, & Saracenis ibidem occisis pro maiori parte & aliis eiectis, principes & exercitus Christiani instituerunt Godfredum ducem Lothoringiæ regem ad custodiendū terrā recuperatam & acquisitam. Et tunc Soldanus Aegypti cum magno exercitu venit ad debellandum regem institutum, qui sibi occurrens cum paruo exercitu respectiuè. quia multi Christiani repatriauerant, & castis octo milibus paganorum compulit eos fugere, & in porta Ascalonis suffocati sunt vsque ad duo milia: & multi valde inter spineta etiam in mari fugientes perierunt, quorum numerus ignoratur. & hoc est quod dicitur:* Et sustulit vnus an. for. *i. Godfredus rex primus.*

10 Lapidem qua. mo *i. exercitum fortem & constantem.*

11 Et mi. in ma. *i. in exercitum Saracenorum. qui dicitur mare hic, tum quia per mare venerat, tum quia ibi multitudo maxima populi erat, quæ per mare designatur in quo modo sunt aquæ multæ. secundum quod dicitur ca. præce. Aquæ multæ populi multi.*

12 Dicens h. &c. Ba. *i. Saracenorum exercitus qui fuit ibi valde confusus.*

Et

¶ Sicut quidam hæretici putant.
vltra iā non inuenietur. Et vox citharædorū, 1
& musicorū & tibia canentiū, & tuba nō audie-
a ¶ Quantum ad practicam.
tur in te amplius, & omnis artifex omnisque 2
a ¶ Quantum ad theoricam. ¶ Hinc est argumentum, quòd damnati obliuiscantur scientiæ acquisitæ. b ¶ Ibi non exquirentur delicatissimi panes. ¶ Et per hoc remouetur delectabile gustus.
ars non inuenietur in te amplius. Et vox mo-
¶ Quo ad visum.
læ non audietur in te amplius. Et lux lucernæ
¶ idest, lætitia nuptiarum.
non lucebit in te amplius. Et vox sponsi & 3
¶ Quo ad auditum. ¶ Ideo.
sponsæ non audietur adhuc in te, quia mer-
¶ idest, ad literam, vel in veneficis persuasionibus. ¶ Hoc quantum ad concupiscibilem.
4 catores tui erant principes
5 a ¶ Hoc quantum ad rationalem. b ¶ id est, maleficis, idest, malis persuasionibus, quibus alios errare fecisti.
6 terræ quia in veneficijs tuis
a ¶ Quidam de omnibus.
errauerunt omnes Gētes. Et
a ¶ Et ideo iterum: quia. b Vindicta sanguinis. ¶ Si malus malum occidit, occisorem non excusat nequitia occisi.
7 in eā sanguis prophetarū &
sanctorū inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

a *Mercatores.* quia illi dantes animas pro terrenis, nimiā potestatem exercuerunt, quia iam pati non possunt.

b *Et in ea sanguis.* Nunc ad ipsam Babylonē loquitur de suo casu, quási condolens miseriæ eius, nunc ad auditores conuertitur, vt fideles exhortetur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vox ci. *nam in tristiciam versa fuit eorum lætitia.*

2 Et o. arti. *Nam illi qui venerunt ad faciendum machinas pro Christianorum destructione, fugerunt cum magna confusione, & similiter alij qui venerant pro ciborum præparatione. ideo subditur:* Et vox mo.

3 Et vox spon. & spon. *q. d. non erit inter eos materia gaudij, sed luctus, & subditur causa cum dicitur.*

4 Quia me. tui. *haurientes bona aliarum Gentium.*

5 Erant prin. t. *id est, super Gentes alias eleuati per superbiam. & subditur alia causa:*

6 Quia in v. t. er. *multi enim populi videntes Saracenorum prosperitatem temporalem receperunt eorum legem erroneam, & iterum subditur tertia causa:*

7 Et in ea s. pro. *Nam multi doctores & fideles Christiani à Saracenis fuerunt interfecti.*

Quia

CAP. XIX.

a *Post h. a. q. v.* idest, damnationem malorum videt completam, sicut à Christo audierat cōplendam, modo subiūgit, quòd de ista damnatione sancti exultant sicut moniti erant ad exultandum in versu illo: exultate super eā cæli. per quod multò grauior intelligitur pœna malorum.

supra 18. f.

† suprà. 6. c.

POST hęc audiui quasi vocem magnam 1
¶ Prædicatorum a ¶ In ecclesia sanctorum
tubarum multarum in cælo dicentium 2
a ¶ Laus humanis verbis inexplicabilis. b ¶ Immortalitas & impassibilitas. c ¶ Quia deuicit diabolum. 3
alleluia: Laus & gloria, & virtus Deo 4
a ¶ Et ideo laus est. ¶ Dando quod promisit. b ¶ Vnicuique secundum merita reddendo.
nostro: quia vera & iusta iudicia eius 5
a ¶ Iudicio condemnationis. b ¶ De malorum congregatione. ¶ i. Ipsi seipsos, vel alius alium. 6
sunt, qui iudicauit de meretrice magna † quæ corrupit ter- 7
a ¶ Quem effudit impia multitudo.
ram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum 8
a ¶ Requirent eum. b ¶ Per hanc iterationem debemus intelligere laudem æternam.
suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt alleluia. † Et fu 9

✻ RICHARDVS. Post figuram damnationis ciuitatis impię superius descriptam, subiungit laudem & gratiarum actionem de ruina eius à Sanctis diuinitati exhibendam. Et notandum quod dum dicit, *audiui*, de futuro loquitur quasi de præterito, sicut consuetudo est prophetis. Vox magna, gaudium magnū significat. *Tubarum multarum*, idest, eorum qui in mundo senuerūt tubis prædicationum: *dicentium Alleluia*, videlicet suauitatē diuinæ laudis, humanis verbis inexplicabilis.

✻ AMBROSIVS. A septem vocibus, quinquies Alleluia decantata esse legitur. Primò & secundò à voce tubarum multarum: tertiò à vigintiquatuor senioribus & quatuor animalibus: quartò à voce quæ de throno exiit, nō iam Alleluia, sed interpretatio eius decantata est, idest, *Laudem dicite Deo nostro.* Alleluia quippe, laudate Deū sonat. Quinta verò à tribus vocibus, idest, à voce tubæ magnæ, & à voce aquarum multarum, & à voce tonitruorum magnorum. Iusti qui ante diluuiū fuerunt, ad primam partem: qui post diluuium ad secundam pertinent. Per 24 seniores, patres sub lege designantur: quibus coniunguntur quatuor animalia, per quæ nouum testamentum figuratur: tuba verò magna Christum significat: vox tubæ prædicatio est euangelij. Per vocem verò aquarum multarum, multitudo gentium Christum confitentium: & per vocem tonitruorum magnorum, electi qui in fine mundi nascituri sunt, intelliguntur.

b *Alleluia, &c.* Ideo dicimus alleluia, quia laus est Deo nostro, & quia talia nobis fecit. antonomasicè eum laudare debemus.

Et

NICOLAVS DE LYRA, CAP. XIX.

Diuisio

POst hæc a. *Descripta Christianorum victoria, hic consequenter describitur, vniuersalis ecclesiæ lætitia. & diuiditur in duas partes, quia primò describitur hæc exultatio. secundò beati Ioannis gratiarum actio ibi:* Et dixit mihi: *Circa primum dicitur:*

1 Post hæc au. qua. vo. ma. *idest, gratiarum actionem.*

2 In cæ. *militantis ecclesiæ de tanta Saracenorum deiectione, & Christianorum subleuatione: & etiam in cælo triumphantis ecclesiæ, in qua sancti gaudent & gratias agunt Deo de beneficijs in terra fidelium collatis.*

3 Dicentium al. *duæ dictiones sunt in Hebræo: nā all. idem est quod laudate: lu, nomen, ia, domini.*

4 Laus & g. *nam dicta victoria est Deo attribuenda.*

5 Quia ve. & iu. *cuius duplex ratio subditur: Prima dum dicitur:*

6 Qui i. de me. m. *idest, de Gente Saracenica quantum ad Turcos specialiter, vt dictum est suprà. ca xvij. eam puniendo.*

7 Quæ c. t. *quia multos populos interfecit perfidia Mahumeti. Et cōsequenter ponitur ratio secunda, cum dicitur.*

8 Et vin. *à Turcis & Aegyptijs occisorum.*

9 Et ite. di. al. *primo pro debellatione Turcorum. & secundò pro debellatione Aegyptiorum. Vel aliter, scilicet, primò pro deuictis Saracenis. & secundò pro recuperatione sanctæ ciuitatis.*

Et

MORALITER.

1 *Post hæc.* Hic describitur laus sanctorum de sua euasione à prædictis malis, & de impletione diuinæ iusticiæ in damnatis, secundum illud Psal. lvij. b. *Lætabitur iustus cum vide. &c.* & describitur ista laus quantum ad ecclesiam triumphantē, & quantum ad militātem, quæ debet quantum potest triumphanti conformari. secundum quod dicit illa prosa. Supernæ matris gaudia repræsentet ecclesia, quæ ab aliquibus dicitur esse beati Grego. ab alijs autem Hugonis de sancto victore. ideo dicitur:

3 *Dicentium alleluia, &c.* pro ecclesia triumphante. & subditur post.

9 *Et iterum dixerunt al.* pro militante.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Et cec. vi.* Non minores sancti solũmodo de hac damnatione laudauerunt Deum, sed etiam illi maiores qui in ecclesia fuerunt iudices & doctores aliorum.
b *Amen.* Et virtute laudandus est de hoc, quod inimicos nostros ita punit.
c *Et v.de.* Dicta damnatione malorum & exultatione sanctorum, supponit ad monitionem ad præsentes, q.d. vidistis exultationẽ, modo vos prouidete vobis ad vestram salutem.
B d *Pusilli.* Qui nequeunt altiora penetrare mysteria, nec Dei possunt implere consilium. *Vende omnia & sequere me.*
e *Et aud. qua.vo.&c.* Ostensa lætitia quã habebant sancti de perditione malorũ, supponit ecclesia aliam lætitiam ipsorum quam de salutione sua quam dicturus est habebunt.
f *Et vxor eius, &c.* Et conueniens erat vt iungerẽtur, quia ipsa ecclesia fecit se idoneam, vt reciperetur.
† Mat. 22. a Luc. 14. d.
C g *Et da.est.* In hac vita vt se posset pręparare. Alia litera, datum est illi byssinum splendens, candidum dente candido.
† J. 22. b.
h *Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum, &c.* Quia maiorem me intellexi & obedire paratus fui, sic & vos obedite mihi.
i *Vide ne fec.* In veteri lege non prohibuit se adorari, sed post ascensionem videns super se exaltatum hominem, ab homine timuit adorari.
✱ AMBROS. Redemptio sanguinis Christi hoc fidelibus cõtulit vt filij Dei, socijque angelorum efficerentur: ideoque pertimescit angelus adorari ab homine, qui super se adorabat hominem Deum: quapropter se conseruum Ioannis, cæterorũmque fidelium vocat. D

✱ GREGORIVS. In testamento veteri ante incarnationem Christi adorasse homo angelum legitur, nec tamen adorare prohibetur: sed post Mediatoris aduentum cùm se Ioannes adorando angelo prostrauisset, audiuit: *Vide ne feceris.* Quid est enim quòd æquanimiter prius se concedebãt adorari, post angeli ab homine recusant: nisi quod prius hominem carnalibus corruptionibus deditum, nec ab his redemptum, quo abiectiorem norãt, iustius contemnebant: post modumverò humanã naturam eo iam habere substratam non poterant, quo hanc in authore suo etiam super semetipsos ductã videbant? [L. 26. mora. cap. 8.] [Iosue 5.]

✱ IDEM. Post Sponsi osculum, Sponsa iã à nemine despicitur: quia postquàm Christus venit, & fidelibus suis Spiritum libertatis infudit, ab ipsis etiam angelis Ecclesia honoratur. Hic est quod Iosue angelum adorauit, Ioanni verò volẽti se adorare dixit: *Vide ne feceris.* [In lib Can. cap. 8.] E F

✱ IDEM. Lot & Iosue angelos adorant, nec prohibentur: Ioannes angelum adorare voluit, sed angelus ne se debeat adorare compescuit dicens: *Vide ne feceris*, Quid est hoc, nisi quòd naturam nostram quam prius despexerant postquam hanc super assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt? Nec habere dedignantur hominem socium, qui super se adorant hominem Deum. [Iosue. 5. Homi. 8. in Euang.] [Gen. 14.]

☞ Ri-

¶ Iudicauit & æternaliter puniti sunt. ¶ Omnes sancti iudices xii. patriarchæ. xij. apostoli.
a mus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt viginti- 1
quatuor seniores, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum 2
a ¶ Verum est quòd Deus ita gloriosus est. b ¶ Admonitio. 3
b c sedentem super thronum dicentes: amen, alleluia. † Et vox 4
a ¶ idest, de illis in quibus Deus sedet. b ¶ Ad audientiam omnium. 5
de throno exiuit, dicens: Laudes dicite Deo nostro omnes 6 7
¶ Vel, serui. a ¶ Casto amore & timore filiali. 8
d sancti eius: & qui timetis Deũ pusilli & magni. Et audiui qua- 9
e a ¶ Qui fuerunt tubæ in mundo nunc exultant in cælo. b ¶ Quia de multis populis collecti sunt. 10
si vocẽ tubæ magnæ, & sicut vocem aquarũ multarũ, & sicut 11
a ¶ Quia tenebit impios sanctorum exultatio.
vocẽ tonitruorum magnorum dicentium, alleluia, quoniam
a ¶ Q. Antea regnauerunt impii. b ¶ Beatitudinem animæ habentes. 12
regnauit dominus Deus noster omnipotẽs. Gaudeamus, & 13
a ¶ In corpore glorificati. b ¶ idest, nos omnia habere à Deo reputemus. c ¶ Iuncta est ecclesia Christo. 14
exultẽmus, & demus gloriã ei, quia venerunt nuptiæ agni, & 15 16
a ¶ Ecclesia sanctorum in re, quæ prius fuit sponsa in spe.
f g vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se bys- 17 18
¶ Iudificationibus. b ¶ Quia nullis maculis fuscatur scientia sanctorum.
sino splendenti & candido. Byssinũ enim iustificationes san- 19 20
¶ Loquutus de nuptiis futuris inuitat præsentes ad eas.
ctorum sunt. Et dixit mihi: Scribe: † Beati qui ad cœnã nuptia- 21 22
a ¶ Non mea, & ideo vera. 23
h rũ agni vocati sunt. Et dixit mihi: Hęc verba Dei vera sunt. Et 24
i cecidi ante pedes eius, vt adorarẽ eum. Et dixit mihi: † Vide 25

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et fu.eius. *scilicet, Gentis Saracenicæ.*
2 Ascen.in se.se. *Nam occisi descenderunt ad ignem gehennæ.*
3 Et se.vi.sen. *idest, vniuersæ cathedrales ecclesiæ.*
4 Et qua.a. *idest, quatuor ecclesiæ patriarchales cum prælatis suis, vt dictum est suprà ca.iiij.*
5 Et ado. Deum. *de tanto beneficio Christianis collato.*
6 Et vox de throno. *idest, de sede apostolica.*
7 Exiuit.di. *excitando omnes Christianos ad laudandum Deũ de tãto beneficio relatione certa cognito.*
8 Et audi qua vo.tu.mag. *idest, Ierosolymitani patriarchæ.*
9 Et sicut vocem aqua.multa. *idest, populorum multorum gratulantium, sicut dictum est supra. xvij. d.* Aquæ multæ populi multi.
10 Et vocem tonitruorum magnorum dicẽtium, &c. *idest, prædicatorum inducentium alios ad laudandum Deum.*
11 Quoniam regnauit dominus Deus, &c. *scilicet, Iesus Christus, qui dicitur tũc in terra sancta regnasse, quando Saracenis deiectis Christiani sibi seruierunt ibidem liberè.*
12 Gaudeamus. *Mente interiori.*
13 Et exultemus, & demus gloriam ei, &c. *exteriori. Exultare enim dictum est quasi extra saltare. quod fit quando gaudium cordis manifestatur exterius sensibilibus signis.*
14 Quia
14 Quia venerunt nuptię agni, &c. *Tunc enim ostendit signum dilectionis ecclesiæ collectæ in partibus Ierosolymitanis, sicut sponsus reconciliatus sponsæ.*
15 Et vxor eius præparauit se. *Ad seruiendum sibi deuotè.*
16 Et datum est il. *A Deo.*
17 Vt cooperiat se byssino splenden.&c. *Per interiorem sanctitatem & exteriorem honestatem. quod patet ex hoc quod subditur.*
18 Byssinum enim iustifi.sanct.sunt. *Et patet litera.*
19 Et dixit mi. *Hic consequenter subditur ipsius Ioannis gratiarũ actio, & primò causa præmittitur, cum dicitur:* Et dixit mihi. *scilicet, angelus reuelans mysteria diuina Iohanni.*
20 Scribe. *Ad futuram memoriam.*
21 Beati qui ad cœnam nuptiarum agn.&c. *idest, ad perceptionem eucharistiæ sacramenti.*
22 Vocati sunt. *Per fidem charitate formatam.*
23 Hæc verba Dei, &c. *Cuius nuncius erat angelus loquens Ioanni.*
24 Vera sunt. *Nam à Deo nullum falsum procedere potest.*
25 Et cecidi ante pedes eius. *scilicet, angeli loquentis ad faciendum sibi reuerentiam. quam tamen angelus renuit, quia post incarnationem filij Dei per quã humana natura assumpta est à supposito verbi, angeli reformidant sic venerari à natura humana, quam vident super se eleuatam in filio Dei, qui est eiusdem naturæ numero cum patre.*
✱ Deum

MORALITER.

✝ 25 *Et cecidi ad pedes eius vt adorarem eum, &c.* Per hoc ostenditur. quòd non solum debet gratia reddi Deo de suis beneficijs, sed etiam suis ministris, per quos reuelat hominibus veritatem, vel alia beneficia subministrat.
† *Et dixit mihi: vide ne fece. &c.* Per hoc arguuntur homines superbi, qui quærunt indebitè ab alijs honorari.
Et ri.

A ✱ RICHARDVS. Quia ante aduentum Saluatoris solebant homines apparentes sibi angelos adorare: voluit sanctus Theologus honorem ab alijs sanctis angelicis spiritibus exhibitum exhibere. Sed dignitas angelica quæ se in veteri testamento adorari non prohibuit: in nouo videns super se exaltatum hominem Deum, ab homine se adorare non sustinuit Et causam subdidit: *Conseruus tuus sum, &c.* Quasi diceret: Ego à te adorari iam pertimesco, quia tuam naturam super regnare conspicio. Ille solus à te debet adorari, cui super omnia exaltato, ego tecum pariter debeo famulari. [† supra 1. c. & 2. e.]
B ✱ ANDREAS, & ARETHAS. Ne me adores inquit angelus, quasi ex me quæ futura sunt prædixerim. Etenim confessio & testimonium Christi eius ponderis sunt, vt propheticum Spiritum largiantur. Ea propter caue conseruum adores: sed si adorare submissũmque sanctorum angelorum sensum & mentem cognoscere licet: qui diuinam gloriam, vt superbi dæmones, neutiquam sibi arrogant. Faxit Deus, vt nos quoque humilitatis exemplo inuicem prælucentes, diuinum hunc sermonem impleamus: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. [† Isa. 93.] [Matth. 11.]
a *Testimonium enim Ie.est spi. prophet.* Quidquid prophetæ dixerunt, perhibet Christo testimonium.
b *Et vidi cæ.aper.* Dicta damnatione Babylonis, & exultatione quam inde habebunt sancti supponit damnationem ipsius Antichristi & apostolorum eius, quod est ibi: *Et apprehensa est bestia.* Et isti quare damnabuntur? quia pugnauerunt contra Christũ quantum potuerunt & tamen Christus bene poterit vincere, qui tantam habet potestatem secundum diuinitatem & humanitatem, quod nullus possit resistere ei, & ideo debemus eum imitari. Vnde & ipse admonitionem interponit. *Et vidi vnum angelum.* Vidi vocatos ad nuptias, vidi etiam & qui possunt venire: nam bonum adiutorem & bonos habent admonitores. [Iob. 9. b.]
Equus

c *Equus al. & qui sedebat super eum, &c.* id est, caro Christi portãs verbum Dei ad bellum contra diabolum. D
d *Sicut flam. ig.* Quia cõburit vitia, & accendit & illuminat. Hęc omnia sine respectu alicuius, vt tantum notemus qualis sit & quanta possit.
e *Verbum Dei*, id est, *ipse dixit & facta sunt*, per quem omnia pater fecit & per quem pater mundo se annunciauit. [Ps. 32. b.]
✱ ANDREAS. Quod cœlum apertũ cernitur, hoc iudicis aduentum proforibus esse insinuat: quemadmodũ apud nos quoque cortinarum contractio, terrenos iudices mortis sententiam contra reos tulisse significat. Albus porro equus instantem Sanctorum gloriam, & lætitiam denotat, qui autem super illum ascendit, in omnibus dictis suis fidelem, & in operibus veracem esse significat. Is autẽ est Iesus Christus filius Dei, qui flammeis igneísque oculis gentes iudicat, hoc est, sua prouida cura suáque vi contemplatiua lucentem flammam ab igne ardenti secernens, iustis quidem id tribuit, quod illustrandi virtute pollet: peccatoribus autem obscuriores adurentésque illius partes applicat. Cæterum, multa illa diademata, Christi Seruatoris in omnes dominium & regnum insinuat. Nominis eius ignoratio, essentiam illius esse incomprehensam denotat. Per vestimentum, sanctissima & immaculata Christi caro designatur: hæc enim in morte, spontéque suscepta passione, sanguine illius tincta fuit. Verbi nomen hypostasi filij tribuitur, ad designandum impatibilem eius ex patre generationem. Per exercitus cœli celestium virtutum ordines eum sequentes denotantur: vt qui naturæ subtilitate & intelligentiæ sublimitate: & virtutum præterea splendore mirè sunt illustrati, &c. E
f *Vestiti byssino albo & mun.* idest, in corporibus mundis, qui ab illicitis refrenantur, & stimulo charitatis ad bona incitantur, id est, ad iustitiam.
☞ *Gla-* F

a ¶ Ego & tu, & omnes fratres tui vnum Deum habemus, & vnum dominum.
ne feceris. Conseruus tuus ego sum, & fratrum tuorum ha-
a bentium testimonium Iesu, Deum adora. Testimonium enim 1
a ¶ Mysteria reuelata, quòd homo possit ascendere cælum, & cognoscere Deum. b ¶ Et quis aperuit iste. 2
b Iesu est spiritus prophetiæ. Et vidi cælum apertum, & ecce 3
¶ i. diuinitas. a ¶ Quia promissa implet. 4
c equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & 5
a ¶ Quia ipse veritas est, & veraces facit. b ¶ Quia vnicuique iuxta opera sua reddit. 6
c ¶ In suis contra diabolum. d ¶ i. dona spiritussancti vel charitas.
verax, & cum iustitia iudicat & pugnat. † Oculi autem eius 7
¶ In diuinitate. a ¶ Quia per eam ipse & sui coronantur. 8
¶ Deus homo vel Iesus. 9
d sicut flãma ignis, in capite eius diademata multa, habẽs nomẽ 10
¶ In fidelis. ¶ Et fui per eum. 11
a ¶ id est, carne passa, vel ecclesia quæ in suis martyribus occiditur.
scriptũ quod nemo nouit nisi ipse. † Et vestitus erat veste asper- 12
a ¶ i. fideles contra diabolum dimicantes.
e sa sanguine, & vocabatur nomẽ eius verbũ Dei. Et exercitus 13
a ¶ In ecclesia. b ¶ Imitabantur. 14 ¶ Iustitia 15
f qui sunt in cælo sequebantur eũ in equis albis vestiti byssino 16 17

C

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Deum ado. *Adoratione Latriæ.*
2 Testimoniũ enim Ie.est spi.pro. *id est, omnes prophetæ testimoniũ perhibent Iesu Christo, secundum quod dicitur.*
3 Et vidi.c.a per. *Hic consequenter describitur victoria Christianorũ tempore Balduini regis secundi, qui successit Gofredo fratri suo anno domini millesimo centesimo. Cuius primò describitur conditio nobilis. secundo quædam eius victoria notabilis, ibi: Et vidi vnum angelum. Circa primum dicitur:* Et vidi c.aper. *quia Ioanni reuelatum fuit cælitus quod erat in Dei præscientia clausum.*
4 Et ecce equus alb. *i. regnum Ierosolymitanum decore sanctitatis dealbatum, vt prædictum est.*
5 Et qui sede.su.eum *scilicet, Balduinus rex institutus.*
6 Vocabatur fide.& ver. *Nam ad literam fidelis fuit in factis, & verax in verbis.*
7 Et cum iusti.iudi. *Populum sibi subditum.*
8 Et pugnant. *Nam rex institutus statim cœpit dilatare nobiliter regnum suum per expugnationem Saracenorum.*
Oculi
9 Oculi au.eius sicut.flam.ignis. *Nam aspectus eius erat terribilis Saracenis.*
10 Et in ca.eius diad. multa. *Nam in terra Philisthinorum & Tyri & Sidonis plures obtinuit ciuitates, in quibus antiquitus erant reges.*
11 Habens no.scriptum. *Bona enim opera sua quantum poterat celabat à laude humana.*
12 Et vestitus erat ve.asper.sangui. *scilicet, Saracenorum ab eo occisorum.*
13 Et voca.nomen eius, ver.dei. *Nam ad honestatem verbi Dei terram natiuam dimisit & vltra mare iuit.*
14 Et exercitus qui sunt in cœlo. *id est, templarij & hospitalarij quorum tunc ordines fuerunt instituti ad militandum contra aduersarios Christi, vt dicunt expositores dicti.*
15 Sequebantur eum. *In prælijs.*
16 In equis albis. *id est in corporibus castitate dealbatis. nam de professione eorum est votum castitatis.*
17 Vestiti byssi. *per interiorem & exteriorem mundiciam, vt dictum est suprà.*
✱ Et

MORALITER.

✝ 3 *Et vidi cælum apertum.* Hoc literaliter intelligi videtur de Christo per ea quæ sequuntur. MORALITER autem potest exponi de quolibet eius bono vicario in spiritualibus, cuiusmodi sunt prælati: vel temporalibus, cuiusmodi sunt principes terreni & eorum subditi boni: qui parati sunt eis obedire in licitis & honestis. ideo subditur.
4 *Et exercitus eius qui sunt, &c. in equis. al.* id est, in corporibus mundis.
✝ *Et*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Gladius exv,par.acut.* id est, diuina sententia incidens prauas cogitationes mentis & illicitos motus corporis. vel vetus & nouum Testamentum.

b *Regetur.* Sanctos de virtute in virtutem, malos de vitio in vitium.

✠ ARETHAS. Gladius ex ore procedes significat impiis ac peccatoribus induci supplicium iussa diuini numinis. Vtrinque verò incidit gladius, eo quod tam ex ira quàm ex misericordia à Deo procedant reproborum supplicia: acutus autem, quia cirò adfert suam efficaciam. Ferrea virga non est ad regendum, sed ad confringendum eos, qui in vita lutei sunt & parati vt conterantur. Quam ob causam ergo ipsi attributū est regere? Non inconsideratè, vt opinor, sed quia probabile est quod regendo pugnandum sit aduersus ferinos homines, & propterea quoque virga opus est, quæ aduersarijs iustè perditionem adferat. Quis autem alius, quàm Christus calcat torcular vini furoris iræ Dei? Ipse enim per iudicium ac retributionem voluntatem explet paternam. Vestimentum quoque designare vult carnem, per fœmur autem naturam carnis, quòd verè humana sit ipsa, & non phantastica. Sermonis igitur scopus est, significare quod Verbū hypostaticè sit vnitum naturæ humanæ: nihilominus omnipotens, vt potè cælestium princeps, & terrestrium, subterraneorum qui imperium habuerunt aduersus affectiones, & robur habent aduersus peccatum ex ipsius Christi adiutorio.

c *Calcat tor.* i. mortem quæ ab irato Deo primo homini peccanti illata est resurgens destruxit. *Vel torcul.* tribulatio, quam, scilicet in qua positos sanctos calcat dum ampliat, quā Deus iratus Adæ peccanti intulit: furiosus in propagine eius extendit. sed fiunt vinum in cellario Dei ponendum, in quo positi non erunt vinum furoris.

d *Et habet in vest.* Vel in cordibus fidelium qui sunt vestimentum filij, scriptum est, rex regum.

e *Et vidi vnum ang.* Ostensa dignitate Christi, per quam diabolum expugnare poterit: subdit admonitionem de præsenti. q. d. ipsi tali adhærere debetis.

f *Omnibus auibus.* Omnibus fidelibus qui agiles & leues sunt in promotionem bonorum operum.

g *Venite, &c.* Bene operando, in eadem fide, non diuersas hæreses sequentes sicut mali, vel de partibus mundi diuersis.

i *Et congrega. &c.* q. d. Multum debetis esse solliciti, vt ad hāc cœnam venire possitis, quia nisi bene pugnaueritis, diabolo succumbetis, quia multum paratus est nocere vobis, eum tamen auxilio Dei superare poteritis.

✠ RICHARD. Angelus stans in sole, est vniuersus ordo Prædicatorum, in feruore persecutionis per bonam intentionem erectus, rectè prædicando perseuerans. Qui clamare voce magna, dæmones inuitando ad comestionem malorum dicitur, quia malignos spiritus homines damnatos in inferno cruciandos magna constantia protestatur. Qui scilicet dæmones, per medium cœli volant, quia in medio aeris huius habitant. Ad cœnam autem inuitantur, quia reprobi spiritus qui in cruciatibus hominum delectantur, post vltimæ illius damnationis humanæ delectationem non habebant aliam. *Vt comedetis carnes regum. &c.* Potentes anteponit, quia potentes potenter tormenta patientur. Equi, sunt corpora: sessores, spiritus: qui vtique à dæmonibus manducabuntur, quia vtrorumque cruciatibus delectabiliter saturabuntur. Vel, equi, sunt subiecti: sessores. prælati: qui vtrique punientur.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et de ore, &c. *gla. Nam verbis efficacibus hortabatur & excitabat bellatores suos contra Gentes infideles.*
2 Et ipse reget e. in vir. fer. *earum pluries superbiam frangendo.*
3 Et ipse calcat tor. vi. &c. *quia fuit executor diuinæ iustitiæ in Saracenis sanguinis effusione.*
4 Et habet in vesti. &c. rex re. & dominus dominan. *ex prædictis enim patet, quod habuit conditiones regis vel de excellentis, propter quod dicitur rex regum pro tempore suo, eo modo quo rosa dicitur flos florum.*
5 Et vidi. *Postquam descripta est Balduini regis conditio nobilis, hic consequenter describitur quædam ipsius victoria valde notabilis. Ad cuius intellectum sciendum, quod anno. v. regni Balduini principes Aegypti dixerunt suo Caliphæ quod tempus erat aptum ad recuperandum terram à Christianis occupatam: Tum quia plures Christiani principes ad terras natiuitatis suæ redierant: Tum quia remanentes bellis frequentibus afflicti & depauperati erant, vt dicit episcopus Tyrenensis. ca. xij. Addunt etiam expositores aliqui, quod ad hoc etiam erant excitati per quosdam falsos prophetas Saracenorum, qui asserebant in breui petram sancti sepulchri frustatim conterendam, & crucem sanctam in profundum maris submergendam, & Christianitatem de terris illis penitus delendam. Quibus assentiens dictus Caliphа præparauit exercitum magnum per terram & mare ad obtinendum quod erat ei suggestum. quo audito Christiani pauci existentes comparatiue fuerunt territi, sed patriarcha Ierosolymitanus eos confortans promittebat eis si de domino confiderent tantam victoriam assuturam, quod aues cæli de carnibus Saracenorum essent saturandæ, præferens quasi de vexillo dominicæ crucis lignum. Sic igitur nostri cum quingentis equitum & duobus milibus peditum contra hostes quorum numerus erat quindecim milium absque illis qui in classe venerant, animosius procedentes, prostrauerunt ex hostibus maximam multitudinem, & residui conuersi sunt ad fugam, de classe etiam illa magna pars à nostris fuit retenta. Dicit ergo Ioannes:* Et vidi vnum ange. i. *patriarchā Ierosolymitanum.*
6 Stantem in sole, *per eminentiam vitæ & doctrinæ, secundum illud Eccl. 1. a. Sicut sol refulgens, sic ille refulsit in templo Dei.*
7 Et cla. vo. mag. *in exhortatione prædicta.*
8 Dicens omnibus aui. &c. *quia per congressum ad eius exhortationem factam aues satis habuerunt ad comedendum.*

✠ Et

MORALITER.

✠ 3 Et *ipse calcat torcul.* idest, bonus Christi vicarius punit iustè malefacta.
4 Et *habet in vesti. & fœ. suo scriptum: rex re. &c.* quia sub se plures bene regentes habet, qui reges dici possunt à regendo. Dicitur autem hoc scriptum in vestimento & in femore suo, fœmur est intrinsecum homini, vestimentum autem extrinsecum. In actibus autem intrinsecis talis superioris apparet, quando populum sibi subditum vult dicto modo gubernari.
5 *Et vidi vnum angel. stantem in so. &c.* Per solem potest intelligi claritas iustitiæ, de qua dicitur. v. Ethic. quòd neque hesperus, neque lucifer est ita admirabilis. Angelus igitur stans in sole, est prædicator constanter prædicans contra obstinatos fœueritatem iustitiæ diuinæ. ideo subditur:
8 *Dicens omnibus auibus, &c.* ideſt, dæmonibus, qui sunt executores diuinæ iustitiæ in damnatis. Quòd autem per aues significantur dæmones, patet per verbum Saluatoris in parabola seminantis.
† *Vt manducetis carnes reg. &c.* ideſt, obstinatorum in culpa, ideo sequitur:

Et

a *Et vidi bestiam, &c.*

✠ RICHARDVS. Descripta generali dānatione malorum, specialem nunc Antichristi describit. *Et vidi bestiam*, id est, Antichristum, *& reges terræ.* id est, malos prælatos, qui se vel alios regere norunt, in terrenorum cupiditate: *& exercitus eorum*, ideſt, malos subiectos: *congregatos* perpetrandi mali vnanimitate: *ad faciendum prælium*, id est, persecutionem aduersus Christum, & omnes eius fideles. Mali quippe semper aduersus bonos congregantur, & eos suis machinis debellare conātur. *Et apprehensa est bestia*, quia apprehēditur Antichristus cùm venerit vindicta *& pseudo propheta eius*, ideſt, omnis doctorū & principū eius cœtus: quib^a seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ.

b *Vi. mi.* Antichristus & sui Apostoli maiores pœnas patientur quam alij ad similitudinē illius qui viuus comburitur.

c *Et cæ.* Ideſt, sequaces eorum minori pœna punientur. vel illi qui erunt cęteri, ideſt, ad eum conuersi occisi mundo, viuent Deo.

d *Et omnes aues.* ideſt, omnes sancti delectati sunt de pœna illorum, & de profectu fratrum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vidi be. *ideſt, Aegypti Soldanum.*
2 Et reges terræ. *sibi subiectos.*
3 Et exercitus eorum congre. *in mari & in terra.*
4 Ad faciendum pr. cum *i. ideſt. cum rege Balduino & exercitu suo.*
5 Et appre. est be. *ideſt, rex Aegypti & propheta falsi qui in astutia sua fuerunt comprehensi. nam contrarium eius quod cogitauerant euenit.*
6 Et qui fecit sig. *falsa.*
7 Coram ipso qui. sedu. cha. bestiæ. *ideſt, arma & vexilla sectæ Mahomet.*
8 Et qui adorauc. imag. eius. *id est, Caliphам Aegypti representātem personam Mahumeti.*
9 Viui missi sunt hi duo. *scilicet, Calipha & propheta, qui non fuerunt in dicto bello, & accipitur hic singulare pro plurali, scilicet, propheta pro prophetis. sicut Exo. viij. f. Venit musca grauissima, ideſt, muscæ.*
10 In stagnum ignis ardentis. *quia manentes in mollitie descenderunt ad ignem Gehennæ.*
11 Et cęteri occisi in gla. *scilicet, illi qui iuerunt ad pugnandum cōtra regem Balduinum. Et patet ex dictis litera.*

✠ MORALITER. *Et apprehen. est bestia, &c.* Sequitur. *Missi sunt in stagnum ignis ardentis.*

CAP. XX.

a *Et vi. an.* Dicta dānatione Babylonis & Antichristi & pseudo apostolorum, supponit damnationem ipsius diaboli, & præponit causam quare & tempus quo damnabitur: & quis illū potetit vincere, scilicet, ille qui in humili aduētu potuit illum ligare quātum voluit, glorificatus eundem omnino destruere potuit.

b *Abyss.* Abyssus tenebrosa corda impiorum. Vel ipse diabolus, quos domus sæuire permittit & refrenat.

c *Apprehendit.* ideſt, peccasse ostendit dum se immunem à peccato ille diabolus occidit.

d *Lig. eū.* Sciendum, q̄ similiter in Abraham & alijs fidelibus diabolus fuit ligatus sicut in istis præsentibus: sed in illis ligauit spes futuri Christi, in istis ipse Christus adueniens ligauit.

✠ AMB. Tres sunt damnationes diaboli. Damnatus est primò, quando de cælesti beatitudine propter iniquitatem suā est deiectus. De secunda hîc Apostolus loqui incipit, quando per mortē Christi genus humanū de potestate eius est ereptū, & in abyssum est ipse relegatus. Tertia eius dānatio erit, quando in infernum cū omnibus impiis in æternum cruciandus demergetur. Itaque angelus iste Christum significat: cuius descensio de cælo, est incarnatio. Clauem abyssi, ideſt, inferni ipse possidet, quia ab ingressu eius quos vult retrahit, & quos vult in eius damnationem cadere, iustè permittit. Per cathenam verò eius magnam, eius potestas designatur. Apprehendit eum, quando per mortem suam eius destruxit imperium. Per annos autem mille, omne tempus ab aduentu Christi vsque ad finem mundi debemus intelligere, quo à cordibus electorum diuina virtute eum exclusum tenet.

Av

NICOLAVS DE LYRA CAP. XX.

Diuisio

ET vi. an. *Descripta generali & speciali septima plaga, hic consequenter describitur ecclesiæ promotio noua, & diuiditur in duas: quæ primò describitur hæc promotio. secundò Christianorum iteratæ persecutio, ibi:* Et vidi sedes. *Sciendum tamen, quòd primam potestatem & secundam in parte exponunt aliqui de Calixto papa, & Henrico imperatore huius nominis quinto: qui cogente eum papa sub interdictione anathematis, renunciauit consuetudini qua vsi fuerant imperatores, scilicet, inuestiendi episcopos & abbates per baculum & anulum, per trecentos annos & amplius, scilicet, a tempore Caroli magni, quæ potestas ei concessa fuerat ab Adriano papa in concilio Romæ celebrato, vt habetur in chronica Sigisberti. & sic exponunt hanc literam.*
1 Et vi. a. *ideſt, papam Calixtum.*
2 Habentem cl. ab. *ideſt, potestatem excommunicandi, qua segregatur quis à consortio fidelium.*
3 Et ca. ma. in ma. *ideſt, multitudinem cardinalium & prælatorū in hoc facto sibi assistentium.*
4 Et ap. dr. *ideſt, Romanum imperatorem.*
5 Et lig. eum. *Per censuram ecclesiasticam, ne amplius dicto modo vsurparet sibi ecclesiasticam iurisdictionem.*

Per

MORALITER.

1 *Et vi. an.* per istum angelum intelligitur quilibet bonus Christi vicarius, qui amore iustitiæ nō timet ligare vinculo excōmunicationis vel interdicti tyrannos persequentes iustitiam Dei.

Et vii.

Universidad de Deusto Biblioteca

A ✲ AVGVSTINVS. Ait dominus: Nemo potest introire in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit eum, diabolum volens intelligi fortem, quia genus humanum potuit tenere captiuum, vasa verò eius quæ fuerat erepturus, fideles suos futuros, quos ille in diuersis peccatis atque impietatibus possidebat. Vt ergo alligaretur hic fortis, propterea vidit Apostolus in Apocalypsi, angelum descẽdentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam. Alligauit eũ mille annis, potestatem eius ab eis seducendis ac possidendis, qui fuerant liberandi cohibuit atque frenauit. Mille autẽ anni duobus modis B intelligi possunt: aut quia in vltimis annis mille ista res agitur, idest, sexto annorum miliario: aut certè mille annos pro annis omnibus huius seculi, vt perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Et misit eum in abyssum, vtique diabolum misit in abyssum. Quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate contra ecclesiam Dei multum profunda sunt corda. Non quia ibi diabolus ante nõ erat, sed ideo quia exclusus à credentibus, plus cœpit impios possidere. *Clausit super eum*, id est, interdixit ei ne possit exire, id est, vetitum transgredi. Ab eis autem gentibus seducendis prohibetur, quas pertinentes ad Christum seducebat antea, vel tenebat. *Donec finiantur mille anni*, id est, aut quod remanet ex sexto die, qui constat ex mille annis: aut omnes anni quibus deinceps hoc seculum peragendum est.

Lib. 20. de ciuit. capit. 7. Matth. 12.

a *Et misit eum, &c.* Quia eiectus à fidelibus in malis cœpit dominari atrocius. hic legitur in euangelio, quòd intrauit in porcos.

b *Signauit super illum, &c.* idest, sigillum posuit, scilicet, signum crucis, quod eum sic superat, vt à fidelibus repellat.

C c *Et post hoc oportet illum solui modico, &c.* vt recipiat potestatem, quam habuit ante aduentum Christi.

L. 20. de ciuit. cap. 8.

✲ AVGVSTINVS. Si hoc est diabolo ligari, & includi, Ecclesiam non posse seducere: hæc ergo erit solutio eius, vt possit: Absit vt fiat. Tunc soluetur quando & breue tempus erit.

a ¶ idest, toto tempore ab incarnatione vsque ad finem seculi. b ¶ Corda reproborum. c ¶ idest, licentiam egrediendi viam interdixit, nisi occulto Dei iudicio.
a b eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & sig- 1
a ¶ idest, donec Antichristus veniat. 2
nauit super illum, vt non seducat amplius Gentes donec cõ-
¶ Quia Deus ita constituit.
c summentur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modi-
¶ Ideo non timendus. a ¶ Fideles subditur. b ¶ Maiores bene regnando.
d co tempore. Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium 3
¶ Et hoc quia Deus iniunxit eis hoc iudicium. ¶ Prælatis. a ¶ Vidi. 4
¶ Martyrum. ¶ Humanitas. 5
e datum est illis. Et animas decollatorum propter testimoniũ 6
¶ idest, Diuinitatem. a ¶ idest, Antichristum.
Iesu, & propter verbũ Dei, & qui nõ adorauerunt bestiã neq;
a ¶ idest, pseudo apostolos. ¶ Signum eius. ¶ Etiam manifesta confessione.
imaginẽ eius, nec acceperunt characterẽ eius in frõtibus aut
a ¶ In operatione. b ¶ In præsenti per gratiam & in futuro per gloriam. ¶ idest, in anima mortui.
f in manibus suis, et vixerũt & regnauerũt cũ Christo mille an 7

D Nam tribus annis & sex mensibus legitur totis suis suorumque viribus sæuiturus: & tales erunt cum quibus ei belligerendum est, vt vinci tanto eius impetu insidiisque non possint. Et soluetur in facie, vt quàm fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat.

✲ AMBROSIVS. Tempus modicum quo post mille annos soluendus dicitur, tempus Antichristi est. Tunc enim peccatis hominum facientibus, datur potestas diabolo, tota virtute contra genus humanum dimicandi.

d *Et vi. se.* scilicet, ligato diabolo, vidi solutos fideles, & minores prælatis suis obedire paratos & prælatos iudicare subditos.

E † Vidi in tempore ligationis ecclesiam ad bene operandum ita solutam, & hoc eodem tempore illos qui pro Christo moriuntur, vidi statim in gloriam intrare, nunquàm ad inferos descendere, sicut Abrahã & cæteri prophetæ descenderunt, quamuis iusti fuerunt.

e *Et ani. decol.* Et vidi similiter animas eorum qui non adorauerunt.

f *Et vi.* Et non dico viuent & regnabunt in futuro, sed etiam in hoc præsenti, scilicet, ex quo interfecti sunt vixerunt & regnauerunt cum Christo.

✲ AMBROS. Gloria ad quam eorum animæ perducuntur quotidie, describitur. Per sedes namque cælestis patria: per sedentes super eas, Sanctorum animæ designantur. Quod autem iudicium datum sit Sanctis, quorum animæ in cælesti beatitudine requiescunt, in hoc aduertere possumus, cùm ad eorum sepulcra dæmonia ab obsessis corporibus expelli, periuria sæpè detegi, atque multa miracula videmus. Per animas interfectorum propter verbum Dei, martyres qui diuersis tẽporibus interfecti sunt possumus accipere: per eas verò quæ non adorauerunt bestiam, eos qui ab Antichristo interficiendi sunt. Isti regnauerunt cum Christo mille annis: quia quamuis corpore sint interfecti, secundum animam tamen viuunt cum Christo in cælesti beatitudine. Tempus ab ascen-

☞ sione

F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Per an. mil. *i. per tempus Christi, quod currit vsque ad Antichristum: & ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, sicut per xxiiij. seniores designatur vniuersitas episcoporum, suprà cap. 4.*

2 Et sig. su. *i. sub pœna excommunicationis restrinxit eum ne amplius se intromittat de iurisdictione ecclesiastica, ideo subditur.*

3 Et vi. se. *i. summi imperatoris & pontificis distinctas iurisdictiones.*

4 Et se. su. eas. *Vnus exercens ecclesiasticam iurisdictionem, & alius temporalem. Sed huic expositioni non consonat sequens litera, quæ sequitur in eodem versu.* Et ani. deco. *quod exponunt aliqui de persecutione Saladini, in qua multi Christiani fuerunt occisi. Item de hoc Sathana alligato per mille annos, dicitur hic, quòd oportet illum solui modico tempore, quod exponunt de Antichristi tempore, in quo laxabitur potestas dæmonis ad decipiendum Gentes, & ideo quod dicitur hic per Sathanam intelligi Romanum Imperatorem, videtur esse contradictio, & per consequens nimis extorta expositio. propter quod exponendo literam istam tanquam impletam de præterito, saluo iudicio meliori, videtur hæc litera melius exponi de papa Innocentio qui approbauit ordines fratrum minorum & prædicatorum, per quorum doctrinam & prædicationem ecclesia est quodammodo renouata, & potestas dæmonis est restricta, vnde multæ dæmonum illusiones quæ ante fiebant cessauerunt. Et hoc est quod dicit Johannes.* Et vi. an. *idest, Innocentem papam tertium.* Descen. de. c. *idest, de apice pontificali condescendentem sanctis Francisco & Dominico:* Habentem cl. ab. *idest, potestatem approbandi dictos ordines ad reprimendam potestatem diaboli.* Et ca. ma. *idest, fratrum vtriusque oridinis multiplicitatem.* Et app. dra. *quia per eorum vitam & doctrinam potestas dæmonis est repressa & reprimetur vsque Antichristi tẽpora, ideo subditur:* Et lig. eum per an. mi. *Quia tunc potestas eius laxabitur. ideo subditur:* Et p. op. il. so. mo. tem. *Nam antichristi persecutio breuis erit respectu persecutionum præcedentium, scilicet, Iudæorum, tyrannorum, hæreticorum, & Saracenorum.* Et vi. se. *Hic ponitur Christianorum renouata persecutio, quam aliqui exponunt de persecutione Saladini, vt dictum est. sed mihi videtur melius exponi de Tartaris, qui anno domini. M. ccij. de terra sua exeuntes multos populos tam Christianos quàm paganos occiderunt, & sic dicitur.* Et vi. se. *idest, plurium regnorum metropoles ciuitates.* Et se. s. eas. *supple Tartari eas subijciendo sibi.*

5 Et iu. da. est il. *idest, potestas interficiendi homines secundum demerita illius temporis.*

6 Et ani. de. *Hoc dicitur quantum ad Christianos ab eis occisos nomen Iesu Christi confitentes, & Mahumetum, qui supra bestia dicitur & legẽ eius & mores & cultum totaliter denegantes.*

7 Et vi. *vita gloriæ in animabus.*

✲ Cæt

MORALITER.

† 3 *Et vi. sedes.* scilicet superioris prælati & bonorum suffraganeorum in repressione maliciæ tyrannicæ sibi constanter assistentium.

6 *Et animas decolatorum.* sustinentium damna rerum vel corporum pro veritate, de quibus fuit sanctus Thomas Cantuarien. & consimiles.

7 *Et vixerunt.* vita gratiæ.

† *Et regnauerunt, &c.* regendo iustè in præsenti & postea in regno gloriæ.

† Cæte

☞ A tamen viuunt cum Christo in cælesti beatitudine. Tempus ab ascensione Christi, vsque ad finem mundi, quod per mille annos designatur, omnibus electis deputatum est vt in eo sine corporibus gloria cælesti cum Domino perfruantur. Cæteri autem, idest, reprobi non vixerunt: quia post mortem non ad vitam ducuntur, quæ in cælestibus Sanctorum animabus datur: sed in infernum demerguntur, quæ in hoc libro mors secũda vocatur.

a *Cæteri ve. mor. non vi.* idest, æternas patientur pœnas. & in hoc præsenti, scilicet, quàm statim moriuntur.

† habet. Et

b *Hæc est resur.* scilicet, quòd diabolus ita ligatus est, & quòd à peccatis resurgunt homines, & quòd ipsis mortuis statim animæ fruuntur B æterna requie.

c *Prima.* Ad differentiam illius quæ erit simul in anima & corpore. Quod de decollatis dixerat, de alijs minoribus hic dicit.

✲ AMBROSIVS. Tempus à passione Christi vsque ad finẽ mundi resurrectio prima vocatur. Igitur quia vita præsens in comparatione vitæ cælestis: mors rectè dici potest. Sancti prima

¶ .i. Aeternas patientur pœnas.
a nis. Cæteri verò mortuorum non vixerunt donec consum- 1
b mentur mille anni. Hæc est resurrectio prima: Bea- 2
c a ¶ Quia beatitudinem consecutus. b ¶ Quia in ea erit firmus. 3
d tus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. 4
¶ Et verè beatus. 5
e f † In his secunda mors non habet potestatem. Sed erunt 6
a ¶ In hoc præsenti. ¶ i. seipsos in melius regent. ¶ Non solum in futuro, de quo constat. b ¶ Cum trinitate, & humanitate.
sacerdotes Dei & Christi eius, & regnabunt cum illo mille 7

D resurrectione nunc resurgunt, cùm ab hac misera vita subtracti, in cælesti beatitudine cũ Domino collocantur. Et sicut prima est hæc resurrectio Sanctorum, ita est & prima mors impiorum, quando præsentẽ vitã deserunt, & in pœnis demerguntur. Secunda verò mors, vltima dãnatio erit, sicut in sequẽtibus exponit. Beati ergo erunt qui habẽt partẽ in resurrectione prima, & in his secunda mors non habet potestatem: quia illi tãtummodo beati sunt & erunt, qui ante finem mundi cõsortio Sanctorũ ascribi merebuntur. Multos enim fine mundi instante, ignis purgatorius purgando cremabit: sed ante iudicium absoluti in Sanctorum collegio recipiẽtur: Atque in his secunda mors, idest, damnatio vltima, non habebit potestatem: quia iam non cum hœdis in sinistris, sed cum ouibus in dextris ponentur.

d *Qui ha.* Et si omnes perfecti esse non possunt, nec in eadem claritate futuri sunt.

E e *Se. mors.* idest, damnatio æterna, quæ erit in corpore & in anima, quia in nullo augetur.

f *Sed e.* i. æternas laudes offerentes diuinitati & humanitati.

☞ AM

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Cæteri ver. mor. *quantũ ad paganos & infideles occisos à Tartaris.*

2 Non vi. *supple gloria, sed mortui fuerunt in animabus morte Gehennæ.*

3 Donec con. mil. an. *i. tempus Christi, nam resurgent cum alijs in fine mundi, vt puniantur simul in anima & corpore.*

4 Hæc est re. pri. *Hoc refertur ad illud quod dicitur de Christianis: Et vixerunt. supple vita gloriæ in animabus suis. quæ gloria vita dicitur hic resurrectio prima. secunda verò erit quando resurgent in corporibus gloriosis. & quia isti iam sunt securi de sua beatitudine quam iam habent in anima, & postea habebunt cum hoc in corpore, ideo subditur:*

C 5 In his se. mo. *idest, pœna Gehennæ.*

6 Non hab. potest. sed er. sa. Dei, &c. *Idest, colentes eum charitate perfecta.*

7 Et regna. cum ill. mil. an. *hoc est vsque ad resurrectionem generalem: & sic patet quod loquitur de gloria quam habent sancti ante diẽ iudicij. Patet igitur qualiter hæc litera à principio. xvij. capit. vsque ad istum locum potest exponi, vt iam completa. Verumtamen hæc expositio impropria videtur in pluribus & extorta primò quia. xvij. capit. dictum est, quod per bestiam habentem capita septem. intelligitur rex Aegypti, & per mulierem fornicariam rex Turciæ, & postea dictum est, quod vnũ de septem capitibus bestiæ, scilicet, sextum est rex Turciæ. quod dissonat præcedentibus, maximè quia rex Ægypti & rex Turciæ erant adinuicem inimici, vt eo. ca. dictum est. & etiam supra. Item ca. xviij. vbi agitur de punitione sectæ Saracenicæ, sub nomine Babylonis plura dicuntur, ex quibus videtur intelligi totalis eius destructio, cum dicitur: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, &c. Item ex eo quod postea subditur: In vna die venient plagæ eius, mors, luctus & fames: & igni comburentur. Item ex eo, quòd postea subditur in eod. cap. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna. & vltra iam non inuenietur: ex quibus videtur intelligi eius destructio totalis secundum expositionem dictam, cum tamen Saraceni remanserunt in regno Aegypti & Turciæ: quæ tunc non fuerunt per Christianos acquisita, nec postea: sed solum vna pars Syriæ & Iudæa, & cum hoc ista loca perdiderũt Christiani pro maiori parte tempore Saladini quasi per lxx. annos postquàm fuerant à Christianis occupata: & postea illa quæ remanserant Christianis scilicet Achon, Tripolis & quædam alia fuerunt à Saracenis partim destructa, & partim possessa. Item quod postea. xix. ca. exponitur de Balduino rege. Et in capite eius Diademata multa, propter aliquas ciuitates regias quas acquisiuit, videtur improbè dictum, quia regnum eius nunquàm sic creuit quin remanserit satis paruum. Item quod ibi subditur: Habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse, quia nomen dicti regis & eius conditiones fuerunt alijs notæ, talis etiam occultatio nominis videtur conuenire tantum diuinis personis. Mat. xj. d. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, &c. propter quod hæc litera non videtur intelligi de rege Balduino, sed tantum de Christo. vnde ibi subditur:* Et vocabitur nomen eius verbum Dei, *quod nomen conuenit soli filio in diuinis, vt patet Joann. i. b.* Verbum caro factum, &c. *Item quod postea subditur:* Et habet in vestimento suo & in femore suo scriptum, rex regum & dominus dominantiũ: *de Christo exponitur ad literam à sanctis & doctoribus catholicis. Item illud quod ibidem interponitur:* Et exercitus qui sunt in cælo sequebantur eũ, &c. *quod expositum est de templarijs & hospitalarijs, non videtur bene dictum. nam illa victoria notabilis quæ ibi describitur, fuit anno regni Balduini, vt dictum est suprà. qui regnare cœpit anno domini. Mc. ordo verò templariorum approbatus fuit anno domini. Mcxxviij. & ex templo templariorum hospitalarij cœperunt in armis exerceri, licet ante eos fuissent instituti, vt dicit episcopus Achonensis, capit. lxv. & sic non videtur quòd fuerunt in exercitu dicti Balduini regis, qui regnauit. xviij. annis tantum: vt dicit idem episcopus Achonensis. capit. xciij. Item secundum expositionem prædictam omnia scripta in tribus dictis capi. huius libri ab annis ducentis & amplius sunt completa, vt patet ex prædictis. litera verò sequens & immediatè exponitur ab omnibus de tempore Antichristi. Quod autem de statu ecclesiæ quantum ad contingẽtiam in tanto intermedio tempore, cum adhuc aduentus Antichristi propinquus non appareat, nihil scripsit Johannes, non videtur conueniẽs, maximè cum dicatur communiter à doctoribus, quòd Ioannes in hoc libro scripsit notabilia circa ecclesiam contingentia vsque ad mundi terminum. Propter hæc & alia plura quæ dici possent contra expositionem prædictam videtur saluo meliori iudicio, quòd tota litera à principio. xvij. ca. vsque ad locum istum nondum sit impleta. Et quia non propheta sum, nec filius prophetæ nolo de futuris aliquid dicere, nisi illud quod à scriptura sancta vel dictis sanctorum & doctorum autenticorum elici potest, propter quod expositionem literæ dictæ sapientioribus dimitto. si verò circa hoc dominus dederit mihi intellectum, libenter alijs communicabo.*

Retractatio superiorum

1. Tim. 6. e.

F

✲ Et

MORALITER.

† 1 *Cæteri ve. mor.* Qui pro Christo nihil passi sunt: vel receperunt characterem bestiæ, id est, dæmonis: quem beatus Martinus cruentam bestiam nominauit.

2 *Non vixerunt.* scilicet, vita gratiæ vel gloriæ.

3 *Donec con. mil. an.* idest, nunquàm. sicut Psal. cix. a. Sede à dext. me. &c. non est intelligendum, quòd Christus cesset sedere ad dextram patris, quando eius inimici totaliter sibi subdentur in iudicio finali. sic in proposito per ly donec non est intelligendum, quòd consummatis mille annis damnati debeant viuere vita gratiæ & gloriæ.

4 *Hæc est re. prima.* scilicet, de peccato ad gratiam, vel de corporali morte ad gloriam animæ quantum ad illos, qui non habent aliquid purgandum. ideo subditur:

5 *In his secunda mors non habet potestatem, &c.* scilicet, mors inferni.

6 *Sed erunt sacerdotes Dei.* idest, sacras laudes Deo dantes.

7 *Et regnabunt cum eo mil. an.* idest, tempore à Deo præfinito, ita quòd ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, sicut frequenter fit in hoc libro, sicut patet per supradicta.

† Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ ✠ AMBROSIVS. Nomine sacerdotum omnes electos comprehendit. Omnes enim sacerdotes vocantur siue quod sint membra summi sacerdotis: siue quod ipsi semetipsos offerre Deo per bona opera non desistant.

A

lib.20.de ciuit.cap.10.

✠ AVGVSTINVS. Non de solis Episcopis & presbyteris hoc dictum est, qui propriè iam vocantur in Ecclesia sacerdotes: sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma: sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt vnius sacerdotis: de quibus apostolus Petrus *Plebs sancta, regale sacerdotium.*

† Gog, & Magog, accusatiui casus

2. Pet.2.

B

a *De carce.* Id est, de cordibus reproborũ, in quibus modo ligatus est, ne pro velle sæuiat.

b *Magog.* id est detectos. i. omnes persecutores diabolum in se tegentes, & tãdem ad apertam persecutionem procedẽtes. Vel ad literam has duas Gentes prius seducet, & per eas ad alios procedet.

a ¶ idest, recipiet priorem potestatem.
annis, & cum consummati fuerint mille anni, soluẽtur Sa- 1
a ¶ Id est, exercebit potestatem. b ¶ A Christo ad se ducet. 2
a thanas de carcere suo, & exibit & seducet Gentes quæ sunt 3
a ¶ Tactum. b ¶ Detectio.
¶ idest, occultè & manifestè persequetur.
b super quatuor angulos terræ † Gog & Magog, & con- 4 5
a ¶ Non localiter, sed mente. b ¶ Per quos apertè pugnabit. c ¶ Gog & Magog.
¶ Ita innumerabiles & steriles.
gregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena
a ¶ Idest, superbient. b ¶ Idest, in omni orbe.
c ¶ Quasi inuadentes, intrare non potuerunt.
c maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circumie- 6 7
a ¶ Paratos ad bellum. b ¶ Ecclesiam sanctorum. c ¶ A Deo.
¶ Q non timendi, quia cito peribunt.
d runt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. Et descendit ig- 8 9
a ¶ Ita quod non redibunt.
nis à Deo de cælo, & deuorauit eos, & diabolus qui seduce- 10
a ¶ Profundam pœnam inferni. b ¶ Diabolum & suos in pœnis similat, vt permaxime deterreat.
bat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi bestia & 11 12
¶ idest, assiduè.
e pseudo ꝓphetę cruciabũtur die ac nocte in secula seculorũ. 13

D

In capi. 38. Ezechielis.

✠ HIERONYMVS. Iudæi & iudaizantes putant Gog gentes Scythicas immanes & innumerabiles, quæ trãs Caucasum montem, & Meotidem paludem, & prope Caspium mare ad Indiam vsque tendantur: &, has post mille annorum regnum esse à diabolo commouendas: quæ veniant ad terram Israel, vt pugnent contra Sanctos, multis secum gẽtibus congregatis. vt Cappadocib⁹, Iberis, Persis Aethiopibus, Lybijs, Phrygibus, Sabeis, &c. Nos lectoris arbitrio concedentes non tam aliena damnare, quàm ecclesiasticam explanationẽ affirmare conabimur. Gog græco sermone δῶμα, latino, tectum dicitur. Porro Magog interpretatur, detecto. Omnis igitur superbia & falsi nominis scientia, quę erigit se contra notitiam veritatis his nominibus demõstratur. Tectũmque interpretabimur, hęreticorum principes: & de tecto, eos qui illorum suscepere doctrinas. Hi oppugnant ciuitatem Dei, quam *fluminis impetus lætificat:* & quæ in Esaia dicit: *Ego ciuitas quæ oppugnatur, &c.*

E

Psalm.45. Isay.47. secundum 70.

lib.20.de ciuit.cap.11.

C

✠ AVGVSTINVS. Hęc erit nouissima persecutio, nouissimo imminente iudicio, quam sancta Ecclesia toto terrarum orbe patietur: vniuersa scilicet Ciuitas Christi, ab vniuersa diaboli ciuitate, quantacunque erit vtraque super terram. Gentes quippe istę quas appellat Gog & Magog, non sic sunt accipiendæ tanquam sint aliqui barbari: siue quos quidam suspicantur Getas & Massagetas. Toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse, cum dictum est: Nationes, quæ sunt in quatuor angulis terræ, eásque subiecit esse Gog & Magog.

✠ AMBROSIVS. Seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, quia has vniuersas gentes Antichristi impiissima doctrina perlustrabit. nullásque alias gentes seducet, nisi quæ spiritaliter Gog & Magog vocantur. Per Gog namque qui interpretatur tectum, ij designantur qui malitiam suam in corde tegentes, iusti ab hominibus videbuntur, cum futuri sint mente reprobi. Magog verò qui interpretatur de tecto, eos designat qui de tecto cordis sui in apertas malitias prorumpentes, omnibus se impios esse demonstrabunt. Tales itaque diabolus per Antichristum facilè decipiet. In prælium eos congregabit qui ad Ecclesiam Dei persequendam eos armabit. Super latitudinẽ terræ ascendent, quia vastas huius seculi vias ingredientur, quæ ducunt ad mortem. Castra verò Sanctorum & ciuitas dilecta, significant Ecclesiam, quam tota virtute persequentur, vt nomen Christi de mundo funditus extinguant. ✠ HIE-

c *Et circumie.ca.san.*i. eosdem sanctos in virtutibus munitos & vnanimes in hoc bello.

L.20.de ciuit.cap.12.

d *Et descendit ignis à Deo, &c.* ✠ AVGVSTINVS. Non extremum putandum est id esse supplicium, de quo dicetur: Discedite in ignem ęternum, Sed intelligitur ignis de cælo de ipsa firmitate Sanctorum, qua non cessuri sunt sæuientibus, vt eorum faciant voluntatem. Aut si ipsam plagam, qua percutiendi sunt Ecclesiæ persecutores veniente iam Christo, ignem appellauit descendentem de cælo, eósque comedentem, neque vltimum erit supplicium impiorum: sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt.

F

✠ ANDREAS. Non in longum tempus regnum Antichristi perstabit. Ignis namque cælitus delapsus illum absumet, siue is sensilis futurus sit cuiusmodi erat qui tempore Eliæ duos quinquagenarios absumpsit: siue gloriosus Christi aduentus, qui spiritu oris sui ipsum interfecturus scribitur, Denique prædictas gentes ignis pari modo deuorabit, & ducem illorum diabolum vnà cum Antichristo & pseudo propheta in stagnum ignis contrahet, vbi in secula seculorum torquebuntur.

Isa.11.

e *Die ac nocte.* id est, respectu gloriæ sanctorum, quæ est dies, & pœnarum suarum quæ est nox.

☞ Et

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et cum cons. *Hic describitur persecutio Antichristi, de qua sacra scriptura & sancti loquuntur in pluribus locis, cum dicitur.* Et cum con. *idest, tempus ecclesiæ vsque ad tempus Antichristi.*

2 Soluetur Satha. *cuius potestas fuit restricta per Christi prædicationem & eius passionem, & per Apostolorum & sanctorum prædicatorum doctrinam: sed relaxabitur Antichristi tempore. ideo subditur.*

3 Et se.Gẽ.quæ s.su.q.an. *quia de omnibus mundi partibus aliqui adhærebunt Antichristo seducti à suis prædicatoribus, diabolo cooperante mendacibus signis.ij.Thessal.ij. sicut euangelium Christi publicatum fuit per Apostolos domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis veris. Mar.vl.d.*

4 Gog & Magog. *Per Gog qui interpretatur tectum, intelligitur Antichristus, qui erit dæmonis habitaculum. per Magog qui interpretatur de tecto, intelliguntur adhærentes Antichristo, sicut dictum fuit plenius Ezechiel.xxxix.*

5 Et congre.eos in prælium. *contra cœtum fidelium.*

Et

6 Et ascen.super latitudi. *ad cogendum omnes Antichristo obedire. loquitur tamen hic de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, quod frequenter fit in prophetis.*

7 Et circumie.ca.san. *idest, Christianorum ad eos destruendum.*

8 Et ciuitatem dile. *Idest, Ierusalem, quæ tunc à Christianis habitabitur, vt dictum fuit Ezech.xxxix.*

9 Et descendit ignis à Deo de cæl. *quia Antichristus fulminabitur per Michaelem archangelum Christo præcipiente: & magna pars sui exercitus peribit cum eo, vt dictum fuit.ij.Thessal.ij.*

10 Et diabolus qui seducebat eos. *quia tũc restringetur sicut prius, & amplius potestas sua religabitur in inferno.*

11 Vbi est bestia. *Idest, bestialiter viuentes.*

12 Et pseudo prophetæ. *Antichristi qui eos decipient.*

13 Cruciabuntur die ac no.&c. *Id est, sine fine. Per hoc autẽ quod dicitur hic: Et circumierunt ciuitatem dilectam, & descendit ignis &c. patet quòd Iohannes non loquitur hic de Tartaris vt voluerunt aliqui dicere, quia non inueniuntur Tartari Ierusalem à Christianis habitatam obsedisse, nec ignis de cœlo descendens eorum exercitum deuorasse.*

✠ Et vi-

MORALITER.

✝ 1 *Et cum con.fue.mil.an.so.&c.* Hoc ad literam dicitur de Antichristo. MORALITER autem exponi potest de quolibet tyranno & adhærentibus sibi, de quibus dicitur.j. Ioann.ij.c. Iam Antichristi multi sunt.

9 *Et des.ign.de.* idest, Dei sententia condemnans eos ad ignem Gehennæ.

11 *Vbi & be.&c.* Idest, bestialiter viuẽtes & perniciosè mẽdaces.

✝ Et vidi

☞ a *Et vidit thro.* Dicta destructione diaboli & suorum membrorum supponit destructionem mundi ad maiorem pœnam impiorum. Competit enim vt destructis malis mundus destruatur, secundum quod ab eis fuerat correptus. Sæpe locutus de glorificatione sanctorum & de pœnis impiorum, non fecerat mentionem corporum, si deberent glorificari vel puniri: quod hic apertè ostendit.

A

b *Fugit terra & cœlum.* ✠ ANDREAS. Cœli & terræ fuga, illorum transitionẽ, & in melius mutationem significat. In interitum autem non vertentur, vti Iræneus, Antipater, & alij sancti viri tradiderunt in solidum corrumpentur. Verba Irenæi ita sonãt: creaturæ substantia neutiquam peritura est, verus est namque & stabilis qui illam formauit & cõdidit: sed species & pars illa mundi, in qua trangressio accidit, & homo inueteratus est, transibit, &c. Et magnus Patriarcha Methodius in sermone de resurrectione, ita de his disserit. Non placet quod nonnulli asserunt, nempe rerum vniuersitatem totam simul interituram cœlúmque & terram, & aërem amplius non futura. Inflammabitur sane ad repugnationem vniuersus orbis igne quasi diluuio quodam mundatus, attamen non transibit in omnimodum interitũ aut in omninò nihilum. Porrò mortuos vocat aut omnes omninò homines, aut eos qui peccatis nuntium miserant. Magni autem & parui illi nominantur, qui ætate & statura pusilli adhuc erant aut hi certè qui minori contemptu mortis opera designarant, adeóque operum ratione minores pœnas daturi erant. Aut magnos appellat iustos, pusillos autem peccatores.

Iren li.5 c.36.

B

C

b Et libri

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Per multitudinem. c ¶ Per immortalitatem & impassibilitatem d ¶ Scilicet Christum sedentem in illis, qui hanc destructionem faciet.
a Et vidi thrõnum mãgnum candidũm, & sedentẽm super 1 2
¶ In præsentia. a ¶ Ab hac specie. b ¶ Id est aër.
b eum à cuius conspectu fũgit terra & cœlũm, & locus non 3 4
¶ Secundum priorem statum. ¶ Cœlo & terra. a ¶ Id est, malos tam maiores quam minores.
est inuentus ab eis. Et vidi mortũos magnos & pusillos 5
a ¶ Corporaliter. b ¶ Quia sancti conspiciunt merita singulorum. c ¶ Conscientiæ.
d ¶ Id est, præscientia dei quæ modo latet.
c d stãntes in cõnspectu thrõni, & libri aperti sunt, & alius libẽr 6
a ¶ Id est mali. 7
e apertus est qui est vitæ. Et iudicati sunt mõrtui ex his quæ 8
¶ Quia alij pœna maior dabitur, alij minor. a ¶ Id est, mundus.
f scripta erant in libris secundũ opera ipsorum. Et dedit mãre 9
a ¶ Id est, corpora mortuorum. b ¶ Diabolus. c ¶ Id est, tenebrarum locus.
mõrtuos suos, qui in eo erant, & mõrs & infernũs dederunt 10
a ¶ Id est animos mortuorum. ¶ Sine acceptione personarum.
mõrtuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis
a ¶ Profundi vitiis. ¶ Id est locus tenebrarum. b ¶ Id est diabolus.
secundum opera ipsorum. Et infernũs & mõrs missi sunt 11
¶ Id est ad fidem non prædestinatus.
g in stagnum ignis. Hæc est mors secunda & qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

c *Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ.* Libri id est, diuina præcepta quæ quia dimiserunt, scient se pro meritò puniri, vel libri conscientiæ singulorum quæ apertæ omnibus, erunt.

D

✠ ANDREAS. Libri aperti vniuscuiusque opera, & cuiuslibet rursus cõscientiam denotant. Ast vnus ille liber, vt ipse fatetur, est liber vitæ, in quo Sanctorum nomina scripta sunt.

✠ AMBROS. Libri multi ad reprobos, vnus qui est vitæ ad electos pertinet. Multos libros reprobi possident quia multis modis Deum offendunt electi vnum librum habent quia vnum Deum vnam fidem catholicam vno vinculo charitatis connectuntur libri aperientur, cum scelera reproborum omnibus manifestabuntur, &c.

E

d *Alius liber apertus est qui est vitæ.* Id est, Christus qui tunc omnibus apparebit potens & suis dabit vitam. Vel liber præscientia Dei, quia tunc apertè scient mali se non prædestinatos ad vitam quam in mundo existentes sibi promittebant.

e *Ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsarum.* Per comparationem sanctorum impij damnabuntur, legent in illis quæ agere noluerunt.

f *Et dedit mare mortuos suos, qui in eo erant.* Vult apertè ostendere corpora mortuorum quantumcunque fuerint dissecta in illo iudicio viuificari, quod quidam non credunt.

F

g *Hæc est mors secunda & qui non est inuentus in libro vitæ scriptus missus est in stagnum ignis.* Quasi dicat cauete vobis à morte prima quia ex illa prima sequitur hæc secunda.

☞ CAP

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et Vidi thro. *Superius Ioannes descripsit statum ecclesiæ generale iudicium præcedentem hic consequenter describit ipsum iudicium dicens.* Et vidi thronum magnum. *In quo designatur iudicantis Christi potestas infinita.*

2 Candidum. *In quo designatur iudicij claritas quod notum erit omnibus esse iustum.*

3 Et sedentem super eum. *Scilicet, Christum hominem & Deum.*

4 A cuius con.fu.cœ.& ter. *Nam tunc immutabuntur à statu in quo sunt.*

5 Et vidi mor.ma.& pu. *Quia sicut dicit Apostolus 2. Cor.5.b. Oportebit nos omnes ma.ante tri.Christi.*

6 Et libri aper.sunt. *Supple conscientiarum nam omnia merita & demerita omnibus erunt nota, vt appareat omnibus iudicantis iusticia.*

7 Et alius li.aper.est qui est vi. *Et hic liber idem est quod prædestinatio diuina, quæ dicitur liber metaphoricè, eo quod in ea repræsentantur expressè illi qui ordinati sunt simpliciter ad consequendam vitam beatam qui liber aperietur in iudicio quia tunc apparebit manifestè, qui sunt ad beatitudinem assumendi, & qui non.*

8 Et iudicati, &c. in libris. *Supple conscientiarum quia non solum iudicabuntur secundum opera & dicta, sed etiam secundum intentiones interiores & cogitata.*

9 Et dedit mare mortuos, &c. *Istud fiet ante iudicium quod præcedet resurrectio mortuorum, licet hic scribatur post, quia frequenter in sacra scriptura prius facta posterius narrantur. Resurgent autem tam demersi in mari quam in arida mortui quæ per mortem hic designatur animæ etiam in inferno detentæ redibunt ad corpora licet iam sint mortuæ morte culpæ & gehennæ. Ideò dicitur hic.*

10 Et infernus de.mor.su. &c. *Repetitio est eius quod dictum est supra ad maiorem assertionem.*

11 Et infernus & mors mis. sunt in ista .ignis. *Id est in pœnam gehennæ, & mortẽ hic intelligitur diabolus cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum sicut sol dicitur effectiuè calidus & non formaliter dæmones enim sunt immortales, Per infernum autem intelliguntur peccatores damnati cum dæmonibus sicut enim consentiunt eis in culpa sic associabuntur in pœna. Matt.25. c. Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Sap.2.d.

✠ NICOL-

MORALITER.

✝ 1 *Et vidi thro.mag.* Hoc literaliter exponitur de iudicio finali. Moraliter autẽ exponi potest de iudicio discretionis quo reprobi discernuntur à bonis quod quidem iudicium est in præsenti, secundum quod dicitur Ioã.12. Nunc iudicium est mundi, &c. Et per thronum hic intelligitur auctoritas & potestas iudicandi diuina, ideò thronus iste dicitur magnus nam ad omnia se extendit, & candidus, quia clarè discernit color enim candidus plurimum habet de luce.

3 *Et se.su.eum à cu.con.f.ter.* Nam respectu Dei nihil est omnis creatura.

5 Et vidi

5 *Et vidi mor.&c.* Omnes enim viuentes in mundo mortui dicuntur propter necessitatem moriendi & sic dictum fuit Adę Gen.2.c. Quocunque die comederis ex eo morte morieris propter necessitatem moriendi quam incurrit comedendo.

8 *Et iudicati sunt, &c. in libris.* Scilicet conscientiarum

9 *Et dedit ma.mortuos suos, &c.* Per hoc significatur quod nihil occultari potest iudicio diuino.

10 *Et infernus & mors.* Id est, homines in peccatis obstinati, qui adhuc viuunt dicuntur diaboli.

† *Mis.sunt.* Id est ad mittendum præuisi propter quod etiam viuentes dicuntur stipula inferni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXI.

ET vidi. In hac septima visione agit de innouatione elementorum, & glorificatione sanctorum describens merita per quæ sancti ita glorificati sunt.

a *Cœlum nouum & terram nouam.* Immutatio aëris & terræ dubitabilis non est quin per ignem fiat. Sed de aqua dubitatur nam purgationem in seipsa habere creditur.

b *Et ego Ioannes vidi ciuitatem, &c.*

✠ AMBROS. Ciuitas Ierusalem Ecclesia est ex omnibus iustis constructa. De cœlo descendet, quia domino ad iudicium veniente, cum illo omnis multitudo.

B Sanctorum veniet, sicut dixit Esaias propheta *Dominus ad iudicium veniet cum sentibus populi sui, & principibus eius.* Quæ sicut sponsa parata & ornata esse dicitur quia sicut sponsa diuersis monilibus semetipsam exornat, vt sponso placeat: ita & Ecclesia diuersis virtutibus decoratur, vt creatori suo qui est sponsus eius placere valeat. Isa.3.

✠ AVGVSTINVS. De cœlo descendere ista ciuitas dicitur, quoniam cœlestis est gratia, qua Deus eam fecit. Propter quod ei dicit per Esaiam: *ego sum dominus faciens te.* Et de cœlo quidem ab initio sui descendit, ex quo per huius seculi tempus gratia Dei desuper veniente per lauachrum regenerationis in Spiritu sancto misso de cœlo, subinde ciues eius accrescunt. Sed per nouissimum iudicium tanta eius & tam noua de Dei munere claritas apparebit, vt nulla remaneant vetustatis vestigia quandoquidam & corpora ad incorruptionem atque immortalitatem nouam ex vetere corruptione & mortalitate transibunt. Lib.20 de ciuitate. cap.17. Isa.44.

C ✠ RICHARDVS. Si quis etiam solam verborum pulchritudinem in serie visionis huius diligentiùs attenderet, semetipsum ad tanti boni concupiscentiam excitaret, & tam pulchræ ac iucundæ ciuitatis habitator fieri votis omnibus exoptaret. Est enim *ciuitas.* iustorum collectione immensa. *sancta*, per iustitiam *Ierusalem*, per visionem æternam internæ pacis: *noua*, quia à vetustate purgata: *descendens de cœlo*, quia quod iustè viuit in tempore quod bene viuit in æternitate se totum habere perfectè cognoscit, *paratam sicut sponsam ornatam viro suo*, quemadmodum enim missis muneribus à viro ad thorum viri præparatur sponsa, sic datis cœlestibus donis à Christo, virtutibus quoque & operibus bonis ad cœlestem Christi copulâ præparatur Ecclesia. D

c *Sicut sponsam ornatam* Sicut sponsus præmittit munera sponsæ antequam eam ducat, sic Christus ecclesiæ fidē & virtutes & bona opera antequam eam suscipiat in gloria. †2.Petr.3.c

d *Vocem magnam de thro.* Cum dixisset se vidisse innouationem elementorum & glorificationem sanctorum incognitum erat & incredibile videretur appo- E Richardus.

CAPVT XXI.

a ¶ Id est, aërem innouatum. b ¶ Innouaram.

ET vidi cœlum nouum: & terram nouam.† 1
a ¶ Id est status ille quo prius erant amplius non est necessarius.
Primum enim cœlum & prima terra abiit, 2
¶ Secundum priorem statum. ¶ Quia grossities & amaritudo auferetur
& mare iam non est. Et ego Ioannes vidi 3 †
a ¶ Id est, ecclesiam in omni modo quiete positam. b ¶ Id est firmiter quod habet habituram. 4
c ¶ Id est immortalem impassibilem.
d Id est Dgum qui est pax plene videntem.
ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de 5 6
a ¶ Quia intellexit quidquid boni habet ecclesia à sola Dei gratia accepisse. b ¶ Virtutibus compositam.
cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo 7
a ¶ Id est annunciationem prophetarum. b ¶ Quia de secretis agit principaliter.
Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ec- 8 9
a ¶ Id est ab illis in quibus Deus sedet. ¶ Christi humanitas in qua contra diabolum militauit.
b ¶ Id est sicut sibi ille æterna gloria erit sic & suis.
ce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.

nit autoritatem sanctorum patrum, qui hoc prædixerunt.

e *Ecce tab.* Id est in euidenti est, quod in eadem gloria erit humanitas Christi in qua militauit, & homines eum imitati & ratione bene vsi.

✠ ANDREAS. Sanctus euangelista è cœlo docetur, tabernaculum hoc verum esse cuius typus ostensus fuerat Moysi vel quedam typi protyposis & simulacrum, cum præsentis huius Ecclesiæ typus extiterit. In hoc autem tabernaculo, quod hominibus factum nō est, nullus erit fletus nullæ lachrimæ. Nam qui æternum gaudium largitur Sanctis omnibus lætitiam finis expertem impertietur.

✠ RICHARDVS. Hæc vox iure dicitur magna quia promittit bona immensa, bona æterna. Tabernaculum Dei cum hominibus erit quando se nobis, & nos sibi diuinitas in cœlesti patria sociabit. Et quia illa societas sue cohabitatio non transitoria, sed æterna erit, rectè dicit. *Et habitabit cum eis.* Per hoc nimirum quod dicit, *habitabit.* æternitatem societatis ac mansionis designauit. Cuius societatis vinculum adhuc declarat cum subiungit: *Et ipsi populus eius erunt, &c.* Ipsi nimirum populus eius erunt illius laudem æternaliter & vnanimiter conclamando *& ipse erit eorum deus*, suam beatitudinem ☞ illis

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XXI.

ET vidi. *Descripto finali iudicio consequēter describitur ecclesiæ status post iudicium. Et primò in generali. Secundò magis in speciali, vbi & venit vnus circa primum prædicit Ioannes innouationem mundi sensibilis, di.*

1 Et vidi cœlum nouum & terrā nouam. *Et per ista duo intelliguntur elementa media ignis aqua & aër. Hæc enim omnia innouabuntur & in melius mutabuntur. Ideò subditur.*

2 Primum enim, &c. ab. *Non est per hoc intelligendum, quod mutetur eorum substantia, sed ea manente meliorabuntur in qualitatibus & proprietatibus vt in claritate, diaphoneitate, & in similibus & totum cedet ad gloriam electorum qui ex creaturis laudant Deum.*

3 Et ego. *Hic secundò Ioannes describit innouationem humanæ naturæ quantum ad electos dicens.*

4 Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem. *Id est electorum societatem perfecta charitate vnitam.*

5 Nouam. *Quantum ad corporum gloriam. Corpora enim sanctorum quæ modo sunt corruptibilia, grossa, ponderosa, & obscura, resurgent immortalia, subtilia, agilia, & clara. Et quia hoc fiet per gloriam animarum ad corpora redundantem, ideò dicitur.*

6 Descendentem de cœlo. *Empyreo, vt corpora resumant, & in iudicio compareant.*

7 A deo paratam. *Dotibus animæ & corporis, ideò subditur:* Sicut sponsam, &c.

8 Et au.vo.magnam. *Hic tertiò describit Ioannes finalem consummationem. Et primo quantum ad electos. Secundo quantum ad reprobos ibi.* Timidis autem. *Circa primum dicit:* Et au.vo.m. *scilicet, diuinæ maiestatis.* Diuisio.

9 Dicentem Ecce tab. &c. *Id est cohabitatio Dei cum hominibus inseparabilis, quia beati habebunt super eam potestatem per apertam visionem & perfectam fruitionem. Et quia per hoc excluditur omne malum culpæ, & pœnæ ideò subditur:* Et mors vltra non.

✠ *Quia*

MORALITER

✠ 1 *Et vidi cæ.* Hoc literaliter exponitur de renouatione mundi sensibilis futura. Moraliter autē potest exponi de renouatione spirituali hominis qui dicitur à philosophis minor mundus, & cuius terra est corpus, & cœlum anima quia sicut terra germinat ex influentia cœli, sic corpus mouetur & viuit ex animæ virtute. hoc ergo cœlum, scilicet anima renouatur, quando per pœnitentiam veram perfectè purgatur, & terra scilicet corpus quando mundè seruatur.

† *Et mare iam non est.* Id est, amaritudo peccati nam per pœnitentiam est ablata.

3 *Et ego Io.vi.ci.s.* Id est, fidelem personam quamlibet deuotam quæ dicitur ciuitas, Id est ciuium vnitas, propter concordantiam virium inferiorum ad rationem & sancta, id est Christi sanguine tincta in baptismo & Ierusalem, id est, pacifica propter concordiam dictam & descendens de cœlo propter gratiæ infusionem in eius augmento.

7 *A deo pa.* Id est diuinis charismatibus adornatam propter quod de ea subditur.

9 *Ecce taber. Dei, &c.* Nam in talibus Deus habitat per gratiā.

✠ *Et absterget*

illis mirabiliter & ineffabiliter participando. Est quidem nunc A ipse Deus cum suis in mundo, sed nequaquam id satis videtur, quandiu in hac mortalitate viuentibus, eorum visioni manifestè non reuelatur. Sed tunc verè cum eis erit, quando se glorificatis illis reuelat: a facie manifestabit.

a *Et ipsi pop.eius.* Id est, in nullo offendentes quod non esse potest dum sunt in carne.

†supra 7.d. Isa.25.c. c *Et absterget Deus, &c.* ✠ AVGVSTINVS. Hoc de isto tempore accipere, impudentiæ nimiæ mihi videtur. Quis enim tam absurdus, qui audeat affirmare in huius mortalitatis ærumnis, non dico populum sanctum, sed vnūquemque sanctorum qui hāc duxerit vitā, nullas habentē lachrymas & dolores: cum potiùs quanto quisque est sanctior, & desiderij sancti plenior, tanto sit eius in orando fletus vberior? Non est vox supernæ Hierusalem. *Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* Et: *Lauabo per singulas noctes lectum meum: in lachrymis meis stratum meum rigabo.* Et. *Gemitus meus non est à te absconditus, &c.* Hæc igitur magna luce dicta sunt de sæculo futuro, & immortalitate, atque æternitate Sanctorum. Tunc enim solum atque ibi solum, ista non erunt, vt nulla debeamus in literis sacris quærere vel legere manifesta, si hæc putauerimus obscura. Psal.41. Psal.6. Psal.37.

b *Omnem lachrymam.* Quasi dicat, ibi gloria & nulla tristicia, quia vtrunque simul esse non posset ibi.

✠ AMBROSIVS. *Absterget deus omnem lachrymam*, quia post resurrectionem nihil triste Sanctis accidere poterit, vnde lachrymæ oriri possint. *Et mors vltra non erit.* Primus homo im mortalis factus, peccando immortalitatem amisit, & mortem mundo intulit. Post resurrectionem mors non erit, quia & ipse C princeps mortis diabolus, cum omnibus satellitibus suis, in infernum perpetuò reclusus tenebitur, & immortalitas perdita iustis reddetur: & possibilitas peccandi quæ mortem mundo intulit, ab eis auferetur. *Neque luctus.* Inter effusionem lachrymarum & luctum, aliqua distantia est. Nam tristitia sepe lachrymas educit, luctus verò semper ex magno mœrore nascitur, éstque fletus dierum multorum, ecclesia domini nunc in luctu est eò quòd per deceptiones dæmonum quotidie maximam partem ex suis amittit, in illa autem vita luctus non erit, quia nullum ex suis amittere poterit, &c.

✠ RICHARDVS. Clamor quoque non erit; quia nulla erit iniuriæ illatio. Dolor nullus erit, quia nullus dolebit de qualibet amissione. De quibus bene dicitur; *quæ prima abierunt*, quia quandiu vita præsens quæ sine peccato non est, agitur, etiam Sanctos afficiunt. Sed tunc ablato peccato ex quo procedunt, & cui succedunt, penitus non erunt. Modo tamen sanctis prædictis purgantur, qui ad ipsam beatitudinem præparantur: damnandi verò iis affliguntur, vt ad damnationis initium puniuntur. Et quia ad hæc insufficiens videtur attestatio humana, adiungitur auctoritas diuina. *Dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.* Quod ergo forsitan munus credibile posset videri tum de innouatione elementorum, tū de glorificatione sanctorum, maiori testimonio debebat & decebat cōfirmari. D E

O quam dulcia sunt ista, & animum ad se trahentia, & in se rapientia, & tractum raptúmque suauiter inebriantia! Erubescat igitur in vilibus delectari qui sibi talia ac tanta bona nouerit reseruari. Contemnat post modicum velit nolit amittenda, quærat post modicum si velit accipienda, & sine fine possidenda, &c.

d *Et mors.* Verè non erunt ibi lachrymæ, quia non erit causa lachrymarum.

e *Et di.* Quasi dicat, scribe quidquid ostensum est mihi de hac innouatione, pro vtilitate præsentium factum est, quibus hæc scribere iussus sum.

f *Scribe: quia hæc, &c.* Iubens scribere, & aliis nunciare, suppo nit exhortationem vt omnes ad hanc innouationem laborent pertinere.

g *Et dixit mihi.* Posita autoritate sanctorum de hac innouatione, ponit autoritatem ipsius Dei.

h *Factum est.* Ne quæreret aliquis, quid post illam innouationem futurum esset, dicitur sibi nihil restare ad faciendum. F

i *Alpha & o.* Quasi dicat, hanc innouationem facere potero, quia ego omnia creaui, & in me omnia consummabuntur.

k *Sitienti.* Non dabo sitienti ad horam, sed perseueranti.

✠ AMBROSIVS. Quomodo gloria ista iustis datur gratis pro cuius acceptione multa perferunt aduersa, multas lachrymas fundunt, innumeras preces Deo offerunt, eleemosynas largiūtur, & cæteris bonis operibus semetipsos exercent? Sed gratis vitā æternā percipiūt, quia pretiū vitæ æternæ quod sunt bona opera, ab ipso accipiūt: qui dixit: *Sine me nihil potestis facere.* Ioan.15.

☞ Possidebit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia pri.abierunt. *Nam in ecclesia militante quæ dicitur: terrestris Ierusalem, ista sunt & erunt vsque ad iudicium.*

2 Et di.qui se in thro. *Scilicet, Deus trinus & vnus.*

3 Ecce no.fa.omnia. *Scilicet, cœlos, elementa & electorum corpora, vt patet ex prædictis.*

4 Et dix.mi.Scri.&c. *Ad informationem ecclesiæ, &c.*

5 Et dixit mi. Factum est, *Id est, consummatum est gaudium electorum.*

6 Ego sum alpha & o. *Quod exponitur cum subditur.*

7 Initium & finis, *Alpha enim est prima litera Græca: & o vltima. Deus enim est principium effectiuum à quo omnia producuntur, & finis in quem omnia ordinantur.*

8 Ego sitienti. *Id est, debito modo desideranti.*

9 Dabo de fonte aquæ viuæ. *Id est, participationem vitæ beatæ,*

10 Gratis. *Licet enim habentes gratiam mereantur de condigno beatam vitam, tamen ipsa gratia per quam opera fiunt meritoria, de condigno, gratis dantur alioquin gratia iam non esse gratia. Rom.11.*

11 Qui vicerit. *Carnem, mundum, & diabolum.*

✠ Possidebit

MORIALITER.

✠† *Et absterget deus omnem lachrymam, &c.* Transferendo tales secum quæ dicitur gloriam.

2 *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.* Scilicet, in resurrectione, quando sancti habebunt corpora gloriosa.

5 *Et dixit mihi. Factum est.* Id est, consummatum est hominis præmium.

6 *Ego sum alpha & o.* Id est, principium à quo cuncta oriuntur & finis ad quem ordinantur.

8 *Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ.* id est, de vera beatitudine.

10. *Gratis.* Sicut dicitur Rom.6.d. *Gratia dei vita æterna.*

11 *Qui vicerit possidebit, &c.* Scilicet, mundum carnem & diabolum,

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Possidebit hæc.* Id meipsum, qui sum principium omnis beatitudinis.
b *Timidis.* Id est: illis qui timore pœnarum fidem accipere fugiunt, vel acceptam relinquunt.
c *Veni & osten.* Descripta gloria quam habituri sunt sancti, dicit quo merito vel quo auxilio sint accepturi.

Heb.8.d.

✠ ANDREAS. Per hæc planum fit angelos non semper calamitates & plagas inferre sed peritorum medicorum more, interdum quidem loca affecta ferro incidere nonnunquã verò mitia pharmaca vulneribus adhibere. Qui enim cladem pro meritis plagam ante irrogauerat, nunc Ecclesiæ beatitudinem Theologo demonstrat. Scitè autem sponsam Agni vxorem appellat, quando namque veluti Agnus Christus occisus est Christus, tunc illum proprio sanguine sibi desponsauit. Quemadmodum enim Adamo dormienti adempta est costa, ex qua deinde mulier formata est, ita Christo per spontaneam mortem in cruce consopito, sanguine qui ex latere eius fundebatur, Ecclesia constituta, ipsique propter nos patienti consociata est.

✠ AMBROSIUS. Quod sponsa agni Ecclesia constituta iure vocetur. Baptista demonstrat, dicens: *Qui habet sponsam, sponsus est.* (Ioan.3.) Quod autem & vxor dicatur scriptura demonstrat dicens: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & ad hærebit vxori suæ, &c.* (Gen.2. Ephes.5.) Quasi patrē suum filius Dei dereliquit, cum de illa cœlesti beatitudine ad terras descendens, hominem assumpsit, quem pro sponsa sua daret. Matrem dereliquit, quia affectum matris abiiciens, corpus quod ex ea assumpsit, pro ecclesia sua tradidit. Quam sibi ita vniuit, vt ipse sit caput, & ipsa corpus.

a ¶ Firmiter obtinebit. b ¶ Deum immortalem. c ¶ Aeterna societas. d ¶ In presenti per gratiam, & in futuro per gloriam. e ¶ Quod supra populus.
a possidebit hæc. †Et ero illi Deus, & ipse erit mihi filius. Timi 1 2
a ¶ De hac innouatione desperantibus b ¶ Id est, excommunicatis.
b dis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornica 3 4
a ¶ Quibus mendacium est in vsu
toribus, & veneficis, & idololatris: & omnibus mendacibus, 5 6
a ¶ Scilicet, participantes vel plus vel minus. ¶ Pro qualitate culpæ.
pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure quod est 7 8
¶ Corporis & animæ.
mors secūda. Et venit ad me vnus de septē angelis habētibus 9 10
a ¶ Quantum ad malos.
phialas plenas septē plagis nouissimis, & locutus est mecū, di 11 12
a ¶ Amplia intellectum & traducendam. b ¶ Modo per fidem. c ¶ In futuro glorificandam
c cens: Veni & ostendā tibi sponsam vxorē agni. Et sustulit me 13 14 15 16

In

NICOLAUS DE LYRA.

1 Possidebit hæc. *Hæreditate perpetua.*
2 Et ero illi Deus. *Dans gloriam.*
3 Et ipse erit mihi filius. *Per assimilationem perfectam 1.Ioan.3.a. Cum apparuit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.*
4 Timidis autem. *Hic consequenter ponitur finalis consummatio quantum ad reprobos, cum dicitur:* Timidis autem, *timore mundano declinantibus ad peccata mortalia, & in eis perseuerantibus.*
5 Et incredulis. *Id est, Iudæis, Saracenis & cæteris fidem catholicam respuentibus.*
6 Et execratis. *Id est, reuertentibus ad peccata enormia post eorum condonationem, sicut canis ad vomitum.*
7 Et homicidis. *Facto vel voluntate deliberata.*
8 Et fornicatoribus. *Et per fornicationem intelliguntur cætera carnis vitia.*
9 Et veneficis. *Id est, magis & sortilegis.*
10 Et idolatris. *Cultum Deo debitum tribuentibus creaturis.*
11 Et omnibus mendacibus. *Mendacio pernitioso. Et per hæc vitia intelliguntur omnia alia vitia mortalia.*
12 Pars illorum. *Id est, retributio.*
13 Erit in stagno ardenti igne & sulphure. *Id est, in pœna gehennæ, quæ dicitur mors secunda.*
14 Et venit ad me vnus de septem angelis. *Hic consequenter describitur status post iudicium magis in speciali. Sciendum tamen, quod aliqui aliter exponunt de tempore ante iudicium, & etiam ante aduentum Antichristi, quod nituntur ostendere ex hoc quod dicitur inf. se.ca. Qui nocet noceat adhuc, & qui in sordibus est sordescat adhuc: & iustus iustificetur adhuc, post iudicium verò non erit tempus, nec locus meriti vel demeriti. Dicunt igitur quod per angelum hic introductum intelligitur Innocentius papa tertius, qui approbauit ordines fratrum minorum & prædicatorum qui dicuntur hic ciuitas Ierusalem noua, secundùm illud Prouerb.18.c.* Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma. *Ambo enim ordines ad idem opus sunt ordinati, scilicet, ad prædicationem euangelij. Dicunt igitur, quod fundamentum huius ciuitatis sunt beati Franciscus & Dominicus, horum ordinum fundatores, dicuntur tamen in numero duodenario hæc fundamenta, quia sunt duodecim apostolorum imitatores, murus verò regularis obseruantia per præcepta & statuta, portæ vero religionum ingressus, qui ducuntur ad quatuor orbis partes: nam ex omnibus mundi partibus aliqui ingrediuntur istas religiones. Angeli vero in portis existentes, sunt ministri & prouinciales priores, qui per se vel per alios recipiunt ad ordines venientes, & sic alia hic dicta adaptant ad suum propositum prout possunt. Licet autem hæc expositio saluari posset in aliquo sensu mystico, non tamen in sensu literali sicut credo Primo, quia dicitur hic, quod angelus introductus docuit Ioannem dicens:* Veni & ostendam tibi, &c. *quod non potest verificari de Innocentio papa: cum post Ioannem fuerit ille per mille annos & amplius. Item quia inf. dicitur de hac ciuitate. Et templum non vidi in ea, dicti autem ordines ecclesias habent. Item quod subditur:* Et ciuitas non eget sole, neque luna. *Et postea nec intrabit in eam aliquid coinquinatum abominationem faciens & mendacium, dicti autem ordines indigent illuminatione solis & lunæ, nec omnes intrantes sunt immaculati nec omnes bene intrantes perseuerāt in bono, sed multi fiūt apostatæ & pessimi, vnde dicit Au. Sicut non inueni meliores his qui in monasteriis profecerūt, ita non inuenio deteriores his qui in monasteriis defecerunt propter quæ & plura alia quæ possunt induci contra expositionem prædictam, inquantum dicunt eam literalem esse, videtur mihi quod ciuitas hic descripta est Ierusalem superna, vnde post præmissa verba de ingressu ciuitatis, subditur: Nisi qui scripti sunt in libro vitæ, & agni, hi sunt prædestinati, qui etiam Ierusalem supernam ingrediūtur, & nulli alij. Et ideo sicut iam præmissi describitur hic status ecclesiæ triumphantis magis in speciali, Et primo quo ad sitū sublimē, præmittitur tamē personas alloquens beatum Ioannem, cum dicitur:* Et venit ad me vnus de septem ange.&c. *Per hunc enim intelligitur beatus Iacobus qui suprà 37.ca. dictus est vnus de septem angelis habentibus phialas: & præcessit beatum Ioannem in gloria, propter quod ex Dei voluntate potuit ei reuelare secreta cœlestia.*
15 Veni & ostendam tibi sponsam. *Id est, Ierusalam supernam, vt dictum est in principio capituli, quæ dicitur vxor agni modo speciali quia coniungitur ei inseparabiliter & æternaliter non sic autem ecclesia militans quæ cessabit in fine mundi, sicut imperfectum veniente perfecto, & figura figurato adueniente, Sicut enim lex vetus imperfecta fuit, & figura respectu nouæ legis, sic eccclesia militans respectu triumphantis, cuius status omninò perfectus erit in resurrectione generali, extunc enim electi separabuntur à reprobis, & erunt in anima & corpore perfectè beati: resurgent enim in corporibus gloriosis per animæ gloriam ad corpora redundantem.*
16 Et sustulit me in spiritu. *Hoc dicit ad ostendendum*

✠ *quod*

MORALITER.

4 *Timidis autem.* Timore malè humiliante.
5 *Et incredulis.* Veritati diuinæ.
6 *Et execratis.* Id est, iustè separatis à sacramentis ecclesiæ.
9 *Et veneficis.* Id est, infectis veneno inuidiæ.
11 *Et omnibus mendacibus.* Perniciosè.
12 *Pars illorum, &c.* Id est, participatio eorum cum dæmonibus in gehenna.
14 *Et venit ad me, &c.* Quoniam bonum non mouet nisi aliquo modo cognitum, ideò quilibet fidelis debet considerare statum supernæ ciuitatis, vt afficiatur ad ipsum, ideò subditur.
15 *Veni & osten. tibi spon. vxo. mag.* Id est, ecclesiam triumphantem.
16 *Et sustulit me in spiritu in mon. mag.* Quasi in contemplationis excessum,

✠ Et

a *In montem magnum.* Christus mons, quia munimentum suorum magnum est, quia totum mundum replet, altus quia insuperabilis.
b *Ostenami.ci.* Et super illum montem ostendit ecclesiæ fundamentum.
c *Lumen.* Ipsa lucens pro modo suo, similis Christo qui fuit in proposito firmus, & lucens in virtutibus.
d *Iaspi.* Durus hic & viridis, sic ecclesia nitet fide, & in ea firmata est. (†Eze.28.c.)
e *Murum.* Id est, Christum defensorem, qui magnus in Sion, altus cum patre. Vel defensores aliorum, qui magni in vincendo alios. Alij ne vincantur, id est, apostolos, vel prophetas, vel angelos veritatis nuncios. (†angulos)

✠ AMBROSIUS. Iste est murus de quo dicit propheta, *Saluator ponetur in ea murus, & antemurale.* (Isa.26.a) Per hunc igitur murum, Christus cum omnibus membris designatur: ita vt per illum, fundamentum: per reliquam verò structuram, eius membra figurentur. Per portas autem duodecim, duodecim Apostoli, eorúmque doctrina designatur. Angeli duodecim, prædicatores Apostolorum sequaces designant: qui in portis visi dicuntur, quia fidem Apostolorum inconcussam tenentes, quoscunque potuerunt ad fidem Christi trahere studuerunt.
f *Portas duo.* Id est, patriarchas, per quorum exemplum alij ad fidem introducuntur. Vel portæ apostoli, qui alios introducunt in ecclesiam. †Angeli, id est, subditi qui perfectè instructi in loco angelorum sunt substituti. Numerus portarum duodecim, quæ per quatuor mundi partes sub ternario comprehenduntur, ad mysterium pertinet duodecim apostolorum, per quos fides trinitatis diffunditur per orbem quadripertitum. (†Angeli)
g *Nomina inscripta quæ sunt nomina duodecim tri. &c.* Id est, memoria sanctorum patrum in veteri lege est in apostolis, quia quod illi prædixerunt futurum, hi docent completum. Vel omnes gentes in fide apostolorum positæ & dilectione eorum. Vnde: *Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris.* (2.Cor.3.)
g *Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, & ab occasu portæ tres.* Oriens Iudæi, à quibus sol iustitiæ ortus est, & in his portæ tres, quia in his primum fides trinitatis,

nunciata

a ¶ Christum. b ¶ Quantum ad humanitatem. c ¶ Quantum ad diuinitatem.
a in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciui 1
a ¶ In qua Deus per gratiam habitat. ¶ Per infusionem gratiæ.
b tatem sanctam Ierusalem descendentem de cœlo à Deo ha 2 3
a ¶ Id est, cognitionem de Deo. b ¶ Id est, luminosa opera Endiadis figura est.
c bentē claritatem Dei. Et lumen eius †simile lapidi pretioso, 4 5
a ¶ Nihil ibi contristans, sed totum delectans, sicut viriditas iaspidis. b ¶ Nihil celans, quia ibi pura confessio.
d tanquam lapidi Iaspidis sicut crystallum. Et habebat murum 6 7 8
a ¶ Id est, in fide & in vestigiis prophetarum
e f magnum & altum, habentem portas duodecim, & in por 9 10
a ¶ Apostolos.
g tis † angelos duodecim, & nomina inscripta quæ sunt, 11 12
a ¶ Id est, memoria sanctorum patrum in veteri lege.
h nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab oriente 13

NICOLAUS DE LYRA.

quòd non vidit tunc gloriam electorum prout erit in se, sed in aliquo eam repræsentante, scilicet, in ciuitate quæ infra describitur quam vidit imaginaria visione, & cuius significationem intellexit aliter non fuisset visio prophetica, sicut declaratum fuit diffusius in prin.lib.Psal. & in prin.lib.Dan.
1 In montem magnum & altum. *Per quem designatur cœlū empyreum, quod secundum sanctos & doctores est locus beatorum, & in corporalibus habet situm supremum.*
2 Et ostendit mihi. *Hic consequenter describitur quantum ad pulchrum aspectum, cum dicitur.*
3 Ciuitatem sanctam Ierusalem. *Scilicet, supernam.*
4 Descendentem de cœlo. *Nam animæ beatæ descendent ad resumendum corpora, & communicandum eis gloriam, vt dictum est suprà in prin.cap. & etiam ibi incipiet status perfectus beatitudinis electorum. Potest etiam aliter exponi, quia beatitudo cœlestis non potest ab electis haberi, nisi prius quodammodo ad eos descendat in præsenti, nam donū gratiæ per quod efficiuntur digni vita beata, est quædam inchoatio & participatio gloriæ, propter quod in oratione dominica secunda petitio ponitur,* Adueniat regnum tuum. *id est, ad nos veniat, quia non possumus venire ad ipsum nisi prius ad nos veniat modo dicto.* (Matt.6.b.)
5 Habentem cla.Dei. *Nam claritas beatorum quantum ad gloriā animæ & etiam corporis, est quædam participatio diuinæ claritatis per quam beati sibi conformantur 1.Ioan.3.a. Scimus quoniam cum ap.si ei eri.*
6 Et lumen eius simi.la. preci. *Id est, Christo, qui dicitur lapis preciosus 1.Pet.2.b. Ecce ponam in Sion la.sum. an.elec. preciosum. In beatitudine namque cœlesti per gloriam corporis & animæ conformabuntur homini Christo sicut membra capiti.*
7 Tanquam lapi.Ia. sicut crystallum. *Nominatiui casus est & neutri generis secundum acceptionem antiquorum. Comparatur autē Christus iaspidi, tum propter pluralitatem colorum, & in Christo sunt tres naturæ, scilicet, diuina, & anima intellectiua, & corpus:* Tum quia *iaspis confortat visum, & beati delectantur in visione Christi, nam aspectu suæ diuinitatis reficiuntur interius, & aspectu suæ humanitatis exterius, secundum quod dicit Aug. exponens illud Ioan.10. Ingredietur & egre.&c.* (Christus comparatur Iaspidi)
8 Sicut crystallum. *Quod valet contra sitim & ardorem. Et similiter Christus est remedium contra sitim & ardorē cupiditatis, eo quod tenuit viam paupertatis.*
9 Et habebat. *Hic consequenter describitur superna Ierusalem quantum ad ciuitatis ædificium. Et primo in generali. Secundo magis in speciali, ibi: Et qui loquebatur mecum. Circa primum dicitur:* Et habebat murum magnum & altum. *id est, spissum & altum per quem designatur securitas diuinæ protectionis quæ maximè relucet in statu supernæ beatitudinis quam nullus habens potest amittere.* (Diuisio)
10 Habentem portas duodecim, &c. *Quæ sunt obseruationes mandatorum, per quas habetur ingressus ad beatitudinis statum, Matt.19.cap. Si vis ad vitam ingredi, &c. Et ideo sunt duodecim. Nam obseruatio decem præceptorum decalogi cum duobus præceptis charitatis facit ad vitam ingredi.*
11 Et in portis ange.duo. *Nam electorum animæ deferuntur ad cœlum per ministerium angelorum Lu.16.e. Factum est autem, vt mo. me. & por.&c.*
12 Et nomina inscripta: quæ sunt nomina duo. tri. filiorum Isra. *Id est, omnium fidelium qui indifferenter admittuntur ad regnum sine acceptione personarum.*
13 Ab oriente portæ tres, &c. *Nam ex omnibus orbis partibus colliguntur electi intrantes ianuas paradisi. Dicuntur etiam portæ tres ad quamlibet orbis partem principalem nam in fide trinitatis recipiuntur electi ad gloriam cœlestem.*

✠ Et murus

MORIALITER.

2 *Et ostendit mihi ciui.* Scilicet, Ierusalem cœlestem.
4 *Descendentem de cœlo.* Hoc dicitur, quia non possumus ascēdere ad gloriam, nisi prius ad nos descendat per gratiā propter quod petimus in oratione dominica, Matth.6.b. Adueniat regnum tuum.
5 *Habentem cla.Dei.* Id est, Dei claram visionem.
6 *Et lumen eius si.la.precioso.* Id est, Christo homini, qui dicitur lapis abscisus de monte sine manibus, Dan.9. eius enim gloriæ conformantur cæteri sancti, sicut membra capiti.
7 *Tanquam lapidi Iaspidis.* In quo est varietas colorum designās in homine Christo varietatem charismatum & donorum.
8 *Sicut crystallum.* Quod dicitur sedare sitim & Christus sua deitate sedat totaliter desiderium humanum.
9 *Et habebat mu.magnū.* Per quem significatur securitas possessionis,
10 *Habentem por.duo.* Per quas significantur decem præcepta decalogi, cum duobus præceptis charitatis per quæ tanquam per portas est ingressus supernæ ciuitatis. Matt.19.e. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.
11 *Et in por.ange.duo.* Per angelorum enim ministerium inducuntur electi ad regnum cœlorum. Luc.16.c. Factum est autem vt moreretur Men.& por.ab an.&c.
12 *Et no.inscr.quæ sunt no.duo.tri.Isr.* id est, bonorū Christianorum, ad quos deuoluta sunt nomina filiorum Israel, vt habetur Rom.2.
13 *Ab oriente portæ tres, &c.* Nā per fidē trinitatis descriptam

Universidad de Deusto Biblioteca

A nunciata ab apostolis & à prophetis. Aquilo frigidæ gentes, quæ post Iudæos crediderunt. Ab austro, id est, à claritate fidei, quæ est ab aduentu Christi. Ab occasu, id est, ab vltima ætate mundi, quæ per Eliam & Enoch fidem trinitatis recipiet.

a *Murus.* Id est, fides Christi qua muniuit ipsam ciuitatem, habet duodecim patriarchas per quos fundatur, quia illi primi hāc fidem tenuerunt, & in illis innituntur quicunque ad fidem accedunt.

b *Et in ipsis duode.* Quam fidem isti tenent illi venturam intellexerunt, & prænunciauerunt.

✠ ANDREAS. Fundamenta muri beati sunt Apostoli, super hos enim Christi ecclesia fundata est. Quorum nomina in illis veluti in tabula quadam inscripta sunt, ad commodam eorum qui legunt, aut legere volunt instructionem.

✠ AMBROSIVS. Si Petrus fundamentum est Ecclesiæ, ergo super ipsum ædificata est, sicut & super cæteros. Vera est ergo præsens assertio, quia duodecim fundamēta esse ecclesiæ dixit, Nec repellit nos quod Apostolus dicit. *Fundamētum aliud nemo potest ponere, &c.* Non enim aliud fundamētum est Petrus, & aliud Christus, quia Petrus est membrum Christi, sicut dixit discipulis: *Vos in me, & ego in vobis:* Christus namque fundamentum est omnium Apostolorum suorū, similiter & ipsi sunt fundamenta sunt eorum qui per ipsos crediderunt. Vnum est igitur fundamentum, id est, Christus, à quo continentur omnia fundamenta, super quem etiam Christum tota compages Ecclesiæ constructa est. D

Matt.16. 1.Cor.3. Ioan.14

c *Et qui loquebatur me.* Vidi ciuitatem istam ita munitā & ornatam, & non omnes. Ibi vidi æquales inter se: sed tamen vnumquemque perfectū pro modo suo.

d *Mensuram arundineam auream, &c.* Id est, diuinam scripturam Dei sapientia compositā quæ tangit & illustrat corda fidelium.

e *Vt metiretur ciuita. & portas eius.* Id est, secundum mensuram daret etiam minoribus intelligentiam ipsarum scripturarum. E

portæ tres: ab aquilone, portæ tres, ab austro portæ tres, & ab
a occasu portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta 1
(a ¶Vel super ea. ¶Id est, in memoria & prædicatione eorum. b ¶Quia super fidem patriarcharum fuit fundata fides & doctrina apostolorum.)
b duodecim, & in ipsis duodecim nomina, duodecim aposto- 2
(a ¶Quem dixerunt venturum. b ¶Angelus in persona Christi. c ¶Ad beneplacitum meum.)
c lorum & agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensurā 3
d (a ¶Id est, illos qui alios ad fidem introducunt. b ¶Id est, defensores aliorum.) 4
e arundineā aureā, vt metiretur ciuitatē & portas eius, & murū. 5
(a ¶Id est fides. ¶Expositio quadrationis.) 6
f Et ciuitas in quadro posita est, & lōgitudo eius tāta est, quāta 7
(a ¶Id est charitas qua quantum credit, tantum amat. ¶Id est, minorem ecclesiam.) 8
g & latitudo. Et mensus est ciuitatē de arūdine aurea per stadia 9
10
11

f *In quadro posita est.* Quatuor latera, fides, spes, charitas, operatio, quæ sunt æqualia, quia quantum quis credit, tantum sperat: quantum sperat, tantū diligit, quantū diligit, tātū operatur. In quadro ergo, quia robusta fide longanimis spe, ampla charitate, efficax opere. Vel quatuor latera quatuor principales virtutes quarū vna nō debet raliam excedere in homine prudentia appetendi boni & vitandi mali quam sequitur temperantia, vt à voluptatibus homo se retrahat post hæc fortitudo, vt quod intelligit operetur, dehinc iusticia, vt sic suos actus temperet, ne nimis iustus vel sapiens sibi videatur.

Quatuor latera virtutum

g *Per stadia:* Stadium est locus & cursus & mensura, & octo faciunt miliare, notat tendentes ad brauium.

☞ Duodecim

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et murus ciui. habens fundamenta duodecim. *Id est, duodecim articulos fidei, nam secundum quod dicit Apostolus Hebr.11.a.. Fides est substantia sperandarum rerum. id est, bonorum cœlestium quæ sunt res sperandæ. Et in hac diffinitione fidei accipitur substantia pro inchoatione siue fundamento, eò quòd fundamentum est inchoatio domus. Per fidem verò formatam inchoatur beatitudo cœlestis in nobis, sicut & plenius fuit dictum, Heb.11.* C

2 Et in ipsis duodecim nomina, duodecim apostolorum & agni. *Id est, Christi. Nam duodecim articuli fidei sunt de Christo, sex pertinentes ad eius diuinitatem, & sex ad eius humanitatem, & hoc secundum communiorem distinctionem articulorum, quamuis aliqui distinguant quatuordecim articulos fidei, septem de diuinitate, & septē de humanitate. Dicuntur autem nomina apostolorum in ipsis fundamentis scripta, quia primò publicauerunt fidem Christi prædicando, & pro ipsa moriendo.*

3 Et qui loquebatur. *Hic consequenter describitur ædificium ciuitatis cœlestis magis in speciali. Et primo proponit intentum, dicens,* Et qui loquebatur mecum. *scilicet, angelus.*

4 Habebat mensuram arundineam auream. *Id est, similem arundini in figura, quia non posset esse aurea, & cum hoc arundo vera.*

5 Vt metiretur ciuitatem. *Quantum ad spacium inter muros contentum.*

6 Et portas eius & murum. *Quantum ad eius latitudinem. Nam habita mensura spacij intra murum contenti, habetur mensura muri. nam interior pars muri & dictum spacium contiguantur.*

7 Et ciuitas in quadro. *Aequilatero.*

8 Posita est. *Id est, disposita, quod patet ex eo quod subditur.*

9 Et longitudo eius tanta est, &c. *Quod non posset esse, nisi quadrum esset æquilaterum, per hoc autem intelligitur quadratura, quatuor virtutum cardinalium, quæ manet in patria, secundùm doctores catholicos, tamen secundum alios actus quam in via. Nam actus prudentiæ est ibi: nullum bonum Deo præponere vel æquare. Fortitudinis autem Deo firmissimè inhærere. Temperantiæ verò nullo defectu noxio delectari. iusticiæ Deo subditum esse.*

Actus virtutum cardinalium in patria.

10 Et mensus est. *Hic exequitur propositum. Et primo quantum ad ciuitatis spacium. Secundò quantum ad murum, ibi:* Et mensus est. *Tertiò quantum ad fundamenta, ibi:* Fundamenta. *Quartò quantum ad portas, ibi,* Et duodecim por. *Circa primum dicitur:* Et mensus est ci. *Id est, spacium ciuitatis.* F

11 Per stadia duo milia. *Non potest intelligi quod ista duodecim milia stadia contineant totum spacium ciuitatis & præcisè, nam illud spacium oportet esse quadrum æquilaterum, vt dictum est. Duodecim autem non est numerus quadratus. Dicitur autem quadratus numerus qui resultat ex ductu vnius numeri in seipsum semel sicut ex ductu binarij in seipsum resultat quaternarius, nam bis duo sunt quatuor, ter tria nouem, quater quatuor sedecim, & sic consequenter, per quod patet quod inter nouem & sedecim non est aliquis numerus quadratus, & ideo si spacium ciuitatis esset duodecim milium stadiorum præcisè non posset esse quadrum æquilaterum, propter quod dicendum, quod ista duodecim milia stadia mensurant vnum latus huius quadri, & per consequens totum spacium continet duodecies duodecim milia stadia, quæ sunt in vniuerso centum quadraginta quatuor milia stadia, & est numerus quadratus resultans ex ductu duodenarij in seipsum. Hic autem numerus continet nonies sedecim. Cum ergo octo stadia faciant miliare vnum, & duo miliaria leucam vnam, sequitur quod prædictum spacium ciuitatis continet 18. milia miliariorum, & nouem milia leucarum, & quodlibet latus muri duodecim milia stadia, & totus eius ambitus quadraginta octo milia stadia, quia murus ponitur quadratus æquilaterus. Nec tamen computatur hic spissitudo muri, sed tantum superficies interior, vt patet ex dictis. Hæc autem significant magnitudinem loci beatorum, secundum quod dicit Baruch 3.c. O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus pos. eius, &c. Tamen cœlum empyreum quod est locus beatorum, est quasi incomparabiliter maius quā ciuitas hic descripta. nam in hoc libro maiora per minora frequenter significantur, sicut supra cap.4. per vigintiquatuor seniores, intelligitur vniuersitas episcoporum quæ multo maior est, vt dictum fuit ibidem.*

✠ Et

MORALITER.

✝ à quatuor euangelistis est introitus supernæ felicitatis. Euangelium verò Matth. dicitur ab oriente, eò quòd describit Christi ortum. Lucæ verò ab occidente, quia describit passionis occasum. Ioannis autem ab austro, vnde maior est refulgentia lucis, quia describit claritatem diuinitatis. Marci verò ab Aquilone, quia describit iudiciariam potestatem, quæ incutit frigus timoris.

Quatuor Euangel. o- [illegible]

3 *Et qui loquebatur mecum habebat mensuram, &c.* Per hoc significantur diuersi gradus gloriæ secundum hominum merita qui assumuntur ad ordines angelorum, ideò in fine dicitur.

✝ Mensura

A a *Duodecim mi.* Qui perfecti sunt in fide trinitatis ex quatuor mundi partibus.

Stadia

b *Mensura homi. quæ est angeli.* Iuxta literam ostendit angelum apparuisse sibi in specie hominis, vt apertè denotet eum qui significabatur verum angelum id est filium Dei, & verum hominem fuisse.

c *Et erat.* Dixerat in hac ciuitate esse muros & portas & fundamenta, & ipsos inter se alios maiores, alios minores, hic exequitur murus ipse qualis sit, & qualis ipsa ciuitas & fundamenta & portæ.

d *Structura muri eius ex lapi.* Id est, si aliquis ad hoc instruitus vt sit defensor aliorū, hoc habet ex fide quam firmiter tenet & prædicat, quam Iaspis viridis significat, vt sit defensor aliorum. B

(a ¶Quantum ad incipientes, proficientes & perfectos. b ¶Id est, fides vel longanimitas c ¶Id est, charitas. d ¶Id est, spes vel contemplatio. ¶Quoad rationem eliciendi actum, non quo ad meritum.)
a duodecim milia, & longitudo & latitudo & altitudo eius æ- 1
(a ¶Id est, defensores eorum.) 2
qualia sunt. Et mensus est muros eius centum quadraginta 3
(a ¶Cubitus in quo est manus, operationem significat. ¶Vel quia æquales angelis vel quia tantæ multitudinis.) 4
b quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est angeli. Et 5
(a ¶Lapide Christo, vel viris fortibus in fide. b ¶Id est, minor ecclesia.) 6
c d erat structura muri eius ex lapide Iaspide, ipsa verò ciuitas 7
(a ¶Quia fulgebunt sancti, &c. b ¶Quantum ad animam. c ¶Quia & corda sanctorum transflucebunt. d ¶Quantum ad corpus. e ¶Id est, propheta.)
e aurum mundum simile vitro mundo, & fundamen- 8
(a ¶Id est, omni genere virtutum, vel imitatoribus qui vita & gloria ecclesiam ornant.) 9
muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Et fun- 10
f damentum primum Iaspis, secundum Saphyrus, 11
g
h

Naturæ 12. lapidum.

e *Aurum.* Sapientiam denotat, vtrum fidei puritatem qua ore promittit quod corde credit.

f *Et fundamentum primum Iaspis. &c.* ✠ ANDREAS. Per Iaspidem qui ad Smaragdi similitudinem ad viriditatem tendit, probabile fit diuum Petrum Apostolorum Coryphæum significari: vt qui Christi mortificationem in suo corpore vsque portaret, vegetámque & vernantem charitatem erga illum semper ostenderit, qui etiam per feruidam fidem, ad loca pascua dux nobis existit. D

g *Iaspis.* Viridis virorem fidei immarcescentem significat. Vel, *Iaspis* est sanctorum fides nō marcescens sed semper in operis virore perseuerans.

h *Sa.* Similis sereno cœlo q percussus radiis solis ardētē emittit fulgorē significat altitudinem spei sanctorum quorum cōuersatio in cœlis est qui & à vero sole innouati ardētius æterna quærunt, & alios quærere docēt, dicētes: *Nostra conuersatio in cœlis est.* Beda. Phil 3.d. E

✠ ANDREAS. Quod hic lapis cœlesti corpori assimiletur, quare colorem quoque cæruleum, quem vulgo Lazarum appellant, ex eo fieri aiunt, beatum Paulum significare arbitror, siquidem ad tertium cœlum aliquando raptus, animóque in cœlum iugiter defixus, eò pertrahere studebat quotquot ipsi patebant.

☞ Chalcedoni.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et longitudo & latitudo & altitudo eius. *Scilicet, spacij.*

2 Æqualia sunt. *De longitudine & latitudine iam patet ex dictis. nam spacium quadrum est æquilaterum. De altitudine verò quantum ad murum non fit hic mentio, sed postea de altitudine spacij quod accipitur secundum altitudinem montis in quo describitur hæc ciuitas sita, secundum quod dicitur suprà eo.ca. Et sustulit me in spiritu in montē magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam, &c. Et secundum hoc altitudo montis huius est duodecim milium stadiorum, sicut longitudo spacij & eius latitudo, vt prædictum est.*

3 Et mensus est muros eius. *Hic consequenter agitur de mensura murorum, cum dicitur.* C

Et men. est mu. eius. *Et licet esset tantum vnus murus, tamen dicit muros in plurali, propter quatuor eius latera spacium prædictum includentia.*

4 Centum quadraginta quatuor cubitorum men. hominis. *Id est, accipiendo cubitum humanum, qui continet pedem & dimidium secundum vnam acceptionem, scilicet, à cubitu brachij vsque ad manū, secundùm aliam verò duos pedes, scilicet, à cubito brachij vsque ad summitatem digitorum. Ex quo patet quod non accipitur hic mensura longitudinis muri secundum suum ambitum, nec etiam secundùm latus vnum, nam murus habens quatuor latera & quodlibet longitudinis centum quadraginta quatuor cubitorum, non posset claudere spacium prædictum, nec etiam duodecimam eius partem, nec etiam minimam, scilicet, vnum stadium quadratum, nam vnum solum stadium continet centum vigintiquinque passus & quilibet passus quinque pedes, & per consequens vnum stadium quadratum 312. cubitos & dimidium quadratos secundū maiorem acceptionem humani cubiti, vt patet ex prædictis. Et ideò dicendum quod hic accipitur mensura muri secundū eius altitudinem, quæ est multo minor quam eius longitudo, cuius mensura accipitur secundū mensuram spacij, cuius quodlibet latus est longitudinis duodecim milia stadiorum, & per consequens quodlibet latus muri quoniam contiguatur spacio in parte interiori, vt su. dictum est. propter quod hic tacetur mensura longitudinis muri, quia sufficienter habetur per mensuram supradictam spacij contenti. Dictum est autem supra quod per murum intelligitur securitas beatitudinis, propter quod eius altitudo dicitur centum quadraginta quatuor cubitorum, qui est numerus quadratus, vt dictum est suprà, & significat stabilitatem beatitudinis, sicut corpus quadratum firmiter stat in quolibet latere, propter quod etiam virtuosus comparatur quadrato. 1. Ethicorum.*

5 Mensura hominis quę est an. *Per hoc designatur, quod homines electi ad æqualitatem angelorum assumuntur, Matt.22.c. Erunt sicut angeli Dei in cœlo,*

6 Et erat structu. muri eius ex la Ia. *Sicut supra dictum est per murum intelligitur securitas beatitudinis, per Iaspidem verò ipse Christus propter quod murus dicitur de lapide Iaspide, nam ipse Christus est securitas beatorum, à qua non possunt diuertere nec auelli.*

7 Ipsa verò ciuitas aurum mundum. *Ciuitas autem est ciuium vnitas, ideo per ipsam intelligitur societas beatorum. Per aurum vero quod cæteris metallis est preciosius, intelligitur charitas quæ præ cæteris Dei donis est donum excellentius. Ideo dicitur:* Ipsa verò ciuitas aurum mundum. *Nam societas supernorum ciuium vnitur feruentissima charitate, secundum quod dicitur in prosa. Supernæ matris gau. &c. quæ ab aliquibus dicitur esse beati Greg. ab aliis vero Hugonis de sancto Victore, in qua subditur, Nec languor hic nec senium, nec fraus, nec terror hostium, sed vna vox lætantium, & vnus ardor cordium,* F

8 Simile vitro mundo. *Id est, peruium sicut vitrum, quod recipit lumen non solum exterius, sed etiam interius, per quod significatur, quod societas beatorum in resurrectione penetrata erit lumine gloriæ interius, & exterius per gloriam corporis & animæ.*

9 Et fundamenta. *Hic consequenter describitur ciuitas superna, quantum ad ornamētum fundamentorum, cum dicitur:* Et fundamēta muri ciuitatis omni lapide præci. ornata. *Ex quo patet, quod non accipitur hic fundamentum pro similitudine illius quod in ædificiis absconditur sub terra, nam ibi ornamentum non habet locū, sed accipitur ad similitudinem partis inferioris ædificij quæ tamen apparet super terram.*

10 Et fundamentum primum Iaspis. *Dictum est supra quod duodecim articuli fidei intelligūtur per ista fundamenta. Inter sex articulos pertinentes ad Christi diuinitatem primus est de vnitate dei, qui est principium credentibus tollendi errores varios gentiliū plures deos ponentium, ideo per Iaspidem designatur qui oculos purgat, visum acuit & confortat, vt dicitur in libro de proprietatibus rerum. Et ibidem ponuntur proprietates sequentium lapidum, secundùm quod inferiùs assignantur.*

12. Articulorū fidei ad 12. lapides preciosos adaptatio

11 Secundum Saphy. *Secūdus articulus est de trinitate personarū,*

✠ cuius

MORALITER.

5 *Mensura hominis. &c.* Et erat structura eius muri ex lapide, ✝ Iaspide, per quem significatur Christus, vt prædictum est: cuius meritò ibi loquatur omnis qui ibidem ponitur, sicut dicitur Act.4.b. Non est in aliquo alio salus.

7 *Ipsa verò ci. aurum mun. simile vi. mun.* Nam ibi est perfecta charitas & visionis claritas.

9 *Et fundam. mu. ci. &c.* Ista fundamēta sunt Apostoli qui post Christum dicuntur ecclesiæ fundatores, vnde & suprà dicitur: *Et murus ciuitatis habens fundamenta 12. & in ipsis 12. nomina Apostolorum & agni.*

10 *Et fundamen. primum Iaspis.* Per quod potest intelligi Petrus Christi vicarius, propter quod eius significatio quæ est per Iaspidem, vt prædictum est, communicatur Petro.

11 *Secundum Saphyrus.* Qui est coloris cœlestis: ideò significat Paulum qui fuit raptus ad tertium cœlum.

12. apostolorū ad 12. lapides preciosos adaptatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Chalcedoni.* Colorem pallentis lucernæ habet, fulget sub diuo in domo obscurus, omnium sculpentium argumentis resistit, radio solis vel digitorum attriti excandens paleas ad se trahit significat flammam internæ charitatis sanctorum, qui foris despecti lucent in occulto, quæ charitas in abscondito bona agit, & in secreto conscientiæ suæ quantum adhoc quod se celat & alios operatione sua lateat non lucet. Sed cum aliis prodesse iubetur, tunc apparet quid fulgoris habeat intus. Sculpentibus resistit quia inter aduersa seculi fortis & insecabilis est à nullo vinci potest. Vel si quis eam vult sculpere & pingere adulatoria laude resistit, non ei concedit, quia vanam gloriam contemnit. Et hi tales calefacti radiis solis veri, id est, Christi: vel digiti, id est, spiritussancti quasi contractati paleas, id est, peccatores & fragiles ad se trahunt sibique coniungunt.

✠ ANDREAS. Hic lapis sacerdotali rationali non inserebatur, sed carbunculus, cuius hoc loco nulla fit mentio. Spectandum est tamen ne fortè Theologus per calcedonium carbunculum designauerit. Sunt enim eiusdem propemodum coloris Carbunculus autem beatus Andreas Apostolus vocari potest, vt porè Spiritus igne luculenter accensus.

b *Smaragdus.* Quartus nimiæ viriditatis super omnes herbas & frondes, vt etiam circunfluum aërem reddat viridem. Huius multa genera, sed præciosus reperitur in Scythia regione deserta, quos custodiunt gryphes animalia leoninum corpus pedes autem caput & alas vt aquilæ, habent quatuor pedes quibus vt leones super terram currunt, per aërem volant vt aues qui seruant prædictos lapides non sibi, sed hominibus auferunt contra quos Arimaspus pergens pugnas, & eis aufert. Gryphes diabolus qui Christum vel fidei gemmam à fidelibus conatur auferre. Sed contra pugnat populus ille habens vnum oculum, id est Christum qui non incedunt duabus viis, nec habent duplex cor, Christúmque vel fidem eius rapiunt Quarta dicitur propter quatuor euangelia.

✠ ANDREAS. Per Smaragdum, qui viridem colorem sortitur, oleóque nutritur, necnon perspicuitatem & venustatem ex illo mutuatur, Ioannis euangelistæ prædicationem infinuari arbitramur. Hic enim animi deiectionem ex peccato ortam diuino oleo serenat excellentíque Theologiæ gratia assiduum fidei vigorem nobis præstat.

c *Sardonix*

c *Sardonix.* Quintus tricolor, niger in imo candidus in medio rubeus in summo, id est, sancti in passione exterius rubei, interius candidi, sed per humilitatem despecti quæ quia ex infirmitate corporis delcendit quod quinque sensibus agitur, quinta dicitur.

✠ ANDREAS. Per hunc humani vnguis colorẽ cum quadã perspicuitate & claritate expri-
tertium Chalcedonius, quartũ Smaragdus, quintum Sardo-
nix, sextum Sardius, septimũ Chrysolithus octauũ Berillus,
mentem, Iacobũ denotari probabile credimus quandoquidem vnus hic ante omnes alios propter Christum corporis mortem sustinuit quam vnguis suo colore delineat. Vnus hic etiam absque vllo doloris sensu abscindi solet.

d *Sardius.* Sextus sanguinei coloris vnicolor, martyrij gloriã significat. Sextus quia sexta feria Crucifixus est Christus. Vel Sardius rubeæ terræ habens speciem, significat sanctos qui licet cum mentis sublimes intellectu, tamen fragilitatis suæ recordãtur attendentes se filios Ade, qui rubra terra dicitur, qui sexta die factus est vnde & sardius sextus inducitur.

✠ ANDREAS. Per Sardium, qui fuluo pellucidóque colore ignem æmulari, & vim tumores, & vulnera per ferrum inflicta sanandi fortitur virtutis pulchritudinem Apostoli Philippi designari arbitror. Hæc enim diuini Spiritus igne incensa spiritalia seductorum vulnera per diaboli insultus & fraudem illata, refocillat & curat.

e *Chrysolithus.* Aureum fulgorem habet & videtur scintillas ardẽtes emittere, id est, spiritualis inter miracula prædicatio aurum superna sapientia scintillis quas emittit, exhortationes vel miracula, quibus ad amorem Dei & proximi accẽdunt significantur quod quia per spiritumsanctum fit, septimo loco ponitur. Inde etiam Chrysolithus dictus quia fulget vt aurum.

✠ ANDREAS. Per Chrysolithum qui rutilante splendore aurum refert beatus fortè Bartholomæus adumbratur siquidem diuina prædicatio pretiosáque virtutum suppellex, hunc admodum mirificè illustrauit.

f *Berillus.* Octauus est prædicantium operatio. Lucet vt aqua sole percussa. Vrit etiam manum tenentis, quia qui sancto iungitur eius conuersatione accenditur, Dicunt & alij quia bicolor est, viridis & pallens, significat sanctos in contemplatione positos virides, sed cura tertenæ administrationis ad paliorem actiuæ vitæ redeuntes.

✠ ANDREAS.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *cuius fides augmentat corpus ecclesiæ mysticum, quod prius erat in vna gente modica Iudæorum, sed modo per fidem trinitatis prædicatam se extendit ad multitudinem gentilium conuersorum, ideò significatur per saphyrum, qui corpus humanum vegetat, & integra membra conseruat.*

1 Tertium Chalcedonius. *Tertius autem articulus est de opere creationis. quod soli Deo conuenit, & valet fides huius articuli contra dæmonum illusiones, vt non adorentur sicut creatores, ideò significatur per Chalcedonium qui valet contra illusiones dæmonum, & virtutes conseruat.*

2 Quartum Smaragdus. *Quartus autem articulus est de opere sanctificationis per gratiam quæ curat casum peccati mortalis, & dat verba perfuasiua in oratione deuota, ideò significatur per Smaragdum qui valet contra morbum caducũ, & in causis dat verbum persuasiuum.*

3 Quintum Sardonix. *Quintus autem articulus est de opere resurrectionis corporum cuius fides humilem facit & pudicum, cogitationem inferendo, quod corpus est corruptibile, sed finaliter ad gloriam resuscitandum debet teneri in humili gestu & apparatu ratione mortalitatis præsentis & mundum ratione glorificationis futuræ propter quod significatur per Sardonicem qui facit humilem & pudicum.*

4 Sextum Sardius. *Sextus autem articulus est de opere glorificationis cuius*

tionis cuius fides generat in animo gaudium & expellit timorem quia cogitans glorificari non timet pro Christo mori, sed etiam aliquando gaudet. Mat. 5. a. Cũ vos oderint homines, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum mentientes propter me gaudete & exultate quoniam mer. vestra co. est in cœlis. *Ideò significatur per Sardium, qui accendit & expellit timorem.*

5 Septimum Chrysolithus. *Primus articulus pertinens ad humanitatem Christi. est de conceptione & natiuitate eius ex virgine, cuius fides confortat humanam naturam in conceptione Christi verbo vnitam & valet contra timores nocturnos vitiorum, eo quod nato Christo in nocte is medio dixit angelus pastoribus.* Nolite timere. *Luc. 2. b.* Et *ibidem subditur.* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: *ideò significatur per Chrysolithum qui confortat intellectum, & per consequens naturam humanam per intellectum ab aliis animalibus distinctam primò Methaphysicæ, & expellit timores nocturnos.*

6 Octauum Berillus. *Secundus articulus est de passione Christi morte eius & sepultura, cuius fides inuictum reddit in tribulationibus huius mundi. 1. Pet. 4. a.* Christo igitur in carne passo, & vos ea. co. ar. *Ideò significatur per berillum qui contra lites inuictum reddit: & sic mitem facit & benignum.*

✠ Nonum

MORALITER.

✝ 1 *Tertium Chalcedonius.* Qui valet contra illusiones dæmonum ideò significat Ioannem dicentem. *Nolite credere omni spiritui sed probate spiritus vtrum ex Deo sint.*

2 *Quartum Smaragdus.* Valens contra morbum caducum ideo significat Iacobum, qui primus inter Apostolos sustinuit martyrium & sic fuit aliis firmitatis exemplum.

3 *Quintum Sardonix.* Faciens humilem & pudicum, ideò significat Iacobum minorem ex vtero matris sanctum.

4 *Sextum Sardius.* Qui gaudium accendit & pellit timorem ideò significat Andream, qui videns à longè crucem sibi paratam, dixit. O bona crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata securus & gaudens venio ad te, &c.

5 *Septimum Chrysolithus.* Qui pellit timores nocturnos, ideò significat, Matthæum qui à sponsa Christi repulit Æthiopem tenebrosum

6 *Octauum Berillus.* qui reddit mitem & facit benignum, ideò significat Simonem, qui audens interpretatur. Mitis enim & benigni proprium est audire pacificè quod dicitur.

✝ Nonum

✠ ANDREAS. Per hunc maris aërisque colorem mutantem, & ad hyacinthinum accedentem, admirabilem Thomam significari verisimile fit quippe qui longa per mare peregrinatione vsque ad Indos peruenit eò ad procurandam illorum populorum salutem à Deo missus.

Topazii nobilitas,

a *Topazius.* Nonus
nonum Topazium, decimum Chrysopassus, vndecimum
quo rarior eo præcio fior & habet duos colores ex auro & æthe rea claritate, maximè lucens cũ splendore solis tangitur superans omnium gemmarũ claritates, in aspectum suum
Hiacynthus, duodecimum Ametisthus. Et duodecim por-
tæ duodecim margaritæ sunt per singulas, & singulæ
portæ erant ex singulis margaritis, et plateæ ciuitatis aurum
singulariter prouocans aspicientes, quem si plus polis obscuras, si naturæ relinquis clarior est: & nihil est carius regibus inter diuitias. Contemplatiuam vitam significat, quam sancti reges omnibus operum diuitiis & gemmis virtutum præferunt & in eam maximè aspectus suos dirigunt, & tanto amplius, quanto frequentius diuina illustrantur gratia. Ex interna charitate color aureus, ex dulcedine contemplationis æthereus quæ ex attritu seculi semper obscurascit, vix enim potest quis simul doloribus attingi, & tranquilla mẽte cœli gaudia intueri Vel si polis quasi si dignitatibus seculi honoras eos & ornas obscuras quia contemplationi minus vacant, vel minoris meriti sunt. Et sicut in octauo actiua vita, sic in nono contemplatiua quæ est angelorum, quorum sunt nouem ordines. Dicunt quidam, quod omnium lapidum colores habet, vnde & nomen habet, quia pan. id est omne. Et inuenitur in insula Ægypti, quæ dicitur topazon, significat sanctos omnibus coloribus virtutum fulgidos.

✠ ANDREAS. Per topazium qui rubri est coloris qui iis opitulari fertur qui ex oculis laborãt lacteum emittens liquorem, beatus Matthæus significatus videtur. Nam is & diuino zelo egregè fuit inflammatus, & sanguine propter Christum fuso dignus est habitus qui corde cæcutiebant illuminaret, modoque genitos fidei lacte illuminaret.

b *Chrysopassus.* In India nascitur viridis aureæque mixturæ. Quidam etiam purpureus cum guttis aureis, significat eos qui virorem æternæ patriæ charitate merentur, & aliam purpuream martyrij ostendunt, & quia exemplum domini sequuntur, in India, id est, prope ortum solis sunt & cum Christo regnare expectant. In denario numero sunt, & decalogus implebitur per dilectionem quæ non finit igitur in Chrysopasso, opus martyrij signatur & præmium. Chryson aurum passos portum dicitur.

✠ ANDREAS. Chrysopassum, qui auri colorem auro ipso altius imbibit, beatum Thaddæum qui Abgaro regi Edessæ Christi regnum per aurum eiusdem autem mortem per passum designatam prædicauit, significari existimo.

c *Hiacynthus*

c *Hiacynthus.* Vndecimus cum aëre mutatur in sereno perspicuus, in nubilo obscurus, significat discretissimos doctores omnibus qualitatibus, moribus, ætatibus, intellectibus se contemperantes, vt Paulus qui dicebat sapientiam loquimur inter perfectos. Item. *Non potui vobis loqui, &c.* Item. *Quia infirmatur &c.* Item. *Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.*

1. Cor. 2. b. Ibidem. 3. a. 2. Cor. 11. g 1. Cor. 9. d.

✠ ANDREAS. Hiacynthũ qui cærulæi aëreíque coloris speciem per se gerit ad Simonẽ tanquam charisma tum & gratiarum Christi Zelatorem, cœlestémque prudentiam haud vulgarem fortitum non incommodè retuleris.

d *Ametisthus.* Duodecimus purpureus, mixto colore violæ & rosæ quasdam flammulas de se effundens. Purpureus color, significat cœlestis regni habitus, & angelicæ societatis principatum ad quem venturi sunt sancti. Viola humilem sanctorum verecundiam, cum odore bonæ operationis. Rosa preciosam mortem martyrum, qui non modo inter se, sed etiam ad inimicos & persecutores flammas charitatis emittunt. Significat igitur Ametisthus cœlestis regni semper memoriam in cordibus humilium, & illam egregiam virtutem, vt etiam pro inimicis orent, & de salute eorum curent, quæ est virtus virtutum Colorum varietas, virtutum multiplicitas.

✠ ANDREAS. Per Ametisthum, qui ignis formam spectantibus exhibet, Matthiam significari coniicio: vt qui in linguarum distributione cœlesti igne affatim sit afflatus, & ob inflãmatum Deo à quo electus erat, seruiendi & placendi desiderium idoneus census qui in prolapsi Iudæ locum sufficeretur. Hæc autem ex iis in medium attulimus quæ sanctus Epiphanius de lapidibus istis disseruit, tribunúmque Israelis principibus accómodauit idque ad illorum exercitationem qui in hæc quasi ænigmata suo fortè tempore incident. De veritate quidem nonnullam coniecturam facientes, accuratam autem earum rerum noticiam soli Deo qui isthæc patefecit relinquentes. Interim Apostoli sunt vera Ecclesiæ fundamenta, lapidéfque verè precioſi, &c.

e *Et duodecim portæ.* Quasi dicat, dixi esse. 12. portas, & cũ ita sint. 12. illæ portæ, id est prophetæ introducẽtes ad fidem trinitatis ex quatuor mundi partibus, *Per singulas.* id est per institutionem singulorum: *sunt margaritæ.* id est imitatores eorum, qui de quacunque parte mundi ad fidem trinitatis vocentur, sunt splendidi virtutibus.

f *Singulæ portæ, &c.* Quasi dicat Ad hoc vt essent portæ, oportuit esse margaritas.

g *Plateæ ciuitatis aurum.* Id est sapientia, vel claritate pleni, mundi à criminali macula.

Vitrum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nonum Topazius. *Tertius articulus ad humanitatem Christi pertinens, est de descensu animæ eius ad inferos, cuius fides valet contra pericula à dæmonibus inferenda, quia per hunc descensum fuerunt spoliati & potestas eorum diminuta ideo significatur per Topazium qui valet contra iram, id est contra lunaticam passionem, quæ frequenter per dæmones iratos excitatur vel augmentatur.*

2 Decimum Chrysopassus. *Quartus vero articulus est de resurrectione Christi, quæ est causa nostræ resurrectionis futuræ propter quod fides eius valet contra corruptionem corporis & animæ per peccatum nam omnis corruptio tolletur in resurrectione Christi. Ideo designatur per chrysopassum qui valet contra lepram.*

3 Vndecimum Hyacin. *Quintus articulus est de ascensione Christi ad cœlos in humanitate assumpta cuius fides dat vigorem fidelibus vt ipsam sequantur tanquã membra eius: Col. 3. a.* Quæ sursum sunt vt ipsam sequantur tanquã membra eius: *Col. 3. a.* Quæ sursum sunt sapite, &c. *propter quod significatur per hyacinthum, qui dat membris vigorem*

vigorem, & salutiferum facit saporem.

4 Duodecimum Ametisthus. *Sextus articulus est de aduentu ad iudicium in quo apparebit Christus in forma humanitatis gloriosa, cuius fides reddit hominem sollicitum & vigilem, vt in illo tremendo iudicio, de factis, dictis & cogitationibus suis possit reddere rationẽ. Ideò significatur per Ametisthũ, qui facit vigilẽ expellit malã cogitationẽ.*

5 Et duodecim portæ. *Hic consequenter agitur de ornamento portarum cum dicitur.*

6 Duodecim margaritæ sunt per singulas. *Scilicet portas. Licet autem margarita sit nomen vnius speciei, quæ gallicè vocatur perle, tamen hic & in pluribus locis sacræ scripturæ accipitur generaliter pro quolibet lapide precioso. Quales autem sint lapides istarum duodecim portarum non exprimitur propter quod probabiliter videtur quod sint eiusdem speciei cum duodecim prædictis, & etiam eiusdem significationis.*

7 Et plateæ ciuitatis. *Hoc iam expositum suprà.*

✠ Et templum

MORALITER

✝ 1 *Nonum Topazius.* Qui valet cõtra lunaticam passionem ideò significat Bartholomeum, qui filiam regis Ptolemij ab hac passione curauit, & baptizauit.

2 *Decimum Chrysopassus.* Qui valere dicitur contra lepram ideo significat Thomam, qui per diligentiam inquirendi veritatem resurrectionis repulit à nobis lepram infidelitatis.

3 *Vndecimum Hyacinthus.* Qui dat membris vigorem: ideò significat Philippum, qui debilitatos & ægrotantes ex flatu draconis restituit ad vigorem perfectæ sanitatis.

4 *Duodecimum Ametisthus.* Qui facit vigilem & repellit malam cogitationem, ideò significat Iudam qui interpretatur confitens, siue laudans nam confessio culpæ & laudis diuinæ vigilem facit & cogitationem malam repellit. Iste verò proprietates lapidum acceptę sunt de libro qui dicitur de proprietatibus rerum.

† *Et singulæ portæ erant ex singulis margaritis.* Sicut Apostoli dicti sunt fundamenta, ita possunt dici portæ &

Universidad de Deusto Biblioteca

A a *Vitrum perlucidum*. Id est, nullas sordes in se zelantes. Vel quia possunt mali in operibus nequitiam suam velut in speculo cognoscere.

b *Et templum non vidi in ea, &c.* ✠ ANDREAS. Quorsum opus est illi externo & sensibili templo, quæ Deum in quo viuimus, mouemur, & sumus, habet custodem & defensorem? Is enim Sanctorum templum & incola est: quia iuxta promissionem suam habitat & ambulat in illis: & Agnus Dei, qui propter nos iugulatus est, cui etiam viuificus Spiritus per essentiam coniunctus est. Atque hoc per fluuium, cuius paulò pòst fit mentio, disertè significatur.

† Esa. 60. d.

B c *Nõ eget sole, neque* Hic egent ad seruitium sole & luna ibi non, Deus enim plene illuminabit, eos, *Vel non eget sole neque luna*. Id est, maioribus vel minoribus prædicatoribus.

✠ AVGVSTINVS.

L. mannalis c. 17. Illic est iugis splendor, non ille qui nunc est, sed tanto clarior quanto fœlicior: quia ciuitas illa (vt legitur) non egebit Sole, neque luna sed Dominus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus. Vbi sancti fulgebũt vt stellæ in perpetuas æternitates, & sicut splendor firmamenti qui erudiunt multos Quapropter noxia ibi nulla, nullæ tenebræ concursus nubium nullus, nec frigoris ardorisve asperitas vlla: sed talis erit rerum temperies, quam nec oculus videt, nec auris audiuit, &c.

d *Et ambula.* Tanta erit lux in futuro, quod vsque ad finem mundi, *ambulabunt Gentes*. Id est, promouebuntur de bono in melius.

e *In lumine*, In spe huius luminis, vel per lumen, vel per lucem vel per radios cognitionis eius.

a ¶ Hoc est, locus orationis & oblationis, quæ ibi locum non habebit.

a mundum tanquam vitrum perlucidum. Et templum non vi- 1

b ¶ Id est, omnium de requies.

di in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius 2

a ¶ Similiter est templum eius. b ¶ Lumine fidei. c ¶ Scientia a qua fit. d ¶ Adhoc.

c est & agnus. † Et ciuitas non eget sole, neque luna, ut luceant 3

a ¶ Id est, trinitas. b ¶ Id est, lumine, scilicet, continens deitatem.

in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est 4

a ¶ Id est, humanitas. b ¶ Ad aliorum illuminationem. c ¶ Minores & subditi. ¶ Maiores.

d agnus. Et ambulabunt Gentes * in lumine eius, & reges terræ 5

e a ¶ Id est, acquisitos, pro quibus coronabuntur. b ¶ Puritatem conscientiæ. 6

f c ¶ Pro ea habenda. ¶ Ad videndum & laudandum Deum intellectus & affectus 7

* quæ seruatæ fuerunt

-& honorẽ

g afferent gloriam suam, & honorem in illã. † Et portæ eius 8

a ¶ Hoc de futuro. ¶ Per aliquam aduersitatem.

† noctem

h non claudentur per † diem. Nox enim non erit illic, & affe- 9

a ¶ In ipso futuro. ¶ Id est, repræsentabunt Deo patri. b ¶ Glorificatas Gentes. 10

c Id est, puritatem conscientiarum Gentium. ¶ Vel ea.

i rent gloriam & honorem Gentium in illam. Non intrabit in 11

a ¶ Cum aliis per consensum inquinatum quantum ad peccatum cordis. b ¶ Id est, aliquid criminale. c ¶ Quantum ad peccatum operis.

eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & 12

a ¶ Mendacium facit qui in mendaciis ostendis delectatur. ¶ Vel quantum ad peccatum oris. ¶ Quasi quid per singula nemo intrabit nisi. b ¶ Id est, humanitatis per quam dabitur. 13 14

mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. 15

f *Reges ter.* Id est, illi maiores qui regũt terrenitatem suam & aliorum.

g *Et por.* In præsenti aliquando subtrahitur prædicatio, ne fures intrent & conculcent dum nox est id est, locus insidiarum: sed quia ibi dies perpetua, & omnis timor auferetur.

h *Afferent* Ad similitudinem victorum qui spolia in suas vrbes ferunt, † Isa. 60. c.

i *Non intrabit in eã.* Dicta honestate ciuitatis ne quisquam falsus frater ad aliquem horum graduũ pertingere præsumeret, determinat qui sunt intraturi, quasi non.

-Et afferent gloriam & honorẽ Gẽtium in illam

E

✠ AMBROSIVS. Inquinatos vocat eos qui se diuersis sceleribus inquinauerunt. Abominationem faciunt, qui malum operantur, Nihil enim abominatur Deus nisi malitiam. Possumus per mendacium omne peccatũ intelligere: scimus enim quia Deus veritas est: peccatum verò deceptio est animarum. Quicquid ergo contrarium est veritati, atque ad deceptionem animarum pertinet, mendacium rectè dici potest. In die itaque iudicij exibũt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c. F

☞ CAP.

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et templum. *Hic consequenter describitur superna Ierusalẽ, quãtum ad dei cult. Ad cuius intellectũ sciẽdũ quod cultus dei tempore veteris Testamenti fuit figuralis respectu cultus qui obscuratur tẽpore noui.* 1. *Cor.* 10. *c.* Omnia in figura contingebãt illis. *Cultus vero Testamenti noui & suo modo figuralis respectu cultus cœlestis nã militans ecclesia repræsentat prout potest cœlestia preconia, vnde dicitur in illa prosa: Supernæ matris gaudia repræsentet ecclesia, quæ quidẽ repræsentatio fit in tẽplo materiali & per corporalia obsequia, status vero supernæ beatitudinis non est figuralis alicuius expectati vel nõ habiti: nã Deus clarè videtur ibi:* Et præsentialiter habetur & veneratur. *Propter quod dicit beatus Ioannes:* Et templum non vidi in ea. *Quia Deus non colitur ibi per figuralia, sed in sua præsentia. Ideo subditur.*

2 Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus. *Nam beati reficiuntur interius in aspectu diuinitatis, exterius verò in aspectu humanitatis Christi. Et sic vtramque naturam colunt & adorant, inquantum humanitas est diuinitati coniuncta.*

3 Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea. *Id est, illustratione corporali.*

4 Nam claritas Dei illuminabit eam. *Quia perfectè electi illustrantur.*

5 Et ambu. Gen. *Id est electi.*

6 In lu. ei. *Nam omnia faciunt ex illustratione Dei.*

7 Et re. ter. af. *Rex dicitur a regendo, omnia verò corporalia & homines per angelos sanctos administrantur & reguntur propter quod hic & in pluribus aliis sacræ scripturæ locis angeli reges terræ dicũtur ex electis vero qui per eorũ administrationem ad beatitudinem deducuntur, eorum gloria augmentatur. Et secundum hoc afferre gloriam suam in supernam Ierusalem hic dicuntur.*

8 Et portæ. non cl. *Nam à tempore passionis Christi, per quam aperta sunt ianuæ cœli manent & manebunt apertæ: nam ibi statim recipiuntur animæ purgatæ. Dicitur autem tempus à dicta passione dies quia tunc sanctis patribus in limbo detentis data fuit lux gloriæ: propter quod Christus dixit latroni pendenti in cruce:* Hodie mecum eris in paradiso. Lu. 23. f.

9 Nox enim non er. il. *Quasi dicat, portæ tuæ de cætero non claudentur quia dictum est, quod non clauduntur per diem,*

10 Et affe. glo. *Modo prædicto.*

11 Non intra. in eã ali. co. *Titio carnis.*

12 Aut abo. fa. *Id est, peccatum contra naturam.*

13 Et men. *Id est, hypocrisim quæ est mendacium in facto. Et vt excludatur omne alium peccatum, subditur.*

14 Nisi qui. *Id est, in diuina prædestinatione, & hic liber etiam dicitur liber,*

15 Agni. *Id est, Christi, inquantum est vnus Deus cum patre.*

✠ NICOL.

MORALITER.

✝ exponit de eis prædictæ margaritæ, sicut iam sunt expositæ.

1 *Et templum non vidi in ea.* Nam in ciuitate cœlesti nihil figurale reperitur, sed Deus in seipso adoratur.

✝ *MORAL.*

☞ CAPVT XXII.

A a E *T osten.* Postquam situm ciuitatis, dignitatem eius, & muros & fundamenta ostendit, describit refectionem quam Deus ciuitati prebuit, & in præsenti, & maximè in futuro. In præsentia deitatis vel in imitatione vitæ agni, qui propo suit nobis in se exẽplum.

b *Fluuium.* Id est, aquam fluentem, id est, æternam beatitudinem. In specie aqua notatur per ablutionem baptismi ad hoc peruenisse.

c *De sede Dei.* Id est de illis in quibus principaliter sedebit Deus, quia in illis maximè est, & per instructionem eorũ minores coronabuntur.

† Ezec. 47. c

B

CAPVT XXII.

a ¶ Aeternam beatitudinem. b ¶ Quia refrigerat post laborem & æternaliter viuificat. c ¶ Quia æternaliter fulgebunt.

a E T ostendit fluuium aquæ viuæ splendidum 1

a ¶ Propter cordium & corporum transparentiam. b ¶ Id est de maioribus qui sunt sedes Dei in minores.

b tanquam crystallum procedentem de sede 2

a ¶ Id est in communi eorum qui latiori via incesserunt

c Dei & agni. † In medio plateæ eius, & ex v- 3

d a ¶ In via & patria beatitudinis. b ¶ Christus. c ¶ Mercedem immortalitatis. ¶ AEternaliter. 4

e traque parte fluminis lignum vitæ afferẽs fructus duodecim 5

f 6

✠ AMBROSIVS. Fluuius iste qui gloriam Sanctorum designat, splendorem chrystalli habere dicitur, quia vnicuique fidelium secundùm qualitatem operum suorum refulget, sicut dicit Apostolus: *Stella à stella differt in claritate.* De sede Dei & Agni procedere dicitur, quia ab ipso procedit omnis gloria Sanctorum, qui author est omnium bonorum. Qui etiam in medio plateæ ciuitatis decurrere dicitur, quia corda Sanctorum perpetua suauitatis dulcedine lętificabit.

1. Cor. 15.

d *Et ex vtra.* Circa flumen, id est, in hac vita habemus *lignum vitæ*. Id est corpus & sanguinem Christi, in quibus reficimur, vltra flumen id est in futuro habebimus ipsũ præsentẽ. Vel per circa flumen accipiamus tempus ante baptismum, per vltra illud quod fuit post baptismum, vt denotemus fideles & in veteri & in noua lege saluatos per Christum, quod significauit Moyses qui duxit filios Israel vsque ad flumen Iordanis, & Iesus filius Naue, qui de flumine Iordanis duxit eos in terram promissionis. D

e *Lignum vi.* Quasi, ipse refectionem dat, ipse etiam dat eis qui pararent eos quibus ipse reddat: & hoc est, *affe. fru. duodecim.*

Lignum. Alia litera: Lignum vitæ reddẽs fructum suum per duodecim menses, id est, per duodecim Apostolos, qa Christus dies & annus: apostoli, horæ vel mẽses, vt ibi: dicitur *Nõnne duodecim horæ sunt diei?* Quasi dicat, vos estis subditi mihi, & mihi seruiendum est non vobis. Et alia ligna sunt ibi reddentia fructum suum, id est, sancti qui reddent pro meritis præmia sibi subditis. Io. 11. b. E

f *Fruct.* Id est, prophetas & Apostolos in fidem trinitatis per quatuor mundi partes fructificantes.

✠ AMBROSIVS. Per vnum vitę lignum, vnus Christus designatur, qui est vita sanctorum fidelium: per vtramque verò partem fluminis, possumus & angelos & homines intelligere. Vtramque igitur partem fluminis lignum vitæ obtinebit, quia & Angelos & homines sanctos Christus æqualiter possidebit. Fructus, duodecim Apostoli sunt, omnésque qui eorum doctrinam sunt sequuti: Menses singuli, tempora sunt ab initio mundi vsque ad finem eius. Per menses ergo singulos lignum vitæ feret fructum suum, quia omnes electos qui singulis temporibus fuerunt, & erunt vsque ad finem, in cœlesti beatitudine Patri repræsentabit,

☞ *Et folia*

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XXII.

✠ E T ostendit, &c. *Hic vltimò describitur superna Ierusalem quantũ ad refectionem ciuium. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur hoc conuiuium. Secundò conuiuarum exercitium, ibi:* Et omne maledictum non erit, &c. *Circa primum sciendum, quod refectio beatorum non intelligitur a nobis, nisi per similitudinem corporalium. Ad refectionem autem corporis duo requiruntur, scilicet, cibus & potus. Primò ergo describitur potus, cum dicitur.*

Diuisio C

1 Et ostendit, &c. *Per quem intelligitur spiritussanctus, vnde dicit Saluator Io. 7. f. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ, quod exponens euangelista subdit: hoc autem dixit de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Spiritus autẽ sanctus cui appropriatur bonitas & suauitas, reficit beatos per modũ dulcis potus, ideo significatur per fluuium aquæ viuæ, id est, dantis gloriã vitæ.*

2 Proce. *Nam spiritussanctus ex patre & filio procedit.*

3 In me. *Ad reficiendum totum consortium beatorum.*

4 Et ex vtra. *Hic consequenter describitur refectio cœlestis quantum ad cibum, cum dicitur,* Et ex. vtra. per fi. *Id est, hinc & inde.*

5 Lig. vi. *Id est, Christus qui secundum diuinitatem est, vbicumque, sicut & spiritussanctus, cum vnum sint in essentia,*

6 Affe. fru. *Qui etiam dicuntur fructus spiritus, Gal. 5. d. Nam indiuisa sunt opera trinitatis, & per consequens filij & spiritussancti. Sciendum tamen, quod isti fructus aliter habentur in via per gratiam, & aliter in patria per gloriam, sicut dictum est de quatuor virtutibus cardinalibus ca. prece. sic sunt alij actus viatoris & comprehensoris. Primus ergo fructus, vt Gal. 5. dicitur, est charitas, quæ in patria est in Deum visum totaliter per amorem transformari. Secundus est gaudium qui est in Deo viso delectari. Tertius est pax qui est in ipso totaliter quietari, Quartus est pat. ẽtia, qui in via est in aduersariis nõ frangi, in patria vero vbi nulla est aduersitas, est in Deo firmiter stabiliri. Quintus est benignitas, id est, bona igneitas quæ est in beatis ad amorẽ proximi inflammari quantum ad effectum, vnde in eis est vnus ardor cordium, vt dicitur in illa prosa: Supernæ matris gau. &c. Sextus est bonitas. i. diffusio proprij boni ad proximum secundum effectum, nam bonum est sui diffusiuũ bonum autem vnius beati redundat in alterum, nam vnus gaudet de alterius bono, sicut de suo proprio. Septimus est longanimitas, quæ est æquanimis expectatio boni futuri: animæ verò beatorũ æquanimiter expectant gloriam corporis. Octauus est mansuetudo, quæ est in via iræ moderatio: sed in patria non habet locum ita quantum ad suum materiale, quod est accensio sanguinis circa cor sed quantum ad suũ formale. quod est appetitus vindictæ habet ibi locum quia beati vindictam appetunt obstinatorum peccatorum, secundum illud Psal. 57. b.* Lætabitur iustus cum vi. vindictam manus suas lauabit in sanguine peccatoris. *Et quoniam appetitus iste moderatus est in beatis secundũ regulam diuinæ iustitiæ: ideò secundum hoc est ibi mansuetudo. Nonus est fides, quæ si accipiatur vt est virtus theologica, non est in patria, cum sit de non apparentibus, Heb. 11. sed ei in patria succedit visio clara. Si autem accipiatur fides pro fidelitate, sic est in beatis maxime. Decimus est modestia, qui excellenter est in patria, nam vires inferiores animæ sunt omninò superioribus subiectæ. Vndecimus est continentia, est autem contineus qui concupiscentias inordinatas patitur sed ab eis non deducitur, contra passiones fortiter se tenens, huiusmodi verò concupiscentiæ non sunt in patria: propter quod non est ibi continentia quantum ad concupiscentias pati, tamen est ibi quantum ad non deduci: nã beati non possunt in aliquod malum flecti. Duodecimus est castitas, quæ prout importat mundiciam, est in patria: nam in eam non intrat aliquid coinquinatum, vt dictum est supra, est charitas & gaudium, &c.*

Duodecim fructus spiritus

✠ Per

MORALITER.

✝ 1 *Et osten. &c.* Hoc literaliter exposuit de processu spiritussancti, qui à sanctis in patria videtur, licet non comprehendatur, vita veræ cœlestis in sacræ scripturæ studio inchoatur sicut dicit Hiero. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris: Oro te frater charissime inter hæc viuere, ista meditari: nihil aliud nosse, nihil aliud quærere. Nónne videtur tibi iã hic in terris regni cœlestis habitaculum, &c. Propter quod hoc flumen dici potest sacra scriptura, quæ per reuelationem procedit à sede Dei & agni aquæ viuæ: nam ab eo qui est vita per essentiam fluit per reuelationem, & refluit per claram visionem, ipsa est fons salientis, id est, salire facientis in vitam æternam, Ioan. 4. sicut aquæ materiales à mare fluunt & in mare reuertuntur.

4 *Et ex v.* Id est, Christus, vtraque enim pars huius fluminis est vetus testamentum & nouum, & in vtroque describitur Christus: in nouo tamen magis clarè.

6 *Afferens fructus duode.* Qui exprimitur, Gal. 5. d. Fructus autem spiritus.

✝ *Per*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Et folia ligni.* Quasi dicat. Et quod Christus reddet fructum hoc erit sic, quòd apostoli & post eos alij etiam spargent folia ipsius Christi.

✠ Ambrosius. Folia ligni verba sunt Euangelij, quæ sanitatem multis gentibus præstiterunt. Et est sensus. Omnes gentes quæ per doctrinam Euangelij à languoribus animarum saluæ sunt factæ in cœlesti beatitudine constituet.

b *Sed sedes Dei & agni, &c.* ✠ Andreas. Qui facti sunt thronus Dei per requiē quam Dominus in illis capit, ij germani ciuitatis illius habitatores censebuntur videbúntque ipsum non per ænigmata,

B sed facie ad faciem quemadmodum visus est sanctis Apostolis in monte, vt magnus ait Dionysius: habebúntque pro aurea lamina quam summus Sacerdos olim ferebat, diuinum nomen non tam in frontibus descriptum, quàm in cordibus impressum. Indicat autem id firmam, liberam immutabilem dilectionem qua in illum feruntur. Etenim inscriptio in fronte, honestæ cuiusdem libertatis argumentum est.

1.Cor.2. c *Et videbunt faciem, &c.* ✠ Ambrosius. Quanta sit gloria & suauitas quæ sanctis ministrabitur, mens humana comprehendere non potest, sicut dicit Apostolus: *Quod oculus non vidit, &c.* Sed omnem dulcedinem atque suauitatem illud transcendet, quando videbunt Deum facie ad faciem.

Soli loquio tum.c.36. ✠ Avgvstinvs. Cùm peruenerimus ad te, sapientiæ fontem, lumen indeficiens, lucem inextinguibilem, vt te non iam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem videamus D tunc satiabatur in bonis desiderium nostrum: quia nihil erit exterius quod desideretur, nisi tu Domine, summũ bonum. Ibi videbimus, amabimus, & laudabimus. Videbimus in lumine tuo lumen tuum, quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Quale autem lumen? lumen immensum, incorporeum, incorruptibile, incomprehensibile, indeficiẽs inextinguibile, maccessibile, increatum, veridicum, diuinum, quod illuminat oculos angelorum, &c. Quid est autem videre facie ad faciem? Hoc est cognoscere veritatem tuam, & gloriam tuam. Hoc est cognoscere Patris potentiam, Filij sapientiam, Spiritus sancti clementiam, summæ Trinitatis vnam & † sanctorũ indiuiduam essentiã. Videre enim faciem Dei viui, hoc est summum bonum, gaudium angelorum, præmium vitæ æternæ, gloria spirituum, lætitia sempiterna, corona decoris, brauium fœlicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum & externum gaudium, paradisus Dei, Hierusalem cœlestis, vita beata, &c.

d *Et dixit mihi.* Sicut in principio posuit commendationem visionis, sic etiam iam ad vltimum ponit.

e *Dominus.* Et bene debes credere, qa ille q in potestate habet dona spiritussancti p quẽ locuti sunt omnia prophetę dixerũt.

f *Angelum suum, &c.* Sicut angelus Ioanni: sic Ioannes commendat discipulis suis quasi dicat, non propter me facta est hæc annunciatio mihi, sed vt vos mihi credatis.

☞ *Et post* F

a ¶ Per singulas ætates, vel assidue. b ¶ Refectionem: c ¶ Id est, præcepta Christi quæ regunt & ornant fructum. 1

a per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni 2

a ¶ Si implentur. b ¶ Id est, subtractio gratiæ non fiet amplius. ¶ Peccatum propter quod meretur male dictionem. ¶ Id est, æternaliter requiescet Deus trinitas & Christus homo in illis.

ad sanitatem Gentium. Et omne maledictum non erit am- 3

a ¶ Non timoris, sed dilectionis. b ¶ Nullo modo inquietabunt.

b plius, sed sedes Dei & agni in illa erunt, & serui eius seruient 4

a ¶ Non ænigmate vt nunc, sed sicut est. b ¶ Dei vocabuntur & agni. c ¶ Id est, in aperto sicut in aperto eum confessi sunt. 5 6

c illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eo- 7 8

a ¶ Aliqua ignorantia. b ¶ Id est, doctrina veteris legis vel alicuius mediocris prædicatoris.

rum. Et nox vltra non erit, & non egebunt lumine lucernæ 9

¶ Lumine aliorum.

neque lumine solis, quoniam dominus Deus illuminabit il- E

¶ Cum eo ostenderat. ¶ Quod repugnat ad egere lumine aliorum ¶ Idem angelus qui cætera a ¶ Id est, quicquid verbis & figuris ostendit mihi.

d los, & regnabũt in secula seculorũ. Et dixit mihi: † Hęc vẽba 10 11

a ¶ Quia adimplebuntur. ¶ Id est, habilia quibus fides adhibeatur. †supr.22.b

e fidẽlissima sunt & vera. Et dominus Deus † spiritũ propheta 12

a ¶ Non regulas, non prophetias. ¶ Non timore. b ¶ Quia non possunt remanere inexpleta. 13

f rum misit angelũ suũ, ostendere seruis suis quæ oportet fieri 14 15 16

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Per menses singulos. &c. *Mensis apud Hebræos incipit à prima lunatione, propter quod nouitatem designat, per singulos intelligitur continuatio, & sic per menses singulos intelligitur æternitas huius fructus, quia semper manet in sua nouitate & sua duratione. Et hoc modo dicitur Isa.vlti.g. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, &c.*

2 Et folia ligni ad sanitatem Gentium. *Per folia intelliguntur verba etiam secundum communem modum loquendi. Ergo folia ligni sunt verba Christi in euangelio contenta, quæ sunt ad sanitatem Gentium. Nam per prædicationem euangelij Gentes per orbẽ dispersæ conuersæ sunt ad Christum.*

3 Et omne maledictum non erit, &c. *Hic consequenter describitur conuiuarum. Circa quod sciendum, quod in conuiuiis carnalibus solent homines relaxare linguas suas ad blasphemias & conuitia, propter quod dives epulo positus in inferno, magis cruciabatur in lingua, Luc.16.d. Hoc autem remouetur à conuiuio cœlesti, cum dicitur:* Et omne ma. non erit ma. *Sed gratiarum actio & vox laudis,*

4 Sed sedes Dei & agni in illa erunt. *Nam ibi maximè relucet eorum maiestas.*

5 Et serui eius. *Scilicet, angeli sancti & beati.*

6 Seruient illi. *Exequendo quidquid placitum est ei.*

7 Et videbunt faciem eius. *Clarè & apertè.*

8 Et nomen eius in frontibus eorum. *Id est, manifestè patebit omnibus, quòd sint serui eius.*

9 Et nox vltra nõ e. *Hoc expositum est supr. hic tamen repetitur ad maiorem assertionem. Et quia seruire Deo, est regnare, ideo sequitur.*

10 Et regnabunt in secula seculorum. *Id est, æternaliter à parte post.*

11 Et dixit mihi. *Hæc est vltima pars principalis huius libri quæ ponitur in fine per modum epilogi. In quo primò ponitur huius libri commendatio. Secundò præscriptorum breuis recitatio, ibi:* Qui nocet, *Tertio dictorum confirmatio, ibi:* Contestor enim. *Circa primum dicitur:* Et dixit mihi. *Angelus.*

12 Hæc verba. *A te scripta.*

13 Fidelissima & vera sunt. *Nam à prima veritate processerunt. Ideo subditur.*

14 Et dominus Deus spiritum prophe. *Licet vnus spiritus sanctus tangat mentes omnium prophetarum, tamen effectus eius sunt varij & multi in mentibus ipsorum.*

15 Ostendere seruis su. *Per Ioannem.*

16 Quæ oportet fieri cito. *Quia sunt præordinata à Deo cuius ordinatio non potest frustrari. Ideo subditur.*

✠ Et ecce

MORALITER.

✝ 1 *Per menses singulos.* Mensis dicitur à mene quod est defectus isti verò fructus reuelant singulos defectus.

2 *Et folia ligni, &c.* Folia possunt dici Christi verba quibus multitudo Gentium est ab infidelitate sanata.

3 *Et omne male. non erit am.* Nihil enim continetur in sacra scriptura, quod non sit inductiuum ad bonum.

4 *Sed sedes Dei & agni in illa erunt.* Nam in ipsa vtraque reperitur descripta.

5 *Et serui eius.* Id est, deuoti studentes.

6 *Seruient illi.* Prædicando populis & Deum colendo.

7 *Et videbunt faciem eius.* Per speculum & in ænigmate in præsenti, & facie ad faciem in futuro.

8 *Et nomen eius* (scriptum est) *in frontibus eorum.* Per fidelem & apertam confessionem.

9 *Et nox.* Id est, nulla obscuritas, sed visio clara. Cætera patent vsque vbi.

✝ *Et postquam*

a *Et postquam audissem, & vidissem.* Hic dat nobis intelligere, A quòd pro his in veneratione debemus eum habere nec tantum eum sed Deum adorare, & per obseruantiam verborum libri parificationem angelorum consequi.

b *Et fratrum tuorum prophetarum & eorum qui, &c.* Non sunt à munere prophetiæ munere alieni putandi: qui habent gratiam interpretandi: vt Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius.

✠ Ambrosius. Sed cur Ioannes repetiit quod antea prohibitum fuerat? In superioribus

†supr.19.b. aliis visionibus multis nullo modo angelum adorare voluit, cùm autem demonstrãtum ei esset,

B qualiter Ecclesia post resurrectionis gloriam, Christo in æternum cum illo regnatura, continuò angelum adorare voluit. Coniungitur nãque Ecclesia quotidie Christo per fidem, cæteráque bona opera, quæ per

† Isa.44.a. supr.1.b. & d byssum designantur h Coniungetur verò ei post resurrectionẽ multo excelsius atque nobilius, nõ iam per partes, sicut modo, sed tota simul inæternum cum illo mansura, & sine fine regnatura. Igitur Ioannes bis angelum adorare voluit, quia binas coniunctiones Ecclesiæ cum Christo ei demonstrasse.

Quæst. 61. super. Gen. C ✠ Avgvstinvs. Talis apparuerat angelus, vt pro Deo posset adorari: & ideo fuerat corrigendus adorator.

✠ Haymo. Dicendum, quia aut magno visionum stupore perculsus, oblitus fuerat eorum quæ supra audierat, *Vide ne feceris*: aut certè potest esse repetitio superioris sententiæ.

✠ Richardvs. Vel certè per hanc iterationem innuit, quantam humiliationem, quantámque venerationem nostris prælatis, quorum verbo vel ministerio gratia nobis spiritualis confertur, debeamus exhibere. Sed prælati dum ipsis caput inclinamus, non propter se, sed propter Deum volunt sibi exhiberi honorem quo eos veneramur. Vnde & bene angelus post prohibitionem adiecit, *Deum adora.*

c *Qui nocet, noceat adhuc.* Quia posset obiici quòd malum esset prophetare malis cum grauius essent inde puniendi, dictum D est sibi, ne ideo cesset quia iustum est.

d *Qui in sordibus est sordescat adhuc.* Alia litera. Qui in sordibus est, sordescat adhuc, & iustus iustificetur adhuc

✠ Ambros. Nõ præcipiendo dixit: *Qui nocet, noceat adhuc*, sed comminando. Solẽt quippe homines hoc genere locutionis, terrere quosdam sibi subiectos, sicut magistri solẽt dicere pueris vacãtibus. Nolite legere. Nolite legere illi verò intelligentes cõminationẽ esse hoc, statim incipiunt legere. Hoc etiam domini seruos otio torpentes terrere solent, vt opus sibi iniunctum citius expleant. E

e *Et qui iustus est, &c.* ✠ Avgvst. Gratia meretur augeri, vt aucta mereatur perficiri: comitãte nõ ducẽte: pedissequa, nõ præuia volũtate. Epist.106.

✠ Idem. Intelli gamus Spiritum sanctum habere qui diligit, & habendo meretur, vt plus habeat: & plus habẽdo, plus diligat. Tract.74. in Io.

f *Ecce ego venio cito.* Arethas. Dictum est citò, aut comparatione ad infinita secula, aut ad exultationem eorum qui susceperunt retributionem; aut etiam quia ineuitabiliter & absque longa dilatione futurum est.

g *Et merces mea, &c.* ✠ Ambrosius. Sæculi homines, mercedes quas sibi seruientibus debent reddere, aut in sacculis, aut F in horreis, aut in quibusdam terræ locis habent: Christus autẽ præmia suorum secum semper habet: ab ipso enim procedit modo omnis bonitas Sanctorum, ab ipso & in futuro procedet omnis gloria eorum.

h *Ego sum α & ω.* ✠ Tertvl. Duas Græciæ literas summam & vltimam sibi inducit Dominus initij & finis, concurrentium in se figuras: vti quemadmodum α ad ω vsque voluitur, & rursus ω ad α replicatur, ita vt ostenderet in se esse & initij decursum ad finẽ, & finis recursum ad initiũ: vt omnis dispositio in eũ desinens per quem cœpta est per Sermonem Dei qui caro factus est, proinde desinat, quemadmodum & cœpit. L. de Monogamia, ca.5.

☞ *Beati*

¶ Et vere cito fiet, quia ipse dicit. a ¶ Et hoc dixit. ¶ Beatus, &c. b ¶ Opere complet.

cito. Et ecce venio velociter. † Bẽatus qui custodit verba 1

a ¶ Qui nihil falsum soleo vobis dicere. b ¶ Verba.

prophetiæ libri huius. Et egõ Ioannes qui audiui, & vidi 2

¶ Figuras. ¶ Id est humiliani me.

a hæc. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi vt adorarem 3

a ¶ Q.d. pro hac causa.

ante pedes angeli qui mihi hæc ostendẽbat. Et dixit mihi: 4

a ¶ Caue. b ¶ Propter humanam naturam in Christo exaltatam. ¶ Quia vnius Dei.

†supr.19.b. Vidẽ ne feceris. † Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuo- 5

a ¶ Id est, prædicantium. b ¶ Id est, prædicantibus obedientiam prophetiæ.

rum prophetarum, & eorum qui seruant verba libri huius. 6

a ¶ Ne figillaueris, sed palam pone omnibus.

Deum adora. Et dixit mihi: Nẽ signaueris verba prophetiæ 7

a ¶ Id est, in quo oportet acquirere fratres. b ¶ Quæ mali inferunt, bonis inferant.

c libri huius. † Tẽpus enim propè est. Qui nocet noceat ad- 8 9 10

a ¶ Id est post ostensionem libri. b ¶ Id est in propria nequitia. c ¶ Modus permissiuus non imperatiuus iusto iudicio Dei. d ¶ Id est, bonum inferens aliis impensius inferat

† 47 dis. c. quantumlibet d hũc: & † qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et qui iustus est 11

e ¶ In se. ¶ Vel iusticiam faciat alia litera. ¶ Vere tempus est breue.

f iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio 12

¶ Sanctificet. a ¶ Vel secundum. b ¶ Vni plus, alij minus.

cì, 13

g to: & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; iuxta opera sua: 14

a ¶ Et potero facere quia ego &c. b ¶ Omnium rerum. c ¶ Omnium creaturam. d ¶ A quo omnia cœperunt. ¶ In quo omnia consummantur.

† Egõ sum alpha & o, primus & nouissimus, principiũ & finis h

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ecce venio velociter. *Ad ipsam implendum, & sic apparet huius libri veritas. Secundo tangitur eius vtilitas, cum dicitur:* Beatus qui custodit. *Tertio eius auctoritas ex partè scriptoris, cum dicitur.*

2 Et ego Ioan. *Qui adhuc viuens in terris, fuit maior homine, par angelis, propter quod angelus renuit accipere reuerentiam quam sibi voluit exhibere, cum dicitur.*

3 Et postquam audiss. &c. *Et patet litera. Quarto tangitur huius libri aliqualis intelligibilitas, cum dicitur.*

4 Et di.mi. Ne signa, &c. *Id est, non occultes omnino intellectum verborum, propter quod in pluribus locis ponuntur aliqua satis plane, ex quibus aperitur via studiosis ad alta intelligenda aliqualiter, saltem in multis, sicut superius declarauimus in locis suis.*

5 Tempus enim propè est. *Impletionis scriptorum.*

6 Qui nocet. *Hic interponitur breuis recitatio præscriptorum. Nã superiùs superius actum est de distinctione electorum & reproborum. Et quantum ad hoc dicitur.* Qui nocet. *Peccando contra proximum.*

7 No ceat adhuc. *Id est, nocebit, ita quod ponitur hic optatiuus pro indicatiuo. Et loquitur de reprobis præscitis, qui moriuntur in peccato mortali.*

8 Et qui in sordibus est. *Peccando in seipsum.*

9 Sordescat adhuc. *Id est, sordescet.*

10 Et qui iustus. *Recte viuendo ad proximum,*

11 Iustificetur ad. *Id est, iustictam faciet. Et loquitur de iustis prædestinatis, qui decedunt in gratia finali.*

12 Et sanctus, &c. *Viuendo mundè ad seipsum. Secundo in superioribus frequenter dictum est de retributione bonorum & reproborum, & quantum ad hoc dicitur in persona Christi.*

13 Ecce venio citò, &c. *Quod hoc posit ostendit, di.*

14 Ego sum alpha & o. *Id est, causa effectiua & finalis omnium sicut alpha est prima littera Græca, & o vltima.*

✠ Beati

MORALITER.

✝ 3 *Et postquam au. &c.* Et exponatur sicut supr.19.

4 *Et dixit mihi: Ne signaueris verba, &c.* Quia sacra scriptura non est occultanda, sed magis explananda & prædicanda, locis tamen & temporibus debitis. Vnde in eius persona dicitur Ec. 24.c, Qui elucidant me vitam æternam habebunt.

6 *Qui nocet, noceat adhuc.* Id est, nocebit, ita quod ponitur optatiuus pro indicatiuo. Et similiter cum dicitur.

8 *Et qui in sordibus est, &c.* Quasi dicat, per sacram scripturam non mutatur liberum arbitrium quin flexibile sit ad bonum & ad malum.

13 *Ecce venio cito.* Scilicet in morte cuiuslibet hominis, cuius est vita breuis.

✝ Beati

a *Beati qui la.* Quia dixerat, nocens noceat, sordens sordescat
A ne aliquis, malus diceret, cum sim malus, quare me pœniteret, dicit: non solum beati sunt qui maiorem recipiunt persecutionem, sed etiam illi qui contaminauerunt stolas suas quas in baptismo acceperunt, si deinde lauerunt eas, & eos peccasse pœniteat.

b *Foris autem canes &c.* ✱ CYPRIANVS. Non moueat nos fratres, hæretici istius (Nouatiani) perfidi abrupta dementia: qui cū in tam ingenti dissensionis & schismatis crimine constitutus, & ab Ecclesia separatus sit sacrilegate meritate non dubitet in nos sua crimina retorquere. Cùm sit enim à semetipso
B nunc factus immundus, sordidus, sacrilegiis inquinatus, hoc nunc nos esse contendit. Et cùm scriptum sit Canes foris remansuros; & Apostolus hos eosdem canes docuerit esse vitandos, rabiem suam non cessat latratibus excitare, luporum more tenebrosum caliginē optare, qua facile possit ferina sua crudelitate, oues à pastore direptas, spelunca tenebrosa laniare.

L. de Nouatiano, quod lapsis spes veniæ non est neaegāda

† 36. dis. c. qui ecclesiasticis §. ecce.

c *Ego Iesus.* Commendauit librum per angelum per sui dignitatem, modo etiam per autoritatem ipsius Christi, quasi dicat, omnes audientes sciant, quòd ego Iesus mi.a.m. testificari vobis hæc.

d *Stella splendida.* Clara stella, id est, magna charitas annuncians diem id est, futuram beatitudinem, per meam resurrectionem in mane factam.

✱ GREGORIVS. Christus viuus apparens post mortem matutina nobis stella factus est; quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis præbuit, quæ lux sequatur indicauit. D

L. 29. Moral. c. 17.

✱ ANDREAS. Radix Dauidis est Christus tanquam Deus genus autem eiusdem secundum carnem: ex ipso namque originem duxit.

¶ Ite dico lauant vt &c.
a Beati qui †lauant stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas
¶ Vt possint edere de ligno vitæ. a Id est, fidem doctorum. b ¶ Scilicet. ¶ Sunt.
b eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem, Foris
a ¶ Oblatrantes, b ¶ Ad literam. ¶ Sunt hi miseri, & illi beati.
autem canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis
a ¶ Audiendo. b ¶ Inuenit. ¶ Et mihi hoc est credendum, quia,
c seruientes, & omnis qui amat: & facit mendacium. Ego Iesus
a ¶ Et mihi hoc est credendum quia.
misi angelum meum testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego
a ¶ Cum & ab eo genitus. b ¶ Sustentamentum. illuminans. c ¶ Id est, huius mundi noctem ¶ Vel sponsus & sponsa.
d sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina. Et spi
e a ¶ Ad notitiam libri. b ¶ Librum intelligit. c Aliis. d ¶ Ad noticiam eorum quæ in hoc libro sunt.
ritus & sponsa dicunt, veni. † Et qui audit dicat, ve-
a ¶ Desiderat credere Christo. b ¶ Per veram fidem. c ¶ Se præparando & volendo.
f ni. † Et qui sitit veniat, & qui vult accipiat aquam
g

sanguine †custodiūt mandata illius

†Isa. 55. a.

1 ✱ IDEM. Chri-
2 stus lucida illa & ma
3 tutina stella est, vt q.
4 post triduanam mor
5 tē, manè nobis exor
6 tus fuerit: necnon
7 post præsentis vitæ
8 noctem, in matutina
9 communi nobis re-
10 surrectionis hora
11 Sanctis omnibus se
12 conspicuum exhibe-
13 bit: diē qui nunquā
14 habiturus est finem
15 certò adducturus.
16 e *Et spiritus.* Id est,
17 trinitas quæ pro pu- E
18 ritatis excellentia
19 spiritus dicitur: *Et spi*
20 *ritus & sponsa dicunt.*
Hic etiam subdit testimonium trinitatis & fidelium. Q. ideo debetis recipere, quia spiritus & sponsa, &c.

✱ RICHAR. Quanta dilectione, quanto desiderio, Christus & sancta mater Ecclesia nostrā salutem concupiscant, sub blanda vocatione declaratur, cùm dicitur: *Et sponsus & sponsa dicunt Veni.* Sponsus quippe Christus dicit per internam inspirationē: sponsa dicit per prædicationem, illi videlicet qui prædestinatus est ad beatitudinem: *Veni*, per fidem, & bonam actionem, per conuersionem & bonam conuersationem.

f *Et qui sitit veniat.* Et non tamen quilibet sed ille tantum veniat qui sitit, id est, credere desiderat.

g *Qui vult accipiat aquam vitæ gratis.* Et non est labor, quia sola voluntas sufficit.

Contestor

F

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Beati qui lauerunt stolas suas. *A quis pœnitentiæ in præsenti. Quod autem in aliquibus libris subditur in antiquis bibliis.*

2 Vt sit potestas eorum in ligno vitæ. *Id est in futuro fruantur Christo cuius diuinitate reficiuntur beati interius & eius humanitate exterius.*

3 Et per portas intrant in ciuitatem. *Id est, per obseruationes mandatorum intrant ad vitam æternam.*

4 Foris autem canes. *Id est, gulosi & detractores contra bonos latrantes.*

5 Et venefici. *Id est inuidia veneno pleni.*

6 Et impudici. *Id est, seipsos interficientes.*

7 Et homicidæ. *Corporales & spirituales.*

8 Et idolis seruientes. *Quod est peccatum directè contra Deum.*

9 Et omnis qui amat & facit mendacium. *Ille amat qui delectatur mendacia proferendo, sed hypocrita facit mendacium: nam hypocrisis est mendacium in facto.*

10 Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis. *Scilicet, punitionem malorum, & præmiationem bonorum.*

11 In ecclesiis. *Quæ sunt per orbem vniuersum. Tertiò in superioribus dictum est frequenter de Christi excellentia, & quantum ad hoc subditur in eius persona.*

12 Ego sum genus & radix Dauid. *Id est, de radice Iesse sicut Dauid est de genere eius quantum ad humanitatem, secundum quod dicitur Isa. 11. a. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, &c. qui flos est Christus secundum sensum literalem, sicut diffusiùs fuit ibi dictum.*

13 Stella splendida & matutina. *Quantum ad diuinitatem, illustrans omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioannis 1.*

14 Et spiritus & sponsa dicunt veni. *Nota hæc est vera litera & sic habent libri correcti dicit autem spiritus sanctus Christo.*

15 Veni. *Scilicet, ad iudicium ad iustos præmiandum. Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quia facit iustos hoc dicere, qui præmiari desiderant à Christo iudice, eo modo loquendi quo dicitur Rom. 8. e. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, postulare facit secundum omnes expositores catholicos. Alio modo quia sicut filius missus fuit in mundum à patre & spiritu sancto, sicut in persona eius dicitur Isa. 48. c. Misit me Deus & spiritus eius sicut ibidem plenius fuit ostensum, sic in aduentu ad iudicium mititur à patre & spiritu sancto.* Et sponsa. *Id est, ecclesia militans quæ desiderat coniungi ecclesiæ triumphanti, quod fiet in iudicio finali.*

16 Et qui audit. *A spiritu per inspirationem, & ab ecclesia per prædicationem.*

17 Dicat veni. *Desiderando secundum aduentum Christi, vnde Luca 21. f. dicit Saluator loquens de eius aduētu ad iudicium: Hæc autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, id est exhilarate corda prout exponit Gregor. quoniam appropinquat redemptio vestra.*

18 Et qui sitit. *Desiderando gloriam.*

29 Veniat. *Per gratium.*

20 Et qui vult accipiat aquam vitæ. *Id est, gloriam quæ est vitæ animæ.*

✱ Gratis

MORALITER.

1 *Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni.* Id est, conscientias per veram pœnitentiam.

2 *Vt sit potestas eorum in ligno vitæ.* Ipsum de gustando inchoatiuè per gratiam, & consummatiuè fruendo per gloriam.

14 *Et spiritus & sponsa dicunt, veni.* Glossa interlinearis, ad noticiam libri, scilicet sacræ scripturæ, ad cuius noticiam inducūt Christus & ecclesia sponsa eius.

16 *Et qui audit.* Id est, intelligit.

17 *Dicat, veni.* Nam intelligentes sacram scripturam inducere debent alios ad eius intelligentiam.

18 *Et qui sitit veniat.* Nam desiderantes ipsam, inueniunt eam.

Contestor

a *Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius.* Post
A quam cōmendationem posuit per se per angelum per Christum per trinitatem per fideles quia quosdam sciebant esse in Asia qui pro suis erroribus fouendis aliquid adderent vel demerent, supponit excommunicationem.

b *Si quis apposuerit, &c.* ✱ AMBROS. Non de expositoribus, sed de hæreticis hoc dictum esse intelligere debemus. Expositor enim nihil addit aut minuit, sed aut obscuritates exponendo manifestat, aut moralem, aut spiritalē intelligentiam demōstrat. Hæreticos ergo maledicit, qui in scri-
B pturis diuinis ad confirmandam hæresim suam quædam falsa apponebant, & quædam detrahebāt quæ eorum hæresi videbantur esse contraria.

† De ligno

a Sine pretio meritorum. b ¶ Quasi dicat angelus testificatus est mihi, similiter ego conte. &c.
a vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba prophe- 1
a ¶ Hoc scilicet contestor. b ¶ Vt errorem inde foueat. 2
b tiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc apponet Deus 3
¶ De phialis supra & tubis.
super illum plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius † de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ
¶ Quasi dicat excommunicationis.
c scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet 4
a ¶ Cauete vobis quia ego vc. & qui mutat excommunicatur. b ¶ Conuerso ad Deum ¶ Et iam quasi vera sunt omnia c ¶ Ad remunerandum. ¶ Veni domine & noli tardare. d ¶ Sicut supra incœpit à gratia ita finit.
d istorum. Etiam venio cito. Amen. * Veni domine Iesu. Gra- 5 6
e tia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis Amen. †

* Etiam

E

c *Dicit qui testimonium perhibet, &c.* ✱ PRIMASIVS. Idem Christus testimonium perhibet, qui se Ecclesiæ venturum annunciat: cui more cantici Canticorum Ecclesiæ deuotè respondit. Etiam venio domine Iesu Christo, quæ dicit orans: veniat regnum tuum: Et: *In via immaculata venies ad me.*

Matth. 6. Psal. 100.

d *Veni domine Iesu.* ✱ HAYMO. Hæc omnis Ecclesia loquitur in Ioanne optans vt veniat Christus ad iudicium. Vnde & quotidie id in oratione dominica postulat, & in psalmis, *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.* D

Psal. 79.

e *Gratia domini nostri Iesu Christi.* Consummatio Apostoli in verbo Christi.

✱ AVGVSTINVS. Oremus, vt secundum suam promissionem dominus Iesus ad nos venire & per suam misericordiam de carcere nos mundi huius liberare, & ad suam beatitudinem perducere dignetur: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

✱ AMBROSIVS. Sit & nobiscum gratia domini nostri Iesu Christi & det nobis arma virtutum, quibus muniti ipso duce atque signifero, & ab interioribus & ab exterioribus hostibus defendamur, vt vitæ æternæ participes esse mereamur. Amen.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Gratis. *Nam hic habetur per Christi meritum in baptismo, dum tamen non ponatur obstaculum.*

2 Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius. *Hæc est vltima pars in qua ponitur prædictorum confirmatio,*
C *quia nihil ibi continetur superfluum aut diminutum, ideò subditur.*

3 Si quis apposuerit ad hæc apponet Deus super plagas scriptas in libro isto. *Scilicet discrepantia à veritate euangelij, sicut faciebant Ebion & Cherinthus heretici, qui tempore illo addebant aliqua discrepantia à veritate euangelij, & aliqua diminuebant de eius veritate dicentes Christum ante Mariam non fuisse per hoc tamen non excluditur quin possint aliqua dici licitè quæ faciunt ad declarationem sacræ scripturæ & sic faciunt doctores sancti.*

4 Dicit qui testimonium perhibet istorum. *Scilicet Christus.*

5 Etiam venio cito. Amen. *Ad iudicium cuilibet in morte nam qualis vnusquisque inuenitur in morte, talis præsentabitur in iudicio generaliter autem veniet omnibus ad iudicium in generali resurrectione.* F

6 Veni domine Iesu. *Hoc dicit Ioannes conformando se spiritui sancto & ecclesiæ ideò subditur eius oratio pro omnibus fidelibus, cum dicitur.* Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis Amen.

MORALITER.

2 *Contestor enim omni audienti verba prophetiæ, &c.* Per hoc præcluditur via præsumptuosis addendi vel diminuendi in expositione sacræ scripturæ aliquid dissonum à fidei veritate &. quia verus intellectus sacræ scripturæ non habetur nisi per donum gratiæ, subditur in fine.

† *Gratia domini nostri Iesu Chribsti cum omnibus vobis. Amen.*

Incipit libellus eiusdem Nicolai de Lyra: continens pulcherrimas quæstiones Iudaicam perfidiam in catholica fide improbantes.

PRIMO. *Quæritur vtrum ex scripturis receptis à Iudæis possit efficaciter probari Saluatorem nostrum fuisse Deum & hominem. Et arguitur primò quod sic, quia tamen quæstio duo includit Vnum quod pertinet ad personam Christi scilicet quod sit Deus & homo. Aliud ad tempus scilicet quod sit Christi mysterium conpletum & ideò de vtroque arguitur.*

Et primò per id quod habetur Iere. 23. a. Ecce dies veniunt dicit dominus, & susci. Da. ger. iustum, &c. *Ex quo patet Christum promissum ex semine Dauid, & per consequens verum hominem. Et sequitur in eadem autoritate quæ de Christo loquitur.* In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. *Ex quo patet eius diuinitas.*

De secūdò, videlicet de tempore, arguitur per illud Aggæi. 2. b. vbi de Christo dicitur. Veniet desideratus cunctis gentibus, & re.do. istam gloria, dicit dominus exercituum. *Propheta autem ibi loquebantur de domo Dei ædificata à filiis Israel post reditum de captiuitate Babylonica ergo stante illa domo venit Christus, domus autem illa destructa fuit. 42. anno à passione domini, per Titum & Vespasianum: ergo ante erat completū Christi mysteriū, & sic patet propositum.*

In contrarium autem arguitur, quia inter Iudæos sunt & fuerunt multi homines ingeniosi, & in scripturis legis & prophetarum valde studiosi ergo si prædicta possent haberi efficaciter per scripturas ab eis receptas, non esset verisimile, quod tandiu stetissent in tali errore: igitur, &c. Respondeo, hic sunt principaliter duo intendenda. Primum est quæ sunt scripturæ à Iudæis receptæ. Secundùm vtrum prædicta possint per illas scripturas probari probatione efficaci.

Circa primum sciendum, quod libri canonici veteris Sestamenti sunt ab eis recepti tanquam Deo inspirante scripti & sunt in vniuerso 22. secundùm antiquam computationem, & 24. secundum modernam quia Lamentationes Ieremiæ & liber Ruth, ponuntur modo pro duobus libris à libris Ieremiæ & Iudicum separatis. De istis autem libris aliqui dicuntur legales scilicet quinque libri Moysi, & sunt in primò ordine apud Iudæos, Alij dicuntur prophetales scilicet Iosue, Iudicum Samuel. id est, primus & secundus Regum. Malachi. id est, tertius & quartus Regum. Isaias Ieremias Ezechiel, & liber 12. prophetarum, q. dicitur Tereasta, *& isti octo sunt in secūdò ordine. Reliqui verò dicuntur agiographi, id est, scripturæ sanctæ vel sanctorum scripturæ. Et sunt isti liber Iob: liber psalmorum parabolæ, Ecclesiastes, Cantica canticorum Paralippomenon, Daniel, Esdra & Ester, Ruth, lamentationes Ieremiæ, & isti sunt in tertio ordine.*

Scripturę à Iudæis receptæ.

Considerandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Considerandum etiam quòd isti libri sunt apud eos multipliciter conscripti. Vno modo pure Hebraice, & sic primò traditi sunt, videlicet sermone Hebraico cum literis Hebraicis. Alio modo Hebraicè, sed non pure, videlicet sermone Chaldaico, sed literis Hebraicis. Sed quia Hebraicum & Chaldaicum sunt idiomata propinqua eumdem numerum literarum habentia quæ literæ quamuis discrepent in figura, tamen conueniunt in sono & virtute. vt dicit Hier. in prolo. Galeato. & ideò vnū idioma potest faciliter scribi per literas alterius. Hoc igitur modo plures scripserunt vetus Testamentum & maximè Ionathan filius Oziel. cuius scriptura est ita autentica apud Hebræos quod nullus adhuc ausus fuit sibi contradicere propter quod in libris notabilibus Iudæorum ponitur Hebraicum purum in vna columna & Chaldaicum scriptum ab isto Ionathan literis Hebraicis in altera & vtuntur Iudæi isto Chaldaico quasi pro expositione, & quia aliqua quæ erant multum obscura in Hebraico puro, clarius ponuntur, & quasi exponuntur isto Chaldaico, vt infra patebit magis. Et ideò illa translatio Autoritas Septuagin-ta Iosephus necessaria est ad disputandum cum Iudæis in passibus multis. Similiter translatio. 70. interpretum apud eos, habetur saltem apud aliquos studiosos illi enim. 70. fuerunt electi de toto populo Israel tanquam excellentissimi & studiosissimi ac periti in litera Hebraica & Græca, secundum quod dicit Iosephus. 12. li. antiquitatum ipsi autem non semper transtulerunt de Hebraico in Græcum verbum ex verbo, sed frequenter sensum ex sensu, mutantes aliqua vel occultantes ex industria ea B quæ possent esse causa erroris Ptolemeo regi. Hanc autē translationem voluerunt habere studiosi Hebræorum tanquam factum sapientissimorum virorum & dato quod nos quam ab eis haberetur, non tamen possunt ipsam negare, cum fuerit facta à sapientissimis & valentioribus de toto populo & in tanto numero. Et ideò de illa possumus nos iuuare ad probandum aliquid ipsis Iudæis sicut infra patebit. Item præter scripturas canonicas sunt aliæ scripturæ à Iudæis receptæ tanquā autenticæ scilicet Thalmud, & secundum eos scripturæ ista non differt à scripturis canonicis, nisi sicut lex data verbo à lege data scripto, quia ista Thalmud fuit reuelata Moysi à Deo, sicut illa quæ sunt scripta in libris Moysi, sed Moyses non scripsit ea quæ continentur in Thalmud. Et hoc potuit esse duplici de causa vt pote quia non erat necessarium, vt populus sciret talia sicut erat necessarium de præceptis in lege vel quia ista erant magis in secretis habenda Moyses tamen tradidit ea Iosue & aliis senioribus verbo sicut habuerat à domino, & aliis posterioribus eodem modo, & sic consequenter quousque scripta sunt talia per posteriores doctores ne cederent in oblivionem.

Similiter dicta doctorum Hebraicorū qui glossa verum vetus Testamentum sunt autentica apud eos multo magis quam apud nos dicta Hier. & Aug. & aliorum doctorū catholicorum. Et hoc potissimè per id C quod scribitur Deu. 17. b. Non declinabis neque ad dex. & c. vbi loquitur scriptura de sacerdotibus & doctoribus ad quos præcepit scriptura in dubiis recurreret: eorum sententiam indiscusse tenere. Licet autem homini scripturæ in magna parte sint false scilicet Thalmud & glossa doctorum Hebraicorum. tamen per eas possumus contra eos efficaciter arguere ex quo sunt ab eis prædicto modo receptæ. Sicut econtrario argumentum quod facerent contra nos ex euāgelio & scripturis apostolorum huiusmodi esset efficax cōtra nos, licet reputent huiusmodi scripturas falsum cōtinere. Viso quæ scripturæ sint à Iudæis receptæ secūdò videndum est an id quod in questione ponitur possit per illas scripturas Efficacia probationis duplex efficaciter probari. Et distinguo primò deprobatione efficaci, quia probationis efficacia potest dupliciter accipi. Vno modo quod sit ita efficax probatio, quod nullo modo possit euitari sine euidenti negatione vel contradictione scripturæ prædictæ & sic mihi videtur, quod adhuc non sit probatum, quod in questione quæritur per dictam scripturam. Cuius ratio est, quia mysterium trinitatis & incarnationis Christi expressius ponitur in nouo Testamento quàm veteri, sicut patet manifestè & omnibus conceditur & tamen multi heretici totum nouum Testamentum recipiunt, & pro suis erroribus exponunt. Aliqui tamen ipsorum negant Trinitatem personarum in diuinis, sicut Sabellius, aliqui negant diuinitatem in Christo, sicut Arrius aliqui veram humanitatem, sicut Manicheus, qui dixit Christum habere carnem phantasticam, ad quod sequitur ipsum non fuisse verum hominem quia caro vera est de veritate naturæ humanæ. Similiter Arrius dixit ipsum non habere animam intellectiuam, sed verbum supplere animæ locum quod tamen verbum dicitur esse creatum. Similiter Apollinarius dixit ipsum non habere animam intellectiuam licet assumpserit animam sensitiuam & ad dictum vtriusque sequitur Christum non fuisse verū hominem, cum ab anima intellectiua accipiatur species humana. Si igitur dicti heretici exponebant pro se scripturam veteris Testamenti multo magis Iudæi possent pro se exponere scripturam veteris Testamēti. Alio modo potest accipi probationis efficacia per scripturam, sic quod licet scriptura ponit aliter exponi aliquo modo saltem ad euadendum absque conditione manifesta, tamen simpliciter loquendo non potest alio modo rationabiliter exponi quin super appareat expositio fidei catholicæ rationabilior. Et hoc modo credo, quod id quod ponitur est in questione probatum est satis per scripturam veteris Testamēti, & iterum potest hoc idem probari hoc modo procedendo. In questione ante ponuntur duo D vt dictum est. Vnum quod pertinet ad tempus scilicet verum tempus aduentus Christi sit præteritum. Secundum quod pertinet ad personam Christi, vtrum sit Deus & homo in vna persona & istud implicat duo quia fides catholica ponit vnū. nē naturæ diuinæ & humanæ in determinata persona scilicet filij & non patris nec spiritussancti & ex hoc supponitur pluralitas personarum in diuinis, quod fortissime negatur à Iudæis. Et ideò probandum quod in questione ponitur per scripturam à Iudæis receptam, ista tria sunt per ordinem declaranda ex eadem scriptura. Primum est quod in vnitate diuina essentiæ est pluralitas personarum siue suppositorum. Secundum est quod in persona filij, in natura humana & diuina sunt vnitæ, ita quod ipse est verus Deus & verus homo. Tertium est quod hoc factum est de præterito, & non expectandum de futuro, sicut expectant Iudæi & in hoc sunt valde decepti.

Pluralitas personarū in vnitate essentiæ diuinæ Elohim

Ad declarationem primi primò induco argumentum magistri sententiarū dist. 2. primi libri qui probat pluralitatē personarū in diuinis per illud quod scribitur in principio Ge. In principio creauit Deus cœlum & terram, &c. Hebraica veritas sic habet. In principio creauit Elohim cœlum & terram. Elohim est nomen plurale huius nominis vel Eloha, quod significat Deum in singulari & hoc satis patet scientibus proprietates idiomatis Hebraici per hoc autē quod nomen plurale diuinum coniungitur cū verbo singularis numeri, cum dicitur. Creauit Elohim: ac si diceret, creauit dij: ostenditur in scriptura, quod in Deo est aliqua pluralitas in vnitate essentiæ, quia talis modus loquendi sæpe in veteri Testamento inuenitur de Deo & de nullo alio. Ex quo patet, quod aliqua pluralitas in vnitate diuine essentiæ est quæ in nulla alia inuenitur natura: & hæc est pluralitas personarum in vna simplici essentia, quæ in prædicto modo loquendi designatur per verbum singularis numeri coniunctum nomini plurali. Sed ad hoc respondent dicentes quod hoc nomen Elohim indifferenter accipitur in plurali & singulari & quando dicitur de Deo vero semper accipitur pro singulari & sic est in proposito. quando dicitur. In principio creauit Elohim, &c. id est Deus. Sed contra hanc solutionem arguo ex textu sacræ scripturæ. quod hoc nomen Elohim & alia nomina diuina dicuntur frequenter de Deo vero in plurali quod patet manifeste, quia coniungitur cū adiectiuis pluralibus & verbis pluralis numeri. Exemplum de adiectiuis Iosue vlt. c. Non poteritis seruire domino quia dominus sanctus ipse. Veritas Hebraica sic habet. Non poteritis seruire domino quia Elohim sancti ipse. Itē Iere. 23. g. Peruertistis verba Dei viuentis domini exercituum Dei vestri tetragrammaton. Et nota quod ibi ponitur nomen Dei tetragrammaton, quia veritas Hebraica sic habet: Peruertistis verba Elohim viuentium domini exercituum Dei vestri. Et nota quod ibi ponitur nomen domini tetragrammaton Dei vestri, cū dicitur in autoritate præmissa. Domini exercituum vbi habemus nomen domini in Hebraico ponitur nomen domini tetragrammaton, quod signat diuinam naturam secundùm suas proprietates intrinsecas absque respectu ab extra, vt magis patebit infra Et sic patet, quod intrinseca diuinitatis est aliqua pluralitas in pluralitatem immediate præcedentem cum dicitur in autoritate. Peruertistis verba Elohim Haim, id est deorum viuentium & coniungitur ista pluralitas nemini Dei tetragrammaton tamen immediatè subditur. Dominus exercituum, & in singulari & sic per hoc patet quod in vnitate diuinæ essentiæ est aliqua pluralitas cum summa simplicitate, quæ non est in aliis quia semper vbi scriptura ponit aliquid significans pluralitatem personarum ibi deinde ponit quod ostendit essentiæ vnitatem, vt per autoritatem prædictam patet, vt infrà subsequenter patebit Item Isa. 54. b. Dominabitur tui qui te fecit, dominus exercituū nomen eius. Hebraica veritas sic habet. Dominatores tui factoris tui, dominus exercituum nomen eius. In hac autoritate vbi ponitur dominus exercituum nomen eius, ponitur nomen domini tetragrammaton. Et ideò ex hac autoritate potest argui sicut ex præcedenti Similiter hoc nomen Elohim frequenter coniungitur cum verbo pluralis numeri verbi gratia. 2. Re. 7. d. dicitur. Quæ est autem vt populus tuus Israel gens in terra propterquam iuit Deus vt redimeret eam sibi in populum, &c. Hebraica veritas sic habet. Quis est vt populus tuus Israel gens vna in terra propter quam iuerunt Elohim ad redimendum sibi populum? Item Eccle. 2. b. Quis est homo inquam vt possit sequi regem factorem suum? Hebraica veritas sic habet. Quis est homo vt intret post regem qui iam fecerunt eum? Patet igitur ex prædictis, quod prædicta euasio est falsa quia nomen Elohim dictum de Deo vero accipitur frequenter in sacra scriptura in plurali, vt patet ex autoritatibus prædictis quæ non possunt intelligi ad literam nisi de Deo verò. Propter quod aliy soluerūt alibi scilicet in glo. super illud Eccle. quod dictum est. Quis est homo. vt intret post regem qui iam fecerunt eum? Glo. Hebraica, Si quæratur qui fecerunt eum. Scilicet hominem potest dici Deus sanctus & dominus consilij sui & consimiliter respondetur in glo. super Psal. 40. qui factus est ab Asaph. Deus deorum dominus locutus est, &c. in Hebraico sunt tria nomina diuina scilicet Hel, Elohim & nomen domini

domini tetragrammaton, loco huius habemus hoc nomen dominus. Que- A rit ibi glossator, quare Asaph ter nominauit Deum in principio huius Psal. Respondit, vt ostenderet q Deus in tribus proprietatibus creauit seculum. Si considerētur istæ responsiones, duæ sunt verissimæ. Prima enim quæ dicit, q Deus & dominus consilij sui fecerunt hominem, & propter hoc dicitur in plurali Eccles. 1. b. Quis est homo, vt intret post regē qui iam fecerunt eum? quia dominus accipitur hic pro patre, dominus consilij sui proprie dicitur filius qui est verbum mentis paternæ, & spiritussanctus amor ex ipsis procedens. Similiter secunda responsio quæ dicit, q Asaph 1er nominauit Deū, quia Deus in tribus proprietatibus creauit mundum, est verissima, quia tres sunt proprietates in diuinis scilicet paternitas, filiatio, & spiratio, quæ sunt proprietates cōstituētes. Et creatus mundus est in tribus proprietatibus istis, quoniā induuntur opera trinitatis. Patet etiā ex istis, q non est cōtra intentionē Hebraicorū doctorum antiquorū q aliqua pluralitas ponatur in Deo seu in diuinis, dū tamē seruetur vnitas Deitatis, quā vnitatē Catholici verissimè cōfitētur. Hæc igitur vltimā responsionē, quæ vt visum est, cōtinet veritatē, posteriores Iudæi depranāt, dicentes q diuina sapiētia, bonitas & potentia sunt ista tres proprietates, in quibus Deus creauit mundū & omnia fecit, & ideò in principio Gen. dicitur. In principio creauit Elohim, in plurali ad denotandū istas tres proprietates siue attributa in Deo in quibus omnia operatur. Et eo modo exponūt authoritates aliæ. Sed ista responsio nō est rationabilis. Primò, quia sicut Deus operatur per potentiā, sapietiam, amorem, ita artifex creatus operatur per artē sua sicut per regulādi re- B ctiuam & per potentiā transmutādi materiā, & per lucri amorem sicut propter finē. si igitur propter prædicta, scilicet propter potentiā. sapientiam & bonitatem diuinā nomen domini ponitur in plurali, quando operatur, eadem ratione & maiori debet scriptura sic loqui de artifice creato operationē ipsius exprimendo, quod nō inuenitur, & talis modus loquendi in sacra scriptura de Deo frequenter habetur. Et confirmatur ratio, quia potentia. sapientia & amor plus differunt in artifice creato quā in Deo, quia differūt scilicet re absoluta, quod nō potest esse in Deo, ergo modus loquēdi in plurali magis competit in expressione operatoris creati artificis quā ipsius Dei. Itē arguitur sic: Intentio Moysi erat inducere populū ad cultū vnius Dei, & ipsum ab idololatria reuocare, ad quā ille populus erat pronus, vt patet ex toto decursu vete. Test. Cùm igitur per modum prædictum loquendi in plurali posset haberi antiqua occasio cogitandi absolutā pluralitatē in diuinis, nō est verisimile q Moyses cognoscens pronitatem populi ad idololatriam vsus fuisset tali vocabulo vel modo loquendi, & in scripturis reliquisset, nisi per hoc subtiliter sapientibus indicare voluisset, quòd cum vnitate simplicis essentiæ in Deo stat pluralitas personarum, aliter enim suus modus loquendi esset contrarius suæ intentioni. Est autem sciendum, quòd in Hebraico mysteria abscondita, & solùm sapientibus nota ex modo scribendi inconsueto frequenter designantur.

Ista sunt quæ dixi de hac responsione, & hanc questionem determinaui.

Sed postea venit ad manus meas quidam libellus Hebraicè scriptus, C vbi prædicata ratio aliter soluitur. Et quantum ad illud argumentum dixit sic autor illius libelli, quòd illi qui arguunt pluralitatem personarum in diuinis per hoc nomen Elohim, quod pluralitatem signat, & tamen dicitur de Deo, immituntur super baculum arundineum confractū, quia talis modus loquendi alibi inuenitur de vno solo, sicut patet 1. Reg. 28. Vbi scriptura loquitur de suscitatione Samuelis, cùm dixit mulier Phytonissa, Vidi Elohim ascendentes de terra. sequitur verbum Saulis: Qualis est forma eius, &c. Item non solùm loquitur scriptura sic de hoc nomine Elohim, sed etiam de aliquibus aliis, verbi gratia. Ezec. 40. f. dicitur sic: In die autem Kalendarum vitulum de armento immaculatum, &c. In Hebraico autē ponitur Thamin. quod significat immaculatum, sed Thamimum quod est plurale huius nominis Thamin vel Themam, & coniungitur cum vitulo in singulari, & per hoc non interpretatur aliqua pluralitas, ergo, &c. Item aliquando verba pluralis numeri coniunguntur cum nominibus & pronominibus singularis numeri, verbi gratia Can. 1. a, Trahe me post te, curremus, &c. & sic nō valet argumentum quo concludebatur pluralitas personarum ex hoc, quòd nomina diuina coniunguntur cum verbis pluralis numeri, vt videtur, & sic per ista loca scripturæ arguit contra prædicta. Sed per ista nullo modo infringuntur ea quæ dicta sunt, quia secundū expositores Hebraicos Samuel non surrexit solus, sed Moyses cum eo. Dicunt enim q Samuel surrexit tunc, non virtute magica, sed virtute diuina seu permissione. Quod dictum conuenit cum illa opinione quam tangit Augustin. in epistola ad Simplicianum, & habetur in gloss. 1. Reg. 28. Super locum illum dicunt Iudæi, quòd Samuel timuit ad diuinum iudicium euocari, ideò rogauit Moysen venire secum, vt esset sibi testis, quòd integrè seruasset legem ab eo scriptam. Mulier igitur Phytonissa quæ solùm Samuelem vocauerat videns alium ipsum associante, admirans dixit in plurali: Deos video ascendentes de terra, id est, homines diuinos, & indicatos de substantia Dei, licet breuitus scribatur 1. Reg. 27. Saul uit modum siue visionis Sauli, licet breuitus scribatur 1. Reg. 27. Saul uit modum siue visionis Sauli, licet breuius scribatur 1. Reg. 27. Saul autem non quæsiuit nisi de figura ipsius qui primò apparuerat, & non de associante ipsum, & propter hoc quæsiuit in singulari, dicens: Qualis

Tres sunt proprietates in diuinis.

Qualis est forma eius? Quia cum solo Samuele volebat loqui. D Et sic patet, ex dictis doctorū Hebraicorū passim istum exponentium, q non infringitur nostrū argumentū prædictū, sed confirmatur magis, quia Elohim de duobus dicitur. Si autem dicatur secundum aliam opinionem quam etiam tangit Aug. q non fuit verè Samuel qui apparuit, tunc respondeo, q duo alij apparuerunt, videlicet dæmon privatus illi mulieri magicæ, & quæda forma representans Samuelem, & propter hoc dixit plurali. Video Deos, &c. Saul autē non nisi de vno quæsiuit, scilicet de Samuele quem vocari fecerat. Ad secundum argumentum dicendum est, quòd thamin, quod significat immaculatos in plurali non coniungitur cum vitulo in singulari, vt ipse arguit, & malè, sed cum gemino Diuino pluralis numeri, non enim habent, variationem casuū sicut nos, sed tantū variantur nomina secundùm numerum pluralem & singularem. Et est sensus. In die autem Kalendarum vitulum de armento immaculatorum, id est, de numero illorū immaculatorū qui ad hoc referuabantur, faciet sacrificium &c. Ad cuius euidentiā est notandum, q ex statuto legis in principio cuiuslibet mensis debebat offerri vitulus vnus immaculatus & ideo ordinauerunt sacerdotes in vno loco prope templum, vt tales vituli seruarentur, saltem 12. ad minus & de illis saltem ad hoc re seruatis semper accipiebatur ille qui in principio mensis seu kalendarum quod idem est, offerebatur. De tali autē oblatione loquitur Ezechiel in loco prædicto, & ideo ad hoc denotandum posuit Thaminum in plurali, ad innuendum q vnus de illis pluribus sic debeat offerri. Et sic patet q prædicta nō infringunt ea quæ dicta sunt de hoc nomine Elohim, propter quod antiqui doctores Hebræorum aliter nitebantur soluere prædictum E argumentum, vt patuit ex prædictis. Ad tertium dicendum, q liber canticorum à doctoribus Hebraicis exponitur de Deo & synagoga, sicut de Christo etiam à doctoribus catholicis, vt inf. dicetur. Igitur secundum illos illa verba. Trahe me post te, sunt verba synagogæ, quæ dicitur sponsa Dei, ideo talis sponsa non est vna persona singularis, sed collectio fidelium, & ideo ad hoc denotandum subditur in plurali. Curremus. & ideo hoc ponitur ad denotandum pluralitatem personarum. & ideo ex hoc non infringitur argumentum de hoc nomine Elohim & aliis nominibus diuinis esset de nomine domini tetragrammaton, quæ coniunguntur cum verbo pluralis numeri, ad denotandum ibi aliquam pluralitatem per modum prædictum, sed magis per hoc argumentum prædictum confirmatur. Quædam esset alia inducit autor prædicti libelli ad suum propositum, quæ omitto ad præsens, tum quia prædictis soluta alia patent: tum quia intendo libellum illum improbare per omnia decurrendo, quia ibi multa contra fidem Christianam tanguntur.

Item non solùm arguitur pluralitas personarum in diuinis ex hoc nomine Elohim, vt ipse supponit, dicēs q innitimur baculo arūdineo confracto, sed eādem pluralitatem clarius exprimūt prophetæ in multis locis, verbi gratia in psal. 44. qui nō potest exponi nisi ad literam de Christo, vt diffusius declarau super epistolā ad Heb. 1. c. & ibidem dicitur de Christo. Sedes tua in seculum seculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiā & odisti iniquitatē, propterea vnxit te Deº Deus tuus. In hac autoritate exprimitur Christus tanquam Deus vnēius, quia in humana natura assumpta vnctus est plenitudine gratiæ, exprimitur hic esse Deus vngens ipsum tanquam persona distincta ab F ipso vncto, quia scriptura sacra de ipso vngente loquitur tanquam de alia persona. Notādum esse quod ex parte Dei vngentis duplicatur hoc nomen Deus cum dixit. Vnxit te Deus Deus tuus, ad denotandū personā patris & spiritussancti. Et sic patet ex hac autoritate pluralitas personarū & diuinitas ipsius Christi, propter quod ad idem propositū probandum inducit eam Apostolus ad Heb. 1. Item psal. 110. a. dicitur. Dixit dominus do. meo, &c. q & ista sunt verba patris ad filium, patet per translationē Chaldaicā quæ dicit sic. Dixit dominus verbo suo, sede à dextris meis. Patet etiam per id quod sequitur in eodem psal. Ex vtero ante luciferum genui te. Quia non potest cōpetere nisi filio Dei, per hoc enim quod dicitur hic: Deus verbum ex vtero, id est, genitus de substantia Dei, ostenditur vnitas diuine essentiæ, quia Deitas plurificari non potest, per hoc autem quòd dicitur genitus de substantia Dei, ostenditur distinctio personarum, quia nulla res seipsam gignit, similiter per hoc quod dicitur, sede à dextris meis, vna enim persona non dicitur sedere ad dexteram suiipsius. Et sic ex hac autoritate patet pluralitas personarum, & maximè quia hic Psal. non potest exponi ad literam nisi de Christo, sicut prius declarauī in epistola ad Heb. 1. propter quod Saluator allegat eam in hoc sensu Matth. 22. & Apostolus vbi sup. Item pluralitas personarum non solùm exprimitur in scriptura ve. Test. sed etiā determinata pluralitas, videlicet beata trinitas, Isa. 48. c. Nō à principio in abscondito locutus sum, ex tēpore antequā fierent ibi erā, & nūc dñs Deus misit me & spiritus eius. Ista sunt verba Dei loquentis, vt patet ex textu immediate præcedēti. Similiter ex hoc quod immediatè subditur: Hoc dicit dominus Deus redēptor tuus sanctus Israël. In hac autē authoritate immediatè præmissa Isa. expressè loquitur de datione legis, quia fuit data in manifesto, quia de die & audiente toto populo vocem Dei loquentis, vt patet Exod. 16. & 20. Et hoc est quod dicit: Nō à principio in abscōdito locutus sum, à quādo lex primò fuit data, & immediatè subditur: Et nūc dñs Deº misit me & spirit⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius, *vbi Deus dicit se missum à Deo & spiritu eius. Nunc autem ita, q*
A *inter mittentem & missum semper est distinctio personalis, igitur est distinctio personarum in diuinis scilicet trinitas scilicet Dei missi, & Dei mittentis,* & spiritus eius. *Deum autem missum dicimus Deum incarnatum scilicet filium, Deum autem mittentem & spiritum eius dicimus patrem & spiritum sanctum, & sic patet trinitas personarum. Ad euadendum autem istud dictum* 8.a.Sa. *vnum mendacium adinuenit super locum istum, dicens, q omnes prophetæ fuerunt cum Moyse in monte Sinai, & ibi acceperunt prophetias suas, sicut & Moyses legem, sed postea illas prophetias denunciauerunt populo rephore à Deo determinato, & ideò dicit, q verba prædicta sunt verba Isa. ab isto loco: Ex tempore antequam fierēt ibi eram, id est, à tempore dationis legis de qua fit sermo, ibi fui in mōte Sinai, & quod sequitur:* Et nunc dns Deus mi.me, &c. *Refertur ad tempus quo Isaias, missus est ad annunciandū populo illa quæ prius acceperat in monte Sinai à domino. Sed istud dictum patet esse falsum multipliciter, nam immediatè præmittitur verbum domini loquentis de datione legis, cui dicitur:* Non à principio in abscon. &c. *& ideò immediatè subditur. Ex tempore antequam fierent ibi eram, & sic ex modo loquendi patet, q est verbū eiusdē, & sic patet q illud secundū nō est verbum Isa. sed ipsius Dei, sicut & primū. Quod autē primū sit verbū Dei loquentis de datione legis patet per literā precedentē, quia ibi præmittitur:* Ego primus & ego nouissimus manus mea fundauit terram, &c. *Quod nō potest dici de Isaia. Itē glo. Hebr. quæ apud eos autētica reputatur super locū illum Exod. 20.a.* Ego sum dns Deus tuus &c. *Dicit sic: Si dicis in secreto fuit sermo. silegis, nonne iam dictum est*
B *Isa. 48.c.* Nō à principio in abscon. &c. *& sic patet per istā glossam apud eos autenticatā, quòd istud verbū Isa. in persona dicitur loquentis Dei & hodie datione legis. Itē super illud Exo. 19.a.* Venerunt in solitudinem Sinai: *dicit sic glos. autētica Hebraica: Data est lex in publico, vt omnis qui voluerit recipere eā recipiat. Sequitur:* Ecce Deus sanctus, & benedictus, dicente. *Isa. 48.c.* Non à principio in occulto fui, ex tempore antequā fierent, ibi eram. *Et idem habetur super illud Exod. 20.a.* Ego dns Deus tuus: *& sic patet nō solū ex textu præcedenti & sequenti, sed etiā ex glos. Hebraicis apud Iudæos autentici, q authoritas prælegata Isa. nō a principio, &c. non est intelligenda de ipso Isaia loquentem in persona propria, sed magis loquitur in persona Dei, quia primò dedit legē in monte Sinai, & postea missus in mundum à Deo patre & spiritu eius ad redemptionē humani generis, secundùm q exprimitur manifestè in prædicta authoritate, & ideò in fine illius authoritatis ponitur: Hoc dicit:* Redemptor tuus sanctus Israel. *Ité q dicit Isaiæ fuisse in monte Sinai est valdè absurdū, quia Isa. adhuc non erat natus, imò fuit natus post ferè per 676. annos, quia ab egressu de Ægypto vsque ad quartū annum regni Salomonis in quo fundatum est templū, fluxerunt anni 480. vt habetur 3.Reg.6.* Et extūc vsque ad primum annū Oziæ regis Iuda, sub quo cœpit Isaias prophetare, fluxerūt 205 anni *vt potest haberi de facili, computando tempora regum intermediorum, insistendo tertium & quartum librum Regum. Si autē dicitur, quòd Esaias postquā acceperat prophetiā in monte Sinai mortuus sit, & postea tempore Oziæ resuscitatus, illud videtur fictitium quia sacra scriptura hoc nullo modo innuit, sed magis contrariū, &* maximè *quia oporteret secundùm eum dici idem de omnibus prophetis, vt patet ex prædictis. Si autē dicitur, quòd anima Isa. fuit creata ante corpus, & sic fuit in monte Sinai in anima & non in corpore, & postea illa anima tempore Oziæ fuit continūta corpori per viam naturæ generato & organizato, hoc dictum est contra scripturā Gen. 1.& 2.c.* Formauit hominem Deus de limo terræ, & inspirauit, &c. *Ex quo patet manifestè, quod organizatio corporis humani præcedit origine creationem & infusionem animæ. Item Zach. 12.a. dicitur:* Hoc dicit dns extendens cœlos & fundans terram, & fingēs spiritum hominis in eo. *Ex quo patet, q anima hominis creatur in ipso corpore iā organizato. Vnde & glos. Hebraica super locū istū sic dicit: Creator creat animam cū perfectione figuræ humani corporis. Itē arguitur contra vtrāq; responsionē simul, quia si Esa. fuit in monte Sinai tempore legis datæ, & hoc siue in anima tantū siue in anima & corpore simile, & ibi accepit prophetiam quam postea denunciauit. & sic alij prophetæ, sequitur q scriptura vet. Test. in magna parte sit falsa, quia sæpissime dicit prophetas accepisse spiritum prophetādi de nouo, sicut patet de Eliseo 4.Reg.2. & de Ezechiele Ezech. 1.& de multis aliis. Similiter quòd reuelationes sunt factæ ipsis prophetis de ipsis quæ ignorabant, sicut patet de Eliseo 4.Reg.4.c. Vbi dicit de illa muliere Sunanmite:* Anima eius in amaritudine est & dominus celauit à me. *Similiter de Daniele, de quo scribitur Dan. 1. quòd Deus dedit illi intelligentiam visionum & 2.ca. qualiter reuelatū est ei somnium Nabuchodonosor & eius interpretatio & 9.ca. introducitur angelus Gabriel reuelans Danieli dictum mysterium hebdomadarum, & in pluribus aliis locis eiusdem libri simile inducitur, similiter etiam in aliis libris ve. Test. vt patet intuenti, quæ omitto propter prolixitatem vitandam, hæc autem omnia & similia essent simpliciter falsa si prophetæ perfectè accepissent prophetias suas in monte Sinai, quia extunc fuissent de omnibus illuminati, siue fuissent ibi in anima tantum, siue in anima & corpore. Et sic patet quòd ratio Ra. Sal. non solum est*

Non omnes prophetæ prophetias acceperunt in monte Sinai.

contra totam scripturam ve. Test. & prophetiam, quæ dicit quòd anima D
præcedit corpus, sed & contra totam scripturam Philosophorum, vt ex prædictis patet. Et sic ex prædicta authoritate Isaiæ trinitas personarum patet in diuinis. Ad idem etiā facit illud Eccles. 4.c. Funiculus triplex difficilè rumpitur. *Gloss. Hebraica: Sensus videtur esse, mysterium trini Dei & vnius, non de facili discutitur. Sed hanc gloss. antiquam moderni Iudæi peruerterunt retorquentes hanc trinitatem ad tria attributa diuina, quæ sunt potentia, sapientia & bonitas, sed hoc est. sup. improbatū. Idem in Psal.* Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, Psal. 32.a.
&c. & sic de aliis. Patet igitur principale, qualiter pluralitas personarum posset probari per scripturam à Iudæis receptam, similiter & trinitas determinata.

Probatio incarnationis diuinæ personæ.

Secundium principale est probandum, scilicet incarnationem diuinæ personæ, itaque q Messias promissus in lege & prophetis sit verus Deus & verus homo. *Et adhoc probandum adduco authoritatem Ier. 23.a.* Ecce dies veni. do. & suſ. Da. ger. iuſt. *& per hoc patet & apparet Christi humanitas, quia hæc authoritas secundū omnes expositores Hebræorum intelligitur de Christo ad literā, sequitur in eadē serie textus & in eadē persona:* Hoc nomen meū quod vocabunt eū, dominus iustus noster. *& per hoc exprimitur Christi diuinitas vera, quia vbi habemus: Iustus dominus noster in Hebraico habetur, nomen domini tetragrammaton, quod nomen est proprijſſimū inter nomina diuina, &* E
propter hoc de nullo dicitur nisi de vero Deo. Sed ad hoc respondent aliqui dicentes, q nomē domini tetragrāmaton, nō dicitur de vero Deo tantum, sed etiā de aliis, vt habetur Ez.ec. vlt. de illa ciuitate quæ describitur ibi. Et nomē ciuitatis dominus ibidē: vbi habemus, dominus ibidē, in Hebraico ponitur nomē domini tetragrāmatō, & sic illud nomē dicitur de illa ciuitate, quæ tamē nō est idē quod Deus, ergo &c. Item Gen. 22.c. dicitur: Vocauit Abrahā nomē loci illius domin' videt, vbi habem'. dominus, in' Heb. ponitur, tetragrammatō. & sic locus ille nominatur illo nomine vt videtur. Item Iudic. 6.d. Ædificauit igitur ibi Gedeon altare domino, vocauitque id domini pax. *In Hebræo habetur,* dominus pax, *& ibi est nomen domini tetragrammaton, & sic idem quod prius sup. dictum est habetur. Item Exod. 17.d.* Ædificauit Moyses altare domino, & vocauit nomen eius, Deus exaltatio mea. *Vbi nos habemus,* dns: *in Hebræo est nomen domini tetragrammaton, & sic idem quod prius.*

Sed ista responsio nulla est, quia nullum prædictorū nominatur proprio nomine Dei, quod est nomen domini tetragrammaton, sed nominatur quodlibet prædictorū à quodam effectu Dei, quia solus Deus nominatur hoc nomine, & hoc nō est inconueniens, sicut aliquis homo bene vocatur adeodatus, vel deusdedit, vel aliquid huiusmodi, non tamen vocatur Deus absolutè, quia hoc esset impium, & hoc patet discurrendo per omnia prædicta. Quia Ezech. vlt. nō dicitur: Nomen ciuitatis dns, *ita q nominetur nomen domini tetragrammaton, sed dicitur ibi: nomen ciuitatis, dominus ibidem, id est, denominari debet à diuina inhabitatione. & hoc patet per Chaldaicam translationem quæ sic habet:* Nomen ciuitatis, *expones adiect:* A die qua fecit dominus descendere suā diuinitatem ibidem. *Similiter Gen. 22. non dicitur:* Vocauit Abrahā nomen loci illius, dominus *absoluē, sed* dns videt: *quia locus ille* F
non est nominatus nomen domini tetragrammaton, sed est nominatus à visione diuina, quia vidit ibi humilitatem & afflictionem ipsius Isaac liberans eum à morte, & arietem loco eius ponens. Vel aliter q Abraham vidit ibi in spiritu templum Deo ædificandum per Salomonem, in quo Deus visurus erat preces populi sui & oblationes, & hoc patet per trāslationem Chaldaicam, vbi dicitur: Adorauit ibi Abraham & ait coram dño: hic erunt colentes coram Deo Gentes. *Similiter Exod. 17. Moyses nō vocauit id altare nomine domini tetragrāmaton absolutè, sed vocauit id,* dns exaltatio mea: *à quodā effectu diuino, quia dominus liberauerat ibi populū à manibus Amalech ad preces Moysi, vt patet ibidem. Similiter Iudic. 6.* Gedeon vocauit altare illud nomen dñi *absolutè, sed à quodam effectu diuino. Et ideò vocauit illud* dñi pax, *vel* Dei pax: *quia dominus promiserat sibi pacem ab inimicis persequentibus eum, & de facto compleuit, & hoc patet per translationem Chaldaicam, qui sic habet:* Ædificauit ibi Gedeon altare domino, & seruiuit super illud Deo qui fecit ei pacem. *Patet igitur ex prædictis, q* Iudicū 6.c.
nomen domini tetragrammaton non dicitur de aliquo nisi de Deo vero tantum. Hoc etiam expressè dixit Ra. Moyses in libro directionis perplexorum, dicens expressè, q omnia nomina diuina, deriuata sunt ab operibus diuinis, præter nomen tetragrammaton, quod est appropriatum altissimo creatori, & secundum ipsum solum denotat diuinam essentiā cū proprietatibus suis intrinsecis. Cætera autē nomina diuina imposita sunt ab operibus diuinis, sicut patet de hoc nomine Elohim & Adonai: quæ inter cætera nomina sunt magis propria. & tamē hoc nomē Elohim vel Adonai imponitur ad significādū Deū ex generali quidētia: & propter hoc cōmunicatur aliis. Vnde iudices & sapientes & diuina sapiētia prædicti aliquādo nominantur Elohim in sacra scriptura, vt dicit Psal. Ego dixi dij estis, &c. In Hebraico ponitur Elohim: *& cōsimilia habentur i* Psal. 81.a.

pluribus locis.

pluribus locis. Et similiter habetur de hoc nomine adonai, quod imponi-
A *tur ab vniuersali præsidētia: & ideò bene dicitur in scriptura de potētibus & regibus, non autem ita est de nomine domini tetragrammaton, quod significat diuinam essentiam nudam & puram absque respectu ad extra. vt dicit doctor prædictus, & ideò non est communicabile alteri, & ideò cum ipse Christus nominetur, hoc nomine vt patet per authoritatem allegatam Ier. 23. patet quod ipse Christus est verus Deus. Propter hoc alij soluerunt aliter authoritatem prædictam corrumpentes veram literam, dicentes quòd sicut est in Hebræo Ier. 23. Et hoc est nomen eius qui vocauit eum, dominus iustus noster, ita quòd nomen domini tetragrammaton, loco cuius ponitur in translatione nostra, dominus, vt dictū est, non refertur ad Messiam filium Dauid, sed ad Deum verum qui vocabit ipsum ad liberationem populi Israël quando placuerit sibi.*

Contra istam solutionem non potest argui, nisi ostendendo, quòd ibi corrumpunt veram literam, & negant veritatem vt negent Christi diuinitatem, hoc autem posset optime fieri ex antiquis Bibliis quæ non essent corruptæ in passu isto & in aliis in quibus sit mentio de diuinitate Christi, si haberi possent, & hoc modo illi qui præcesserunt nos contra eos in hoc passu & consimilibus arguebant. Licet autem ego non videremaliquam Bibliam Iudæorum quæ non sit in passu isto corrupta. tamē audiui a fide dignis ratione vitæ & conscientiæ & scientiæ. affirmantibus iuramento quòd sic viderāt in antiquis Bibliis. sicut habet translatio Hieron. superius inducta. Si autem non possunt haberi antiquæ Bibliæ non corruptæ recurrendum est ad alias translationes, quas Iudæi rationabiliter negare non possunt. Et per hoc poterit prædicta falsitas de-
B *prehendi. Et primò deprehenditur per translationem 70. interpretum, quæ sic habet vt translatio Hieron. vt patet per officium ecclesiasticum quod de ista translatione assumptum est, in quo quidem officio sic ponitur ista authoritas: In diebus illis saluabitur Iuda, & in Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen* quod vocabunt eum, dominus iustus noster. *Ex hoc patet: quòd nomen domini tetragrammaton ad Christū refertur. Sed quæreret aliquis & benè, quomodo 70. interpretes sic trāstulerunt, quia quantum poterant in sua translatione operiebant diuinitatem ipsius Christi, ne rex Ptolemeus crederet eos adorare du-* Quare 70. interpretes operiebant diuinitatē.
umitatem ipsius Christi, ne rex Ptolemeus crederet eos adorare duplicem diuinitatem, vt dicit Hieron, in prologo Pentateuchi, & in pluribus aliis locis. Ad hoc est dicendum, quòd 70. in hoc loco sufficienter operuerant diuinitatem Christi, quia transferendo de Hebraico in Græcum non posuerunt nomen Dei tetragrammaton, sed loco eius posuerunt nomen commune, kyrios, quod in Græco sonat idem quod dominus apud nos. Et hoc nomen potest dici de Deo vero seu de quolibet magno principe seu magnate, & eodem modo Hieron. transferens de Hebraico in Latinum posuit nomen commune, dominus, quia non habuit nomen proprium correspondens nomini domini tetragrammaton, ideò loco eius posuit hoc nomen dominus, quod indifferenter dictum est de Deo & quolibet homine magno, propter quod authoritas Hieronym. 23. similiter non est efficax ad probandum Christi diuinitatem secundum translationem Hieronym. sed solum ex Hebraica veritate, secundum quem modum ego processi. Secundò patet falsitas Iudæorum in loco prædicto per translationem Chaldaicam, quæ est autentica apud eos, quæ sic habet: Ecce dies veniunt, dicit dominus: & suscitabo Dauid Messiam iustum, *vbi habemus,* germen iustum. *Ex quo patet quòd hæc authoritas intelligitur de Christo ad literam, & sequitur in translatio-*
C *ne Chaldaica,* Et hoc est nomen quod ipsi appellabunt eū, dominus iustus noster. *Et Ier. 23.b. Translatio Chaldaica habet:* Et hoc est nomen quod ipsi dicent ei, dominus iustus noster, *& ibi ponitur nomen domini tetragrammaton, vbi posuit hoc nomen dominus. Ex quo patet, quòd in Hebraica veritate non est vocabit, sed vocabunt, & sic patet quòd nomen domini tetragrammaton refertur ad Messiam quo nomine dicit Ier. ipsum appellandum seu nominandum à populis sibi subditis. Et ideò aliy aliter solverunt, dicentes quòd per hoc nomen non habetur quòd Messias sit Deus, quia non dicitur quòd non debeat esse Deus, sed vocabitur Deus. Sed ista responsio non valet, quia ista nominatio vel vocatio si vera esset, sequitur quòd sit Deus re sicut nomine nisi autem est in proposito, quia ibidem Deus præmittitur de ipso sic nominato:* Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iusticiam in terra. *Hoc autem esset falsum si nomen diuinitatis proprium sibi vsurparet, & illo nomine vocari se permitteret, nisi secundùm quòd ipsemet dicit Matth. 5.b.* Non veni soluere legē, sed adimplere. *Item notandum, q in prædicta authoritate Isaiæ vbi de Christo dicitur:* Et multiplicabitur eius imperium, *in Hebraico ponitur:* lemarbe, *quod in Latino sonat,* multiplicabitur. *Et scribitur hæc dictio Hebraica prædicta sic q hæc litera men, clausa ponitur in medio dictionis, quod est contra naturā huius literæ, & modum scribendi Hebræorum, quæ nunquam alibi ponitur nisi in fine dictionis, secundùm quod tangit Hieron. in prologo Galeato, vbi dicit quòd sunt quinque literæ duplices apud Hebræos, quia per has aliter scribuntur fines dictionum, aliter principia & media, & de his quinque literis duplicibus vna est men clausa, alia est men aperta. Men clausa semper ponitur in fine dictionis. Men autem aperta in principio & in medio, hic autem vt dictum est ponitur men clausa in medio dictionis*

manitas, per hoc autem quod sequitur: Et vocabitur nomen eius ad- D
mirabilis, &c. *Apparet eius diuinitas. Sed ad hoc respondent dicentes, q in Hebræo non habetur vocabitur, sed vocabit & sic illud quòd immediatè sequitur quòd exprimit diuinitatem, non refertur ad paruulum natum. sed ad verum Deum nominantem ipsum, & nomen pueri ponitur in fine authoritatis, cum dicitur:* Princeps pacis, *ita quòd secundū eos non est princeps in nominatiuo, sed potius in vocatiuo, ô princeps vel potiſsimè in accusatiuo. principem pacis. Quod de facili possunt dicere, quia nomina apud eos sunt declinabilia, & ideò eodem modo scribitur nominatiuus & accusatiuus. Est igitur sensus authoritatis secundùm eos:* Paruulus natus est nobis, &c. & vocabitur ille qui est admirabilis cōsiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi nomen eius, *id est, paruuli nati principem pacis, & ideò dicunt quòd ista authoritas est intelligenda de principe Ezechia rege Iuda sub quo dominus dedit populo pacem interfecto exercitu Sennacherib regis Assyriorum ab angelo diuinitus misso, vt habetur 4.Reg.19. Vel si dicatur, quòd de Christo debeat intelligi, per hoc non probatur eius diuinitas. Sed quia sic respondentes corrumpunt textum ideò recurrendum est ad alias translationes sicut feci in authoritate suprædicta. Et primò patet hoc falsum per 70. interpretes, qui habent hic, vocabitur. sicut Hieron. in sua translatione, sed tamen in hoc differunt à translatione Hieron. quia nominæ exprimentia diuinitatem Christi celauerāt in sua translatione ratione prædicta in præcedenti authoritate, & ideò sic transtulerunt: Puer natus est nobis & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Et isto modo in* E
officio missæ recitatur in natiuitate domini, quia officium ecclesiasticum inbis quæ accipiuntur de vete. Testam. sequitur translationem. 70. interpretum, saltem in pluribus, per hanc autem translationem patet quòd in Hebræo non est vocabit, sed vocabitur, vt isti dicunt corrumpentes textū & per consequens quòd ista nomina admirabilis, consiliarius & Deus fortis, &c. Quæ sunt exprimentia diuinitatem referuntur ad puerum natum, sicut & illud quod istis nominibus correspondet in translatione 70. scilicet hoc: Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus *quod idem significat implicitè & velatè. quia ista nomina diuinitatem Christi exprimentia significant explicitè & manifestè, quòd maximum consilium & secretum diuinum fuit incarnationis diuinæ mysterium antequam in effectu compleretur. Patet etiam per hanc translationem, quòd hæc authoritas non potest intelligi de Ezechia rege Iuda, quia ista nomina diuinitatem Christi exprimentia scilicet admirabilis, & Deus fortis, &c. non possunt ei conuenire, & per consequens in fine authoritatis non habetur in Hebraico, principem pacis, in accusatiuo casu, vt ipsi dicunt corrumpentes sententiam, sed potius Princeps pacis in nominatiuo, quia sicut dictum est in authoritate præmittitur vocabitur, & non vocabit: & per consequens si in fine authoritatis poneretur, principem pacis in accusatiuo, malè esset dictum, vt de se patet. Item quòd ista pacem dicunt debere intelligi de pace quam habuit populus Israël sub Ezechia rege interfecto exercitu Sennacherib, patet falsum per sequētem textum, quia immediatè subditur in authoritate prædicta Isaiæ:* Multiplicabitur eius imperium & pacis eius non erit finis, *quia ista pax quam habuit tunc sub Ezechia populus, fuit satis breuis, vt patet intuenti quartum librū Regum. Item prædicta responsio Iudæorum* F
patet falsa per translationem Chaldaicam, quæ sic habet: Infans datus est nobis, & filius datus est nobis, & recipiet super se legem ad seruandum eam, & vocabitur nomen eius de an admirabilis consilio Deus fortis, permanens in sæcula sæculorum Messias. in cuius diebus multiplicabitur pax. Per hoc enim quod dicitur hic Messias, patet quòd hæc authoritas non est intelligenda de Ezechia sed de Christo, per hoc autē quod hic dicitur: Et vocabitur nomen eius de ante admirabilis, consilio Deus fortis: *patet quòd nomina diuinitatem exprimentia referuntur ad Christum, ita quòd ipse est verus Deus. Quod autem interponitur hic ista determinatio de ante, q non est in Hebræo hoc est ad denotandum, quòd nomen Christi prius fuit vocatum à Deo, & etiā ab angelo quàm temporaliter nasceretur, secundùm quod habetur Luc. 2.& Mat. 1. Quod autē in hac translatione Chaldaica dicitur:* Et recipiet super se legē ad seruandā eam, *loco cuius in Hebræo & in translatione Hieron. habetur:* Et factus est principatus super humerum eius. *Hoc est ad denotandū, q Christus erat impleturus legē & seruaturus, secundùm quòd ipsemet dicit Matth. 5.b.* Non veni soluere legē, sed adimplere. *Item notandum, q in prædicta authoritate Isaiæ vbi de Christo dicitur:* Et multiplicabitur eius imperium, *in Hebraico ponitur:* lemarbe, *quod in Latino sonat,* multiplicabitur. *Et scribitur hæc dictio Hebraica prædicta sic q hæc litera men, clausa ponitur in medio dictionis, quod est contra naturā huius literæ, & modum scribendi Hebræorum, quæ nunquam alibi ponitur nisi in fine dictionis, secundùm quod tangit Hieron. in prologo Galeato, vbi dicit quòd sunt quinque literæ duplices apud Hebræos, quia per has aliter scribuntur fines dictionum, aliter principia & media, & de his quinque literis duplicibus vna est men clausa, alia est men aperta. Men clausa semper ponitur in fine dictionis. Men autem aperta in principio & in medio, hic autem vt dictum est ponitur men clausa in medio dictionis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

✠ contra naturam literæ, & modum scribendi, ad denotandum q̃ Christus
A de quo loquitur propheta, erat nasciturus de virgine clausa contra mo-
dum naturæ, & quòd mysterium incarnationis erat clausum & secre-
tum, sicut enim Poëtæ per figuras grammaticales signant aliquid subti-
liter intelligentibus, sic propheta per talem modum scribendi insolitum
mysteria occulta aliquando designabant. Et hoc modo Moyses significa-
bat pluralitatem personarum in vnitate diuinæ essentiæ, coniungendo
hoc nomen Helohim cum verbo singularis numeri, vt dictum est. Item
probatur tertiò incarnatio diuinæ personæ per authoritatem Michææ
5.a. Et tu Bethleem Ephrata paruula es in milibus Iuda, ex
te enim egredietur qui sit dominator. Et egressus eius ab initio, a
diebus æternitatis. Quod autem hæc authoritas ad literam intelligatur
de Christo, patet per translationem Chaldaicam, quæ sic habet: Ex te
enim egredietur Messias, vbi nos habemus: Ex te enim egredietur
qui sit dominator. Per hunc enim exitum de Bethleem ostenditur
ipsius Christi vera humanitas, & etiam secundùm carnem natus est de
semine Dauid, qui fuit de Bethleem, vt habetur 1.Reg.16. Propter quod
Scribæ Iudæorum & periti in lege interrogati ab Herode de loco nati-
uitatis Christi, responderunt, quòd nasceretur in Bethleem, & confirma
uerunt dictum suum per hanc authoritatem Michææ, vt patet Matt.2.a.
B Sed per exitum eius à diebus æternitatis exprimitur natiuitas eius æter-
na, qua fuit super nascitur à patre, & super natus est. Sed ad hoc respõderunt
aliqui, quòd per hoc non intelligitur Christi æternitas, secundùm diuini-
tatem, sed præuisio siue prædestinatio suæ natiuitatis quæ est in huma-
na natura tantum. Sed hoc non valet, quia æternitas talis præuisionis
est omnibus communis, quia omnia quantumcunque minima sunt à Deo
præuisa æternaliter & præordinata, & ideò si hoc modo intelligeretur
prædicta authoritas, per ipsam non exprimeretur specialitas in Christo
respectu aliorum quãtumcunque minimorum. Propheta autẽ intelligit
& intendit per ipsam exprimere præeminentiã & excellentiam Christi
Vanitas Iudæorum. vt patet intuenti. Propter quod dicunt aliqui Iudæi, q̃ septem res fuerũt
creatæ à Deo ante mundum scilicet lex, pœnitentia, gehenna, domus san
ctuary, thronus gloriæ, hortus voluptatis, & nomen Messiæ, & ideò sic ex-
ponunt illud Gen.2.b. De horto voluptatis: Plantauerat autem dominus
hortum voluptatis à principio, id est, ante mũdũ per duo millia annorũ
& hoc modo exponunt illud quod dicitur Mich.5.a. Egressus eius ab
ini. &c. Quia nomen Messiæ fuit creatum ante mundum modo prædicto.
Sed hoc dictum est ita irrationabile, quòd non indiget reprobatione. Lex
enim non potuit per se creari, sed in aliquo intellectu, hoc autem non
potest esse in intellectu diuino in quo non potest aliquid creari. Nec an-
gelico vel humano potest sic creari ante mundum, quia angelus vel homo
non ponuntur inter creata ante mundum secundùm ipsos. Similiter q̃
pœnitentia quæ non est nisi de peccato præterito, fuit ante mundum, &
per consequens ante peccatum, quod est valde absurdum. Hoc autem
modo posset argui de istis & de aliis consequentibus, sed dimitto, quia
dicta eorum friuola apparent & omninò absurda.

C Item incarnatio Dei probatur per authoritatem Can.3.d. Egredi-
mini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo
coronauit eum mater sua. Nam secundùm eos doctores Hebræorum
vbicunque in libro Canticorum ponitur nomen Salomonis, sub illo no-
mine intelligendus est Deus ipse qui est magnus Salomon, id est pacifi-
cus, quia facit pacem & concordiam in creaturis per connexionem
partium vniuersi, secundùm quod habetur Iob 25.a. Qui facit concor
diam in sublimibus suis. Vnde dicunt, quòd in toto illo libro agitur de
Deo & synagoga sub nomine Salomonis, & sponsa seu amica, sicut do-
ctores Catholici dicunt, quòd in eodem libro sub prædictis nomínibus
agitur de coniunctione Christi & ecclesiæ. Hoc supposito arguo ad pro-
positum, quia in prædicta authoritate dicitur de matre Salomonis, si
igitur nomine Salomonis intelligendus est Deus, etiã secundùm sensum
literalem secũdum ipsos, ergo oportet eos concedere quòd Deus habeat
matrem, hoc autem est impossibile secundùm naturam diuinam, & si-
militer secundùm naturam angelicam, ergo talis natura essnatura hu-
mana in qua conuenit sibi habere matrem, etiam quia natura hu-
mana est nobilior inter illas naturas quæ sunt per generationem, & sic
patet incarnatio diuinæ personæ. Sed ad hoc respondent aliqui Iudæi
dicentes, quòd Deus qui est magnus Salomon vocat hic ecclesiam Israël
matrem, ad exprimendum magnum amorem quem habuit ad eam, ali-
quando sitiam, aliquando sororem, aliquando matrem appellando. Sed
contra hoc arguitur, quia vnus sacræ scripturæ passus obscurus non de-
bet exponi nisi per alium locum clariorem eiusdem scripturæ, nunquam
autem in scriptura veter. Testam. inuenitur simile, q̃ Deus vocat eccle-
siam Israël matrem, sed bene inuenitur q̃ vocat eam sponsam, amicam,
filiam & huiusmodi, secundùm quod dicitur Iere.2.a. Recordatus sum
tui miserans adolescentiam tuam & charitatem desponsationis
tuæ, quando secuta es me in deserto. Et Iere.3.d. Reuertere vir-
go Israël ad ciuitates tuas, vsquequo deliciis dissolueris filia
vaga. Ergo prædicta expositio non est rationabiliter. Item mater respe-
ctu filij habet rationem principij, hoc autem nullo modo potest dici de
ecclesia respectu Dei vel alicuius dignioris, &c. & sic remanet prædicta
nostra expositio rationabilis & vera.

Item

Item probatur diuinitas & humanitas Christi per authoritatem D
Zach.9.c. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalẽ, ecce rex tuus
venit tibi iustus & Saluator. ipse pauper ascendẽs super asinam,
secundũ doctores Hebræorum ista authoritas nõ potest exponi ad literã,
nisi de Messia. Per hoc quod dicitur hic, Pauper & ascendẽs super asi-
nã ostenditur eius humanitas, in qua sicut pauper cum hominibus conuer-
satus est, per hoc autẽ q̃ dicitur: Rex iustus & Saluator, ostenditur in eo
natura excellentior per quã potest saluare & regnare, quia pauper in-
quantum huiusmodi est impotens ad talia, & ideò fuit in vnã similis di-
ues & pauper, dites in natura diuina, & pauper in natura humana. Et
q̃ sic debeat intelligi authoritas prædicta Zachariæ, patet per glos. He-
bræorum apud eos autenticã super illud Can.1.a. Exultauimus & læ-
tabimur in te gloria, id est, in te sancto & benedicto. Simile est enim
hoc cuidã regine cuius maritus filij & generi transierunt mare, postea
per magnũ tẽpus dictũ est ei: Venerunt generi tui, respondit, quod
ad me lætẽtur filiæ meæ. Dictũ est ei, venerũt filij tui. Respõdit,
quod ad me lætentur nurus meæ, quãdo autẽ dictũ est ei: Venit
vir tuus, dixit, nũc facta est perfecta lætitia mea, sic factum est vt
essent prophetæ dicẽtes ad Ierusalẽ: Filij tui de lõgè venerũt. respon-
dit, quod ad me lætẽtur filiæ Iudææ sed cũ dictũ est ei, illud Zach.9.c.
Ecce rex tuus venit: tũc fuit ei lætitia perfecta, vnde ibidem satis præ-
mittit: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalẽ, &c. Ex ista gloss.
patet q̃ Zacharias propheta loquitur de aduentu Dei ad filios Israel, si
igitur secundùm eos ista authoritas loquitur de Messia, quia etiam in E
eadem authoritate dicitur venire in paupertate, concluditur quòd ipse
sit Deus & homo, ita quòd sit pauper ratione humanitatis & potens
saluare ratione diuinitatis. Patet ergo ex prædictis secundũ principale. s.
qualiter ex scripturis receptis potest probari incarnatio diuinæ personæ.

Restat probare tertiũ principale, scilicet q̃ tẽpus huius incar-
nationis sit præteritũ. Ad hoc autẽ induco prophetiam Iacob
Gen.49.b. Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, nec dux de fe-
more eius, donec ve. qui mittẽdus est, & ipse erit ex-
pectatio gẽtiũ, sed modo ablatũ est regimẽ & dominatio à Iudæis à tẽ-
pore Herodis Ascalonitæ, sub quo natus est Iesus, ergo ab illo tẽpore venit
Christus. Ad hoc respõdent aliqui Iudæi q̃ hæc authoritas non est intelli-
genda de Christo ad literã, sed de Nabuch. rege Babylonis qui missus est
ex ordinatione diuina contra Ierusalẽ propter peccata populi, vt habetur
4.Reg.23. Extunc enim defecit regimẽ Iudæorũ, quia cæpit Sede-
chiam & excæcauit eũ, & filios eius occidit vt habetur ibidẽ c.25. Nec
postea aliquis de eius stirpe regnauit. Sed hoc dictũ apparet falsum, quia
post captiuitatem Babylonicam habuerũt duces & principes, sicut patet
de Zorobabel, Esdra, Neemia & Machabæis. Habuerunt etiã reges, quia
Ioannes Hircanus Simeonis Machabæi filius imposuit sibi diadema regni,
& extunc regnauerunt filij eius vsque ad Herodẽ qui fuit alienigena à
gente Iudæorum: & ideò vsque ad illud tẽpus non fuit amotũ omninò do
minium Iudæorũ. Si autẽ dicatur, q̃ à tẽpore Nabuchodonosor fuit amo-
tum à tribu Iudæ de qua amotione loquitur Propheta prædictus, quia illi
qui regnauerunt postea fuerũt de alia tribu, quia Machabæi fuerũt de
tribu sacerdotali, Nõ valet hic dictũ, quia Zorobabel qui post captiuitatẽ F
Babylonicã fuit eorũ dux, fuit de tribu Iuda. vt patet manifeste ex textu
bus multis sacræ scripturæ, similiter Machabæi, quia tribus sacerdotalis
& regia erãt cõmixta. Et ideò alij soluunt aliter dicẽtes, q̃ intelligitur
de Roboã filio Salomonis à quo recesserũt 10. tribus & adhæserũt Ieroboã
filio Nabath, vt habetur 3.Reg.12. sic ergo exponũt prædictã authoritatẽ.
Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, &c. donec veniat Silo, quia vbi Hie. trãstu-
lit, mittendus, Hebraica veritas habet Silo, & est nomen loci vt dicunt,
quia in illo loco venit Roboã, vt constitueretur post patrẽ rex, & in illo
loco recessit populus Israël ab eo, & constituerũt super se regẽ Ieroboam
qui erat de alia tribu scilicet Ephraim, & sic ablatũ fuit sceptrũ tunc de
Iuda, verũtamen quia ipsi filio Salomonis remansit duæ tribus, ideò se-
quitur in Hebraica veritate: Et ei aggregabuntur Gentes. Vbi Hierony.
transtulit: Et ipse erit expectatio Gentiũ. Sed ista respõsio patet fal-
sa per textũ 3.Reg.12. quia ibi dicitur, q̃ ille locus vbi Roboã fuit a popu
lo derelictus vocatur Sichẽ, & est locus bene remotus ab illo qui vocatur
Silo. Item huiusmodi responsio præcedens & consimiles apparẽt falsa per
translationem Chaldaicam, quia vbi Hieron. transtulit: Donec veniat
qui mittendus est: Hebraica veritas habet, donec veniat Messias,
quia id quod erat obscurum per hoc voluit declarare, & sic patet, quòd
prædicta authoritas non poterat intelligi de Nabuchodonosor, nec de
Roboam nec de alio quàm de Christo. Quod autem sequitur in Hebræi-
co: Et ei aggregabuntur Gentes. sic est intelligendum, quia Iudæi in
aduentu Christi, pro maiori parte sunt obstinati in sua infidelitate, &
Gentiles qui nomine Gentium designantur, aggregati sunt ipsi Christo,
fideique eius deuotè suscipientes, secundum quod dicit Apostolus Rom.
11.d. Cæcitas ex tẽpore contigit in Israël, donec plenitudo Gen-
tium introiret, &c. Quod autem tempore Herodis ablatũ est à Iudæis
sceptrum, patet: quia ipse fuit primus alienigena, qui regnauit in Iudæa.
pater enim fuit Idumæus. Iste Herodes Romanorum auxilio fretus, de-
bellauit Antigonum regem Iudæorum, qui descendebat à Machabæis, &
omnem prolem regiam occidit, & libros de genealogia regum combus-

✠ sit, ne post

✠ sit, ne postea deprehenderetur ipse & filij eius alieni à regno Dauid, in-
A terfecit etiam doctores legis, qui docebant in populo illud Deuter.17.c.
De medio fratrum tuorum pones super te regem, vt sic auferet à Iudæis omnem viam recuperandi sceptrum. Quod etiam patet per effectum, quia ab illo tempore vsque nunc fluxerunt 1039. anni ad minus, quia tali anno incarnationis cœptum est hoc opus, & adhuc Iudæi videntur magis à prædicto sceptro longinqui quàm à principio. Cùm enim ablatio sceptri fuit signum eis prædictum de aduentu Christi, manifestè patet, quòd illud impletum est tempore Herodis, quo regnante natus est Christus Iesus, & sic patet propositum, scilicet quòd tempus incarnationis sit præteritum. Item hoc idem probatur authoritate Ag.2.d. Hæc dicit dominus exercituum, adhuc modicum vnum est, & ego mouebo cœlum & terram, mare & aridam, & mouebo omnes Gentes, & veniet desideratus cunctis Gentibus. Et sequitur: Magna erit gloria istius domus nouissimæ magis quàm primæ, dicit dominus exercituum. Secundum omnes expositores, Hebræorum habetur, quòd iste desideratus est Messias siue Christus. Patet igitur per plura in authoritate prædicta posita, quòd tempus aduentus Christi sit præteritum, primò per id quod dicitur ibidem: Adhuc vnum modicum. ☞ subditur de aduentu Christi: Veniet desideratus cunctis Gentibus, &c. Aggeus propheta dixit hoc verbum secundo anno Darij regis Persarum, ab illo autem tempore vsque nunc fluxerunt anni 1659. secundum computationem Iudæorum, & plures adhuc secundum computationem nostram 1701. Talis enim numerus non dicitur in scriptura modicum, cum enim dicat Propheta in scri-
B ptura restare tempus modicum, vsque ad tempus desiderati cunctis Gentibus, patet quòd tempus sui aduentus est præteritum. Sed ad hoc respondent aliqui, quòd tantum tempus in scriptura benè dicitur modicum, quia in Psal.89.a. dicitur: Mille anni ante oculos tuos tanquã dies hesterna, quæ præterit. Sed quòd hæc responsio non valeat, patet, quia si tempus mille annorum comparetur æternitati, modicum est & sic loquitur authoritas Psal. Prædicti quod patet per hoc quod dicit Mille anni, &c. Quia diuina cognitio qua per oculos designatur, æternitate mensuratur, sed si referatur tempus mille annorum ad expectationem populi, sic non potest dici rationabiliter loquendo, tempus modicum, sed magnum, vnde & Baruch 6. tempus captiuitatis Babylonicæ prædicitur magnum & longum, quod tamen fuit valdè modicum respectu scilicet 70. annorum. Item propositum per id quod in authoritate subditur: Veniet desideratus cunctis Gentibus, & replebo domum istam gloria. Et loquitur propheta de domo Dei ædificata à Iudæis post captiuitatem Babylonicam. Igitur stante illa domo venit Iesus Christus, quia propheta dicit eam replendam gloria per aduentum ipsius desiderati cunctis Gentibus ad eam. Domus autem illa destructa est per Titum & Vespasianum 42. anno post domini passionem, ergo, &c. Item tertiò per hoc idem patet propositum per illud quod sequitur in authoritate prædicta scilicet, Magna erit gloria istius domus nouissimæ magis quàm primæ. Et constat, quòd propheta loquitur de domo ædificata post captiuitatem Babylonicam, vt dictum est: ad cuius ædificationem inducebat populum, & prædixit gloriam eius maiorem futuram quàm fuit gloria domus ædificatæ per Salomonem: hoc autem non intelligitur propter maiores diuitias seu honores, seu cultum diuinum vel adificatores: quia status populi tunc erat quasi nullus respectu illius domus, & status qui fuit
C sub Salomone. Propter hoc dicitur 1.Esdræ 3, quòd sacerdotes qui vide-
rant primam domum lachrymabant, aliis exultantibus in dedicatione
domus secundæ, quia quasi nullius momenti erat respectu primæ, & ideò
non potest intelligi gloria eius maior, nisi per aduentum ipsius desi-
derati cunctis Gentibus qui eam glorificauit præsentia sua, quia in ea fuit
à matre oblatus, secundùm quòd propheta Malachias prædixerat 3.a.
Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos
quæritis, & angelus Testamenti quem vos vultis. Ipsam autem
domum frequenter honorauit, quando ibi docuit & prædicauit. Dicunt
autem aliqui Iudæi ad hoc, quòd maior fuit gloria secundæ domus quã
primæ in annis, quia plus duravit. Sed hoc non valet, quia licet verum
sit, quòd plus duraurit, hoc tamen non fuit ad gloriam, sed ignominiam,
quia pluribus temporibus fuit conculcata & dehonorata, quia Antio-
chus Epiphanes posuit ibi abominandum idolum, & fecit ibi prostibula
mulierum, secundùm quòd habetur 1. Machab. & 2. Sed quia librum
istum non recipiunt Iudei, non potest dici quòd hoc idem habetur. Dan.
Iosephus 8. Hoc etiam dicit Iosephus lib.12. antiquitatum. Similiter quando ciui-
tas Ierusalem fuit capta per Pompeium imperatorem Romanorum.
Item iterum alias per Herodem Ascalonitam, & vltimò quando destru-
cta fuit per Titum & Vespasianum. Omnibus enim istis temporibus fuit
illa domus deiecta & conculcata. Item ista maioritas durationis non
videtur esse alicuius gloriæ notabiliter, aliter enim lapis diceretur ma-
ioris honoris & gloriæ quàm natura humana, quia est maioris dura-
tionis. Item si computemus durationem domus secundæ secundùm Iu-
dæos, dicentes eam durasse 420. annis habebimus q̃ prima domus plus
duravit, quia plures anni fluxerunt à quarto anno Salomonis in quo

fundata

Item sed ad hoc respondent aliqui Iudæi quòd tempus incarnationis Christi
D non est præteritum, quia ipse non venit, sed venturus est. Sed contra hoc
arguitur, quia si Christus non venit, ergo Deus non habet filium, quia
filius non est nisi de substantia patris, & per consequens Deus non est
pater, quia pater non est nisi de substantia filij, & per consequens Deus
non est Deus, quia Deus non est nisi de substantia Dei, & per consequens
Deus non est, quia Deus non est nisi de substantia Dei, & per consequens
Deus non est Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

℣ computant per annos solares sicut nos, dato tamen quòd computarent
A per annos lunares, nihilominus haberetur propositum nostrum vt videbitur. Secundò videndum est, quot annos continent hebdomadæ prædictæ, & patet per hoc, quia si multiplicentur 70. per 7. resultant. 490. & sic 70. prædictæ hebdomadæ continent annos 490. Tertiò videndum est à quo anno incipiat computatio istarum hebdomadarum. Et dicunt aliqui Iudæi quòd incepit ab vndecimo anno regis Sedechiæ, quando destructum est primum templum. Alij dicunt, quòd incœpit à primo anno Darij regis Medi, quia illo tempore dixit ista angelus Danieli. Alij dicunt quòd incœpit à reditu captiuitatis sub Zorobabel duce, anno secundo Cyri regis Persarum. Alij dicunt quòd incœpit à secundo anno regni Artaxerxis, quando missus est Neemias ad reædificandum ciuitatem sanctam. Quæ autem istarum opinionum sit vera, & aliarum improbationem, omitto propter prolixitatem vitandam, quia istud diffuse scripsi super Danielem. Et secundùm omnes istas tres computationes habebitur sufficienter propositum scilicet quòd tempus aduentus Christi sit præteritum: quod patet, quia angelus determinatè assignat 490. annos vsquequo impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum, id est, Christus. Sed qualitercunque incipiantur anni solares vel lunares, & vbicunque incipiatur computatio secundùm prædicta, quia infertur non potest accipi, quàm in secundo anno Artaxerxis, totum tamen tempus prædictum iam diu est præteritum, & hoc sufficit ad propositum nostrum. Si autem aliquis velit plenius videre, qualiter iste numerus annorum prædictus impletus est per partes singulas, & qualiter in medio hebdomadæ vltimæ passus est Christus, & cætera quæ faciunt ad expositionem huius textus, potest recurrere ad id quod scripsi super Danielem, vbi ista diffusè tractaui & contraria dicta vi potui, improbaui. Verum hic volo remouere quandam solutionem falsam quam dat Rabbi Salomon ad rationem prædictam, dicens quòd illæ. 70. hebdomadæ non continent tempus præcisum vsque ad Christi aduentum & passionis eius mysterium, vt prædictum est, sed continent tempus præcisum à destructione primi templi vsque ad destructionem secundi per Titum & Vespasianum, dicens: Et 70. precisè hebdomadæ sunt, id est, præfinitæ. Super populum tuũ & super vrbem sanctam tuam antequam veniat perfecta captiuitas ipsorum, quæ facta est per Romanos comburentes ciuitatem & templum, & eiucientes inde populum Iudaicum. Vt consumetur præuaricatio, id est, vt desistant à præuaricationibus castigati per prædictam captiuitatem & afflictionem. Et deleatur iniquitas eorum, scilicet per captiuitatem & afflictionem prædictam quæ est eis pro pœna, vt dicit: Et adducatur iustitia sempiterna, id est, vt in æternum iustificentur per prædictam captiuitatem pro peccatis pœnam tolerando. Et sic finaliter impleatur visio & prophetia, id est, visiones de Christo promisse per prophetas. Et vngatur sanctum sanctorum, id est, arca domini, & vasa sanctuary, quæ recuperabuntur per Messiam in fine huius captiuitatis Iudæorum venturum, vt dicit. Sed quantum debeat durare ista captiuitas, non dicitur, & per
C consequens determinatus aduẽtus Christi ipsius hic non diffinitur. Qualiter exponat literam sequentem hic omitto, tum quia non est necessarium ad propositum, tum quia diffusè tractaui hoc super Dan. Quod autem ista expositio sit falsa & extorta facta per eos, patet per literam præcedentem, vbi dicitur quòd angelus Gabriel venit propter orationem Danielis orantis pro liberatione populi, ad declarandum exauditionem suæ petitionis. Et ideò non solùm nunciauit ei liberationem de captiuitate Babylonica, sed etiam perfectam liberationem fiendam per Christum, de qua principaliter Daniel orabat. Et ideò dicere, quòd angelus veniebat ad denunciandum Danieli perfectam liberationem sui populi, & nullum certum tempus liberationis fiendæ per Christum, hoc est valdè absurdum & præcedenti literæ contrarium, quia angelus non venisset ad consolationem Danielis, sed magis ad eius desolationem:

Item quod dicit, quòd per captiuitatem in qua sunt desistant à præuaricationibus, hoc manifestè est falsum, quia super omnes gentes intendunt sortilegiis & auguriis, vt sciunt illi qui nouerunt facta illorum, & tamen ista maximè prohibentem in lege diuina, sicut patet Deuteronom. & Exod. & in pluribus aliis locis veteris testamenti. Item quòd dicit impleri visiones propheturum per merita eorum, est contra id quod dicitur Deuter. 9. b. Scito quòd non propter iustificationes tuas dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, &c: & multò minùs propter iusticias eorum est implenda promissio, & maximè quia de eo scribitur Esa. 8. c. Et erit in lapidem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel, &c. Item quòd dicit per vnctionem sanctis sanctorum intelligi vnctionem arcæ & sanctuary quæ recuperabuntur per Messiam regem, hoc est contra illud quod dicitur 1ere. 3. e. Cùmque multiplicati fueritis & creueritis in terra Israel in diebus illis aic dominus, non dicent vltra arca Testamenti domini, neque ascendet supra cor, neque recordabuntur illius, neque visitabuntur, nec fiet vltra. Hoc est dictum, quòd cerimoniæ veteris Testamenti omninò cessauerunt post passionem Christi, extunc enim fuerunt mortuæ. Pluribus etiam aliis D
modis argumentatus sum super Danielem contra prædictum errorem, sed ista ad præsens sufficiant.

Item probatur tempus aduentus Christi esse præteritum, per id Dan. 2. vbi dicitur, quòd Nabuchodonosor vidit statuam magnam. Huius autem statuæ caput ex auro purissimo & optimo fuit, pectus autem & brachia ex argento puro, venter & pedes eius & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, &c. Sequitur: Abscisus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Per hanc autem statuam designantur quatuor regna magna sibi in orbe succedentia, secundùm quod Daniel diuinitus inspiratus ibidem exposuit. Primum est regnum Chaldeorum, quod significatur per caput aureum, vt ibidem dicitur. Secundum est regnum Persarum, quod significatur per argentum, quòd subiecit sibi regnum Chaldæorum. Tertium est regnum Græcorum seu Alexandri, quod per æs significatur, quod subiecit sibi regnum Persarum. Quartum est regnum Romanorum, quod per ferrum significatur, quod subiecit sibi regnum Græcorum & alia regna mundi, sicut ferrum domat omnia alia metalla. Per lapidem autem abscisum de monte sine manibus, designatur ipse Christus Iesus siue regnum eius, cui subiciendum erat Romanorum imperium, vt prædicitur. Ista autem plenius declarauit super Danielem. Sed pono hic breuiter, quod in prædicta expositione omnes expositores tam Catholici quàm Hebræorum concordant. Tunc hoc supposito arguo sic. Quia in prædicta prophetia exprimitur, quòd ille cui E
subiiciendum erat regnum Romanorum, erat ipse Christus. Cùm hoc igitur impletum sit tempore Constantini & Syluestri Papæ, quo tempore Romanum imperium per fidem veram subiectum est Iesu filio virginis Mariæ, patet quòd ipse est verus Christus & Messias.

Post quam autem probatum est tempus aduentus Christi præteritum per scripturam canonicam, hoc idem etiam probatur per glossas & dicta doctorum Hebræorum apud eos autentica, vnde Esa. vltim. c. dicitur: Antequam parturiret peperit. Glossa Hebræorum: Quia antequam natus fuisset ille qui in seruitutem vltimam redegit, natus fuit redemptor: ergo ante natiuitatem Iesu qui ciuitatem destruxit, populum captiuauit & seruituti exposuit, intantum quòd dabatur triginta Iudæi pro numino argento, vt dicit Hugo. Ilo. fuit natiuitas ipsius Christi. Hoc idem patet per translationem Chaldaicam ibidem. Adhuc non erit et veniens angustia & redimetur. & adhuc non venit ei tremor cum doloribus propter partum reuelabitur rex Messias, dolor enim & angustia partus exprimunt maximam calamitatem, quàm sustinuerunt Iudæi in obsidione Titi & Vespasiani, ergo ante obsidionem illam, & Vanitates
miseriam illam venit Christus, hoc concedunt multi apud eos. Dicunt Iudæorum
tamen, quòd ipse Christus natus fit in die destructionis templi. Sed cum de Christo.
ab illo tempore fluxerunt. 1235. anni. quæritur ab ipsis, vbi sit ipse Christus, & vbi per tantum tempus fuerit. Et dicunt aliqui, quòd ipse cum angelis viuens in eo modo quo Moyses vixit 40. diebus in monte Sinai & expectat præceptum domini ad se ostendendum. Alij dicunt, quòd est vltra montes Caspios expectans præceptum domini de liberatione populi. Alij dicunt, quòd valdè per mundum, sicut pauper & leprosus & F
humiliatus propter peccata populi, secundùm quod dicitur Esa. 53. b. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, &c. Quousque appareat ex præcepto domini in virtute ad liberationem filiorum Israel de seruitute & miseria in qua sunt. Talis autem varietas ostendit manifestè, quòd dictum eorum quantum ad hoc est fictitium, sed verum est quo ad hoc quòd tempus aduentus Christi tam diu est præteritum.

Item hoc idem patet per quandam traditionem apud eos autenticam, & continetur in quodam libro qui apud eos vocatur liber Iudicum ordinariorum, traditus à domo Eliæ, id est, à discipulis eius. Per sex mille annos erit mundus, duo millia vanitatis, duo millia legis, duo millia Messiæ. Ad intellectum huius est sciendum, quòd Hebræi dicunt hoc fuisse dictum à filio mulieris Sareptanæ quem suscitauit Helias, qui etiam postea habuit spiritum prophetiæ, & prophetauit de duratione mundi quòd duraret, vt dictum est sex millia annorum. Duo millia autem dicunt tempus vanitatis, quia à principio mundi vsque ad vocationem Abrahæ, quia dictum est ei à domino: Egredere de terra, &c. Gen. 12. a. mundus defluxerat in vanitate peccatorum. Primò per luxuriam: vt patet tempore Noë, propter quod factum est diluuium, quia omnis caro corruperat viam suam. Secundò per idololatriam post diluuium, quoniam circa natiuitatem Abrahæ totus mundus erat idololatriæ deditus, ipse autem primò ausus est publicè vnum creatorem & Deum prædicare, vt dicit Iosephus 1. libro antiquitatum. Et istud tempus durauit per duo millia annorum & 23. quia Abraham habuit 75. annos quando vocatus est. Extunc autem incœpit tempus legis, quia lex non datur nisi populo adunato. per Abraham autem incœpit populus adunari sub fide vnius Dei, & ad legem suscipiendam dispositionem: propter quod Abrahæ data est lex circumcisionis ad distinctionem illius populi qui erat legem accepturus ab aliis populis, ab illo
℣ autem tempore

℣ autem tempore scilicet à vocatione Abrahæ vsque ad natiuitatem Chri-
A sti fluxerunt duo millia annorum, nisi quod deficiunt. 29. Si igitur accipiatur. 23. qui superabundant vltra duo millia prædicta quæ dicuntur tempora vanitatis, habebimus quatuor millia annorum à principio mundi vsque ad natiuitatem Christi, nisi quòd deficiunt 5. anni. Si igitur quinque anni quibus Christus latuit in Ægypto propter persecutionem Herodis, iungantur præcedentibus, ita quòd dies Messiæ incipiant computari ab illo tempore quo de Ægypto est reuersus, habebimus de principio mundi quatuor millia annorum vsque ad dies Messiæ scilicet duo millia vanitatis, duo millia legis secundùm prophetiam prædictam. Vtrum autem dies Christi debeat tantum durare per duo millia annorum vel plus vel minus, non me intromitto, quia finem mundi determinandum dicere non intendo. sed sufficit mihi secundùm prædictam traditionem Iudæorum, quòd tempus aduentus Christi sit præteritum, ex quo iam dictum est quòd transierunt à principio mundi quatuor millia annorum, quia à principio mundi ipsi computant quinque millia & 70. annos vsque ad annum domini. 1030. quo præsens opus fuit scriptum.

Item ostendo propositum per rationem ex scriptura sumptam, considerando enim processum veteris Testamenti apparet, quòd quamdiu filij Israël fuerunt seruientes Deo fuerunt in statu prospero, & si aliquando fuerunt captiuati & afflicti, hoc fuit propter peccatum populi illius, nunc autem ita est quòd ante captiuitatem Babylonicam fuerunt idololatræ pessimi & occisores prophetarum eos à peccatis prohibentium, intantum quòd impleuerunt ciuitatem Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os, vt dicitur 4. Reg. 21. c. Et multa alia fecerunt
B propter quæ captiuati sunt in Babylonica: & illa captiuitas non durauit nisi per 70. annos. Cùm autem captiuitas in qua sunt nunc duraurit per annos. 1235. Nec adhuc apparet eorum liberatio de proximo, oportet eos concedere, quòd peccatum propter quod tandiu captiuati sunt, fuit maius quàm peccata præcedentia captiuitatem Babylonicam, cùm pœna debeat respondere peccato, hoc autem non potest dici nisi propter illud grauissimum peccatum quo Christum eis in lege & prophetis promissum negantes & persequentes crudeliter occiderunt, quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non leguntur idololatrasse & prophetas occidisse, & tanta crimina perpetrasse in aliis sicut ante. Et ideo rationabiliter non potest assignari causa tantæ captiuitatis & miseriæ nisi illa quæ dicta est. scilicet quòd non cognouerunt tempus visitationis suæ, vt Luc. 10. hoc autem dicit Rab. Moyses in libro Iudicum ordinariorum: Iesus Nazarenus visus est esse Messias, & interfectus est per domum iudicij, & ipse fuit causa & promeruit vt destrueretur Israël in gladio.

Doctrina declaratur vera duplicater.

Item doctrina aliqua declaratur vera, & hoc dupliciter. Vno modo per reductionem ad principia euidentia, & hoc modo declaratur veritas eorum quæ subiacent facultati naturali intellectus. Alio modo per diuinum testimonium scilicet quando ad confirmationem talis doctrinæ fit tale miraculum, de quo certum est, quòd non potest fieri nisi virtute diuina. sicut est suscitatio mortui, illuminatio cæci, & consimilia. Constat igitur, quòd nullo modo Deus potest esse testis falsitatis, & ideò si tale miraculum vel factum diuinum perpetratur ad declarationem alicuius doctrinæ, sufficienter concluditur propositum scilicet talem doctrinam esse veram, & hoc modo declarata est veritas eorum quæ excedunt intellectus facultatem, sicut patet quòd hoc modo declarata est veritas quæ dicta est per Moysen, Iosue & consimiles. Nunc autem ita est, quòd opera diuina sunt multa valdè & manifestè, facta sunt ad declarationem Christi & doctrinæ eius & suorum. vt patet per scriptores ve-
C risimos, & famam publicam vsque nunc continuatam, quæ in talibus faciunt sufficientem fidem, sicut firmiter tenemus Aristotelem fuisse Philosophum & Platonem, & tamen non habemus inde aliam probationem nisi per famam publicam. igitur etiam sic fuit de doctrina Christi, hoc etiam patet per libros apud Iudæos autenticos. Scribitur enim in quodam libello qui apud eos intitulatur de Iesu Nazareni generatione, qui leprosos mundauit, & claudum ex vtero matris suæ stare fecit & mortuum suscitauit, & multa alia quæ fieri non poterant, nisi virtute diuina. Dicitur tamen ibidem, quod talia fecerat virtute nominis tetragrammaton: quia qui sciret illud debito modo pronunciare, posset virtute illius miracula facere, vt in eodem libro dicitur. Iesus autem Nazarenus pronunciationem illius nominis didicit, vt ibidem dicitur, quòd in templo domini lapidem super quem steterat arca domini antiquitus inuenit, in quo erat scriptum tale nomen expositum, vocatur autem expositio illius nominis descriptio & determinatio qualiter debeat pronunciari. Licet autem hoc dictum non sit verum, tamen ex hoc contra Iudæos habet argumentum, quòd nomen domini tetragrammaton quod est inter alia nomina sanctissimum, secundùm eos non potest habere virtutem ad agendum aliquod contrarium honori diuino, sed magis ad id quod est honori diuino consonum. Cùm igitur dicunt q virtute illius nominis Iesus Nazarenus fecerat miracula, oportet eos concedere, q docuerit na Christi, ad cuius confirmationem faciebat talia miracula non erat falsa, nec honori diuino contraria, sed magis con- D
sona, cùm ergo docuerit se esse verum Deum, verum Christum à Deo missum & verum hominem. sequitur per consequens, quòd istud sit verum, aliter sequeretur quòd ipse fuisset falsus propheta & sciuerit se sibi blasphemator è diuinitatem, & quod ad confirmationem istius falsitatis fuissent facta vera miracula virtute diuini nominis sanctissimi, & tunc Deus in cuius virtute talia miracula fierent, quæ alia virtute fieri non possunt esset testis falsitatis, quod est inconueniens. Item pronunciatio cuiuslibet nominis non potest talia facere, sed solus Deus talia fecit, & facit ad inuocationem sui nominis & virtutis. Si igitur Christus virtute nominis prædicti fecit prædicta, oportet concedere quòd illa fecit virtus diuina, & per consequens quòd doctrina eius ad cuius confirmationem talia fecit, fuit vera, cùm Deus non possit esse testis falsitatis, vt supra dictum est. Hæc etiam & alia videtur dicere Iosephus expressè qui fuit maximus historiographus Iudæorum, & apud eos autenticus. Dicit enim sic libro 18. antiquitatum describens tempora Ty- Iosephi re-
berij Cæsaris, sub quo passus est Iesus: Fuit isdem temporibus Iesus sa- timonium
piens vir. si tamen eum virum nominare fas est: erat enim mirabilium de Christo.
operum effector, & doctor eorum hominum qui libenter audiunt ea quæ vera sunt, & multos quidem Iudæorum & multos ex Gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis virorum cum Pilatus in crucem agendum decreuisset, non deseruerunt eum hi qui ab initio dilexerant eum. Apparuit enim eis tertia die iterum viuus quòd diuinitus inspirati prophetæ vel hæc, vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerant.

Item quando scriptura dicit aliquid futurum & determinatum, E
tempus modum & locum, etsi omnia ista concurrant in vnum, manifestè patet, quòd illud fuerat prædictum, est adimpletum, sacra autem scriptura prædixerat aduentum Christi, vt patet in multis locis, determinauit etiam tempus veniendi, videlicet quando fieret translatio regni, vt habetur Gen. 49. b. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Similiter locum nascendi, &c. Michææ 5. a. Et tu Bethleem, &c. Similiter modũ viuendi scilicet quod Christus in paupertate viueret Zacha. 9. c. Ecce rex tuus venit iustus & saluator, ipse pauper, &c. Determinauit scriptura modum moriendi scilicet quòd in humilitate & patientia ex parte ipsius personæ Christi, sed in credulitate maxima ex parte ipsorum occidentum eum, vt habetur Isa. 53. c. Tanquam ouis ad occisionem ductus est, &c. Cùm autem hæc omnia manifestè sint adimpleta de Iesu Nazareno, rationabiliter concluditur quòd ipse sit verus Christus.

Sed contra hoc arguunt Iudæi multipliciter, primò per id quod ha- Argumẽta
betur Isa. 2. vbi loquitur de tempore aduentus Christi dicens. Erit in Iudæorum.
nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium &c. Sequitur: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non leuabit gens contra gentem gladium nec exercitabuntur vltra ad prælium. Ex his enim formant quadruplex argumentum. Primò ex hoc. Erit in nouissimis diebus. Iesus autem non fuit in nouissimis diebus, quia post natiuitatem eius stauerunt multa tempora. igitur non fuit Christus, cuius aduentus promittitur in nouissimis diebus. Secundò ex eo quod subditur, quòd mons domus domini erit in vertice montium. Mons enim ille dicitur mons Sion vbi fuit templum ædificatum, sed mõs ille in aliquo est eleuatus, ergo adhuc non venit Christus. Vnde occasione huius verbi dicunt aliqui doctores Hebræorum, quòd dominus debet portare montem Thabor in montem Sinai, & montem Carmeli ad locum vbi est Ierusalem & super vertecem istorum montium ponere montem Sion, hoc autem nondum est F
adimpletum. ergo, &c. Tertiò arguunt ex eo quod subditur: & fluent ad eum omnes Gentes: quia non omnes Gentes, crediderunt in Iesum Nazarenum, nec adhuc credunt, igitur non fuit Christus. Quartò per id quod subditur: Non leuabit omnes contra gentem gladium, &c. Quia non cessauerunt bella per orbem, vt patet manifestè. & maximè quia post mortem Iesu in Iudæa fuerunt bella atrocissima tempore Titi & Vespasiani, igitur ipse non fuit verè Christus.

Ad primum dicendum est, q dies nouissimi dicũtur scilicet dies Mes- Responsio
siæ in sacra scriptura, quamquam doctores Hebræorum debent ad mi- ad argumẽ-
nus durare per duo millia annorum, vt patet ex prædictis, & non so- ta
lùm dies Messiæ dicuntur dies nouissimi, sed etiam aliqua tempora per ipsum Christum præcedentia, vt patet Genesis 49. a. Vbi patriarcha Iacob dixit filiis suis. Congregamini vt annunciem quæ ventura sunt nouissimis diebus, & ibidem non solùm denunciat de aduentu Christi, sed de multis aliis quæ impleta sunt à tempore regum Israël & Iudicum, vt patet literam intuenti, & etiam secundùm expositores Hebræorum, & ideò non valet prædictum argumentum. Ad secundum argumentum est dicendum, q eleuatio montis Sion non intelligitur secundùm localẽ eleuationẽ, vt intelligunt Iudæi, sed secundũ nobilitatẽ & signorũ magnitudinem, secundũ etiam q dicit Rab. Sa. magnus do-
ctor apud eos, hoc est dictu, quòd tanta signa & maiora debent fieri in

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduentu Christi in monte Sion, quàm in prædictis aliis montibus, & hoc patet impletum per Iesum Nazarenum qui illuminauit cæcum natum, Ioan. 9 a. & 5 a. Act. 2. 3. & sanauit languidum in probatica piscina, & multa alia miracula fecit ibi. Ibidem etiam spiritum sanctum apostolis dedit, quod fuit maximum miraculum, quia homines idiotæ & simplices habuerunt notitiã perfectam scripturarum, & loquebantur idiomata omnium linguarum. Si autem diceretur, quòd hæc solutio sumatur ex euangelio, & ideò non est efficax contra eos, nec valet: quia ad probandam aliquid Iudæis, oportet vti scripturis apud eos autenticis in respondendo eorundem dictis. Dico quòd hoc non oportet semper. Item non solum euangelistæ scribunt Christum fecisse miracula vera, sed etiam doctores Hebræorum, vt patet ex prædictis, propter quod ista solutio habet efficaciam ex eorum libris. Ad tertium est dicendum, quòd ibi distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, sicut dicitur quòd omne animal fuit in arca Noëquia de singulis speciebus animalium fuerunt ibi aliqua individua in arca Noë. Similiter de omnibus Gentibus aliqui crediderunt in Christo, vt patet per diffusionem fidei in toto orbe. Aliter potest dici, quod omnis in sacra scriptura ponitur pro multis aliquando & frequenter, sicut habetur 2. Regum 17. Dixit Absalon & omnes viri Israel, melius est consilium. Certum est enim quòd ibi non Rom. 10. 2. erant omnes viri Israel præsentes, sed multi. Et sic est in proposito, quia multi conuersi sunt de Gentibus ad fidem catholicam, etiam tempore apostolorum, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, scilicet prædicationis & annunciationis fidei Christianæ. Ad quartum est dicendum, quòd circa tempora Christi fuit pax diuturna in toto orbe, & maximè in Iudæa: quod patet ex hoc, quia imminente natiuitate Christi pacificatis omnibus regnis & sub imperio Romano redactis, præceptum fuit à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, & ab illo tempore vsque ad 40. annum post passionem Christi, quando cœperunt Iudæi rebellare Romanis, non leguntur aliqua bella notabilia fuisse in Iudæa, nec Iudæos vsos fuisse armis, quia terra illa custodiebatur à militibus Romanis, & ideò probabile est, quòd tunc propter diuturnitatem temporis pacis, Iudæi instrumenta quibus prius vtebantur in bellis mutauerunt in instrumenta agriculturæ apta, sicut sensibiliter videmus fieri in terris vbi est pax diuturna, & ideò dicitur in autoritate prædicta. Conflabunt gladios &c. Quod autem subditur. Non leuabit gens contra gentẽ, &c. Non importat pacis æternitatem sed diuturnitatem, vbi autem habemus, vltra: in Hebræo habetur, aad, quæ dictio non significat æternitatem, vt patet 4. Regum 6. vbi nos habemus. Et vltra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel. In Hebræo habetur, aad, vel aaz, & tamen certum est quòd ibi non importat æternitatem: quia frequenter postea Syri inuaserũt & depradati sunt terram Israel sed importat diuturnitatem temporis ad longum tempus, hoc est, ne illis accidat sicut illis accidit quos in Samariam deduxit Eliseus, de quibus est ibi sermo.

Quinto arguunt ibi Iudæi contra aduentum Christi, per hoc quod habetur Esa. 11. a. Egredietur virga de radice Iesse, &c. Vbi scriptura loquitur de aduentu Christi etiam secundùm omnes doctores Hebræorum & Catholicos. Sequitur ibidem: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Et sequitur ibidem: Delectabitur infans ab vtero super foramen aspidis, & in cauerna C reguli qui ablactatus fuit, manum suam mittet. Dicunt sic Iudæi, quòd in aduentu Christi animalia syluestria debent se domesticare, sic quòd pacifice habitabunt cum animalibus naturaliter mansuetis, & animalia venenosa non nocebunt hominibus vel pueris, imo secure infantes cum eis ludent, hoc autem non est implerum, vt patet ad sensum igitur non venit Christus, Ad hoc est dicendum, quòd ibi est locutio metaphorica, quia ibi nominantur homines nominibus animalium. Simile habetur Gen. 49. d. Beniamin lupus rapax, &c. Et ibidem: Neptalim ceruus emissarius. Et ibidem: Dan coluber in via. Et igitur dicendum est in proposito, quòd Iudæi & Gentiles quæ prius erant adinuicem nociui & odiosi, pacifice simul habitabunt conuersi ad fidem Christi, vt dicitur act. 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, & tamen illo tempore fuerunt ad fidem Christi conuersi aliqui Gentiles, vt patet eodem libro. Et eodem modo exponendum est de pueris quod sequitur, & de animalibus venenosis, quia simplices & pueri non læduntur ab eis qui ante conuersionem ad fidem Christi erant veneno infidelitatis & perfidiæ repleti. Quod autem talis modus loquendi sit in prædicto cap. Isa. patet per id quod præmittitur ibi, quia stirpem Iesse vocat virgam, similiter ipsum Iesum vocat florem cum dicit: Et flos de radice eius ascendet, &c. Et similiter cum subiungit: Erit iusticia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius: manifeste habetur, quòd ibi cingulum & cinctorium metaphoricè accipiũtur. Et hæc omnia patent per translationẽ Chaldaicam, quæ sic habet: Exibit rex de filiis Esa. & Messias de filiis filiorũ eius. Sequitur. Et erunt iusti circumcirca ei, & fideles adhærẽtes ei, & erit iusticia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius. Vbi nos habemus. Habitabit lupus cum agno, ibi sequitur: Et pax in diebus eius multiplicabitur. Ex quo patet, quòd est locutio D metaphorica. Potest etiam dici, quòd adimpletum est ad literam in fidelibus Christi, quia feræ mansuetæ factæ sunt frequenter corã fidelibus Christi eorum deuorationi expositæ, similiter bestiæ venenosæ non poterant eis nocere vt eis saluator promiserat in Euangelio: Dedi vobis virtutem calcandi super ser. & scor. &c. & Act. 28. b. dicitur: quòd Paulus percussus à vipera in nullo læsus est, propter quod barbari videntes hoc & admirantes, dicebant ipsum esse Deum, vt patet ibidem. Sextò arguunt per id quod habetur Deut. 30. a. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde retraher te dominus Deus tuus, & assumet atque introducet te in tertam quam possederunt patres tui, &c. Ex hoc ibi arguunt cum simus dispersi per totum mundum & non congregati, sequitur quòd non venerit Christus. Ad hoc est dicendum, quòd hoc fuit impletum in reditu eorum de captiuitate Babylonica. Sed contra hoc arguunt per id quod habetur Ezech. 30. g. Scient quòd ego dominus eorum, eò quòd transtulerim eos in nationes & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quemcunque ex eis ibi. Multi enim derelicti sunt de captiuitate Babylonica & Assyriaca, quia non omnes reuersi sunt: igitur tunc non fuit impletum tempus Christi. Ad hoc dicendum, quòd nulli fuerunt ibi derelicti, qui voluissent reuerti, quia Cyrus qui erat monarcha in omnibus illis regnis dedit licentiam generalem omnibus reuertendi, immò etiam munera dedit reuertentibus, vt patet Esdræ 1. & ideò in hoc impletum est verbum Ezechielis & ipsius Moysi, quia nullus derelictus est E ibi qui voluerit reuerti, illi autem qui noluerunt, facti sunt indigni diuino beneficio. Aliter potest dici sic, quòd prædicta congregatio potest intelligi per fidem & charitatem, quæ congregatio est per Christum Iesum, secundùm quòd exponit Ioan. 11. vbi dicit, quòd Caiphas prophetauit quòd Iesus erat moriturus pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum, nullus autem extra hanc congregationem derelinquitur, qui velit intrare, quia nulli claudetur gremium ecclesiæ. Septimò arguunt Iudæi per id quod habetur Zach. 6. d. Et oriens nomen eius. Translatio autem Chaldaica sic habet: Messias nomen eius. Ex quo patet, quòd de Christo intelligitur, & sequitur in eadem authoritate: Et ædificauit aliquod templum domino. Iesus autem non ædificauit aliquod templum domino, igitur non fuit Christus. Ad hoc est dicendum quòd hæc autoritas intelligitur de secundo templo ædificato per Zorobabel vt dicit Rab. Sa. doctor eorum, & ideò ex hoc contra nos non habent argumentum. Sed dato quòd intelligatur de Christo ad literam, est dicendum, quòd ipse ædificauit templum de lapidibus viuis & spiritualibus, videlicet de ipsis fidelibus, & talis ædificatio debebatur ipsi Christo quæ est perfectissima, vnde super illud Gen. 28. d. Non est hic aliud nisi domus Dei, &c. Id est, domus quæ ædificata est in terris, nil est respectu domus cœlestis. Illa propriè ædificatur ex lapidibus viuis videlicet ex fidelibus in præsenti compagnatis adinuicem, & conglutinatis per gratiam, & in futuro per gloriam, vbi habetur in glo. Hebr. quòd patriarcha Iacob vidit Dei domum ædificandam in terris & domum Dei in cœlis, ideò dicit: Non est hic aliud, &c. Octauò arguunt per id quod habetur Iere. 23. a. Ecce dies veniunt, & dicit dominus, & fuscitabo Dauid germen iustum, &c. Quod de F Christo intelligitur, vt sup. allegatum. Et subditur ibidem: In diebus illis saluabitur Iuda, &c. Sed nunquam acciderunt tot miseriæ filiis Israël sicut post passionem Christi patet in destructione ciuitatis & templi, ergo non fuit vera Christus. Ad hoc dicendum, quòd iam non erant filij Israël & Iuda proprie loquendo, quia erant auersi à Deo, quia Christum negauerũt & occiderunt: propter quod in illa miseria venerunt, ideò ex illa miseria magis cõcluditur propositũ, sicut patet ex prædictis. Illi autẽ qui erant vere filij Israël, & qui scilicet Christũ receperant saluati sunt per ipsum, non solum spiritualiter quantum ad animas, sed etiam quantum ad corpus corporaliter, quia secundùm quod dicitur in ecclesiastica historia, imminente destructione ciuitatis Ierusalem per Titum & Vespasianum admoniti sunt fideles qui erant in Iudæa per angelum vt transirent in regnum regis Herodis Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, & saluati sunt in bona pace, & ibi habitabãt considenter. Aliter potest dici ad autoritatem prædictam Iere. quia illi sunt perfecti de regno Christi, de quo ibi loquitur, qui iam sunt in gloria cœlesti, & illi habitant omninò confidenter, & sunt perfectè saluati. Nondũ arguunt per id quod habetur Dan. 7. d. Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat. Secundùm omnes expositores Iudæorum & Catholicos loquitur ibi de aduentu Christi. Iesus autem Nazarenus non venit in nubibus, nec in tali potestate, qualis ibi describitur, ergo non fuit Christus. Ad hoc dicendum, quòd scriptura loquitur de duplici aduentu Christi scilicet in mundum & ad iudicium, primus aduentus describitur cum humilitate, secundus cum potestate. Daniel autem loquitur de secundo aduentu, vnde ibidem sequitur: Donec throni positi sunt. Et ibi dicitur: Iudicium sedebit, & aperti sunt libri. Iudæi autem excæcati

Duplex aduentus Christi reperitur in scriptura

✠ nesciunt

✠ nesciunt aduentum duplicem distinguere, & ideò errant multipliciter A quia aliqui expectant Christum secundò aduentu apparere in tanta vrtute, quòd posit omnia terrena sibi subiucere, & eos liberare & regnum eorum restituere, propter quod etiam Christi discipuli post eius resurrectionem quærebant Act. 1. a. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Alij autem propter scripturas quæ manifestè loquuntur de Christo, & de humanitate, & de passione eius: & propter illas quæ loquuntur de eius eminentia & potestate, expectant duos Messias, vnum qui dicitur filius Ioseph, & iste est passurus & occidendus alium qui dicitur filius Dauid, qui suscitauit filium Ioseph Messiam & restituet regnum Israël, & ad hoc saluandum ponunt diuersas scripturas. Sed istud dictum non habet authoritatem in scripturis. Licet enim plures dicti sint Messiæ siue vncti, quod idem est participatione, vt Dauid & Saul & quidam alij, nullus tamen in scriptura ad salutem populi dicitur venturus nisi vnus. Item istud dictum pro tanto habet aliquam apparentiam, pro quanto impletum est de Christo, qui fuit filius Ioseph putatiuus, & sic vocatus, vt patet in Euangelio, & etiam filius Dauid secundùm carnem, vt patet ex prædictis. Decimò arguunt per id quod habetur Isa. 30. f. Erit lux lunæ sicut lumen solis, & lumen solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit, cum igitur aduentus Christi expectetur ad salutem populi, igitur in aduentu eius mutatio corporum cœlestium fiet, cùm hæc non sit adhuc facta, videtur, quòd promissio de Aduentu Christi adhuc non sit impleta. Ad hoc B dicendum sicut & ad præcedens argumentum, quod loquitur de aduentu Christi ad iudicium, tunc enim innouabuntur & mutabuntur quodammodo corpora cœlestia. & tunc sanabitur vulnus populi & percussura plagæ eius, quia tunc destruetur mortalitas per peccatum primorum parentum inducta, quia omnes homines resurgent ad vitam immortalem. Vndecimò arguunt per id quod habetur Esa. 53. d. Videbit semen longæuum, &c. & Psal. 88. e. Ponam in seculum seculi semen eius. Iesus autem Nazarenus non legitur filios habuisse, ergo non fuit Christus. Ad hoc est dicendum, quòd habet & habuit filios spirituales, & talis filiatio filij debebatur per fidem & sacramenta, non autem per carnalem propagationem, quæ semper habet fœditatem coniunctam. Vnde super illud Gen. 21. b. In Isaac vocabitur tibi semen. Glo. Hebræorum: Omnis qui confessus fuerit duo sæcula vel Deos vocabitur tibi semen. Vocantur autem hic duo sæcula tempus Christi. Illi ergo etiam qui per fidem confitentur Christum, sunt semen & filij Christi. Duodecimò arguunt per id quod habetur Ezech. vlt. vbi describitur quoddam templum mirabile & magnum in terra Israel ædificandum, & hoc dicunt in aduentu Christi complendum, hoc autem non est factum, igitur &c. Ad hoc est dicendum, quòd scriptura ibi loquitur sub metaphora de domo cœlesti, de qua supra dictum est. Et hoc patet per id quod in fine Ezech. concluditur: Et nomen ciuitatis ex illo die, dominus ibidem. Hoc etiam patet per multa alia quæ ponuntur in litera, quia ibi describitur fluuius habens ligna pomifera ex vtraque parte facientia fructus quolibet mẽse, & habentia folia nunquam defluentia, quæ nullo modo videntur verificari ad literam. Hoc etiam videtur per dictum Rab. Sam. Doctoris Hebræorum dicentis, quòd de Ierusalem superna locuta sunt scripturæ in fine Ezechielis. Hæc igitur sunt quæ arguunt Iudæi & quædam alia quæ dimitto. Tum propter prolixitatem vitandam. C Tum quia etiam solutiones eorum patent ex prædictis. Et sic patet tertium principale quod erat determinandum in ista quæstione, videlicet quòd tempus aduentus Christi sit præteritum.

Vltimò soluendum est argumentum quod fiebat in oppositum in principio quæstionis, vbi dicebatur: quòd si prædicta de fide Catholica possunt probari per scripturam à Iudæis receptam, non est verisimile, quin illi qui sunt inter eos studiosi hoc percepissent, & per consequens suum errorem reliquissent. Ad hoc est dicendum, quòd multi inter eos literati perceperunt & à tempore Christi, sicut patet de Nathanaele, Nicodemo, Gamaliele, qui fuerunt doctores & periti in lege. Similiter de Paulo Apostolo & Apollo, & multis aliis vnde Ioan. 12. f. dicitur. Et de principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, ne de synagoga expellerentur, dicebantur tunc principes sacerdotes & legisdoctores. Multi etiam postea legispetiti hoc perceperant, sicut dictum est de Iosepho, & idem posset dici de multis aliis. Multi autem auertuntur à fide Christi triplici de causa, vna est propter timorem penuriæ temporalis, quia semper fuerunt cupidi, & in lege eorum semper promittitur abundantia temporalium, ideò supra modum abhorrent contrarium. Alia causa est, quia à cunabulis in odijs Christi nutriuntur, & legi Christianæ & Christicolis maledicunt in synagogis omni die. Illa autem ad quæ homines sunt assueti à pueritia sunt quasi in naturam conuersa, & per consequens auertunt iudicium intellectus à veritate contraria. Tertia causa est propter difficultatem & altitudinem eorum, quæ in fide Catholica proponuntur credenda, sicut est trinitas personarum in diuina natura, & duæ naturæ in vna persona Christi, & sacramentum Eucharistiæ, quæ nullo modo possunt capere, & ideò reputant nos tres Deos colere & credere. In ipso etiam sacramento Eucharistiæ reputant nos D pessimos idolatras, sicut per experientiam cognouerunt illi qui frequenter de istis cum eis contulerunt, & ideò à fide Catholica protalibus auertuntur, & plures iam baptizati ad vomitum reuertuntur.

Tractatulus Venerabilis Patris Nicolai de Lyra, ordinis minorum, contra quendam Iudæum ex verbis Euangelij, Christum & eius doctrinam impugnantem.

PRoens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere: *Ad Titum 1. b.* Licet autem propositum verbum episcopalis conditionis sit expressiuum, conuenienter tamen potest accipi vt sit expressiuum perfectionis Catholici doctoris, ad quem spectat exhortari fideles in sana doctrina, & infideles arguere contradicentes Catholicæ veritati. Aduertendum tamen, quòd licet dicere se talem esse doctorem, arrogantissimum videatur, tamen profiteri doctrinam hanc se desiderare & assequi, viri studiosi proprium esse uidetur. Propter quod sapiens Pythagoras, vt euitaret arrogantiæ notam, noluit se dicere sapientem, sed Philosophum, id est, sapientiæ amatorem, quod cuilibet studioso est honestum. Vera autem sapientia quæ in vita præsenti E habetur, in scriptura veteris aut noui Testamenti continetur. Propter quod dicitur Deut. 4. a. Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis. Postquam autem ego auxiliante domino ex amore sapientiæ scripseram super vtrumque Testamentum, secundùm gratiam à domino mihi datam, quidam tractatus à Iudæo quodam confectus venit ad manum meam, in quo ex verbis Euangelicis autorem euangelij dominũ nostrum Iesum Christum nititur impugnare. Licet autem eius impugnatio apud intelligentes nullius aut modici sit momenti, quia tamen per eam possent turbari simplices, ideò talem temerarium veritati contradicentem arguere propono, prout dominus mihi dabit. Sic autem intendo procedere, quia ponam singulas euangelicas authoritates quas accipit, & iuxtà quamlibet authoritatem obiectionem seu obiectiones quas Iudæus contra Christum elicit, & consequenter eas destruere, non solùm per scripturam noui Testamenti aut Catholicorum doctorum, sed etiam per scripturas veteris Testamenti, & doctorum Hebraicorum conabor.

Opportuna continuatio huius tractatus ad præced.

Dicitur igitur primò sic: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius: Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. *Sequitur infrà*: Salmon autem genuit Booz de Raab, Booz autem genuit Obeth ex Ruth. *Et infrà*: Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ, id est, ex Bethsabee quæ fuit vxor Vriæ. *Ex hoc autem arguit sic in hac genealogia Iesu Christi Nazareni quæ est principium noui Testamenti, nulla sancta mulier nominatur, scilicet Sara, Rebecca & cætera, sed tantum quatuor prædictæ quæ sunt in scriptura reprobatæ. Prima namque scilicet Thamar sub simulatione meretricis F supposuit se Iudæ socero suo, & sic concepit ex ipso Phares & Zaram Gen. 38. Secunda verò scilicet Raab, meretrix cognominatur: Iosue 2. a. Fuit etiam genere Chananæa, & sic videtur fuisse mulier luxuriosa, vilis, & idololatra. Tertia scilicet Ruth fuit de populo Moab qui colebat idola. Quarta verò fuit Bethsabee, quæ fuit adultera, vt patet 2. Regum 11. a. Ex hoc ergo innuitur manifestè, quòd tota genealogia Iesu Nazareni & eius natiuitas erat ordinata ad immundiciam carnis & idololatriam. Ex quo sequitur, quòd non fuit verè Christus: & quòd Christiani sunt legis transgressores & immundi, comedunt enim carnes suillas, &c. quæ in lege sunt prohibita. Sunt etiam idololatræ, postmi, adorantes Iesum purum hominem tanquam Deum, & quòd peius est, hostiam de frumento ab eis formatam & coactam adorant sicut Deum, quod est derisibile, & postea comedunt quod est horribile.

Arguit Iudæus natiuitate Christi ex eius genealogia esse suspectam.

Obiectio Iudæi prima & malitiaria.

Secunda.

In solutione istorum intendo tria facere. Primum est ostendere, quod Responsio. *non valet id quòd obiicitur. Secundum, quòd in processu falsum præsupponitur. Tertium, quare nomina dictarum mulierum in genealogia Christi exprimuntur: Nam argumentum hoc principaliter quærere videtur. Circa primum ostenditur primò, vt clauus clauo retundatur, quòd similis ratio vel fortior potest fieri contra Messiam à Iudæis expectatum. Ierem. 23. a. dicitur de ipso: Ecce dies veniunt dicit dominus, & fuscitabo Dauid germen iustum, quod omnes Hebræi exponunt de Christo. Vnde & translatio Chaldaica quæ est Hebraica litera in pluribus locis expositiua, habet sic: Suscitabo Dauid Messiam iustum. Omnes enim Iudæi confitentur Messiam de Dauid descensurum. Propter quod Matth. 22. d. quærente Saluatore à Pharisæis de Christo, cuius filius est dixerunt Dauid. Dauid autem multipliciter dicitur & grauiter pec-* Peccata Dauid

Universidad de Deusto
Biblioteca

cautele debitæ, fuit occasio mortis ipsorum, petendo panes & gladium
A ab Achimelech præsente Doech Idumeo, propter quod filio Achimelech
Primum. fugienti ad Dauid, dixit: Ego sum reus omnium animarum patris
tui. Et numerus occisorum sacerdotum fuit 85. virorum & cū hoc ciui-
Secundum. tas eorum fuit succensa, & mulieres & paruuli trucidati. Item pecca-
uit peccato adulterij & etiam raptus, vt videtur in vxore Vriæ, de qua
dicitur 2. Regum 11.a. Misit itaque Dauid nuncius, tulit eam per poten-
Tertium. tiam regalem. Item peccauit peccato homicidij proditorie commissi,
nam Vriam fidelissimum sibi militem occidit gladio filiorum Ammon,
vt ibidem dicitur. Et quia postea factum fuit diuulgatum, surrexit inde
scandalum maximum, propter quod dicebatur in populo vulgariter de
ipso Dauid: Quomodo poterit esse salus ei qui rapit ouem & occidit
Quartum. pastorem? Item peccauit grauiter, omittendo non solum punitionem
debitam, sed etiam increpationem filij sui Ammon de oppressione vio-
lenta sororis sue Thamar 2. Regum 13. Dicitur etiam ibi: Cum autem
audisset Dauid verba hæc, contristatus est valdè, & noluit con-
Quintum. tristare spiritum Ammon filij sui, quia diligebat eum. Item pec-
cauit grauiter in Miphiboseth filio Ionathæ, cuius seruum accusantem
dominum suum de crimine læsæ maiestatis & falso, vt habetur 2. Reg.
16. Post cognitam innocentiam Miphiboseth & nequitiam Sibæ serui
sui, illum seruum quem de iusticia tenebatur decapitare, non solùm non
puniuit, sed etiam contra iusticiam medietatem hereditatis Miphibo-
Sextum. seth sibi dedit, vt habetur 2. Regum 19. In hoc etiam fregit iuramen-
tum fœderis initi cum Ionatha patre Miphiboseth, vt habetur 1. Regum
20. Quæ iuramus ambo in nomine domini, dicentes: Domi-
B nus sit inter me & te, & semen meum & semen tuum, vsque in
sempiternum: & subintelligitur, firmiter seruabuntur. Et propter
grauitatem huius peccati dicunt doctores Hebræorum, quòd regnum
Dauid fuit postea diuisum. Vnde super illud verbum Dauid 2. Regum
19.e. Tu & Siba diuidite possessiones: dicit glossa Hebraica, quòd
tunc venit vox de cælo dicens: Roboam & Ieroboam diuident regnum
Septimum. Item peccauit Dauid per superbiam in numeratione populi 2. Regum
23.c. Et in transgressione præcepti diuini, quod habetur Exod. 30. vbi di-
citur: in numeratione populi pro quolibet capite deberet dari dimi-
dium siclum argenti domino, quod tunc non fuit factum, & propter gra-
uitatem peccati mortui fuerunt de populo Israël septuaginta millia vi-
rorum, vt habetur ibidem. Hæc autem scripta sunt in veteri Testamen-
to de peccato Dauid: & forsitan plura alia commisit quæ non sunt scrip-
ta. Igitur si propter peccata prædictarum mulierum in Genealogia
Iesu Nazareni positarum arguunt Iudæi, quòd Iesus Nazarenus non
fuit Messias in lege & prophetis promissus, eadem ratione, vel fortiori
potest argui, quòd Messias quem expectant descensurum de Dauid qui
fuit tot & tantis criminibus irretitus, non sit Messias eis promissus.

Ad obiectionem primā. Item ostenditur, quòd argumentum eorum non valet. Frequenter enim leguntur homines sancti ex parentibus nequissimis procreati, & è conuerso ex sanctis nequissimi. Sicut Achaz nequissimus genuit Ezechiam sanctissimum 4. Regum 16.d. Et Ezechias sanctus genuit Manassem pessimum, qui posuit idola in templo domini, & effudit sanguinem multum nimis, donec impleretur Ierusalem vsque ad os. 4. Regum 21.c. Similiter Ammon pessimus genuit Iosiam sanctissimum: qui genuit tres filios pessimos, qui propter peccata sua traditi fuerunt in manus infidelium, vnus in manu regis Aegypti, & alij
C duo in manu regis Babylonis, vt habetur 4. Regum 24. & 25. Ex hoc patet, quòd non habetur argumentum contra veritatem Christi, eò quòd in eius genealogia ponuntur peccatores & peccatrices cum iustis.

Ad secundā Quòd autem arguit vltrà Christianos esse legis transgressores & immundos, eò quòd comedunt carnes porcinas & alia à lege prohibita, non valet. Nam illa præcepta erant ceremonialia, & per consequens figuratiua status futuri sub Christo, propter quod publicato euangelio, cessant non solùm vt mortua, sed etiam vt mortifera, si seruarentur vt obligatoria ex lege. Nam hoc esset dicere saltem facto, quòd aduentus Christi nondum esset completus. Si autem aliquis abstineret à carnibus porcinis vel huiusmodi ex alia causa, vtpote quia sunt sibi abo-
De cibis Christianorum licitis. minabiles, vel non sanæ, nullum esset peccatum. Quòd autem tales sibi tempore Christi sint liciti, patet ex Actibus Apostolorum & epistolis in multis locis, quæ propter breuitatem omitto, & quia notum est fidelibus Christianis.

Item Rabb. Moyss. super Genesim inducit authoritatem Psalm. 145.b. Qui custodit veritatem, in sæculum facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurientibus: dominus soluit compeditos, & hic est finis versus in Hebræo. Exponit igitur iste doctor finem huius versus, de esca tempore Messiæ, dicens quòd hæc est litera: Dat escam
† ligata famelicis dominus, absoluens prohibita siue † mandata. Et exponendo sic dicit: Omnis bestia quæ immunda reputatur in hoc sæculo, Deus hic sanctus & benedictus faciet eam mundam in futuro sæculo, sicut primitus fuit munda filij Noë, quibus dicitur Gen. 9.a. Sicut olera virentia dedi vobis omnia. Sicut enim olus fuit mundum omnibus, sic etiam & bestia filiis Noë. Et ita in futuro, absoluet Deus quidquid prohibuit cibis

Sciendum

Sciendum eamen quòd iste doctor & alij Hebræorum loquentes de D
præsenti sæculo & futuro, per præsens sæculum intelligunt tempus curens vsque ad Messiam, & ibi incipit sæculum futurum. Cum ergo Iesus Nazarenus sit Messias verus, vt declarabitur infrà à tempore passionis suæ in quo terminatus fuit cursus legis Mosaicæ, liciti sunt cibi in lege Mosaica prohibiti: Et ideò Paulus apostolus in lege & prophetis edoctus dicit 1. Timoth. 4.b. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum Dei, id est, per eius filium modo dicto.

Ad partieulam secundam arg. 2. Quòd autem arguit vltrà, Christianos esse idololatras, eò quòd adorant tesum Nazarenum hominem purum. Ad huius destructionem pleniariam, ostenditur primò, quòd Iesus Nazarenus sit Messias verus. Secundò quòd verus Messias sit homo & Deus, & ex his concludetur, quòd sit latria adorandus.

Primùm probatur per opera quæ fecit, virtutem totius naturæ creatæ transcendentia, & sic fuerunt opera diuina. Fiebant autem ad testimonium veritatis doctrinæ Iesu Nazareni, quia dicebat se esse Messiam in lege & prophetis promissum ad salutem hominum. Igitur cùm Deus non possit esse testis falsitatis, sequitur, quòd Iesus Nazarenus sit Messias verus. Propter quod Nicodemus legis doctor videns opera Christi, dixit
Ioan. 3.a. ei: Scimus quia à Deo venisti magister: Nemo enim potest facere hæc signa quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo. Nec potest dici, quòd fuerunt facta virtute diaboli. Nam illuminatio cœci nati, suscitatio mortui quatriduani, sunt contraria naturæ, & multa alia quæ fecit Iesus Nazarenus, ita transcendunt virtutem totius naturæ creatæ, quòd non possunt attribui nisi virtuti diuinæ. Sed quoniam Iudei
E Iosephi testimonium de Christo. non recipiunt euangelia, ideò induco ad probandum propositum, Hebræorum dicta. Iosephus enim historiographus Hebræorum 18. lib. antiquitatis Iudaicæ ca. 9. dicit de Iesu Nazareno: Fuit hisdem temporibus Iesus sapiens vir si tamen virum eum nominare fas est, erat enim mirabilium operum effector, & doctor eorum hominum qui libenter audiùt ea quæ vera sunt, & multos quidem Iudæorum, multósque ex Gentibus sibi adunxit. Christus hic erat, Hunc accusatione primorum nostræ gentis virorum, cum Pilatus in crucem agendum decreuisset, non desseruerunt eum hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim iterum eis viuus tertia die, secundùm quod diuinitus inspirati prophetæ, vel hic vel alia innumera de eo futura miracula prædixerant. Item quando sacra scriptura denunciat aliquando futurum, determinat tempus, locum & modum. Si omnia ista concurrant in vnum, manifestè patet, q illud quod fuerat prædictum in illo est adimpletum Sacra autem scriptura prædixit Christi aduentum, vt patet in multis locis. Determinauit tempus veniendi, videlicet quando geret translatio regni Iudæorum ad alienigenam, Gen. 49.b. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, &c. Vbi translatio Chaldaica habet: donec veniat Messias. Similiter determinauit locum nascendi, Michææ 5.a. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda, ex te enim mihi egredietur, qui sit dominator in Israël, Id est, Messias siue Christus. Propter quod principes sacerdotum & Scribæ interrogati ab Herode de loco natiuitatis Christi, responderunt, quòd Bethleem Iudæ erat locus, allegantes ad hoc istam authoritatem, vt patet Matth. 2.a. Item determinauit modum viuendi, scilicet in
F paupertate. Zach. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ecce rex tuus veniet tibi sanctus & saluator, & ipse pauper, quæ authoritas secundùm Hebræos intelligitur de Christo ad literam. Similiter determinauit modum moriendi, scilicet in maxima patientia ex parte Christi, & in maxima crudelitate ex parte occidentium ipsum, Isa. 53.c. Tanquàm ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Omnia ista concurrerunt in Iesu Nazareno, quia natus fuit tempore Herodis, qui primus de alienigenis regnauit in Iudæa. Natus etiam fuit in Bethleem, & in paupertate vixit à natiuitate vsque ad mortem. Sustinuit etiam patientissimè mortem acerbissimam, & ideò ex istis in eo concurrentibus, patet ipsum esse verum Messiam, & sic patet primum.

Messias est verus homo & Deus Secundò probatur, quòd Messias sit verus homo & Deus: Hoc autem non solùm clamat scriptura noui Testamenti, verumetiam veteris. Scribitur enim Isaiæ 9.a. de Christo: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Ex quo patet vera humanitas. Per hoc quod subditur: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. patet eius vera diuinitas. Item Iere. 23.a. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum. Translatio Chaldaica habet: Messiam iustum. Per hoc quod dicitur: Germen Dauid, apparet eius humanitas. Per hoc autem quod subditur ibidem: Et hoc est nomen quod vocabunt eū, dominus iustus noster, apparet eius diuinitas. Nam vbi habemus dominus, in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, quod est appropriatum altissimo creatori, vt dicit Rabbi Moyses, in libro directionis perplexorum. Item Michææ 5.a. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te enim mihi egredietur qui sit dominator in Israël: Translatio Chaldaica habet: Ecce coram

Ecce corā me egredietur Messias, & in hoc apparet natiuitas Chri-
A sti in humana natura, quæ fuit in Bethleem. Per hoc autem quod sequitur. Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis ostenditur eius natiuitas in diuina natura, qua semper nascitur & natus est. Patet ergo, quòd Messias in lege & prophetis promissus, est Deus ab æterno, & homo ex tempore. Et supra probatum est, quòd Iesus Nazarenus est Messias verus, ex quibus concluditur, quòd est latria adorandus. Et hoc fuit prædictum Psal. 44. qui ad literam intelligitur de rege Messia secundum antiquos doctores Hebræorum. Vnde super illud quod ibidem dicitur. Speciosus forma præ filiis hominum. Translatio Chaldaica sic habet. Pulchritudo tua rex Messia maior quàm filiorum hominum. Et de isto rege subditur. Audi filia & vide &c. sequitur. Et cōcupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus Deus tuus, & adora-
ad partieulam secundam arg. 2. bunt eum.

Quod autem arguitur vltra de adoratione eucharistiæ, q ibi sit idolatria. Dicendum, q non est verum. Non enim adoratur panis, quia nō est ibi, sed eius substantia conuersa est in substantiam corporis Christi virtute diuina ad prolationē verborum consecrationis, quæ sunt ipsius Christi veri Dei effectiuè seu principaliter, ipsius autem sacerdotis prolatiue seu ministerialiter verbum autem diuinum tantæ virtutis est, q per ipsum factum est cœlū & terra de nihilo, vt patet Gen 1 & Psal. 148.

B Dixit & facta sunt, & multò fortiùs potest conuertere vnam substantiam in aliam. Patet etiam per exemplum Exod. 4.a. vbi dicitur quòd diuina virtute virga Moysi conuersa est in serpentem. Et Exod. 7.c. aquæ Ægypti versæ fuerunt in sanguinem. Quòd autem possit conuertere vnam substantiam in aliam manentibus accidentibus, probatur, quia non attingit substantiam mediantibus accidentibus, sicut facit agens naturale. sed etiam attingit immediatè, & ideò potest illam substantiā in aliam conuertere manentibus accidentibus eadem virtute. Ad hoc autem habetur aliquo modo exemplum Gene. 19.f. vbi dicitur, quòd vxor Loth respiciens retrò, versa fuit in statuam salis. Per hoc enim quòd dicitur. Statua, videtur quòd remanserit figura, substantia corporis in sal conuersa. Sic igitur diuina virtute conuertitur substantia panis in corpus Christi, accidentibus panis remanentibus. Anima enim Christi realiter connecta est suo corpori, & similiter deitas in persona filij, & sic sub specie bus panis est corpus Christi, ex vi consecrationis seu transubstantiationis: anima autem eius & diuinitas, ex concomitantia realis & inseparabili, & per consequens ibi est totus Christus verus homo, & verus Deus & latria adorandus, & sic non est ibi idololatria. Non enim adorantur species panis visibiles tanquam Deus, sed ipse Christus inuisibiliter existens sub istis speciebus. Similiter habetur quodammodo Exo. 3.a. vbi dicitur quòd dominus apparuit Moysi in flamma ignis de medio rubi. Et non est dubium, quin Moyses adoraret eum, quando dominus dixit sibi: Solue calciamenta de pedibus tuis, &c. Nec adorauit illum
C ignem seu flammam tanquam Deum, sciebat enim Moyses hoc impossibile esse, sed adorauit Deum inuisibilem sub similitudine visibili apparentem. Et idem dicendum est de apparitionibus diuinis sanctis patribus factis 3. Regum 19.c. apparuit Eliæ sub sibilo auræ tenuis.

ad particulam quartā arg. 2. Quòd autem arguitur vltra: quòd Christiani comedunt corpus Christi, quod est horribile: Dicendum quòd verum esset si acciperetur in propria specie, sed ipsum accipere sub speciebus panis non est horribile, sed magis suaue & venerabile. Non enim ipse Christus vel eius corpus in ista comestione frangitur vel atteritur dentibus vel laceratur, sicut imaginantur Iudæi, sed solæ species panis frangūtur vel atteruntur. quibus consumptis, desinit ibi esse corpus Christi. sed remanet huius sacramenti effectus. qui est anima refectio per augmentum gratiæ. Et sic patet, quòd
De acōmodatissimis propheritis supereucharistiæ sacramento. comestio ista suauis est & veneranda. Et propter hoc dicit Saluator Ioan. 6.e. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Hoc etiam fuit prædictum Psal. 71. qui secundum antiquos doctores Hebræorum exponitur de Christo. In principio enim huius psalmi cum dicitur: Deus iudicium tuum regi da: Glossa Hebraica: Iste est rex Messias de quo dicitur Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, &c. Et in processu huius psalmi dicitur de Christo. Erit firmamentū in terra in summis montium. Vbi litera Hebraica habet. Erit placentia tritici in terra in capite montium. Et translatio Hieronymi iuxta Hebraicum. Erit memorabile nomen triticum in terra in capite montium. Et translatio Chaldaica habet. Erit oblatio frumenti in terra. Ex istis tribus videtur quòd litera nostra fuerit corrupta per scriptores ponentes firmamentum pro frumentum ex similitudine dictionum. Patet igitur ex dictis quòd de rege Messia prædictum fuerit in hoc psalmo, quòd futurum erat frumentum in terra in summis montium, vel oblatio frumenti in terra in capite montium, quod impletum est in sacramento eucharistiæ, in quo Christus sub speciebus panis tritici continetur, & super capita sacerdotum eleuatur, vt a populo adoretur, qui sacerdotes propter altitudinem status montes nominantur. Propter quod Saluator Ioan. duodecimo. grano frumenti se comparat dicens. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. De bonitate autem cibi eucharistiæ dicit Rabbi Moyses Hadarsen: exponens super Gen. illud Osee 11.b. Et inclinaui ad
D eum vt vesceretur, vbi Hebraica litera talis est: Et inclinabo ad eum escam, quam exponens iste doctor loquens in persona Dei, sicut Osee propheta dicit in fide: Inclinabo ad eū, id est, ad populum Israel escam bonam & suauem, cui non est alia similis. De qua dicitur Psal. 71.c. Erit † placenta frumenti in terra, &c. Patet igitur ex prædictis, quòd adorare eucharistiam non est derisibile, sed sanctum & venerabile. Nec eam sumere horribile, sed deuotum & delectabile bene dispositis ad hanc escam. Propter quod Apostolus dicit 1. Corin. 11 f. Probet autem seipsum homo. & sic de pane illo edat, &c. Et hoc fuit figuratum in manna populo Israel data Exod. 16. de qua dicitur Sap. 16.c. Panem paratum de cœlo præstitisti eis sine labore omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Igitur ex dictis patet primum supra positum, scilicet quòd obiectiones Iudæi sumptæ de genealogia Christi, nonvalent. Consequenter procedendū est
Responsio ad secundum ostendendo quòd in suo processu accipit falsum. Et primo quantum adhoc, quòd dicit quatuor mulieres in genealogia Christi nominatas fuisse viles, idololatras, & reprobatas. Nō tamen intendo eas excusare totaliter à peccato, sed à tanto.

Prima fuit Thamar. Circa cuius excusationem aliqualem, conside- E
randum, quòd ipsi Abrahæ facta fuit expressa promissio de Christo, Gen. 22.d. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Et quod istud semen descenderet per Isaac, Ismaele quantum ad hoc reprobato, dicente sibi domino. In Isaac vocabitur tibi semen. Item quòd ab Isaac descenderet Christus per Iacob, Esau quantum ad hoc reprobato, patet dicente sibi domino Malach. 1.a. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Tota vero generatio Iacob fuit electa, propter quod duodecim eius filij dicuntur patriarchæ populi. Verumtamen de Iuda descensurus erat Christus secundum carnem: propter quod mulieres desiderabant habere prolem de Iuda & filiis eius, quia nesciebatur quomodo de illa tribu descenderet Christus, quousque determinatum fuit negocium ad progeniem Dauid per promissionem sibi de Christo factam. Ista vero Thamar fuit vxor primogeniti Iudæ, & etiam secundi filij, & ambo mortui sunt sine prole. Et ideo dixit sibi Iudas: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus, & cum adultus fuisset, non dedit eum ipsi Thamar, timens ne moreretur sicut duo præcedentes. Videns igitur Thamar, quòd iniuriabatur sibi. ex desiderio prolis habendæ de Iuda vel eius filio, ratione prædicta, simulans se meretricem, concepit de Iuda Phares & Zaram. Et sic ex desiderio bonis mota fuit ad illicitum perpetrandum. Sicut obstetrices Aegyptiorum ex
F pietate ad filios Hebræorum mota fuerunt ad dicendum mendacium Iudith. 10.a Pharaoni Exodi 1.d. Et Iudith similiter ex desiderio liberandi populum Israel, mota fuit ad ornandum se curiosè, vt sic concupiscentiam carnalem Holofernis erga se excitaret: quod est simpliciter malum. Et in istis vel consimilibus dicta, vel facta mala excusantur à tanto non à toto.

Raab Quod autem dicit quòd Raab fuit meretrix publica & vilis persona, falsum est. Nam vbi dicitur de ipsa Iosue secundo. Ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab, Hebræi dicunt. Ingressi sunt domum mulieris hospitatricis, &c. Propter quod exploratores Hebræorum illuc declinauerunt de nocte ad manendum. Non enim est aliquo modo verisimile, quòd Salomon princeps tribus Iudæ accepisset eam in vxorem, si fuisset tam vilis persona, sicut plenius dixi Iosue 2. Quod autem arguit ipsam fuisse idololatram, eo quòd erat Gentilis & Chananæa. non est efficax argumentum, quia multi Gentiles fuerunt vnius veri Dei cultores, sicut patet de Iob & amicis suis. Et dato q̄ co luerit idola in iuuentute sua: sicut fuerat edocta à parētibus suis, ac per hoc in parte excusanda, tamen in fide vnius veri Dei saluauit exploratores Hebræorum, vt patet ibidem, & per Apostolum ad Heb. 11.f. & cum tota cognatione sua fuit ad Iudaismum conuersa.

Ruth Quod autem de Ruth Moabitide dicit eam fuisse idololatram, potest ad hoc dici quod dictum est de Raab. Quod autem postea coluerit vnum verū Deū, patet Ruth 1.c. vbi dicit Noemi: Deus tuus Deus meus, &c.

Bersabee Quod autem vltimo dicit de Bersabee, q̄ fuerit adultera. Dicendum quòd ex scriptura non habetur expresse, quòd hoc commiserit voluntarie, sed magis per potentiā regis violentata, vt dictum est supra. Et dato quòd in adulterium consensisset, tamen Iudæi non possunt dicere, quin postea deuota fuerit & honesta. Nam Pro. 31.a. super illud. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? &c. dicunt doctores Hebræi, quòd ad literam hæc sunt verba Bethsabee matris Salomonis ipsum arguentis, eo quòd prima nocte quando iacuit cum filia Pharaonis, ita carnaliter & insolenter se habuit cum ea, quòd in mane tantum dormiuit, quòd transibat hora offerendi iuge sacrificium matutinum, & claues templi erant sub cerulicali Salomonis. Et ideo mater eius intrauit cubiculum eius, & excitauit eum dicens. Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum? Quasi dicat. Considera quid feci sti. Sperabam. quòd tu zelares pro cultu diuino, & bene regeres regnum tuum, & tam defecisti. Et consequenter monuit

eum

Universidad de Deusto Biblioteca

A eum de carnalitate vitanda, & de iusticia conseruanda dicens. Noli mulieribus, &c. sicut plenius dixi exponendo passum istum Prouerb. 31. Nec obstat, quòd ille cui dirigitur istud verbum Lamuel vocatur. Nã Salomon hoc nomine vocatus fuit, eo quòd Nathan propheta vocauit eum amabilem domino 2.Reg.12.f. Lamuel autem in Hebræo significat, cum quo Deus in Latino. Est autem Deus cum eo quem diligit. Patet igitur ex dictis, ꝙ Iudæus in arguendo accipit falsum, reprobando quatuor mulieres prædictas vltra debitum.

Itẽ in hoc quod dicit: Nulla sanctarũ mulierũ ponitur in genealogia Iesu Nazareni. Nam in eius fine dicitur. Iacob autem genuit Ioseph virũ Mariæ, de qua natᵒ est Iesus qui vocatur Christus. Ipsam autem esse sanctissimam scriptura noui Testamenti, & doctorum catholicorum manifestè proclamat. Sed quoniam hoc est satis notum ideo dimitto, & sanctitatem eius per scripturas Iudæorum & Saracenorum declarare propono. Circa primum dicitur Isa.7.c. Ecce virgo cõcipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel: quod interpretatur, nobiscum Deus: quæ autoritas ad literam intelligitur de Christo & eius matre, sicut declaraui super Isa. diffusè. Et hoc ostendit hoc nomen Emanuel, quod propriè competit soli Christo, in quo & nullo alio natura humana & diuina iunctæ sunt in vno supposito, qui est Deus & homo. Cum ergo supra declaratum sit, quòd Iesus Nazarenus sit verus Christus, sequitur quòd eius mater Maria concepit eum (B) & peperit virgo, & per consequens sanctissima. Nec Iudæi possunt autoritatem prædictam negare, quia non solum accipitur de translatione Hieronymi, sed etiam de translatione septuaginta interpretum qui fuerunt Iudæi, & in lege & prophetis peritißimi, secundum quòd dicit Iosepus antiquitatis Iudaicæ libro 12. Item idem ostenditur per illud quod habetur Isa.9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. quod secundum Hebræos & Latinos intelligitur ad literam de Christo. Et subditur ibidem: Multiplicabitur eius imperium, pro quo in Hebræo dicitur, lemarbe hamisra, quod sonat in Latino, ad multiplicandum principatum siue imperium.

Sanctitas beatissimæ virginis Mariæ cumprobatur

Circa quod sciendum, quòd in Hebræo mem litera duplicatur, vt patet per Hieronymum in Prologo Galeato & vna vocatur mem aperta, & ista ponitur in principio dictionis & in medio, & non in fine. Alia dicitur mem clausa, & scribitur in fine dictionis, non autem in principio, nec in medio. In hoc autem loco contra suam naturam mem clausa ponitur in medio dictionis, cum dicitur lemarbe, est enim prima litera huius syllabæ mar. Et per hoc Propheta insinuare voluit studiosis, quòd puer de quo loquebatur, nasciturus erat de matre clausa virginitate. Sicut enim figuræ grammaticales aliquid significant intelligentibus, ita modus scribendi insolitus prophetarum, ponitur ad significandum aliquid intelligentibus, quod est vulgaribus & simplicibus occultandum. Vnde libro qui dicitur Sabath, apud Hebræos autentico dicitur. Mem clausa, verbum clausum significat.

De litera mem clausa cõtra naturã in medio dictionis

Idem autem persuadetur per illud quod habetur Isa.11.a. Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet. (C) Hæc autoritas ad literam intelligitur de Christo, vt supra ostensum est qui per florem intelligitur, quia sicut sine arboris corruptione flos ab ea egreditur, ita Christus nasciturus erat de matre absque virginitatis corruptione.

Item etiam persuadetur per hoc quod dicitdr Isa.66.c. Antequam parturiret peperit, &c. Parturire est dolorem partus sentire, non autem dicitur de aliqua muliere, quòd ipsa pepererit absque dolore partus, excepta domini Iesu Christi matre.

Item Iere. 33.d. dicitur. Nouum faciet dominus super terram, mulier circundabit virum. Per hoc quod dicit Propheta, nouum faciet dominus, manifestè ostendit insolitum rem futuram à domino, & alias inauditam. Et hoc fuit quando virgo beata diuinitus concepit Iesum, virum scientiis & virtutibus ab hora suæ conceptionis perfectum, & sic eum suo circundedit vtero virginali.

Item hoc fuit significatum Ezechielis 44.a. Et dixit dominus ad me, porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa, & hic est finis versus in Hebræo. Per hanc portam intelligitur virgo Maria, per quam Dei filius venit ad nos, & exiuit Deus & homo, clausura virginitatis integra permanente.

Item Rabbi Barachias exponens illud Thren.vl.a. Pupilli facti sumus absque patre, dicit quòd Deus sanctus & benedictus ait Israeli. Vos dixistis coram me. Pupilli facti sumus absque patre redemptor quem ego suscitabo ex vobis sine patre erit scilicet in terris, sicut est sine matre in cœlis. Et sic secundum eum apparet virginitas Mariæ matris.

Item dominus Bonauentura quondam ordinis fratrum minorum, episcopus Albanensis, super 3. sententiarum, distinctione 5. loquens de sanctificatione Mariæ, dicit: Iudæi quidam asserunt de ea, quòd quamuis esset pulcherrima, à nullo tamen homine fuit vnquam concupita. Vnde autem acceperit hoc dictum Iudæorum, nescio, sed non est verisimile ꝙ (D) talis ac tantus doctor posuerit illud in scriptis suis, nisi habuerit ab aliquo loco autentico. Ratio autem quare non fuit ab hominibus concupita, potest aßignari, quia dispositio mentis magis relucet in facie quam in aliis partibus. Propter quod ex plenitudine gratiæ existentis in eius mente, fiebat quædam refulgentia in ipsius facie, quæ in hominibus ipsam intuentibus, concupiscentiam non excitabat, sed magis eã reprimebat. Et hoc modo de amabilitate sancti Sebastiani dicitur. Necesse erat, vt quem Deus tanta perfuderat gratia, ab omnibus amaretur. Consequenter declaratur sanctitas virginis Mariæ per scripturas Saracenorũ. Dicitur enim in Alchorano Mahumeti. Dixerunt angeli: O Maria, Deus vtique elegit te, & purificauit te, elegit te claram super mulieres seculorum. Item ibidem dixerunt angeli: O Maria, Deus annunciat tibi verbum ex ipso, nomen eius Iesus filius Mariæ, & eis honorabilis in hoc seculo & in futuro. Item ibidem dixit ipsa: Deus meus quomodo erit filius mihi, & non tetigit me homo? Dixit: Sicut Deus creat quod vult, cum decreuerit vtique aliquid, dicit: esto, & erit. Et in libro Albokan qui est autenticus apud eos: Dixit Emboria quòd audiuit nuncium Dei dicentem: Nullus de filiis Adam nascitur, quem non tangat Sathan, & ideo plorat vociferans ex eius tactu, præter Mariam & filium eius per nuncium Dei autem intelligit Mahumetum. Item dicit Ebumissum prophetam, id est Mahumetum dixiße: Multi perfecti fuerunt ex hominibus, nulla autem ex mulieribus vnquam fuit perfecta, nisi Maria mater Iesu. (E) Has autem scripturas Saracenorum induxi, quia secundùm Apostolorum, oportet sanctos testimonia habere ab his qui foris sunt. Patet igitur secundum, quod scilicet Iudæus arguendo accipit falsum. Nunc restat ostendere tertium, quare quatuor mulieres supradictæ scilicet Thamar, Raab, Ruth & Bethsabee nominantur in genealogia Saluatoris, & non aliæ, vt Sara, Rebecca, & sic de pluribus aliis quæ commendantur in sacra scriptura, quia hoc videtur quærere argumentum. Ad quod respondet Hieronymus super Matthæum dicens: Notandum in genealogia Saluatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas tantum quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus nascens, omnium peccata deleret.

Saracenorũ testimonia de sanctitate Mariæ.

1. Tim.3 b.

Responsio tertia ad argumentum secundum.

Sed hæc responsio non videtur bona. Primò quia in genealogia Saluatoris ponitur Maria sanctarum sanctißima. ecundò quia ex eadem ratione ibidem arguit ad oppositum, scilicet quòd propter peccatum Athaliæ filiæ Iezabelis quæ erat idololatra, & ad idololatriam traxit Ioram maritum suum, & filius amborum Ochozias, & nepos Ioas, pronepos Amasias tolluntur de genealogia Saluatoris. Et ideò aliter est respondendum, scilicet quòd prædictæ quatuor mulieres nominantur in genealogia Saluatoris, ad excludendum falsam opinionem quæ posset oriri. Cùm enim dicitur in genealogia: Abraham genuit Isaac, intelligitur de Sara vxore eius principali & prima. Eodem modo cùm dicitur, Isaac genuit Iacob, intelligitur de Rebecca, & sic de aliis. Si igitur sic absolutè diceretur: Iudas autem genuit Phares & Zaram, posset opinari aliquis quòd esset de vxore sua vera, quòd est falsum, quia Iudas non cognouit Thamar affectu maritali. Propter quod ad excludendum falsam opinionem, Euangelista nomen Thamar expreßit. (F) Similiter si diceretur: Salmon autem genuit Booz, præcise crederetur quòd esset de sua prima vxore Iudææ natione, quod non erat verum, & ideò nomen Raab ibi est expressum. Et idem dicendum de aliis duabus. Ruth enim non fuit prima vxor ipsius Booz, nec Bethsabee ipsius Dauid, sed fuerunt eis ex accidenti coniunctæ. Ruth vt suscitaret semen defuncti & Bethsabee ne moreretur propter crimen adulterij.

Secundò accipit Iudæus illud quod habetur Matthæi 3.d. Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Sequitur: Baptizatus autem, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritum Dei sicut columbam venientem & descendentem super se. Ex his sic arguit: Christiani dicunt, quòd baptismus est ablutio peccatorum: cùm igitur Iesus Nazarenus fuit baptizatus, habuit peccata abluenda, quod ipsi negant, aut ille baptismus fuit frustrà; quod est inconueniens apud eos Et quia dicunt hunc baptismum fuisse à Deo, Deus autem nihil facit frustrà. Item per hoc quod dicit: Vidi spiritũ Dei venientem super se. Nullus autem venit vbi prius erat, sed vbi non erat, ergo spiritussanctus in Iesu Nazareno ante baptismum non fuit, & tamen tunc erat incipiens tricesimum annum.

i Obiectio prima Iudæ secunda cõtra baptismum

Itam post genealogiam Christi Euangelista sic dicit: Cùm esset desponsata Maria mater eius Ioseph antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritusancto.. Ex quo sequitur secundùm eius dictum: quòd Iesus Nazarenus à principio suæ creationis habuit spiritumsanctum, & sic in dictis suis implicatur contradictio, scilicet ꝙ Iesus Nazarenus ante baptismum habuit spiritumsanctum, & quòd non habuit,

Secunda

Responsio: Ad primum dicendum quòd ipsius Christi baptismus est ablutio peccatorum, non autem baptismus Ioannis, sicut ipse dixit Matt. 3.c. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me

Responsio ad primam

A venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus portare calciamenta. Ipse vos baptizabit in spiritusancto, Iesus autem Nazarenus fuit baptizatus baptismo Ioannis tantum, qui non erat ablutio peccatorum, & ideo non concludit argumentum, scilicet quòd Iesus habuerit peccatum abluendum. Dato etiam quòd fuisset baptizatus baptismo suo, qui est ablutio peccatorum: non tamen sequitur quòd habuerit peccatũ abluendum: quia sanctificati in vtero baptizandi sunt Christi baptismo, & tamen non habet peccatum abluendum, Iesus autem ab instanti suæ conceptionis nõ solum fuit sanctificatus, sed etiam sanctussanctorum. Quod autem arguitur vltra: Ergo Iesus Nazarenus fuit baptizatus frustra. Dicendum, quòd non sequitur, quia per hoc approbauit baptismum & prædicationem Ioannis, & per tactum suæ sanctißimæ carnis dedit vim regeneratiuam ipsis aquis. Nec similiter sanctificati in vtero frustra baptizantur, quia per hoc regenerantur in Christo, & membra eius efficiuntur, scripturas autem noui Testamenti & catholicorum doctorum loquentes de baptismo & eius effectu, dimitto, tum quia sunt notæ, tum quia à Iudæis non recipiuntur, & aliquas accipio de veteri Testamento, & de dictis doctorum Hebraicorum. Vnde super illud Ecc.1.b. Quid est quod fuit? illud quod futurum est. Rabbi Barachias dicit: Sicut fuit redemptor primus, sic erit & vltimus. Redemptor primus scilicet Moy- (B) ses fecit ascendere puteum, sicut dicitur, Nu.21.d. Sic redemptor vltimus qui est rex Messias ascendere faciet aquas, sicut dicitur Iohelis vlti. d. Et fons de domo domini egredietur & irrigabit torrentem spinarum. Hæc sunt verba doctoris. Per torrentem spinarũ intelligitur multitudo peccantium, siue peccatorum. Aliqui Hebræi dicunt quòd ista est litera. Et irrigabit planiciem Cethim. Est autem Cethim regio Græciæ, de qua Alexander magnus exiuit ad pugnandum contra reges Persarum & Medorum, vt habetur 1.Machab.1.a. Et secundum hoc ista prophetia fuit impleta, quando apostoli prædicauerunt Græcis, & eos baptizauerunt.

Item Isa. 44.a. Noli timere serue meus Iacob & rectissimè quem elegi. Effundam enim aquam super scientem, & fluentia super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabit inter herbas sicut salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet, domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua domino, & in nomine Dei Israel aßimilabitur. Per hoc enim hoc quod dicitur. Effundam enim aquam super sitientem, intelligitur baptizatio Iudæorum fidem Christi deuote suscipientium. Et per hoc quod subditur. Et fluenta super aridam, intelligitur baptizatio Gentilium. Nam Gentilitas non fuerat irrigata doctrina legis & prophetarum. Et quòd isto sit intellectus, habetur per glossam Ra.Sa. super illud quod scribitur. Et germinabunt inter herbas, &c. Id est, in medio Esau. Per Esau vero ipse & alij doctores Hebræi (C) intelligunt Romanum imperium, quod suscepit fidem Christi & baptismum, vt patet. Sequitur. Iste dicet, domini ego sum. Glossa: Isti erunt iusti perfecti, quod de apostolis potest iustè intelligi. Et iste vocabit in nomine Iacob. Glossa: Isti sunt paruuli filij impiorum, quod conuenienter intelligitur de filiis Iudæorum per apostolos conuersis ad Christum, patribus eorum in infidelitate remanentibus. Hic scribet manu sua domino. Glossa. Hi sunt viri pœnitentiæ, per quos conuenienter intelliguntur Christiani religiosi. Et in nomine Israel aßimilabitur. Glossa. Isti sunt conuersi de Gentibus: Illis enim applicatur nomen Israel, secundùm quod dicit Apostolus ad Ro.2.d. Non qui in manifesto Iudæus est, &c. Patet igitur ex dictis, quòd glossa Ra.Sa. conuenienter aptatur ad propositum nostrum, quamuis hoc non intenderit. Deus enim aliquando mouet linguam hominis mali ad annunciandum aliquam veritatem præter eius intentionem. Sicut Caiphas Ioan.11.f. dixit de Christo. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. Intendebat enim solùm alios inducere ad Christum occidendum, sed quod verbum suum significauit mortem Christi proficuam ad spiritualem salutem populi, hoc fuit præter eius intentionem. Propter quod Euangelista subdidit. Hoc autẽ dixit non à semetipso, sed supple, à Deo sic eius linguam mouente. Simile autem habetur Nu.21.e. de asina Balaam, quæ protulit verba rationabilia, vt patet ibidem, Deo mouente linguam eius per se vel per angelum, illa tamen non intellexit verba, quæ protulit, cum non haberet rationem nec intellectum.

Item super illud Gen. 49.b. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ô fili mi, asinam suam, dicit glossa. Hic est de quo scriptũ est Zach.9.c. Sedens super asinam. Sequitur in glossa. Et quomodo erit agens? sicut dictum est Ezechi.36.e. Et effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Autoritas autem Zachariæ hic inducta, secundum doctores Hebræos, intelligitur ad literam de Meßia, sicut ostensum est supra. Et per glossam Hebraicam hic inductam habetur, quòd sit mundaturus populum suum per effusionem aquæ mundæ, quæ propriè dicitur baptismus Christi.

Item de baptismo & eius effectu dicitur Zach.13.a. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatorum & menstruatæ. Per hoc quod dicit: Erit de futuro, patet quòd non potest intelligi de aliqua ablutione veteris legis: Nam omnes illæ erant statutæ longè ante tempus Zachariæ. (D) Quod autem intelligatur de baptismo Christi, patet per illud quod subditur. Et erit in die illa dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra. Quod impletum fuit tempore Christi & discipulorum eius, per quorum prædicationem idololatria cessauit per totum mundum, exceptis quibusdam barbaris in aquilonari parte habitantibus. Sed quoniam hoc modicum & respectiuè, ideò quasi pro nibilo reputatur secundum communem modum loquendi, & etiam secundum doctrinam Phi.2.physicorum. Nec obstat quod dicit: Domui Dauid & habitantibus Ierusalem, quia Ier.30.b. Christus nominatur nomine Dauid, vbi dicitur. Seruient domino Deo suo & Dauid regi suo. Non enim potest intelligi de persona Dauid qui mortuus erat qui quadringentos annos ante, vel circiter. Et quòd intelligatur de Christo, patet per translationem Chaldaicam quæ sic habet: Et colent coram domino Deo suo, & obedient Messiæ filio Dauid. Et sic per domum Dauid intelligitur hic familia Christi, & eadem ratione per Ierusalem militans ecclesia. Dicitur autem baptismus fons patens, quia nulli petenti debitè denegatur. Et in ablutionem peccatorum & menstruatæ, propter peccatum actuale & originale, quod contrahitur in vtero matris. Quod autem postea subditur arguendo. Vidit spiritumsanctum descendentem sicut columbam, & venientem super se, ergo ante non habuit spiritumsanctum: Non valet, quia 4.Reg.3.c. dicitur de Elisæo: (E) Cùmque caneret psaltes, facta est super eum manus domini: quod intelligitur de spiritu prophetandi, & tamen de eo dicitur ante 2.cap. Requieuit spiritus Eliæ super Elisæum.

Ad secundã

Et quod subditur arguendo: Nullus venit vbi prius erat. Dicendũ quòd verum est, eo modo quo prius erat ibi, sed alio modo potest venire. Sicut dicitur Gen.23. vbi dicitur. Dixit dominus ad Abraham. Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est. Sequitur. Descendam & videbo vtrum clamorem qui ad me venit, opere compleuerint, &c. Non est per hoc intelligendum, quòd ante nõ esset in Sodoma & Gomorra, nec videret eorum facta, cum de necessitate sit vbique præsens, sicut dicitur Ieremiæ 23.e. Cœlum & terram ego impleo, dicit dominus, & omnia de necessitate viderit ab æterno. Dicitur ergo descendisse & vidisse, propter nouum effectum quem fecit ibi, sed subuersionem Sodomæ & Gomorræ. Erat ibi igitur ante sicut conseruans in esse, sed descendit ibi sicut puniens. Et similiter dicitur tunc vidisse, quia secundum modum loquendi scripturæ & etiam hominum, Deus dicitur non videre peccata hominum, quando dißimulat ea punire. Nec per hoc importatur aliqua mutatio in Deo, sed in creatura. Sic suo modo dicendum in proposito, spiritussanctus fuit in Iesu Nazareno ab instanti suæ conceptionis per plenitudinem gratiæ, sicut dicitur Ioan. 1. b. Vidimus eum quasi vnigenitum à patre plenum gratiæ & veritatis. Et hoc prædictum fuit Isa.11.a. Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij (F) & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Dicitur tamen venisse super eum in baptismo per alium modum scilicet in signo visibili columbæ representantis in Christo plenitudinem gratiæ, non tunc acceptæ sed prius, vt dictum est. Tamen plenitudo gratiæ quæ latens erat in Iesu Nazareno, fuit tunc manifestata Ioanni baptistæ in visibili signo, sicut ei dictum erat à domino: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritusancto. Et per prædicationem Ioannis aliis fuit dictum, ideò subditur. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Illi tamen qui erant cum Ioanne, quando columba descendit super Iesum viderunt cum eo, & vocem patris audierunt, quia columba illa non fuit imaginaria, sed vera & visibilis, & vox diuinitus formata sensibilis. Fuit autem tunc necessaria manifestatio plenitudinis gratiæ in Christo. Primò vt prophetia Isaiæ prædicta ostenderetur in Iesu impleta. Secundò quia citò post baptismum erat prædicaturus legem euangelicam quæ est lex gratiæ, & per consequens autor eius ostendi debuit plenus gratiæ. Ideo tunc audita est vox patris. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, tanquam autore euangelij.

Quod autem vltimo arguit de contradictione in verbis euangelistæ, patet falsum ex prædictis. Nã alio modo venit spiritussanctus sup. Iesum in bapismo quam prius erat in ipso.

Tertiò accipit iste Iudæus quod dicitur Matth.4.a. Cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit ei: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum, &c. Sequitur: Ait illi Iesus rursum. Scriptum est, non tentabis dominum Deum tuum. Ex his arguit iste Iudæus sic, Christiani dicunt

Obiectio prima Iudæi contra ieiuniũ & tentationem Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt Iesum esse Deum, & quæ laus est Deo ieiunare? quasi dicat nulla: quia Deo non competit comedere vel ieiunare. Propter quod hoc videtur derisibile. & adhuc magis illud quod subditur. Et postea esurit. Et maxime cum Moyses qui fuit homo tantum, post ieiunium quadraginta dierum & quadraginta noctium non esurit.

Item eius prima responsio, qua dixit. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Videtur irrationabilis. Debuisset enim dixisse: Sed in omni re quæ procedit de ore meo, si erat Deus, qui potest vitam hominis conseruare de omni re, sua sit lignum: siue lapis vel aliud huiusmodi.

Item eius secunda responsio qua dixit. Non tentabis dominum Deum tuum: Non videtur bona. Primò quia in ipso erat potestas faciendi miracula. & ideo si mississet se deorsum sine lesione aliqua: non fuisset ibi aliqua tentatio diuina. Secundò quia viri sancti leguntur Deum tentasse, nec ex hoc reprobantur in sacra scriptura, sed magis commendantur: scilicet Elias 3. Reg. 18. d. qui dixit. Deus qui exaudierit per ignẽ, ipse sit Deus. Et Elisæus 4. Reg. 6. c. dixit ad regẽ Israel de Naaman leproso. Veniet ad me, & sciat prophetam esse in Israel. Similiter Gedeon Iudic. 6. g. tentauit Deum quærens signum in vellere. Vnde dixit: Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc tentauero, signum quærens in vellere. Item Deus non inducit homines ad malum, inducit autem ad suipsius tentationem, Malach. 3. c. Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli & effudero benedictionem meam vsque ad abundantiam.

Responsio ad primam

Ex supradictis patet solutio primi. Dictum est enim supra. quòd Christus in lege & prophetis promissus, futurus erat verus Deus & verus homo in vna persona. Declaratum etiam fuit quòd Iesus Nazarenus est verus Christus Iudeis promissus, & per consequens verus Deus & verus homo. Item declaratum fuit quòd per passionem suam & mortem operaturus erat nostram salutem, propter quod habuit corpus passibile & mortale ante resurrectionem suam & hoc modo ieiunauit & esurit, afflictiones & tandem mortem sustinuit, & non in deitate sua, quia hoc est impossibile, sed in humanitate pro nobis assumpta, & sic meruit nobis gratiam & gloriam, & sui corporis glorificationem. Vnde super illud Gen. 24. g. Introduxit eam Isaac, &c. dicit Rabbi Moyses Hadaressem. Hic est rex Messias quem elegit Deus sanctus & benedictus, vt coleret eum toto corde, darétque cor suum ad perendum miserationes pro Israel, & ad ieiunandum & humiliandum se pro eis: sicut scriptum est Isa. 53. b. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Per hanc traditionem dicti Rabbi Mo. patet quòd quinquagesimum tertium capitulum Isaiæ loquitur de Christi passione pro genere humani salute. Quod autem dicit de Moyse, quòd post illud ieiunium non esurit, falsum est, quia postea non comedisset.

C Nec est simile de vtroque. Nam Manichæi dicturi erant, quòd Iesus non habuit carnem humanam ex elementis compositam, sed cœlestem. Ad quos repellendos, euangelium facit mentionem de esurie Christi, Iudæi vero hoc non erant dicturi de Moyse, propter quod non opportuit quòd scriptura sic faceret mentionem de eius esurie.

Ad secundã

Quod autem vlterius arguit Iudæus primam responsionem Christi dicens: Scriptum est. Non in solo pane viuit, &c. Primò percutit seipsum arguens dictum Moysi Deuter. 8. a. cuius se fatetur esse discipulum.

Quod autem arguit vlterius quòd Iesus debuisset dixisse, sed in omni re quæ procedit de ore meo: non est verum. quia Iesus volebat celare diabolo suam deitatem, quam ille quærebat experiri per tentationem. Propter quod non debuit dicere de ore meo, quia loquebatur sicut homo celans suam deitatem. Item quia tentationem dæmonis excludebat per scripturam sacram, ideo debuit eam allegare sicut patet in textu, in quo scribitur de ore Dei. Et eadem ratione non debuit dicere, in omni re, sed in omni verbo, quia sic scribitur in textu. Cum hoc etiam potest dici, quòd nihil arguit, quia verbum frequenter accipitur in sacra scriptura pro re facta. Nam 2. Reg. 1. a. dicitur. Quod est verbum quod factum est, id est, res gesta vel facta, & sic accipitur hic vt patet literam intuenti Deut. 8.

Ad tertiam

Quod autem arguitur secundum responsionem quæ dicitur. Non tentabis dominum Deum tuum: primo percutit seipsum arguens dictum Moysi Deuterono. 6. c. Quòd autem vlterius nititur ostendere tentationem Dei non esse peccatum, manifestè dicit contra dominum arguentem malitiam populi Israel Numer. 14. d. Tentauerunt me iam per decies. Item Psal. 94. b. Nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea. Propter illud quod inducit de viris sanctis Deum tentantibus, vt dicit, sciendum quòd tentare est experimentum de aliquo accipere: nullus autem quærit experiri illud de quo est certus, sed illud de quo est dubius. Item experiri potest aliquis facto vel verbo. Verbo, quando quis quærit aliquid a vicino suo, vt experiatur si iuuare eum in necessitate. Facto, cum facit aliquid quod non videtur ordinabile ad aliquid nisi ad talem experientiam, & talis experientia dicitur tentatio. Sicut cum aliquis facit currere equum sine necessitate aliqua aut vtilitate, dicitur tentatio equi: quia talis cursus non videtur ordinabilis nisi ad accipiendum experimentum de velocitate equi. Si autem faciat eum currere propter necessitatem aliquam, vt ad fugiendum hostes, vel propter vtilitatem aliquam, vt ad capiendum cernum, non est tentatio equi. Dubitare autem de his quæ pertinent ad perfectionem diuinam, vt est potentia, bonitas & huiusmodi, semper est malum, & ideo qui facit vel dicit aliquid sine necessitate vel vtilitate ad experiendam diuinam potentiam vel voluntatem tentat Deum & peccat. Propter quod exponens se sine necessitate aut vtilitate periculo expectans seruari à Deo, tentat Deum, cum seruari posset alio modo. Tale quid suggerebat diabolus Iesu Nazareno dicens: Mitte te deorsum. Et licet Iesus per virtutem diuinam posset hoc facere sine periculo tamen hoc non fecit, cœlare volens diabolo suam deitatem, & excludere tentationem dæmonis, per sacram scripturam respondit bene per illud quod hominibus prohibetur. Poterat enim tanquam homo per gradus descendere de pinnaculo. Quod igitur arguitur de Elia, non valet: Non enim petit signum per ignem descendentem sine vtilitate, sed ad quod populus Israel à cultura Baal ad colendum Deum verum reduceretur, vt patet ibidem. Item hoc fecit de præcepto domini, dicentis sibi: Vade ostende te Achab, vt præmittitur ibidem, & tunc reuelatus fuit sibi modus procedendi contra prophetas Baal, licet hoc non sit totaliter expressum, quia non omnia scribuntur. Eodem modo dicendum est de Eliseo. Curauit enim Naaman ex diuina reuelatione, & ad manifestationem virtutis diuinæ, vnde & Naaman relicta idololatria, conuersus fuit totaliter ad colendum vnum Deum verum. Vnde dixit 4. Reg. 5. e. Non faciet seruus tuus vltra holocaustum aut victimam diis alienis, nisi domino. De Gedeone vero dicunt aliqui doctores nostri, quòd ex debilitate fidei petiit bis signum in velle, propter quod non excusatur totaliter à peccato, sicut dicit quædam glossa super locum ipsum. Sed hoc nõ videtur rationabiliter dictum, quia scriptura nõ notat eum culpabilem ex hoc facto, nec fuit punitus à Deo sicut Zacharias pater Ioannis baptistæ, qui propter dubium petiit signũ dicens. Vnde hoc sciam? propter quod factus fuit mutus vsque ad filij sui circumcisionem, vt habetur Luc. 1. f. De glossa vero marginali allegata, parum est curandum, ideo saluo meliori iudicio, potest aliter dici. Vno modo, quòd Gedeon fecit hoc ex instinctu diuino, & sic non peccauit, instinctus enim diuinus non impellit hominem ad peccandum. Alio modo dicendum, quòd Gedeon non dubitauit de potentia Dei quin per ipsum posset saluare populum, nec de verbo domini dicto sibi. Vade, in hac fortitudine tua liberabis Israel, dubitauit quin esset verum, sed ignorauit vtrum hæc promissio esset absoluta, quæ semper impletur: vel conditionalis, scilicet nisi Gedeon & eius socij ponerẽt aliquod impedimentũ per aliquod peccatum. Frequenter enim in sacra scriptura intelliguntur promissiones diuinæ factæ sub tali conditione, quamuis non exprimatur Iere. 18. b. Subito loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud. si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, vt pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. Timuit igitur Gedeon, ne per fragilitatem suam vel sociorum suorum proueniret impedimentum dictæ promissionis. Petiit ergo humiliter à Deo doceri per signum, quòd non proueniret tale impedimentum, vt sic constantius & expeditius iret ad prælium: propter quod petiit duplex signum, vnũ pro se, aliud pro socijs suis. Ad autoritatem Malachiæ dicendum, quòd illi tenebantur soluere decimas ex præcepto Dei, sicut patet ex multis locis ve. Te. & per consequens hoc erat necesse ex parte soluentium, & vtile ex parte recipientium. Erat enim ad sustentationem ministrorum Dei. Ad hoc igitur inducebat dominus populum suum per Prophetam. di. Inferte omnem decimam &c. Quod autem subditur. Probate me super hoc &c. ly probate, non tenetur hic eausaliter fic intelligendum quòd soluerent decimas ad probandum seu tentandum, si per hoc Deus aperiret eis cataractas cœli, sed tenetur consecutiuè, & est sensus. Si impleueritis præceptum meum de decimis sicut tenemini, & ego consequenter multiplicabo bona vestra, sicut dicitur Isaiæ 1. e. Si voluerit us & audieritis me, bona terræ comedetis.

Objectio Iudęi prima

Vartò accipit Iudæus illud quod habetur Matthæi 5. f. Audistis quia dictum est antiquis: non periurabis: ego autem dico vobis, non iurare omninò &c. Sequitur. Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem abundantius est, à malo est. Audistis quia dictum est antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente, ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam præbe ei & alteram, & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium &c. Et sequitur. Audistis quia dictum est. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, &c. Ex istis arguit primò contra illud quod dicitur. Dico vobis non iurare omninò. Quia scribitur,

℣ Deut.

℣ Deut. 10. d. Dominum Deum tuum timebis & ei soli seruies, ipsi adhærebis, & in nomine illius iurabis, & sic patet quòd Iesus destruit legem à Deo datam etiam in moralibus, quod negant Christiani.

Secundo

Item contra illud quòd subditur. Dico vobis non resistere malo. Destruit enim in hoc legem rectitudinis iusticiæ & à Deo datam Exo. 21. Oculum pro oculo, &c.

Tertia

Item Christiani non seruant legem Iesu Nazareni. Nam per fraudes & lites vnus rapit bona alterius, & non solum hoc est verum de secularibus, sed etiam de religiosis pluribus.

Quarta

Item contra illud quod subditur. Dico autem vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Nam Deus inhibuit filiis Israel ne amicitias vel fœdera contraherent cum habitatoribus terra Chanaan, qui erant inimici eorum, nec quærerent eis bonum, vt habetur Exo. 34. b. & sic Iesus Nazarenus destruit diuinum præceptum.

Deut. 23. b. Responsio ad primam

Ad primum dicendum, q̃ negatio præposita signo vniuersali facit æquipollere suo contradictorio: quia non omnis, & quidam non æquipollent, & ideo per hoc quod dicitur: non iurare omninò, non excludit omne iuramentum, quia quilibet tenetur superiori requirenti veritatem per iuramentum dicere: alter periret veritas & iusticia in multis casibus. Sed excluditur iuramentum illicitum, quod est triplex scilicet falsum, quod caret veritate, & iuramentum iniquum, quod caret iustitia, sicut cum aliquis iurat innocenti nocere, & iuramentum incautum, quod iudicio discretionis caret quod fit quando quis iurat absque necessitate aut pia vtilitate. Et propter hoc dicitur Iere. 4. a. Iurabis, viuit dominus in veritate & in iustitia & in iudicio, ad excludendum tria prædicta iuramenta illicita. Sciendum autem q̃ ex verbo Deut. 10. supra allegato: In nomine illius scilicet Dei iurabis: aliqui dixerunt q̃ iuramentum esset frequentandum tanquam religionis actus etiam in communi verbo, vbi non apparet necessitas, aut pia vtilitas, de quibus videtur fuisse Iudæus hic arguens. Sed q̃ hoc sit falsum, patet per præceptum diuinum, Exod. 20. b. vbi dicitur. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra, quod facit ille qui iurat sine necessitate, aut pia vtilitate. Hoc etiã patet per verbum Iere. præallegatum. Item Eccl. 23. b. dicitur. Vir multum iurans replebitur iniquitate. Nam ex frequentia iurandi, & iuramento incauto labitur in iuramentum falsum & iniquũ. Quod autem subditur. Sit sermo vester est est, non non. Id est, simpliciter affirmando veritatem & negando falsitatem, intelligendum est vbi necessitas plus non exigit. Et q̃ hoc intelligatur de communi modo loquendi inter homines, patet per hoc quod dicitur. sermo vester: quod autem amplius est, à malo est, non dicit esse malum, sed à malo. Nam omne iuramentum est à malo culpæ vel pœnæ. Iuramentum enim falsum, iniquũ & incautum, est à malo culpæ ex parte iurantis. Iuramentum autem licitum est à malo pœnæ ex parte requirentis iuramentum. Ex humana namque fragilitate, quæ pœna quædam est inflicta humano generi propter peccatum primorum parentum, procedit quòd homines sibi mutuò non credunt simplici verbo absque iuramento.

C Ad secundã

Quod autem vltra arguit Iesum Nazarenum destruxisse legem iusticiæ ac rectitudinis, non est verum. Circa quod sciendum, q̃ non resistere malo aliquando bonum est & necessarium, & sic cadit sub præcepto, vtpote quando ex tali resistentia apparet, manifeste origo magni mali, vt diuisiũ ciuitatis, vel regni, vel aliud huiusmodi. Aliquando verò est bonum supererogationis, vt quando malum illatum toleratur patienter propter Deum, vel propter pacem seruandam, vel sui humiliationem, & sic non resistere malo cadit sub consilio & non sub præcepto. Et in istis duobus modis loquitur Saluator, & sic non excludit legem iusticiæ, sed addit super hoc perfectionem legis euangelicæ, ad quam tenẽtur homines, sed possunt licitè de illata iniuria vindictam quærere secundum ordinem iusticiæ. quando non apparet ex hoc maius malũ surgere. vt prædictum est. Sciendum autem, q̃ ex hoc legis verbo: Oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. aliqui Iudæi, de quibus videtur iste fuisse, interpretantes dixerunt, q̃ vindicta erat per se petẽda, quod est falsum, quia vindicta est malum pœnæ, & ideo non est propter se appetibilis, sed propter aliquod bonum consequendũ, vt propter ordinem iusticiæ seruãdum, vel propter correctionem iniuriantis, vel propter terrorem alium vt ab iniuriis coerceantur, vel aliquid huiusmodi. Vbi igitur nullũ tale bonum ex pœna alicuius æstimatur prouenire, sed magis timetur de scandalo & malo maiori, tunc desistere à vindicta quærenda, est necessitatis & præcepti, vt prædictum est. Si autem circa talem casum à vindicta quærenda quis desistat, bonum supererogationis est. Et hoc patet per facta sanctorũ patrum, non solum noui Testamenti, sed etiam veteris. Sanctus enim Ioseph, potens vindicare à fratribus sibi illatam iniuriam, non solum à vindicta destitit, sed etiam eos cum suis familijs misericorditer sustentauit. Similiter Dauid Semei sibi maledicentẽ & lapides contra eum mittentem, & ex hoc reum læsæ maiestatis, occidi ab Abisai prohibuit 2. Reg. 17. c. dicens. Dimitte eũ vt maledicat, si forte videat dominus afflictionem meam. Idem etiam patet per scripturam veteris Testamenti Leuit. 19. d. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuitum tuorum. Vbi vero ex vindicta secundum ordinem iusticiæ non apparet ortus scandali vel mali, & ex desistentia ab ea daretur malis audacia iniurandi bonis, tunc talis desistentia malum esset & peccatum. In tali casu non est intelligendum Saluatoris verbum. Quod autem sequitur. Et qui te percusserit in vnam maxillam, &c. non est intelligendum quantum ad effectum, vt sic percussus maxillam alteram offerat percussori, quia Iesus qui cœpit facere & docere, percussus in vna maxilla, vt habetur 10an. 18. d. non exhibuit aliam maxillam percussori, sed eum charitatiuè corripuit. d. Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene cur me cædis? Est igitur verbum prædictum, secundùm animi dispositionem intelligendum, vt scilicet sic percussus sit dispositus in animo adhuc sustinere maiores percussiones vel iniurias in casibus prædictis, scilicet quando est ibi bonum necessarium vel supererogationis.

Ad tertiam

Ad illud autem quod obicitur de Christianis legem Christi non observantibus. D. iendum quòd ex eorum malicia non peioratur lex euangelica, sicut nec lex in monte Sinai data per hoc quòd Iudæi satis citò post eius datione fecerunt & adorauerunt vitulũ conflatile, Exo. 32. b.

Ad quartã

Ad illud autem quod arguit vltra de odio inimici, sciendum, q̃ doctores Hebræi circa hoc errabant. Ex hoc enim quod præceptum est Leuit. 19. d. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, arguebant a contrario sensu, q̃ debebant odire inimicum. Sed hoc est falsum, quia omnis homo ex charitate diligendus est inquantum ad imaginẽ Dei est, & capax ipsius per cognitionem & amorem. Amicitia enim charitatis, fundatur super communicationem supernaturalis beatitudinis, & ideo omnis intellectualis creatura quæ actu vel potentia est beata, est ex charitate diligenda. Mali autem homines, quandiu sunt in via, sunt in potentia veniendi ad beatitudinem. Et ideo licet malicia eorum sit odienda, ipsa tamen natura possibilis beatificari est diligenda, & hoc est q̃ dicit Saluator. Diligite inimicos vestros, bona scilicet gratiæ & gloriæ eis optando. Alia autem non sunt eis optanda, nisi in quadam generalitate inquantũ valent ad eorum salutem, quod soli Deo est notũ, quia omnibus aliis potest homo bene vel male vti, & ideo circa hoc non est aliquid determinatè petendum, sed sub conditione quantum valent scilicet ad eorum salutem. Se quitur. Benefacite. Benefacere est effectus dilectionis. Et ideo sicut tenemur diligere inimicos quantum ad bona gratiæ & gloriæ, ita tenemur in effectu salutem eorum modo debito & possibili procurare. Quod autem benefacere odientibus & inimicis sit laudabile, patet non solum per sanctos patres noui Testamenti, sed etiam veteris: Isaac enim regi Gerare & viris eius qui eum oderant & expulerant, fecit magnũ conuiuium, Gen. 26. f. Ioseph fratres suos qui eum occidere voluerunt, & tandem seruituti, quæ est mors ciuilis, vendiderant, dulciter excepit & pauit, Gen. 43. g. Dauid Saulem ipsum persequentem ad mortẽ, bis à morte liberauit 1. Reg. 24. d. & 26. b. Elisæus Syros eum quærentes ad mortẽ à rege Israel interfici prohibuit, & eos cibo & potu iussit refici, & sic ad dominum suum libere remittit 4. Reg. 6. e. Hoc etiam patet per scripturã veteris Testamenti, Exod. 23. a. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum. Item ibidem. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertranſibis, sed subleuabis cum eo. Item Prouerb. 25. c. Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, da ei aquam bibere. Item Psal. 119. b. Cum his qui oderant pacẽ, erã pacificus. Quod autẽ contradicta arguit de habitatoribus terra Chanaan, de quibus inhibuit filiis Israel, ne contraherent cum eis amicitias sed eos occiderent. Dicendũ. q̃ illi erant idololatræ pessimi, propter quod mortem meruerant secundum iudicium Dei, & ideo filij Israel occidentes eos, non fecerunt ex odio, sed ex mandato Dei, & iusticiæ zelo. Cum ipsis enim non erant amicitiæ contrahenda, ne per hoc filij Israel traherentur ad vitium idololatriæ.

Obiectio Iudęi prima

Vintò accipit Iudæus illud quod habetur Matt. 8. a. Cum descendisset Iesu de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ & ecce leprosus veniens adorabat eum dicẽs: Domine si vis, potes me mundare, &c. Sequitur. Et ait Iesus: Vade, & ostẽde sacerdoti & offer munus quod præcepit Moyses. Et hoc arguit sic, q̃ volebat sacrificiũ quod fiebat in emũdatione leprosi, alibi verò scilicet Mat. 9. b. dicit. Misericordiam volo, & non sacrificium, & sic contradicit sibi ipsi, & sic instabilis est in voluntate. Item idem arguit per hoc quod dicit mundato à lepra: vade nemini dixeris &c. Et alibi scilicet Lu. 8. f. dixit curato à dæmone. Vade ad tuos & narra quanta fecerit tibi Deus.

Secunda

Item alibi scilicet Mat. 10. d. dixit. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, & sic patet q̃ voluit facta sua celari & publicari, quæ sunt contradictoria. Ad primum dicendum, q̃ non valet: Nã eadem ratione per scripturam veteris Testamenti, quam Iudæus confitetur esse veram, probaretur Deum esse mutabilem quia Gen. 8. d. dicitur de Noe sacrificio. Odoratúsque est dominus odorẽ suauitatis, & sic fuit sibi placitum. Item in Exo. & Leuit. & in aliis libris veteris Testamenti præcepit Deus sibi offerri sacrificia tanquam sibi placita. Et Isaiæ 1. d. dicit. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem hircorum & vitulorum nolui. Et Psal. 39. b. Sacrificium &

Responsio ad primam

℣ oblationem

oblationem noluisti, &c. *Hæc omnia non arguunt Dei mutabilitatem. Nam ipse immutabilis, mutabilia operatur. sicut incorporeus corporea. Quòd autem Iesus dixit allegando dictum Oseæ prophetæ 6.b. Misericordiam volui & non sacrificium: non dixit hoc, sacrificia veteris legis reprobando: habebant enim tunc cursum suũ vsque ad mortem Christi, sed hoc dixit opera misericordiæ sacrificiis præponendo. Nã habent duplicem bonitatem. Vnã ex genere, quia sunt opera virtutis moralis. Aliã ex charitate, quia quando fiunt ex charitate, habent bonitatem meriti vitæ æternæ. Sacrifica verò veteris legis non habẽt bonitatem, nisi ex fide & deuotione offerentium. Ideò dicitur Gene. 4.a.* Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. *Q.d. munera fuerunt accepta sibi propter bonitatem offerentis. Quòd autẽ isto modo intellexerit propheta vel potiùs dominus loquens per prophetã patet per textum ibidẽ qui talis est: Misericordiam volo & non sacrificiũ, & scientiã Dei plus quam holocausta: Per hoc ꝙ dicit. Plus holocausta, quæ sunt quædam sacrificia, patet ꝙ non loquebatur holocausta reprobando. sed eis scientiã Dei præferendo. Et eodem modo de operibus misericordiæ respectu sacrificiorum. Et hoc idẽ patet Isa. 1.d. postquàm dixit dominus. Holocausta arietum, & adipem pinguiũ, & sanguinem hircorum & vitulorum nolui, subdidit: Quærite iudiciũ, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã, & venite & arguite me, dicit dominus.* Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. *Ex quo patet manifestè, quòd opera misericordiæ & iusticiæ magis erant deletiua culpæ, & meritoria gloriæ habendæ, tamen Christi tempore, quàm sacrificia legis.*

Ad secundã

Quod autem arguitur vltra, ꝙ Iesus voluit aliquando facta sua celari, aliquando verò publicari, fuit valdè rationabile. Nã omnis eius operatio fuit nostra instructio. Expetit autem imperfectis opera sua bona celare, ne per vanam gloriam extollantur. Et expedit aliquando, & maximè perfectis opera sua bona in publico ponere, ad Dei gloriam & proximi ædificationem. Quantum ad primum dicit Christus Matthæi 6. a. Te autem eleemosynã faciente, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. *Et quantũ ad secundum.* Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant vestra bona opera & glorificẽt patrem vestrum, qui in cœlis est. *Sic etiam patres veteris Testamenti aliqua bona opera fecerunt occultè, & aliqua publicè. Elias enim filium viduæ Sareptanæ suscitauit secretè in suo cubiculo, ad consolationem matris viduæ 3 Reg. 17.f. Et ignẽ de cœlo fecit descendere super holocaustũ suum ad declarationem deitatis veræ, publicè scilicet coram rege Achab & populo Israel 3. Reg. 18. Scilicet similiter Elisæus multiplicationem olei ad sustentationem viduæ & filiorum eius & ad satisfaciendum creditori, fecit secretè scilicet clauso ostio, vt habetur 4. Reg. 4.a. Et milites Syriæ volentes eum capere acrisia percussos duxit in medium Samariæ coram rege Israel & populo ciuitatis: vt habetur 4. Reg. 6.d. Patet igitur ex prædictis quòd Iesus rationabiliter aliqua facta sua publicauit, & aliqua occultari voluit.*

Obiectio Iudæi prima

Extò accipit Iudæus illud quod dicit Iesus Mat. 11.d. Confiteor tibi pater domine cœli & ter. *Christiani dicunt, quòd pater & filius vnum sunt, quomodo igitur dicitur confiteri coram patre suo? deberet magis dici corã seipso.*

Secunda

Item si omnia sunt ei tradita à patre nihil habet à seipso, & sic ex se est omninò deficiens.

Responsio ad primam

Ad primum supra, declaratum est per scripturas Hebræorum, quòd Iesus est Deus & homo, Deus ab æterno, homo ex tempore. Item declaratum est supra, quòd Iesus Nazarenus est verè Christus & quia sunt distinctæ naturæ, ideo secundum quod Deus, dicit Ioannis 10.f. Ego & pater vnum sumus, *scilicet in essentia, distincti tamen in personis. Secundum autem quòd homo, dicit Ioan. 14.d.* Pater maior me est. *Et sic orat coram patre & confitetur.*

Ad secundã

Quòd autem subditur, quòd habet omnia à patre, & ex se est omninò deficiens, dicẽdum quòd hæc propositio est vera: Christus inquantũ homo est creatura: omnis autem creatura si relicta fuerit in nihilũ cadet, sicut est de nihilo, & ita potest ista concedi cũ reduplicatione: Christus inquantum homo, nihil est ex se, sed omninò deficiens. Si autem ex dictis aliquis arguat, quòd idem sequitur de Christo inquantum Deus, quia quidquid habet filius inquantum Deus habet nascendo, & per consequens habet illud à patre, & sic ex se nihil est, sed est omninò deficiẽs. Dicendum quòd non sequitur, quia filius à patre habet idem esse cum eo. Nam diuinum esse non multiplicabile, & ideo sicut pater est necesse esse, sic & filius, & sic non potest dici deficiens. Nam eandem deitatem, potentiam & sapientiam, & sic de aliis absolutis habet cum patre. Quòd autem in diuinis sit pater & filius, non solum patet ex nouo Testamento, sed etiam ex veteri Isa. 9.b. Filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, &c, *Ex quo patet, quòd in diuinis est filius, & per consequens patet, quia dicuntur relatiue adinuicem, quæ posita se ponunt & perempta se perimunt. Non enim potest dici, quòd Dei filius sit filius alicuius creati vel finiti. Non tamen sunt duo increati, nec duo immensi, sicut nec duo dij, sed vnus increatus, & vnus immensus, nullam distinctionem enim habent in deitate, sed solum in personali proprietate.*

Septimò

Obiectio Iudæi alia & prima

Eptimò accipit Iudæus illud quod scribitur Matt. 12.b. In illo tempore abiit Iesus sabbato per sata: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. Pharisæi autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, quando esuriit, & qui cum eo erant, & quomodo intrauit domum Dei, & panes propositionis comedit, quod non licebat ei edere, neque eis qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Et non legistis in lege, quia sabbatis in templo sacerdotes violant sabbatum, & sine crimine sunt? Dico vobis quia templo maior est hic. *Ex dictis sic arguit. Primò si Iesus est Deus, vt dicũt Christiani, quare relaxauit obseruantiam sabbati, cum ipse prius eam præceperit Exo. 20.b.* Memento vt diem sabbati sanctifices? *Igitur aut ipse non est Deus, cuius contrarium affirmant Christiani, aut Deus est mutabilis relaxando quod præceperat, maximè tanquam legitimum sempiternum, cuiusmodi est obseruatio sabbati.*

Secunda

Item exemplum quod adducit de Dauid non est conueniens. Primò quia discipuli Iesu non erant in tanta necessitate famis sicut Dauid, tũc transgrediens sabbatum, transgressionem non reiterauit. Item si excusauit hanc Dauid transgressionem, eadem ratione debuit excusare adulterium eius cum Bethsabee & homicidium Vriæ. Item exemplum quod adducit de sacerdotibus non est ad propositum. Sacerdotes enim operabantur sabbato in templo, accẽdendo ignem vel potiùs nutriendo hoc aut non erat prohibitum, sed solum de habitationibus hominum, sicut dicitur, Exo. 35.a. de sabbato. Ignem non accendẽtis in cunctis habitaculis vestris, templum autem non includitur in generalitate habitaculorum hominum.

Responsio

Ad solutionem istorum præmittendum est vnum, scilicet quòd tempore veteris Testamenti dominus dispensauerit in obseruantia sabbati. Hoc autem patet Iosue 6.a. vbi dicitur, quòd de mandato domini Iosue & viri bellatores circumierunt vrbem Iericho septem diebus continuis armati, & sic oportuit ꝙ dies sabbati fuerit vna de illis. Et in libro apud Hebræos autentico, qui dicitur Cedar olam, id est, ordo sæculi, dicitur ꝙ die sabbati fuit prælium Iericho. Et hoc satis innuitur in textu Iosue, 6.b. vbi dies ille dicitur de sabbato, & illo die circumierunt Iericho septem vicibus, & in vltimo circumitu corruentibus muris intrauerunt & interfecerunt omnes habitatores vrbis. Item 3. Reg. 19. b. dicitur, quòd Elias ambulauit in fortitudine cibi diebus quadraginta & noctibus quadraginta continuè, & sic pluries ambulauit in sabbato & ex voluntate Dei.

Ad primam

Ad primum dicendum, ꝙ magis est ad oppositum. Nam ille qui dat præceptum potest in illo dispensare in casu & totaliter reuocare, & ideò Iesus inquantum Deus poterat facere: propter quod subdit de seipso, Dominus est filius hominis etiam sabbati: Idem autem in persona est filius hominis & filius Dei. Matt. 12 a. *Quod autem arguitur vltra, ꝙ Deus sit mutabilis, non valet. Nam immutabilis existens, mutabilia operatur, sicut incorporeus existens corporalia operatur & facit. Et quod vltra dicitur, quòd sanctificatio sabbati fuit præcepta ad semper, non est verum. Nam vbi de ipsa scribitur Exod. 31.d.* Pactum est sempiternum: *in Hebræo habetur,* pactum est beollam, *id est in seculum, quod non significat æternitatem. sed tempus longum communiter acceptum. Et hoc modo dicitur Iere. 2.d.* A seculo confregisti iugum meum, *id est, ab antiquo tempore, in Hebræo habetur, beollam confregisti &c. id est, à seculo. Aliquando verò accipitur pro tempore determinato, quod tamen potest esse satis breue, sicut Deut. 15. c. dicitur.* Perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & erit tibi seruus in æternum. *In Hebræo habetur.* Perforabis &c. & erit tibi seruus beollam. *Id est, in seculum, & hoc tempus poterat esse breue vel longum. Vnde dicit hic glossa Hebraica, beollam, id est, cunctis diebus seculi domini vsque ad iubileum. Si enim infra annum à perforatione auris serui moreretur dominus, fiebat liber à seruitute. Et si viueret vltra annum iubileum, seruus tamen fiebat liber in anno iubileo. Patet igitur ex dictis, quòd obseruatio sabbati non erat præcepta ad semper, sed ad tempus. Et ex hoc patet, quòd illi qui pro hac dictione Hebraica beollam, transtulerunt æternum vel sempiternum, dederunt simplicibus occasionem errandi circa obseruantiam sabbati & circuncisionis.*

Ad secundã

Quod autem arguit vltra de discipulis Iesu spicas vellentibus, quòd peccauerunt, non est verum. Non enim peccauerunt ratione facti, quia scribitur Deut. 23.d. Ingressus vineam proximi tui, comedas vuas quantum tibi placuerit. *Et idem intelligendum est de granis bladi, & aliis fructibus. Nec peccauerunt ratione temporis scilicet diei sabbati. Nam eorum esuries eos excusabat. Posset etiam probabiliter dici, quòd simpliciter hoc poterãt in die sabbati. Non enim peccabant ratione comestionis, quia comedere in die sabbati licitum erat omnibus Iudæis. Nec ratione excussionis granorum de spicis, quæ est quædam præparatio cibi, quia licet præparatio cibi per decoctionẽ esset prohibita fieri in die sabbati, Exod. 16.e. quia ibi est longus labor & distractio, scilicet compositio lignorum & accensio ignis, & compositio vasorum ad ignem, & solicitudo circa decoctionem, vt fiat opportunè, tamen aliquæ præparationes*

tiones parui laboris & paruæ distractionis, in die sabbati poterant fieri, vtpote cibum coctum præcedenti die disponere in vasis, & ponere super mensam mappam, & similia. Et similiter etiam quæ cruda comedebantur vt herbæ, licitum erat lauare. Vellicatio autem spicarum non videtur esse magis laboriosa seu distractiua, sed minus, & per consequens licita. Quod autem vltra arguit, ꝙ Dauid & viri eius erant in maiori necessitate famis quàm discipuli Iesu, non videtur verisimile. Habebant enim aliquam pecuniam vel aliqua pignora ad habendum cibũ aliunde, quæ discipuli Iesu non habebant, quia sine pecunia & pera, & cum simplici veste necessaria incedebant. Vnde nec Achimelech summus sacerdos quæsiuit de necessitate Dauid & virorum suorum ad hoc quòd daret eis licitè panem sanctum, sed solùm de mundicia eorum, maximè à mulieribus, vt patet 1. Reg. 21.b. Quod autem arguitur vltra, quòd Dauid peccauit panes illos comedendo, patet falsum, non solum per verbũ Saluatoris factum excusantis, sed etiam per scripturam veteris Testamenti, quæ non reprobat comestionem Dauid, nec Achimelech concessionem. Et quia summus sacerdos erat, non est verisimile ꝙ ignoraret quid esset licitum vel illicitum circa obseruantiam sabbati. Ipse autem dixit. Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent. Quasi dicat fames, supposita dicta mundicia, facit comestionem licitam. Quod autem vltra dicitur, ꝙ eadẽ ratione debuit excusare, vel relaxare adulterium cum Bethsabee & homicidium Vriæ. Dicendum quòd falsum est. Nam ista sunt per se mala, nec possunt bene fieri, propter quod in talibus non habet locum dispensatio.

Quòd autem vlterius dicitur de sacerdotibus in templo laborantibus manualiter & licitè, non solum accendendo ignem, vel potius nutriendo, sicut præcipitur Leui. 6.b. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies, sed etiam hostias lauando & super altare cremando, & hoc ratione templi, vel potius diuini cultus ibidem finiendi. Eadem ratione vel maiori discipuli præsente Iesu & eius licentia poterant licitè vellere spicas, dato quòd alias esset illicitum, quod tamen non est, vt supradictum est. Ideo subdidit Saluator. Dico autem vobis, quia maior templo hic.

Obiectio Iudæi contra trinitatẽ prima.

Ctauo accipit Iudæus illud quod scribitur Matt. 12.c. Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non dimittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritumsanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. *Ex his arguit sic: Vos Christiani dicitis quod pater & filius & spiritussanctus sunt vnius essentiæ & vnius voluntatis, quomodo ergo est peccatum seu blasphemia contra spiritumsanctum & non contra filium & patrem? Et quomodo vnus remittit peccatum vel blasphemiam sine alio! Hæc enim quæ videntur haberi ex verbis Iesu, implicant contradictionem. Nam si sunt vnius essentiæ, & vnus blasphematur & alter non, sequitur quòd idem blasphematur & non blasphematur. Et si sunt vnius voluntatis, si vnus remittit & alter non, sequitur quod idem remittit eidem blasphemanti & non remittit, quæ sunt contradictoria.*

Secunda

Item de anima blasphemantis ipsum Christum separata, quæro vbi sit scilicet in cœlo vel in gehenna? Si dicatur, quod in cœlo, sequitur quòd spiritussanctus sit impotens ad puniendum blasphemiam sibi illatam, & ab eo non remissam. Si autem dicatur quòd sit in gehenna, sequitur quòd pater & filius sint impotentes ad saluandum eam, cum remiserint blasphemiam.

Tertia

Item si duo remittunt pater & filius, & spiritussanctus non remittit, quid proficit blasphemanti, & quid sibi nocet si spiritussanctus non remittit, ex quo pater & filius remittunt ei? Ex his ergo quæ sibi videntur friuola & contradictionem implicantia, quæ consequuntur ex verbis Iesu Nazareni concludit quòd eius doctrina sit nullius momenti. Satis patet intelligentibus, ꝙ obiectiones istæ procedunt ex imaginatione falsa circa articulum trinitatis sanctæ. Et ideò declarandum est primo ex scripturis Hebraicis, ꝙ in essentia diuina plures sunt personæ. Secundò ꝙ sunt tres. Tertiò soluentur obiectiones.

Responsio

Pluralitas personarũ diuinæ naturæ

Primum declaratur per principium sacræ scripturæ. In principio creauit Deus cœlum & terram, *vbi veritas Hebraica habet sic.* In principio creauit Elohim cœlum & terram. *Est autem Elohim nomen plurale huius nominis el, vel elopha, quod significat quod Deus. Per hoc igitur ꝙ hoc nomẽ plurale Elohim coniungitur cum verbo singularis numeri cum dicitur:* creauit Elohim, *ac si diceretur, creauit dij, ostenditur quòd in Deo est pluralitas suppositorũ eo quòd suppositi est agere, sed per vnitatẽ actionis ostenditur vnitas essentiæ in tribus suppositis vel personis, quæ licet non sint tres dij, tamen sunt tres vnam deitatem habentes. Sed ad hoc respondent Iudæi dicentes, quòd hoc nomen Elohim indifferenter accipitur pro plurali & pro singulari. Et quando accipitur pro Deo vero, semper tenetur in singulari. Sed hoc patet falsum. Nam aliquando tenetur manifestè pro Deo vero, & tamen coniungitur cum adiectiuo pluralis numeri, & aliquando cum verbo pluralis numeri, quod non esset, si teneretur pro singulari, exemplum primi Iosue vltimo.* Non poteris seruire domino, Deus enim sanctus ipse. *Hebraica veritas sic habet.* Non poteris seruire domino, quia Elohim sancti ipse. *Item Iere. 23.g.* Peruertistis verba Dei viuentis domini exercituum. *Hebraica veritas sic habet.* Peruertistis verba Elohim viuentium domini exercituum. *Patet autem quòd istæ autoritates loquuntur de Deo vero. Nam Iosue loquebatur populo de seruitute Dei veri, vt patet literam intuenti. Similiter hoc patet de secunda autoritate. Nam vbi habemus, domini exercituum, in fine autoritatis, pro hoc nomine domini, in Hebræo ponitur tetragrammaton, quod de solo Deo vero potest dici, vt declarat Rabbi Moyses in libro de directione perplexorum. Et tamen in istis autoritatibus hoc nomen Elohim coniungitur cum adiectiuis pluralis numeri, vt patet. Exemplum autem secundi, scilicet ꝙ hoc nomen Elohim coniungitur cũ verbo pluralis numeri, vt habetur 2. Reg. 7.d.* Quæ est gens vt populus Israel in terra: propter quem iuit Deus, vt redimeret sibi in populum? *Hebraica litera sic habet.* Quæ vt populus tuus gens vna in terra, propter quam iuerunt Elohim ad redimendum sibi? *Item Ecc. 2.c.* Quis est homo vt sequi possit regem factorem suum? *Hebraica litera sic habet.* Quis est homo, vt intret post regem qui iam fecerunt eum. *Patet igitur ex eo modo loquendi Hebraico, ꝙ in diuinis est pluralitas suppositorum, & vnitas essentiæ, quod Moyses & alij prophetæ dederunt intelligi studiosis in lege per talem modum loquendi. Secundò ostenditur, ꝙ in diuinis est trinitas personarum seu suppositorum, Isa. 48.c.* Non à principio in abscondito locutus sum ex tempore, antequam fierent ibi erant, & nunc dominus Deus misit me & spiritus eius. *Quòd autem hæc sint verba domini loquentis, patet per literam præcedentem cum dicitur.* Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos, &c. *Et sub eodem contextu ibidem loquens dicit.* Et nunc dominus Deus misit me, & spiritus eius. *Similiter per literam immediatè sequentem cum dicitur. Hæc dicit dominus Deus redemptor tuus sanctus in Israel. In autoritate verò præmissa exprimitur Deus missus à Deo & spiritu eius. Inter mittentem verò & missum semper est distinctio personalis. Et sic ista scriptura impleta fuit in incarnatione filij, qui est Deus missus in mundum à Deo patre & spiritusancto. Item Eccle. 4.c.* Funiculus triplex difficiliter rumpitur. *Glossæ Hebraicæ sensus esse videtur: Mysterium trini Dei & vnius non facilè discutitur. Sed hanc glossam moderni Iudæi peruertunt, retorquẽtes hanc trinitatem ad tria attributa diuina, quæ sunt potentia, sapientia & bonitas. Sed non videtur hæc esse sententia glossæ per hoc quod dicit, non facilè discutitur, quilibet enim etiam satis simplex scit Deum esse potentem, sapientem & bonum. Item sicut Deus operatur per suã potentiam, sapientiam & bonitatem, sic artifex creatus operatur per artem suam sicut per regulam directiuã & per potentiã suam qua transmutat materiam ad formam scamni, vel lecti, seu alicuius huiusmodi, per appetitum bonitatis lucri. Et ista tria multo plus differunt in eo, quàm potentia, sapientia & bonitas in Deo. Et ideò si propter ista tria Deus dicitur trinus & vnus in glossa prædicta, multò fortiùs quilibet artifex diceretur trinus & vnus quod non est verum, & coniungeretur singulare cum verbo pluralis numeri, dicendo: Hiram fecerunt templũ Salomonis, sicut de Deo supra dicitur, ꝙ est rex qui fecerunt hominem. Item super illud Psal. 49.* Deus deorum dominus locutus est, *vbi in Hebræo ponuntur tria nomina diuina, & translatio Hierony. iuxta Hebræum habet.* Fortis Deus dominus locutus est: *quærit glossa Hebraica, quare Asaph ter nominauit dominũ in principio huius psalmi. Et respondet, quia Deus in tribus proprietatibus causauit seculum. Proprietates autem istæ formaliter constituunt tres personas, quarũ opera sunt indiuisa. Asaph autem fuit actor istius psalmi. Ista verò quæ hic dixi de trinitate personarum in vnitate essentiæ, tractaui diffusius in quadam quæstione de quolibet, qualiter per scripturas Hebræorum ostendi possit mysterium Christi quantum ad aduentum eius primum esse completum ex dictis etiam patet, ꝙ non est contra intentionem antiquorum Hebræorum dicere pluralitatem in Deo, dum tamen vnitas essentiæ teneatur, quod nos Christiani tenemus firmiter, & fideliter confitemur.*

Ad obiectiones

Blasphemia duplex.

His dictis respondendum est ad obiectiones. Circa quod sciendum, ꝙ Saluator Matth. 12.c. distinguit blasphemiam contra filium hominis a blasphemia contra spiritumsanctum, primam vocans verba Iudæorum nequiter prolata contra benignitatẽ humanitatis suæ. Comedebat enim & bibebat cum hominibus, etiam aliquando cum peccatoribus, sicut clementissimus medicus cum ægrotis. Et ex hoc Iudæi vocauerunt voracem, potatorem vini, Publicanorum amicum, vt habetur Matt. 11.c. Et hanc blasphemiã dixit Saluator esse remissibilem, eo quòd erat excusabilis in parte ex consideratione fragilitatis humanæ. Secũdum verò blasphemiã vocauit verba contra diuinitatẽ suam nequiter dictã. Videntes enim ab eo fieri expulsiones dæmonum, illuminationes cæcorũ, suscitationes mortuorum, & consimilia quæ non poterant fieri nisi virtute diuina, Iudæi tamen nequiter attribuebãt ea virtuti dæmonis, dicentes Mat. 12.b. Hic dæmones non eiicit, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. *Et hanc blasphemiam dixit Saluator irremissibilem, non simpliciter, sed de difficili remissibilem. Nã ex parte blasphemantium non erat aliqua excusabilis ratio in toto vel in parte. Et quia talis blasphemia contra-*

riatur

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A ratur principio remissionis peccatorum. quod est virtus diuina, & quia eadem deitas est in tribus personis, ideo blasphemans contra vnam personam, blasphemat contra aliam. Et similiter quia eadem bonitas est in tribus personis, ideò vna persona non remittit sine alia: Nam opera trinitatis sunt indiuisa. Remissio tamen peccatorum aliquando attribuitur personæ spiritussancti, quia principium remissionis huiusmodi est bonitas quæ est attributũ spiritussancti. Patet igitur, ꝙ obiectiones Iudæi suprapositæ procedunt ex falsa imaginatione. Restat autem ostendere, quòd irremissibile dupliciter dicitur. Vno modo, nullo modo remissibile: Alio modo, de difficili remissibile. Hoc primò patet 5. metaphysicæ, vbi dicitur ꝙ impossibile & intransibile vno modo dicitur quod nullo modo potest fieri vel transiri. Alio modo quod potest, sed de difficili. Hoc etiam declaratur de communi modo loquendi. Dicitur enim de cæco perfecto ꝙ non potest videre simpliciter, & de cæcutiente, ꝙ non potest videre, quia videt cũ difficultate. Tertiò hoc declaratur ex modo loquẽdi scripturæ veteris Testamenti. Iosue considerans difficultatẽ populi ad bonum, & promptitatem ad malum dixit, Iosue vltimo e. Non poteritis seruire domino, &c. non intellexit de impossibilitate simpliciter, sed de difficultate. Nam ibi subditur, ꝙ iniit fœdus inter populum & Deum, vt seruirent domino, &c. Item Ierem. 13. e. dicitur. Si potest Æthiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Quòd enim Aethiops & Pardus possint B mutare pelles suas, hoc est impossibile simpliceter, sed ꝙ assuetus ad mala, reuertatur ad bene agendum, non est impossibile, sed difficile, eo quòd habitus vitiosus inclinat ad male agendum per modum naturæ. Exemplum autem habetur in Manasse rege, qui diu fuit assuetus in pessimis, & tamen finaliter reductus fuit ad bonum virtutis, vt patet 2. Paralipo. 33. b. & in fine libri vbi ponitur eius oratio.

Irremissibile dicitur dupliciter

Quòd autem Iudæus quærit vltimo de anima blasphemantis vbi sit. Dicendũ, quòd si recessit à corpore cum peccato blasphemiæ, est in inferno. Si autem recessit totaliter expedita quantum ad culpam & pœnam, est in cœlo. Si verò recessit liberata à culpa, sed adhuc ad pœnam temporalem obligata, detinetur in purgatorio donec purgetur, & sic ad gloriã transferatur. Nec aliqua persona diuina est impotens ad saluandum eã vel puniendam, quia sicut tres personæ sunt, & vnus Deus, ita sunt vnus omnipotens ad faciendum de creatura quidquid placet sibi secundum ordinem suæ sapientiæ & iusticiæ.

NOnò accipit Iudæus verbum Iesu Nazareni quod scribitur Matth. 18. b. Non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Et ibidem præmittitur. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Item Matth. 13. b. dicit. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audiẽtes non audiunt, neque intelligunt. Ex his arguit sic: Si venit saluare quod perierat, vt dicit, & tamen loquebatur peccatoribus parabolicè, C vt non intelligerent, nec per consequens conuerterentur, vt ibidem in euangelio subditur, ista videntur manifestè sibi contradicere, scilicet quòd quæreret salutem peccatorum, & non quæreret nec vellet.

Secunda Item istud vltimò dictum destruit verbum domini Ezech. 18. g. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. *Responsio ad primam* Dicendũ quòd Christus non semper loquebatur turbis parabolicè, sed aliquando planè & apertè tractãs ea quæ sunt de salutis necessitate, vt patet Mat. 6. & 7. vbi tradit formam perfectionis euangelicæ. Sed quoniam frequenter ad eius prædicationem veniebant homines maligni, non ad discendũ, sed ad insidiandum ei, ideò tunc loquebatur parabolicè vt non intelligerent, ne daret sanctum canibus, & poneret margaritas ante porcos. Aliquando etiam fidelibus & deuotis loquens, parabolam præmittebat, & postea exponebat, vt ex præmissione parabolæ veritas gratiosius caperetur. Et hic modus communiter in prædicationibus ecclesiæ obseruatur. Patet igitur, quòd Iesus aliquando loquebatur parabolicè, aliquãdo planè. Et hoc rationabiliter. Nam Ezechiel & alij prophetæ frequenter vtroque modo loquebantur, vt patet eorum libros intuenti. Moyses etiã aliquando loquebatur populo velata facie, aliquando verò sine velamine. Item Iudæus arguens contra Iesum, eo quòd dicit, in parabolis loquor eis quia videntes non vident, &c. arguit contra Deum veteris Testamẽti, & per consequens cõtra seipsum. Dicit enim dominus Isa. 6. c. Excæca cor populi eius & aures eius aggraua &c. Quam autoritatem Iesus hic allegauit tanquam impletam in sua prædicatione, per quam simplices, & illiterati fuerunt illuminati, in apostolis, & sacerdotes & Scribæ fuerũt excæcati, sicut pleniùs dixi Isa. 6. ca. Nec obstat, quòd verba sunt hic aliqualiter mutata. Nam apostoli & euangelistæ allegantes scripturam veteris Testamenti, magis curauerunt allegare sensum quàm verba. Hæc autem excæcatio prædicta fuit ab antiquis doctoribus Iudæorũ exponentibus in libro Ciphere, id est, decoris, illud quod dixit Moyses de populo Israel Deut. 32. a. Generatio praua atque peruersa, hęccine reddis domino popule stulte & insipiens. Glo. Stulte in his quæ præcesserunt, & insipiens ad seculum venturum: per quod intelligitur tempus Messiæ in glossis Hebraicis vbique.

Ad secundã Quòd autem vlterius dicit Iesum destruere verbum domini dicentis. Nolo mortem peccatoris, &c. non valet. Nam in populo sunt pœnitentes D & obstinati. De pœnitentibus dicit dominus istud verbum, & multa cõsimilia. De obstinatis verò dicit comminationem asperam & totalẽ destructionem Iob 21. b. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, &c. Et hoc patuit, per effectum in Chore & sibi adhærentibus. Num. 16. e. Et ideò si arguit Iesum destruxisse domini verbum, eadem ratione sequitur, quòd Deus destruit verba sua, quod est iniquum, & contra seipsum, maximè cum in verbis domini in eodem contextu literæ talis modus loquendi contrarius de obstinatis & pœnitentibus frequenter inueniatur Deut. 32. f. Ego occidam scilicet obstinatos, & ego viuere faciam, scilicet pœnitentes. Et Psal. 77. d. Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertabatur, &c. Occisio refertur ad obstinatos peccatores, reuersio verò ad pœnitentes, qui aliorum pœna territi pœnitebant.

Obiectio Iudæi alia

DEcimò accipit Iudæus illud quod scribitur Matth. 21. b. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit, & videns fici arborem vnam secus viam, iuit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuò ficulnea. Ex hoc arguit sic: Si Iesus iuisset Deus, & à longè cognouisset fructum ficulneam non habere, nec ad eam fuisset. Item cum ipse dicat. Benefacite his qui oderunt vos: quomodo maledixit arbori quæ nihil nocuerat sibi? Et ideò hoc videtur fecisse ex perturbatione iræ. E *Responsio* Dicendum, ꝙ Iesus non solum inquantum Deus, quẽ nihil potest latere, sciuit fructum in arbore non esse, sed etiam inquantum homo, quia quilibet etiam satis simplex poterat illud scire, cum non esset tempus ficorum, vt dicitur Mar. 11. b. Vt quid ergo iuit ad arborem fructu vacuam? Dicendũ, ꝙ sicut prophetæ veteris Testamenti aliquando prophetabant verbis, aliquando sensibilibus signis sicut Ieremias prædixit destructionem ciuitatis Ierusalem per Chaldeos, & portauit catenas ligneas in collo suo, vt habetur Iere. 28. c. ad significandum, quòd populus catenis vinctus duceretur in captiuitatem. Ita Iesus qui dicitur propheta magnus. Luc. 10. a. & de quo prædictum fuit Deut. 18. c. Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, etiam destructionem ciuitatis Ierusalem futuram per Romanos prædixit, Luc. 13. g. eo ꝙ non cognouisset tempus visitationis suæ, scilicet per Christũ, quæ quidem cognitio ad sacerdotes & legisperitos pertinebat, & ideo defectum eorum & punitionem significauit per sensibile signum arboris fructu carentis. Nam ipse veniens ad legisperitos & sacerdotes, quorum fructũ boni operis esuriebat, vacuos bonis operibus inuenit, & per maledictionem arboris eos à Deo male dicendos significauit, & per eius arefactionem eorum destructionem præfigurauit. Nam postea capta ciuitate per Romanos, cum sacerdotes misericordiam peterent. Titus iussit eos occidi, docens, dicere sacerdotes cum templo interire, vt ait Iosephus lib. 7. ca. 19. de Iudaico bello. F Patet igitur ex prædictis quòd Iesus circa ficulneam nihil fecit ex ignorantia seu perturbatione iræ, sed ex magna ratione.

Obiectio Iudæi ad primam

VNdecimo accipit Iudæus verba Iesu Mat. 26. Tũc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc, & orem, & assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi cœpit tristari & mœstus esse. Tunc ait illis: tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Sequitur. Procidit in faciem suam orans & dicẽs. Pater si possibile est, transeat à me calix iste, &c. Ex his dictis arguit sic. Si Deus est, quomodo orauit? Ipsius enim Dei non est orare, sed ab aliis orari, vt sic liceat loqui. Item quis vnquam audiuit loqui de Deo tremente & timẽte cum Deus sit omnipotẽs ad faciendũ quod vult sine difficultate? Si autẽ dicatis, ꝙ iste timor & tremor fuit in carne & non in anima, quis est ita fatuus qui ignoret carnẽ non dolere, timere vel tremere, nisi per animã?

Secunda Item per hoc quod dicit. Transeat à me calix iste, &c. Patet quòd in eo non fuit virtus ad saluandũ vitam suã & carnẽ. *Responsio ad primam* Responsio, per prius dicta faciliter possunt solui ista. Declaratum est enim supra per scripturas Hebræorum. quòd Messias in ve. Testa. promissus, futurus erat verus Deus & verus homo in vna persona. Itẽ quòd redempturus erat mundũ per passionem suã in humana natura. Item quòd Iesus Nazarenus est verus Messias Iudæis promissus, ideo habuit corpus passibile & mortale pro nostra redemptione vsque ad suam resurrectionẽ, in qua habuit corpus immortale & gloriosum. Dicendum, quòd Iesus Nazarenus in humanitate pro nobis assumpta, in qua minor est patre, orabat eum pro nobis, sicut scribitur Isa. 53. d. Et pro transgressoribus orauit vt non perirent, quod capitulum intelligitur de Christo ad literam, sicut ibidẽ multipliciter declaraui. Orauit etiam pro seipso, Ioan. 17. a. Pater clarifica filium tuum. Quod autem arguit de timore, tremore & tristicia. Dicẽdum, quòd ista non fuerũt in natura diuina, quia hoc est impossibile, nisi tantum metaphoricè, sicut Gene. 6. a. dicitur. Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit hominem quem creaui à facie terræ. Similiter nec in natura humana quantum ad superiorem partem animæ, quæ est intellectiua, in qua Iesus ab instanti suæ conceptionis fuit cõprehensor, & summo gaudio fruebatur, sed quantum ad partem animæ inferiorẽ, quæ dicitur sensitiua, quæ est in corporali organo, in qua Iesus fuit viator, fuerunt prædicta ad opus nostræ redemptionis, & vt in ipso A ostenderetur vera natura sensibus contra futuros hæreticos qui dicturi erant, quòd Christus non habuit corpus passibile sed cœleste.

Ad secundã Quod autem vlterius inducitur. Transeat à me calix iste. Dicendũ quòd hæc petitio erat sensualitatis sicut mouentis, quæ naturaliter horret mortem. Sed erat rationis proponentis tantum per quam tamen rationem Iesus acceptabat mortem, quia voluntas rationalis erat in eo totaliter voluntati diuinæ conformis, ideò dicebat. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Et accipitur hic voluntas pro appetitu sensitiuo, quem appetitus intellectiuus superat. Ideò de ipso scribitur Isa. 53. c. Oblatus est quia ipse voluit. In Hebræo habetur: Angustiatus est quia ipse voluit. Et infra in eodem capitulo dicitur de ipso. Tradidit in mortem animã suam, & cum sceleratis reputatus est. Et propter hoc dicebat Mat. 26. d. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma, id est, voluntas rationis prompta est ad mortem, caro autem infirma, id est, sensualitas horret eam. Et hoc non solum inuenitur de Iesu Nazareno, sed etiam de martyribus in nouo Testamento. Et sicut patet *2. Mach. 7.* de multis, etiam in veteri Testamento de Machabæis ab Antiocho tormentatis, & Eleazaro, de quo dicitur 2. Mach. 6. g. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit & dixit: Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis, qui cum à morte possem liberari, graues corporis sustineo dolores, secundum animam autem, id est, secundum partem animæ superiorem, B libenter hæc patior. Quòd autem arguit Iudæus quòd caro non dolet, timet, aut tristatur, nisi per animam, hoc est verum de anima sensitiua. Sed quia nescit distinguere inter sensum & intellectum, ideo facit ridiculosum argumentum.

Obiectio Iudæi alia

DVodecimo accipit Iudæus verbũ Christi loquentis Mat. vltimo. d. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ex hoc arguit, quòd Iesus non est Deus. Qui est ex se potentissimus, ab alio non accepit potestatem. *Responsio* Si autem dicatur, quòd à patre est sibi potestas data, nõ valet: quia Christiani dicunt patrem & filium esse æquales. Dicendum quòd in Iesu est duplex potestas, sicut est duplex natura. Vna est potestas diuina, quam habuit ab æterno, non tamen ex se, sed ex patre, à quo est distinctus in persona. Non tamen in hoc minor patre est: quia ab eo accipit eandem numero naturam & potestatem sicut superius dictum est. Tamen Iesus non loquitur hic de ista potestate, sed de alia quam accepit à Deo in humana natura. Nam ab instanti assumptionis humanæ naturæ ad personam filij, illa natura habuit excellentiam super omnem creaturam autoritatiuè, non tamen executiuè. Nã inter homines apparuit in forma serui, in humana natura passibili propter mysterium nostræ redemptionis adimplendum, sicut fuerat prædictum Isa. 53. b. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, disci- C plina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus, quod intelligitur ad literam de Christo etiam secundùm antiquos doctores Hebræorum, prout ibidem plenius declaraui. Sed in sua resurrectione accepit hanc potestatem executiuè, ideo tunc dixit. Data est mihi omnis potestas, &c. Tamen in iudicio finali omnia pleniùs erunt subiecta sibi, sicut ostendit Apostolus ad Heb. 2. Per hanc tamen potestatem quæ finita est, non est, nec erit æqualis Deo patri. Sic igitur patet responsio ad obiecta Iudæi ex verbis euangelij, secundum quod ad manum meam deuenerunt.

Argumenta Iudæi ex verbis Christianorum.

Obiectio prima

PRimò arguit Iudæus ex verbis Christianorum, dicens. Vos dicitis, quòd creator vnus est, & quòd Christus vester sit filius eius, & quòd descendit de cœlis sine separatione à patre & à spiritusancto. Quando ergo vos dicitis, quòd filius descendit in vterum virginis: quæro si tunc pater & spiritussanctus fuerunt ab eo separati, an non? si dicitis quòd sic, est contradictio in verbis vestris, quia dicitis quòd descendit sine separatione ab eis. Si verò dicitis, quòd non, sequitur quòd pater & spiritussanctus sint incarnati sicut & filius, quod vos negatis. *Responsio* Dicendum ꝙ descensus filij in vterum virginis non est intelligendus per motum localem, sed per nouum effectum in virgine, qui quidem effectus est coniunctio diuinæ naturæ & humanæ in vna persona. Hæc igitur coniunctio potest considerari dupliciter. Vno modo effectiuè, & sic facta fuit à tribus personis, scilicet patre & filio & spiritusancto. Nam eorum opera sunt indi- D uisa. Alio modo terminatiuè, & sic illa coniunctio terminata est ad personam filij, propter quod solus filius dicitur incarnatus. Licèt autem ad hoc poni non possit exemplum, quod non habeat plus de disconuenientia quàm de conuenientia, tamen quantum ad aliquid potest poni conueniens. Ponatur igitur casus quòd Plato, Socrates, Cicero tractant matrimonium Berthæ cum Socrate qui est media persona. Si ergo quæratur à quo est effectiuè ista matrimonialis coniunctio, patet à tribus. Si autem quæratur ad quem est terminatiuè, patet quòd ad Socratẽ tantum, propter quod ipse solus dicitur esse Berthæ maritus. Sic suo modo est in proposito: quia licet pater & filius & spiritussanctus sint vnum in natura, tamen sunt distincti in personis. Incarnatio verò terminata est ad filiũ prout personaliter distinguitur à patre & spiritusancto, non tamen dicitur separatus ab eis, quia nomen separationis non recipitur in diuinis personis, quia significat diuersitatem essentiæ, non sic autem nomen distinctionis. Sic igitur patet, quòd ad dictum Christianorum de Christi incarnatione, non sequitur contradictio seu aliud inconueniens.

Obiectio secunda

SEcundò obiicit sic: Ego quæro à vobis Christianis, vtrum Christus vester fuerit mittens, vel missus? Si dicitis quòd missus, quis vnquam audiuit Deum missum ad alium? Quasi dicat hoc est apertum mendacium. Si autem dicatis, quòd est mittens, vos facitis eum mendacem, quia dicit. Ecce ego non sum E solus, sed ego & qui misit me pater. *Responsio* Dicendũ ꝙ Dei filius est mittens & missus. Fuit enim missus in mundum à patre & spiritusancto in sua incarnatione benedicta, sicut superius est declaratum per autoritatem Isa. 48. c. Et nunc me misit dominus, & spiritus eius. Hæc dicit redemptor tuus sanctus Israel. Est etiam mittens spiritumsanctũ, sicut dicit Ioan. 16. b. Mittam vobis spiritumsanctũ, &c. Circa quod sciendum, quòd missio alicuius importat duplicem habitudinem. Vnam ad mittentem, secundum quod aliquo modo missus procedit à mittente. Aliam ad terminum ad quem mittitur, secundum quod missus est vbi prius non erat, vel est ibi alio modo quam prius. Licet autem in diuinis non sit processus vnius personæ ad alteram secundum motum localem, vel separationem realem, tamen est ibi processus secundum originẽ, quia filius procedit à patre, & spiritussanctus ab vtroque. Sicut in nobis suo modo verbum intelligibile procedit à mente, non extra ipsam, sed intra, & similiter amor procedit ab vtroque. Sic igitur filius & spiritussanctus habitudinem ad mittentem, habent etiam habitudinem ad terminum missionis, non tamen sic intelligendo, quòd incipiant esse vbi prius non erant simpliciter, quia de necessitate sunt vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam, sicut patet Ier. 23. e. Cœlũ & terram ego impleo: dicit dominus. Sed sic intelligendo, quòd incipiunt esse vbi prius erant, tamen alio modo. Et hoc modo filius Dei dicitur missus in mundũ à patre, quando incœpit ibi esse vt homo, vbi tamen prius erat vt Deus, Io. 1. a. In mundo erat & mundus eum non cognouit: in propria venit &c. Et similiter spiritussanctus dicitur missus apostolis visibiliter: quando super eos apparuit in signo visibili. Nã hoc modo prius non erat ibi. Et quotidie mittitur inuisibiliter ad sanctificandum creaturã rationalem, quia incipit ibi esse per gratiam sanctificantem, vbi tamen prius erat per essentiam, præsentiam & potentiam. Ad argumentum Iudæi patet, quòd non est contradictio dicendo, quòd filius est mittens & mis- F sus, quia non est secundum idem.

TErtiò dicit Iudæus. In libro Simonis Cephæ, dicit Iesus. Ecce Sathan studet ad interficiendum me de manu domini & non dabit me in manu Sathan. Et ex hoc arguit dicens: quare non confundimini vos Christiani dicere istum Deum sic loquentem? Dicendum, quòd iste falsum accipit. Nam in epistolis Petri aut alibi non inuenitur hoc dictum à Iesu Nazareno. Tum si hoc dixisset, & factum fuisset, nullum inconueniens sequeretur. Nam suprà declaratum est, quòd est verus Deus & verus homo in vna persona, ipse verò sicut Deus, permisit se inquantum hominem à diabolo tentari, & de loco ad locum portari, vt supradictum est. Et quia pater & spiritussanctus sunt vnus Deus cum eo, ideo ab ipsis fuit etiam ista permissio. Itẽ si sathan hoc modo permissus fuisset quærere quod Iudæus allegat falso, nullum inconueniens sequeretur. Patet igitur Iudæi falsitas per hoc, quòd obiectiones suas in aperto mendacio terminauit. Et sic est finis, Deo laus qui est trinus in personis & vnus in essentia per infinita secula seculorum Amen.

FINIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca